37
25 C
13

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CONCILIORVM OMNIVM, TAM GENERALIVM, quàm Prouincialium,

QVÆ IAM INDE AB APOSTOLORVM TEMPORIBVS, Hactenus legitime celebrata haberi potuerunt.

Volumen Quartum.

SIXTI V. PONTIFICIS MAXIMI. Fœliciſſimis Auſpicijs.

B  A

VENETIIS, M D LXXXV.

Apud Dominicum Nicolinum.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX CONCILIORVM,
TVM GENERALIVM,
TVM PROVINCIALIVM,

Quæ in hoc Quarto Conciliorum Tomo continentur.

Concilium Alemanum tempore Honorij Papæ III. ſub Conrado Cardinali Portuenſi legato in Alemania, anno Domini 1225. 233.a
Concilium Baſileenſe ſub Eugenio Papa IIII. anno Domini 1431. 414.a
Concilium Colonienſe Prouinciale tempore Stephani ſexti dicti quinti, & Imperatoris Caroli tertij, anno Domini 887. 17
Concilium Conſtantinopolitanum quartum Oecumenicum octauum, anno Domini 868. 3.a
Concilium Conſtantienſe Generale ſub Ioanne Papa XXIII. anno Domini 1414. 249.a
Concilium in Baſilica Conſtantiniana tempore Nicolai II. 73.a
Concilium Ferrarienſe inceptum, Florentiæ peractum tẽpore Eugenij Papæ IIII. anno Dñi 1438. 781.a
Concilium Lateranenſe Romæ ſub Innocentio Papa III. anno Domini 1215. 211
Concilium Lateranenſe generale tempore Alexandri III. Papæ 280. Epiſcoporum, anno Domini 1180. 101.a
Concilium Metẽſe tempore Arnulphi Regis, anno Domini 24.a
Concilium Moguntiacenſe tempore Stephani ſexti dicti quinti, & Arnulphi Imperatoris, anno Domini 888. 18.a
Concilium Nannetenſe tempore Arnulphi. 42.a
Concilium Oxonienſe tempore Stephani Archiepiſcopi, anno Domini 1261. 236.a
Concilium Romanum in Baſilica Conſtantiniana tempore Nicolai Papæ, anno Domini 73.a
Concilium Salegustadienſe tempore Benedicti VII. Papæ, & Henrici ſecundi Imperatoris, anno Domini 1023. 45.a
Concilium Triburienſe tempore Bonifacij ſexti, & Arnulphi Imperatoris, anno Domini 895. 26.a

INDEX ACTIONVM, ET SESSIONVM,
CVM MATERIIS IN IIS CONTENTIS,

Quæ in hoc Quarto Conciliorum Tomo continentur, nempe Concilij Conſtantinopolitani, Concilij Conſtantienſis, & Concilij Baſileenſis, & Ferrarienſis, ſiue Florentini.

Actio prima Concilij Conſtant. quarti, quæ continet Epiſtolam Adriani II. Papæ ad Baſilium Imper. contra ſynodum qua Ignatius depoſitus fuit, & Photius electus. Item libellum à Romana Eccleſia miſſum quo Photius anathematizatur, &c. 3.a.b
Actio 2. Concilij Conſtantin. quarti, in qua qui eeciderant cum Photio, Epiſcopi, presbyteri, & alij pœnitentes recepti ſunt. 7.b
Actio 3. Concilij Conſtantin. quarti, in qua lectæ fuerũt plures Epiſtolæ ſuper damnatione Photij, & ſuorum ſectatorum. 4.a
Actio 4. Conci. Conſtan. quarti, in qua lecta fuerũt plura quæ ſpectãt ad hoc vt laici in Epiſcopos, & presbyteros non eligantur. 4.a
Actio 5. Concilij. Conſtan. quarti, in qua Photius interrogatus non reſpondit, lecta ei fuerunt plura quæ lecta fuerãt in actione quarta, & eius conatus abiectus, & anathematizatus, & ipſe ammonitus ad pœnitentiam. 4.b
Actio 6. Concilij Conſtan. quarti, in qua actum eſt cum Epiſcopis Photij, vt ad pœnitentiam reuocarentur, & ab Impe. decretę ſunt illis induciæ ſeptem dierũ. 4.b
Actio 7. Concilij Conſtã. quarti, in qua Photius ſumma arrogantia ingreſſus poſt aliqua lecta, & Concilium ab eo, & Michaele Imperatore contra Ignatium Patriarcham & ſedem Romanam coactum damnatum, & anathematizatum fuit. 5.a
Actio 8. Concilij Conſtan. quarti, in qua acta à Photio contra Papam Nicolaum, & Ignatium Patriarcham combuſta ſunt, & aliqui iconomachę recepti, alij verò anathematizati cum Photio. 5.b
Actio 9 Concilij Conſtan. quarti, in qua Vicarius Alexandrinæ ſedis approbat acta in octo pręcedentibus actionibus, & cum ſatisfactione recepti ſunt falſi teſtes contra Ignatium, & qui defecerãt ad Photiũ. 5.b

Actio 10. Concilij Conſt. 4. in qua ꝑcipientibus vicarijs ſenioris Romæ lecti ſunt canones ſanctæ ſynodi. 5.b
Seſſio prima Concilij Conſtanti. in qua lecta fuit bulla conuocationis Concilij, & modus traditur tam ad ea quæ dicenda, & determinãda erunt, quam etiam quo ad conſenſum, & geſtũ, & morum compoſitionem. Ac & deputati ſunt miniſtri, & officiales Concilij. 249.b
Seſſio 2. Concil. Conſtan. in qua lecta fuit ſchedula pręſentata Papæ à Patriarcha Antiocheno nomine Concilij, in qua Io. Papa cedere Papatui iurauit pro tranquillitate Eccleſiæ, & in qua Imperator Papæ de hoc gratias egit, ac eius pedes oſculatus eſt. 253
Seſſio 3 in qua præſidebat Cardinalis Cameracenſis, & Imperator aderat, & pronunciati fuerunt quidã articuli ſeruandi per Concil. & primo quod ipſa ſynodus iuſtè, & ritè eſt in Conſtantienſi ciuitate congregata, & quod per receſſum Papæ, & aliorum nõ eſt diſſolutum hoc Concilium, ſed in ſua remanet authoritate, & integritate; & quod hoc Concil. non eſt diſſolutum quouſq; Eccleſia fuerit reformata, & qđ Concil. ſine rationabili cauſa non transferatur in aliam ciuitatẽ, Et quod Pręlati non debent à Concilio recedere ſine authoritate, & cõſenſu eorum qui ad hoc deputandi ſunt. 254
Seſſio 4. eiuſdem Concil. in qua lecti fuerunt aliqui articuli ſeruandi, quibus poteſtatem Papæ euacuabant, ne Romanam curiã, & officia publica à ciuitate Conſtanti. in alium locum mutet. & quicquid Papa contra Concil. decerneret irritum eſſet, & quod Cardinales de nouo ſi creati fuiſſent pro non Cardinalibus, habeantur, & deputati fuerunt aliqui ex omni natione, ſine quorum authoritate nullus à Concilio recedere præſumeret, & Papa cauſam cur ipſe à Concilio receſſiſſet per Archiepiſcopum Rhemenſem in Concilio narrare fecit. 254.b
Seſſio 5. Concil. Conſtant. in qua lecta fuerunt quædam capitula in ſeſſione quarta contenta, & alia per modũ

consti-

Digitized by Google

conſtitutionum ſynodalium in quibus declarat Concilium immediatam à Deo habere poteſtatem ſuper omnes, etiam ſupra Papã, & anathemati ſubijcit eos, qui Concilio parere contempſerint, & cogit Papam Papatui renunciare pro pace Eccleſiæ, quod ſi noluerit illum deponere ſtatuunt, & Papam cogunt, vt ad Concil. reuertatur, quod ſi redire noluerit contra eũ tanquam fautorem ſchiſmatis, & de hæreſi ſuſpectũ procedere intendunt, & ſi redire voluerit ei prouideatur de ſecuritate, & in Concilio, & poſt finẽ Concilij, quod nõ capietur, nec incarcerabitur, & nec moleſtabitur in perſona, vel in bonis, & lecta fuerunt q̃dam auiſamenta contra Ioannem Vuicleff, & Ioannem Huſz hæreticos. Item quod ſcribantur literæ Regibus, & Principibus per mundum de receſſu Papæ à Concilio, & quædam verba prolata fuerunt, vt Regem Romanorum rogarent, vt Papam, aut vi, vel ſponte ad Concil. redire curet, quod Rex reſpondit ſe paratum eſſe ad omnia quæ in Concilio deliberata erunt, & modi diuerſi à Rege Cõcilio propoſiti fuerunt ſuper reuerſione Papæ. 256.a

Seſſio 6. in qua præſidente Cardinale Epiſcopo Oſt. publicata fuerunt quædam decreta Concilij. Primo q͏̃d Papam Papatui renunciare oporteret, & quod Papa procuratorium ad cedẽdum Papatui facere deberet, ac illi formam procuratorij componunt, & perſonas nominant quas Papa procuratores conſtituat, & legatos conſtituunt ad requirendum Papam ſuper procuratorio faciendo, & ipſum ad Concil. citant, & ſecuritatem illi mittunt, ac illum obligare Concilio intendunt ſub amiſſione Papatus, & quod ſuſpẽdatur proceſſus donec ab eo habeatur reſponſio. Quod Vicecancellarius ſignet ſupplicationes conſiſtoriales partibus auditis, & datur cõmiſſio cõtra Ioannem Huſz, & citatur Hieronymus de Praga de hæreſi infamatus, & excommunicat libellos famoſos componẽtes, & literas informatorias de geſtis ſynodalibus decernit per mundum mittuntas. 258.b

Seſſio 7. in qua præſidente Epiſcopo Oſtienſi Cardinal. accuſata fuit contumacia Hieronymi de Praga alias citati, & non cõparentis, & ordinata fuit citatio contra Ioannem Papam XXIII. Et forma citationis publicata fuit coram ſynodo, ſic etiã citatio contra Hieronymum de Praga. 264.b

Seſſio 8. in qua præſidente Epiſcopo Oſtienſi Cardinali accuſata fuit contumacia Ioannis Vuicleff, & à Concilio declarata, & definita fuit, & canones dictarum citationum, & ſententiæ diffinitiuæ cum inſcriptione articulorum deſcriptæ ſunt, ac etiam lecta fuit ſententia damnationis doctrinæ Ioannis Vuicleff, & lectæ fuerunt hæreſes 45. ſuper diuerſis materijs Ioannes Vuicleff, & poſtea Concilium hæreticum pronũciat Ioan. Vuicleff, ac eius memoriam condemnat, & oſſa eius exhumari mãdat. Poſtremo facta fuit quædam congregatio coram Imperatore, qui ab ea poſtulabat, eo q̃ bellum contra Federicum Auſtriæ neceſſarie, & iuſte feciſſet, & iuraſſet ſe cum dicto Duce non velle pacem, nec treuguam facere, & nunc dictus Dux pacem petit, an periurium incurreret, ſi pacem iniret, quod reſpõſum fuit Imperatori, ſe periurium non incurrere, quando ſimpliciter Ducem ad miſericordiam reciperet, & narratur hiſtoria quomodo Imperator Ducem in gratiam receperit, & q̃bus contradicentibus. Et deſcribuntur literæ ſubmiſſionis dicti Ducis. 268.a

Seſſio 9. in qua præſidente vt ſupra publicati fuerũt tenores, exequutionis, citationis in valuis Eccleſiæ, & portis ciuitatis Conſtantienſis factæ, nec non ſchedulæ deputationum officialium, & literæ miſſiuæ vniuerſitatis ſtudij Pariſienſis, & Concilium conſtituit commiſſarios in cauſa inquiſitionis contra Ioannem Papam, ac etiam iudices conſtituit, & deputat ſeſſionarios. 274

Seſſio 10. in qua præſidente Epiſcopo Oſt. Cardinal. facta fuit relatio citationis contra Ioannem Papam, & eius fautores, & ad eum defendendum nullus comparuit, & teſtes contra Ioannem Papam fuerunt examinati, & pronunciatum fuit Papam ſuſpendendum eſſe, & tenor dictæ ſuſpenſionis publicatus fuit. 278.b

Seſſio 11. in qua præſidente, vt ſupra, oſtenditur, articulos contra Papam, per plures, & diuerſos notabiles teſtes probatos fuiſſe, & tenores petitionum articulorum commiſſionum, ac literæ miſſiuæ publicantur & deſcribuntur articuli ſuper quibus Papa accuſatus fuit, & literæ Ioannis Papę deſcribuntur ad Regem Romanorum, quibus eum rogat, vt poſt dimiſſionem Papatus, ſtatum ſuum cuſtodire dignetur, ac etiam inſtrumentum deſcribitur ratificationis articulo tum factum per dominum Balthazar, olim Papam Ioannem XXIII. in oppido cellis. 282.b

Seſſio 12. Concilij Conſtantinopolitani, in qua præſidẽte Epiſcopo Oſtien. Cardinale lecta fuit ſententia contra Ioannem Papam, in qua depoſitus fuit à Papatu, & omni dignitate priuatus, & decretum fuit nunquam poſſe in Papam eligi, nec alij duo ſchiſmatici, & quod ad electionem Papæ non procedendum ſit ſi contingat ſedem vacare ſine expreſſo conſenſu Concilij conſtitutum fuit, & deſcribitur inſtrumentum ratificationis ſententiæ factæ per dominum Balthazarem olim Papam in villam de cellis. 297.a

Seſſio 13. in qua præſidente Epiſcopo Oſt. Card. decretum fuit, Euchariſtiam poſt cœnam, nec confici, nec ſumi debere, & nec laici niſi ſub vna ſpecie tantum eam ſumant, cum totus Chriſtus ſit in vnaqualibet ſpecie, & excommunicat presbyteros populum ſub vtraque ſpecie communicantes, vel taliter fieri debere affirmantes. 300.b

Seſſio 14. in qua, in ceſſione Papatus a Gregorio Papa XII. facienda præſidebat Sygiſmundus Rex Romanorum, Gregorius XII. nuncupatus qui Papa in ſchiſmate creatus fuerat in Concilio Papatui per bullam renunciauit, & Concil. Conſtantinopol. legitimum eſſe declarant, & ſchedula authorizationis lecta fuit, & ſimiliter procuratorium ad renunciandum Papatui, & Concilium decernit vacante ſede non procedatur ad electionem Roma. Pont. ſine conſenſu expreſſo Concil. & quod electio Roma. Pontif. fiat modo, & forma per Concil. ordinanda, & quod Concilium non diſſoluatur donec ſit facta electio, & quod ad hoc Rom. Rex det operam, & Concil. ratificat, & probat omnia per Gregorium XII. canonicè geſta in ſua obedientia, & declarat decretum quod ne reeligatur Gregorius, non eſſe factum ad ipſius inhabilitatem, & Concil. reformat, & ſe facturum declarat quod prouidebit vbi duo vel plures in eodem titulo ex diuerſis obedientijs concurrunt, & recipit in Cardinales, Cardinales Gregorij XII. Quod officiarij dicti Grego. gaudeant eorum officijs, & hortatur Imper. vt det operam vt Concil. ſit tutum, & poſtea lecta fuit ſchedula renunciationis Papatus Gregorij XII. quæ renunciatio collaudata, & approbata fuit à Concilio. 303.a

Seſſio 15. Concilij Conſtantinopolitani, in qua præſidente Epiſcopo Oſtien. Cardinal. introductus fuit Ioannem Huſz accuſatus, & conuictus tanquam hæreſiarcha, & ſilentio ſub pœna excommunicationis indicto. Lectę fuerunt hæreſes Ioannis Vuicleff damnatę à Concilio, & ſententia contra Ioannem Huſz lecta, & publicata fuit, & eius hęreſes deſcribuntur damnatę à Concilio, & cum dictus Ioannes Huſz in ſua obduratione perſiſtent, tandem degradatus fuit coram Concilio, & factum fuit quoddam decretum contra inuaſores, & ſpoliatores accedentium, & recedentium à Concilio. 313.b

Seſſio 16. eiuſdem Concilij in qua pręſidente Epiſcopo Oſtien. Cardinal. deputati fuerunt ambaſciatores ad Aragonium, & datur poteſtas iudicibus citandi ſub pœna priuationis illos, qui clandeſtinè à Concilio receſſerunt, & poteſtas datur pręſidenti Concilij literas expediendi, licentiam concedendi recedere à Concilio cupientibus, mandatur etiam Concilij camerario, vt Cardinalibus cæteriſque indigentibus de bonis camerę prouideat. Et formatus fuit proceſſus contra Carolum de Ducil, & Henricum de

Digitized by Google

Turre inuaſores, & prędones accedentium, & recedentium à Concilio; & etiam excommunicati ſolemniter fuerunt, & in vltimo ſeſſionis regiſtrari mandat Concilium inſtrumenta de ratificatione ſententiæ contra Ioan. Papam, & transſumi literas ceſſionis Papatus Greg. XII. 328.b

Seſſio 17. de receſſu Imperatoris, quem Concil. benedixit, & in qua ſeſſione præſidente Epiſcopo Oſtien. Cardinal. & præſente Imperatore lecta fuit bulla legationis, conceſſionis, & prouiſionis domini Angeli Corarij olim Grego. Papa XII. & lecta fuit ſchedula excommunicationis latę ſententiæ contra impedientes Regem Romanorum in itinere ad Regem Aragonum, & ordinatæ fuerunt proceſſiones, & Miſſæ per ſingulis Dominicis diebus cum indulgen. centum dierum omnibus intereſſentibus pro Regis incolumitate. 332.a

Seſſio 18 Concilij Conſtantien. in qua preſidente Epiſcopo Oſtien. Cardinal. data fuit poteſtas iudicibus diffiniendi, & cauſas per duos cognoſcendi, & quod fides adhibeatur bullæ Concilij, & falſum committentes circa bullam Concilij puniantur, ſicut falſarij literarum Apoſtolicarum, & quod literæ expediantur ſuper gratijs per olim Papam Ioannem conceſſis, exceptis exorbitantibus, & expectatiuis, & deputati fuerunt Ambaſciatores ad Cardinales, & prælatos Italiæ ſuper factis, & negotijs Eccleſiæ cum inſtructionibus, & deliberatis, & concluſis à Concilio Conſtantien. 336.a

Seſſio 19. Concil. Conſtantien. in qua præſidente Epiſcopo Oſtien. Cardinal. Hieronymus de Praga ſuas hæreſes, & errores abiurauit, & regula fratrum minorum ſancti Franciſci à Concilio approbata fuit, & ab alijs fratribus conuentualibus ſancti Franciſci ſeparati ſunt, & poteſtas data eſt eligendi ſibi ſuperiores, & generalem Vicarium, qui confirmari deberet à Miniſtro generali, & modus eligendi Vicarium generalem, & norma in omnibus religionis negotijs obſeruanda traditur, & decretum fuit, quod non obſtantibus ſaluis conductibus Imperatoris, & Regum, &c. poſſit per iudicem competentem de hæretica prauitate inquiri. Quod beneficiati in Concilio preſentes recipiant fructus ſuorum beneficiorum in abſentia, & cauſæ hæreſis certis iudicibus committuntur, & decernit ſancta ſynodus. quod literæ ſuper prouiſionibus ad Patriarchales Metropolitanos, & alias Eccleſias, per olim Papam Ioannem, vſque ad eius ſuſpenſionem conceſſæ, expediantur. 337.a

Seſſio 20. Concilij Conſtantienſis, in qua præſidente Cardinal. Epiſcopo Oſtien. ſuper monitorio contra Ducem Auſtriæ pro Epiſcopo Tridentino, & primo miſſum fuit decretum monitorij Duci Auſtriæ pro cauſa Tridentina, cogens eum ius dominij Tridentini Epiſcopo reſtituere, & congregatio generalis congregata fuit ad audiendum relationem Ambaſciatorum ad Petrum de Luna, & Regem Aragonum, in qua lecta fuerunt quædam capitula inter Regem Romanorum Ambaſciatores Concil. & dictum Petrum, & Regem firmata, & concordata, quę à Concilio Conſtantien. firmata, & iurata fuerunt. 342.a

Seſſio 21. in qua præſidente Ioann. Cardinal. Epiſcopo Oſtien. Hieronymus de Praga in hæreſim relapſus, à Concilio fuit condemnatus, & curiæ ſeculari traditus, cuius ſententia diffinitiua deſcribitur. 353.a

Seſſio 22. Concilij Conſtantien. de vnione Ambaſciatorum Regis Aragonum, in qua præſidente Cardinal. Epiſcopo Oſtien. lectum fuit decretum locationis Ambaſciatorum Regis Aragonum, & lecta fuit ſchedula per Ambaſciatores, in qua ſignificabant, ſe velle literis conuocatorijs ſatisfacere, quæ etiam lectæ fuerunt, & à Concilio conceſſum fuit, pro illa vice tantum Ambaſiatoribus Regis Aragonum, vocem habere in Concilio, quod idem etiam cæteris Regum Ambaſiatoribus cõceditur, & lecta fuit ſchedula acceptionis decretorum conuentionum, & pactorum Concilij per Ambaſciatores Regis Aragonum. 354.a

Seſſio 23. in qua præſidente Epiſcopo Oſtien. Cardina. commiſſio deputatorum data fuit ſuper informatione ſummaria facienda ad effectum citationis perſonalis per edictum contra Petrum de Luna. 358.a

Seſſio 24. pro citatione decernenda contra Petrum de Luna, in qua ſeſſione præſidente Cardina. Epiſcopo Oſtien. lectus fuit tenor citationis contra Petrum de Luna. 359.b

Seſſio 25. Eſt pro vnione oratorum, & procuratorum Magiſtri domini Comitis de Tuxo, & trium ſtatuum dominorum ſuorum, & lectum fuit decretum conceſſionis Eccleſiæ Olumanenſis incommodam per Concilium conceſſ. 363.a

Seſſio 26. Pro vnione Ambaſciatorum Regis Nauaræ ad ſacrum Concilium, & lectum fuit decretum de nõ derogando iuri alicuius nationis, de prioritate votorum. 363.b

Seſſio 27. pro cauſa Tridentina, in qua præſidente Epiſcopo Card. Oſtien. accuſata fuit contumacia Frederici Auſtrię, & aliorum occupantium, & detinentium Eccleſias, ciuitates, & dominium Tridentinum. 364

Seſſio 28. in cauſa Tridentina, in qua præſidente Epiſcopo Oſtien. Cardinal. Prius accuſata fuit contumacia Frederici Auſtriæ, & aliorum non audientium ſe declarari incidiſſe pœnas contentas in monitorio, ac contra dictum Fredericum, & alios occupatores dominij Tridentini Concilium ſententiam excommunicationis ſacrilegij, & periurij publicare fecit, & terras eorum interdicto ſuppoſuit, ipſosque pœnam in Carolina conſtitutione incidiſſe declarat, & Regem Romanorum, nec non & alios principes hortatur ſancta ſynodus contra Ducem Auſtriæ, pro indemnitate Eccleſiæ Tridentinæ. 364.b

Seſſio 29. in qua accuſata fuit contumacia Petri de Luna dicti Benedicti 13. & deputati fuerunt procuratores, & notarij in cauſa contra dictum Petrum de Luna, & lecta fuit quędam ordinatio ſuper contumacia Petri de Luna. 367.a

Seſſio 30. in qua Concil. approbat ſubtractionem obedientię factam per Regem Aragonum ipſi Petro de Luna, & reuocat quandam conſtitutionem Petri de Luna, quę incipit. Ad futuram. 368.a

Seſſio 31. in qua prędidente Epiſcopo Oſtien. Cardina. ordinatum fuit, & lectum monitorium contra Philippum comitem virtutum, qui manus violentas in Epiſcopum Attenſem iniecerat, & decretum factum fuit ſuper redintegratione Eccleſię Baionenſis, cum perplures annos duos Epiſcopos habuiſſet. 359.a

Seſſio 32. io qua pręſidente Epiſcopo Oſtien. Cardina. ſucceſſus canonicarum citationum, & vocitionum contra Petrum de Luna dictum Benedictum XIII. factarum, narratur nec non ſuę contumacię. 371.b

Seſſio 33. in qua preſidente Epiſcopo Oſtien. Cardina. Petrus de Luna à Concilio contumax publicatus fuit ac ad contra obijciendum iterum citatur. 373.a

Seſſio 34. in qua pręſidente Epiſcopo Oſtien. Cardina. audita relatione proceſſus probationum, & aliorum actorum in cauſa inquiſitionis per commiſſarios à Concilio deputatos contra Petrum de Luna, ſancta ſynodus ſuper citatione ad audiendum ſententiam per eaodem ſynodum faciẽdam dictos commiſſarios nullam poteſtatem habere decreuit. 374.a

Seſſio 35. de vnione Ambaſciatorum Domini Regis Caſtelle, & legionis ad Concil. Conſtantienſe, & lecta fuit ſchedula approbationis capitulorum Narbonę factę per oratores Regis Caſtelle, & Concil. irritat, & annullat iuramenta pręſtita à Regibus cęteriſque principibus de non redeundo ab obedientiã domini Petri de Luna Benedicti 13. nuncupati, poſt modum per vnum Ambaſiatorem Regis Caſtellę lecta fuit ſchedula confirmationis, ſubtractionis obedientię. 374.b

Seſſio 36. in qua pręſidente Ioan. Epiſcopo Oſtiẽ. Card. lecta fuit quędam citatio contra Petrũ de Luna facta ad audiendum ſe priuari, & ſententiam ferri, lectũ & fuit decretum caſſationis pęnarũ factarũ per Petrum

de Luna, vigore cuiuſdam conſtitutionis pro Ambaſciatoribus Regis Caſtellæ. 378.a

Seſſio 37. in qua præſidente Epiſcopo Oſt. Card. accuſata fuit contumacia Petri de Luna, & contumacem illũ Concil. declarans ſententiam contra Petrum nuncupatum Papam Benedictum XIII. tulit, & Papatu, ac omni Pontificio, & honore priuat, & ipſum tanquam hæreticum, & ſchiſmatis fautorem, & nutritorem damnat, & ab Eccleſia expellit. 380.a

Seſſio 38. in qua præſidente Ioã. Ep̃o. Oſt. Card. irritatæ fuerunt pœnæ latæ contra Ambaſciatores inſtantis Henrici, & reuocatæ fuerunt voces Ambaſciatoribus Regis Aragonum conceſſæ. 381.b

Seſſio 39. in qua præſidente Epiſcopo Oſt. Card. Concilia generalia, poſt Concil. Conſtantienſe certis temporibus aſſignatur celebranda, & ſtatuitur, ac etiam prouidetur pro ſchiſmate futuro auferendo, & multa circa electionem Papæ ſtatuuntur, & forma de profeſſione Papæ facienda deſcribitur, & quod prælati inuiti non transferantur, & de ſpolijs prælatorũ morientium. 383.b

Seſſio 40. in qua præſidente Epiſcopo Oſt. Card. decreuit ſancta ſynodus quædam capitula reformatione digna, per futurum Romanum Pontificem, vna cũ Concilio reformari ante diſſolutionem Concilij, & quod procedatur ad electionem Romani Pontificis, abſentia Cardinalium Petri de Luna non obſtante ac modum, & formam eligendi Papam traditur. 386.a

Seſſio 41. in qua præſidente Epiſcopo Oſt. Cardi. lecta fuit conſtitutio Clementis Papæ VI. ſuper modo, & forma tenendis ſuper victualibus Cardinaliũ in conclaui exiſtentium, & quædã capitula iuranda per electores Rom. Pontificis, & cuſtodis conclauis, & lectũ fuit decretum de adiungendis quibuſdã electis à Cõcil. qui ſimul cum Cardinalibus Papam eligãt, & de non ſpoliando eligendum in Papatu, & quomodo poſtea Odon de columna in Papã electus fuit, & Martinus V. nominatus, & de eius incoronatione. 387.b

Seſſio 42. in qua p̃ſidente Martino V. Papa dictus Martinus bullam liberationis fecit domino Imperatori de cuſtodia olim Papæ Ioanuis XXIII. & ipſum Ioannem ſibi tradidi fecit. 391.b

Seſſio 43 in qua præſidente Martino Papa V. multa decreta ab ipſo Martino V. facta ſunt, de exẽptionibus, de vnionibus, de fructibus percipiendis, de ſimonia, de vita, & honeſtate clericorum, de decimis, & alijs oneribus Eccleſiaſticis, de diſpenſationibus. 392.a

Seſſio 44. in qua præſidente Martino Papa V. deputatus fuit locus futuri Concilij p̃ximè celebrãdi. 394.b

Seſſio 45. & vltima Concilij Conſtantienſis in qua præſidente Martino Papa V. & præſente sereniſſ. Romanorum Rege abſolutum fuit Conci. & omnia eius geſta à Martino fuerunt confirmata. 394.b

Seſſio prima Concilij Baſileenſis in qua præſidebat Fabianus Cardinalis diaconus tituli S. Angeli nomine Papæ Eugenij IIII. indicatum eſt Concil. die Veneris 14. menſis Decembris 1431. & omnes qui in Concilio intereſſe debent ſub pœnis in iure contentis citantur, & peractis Miſſa ſolemni, & alijs precibus, inchoatum eſt Conc. & lectum fuit decretũ Cõſtantienſis Concil. de tẽpore, & loco celebrandi Concilia generalia, & lectum fuit inſtrumentum electionis ciuitatis Baſileenſis pro genere Conc. celebrãdo, cum quadam bulla Martini V. & etiam lecta fuit bulla alia Martini de initiando Concilio, & de eius approbatione, & qua Iulianum Cardinalem S. Angeli legatum Apoſto. & præſidentem dicto Concilio conſtituit, & explicatur intentio & finis Concilij Baſil. & modus ſeu geſtus in Concilio, & ſeſſione traditur, vt in Concilio Toletano decretum fuit, & quod nullum præiudicium alicui inferretur propter ſeſſionem in Concilio explicatur, & declaratus fuit proceſſus contra inuaſores, ſeu ſpoliatores accedentium ad Cõcilium, & recedentium ab illo, & contra impedientes Concil. & conſtituti ſunt officiales Concilij, & de fructibus beneficiorum percipiendis per ſuppoſita Concilij. 414.a

Seſſio 2. in qua fuit decretũ Cõc. Baſil. legitime inchoatum, & quod Concil. generale eſt ſupra Papam, & quod inobedientes Concilio etiamſi Papalis dignitatis exiſtant puniantur, & quod perſonæ Concilij nõ debent extra Concil. trahi, vel impediri, & quod qui tenentur intereſſe Concilio non recedant ſine licentia, & recedentes tenentur ſuam poteſtatem alijs in loco remanentibus relinquere. 415.a

Seſſio 3. in qua modus, & cauſa, quomodo, & cur Conci. in Baſilea ſit congregatum explicatur, & oratores ad Papã Eugeniũ fuerunt deſtinati, ad eum exorãdum vt auxilijs, fauoribus, & Concilijs Concilio aſſiſtere velit, & cum Conci. audiſſet Papam ſiniſtra informatione motum diſſolutionem Concil. attentaſſe, alios oratores ad eum deſtinauit ad ſupplicandum, & inſtãdum Papam, vt ipſam diſſolutionem reuocare dignaretur, & Concilio auxilijs, & conſilijs ſuffragaretur opportunis, poſtea decreuit. vt Concilium nullatenus diſſolui poſſet à Papa, & monitorium contra Papam ordinauit. 426.b

Seſſio 4. Conc. Baſil. in qua factus fuit ſaluus conductus Bohemorum, & miſſa fuit Epiſtola Bohemis à Cõcilio ſuper cõcluſione negotij vnionis in Egra facta, & decretum fuit, ſi ſedẽ Apoſt. vacare contigerit, durãte Concilio, electio alibi fieri nõ poſſit, niſi in loco ſacri Concilij, & declarat, quod nullus vi iuramẽti, aut promiſſionis alicui factę adſtrictũ ſe putet, vt ad Concil. venire non poſſit, & quod durante Concilio in literis Concilij vtatur bulla plumbea pendente in vna parte Spiritusſanctus in ſpecie columbe, in altera ſacroſancta generalis ſynodus Baſil. ſculptum continẽte. Item decreuit Papam durante Concilio non poſſe creare Cardinales, nec creatos publicare. Item facta fuit commiſſio per Concil. domino Cardinali S. Euſtachij, ſuper regimine ciuitatis Auionenſis, & comitatus Venuſſini. 430.a

Seſſio 5. de cauſis fidei in qua ſeſſione Concil. deputat iudices cauſarum fidei, & procuratorem generalem, & alios iudices ad examinãdos in cauſa generaliter, & per cognitores cauſarũ, & decreuit vltra tres menſes, iudicum poteſtatem non durare, & ordinatur auditor ordinarius cameræ, & conſtituitur Soldanus, & alij officiales, necnon notarij deputantur, & ne incorporati trahantur ad iudicium extra locum huius Cõcilij. 434.a

Seſſio 6. Concil. Baſil. in qua promotores Concilij dant ſuam petitionem, in qua Eugenium IIII. per ſynodum contumacem declarari petunt, & ſimul accuſant contumaciam Cardinalium citatorum. 435.b

Seſſio 7. quam ſedente Concilio vacante ſede Apoſto. extra Conc. non procedatur ad electionem. Item decretum fuit quod prorogetur tempus Cardinaliũ veniendi ad Concil. tempore vacationis Papatus. 437.b

Seſſio 8. in qua Concil. iterum Eugeniũ Papam ad Concilium citat, & admonet, & vt diſſolutionem Concilij reuocet infra 60. dies, & ſynodus mandat omnibus Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, vt tranſacto tempore infra 20. dies à curia Romana recedãt, ſub pœna priuationis officij, beneficij, &c. & ad Concil. veniant, & decreuit ſynodus vnicum debere eſſe Concil. nec poſſe aliud congregari Concil. præter congregatum in Baſilea, & decreuit pro incorporatis quod eorum beneficia non poſſint per Papã, vel alium auferri, & quod Papa non poteſt imponere nouas gabellas in terris Rom. Eccleſiæ, & de nõ alienandis terris Eccleſiæ per Papam Eugenium. 438.a

Seſſio 9. in qua Conci. recipit Sigiſmundum Imperatores, & caſſat proceſſus contra Ducem Vuilhebatum protectorem Concilij, & alios adhærentes Concilio. 440.a

Seſſio 10. in qua Concil. exponit, & intendit quędam capitula contenta in decreto citationis Eugenij Papæ, deinde promotores Concilij accuſauerunt contumaciã Eugenij Papæ, & per Concil. deputati ſunt aliqui ad videndum, & examinãdum proceſſum contra Eugenium factum. 441.a

Seſſio 11. in qua lectum fuit decretum Concilij Conſt. in quo habetur quod perſonæ quæ Cõcilio intereſſe debent ſine alia vocatione venire ad Concil. adſtringantur,

gantur, aut ſi legitimo impedimento detineãtur perſonas idoneas cum ſufficienti mandato deſtinare teneantur, quod ſi facere neglexerint, aut Concil. prorogare, mutare, diſſoluere tentauerint infra quatuor menſes cũ reali ſatisfactione non reſipuerint, ex tunc Rom. Pontif. à Papali adminiſtratione, & aliæ perſonæ a ſuarum dignitatum adminiſtratione ſint ipſo facto ſuſpenſi, quæ quidem Papalis adminiſtratio ad ſacrum Concil. ipſo iure deuoluatur. Item decretũ fuit quod liberum ſit cuilibet venire ad Concil. & declarat Concil. verbum de protogatione Concilij, & caſſat attentata in contrarium, & quod non diſſoluatur, aut mutetur ſine conſenſu duarum partiũ cuiuslibet, &c. & quod locus Concilij eligatur per menſem ante diſſolutionem, & declaratur illud verbum. In decenniũ. & quod electores Papæ ante ingreſſum cõclauia iurent quod ſi quis eorum eligatur ſeruabit dicta decreta. Poſtremo Concil. caſſat iuriſdictionem factam curialibus Romanę curiæ ne veniant ad ipſum Concilium. 443.b

Seſſio 12. in qua lectum fuit, & publicatum decretum citationis contra Papam, in quo eum tertiò, vt infra 40. dies ad Concil. compareat citat ſub pęna priuationis &c. & expeditum fuit decretũ de electionibus, & confirmationibus Epiſcoporum, & prælatorum. 445.a

Seſſio 13. in qua habetur accuſatio cõtumaciæ Papæ facta per promotores ſacri Concilij, & ad requiſitionẽ Principum, & præcipue Imperatoris terminum 30. dierum dicto Eugenio ad comparendum, Concilium prolungauit, & aliud decretum expediuit pro ſuppoſitorum tuitione. 450.a

Seſſio 14. Concil. Baſil. in qua aſſiſtente Imperatore in habitu Imperiali alia prorogatio monitionis Papæ ad 90. dies conceſſa fuit, & tres formulæ adhæſionis Eugenio Papæ a Concilio præſcriptæ ſunt. 454.b

Seſſio 15. in qua agitur de Concilijs Prouincialibus, & ſynodalibus celebrandis, & quid in eis præcipuè attẽdendum ſit, & qualiter puniantur Archiepiſcopus, & ſuffraganei ſi negligentes fuerint Concilio intereſſe per ſe, vel per idoneam perſonam. 456.a

Seſſio 16. in qua declaratur Papam Eugenium Concilio adhærere, celebratis cerimonijs conſuetis, incorporantur bullæ Papæ Eugenij, & primo literæ reuocationis diſſolutionis Concilij, & illud confirmãtes, poſtea tres bullæ, quibus Concilium continuari in Baſilea declarat, & illud reprehendit de temerario auſu contra Papam, & irritat quicquid contra Apoſtolicam ſedem decretum fuerit, cũ Concilium eſſe non poſſit nec ratum aliquid eſſe ſine authoritate Papæ, & incorporati ſunt Concilio præſidentes legati Eugenij Papæ, & etiam eius oratores. 458.a

Seſſio 17. ſuper admiſſione præſidentium Concilio nomine Eugenij Papę IIII. in qua ſeſſione adfuit Imperator cum Imperiali apparatu, & quibus conditionibus præſidentes Concilio fuerunt admiſſi. 465.b

Seſſio 18. ſuper innouatione decreti Concilij Conſtant. de authoritate, & poteſtate Conciliorum generaliũ abſentibus legatis Papæ. 466.a

Seſſio 19. in qua pronunciata fuerunt decreta in materia Græcorum, Iudæorum, & Neophitarum. Itẽ quæ inter Ambaſciatores Imperatoris, & Patriarchę Grę corum, & Concilium ſtabilita ſint, pro Concilio vniuerſali celebrando pro vnione Eccleſiarum Orientalium, & Occidentalium facienda, cũ mandatis Imperatoris ſub bulla aurea, & Patriarchę Conſtã. Ambaſciatoribus datis de gręco in latinũ translatis, quæ omnia à Concilio fuerunt acceptata, & confirmata, & ſanctiſſimum Papam Eugenium Concilium rogat, vt prædictis capitulis à ſynodo approbatis expreſſum cõſenſum pręberevelit, & alium decretũ pro Iudæis, & cõtra Iudæos, & Neophitos promulgatũ fuit. 467.b

Seſſio 20. de concubinarijs publicis præcipuè clericis, quomodo cõtra eos procedi debeat, & de filijs ex cõcubinatu procreati, & de excommunicatis quos euitare teneantur, & de interdicto, & de friuole appellãtibus, & de publicãdis decretis huius ſeſſionis. 471.b

Seſſio 21. de annatis, & quod pro expeditione literarũ, bullæ, ſigilli, nihil exigatur, nec ante expeditionem, nec poſt, niſi pro labore ſcriptorum, regiſtrorũ, & abbreuiatorum, de pacificis poſſeſſionibus. Quomodo diuinum officium in Eccleſia celebrandum ſit, qualiter horæ canonicæ extra chorum dicendę, & de his, qui tempore officiorum vagantur per Eccleſiam, de tabula pendente in choro, in qua deſcripti ſint ij ad quos per hebdomadam legere, & canere in ſingulis horis ptinet, de ijs qui in Miſſa aliquid cantare omittunt, vel cantant cãtilenas, vel nimis baſſe Miſſam legunt, aut ſine miniſtro. De pignorantibus cultum diuinum. De tenentibus capitula tempore Miſſę maioris, & de ſpectaculis in Eccleſijs non faciendis. 473.b

Seſſio 22. de cõdemnatione libelli Fratris Auguſtini de Roma Archiepiſcopi Nazareni. 475.b

Seſſio 23. de electione Rom. Pontificis, quomodo à Cardinalibus eſt facienda, & electus in Papam cõſenſum infra certum tempus determinatũ præſtet, & formam conſenſus Concilium dictauit, qui vt in ſingulis annis ante præſentiam Papę legatur, decreuit, & quod pręcipuè Papa obſeruare, & curare teneatur oſtendit, de numero, & qualitate Cardinalium, & de iuramento Cardinalis recẽs creati, & quod Cardinales decima ſuis titulis applicare debẽt, & eorum electio quomodo facienda, & quid Cardinalibus maximè curandũ ſit. 476.b

Seſſio 24. de quibuſdam actis cum Gręcis circa eorum aduentum in vniuerſali Concilio pro vnione facienda, & in qua lectæ fuerunt bullæ aureæ Imp. & Plumbeæ Patriarchæ Conſtan. in confirmatione ſupradictorum actorum, & miſſus fuit à Concil. Baſileẽſi ſaluus conductus ipſis Græcis, & promulgata fuit bulla indulgentiæ plenariæ conceſſæ à Concil. Baſil. ſemel in vita, & ſemel in morte in fauorem ſubſidij pro reductione Græcorum procuranda. 483.a

Seſſio 25. de locis futuri Oecumenici Cõcilij pro Græcis, & decimas ſoluendas omnibus Eccleſiaſticis perſonis, etiam ſummo Pontif. & Cardinalibus Conciliũ indixit, & aliud decretum factum fuit pro cautione Auinionenſi. 490.a

Seſſio 26. in qua factum fuit monitorium, & citatio cõtra Eugenium Papam, & Cardinales. 492.a

Seſſio 27. in qua caſſatur nominatio, & creatio Cardinalium per Eugenium Papam IIII. facta, & lectum fuit decretum caſſationis literarum falſo bullatarũ, & aliud decretum lectum fuit quod ciuitas Auinioñ. non poſſit alienari, & recipitur in ſalua guardia Concilij. 494.b

Seſſio 28. in qua accuſatur contumacia Papæ, & declaratur contumax. 498.a

Seſſio 29. in qua reuocatur prætenſa bulla Papæ ſuper tranſlatione Concilij facta, & oſtendere conatur Cõcilium eſſe ſupra Papam, ac illi minatur ſuſpẽſionem, & priuationem Papatus ſi Concilio parere noluerit, & ſub pœna excommunicationis, & alijs pœnis præcipit omnibus tam Eccleſiaſticis quã ſecularibus perſonis ne ad Concil. congregatum per Eugenium accedant. 500.b

Seſſio 30. de modo communionis, quod non cõficientes non adſtringuntur ſub vtraq; ſpecie Euchariſtiam ſumere, cũ in qualibet ſpecie ſit totus Chriſtus, & quod hanc conſuetudinem quæ pro lege habenda eſt nemini liceat reprobare, aut immutare. 504.b

Seſſio 31. de cauſis apud quos terminari debent, & de friuolis appellationibus tollẽdis. De beneficiorũ collationibus. De gratijs expectatiuis ſiue denominationibus ſuper beneficijs vacaturis non concedendis. De ſuſpenſione Domini Eugenij Papæ ab omni adminiſtratione Papatus. 505.a

Seſſio 32. de caſſatione pretenſi electionis loci à minori parte factæ, & Conc. Ferrarienſe congregatũ ab Eugenio Papa à Concil. Baſil. damnatur, & Conc. ſchiſmaticum, & conciliabulum nuncupatur, & totam curiam Rom. Pont. ſub pœnis, & cenſuris ab obedientia Eugenij Papę ſubtrahere conantur, ac eis præcipit ne ad Concil. Ferrarienſe accedant, ſed ad Concil. Baſileen. infra ſpatium 30. dierum veniant, excommunicans omnes inuaſores accedentium, & recedentium à Concil. Baſileenſi. 511.a

Seſſio

Digitized by Google

Seſſio 33. De veritate fidei catholicę pro tres veritates, nempe, quod Generale Concil. poteſtatē immediate a Chriſto habet ſuper omnes fideles. & omnes cuiuſ uis dignitatis etiam ſi Papalis exiſtant obedire Concilio tenentur, & inobedientes contumaciter condignę penit[illegible]tiæ ſubiaceant. ſecunda quod Concil. eſt ſupra Papam, tertia quod Papa Concilium generale diſſoluere nō poteſt ſine cōſenſu cōcilij, nec in aliud tempus prorogare, nec de loco ad locum mutare, & quòd his veritatibus oppugnans hæreticus eſt cenſendus. 516.a

Seſſio 34. De depoſitione Eugenij Papæ. 4. in qua Concil. in eū deffinitiuā ſentētiā depoſitionis tulit. 516.b

Seſſio 35. De ſtabilitate Concilij Baſil. & terminum eligendi nouum Papam decernit, ac omnes curiales infra ſpatiū 60. dierum qui obediētiam Eugenij, & adhærentiam dimiſerint in eorum ſtatu cōfirmare promittit. 518.a

Seſſio 36. de conceptione beatæ Mariæ Virginis, in qua deffinitum fuit Virginem Mariam fuiſſe conceptam ſine peccato originali, & feſtum ipſius conceptionis cum indulgentijs celebrari conſtituit, & renouauit: 518.b

Seſſio 37. in qua reuocantur proteſtationes, cōuocationes, iuramenta obuiantia electioni Papæ faciendæ. 519.b. & aliud decretum factum fuit de modo eligendi nouum Pontificem, quæ electio fiat per Concil. Baſil. pro hac vice tātum, vel de eius authoritate modis, & formis infraſcriptis & dictaum formā conſenſus, profeſſionis, iuramenti præſtandi per ipſum electum in Papam, & aliud decretum factum fuit, ne bona electi, & eligentium rapiantur, & etiam ne tempore electionis fiant audientiæ. 520

Seſſio 38. contra inuectiuam Eugenij, & in qua decretū factum fuit de electionibus faciendis, & aliud decretum factum de confirmatione nominatorum ad eligendum nouum Papam, & aliorum deputatorum in conclaui. 523.b

Seſſio 39. in qua à Concilio confirmatus fuit nouus Papa electus qui fuit Amedeus Dux ſabaudiæ. 528.a

Seſſio [4]o de conſenſu Felicis. 5. electi in Papam, tūc Ducis ſabaudiæ. & de eius profeſſione facta ante conſpectum concilij. & de eius coronatione, & decretum factum fuit quod domino Felici tunc Amedeo Papæ ſit obediendum. 529.b

Seſſio 41. in qua condemnantur quidam libelli habiti ſcandaloſi per Eugenium quartū Papam editi, & præcipuæ cum dictus Eugenius Felicem antipapā ludibrio haberet, & ipſum damnaſſet. 531.a

Seſſio 42. de prouiſione Felicis Papæ 5. pro eius ſuſtentatione. 533.a

Seſſio 43. in qua feſtum viſitationis Virginis Mariæ inſtitutum fuit cum indulgentijs conceſſis iis qui Miſſarum ſolemniis, Matutinis, proceſſionibus ſermoni, primis, & ſecundis veſperis dictæ ſolemnitatis interfuerint. 538.b

Seſſio 44. de tuitione ſuppoſitorum huius ſacri concilij. 537.a

Seſſio 45. & vltima in qua electa fuit ciuitas Lugdunēſis pro proximo futuro concilio infra triennīū celebrando, & in qua conceſſa fuit indulgentia, & abſolutio, & habilitatio, & diſpenſatio ab omnibus, & ſuper omnibus peccatis, pœnis, cenſuris irregularitatibus fructibus male perceptis, & beneficiis ſimoniacæ obtentis quibuſcunque incorporatis, & per ſex menſes incorporandis huic, ſacro Concilio, & lectum fuit decretū quinque concluſionum Concilij Baſileenſis contra Eugenium Papam. 541.b

Seſſio prima Concilij Ferrarienſis in qua habetur acceſſus Imperatoris Conſtantinop. ad Concil. Ferrar. ordo ſedium, quæſt. de purgatorio nomina omnium prælatorum, qui Concilio interfuerunt, & quædam oratio Beſſarionis Cardinalis, & conſenſus Patriarchæ Conſtantinop. vt æcumenica ſynodus Ferrariæ celebretur. 781.a

Seſſio 2. Concil Ferrar. in qua proponitur quæſitum priuatim inter ipſos diſputatores quis nā primus negotium aggredictur, & quo nā genere diſputandi vti. & de qua quæſtione agere prius deberet. 788.b

Seſſio 3. in qua explicatur cauſā ſchiſmatis ac deſidij eccleſiæ Græcæ. 789.a

Seſſio 4. in qua diſputatum fuit inter Græcos. & latinos, an liceat ſymbolo fieri additio, & de authoritate Ro. eccleſię declarādi, illuſtrādi, & addēdi ſymbolo. 792.a

Seſſio 5. Concil. Ferrar. in qua ponuntur rationes Græcorum ex varijs Cōcil. ſelectæ ſacro ſymbolo nō poſſe fieri additio. 794.a

Seſſio 6. Concil. Ferrar. in qua reſpōdetur a latinis obiectionibus Græcorum ordinatim. 798.b

Seſſio 7. in qua explicatur ſententia illa Concil. Niceni Cōſtantinop & Calcedō. (quod quicquid decreuerit ſancta ſynodus impermutabile ſit) quomodo intelligatur. 803.b

Seſſio 8. in qua Gręci nituntur reſpōdere cū argumētis, tū authoritatibus à latinis adductis ſeſſione ſexta, & ſeptima in quibus Eccleſiā Ro. habere facultatē ſymbolum illuſtrandi atque declarandi diſſeritur. 810.b

Seſſio 9. in qua explicatur à Græcis quædam ſententia ſancti Cirilli. & B. Agatonis, q videtur illis explicare non licere nec vllo addere ſymbolo. 816.a

Seſſio 10. in qua latini varijs authoritatibus, & rationibus adducti optimè particulam illam (ex filioq;) eſſe poſitā explicant cōtra Grecos, deinde differunt an liceat ſymbolo addere reſpondendo adamus in argumentis Græcorum. 817.b

Seſſio 11. in qua attendunt latini explicare intelligentiā illius loci Concil. Epheſini (vt nemini liceat proferre, cōſcribere, & componere) qui locus fuit adductus à Græcis ad probandum Eccleſiæ Romanæ non licere addere ſymbolo. 820.b

Seſſio 12. in qua habetur prolixa diſputatio inter Græcos & latinos An Chariſio liceret componere ſymbolū, ipſumq; celebrare, quomodo ſymbolum Neſtorianum a Concilio Niceno fuit antiquatum, & reprobatum. 823.a

Seſſio 13. in qua introducti fuerunt oratores ducis Burgundiæ, qui ſalutato de more ſolito ſummo Pontifice, ei litteras dederunt, ipſeq; lectæ fuerunt, & fuit dimiſſa ſynodus. 829.b

Seſſio 14. in qua nihil fuit actū niſi ab ijſdē ducis Burgūdiæ ſalutatus Imperator, & fuit ſeſſio dimiſſa. 829.b

Seſſio 15. in qua Græci petunt à latinis ſymbolum ubi traditum exhortantes eos obſeruare traditiones maiorum Patrum, deinde auf[er]re ex ſymbolo particulā illā (ex filioq, procedit,) cum quid impium eſſe aſſerebāt. quos adhortatus Imperator vt in vnione eccleſiarum incumbent. tandem ob peſtem determinatur a pontifice ſynodum transferendum eſſe Florentiam. 829.b. 830. a b

Seſſio 16. & vltima Ferrariæ in qua legitur decretum ſummi Pontifi. de transferenda ſynodo Florentiam, vnde commemoratur diſceſſus ſummi Ponti. & latinorum, & Imperatoris, mentioq; de pompa magna qua honorificētiſſime fuit acceptus Imperator à Florentinis. 831.a.b

Seſſio 17. Florentiæ celebrata, A. D. 1439. die Iouis 26. menſis Februarij, in qua prolixa habetur oratio inter Imperat. & Iulianum Cardinalem. ſi quidem Imperator aiebat p Grecis melius deinceps expedire q̄ſtiones tractatas inter Græcos & latinos priuatim agere. Deinde communiter in ſeſſionibus diſputarent. & quod ad alteram quæſtionem deuenirent, cum hac tamē conditione, vt ad Papā ſi ipſis placuerit redire valerent. cui Cardi pro latinis minime aſſentire voluerit, ſed quod omnis quæſtio communiter ageretur in ſeſſione Hinc fuerunt electi diſputatores pro vtraq; parte, & fuit dimiſſa ſeſſio. 831.b

Seſſio 18. Florentiæ, in qua exorditur quæſtio de proceſſione. ſpiritus. S. An Spiritus ſanctus procedat à patre & à filio, vbi multa adducuntur argumēta, & rationes, & authoritates ſanctorū Patrū p vtraq; parte, ſcilicet Latinorum & Græcorum. 834.a

Seſſio 19. Florētiæ, in qua eandem quæſtionem de proceſſione S. Spiritus proſequūtur, vnde habetur longa diſputatio inter Grecos, & Latinos ob varias itelligētias ſententiæ ſancti Baſil. in ſeſſione. 18. poſitę. 840.a

Seſſio

Digitized by Google

Seſſio 20. Florẽtiæ in qua eadẽ q̃ſtio de ꝓceſſione S. ſpiritus tractatur innixi auctoritate magni Baſil. 845.a
Seſſio 21. Florentiæ in qua oſtenditur auctoritate magni Baſil. Spiritum ſanctum à filio accipere eſſe, ipſumq́; ordine ac dignitate tertium eſſe. 851.a
Seſſio 22. Florentiæ in qua inter alia adhuc perſiſtunt Græci, & Latini in auctoritate S. Baſil. An Spiritus ſanctus ordine tertius ac dignitate, & diſſeritur an ſententia S. Baſil. ſit corrupta ex parte latinorum vel ex parte Græcorum. 856.b
Seſſio 23. Florentiæ in cuius exordio prolixe conantur Græci probare Spiritum ſanctum minime procedere ex filio. Tandem reuertuntur ad examinationem ſententiæ magni Baſilij. vbi Imper. videns controuerſiam, adhortatur omnes benigniſſime vt quam primũ velint rem hanc perſoluere. 863.a
Seſſio 24. Florentiæ in qua nil aliud tractatur niſi quod latini reſpondent illi authoritati Domini noſtri (S. cum venerit paracletus qui à patre procedit) à Græcis adductę pro cõfirmanda eorum opinione, ſcilicet quod Spiritus ſanctus non procedat ex filio. 870.a
Seſſio 25. & vltima Florẽtiæ, quæ cum prolixa ſit in eius exordio plurimæ quidem à latinis adducuntur ſententiæ probantes Spiritum ſanctum procedere ex filio; quibus viſis ac lectis in libris, cęperunt Græci cogitare de concordia, ac pace, licet Græcorum conſenſus in duas fuerit diuiſas partes. Hinc Græci miſerunt nuncios ad Pontificem dicentes ſe non velle amplius cum latinis diſputationes habere. Quibus Pontifi. reſpondet vt vnam ex ijs quatuor conditionibus eligerent, vel vt demonſtrationibus acquieſcerent, vel ſi quas authoritates haberent in Concilium in mediũ adducant, vel ſi volunt magis ſatisfieri à latinis, vel demq; ſeſſione vocata ſolẽnq; miſſa celebrata quiſq; Græcorum ſimul & Latinorum iuratus liberis ſuffragijs ſuam ſententiam dicant, vt quę ſentẽtia pluribus conſtaret ſuffragijs, ea ſuſcipiatur. Tandem ſuit facta cõiunctio, & pax inter Latinos & Græcos, poſtq; multa alia fuerunt peracta, ſuitq́; abſoluta ſynodus octaua Florentiæ. 871.a. vſque 896. perdurat.

INDEX OMNIVM EPISTOLARVM, BVLLARVM, ET LITTERARVM,

quæ in hoc quarto Tomo continentur.

EPISTOLA Leonis noni Papæ, aduerſus inauditas præſumptiones Michaelis Conſtantiopolitani, & Leonis Acridani Epiſcoporum, & in qua multis diuerſis rationibus, & authoritatibus oſtẽdit primatum, & regnum, & imperium cœleſte, & terrenum Romani Põtificis, & priuilegia, & dotatio Eccleſiæ Romanę facta à Conſtantino Imperatore. 50.a. vſque ad. 64.a
Epiſtola Leonis noni Papę ad Thomam Carthagi. Epiſcopum, de dignitate Eccleſiæ Carthaginenſis: ſed tamen Cõcilia vniuerſalia cõgregare, & Epiſcopos dãnare, vel deponere ſine conſultu Romani Pontificis non debet: & vt Epiſcopus Gummitanus nullam licẽtiã habet Epiſcopos cõſecrãdi, aut deponẽdi, nec Cõcilia Prouincialia celebrãdi, ſine cõſenſu Carthaginẽſis Epiſcopi, & de cauſis Eccleſiarũ maioribus, & difficilioribus ad Romanum Pontificem deferendis. 64.b
Epiſtola leonis Papæ ad duos Epiſcopos Africæ, de ijs quæ ſupra ad Epiſcopum Carthaginenſem, & de bipartito ordine ſacerdotum, & de Eccleſiaſticæ atque humanæ dignitatis ordine. 65.a
Epiſtola Leonis noni ad Petrum Epiſcopum Antiochenum, qua monet eum, vt dignitatem ſuæ ſedis omnimodo defendat, & ſuã promotionem ad epiſcopatum confirmet, dummodo non fuerit promotus contra canones, & probat ſuam fidem conformem fidei Romanæ, cuius explicationem Papa ad eum mittit. 66.a
Epiſtola Leonis noni ad Michaelem Epiſcopũ Conſtãtino. qua monet, & hortatur eum, vt depoſita pertinaci, ac ſacrilega vſurpatione nominis vniuerſalis Patriarchæ, Eccleſiæ Romanę capiti omniũ Eccleſiarũ ſe humiliet, & qua ꝓbat Chriſtum myſteriũ corporis ſui ſub ſpecie panis azimi Apoſtolis cõmẽdaſſe. 68.a
Epiſtola Leonis noni Papæ ad Conſtantinum Imperatorem, qua hortatur eum, vt collaborare dignetur, ad recuperandum, retinendũ, & defendẽdũ patrimonia, & priuilegia ſanctæ matris Eccleſiæ ab anteceſſore Conſtantino collata, cõfirmata, atq; defenſa, quod idẽ Enricus Imperator in ſuis partibus perficere mollitur, & de præſumptione Epiſcopi Conſtantinop. & commendat illi legatos, quos ad eum direxit. 70.a
Literæ Gregorij ſeptimi ad Principes, & Nationes, qua anathematizat omnes impedientes, ne legati ſui pacem ex æquo, & bono componere poſsint. 78.a
Epiſtola ſiue literæ vniuerſitatis Pariſienſis ad viros Cõcilio Cõſtantien. ex parte ſua deſtinatos, qua illis narrat ſe plurimum dolere de receſſu Papæ, & formam literarumq́; quas ad ipſum Papã deſtinarunt illis mittit in qua vniuerſitas Pariſien. Papam hortatur, vt ad Concilium pro pace totius Eccleſiæ redire velit, & vota ꝓmiſſa de renunciatione Papatus adimplere velit. 263.a
Epiſtola vniuerſitatis Pariſien. ad prelatos Italiæ nationis, qua hortatur eos, vt pro bono pacis totius Eccleſiæ Papam inducere velint, vt ad Concilium redeat, & vota ꝓmiſſa adimplere velit. 264.a
Literæ vniuerſitatis Pariſien. ad Concilium Conſtantiẽſe ſuper facto & receſſu Papæ à Concilio. 278.a
Epiſtola Ioannis Papæ ad Regem Romanorũ, in qua eũ rogat omni inſtantia vt ſui miſertus apud Concilium poſt demiſsionem Papatus, ſuum ſtatum, honorem & formam ſaluare ac cuſtodire dignetur. 294.a
Literæ Eugenij Papæ IIII. qua oſtẽdit ſe adherere Cõcilio Baſileen. & illud confirmat, ac diſſolutionem dicti Concilij reuocat, & quicquid contra dictum Concilium ſtatuerat annullat. 458.a
Epiſtola Concilij Generalis Baſileenſis ad Bohemos miſſa, ſuper cõcluſione vnionis in Egra facta, in quarta publica ſeſſione lecta. 430.b
Epiſtola Concilij Baſileenſis ad conuocationem Bohemorum ad Concilium. 549.a
Epiſtola Concilij Baſileenſis ad omnes Chriſti fideles, in qua Patres intendunt manere in Baſilea, & quod non credatur literis, aut mandatis in contrariũ. 550.b
Epiſtola reſpõſoria Cõcilij Baſileenſis, de authoritate cuiuslibet Cõcilij Generalis ſupra Papã, & quoslibet fideles, quodq; ſine eius cõſenſu nõ potuit diſſoluere Concilium Baſileenſe Eugenius Papa quartus. 551.a
Reſponſio Concilij Baſileenſis oſtenſiua non eſſe acceptandas literas Eugenij quarti Papæ, de ſua prætenſa diſſolutione, quodque articulum de diſſolutione eſt pertinens ad fidem. 569.a
Reſponſio ſynodalis data à Præſidente Concilij Baſileenſis, quam ex ſe ipſo fecit viua voce in congregatione generali, deinde redegit in ſcriptis, ſuper acceptione decretorum per Papam facẽda, primo quam eidem à Concilio fiat prouiſio. 572.b
Epiſtola Concilij Baſileenſis ad Eugenium Papã quartum, quod pro vnione Græcorum non debet in Conſtantinopoli ſynodum celebrare. 575.b
Reſponſio Concilij Baſileenſis, quod poſſet Concilium condere indulgentias plenarias pro vnione Græcorum: quod oblatio Papę, quo ad acceptionem decretorum non eſt ſufficiens, nec agendum eſſe modo de mutatione Concilij. 576.a
Epiſtola ſynodalis reſpõſiua ad inuectiuam factã ſub nomine Eugenij Papę, cõtra ſynodũ Baſileẽſe, ſuꝑ materia

teria citatorij conuocatis ad iudiciũ ſynodale. 580.a
Reſponſio ſynodalis facta oratoribus electorum Imperij Romani &c. inſtantibus vt ſuperſederetur in proceſſu Papæ Eugenij. 588.a
Reſponſio ſynodalis ad fundamenta, & rationes primæ, & ſecundæ ſeſſionum conuenticuli Ferrarienſis, oſtẽdens quod Papa erigendo ipſum conuenticulum introduxit ſchiſma in Eccleſia Dei. 590.a
Reſponſio ſynodalis ad ſchedulam proteſtationis cõtra proceſſum Papæ factã per Frãciſcum de Barbauaria oratorem Ducis Mediolani. 595.a
Reſponſio ſynodalis ad ſchedulam præſentatam in deputationibus per oratores principum ſuper mutatione Concilij in alterum ex tribus locis, etiam ſi Papa, & Græci non conſentirent. 598.b
Reſpõſio ſynodi ad ſchedulã Oratorũ Principũ, de mutatione Concilij in aliũ ex tribus locis, vbi inchoãdũ eſſet omnino Concilium ad ſex menſes cum dimidio, nec interim contra Papam procedendum. 605.b
Sententia ſynodalis in congregatione generali declarans ſequentes curiam Eugenij Papæ, pœnas contentas in decretis ſynodalibus incidiſſe. 612.a
Reſponſio ſynodalis ad inuectiuam Gabrielis quondã Papę Eugenij, publicatam in quadam diſſeoſione cõuenticuli Florentini. 613.a
Epiſtola ſynodalis ad vniuerſos Chriſti fideles de obediendo Concilijs generalibus, & cauendo ipſis inobedientes. 620.a
Reſpõſio ſynodalis facta oratoribus Regis Romanorũ, ac Principũ electorũ de transferendo Cõcilio. 627.b
Copia literarum miſſarũ Papæ ex parte Regis Angliæ, ſuper facto Concilij per dominum Epiſcopum Landenſem, & Raſallum præceptorẽ ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, & Magiſtrum Guidonem Priorem Prædicatorum. 630.a
Literæ Regis Angliæ illuſtris, directa Concilio per Epiſcopum Laudenſem, & Raſallum præceptorem ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, & magiſtrũ Guidonem priorem prædicatorum. 631.a
Epiſtola Sigiſmũdi Cæſaris ex Italia ad Patres in Cõcilio Baſileæ cõgregatos miſſa, qua illis fauorem ſuum promittit, & vt legatos Papæ benignè ſuſcipiant hortatur. 631.b
Reſponſio facta Ambaſciatoribus Imperatoribus ſuper facto Bohemorũ in generali congregatione die ſabbati 29. Octobris 1435. 651.a
Epiſtola Concilij Baſileenſis miſſa ad Bohemos, qua hortatur eos, vt ad Concilium viros timoratos, & in lege Chriſti exercitatos, ad communem ſalutem, & pacem mittant, ac illis ſecuritatem promittit accedendi, ſtandi, & redenndi, & etiam ſaluos conductus illis à principibus obtinere procurabit. 653.a
Epiſtola Cõcilij Baſileẽſis ad Regẽ Frãciæ de cauſa cur Cõciliũ congregatũ ſit, & vt prælatos ſui regni cũ ſua ambaſſiata ad ſacrum Cõciliũ mittat, hortatur. 664.b
Epiſtola Concilij Baſil. ad dominum de Tremollia, qua hortatur eũ vt fauorẽ ſibi poſſibilem huic Concilio pſter, & vt apud Regẽ Galliæ intercedat, vt Prælatos Gallię cũ ſua ambaſſiata ad Concilium mittat. 655.b
Epiſtola Concilij Baſil. ad Archiepiſcopum Rhemenſem Cancellarium Franciæ, qua illi gratias agit de zelo erga ſacrum Concilium, & rogat eum vt ſi quid ad perſecutionem rei, necnon ad pacem regni Franciæ faciendũ videtur, Concilio ſignificare velit 656.a
Epiſtola Cõcilij Baſileẽſis ad Archiepiſcopũ Lugdunenſem, qua illi oſtẽdit quãtæ vtilitatis foret ſi ad Conciliũ cum alijs Galliæ prçlatis, quã citius veniret. 656.a
Epiſtola Concilij Baſileenſis ad Regem Poloniæ, qua hortatur eum, vt viros doctos, & peritos, diuinarum, & mundanarum rerum experientia imbutos ad Cõcilium pro Eccleſiæ bono mittat, nec non Epiſcopos, cęteroſq; qui de iure Concilijs generalibus intereſſe debent, ſollicitet ad Concil. conuolare. 656.b
Copia Salui conductus conceſſi per Concilium Ambaſciatoribus Domini noſtri Papę. 657.b
Epiſtola ſynodalis Concilij Baſil. qua inſtituuntur Indulgentiæ in veneratione Corporis Chriſti. 664.b
Epiſtola Bohemis miſſa per Ambaſciatores, ſeu legatos Concilij, qua hortatur eos, vt ad Concilium pro componẽdis rebus Eccleſiæ, & fidei, nuncios mittãt. 667.a
Epiſtola legatorum Concilij Baſileenſis, in Numberga exiſtentium ad Bohemos directa, de his quę ſupra, & ſecuritatem eorum oratoribus promittunt accedendi, ſtandi, &c. 668.b
Oratio habita à magiſtro Ioãne de Bachẽſtein decretorũ doctore, corã Eugenio Papa in Florẽtia pro Cõcilio Baſil. 674.b. cum reſponſione Papæ Eugenij. 677.a
Reſpõſiones factæ per dominũ Antoniũ auditorẽ nomine fratris Ambroſii Prioris Generalis, & ſuo pro parte Papę Eugenii quarti in generali cõgregatione ad petitiones factas per Oratores ſacri Concilij. 678.a
Oratio Gerardi Epiſcopi Laudenſis Oratoris Cõcilij Baſil. ad Regẽ Anglię & reliquos Patres conſcriptos Regni pro Concilio celebrando in Baſilea, & pro pace inter ipſum Regem & alios ineunda. 679.b
Oratio Magiſtri Andreę de Petra Archiepiſcopi Coloſſen. quarti Ambaſciatoris Eugenij Papę, habita in congregatione generali pro vitando ſchiſmate, & pro reformatione, & pro obedientia ſummo Pontifici pręſtanda. 683. vſq; 690.b
Oratio Archiepiſcopi Tarentini habita ad Patres Cõcilij de primatu Romani Pontificis, de transferendo Concilio à Baſilea in Bononiam, de authoritate Papę conuocandi Concilium, & quod Concilium nõ eſt ſupra Papam, & quod Papa ſponte Concilio ſe ſubmittit, & cupit illud perfici. 690.b. vſq; 696.b
Oratio luculenta pręſidentis habita in Concilio Baſileenſi nomine Eccleſię catholicę ad conuertendum Bohemos. 695.b. vſque 7[illegible].a
Epiſtola ſiue Bulla miſſa ab Eugenio ſanctiſſimo Papa quarto Epiſcopo Colonien. qua oſtendit Concilium Baſileenſe authoritate Apoſtolica diſſolutum, & vt Epiſcopus ab illo Concilio reuocet, & ſecum in Bononiam ad Concilium ducat. 721.a
Literę, ſeu informatio miſſa per dominum noſtrũ Eugenium Papam, ad Regem Romanorum per dominum Iacobum Archiepiſcopum Ebredun. deliberata circa modum ſe habendi per dominos pręlatos, & alios Baſileę congregatos. 722.a
Tenor literarum Apoſtolicarũ de poteſtate Legati Papę moderni pręſidentis Concilio. 722.b
Literę ſiue Bulla reuocationis per commiſſionem factam Domino Cardinali Legato, de Concilio, cum cauſis inibi expreſsis. 723.a
Literę reuocationis Concilii Baſil. ab Eugenio Papa factæ, publicatę Romę, & alibi. 726.a
Literę Apoſtolicę Eugenij Papę ad Regẽ Romanorum, Vngarię, & Bohemię ſup Cõcilij diſſolutione. 726.b
Literę Domini noſtri Papę Eugenii pſentatę ſacro Cõcilio per Ambaſciatores Dominorũ electorũ Imperii, miſſas ad Papã, in qbus nõ obſtãte diſſolutione iterum diuerſis de cauſis in Baſilea fieri decernit. 727.b
Literæ Eugenii Papę ad Imperatorem reſponſiuę ſuper factis Concilij. 729.a
Literę Eugenii Papę, in qua reuocat diſſolutionẽ Concilij, & illud fieri, & perfici in Baſilea decernit. 730 a
Literę Eugenii Papę ad Archiepiſcopũ Spalaten. Epm Cenien. & alios in quibus reuocat diſſolutionem aliquorum geſtorum per Concilium actorum. 730.b
Litera, ſeu Bulla Pręſidentiũ Concilio Baſileenſi. 731.a
Literę Eugenii Papę ad Archiepiſcopum Tarentinum Epiſcopum Paduanum, & Abbatem ſanctę Iuſtinę Paduanę, de legatis Apoſtolicis qui pręeſſe debeant Concilio, & ex illis aliquibus abſentibus, ipſi vices ſuas ſuppleant. 732.a
Literę Eugenij Papę ad Iulianum Cardinalem legatũ ſedis Apoſto. in Concilio, vt alios legatos deputatos, & ſubſtitutos, aut ſubſtituẽdos iuxtas facultatem ipſis conceſſam ſuſcipiat. 732.b
Epiſtola Eugenij Papę ad Conciliũ, qua illi mittit Chriſtophorum Goratonum Secretarium, qui ex Conſtantinop. rediјt informatum circa materiam vnionis Gręcorum cum Latinis. 732.b
Epiſtola Eugenij Papę ad Concilium Baſileen. qua gratulatur de eorũ lætitia quam habuerunt ob aſſenſum Romani Pontificis ad eorum Conciliũ, [illegible] hortatur,

Digitized by Google

eatur, vt bonum totius Chriſtianitatis, præ oculis habeant. 733.a

Epiſtola Eugenij Papæ ad ſuos legatos præſidentes ſacro Concilio de prouiſione facienda per Concilium annatis, & diuerſis alijs negotijs auferendis, & prouidendis. 733 b

Copia bullæ translationis Concilij Baſileen. ad ciuitatem Ferrarieſem factę ab Eugenio Papa quarto miſſa per dominum Vualterum de Herke Canonicum S Martini Laodicen. ex Bononia. 734.b

Epiſtola Sigiſmundi Impera. ad Eugenium Papam prima eſt ſupplicatio ad Papam pro credentia primorũ Ambaſciatorum domini Regis. 740.a

Epiſtola eiuſdem Imperatoris ad Eugenium Papam ſuper facto Baſileenſis Concilij. 740.a

Epiſtola eiuſdem Imperatoris ad Cardinalem Præſidentem, & congregatum Concilium Baſileen. pro continuatione, & perfectione dicti Concilij in Baſilea. 740.b

Epiſtola eiuſdem Imperatoris ad Eugenium Papam ſuper facta Concilij, qua eum monet, & rogat vt Concilium continuari, & perfici in Baſilea iterum confirmet. 741. b. & quædam monita ſiue aduiſamenta ad ipſum mittit pro reſtauratione dicti Concilij Baſileenſis. 742.a

Literæ eiuſdem ad Concilium Baſileenſe de concordia cum Papa. 745.b

Epiſtola eiuſdem ad Concilium Baſileen. de contentione inter aliquos Principum oratores orta de præcedentia in Conc. & quo honore afficere debent Ducẽ Saxoniæ declarat. 746.a

Epiſtola eiuſdem Imperatoris, qua Concilium certius facit de victoria Bohemorum aduerſus Taboritas. 746. b

Epiſtola eiuſdem Imperatoris ad Concilium, qua narrat ſe intellexiſſe Bohemos in vnam ſententiã vnamque voluntatem tractos eſſe in materia articulorum fidei. 747.a

Litera eiuſdem patens, per quam promittit inconcuſſe adhærere Concilio Baſileenſi. 747.a

Mandatum miſſum ſanctiſſimo domino noſtro Eugenio Papæ à ſereniſſimo Rege Romanorum per ſuos oratores, & lectum in conſiſtorio publico de aduẽtu Regis in vrbe Romæ pro corona Imperij ſuſcipienda, & in eodem conſiſtorio oratores Imperatoris iuramẽtum Papæ præſtiterunt. 748.b

Epiſtola Imperatoris Sigiſmundi ad Concilium Baſileenſe, qua hortatur, & rogat, vt cauſam Enrici ad forum Imperatoris terminandam mittat. 749.b

Epiſtola eiuſdem Imper. ad Concilium, qua petit cauſam cuius cognitio ad ſe pertinebat, ad Concilium appellatum, & vocatum remitti: alioquin proteſtatur contra Concilium. 450.a

Epiſtola Imperatoris Romani, qua ſpondet, & promittit ſe confirmaturum certa capitula Concilij. 752.a

Epiſtola Ducis Burgundiæ ad Concilium Baſileẽ. ſuper canonizatione ſancti Petri de Lutzemburgo facienda per Concilium. 752.b

Epiſtola Ducis Burgundiæ miſſa ad Concilium Baſil. qua rogat, vt aliquos Cardinales, & alios prælatos ad dietam faciendã pro pace tractanda inter ipſum Ducem, & alios Principes nuntios ſolẽnes mittat. 753.a

Epiſtola Caroli Regis Franciæ ad Cõcilium de ijs, quę ſupra in Epiſtola ſecunda Ducis Burgundiæ. 754.a

Literæ miſſæ per dominos Ambaſiatores Concilij exiſtentes in Bohemia ſacro Concilio lecta in generali congregatione die Sabbati 23. Aprilis, anno Domini 1435. 755.a

Epiſtola Archiepiſcopi Lugdunenſis ad Conciliũ, qua narrat Eccleſiam Gallicanam poſt longam concertationem prçlatorum in vnum conuenire concludens. Veſtram cõuentionem ab omnibus, & præſertim ipſa Gallicana Eccleſia ſequendam, & cum veſtro vniuerſali Concilio debere conuenire. 755.b

Epiſtola oratorum Concilij ad Concilium Baſileen. de reductione regni Bohemiæ ad obedientiam, & vnitatem fidei, & Chriſtianæ religionis. 756.a

Epiſtola miſſa Concilio ab Ambaſiatoribus eiuſdẽ exiſtentibus in Nuremberga ſuper facto eorum legationis. 756.b

Epiſtola Imperatoris Conſtantinop. miſſa ſacro Concilio Baſileen. qua narrat, ſi Concilium cum omnibus qui neceſſario œcumenico, & vniuerſali Concilio intereſſe debẽt conuocatum fuerit, omnibus quæ circa vnitatem Eccleſiæ Grçcç cum Romana ſtatuta, & ordinata fuerit ſe obedire paratum eſſe. 759.a

Epiſtola Regis Dacię miſſa Concilio Baſileen. in fauorem ordinis ſanctæ Brigittæ. 759.b

Epiſtola alia aliquorum Epiſcoporum ad dictum Concil. in fauorem ordinis ſanctę Brigittæ. 760.b

Epiſtola ciuitatis Rothomagenſis ad Concilium Baſil. de ſedanda æmulorum diſſenſione Eccleſiæ S. Audoeni. 761.b

Epiſtola Romeorom Imperatoris ad idem Concilium vt fidem præſtent ſuis nuncijs miſſis ad Eugenium Papam, & ad ipſum Concilium ſuper concluſione de vnione facienda. 762.a

Epiſtola Ducis Sabaudiæ ad Concilium Baſil. in læſionem Ludouici Epiſcopi Lauſanen. 762.b

Epiſtola Ducis Mediolani ad Concilium, qua narrat victoriam habitam contra Regem Aragonum, & Regẽ Nauaræ, & alios Principes, qui omnes captiui remanſerunt. 763.b

Epiſtola Imperatoris Conſtantinop. ad Concilium Baſileen. qua rogat, vt locus idoneus, & maritimus pro celebrando vniuerſali Conci. eligatur, vt poſſit commodius cum ſuo Patriarcha intereſſe, & Põtifex Romanus interſit, cum plurimum valeat eius præſentia pro vnione Eccleſiarum facienda. 764.a

Epiſtola Patriarchæ Conſtantinop. ad Concilium Baſil. de ijs, quæ ſupra in Epiſtola Imperatoris ad idem Concilium. 764.b

Epiſtola Fratris Germani Imperatoris, qui demõſtrat fauores, & auxilia impẽdiſſe Ambaſiatoribus à Concilio ſibi commendatis in materia vnionis Eccleſiarum, & rogat idem Concilium, vt omnimodam diligentiam adhibeat ad conſummationem huius diuini negotij. 764.b

Epiſtola Ducis Federici Auſtriæ, ad Concilium, de quibuſdam caſtris ad Eccleſiam ipſumq́; aduocatum dictæ Eccleſiæ pertingentibus. 765.a

Epiſtola Regis Aragonum ad Concilium Baſileen. qua narrat nuncios, & oratores ad Concilium deſtinaſſe, pro vnione Eccleſiarum per Concilium adipiſcenda, ac omnes prælatos ſui regni ad Concilium venire cogere promittit. 765.b

Epiſtola Ducis Alberti Auſtriæ miſſa Concilio Baſileẽ. in qua hortatur pro viſitatione, & reformatione facienda. 766.a

Epiſtola à Bohęmis, conſulibus ciuitatis Egrenſis tranſmiſſa, qua narrant nuncios ad Concilium Baſil. mittere velle, propterea ſecurum tranſitum petunt, ibiq́; ſecuri ſtare, & redire ſine aliqua læſione. 766.b

Epiſtola miſſa à Pragenſibus ad nuncios ſacri Concilij. Baſil. in Nuremberga conſiſtentibus pro cauſa Bohemorum. 767.a

Epiſtola ab eiſdem Pragenſ. conſulibus ciuitatis Nurenberg. tranſmiſſa, qua narrant triplicatas literas à Cõcilio Baſileen. accepiſſe, quæ cum lectæ fuerint corã omni generali cõgregatione, quicquid ſuper eas deciſum fuerit quantocyus Concilio, & ipſis notificare curabunt. 767.b

Epiſtola Archiepiſcopi Lugdunẽſis ad Epiſcopũ Lauſanenſem, qua narrat ſe cũ Eccleſia Gallicana reſtitiſſe legatis Papæ ſuper diſſolutione Concilij Baſil. monet tamen ꝙ Papa caput Eccleſiæ ſumma cum manſuetudine tractandus ſit à Concilio. 768.a

Epiſtola ſiue literæ vniuerſitatis Pariſienſis ad viros Concilij Conſtantin. ex parte ſua deſtinatos, qua illis narrat ſe plurimum dolere de receſſu Papæ, & forma literarum, quas ad ipſum Papam deſtinarũt illis mittit, in qua vniuerſitas Pariſien. Papam hortatur, vt ad Cõcilium pro pace totius Eccleſię redire velit, & vota promiſſa de renunciatione Papatus adimplere velit. 263.a

Epiſtola vniuerſitatis Pariſien. ad prælatos Italicæ na-

tionis

Digitized by Google

tionis,qua hortatur eos, vt pro bono pacis totius Eccleſiæ Papam inducere velint,vt ad Conciliũ redeat, & vota promiſſa adimplere velit. 264.a

Literæ vniuerſitatis Pariſien. ad Concilium Conſtantienſe ſuper facte,& receſſu Papæ à Concilio. 278.a

Epiſtola Ioannis Papæ ad Regem Romanorum, in qua eum rogat omni inſtantia, vt ſui miſertus apud Concilium poſt demiſſionem Papatus ſuum ſtatum, honorem,& famam ſaluam cuſtodire dignetur. 294.a

Literę Eugenij Papæ IIII. qua oſtendit ſe adhærere Concilio Baſileen. & illud confirmat, ac diſſolutionẽ dicti Concilij reuocat,& quicquid contra dictũ Concilium ſtatuerat,annullat. 468.a

Epiſtola legati Imperatoris Romanorum ad ipſum Impera.qua narrat legationem iniunctam in conuocando omnes nobiles Bohemiæ executum fuiſſe,& quid ab eis in reſponſum obtinuerit. 769.b

Epiſtola cõmunitatis ciuitatis Pilznæ de victoria Bohemorum,& quomodo res geſta ſit ab eis ad Nicolaũ ordinis fratrum minorum cuſtodem, & procopium.

Epiſtola miſſa Cardinali legato, per quendam ciuem Nurembergen. de victoria habita contra Taboritas, & orphanos. 770.b

Epiſtola cuiuſdam Capitanei ad nobilem militem Duriſſimbam fratrẽ dilectum de victoria contra Taboritas,& vt de hoc Imperatorem certiorẽ faciat. 771.a

Epiſtola Bohemorũ ad omnes Chriſti fidelex, quæ ſuas hæreſes continebat,quas ipſi Bohemi in Cõcilio defendere volebant. 771.b

Epiſtola per Egrenſes miſſa ad nuncios Concilij Nurembergæ exiſtentibus,qua illis mittunt literas, quas acceperunt in reſponſum literarum ad ipſos Pragenſes per Egrenſes à nuncijs miſſarum. 773.a

Epiſtola Pragenſium ad nuncios Concilij,qua hortãtur eos ad Egram vnà cum principibus Bohemiæ venire,pro aſſicurationis oratorũ cauſa quos in promptu ſunt miſſuri ad Concilium Baſileen. 773.a

Epiſtola cuiuſdam Capitanei ad Imperatorem, de rebus Taboriticis. 773.b

Epiſtola Traiectẽſium miſſa ad ſuos commiſſarios, qui narrant,miſiſſe Epiſtolam ad Concilium Baſileen.de prouiſione facienda Eccleſiæ Cæſareen. pro conſeruatione pacis. 774.a

Epiſtola cuiuſdam Capitanei ad Imperatorẽ de rebus Taboriticis. 774.b

Epiſtola Imperatoris Trapezondarum ad Eugenium Papam IIII. qua narrat,binas Epiſtolas ab eo per galeam Venetorum miſſas,ſuſcepiſſe &c. 775.b

Commiſſio Imperatoris Græcorum, facta vni Ambaſiatorum Concilij de loco maritimo eligẽdo apto, & commodo pro Concilio cõgregando pro cauſa vnionis,ac etiam vt Pontifex Romanus interſit,&c. 775.b

Commiſſio Patriarchæ Conſtantino. facta Ambaſiatori Concilij de loco competenti, & idoneo eligendo pro Concilio congregando pro vnione Eccleſiarum, qui locus cõmodus ſit, vt Eugenius Papa,& Patriarcha Conſtant.perſonaliter Concilio intereſſe poſſint vnà cum Imper.Græcorum. 776.a

Epiſtola legati Concilij ad legatum Pontificis, qui reuerſus è Conſtã. Venetijs infirmitate detinetur propterea quantocyus ad eum venire corabit iucundiſſimum nuncium afferens pro vnione Eccleſiarum. 776.b

Literæ domini Eugenij Papæ IIII. ad Iulianum legatum,qua hortatur ad perſeuerantiam in cauſa fidei contra Buhemos, & mãdat quatenus expedito negotio Bohemorum greſſus ſuos dirigat ad ciuitatẽ Baſileenſi,iuxta iniunctam ſibi legationem. 420.b

Epiſtola Epiſcopi Arien. Ad Archiepiſcopum Ranẽnatem, qua illi mittit totum ſucceſſum Concilij Florẽtini,in quo Græci cum Eccleſia Latina conuenere, è Græco in Latinum conuerſum. 779.a

Bulla Pij Papæ II. retractationum omnium dudum per eum in minoribus adhuc agentem pro Concilio Baſileenſe, & contra Eugenium ſummum Pontificem ſcriptorum. 920.a

Litera domini Archiepiſcopi Hieroſolymitani ad Papam Eugenium IIII. circa materiam ſanctiſſimæ vnionis Armeniorum cum Romana Eccleſia. 914.b

Decretum Eugenij Papæ IIII. pro vnione Græcorum, atque Armeniorum effecta cum Eccleſia Romana. 909.a

Oratio Beſſarionis Archiepiſcopi Nicęni habita in ſynodo Florentino ad Gręcos poſt plurimas publicaſq; cum Latinis habitas diſputationes pro vnione Græcorum cum Eccleſia Latina facienda. 890.a

Taxatio notariorum in Concilio Baſileenſi facta, & limitata,anno Domini 1432. 648.b

Duo decreta Sixti IIII. Pontificis de feſto conceptionis immaculatæ Virginis Mariæ. 926.b

Liber magni Baſilij contra Europium de ſpiritu ſancto. 887.a

Oratio Beſſarionis Archiepiſcopi Nicęni habita in octauo Concilio Ferrarienſi. 785.b

Digitized by Google

INDEX
COPIOSISSIMVS
EORVM
QVAE IN HOC QVARTO CONCILIORVM TOMO ſcitu digna reperiuntur.

Epitomes ferè vicem explens.

Litera A, primam Columnam, B ſecundam demonſtrat.

ABBAS retinere nõ debet, quæ ad Epiſcopum pertinent niſi authoritate Romani, vel ſui Pontificis. 141.b
Vnus Abbas pluribus monaſterijs præſidere nõ debet. 218.a
Abbas, qui diligenter non curauerit ne monachi peculium habeant, &c. iacturam ſui officij incurrat. 104.b
Abbates non extendãt ſe ad officium Epiſcopale. 228.b
Abbatis Ioachim liber damnatus fuit in Concilio Lateranenſi. 212.b
Prior Abbatis conceſſio conuentu ſciente, & non cõtradicente facta, ſecundæ præiudicat, licet conuentus ſuum exprimat conſenſum. 186.b
Abiuratio Hieronymi de Praga coram Concilio Conſtantienſi. 337.b
Abiuratio prima Berengarij diaconi S. Mauritij Andegauenſis. 74.b
Abiurationis ſpontaneæ exceptio ſine cognitione cauſæ, non eſt admittenda, & probatio negantis ſpontaneam renunciationem, eſt recipienda. 191.a
Abſens cauſa ſtudij, vel peregrinationis, vel alia certa cauſa, ante citationem excuſetur. 124.b
Abſolui, vel ligari nullus à non ſuo iudice poteſt, nec alicui à non ſuo Epiſcopo remiſſio dari. 175.a
Abſolui non poſſunt ab Epiſcopo, qui manus violentas in religioſos viros iniecerunt, & eos læſerunt. 141.b
Abſolui non poteſt ab Abbate, qui ante ingreſſum religionis inciderunt in canonem datæ ſententiæ. 141.b
Abſolutionis forma quæ ſit. 913.a
Abſolutionis beneficium, qui præſtito iuramento iudicio ſiſti obtinuit, niſi infra annum appellationem fuerit proſequutus, in priſtinam poteſt ſententiam detrudi, & non obſtante Apoſtolico iudicio, Eccleſiæ ſtare compelli. 192.b
pro Abſolutione, qui ad Apoſtolicam ſedem ſunt mittendi, & ſi valetudine præpediantur, ab Epiſcopo poſſunt abſolui, præſtito iuramento quòd priſtinæ ſanitati reſtituti, Apoſtolico conſpectui ſe repræſentent. 208.b
pro Abſolutione propter manus violentas in clericos, qui non tenentur Apoſtolicæ Sedi ſe præſentare. 142.b
pro Abſolutione ad ſedem Apoſtolicam ire non tenentur ſexus fœmineus, pueri & ſenes, ſed ab Epiſcopo poſſunt diſpenſari. 208.b
Abſtinentia carnis, & ſanguinis in quibuſdam temporibus præcipitur. 45.b
Accuſatio prælatorum non facile admittatur. 216.a
Accuſationem legitima inſcriptio præcedere debet: denunciationem charitatiua admonitio, & inquiſitionẽ clamoſa inſinuatio, vt iuxta formam iudicij, ſententiæ forma dictetur. 216.a
in Accuſationem ſuorum Abbatum, Monachi ſunt admittendi, eiſque de monaſterio expenſę neceſſariæ debent adminiſtrari. 197.b
Accuſationes Chriſtianorum aduerſus Iudæos in omnibus cauſis recipiantur. 107.b
in Accuſationem clericorum laicus non eſt admittendus. Item qui accuſauerit aliquem, frater illius non poteſt poſtmodum accuſare. Item Purgatores alicuius honeſti debent eſſe, & bonæ opinionis, vitamque illius, quem purgare debent, cognoſcere, & conuerſationem. 196.b.197.a
Accuſatus præſens eſſe debet, niſi per contumaciam ſe abſentauerit, vt poſſit fieri contra eum inquiſitio, & multa, quæ requiruntur ad inquiſitionem faciendam. 216.a
Accuſatores, & eorum fautores iuſtitiam impedientes, cenſura Eccleſiaſtica debent coerceri. 122.b
inter Accuſatum, & accuſatores tranſactio ſuper crimine facta, nullum robur debet obtinere. 188.b
Accuſari non debet clericus ſuperioris ordinis, à clerico inferioris. 22.b
Accuſari, & recuſari poteſt delegatus pro quacunque cauſa ſuſpectus. 132.b
Actor elapſo anno verus poſſeſſor conſtituatur, & ne ob contumaciam, vel dolum partis aduerſæ ab illa repellatur. 213.b
Actor ei, quem conuenit, ſuper alijs negotijs in eodem iudicio tenetur reſpondere. 136.a
Additio quid ſit ex Ariſtotelis verbis, 799.b. & quomodo fiat.
Additio quam Græci ſic appellant, Latini expoſitionem ac dilucidationem nominant. 799.a
Adrianus Papa ſecundus, & eius geſta in Pontificatu, anno Domini 867. 1.a
Adrianus Papa tertius, & eius geſta in Pontificatu, Carolo tertio Imperatore, anno Domini 884. vel 888. 16.b
Adulterij reum, ſi viri, & mulieres accuſati fuerint, qualiter expurgari debeant. 23.a
Adulteram vxorem recipere maritus cogi non poteſt, niſi conſtaret ipſum cum alia adulterium commiſiſſe. 218.a
Ex Adulterio qui filios genuerunt omnino ſeparentur, & quid obſeruari debeant. 40.a
In Adulterio ſi duo fuerint inculpati, & vnus negat, alter profitetur, quid inde faciendum ſit. 46. b. & quid ſi ambo negauerint, &c. 47.a
Adulterorum pœna, quænam ſit, & quæ adulterorum, quorum alter eſt ſolutus. 43.b
Aduocati, qui in cauſis matrimonij malitioſè opponit, ſunt excommunicati à Concil. Oxonien. 236.b
Aduocatorum pœna, qui malitioſe matrimonia protrahunt. 243.a
Aetas Epiſcoporum, & aliorum curam animarum ſuſcipientium, quæ. 102.a
Affinitas, & conſanguinitas vltra. 4. gradum non excedat. 226.a.b
Affinitates ſecundi, & tertij generis à Cõcilio Lateran. abolitę fuerunt. 226.a

In Ambiguis recurrẽdum eſt in communem verborum intelligentiam. 179.b
Alexander III. Papa, & eius geſta in Pontificatu, anno Domini 1159. Friderico Imper. 82.a
Amedeus Dux Sabaudiæ poſt depoſitionem Eugenij in Concilio, Papa electus fuit. 528.b. & Felix V. dictus fuit, & ab Eugenio condemnatus fuit vnà cum ſequacibus ſuis. 532.a
Anathematizati imagines operare in templis, & docere diuinam ſapientiam prohibentur. 7.a
Anima non eſt pars Dei, ſed à Deo ex nihilo creata, 67.b
Animarum curam ſine licentia Epiſcopi nemini committere liceat alicui. 159.a
Animarum curam in diuerſis Eccleſijs habens non poteſt eſſe Vicarius in aliena. 169.b
Animarum curam ſuſcipientes cuius ætatis eſſe debeãt, 102.a
Duas Animas hominem habere qui, dicunt anathematizantur, 5.b
Annotationes, & rationes ſanctorum Patrum probantes contra Græcos Spiritum ſanctum ex filio, ſicut ex patre procedere. 807.a
Antiochena Eccleſia tertium, poſt Romanam, obtinet locum. 66.b
Apoſtolus Petrus primom Iudæis, reis ſanguinis Chriſti pœnitentiam indixit, & eorum protinus tria millia baptizauit. 57.b
Apoſtolum Petrum petijſſe ſe crucifigi deorſum verſo capite, diuina inſpiratione factum fuiſſe, & quid ſignificat, 52.b
In Apoſtolicis commiſſionibus cum minores, & viliores perſonæ ſolummodo deſignantur, maiores, & digniores non intelligantur ſub clauſula generali includi, nec effrenem multitudinem hac occaſione liceat includere, vt de maioribus, & minoribus audiatur, qui de minoribus, & leuioribus tantum faciunt mentionem. 209.a
Appellandum non eſt ſuper re ſpirituali ad iudicem ſecularem. 134.a, & appellantes clerici, qualiter puniantur. ibid.b
Appellans in eo ſolum tutus de quo appellauit. 135.a
Appellans quis, ſeu quando non auditur. 135.b
Appellans religioſus, ne caſtigetur, non audiatur. 130.a, 134.a
Appellans, qui manus violentas in clericum iniecerit, non audiatur. 132.a
Appellans metu literarum, quas ſcit eſſe impetratas, nõ eſt audiendus. 132.b
Appellãs cauſa dilationis fruſtatoriæ audietur, & quod morbo conſimili laborantes, in teſtimonium non admittantur. 130.a
Appellans raptor, rei alienæ detentor, & fornicator, niſi ſit manifeſtum, audiatur. 130.b. 132.a
Appellans non eſt defendendus, vbi ſub prætextu appellationis noſcitur crimen committẽdum. 130.a. 133.a, 205.b
Contra friuole Appellantes quid Concilium Baſileenſe decreuerit. 473.a
Appellatio non ad defenſionem iniquitatis, ſed in præſidium innocentiç, eſt inſtituta. 225.b
Appellatio de omni grauamine non eſt admittenda, 130.a
Appellatio præſentati à laico, & ab Epiſcopo non inſtituti, tenet. 191.b
Vbi Appellatio inhibetur etiã tollitur recuſatio. 131.b, 132.b
Appellatio licet inhibita fuerit, tamen à ſecundo delegato ad primum delegantem appellari poteſt, 122.a
Appellatio clericorum ad Metropolitanum dirigatur; Epiſcoporum verò ad Patriarcham. 10.b
Vbi Appellationis prætextu crimen noſcitur committendum, non eſt appellationi deferendum. 205.b, 133.a, 225.b
Appellationis cauſa exprimenda eſt, & quid, ſi iniuſtè appellauerit, 222.b
Appellationis friuolæ abuſus tollitur. 505.b
Appellationis beneficium non eſt ablatum, niſi illis inter quos cauſa committitur. 186.a
Appellationis obtentu, quis non poteſt excuſari, quin ad vocationem Cardinalis debeat venire. 134.b
Appellationi quando non eſt deferendum. 225.b
Appellationi videtur renunciare, qui ad producendos teſtes inducias poſtulauit. 180.a
Appellationi legitimç non deferentes, qualiter puniẽdi. 134.a
Appellationi non eſt deferendum in criminibus notorijs. 132.a
Appellationi ſuper incidenti quæſtioni factæ, ſi ſine ea principalis quæſtio non poſſit terminari, eſt deferendum. 131.a. 135.a
Appellationi de omni grauamine interpoſitæ, non eſt deferendum, ſi verò de omni grauamine, quod in vna cauſa poteſt contingere, fuerit appellatum, eſt ſuperſedendum. 206.a
Appellationi de rebus modicis factæ non eſt deferendũ, & quæ dicatur res modica, & vbi & per quos terminari, & ad quem appellari debeant. 189.a
Appellationi eorum non eſt deferendum, qui pro enacuando mandato Apoſtol. ante citationem appellauerint, aut alios in poſſeſſione rei litigioſæ induxerint, vel ſe malitioſè ſubtraxerint, ſed illi, qui in poſſeſſione ſunt, licet in reſcripto non comprçhendantur authoritate eius conueniri poſſunt. 190.b
Appellationi pro qualicunq; fiat cauſa leui eſt deferendum, & quomodo procedatur contra appellantem qui appellationem contempſerit. 131.b
Poſt Appellationem, ſi alicuius poſſeſſio fuerit turbata, Archiepiſcopus emendare poteſt. 133.b
Poſt Appellationem Archiepiſcopus exceſſus corrigere poteſt, de quibus non appellatur. 133.a 135.a
Appellatione pendente, literç impetrari non poſſunt, 133.a, 135.a
Appellationibus, vt Iudæi Chriſtiana mancipia habeãt, non eſt deferendum, 202.b
Appellare non poſſunt ſubditi ante ingreſſum cauſæ, & ad appellationem proſequendã competens terminus præfigatur ei qui pro ſua neceſſitate crediderit appellandum. 103.a
Si quis Appellauerit ab aliquo pro aliqua re, & poſteà coram eodem ſuper alia conueniatur, poteſt eum velut ſuſpectum euitare. 132.a
Si quis Appellauerit, niſi appellatione remota, eſt audiendus. 131.b
Aqua cur admiſceatur vino in ſacramento Altaris, 912.a.b
Archidiaconus non debet præbenda carere in Eccleſia, in qua eſt archidiaconus. 169.b
Archidiaconus vno archidiaconatu debet eſſe contentus, 159.a. 170.a
Archidiaconi penes ſe habeant in ſcriptis omnia ornamenta Eccleſiæ. 2[illegible]0.a
Archidiaconi videãt in viſitationibus ne poſſeſſionibus, vel iure ſuo, Eccleſiæ deſtaudentur, 2[illegible]0.a
Archidiaconi, ne in viſitationibus Eccleſias, vel rectores grauent, & qualiter ſe habebunt. 239.b
Archidiaconi, vel decani ne nouas exactiones Eccleſijs imponant. 240.b
Archidiacono non licet ſine licentia Epiſcopi curam animarum committere, nec Eccleſias vacantes occupare, & detinere, in duobus cap. 159.a
Archidiaconis non licet in aliquos ſententiam promulgare, 175.b
Archiepiſcopi vni prouinciç præſunt. 65.b
Archiepiſcopi, aut Metropolitani Epiſcopos, & ſuffraganeos ſub occaſione quaſi viſitationis non grauent, & qui id faciunt quam pœnam incurrant. 7.a.9.a
Arma ferrea ligna infidelibus portantes ſunt excommunicati. 84.b
Archiepiſcopum Cantuarien. vniuerſç ſuffraganeorum cauſæ, quamuis nõ iure Metropolitico, legationis, tamen obtentu transferri poſſunt, licet ad eum non ſit appellatum, 182.b

Articuli

Digitized by Google

Articuli Ambaſciatorum Concilij Baſileen. & articuli Imperatoris Conſtantinopol. de aduentu Græcorum ad Concilium. 673.a.b
Articuli oblati Cõcilio ex parte Regni Bohemiæ, Marchionatus Morauiæ. 637.a
Articuli de modo procedendi in Concilio, in Baſileenſi congregatione approbati. 632.b
Authoritas, priuilegium, poteſtas Romani Pontificis quanta, & qualis ſit, lege orationem Archiepiſcopi Tarentini, habitam ad Concilium Baſileen. pro Eugenio IIII. Papa. 690.b
Authoritates Doctorum in quibus Spiritus ſanctus, ex filio, & ambobus dicitur eſſe, prodire, & profluere. 902.a
Authoritates Concil. diuerſorum probantes Spiritum ſanctum ex filio procedere contra Græcos. 808.a. 809.a.b
Authoritates ſanctorum Doctorum, qui hac propoſitione, P E R, vtuntur, & probatio quod cauſam ſignificat. 895.b
Athanaſij ſententia quàm in ſynodo Nicena in Arium habuit, quæ ſic incipit (ſi quidem ſpiritus ex patre) exponitur à Græcis ſuo modo. 852.a
Auinionenſis ciuitas alienari non poteſt, quàm in ſaluaguardia Concilium Baſileenſe ſibi recepit. 496.b

B

BAnnum ab Epiſcopis impoſitum, contemnẽtes, qualiter puniendi. 30.b
Baptiſma tenet primum locum omnium ſacramentorum, & quare. 912.b
Baptiſma præter Paſcha, & Pentecoſten, non adminiſtretur, niſi in neceſſitate. 31.b
Baptiſmi ſacramentum a quocunq; ritè collatum in forma Eccleſiæ, tam paruulis, quàm adultis, proficit ad ſalutem. 212.b
Baptiſmus paruulorum, & pœnitentia morientium prohiberi non debet, licet diuina officia prohibeantur. 420.a
Baptiſmus celebratur in remiſſionem peccatorum. 31.b
Baptiſmatis ſacramenti effectus. 912.a
in Baptiſmo, trina immerſio, & eleuatio, quid ſignificet. 31.b
A Baptiſmatis fonte vnus tantum infantem ſuſcipiat, qui abrenũciationem diaboli, & profeſſionem catholicæ fidei tenuerit. 25.a
Baptiſmatis ſacramenti miniſter eſt ſacerdos, an verò poſſit eſſe Diaconus, Laicus, mulier, & Paganus caſu neceſſitatis vide. 911.b
Baptiſmatis ſacramenti materia eſt aqua vera, & naturalis, nec refert frigida ſit, an calida. 912.b
Baptiſmatis ſacramenti forma eſt, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti, An vt hæc ſit vera forma, baptizetur talis ſeruus Chriſti, vel baptizetur talis manibus meis in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti non pronunciando ego. 911.b
Qui, vel quæ, filium ſuum ſcienter, vel ignoranter de fonte baptiſmatis ſuſceperint, non ſunt ſeparandi, nec alter alteri debitum debet ſubtrahere, niſi &c. 172.b
non Baptizatus, vel confirmatus, in baptiſmo, vel chriſma alium in filium ſuſcipere non poteſt. 204.b
Baſilij Magni liber de Spiritusſancto contra Eunomium. 887.a
in Bello contra Paganos, ſi quis Chriſtianos captiuos interfecerit, quanta pœnitentia ſatisfaciet. 37.a
Benedictus XIII. Papa ſchiſmaticus à Concilio fuit papatu priuatus, & ab omni honore depoſitus. 380.b
Benedictus dictus XIII. ſchiſmaticus vigintiduobus annis Papatum tenuit, qui à Concilio Conſtantinop. poſtea depoſitus fuit. 358.b
qui Beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens habuerit, ſi de alio literas ſummi Põtificis obtinuerit prioris beneficij non facta mentione, dignum eſt eum à iudicibus non exaudiri. 169.a
Beneficium reſignans ne quid ſibi de eodem retineat. 238.b

Beneficia exilia conferri non debent, niſi volentibus in eiſdem reſidere. 239.a
ad Beneficia Eccleſiaſtica nullus eſt admittendus, niſi electus, & quod filij perſonarum citra ſacros ordines conſtitutarum, parentibus in Eccleſiaſticis beneficijs ſuccedere poſſunt, ſi tamẽ merita ſuffragantur. 192.a
Beneficia ſpiritualia ad firmam tradi minimè debent. 240.a
Beneficia, & Eccleſiaſtica miniſteria nemini attribuantur, ſeu permittantur, antequam vacent. 103.b
de Beneficiorum collationibus, vide ſeſſionem 31. Cõcili Baſileen. & attentè legas. 506.a
in Beneficijs vacaturis, nullo modo gratiæ expectatiuæ, ſine denominationes fieri debeant. 506.b
in Beneficijs conferendis, quis ordo ab ordinarijs ſeruandus. 507.a
Beneficiati infra terminum iuris conſecrari, & benedici ſe faciant, prout ordo beneficij expoſtulat. 393.a
Beneficiati in Concilium præſentes recipiant fructus beneficiorum eorum in abſentia. 341.b
Bohemi in vnam ſententiam vnamq; voluntatem in materia articulorum fidei tracti ſunt. 747.a
Bona Eccleſiaſtica Epiſcopus vendere non poteſt, nec earum ſalaria tribuere excepta redemptione captiuorum. 8.a
Bona Eccleſiæ ab eadem per triginta annorum ſpatium poſſeſſa, auferre ab ea non poſſunt & auferentium pœna. 9.a
Bona clericorum per Eccleſias acquiſita, in alios vſus non transferantur, ſed penes Eccleſiam remaneant. 105.b
Bulla per Concilium Baſileenſe miſſa, ad ſacri imperij electores de poteſtate Concilij Generalis ſupra Papam. 658.a
Pro Bullæ, literarum, ſigilli, expeditione Eccleſiarũ, beneficiorũ, monaſteriorũ, officiorum Eccleſiaſticorũ, necnon & ordinum nihil penitus, nec ante, nec poſt expeditionem exigatur, niſi pro labore ſcriptorum regiſtratorum abbreuiatorum. 473.b
Bulla retractationũ Pij ſecundi contra Concilium Baſileenſe de primatu Romani Pontificis, & de eius ſuperioritate ſuper Concilio. 920.a

C

CAlumniatores excommunicati in Concilio Oxonien. 236.b. ſimiliter cauillatores, ſuppreſſores.
Canonem authoritate Epiſcopi, & iuramento interueniente conſtitutum, ſoluendum. 167.a
Canonum diuinorum hortationes, & diſſuaſiones veraciter luci aſſimilatæ ſunt. 6.a
Canones ſacros, qui violant in Spiritumſanctum blaſphemant. 524.b
Canones Eccleſiæ obſeruandos eſſe. 6.a
Canonum regulæ ex tempore, loco, perſona, & cauſa intelliguntur. 694.b
Canonicorum Eccleſiæ cathedralis exceſſus, qui conſueuerunt corrigi per capitulum, per ipſum in illis Eccleſijs, (quæ talem cõſuetudinem habuerint,) ad cõmonitionem, vel iuſſionem Epiſcopi corrigantur infra terminum competentem ab Epiſcopo præfigendum, alioquin Epiſcopus corrigere non poſtponat. 215.b
Canonicis regularibus, nec monachis licet, rectoribus ſuarum Eccleſiarum decedentibus, eas occupare, vel cenſum augere. 197.a
Capitula monachorum de triennio in triennium fiant, & locus aptus ad hoc eligatur, vbi nullus pluſquã ſex euectiones, & octo perſonas adducat. 217.a
In Capitulis monachorum, quæ obſeruanda, & quæ ordinanda, & conſtituenda ſunt. 217.a.b
Cardinales quot eſſe debeant, & cuius conditionis, & qualitatis, & quid poſt electionem Cardinalis recepti iurare debeat, & quid Cardinalibus maximè curandum eſt. 410.a.b. & eorum electio quomodo facienda.

da.ibid.ſecundum opinionem Concilij Baſileen.

Cardinales, dũ in conclaue exiſtunt,pro eligendo ſummo Pontifice,quibus victualibus prouideri debeant. 388.a

Cardinales, decimam ſuis titulis ſingulis annis, applicare debent. 481.a

Cardinalibus dimidiam partem redituum fructuum de terris,& locis Roma. Eccleſiæ ſubiectis competit per Nicolaum Papam decretam. 479.b.481.a

Catholicum nihil dici poteſt, quod non fuerit a ſede Apoſtolica approbatum. 706.a

Cauſa efficiens matrimonij regulariter eſt mutuus cõſenſus per verba de præſenti expreſſus. 913.a

Cauſa delegari poteſt extra prouinciam. 182.b

Cauſa cum duobus committitur ſententia vnius non valet. 199.b

Cauſa remitti non debet ad eum,à quo eſt appellatum. 118.b

Si Cauſa, appellatione remota, ſit commiſſa, & altera pars appellauerit, non eſt appellationi deferendum, niſi appellans iter arripuerit ad ſedem Apoſtolicam. Item ſi Iudex ſuper ſuggeſtione falſi probationes audire noluerit,appellan.auditur.Item ab vno iudicum appellatione remota, in cauſa procedi nõ poteſt, niſi hoc ſpecialiter in literis contineatur. 192.a

Cauſa delegata ad iuſtam ordinarij commonitionem poteſt differri, & Papa propterea conſuli. 123.b

Si Cauſa appellatione remota cõmittitur,licet aliquod ſpeciale mandatum habuerit, vbi ei liberè liceat appellare: non eſt tamen audiendus, quia ſpeciale mãdatum derogat generali. 131.b

Cauſa patronatus non niſi per Eccleſiaſticum iudicem valet expediri. 186.b

Cauſa de crimine,non debet alicui committi terminãda,niſi perſonæ appareant, quæ velint perſonam criminoſi impetere. 185.a

In Cauſa non ſecundum formam in literis expreſſam, ſed ſecundum rigorem iuſtitiæ procedendum eſt. 124.a

In Cauſa vnus procedere poteſt,ſi id contineatur in mãdato. 185.b

In Cauſa filiationis contra communem viciniæ opinionem,ſtandum eſt verbo viri & mulieris. 127.a

Cauſæ, quæ intra certum terminum decidendæ cõmittuntur,niſi de communi conſenſu prorogetur, eo elapſo expirat mandatum. 123.a. 124.a. & b. & ſi iudex delegatus alteri ſecerit, & fines mandati exceſſerit eius iuriſdictio expirat. ibid.

Non eſt in Cauſa procedendum, ſi iter arreptum fuerit ad ſedem Apoſtolicam ante accuſationem. 131.a

Quæ Cauſæ Romam tantum remittendæ. 505.b

Cauſæ, & lites apud quem terminandæ ſint. 505.a

Ex cenſura, etiam in ſucceſſorem tranſit, niſi ſatisfecerit. 224.b

Cenſus noui ab Epiſcopis,Abbatibus, & à cæteris alijs prælatis Eccleſijs non imponantur, nec veteres augeantur, nec partem redditnum ſuis vſibus appropriare præſumant. 103.b

Charitas quid ſit, & eius neceſſitas, vtilitas,effectus. 703.b.& charitatis proprium. 704.b

Charitas eſt virtus propria ſanctorum. 68.a

Charitas præceptum præceptorũ eſt, in qua omne præceptum includitur. 703.b

Chriſma ſub ſigillo, & ſera ſemper presbyteri cuſtodiant. 25.a

Pro Chriſmate, & olei perceptione pretium non accipiatur. 110.a

Chriſtum myſterium corporis ſui ſub ſpecie azimi panis, & non fermentati Apoſtolis cõmendaſſe ex vtroque teſtamento probatur. 69.a

De duabus Chriſti naturis quid definitum fuerit à Concilio Chalcedon.contra nonnullos hæreticos. 909.b. & de duabus Chriſti voluntatibus etiam in Concilio Chalcedonen. 910.b

Chriſtum non eſſe aliquid ſecũdum quod homo nullus dicere præſumat. 193.a

Chriſtiani nomen,niſi charitatem habentibus, non recte congruit. 708.a

Chirographa non ſunt extorquenda. 7.a

In Choro ſemper tabula pendeat, in qua,quid per vnũquemque canonicorum,vel beneficiatorum in ſingulis horis per hebdomadam legendum cantandumve ſit,ſcribatur. 475.a

Chorepiſcopi,quicquid in ſummi ſacerdotij miniſterio egerunt,vacuum,& inane eſt. 5.a

Clemens V. Papa Gallus, & eius geſta in Pontificatu, anno Domini 1305. 246.b. Qui ſedem Romanam in Auinionen.tranſpoſuit.

Clericus ſine authoritate Epiſcopi, non poteſt Eccleſiã conſtituere cenſualem. 166.a

Cleri reformationes Diœceſis Laodicenſis per Reuerend.Patrem dominum Ioannem Epiſcopum Laodicenſem factę, & per capitulum muius Laodicenſe ſigillatæ,ad extirpandos abuſus, & exceſſus officiariorum curiæ Laodicenſis,nec non aliorum, in quibus ſanè plurima ſaluberrima decreta cernuntur. 914.a

Clericus,qui duellum ſpontè obtulit,vel oblatum ſuſceperit,de rigore iuris,eſt deponendus. 160.b

Clericus,propter occultum delictum,non eſt à promotione repellendus. 154.b

Clericus homicidium faciens, ab ordine deponatur. 31.a

Clericus à laico præſentatus, ſi ab Epiſcopo non fuerit inſtitutus, & appellauerit: licet alius poſtmodum intruſus fuerit ab Eccleſia debet amoueri, & alius inſtitui. 191.b

Clericus ideſt Epiſcopus, Presbyter, & Diaconus in fornicatione, & furto, & periurio captus deponatur. 31.a

Si Clericus à Kalend.Martij, vſque ad Kalend.Nouembris deceſſerit, depoſitionem fructuum illius anni, pro ſua voluntate poterit habere. 166.a

Clericus ex dono militis Eccleſiam vendicare non poteſt,ſed tantum iuſpatronatus. 188.a

Clericus viduam accipiens, niſi vbi de manu laicali beneficium Eccleſiæ redimat, officij ſui periculum debet ſuſtinere. 148.b

Clericus Eccleſiaſticè nutritus, ſi relicto clericatus habitu ad ſeculũ egreditur,quomodo caſtigandus. 35.a. & quibus aſſimilatur.

Si Clericus idoneus à patrono fuerit Epiſcopo præſentatus,& poſtmodum alius æquè idoneus,Epiſcopi relinquitur arbitrio quis alteri præferatur. Verum ſi collegium, vel religioſa perſona præſentauerit, qui prior tempore,potior eſt in iure. 144.b

Clerico coniugato ſimplex beneficium poteſt concedi. 150.a

Clerico actio,vt cauſa imputatur. 161.b

Clericum alienum ſuſcipiens,tam ſuſceptor, quam ſuſceptus,communione priuetur donec,&c. 35.b.169.b

Clericum Eccleſiæ,qui per ſe, vel per alium occidere, vel mutilare præſumpſerit, ſi patroni, patronatu, ſi feudatarij feudo,ſi beneficiati beneficio priuentur,& vſque ad quartam generationem talium poſteri in clericorum collegio non admittantur, nec in domibus regularibus aliquem prælationis honorem aſſequi poterunt. 224.a

In Clericum, qui manus violentas iniecerit, appellans non audiatur. 132.a

In Clericum qui ignoranter manus violentas iniecerit excuſatur. 141.b

Clericum,aut religioſum,aut quemlibet pauperiorem, ſi quis de potentibus expoliauerit ſi monitũ, & vocationem Epiſcopi contempſerit quomodo puniendus. 57.b

Clerici fructus præbendarum ſuarum cõcubinis,& ſpurijs ſuis teſtamento relinquere non poteſt, & qua pœna puniri debeant ſi contrafecerint. 234.b

Clerici excommunicati, vel ſuſpenſi diuina celebrare præſumentes ab officio, & beneficio, ſine ſpe reſtitutionis deponãtur,& infames,& inteſtabiles ſint 235.a

Clerici,qui coram excõmunicatis celebrant ſimili pœna puniantur. 235.a

Clerici eligentes aliquem contra canones, ius eligendi amit-

Digitized by Google

di amittant,& per triennium à beneficio Eccleſiaſtico ſint ſuſpenſi. 102.b
Clerici ſigilla ignota de ordinatione deferentes, non ſunt admittendi. 163.b
Clerici, vel monachi ne ſententiam ſanguinis proferãt, nec ſanguinis vindictam exerceant, aut vbi exercetur interſint, nec literas ſcribant, vel dictent pro vindicta ſanguinis deſtinandas. 219.a
Clerici, ſubdiaconi, & ſupra, artem chirurgiæ non exerceant, & multa alia quæ circa effuſionem ſanguinis verſantur illis prohibentur ibid.
Clerici omnes nolentes fornicarias dimittere, beneficio priuentur, & ipſis diuina interdicere debent. 151.a
Clerici non debent prȩſtare iuramentum de calumnia, nec aliud prælato inconſulto. 157.b
Clerici in vitio incontinentiæ laborare deprȩhẽſi, prout magis, aut minus peccauerint, puniantur ſecũdum canonicas ſanctiones. 218.a
Si quis hac de cauſa ſuſpenſus, diuina celebrare præſumpſerint non ſolum Eccleſiaſticis beneficijs ſpolietur, verum pro hac duplici culpa, perpetuò deponatur. 218.a
Prælati, qui tales præſumpſerint in ſuis iniquitatibus ſuſtinere, pari ſubijciantur vltioni. ibid.
Qui autem ſecundum regionis ſuȩ morem non abdicarunt copulam coniugalem, ſi lapſi fuerint grauius puniãtur, cum legitimo matrimonio poſſint vti. ibid.
Clerici habitu relicto in crimine depræhenſi per Eccleſiaſticam iuſtitiam non debent liberari. 162.a
Clerici coram iudice ſeculari aduocati in negotijs fieri non præſumant, neque ſecularibus negotijs ſe implicent, & qualiter puniri debeant. 105.a
Clerici in ſubdiaconatu, & ſupra, qui infra quadraginta dies poſt commonitionem fornicarias non remouerint, Eccleſiaſtico beneficio debent priuari. 150.a. 151.a
Clerici infra ſubdiaconatum ſi vxorem acceperint ipſas retinere debent, & Eccleſiaſtico beneficio, priuentur, ſi autem in ſubdiaconatus ordine, & ſupra vxores acceperint, vxores dimittere compellantur, & puniãtur. 150.a, & b
Clerici excommunicati, vel interdicti, qui ante abſolutionem diuina celebrare præſumpſerint, perpetuo ſunt deponendi. 161.b
Clerici de mobilibus per Eccleſiam adeptis, poſſunt teſtari. 168.b
Clerici comam nutrientes ab Archidiaconis tondentur vel inuiti, & niſi veſtimentis, quæ honeſtatem, & religionem decent vſi fuerint, excommunicentur. 164.a
Clerici ad curam animarum non admittãtur, niſi prius iurauerint, quòd in adeptionem beneficij ſimoniam non commiſerint. 135.b. 239.b
Clerici in domibus ſuis mulieres ſecum non habeant, neque matrem, aut ſorores. 25.a
Clerici comam non nutriant, ſed tonſati, & coronati incedant, à crapula, & ebrietate, & alijs inhoneſtis abſtineant. 141.a
Clerici appellantes ad iudicem ſecularem, qualiter puniendi. 134.b
Clerici qui ad hȩreſim Photij declinauerunt, deponantur. 10.b
Clerici Romanæ Eccleſiȩ, cur dicãtur Cardinales. 61.a
Clerici a crapula, & ebrietate omnes diligenter abſtineant, vnde illum abuſum abolendum decernitur, quo potatores ad æqoales potuſe obligant, & tales qualiter puniendi ſunt. 218.a
Clerici canes, & aues ad venandum, & aucupandum habere non præſumant, & eis interdicitur venatio, & aucupatio. 218.a
Clerici officia, vel commercia ſecularia non exerceant, maximè inhoneſta, mimis, ioculatoribus, & hiſtrionibus non intendant, tabernas prorſus euitent, niſi in itinere conſtituti. 218.b
Clericorum habitus, qualis eſſe debeat, & quæ illis prohibita ſunt. ibid. & 241.a

Clerici infra ſubdiaconatus ordinem conſtituti matrimonia contrahentes Eccleſiaſtico poſſunt beneficio ſpoliari, ſed ſi de bonis ſuis aliquia Eccleſiæ contulerint ad ipſos redire debent. 195.a
Clerici concubinas habentes, eas abiurare compelli poſſunt. 149.b
Clerici, miniſtri, vel procuratores laicorum eſſe non debent, quod ſi fecerint, & pro aliquibus capiantur, indignum eſt eis ab Eccleſia ſubueniri. 161.a
Clerici in ſacris conſtituti, ſi mulierculas è domibus in quibus habitant non eiecerint, officio, & beneficio priuentur 104.b
Clerici, vel prælati Eccleſiam ſuã ne eorum conſanguineis vendant, vel impignorent. 241.a. & qualiter puniendi tam dantes quàm accipientes. ibid.b
Clericũ ſi quis ſuo prætextu officij percuſſerit, ab Epiſcopo ſuo poteſt abſolui. 142.b
Qui Clericum vim inferentem lȩdit repellendo, vel cũ matre, aut ſorore inuenerit, vel etiam cum filia, non incidit in canonem datæ ſententiæ. 142.b
Clerici arma non portent, neq; indumenta laicalia induant. 25.a
Clerici vxorati in ſacris conſtituti, ab vxoribus abſtineant ſub pœna depoſitionis ab officio Eccleſiaſtico. 21.b
Clerici ne concubinas in domibus ſuis, nec alibi habere præſumant. 241.a
Clerici continentes ſint, & caſtè viuere ſtudeant, maximè in ſacris conſtituti. 234.a
Clerici ſcortatores rurales per archidiaconos corrigẽdi, & quid ſi archidiaconi in hoc negligentes fuerint. 234.b
Clerici concubinis nihil in teſtamento relinquere poſſunt. 241.a
Clerici in propria Eccleſia non ij qui foris ſunt dignitates accipiant. 8.a
Clerici, & præcipuè diuino myſterio conſecrati vxores non habeant, nec cum mulieribus habitent. 21.b. 79.a
Clerici pro periurio Eccleſijs perpetuò debent priuari. 149.a. & in penult. cap.
Clerici iura laicorum ſibi vendicare non debent, ſicut nec laici iura clericorum. 223.b
Clerici ne ſine cauſa fidelitatis iuramẽtum perſonis ſecularibus præſtent. 224.a
Clerici qui ſimoniacè à patronis ad Eccleſias præſentationem receperint, officio, & beneficio priuentur, nec reſtitui poſſunt ſine diſpenſatione Apoſtolicæ ſedis. 135.b
Clerici omnes nihil abſque Epiſcopi proprij licentia agant, nec presbyteri miſſas celebrent in ſua parochia. 36.b
Clerici inferioris ordinis aduerſus clericum ſuperioris ordinis accuſationem non dent. 22.a
Clerici ſemel clero deputati, ad militiam, aut ad aliquam aliam mundanam dignitatem venire non poſſunt, ſub pœna anathematis. 35.a
Clerici, vel monachi cauſa lucri negotiari non debent. 164.a
Clerici cuiuſcunque gradus concubinarij, qualiter puniri debeant. 234.a 472.a
Clerici de his quæ intuitu Eccleſiæ acquiſierunt, nullũ de iure poſſunt facere teſtamentum. 168.a
Clerici, ſi in conflictu vbi homines interfecti ſunt, lapides proiecit, ſi neminem percuſſit, poteſt in ordine tolerari. 161.b
Clerici habitum ſibi non conuenientem portantes, quã pœnam incurrunt. 393.b
Clerici qui Principum domorum curam habẽt, vel ſuburbanarum rerum, inter clerũ colligi non debent. 8.a
Clericorũ concubinis qualis pœna eſt infligenda. 241.a
Clericis non licet cauſam ſanguinis agitare, & qualiter puniantur, ſi contrafecerint. 164.a
Clericis mulieres in domibus ſuis habere omnimodis interdicitur. 21.b
Clericos ſi quis vulneribus, vel quibuſuis iniurijs anguſtiauerit, qualiter contra eum procedi debeat. 33.b

Clericos cuiuſlibet ordinis laici non iudicent, nec de Eccleſijs eijciant. 73.b

In Clericos manus violentas inijcientes excommunicantur, & qui cum talibus excommunicatis communicauerint, excepta ad pœnitentiam exhortationis cauſa. 21.b

Clericos alienæ diœceſis, ſine literis Epiſcopi ſui, nullus recipiat. 169.b

Clericos vexantes, vſque ad condignam ſatisfactionem à liminibus Eccleſiæ arceantur. 21.a

Nullus Comes, nullusque Iudex diebus feſtis, vel Dominicis, aut Quadrageſimæ, aut ieiuniorum placitum habere præſumat, & nullus penitus illò veniat. 37.a

Commeſſationes prælatorum, & negligentia eorum ſuper diuinis officijs reprehenduntur, & ſub pœna ſuſpenſionis talia illis prohibentur. 216.b

Compoſitio coram extraordinario delegato facta, ſi nõ eſt iuri contraria ab Epiſcopo non debet irritari, ſed cenſus ob hanc abſque authoritate Epiſcopi ſolutus vitam ſoluentis non excedat. 166.b

Compromitti in laicum non debet ſuper rebus ſpiritualibus. 223.b

Colluſores beneficijs, de quibus colluſum eſt, debẽt ſpoliari. 167.a

Conceptionem beatæ Mariæ Virginis fuiſſe ſine peccato originali in Concilio Baſileenſi definitum fuit, & eius feſtiuitas obſeruari præcepit, & Indulgentiam illi diei conceſſit. 518.b

De Cõceptionis immaculatæ Virginis Mariæ feſto Decretum Sixti IIII. Pont. Max. in quo concedit omnibus dicentibus Miſſam & horas Canonicas, confectas in ipſius Virginis laudem, & quibus interfuerint indulgentias iuxta bullam Vrbani IIII. & V. in Concilio Viennenſi approbatam. 920.a.b

Decretum aliud eiuſdem Sixti IIII. de eadem conceptione Virginis, in quo prohibet ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, ne aliquis præſumat in eius ſermonibus ad populum aſſerere tenẽtes Beatam Virginem fuiſſe conceptam cum peccato originali, atque per hoc in peccatum incurrere mortali, eademq; authoritate ſimili pœnæ, atque cenſuræ ſubijcit eos qui auſi fuerint contrariam opinionẽ tenẽtes, videlicet glorioſam Virginem Mariam cum originali peccato fuiſſe conceptam, à qua excommunicatione ab alio quàm à Rom. Pontif. (niſi in mortis articulo) nequeat abſolutionis beneficium obtinere. 927.a

Conceſſio alicuius Eccleſiæ viuente perſona facta dũmodo fuerit lepra percuſſa valet. 275.b

Concilium non poteſt Papam iudicare. 674.a

Concilium Baſileenſe primam authoritatem Rom. Sedi tribuit. 579

Concilium eſſe ſupra Papam, eſſe de fide catholica, ſimiliter eſſe de fide concilium congregatum, ſine eius conſenſu, non poſſe diſſolui à Papa, aut ad aliud tempus prorogari, aut de loco ad locum transferre, Concilium Baſileenſe declarauit, & quod his duabus veritatibus repugnantes ſunt cenſendi hæretici, quas veritates Eugenius poſtea damnauit. 516.a

Conciliũ Baſileenſe, quomodo ab Eugenio Papa IIII. fuit diſſolutum, & aliud congregari indixit in ciuitate Bononien. 725.a.726.b. & qua de cauſa, & qua conditione illud iterum in Baſilea fieri decreuerit, & diſſolutionem reuocauerit. 730.a. & quomodo poſtea iterum diſſoluit, & transfert in ciuitatem Ferrarienſem. 734.b

Concilium Epheſinum ſecundum legitime congregatum per Leonem Papam damnatum eſt, & illo volẽte aliò translatum contra Concil. Baſil. quòd hoc Papam facere non poſſe affirmat. 590.a

Concilium diſſolui non poſſe ſine eius conſenſu, Eugenius reprobauit 590. a. & Pius ſecundus in ſua retractatione, hoc Papam poſſe facere demonſtrauit, & decreuit. 925.b

Concilium Baſileenſe quod noluit Eugenium ſuum caput ſequi, poſtea in gratiam Imperatoris paratum eſt alio ſe transferre. 629.a

Nullum Concilium ex quantacunq; Epiſcoporum multitudine conflatum ei, quem conſtat eſſe Pontificem Romanum, præeſſe, aut iudicium legitimum (extra cauſam hæreſis) exercere poſſe. 720

Concilium vniuerſale celebrari, aut Epiſcopum damnare, vel deponi nõ debet, ſine conſultu Romani Pontificis. 64.b.65.b

Concilium eſſe ſupra Papam Patriarcha Antiochenus plurimis argumentis rationibusq; conatus eſt oſtendere, quod extra cauſam hæreſis, falſum eſt. 705. vſq; 720. & in multis alijs locis hoc tractatur præcipuè in toto Concilio Baſil. contra Eugenium Papam IIII. 510.a.511.b.516.a.557.b.558.b.567.b.580.b. & quod ſine conſenſu Concilij Eugenius Concilium aliqua de cauſa diſſoluere, vel de loco ad locum mutare non poterat. 516.b.563.a.570.a.592.a.59 .a.610.a. quod ſi mutare præſumpſerit puniẽdus eſt à Cõcilio. 563.b. 593.b.602.b. & fere per omnes numeros ſupraſcriptos.

Conciliũ frequens quod Romæ conuenerat, adeò Leonem III. Papam grauiter accuſatum non condemnauit, vt etiam palam coram Carolo Magno omnes Epiſcopi dictarent, Sedem Apoſto. à nemine iudicari debere. 583.b

Concilium generale catholicam Eccleſiam repræſentans, poteſtatem à Chriſto immediatè habere declarauit ſynodus Baſileenſis, & in ſeſſione 4. & 5. Concil. Conſtan. cui quilibet & cuiuſcunque ſtatus vel dignitatis exiſtat, etiam ſi Papalis, obedire tenetur, in his, quæ pertinent ad fidem, & extirpationem ſchiſmatis, atque ad generalem reformationem Eccleſiæ in capite, & in membris. 445.a.465.b.466.a

Si Concilium aliquid dictaret, ſiue conſuleret Eccleſiæ expedire, præſidentibus verò non placeret hoc ipſum minimè fieri poſſe. 464.a. Eugenius IIII. Papa ait. 571.a

Concilium vniuerſale catholicorum quouis in loco cõgregari poteſt pro expulſione illius, qui non canonicè à Cardinalibus fuerit electus Papa, ſi in vrbe non congregari liceat. 72.b.74.b

Concilium Prouinciale ſingulis annis celebrandum, & duo inueſtigatores per ſingulas diœceſes per totum annum conſtituantur, qui inueſtigent quæ correctione, vel reformatione ſunt digna. 215.a

Concilium Baſileenſe an potuit condere indulgentias plenarias pro reductione Græcorum. 578.b

Concilium Vniuerſale, quomodo ſe gerere debeat in cognoſcenda aliqua cauſa contra Romanum Pontificem, & quomodo puniantur conſcriptiones, & verba contra eundem componentes. 9.b

Concilium Generale eſſe ſupra Papam Baſileenſe Cõcilium decreuit. 425.b.427.b. quod falſum eſt & Concilio inobediẽntes etiam ſi Papalis dignitatis exiſtãt condignæ pœnitentiæ ſubijciantur. ibid.

Cõcilium Conſtantienſe vocẽ habere in Concilio ambaſiatoribus Regum conceſſit pro illo tantum Concilio. 356.a

Concilium Conſtantinopolitanũ a Photio, & Michaele Imperatore tirannicè imperante, contra Ignatium Patriarcham, & ſedem Apoſtolicam coactum ab Adriano Papa damnatum fuit. 5.a

Concilium eſt inferius Papa, & Papam ipſi priorẽ nequeunt ligare, vel ſoluere, ſed Papa Concilium pro libitu poteſt regulare. 462.a

Concilium prorogare, aut diſſolui; aut de loco ad locũ mutare Papam non poſſe ſine conſenſu Concilij, Cõcilium Baſileenſ. declarat. 444.a. & quod non diſſoluatur aut mutetur niſi de conſenſu duarum partium cuiuſlibet, &c. ibidem quod confutatur ab Eugenio Papa. 462.a

Ad Concilium ſi Papa, & reliqui prælati inferiores vocati venire contempſerint, aut illud impedire, mutare, propagare, diſſoluere tentauerint à Papali authoritate, & aliarum dignitatum adminiſtratione ſi non reſipuerint ipſo facto ſint ſuſpenſi Concilium Conſt. & Baſileen. decreuerunt. 443.b

Concilium

Digitized by Google

Concilium Baſileenſe Eugenium Papam contumacem declarauit, & illũ ab omni adminiſtratione Papatus in ſpiritualibus, & temporalibus ſuſpendit. 510. a. & bene ſuſpenſum declarauit. 515. a
Concilium aſſeuerare in omnibus, & ſingulis eſſe ſupra. Papam hæreticum, & prophanum eſt. 464. a
Ad Concilium generale liberum ſit vnicuique venire, & ſi Cardinales a Papa licentiam veniendi ad Concilium peterent, eis dare tenetur. 443. b. 445. a
Conciliũ generale eſſe non poteſt, qui ſummi Pontificis authoritate non fuerit ſuffultum. 453. a. & Papa ſuper omnia concilia poteſtatem habet. 464. a
Concilium Conſtantienſe damnauit Ioannem Vuicleff, & eius memoria, ac oſſa eius exhumari, & ab alijs Chriſtianorum ſeparari. 272. a
Concilium Baſileenſe Eugenium Papam à Papatu depoſuit. 516. b.
Concilium generale ſupra. Papam eſſe non rectè Synodus Baſileenſis declarat. 659. a
Concilium eſſe ſupra Papam Concilium Baſileenſe conatur demonſtrare adiuncta ſibi authoritate Concilij Conſtan. 502. a. 511. b. qui ſi verum ſit videas bullã retractationum Pij II. in fine huius quarti tomi.
Vt ad Concilium generale venire non poſſit nullus vi iuramenti, aut promiſſionis alicui factæ adſtrictum ſe putet, Concilium Baſileen. decreuit. 432. a
Concilium eſſe non poſſe ante aduentum legatorum Eugenius Papa aſſeruit. 570. b
Concilium Baſil. ſententialiter declarauit, ſequentes curiam Papę Eugenij, pęnas contentas in decretis ſynodalibus incidiſſe, & minatur pęnas accedẽtibus ad Concilium legitimum Ferarienſe. 612. a
Concilium Ferrarienſe, qui Concilium Baſileen. damnauit, Eccleſia latina, & græca inter ęcumenica numerat, & veneratur. 515. a. 590. a
Concilij Baſil reſponſio ad inuectiuam Gabrielis quondam Papæ Eugenii, publicato in quadã ſeſſione Cõcilij Florentini prę ſidente Papa Eugenio. 613. a
Concilij Baſileen. reſponſio ad inuectiuam Eugenij Papæ contra Concilium Baſil. ſuper materia citatorij eum vocantis ad iudicium ſynodale. 580. a
Concilij Baſileenſis reſponſio facta à præſidente Concilij ſuper acceptatione decretorum Concilij per Papam facienda. 572. b
Concilii Baſilienſis reſpõſio, quòd poſſet Concilium cõcedere indulgentias plenarias pro vnione Græcorum quòd oblatio Papæ non eſt ſufficiens quoad acceptationem decretorum. 576. a
Concilij Baſileenſis reſponſiones ad quædam obiecta Eugenij Papæ de authoritate cuiuslibet Concilij generalis ſupra Papam & quoslibet fideles, quodque ſine eius conſenſu non potuit diſſoluere Concilium Baſileen. Eugenius quartus Papa. ſed autè legas. 552. vſque. 569. a
Concilij Baſileenſis alia reſponſio ad orationes principum, de mutatione Concilij, in alium, ex tribus locis, vbi omnino inchoandum eſſet Concilium ad ſex menſes cum dimidio, nec interim cõtra Papam procedatur. 605. b
Concilij Baſil. reſponſio ad Fundamenta, & rationes primæ, & ſecundæ ſeſſionum legitimi Concilij Ferrarienſis à Concilio Baſil. conuenticuli nuncupati, oſtendẽs quòd Papa erigẽdo ipſum cõuenticulum ſchiſma introduxit in Eccleſia Dei. 590. a
Alia reſponſio Concilij ad proteſtationem contra proceſſum Papæ, factam per oratorem Ducis Mediolani. 595 b.
Concilij Baſileenſis reſpõſio ad Eugenii Papæ capitula, quo oſtendit non eſſe acceptandas literas dicti Eugenii de ſua prætenſa diſſolutione, quòdq; articulus de diſſolutione eſt pertinens ad fidem. 569. a
Concilii generalis authoritas ſecundum opinionẽ Baſileenſis Concilii, vide eius epiſtolam ad vniuerſos fideles de obediendo Cõciliis generalibus &c. 620. a
Concilii locus ante diſſolutionem alterius Concilii per menſem eligatur pro futuro Concilio. 444. a
Concilii locus mutare contingens, ad quos pertinebit mutatio, ineare debent illam mutationem facere ex cauſa manifeſtis per Concilium conſtantienſe aſſignatis. 444. b
Cõcilij Baſileenſis reuocatio & diſſolutio per Eugeniũ quartum facta, legas literas & Bullas eiuſdem Eugenii ad diuerſos ſcriptas, & miſſas. 721. a vſque 727. 734. b
De Concilii authoritate tempore ſchiſmatis, & in eos qui metu, vel in aliqua vi Papã e lect. fuerint. 383. b
Concilii Alemaniæ conſtitutiones omnibus Alemaniæ Archiepiſcopis, epiſcopis, & ceteris ſub pœna excommunicationis publicari in ſingulis eorum Conciliis ſingulis annis præcipitur. 236. a
Cõcilii generalis octaui canones partim integri partim in compendium redacti. 6. a
Concilio ritè congregato eam reuerentiam habendam eſſe, quæ collegio Apoſtolorum debetur. 557. a
Concilio Baſileenſi relicto ad Eugenium Iulianus Cardinalis. S. Sabinæ rediit, ſicut & plures alii. 792. b
Concilio Lateranenſi ſub Innocentio. III. interfuerunt Patriarcha Conſtatinop. & Hieroſoli. & 70. Metropolitani epiſcopi 412. Abbates & priores. 800. & legati græci & Romani Imperii & aliorum Principum 209. b. 210. a
In Concilio generali literis authenticis bulla plũbea pendente ex vna parte Spiritum ſanctum in Columbæ ſpecie, ex altera, Sacroſanctę Synodus generalis ſculptura continente, uti debere, Concilium Baſil. decreuit. 432. b
Concilio tempore ſchiſmatis nullus eorum in Papam electorum præſidere debet 383. b. & omnes ab omni officio Papali, ſtatim cum Concilium cœpit ſint ſuſpenſi. ibidem.
Concilio ſe obedire non teneri, Eugenius demonſtrauit. 606. b. contra Baſileenſes.
Pro concilio celebrando locus iam deputatus, abſq; euidenti neceſſitate non mutetur. 383. a. 416. a
In Concilio Baſileen. multi articuli de modo procedendi in ſacro Concilio ordinati, & approbati fuerunt. 632. b.
Durante Concilio Papam nõ poſſe creare Cardinales, nec creatos publicare Concilium Baſileen. decreuit. 432. b. qui poteſtati Papæ conſonum non eſt.
In Concilio Baſileenſi multa ſparſim habentur, quæ põtifici, & eius authoritati derogant, quæ ſunt cauto legenda. 492.
Concilia generalia poſt Concilium Conſtantienſe certis temporibus celebranda ſtatuitur. 383. a. 416. a
Concilia prouincialia & ſynodalia quomodo facienda, & quid potiſſimum in eis attendendum & qualiter puniendi Archiepiſcopus & epiſcopi, ſi Concilio ad probandum cauſas ſuæ abſentiæ, & ad intereſſendum Concilio aliquem non miſerint. 456. a. b. 457
Concilia generalia celebrare, quid proſit Eccleſiæ. 565. a
Concilia generalia ritè congregata, vt Euangelia fore veneranda. 557. a
Concilia prouincialia ſaltẽ ſemel in anno celebrentur à diœceſano, quod Conciliũ ad minus biduo vel triduo duret. 456. a
Concilia generalia conuocare non ſolum ad Romanum pontificem ſpectat, ſed & ſua authoritate Concilia cõuocata roborare, alias in irritum labitur quidquid præter eius authoritatem ſtatuitur. 694. a
Concilia generalia ritè congregata catholicam repreſentant Eccleſiam. 556. b. & errare nequeunt. 557. a
Concilia Patriarchalia ſunt potiora prouincialibus. 8. b
Conciliorum priuilegium eſt hæreſes extirpare, cum vix vllam hæreſim, niſi per Concilium, ſublatam eſſe inuenitur. 554. b
Conciliorum generalium rite congregatorum authoritas, & priuilegia. 556. 557
In Concilijs, qua morum & geſtus venuſtate vnuſquiſq; ſe habere debet. 421. b
In Concilijs omnia agenda cum Conſilio Concilii per præſidentes perfici debent. 464. a. 571. a
Concilijs non eſt neceſſe principes intereſſe, nec interfuiſſe inueniuntur niſi generalibus. 9. a
In Conciliorum generaliũ publicis ſeſſionibus qui modus

Digitized by Google

dur obſeruari debeat, cū ijſdē obſeruatus & practicatus fuerit in Concilio generali Conſtantienſi. 412.a
A Cōcubinarus queſtus pecuutarios accipere ſub pęna maledictionis ęternæ prohibetur. 472.b
Conatus non minus quam effectus eſt puniendus. 174.b
Concubinarii publici ſi Clerici qualiter puniendi ſunt, & qui dicantur publici concubinarii, 472.a.b
Confeſſio coacta non valet. 197. b. ſententia vnius non valet cum cauſa duobus committitur. ibidem 200.a
Confeſſores ſpeciales deputentur in ſingulis Archidiaconatibus. 239.b
Confeſſarius quomodo cautus, & diſcretus eſſe debeat. 219.b
Confeſſio ſuper crimine coram iudice ſeculari facta, clerico non pręiudicat, nec ſi aliquis per cuius exceſſibus ſit depoſitus ſeculari iudici eſt tradendus. 160.b
Confeſſionem reuelans, qualiter puniendus eſt. 219.b
Si Confitentur infirmi peccata ſua, & ſe reconciliari expoſcunt, qualiter à ſacerdote reconcilientur. 42.b
Cōfiteri proprio ſacerdoti, quilibet ſolum ſemel in anno tenetur, poſtquā venerit ad annos diſcretionis, & ſolus ſua peccata fideliter confiteatur, & pęnitētiam iniunctam pro uiribus adimplere ſtudeat. 219.b
Confiteri volens ob aliquam iuſtam cauſam alteri ſacerdoti licentiam prius poſtulet, & obtineat a proprio ſacerdote, cum aliter ille ipſum non poſſit ſoluere, vel ligare. ibidem
Confirmationis ſacramentum eſt ſecundus in ordine, & quæ eius eſt materia, quæ forma, qui miniſter, & qui effectus. 912.a
Confirmandus cur in fronte ſit vngendus. 912.a
Ad Confirmationem recipiendam a Rom. Pontifi. ſi electus comode ſe præſentare non poterit, qualem perſonam pro ſe tranſmittere debet. 220.b
Non Confirmatus in Chriſma alium in filium ſuſcipere non poteſt. 204.b
Confraternitates quando licitæ, & quando illicitę, & prohibitæ. 43.b
Conſanguineam nullus in vxorem ducat, quouſque parentela cognoſci poterit. 73.b
Qui Conſanguineam. i. matrem, vel ſororem, vel filiam vxoris ſuæ cognouerit, debet ſine cōiugio perpetuò permanere, & ipſa. 136.b
Conſanguinitatis gradus à quo numerari incipiatur, & quis primus gradus dicatur. 46.b
Conſecrari debere corpus Chriſti, in pane azimo græci in Concilio Florentino confeſſi ſunt. 778.a
Conſenſus Patriarchæ Conſtantinop. vt ęcumenica ſynodus Ferrariæ celebraretur. 782.b
Conſtantinus Imperat. Palatium lateranenſe. Sylueſtro vniuerſali Papæ, & ſucceſſoribus ſuis donauit; ac etiam Diadema, videlicet coronam capitis ſui &c. & Romanam vrbem & omnes Italiæ ac orientaliū prouincias regiones loca ac Ciuitates. 55 b. 56 a.b
Conſtantinus Imperator, cunctos vſque in finem ſeculi ſucceſſores, in Romana ſede Pontifices nō ſolum imperiali poteſtate, & dignitate verum etiam infulis, & miniſtris imperialibus adornauit. 55.a
Conſtantinopolitana ſedes, poſt Romanam, primum obtinet locum; Alexandrina ſecundum, tertium Antiochena, Hieroſolimitana quartum. 215.a
Conſtitutiones nouæ dant formam futuris negociis. 179.b
Conſtitutiones principum non præiudicant Eccleſiis. 224.a
Conſuetudo, quæ pro lege habenda. 301.b
Conſuetudini eſt relinquendum, vbi non inuenitur aliquid diffinitum. 207.b
Contentio, quæ nam ſit, & quando abſque peccato erit, 683.b
Cōtrouerſia inter Græcos, & Latinos quo ordine ſedes in ſynodo Ferrari. diſponi deberent. 782.a.b
Contractus vſuram continet, licet ea forma non cenſeatur. 147.b
Corporale ad extinguendum incendium nullus in ignē proiicere præſumat. 46.a
In Corrigendis ſubditorum exceſſibus triplex procedēdi modus. 226.a
Credere prius oportet ac poſtea baptiſmate deſignari de adultis eſt intelligendum. 889.a
Crimine aliquo. ſiquis fidelis infamatur, quomodo ſe purgare oporteat. 34.a
Cruciata ſiue expeditio, pro recuperanda terra ſancta. 231.a
Curam animarum ſine licentia epiſcopi committere nemini liceat. 159.a

D

Decani, qui pro certa quantitate pecuniæ epiſcopalem iuriſdictionem exercent, qualiter cum epiſcopo inſtituente puniantur. 105.b
Decima quomodo, & quando a Papa, ſuper eccleſias, & eccleſiaſticas perſonas imponi debet. 411.b
Decimæ a clericis non ſunt indiſtincte exigendæ. 141.a
Decimæ ablatæ, ſine diminutione ſunt reſtituendæ. 166.a
Decimæ ab eccleſiis antiquitus conſtitutis non auferantur, nec honore ſuo priuentur. 22.a.23.c
Decimæ, pro temporalibus, commutandæ non ſunt. 113.a
Decimæ a laicis iure hæreditario non poſſunt poſſideri. 201.a
Decimæ perſolui debent de prouentibus molendinorū, & piſcariarum, & de fęno. & de lana. 113.a
Decimę prius ſoluantur antequàm ſeruiētibus, & mercenariis debita impendantur. 113.b
Decimæ noualium eccleſiæ, in cuius parochia territorium eſt perſolui debent. 203.b
Illę Decimæ ſoluantur, quæ debentur ex lege diuina, vel loci cōſuetudine approbata, & de his, q̄ pdia ſua, in fraudem decimarum, dant aliis excolenda. 227.a
Decimæ ante tributa ſoluantur, & decimarum ratio. 227.a
Decimę ſoluantur, etiam de terris acquirendis, non obſtantibus priuilegiis. 227.b
Decimæ illi eccleſiæ ſunt ſoluendæ ab his, qui ab ea eccleſiaſtica percipiunt ſacramenta. 188.a
Ante Decimarum ſolutionē, qui a colonis tertiam, vel quartam partem laborum ſuorum recipiunt, decimā de portione ſua, ſcilicet quod colonus de ſua, perſoluere tenentur. 203.b
Decimæ non ab homine, ſed a Deo inſtitutæ ſunt, ideo ad eas ſoluendas parochiani eccleſiaſtica ſeueritate compelli poſſunt. 163.a
Decimæ cur ſoluantur, & in quatuor partes, ſicut etiam oblationes fidelium diuidantur. 32.a
Decimas ſoluere negligentes, excommunicentur. 22.b. & vnuſquiſque eas dare tenetur. 23
Decimas de ſuis prædiis monaſteria præſtare non debent. 140.a
Decimas omnes ſoluere tenentur de fęno, equitio, & de omnibus fructibus. 113.a
Decimas ſacerdotes accipiant, qui ijs locis ſeruiunt, vbi antiquitus decimæ fuerant conſecratæ. 24.b
Decimas & eccleſias nullus religioſę profeſſionis de manu laicorum ſine conſenſu epiſcoporum recipere præſumat. 104.a
Decimas ſoluere debent religioſi ex prædiis conductis. 138.b
Decimas presbyter parochialis non amittat, propter pactum aliquorum. 227.b
Decimas a clericis, vel conuerſis de laboribus ſuis layci exigere non debent. 203.b
Decimas eccleſiæ Iudęi perſoluere debent de rebus, de quibus Chriſtiani perſoluebant, antequam ad Iudęos quocunque titulo deueniſſent. 230.a
Qui Decimas, vel eccleſiarum diſpoſitiones layco in ſeculo manenti conceſſerit, eſt deponendus. 161.a
Decimas exigere non debent clerici a clericis, ſed illi tenentur eis ſoluere, qui ab eis ſpiritualia percipiunt. 141.a
Decimas layci ne retinent neque in alios laycos transferant, qui verò receperint, & eccleſiæ non tradiderint,

ſepultura

Digitized by Google

ſepultura priuetur. 105.b
Decimas non ſoluentes ſunt excommunicati. 73.b
Super Decimis compoſitio facta inter Eccleſiaſticas perſonas, debet perpetuò rata, & incôuulſa perſiſtere 165. b
De Decimis, quatuor fieri debeant portiones, pauperibus, Sacerdoti, Eccleſiæ, & epiſcopo tribui. 43.a
Super Decimis pacifica compoſitio fieri poteſt. 139.a
De Decimis antiquarum, & nouiter conſecratarum Eccleſiarum. 32.a
Contra Decreta, ſiue ſtatuta patrum aliquid, vel mutare, ne huius quidem ſedis poteſt authoritas, Zoſimus Papa. 5:4.b
Decreta ſine authoritate Romani Pontificis ſatis roboris habere non poſſunt. 689.b
Quæ Decreta generaliter ad perpetuam vtilitatē ſunt, nulla commutatione varientur, nec ad priuatum trahantur commodum, quæ ad bonum ſunt commune præfixa. 564.b
Decreta vniuſcuiuſq; ſynodi, quæ vniuerſalis Eccleſiæ approbauit aſſenſus, nullam magis exequi ſedē præ cæteris oportere, quam primam quæ, & vnamquamque ſynodum ſua authoritate confirmat, & continua moderatione cuſtodit. 564.b
Defuncto nocet, quò ad Eccleſiaſticam ſepulturam habendam, contemptus propinquorum. 174.a
Delegatus pro aliqua cauſa ſuſpectus, poteſt recuſari. 132.b 134. b
Deus ſecreta ſua (prout vult) Concilia celebrantibus, reuelat, diſtribuit, & reſeruat. 753.a
A Deo omnis victoria procedit. 746.b
Diaconus in quodā caſu, in quo homo uulneratus fuit, & propterea expirauit, quamuis in cauſa non fuiſſet, quomodo ſuit depoſitus. 161.b
Diacono officiū quomodo reddi poteſt, qui alium vulnerauit. 162.b
Dignitates Eccleſię habentes, ſi admoniti, præfixo à canonibus tempore, in presbyteros non fuerint ordinati, ab illo officio remoueantur, & alijs conferatur. 102. b
Plures Dignitates, vel perſonatus, quamuis ſine cura animarū, in eadem Eccleſia, nullus habere poteſt. 221.b
Diuortium ob coeundi impotentiam fieri non debet. 119. b
Diuortium inter virum, & vxorem celebrari poteſt, ſi vir ad alienas partes ſe traſtulerit, ibique per decennium morā fecerit, & redire noluerit, ſed proles ante diuortium procreata, eſt legitima. 199.a
Poſt diuortium dos eſt reſtituenda. 172.b
Diſpoſitio ſedium in Concil. Ferrarienſi. 782.a.b
Diſputatio Gręcorum & Lat. an liceat ſymbolo fieri additio. 791.b.792.b
Diſputationes debent ſemper inniti Sanctorum Patrū authoritatibus, vt habetur ex Santo Agathone, & S. Leone Pont. 834 b
Diſtributiones accipiant, qui Matutinis, & horis canonicis, & Miſſis interſint, & qui dicuntur intereſſe. & abuſus tollitur eorum, qui cum uni horæ interſint, totius diei diſtributiones vſurpant. 474.b
Diuina ſubſtantia non generat, ſed eſt principium quo generatio fit. 838.a
In Diuinis perſonis nil aliud eſt, niſi eſſentia proprietas atque relatio. 835.a
Pro Docendi licentia nihil promittatur, aut exigatur, & ſi fuerit promiſſum remittatur, ſi exactum reddatur. 111.b.& in ſequenti capitulo. ibidem
Docere vel diſcere omnibus idoneis licet ſine facultate per chirografas. 7.a
Ad Doctorum illorum intelligentiam qui obſcurius loquuti ſunt, vtendum eſt illis patribus qui aptius & clarius loquuntur. 894.a
Doctores tum occidentales, tum orientales neceſſe eſſe inuicem eſſe concordes probatur. 892.
Dolum redundare debere in agentis iacturam. 167.a
Dominicis ac feſtis diebus Presbyteri antequam Miſſas celebrent, quęrant an alterius parochianus contempto proprio presbytero ibi miſſas audire velit, & an aliqui inter ſe diſcordantes ſint, & quid cum talibus obſeruare debeat. 42.a
Dominicis, & feſtis diebus, quid à Chriſtianis agendum ſit. 37.a
In Dubiū vocari non debent quæ ſolenniter, & digeſte à ſacris Concilijs ſancita ſunt, aut fide ſanctorum approbata. 758.b
In Dubijs recurrendum eſt ad communem verborum intelligentiam. 179.b
In Dubijs viciniæ fama eſt inquirenda, & hoc in quodā caſu inter quoſdam fuerit matrimonium, quod probari non poteſt. 204.a
Duci Venetiarum priuilegium conceſſum, pro vita Alexandri, iij. duraturum, de cauſa pecuniaria clericorū iuriſdictionis Venet. contra laicum more Venetico terminanda. 182.b

E

ECcleſia ſola eſt, quæ errare non poteſt in his quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt. 556 a
Vna eccleſia in plures diuidi non debet. 238.b
Eccleſia cathedralis, vel regularis vltra tres menſes prælato non vacet. infra, quod iuſto impedimēto ceſſante, ſi electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi poteſtate careant pro illa vice. 220.a
Eccleſia Romana habet facultatem declarare, illuſtrare, & addere ſymbolo. 793.a
Eccleſia iudicat aliquem diris quæſtionibus ſubijciendum. 202.a, & pœna pecuniaria mulctandum. 205.a
Eccleſia Romana an ſit perſtricta in concilijs peragendis alienas eccleſias conuocare. 858.b
Eccleſia Romana, velut quatuor Euangelia, quatuor Concilia, nempe Nic. Conſt. primum, Epheſinum primum, & Chalcedonenſe veneratur. 67.b
Eccleſia a laico conceſſa ſine conſenſu epiſcopi, eſt inutilis, etiam collegio facta. 143.a, & longa pręſcriptio tali conceſſioni a laico factę robur dat. 214.b
Eccleſia ſub annuo cenſu ad firmam teneri poteſt vſque ad certum terminum. 165.a
Eccleſia, vel cauea ſuper ipſam facta, nec emi poteſt, neq; redimi. 110.b
Vnaquęque Eccleſia cathedralis magiſtrum ſibi prouideat, qui clericos, & ſcholares pauperes gratis doceat. & ei competēs beneficium pro eius ſuſtentatione aſſignet. 106.a
Eccleſia catholica per orbem diffuſa, tribus modis probatur exiſtere ſecundum Aug. 557.a
In Eccleſia nulli ratione beneficij aliquid aſſignetur. 242. a
Eccleſia non debet propter alicuius appellationem debitis obſequijs defraudari: canonici etiam ſeculares debitam in eccleſiis tenentur facere reſidentiam. 196 a
Eccleſia Græca latinæ vnita eſt in concilio Florentino. 778.a.779.a
Eccleſia adulterio polluta, per aſperſionem aquæ benedictæ debet reconciliari, & propter peccatum vnius alius eſt purgatio indicenda. 198.b
Eccleſiam cum cęmeterio quando, & quomodo conſtituere valeant plurimi habitantes in vno loco, ac proprio gaudere presbytero. 107.a
Eccleſia, ſi alicui fuerit conceſſa, qui quamuis lepra ſit percuſſus, ea priuari non debet. 175.b
Eccleſia alicui danda non eſt intuitu operæ. 111.a
Eccleſia Romana ab illo verbo, quo conſtructum eſt cœlum, & terra, per quòd condita ſunt omnia elementa fundata fuit. 691.b
Eccleſia vacans non eſt per ambitionem petenda, & taliter petentium pœna. 44.a
Eccleſia Romana nullis ſynodicis conſtitutionibus cæteris eccleſiis prælata eſt, ſed euangelica voce Saluatoris primatum obtinuit dicendo, tu es Petrus &c. 691. b
Eccleſia dici non poteſt, & non eſt, quæ ab eccleſia Romana eſt diſiuncta. 69 b
Eccleſia licitè poteſt ſub conditione donari. 195.b
Eccleſia Metropolitana Theologum habeat, qui ſacer-

dotes, & alios in ſacra pagina doceat, & in his præſertim informet, quæ ad curam animarum ſpectare noſcuntur, cui a capitulo præbenda aſſignetur, & a Metropolitano tantundem vſquequo perſtiterit in docendo. 217.a
Eccleſia ſancta ſuper petram. i. Chriſtum, & ſuper Petrum filium Ioannis fundata eſt. 52.b
ſi Eccleſia non vacans, alicui à patrono concedatur, poſtea ea vacante, alio inſtituto, poſterior præferri debet, & laicus etiam loco religioſo ius patronatus licite poteſt conferre. 144 a,146.a
Eccleſiæ poſſeſſiones ſub conditione donatæ non poſſunt, niſi in caſu reuocari. 168. a
Terras de ſyluis extirpatas, eis a quibus ſunt extirpatæ, poteſt epiſcopus concedere ad annuum cenſum tenẽdas. 168.a
Eccleſiæ non per mercenarios, ſed per paſtores, ſeu ſaltem vicarios perpetuos regantur. 235 b
Eccleſiæ perſonatus, vel regimen nemini infra. 14. annum conſtituto eſt concedendus. 159.b
Eccleſiæ Romanæ priuilegium in electione Papæ, ſi contentio in electione exorta fuerit. 102.a
qui Eccleſiæ atrium euaginato gladio, intrauerit, qualiter puniatur. 50.a
Eccleſiæ ſi ſanguinis, vel ſeminis effuſione ſunt pollutæ, cum proceſſione, & aquæ benedictæ aſperſione ſunt reconciliandæ. 208.b
Eccleſiæ facultater, Monaſteriorum, & xenodochiorum inuadere præſumentes, tanquam necatores pauperum puniantur, & anathemate feriantur. 21.a
Eccleſiæ omnes in eius epiſcopi ordinatione & poteſtate perſiſtant, in cuius territorio ſunt poſitæ. 17.b
Eccleſiæ, vel eius perſonæ grauari non debeant, in collectione denariorum. B. Petri. 109.a
Eccleſiæ quando, & qualiter poſſunt dimitti ad firmam. 241. a
Eccleſiæ vniuerſalis principatum Eccleſia Romana obtinet. 691.b
Eccleſiæ non ſunt conferendæ niſi ijs, qui ætatem habẽt, & ſcientiam. 159.b
Eccleſiæ res, qui per mendacia, & dolo in precariam ſibi acquirere voluerit, quid faciendum. 23.a
Eccleſiæ fructus in laico feudo non reponantur, nec de eis ædificia fiant. 241.b
Eccleſiæ cum rebus ad ordinationem epiſcopi pertineant. 21.a
Eccleſiæ a Chorepiſcopis cõſecratę iterum ab epiſcopis conſecrentur. 25.a
omnes Eccleſiæ Cathedrales vnum Theologum habeant, qui prædicare, & ſaltem bis in hebdomada legere debeat, & qualiter pro eius ſuſtentatione prouideatur. 507.b
ad Eccleſiæ parochialis perſonatum, non niſi ſubdiaconus debet admitti, vel ſupra, niſi ex diſpenſatione. 160 a
Eccleſiæ Romanæ dotatio & priuilegia à Conſtantino facta. 55.b.56.a,b
Eccleſiæ conditionẽ deteriorem facere non licet, nec licet colonum expenſis factis in fundo Eccleſię defraudari. 163.b
in Eccleſiæ atrio ædificia laicorum non ponantur, & poſita auferantur. 46.b
Eccleſiæ bona, & reditus, in quem vſum ſeruari debeant. 8.a
Nec Eccleſiæ interdici nec perſonæ ſuſpendi debentur pro exactione pecuniæ, nec à Vicarijs pecunia exigatur pro danda licentia celebrandi. 108.b.110.a
Eccleſiæ mundano ornatu ornari prohibentur. 219.a
Eccleſiæ nemini concedendæ ſunt, vbi alij nominatim ſuccedant. 165.b
Eccleſiæ noui cenſus exactione vexari non debent. 167. a
Eccleſiæ à quibus reparari debeant. 168 a
Nec Papæ licere prædia Eccleſię alienare, nec in vſufructum, rura tradere niſi domus, quæ non modica impenſa ſuſtentantur Symmachus Papa decreuit. 496. b
Eccleſiam Romanam oppugnans, totius Chriſtianitatis ſubuerſionem machinatur. 63.a
Eccleſiam ſine conſenſu, & licentia epiſcopi nec clericus, nec laicus, cuilibet presbytero dare præſumat. 21.a
ad vnam Eccleſiam ſi duo fuerint preſentati, neutri eorum pendente lite Eccleſiæ cuſtodia committatur, & quid obſeruandum erit cum duo patroni duos clericos præſentauerint. 237.a
Eccleſiam, vel quòd Eccleſiaſtici iuris eſt, nullus ſine authoritate epiſcopi monaſterijs vel canonicis conferre poteſt. 146.a
Eccleſiam Romanam Chriſtus verbum Dei fundauit. 691. b
Eccleſiam, qui per laicos ſine authoritate epiſcopi receperint, qualiter puniantur. 105.b
Eccleſiam nullo modo quilibet clericus, per laicum obtineat. 73.b.78.a
in Eccleſiam nemo gladium portet regali tantum excepto. 46.b
Eccleſiam paternam filius habere poteſt, ſi pater eius eiuſdem Eccleſiæ vicarius perpetuus non fuerit, vel perſona. 153.a
infra Eccleſiam, vel prope altare vbi conficitur corpus, & ſanguis Ieſu Chriſti, nullus ſepeliatur. 42.b
Extra Eccleſiam, quæ vna eſt fidelium vniuerſalis, nullus omnino ſaluari poteſt. 212.a
Eccleſiam ſuam nullus laicus præsbytero comendet ſine licentia epiſcopi ſui. 46.b
Eccleſiam parochialem, vel aliam dignitatem, cui cura animarũ annexa eſt, nullus ante. 25. annum ſuſcipiat, qui etiam ſcientia, & moribus commendabilis exiſtat. 102.a
in Eccleſia, qui ſepeliri poſſunt, & expaueſcendum miraculum narratur, de quodam Valentino Mediolanenſi ſepulto in Eccleſia Sancti Syri vrbis genuenſis. 32. b. Impijs loca ſacra nihil conferunt. 33.a
ſi de Eccleſia prima vacante alicui promiſſio fuerit facta, ſi ea vacãte alius poſtea ad eam fuerit præſentatus, non debet propter hoc eius inſtitutio retardari. 188. a
in Eccleſia miniſtrare non debet, in qua eius pater miniſtrauit. 152.b.a
in Eccleſia, aut in eius atrio ne mala colloquia fiant. 46. b
in Eccleſia patris filius poteſt inſtitui, ſi media interceſſit perſona. 153.a
in Eccleſia per epiſcopũ poteſt perſona inſtitui, ſi cuius ordinatio propter controuerſiam laicorum differatur. 145.a
ab Eccleſia non fuit amotus, qui minor. 15. annis in ea ante Concilium fuit inſtitutus. 160.a
de Eccleſia non vacante prouiſſio facta, nihil firmitatis habebit. 187.a
in Eccleſia paterna nullus quaſi iure hæreditario debet collocari. 160.a
in Eccleſia nihil perniciofius, quam contemptus Eccleſiæ paſtoris. contra Concilium Baſileen. 604.b
in Eccleſia debeat eſſe vnus paſtor omniũ, & caput vniuerſale, pluribus authoritatibus, & rationibus probatur, ad quem paſtorem principaliter, & pleniſſimè de gregis ſalute & directione, ac fidei vnitate & integritate, diſpoſitio, & iudicium, ac ſententia ſpectarent. 692. a
Eccleſiam habere non permittatur ei, in qua eius pater proximè miniſtrauit nec in ea miniſtrare. 152. a
quilibet ab Eccleſia, in qua pater eius perſonatum habuit, eſt excludendus. 153.a
Eccleſiæ decreta, & ſententiæ non ſolum authenticæ ſunt, ſed etiam eius facta, & conſuetudines inſtar habent ſanctarum ſcripturarum. 556.b
Eccleſiarum regimen ſub aliquo precio ſacerdos non ſuſcipiat. 108.b
Eccleſiarum cauſæ maiores, & difficiliores per Romanum Pontificem ſunt definiendæ. 65.a.b
Eccleſiarum collatores ne fructus eiuſdem eccleſię, vel præbendas nondum collectas ſibi vſurpent neque pro collatione aliquid extorqueant. 237.a

Eccleſia-

Digitized by Google

Eccleſiarum fundatores ſi in electione rectoris diſcordes fuerint, quid obſeruandum, ita etiam ſi quæſtio emerſerit de iurepatronatus 306.a
Eccleſiarum prælati, qui poſt monitionem Cōcilij prouincialis reperti fuerint, beneficia Eccleſiaſtica indignis conferre perſonis, per Concilium prouinc. ſuſpendantur, quæ ſuſpenſio, auferri non poteſt, niſi per Rom. Pont. aut proprij Patriarchæ. 221.b
Eccleſiarum parochialium patroni competentem portionem presbyteris, & clericis dent. 222.a
Qui Eccleſiam parochialem habet ipſe per ſe, & nō per vicarium illi deſeruiat, niſi, &c. ibidem
Eccleſiarum aduocationes, ſi qui aliquo modo acquiſierint, vt ad eaſdem filios, vel nepotes præſentent, eis ſpoliari debent. 143.b
Eccleſiarum conſuetudines Archidiaconis debitæ ab epiſcopo non poſſunt minui, ſed eis debent integrè conſeruari. 159.a
Eccleſiam Romanam poſſe, quæ in ſymbolo ſunt illuſtrare, & declarare pulcherrima ratione probatur, 801.b
Eccleſiæ authoritas, & prærogatiua, 556.a.b
Eccleſiarum ordinationes ſecundum patronorum traditiones non ſunt mutandæ. 144.a
In Eccleſiarum donationibus requirendus, & expectandus ſit patronorum conſenſus. 146.b
Eccleſiarum iurium turbatores excommunicantur, 236.a
Qui Eccleſiarum diſpoſitiones, vel decimas laico in ſeculo manenti conceſſerit, eſt deponendus, 165
Eccleſiarum conceſſio viuētibus perſonis facta, eſt euacuanda, 145.a.146.a
Eccleſiarum beneficia conferre epiſcoporum eſt, laicorum verò, qui in Eccleſia ius patronatus habent, aſſenſum præbere. 146 b
Eccleſiæ vniuerſalis principatus, & poteſtas in Eccleſia Romana conſiſtit, & Petro non ab hominibus, ſed ab ipſo ſaluatore tributus fuit. 691.b
Eccleſię ornamenta, & vaſa, & veſtes qualia eſſe debeant, & quid faciendum de veteribus ornamentis. 238.b
Eccleſijs non præiudicant principum conſtitutiones, 224.a
Eccleſijs, vbi quis percipit ſpiritualia, dare debet temporalia. 203.a
Eccleſias parochiales, & plures Eccleſiaſticas dignitates nullus habeat cum vnuſquiſque in loco reſidere, & curā per ſe ipſum exercere tenetur ſub pęna, &c, 105.a
Duas Eccleſias vnus presbyter non habeat. 73.b
Plures Eccleſias parochiales vel dignitates Eccleſiaſticas nullus habere poteſt, & quomodo puniēdi ſunt, qui conferunt, & qui accipiunt. 221.a
Eccleſias quas curator habet in cuſtodia, ſi aliquibus contulerit, poterit huius donatio reuocari. 186.a
Qui Duas Eccleſias habet, ſi altera fuerit ſpoliatus, non eſt reſtituendus, 169.a
Eccleſias regere non debent, qui periurij crimine irretiti ſunt, 149.b
Eccleſias à parentibus fundatas, filij non debent authoritate propria detinere, nec alijs conferre. 145.b
Ab Eccleſijs canonicè acquiſitis clerici obtentu patronatus non ſunt amouendi. 201.b
In Eccleſijs, ſiue eorum atriis, vel domibus placita ſecularia minime fiant, nec minus rixę, & contentiones, 23.a
In quibus Eccleſijs requiritur pluralitas presbyterorū parochialium. 239.a
In Eccleſijs, ſi laici clericos inſtituerint, & remouerint, bona Eccleſiæ pro libitu diſtribuerint, & Eccleſias, ac clericos exactionibus grauare præſumpſerint, anathemate feriantur. 105.a
In Eccleſijs, vel cimiterijs ſpectacula fieri omnino prohibetur, nec mercantias, nec negotiationes nundinarum exercere. 475.a
In Eccleſijs ius defenſionis habens, appellans audietur. 147.a
Nullis Eccleſijs, nec conſtituantur presbyteri, nec expellantur inconſultis, & non conſentientibus epiſcopis, 36.b
In Eccleſijs, quarum ordinatio differtur, ab epiſcopo debet economus inſtitui. 146.a
In Eccleſijs epiſcopi perſonas idoneas debent admittere, in quibus adepti ſunt præſentationes. 146.a
Eccleſiaſtica libertas & immunitas & priuilegia a Frederico ſecundo & Carolo quarto Rom. Imp. conceſſa & defenſa, a Concilio Conſtantienſi fuit confirmata & aucta 404.a. vſque. 441.b
Eccleſiaſtica beneficia coniugatis non cōferantur, 150.b
Eccleſiaſticæ dignitatis ordo a ſanctis patribus inſtitutus quis nam ſit. 65.b
Eccleſiaſticarum perſonarum inſtitutiones, & deſtitutiones ſine Conſilio fratrum non ſunt faciendæ, 197.b.198 a
Eccleſiaſticas præbendas, ſeu quælibet officia in aliqua Eccleſia vacare contigerit, infra ſex menſes perſonis dignis conferantur, & quid ſi ad quem conferre ſpectauerit negligentes fuerit. 103.b
In Eccleſiaſticis perſonis, & eorum negocijs rigor nimius non debeat exercere, ſi propter hoc iuſtitia non periclitetur. 112.a
De Eccleſiaſticis rebus, nulla diſponendi laicis, quamuis religioſis, eſt attributa poteſtas. 224.a
Pro Eccleſiaſticis perſonis in ſede ponendis ſeu presbyteris in Eccleſiam introducendis, & pro ſacramentis adminiſtrandis, & mortuis ſepeliendis pretium non exigatur, 103.b
Ab Eccleſiaſticis perſonis, nullus ſub pęna excommunicationis, tallia, ſeu collectas & exactiones exigere debet, niſi epiſcopus cum clericis ad releuandas communes neceſſitates ſponte duxerint cōferenda. 224.b
De Eccleſiaſticis cauſis, quicquam dicendi penitus non eſt datum laicis, ſecundum canonem opus enim pontificum, & ſacerdotum eſt. 15.a.b
De electione violenta prius agendū eſt, quàm de canonica inſtitutione. 157.a
Effectus ſacramenti confirmationis eſt, quia in eo datur ſpiritus ſanctus ad robur. 912.a
Effectus ſacramenti pœnitentiæ eſt abſolutio a peccatis, 913.a
Effectus extremæ vnctionis eſt mentis ſanatio. 913.a
Effectus ſacramenti ordinis, eſt augmentum gratiæ. 913.a
Effectus ſacramenti Euchariſtiæ eſt adunatio hominis ad Chriſtum. 912.b
Electio Cardinalium quomodo facienda, 480.b
Electio ſummi Pontificis a Cardinalibus quomodo facienda, 476.b
Electio Papæ, ſi contingat ſedem vacare tempore concilij, ſine expreſſo conſenſu Concilij non eſt facienda. 298.b. 08.a
Electio illius, qui nuper ſchiſmate abiurato ad vnitatē eccleſiæ redijt, ſi a ſchiſmatico vllum ordinem accepit, niſi aliud impediat debet confirmari. 178.b
Electio Papæ per metum cadentem in conſtantem virum facta, irrita eſt, nec poſſe per ſequentem conſenſum etiam metu prædicto ceſſante ratificari, nec tamen liceat Cardinalibus ad aliam electionem procedere, niſi ille ſic electus ſorte renunciet, vel decedat donec per generale Concilium de electione illa fuerit iudicatum, & ſi Cardinales ad electionem procederent, quam pœnam omnes ſimul incurrant, &c, 383.b.384.a
Electio cuiuſuis dignitatis, quomodo, & à quibus fieri debeat. 526.a
Electio per ſcrutinium facienda, vel ſaltem per compromiſſum, & nullus in electionis negocio procuratorē conſtituas. Electiones etiam clandeſtinas reprobandas. 220.a
Electio in epiſcopum tranſlata, rata debet eſſe, & confirmata, 179.a
Electio maioris, & ſanioris partis concilij, remota appellatione, tenet. 105.b
Electio Papæ canonica erit ſi facta fuerit a duobus partibus Cardinalium, quamuis alia tertia pars noluerit concordare, 101.a

Digitized by Google

Electio Romani pontificis in poteſtate Cardinaliũ epiſcoporum ſit, & non aliter. 73 a 72.b.74.a

Electio facta per ſecularem poteſtatem non valet, & taliter electus, ſi celebrare præſumpſerit qualiter puniendus. 320.b

Electionem indignè confirmant, qualiter ſit puniendus, 220.b

Electioni, qui ob præmium conſenſum præſtant, ſi conuicti, qualiter puniendi. 110.b

in Electione Romani pontificis quid decretum fuerit de loco vbi Papa obierit ibi electio eſt facienda, de tempore congregandi Cardinales poſt obitum Papę, de Conclauio, de ſeruis Cardinalium in conclauio admittendis, de cuſtodia conclauij, de cibo, & potu Cardinalium in conclaui exiſtentium pro electione, de ijs quibus ingredi & egredi permittitur poſt clauſum conclauium & de inſtanti' oratione ab omnibus Eccleſijs facienda. 244.b.244

in Electione Papæ, quid obſeruari pręcepit Concilium Baſileenſe. 520.a

ab Electione Papæ nullus ex Cardinalibus prætextu cuiuſlibet excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti repelli valeat. 522.a

in Electione Papæ in Concilio Conſtantien. facienda, quæ forma, ſiue modus ſeruandus, ab ipſo Concilio traditus fuit. 386.b

in Electionibus, & confirmationibus perſonarum, & rerum Eccleſiaſticarum conſilio, fratrum adhibeatur, & abſentium nomina non ſunt ſubſcribenda. 197.b 198.a

Electus, ante confirmationem electionis, de rebus Eccleſiæ diſponendi nullam habet facultatem. 178.b

Electus in Papam infra quod ſpatium temporis conſenſum electioni de ſe factæ, præbere debet, & formam conſenſus Concilium Baſileen. dictauit, quem quolibet anno in præſentia Papæ rememorari decreuit. 477.a.b

Electus ſi pro confirmatione recipienda a Rom. Pont. ſe præſentare non potuerit, qualem perſonam pro ſe tranſmittere debet. 320.b

Electores Papæ ante ingreſſum cõclauis iurent, quòd ſi quis eorum eligatur, ſeruabit decreta in ſeſſione. 39. Concilij Conſtantienſis contenta. 444.b

Electus in Papam à ſola tertia parte Cardinalium, tam ipſe, quam qui eum receperint fiot excommunicati, & omni ordine ſacro priuentur. 101.b

Eligendi, qui ius habent, vltra tres menſes electionem non differant, qui ſi diſtulerint pro illa vice eligendi poteſtate careant, & electio ad quem deuoluitur quã tocius eligat. 220.a.221.a

Epiſcopus ſententiam à delegato latam, poteſt confirmare, ſed eam tenetur executioni mandare, reſeruata ſibi ſententia diffinitiua. 185.a

Epiſcopus Carthaginenſis ſolus in Africa pallium habet. 65.b

Epiſcopus ſi Eccleſiaſticum, & Comes ſeculare placitum vna die condixerint, qui prior indicauerit effectum obtineat, ſalua tamen dignitate epiſcopi. 30.b

Epiſcopus poteſt inſtitutiones ab Archidiacono, poſt ꝓhibitionem factas, irritare. 158.b

Epiſcopus alterius parochianum retinere, aut ordinare non præſumat. 32.a

Epiſcopus non deponatur, niſi à duodecim epiſcopis, Presbyter à ſex, Diaconus a tribus. 31.a

Epiſcopus ſi per ambitionem maiorem Ciuitatem appetiuit, & illam quam tenuit perdat, & illam quam vſurpare tentauit, nequaquam obtineat. 44.a

Epiſcopus exequi poteſt officium, qui loco tantum renunciauit. 162.a

Epiſcopus condemnari non poteſt, niſi in 72. teſtibus, Cardinales verò presbyteri in 42. diaconi in 26. ſubdiaconi, & reliqui in 7. teſtibus, & cuius conditionis teſtes eſſe debeant. 22.a

Epiſcopus ſi aliquem in Eccleſia, in qua eius pater miniſtrauit, ſcienter, vel ignoranter inſtituit, dum ad eandem ipſum poſtea ordinauerit, poteſt in ea remanere. 152.b

Epiſcopus in aliena Eccleſia ne quid agere præſumat, nec poſſeſſiones in locationem dare, vel accipere. 16.a

Epiſcopus, cum clerico dæmones inuocante, miſericorditer agere poteſt. 195.a

Epiſcopus qui per verſutiam & tyrannidem principum huius dignitatis conſtatationem receperit, omnimode deponatur. 7.b

Epiſcopus circa clericos adulteros diſpenſare poteſt. 160.b

Epiſcopos recipere debet iuramentum à præſentato, vt euitetur ſimonia. 235.b.239.b

Epiſcopus Eccleſias, quas de manibus laicorum eripuit, nouit non debet exactionibus prægrauare. 109.b

Epiſcopus alienum clericum ſollicitare, & in ſuis parochijs ordinare, non præſumat. 35.b

Epiſcopus ſi aliquem ſine titulo, vel patrimonio in diaconum, vel presbyterum ordinauerit, neceſſaria ei ſubminiſtret, donec, &c. 103.a

Epiſcopus, quantacumque ſit irreuerentia plenus, & omni virtute nudus, donec antiſtes eſt, & veritatis verbum recte prædicauerit, paſtoris vocationis, & dignitatis damna non patietur. 15.b

nullus Epiſcopus vel Metropolita prætextu alicuius criminalis cauſæ, vitetur ab inferioribus ante ſententiam. 7.b

Epiſcopus ab Eccleſia, quam conſacrat exigere poteſt procurationem moderatam, & nihil aliud. 109.a

Epiſcopi iudicium clericus euitare poteſt pro manifeſta cauſa ſuſpicionis, & ad ſuperiorem recurrere. 135.b

Epiſcopi, ſi in ſua ciuitate, aut diœceſi diuerſæ fuerint linguæ, diuerſique ritus, & mores, prouideant viros idoneos, qui illos pro diuerſitate rituum, & linguarũ diuina officia celebrent, & ſacramenta miniſtrent, & illos verbo, & exemplo inſtruant. 216.b

Epiſcopi debita pro vtilitate Eccleſiæ contracta de reditibus eiuſdem Eccleſiæ ſunt perſoluenda. 168.b

Epiſcopi, & Prælati Eccleſiarum ad corrigendum ſubditorum exceſſus, & maximè clericorum, & reformandum mores diligenter, & prudenter intendant. 215.a

Epiſcopi, vel Metropolitani, non à vicinis Epiſcopis, vel Metropolitanis, ſed à ſolo Patriarcha proprio iudicentur. 10.b

Epiſcopi, vel Archidiaconi clericos ſimoniace præſentatos inſtituentes, ab inſtitutione, & collatione perpetuò ſunt ſuſpenſi. 235.b

Epiſcopi non debent clericos à ſcholis reuocare. 169.b

Epiſcopi ſubditos ſuos inhoneſte, & viliter tractare vel procurationibus grauare, & eorum Eccleſias interdicto ſubijcere ſine iuſta, & rationabili cauſa non debeant, in Cap. 7. & 9. 109.b

Epiſcopi, ſine conſenſu Collegij Cardinalium, inuiti transferri non debent, ſimiliter Abbates. 385.a

ſine Epiſcopi diœceſani, vel officialium ſuorum authoritate, Eccleſiæ non ſunt occupandę. 166.b

Epiſcopi Anglię priuilegium, & Epiſcopi Londonẽſis, qui prius fuerit ordinatus, prior ipſe habeatur inter epiſcopos London. & Emboracę. 182.a

Epiſcopi cuius ętatis eſſe debeant, & ceteri animarum curam ſuſcipientes. 102.a

Epiſcopi in publico, & in eccleſia ſuperindumentis lineis omnes vtantur, niſi monachi fuerint, quos habitum religionis deſerre oportet. 218.b

Epiſcopi, & comites, & iudices quomodo ſeinuicem ſuſcipere debeant, vt pacem indirupte ſeruent. 23.b

Epiſcopi formam ſuę profeſſionis in ſua conſecratione prolatam bis in anno coram ſe legi faciant, & quę decet illos ſeruare in animarum regimine. 237.a

Epiſcopi & metropolitani Patriarcam ſuũ contemnentes qua puniantur pęna. 9.a

Epiſcopi promouẽdos in ſacerdotio, qualiter inſtruere facere debent, & ne ignaros, & rudes de cętero ordinare pręſumant. 221.a

Epiſcopi, cooperarios idoneos non tantum in pędicationis officio, verum etiam in confeſſionibus audiendis, pęnitentijs iniungendis, & cęteris, quæ ad ſalutẽ animarum pertinent, in Cathedralibus, & in conuentualibus Eccleſijs, ſibi prouideant, & aſſumant. 217.a

Epiſcopi vltra ſtata tempora, & loca pallio non vtantur, qui ſi vſi fuerint, qualiter puniendi. 10.b

Epiſcopi

Digitized by Google

Epiſcopi in quanto honore habendi ſunt à principibus ſecularibus. 8.a

duo Epiſcopi in vna ciuitate eſſe non poſſunt. 216.b

Epiſcopi conſenſus ſubſequens conceſſioni a patrono factæ, poteſt ſufficere. 146.b

Epiſcopi viros idoneos ad ſanctæ prædicationis officiũ ſalubriter exequendum aſſumant, qui vice ipſorum cum per ſe idem nequiuerit adimplere, diœceſes ſollicitè viſitent, & verbo, & exemplo inſtruant. 216.b

Epiſcopi tales ad ordines ſacros, & Eccleſiaſticas dignitates promouere procurent, qui commiſſum ſibi officium dignè valeant adimplere. 220.b

In Epiſcopum ordinari non debet vxoratus, niſi prius vxor continẽtiam profeſſa fuerit, & velamen ſibi imponat. 114.b

in Epiſcopum eligi poteſt, & ordinari filius canonici, ét ſi in oculo maculas habuerit. 178.b

in Epiſcopum aſſumi laicus nec expectatione Epiſcopatus clericus factus, non debet. 6.b

in Epiſcopum nullus eligatur ante trigeſimum annum ætatis ſuæ, & ex legitimo matrimonio ſit natus, qui etiam vita, & ſcientia commendabilis demonſtretur. 102.a

ad Epiſcopum loci ſpectat iudicium facere de eo, qui de vno in alium tranſmigrat Epiſcopatum, & ibi conſanguineam ſuam polluerit, vel aliquod crimen cõmiſerit. 39.a

neuter Epiſcoporum Eborac. & Cantuarien. alter ab altero, debet exigere profeſſionem. 182.a

Epiſcoporum electionibus Principes ſeculares non ſe inſerant. 9.b

Epiſcopos damnari, deponi, aut Concilium vniuerſale celebrari non debet, abſque conſultu Romani Pontificis. 64.b.65.b

Epiſcopatum, cenobiũ, vel aliquod aliud Eccleſiaſticum beneficium, qui à laico acceperit nullo modo in numero Epiſcoporum Abbatum, vel clericorum cenſeatur, & anathematis vinculo innodetur. 78.a

Epiſcopalibus inſignibus in aulis principum aliquos cõponere, vt in dedecus Eccleſiæ prohibitũ. 81.b

Epiſtola prælocutiua Concilij Triburienſis. 27.b

Euchariſtia, & Chriſma, & Oleum benedictum ſub ſera cuſtodiãtur, & qualiter puniendus, qui incautè reliquerit, vel aliquod nefandum eius in curia euenerit. 219.a.240.a

Euchariſtiam à conficientibus ſub vtraque ſpecie, a laicis verò ſub vna tantũ ſpecie panis ſuſcipiatur. 301.b. in Euchariſtia ſub ſpecie panis cõtinetur totus Chriſtus, ſicut etiam ſub ſpecie vini veraciter continetur. ibidem, & qui ſub vtraque ſpecie populum communicauerint, excommunicantur. 302.a

Euchariſtiæ ſacramentum tertium eſt in ordine, & quæ eſt eius forma, quæ materia, qui miniſter, & quis eius effectus, & aqua cur vino in ſacramento altaris admiſceatur. 912.a.b

Euchariſtiæ ſacramentum poſt cœnam confici nõ debet, neque à fidelibus non ieiunis recipi, niſi in caſu infirmitatis. 301.b

in Euchariſtiæ ſacramento ſub qualibet ſpecie eſt totus Chriſtus, nec eſt neceſſe non cõficientibus ſub vtraq; ſpecie ſumere Euchariſtiam. 504.b

in Euchariſtiæ ſacramento ſub qualibet ſpecie continetur totus Chriſtus. 912.b

Euchariſtiæ ſacramentum nullus, niſi ſacerdos ritè ordinatus conficere poteſt. 212.b

Euchariſtiam indignè ſumentium grauis caſus. 1.b

Euchariſtiam, quilibet poſtquam peruenerit ad annos diſcretionis, poſt confeſſionem ſuorum peccatorum in Paſchate ſuſcipere debet. 219.b

de Euchariſtia, in ore mulieris, in carnem verſa. 201.a

Eugenius quartus Concilij Baſileenſis omnia ſuppoſita excommunicauit, & damnauit, & ciuitatem Baſileenſem interdicto ſubiecit ſi Concilium extra ciuitatem non eijcerent, quod perfidam ſinagogam iniquorum nominauit. 603.a.622.b

Eugenius quartus Papa Felicem Antipapam à Concilio Baſileenſi facto, ludibrio habuit, & damnauit vnà cum ſuis ſequacibus. 432.a

Eugenius Papa accuſatur de contumacia, & à Concilio contumax declaratur. 498.a. quamuis in multis alijs ſeſſionibus citatus fuerit.

Eugenius Papa quartus à ſancto Ioanne Laterano canonicos ſeculares expulit, & regulares admiſit. 778.b

Eugenius quartus Papa non abſque ſingulari numinis fauore Græcos ab errore reuocauit. 618.a

Eugenius quartus a Concilio Baſileenſi apud Bohemos ſummè laudatus. 551.a

de Eulogijs populo à presbyteris dandis. 43.a

Exceptio rationabiliter eſt admittenda, quamuis cauſa ſub certa forma terminanda ſit commiſſa. 180.b

in Exceſſibus ſubditorum corrigendis triplex procedẽdi modus. 216.a

Exceptionem inducit vis, metus, dolus, ætas, res litigioſa, tranſactio, pactio, error, tempus, forum, &c. 180.b. exceptio quotuplex, & quid ſit. ibid.

Excommunicantur, qui Chriſtianos naufragia patientes ſpoliare præſumpſerint. 107.b

Excommunicantur, qui Romanos, aut Chriſtianos pro aliqua honeſta cauſa nauigio vectos, aut capere, aut rebus ſuis ſpoliare præſumunt. 107.a

Excommunicatio, ne ſine cauſa feratur, & pœna in excommunicatorem iniuſtum. 225.a.226.a.234.b

Excommunicationis ſentẽtia, poſt appellationem lata, neminem ligat, ſed ſi ante appellationem fuerit quis excommunicatus, præſtita cautione iudicio ſiſti, poteſt eum Archiepiſcopus abſoluere. 170.b

Excommunicatio tenet poſt appellationem iuſtè interpoſitam. 131.a

de Excõmunicatione datæ ſententiæ propter violentas manus iniectiones in clericos, religioſos, hoſpitalarios, templarios, & conuerſos, & à quo debeant abſolui, vide fol. 1 1.142.143.a

Excommunicationis ſententiam ordinarij non ferant, niſi præmiſſa monitione certis caſib. exceptis. 240.b

Excommunicationis, & ab imperiali, & regia dignitate depoſitionis formula formata à Gregorio ſeptimo contra Henricum quartum Imper. 76.b

Excommunicationis ſententiam, vel interdicti, ſine cõgrua ſatisfactione non eſt relaxanda. 172.a

in Excommunicationis fulminatione quidam mos, ſine ceremoniæ obſeruandæ. 331.b.366.b

Excommunicationis, vel ſuſpenſionis ſententiam prælati non proferant in ſubiectos niſi præmiſſa canonica commonitione. 103.a

Excommunicati, qui intra anni ſpatium cauſam ſuam coram ſuis excommunicatoribus non peregerint, ipſi ſibi audientiæ auditum clauſiſſe videantur, quod ſi obſtinato animo defuncti fuerint, cauſam diuino iudicio reſeruata, communione omni ſunt priuati. 172.a

Excommunicatus nominatim non eſt in hoſpitio recipiendus, nec ei aliquo modo aliquis communicare præſumat. De cemiterijs, vel Eccleſijs, vel Eccleſiaſticis quibuſlibet poſſeſſionibus nõ ſunt tenſeriæ præſtandæ, & multa alia quæ circa hanc materiam in decretis continentur. 171.a.b

Excommunicatos recipientes, & cum illis communicãtes ſunt excommunicati, & quid de his, qui in eadem excommunicatione mortui ſunt. 25.b.29.a

Excõmunicatus de facto, licet non de iure, de facto abſoluitur. 133.a

Excõmunicatus ſi lecto ægritudinis detineatur, & propinqui eius pro eo ſatisfecerint, Chriſtianam poteſit, & debet habere ſepulturam. 205.b

Excommunicatus cuius abſolutio ad Papam pertinet, in articulo mortis abſolui poteſt data tamen ſecuritate, ſi conualuerit pro abſolutione Papam aditurum. 171.b

Excommunicatus fuit quidam Altmannus, quod commatrem ſibi in coniugium aſſociaſſet. 22.b

Excommunicatus cõtra interpoſitam ab aduerſario appellationem, poteſt à iudice abſolui, præſtita tamen cautione iudicio ſtandi. 170.b

Excommunicatus præſtito iuramento iudicio Eccleſiæ ſiſti, fuerit abſolutus, ſtatim appellans per eandē ſententiam compelli poteſt, vel appellationem proſequi, vel iudicio Eccleſiæ ſtare. 205.b
Excōmunicati fuerunt à Concilio Metenſi, qui manus violentas ad turpia Sacerdotis iniecerunt, ſimiliter quidam qui viduam proſtratam ſuper corpus ſancti Euentij, & de monaſterio traxit, & in uxorem ſibi ſociauit. 25 b
Excōmunicati ante abſolutionem non ſunt audiendi, nec cauſa ad eos à quibus eſt appellatum, debet aliquatenus remitti. 170.b
Excommunicati imagines operari in templis, & docere diuinam ſapientiam prohibentur. 7.a
Excommunicati, & interdicti, ſi diuina præſumpſerint celebrare, perpetuo ſunt deponēdi, niſi multitudo ſit in cauſa, multi ſunt quadraginta. 105.b
Excommunicati, vel interdicti ſi ante abſolutionē diuina celebrare præſumpſerint, perpetuò ſunt deponendi. 161.b
Excommunicati, vel ſuſpenſi diuina celebrare præſumentes quam pœnam incurrunt. 235.a
Excommunicati pro violēta manuū iniectione tam religioſi quam alij euitandi ſunt. 141. b. quando propter percuſſionem clericorum non inciditur in canonem. 142.a. & qui non tenentur pro abſolutione, propter manus violentas iniectiones in clericos Apoſtolicæ ſedi ſe præſentare. ibid b
Excommunicandi quidam mos. 142.a
Excommunicati per Epiſcopos publicandi ſunt, & quid ſi negligentes fuerint in hor. 235.a
Excommunicati ſi tacita cauſa excommunicationis, abſolutionis priuilegium meruerint, cogendi ſunt redire: ſed ſi dubium fuerit, an cōfeſſi ſint veritatem, poterit eis de hoc purgatio indici. 170 a
Excommunicari non debet aliquis ſine ordine iudiciario. 109.b
Excommunicatum nullus Epiſcopus ſuſcipiat. 105.b
cum Excommunicato propter percuſſionem clerici cōmunicantes, (excepta ad pœnitentiam exhortationis cauſa) ſunt excommunicati. 21.b
Examinatores caueant, ne cupiditatis, aut fauoris gratia minus idoneos ad ordinationem admittant. 43.a
Excommunicatorum pœna, qui ad pœnitendum non inclinantur conſtituta ab Imperatore Arnulpho. 29.b
Excommunicatos nominatim, Hoſpitalarij non debent in Chriſtianorum cemiterio ſepelire. 170.b
Excōmunicatos, & nominatim interdictos tam a perſonis religioſis quam ab omnibus alijs euitandos. 104.a
quos Excommunicatos vitare tenemur, & quas cenſuras Eccleſiaſticas ſuſpenſionis, interdicti prohibitionis, ſeruare debemus. 472.b. 473.a
Excommunicare nullus ſine præmiſſa commonitione, & præſentibus idoneis perſonis, aliquem præſumat, quod ſi, qualiter puniendus. 225.a.b. 234.b
coram Excommunicatis, ſi qui celebrare præſumpſerint ſimili pœna puniantur. 235.a
Excuſatio Beſſarionis, in qua proteſtatur ſe eſſe innocētem à ſchiſmate. 907
Exemptiones adeptæ tempore ſchiſmatis Martinus canonicè ſucceſſor annullauit. 39.a
Exhæredandus non eſt, qui ante deſponſationem eſt natus. 173.a
Exhortatio Beſſarionis ad vnionem. 906.a
Explicatio in illud Matth. 28. Ero vobiſcum vſque ad conſum. 801.b
Expoſitio Latinorum, & Græcorum circa dictum Pauli 1. Cor. Cap. 3. vnuſquiſque rem. 784.a
Extremæ vnctionis ſacramentum eſt. S. in ordine, & quę eſt eius forma, materia, qui miniſter, & qui eius effectus, & cui dandum, & quibus in locis vngendi ſunt infirmi. 913.a
Extrema vnctio non datur alicui niſi de cuius morte timetur. 913.a

F

FAlſarij literarum ſummi Pontificis qualiter puniendi. 160.b
Felix V. Papa à Concilio Baſileen. creatus loco Eugenij, ab eodem Cōc. depoſiti. 528. quem iſdem Eugenius damnauit, vt antipapā. 532.a. qui poſtea Cardinalis, & vicarius Papæ Nicolai V. veri ſucceſſoris Eugenij IIII. 545.b
Feſtum corporis Chriſti quando, & à quo fuit inſtitutū, & quæ indulgentiæ à diuerſis ſummis Pontificibus conceſſæ fuerunt veneratoribus tanti ſacramenti, & deuotè diuina officia & Miſſas celebrantibus, & audientibus. 664.b
Feſta obſeruanda à Concilio Oxoniēſi ordinata. 237.b. 238. a
Feſtum S. Matthię in anno biſextili, in primo, vel ſecundo die poteſt celebrari ſed inter vigiliam, & dictū feſtum, alius dies non interponatur. 198 b
de Feudo ſeculari non pertinet ad Eccleſiam iudicare. 186. a
Fides eſt ianua Chriſtianæ religionis, & omnis ſalutis, & quæ ſint eius fructus. 700 a.b
Fides Latinorum non inuenitur a Beato Paulo correcta. 59.a
Fides Romana eſt, & non alia, quæ in vniuerſo mundo annunciatur, & creditur, quæ non ſolum in terra, ſed & in cœlis prædicatur. 58.b
Fides à Chriſto eſt, & fides non præbet meritum, cui humana ratio præbet experimentum: certiores de fide eſſe debemus, quam ſi quid proprijs conſpicimus oculis. 703.a
Fides Concilij Lateranen. 212.a
Fides quid ſit. 58.a
Fides dummodo vna ſit, nil ſaluti credentium obſunt diuerſæ pro loco, & tempore conſuetudines. 61 b
Fides Romanę Eccleſię numquam defecit, nec deficiet, Chriſto eius domino rogante pro ea. 62 a 66 b
Fidei catholicæ qui aduerſantur, duo ſunt genera hominum Græcorum, & Huſſitarum. 6 6 b
Fidei Romanę Eccleſię explicatio. 67.a
Fidei Orthodoxæ veritatem quam ſancta Rom. Eccleſia profitetur Eugenius Papa quartus ſub quodā breui compendio per decretum, ſacro hoc approbante Florentino Concil. oratoribus, & legatis Armenorū tradidit, vt deinceps ſine vlla heſitatione. idē per omnia ſapiant, ac ſedes Apoſtolica, ſanctoque ipſa ſtatuit, & perpetua ſine ullo ſcrupulo perſeueret. 909.a
qui Fidem de aliqua ducenda dedit, ſi eam poſtea cognouerit carnaliter, licet aliā matrimonio poſt modum copulauerit, primę adhærere debet, quia carnalis commixtio facit matrimonium, vbi prius nullum fuit. 184 a
ad Fidem Chriſtianam venientes nullatenus ſuis poſſeſſionibus priuentur. 107.b
per Fidem obtinetur, id quod magis petenti prodeſt, ad vitam præſertim æternam, & ſine fide, nec ambulare, nec vincere, nec placere Deo poſſumus. 700 b
à Fide catholica, ſi quis ſiue vir, ſiue mulier, aliquē ſubuerterit, vel maleficijs perdiderit, vt dupliciter puniatur. 40.a
Filius in Eccleſia patris poteſt inſtitui, ſi media interceſſit perſona. 153 a
Filius canonici, etiam maculas in oculo habens, poteſt in Epiſcopum eligi, & ordinari. 178 b
Filius Eccleſiam paternam habere poteſt, ſi pater einſdem Eccleſiæ vicarius perpetuus, vel perſona non fuerit. 153 a
Filij perſonatum, vel alij qui ſe in Eccleſias vacantes intrudunt, non poſſunt eas ſub appellationis obtentu occupare. 167.a
Filij, vel filiæ ante diuortium nati, vel concepti, ſunt legitimi. 173.a
Filij Sacerdotum ad ordines admitti non debent niſi in monaſterio, vel canonica regulari vita fuerint probati. 152.a

Filij canonicorum in ſecularibus Eccleſijs fieri canonici non poſſunt, in quibus inſtituti ſunt patres, ſub pœna, &c. 221.b
Filij clericorum ſiue genisi ſint in ſacerdotio, ſiue non, in Eccleſiaſticis rebus, patribus primo loco ſuccedere non poſſunt. Si verò vnus plures Eccleſias, quas pater eius tenuerat, ſit adeptus: vna dum tamen ſufficiat debet eſſe contentus. 207.a
ſi Filij Sacerdotum ad ſacros ordines fuerint promoti, poſſunt Eccleſiaſtici beneficij obtinere portionem. 152.b
Filij ex concubinatu procreati, apud patres clericos permanere non permittantur. 472.b
per Filiũ procedere æquiualet ex filio procedere. 899.a
qui Fornicarias publicè habent Eccleſiaſtico debẽt beneficio ſpoliari. 129.a
ratione Fornicationis crimen lege diuina prohibitum eſt, & ſub pœna peccati mortalis neceſſario euitandum. 472.b
Fornicantium pœna, quæ ſit. 43.b
qui Fornicatus, & pollutus fuerit cum duabus ſororibus vſque in exitum vitæ pœnitens, & continens permaneat, ſimiliter, & poſterior furor. 36.b
qui Fornicatus fuerit cum aliqua, & frater eius ignarus duxerit illam vxorem, prior frater, qualiter puniendus. 39.a
qui Fornicatus fuerit cũ muliere, & eo neſciente, filius eius, vel frater inſcius violauerit illam, poſt peractã congruam pœnitentiam, legitimo matrimonio vtatur. 39.a
Forma ſacramenti cõfirmationis eſt ſigno te ſigno Crucis, & cõfirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti. 912.a
Forma ſacramenti Euchariſtiæ ſunt verba Saluatoris, quibus hoc conficitur ſacramentum. 912.b
Forma ſacramenti Pœnitentiæ ſunt verba abſolutionis quæ ſacerdos profert. Ego te abſoluo. 913.a
Forma extremæ vnctionis eſt, per iſtam vnctionem, & ſuam pijſſimam miſericordiam. 913.a
duo Fratres, ſi ſimul arborem ſucciderint, & cadente arbore vnus eorum interfectus fuerit, ſuperſtes innocens erit. 37.b
Fratribus ordinis Ciſtercienſis, templarijs, & hoſpitalarijs laborum ſuorum decimæ remiſſæ fuerunt, cæteris nouales conceſſæ ſunt. 139.a.b
ſi Fraus interuenerit in exequutione mandati, non poteſt exequutor de toto negotio cognoſcere, ſed debet incidens quæſtio ad ſedem Apoſt. referri. 191.b
Fructus in ſortem ſunt computandi. 147.b. 148.a. ſorte recepta, pignus eſt reſtituendum. ibid.b. & in vlt. cap.
Fures, & latrones Eccleſiarum rerum in ipſo diabolico actu morientes, orationibus, & eleemoſynis priuentur. 36.a
Fures, canes, & mali operarij, cur dicti ſint. 36.a
pro Furibus, & latronibus in furando occiſis, nõ eſt orãdum. 174.a

G

GEneratio, & ſpiratio non ad eſſentiam diuinam ſpectant, ſed ad perſonam. 841.b
Græci adducti authoritate ſancti Tharaſij Patriar. Conſtantino. cupiebant à Latinis vt facilius Eccleſiarum coniunctio fieret, vt in ſymbolo apponerent Spiritumſanctum ex patre per filium procedere non ex filio, quibus non acquieſcunt Latini. 884.a.b
Græci Antiſtites vna voce omnes clamauerunt, ſi quis Eccleſiarum coniunctionem non deſiderat ſit anathema. 877.b
Græci profitentur quiſq; ſuã opinionem de Spiritusſancti proceſſione coram Imperatore. 879.a.b
Græci concordes cum Latinis de Spiritusſancti proceſſione literis mandarunt, quibus lectis omnes amplexati ac inter ſe deoſculati fuere. 880.a
Græci plurimas authoritates ſanctorum patrum ad inuicem congregati adducunt, probantes Spiritumſanctum ex filio etiam procedere. 877.b
Græci rationibus victi confeſſi ſunt, Spiritumſanctum à patre filioq; procedere, & in pane azimo, & triticeo corpus Chriſti conſecrari debere, ac purgatorij locũ eſſe, poſtremo Rom. Pont. eſſe verum Chriſti vicariũ, Petrique legitimum ſucceſſorem, & in orbe primum locum tenere, & enm Orientalis, & Occidentalis Eccleſia merito parere debere. 77..a
Græci firmiter tenent ac Patrum ſanctorum authoritatibus inixi non licere ſymbolo fieri additio à S. R. E. 793.a. & quibus rationibus ad id probandum vtuntur. 794.b
Græcorum ſuperbia cõtra Latinos depreſſa ſunt, & quædam, quæ in abhominationem Latinæ Eccleſiæ faciebant, ſub pœna excommunicationis, & depoſitionis prohibita illis fuerunt à Conc. Lateranen. 213.b
Græcorum iniuriæ in Latinos. 61.a
Græcorum ſancta vnio cum Latinis. 881.b
Gregorius VII. Papa, & eius geſta in Pontificatu, anno Domini 1073. Henrico Imperatore quarto. 76.a
Gregorius Papa X. Placentinus, & eius geſta, in Pontificatu, anno Domini 1271. 244.a
Guiſcardus Dux Apuliæ Gregorium Papam liberauit, qui in molem Adriani obſidebatur. 78.b

H

HAbitum monachi nullus ſuſcipiat ſpem, aut promiſſionem habens, vt abbas fiat. 73.b
Hæredes de parentum exceſſibus ſatisfacere tenentur. 124.a
Hæredes iuſſa teſtatoris tenentur adimplere. 181.b
Hæreſes Bohemorum, quas ipſi Bohemi in Concilio Baſileen. defendere volebant. 771.b
Hæreſes 90. Græcorum, & nomina omnium hæreticorum Græcorum. 53.a
Hæreſes omnes per Eccleſiam Romanam expugnatæ fuerunt. 53.a
Hæreſes Ioannis Huſz damnatæ. 318.a. 399.b. & ipſe degradatus. 326.a. & libri eius combuſti. 328.b.
Hæreſes 45. Ioannis Vuicleff dãnatæ in Concilio Conſtantienſi ſuper diuerſis materijs. 270.a. 398.b. & aliæ hæreſes ex ſuis libris & opuſculis excerptæ. 314.a
Hæreſis in alienis partibus vbi nota non eſt, periculoſum eſt tractare. 568.b
Hæreſis Abbatis Ioachim quæ. 212.b
Hæreſis Berengarij diaconi S. Mauritij Andegauenſis. 72.b. 75.a
de Hæreſi ſuſpecti, niſi ſe purgauerint excommunicentur, quod ſi per annum in excommunicatione perſtiterint, ex tunc velut hæretici condemnentur. 213.b
Hæreticus cur dicatur, qui priuilegium detrahit à ſummo omnium Eccleſiarum capite. 694.b
Hæretici damnati ſecularibus poteſtatibus tradantur, ſi verò clerici fuerint, prius à ſuis ordinibus degradentur. 213.b
Hæretici Caim Iudam Dasam, & Abiron, Chorę, & Sodomitas colunt, & colendos exiſtimant. 247.b
Hæretici de hæreſibus Ioannis Vuicleff, & Ioãnis Huſz ſuſpecti quomodo examinandi. 401.a
Hæretici, & ſchiſmatici vitandi iuxta Apoſt. 58.b
Hæretici ſunt, qui cum quid prauum in Eccleſia ſapiũt, correcti, vt ſanum ſapiant, reſiſtunt contumaciter, & ſua peſtifera dogmata non ſolùm emendare nolunt, ſed defendere perſiſtunt. 684.a
Hæretici dicti cathari, ſeu Patareni, vel Publicani vnà cum eorum fautoribus ſunt excommunicati. 107.b. ſimiliter Brebantiones, Nauarij, Baſcul. &c. 108.a
contra Hæreticos ſupra nominatos arma ſumẽtium indulgentia, & priuilegium conceſſum à Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. 108.a
Hæreticorum bona confiſcari debent, ſi laici fuerint, ſi clerici Eccleſijs à quibus ſtipendia perceperunt applicentur. 213.b
quod Hæreticos ab Eccleſia denotatos, pro viribus exterpare ſtudebunt, ſeculares poteſtates, & etiam ſpirituales ad publicum iuramentũ inducantur, & ſi neceſſe fuerit per cenſuram Eccleſiaſticam compellantur, & qualiter puniendi ſint, qui negligentes fuerint ſuum dominium ab hæreſi purgare. 213.b

Digitized by Google

Hæreticis ſuas hæreſes pertinaciter defendentibus,ſaluum conductum non debere patrocinari, 340.b
ad Hæreticos inquirendos Epiſcopoũ officium. 214.b, & qualiter puniantur Epiſcopi in hoc negligentes, ibidem.
contra Hæreticos clericorum officium. 214.a
Hieronymus de Praga quomodo in hæreſim relapſus à Concilio Conſtan.condemnatus fuit,& curię ſeculari traditus, 353.a
Homicida eſt,qui pecunias Chriſti,& Eccleſiæ rapit,& defraudat,& qualiter puniendus. 30.b
Homicida,pro defenſione rerum temporalium,ab altaris miniſterio debet ceſſare. 200.a
Homicidium voluntariè faciens, qualiter puniri debeat, 40.b.44.a
Homicidium non ſponte committens, qualiter puniatur. 40.b. & qui filium ſuum caſu contingente occiderit, 40.44.b
Hoſpitalarij nullo modo debentur ab aliquo prægrauari,atque moleſtari. 183.a
in Hoſpitalarij fraternitate receptus niſi interdictus fuerit,vel nominatim excommunicatus,ei non denegetur Chriſtiana ſepultura. 183.b
Hoſpitalarijs non licet nec alijs priuilegium ſuum excedere, quia priuilegium meretur amittere, qui eo abuti præſumit, 183.b
Hoſpitalarios excommunicare,vel interdicere, & eorũ oratoria,Epiſcopis non licet. 183.b
Humiliatis prærogatiuę,& fructus. 705.b
Huſſitæ hæretici nihil tantum odio habent,quã nomen, & authoritatem ſummi Pontificis, 555.a

I

ICONOMACHI à Concilio Conſtantinopolitano quarto anathematizantur. 3.b
Iconomachi in Concilio Conſtantinopolitano quarto anathematizati, & ij qui ſumũt diuinæ ſcripturæ dicta aduerſus Idola,contra venerandas Imagines. 5.b
Ieiunium quatuor temporum cuſtodiri pręcipitur.45.b
Ieiunium bannitum ab omnibus diligentiſſimè obſeruetur, 47.a
Ieiunia quatuor temporum obſeruanda. 238.a
pro Ignatij reſtitutione definitiones Nicolai Papæ, & Adriani ſeruentur. 6.a
Imagines pingere valde proficuum eſt, 7.a
Imagines operari in ſacris templis, & docere diuinam ſapientiam anathematizati à ſancta ſynodo prohibẽtur. 7.a
Imago Domini noſtri Ieſu Chriſti,& ſanctorum Euangeliorum librum eſſe adoranda. 6.a
Imperator Henricus Romam obſedit, & Gibertum antipapam creauit. 78.b
Imperator Baſilius quam reuerenter Epiſcopos ſynodi appellauerit. 12.b. & eius inſigne humilitatis exemplum. 13.a
Imperator Fredericus, & Octauianus ab Alexandro 3. fuerunt excommunicati. 82.a
Immunitas, & priuilegia Eccleſiæ quanta, & quæ nam ſit,& pœna eam violantium, 660.b
Imperator Henricus 4.à Gregorio Papa VII. fuit excommunicatus, & ab Imperiali, & Regali dignitate depoſitus,& quomodo poſtea ſe humiliauit,& à Papa Grego.reſtitutus fuit in priſtinam dignitatem, 76.a
Imperator adhortatur Græcos breui, & pulcherrima oratione ad coniunctionem,& ad pacem. 877.a.b
Imperator Concilio ſe parere velle, & debere oſtendit. 309.a
Imperatoris Conſtantinop,Paleologi acceſſus ad Conc, Ferrar,quoue apparatu fuit receptus. 881.b
Imperatorum Theodoſij,Archadij,& Honorij edictum vt ſit prohibitus quiſquam ex Conſtan.Eccleſia Pontificatum,defuncto Epiſcopo Siſinio, deinceps ſperare,ſed ex alia Pontificẽ ſibi iugiter expetere. 61.b
Inceſtæ coniunctiones omnino ſeparentur,& quomodo puniantur, qui in eadem abominanda pollutione relapſi fuerint. 28.a
Indulgentiæ conceſſæ à diuerſis Pontificibus in ſolennitate corporis Chriſti,& eiuſdem octaua ijs qui deuotè diuinis officijs,& Miſſis interfuerint. 664.b
Indulgentia plenaria in forma Iubilei conceſſa à Concilio Baſileen.in fauorẽ ſubſidij pro reductione Græcorum procurandi. 487.a
Indulgentia conceſſa ijs, qui dum corpus Dominicum communicandum infirmis defertur, cum incenſo,luminari præcedunt,vel ſequuntur. 665.a
in Indulgentiarum cõceſſionibus prælati moderati ſint, & in Baſilicarum dedicationibus,& eorum anniuerſarijs,quæ indulgentia concedenda ſit. 229.a
qui Infamia publica laborat, teſtibus deficientibus, ad purgationem à diœceſano Epiſcopo eſt compellendus,niſi &c. 134.b
Infamatus ſi aliquis fuerit,deficientibus accuſatoribus, debet ſe purgare, 208.a
Infirmi prius prouideant animæ,quam corpori. 219.b
Infirmi quibus in locis vngendi ſunt in extrema vnctione, 913.a
propter Ingratitudinem quod actũ eſt reuocatur. 165.a
Inobedientes Concilio etiamſi Papalis dignitatis exiſtunt,condignę pœnitentię ſubijciantur ſecundũ Cõciliũ Baſileenſe,quod cautè eſt legendũ. 415.b.427.b
Inſtituere aliquem delegato non licet, eo inſcio vel reclamante,ad quem inſtitutio pertinet. 186.a
Inſtitutus canonicè,ſi eiectus fuerit,eſt reſtituẽdus.181.a
Inſtitutiones ſanctorum Patrum nemini ſub obtẽtu alicuius conſuetudinis tranſgredi liceat, nec ſine licentia Epiſcopi,curam committere animarum. 159.a
Inſtrumentum ab eo cognitum,qui officium gerebat,ratum,& firmum eſt habendum. 204.a
Innocentius tertius Papa, & eius geſta in Pontificatu, anno Domini 1198. 209.b
Si Inquiſitio contra aliquem facienda ſit, is præſens eſſe debeat,niſi per cõtumaciam ſe abſentauerit, & exponenda ſunt ei ea,de quibus fuerit inquirendum, ac etiam nomina teſtium,&c. 216.a
Interdicti non nominatim excommunicati poſſunt ab hoſpitalarijs ſepeliri,&c. 183.a
Interdici, cur,& quando debeant ciuitates,caſtra,oppida,& alia loca. 473.a
licet Interdicantur omnia officia diuina in aliqua terra, baptiſma paruulorum,& pœnitentia morientium prohiberi non debent. 120.a
tempore Interdicti in feſto, & octaua corporis Chriſti exclusis excommunicatis, & authoribus interdicti campanę pulſari,& miſſæ,& alia diuina officia publicè celebrari permittitur. 665.b
Ioannes XII. Papa Gallus, & eius geſta in Pontificatu anno Domini 1316. 247.a
Ioannes Vuicleff, & eius hæreſes, & eius damnatio in Concilio Conſtantienſi per totam octauam ſeſſione eiuſdem Concilij. 268.a.314.a
Ioannes Huſz, à Concilio Conſtantiẽſi damnatus fuit, & omnes eius libri.316.b. & cum abiurare nollet fuit degradatus.326.a.& libri eius combuſti. 328.b
Ioannis Conſtantinop.Epiſcopi arrogantia, qui nomen vniuerſalis Patriarchæ ſibi vſurpauit. 53.b
Iudæus cauſam aduerſus clericum habens, ad iudicem ſecularem illum trahere non præſumat. 154.a
Iudæi in vnum locum omnes ſimul habitare compellãtur,& ab Eccleſijs longius quantum fieri poteſt.470.b
Iudæi à Chriſtianis in habitu diſcernantur,& ne in Dominicæ paſſionis die in publicum prodeant. 230.a.b
Iudæi Chriſtiana mancipia habere non debent. 155.a
Iudæi diebus Dominicis,& alijs feſtiuitatibus ſolennibus apothecas apertas tenere, vel in publicum laborare non præſumant. 470.b
Iudæi cogãtur aliquem deferre habitum,vt à Chriſtianis diſcerni poſſint. 470.b.230.a.b
Iudæi poſtquam ſunt baptizati,fidem chriſtianam,& religionem ſeruare compellantur,quod ſi facere neglexerint, & eorum fautores tanquam hæreticorũ fautores reputantur, & contra tales neophitos tanquam hæreticos procedatur. 471.b
Iudæi libros Eccleſiaſticos, cruces, calices, & alia Eccleſiaſtica ornamenta,ſub pœna amiſſionis rei, emere,aut

re,aut

Digitized by Google

ſe, aut pignori ſub pœna amiſſionis pecuniæ mutuare accipere. 470.b
Iudæi, ſiue Saraceni Chriſtiana mancipia habere non permittantur, excommunicentur autem qui cum eis habitare præſumpſerint. 107.b
Iudæi, & omnes qui ad fidem chriſtianam conuertũtur bona omnia mobilia, & immobilia, quæ habẽt, eis intacta illæſaq; permaneant, & quid ſi de vſuris, & illicito queſtu fuerint acquiſita. 470.b. & quanta ſollicitudine Epi tales neophytos cuſtodire debeant. 471.b
Iudæi ad baptiſmum non ſunt compellendi, ſed ſi voluerint abſq; calumnia Chriſti efficiantur. 153.b
Iudæi, & alij infideles Chriſtianos, aut Chriſtianas in familiares, ſeu ſeruientes aut filiorum ſuorum nutrices non habeant.
Iudæi gaudeant priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus illarum ciuitatũ, in qua fuerint baptizati ſicut Chriſtiani, qui in his ciuitatib. procreati ſunt. 471.a
Iudæi poſtquam baptiſmum ſuſceperunt, quę obſeruare & quæ cauere debeant. 471.a
Iudæi ad fidem conuerſi ne ritum veterem iudæorum retineant. 230.b
Iudæi officijs publicis præferri non debent, & qualiter puniendi ſunt per Concilium Prouinciale officium dantes, & Iudæi accipientes. 230.b
Iudæi, ne à Chriſtianis vſuras immoderatas extorqueant. 230.a
Iudæum nullus Chriſtianus ſine iudicio vulnerare, vel occidere, vel eis res ſuas auferre, vel eorum ſolemnitates perturbare præſumat. 154.a
Iudæorum priuilegia, quæ vergunt in detrimentum catholicæ fidei, aut nominis Chriſtiani irrita, & nullius valoris ſunt. 471.b
Iudæis nouas ſinagogas conſtituere non licet, aut altiores, aut ampliores facere, aut pretioſiores. 202.b
Iudæis quocunque titulo non licet parochias occupare, nec à Chriſtianis ſunt eis homagia præſtanda. 154.b
Iudæis nullus Chriſtianorum ſeruire debet, nec nutrices chriſtianas eis licet habere, aut obſtetrices. 154.b
Iudęis certis temporibus diœceſani prædicare faciant, eosq; ad audiendum prædicationem cõpellant. 470.a
cum Iudæis Chriſtiani cibos non ſumant. 85.a
cum Iudæis in eorũ feſtiuitatibus, nuptijs, conuiuijs, aut balneis, ſeu nimia conuerſatione chriſtiani non cõiciant, aut medicos, vel matrimoniorũ proxenetas, ſeu aliorum contractuum mediatores de publico conſtitutos aſſumant, nec publicis officijs præponãt, aut ad gradus ſcholaſticos admittant, nec eis locentur prædia, vel alij redditus Eccleſiaſtici: qui Iudæos Chriſtianis præferre voluerit excommunicetur. 107.b
Iudex poteſt interlocutoriam, & comminatoriam ſententiam reuocare. 222.b
nullus Iudex nullusq; comes diebus feſtis, vel Dominicis, ſine ieiuniorum, aut Quadrageſimę placitum habere præſumat, & nullus penitus illò veniat. 37.a
Iudex poteſt appellantibus terminum proſequendæ appellationis pręfigere, vel eos compellere iudicio Eccleſiæ ſiſti, vel ſi noluerint, poteſt eos, appellatione remota, excommunicare. 194.a
Iudex non iudicet aliquem ad purgationem, ad ſuggeſtionem præconis tantum, vt ſit iudex, & actor. 2 0.b
Iudex delegatus cauſam appellatione remota commiſſam, alij non poteſt committere. 223.a
Iudex delegatus, ſecũdum priores literas poteſt in cauſa ꝓcedere, niſi expreſſim in poſterioribus contineatur, cauſam ipſam, ab eius examine, ſubtractã. 124.a
Iudex delegatus, poteſt ſuam executionem demãdare. 123 b. & in ſequenti cap. idem, & ſi quis reſtiterit poteſt eum coercere. 123.b
Iudex delegatus alij vices ſuas committere poteſt, niſi cauſa ſit tam grandis, vt requirat præſentiam primam. 123 a
Iudex delegatus, in cauſa procedere poteſt, propoſito citationis libello ante obitum delegantis, lite verò poſt eius obitum conteſtata. 189.a
Iudex delegatus, tam ordinarium, quam alium ad efficiendum id, quod mandat cogere poteſt: & ſi obedire noluerint poterit punire. 191.a
Iudex terminũ appellationis abreuiare poteſt, & ſi intra terminum non fuerit appellationem proſequutus appellãtem appellationem proſequi compellere poteſt, vel coram ſe iudicio ſtare debet. 125.a
Iudex appellationis terminum abreuiare poteſt, infra quem niſi appellationem appellans fuerit proſequutus, tenet ſententia contra eum lata. 130.b
Iudex delegatus maior eſt eo, cuius cauſam ſuſcepit terminandã, & ſi rebellis fuerit poterit eũ punire. 125.a
Iudex in iudicio ſemper adhibeat notarium, vel duos alios, qui acta perſcribant, vt probari poſſint. 223.a
Iudex Eccleſiaſticus quam pœnam incurrat aliquem præpropere excommunicans. 134.b
qui Iudicis delegati ad hortationem venire neglexerit, ſecundum iudicis arbitrium poterit puniri. 123.a
Iudicem recuſandi modus. 225.b
Iudices bonũ pacis non impediant inter partes vbi cauſa recipiat compoſitionem ad ſuggeſtionem præconis. 240.b
Iudices intrare debent, vbi teſtes degunt, ſi decrepiti fuerint. 128.b
Iudices debent ad locum venire, in quo facilius partes poſſunt eſſe præſentes. 156.a
Iudices, ne præcipites ſint ad proferendam ſententiam, aut temerè indiligẽter indiſcuſſeq; quid iudicẽt. 34.a
Iudicibus in executione eſt ſuperſedendum, donec Romanum Pontificem conſulat, pro veritate literarum è Pont. impetratarum. 122.b
Iudicare non poteſt Epiſcopus, ſicut nec ordinare alienum parochianum. 21.a
Iuramentum, cuius obſeruatum priorem vergat in exitium, liberè mutandum erit. 34.a
Iudicare de rebus hæreditarijs ad Regem pertinet, & non ad Eccleſiam. 173.a
Iudicare de feudo ſeculari non pertinet ad Eccleſiam. 186.a
Iudicium ſanguinis, ne in locis ſacris tractetur, neq; aliquis beneficiatus, vel in ſacris ordinibus conſtitutus, literas pro pęna ſanguinis infligenda ſcribere, vel dictare, nec intereſſe vbi tale iudicium exercetur præſumat. 137.b
in Iudicio finium regundarum vterq; eſt actor, & reus, prontora etiam ſunt iura ad abſoluendum, quam ad condemnandum, excepta cauſa liberali. 176.b
Iudicio aquæ frigidæ purgatus, ſi fama laborat, & teſtes non appareant iterum ſe debet purgare, quoniam in Eccleſiaſticis iudicia inhibita ſunt peregrina. 105.a. purgatores debent iurare, quia purgatum credunt verum iuraſſe. ibid.b
Iudicio Eccleſiæ poteſt quis pœna pecuniaria mulctari, & quæſtionibus ſubijci duris. 105.a
Iuramentum Ambaſiatorum Domini Papæ, quod præſtiterunt in plena congregatione ante ſeſſionem 17. Concil. Baſileen. 619.a
ad Iuramentum ſeruandum compellendi ſunt, qui iurant. 119.a
Iuramentum à iurãtibus adinuicẽ poteſt remitti. 204.a
Iuramentum clerici præſtare non debent de calumnia, nec aliud, inconſulto prælato. 157.b
Iuramentum de calumnia a quocunq; eſt præſtandum. 158.b
contra Iuramentum, ex cauſa licitè poteſt veniri. 149.a
contra Iuramentum non eſt veniendum, niſi vergat ad interitum ſalutis. 149.a
Iuramẽtum de calumnia in cauſis ſuper rebus ſpiritualibus non eſt præſtandum. 158.a
Iuramentum de calumnia pręſtare debet, qui debitum, vel acceſſiones inſtatur. 158 b
Iuramentum de calumnia non pręſtetur ab his, qui cauſam ſciunt. 158.a
Iuramenti forma facti in publico conſiſtorio per Ambaſiatores Regis Romanorum Sigiſmũdi coram domino noſtro Papa Eugenio præſente, & acceptante iuramentum antequam dictus Sigiſmundus Romam peteret ſuſcipiendi cauſa coronam Imperij. 748.b
Iuramenta, quæ contra ſanctorum patrum inſtituta, & contra vtilitatem Eccleſiæ veniunt, periuria ſunt. 105.b

Iuramentis quando liceat contrauenire. 127.b
qui Iurant iudicio ſiſti, & poſtea appellant, compellendi ſunt ſeruare, quæ iurarunt, vel intra 40. dies proſequi appellationem. 135.a
Iurare compulſus, debet abſolui. 149.b
Iurare non debent ſacerdotes ex leui cauſa, & quomodo ſe expurgabunt. 33.b
Iuri ſuo renunciare, liberum eſt vnicuique. 177.a
Iuriſdictio ceſſat de cætero in eo, qui ſemel officio ſun functus eſt. 124.a
cum Iuriſdictio delegatur omnia videtur delegata, quæ faciunt ad iuriſdictionem in illa cauſa. 123.a
Ius patronatus licitè poteſt ordinari. 145.a
Imperium Romanum diuinitus inſtitutum inter alios principatus obtinet principium. 747.b
Ius patronatus vendi non poteſt. 186.a
Ius præſentandi monachi habentes, Epiſcopis clericos idoneos præſentent, qui monachis de temporalibus, Epiſcopis de ſpiritualibus reſpondere debent. 146.b
Ius patronatus habentes, ſi de electione non ſe concordauerint, Epiſcopus quid agere debeat. 36.b
Ius patronatus annexum eſt ſpiſituali, & ideò nō poteſt vendi. 145.b.146.a
ab eo qui Ius patronatus habere creditur, ſi aliquis eſt præſentatus, & ab Epiſcopo inſtitutus, licet alius poſtea patronatus ius euicerit, non eſt propter hoc ab Eccleſia deſtituendus. 146.a
Ius quod habuit, quis amittere poteſt ſuo facto. 193.a
Ius patronatus acquiritur, ſi fundus ematur. 145.a
Ius patronatus acquiri non dēt emptionis titulo. 144.b
Ius patronatum habentes laici ſi clericos ad Eccleſias ſimoniacè præſentauerint excommunicentur. 235.b
Ius patronatus, vel beneficium Eccleſiaſticum non eſt, niſi requiſita Epiſcopi licentia, in foro ſeculari ab aliquo vendicandum. 202.a
Iuſtinianus Imperator humanis legibus voluit adſtruere, vt poſt Papam Romanum ſedeat Conſtantinopol. Eccleſiæ præſul. 61.a

K

KArolina ſub latiori forma deſcripta, de Eccleſiæ immunitate, libertate, & priuilegijs. 660.b

L

LAicus, neque qui expectatione Epiſcopatus clericus, aut monachus per omnes gradus ſacerdotij plurimum temporis ſeciſſe probetur in Epiſcopatu eſt eligendus. 6.b
Laicus ad quemlibet gradum Eccleſiaſticum repentè nō promoueantur, niſi mutato habitu diuturna cōuerſatione inter clericos fuerit comprobatus. 73.b
Laicus Eccleſiam ſpolians, eſt excōmunicandus. 202.a
Laici Eccleſia ſine conſenſu Epiſcopi dare, vel concedere non poſſunt. 143.b. ſed longæua præſcriptio tali conceſſioni factæ robur dat. 144.b
Laici, qui Eccleſiaſticas perſonas, ſuo iudicio ſtare cōpellunt, à comunione fidelium ſeparentur. 105.b
Laici vxorem, & concubinam ſimul habentes non communicent Eccleſiæ. 73.b
Laici decimas, oblationes, & primitias fideliter Eccleſijs Dei reddant. 73.b
Laici Eccleſias ad firmum, tenere non debent. 164.a
Laici clericos cuiuſlibet ordinis non iudicent, nec de Eccleſijs eijciant. 73.b
Laici ſemper oues ſunt non paſtores, etiam ſi vniuerſa virtute polleant. 15.b
Laici in clericos nullam habent iuriſdictionem, & poteſtatem, nec ſubditi in eorum prælatos. 369.b
per Laicos nullo modo quilibet clericus Eccleſiam obtineat, nec gratis nec pretio. 73.b
Nullus laicus ſepeliatur in Eccleſia. 32.b
Nullus laicus quāuis religioſus ſine conſenſu Epiſcopi Baſilicas, vel quid de rebus Deo dicatis, nec auferre nec comedere præſumat. 17.b
Laicis datum non eſt de Eccleſiaſticis cauſis ſermonem mouere, neque penitus reſiſtere integritati Eccleſiæ, & vniuerſali ſynodo aduerſari, opus enim Patriarcharum, Pontificum, & Sacerdotum eſt. 15.a.b
Laicis quamuis religioſis nulla de rebus Eccleſiaſticis diſponendi eſt attributa poteſtas. 224.a
Laicum propter neceſſitatem Epiſcopum ordinatum, non in authoritate tenendum eſt, ſed ne talis iterum neceſſitas proueniat cauendum eſt. 4.a
de Laicis non ordinentur antiſtites neq; presbyteri. 4.a
Latrones nullus in domibus, vel in ſeruitio teneat. 239.b
Legatus vniuerſas cauſas legationis obtentu, licet ad eum per appellationem non deferantur audire poterit. 208.a
Legati Patriarchæ Armeniorum ſummum Pontificem venerati ſunt, & Imperatorem ſalutauerunt, dicentes ſe ſuamque Eccleſiam cum catholica coniungi. Hinc finis generalis octauæ ſynodi Florentiæ. 886.b
in Legatis teſtamēto Eccleſiæ relictis, duo vel tres ſufficiunt teſtes. 195.a
Leo IX. Papa, & eius geſta in Pontificatu, anno Domini 1049. 50.a
Legum mutatio, ex cauſis fieri poteſt. 226.a
propter Leprā vxores non ſunt dimittendæ, ſed illis petentibus debitum debet reddi. 176.a
Leproſi matrimonium licitè contrahere poſſunt. 176.a
Leproſi, & ſi à communione omnium ſeparentur, tamen vxores viros leproſos, & viri vxores ſequi debent. 176.a
Leproſis Eccleſiarum rectoribus coadiutor dandus eſt, qui curam habeat animarum. 176.a
Liber, ſi libertam duxerit, vlterius habere debebit. 38.a
Libri multi corrupti à Græcis, vbi diſſeritur etiam de ordine diuinarum perſonarum adinuicem. 846.a
Lis ſopita reſuſcitari non debet. 175.b
Lite pendente, nihil eſt innouandum. 202.b.203.b
Lites, quæ concordia, vel iudicio terminantur, non debent ſuſcitari. 185.b
Litera Domini Archiepiſcopi Hieroſolimitani, in qua gaudet, & lætatur de vnione Armenorum cum Eccleſia Rom. 914.a.b
Literæ priores derogant poſterioribus, niſi intentio prioris cōmiſſionis in poſterioribus habeatur, & cauſa ſi conſenſu partium alteri fuerit delegata, & alter ignorante altero, tacita priori commiſſione, cam alij impetrauerit committi, propter dolum, & fraudem debet alter in expenſis condemnari. 123.b
Literæ poſteriores prioribus præiudicant, ſi non ſint, veritate tacita, impetratæ. 207.a
Literæ à tribus menſibus ante obitum delegantis impetratæ, eundem debent tempore ſucceſſoris ſortiri effectum, quem ſi adhuc ille viueret, habere debuiſſent. 189.b
ſi Literæ in narratione facti nō in ſuſpecto loco fuerint abraſæ, non debent propter hoc falſæ iudicari. Si verò de appellatione inhibita in prioribus, in poſterioribus non ſit mentio facta, poſteriores in irritum ſunt reuocandæ. 190.a
ſi Literæ ſuper aliqua cauſa prius impetrētur, & poſteà aliæ non facta mentione priorum, iudicibus, donec Rom. Pont. conſulant, eſt ſuſpendendum. 180.a
Literæ per quas actor minores redditus petit, ſi in illis nomen ſuæ dignitatis ſupprimit, nullum ius debent obtinere. 180.a
vt Literæ poſteriores ſint reuocatoriæ, neceſſe eſt, vt in illis ſit mentio de priori commiſſione. 180.a
Literæ impetratæ contra monachos ordinis Ciſter. non valent, niſi in literis mentio dicti ordinis habeatur. 179.b
Literæ Patriarchæ qbus ſua legitur opinio, quā profeſſus eſt de ſancta Eccleſia Romana. 880.b
Literas Apoſt. ſi quis ſine ſpeciali mandato Domini ſui impetrare præſumpſerit, & literæ illæ non valent, & ipſe tanquam falſarius puniatur. 223.a
Literarum forma prædicatoribus dandæ pro quæſtu eleemoſynarum. 229.a
ſi Literarum priorū authoritate aliquis voluerit agentem repellere, quia in poſterioribus priorum non eſt facta mentio, ſi eis dolo vti poſtpoſuit, non erit audiendus. 180.b

Per

per Literas Apoſto. ne quis extra ſuam diœceſim, vltra duas dietas in iudicium trahi poſſit, niſi de aſſenſu partium fuerint impetratę. vel &c. ibidem

ſi Literarum ſummi pontificis filum fuerit fractum, non ſecundum illas in cauſa procedendum. 179.b

qui Literas ſummi pontificis falſauit, in monaſterio ſtrictæ religionis debet detrudi, officio, & beneficio priuatus. 160.b

in Literis à ſede Apoſtolica impetratis, hæc conditio, ſi præces veritate nitantur, eſt ſubintelligenda, & ſi non apponantur. 124.b

Litigans victus victori in cauſis proprijs in expenſas cõdemnetur, niſi &c. 112.a

M

Magiſtri non ſolum in cathedralibus ſed etiã in alijs Eccleſijs, quarum ſufficere poterũt facultates, conſtituantur idonei, & ab epiſcopo cum maiori, & ſaniori parte capituli eligãtur, qui clericos illarum Eccleſiarum, & alios pauperes inſtruant in grãmatica, & magiſtro competens beneficium prouideant pro ſui ſuſtentatione. 217.a

Minus Malum, vt maius vitetur, eſt tolerandum. 150. a. 151.b

Mandatum pro terminatione alicuius cauſæ infra certum ſpacium temporis, tum incipit terminus, cum eos quibus literæ delegantur, eaſdem contigerit literas accepiſſe. 131.b

Mandatum ſpeciali derogat generali. 131.b

Mandatum finitur, ſi lite non conteſtata, mors mandatoris præceſſerit. 525.b

tam Mandantes, quam malefactores, pro violenta manuum iniectione in clericos, ſicut excõmunicati ſunt euitandi, & pro abſolutione ad ſummum Pontificem mittendi. 141.b

quæ Mandantur ſub diſiunctione, quomodo interpretanda erunt. 179.a

qui manus violentas in conuerſos iniecerint, ſunt excõmunicati. 142.b

qui Manus violentas in Clericos, religioſos, hoſpitalarios, & templarios, & de fratribus hoſpitalis Hieroſolymitani, de quibus ht ſpecialis mentio in Cap. 6. iniecerint, ſunt excommunicati, & pro abſolutione Apoſt. ſedi ſe præſentent. 141.142

Mariam virginem conceptam fuiſſe ſine peccato originali, Concilium Baſileen. affirmauit, & eius feſtiuitatem obſeruari præcepit ac indulgentias illius feſtiuitatis diuina celebrantibus aut audientibus conceſſit. 518.b

Martinus V Papa in Concilio Conſtantienſi cannonice electus fuit, ibique coronatus. 391.a

Materia ſacramenti confirmationis eſt chriſma confectũ ex oleo, quod nitorem ſignant conſcientiæ, & balſamo, qui odorem ſignificat bonæ famæ. 912.a

Materia extremæ vnctionis eſt oleum oliuæ per Epiſcopum benedictum. 913.a

Materia ſacramenti Euchariſtiæ eſt panis triticeus, & vinum de vite, cui ante cõſecrationem aqua modiciſſima admiſceri debet. 912.a

Materia ſacramenti ordinis eſt illud ꝑ cuius traditionẽ confertur ordo. 913.a

Materia ſacramenti pœnitentiæ ſunt actus pœnitentis, qui appellantur quaſi materia. 912.b

Matrimonium eſt ſacramentum ſeptimum in ordine, & quæ eſt eius cauſa efficiens. 913.a

licet ante Matrimonium aliquis confiteatur ſe vxorem fratris ſui cognouiſſe, niſi hoc publicum fuerit, & notorium, non eſt propter hoc diuortium inter eos celebrandum. 205.a

in Matrimonium ſi quis alienigenam duxerit, vlterius habebit. 38.a

Matrimonium per verba de præſenti, qui cum aliqua contraxerit, licet ea incognita, aliam acceperit, & cognouerit, ab ea debet ſeparari, & primę adhærere. Si verò promiſſio facta eſt tantum de futuro, de violatione iuramenti pœnitentia eſt iniungenda. 203 b

Matrimonium non ſeiungitur niſi cauſa fornicationis, non tamen aliud matrimonium contrahere fas eſt. 913.b

Matrimonium, ſi quis contraxerit cum legitima vxore, & cum ea concumbere non valens, frater clam violauerit illam, ſeparentur, & a neutro illorum eadem mulier vlterius contingatur. 38.b

in Matrimonium, ſi liber libertã duxerit, vlterius habere debebit. 38.a

Matrimonium contra interdictum eccleſiæ cõtractum, eſt irritandum. 204.a

Matrimonium prætextu minoris ætatis non eſt diſſoluendum, cum malitia ſupplet ætatem. ibidem

Matrimonium vi contractum, niſi conſenſus acceſſerit, poteſt irritari. ibidem

Matrimonium eius qui cognatam duxit in vxoré notoriè, & publicè, ſi non apparet aliquis, qui matrimoniũ velit impetere, an ſit dirimendum. 200 b

Matrimonium quis contrahere non poteſt cum ea, quã viuente marito, polluerit adulterio. 184.a & multum delinquit, qui fidem violat. ibidem cap. ſeq.

ante Matrimonium geniti, per matrimonium poſt contractum ſunt legitimi, ſed non ſi ex adulterio fuerint procreati, & mater talium in prioris vxoris morte fuerit machinata. 172.b

Matrimonium pari conſenſu contractũ, ſi poſtea vir, ea incognita, aliam duxerit, & cognouerit, relicta ſecunda, primæ debet adhęrere. 118.b

poſt Matrimonium contractum, & nondum conſumatũ licitum eſt alteri, altero etiam repudiante monaſterium ingredi, & altero in ſeculo remanente. 113. b 114. b

Matrimonium, ſi quis cum alia contraxerit, & prius vnã cognouit, cui fidem dedit de ea ducenda, non eſt ab ea cum qua contraxit ſeparandus, ſed de fidei lęſione pœnitentia iniungenda. 115.b

Matrimonium contrahere cum aliqua, ſi quis iurauit, & poſtea ea incognita ad alienas partes ſe traſtulerit, liberum erit mulieri ad alia vota tranſire. 117.b

Matrimonium non eſt contrahendum inter eos, qui aliquam in vxorem petit, cuius conſanguineus cum ea deliquiſſe carnaliter dicat, niſi de contrahendo matrimonio fuerit iuramento firmatum. 201.a

Matrimonium contrahere poteſt aliquis cum matre filię, quam infra 7. annum deſponſauerat. 116.a

qui poſt Matrimonium contractum, matrem, ſiue ſororem vxoris cognouerit, ſeruetur quod in eo, qui matrem, ſiue ſororem eius, quam poſtea duxit in vxorem, cognouerit. 137.b

Matrimonium diſſolui non debet ob coeundi impoſſibilitatem. 119.b

ſecũdum Matrimonium ſolẽne primo Clandeſtino pręiudicat, & Matrimonium contra indictum Eccleſiæ contractum tenet etiam poſt appellationem. 520.b

Matrimonium contractum cum alterius vxore ab eo, qui eam viuente marito conſtuprauit, & iuramento iurauit, ſe velle poſt mortem mariti eam in vxorem ducere, Concilium Triburiẽſe anathematizat. 38. b. 40. a

Matrimonium actu extrinſeco præſumitur adimpleri. 121.b

Matrimonium ſuum accuſare non poteſt vir, vel mulier nec alij ſi octodecim annis tacuerint. 121.b

Matrimonium Subdiaconorum, de quorum incontinentia timetur, eſt diſſimulandum. 150.b. tamen ad altaris miniſterium non accedant, nec beneficia eccleſiaſtica accipiant. 151.b

ad Matrimonium contrahendum aptus non reputatur, qui aptus non eſt vxori debitum reddere. 200.b

Matrimonium contrahere non licet habenti eccleſiaſticum beneficium. 585.a

Matrimonium ſoluendum in ſubdiaconatus ordine & ſupra conſtitutis. 152.a

Matrimonium ſubdiaconorum de quorum incontinentiam timetur, eſt diſſimulandum & quando ſubdiacono permittitur matrimonium. 150.b.151.b

Matrimonium contrahere permittitur poſt votum ſimplex, metu interpoſito, factum. 115 a

Matrimonij

Matrimonij definitio. 204.a
Matrimonij aſſignatur triplex bonum. 913.a
Matrimonio ſibi copulare poteſt vnam ſororem, quamuis aliam ſororem prius deſponſauerat, dummodo eam non cognouerit. 120
Matrimonio qui aliquam vi compulſus ſibi copulauerit, & eam nõ cognouerit, & aliam poſtea ſuſceperit, non eſt cogendus ad primam redire. 117.b
Matrimonio coniungi poſſunt geniti ante, & poſt compaternitatem, præter illam perſonam, per quam compaternitas contrahitur. 175.a
infra annos Matrimonio aptos, ſi qui fuerint deſponſati, à pactione nuptiali nõ poſſunt recedere, & ad aliud matrimonium conuolare. 115.b
Matrimonio ſibi nullus conſanguineorum poteſt copulare alterius ſponſam ætati nubili aptã. 115.b. 117.a. 119.b
in Matrimonio, ſi qui aliquam ſub condictione deſponſauerit, non poteſt poſtea eam relinquere, quamuis conditio non extiterit. 115.b
in Matrimonio nullus muliere vtatur cum qua prius pollutus eſt adulterio. 38.b. 40.a
in Matrimonio conſenſus liber eſſe debet, & conſenſus de præſenti dicendus non eſt, licet verbis præſentibus exprimatur, qui ex arbitrio dependet alieno. 119.a
in Matrimonio ſi quis, dimiſſa vxore, aliam ſibi copulauerit, & poſteà reperit coniunctam in primo vel ſecundo gradu, vtraque debet perpetuo carere, ſi vero in tertio, vel ſupra ſe gradu contingerint, a ſecunda debet ſeparari, & primæ vxori adhęrere. 118.b
in Matrimonio, qui ſe coniunxerint, & prohibitum eſt illis coniungi, excommunicentur, donec de matrimonio cognoſcatur. 118.b
in Matrimonio, ſi quis aliam ſibi copulauerit inſcia ſua vxore, non poteſt poſtea ab ea in vita diſcedere, ne de dolo ſuo videatur lucrum reportare. 115.b
de Matrimonio contrahendo, qui fidem dederunt, commonendi ſunt eam ſeruare. 155.a
Matrimonia, & deſponſationes ante 7. annum fieri non poſſunt. 116.a
qui Mutuo conſenſu ſe adinuicem receperint dicentes, ego te in meam & ego te in meum recipio, ſi alter alij ſe copulaoerit, debet ab ea, vel ab eo ſeparari, licet copula carnalis fuerit ſequuta. 116.b
Matrimonia canonicè contracta non ſunt leuitate aliqua diſſoluenda. 117 a
ſi vir dixerit mulierem ab eo cognitam, & ipſa negauerit, ſtandum eſt viri veritati, ſi iuramento id affirmauerit. 117.a
Matrimonia, an propter naturalem frigiditatem, vel alia maleficia, ſint ſeparanda. 200.b
Matrimonium contrahentes clerici infra ſubdiaconatus ordinem conſtituti, beneficio eccleſiaſtico priuari poſſunt, ſed ſi de bonis ſuis aliqua eccleſię contulerint, ad ipſos redire debent. 195.a
Matrimonia clandeſtina à contrahentibus publicata ab Eccleſia, ſunt recipienda, genitique in tali matrimonio ſunt legitimi. 197.b
Matrimonia clandeſtina, vel interdicta contrahentes, & presbyteri, qui tales copulauerint, qualiter puniãtur, ac etiam ſoboles de tali coniunctione ſuſcepta illegitima cenſeatur. 226.b
Matrimonia ſeruorum à dominis non ſunt irritanda, cum nullus à ſacramentis eccleſiæ ſit amouendus. 184.b
Matrimonia non ſunt dirimenda abſque iudicio Eccleſiæ, quamuis parentela ſit notoria, & publica. 200.b
Matrimonia non ſunt occulte contrahenda, ſed ſi ſacerdos occultè aliquos coniunxerit, ab officio triennio ſuſpendi debet. 191.b
Matrimoniorum cauſæ per quas perſonas debeant pertractari. 121 b
Matrimoniali lite pendente, ſi quis aliam duxerit, & poſteà inter ipſam, & primam diuortium fuerit celebratum, poteſt cum ſecunda remanere, ſed prius puniatur. 119.a
de Matrimonialibus cauſis decani rurales non ſe intromittant. 239 b
Medici, ſub pœna anathematis ne pro corporali ſalute ægroto aliquid ſuadeant, quod in periculũ animæ conuertatur. 220.a
Medici cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipſos ante omnia inducant, vt medicos prius aduocent ſpirituales 219.b. qui autem medicorum huius conſtitutionis trãſgreſſor extiterit, ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, donec &c. 220.a
Metropolitanus iure metropolitico cauſas audire non poteſt niſi per appellationem ad eum deferantur. Si vero legatus fuerit, vniuerſas cauſas legationis obtẽtu, licet ad eum per appellationem non deferantur poterit audire. 208
Metropolitani epiſcopalia miniſteria, per ſubiectos epiſcopos exercere non præſumant, & eorum pęna. 10.a
Metu, & vi quæ facta ſunt, in irritum debent reuocari. 157.a
Miniſter ſacramenti Penitentiæ eſt ſacerdos habens authoritatẽ abſoluendi, vel ordinariam, vel ex commiſſione ſuperioris. 913.a
Miniſter ſacramenti ordinis, eſt epiſcopus. 913.a
Miniſter ſacramẽti euchariſtiæ eſt ſolus ſacerdos. 912.b
Miniſter ſacramenti confirmationis ordinarius eſt epiſcopus, vnde vero hoc colligatur & habeatur ordeas. 911.a
Miniſter extremæ vnctionis eſt ſacerdos. 913.a
Miſſa notorij Concubinarij non audienda. 73.a
Miſſa, in locis ab epiſcopis non conſecratis, non celebretur. 55.a
Miſſæ non vbique celebrentur, ſed in locis ab epiſcopis conſecratis, vel vbi ipſe permiſerit. 51.b
Miſſæ maioris capitula, ſeu actus capitulares per canonicos non celebrentur, & qualiter puniantur. 475.a
Miſſam, qui cum non ſit ſacerdos, publicè celebrare præſumpſerit, non poteſt poſt modum ad ſacerdotium promoueri, ſed ei poteſt de miſericordia beneficium eccleſiaſticum aſſignari. 207.a
ad Miſſam audiendam nullus presbyter admittat alterius parochianum niſi &c. 42.a
Miſſam celebrare presbyter non audeat qui poſt gallicantum bibit niſi neceſſitas cogat. 6.a
Miſſam ſine miniſtro, aut nimis baſſe dicere, aut in eis aliquid cantare dimittere, vel cantilenas cãtare, nullus præſumat, & qualiter puniantur contrafacientes. 475 a
Miſſas peculiares nempe, aut de trinitate, aut de ſancto Michaele aut de alijs niſi ſuis temporibus, & ſine aliqua ſuperſtitione celebrare faciat, & ſic de audiendo Euangelium in principio erat verbum. 46
plures Miſſas quando vno die celebrare liceat, & ne ſacerdos ſi plures miſſas celebrare contigerit poſt ſumptionem ſanguinis vinum calici infuſum ſumere præſumat. 537.b
tres Miſſas, & non amplius in vna die, presbyter celebret. 46.a
ad Miſſas, cum oblationibus, fideles dominicis diebus currant. 37 a
in Miſſis vinum ſolum, aut aquam ſolam offerre nullus præſumat, & quid ſignificet talis commixtio, & quãta aqua in calice adhibenda eſt. 33.b
Monachus, pro lucro animarum concordantibus epiſcopo, abbate, & fratribus, è monaſterio exire permittitur. 35.a
Monachus ſi peculium habuerit ſine permiſſu Abatis, & ſi in extremis cum peculio inuentus fuerit, communione, & ſepultura fratrum priuetur. 104.b
Monachus apoſtata quomodo coercẽdus, & quid ſi pertinax fuerit, ita vt ad monaſterũ redire noluerit. 35.a
Monachus, ſi exactus, pro ſua receptione aliquid dedeſit, tã ipſe quã qui receperit qualiter puniãtur. 104.b
Monachus nõ recipiatur minor. 28. omnis, niſi &c. 242.b
Monachi non precio recipiantur in monaſterio, non peculium permittantur habere, non ſinguli per villas, aut ad parochiales eccleſias ponantur, ſed cum fratribus maneant. 104.b
Monachi habitum nullus ſuſcipiat, ſpem habẽs aut promiſſionem vt abbas fiat. 73.b

Monachi

Digitized by Google

Monachi non debent authoritate propria mortuos in cęmeterio ſuo ſepelire. 181.b
Monachi Ciſtertienſis ordinis non debent villas, molendina, eccleſias, altaria poſſidere, fidelitates, & hominia ſuſcipere, ruſticos, & tributarios tenere, nec operam adhibere, vt termini poſſeſſionum eorum dilatentur. 192.b
Monachi decimas darę debent de prædijs, de quibus antea dabantur. 140.b
Monachi facti epiſcopi habitum non mutent, quod ſi dimiſerint, aut corrigantur, aut deponantur a proprio patriarcha. 10.b
Monachi non debent villas ad firmam tenere, vel eccleſias. 163.b
Monachi in accuſationem ſuorum Abbatum ſunt admittendi, eiſque expenſæ neceſſariæ de monaſterio adminiſtrari debent. 197.b
Monachi locũ, ne quis in diuerſis monaſterijs habeat, nec vnus Abbas diuerſis monaſterijs præſideat. 218.a
Monachi non regulariter viuentes per alterius ordinis inſtitutionem debent puniri. 164.b
Monachi non debent cauſa lucri negociari, vel à laicis firmas habere, vel laici eccleſias ad firmam tenere, 164. a
Monachi de clauſtro exeuntes redire tenentur ad monaſteria in quibus fecerunt profeſſionem. 164.b
Monachis, & canonicis regularibus, quæ ornaméta prohibentur, & eorum habitus ſit veſtis talaris. 241.b
Monachis non alias decimas indulgendas, quam de noualibus. 140.a
Monachos decimas debere ſoluere de prædijs traditis ruſticis ad excolendum. 139.a
contra Monachos ordinis ciſtertienſis literæ impetratæ, non valent, niſi in literis métio ordinis ciſtertien. habeatur. 179.b
Monarchia præfertur Democratiæ, & Ariſtocratiæ, 691. b
Monaſterium ingrediens inuita vxore, redire debet, ea petente: ſed ea mortua in ſeculo poterit remanere, ſed aliam non poteſt accipere. 11 .b
Monaſterij fructus adminiſtratores, tam obedientiales, quam prælati maiores, ſaltem bis in anno rationem reddant, iuxta monaſterij cõſuetudinem, de receptis, & expenſis. 241.b
Monaſteriorum oppreſſores epiſcopi per cenſuram cõpeſcãt eccleſiaſticam, remota appellatione, ac eos ad ſatisfactionem compellant. 217.b
Monaſteria ſanctimonialiũ, ſi clericus frequentare præſumpſerit ſine manifeſta, & neceſſaria cauſa qualiter ab epiſcopo puniatur. 104.b
Monaſteria de ſuis prædijs decimas non debent præſtare. 140.a
Monaſteria clericorum, monachorum, & puellarũ, quomodo a clericis, ſiue laicis, quibus iure beneficij donata ſunt gubernentur. 23.b
ſola Monialis conſecrata annulum deferre poteſt. 242. a
Moniales ſeculares mulieres ad cohabitandum ſine licentia epiſcopi non recipiant, nec infra ſepta monaſterij præter neceſſarias ſeruientes admittant. 242.b
de Monialium numero iuxta facultates monaſterij ſtatuendo, cum pęna trangredientium. & de earum confeſſione. 243.a
Ad Monialium clauſtra clerici, vel laici ſine rationabili cauſa non accedant. 243.a
Monialibus, quæ ornamenta prohibita ſunt, & earũ veſtes quales eſſe debeant. 241.b
Monitorium contra Philippum Comitem virtutũ, qui manus violentas in ſuum epiſcopum iniecerat. 369.a
Mortuus in torneamento, quamuis ei poſcenti nõ negetur venia, tamen careat Eccleſiaſtica ſepultura. 106.b
pro Mortuis interceſſiones viuorum comendantur, & probantur. 31.b
ſi Mulier à conſortio viri propter hæreſim declinauit, ea ſcilicet intentione, vt eum ab errore conuerteret, eo reuertente, cogenda matrimonium redintegrare; ſi verò iudicio Eccleſiæ fuerit ſeparata ad recipiendum eum non eſt cogenda. 207.b
Mulier ſi duobus fratribus nupſerit, abijciatur vſque ad mortem, in exitu tamen vitæ fructum pęnitentiæ cõſequi poſſit. 39.a
Mulier, cum qua, ſi quis fornicatus fuerit, & eo neſciente, filius eius, vel frater inſcius violauerit illam, continent, & innupta permaneat. 39.a
Mulier, cuius infans aliquo caſu, propter negligentiam eius moritur, iudicio ſacerdotum pęniteat. 37.b
ſi Mulier iudicio Eccleſiæ ab aliquo ſit ſeparata, & alij ſine contradictione Eccleſiæ matrimonia copulata, non poteſt ſecũdus vir ab ea recedere, licet prior vir viuat. 201.a
Mulier, quæ propter filium proprium, quem interemerat, à viro eſt abiurata, eidem viro debet reſtitui, & ei de commiſſo pęnitentia indici. 199.b
Mulier, ſi a conſanguineo viri ſui fuerit polluta, & veneficum periculum, & alias vitæ inſidias viro machinata, poteſt inter eos ſententia diuortij promulgari, ita vt vir, ea mortua, licentiam habeat aliam ducendi in vxorem, ipſa vero ſine ſpe coniugij perpetuò remanebit. 190.b
Mulier à viro ſeparata dotem debet habere, & poſt annum alium virum accipere poteſt. 204.b
Mulier, quæ ſe nuptura iurauit, vt nubat non eſt cogenda. 184.b
Mulier, cuius vir cum matre adulterium, & inceſtum commiſit, nec viro ſuo coniugi carnaliter, nec eo viuente, cum alio matrimonium inire valebit. 184.b
Mulier, ſiue vir, qui poteſtatem in eorum corporibus alter in alterum habent, peccato ſuo quilibet eorum eã amittere poteſt. 193.a
Mulier ſine infamia infra tempus luctus nubere poteſt, 129. b
qui Mulierem aliqua lege canonum duxit, licet non ſecũdum patriæ ſuę legem, vel illius, non eſt propterea ab ea ſeparandus. 185.a
Mulierem ſi quis deſponſauerit, & eam non cognouerit, ſi poſteà alius eam acceperit, & cognouerit cum eo debeat remanere. 119.b
Mulierem Chriſtianam, ſi quis ſaracenus tenuerit, grauiter puniendus eſt, & ipſa ſimiliter. 205.a
Mulieres ne publicis conuentibus, & placitis ſe immiſceant. 44.b
Mulieres, in domibus clericorum ſimul cohabitare, non debeant. 21.b
Mulieres ad altare accedere non præſumant, nec presbytero miniſtrare, aut infra cancellos ſtare, aut ſedere. 42.a
Multi dicuntur, ſi ſunt quadraginta. 205.b
Mũdus in 4. partes diuiditur, & quęlibet pars quot prouincias contineat, & à quibus gentibus habitentur, 686. a
in Muneribus accipiendis, & dandis tria ſunt attendenda, 193.b

N

Neceſſitate aliqua factum, non eſt tenendum in auctoritate. 4.a
Nicolaus 2. Papa & eius geſta in pontificatu anno domini 1059. 72.a
Nicolaus. 5. Papa verus ſucceſſor Eugenij. 4. quãdam bullam expediuit ſuper approbatione actorum, & geſtorum in Concilio Baſileenſi. 545.b
Nomina omnium tum Græcorum cum Cardinalium, & epiſcoporum, tum & Theologorum & aliorum qui Concilio Ferrar. inter fuerunt. 785.b
Notorium crimen quod ſit, & quod occultum. 203.a
Notariorum taxatio in Concilio Baſileen. facta, & limitata anno domini 1432. 648.b
ſecundæ Nuptiæ non ſunt iterum benedicendæ. 129.b

O

Officium diuinum, qualiter extra chorum perſoluendum ſit. 474.b
Officium diuinum quomodo, quando, qua grauitate in Eccleſijs celebrãdum ſit, cum dicitur gloria patri &c. omnes conſurgãt, & cum nominatur Ieſus omnes caput inclinent, nemo dum

mo dum publice cantatur priuatim officium dicat, 47 . . a

quo tempore quiſque debet eſſe in choro, vt dici poſſit, eum intefuiſſe Matutinis, & Miſſis, vt poſſit diſtributiones percipere. 47 4.b

Officiorum diuinorum tempore nullus vagari præſumat, & qualiter puniantur. 474.b

Orandum non eſt pro furibus, & latronibus in furando occiſis. 174.a

Oratio Baſilij Imperatoris ad epiſcopos qui cum Photio Cōſtantinop. ſedis inuaſore ſchiſma fecerant, exhortatoria pro vnitate Eccleſiæ facienda, ac tuenda. 12.a

Oratio habita à Magiſtro Ioanne de Bachenſtein decretorum doctore coram Eugenio Papa in Florētia, pro Concilio Baſileenſi, cum reſponſione Papæ Eu. e nij 4.674.b. vſque. 677.a

Oratio Gerardi epiſcopi Laudenſis Oratoris Concilij Baſile. ad Regem Angliæ, & reliquos conſcriptos regni pro Concilio celebrando in Baſilea, & pro pace inter ipſum regem & alios ineunda. 679.b

Oratio Archiepiſcopi Tarentini habita ad Patres Concilij de primatu Romani Pont. de transferendo Concilio e Baſilea in Bononiam, de authoritate Papæ cōuocandi Concilium generale, & quod Concil. non eſt ſupra Papam, & quomodo Papa ſpōtè Concil. ſe ſubmittit, & cupit illud perfici. 690.b. vſque. 696.b

Oratio luculenta Præſidentis Concilij habita in Concilio Baſil. nomine eccleſiæ catholicæ ad conuertendū Bohemos 696.b. vſque. 708.a

Oratio pulcherrima Georgij ſcholarij viri doctiſſimi ad Grecos, in qua duas partes tangit, in altera continetur qua ratione pax fieri debeat, in altera vero ex ſentētijs ſanctorum, doctorum demonſtratur ſanctos omnes doctores inter ſe concordes, ac conſonos eſſe, 878. a. b

Oratio Archiepiſcopi Coloſſen. ambaſiatoris Eugenij Papæ in generali congregatione habita pro ſchiſmate vitando 683. a. vſque. 690.b

Oratio Baſilij imperatoris ad ſynodum cum ea eſſet iā ad calcem producta, in qua gratias agit de tranquillitate eccleſiæ, per ſynodum adepta, & pro ipſa ſynodo, & ſacerdotali munere. 14.b

Oratio Beſſarionis Patriarchæ conſtantinop. pro vnione habita in ſynodo Florentina ad Græcos. 890.a

Oratio pulcherrima quā habuit D Beſſarionus Archiepiſcopus Nicęn. Cardin. S.R.E. in prima ſeſſione in Concil. Ferar. 785.b

Oratio D. Petri pro ouibus ſibi commiſſis. 58.b

Oratio pro Rege, & pro ſtatu totius eccleſiæ in eccleſijs aſſidue celebretur. 19.b

Ordinandi non ſunt ſpurij, neque ſerui, vel ſeruilis cōdictionis. 162.b

Ordinandi ante ordinationē ab epiſcopo examinentur, & de quibus examinandi ſunt. 43.a

Ordinati ſimoniace ab exequutione ſuorum ordinum ſint eo ipſo ſuſpenſi. 393.a

Ordinati in partibus remotis literas, eorum habere debent, qui eis manus imponunt, & incogniti pro aliquod tēpus debent eſſe in ſuſpenſo, vt de eorum actibus alij inſtruantur. 162.b

Ordinare nullus præſumat pro muneribus aut fauore alterius parochianum, & qualiter puniantur. 42. b. & qualiter puniantur qui fauoris, vel cupiditatis gratia minus idoneos ad ordinandum epiſcopo præſentant. 43.a

Ordinare epiſcopus non præſumat quemlibet ſeruum, ante libertatem perfectam. 35.b

Ordinare aliquem in ſubdiaconum dominicis diebus, in vigilia Pentecoſ. nemini licet niſi ſummo Pontifici. 163.a

Ordinati an poſſint claudi, aut in aliqua parte corporis minuti. 36.b

Ordinari non poteſt ſeruus, niſi ſit manumiſſus, ſi vero aliqua calliditate fuerit ordinatus, eſt deponendus, & domino reſtituendus. 206.a

Ordinari, aut promoueri ad quodlibet eccleſiaſticū officium per ſimoniacam hæreſim non debet, 73.b

Ordo mundanæ dignitatis, & eccleſiaſticæ. 65.b

Ordo quis nam reperiatur inter diuinas perſonas. 849. ad. 850.a

Ordinis ſacramentum eſt 6. in ordine, & quæ eius materia, quę forma, qui miniſter, & qui eius effectus. 915.a

qui Ordinem Diaconi furtinè ſuſcepit, niſi ſub anathemate facta eſſet prohibitio, poteſt promoueri in ſacerdotem. 161.a

Ordinem, & officium presbyteri, ſi quis, prætermiſſo ordine diaconatus, ſuſceperit, ſi id non ex malitia fecerit, competenti tempore ei poteſt diaconatus ordo impendi, & poſtmodum poterit in officio ſacerdotis permanere. 207.b

ad Ordines ſacros nullus promoueatur, quin ab vxore continentiam profitente, fuerit abſolutus. 114.a

ad Ordines ſacros extra 4. temporum ieiunia, non ſunt aliqui promouendi. 163.a

ad Ordines minores licite diebus dominicis, aut alijs feſtiuis quis promouere poteſt. 163.b

ad Ordines maiores ſubditi, inuito prælato, promoueri non debent, non enim in ſublimitate graduum, ſed amplitudine meritorum regnum Dei acquiritur, 163.a

Ordinationes ab Octauiano, & Guidone, & Ioanne Strumenſi factæ irritæ ſint, & qui dignitates eccleſiaſticas ſeu benficia ab eis receperunt careant impetratis, 105. a.

P

PAx inter Regem Franciæ, & Ducem Burgūdiæ per legatos Concilij operata 637.b. & quę capitula inter eos firmata, & concluſa fuerunt. 640.a

Pacis bona, quæ nam ſint. 690.b

Pacis bono, quod eſt illicitum, aliquando diſſimulatur. 150.b

Pacis author eſt Chriſtus. 754.b

Pacis bonum, rebus in terrenis, atque mortalibus nihil ſolet gratius audiri, nihilque delectabilius concupiſci. 754.a

ad Pacem ſecuandam, quomodo epiſcopi, & Comites, ac iudices ſe inuicem ſuſcipere debeant. 23.b

Pactio a prædeceſſore facta, ſucceſſorem non ligat, niſi authoritate ſummi Pont. fuerit confirmata. 188.a

de Pane azimo, & fermentato quid decreuerit ſancta ſynodus Florentina. 882.b

Papa quam primum poſt ſuam electionem, quæ profiteri tenetur coram ſuis electoribus, 557.b

Papa Eugenius Concilium Baſileen. reprehendit, quod auſum fuiſſet Papam ſub pęna ſuſpenſionis n Papalię administratione citare. 452.b

Papa, qui ſucceſſor eſt Petri, caput vniuerſalis eccleſiæ eſt. 691.b

Papa eſt ſuperior Concilio. 462.a

Papa eſt caput eccleſiæ Romanæ, & occidentalis. 764.b

Papa, niſi ſit hæreticus, qualis non fuit Eugenius 4. a Cōcilio, nec iudicari, nec deponi poteſt. 613 b

Papa, vbi, & quando nouas leges dare, & condere poteſt. 564.b.

quod Papa ſit ſupra Concilii conſidera Cōcilium Chalcedon. petijſſe à Leone confirmari, qui cęteris probatis decretum de epiſcopo Conſtantinop. reſcindit. 558. a

Papa Nicolaus per legatos ſuos, tam pro ſacris imaginibus, quam pro depoſitione. B. antiſtitis Ignatij. & ſubſtitutione Photij Neophiti eccleſiam agiæ Sophię clauſit, donec ſedis Apoſt. acquieſceretur decretis. 59.a

Papæ electio facta pecunia, gratia humana, aut militari tumultu, ſine concordi, & canonica electione Cardinalium, ſit nulla, & liceat Cardinalibus clericis, & laicis talem anathematizare, & quouis humano auxilio à ſede Apoſtolica propellere. 72.b. 73. a. 74.a

Papæ electio facta antequam publicetur, profeſſionem facere tenetur ſub forma præſcripta ibi. 385.a

Papæ Pontifici ac Patriarchis quæ reuerentia à principibus ſit habenda. 9.b

ad Papam

ad Papam principaliter pertinet extirpare hæreſes, reformare mores corruptos, & procurare pacem populo Chriſtiano. 551.a

ad Pontificem Romanum pertinet concilia generalia conuocare, & conuocata roborare, & præter eius authoritatem quicquid ſtatuitur in irritum labitur, & non propriè Concilia, ſed conciliabula vocantur. 694. a

Parochiani limites non præſcribuntur. 177.b

Pars religionis Chriſtianæ Francia eſt non minima. 753.b

Paſchalis 2. Papa & eius geſta in Pontificatu anno domini 1100. 79 a

Patriarcha Conſtantinop. profitetur ſuam opinionem circa Spiritus ſancti proceſſionẽ, cui aſſenſũ cõmes Græci præter Epheſium qui in eadem remanſit perfidia ſpiritum S. nequaquam ex filio procedere. 880.a

Patriarcha ſubita morte obijt magno omnium dolore. 880. b

Patriarchæ vexillum dominicæ crucis ante ſe vbique deferri faciant, niſi in vrbe Romana, & vbicunq; ſummus pontifex præſens extiterit, vel eius legatus vtens inſignijs Apoſt dignitatis. 215.a

Patriarchæ, & Primates non vni, ſed pluribus prouincijs præſunt. 65.b

Patriarcham ſuum contemnentis epiſcopi pœna. 9.a

Patriarcharum qui primus qui ſecũdus qui tertius qui quartus. 883 a

de Patriarcharum, & Metropolitanorum poteſtate. 8.b

Patriarcharum ſedium dignitatis ordo, & quilibet eorum pallium id eſt plenitudinem poteſtatis à Romano Pontifice recipere debet, præſtito ſibi fidelitatis, & obedientiæ iuramento. 215.a

Peccatum non minuit temporum diuturnitas, ſed quanto diutius in illud anima detinetur, tanto grauius fit. 216.a

Peccata in Patrem, & filium, remittuntur, ſolum peccatum in ſpiritum S. neque in hoc ſeculo, neque in futurum remittendum. 553.a

in Peccatis, quæ ſint conſideranda, pro pœnitentia imponenda. 174.b

Pedagiorum exactiones cuiuſcis gradus perſonarum ſine authoritate Regum, vel Principum ſtatuentes, aut ſtatuta augmentantes, qualiter puniendi. 107 a

Pœna falſantium literas ſummi pontificis. 160 b

Pœna pecuniaria pro exceſſibus & criminibus puniendis, & pro examinatione aquæ vel ignis à Clericis, vel laicis non exigatur, & pro exactione pecuniæ perſonæ non debent ſuſpendi, nec Eccleſiæ interdici. 108.b.110.a

Pœna eorum qui negligentes ſunt dominium ſuum ab hæreſi purgare, & eorum, qui hæreticos recipiunt ſiue defendunt. 213.b.214.a

Pœna Adulterorum, quænam ſit, & quæ eorum, quorum alter de adulterio eſt abſolutus. 43.b

Pœna voluntarij homicidij. 40.b.41.a.44.a

Pœna aduocatorum qui malitioſe matrimonium protrahunt. 242 a

Pœnæ eorum, qui in cauſa fuerunt in morte, aut captura S. Thomę epiſcopi Cantuarienſis. 174.b

Pœnitens dum catenam ſuam ſeruat, de loco ad locũ non migret. 47.a

Pœnitentia ſecreta, debetur ſecreto delicto. 175.a

in Pœnitentia danda, quæ ſint conſideranda. 174.b

Pœnitentia vltima, & communio periclitanti non neganda. 56.b

per Pœnitentiæ ſacramentum quiſquam prolapſus poſt baptiſmum in peccatũ ſemper poteſt reparari. 212.b

Pœnitentiæ ſacramentum eſt. 4. in ordine, & quæ ſunt eius partes, quæ forma, quæ materia, qui miniſter, & qui effectus. 912.b 913.a

Pœnitentiam à ſacerdotibus accipere nolentes cõfiſos, vt Romam euntem Papa omnia ſibi dimittat peccata, quid contra eos ſtatutum ſit. 47 a

Penſionem Eccleſiæ aliquis ſoluere non debet, vt facilius ad ſuos transferatur, & qualiter puniendi. 166.a

Per filium procedere, æquiualet ex filioque procedere. 889. a

à Peregrinatione Hieroſolymitana poteſt aliquando quis abſolui. 196.a

ob Peremptorium in die primæ citationis factum, vbi magna vrgeat neceſſitas, poteſt appellari. 113 a

Peremptorias exceptiones non diſcretæ perſonæ, ſed idiotæ reprobant. 155.b

Periurij crimine, qui irretiti ſunt, eccleſias regere non debent. 149 b

Periuri, & falſi teſtes excommunicati ſunt. 236.a

pro Periurio clerici eccleſijs perpetuò debent priuari. 149.a & in penultimo cap.

Photius anathematizatus & commonitus ad pœnitentiam. 4.b

Photius iterum ab Adriano Papa damnatus fuit præſtitũq; illi fuit ſi reſipiſceret & fidei apoſtolicæ obediret vt laicæ communionis gratia ei nõ negatur. 5.b

Photius in octaua generali ſinodo anathematizatus. 7 a

Photius depoſito Ignatio cõtra ſacras regulas in Patriarcham Conſtantinopolitanum electus anathematizatur. 3 b

Photium neque fuiſſe epiſcopum neque ab eo conſecratos putandos eſſe. 6 b

qui Perſonatui renunciauit, & penſionem ſoluit non poteſt iuniti inſtitutioni. 127.b

Pontifex Romanus ſolus in plenitudine poteſtatis vocatus eſt, alij autem in partem ſolicitudinis. 632 a

Pontifex petiit à Græcis vt antequàm diſcedat abſoluentur queſtiones quatuor ſcilicet de purgatorio, de Principatu ſummi Pontif. de pane azimo, & fermentato, denique de diuina panis tranſmutatione, cui Græci reſpondent. 880.a.b.

Pontifex adhortatur Grecos ſe velle ſuum Patriarcham ibi Florentiæ coram ipſo & Imperatore eligere. Reſponderunt Græci morem eſſe Conſtantinop. ipſum eligere propter aliquas cerimonias. 886 a b

Pontifex Rom. primatum in toto orbe tenet, Beati Petri verus eſt ſucceſſor, & totius eccleſiæ caput, ac omnium Chriſtianorum patrum, & doctor. 821.a

Pontifex Romanus primus, & ſummus paſtor eſt dominici gregis. 476. b. & quæ præcipuè obſeruare ſtudebit. 478 a. 479

Pontifex Romanus habet arbitrium cœleſte, & ſolus cuncta iudicat, & diſponit, vt ſibi placet. & ei conceſſa ſunt iura cœleſtis, & terreni imperij a Redemptore noſtro. 692 a & Principes, & omnes ei obedire tenentur, nec quiſquam ei dicere poteſt cur ita facis. ibidem b

Pontifex adhortatur Græcos prolixa oratione vt ad coniunctionem eccleſiarum deueniant. 876 b

ad Pontificem Romanum ritè pertinere ambigua in fide obſtruſaque declarare Græci confeſſi ſunt. 779.a

nec non iniuſſu Romani Pontificis ecumenicus ſynodus celebrari non poſſe.

Pontifici Romano Rex multum tribuit. 1.a

Pontificem Romanum verum Chriſti Vicarium, Petrique legitimum ſucceſſorem primum in vrbe locum tenere, cui, & Orientalis, & Occidentalis Eccleſia parere debere, Græci in Cõcilio Florentino confeſſi fuerunt. 778.a

in Pontifice creando, ne Imperatoris authoritas expectaretur Adrianus tertius ſanciuit. 16.b

de Pontifice poſt mortem nemo iudicare poteſt niſi primę ſedis Pontificis conſenſus precedat. 5 a

nulla Poſſeſſio antiquorum dierum, malæ fidei poſſeſſorem liberat, quantum ad eum niſi reſipuerit.

in Poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ ſi quis miſſus fuerit, & alius intra annum poſſeſſionem ſecundum formã iuris non intrauerit, de proprietate tantum eſt audiẽdus, quamuis de poſſeſſione literas apoſtolicas impetrauerit. 112.a. & in ſeq cap. b

a Poſſeſſione non repellitur, qui volens prius ingredi, vi repellitur incontinenti. 135.b

Poſſeſſionibus ab eccleſiis in emphyteuſim datis, quo caſu liceat emphyteotas ſpoliare. 9.b

Poſſeſſori violento quicumque ſucceſſerit, velut ipſe poteſt conueniri. 157.b

Poſſeſſione alicui ad iudicata, non ſufficit pignus dari. 175. b

in Poſ-

Digitized by Google

in Poſſeſſorio iudicio criminis obiectio non retardat principalis exequtionem. 157 a
Poteſtas clauium per Papam ad alios diffunditur, vſque in finem ſeculi. 692.a
Pubes dicendus eſt, qui talis eſt, vt iam poſſit procreare. 216. a
Præbendam qui in duabus eccleſijs habuerit, ab ea tantum poterit communia exigere, cui in propria perſona voluerit deſeruire. 169.a
Præbendarum diuiſio, & dignitatum permutatio fieri prohibentur. 169.b
Prædia Eccleſiæ alienare, vel in vſufructum iura tradere, Papæ non licere, Symmachus Papa decreuit. 496. b
Prædeſtinationem, gratiam, & liberum arbitrium Eccleſia Romana profitetur. 67.b
Prędicare, qui ſine authoritate epiſcopi, vel Apoſt. ſedis, tam priuatim, quam publice præſumpſerint excommunicentur. 214.a
Prælati, qui Clericos propter incontinentiam ſuſpēſos, celebrare ſuſtinuerint, pari ſubijciantur vltioni. i. depoſitioni. 218.a
Prælati ne ab Eccleſijs iniuſti transferantur, niſi in vrgenti neceſſitate, & cum conſenſu Cardinalium. 385.a
Prælati in presbyteros tallias, & indebitas exactiones exercere, vel eos irrationabiliter grauare, vel inhoneſte tractare non debeant. 109.b. nec ſine iudicio capituli ſui ſuſpendant, nec eorum Eccleſias ſubijciant interdicto, nec eos duas matrices Eccleſias tenere permittant. ibidem
Prælati quomodo, & qualiter procedere debent ad inquirendum, & puniendum ſubditorum exceſſus. 215.b.
Prælati ſub prætextu alicuius ſeruitij, ſubditos grauare non præſumant, & ſi fecerint qualiter puniantur. 122 b
Pręlati vices ſuas ad terminandas cauſas ſub annuo pretio non committant 108 b. pœna
contra Prælatos non eſt leuiter credendum 216. a. & quid, ſi fama, vel clamor aſcendat contra eos. ibidem.
Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, qui in crimine fornicationis iacent, ingreſſu eccleſiæ priuentur: & ſi in ſuo peccato perſeuerauerint, nullus eorum officium auſcultare præſumat. 79.a
nullus Presbyter plures eccleſias habere præſumat. 42. b
Presbyter, ſi vxorem duxerit, deponatur: & quid ſi mœchatus fuerit. 22.b
Presbyteri ſub pœna excommunicationis populum ſub vtraque ſpecie communicare non præſumant. 302. a
Presbyter ordinatus non baptizatus, debet baptizari, & iterum ordinari, & omnes ab eo baptizati. 204.b
Presbyter, propter membri deformitatem, prohibetur celebrare. 162 a
Presbyteri parochiales frequenter ſuo populo prędicēt, & infirmos viſitent. 238.a
Presbyteri ſi contra laicum, vel laicus contra presbyterū, aliquam habeant controuerſiam, ab epiſcopo ſine perſonarum acceptione finiantur. 33.b
Presbyter in eccleſiam introducere non audeat illū, cui pro aliquo delicto, illam ingredi non liceat. 47.a
Presbyteri, ſiue Diaconus, de ſententia a proprio epiſcopo contra eum facta, Metropolitanum appellet: epiſcopus verò Patriarcham. 11.b
Presbyter, qui per precium eccleſiam fuerit adeptus, deponatur. 21.a
vnus Presbyter vnicam eccleſiam habeat, niſi forte antiquitus habuerit capellam, vel aliquod membrum ſibi adiacens. 24. b
qui Presbyterum voluntariè morti tradiderit, quali pœnitentia puniendus. 30.a
Presbyteri in viſitatione infirmorum, quid agere, & obſeruare debeant. 42.a
Presbyteri ſine conſenſu epiſcoporum per eccleſias, nec conſtitui, nec ab eis reijci debeant. 21
Presbyteris iniuriam inferentes, qualiter pro diuerſitate, & loci, & facti puniendi. 19.b
à Presbyteris, & clericis quamuis fornicarijs, quandiu ab Eccleſia tolerantur, licite diuina officia audiuntur, & alia Eccleſiaſtica recipiuntur ſacramenta. 203.a
Præſcriptio quadragiota, niſi in caſu, locum obtinet in alijs Eccleſijs. 176.b
longa Præſcriptio robur dat conceſſioni Eccleſiæ à laico factæ ſine epiſcopali authoritate. 144 b
Præſcriptio tricenalis Eccleſiæ ſufficit ad poſſidendum. 176. b
Præſcriptionem tricenalem Eccleſia Romana non admittit. 176.b
Præſcriptio quadraginta annorum ſeruatur. 177.a
Pręſcriptionem longi temporis, ſi quis obiecerit, & eam probauerit, poſſeſſionem reportet. 176.b
contra Præſcriptionem tricenalem, nullius vox eſt audienda. 177.b
vni Præſentato, & non inſtituto, alium poſt præſentatū, & inſtitutum præfert. 143.a
de Primatu ſummi Pontificis quid decreuerit ſancta ſynodus Florentina. 883.a
Principes ſeculares, & laici electionibus epiſcoporum non ſe inferant. 9.b. & anathematizantur, qui contra canonicam electionem Eccleſiaſtici ordinis agere tentauerint.
Principes in concilijs conuenire ſacri canones non ſanxerunt. 9.a
inter Principes zizaniam ſeminandam, & ſuſpitiones imprimendas nihil periculoſius eſſe poteſt. 748 a
Principum quædam religio erga Prælatos Eccleſiæ notatur. 11.b
Prioratuū, ſiue obedientiæ, precij datione non tradantur. 104.b
Prioratus, vel capellania annuo precio vendi non debet, nec pro commiſſione regiminis eccleſiarum precium vllum petatur. 110 a
Priores cum in eccleſijs conuentualibus fuerint conſtituti, ſine manifeſta cauſa, & rationabili non mutentur. 104.b
Priuilegium de re litigioſa impetratum non valet, ſi autem tempore priuilegij impetrati res litigioſa nō fuerit, non licet alicui contra illud venire, niſi ſpeciali interueniente mandato. 183.b
Priuilegiorum verba quomodo interpretari debeant, & priuilegium religioſis conceſſa in tempore interdicti, & de ſepultura, quomodo intelligendum. 227.b. 228.a
Priuilegium, quod ſuper re litigioſa impetratur nō valet. 127.b
contra Priuilegia Romanæ eccleſiæ pro alijs indulta, ſi quis venire præſumpſerit, ſi qua pro ſe ſint indulta, ea amittere meretur. 183.a
Priuilegia in quibus nomina abſentium fratrum ipſis ignorantibus, vel abſentibus, ſubſcripta ſunt, irrita, & nullius firmitatis ſunt. 198.a
Probatio quod neceſſe eſt ſanctos doctores, tum occidentales, tum orientales inuicem eſſe concordes. 832.
Procedere per filium, & procedere ex filio ęquiualet. 899. a
Proceſſio Spiritus ſancti differt a proceſſione filij. 834. b
Proceſſio a Patre & filio, vt ab vno principio. 836.b
Proceſſio magis proprie ad Spiritum quàm ad filium pertinere. 854.b
Proceſſio quid ſit iuxta ſacram ſcripturam ac ſanctos patres 834.b
Proceſſio an ſit eſſentia in diuina perſona. 835.a
Proceſſus contra Ioannem Papam a Concilio Conſtantienſi factus, & de quibus accuſabatur in ſeſsione. 11. dicti Concilij. 282.b. & eius ſententia. 298 b
Profeſsio Armenorum in manu ſummi Pontificis. 913. b
Profeſsio in manu maioris Prioris facienda, & quid in ea promittere debeatur. 264.a
Profeſsio Felicis. V. Papæ electi poſt depoſitionem Eugenij IIII. facta in Concilio Baſileenſi. 530.a
Promiſsiones factæ per ambaſiatores ſacri Concilij Baſileenſis

Digitized by Google

ſileenſis ad ſynodum venientibus. 669.a
Promiſſiones Ambaſciatorum Concilij Baſileen. ſactæ Conſtantinop. coram sereniſſ. Imperatore. 669
Propoſitio, PER, & EX, quid ſignificent. 894.b
Proprietates hippotaſticæ, atque perſonales in diuinis incommutabiles ſunt. 838.a
Purgatorij locum eſſe Græci in Concilio Florentino confeſſi ſunt. 778.a
de Purgatorio quid decreuerit ſancta ſynodus Florentina. 882.b

Q

QVæſita nonnulla ſummi Pontif. an Græcis de ſacramento altaris, de ſegregatione matrimonij, deque electione Patriarchæ. 885.a.886.b
Quæſtio de Purgatorio inter Græcos, & Latinos, & quid ſentiant Græci, & quid Latini. 782.b. 784.b
Quæſtores eleemoſynarum, quomodo ſe gerere debẽt, & non ſine Apoſt. vel diœceſani Epiſcopi literis eleemoſynas quærant. 229.a

R

RAptor dici non poteſt, qui mulieris habuerit conſenſum, & poſt carnis commixtionem matrimonium eſt perfectum. 199.a
Raptor, rei alienæ detẽtor, & fornicator, niſi ſint manifeſti appellare pñt. 130.b.132.a
Raptores rerum Eccleſiaſticarum, niſi ablata reſtituãt, vel de reſtituendo cautionem præſtent, pœnitẽtia eſt deneganda, & ſi talis deceſſerit, eius ſepulturæ clerici non interſint. 173.b
Rectoribus Eccleſiarum lepra percuſſis, dandus eſt coadiutor, qui curam habeat animarum. 176.a
trium Regendi modorum, quis optimus. 691.b
Religio Fratrum minorum de obſeruantia S. Franciſci à Concilio Conſtantinopol. approbata fuit, & ab alijs fratribus conuentualibus, nec non ab eorum ſuperiorum obedientijs ſine diſciplina ſeparati fuerunt, & illis modus eligẽdi ſuum vicarium generalem, & norma in omnibus religionis negotijs obſeruanda tradita fuit. 338.b
Religionis habitum, ſi puer ſuſceperit, & eum voti pœnituerit infra 14. annum habitum relinquere poteſt, & ad ſæculum redire, dum tamen à parentibus non ſit oblatus, nec id nunquam ratum habuerit. 195.b
Religionis habitum ſuſcipiens, & profeſſione emiſſa, ſi poſtea vxorem duxerit, cogẽdus eſt ab ea diſcedere, & ad religionem regredi. 114.a
Religionis habitum ſi quis ſuſceperit, nõdum verò profeſſus, poſtmodum verò vxorem duxerit, non eſt cogendus recedere ab ea. 114.a.116.b
Religionis habitum, ſi quis timore mortis aſſumpſerit, licitè poterit ad ſeculum redire. 187.a
Religionis habitus ante 14. annum ſuſceptus, quomodo licite poteſt relinqui. 155.a
Religionis fauore admittitur, qui aliàs non admitteretur. 160.a
Religionis habitum, qui ante profeſſionem deſeruint, non debent admitti in ſecularibus Eccleſijs. 155.a
Religionis habitum, qui ſuſcipere coram Epiſcopo vouit, ſi poſteà vxorem duxerit, non eſt cogendus eam dimittere, & ad Eccleſiã coi ſe deuouit redire. 155.b
pro Religionis ingreſſu, religioſi nihil recipiãt, niſi pro veſtitura duntaxat. 242.a
Religionis habitum, ſi quis metu mortis ſuſceperit, licitè habitum relinquere poteſt, niſi id aliquãdo ratum habuerit. 196.a
pro Religionis ingreſſu pretium non exigatur, nec pro ſepultura, nec pro chriſmate, & olei perceptione. 110.a
Religionem nouam fundare omnino prohibetur, ſed quicunque voluerit ad religionem conuerti, vnam de approbatis aſſumat, ſimiliter qui religioſam domum fundare voluerit, de nouo regulam, & inſtitutionem de approbatis religionibus accipiat. 218.a
ad Religionem conuolare non debet vir ſine vxore, vel vxor ſine viro, niſi qui remaneret ſit tam ſenex quod poſſit ſine ſuſpicione in ſeculo commorari. 114.a
in Religionem coniugatus conuerti deſiderans, ſuſcipi prohibetur, niſi vxor illius ſimiliter conuertatur. 114.b
Religionem ingredi poteſt vir, aut vxor, altero eorum contradicente, dummodo matrimonium non conſummauerint. 113.b.114.b
Religionem ingrediens de licentia vxoris, & ea nõ vouente continentiam, ab Epiſcopo poterit reuocari. 114.a
ad Religionem arctiorem licitum eſt tranſire. 207.b
de Religione in religionem nullus profeſſus trãſire debet, ſine licentia ſui ſuperioris, niſi fortè ad religionem migrauerit arctiorem. 164.a
ad Religioſa loca, qui in ægritudine ſe trãſtulerint, ſi in ipſa ægritudine deceſſerint, cogi poſſunt, & debent, vt perſonis, vel Eccleſijs à quibus pabulum ſalutis receperunt, canonicam relinquant portionem. 191.a
nullus Religioſus ſine licentia Abbatis, & conuentus fideiubeat, vel pecuniam mutuo accipiat. 128.a
Religioſæ profeſſionis perſonæ in Eccleſijs ſuis, quæ pleno iure ad eos non pertinent, inſtituendos presbyteros Epiſcopis præſentent, & inſtitutos non audeant remouere. 104.a
Religioſus cuiuſcunque conditionis non debent preſtare iuramentum de calumnia, nec aliud, prælato inconſulto. 157.b
Religioſus, ne caſtigetur appellans, non audiatur. 130.a. 134.a
Religioſi, ſi ſecularibus negocijs ſe implicauerint, qualiter puniendi ſint. 105.a
Religioſi vtriuſque ſexus, temporibus, & locis conſtitutis ſilentium ſeruent, nec eis è monaſterio, ſine licentia ſuperioris egredi licet, nec ſine certa & honeſta cauſa ei licentia concedatur, & de eorum mutatione. 242.b
Religioſi Fratres ſine proprio debẽt viuere. Priori profeſſionem facere hoſpitale ſine licentia Prioris non faciant, nec Crucem tribuant. 164.a
Religioſi non poſſunt ſine authoritate Epiſcopi, portiones, vel antiquos reditus minuere, vel parochias diuidere. 138.a
Religioſi de laboribus, quos proprijs manibus, vel ſumptibus colunt, & de animalium nutrimentis à decimarum præſtatione ſunt immunes. 138.b. 139.a.b. 140.a
Religioſi, cum pro aliquo exceſſu fuerint corrigẽdi, cõtra regularem prælati ſui, & capituli diſciplinam appellare non præſumant. 103.a
Religioſi peculium non habeant, & ſi in extremis cum peculio inuenti fuerint, communione, & ſepultura fratrum priuentur. 104.b
Religioſi ex prędijs conductis decimas ſoluere debent. 138.b
Religioſi ſe inuicem percutientes ab Abbate ſuo, vel Epiſcopo poſſunt abſolui. 142.b
Religioſi vtriuſq; ſexus, dormiant, vnuſquiſq; in ſuo lecto, in vno dormitorio, & in vno refectorio ſimul comedant, & in communi, nec eis pro veſtitu denarij tribuantur, ſed monaſteria veſtimenta illis tribuant. 242.a
Religioſi ad legendas leges, & cõfectiones phiſicas põderandas, de ſuis clauſtris non debent exire. 163.b
Religioſi in monaſterio habeant ſeniores, qui aliorum leuitates debita correctione compeſcant. 243.b
Religioſi teſtamenta condere non poſſunt; nec eis licet monaſteria nec Eccleſias ad firmam recipere. 243.a
Religioſi hoſpitale abſque oratorio facere poſſunt, oratorium autem non ſine licentia Epiſcopi loci. 164.b
Religioſi à teſtimonio ferendo, in proprijs cauſis, non ſunt expellendi. 126.a. 128.b
Religioſi ne decimas, ſeu Eccleſias de manu laicali ſine conſenſu Epiſcopi, quod ſi fecerint puniantur. 228.b
Religioſi debent ſibi œconomum ſtatuere, qui iuramentum de calumnia valeat ſubire. 158.a

Religioſo mortuo, ſi pecunia inuenta fuerit, non patefacta in ſua vita, ſepultura Eccleſiaſtica carere debet. 154. b

Religioſorum obſeruantia circa locum & tẽpus & commeſtibilia. 243.a.b

qui Religioſos viros lęſerunt, Apoſtolico conſpectui ſe debent præſentari pro abſolutione. 141.b

Reliquiæ ſanctorum, ne extra cauſam oſtendantur, & ne nouæ habeantur in venerationem ſine Romana Eccleſia. 218.b

Renunciatio eccleſiarum in manibus epiſcopi fieri debet, & non patroni. 147.a

qui Renunciandi licentiam poſtulauerunt, compellantur renunciare. 221.a

Replicatio quid ſit, & actori datur, exceptio autem datur reo. 180.b

Reſidere debet in ſua eccleſia Rector, niſi cauſa iuſta ſubſit. 143.a

ſuper Re ſacra, & litigioſa tranſigi non poteſt, alias autẽ litigantes amicabiliter componere poſſunt. 191.a

Super Re ſacra in litigium deducta, tranſigi non poteſt. 167. b

Res eccleſiaſtica iure hæreditario poſſideri non poteſt. 205. b

Res eccleſiæ pignori obligatæ a filio, vel hærede obligãtis, eccleſiæ debent reſarciri. 167.b

de Reſtitutione danda contra poſſeſſorẽ eorum, quæ nõ rapuit ipſe. 223.b

Rex Henricus quam pœnitentiam acceperit a legatis Papæ pro occaſione necis Beati Thomæ Epiſcopi Cantuarienſis. 83.b

Rex quid ſit, quid ad eum pertinet, & qualis eſſe debeat 19 b. & quid ſit proprium miniſterium Regis. 20.b

Reges Angliæ a Pontifice Romano regnum agnoſcunt. 83.b

Rixa, quid ſit, & nunquam ſine peccato. 683.b

Romanus Põtifex de omnibus eccleſiarũ pręſulibus iudicat, de eo nemo iudicat. 5.a

Romam nullus eat niſi cum licẽtia ſui epiſcopi, vel eius Vicarij. 47.a

Romano Pontifice moriente, vel cuiuſcunque ciuitatis nullus facultates eorum inuadere præſumat, ſed ſucceſſoribus integra ſeruentur. 73.a

Romani Pontificis poteſtas. 881.a

S

Sacerdos ſciens aliquem reum criminis, ad inſtantiam illius qui damnum paſſus eſt, poteſt eum excommunicare: non tamẽ poteſt eum a publicis officiis remouere. 206.a

Sacerdos poſt perpetratum homicidiũ, quomodo poteſt in ordine ſuſtineri. 161.b

Sacerdos, qui puerum cauſa diſciplinæ percuſſerit ita, quòd expirauerit, eſt deponendus. 161.a

Sacerdos, qui in duello partem digiti amiſit quando poteſt tolerari. 161.a

Sacerdos ſi occultè aliquos in matrimonium coniunxerit, ab officio triennio ſuſpendi debet. 191.b

ad Sacerdotis, & Pontificis officium, quæ inter cætera exercitia attinent. 690.a

Sacerdotes Diaconi Subdiaconi concubinam ducentes, vel ductam non relinquẽtes, qualiter puniantur. 73.a

Sacerdoti, cui ob aliquod crimen occultum ab epiſcopo prohibetur exercere munus ſacerdotale, ſi eum ad religionem inducere non poteſt, ad ſuſtentationem aliquod beneficium eccleſiaſticum epiſcopus prouideat vt debeat ſponte ab officio ſacerdotali abſtinere. 175. a

Sacerdotes omnes, & ſi diſpares ſunt meritò, pares tamen ſunt officio. Ideo non poteſt denegari pro merito quòd debetur officio 62.b

Sacerdotem occidens ſponte, quam grauiſſimè puniendus erit. 22.a

Sacerdotes non ſolum extraneas mulieres, ſed neque quas canones concedunt in domibus ſuis ſecum habeant. 42.a

Sacerdotes qui ad commonitionem epiſcopi vxores dimittere noluut, officio, & beneficio priuari debent 151.a. & in ſequentibus capitulis ibidem.

Sacerdotes inter Deum, & homines medietores exiſtunt. 690.a

Sacerdotes lapſos poſt peractam dignam pęnitentiam, non poſſe reparari, & miniſtrare affirmantes, errant. 162. a

Sacerdotes tabernas frequentare non debent. 152.a

Sacerdotes ſacrum miſterium corporis, & ſanguinis Ieſu Chriſti in ligneis vaſculis nullo modo cõficere pręſumant. 33.a

Per vnumquodque ſacramentum quid conſequimur, ſcitu dignum. 911.b

Sacerdotum ordo bipartitus ideſt epiſcoporum & Presbyterorum. 65.b

Sacramenta nouæ legis ſunt ſeptem, Baptiſmus, Cõfirmatio, Euchariſtia, Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium. 911.a

inter Sacramenta nouæ legis, & antiquæ pulcherrima differentia. 911.b

pro Sacramentis adminiſtrandis, & mortuis ſepeliendis, & perſonis Eccleſiaſticis in ſede ponendis, ſeu introducendis presbyteris in Eccleſijs prętium non exigatur. 103.b

Sacra ſcriptura illa dicitur, quam ſacram declarat Eccleſia. 556.a

Sacrilegium committit; qui iniuriam infert ſacerdoti, & Eccleſiæ. 30.a. & qui res Eccleſię rapiunt.b.

de Sacrilegio, quidam Diaconus conuictus, & confeſſus qualiter per Concilium Metenſe punitus fuit. 25.b

Saluus conductus Bohemis à Concilio collatus. 653.b

Saluus conductus conceſſus per Concilium Ambaſſiatoribus domini noſtri Papæ 657. b. & alius conceſſus ab Imperat. Sigiſmundo Concilio Baſileenſi. 751.a

Saluus conductus ambaſiatoribus Eugenij Papæ per Concilium Baſileen. conceſſus. 657.b

duæ Sanctimoniales, propter ſuum facinus, qualiter punitæ fuerunt per Concilium Metenſe. 25.b

Sanctimoniales, qui auſu ſacrilego ſolicitare præſumpſerint, ſi clerici ab officio, ſi laici communione corporis Chriſti priuentur, qui verò ſacrilegium cum talibus commiſerint, ipſo facto ſunt excommunicati. 235. b

Sanctimoniales vero, quæ tale crimen commiſerint, ad vllum officium nullatenus in monaſterio admittantur, & vltimę tam in clauſtro quam in choro maneãt. ibidem.

Schiſma, quot mala pariat, vide orationem habitam ab Archiepiſcopo Coloſſenſi ambaſiatore Eugenij IIII. in Generali congregatione. 683.a

Schiſma in Eccleſia de duobus Concilijs generalibus ſimul eodem tempore ſibi inuicem contraria, vide Concilium Baſileen. in ſeſſionibus, 30. 31. 32. & vltra. 515.a

Schiſma ſi in Eccleſia oriri contigerit, omnes qui ad Concilium ire tenentur poſt annum ſine alia vocatione conuenire debent ſub penis iuris per Conciliũ imponendis. 383 b

Schiſma in Eccleſia latina. 778.a

Schiſma, quid nam ſit. 683.b. & quæ mala ab eo perueniant. 684. a. ſchiſmaticus ad contra dicendum ſemper paratus. b

Schiſma in Eccleſia. 82.a

de cauſis Schiſmatis Græcorum. 890.b

Schiſmatici Pontifices tempore Alexandri tertij fuerunt. 84.b

Schiſmatici, & raptores mala ſanctæ matri Eccleſiæ inferentes qualiter puniantur. 17 a

pro Scolarum regimine a magiſtris nihil debeat præſtari & exigi. 111.a.b

Scripta authentica, ſi in ſcriptura teſtes deceſſerint, robur non habent: niſi per manum publicam ſint authenticata, aut authenticum habuerint ſigillum. 126. a

Seculares, ſub pœna excommunicationis, nihil à Clero exigere præſumant. 126.a

prima Sedes, quæ eſt Romana, à nemine iudicanda, quã Deus ſuo reſeruat arbitrio. 694.b

Sedes

Digitized by Google

Sedes Romana mater eſt ſacerdotalis dignitatis, & magiſtra eccleſiaſticę rationis. 35.b
Sedes Romana caput omnium Eccleſiarum 66.b. membra eſt filias habet. 69.b
prima Sedes nullius iudicio ſubiacet. 694.a.b
Sedes Romana poſt Ieſum Chriſtum, caput eſſe omnium Eccleſiarum, Concilium Nicenum, & omnia Concilia Generalia profitentur. 54.b
Sedes Romana à nemine iudicari debet. 54.a
Sedes Romana in Auinione à Clemente V. Gallo fuit tranſportata ibique 70. annis vſq; ad Gregorium. 11. permanſit. 246.b
Sedis Romanæ iudicio ab omnibus obtemperandum. 12.a
ad Sedem Apoſtolica cauſæ maiores, & quæſtiones difficiliores deferendæ ſunt. 691.b
ad Sedem Apoſtolicam conuenire debeant pro percipienda ratione, ſi aliqua de vniuerſali ſynodo aliquibus dubitatio naſcitur. 694.a
a Sede Apoſtolica, ſi quis falſam detulerit epiſtolam, ſiue ſit presbyter, ſiue diaconus, quomodo contra tales procedi debeat. 35.b
Seditio, quid ſit. 684.a
Seditioſi Anglici regni excommunicati ſunt. 236.a
Sententia Patriarchæ Aquilegienſis contra eos, qui ciuitatem, caſtrum, villas, terras, loca, iura, iuriſdictiones, & dominia ad Aquilegienſem Eccleſiam ſpectantia inuaſerunt, & ſpoliarunt, & ſpoliata occupant. 652.a
Sententia Concilij Conſtantienſis contra Petrum de Luna nuncupatum Benedictum 13. qua illum hæreticum, & ſchiſmatis nutritorem & periurum declarat, & omni ſummo pōtificio priuat, & ab Eccleſia expellit. 380.b
Sententia definitiua Concilij Cōſtantienſis contra Hieronymum de Praga in hæreſim relapſum. 353.a
Sententia maioris, & ſanioris partis debet præualere. 101.a
Sententia de purgatorio & de azimo, & fermentato. 881.b
Sententia Concilij Conſtantienſis contra Ioannē Vuicleff. 269.b.272.a
Si ſententia iniqua feratur, debet euacuari. 175.b
Sententia Concilij Conſtantienſis contra Ioannē Huſz, diſcipulum hæreſiarchæ Ioannis Vuicleff. 316.b
Sententia definitiua contra Ioannem Papam 23. qua à Papato depoſitus fuit. 298.b
Sententia contra Vicarium lata, ſi alieno nomine poſſidet, non ei cuius nomine poſſidet præiudicat. 180.b
Sentētia à proprijs, iudicibus lata, poſterioribus præiudicat. 175.b
Sententiæ non eſt ſtandum, quæ manifeſtam continet iniquitatem. 112.b
pro Sepeliendis mortuis precium non exigatur, & ne infra Eccleſiam, vel prope altare vbi conficitur corpus, & ſanguis Ieſu Chriſti, aliquis ſepeliatur. 42.b. 240.b. 110.a
Sepeliri qui poſſunt in Eccleſia, & narratur quoddā miraculum de quodam ſepulto in Eccleſia S. Syri vrbis Ianuenſis. 32.b
Sepultura, & loca ſacra nihil conferunt impijs. 33.a
Sepultura defuncti differtur propter eius debitum. 181.b
Sepultura mortuorum, vbi conſtruenda. 32.b
Sepulturam eligere vnicuique licet vbicumque voluerit. 181.a. dum tamen tertia pars iudicij ſui illi Eccleſiæ conferatur, à qua cæleſti pabulo eſt refectus. 181.a
Sepulturam præeligere ſibi poteſt mulier quemadmodum, & vir. 107.b
Sepulturam morientium, nemo vendere præſumat. 32.b
pro Sepultura precium non exigatur. 110.a. 42.b. neque pro aliquo ſacramento conferendo. 240.b. & cenſus non exigatur de manſo & mancipijs &c. 84.b
de Sepultura apud religioſos quoddam priuilegium. 227.b
Seruus ante perfectam libertatem, ordinari non poteſt. 35.b
Seruus niſi ſit manumiſſus non eſt ordinandus, ſi verò aliqua calliditate fuerit ordinatus, eſt deponendus, & domino reſtituendus. 206.a
Seruientes fratribus hoſpitalis, reditus ſuos non debent amittere. 170.a
Simoniacę electiones, poſtulationes, confirmationes, prouiſiones Eccleſiarum monaſteriorum, officiorum & beneficiorum, &c. factæ, nullæ ſint ipſo iure, & dantes & accipiētes ipſo facto ſint excommunicati, etiam ſi Pontificali aut Cardinalatus prefulgeant dignitate. 393.a
Simonia committitur munere alterius interueniente pro poſſeſſione pacifica obtinenda. 179.a
Simonia clericorum damnatur circa exequias mortuorum, & ſacramentorum adminiſtrationem. 230.a
Simonia non committitur ſi res modici precij, quæ ſcilicet animum accipientis allicere, vel inuertere non ſolet, pro electione alicuius, vel pro palio alicui deferendo data fuerit, niſi interueniat pactum. Item puer, qui à parentibus pecunia interueniente Eccleſiæ offertur, ab eadem ad tempus debet remoueri ſed poſtmodum, non ſolum ad aliam ſed etiam ad illam poteſt aſſumi. 193.b
Simonia in ordine à Concilio Lateranenſi damnata. 229.b
Simonia in receptione monialium, vel Monachorum, & aliorum religioſorum damnata ſub pœna, &c. 229.b
Simonia Epiſcoporum in inſtitutione rectorum, Eccleſiarum, & ſepulturarum conceſſione, & qualiter puniendi. 229.b
de Simonia impetitus iurare debet, quod nec ipſe, nec alius pro eo, ſe ſciente, precium dedit. purgatores autem iurare debent, quod credūt ipſum verum iuraſſe. 206.b
Simoniaci, qui vt electioni conſenſum præſtent præmium, vel aliquod beneficium receperint, ſi cōuicti, quomodo puniantur, & ſi non, quo modo purgentur. 110.b
Simoniaci in ordine propria dignitate priuentur. 73.b
qui Simoniaci Eccleſias fuerint adepti, ſi publici, eis priuentur, ſi autem occulti, quomodo purgandi, & qui ad purgationem admittantur 111.a
Simoniacè clericos ad Eccleſias præſentantes excommunicentur, &c. 235.b
Sodomitæ, ſi fuerint clerici a clero abijciantur, ſi laici a cętu fidelium abijciantur, & excommunicentur. 104.b
Solemnitas Corporis Chriſti confirmata fuit ab Eugenio IIII. & Martino V. Papa, ac multis indulgentijs ornata. 664.b
Spiritualia, ſine temporalibus, diu ſubſiſtere nequeunt. 533.a
Spiritus ſanctus à filio habet eſſe. 887.a
de Spiritus S. proceſſione quod decreuerit ſancta ſynodus Florentina. 882.a
de Spiritus ſancti proceſſione quod dicunt Orientales doctores dicunt etiam occidentales. 905.
Spiritum ſanctum contriſtari duobus modis ſacri doctores exponunt, videlicet. 552.a
Spiritum ſanctum ex Filio ſicut ex patre procedere quibuſdam annotationibus, & ſanctorum rationibus probatur contra Gręcos 807.a. ac etiam authoritatibus diuerſorum Conciliorum. 808.a.809.a.b
Spiritum ſanctum ex ſolo Patre procedere ſi quis diceret, is veræ fidei, & ſanctorum patrum ſententiæ contradiceret. 810.a
Spiritum ſanc. ex filio procedere præclaro quodam argumento latinorum probatur. 835.a.836.a.b
Spiritum ſanctum ex filio non procedere, Græci quodam argumento contra dictum S. Epiphanij probant. 835.b.836.837.
Spiritum ſanctum ex filio procedere Græci profitentur,

& ad probationem plurimis authoritatibus ſanctorum adducuntur. 877. b. ac etiam coram Imperatore, 879.a.b.
Spiritum ſanctum non ſolum à Patre, ſed etiam à Filio procedere pluribus rationibus ſanctorum probatur, 799.b 800.a.803.a
Spiritum ſanctum æternaliter a Patre, & Filio procedere vniuerſalis Eccleſia confitetur & anathematizat contrarium ſapientes. 244.a
Spiritum ſanctum à Patre, Filioque procedere Græci in Concilio Florentino confeſſi ſunt. 778.a
Spiritum S. non procedere ex filio ſed ſolum ex patre nituntur Græci probare authoritate Domini noſtri, Cum venerit paracletus qui à patre procedit, 863.a.b
Spiritum ſanctum ex patre & filio procedere ex dictis ſancti Epiphanij optime habetur. 835.a.b
Spiritum ſanctum eſſe à filio, & ab ipſo procedere à latinis probatur auctoritate magni Baſilij. 838.b.839.a
Spolia prælatorum è vita decedentium ad quem peruenire debeant, 385.b
Spoliatus, qui renunciauit Eccleſię, etiam ſi id iuramento firmauerit, nullum exinde generatur ei præiudicium. 156.a. Prius de violenta electione, quàm de canonica inſtitutione agendum. 157.a
qui Spoliatus iuramento renunciauit Eccleſiæ, & ſi pluries abiurauerit, eſt reſtituendus. 155. b. & quæ vi vel metu facta ſunt, in irritum reuocari debent. 157.a
Spoliatus debet reſtitui licet ei objiciatur, quod filius fuerit ſacerdotis proximè miniſtrantis, vel, qui inde ſoluerit penſionem. 157.a
Sponſa defuncta intacta, eius ſoror, ſponſo hoc non impediente, liberè ducitur in vxorem. 184.b
qui Sponſa intacta, matrem eius cognouit, ſi hoc manifeſtum, cum alia matrimonium contrahere, & ſponſa alij nubere poteſt, ſi autem hoc abſconditum erit aliter agendum. 137.a
qui Sponſa intacta eius poſtea cõſanguineam cognouit, ipſa eum petente, ſi manifeſtum hoc erit, debet abſolui à vinculo ſponſalitij. 137.b
ſi Sponſalia inter aliquos ſint contracta, & alter ante carnis commixtionem lepram incurrerit, non eſt alter ad conſumandam maritalem copulam cogendus. 207. b
qui Sponſam non ſeptemnem duxit, quamuis ætas repugnaſſet, tamen cognoſcere tentauit, poſteà conſobrinam eius duxerit, ab ea ſeparandus eſt. 138.a
Sponſam Patris, ſi filius cognouerit antequam pater cognouiſſet, quid agendum erit in hoc caſu, & quid ſi pater ſcienter, vel ignoranter cognouerit eam poſt quã cognita fuit à filio. 137.a
Sponſalia, qui cum puella non ſeptemne contraxerit, & poſtea eius matrem in vxorem duxerit, non ſunt ſeparandi, qui ſi poſt ſeptemne hoc acciderit, ſeparentur, & nec filiam, nec matrem habere poteſt. 136.b
Sponſalia, ſi puberes contraxerint, poſtea reclamantes non ſunt audiendi, ſed ſi ambo impuberes, & reclamauerint audiendi ſunt, ſi verò alter pubes, alter impubes, impubes audiendus eſt. 121.a
Sponſalia, & non matrimonia in conditionis euentum rectè contrahantur. 137.b
a Sponſalitijs licitum eſt recedere, & ad vitam contemplatiuam venire. 201.a
Subdiaconus matrimonium contrahens, nõ poteſt promoueri, nec in ſubdiaconatu tolerari, niſi habitum ſuſceperit religionis in minoribus tamen ordinibus poteſt miniſtrare. 206.b
Subdiaconorum, de quorum incontinentia timetur, matrimonium eſt diſſimulandum, 150.b & in ſequentibus cap. & 151.b. & aliquando ſubdiacono permittitur. 151.b
a Subiectione illa, cui homo ſe ſubiecit, poſt quam ſubiectus eſt, non poteſt ſe eximere. 564.a
Subſcriptiones Imperatoris ac Orientalium Patrum, nec non & latinorum qui in ſynodo aderant. 889.a.b
Subſtantia in diuinis quomodo communicatur Patri, quomodo filio. 844.b
Subſtantia a doctoribus duobus modis ſolet intelligi. 843. b
Superbia peſtilens mater, & inuidia crudeliſſima filia corpus Chriſti euiſcerare, & dilacerare moliuntur. 63. b
Superſtitioſus quidam cultus omnino tollitur, & damnatur. 44.b
Si ſuſpenſi propter incontinẽtiam diuina celebrare præſumpſeriat non ſolum eccleſiaſticis beneficijs ſpolientur, verum pro hoc duplici culpa perpetuo deponantur. 218 a
Symbolo an liceat addere ſillabam. 818.a
an Symbolo fieri liceat additio quædam Græcorum, & Latinorum diſputatio. 791.b.792.b
Symbolo aditionem fieri non poſſe, quibus rationibus Græci fulciuntur. & probant. 794 b
Symbolo addere prohibentur verba diuerſam fidem ſignificantia. 806.a
inter Symbolum, & definitiones differentia. 806.b
Symbolum edictum in Conc. Niceno. 794.b
Symbolum à 150. epiſcopis in Concil, Conſtantinopo. editum, & definitionem vniuerſalis Concilij Calcedon. a ſum. Pont, Eugenio largitur Armenijs, cum additione filioque. 909.b
Symoniaci a Gregorio ſeptimo damnati cum conſortibus eorum. 79.a
Synodus Nicena prohibebat verba diſcrepantia verę fidei symbolo addere, non autem conſona verba. 819.a
Synodus quomodo, & quo ordine initianda ſit. 47.b
Synodi prouinciales ad minus ſemel in anno, vbi non eſt conſuetudo bis, celebrentur per diœceſanum propria in perſona, & canonico impedimento prepedito per vicarium idoneum, quæ ſynodus ſaltem biduo, vel triduo duret. 456.a
ad Synodum nullus non ieiunus veniat, & antequàm ſeceſſio generalis adueniret, nullus ſecedat. 48.b
De octaua ſynodo varię opiniones fuerunt. 2.a

T

TEmplarij ſiue hoſpitalarij ſi ad eccleſiaſticum interdictum venerint, non niſi ſemel in anno ad eccleſiaſticum admittantur officiũ. 104. a
Tempora prohibita ad nuptias celebrandas, vxorem ducendum. 46.a
Teſtamenta coram presbytero, vel tribus, vel duobus alijs facta, rata ſunt, & firma. 198.a
vnus teſtis non ſufficit ad rei probationem 20. b. etiam ſi præſidali dignitate præfulgeat. 227.a
Teſtis ob crimen contra eum ciuil ter probatum, a teſtimonio repellitur, ſed non aliter punitur. 126.b
Teſtis ſuper crimine conuictu: non eſt audiendus. 126. a
Teſtes cogendi non ſunt, ſed monendi. 125.a.128 b. 176.a. niſi timore controuerſæ partis ſe ſubtraxerit, & qui laicus a clerico in cauſam tractus in foro forenſi eſt conueniendus. 126.b
Teſtes vltra tertiam productionem non ſunt producendi. 126.b
qui Teſtes requirantur ad condemnandum epiſcopum, Cardinalem, presbyterum. Diaconum, & cæteros clericos, & cuius conditionis teſtes eſſe debeant, 22. a
Teſtes duplex præſtare debent iuramentum. 128.a
Teſtes ad accuſationem matrimonij non ſunt admittendi, qui tempore contracti matrimonij conſanguinitatem ſcientes ſiluerunt. 129 b
qui Teſtes ad teſtimonium recipi non debeant. 23.b
Teſtes non minus 14. annos ætatis habeat, qui ad teſtimonium admittendi. 23.b
Teſtes purgationis, ſecundum propriam cõſcientiam iurare debent. 128.b
Teſtes produci non debent, poſt publicationem atteſtationum. 126. a
Teſtimonium prohibere non poteſt laicus contra clericum, niſi ſuam, aut ſuorum proſequatur iniuriam, ſed

nec

Digitized by Google

nec tunc poteſt eum accuſare. 126.b
Teſtificari contra alium non poteſt, qui eodem crimine eſt infectus, cum nulli de ſe confeſſio aduerſus alium in eodem crimine, ſit credendum. 204.b
Teſtimonium de rebus Eccleſiaſticis perhibere nolentes, ſi alias veritas nequiuerit elici, ad id compellendi ſunt. Item ſi Clerici paſſi ſunt iniuriam, & id nequiuerint teſtibus comprobare: licet vnius teſtimonio ſtandum non ſit, tamen propter reuerentiam clericalis ordinis, ipſorum iuramento fides eſt adhibenda. 208.b
Teſtimonium variantis verbum reprobatur, 193.a
Teſtimonium eorum non valet, qui poſt motam quæſtionem, vel ab accuſatoribus conſanguinitatem didicerunt, nominādæ ſunt perſonæ, & gradus, ex vtroque latere diſtinguendi, & per quos iudices huiuſmodi cauſæ debeant pertractari. 121.b
Teſtimonium perhibere non poſſunt latrones, raptores; & de periurio conuicti. 129.a
ad Teſtimonium perhibendum, poſt monitum, aliqui etiam ſunt compellendi. 128.a
ad Teſtimoninm perhibendum qui vocatus fuerit, niſi venerit eſt coercendus. 126.a
Teſtimonium de auditu, reprobandu in cauſa matrimonij non recipiatur. 216.b
à Teſtimonio ferendo, religioſi in proprijs cauſis non ſunt expellendi. 126.a.124.b
poſt Teſtium renunciationem, in cauſa appellationis, ſuper nouis articulis teſtes ſunt admittendi. 127.a
Teſtium dicta benignè debeant interpretari, ne de periurij reatu notentur. 127.a
Theodoritus aliquando malè ſentit de Spirituſancto, 900.a
S. Thomas Epiſcopus Cantuarienſis canonizatur. 83.b
Torneamenta, vnde mortes hominis, & animarum pericula perueniunt, prohibentur. 106.b
Tranſactio per Abbatem, vel priorem facta cum literis ratihabitionis conuentus, debet rata ꝑmanere. 165.b
Tranſactio ſuper controuerſia Eccleſiæ facta, qui ſpeciem continet ſimoniæ, in irritum debet reuocari, 165.b
Treugas quod nullus frangere præſumat, & quando illas obſeruandas eſſe, 106.b

V

VAſa ſacra, & veſtimenta ſacri miniſterij ſint munda, & nitida. 219.a
Vaſorum ſacrorum, pro diuerſitate temporum diuerſi fuerunt vſus, ideſt diuerſarum materiarum. 33.a
Verba diuerſam fidem ſignificantia prohibentur addeſe ſymbolo. 806.a
Veritas plenariè inquiri non poteſt partibus abſentibus. 118.b
Veritas rei inquiratur, & non cuiuſmodi actio intendatur, 229.b
Via lata, & lubrica ducit ad mortem. 760.a
Vicarius ne ab Epiſcopo conſtituatur, qui reſidere non vult, & in presbyterum recuſat ordinari. 238.b
Vicarius, ſi ſufficientem habet in aliqua vicaria ſuſtentationem, aliam petens non exaudietur. 178.a
Vicarij in vicarijs ſuis, alios conſtituere non poſſunt. 177.b
Vicarij, qui prius iuramento, vel fide ſunt obligati, ſi cōtra perſonas ſe erexerint, perſonatum petentes, vicaria debent ſpoliari, & de cætero in eodem Epiſcopatu non debent admitti ad officij executionem. 178.a
plures Vicarias nullus habere debet. 178.a
Vicarij à monachis non ſunt recipiendi, ſine honeſtę ſuſtentationis aſſignatione, 177.b
Vicario reſidenti, quæ portio aſſignari debeat. 239.a
Vicarium inſtitutum a prędeceſſore perſona ſuccedens, non poteſt remouere, vel eius cōſtitutam portionem minuere, 177.b
Viduæ non cito velentur, & ſi aſſumpto propoſito caſtitatis, illud violauerint, qualiter puniantur, 23.b
Viduas nullus Pontificum velare attentet, quod ſi ſponte velamen ſibi impoſuerint, & in Eccleſia inter velatas oblationem Deo obtulerunt, velint, nolint vlterius ſanctimoniæ habitum habebunt. 34.b
in quibus Vigilijs abſtinentia carnis, & ſanguinis, & ieiunium præcipiatur. 45.b
Vir, & mulier non ſunt vna caro, niſi per carnalem commixtionem. 184.b
Virgines quæ virginitatem Deo vouerſit, ſi virginitatis votum violauerint, atque eidem ſeruierint libidini quomodo puniendæ. 18.b.24.a
Virgines, quæ ſe Deo conſacrarunt, non licere iura nuptialia contrahere, quod ſi contraxerint, excommunicentur, 18.b
Vnum aliter quomodo pro fidelium vnitate accipitur; & aliter quomodo in diuinis. 203.a
Virgines velatas Deo conſecratas, ſi quis in coniugium duxerit, qualiter vterque puniri debeant. 34.a
Virgines ante duodecim annos velatæ, non conſentiente patrono, ſub cuius erat patrocinio, ſi per annum, & diem nullo repetente velatæ permanſerint, nec ipſe, nec patroni ſanctum propoſitum mutare non poſſunt. 3 .b
Virgines, qua ætate velari poſſunt, nec obſtat, quin ob aliquam neceſſitatem Epiſcopus ante præfixum tempus virginem velare poſſit. 34.b
ad Viſitandas Eccleſias, niſi neceſſitas vrgeat ſemel in anno aliquis accedat, & cum moderantia hominum, & equitum. 110.a
in Viſitandis infirmis presbyteri, quæ obſeruare debeant. 42.a
quæ Viſitationis ratione debentur procurationes Epiſcopis, Archidiaconis, vel quibuslibet alijs etiā Apoſto. ſedis legatis quando exigi debeant. 222.a
Viſitationis officium exercentes, quibus præcipuè incumbere debent. ibid.
Viſitationis Virg. Mariæ feſtiuitas ab omnibus Christi fidelibus celebrari. Concilium Baſileen decreuit cū indulgentijs intereſſentibus diuinis officijs. 535.b
in Viſitatione ne Archidiaconi Eccleſias, vel rectores grauent, & qualiter ſe habebunt. 239.b
in Viſitatione Archidiaconi ſuper quibus ſacerdotes examinare debet, 240.a
in Viſitatione Eccleſiæ, vel ꝑſonæ non grauentur. 109.a
Viſitantes Parochias ſi Archiepiſcopus, vel Cardinalis, vel Epiſcopus, vel Archidiaconus, quot numerū euectionis habere poſſunt, & ſine canibus venatorijs, aut auibus proficiſcantur. 102.b
Voto Græcorum cum Latinis. 831.b
quod Voluntarium fuit à principio, ex poſt fit neceſſarium. 564.a
Votum peregrinationis, quomodo eleemoſynis redimi poteſt, 175.a
Votum diſpenſare poteſt is, qui præſidet. 193.a
Votum peregrinationis an eleemoſynis redimi poſſit, 193.a
Votum ſimplex impedit matrimonium contrahendum, ſed non dirimit contractum. 18..b
à Voto poteſt quis abſolui, dum tamen eleemoſynis redimatur, 197.a
Vſura in vtroque teſtamento prohibita, & vt accipiātur vſuræ non admittitur diſpenſatio. 147.a
Vſuræ ſub iuramento promiſſæ, ſunt ſoluendæ. 147.b. 148.a
Vſuræ reſtitutio, quibus, à quibus, & de quibus facienda eſt, 147.b.148.a
Vſuræ ante prohibitionem, vel poſt perceptæ, ſunt ſoluendæ. 147.b
ad Vſuras ſoluendas, nullus eſt cogendus, niſi ad eorum ſolutionem teneatur, 148.a
Vſuris immoderatis, no Chriſtiani à Iudæis immaniter grauentur, & quomodo puniendi, 230.a
Vſurarij manifeſti, nec ad communionem admittantur, nec Chriſtianam ſi in hoc peccato deceſſerint accipiant ſepulturam, & neque eorum oblationes recipiantur, & qualiter puniantur, qui eos ſepulturæ tradiderint, 107.b

Vxor

Vxor non eſt dimittenda poſt baptiſmum, quæ habita eſt ante baptiſmum. 38.a

Vxor non eſt à viro ſuo aliquatenus pro crimine ſeparanda, niſi vbi eam ad maleficia tranſire contigerit, ſimiliter etiam de viro. 199.a

ſi Vxor conſtrupata fuerit, & propterea maritus perdere illam machinauerit, ſi ad Epiſcopum confugerit, Epiſcopus qualiter eius vitã defendere debeat. 39.b

Vxor deſponſata alicui ambo nubili ætati apti, ſi ab alio poſtea deſponſetur, & cognoſcatur, debet primo reſtitui. 118.b

Vxori, quam maritus non cognouit, & aliam duxit, & cognouit, religionem ingredi liceat, & maritus, nec ſecundam habere, nec aliam ducere poteſt vxorẽ. 118.b

Vxorem, & concubinam ſimul habentes communione Eccleſiæ priuentur. 73.b

in Vxorem ducere poteſt viduam, quæ fuit vxor compatris, ſi vxor commater non fuerit. 39.b

in Vxorem ſi quis ſuæ ſpiritalis commatris filiam fortuitu duxerit, honeſtè legitimo coniugio operam det. 40.a

Vxorem, quis dimittere non poteſt, ſine manifeſta cauſa fornicationis, & tunc ea viuente tenetur continere. 119.b

Vxore viuente, ſi quis aliam acceperit, vel de ea ducenda, ei fidem dederit, ab eius cõſortio perpetuò debet prohiberi. 118.a

ad Vxorem priorem, quam prius negauit eſſe ſuam vxorem, qui redire voluerit, eius teſtimonium Eccleſia non recipit, quia variauit verbum ſuum. 193 a

ab Vxore non eſt ſeparandus, qui ea inſcia, matrem eius cognouerit. 194.b

ab Vxore non debet ſeparari, licet quis ſororem vxoris ſuæ cognouerit. 194.b

Vxore viuente, maritus ſciens cum alia legitimè contrahere non poteſt. 137.b

Vxores, propter lepram non ſunt dimittendæ, ſed illis petentibus debet reddi debitum, 176.a

Vxores viros ſuos leproſos, & viri vxores ſequi debent, vel illis viuentibus continentiam ſeruent. 176.a

Vxore adultera viuente, maritus nullo modo alteram ducere poteſt. 39.b.43.b

Finis Indicis Tomi quarti.

Digitized by Google

ifeſta
con-
19.b
ccn-
ebet
18.a
vxo-
leſia
93.a
eius
194.b
xoris
194.b
con-
137.b
illis
76.a
ent,
76.a
ram
43.b

QVARTVS TOMVS CONCILIORVM

ADRIANI PAPÆ SECVNDI GESTA,

Ex Diuerſis Succinctim collecta, Per F. Laurentium Surium.

Anno Domini 867. (alij paulò aliter)

ADRIANVS II. Iunior, Talari Epiſcopi filius, ſanctę Romanæ Eccleſiæ presbyter Cardinalis à Papa Sergio ſecundo factus, imperante Ludouico iuniore Auguſto, ſedit annos V. & dies XII. Ad eum, poſtquàm pontificatum inijt, ſcripſit Lotharius rex, qui repudiata legitima coniuge * Tiethberga, Vualdradam ſibi coniunxerat: conatuſque eſt ſe purgare apud Pontificem nouum Adrianum, primùm literis, deindè coràm Romæ verbis. Atque in literis quidem inter alia ſic ſcribit Pontifici Adriano: Nos literis & verbis indeſinenter proclamantes, & diuerſis legationibus eadē repetentes, humiliter poſtulauimus, vt nos & accuſatores noſtri, iuxta diuinas & humanas leges, ſui Pontificij (de Nicolao eius nominis primo Pontifice hoc dicit) audiētiam mereremur, vt ratio docet, noſtram præſentiam exhibendo, ſed ſemper repulſi ſumus. & poſt pauca: Sed quia DEVS omnipotēs, princeps paſtorum, in illa ſancta Sede veſtri pontificatûs apicem ſublimauit, ſi tempus arriſerit, veſtrum multipliciter deſideramus conſpectum, & veſtris Deo dignis animari colloquijs, ac mellifluа benedictione potiri. Ad quæ Pontifex his verbis reſpondit, ſedē ſancti Petri ſemper paratam eſſe dignam ſatisfactionem ſuſcipere, nec quod diuinæ humanæq; leges iuſtè decernunt, vnquàm repuliſſe. Itaque ſi immunem ab obiectis ſe ſciret, cum omni fiducia ſedem Apoſtolicam oporteret adire, vt expetitam benedictionē perciperet: ſi culpam autem recognoſceret, nihilominùs abſque hæſitatione venire feſtinaret, condigna pœnitentiæ remedia ſuſcepturus. His quidem verbis & Lotharius Adriano, & Adrianus Lothario ſcripſiſſe legitur. Porrò etiàm Romam venit Lotharius, & honorificè à Pontifice acceptus, cùm apud illum tum per ſeipſum, tum per proceres, qui cum eo venerant, omnia Nicolai Pontificis monita haud aliter atquè diuinitus imperata, obſeruâſſe ſè teſtaretur, vocatus eſt ad ſacram communionem: ſed priùs quàm Eucharistiam illi & proceribus Pontifex porrigeret, admonuit, ſi quidem ſe non vera dixiſſe ſcirent, vti nè in certiſſimam ſui perniciē eam acciperent. Atqui verò & Lotharius inprimis, & deindè reliqui omnes intrepidè Euchariſtiam percepêre, tametſi inde ſibi eſſent conſcij: ſed paulò pôſt eodem anno Lotharius moritur Placentiæ 6. Idus Auguſti, cæteri (paucis demptis, qui ſe à communione ſubduxerant) intra anni ſpatium vitam cum morte commutârunt: & ingens prætereà clades nobilitatem omnem ac populum regis horrendum in modum peruaſit. Hæc quidem apud hiſtoricos non contemnendos leguntur. Ipſe verò Adrianus, officio ſuo ſtrenuè perfungēs, ſtudebat omnes verbo & exemplo ad benè beateque viuendum prouocare, atque ſub illo ſynodus Octaua generalis celebrata eſt, & Bulgaris miſſi tres viri ſanctiſſimi à Pontifice, qui eos in fide CHRISTI retinerent: quāquàm non ità multò poſt Bulgari, relicto Latino ritu, ad Græcorum mores & inſtituta, ab illis pellecti, ſe accommodârunt. Deniq; obijt Pontifex Adrianus, vt graues habent authores, Anno CHRISTI DCCCLXXII. Calendis Decembris.

Vide quātū tribuat Romano Pontificatus rex.

Digitized by Google

DE OCTAVA OECVMENICA SYNODO

Admonitio ad Lectorem F. Lautentij Surij.

TRiplicem Octauam Conſtantinopoli habitam Synodum hiſtoriç loquuntur: primã, in qua præter fas eiecto Ignatio, repentè ex aulico & Neophyto creatus eſt Conſtantinopolitanæ vrbis antiſtes Photius: alteram quæ pulſo Photio, reſtituit ſuæ Sedi Ignatium: tertiam, ſub Iohanne Octauo Romano Pontifice, qui mortuo Ignatio, pacis conciliandæ cauſa, Photium Conſtantinopolitanis Epiſcopum reddidit. Ex his mediam docti viri Octauam rectè ac meritò œcumenicam cenſent dici oportere, tametſi Græci quidam aliter ſentire videantur, quorum iudicia non ſunt magnipendenda. Semper enim illi quadam æmulatione feruntur erga Latinam Eccleſiam, & difficile eſt moroſis ingenijs per omnia ſatisfacere. Neque enim verẽtur illi etiàm Florentinum Concilium appellare octauum, quaſi neſciant & hoc Conſtantinopolitanum, & poſteà ſub Innocentio III. Lateranenſe verè œcumenicum ac longè celeberrimum præceſſiſſe. Sed ijs omiſſis, hoc te lector admonitum volumus, nos dare quidem inpræſentiarùm legendam tibi Octauam Synodum, ſed ità tamen, vt multa ex eius actionibus deſiderentur. Neque enim habuimus exemplar integrũ, ſed ab illis mutuati ſumus, qui in compendium & epitomen ipſas Actiones redigere voluerunt: ſub finem tamen quędam adiunximus, ex alijs bona fide collecta, ad eandem Synodum pertinentia.

OCTAVA

OCTAVA SYNODVS OECVMENICA,

Conſtantinopolitana IIII.

CCCLXXIII. *Epiſcoporum ſub Adriano II. Pontifice, & Baſilio Imperatore,*

Anno Chriſti 868. (alij volunt, 870.) contra Photium Neophytum, Conſtantinopolitanæ Sedis inuaſorem collecta, in qua pulſo Photio, Ignatius reſtitutus eſt.

ACTIO I.

ANno tertio pijſſimorũ Imperatorũ Baſilij & Conſtantini, cõuenientibus Donato & Stephano epiſcopis, & Marino diacono, locum tenentibus Adriani ſanctiſſimi Archiepiſcopi ſenioris Romæ, & Ignatio Archiepiſcopo Conſtantinopolitano nouæ Romæ, &c. Hic primò Synodus exegit à legatis Romanæ ſedis literas, quibus notam facerent poteſtatem ſuam, vt præſiderent in Synodo. At illi produxerunt Epiſtolam Adriani Papæ ad Baſilium Imperatorem, cuius titulus eſt: Adrianus epiſcopus, ſeruus ſeruorũ Dei, pijſſimo Imperatori Baſilio Auguſto Chriſtianiſſimo, & deſiderabiliſſimo filio. Legationis excellentiæ tuæ, &c. & poſt pauca ſubiungit: Volumus per veſtræ pietatis induſtriam Cõſtantinopoli numeroſum celebrare Concilium, cui noſtri quoq; miſſi præſidentes, & culparum perſonarumq́ue differẽtias liquidò cognoſcentes (iuxta quod in mãdatis acceperunt) ſingulorum liberè diſcretiones exerceant: in quo ſacrato cœtu execrãdi vanitatis Concilij, quod aduersùs hãc ſedem actum eſt, cuncta decernimus exemplaria, a poſſeſſoribus ſuis ablata, contemplantibus cunctis igne cremari, nec ſupereſſe apud quemlibet ex his omnibus, ſaltem vnũ iota vel vnũ apicem, niſi quis totius clericatûs, immò totius nominis Chriſtiani, anathemate percuſſus, carere voluerit. Non enim tã deteſtandum collegium niſi Ariminenſi ſub Conſtantio, vel Epheſino a Dioſcoro cõgregato latrocinio comparandum decernimus. Et dilectos fratres meos Donatũ S. Eccleſiæ Oſtienſis, & Stephanũ eccleſiæ Nepeſinæ reuerend. epiſcopos, atq; filium meum Marinũ Apuſtolicæ ſedis diaconũ, conſiliarios noſtros tuæ commẽdamus pietati: precamur, vt eos ob amorem p̃cipuorum Apoſtolorũ Petri & Pauli (a quorum ſede mittũtur) benignè ſuſcipias, & tanq̃ nobiſmetipſis aures credulitatis accommodes.

De actis ſynodi Photianæ dictũ, q̃ fauente Michaele Imperatore, contra ſedis Romanæ priuilegium &c. coacta fuit.

Deindè productus eſt libellus, à ſancta Romanorum Eccleſia miſſus, & lectus audiente tota ſynodo, cuius ſumma eſt:

Anathematizamus omnes hæreſes ſimul cum Iconomachis. Anathematizamus etiàm Photium, qui contra ſacras regulas, & ſanctorum Pontificum Romanorũ veneranda decreta repentè de curiali adminiſtratione, ſeculariq́; militia ſublatus, ſuperſtite Ignatio Patriarcha, in Conſtantinopolitana eſt peruaſoriè, immò tyrãnicè à quibuſdã ſchiſmaticis, vel anathematizatis atque depoſitis inſtitutus Eccleſia, donèc ſedis Apoſtolicæ ſanctionibus inobediẽs p̃ſeuerans, eius ſententiam tam de ſe, q̃ de Patriarcha noſtro Ignatio ſpreuerit, & cõciliabuli acta, quod ſe authore contra Sedis Apoſtolicę * congregatũ eſt, anathematizare diſtulerit. Sequimur autem ſanctam Synodum & amplectimur, quã beatę recordationis Papa Nicolaus, cui & ipſe Dñe coangelice ſumme Pontifex Adriane ſubſcripſiſti, ante ſacratiſſimum Petri, Apoſtolorũ eximij, corpus celebrauit: ſimul & quã tu ipſe nuper ibi egiſti, & omnia q́ i eis ſtatuta ſunt, ſecundùm decreti veſtri moderationẽ venerabiliter cõſeruabimus, recipiẽtes quos recipiunt, & damnãtes omnes, qui in illis damnati ſunt, & præcipuè iam dictũ Photiũ, & Gregoriũ Syracuſanũ, patricidas videlicet, q cõtra ſpiritalẽ patrẽ ſuũ linguas eximere minimè formidârunt, atq; perſeuerantes in ſchiſmate ſequaces eorum, necnon & q in illorũ cõionis ſocietate p̃manſerint.

* deeſt priuilegium aut aliqd eiuſmodi.

Sancta Synodus dixit: Omnibus placet libellus, à ſancta Romanorũ eccleſia expoſit*. Deindè lecta eſt definitio epiſcoporũ Orientis ſuper depoſitione Ignatij, quæ facta fuerat, priuſquàm vicarij ſenioris Romæ veniſſent, quæ conueniebat cum ea, quæ facta fuerat à Synodo Romana, pręſente Nicolao Papa. Et abſoluta eſt Actio prima.

ACTIO II.

AD hanc ſeſſionem venerunt, qui ceciderant cum Photio, epiſcopi, presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi: & proferentes libellos pœnitentię coram Synodo, recepti ſunt ab ea cum ſola manûs impoſitione, & abſolutus eſt conuentus ſecundus.

Digitized by Google

ACTIO III.

IN hoc conuentu lecta eſt epiſtola imperatoris Baſilij, & epiſtola Ignatij Patriarchæ ad Nicolaum Papam: & deindè epiſtola Adriani Papæ ad Ignatium patriarcham ſuper damnatione Photij & ſuorum ſectatorum.

ACTIO IIII.

IN hac ſeſſione primò legitur Epiſtola Nicolai ad Michaelem Imperatorẽ, miſſa per Rodoaldũ & Zachariam olim epiſcopos: in qua oſtẽdit in Cæſari, hominẽ laicũ nõ promouendum ad ſacerdotiũ ſubitò, ſed per ſuos gradus, ſicut Sardicen. Concilium, vt de laicis non eligerentur antiſtites, in ca. 13. per oĩa prohibuit. Item & Cæleſtinus Papa in decreto ſuæ sãctionis, ca. 21. & Leo Romanæ ſedis põtifex hoc ipſum in decretalibus ſuis prohibuit, ca. 23. Item & Gelaſius non ſolũ epiſcopos, de laicis fieri prohibuit, ſed etiã presbyteros, nè talia præſumerent, vetuit in decretorum ſuorũ, cap. 3. Accedit, q̃ prædeceſſor noſter Adrianus primus in epiſtola, quã Conſtantinopolim pro venerandis imaginibus deſtinauerat, ità inſtituit, vt amplius de laicis nullatenùs ordinarentur antiſtes. Hæc Nicolaus. Subindè verò cõmendat venerationem ſanctarum imaginum.

Secundò, legitur altera eiuſdẽ Nicolai ad Photium epiſtola, in qua inuenitur in illum propter vſurpatum ſacerdotium cõtra ordinem ſacrorum canonum. Deindè ad illud, quod ſcripſerat ad Nicolaum Papam, quòd exemplo aliorum patrum fecerat, reſpõdet:

Ex Nicolai Papæ ad Photium epiſtola.

Temerè & impudenter ad tanti honoris culmen aſcendere præſumpſiſti, aſſumens tibi quaſi à ſanctiſſimo viro Nectario occaſionem, quem ſancta ſecunda ſynodus non ob aliud ad ſacerdotalem eligere atq; ordinare ex laicali voluit dignitatem, niſi quia magnæ neceſſitatis cõtritio ne anxiabatur, eò q̃ in Conſtantinopolitana eccleſia nullus clericorum inueniri poterat, qui peſſimæ hæreſeos nimboſa caligine non fuerat impeditus. Et ob hoc non diù iam dicta eccleſia ſub deſtitutione paſtoris quaſi viduata maneret, prędictum Nectarium expugnatorem hęreticorũ & defenſorem Eccleſiarũ, ad eccleſiaſticam curã & dignitatẽ ſacerdotalem ſecunda ſancta ſynodus elegit: ſed vt hoc iterùm fieret, non confirmauit, nec inſtituit. Et ideò licèt contra patrum atque canonicas inſtitutiones quòd per neceſſitatis fieri euentus comprobatur, non in authoritate tenendum eſt, ſed nè iterùm talis proueniat neceſſitas, magis magisque cauendum. De Tharaſij quidem promotione, qui ſimiliter ex laicali cœtu ad patriarchatus extemplò culmen promotus eſt, quam & vos quaſi in authoritate veſtræ defenſionis, aſſumere vultis, ſi ſanctam, quæ apud vos tempore ſanctiſſimi viri Adriani Papæ celebrata eſt, ſynodum diligentiùs ſcrutati fueritis, inuenietis quid in eadem ſanctiſſimus vir conſultus decreuit, & quòd dum eius conſecrationis repræhenderet actus, & mœrorem ſe pro tam præſumptiua factione nimiùm ſuſtinere profiteretur. Dicit enim: Quòd niſi in erigendis imaginibus feruentiùs contra illarum depoſitores atque conculcatores vt verus miles Chriſti reſiſteres, nequaq̃ veſtræ conſecrationi aſſenſum præberemus, aut in ordine patriarchatûs veſtrã dilectionem ſuſciperemus: q̃ tantùm declaratur inordinatè promota, quantùm cõprobatur contra Apoſtolica decreta enormiter præſumpta. Beatiſſimum quoque Ambroſium, ſplendidiſſimam lucernam eccleſiæ, qui ex catechumeno, diuino præſagio, ad epiſcopalẽ per continuos gradus promotus eſt dignitatem, cur nobis pro veſtro tutamine opponitis? qui non inſtinctu hominum, ſed diuina vocatione per miraculorum prodigia electus eſt.

Tertiò legitur & alia epiſtola Nicolai ad Imperatorem, q̃ idem tractat argumentum.

ACTIO QVINTA.

Photij pertinacia.

AD ſeſſionem venit Photius, & ſtantem in præſentia Patrum interrogauerunt eum ter legati, ſi ſuſciperet conſtituta ſanctorum patrum. At Photius non reſpondit verbum: ſed tamen vrgẽtibus vicarijs ſenioris Romæ, tandèm dixit: Vocem meam, etiã me tacente, Deus audit. Præſidentes ſynodi dixerunt: Per ſilentium non effugies manifeſtiorem damnationem. Et eo præſente fecerunt vt legerentur epiſtolæ, quæ in actione quarta fuerant lectæ. Quibus lectis, vicarij ſenioris Romæ dixerunt: Nos ergò non nouum aliquod vel recens iudicium indicabimus aut introducemus, ſed vetus, ex multo tẽpore iudicatũ à beatiſſ. Papa Nicolao, firmatum autem à ſanctiſſimo Papa Adriano: & nos non poſſumus commoueri à paternis definitionibus & legibus. Quem ergò nec ſedes noſtra Apoſtolica, nec ſedes receperũt Orientalium, quis decæterò, Chriſtianus eſſe volens, vlteriùs ſuſcipiet? Sed talem conatum abijcimus & anathematizamus, nè vlteriùs contra Eccleſiam talis quælibet alia fortè in omne ſeculum maligna introducatur actio, nec temerè à mundana poteſtate eijciatur legitimus pontifex, & pro eo ſubrogetur alter iniquè & illegaliter. Sancta & vniuerſalis ſynodus exclamauit: Recipimus hæc omnia: valdè quippe ſunt diſcreta, & congrua eccleſiaſticis regulis atque legibus. Et ſic commonitus eſt ad pœnitentiam Photius & dimiſſus, & abſoluta eſt Actio quinta.

ACTIO SEXTA.

VOcati ſunt ad ſynodum epiſcopi Photij, ante quos lectæ ſunt epiſtolæ Nicolai Papæ ad Michaelem Imperatorem & Photium, per Leonẽ à ſecretis miſſæ, quaſq; quarta continet Actio: & cùm nollent reſipiſcere, commonuit eos coram ſynodo Baſilius Imperator. Et cùm nec ſic agnoſcerent errorem ſuum, denuò cõmonuit eos Imperator,

Digitized by Google

rator,dicens:Eccè qualiter & quotiès admonuimus vos, & audiſtis, & non eſt vobis rationis ſermo. Si enim vultis ſubijci admonitionibus omniũ noſtrûm, eccè potus & medicina. Quòd ſi non imperium noſtrum præbet vobis inducias ſeptem dierum, vt ſi quidẽ curam geſſeritis ſalutis veſtræ, benè & optimè: ſi verò minimè, ventura ſexta feria in ſancta & vniuerſali Synodo ſtate omnes, & quicquid definiérit vniuerſalis ſynodus, fiet. Et abſoluta eſt Actio ſexta.

ACTIO SEPTIMA.

INgreſſus eſt Photius ad ſynodum baculo innixus, quem ab eo Marinus vicarius Romanus iuſſit auferri, dicens: Baculus ſignum eſt dignitatis paſtoralis, quod hic habere nullatenùs poteſt, quia lupus eſt, non paſtor. Et hortabantur illum vicarij ſenioris Romæ ad faciendum libellum pœnitentiæ, & tota Synodus prouocabat illum ad pœnitentiam: ſed ille eos econtrariò cũ ſuis epiſcopis ad pœnitentiã magis impellebat.

Photij peruicacia & impudentia.

Lecta eſt epiſtola Nicolai Papæ ad clerum Conſtantinopolitanum, in qua latè tractat hoc argumentum de ſceleſta depoſitione Ignatij, & introductione Photij.

Mox recitata ſunt geſta ſynodi, quæ facta eſt ab Adriano Romanorũ Papa ſuper promotione Photij. In tertia autem allocutione Adriani ad Synodum, ſic habetur. Romanũ pontificem de omnium eccleſiarum præſulibus iudicaſſe legimus, de eo verò quenquam iudicaſſe non legimus. Licèt enim Honorio ab Orientalibus poſt mortem anathema ſit dictum, ſciendũ tamen eſt, quia fuerat ſuper hæreſi accuſatus, propter quam ſolùm licitũ eſt minoribus maiorum ſuorũ motibus reſiſtere, vel prauos ſuos ſenſus liberè reſpuere: quanuis & ibi nec patriarcharum, nec ceterorum antiſtitum cuipiam de eo quanlibet fas fuerit proferre ſententiam, niſi eiuſdem primæ ſedis pontificis cõſenſus præceſſiſſet.

Dãnatur Photiana ſynodus, contra ſedem Romanam acta.

Adrianus Papa de prophano conciliabulo, Conſtantinopoli cõgregato, penitùs abolendo: Conciliabulum nuitatis à Photio, & huius authore Michaele, videlicet tyrannicè imperante, Conſtantinopoli nuper aduersùs Apoſtolicæ ſedis reuerentiam, & priuilegium congregatũ, vtpotè veritatis inimicam, quin & omni falſitate repletum, ibi cõſentientiũ animas interficiens, Epheſino latrocinio cõparandũ fore ſtatuimus, & ipſius execranda geſta, quibuſcunque habeantur monumentis inſerta, ſummi iudicis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſanctorumq; Apoſtolorũ principum Petri & Pauli, noſtræque mediocritatis authoritate penitùs abolenda decernimus, ità vt igni tradantur, & anathemate perpetuo percellantur. Similiter & de ceteris ſcripturis, quæ viria, iam nominatis authoribus contra eandem ſedẽ tẽpore diuerſo ſunt editæ, gerendum definimus. Pari etiã modo de conuenticulis, ab eiſdem viris, Michaele ſcilicet imperante, ſeu Photio Conſtantinopolitano inuaſore, bis aduerſùm fratrem & coepiſcopum noſtrum Ignatium factiosè collectis, deliberamus.

Itẽ conuẽticula contra Ignatium coacta.

Photium, qui licèt ſit à deceſſore meo & à nobis, pro criminibus antè patratis, iurè damnatus & anathematizatus, nunc tamen, quia recẽtioribus exceſſib[us] priores iniquitates tranſcendit, & ponens in cœlum os ſuũ, aduersùs veneranda ſedis Apoſtolicæ priuilegia, noua temeritate prorupit, cui reſiſtere minimè formidauit, Apoſtolicæ authoritatis cenſura iteratò damnamus, & anathematis nexibus innodamus. Si tamen viua voce ac proprio ſcripto Apoſtolicæ ſedi in omnibus obedire ſpoponderit, & prophanũ conciliabulum, à ſe Conſtantinopoli celebratũ, damnauerit, laicę communionis gratiam nõ negamus. His ſententijs ſupſcripſit Adrianus Papa, etiàm & alij epiſcopi.

Poſt hæc verò Stephanus diaconus fecit anathematiſmum Photij, & ſequatium, & cooperatorum eius, in quo ipſum Photium vt ſecularem & tyrannum, vt ſchiſmaticũ & * danum, vt mœchum & parricidam, vt fabricatorem mendacij, & vt nouum Dioſcorum, anathematizat cum omnibus ſequacibus & fautoribus eius.

* for. daniſtam.

ACTIO VIII.

IN conuentu octauo tractatum eſt de abolendis chirographis iniuſtis, & vniuerſis actis conciliabulorum, quę à Photio contra Papã Nicolaũ & patriarcham Ignatiũ celebrata ſunt. Quæ vniuerſa præcepto Imperatoris & ſynodi combuſta ſunt. Deindè venerunt ad ſynodum aliqui ſacerdotes Iconomachi, & monitis ſanctæ ſynodi & Imperatoris conuerſi, recepti ſunt cum ſola manûs impoſitione. Poſtremò Stephanus diacon[us] è ſuggeſtu anathematizauit Iconomachos & Photiũ in hac forma: Concilio, quod adhuc fremit contra venerabiles imagines, anathema. His qui ſumunt diuinæ ſcripturæ dicta, quæ ſunt aduersùs idola, contra venerandas imagines, anathema. Cætera ſicut in Synodo VII. & vniuerſali, Actione VII. in fine.

Acta ſynodorũ Photij combuſta.

Anathema in Iconomachos

ACTIO IX.

QVæ noua continentur Actione: Nunciatur ſynodo veniſſe Ioſeph vicarium Alexandrinæ ſedis. Huius, hortante ſynodo, epiſtola cõmendaritia legitur, & ipſe receptus, quæ acta ſunt in octo Actionibus prædictis, approbat. Mox examinantur falſi teſtes, qui contra Ignatium iurauerant, & cum præſcripta à ſynodo ſatisfactione pœnitentiæ recepti ſunt ad communionem Eccleſiæ. Sic recepti ſunt & cæteri, qui defecerant ad Photiũ, deſerto legitimo antiſtite Ignatio.

ACTIO X.

IN poſtrema ſeſſione, annuente tota Synodo, præceperunt vicarij ſenioris Romæ, vt legerentur Canones, quos ſtatuerat ſancta Synodus.

CANONES OCTAVÆ SYNODI,
partim integri, partim in compendium redacti,
Quòd commoda & emendata exemplaria deeſſent.

Can. I. De cuſtodiendis & conſeruandis omninò anteà expoſitis & eccleſiæ traditis canonibus.

REctam & regiam iuſtitiæ diuinæ viã inoffensè incedere volẽtes, veluti quaſdam lãpades ſemper lucentes, & illuminantes greſſus noſtros, quæ ſecundùm Deum ſunt ſanctorum patrum definitiones & ſenſus, retinere debemus, Quapropter & has vt ſecũda colloquia ſecundùm magnum & ſapientiſſimum Dionyſium, æſtimantes & arbitrantes, euàm de eis cum diuino Dauid enixè canibus: Mãdatum Dñi lucidum, illuminans oculos. &, Lucerna pedibus meis lex tua, & lumen ſemitis meis. & cum Prouerbiorum authore dicimus: Mandatum lucerna eſt, & lex lux. & cũ magnifico Eſaia clamamus ad oĩum Deum: Quia lux præcepta tua ſuper terram. Luci enim veraciter aſſimilatæ ſunt diuinorũ canonum hortationes & diſſuaſiones, ſecundùm quod diſcernitur meliùs à peiori, & expediens atq; proficuum ab eo, quod non expedire, ſed obeſſe dinoſcitur. Igitur regulas, quæ ſanctæ catholicæ atq; Apoſtolicæ Eccleſiæ, tam à ſanctis famatiſſimis Apoſtolis, q̃ ab orthodoxorum vniuerſalibus (necnon & localibus Cõcilijs, vel etiàm à quolibet Deiloquo patre ac magiſtro, Eccleſię traditę sũt, ſeruare atq; cuſtodire profitemur, his & ꝓpriam vitam & mores regentes, & omnem ſacerdotij catalogum, atq; omnes, qui Chriſtiano cenſentur vocabulo, pœnis & damnationibus, & è diuerſo receptionibus & iuſtificationibus, quæ per illas prolatæ ſunt atq; definitæ, ſubijci canonicè decernentes. Tenere quippe traditiones quas accepimus, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam ſanctorum, qui anteà fulſerunt, Paulus admonet aperte magnus Apoſtolus.

Pſal. 18. Pſal. 118. Prou. 6.

Quæ parentheſi incluſa ſunt, deerant exẽplari illi vndè hæc deſcripſimus, licèt alia quædam cahabeant.

2. Theſſa. 2.

Can. 2. Vt ſeruentur definitiones Nicolai & Adriani Romanorum Pontificum.

SEcundus canon habet, vt conſeruent definitiones ſynodicæ, à beatiſſ. Nicolao & Adriano Rom. Patriarchis pro defenſione eccleſiæ Conſtantinop. ac reſtitutione Ignatij, atque Photij neophyti expulſione, ac condemnatione euſdem Photij promulgatæ, de quibus in Act. 4.

Can. 3. Vt venerentur imagines.

De veneratione imaginũ.

SAcram imaginem Dñi noſtri Ieſu Chriſti & omnium Saluatoris, æquo honore cum libro ſanctorum Euangeliorum adorari decernimus. Sicut enim per ſyllabarum eloquia, quæ in libro feruntur, ſalutem conſequuntur omnes: ità per colorum imaginariam operationem, & ſapientes & idiotæ cuncti ex eo, quod in promptu eſt, perfruuntur vtilitate. Quæ enim in ſyllabis ſermo, hæc & ſcriptura, q̃ in coloribus, p̃dicat & cõmendat. Dignum eſt enim, vt ſecundùm congruentiã rationis & antiquiſſimam traditionem, propter honorem, quia ad principalia ipſa refertur, etiàm deriuatiuæ imagines honorentur, & adorentur vt ſanctorũ Euangeliorũ ſacer liber, atq; typus precioſæ crucis.

Ca. 4. Photium nunquàm fuiſſe epiſcopũ, &c.

QVartus canon declarat, ꝙ neophytus Photius nunq̃ fuerit epiſcopus, nec illi, qui in ſacerdotali gradu conſecrati ſunt ab eo, putentur eſſe ſacerdotes: ſed ſubuertenda eſſe omnia; quæcunq; ille ad dandum alijs gradum ſacerdotij operatus eſt.

Can. 5. Nullus ex laico ordine aſſumatur epiſcopus.

DEindè canonicam ſtabilitatem in eccleſijs ſemper manere in Chriſto proindè cupientes, renouamus & cõfirmamus terminos & ſanctiones, q̃ olim à ſanctis Apoſtolis & ſanctis patribus noſtris editæ, legere (*fortè, leges*) in Eccleſia poſuerunt. Et infrà; (*quædam enim hic deſunt.*) Prioribus ergò canonibus concordantes definimus, neminem de ſenatoria dignitate, vel mundana conuerſatione nupèr tonſum, ſub intentione vel expectatione pontificatûs vel Patriarchatûs honoris, clericum aut monachum ad huiuſmodi ſcandere gradum, licèt per ſingulos ordines diuini ſacerdotij plurimum temporis feciſſe probetur. Neq; enim propter timorem vel amorem Dei, aut per expectationẽ tranſeundi viã virtutum, ſed ob amorem gloriæ ac principatûs tonſus huiuſmodi reperit. Magis aũt coercemus huiuſmodi, ſi ab imperatoria dignitate ad hoc cõpellatur. Si verò quis per nullam ſuſpicionem prædictę concupiſcentię & expectationis, ſed propter ipſum bonũ humilitatis, q̃ eſt circa Chriſtũ Ieſum, abrenũcians mundo, fiat clericus aut monachus, & omnẽ gradum eccleſiaſticum tranſigẽs, per definita nunc tẽpora irrepræhenſibilis inuentus extiterit & probatus, ità vt in gradu lectoris annũ cõpleat, in ſubdiaconi verò duos, ſitq; diaconus trib⁹, presbyter quatuor annis, benè placuit ſanctę & vniuerſali Synodo eligi hunc atque admitti. Circa hos autẽ, qui religiosè morati in ordine clericorum & monachorũ, digni iudicati ſunt pontificatu pariter & honore, prædictum tp̃s abbreuiamus, nimirùm ſecundùm quod epiſcoporum prælati probârunt, qui per tempora fuerint. Si verò præter hanc definitionem noſtram quiſquam ad iam factũ ſupremum honorẽ prouectus extiterit, reprobetur, & ab omni ſacerdotali operatione prorsùs

Vide 2. Concil. Bracareñ. cap. 38.

Digitized by Google

prorſus abijciatur, vtpotè qui extra ſacros canones ſit promotus.

¶ *Can.6. Anathematizatur Photius.*

ANathematizamus Photiũ: Primò, propter nequiſſimã inuaſionẽ eccleſię Cõſtantinopolitanæ, cum alijs malis operibus ſuis. Secundò, propter inuentionẽ falſorũ vicariorum. Tertiò, propter concilium vanitatis, quod celebrare tentauit. Quartò, propter crimina, q́ falsò contra ſanctiſſimum Papam Nicolaum in ſuo conciliabulo propoſuit.

Can. 7. De non admittendis hoſtibus imaginum.

VAldè proficuum eſt & venerabiles imagines pingere, ſed & proximos diſciplinas diuinæ ac humanæ ſapientiæ docere. Non autẽ bonum eſt, nec omninò ꝓficuũ ab indignis horũ aliquid fieri. Huius rei gratia nequaq̃ imagines operari in ſacris templis, ſed neque in quouis loco docere anathematizatos ab hac ſancta & vniuerſali ſynodo, definimus & ꝓmulgamus, *vſque à ꝓpria ſeductione ac malitia conuertantur. Quiſquis ergò poſt hanc definitionem ad picturæ ſanctarum imaginum in eccleſijs, aut doctrinæ actionẽ quoquo modo eas admiſerit, ſi quidem clericus fuerit, proprio gradu periclitetur: ſi laicus, communione priuetur.

*legendũ uidetur, quouſque

Vide 2. Concil. Bracarẽ. cap. 38.

¶ *Can. 8. De non extorquendis chirographis.*

APparet ex Actis octauæ ſeſſionis huius Synodi, ſolitum fuiſſe Photium, cùm eius vigebat hæreſis, extorquere chirographas tum à quouis ordine clericorum, tum etiàm à laicis nobilibus & ignobilibus, vſque ad cerdones, & pelliones, reliquam plebis fæcem, quibus promittebant ſe illi adhæſuros, pugnaturosq́ue pro eius opinione. Ipſe præterea Photius ſolebat alias viciſsim chirographas dare, quibus facultatem dabat ad docendum & diſcendum. Ex hoc improbo more arripuêre anſam & catholici, vt vellent à pijs ſacerdotibus habere ſyngraphas, vt diſcerent & docerent, eſſentq́ue tuti & ſecuri talibus muniti ſcripturis. Ob hoc ſancitum eſt octauo hoc canone huius ſanctæ ſynodi, vt qui creantur epiſcopi vel patriarchæ, chirographas à catalogo clericorũ non expoſtulent, ſed tantũ fiant ſolennitates de more, & vt liceat omnibus idoneis diſcere vel docere ſinè facultate per chirographas.

¶ *Can. 9. Nè Archiepiſcopi viſitationis prætextu ſuffraganeos grauent.*

AVaritiam, vtpotè ſecundam idololatriam, Paulus magnus execratur Apoſtolus, cunctos videlicet qui Chriſtiano vocabulo cenſentur, ab omni turpi lucro abſtinere volens. Multò magis ergò ijs, qui ſacerdotio funguntur, nefas ait coepiſcopos aut ſuffraganeos ſuos per quemcunque modum grauare. Huius rei gratia definit hæc ſancta & vniuerſalis Synodus, nullum Archiepiſcoporum aut metropolitanorum relinquere propriam eccleſiam, & ſub occaſione quaſi viſitationis ad alias accedere, & poteſtate propria contra infirmiores abuti, & conſumere redditus, qui apud illos inueniuntur ad eccleſiaſticam diſpoſitionem, & alimenta pauperum: ac per hoc grauare auaritiæ modo conſcientias fratrum & comminiſtrorum noſtrorum, excepta hoſpitalitate, quæ aliquandò ex neceſſario tranſitu fortaſsis acceſſerit. Sed & tunc non alia, niſi ex ijs quæ ad præſens de compendio præparata inueniuntur, cum reuerentia & timore Dei dignanter accipiat, & maturiùs propoſitum iter perambulet, nihil omninò eorum, quæ ſunt eccleſiæ illius vel ſuffraganei epiſcopi, petens aut exigens. Si enim vnumquenque epiſcoporum eccleſiæ propriæ rebus cùm multa parcitate vti, & nullatenùs in proprias vtilitates importunè ac ſinè ratione diſperdere vel conſumere redditus Eccleſiaſticos ſacri canones decernunt: quo putas impietate minimè putabitur indignus, qui alijs epiſcopis commiſſas eccleſias grauare vel ambire, ac per hoc ſacrilegij crimen incidere non formidat? Quiſquis ergò poſt hanc definitionem noſtram tale quid facere tentauerit, pœnas ſubeat à patriarcha, qui per tẽpus fuerit, ſecundùm congruentiam iniuſtitiæ ac auaritiæ ſuæ, & deponatur, & ſequeſtretur vt ſacrilegus & alter idololatra factus iuxta magnum Apoſtolum.

Hæc oĩa, quæ hic 9. canoni tribuũtur videntur potiùs 19. eſſe. Vide infrà ca. 19.

¶ *Can. 10. Nè quis vitet ſuperiorem præſulem ante ſententiam.*

NVllus clericus ante diligentem examinationem & ſynodicam ſententiam, à communione proprij patriarchæ ſe ſeparet, licèt criminalem quamlibet cauſam eius ſe noſſe prætendat: nec recuſet nomen ipſius referre inter diuina myſteria. Idem ſtatuimus de epiſcopis erga proprios metropolitas: ſimiliter & de metropolitis circa patriarchã ſuũ. Qui verò cõtrà fecerit, ab omni ſacerdotali operatione & honore decidat.

¶ *Can. 11. Quòd vnica ſit hominis anima.*

APparet quoſdam id tempori in tantum impietatis veniſſe, vt hominem duas animas habere impudenter dogmatizarent. Tales igitur impietatis inuentores, & ſimilia ſapientes, cùm vetus & nouum Teſtamentum, omneſque eccleſiæ patres vnam animam rationalem habere hominem aſſeuerent, ſancta & vniuerſalis ſynodus anathematizat.

¶ *Can. 12. Nè quis potentia principum fretus, aſſumat dignitatem epiſcopi.*

APoſtolicis & Synodicis canonibus, ꝓmotiones & conſecrationes epiſcoporum, ex potentatu & præceptione principum factas penitùs interdicentibus concordantes definimus, & ſententiã nos quoq; proferimus, vt ſi quis epiſcopus per verſutiã & tyrannidem principum huiuſmodi dignitatis conſecrationem receperit, deponatur omnimodè vtpotè qui ex voluntate carnalis ſensûs, vt ex hominibus, & per homines

Dei

Dei donum poſſidere voluit vel conſenſit.

❡ *Can. 13. Ex minoribus ordinibus aſſumantur ad maiores.*

Luc. 10. QVoniam quidem dicit alicubi diuinum eloquium, Dignus eſt operarius mercede ſua: huius rei gratia & nos decernimus atq; promulgamus, vt magnæ eccleſiæ clerici, qui in ſubiectis ordinibus morati ſunt, ad maiores gradus aſcendat: & ſi digni claruerunt, melioribus perfrui mereantur honoribus, cùm aliqui eorum, qui in ipſis ſunt, aut per incrementum ad maiora miniſteria aduocati fuerint, aut per communem naturæ terminum dormientes defuerint. Sed non ex illis, qui foris ſunt, aliqui ſe ijs innectentes, debitas eis qui multo tempore laborauerũt, dignitates vel honores accipiant, ac per hoc inueniantur eccleſię clerici nullo modo poſſe proficere. Nullatenùs aũt habeant poteſtatem, qui principum domorum, vel ſuburbanarum rerum curam geſſerint, inter clerũ magnæ eccleſiæ colligi vel conſtitui. nemo
2.Tim. 2. quippe militans Deo, ſeculi negocijs implicatur. Si quis verò præter definitionẽ, quam modò prætulimus, promotus fuerit, in quocunq; magnæ eccleſiæ gradu, reprobetur ab omni eccleſiaſtico gradu, tanquàm qui contra magnam Synodum prouectus fuerit.

❡ *Can. 14. In quanto honore habendi ſint epiſcopi à principibus ſecularibus.*

QVi diuina gratia epiſcopalem ſortiuntur dignitatem, ordinem cœleſtis hierarchiæ referunt in terris. Quarè meritò ſancimus, vt digno in honore tã à principibus, quàm à cæteris omnibus habeantur. Non oportet itaque, vt principibus vel viris militari dignitate præditis obuiam longiſſimè procedant ab eorum eccleſijs, nec à mulis equisve deſcendant in occurſum, aut timidè abiectèque ante genua procidant velut adoraturi. Immò verò non accedant ad menſas ſecularium principum, ſed cum omni modeſtia, qui ſpiritalem decear dignitatem, officia
Rom. 13. omnibus & debita tribuant, cui vectigal, vectigal: cui honorem, honorem: dummodò principes & pij Imperatores agnoſcant ſibi æquales epiſcopos, vt liberè audeant repræhendere increpareq; & principes, & cęteros qui militari honore fruuntur, ſi quid peccauerint. Si quis verò epiſcopus poſt hanc ſanctionem, ſuam dehoneſtauerit dignitatẽ, cadens ab honore ſibi per canones debito, vixeritque abiectè ſecundùm veterem & agreſtem conſuetudinem, amoueatur per annũ, & princeps qui in cauſa fuerit, excommunicetur per biennium.

❡ *Can. 15. In quem vſum eccleſiæ poſſeſſiones ſeruari debeant.*

DEcernimus, vt epiſcopo vendere, vel * vtruuq; alienare vaſa aut veſtes ſanctas, & alias ruſticas poſſeſſiones venundare nõ liceat, nè propter hoc eccleſiaſtici redditus lædantur, quos ad propriam vtilitatẽ, & ob eſcam pauperum, & peregrinorum ſuſtentationem eſſe definimus. Nec etiàm per emphyteoſim ſalaria eccleſiarum tribuere poſſit excepta cauſa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet in redemptionem captiuorum.

* vtcunq; 12.q. 2. Apoſtolicos

Cap. 16.

COlligere licet ſolenne fuiſſe in aulis principum, ſtatis quibuſdam diebus componere aliquem laicum inſignibus epiſcopalibus, qui & tonſura, & cæteris ornamentis perſonatũ epiſcopũ ageret, & creâſſe etiàm ridiculum Patriarcham, quo ſe oblectarent. Quæ oĩa, vt in dedecus Eccleſiæ accerſita, prohibentur ſub grauibus cenſuris.

❡ *Can. 17. De poteſtate Patriarcharum & metropolitanorum.*

SAncta & vniuerſalis Nicæna prior Synodus, antiquam conſuetudinem iubet ſeruari per Ægyptũ, & prouincias quæ ſub ipſa ſunt: ità vt horum omniũ Alexandrinus epiſcopus habeat poteſtatẽ, dicẽs quia & in Romanorũ ciuitate huiuſmodi mos præualuit. Qua pro cauſa & hæc ſancta & magna ſynodus, tam in ſeniori & noua Roma, quàm in ſede Alexandriæ, Antiochiæ & Hieroſolymorum priſcam cõſuetudinem decernit in omnibus conſeruari, ità vt eorum præſules vniuerſorum metropolitanorum, qui ab ipſis promouentur, ſiue per manus impoſitionem, ſiue per pallij dationem epiſcopalis dignitatis firmitatem accipiunt, habeant poteſtatem videlicet ad conuocandum eos vrgente neceſſitate ad ſynodalem conuentum, vel etiàm ad coërcendum illos & corrigendum, cùm fama eos ſuper quibuſdam delictis forſan accuſauerit. Sed quoniã ſunt quidã metropolitanorũ, qui nè ſecundùm vocationẽ Apoſtolici præſulis occurrant, à mũdi principibus ſe detineri ſinè ratione cauſantur, placuit talem excuſationem omnimodè eſſe inualidã. Cùm enim principes pro ſuis cauſis frequenter conuentus agant, impium eſt vt ſummos pręſules ad ſynodos pro eccleſiaſticis negocijs celebrandis impediant, vel quoſdã à Concilijs eorum prohibeant: licet tale impedimentũ & fictam prohibitionem, metropolitanorũ ſuggeſtione diuerſis modis fieri didicerimus. Conſueuerunt autem metropolitani bis in anno ſynodos facere, ideoq; ſicut dicunt, ad patriarchale penitùs non poſſe concurrere caput. Sed ſancta hæc & vniuerſalis ſynodus, nec Concilia quæ à metropolitanis fiunt interdicens, multò magis illa nouit rationabiliora eſſe ac vtiliora metropolitanorum Concilijs, quæ à patriarchali ſede congregantur, & idcircò fieri exigit. A metropolita quippe vnius prouinciæ efficitur, à Patriarcha verò ſæpè totius cauſa diœceſeos diſpẽſatur, ac per hoc communis vtilitas prouidetur. Propter quod & ſpeciale propter generale bonum deſpici conuenit, cùm à maioribus ſuper hoc facta fuerit aduocatio: quanuis apud quoſdam metropolitanorum

Nic.Concil.cap.6.

Concilia Patriarchalia potiora prouincialibus.

litanorum

litanorum antiqua conſuetudo & canonica traditio per contemptum ipſorum poſtpoſita videatur, non currentibus eis ad communem profectum. Quos leges eccleſiæ ſeuerè condēnantes, omni excuſatione ſemota, ſubiacere vocationibus proprij Patriarchæ, ſiue cùm communiter, ſiue cùm ſingulatim factę fuerint, exigunt. Illud autem tanquàm peroſum ab auribus noſtris repulimus, q̄ à quibuſdā imperitis dicitur, non poſſe ſynodum abſque principali præſentia celebrari, cùm nuſquàm ſacri canones conuenire ſeculares principes in Concilijs ſanxerint, ſed ſolos antiſtites. Vndè nec interfuiſſe illos ſynodis, exceptis Cōcilijs vniuerſalibus, inuenimus. Neque enim fas eſt ſeculares principes ſpectatores fieri rerum, quæ à ſacerdotibus Dei nonnunquàm eueniunt. Quiſquis ergò metropolitanorum proprium Patriarcham cōtempſerit, & uocationi eius, quæ ſiue ad vnū & ſolum, ſiue ad plures, ſiue ad omnes fit, abſq; validiſſima ægrotatione, vel paganorū incurſu non obediêrit, & per totos duos menſes, poſt notitiam vocationis, ad propriū venire Patriarcham minimè feſtinauerit, vel ſi quocunque modo latitare, aut non cognoſcere nunciū ab illo miſſum tentauerit, ſegregetur. Si verò inter vnum annum eandē contumaciam & inobedientiam demōſtrauerit, deponatur omnimodè, & ab omni ſacerdotali operatione decidat, atqua à dignitate & honore, qui metropolitanis conuenit, propellatur. Is autem, qui huic definitioni non obediêrit, anathema ſit.

Principū nō eſt intereſſe ſynodis.

¶ Can. 18. *Vt in eccleſijs antiqua conſeruentur priuilegia.*

PLacuit huic ſanctæ & magnæ Synodo, vt res vel priuilegia, quæ Dei eccleſijs ex longa conſuetudine pertinent, & ſiue à diuæ recordationis Imperatoribus, ſiue ab alijs Dei cultoribus in ſcripturis donata, & ab eis per annos triginta poſſeſſa ſunt, nequaquàm à poteſtate pręſulis quæcunq; perſona ſecularis per poteſtatem ſubtrahat, aut per argumenta quælibet auferat: ſed ſicut omnia in poteſtate ac vſu præſulis eccleſiæ, quæcunq; intra triginta ſpatiū annorū ab eccleſijs poſſeſſa fuiſſe noſcuntur. Qui contrà fecerit, vt ſacrilegus iudicetur, & donèc talia priuilegia ſeu res reſtituerit, anathema ſit.

Vſurpatores rerum eccleſiaſticarum anathematizant.

¶ Can. 19. *Nè metropolitanus grauet ſubiectos epiſcopos.*

DEfiniuit ſancta hæc & vniuerſalis ſynodus, nullum Archiepiſcoporū aut metropolitanorum relinquere propriam eccleſiam, & ſub occaſione quaſi viſitationis ad alias accedere, & cōſumere redditus, qui apud illos inueniuntur ad eccleſiaſticam diſpoſitionem & alimenta pauperū. Sed tamē ſi contingat aliquò per illas eccleſias neceſſariò iter agere, tunc non alia niſi ex his, quę ad præſens de cōpendio præparata inueniuntur, cum reuerentia & cum timore Dei dignanter accipiat, &c. *ſicut habentur ſuprà in canone IX. Apparet autē errorem cōmiſſum eſſe in deſcribendo nono canone, qui potiùs videtur eſſe decimusnonus, & propterea ad hunc locū referendus. Porrò in nono canone eadem ferè tractata eſſe ſcribit quidam grauis author, quæ in octauo. Eſt igitur omninò veriſimile, quę ſuperiùs noui canonis loco habētur, ea ad hūc deciminoni locum transferenda eſſe. Error autē indè accidit, quòd in codice excuſo, vndè deſcripta ſunt ea, quæ ſuperiùs in nono canone leguntur, pro decimonono habeatur nonus: id quod & facilè poteſt, & ſæpè ſolet typographis etiàm non planè ſtertētibus accidere, vt numeros alios p alijs ponāt.*

Can. 20.

HOc canone ſancitum eſt, vt poſſeſſiones in emphyteoſim datas ab eccleſia, non liceat emphyteotam ſpoliare, prætextu non ſeruati pacti. Verùm ſi per tres annos continuos penſionem non ſoluerit, liceat tunc eccleſiæ vindicare ſuas poſſeſſionas, dummodò id fiat ordine iudiciali coram competente iudice. Qui ſecùs fecerit, cogetur ad reſtitutionem in integrum. Quòd ſi noluerit parêre, deponitur.

¶ Can. 21. *Quanta reuerentia agendum eſt contra epiſcopum Romanum.*

DEfinimus neminē prorſùs mundi potentium quenquam eorum, qui patriarchalibus ſedibus præſunt, inhonorare, aut mouere à proprio throno tentare, ſed omni reuerentia & honore dignos iudicare, præcipuè quidē ſanctiſſimū Papā ſenioris Romæ: deincèps antē Cōſtantinopoleos patriarchā, deindè verò Alexandriæ, ac Antiochiæ, atque Hieroſolymorum. Sed nec alium quenquam conſcriptiones contra ſanctiſſimum Papam ſenioris Romæ, ac verba complicare vel componere liceat, ſub occaſione quaſi diffamatorum quorundam criminum: quod & nupèr Photius fecit, & multò antè Dioſcorus. Quiſquis autem tale facinus contra ſedem Petri principis Apoſtolorum auſus fuerit intentare, æqualem & eandem quam illi condemnationem recipiat. Porrò ſi ſynodus vniuerſalis fuerit congregata, & facta fuerit etiàm de ſancta Romanorum eccleſia quæuis ambiguitas & controuerſia, oportet venerabiliter & cum conuenienti reuerentia de propoſita quæſtione ſciſcitari, & ſolutionem accipere, aut proficere & profectum facere, non tamen audacter ſententiam dicere contra ſummos ſenioris Romæ pontifices.

Diſt. 22. Diffinimus.

¶ Can. 22. *Ne principes ſeculares ſe immiſceant promotioni epiſcoporum.*

PRomotiones & conſecrationes epiſcoporum, concordans prioribus Concilijs, electione ac decreto epiſcoporum collegij fieri, ſancta hæc & vniuerſalis Synodus definit & ſtatuit, atq; iurè promulgat, neminem

Diſt. 63. nullus. & Adrian⁹.

minem laicorum principom vel potentum ſemet inſerere electioni vel promotioni patriarchæ, vel metropolitæ, aut cuiuſlibet epiſcopi: nè videlicet inordinata hinc & incongrua fiat confuſio vel contentio, præſertim cùm nullam in talibus poteſtatē quenquam poteſtatiuorum vel cæterorum laicorum habere coueniat, ſed potiùs ſilere & attendere ſibi vſquequò regulariter à collegio eccleſiæ ſuſcipiat ſinē electio futuri pōtificis. Si verò quis laicorum ad concertandum vel cooperandum ab eccleſia inuitatur, liceat huiuſmodi cum reuerentia, ſi fortè voluerit, obtemperare. Et infrà: (*Hic aliquid deeſt.*) Quiſquis autem ſecularium principom & potentium, vel alterius dignitatis laicus adoersùs communem ac conſonantē atque canonicam electionem eccleſiaſtici ordinis agere teotaoerit, auathema ſit, donèc obediat & cooſentiat in hoc, quod eccleſia de electione & ordioatiooe proprij præſulis ſe velle monſtrauerit.

¶ Can. 23. Nè quid præſumat agere epiſcopus in aliena eccleſia.

NVllus epiſcoporum poſſeſſionū aliarum eccleſiarū locationē ſibi fieri ab alio epiſcopo rogare audeat, nec ipſe rogatus ſuæ eccleſiæ poſſeſſiooes alicui cooferat: nec etiàm cōſtituat presbyteros, aut qoemlibet alium clericum in eccleſijs, quæ ſibi ſubiectæ non ſunt, præter voluntatē epiſcopi.

¶ Can. 24. Nè metropolitæ exerceant miniſteria epiſtopalia per ſubiectos epiſcopos.

Hier. 48. DIuina ſcriptura dicēte, Maledictus homo, qui facit opus Domini negligenter, quiddam metropolitanorū in extremam negligentiā & deſidiā delapſi, præceptionibus ſuis ſubiectos ad ſe adducūt epiſcopos, & cōmittunt eis eccleſiæ propriæ dioina officia, & litanias, & cuncta omninò ſacra, quæ ad ſe pertinent mioiſteria, ità vt per eos celebrent omoia, quæ per ſemet alacriter agere debuerunt, ac per id eos, qui epiſcopalem dignitatem meruerunt, quodammodò clericos ſibi ſubiectos exhibeant. Vacant autem ijdem præter eccleſiaſticas leges ſecularibus curis atque diſpoſitionibus, diminētes perſeuerare in orationibus & obſecrationibos pro ſuis delictis ac populi ignorātijs, quod nuſquàm apud antiquos penitùs inuenitur, cùm ſit nimirùm contrariū canonicis omninò præceptis. Et qood ſæuius eſt, quia ſua ſtipeodia per diſtinctas menſium vices percipiunt, dicuotur prædicta perficere miniſteria, quod ab Apoſtolico monimioe modis omnibus oſtenditur alienū. Hæc aotem omnia, magnis & multis & vehementiſſimis damnationibus dignos huiuſmodi ſtatuunt. Probantur enim tales per hæc quæ faciunt, etiàm ſatanica iactātia & ſuperbia languere. Quiſquis ergò metropolitanorū poſt hanc ſanctæ & vniuerſalis ſynodi definitionem, eadē audacia vel ſuperbia & cōtemptu abuſus, nō per ſe cum timore Dei, & alacritate ſeu cōſcientia bona, debita miniſteria in propria ciuitate, ſed per ſuffraganeos epiſcopos efficere tentauerit, pœnas exoluat coram ꝓprio Patriarcha, & aut corrigatur, aut deponatur.

¶ Can. 25. Vt deponantur clerici, qui deſecerunt ad Photium.

DEfioimus, vt clerici ritè priùs ordinati à Methodio vel Ignatio, & reſilnerunt à conſortio fidelium, vt adhærerent Photij hęreſi, & obdurati exemplo Pharaonis nolunt reſipiſcere, deponantur omnioò: nec poſteà recipiantur in ordinem clericorum, immò ſemper exoſi ſiot, vt Eſau: niſi fortè ob magnam pœnitentiam à miſericordia eccleſiæ admiſſi fueriot.

¶ Can. 26. De ordinatione appellationis.

PLacuit & hoc ſanctæ Synodo, vt quicūque presbyter aut diaconus, à proprio epiſcopo depoſitus fuerit propter aliquod crimen, vel quamlibet iniuſtitiā ſe pati dixerit, nō acquieuerit iudicio proprij epiſcopi, dicens eum ſuſpectum ſe habere, & vel propter inimicitiam qoam erga ſe tenuerit, vel propter gratiam quā alijs quibuſdā præſtare voluērit, idcircò in ſe fuiſſe tale quid operatū: poteſtatē habeat, ad metropolitam ipſius ꝓuincię cōcurrere, & eam quā putat iniuſtā depoſitionē, vel aliam læſionem denunciare: Metropolita verò ille libenter ſoſcipiat huioſmodi, & adnocet epiſcopū qui depoſuit, vel alio modo clericum læſit, & apud ſe cum alijs etiàm epiſcopis negocij faciat examen, ad confirmandum ſcilicet ſioè omni ſuſpicione, vel deſtruendum per ampliorem ſyoodō multorū ſententia clerici depoſitiooē. Similiter etiàm epiſcopos cōcurrere ad Patriarchale caput decernimus, qui à metropolitis ſois ſe talia pertuliſſe fatentur, & apud Patriarcham & metropolitas, qui ſub ipſo ſunt, iuſtam & ſinè ſuſpicione ſententiā negociū quod mouetur accipiat. Inſupèr etiàm nullo modo quiſquam metropolitanorum vel epiſcoporum, à vicinis metropolitis vel epiſcopis prooiociæ ſuæ iudicetur, licèt quędam incurriſſe crimioa perhibeatur: ſed à ſolo Patriarcha proprio iudicetur: cuius ſententiam rationabilē & iudicium iuſtum ac ſinè ſuſpicione fore decernimus, eò ꝙ apud eum honorabiliores quiq; colligantur: ac ꝑ hoc ratom ac firmum penitùs ſit, quod ab ipſo fuerit iudicatum. Si quis autem non acquieuerit his, quæ à nobis edita ſunt, excōmunicatus exiſtat.

¶ Can. 27. De vſu pallij.

HIc Canon decernit, qualiter oporteat vti pallio, vt ſcilicet epiſcopi nō vltra ſtata tēpora & loca eo vtātur, nè ſignū ſit ſuperbiæ aut arrogātiæ. Præterea monachi, ꝗ vita & doctrioa, vt epi creentur, meruerint, nō mutent habitûs veſtisq; rationem ob nouam dignitatē. nō minùs enim hoc arrogans Monachi facti epi nō mutēt habitum.

eſſet,

Google

eſſet, quàm pallio ineptè vti. Quiſquis ergò epiſcopus præter definita ſibi tempora ſe pallio induerit, aut monaſticam veſtem depoſuerit, aut corrigatur, aut à Patriarcha ꝓprio deponatur.

HACTENVS CANONES.

POſtremò iuſſu vicariorum ſenioris Romæ prolatus eſt & lectus terminus, vt illi vocant, in quo ad modum epilogi continentur omnia, quæ acta ſunt in hac ſancta Synodo. Primò ibi paucis explicantur myſteria ſanctæ Trinitatis & Dominicæ incarnationis. Mox explicatur ratio ſeptem Synodorum generalium, & probantur à tota Synodo præſenti. Deindè explicatur etiàm intentio huius octauæ Synodi, & quæ acta ſunt pro Ignatio Patriarcha contra Photiũ, & vltima epiſcoporum vniuerſorum acclamatione recepta ſunt & probata, ſubſcribentibus vniuerſis, primò vicarijs ſenioris Romæ, ſecundò Ignatio Patriarcha Conſtantinopolitano, tertiò vicarijs eccleſiarum Oriẽtis, quartò Imperatoribus Baſilio, Conſtantino & Leone, qui noluerũt ante vicarios ſubſcribere: poſtremò reliquis epiſcopis. & abſoluta eſt octaua Synodus generalis.

APPENDIX QVÆDAM, DE NONNVLLIS

In eadem octaua Synodo dictis & factis, ex grauibus ſcriptoribus, qui ea ex Synodi Actis citant, in Lectoris gratiam collecta, per F. Laurentium Surium, donèc integra Synodus prodeat in lucem.

De ciuili adminiſtratione hęc accipienda ſunt. Vide infrà alia eiuſdem Baſilij verba.

IN exordio Synodi ità locutus eſt Baſili*Imperator: Cùm diuina & benigniſſima prouidentia nobis gubernacula vniuerſalis nauis commiſiſſet, omne ſtudium arripuimus & ante publicas curas eccleſiaſticas diſſoluere, & procellas, quæ per multos annos ex inuidia odiendis bonum ſatanæ expanſæ ſunt, in ſtabilem tranquillitatem per meliorem quandam prouiſionem transferre. Siquidem munito diuinitùs imperio noſtro ſemper hoc deſiderium gerente, ac ab alijs patriarchalibus ſedibus vicarios adducere propter iam dictam cauſam iudicante, cooperatus eſt intentioni gubernati diuinitùs imperij noſtri, ſolus infinitæ potentiæ rex & princeps pacis, & vradſpicitis, conſilium noſtrum compleuit, & in idipſum conuenire atque concurrere fecit: à ſeniori quidem Roma epiſcopos duos, & diaconum vnum de definitis ſeptem, prudentia, intellectu ac vita venerabili decoratos. Ab Oriente verò *Prototroium Antiochię, ſanctiſſimum metropolitam Tyri, omni reuerentia plenũ. A Hieroſolymorum autem ſancta Dei eccleſia, ſancta videlicet Sion, de qua exijt qui ꝓphetatus eſt, & noua lex, & director omniũ gentium Domini ſermo, ſanctiſſimum Syncellum virum Apoſtolicum, omni ſapientia diuina & humana refertum. Igitur cooperatione & gratia Chriſti, vniuerſorum regis & Dei cuncta tenentis, ijs quæ praua vobis omnibus eſſe videbantur & aſpera, in vias planas imperatoria diligentia & ſtudio noſtro tranſlatis, commonemus & hortamur omnes vos fratres, vt cum multo pondere & reuerentia conueniatis ad ſanctam hanc & vniuerſalem ſynodum, tanq̃ ad communem & vniuerſis aptam atq; ſinè labore medelam, nullã vitioſam motionem vel affectũ ferentes, nec ad contentioſam voluntatẽ reſpicientes, ſed potiùs vinci benè, q̃ vincere periculosè ac iniuſtè ſitientes. Sic enim vnuſquiſq;, qui vitiatum interiorẽ pariter hominem, ſanitatẽ recipiet, & ęternam ſalutẽ percipiet. At verò ad voſipſos acclamationem imperij noſtri proponimus, quippe qui poteſtatẽ ſynodici iudicij diuinitùs accepiſtis. Etenim vos veritatis eſſe & diuinæ iuſtitiæ, ſecundùm quod eſt poſſibile, dilectores & imitatores, nequaq̃ quidẽ ambigimus: ſed vt à Deo munitũ imperiũ noſtrũ, ſecundùm datam ſibi poteſtatis menſurã, in eccleſiaſticis negocijs nihil tacuiſſe pateſcat eorũ, quæ debẽt atq; cõueniũt: depoſcimus religionem veſtrã, vt omnis gratiæ & odij oũc maximè ſuperatrix efficiatur: quin potiùs impaſſibili beatæq; naturæ, ad perſonã nõ accipiendã, omni robore, quãtùm fieri poteſt, aſſimilet, & neq; perſonã potẽtis per *gradũ vel p amicitiam accipiat, neq; pauperis miſereatur in iudicio. Sic vtiq; ſecũdùm conſiliũ vtique ac voluntatẽ Dei atq; trãquilliſſimi imperij noſtri, pacatiſſima ſubſequetur ordinatio.

for.* pro throno

Eſa. 3.

for.* gratiam

IN 4. actione vicarij ſenioris Romę, id eſt, Romani Põtificis, qui in ſynodo pręſidebant, principibus, qui iuſſu Baſilij Imperatoris interfuere, ità dixerunt: Interrogate illos magnificẽtiſſimi & glorioſiſſimi principes, an illi qui introierũt, faciũt libellũ hũc. Tum verò Principes in hæc verba reſpõderũt: Vt ubſecundãtes verbo veſtro ex ſceptione

Obſerua principũ religionem.

ptione veſtra interrogabimus eos, non p poteſtatẽ noſtrã. poteſtas enim hæc veſtra eſt.

IN 6. actione hæc habetur Oratio Baſilij Imperatoris ad epiſcopos illos, qui cum Photio ſedis Conſtantinopolitanæ inuaſore ſchiſma fecerãt: Multæ quidẽ cõmunes paſſiones ſunt, quas præcedentibus diebus audiens & intuens à Deo prouectũ imperium noſtrũ, lugere & contriſtari operæprecium duxit. Præcipuũ autẽ malum & calamitatũ

Eccleſiæ tẽpeſtas.

arx, eſt eccleſię tẽpeſtas; malignus adſpirãtis aduersùs eã diaboli turbo, pacis expulſio, & veteris ordinis diſſolutio, auſus irruendi iunioris in ſeniorẽ, & inhonorati aduersùs honorabilẽ, ac õmnimoda ſubuerſio ſtatûs eccleſiaſtici: apud exteriores quidẽ in Cõcilijs iuſtitia conuerſante, apud eccleſiã iniuſtitia fiducialiter agẽte: amor principatûs, ac amor priuatus, atq; nullius ſeueritatis ꝓpter hæc reputatio, necnõ cõtra ſpiritualẽ patrem rabies & inſania. Hæc ſunt, q̃ meã obtinebant & turbabãt animã, & tanq̃ nubes craſſa obtenebrabãt animũ, ac oculos cogebant fontes mihi lachrymarũ largiri, & diuinitatẽ in auxiliũ & ſolutionẽ exiſtentis mœroris inuocabam, & opus erat mihi ac cogitatio, ſi fortè poſſem inprimìs de eccleſiaſtica curã gerere vnitate. Quod & factũ eſt & in effectum deuẽnit, quemadmodùm & vos oẽs nôſtis, quotquot ad ſacrũ hoc conueniſtis collegiũ. Aliud enim imperij qđ ſub me eſt dimittẽs, ad id ſolùm in exordijs accelerani, & ſecundùm vtriuſq; diſſidentiũ partis petitionẽ, & priſcã eccleſiaſticã traditionem, perſpiciendi cauſa etiàm iudces eorũ, quę in eccleſia noſtra geſta ſunt, ex reliquis patriarchalibus thronis collegi, rem perficiens cooperatione ſancti ſpiritûs, quam multi quidẽ ante nos imperantiũ videre deſiderauerunt, ex æquo autem oẽs minimè conſecuti ſunt. Et quotquot pertinent ad eccleſiaſticam vnitatem ac ordinationẽ, omnia à me ſoler ter peracta ſunt, cùm in nullo penitùs imperiali manu ac potentia, vt quidã, paruũ vel magnum effecerim. Neq; enim vt ſacratiſſimus Patriarcha ad proprium regrederetur thronũ, imperij mei opus vel excogitatio facta eſt: ſed multũ antè ſanctiſſimus & beatiſſim° Papa Nicola° q̃ circa illũ erãt certiſſimè diſcens, Synodicè decreuit reddi ei ius proprij throni, & anathema cum tota ſancta Romanorum eccleſia pronunciauit contra reſiſtentes huiuſmodi decreto atque ſententiæ. Hoc autem nos

Romanæ ſedis iudicio ab omnibus obtẽperandũ.

olim ſcientes, & patentes iudicium anathematis promulgari, obſecundare ſynodico iudicio Romanæ eccleſiæ neceſſarium duximus. Et huius rei gratia reddidimus ei proprium thronum. Verùm non modò Romanæ, ſed ad Orientem ſolem ſitarum ſedium prouidẽtia meliori vicarij peruenerunt, nihil deinceps vel impedire, vel aduerſari, aut fauere vtrique parti iuſtiſſimo imperio noſtro conſenſuro. Cuius rei gratia in nullo ſynodico iuditio inueniri voluit, multorũ garrulitates recidens, nè quis dixerit, ꝙ imperialis manus, & gladij, & ꝓtectores, ac mundanus potentatus Conciliũ ſubadulterauerit. Vnum ſolùm nobis deſideriũ, & ad præfatos iudices, poſtquàm illos vidimus, ſupplicatio fuit, nè quẽquam permitterent deperire, vel ab eccleſia Dei quenquã, ſi fieri poſſet, ꝓijci. Hoc ſolùm eſt noſtrum, ſi quis voluerit nominare crimina. Alia verò canonibus, & his quibus imperiũ Synodi creditum eſt, tradidimus, multùm ꝓ præſenti iudicio cõiurantes & condẽnantes, id eſt, condemnationẽ imprecantes, nil ad gratiam vel per odiũ decernendũ: humanè autem magis circa eos qui ceciderant, affectandum: quos non propriè tãtùm, ſed & communiter hodiè omnibus videntibus deprecamur, manum ijs qui cõpaſſione opus habent, porrigere, & vnam eccleſiam celebrantium feſtiuitatem perficere. Ità patres ſpirituales & veritatis defenſores, qui figurati ſecundùm chriſma Aaron, ſecundum zelum Phinees, ac ſecũdùm iudicium Salomones requirite ouem quæ perierat, conuertite quæ errauerat, ſuper humerũ tollite ſolitariam, & compaſſionis vinculis alligate, q̃ vlcerata eſt, emplaſtro cõdeſcẽſionis ſanate: quæ extranea & abiecta eſt à ſpirituali mandra, nonagintanouẽ ouibus diſpẽſationis more coniungite: relinquite memoriam ſempiternã poſterioribus generationibus cõpaſſionis veſtrę ad imitationem Chriſti. Et vos quoq; qui curationis indigetis, ac medela opùs habetis, precioſa mẽbra Chriſti etſi neſcio quomodò a malo dæmone deiẽti, eſtis ſeparati à capite vitis vera, quæ propter contentionem importunam, immò verò iniuſtam, in amaritudinem conuerſa es: amici & proximi noſtri, etſi propter odium irreuocabile ex aduerſo appropinquantes & ſtantes, ac veritatem reſpuentes, ſuſcipite admonitionis ſermonem, non autem confundor dicere, etiàm deprecationis. In id enim nos adduxit miſericordia, quam circa vos habemus. Scrutamini intima conſcientiæ veſtræ, & inuenietis malè uos ab eccleſia eſſe disiunctos. Nouiſſima hora eſt, & iudex pręforibus eſt, fratres. Nè præoccupemur ab eius eccleſia ſequeſtrati, & longè ab eius gloria proijciamur. Nihil turpe ducamus paſſionẽ manifeſtare. & vulnus oſtendere, ac locum pœnitentię & medicinæ requirere, atque intra atrium ſaluantium fieri, nè confuſionem obedientiam arbitrando, confuſionis æternæ ſumamus experimentum. Qualis autem eſt confuſio, fratres procidere Deo & veniam expetere? Deo enim prócidunt, q ecclesiæ & ſpiritualibus iſtis patribus prócidunt. Confuſio quidem reuerà eſt & maximus pudor, immò verò in Deum dimicatio, nolle vnumquenque proprium confiteri peccatum, & humiliari propter Chriſtum, ac lucrari & ſe & multos. Si autem omninò

En quàm reuerẽter epiſcopos ſynodi appellat Imperator.

Alloquitur epiſcopi ſchiſmaticos.

hoc

hoc confuſiooem arbitramini, ego cui imperij ſuperpoſita eſt corona, forma vobis eſſiciar huius optimæ humilitatis. Ego qui imperitus & inſipiens ſom, bonum initium ero vobis, qui ſapientes eſtis & ſcientia clari. Ego qui in peccatis volutatus ſum, primus vobis typus ſiam, qui mundi eſtis & virtuti operam datis. Ego ptimus memet ſuper pauimentum proijcio, purpuram & diadema paruipendens. Aſcendite ad genas meas, & per oculos meos incedite, nec reputetis magnum Imperatoris calcare ſcapulas: neque vereamini tangere verticem, cui imponitur à Deo donata corona. Omoia pati promptum habeo & agere promptiùs, quæ vobis quidem confuſionem, mihi aotem gloriam & maximam claritatem conferre videntur. Neq; enim in hoc curam gero gloriæ meæ, tantùm vt videam communem vnitatem, & vnam eccleſiam feſtiuitatem celebrantium: tantùm nè animæ detrimentum patiar, & gaudeat ſuper me ille omnium inimicus diabolus, captiuum ſumens quod mihi deſiderandum eſt. Tantùm ſpei meæ lampas inſperatè non extinguatur, per quam feſtinabam communi illuſtrari lætitia ſimul & gaudio. Neſcio quid erat ſatagendum & efficiendum, & non feci: vel quos proponendos admonitionis & deprecationis ſermones, & non propoſui. Vos ergò videbitis. innocens ſum à perditione veſtra. Si verò ad magnum & horrendum illud iudicium futuræ diei nos remittitis, quaſi pro vobis rationem daturos: noſcite quia benè noui, quòd nullus vobis iuſtitiæ ſermo ſiue hîc adeſt, ſiue illîc aderit, niſi quantùm in hac controuerſia inuentum fuerit. Verùm ſi vultis, & ante illud iudicium, conſcientiæ veſtræ interrogate iudicium: diſcetis nihil ampliùs, quàm quod ab imperio noſtro dicitur: Deponite ergò contentionem fratres, & reſumite amorem fraternitatis: fugite diſſenſionem, & vnitatem amplectimini: odium auertite, & dilectionē in ſinum recipite: ſtate cum probabilibus, & capiti compingimini: recipite per parentiam diuinæ communionis gratiam, & nihil ob ſecularia ſitis ſoliciti. Sunt enim apud compatientiſſimum imperium noſtrū ſuſceptionum modi diuerſi, per quos vos conſolabimur, & inceſſanter, quę ſecundùm ſeculum vobis opportuna fuerint, faciemus. Rurſusq́ue multimodè decertabimus obſecrantes, rogantes, & omne ingenium mouentes ad ſpirituales patres veſtros & patriarchas, vt diſpenſent quędam eorum, quę inſunt animo veſtro: tantùm nè temerè contra ſalutem veſtram agatis. Non enim eſt tempus ad pœnitentiam & receptionem præſenti acceptius. Qui nanque hodiè ligare & ſoluere eccleſiæ negocia poſſunt, præſtò ſunt: dimittite importunè tempus explorare, & rerum immutationem expectare; quæ & ſi fiat aliquandò, nihil vobis conferet. Etenim etſi alia tempus immutauerit, hoc commouere non poterit. Nam ſi actio vnius viri veſtri, nil rationabile habentis, cùm tota erronea eſſet, tantùm ęſtum operata eſt, vt huic vix ac difficilè diſſoluere quiuerimus actionem: dic mihi, & iudicium quatuor Patriarchalium ſedium quis diſſoluere poterit? Ad quem enim fugieris, ſolutionem obligamenti petentes? ad Romanum præſulem? ſed ſinerenùs vos condemnauit. Ad Antiochenum? ſed conſentaneus Romano & cōſonus factus eſt. Ad Hieroſolymitanum vel Alexandrinum? ſed & illi veſtræ damnationi conſentiunt. Ac ſi & thronum aliquandò Conſtantinopolitanum ille, qui cuncta violat, vobis commiſceat, & per voſmetipſos conuenire volueritis, quis vos ſequetur? vel quomodò aperire oculos & adſpicere quempiam poteritis, impugnati ab omnibus ſacerdotibus ac Patriarchalibus ſedibus? Nè ergò fratres ipſi vos decipientes, tempus ſalutis veſtræ perdatis, (neque enim tale inuenietis aliquandò) ſed importunas contentiones & obſtinationes deferentes, communi medelæ occurrite, & medicinæ remedium ſumite, ac adhærete ſpirituali capiti noſtro, & Eccleſiæ Dei communicatores eſtote: vt & crimine exoamini, & Deum propitium habeatis ac etiàm lætificetis, imperiumq́; noſtrum exultare ac ſpiritualiter feſtiuitatem celebrare faciatis, atque Rempub. vniuerſam gaudio maximo & tripudio repleatis: necnō & in cōmuni omnes benedicamus pariter Domino glorię noſtrę, ac principi pacis & authori, diſperſa congreganti & benè coaptanti, intercesſionibus ſanctiſſimæ Dominæ noſtrę Dei genitricis, Deum videntium Angelorum, & omnium ſanctorum, Amen.

Inſigne humilitatis exēplū in Baſilio Imp.

IN VII. Actione Bahanis patritius & prępoſitus dixit ad Synodum, Photio præſente cum epiſcopis ſuis: Sanctus Imperator noſter vult facere allocutionem ad iſtos, per me indignum ſeruum ſuum. Sanctiſſimi vicarij ſenioris Romæ dixerunt: Sicut iubet imperium eius. Bahanis dixit ad Photium & epiſcopos eius: Hortatoriè alloquitur vos Imperator. Homines, dicite, vndè eſtis? De cœlo eſtis? de abyſſo eſtis? an de terra, in qua nos degimus? Et oſtendite mihi hac hora, quia ſiue hæreſis mota eſt, ſiue ſchiſma emerſerit in qualibet parte, & ſenſerit aliquis ex quatuor Patriarchis, immò verò quinque, qui condemnatione condemnant vos: quid vobis videtur ad hæc? eſtne qui adiuuet nos? Dicite, quis canon vos adiuuet, & vbi poſuerit Dominus canones, in eccleſijs ſuis, an in alio aliquo loco, & vbi eccleſiæ ſint hodiè, & vbi prædicetur Euangelium. Eſt ne alius locus, quàm quem tenent vicarij iſti? Dicite. Epiſcopi Photij dixerunt: Deus cuſtodiat Imperatorem noſtrum. Verbum petiuimus impunitatis, vt diceremus

Oratio Bahanis. Patritij ad Photium, &c.

Digitized by Google

diceremus negocia noſtra cum fiducia, & non accepimus: quantùm ergo habemus loqui? Bahanis dixit: Sanctus Imperator noſter admonentis affectu ad vos dicis: Vtique Deus ideò audiuit deprecationem meam, & adduxit hos ſanctos viros de finibus mũdi, nè quid ſecundùm faciem fiat, ſed ex æquo ponatur iudicio. Iniuſtiſſimum dicitis, vt accipiatis verbum ſecuritatis: & tunc quis à me triſtatus vel læſus fuerit, volo vt dicatis. Ideò ſunt hîc vicarij omnium ſediũ, vt qoicquid babetis in iuſtificationem veſtram, loquamini, Epiſcopi Photij dixerunt: Scimus imperium ſanctum eius, quia neminem vult contriſtari. Quid volumus dicere? Si dixerimus iuſtitias noſtras, non fient. Bahanis dixit: Per Imperatorem noſtrum ſanctũ nihil prohibemini. iubet enim, vult & acquieſcit vt loquamini. Sed videntes iudices conuicia veſtra, nec audire vos volunt. Epiſcopi Photij dixerunt: Et nos iudices ipſos non recipimus. Bahanis dixit: Et reijcit regula Patriarchas, & irrationabiliter iudicant? Amphilochus Photij epiſcopus dixit: Irrationabiliſſimè. Bahanis dixit: Et ex tranſcenſu regulæ & patriarcharum ſuorum iudicant? Epiſcopi Photij dixerunt: Extra Bahanis dixit: Ite ad patriarchatus, & certificamini. Baſilius pijſſimus Imperator & amicus Chriſti, dixit: Quotquot creditis per omnia, quòd à patriarchalibus venerint homines iſti cum commendatitijs literis, & non habetis aliquam ambiguitatem, ſuſcipite illos & quæ iudicantur ab ipſis. Quotquot autem dubitatis ad hoc, & non babetis eos iuſtos, neq; ſecundùm verbũ patriarcharum ſuorum agentes, ite ad eos, & diſcite ab illis, & adducite etiàm ad nos, immò verò quod plùs certum exiſtit, & diſponemus ità. Epiſcopi Photij dixerunt: Nos iudicium non vidimus, & quomodò habemus ſequi, quod nos non vidimus? Bahaois iuſſus ab Imperatore, dixit: Sanctus Imperator dicit: Nè dicatis fratres, quòd velim vos mittere illuc, vt pereat quis veſtrûm. Teſtis eſt Deus, quẽ miſero illuc, (in quo conſpectu totius ſenatûs & ſanctæ Synodi dico) iterùm reducam eum huc.

Iudices, dicit vicarios Papæ & Patriarcharum.

In Actis eiuſdem Syoodi etiàm illud habetur, cùm ſe epiſcopi Photij multis argumentis tueri & defendere vellent, dixiſſe Baſilium Imperatoeem: A legati per vos, ſanati poſteà per Eccleſiam fuerunt: vos autem vſque ad præſens in peccato veſtro eſtis, & in ſepulcro nequitiæ veſtræ iacetis mortui, undè omnes ſummi ſacerdotes patriarchæ uos condemnant concorditer. A Deo uerò munitum imperium noſtrum, placidum & benignum eſt, & ueſtrî curam gerit, & conſulit ut percipiatis miſericordias, quas deliberauerit ſancta & uniuerſalis ſynodus. Nam omnes nouimus, quòd laici eſtis, & non adduximus uos latrare, & ſinè ordine facere verba omnia enim veſtra, mendacia ſunt & ſeductio. Photij epiſcopi dixerunt: Hoc nec diabolus auſus eſt dicere. (*Indignè ferunt ſe laicos dici. Imperator autem propterea eos laicos dicit, vt quidã annotauit, quòd a Photio, cùm nõ eſſet epiſcopus, ordinati fuere.*) Deindè quidam Eulampius epiſcopus Photianus cœpit velle loqui Imperatori: tum verò ſedis Apoſtolicæ vicarij dixerunt, Eulampium ab Apoſtolica ſede damnatum & excommunicatum, & ideò verba cum eo Imperatorẽ facere non debere. Tunc dixit Baſilius: Ego crebrò & multùm rogaui nè perirent, & ideò vocaui eos huc. Si nolunt concurrere ad eccleſiam, quicquid iudicauerint patriarchæ, etiamſi noluerint, confirmabunt. Nemo enim poteſt datam eis poteſtatem à Chriſto Deo & Saluatore noſtro, reprobare.

Imperator de ſchiſmaticis ſentẽtiã Patriarcharũ expectat, non ipſe profert.

ORATIO BASILII IMPERATORIS,

Ad Synodum, cùm ea iam eſſet ad calcem perducta.

BAſilius pijſſimus & Chriſto amabilis Imperator ad Synodum dixit: Multam quidem vexationem & laborem veſtra diuinitùs collecta pertulit ſanctitas, ſingulis vobis hincindè cõfluentibus ad feliciſſimam vrbẽ noſtrã, cauſa eccleſiaſticæ ordinationis & cõſtitutionis: pro qua etiàm diuturnam in ea morã ſuſtinuiſtis, & propter quã multi & ſenectutem cõtempſiſtis, & corporalem infirmitatem paruipẽdiſtis, & fortes facti ea quæ requiei non congruunt, tolerâſtis, & diuturnam ſeparationẽ ſpiritualium filiorum veſtrorũ magnanimiter pertuliſtis. Sed eccè dolorum & laborum veſtrorum videtis quàm ſit finis ſuauis, & eccleſiæ Dei proficuus. Nam communis concurſus, & in ſpiritu ſancto magnæ huius & vniuerſalis Synodi conſenſus, omne ſcandalum & offendiculum è medio remouit eccleſiæ, huiuſq́ue multi temporis procellas cõpeſcuit, & ad limpidam tranquillitatem traduxit. Gratias ergò agimus Domino, patres venerabiles, de omnibus bonis, quæ nobis à Deo conceſſa ſunt, & admittimus zelum veſtrum, qui ſecundùm Deum eſt: & optamus à munificentia magni Dei & rege vniuerſitatis opulentiam vobis retribui mercedem, dolores veſtros & labores recompenſantem: pro quibus & tranquillitas noſtra feſtinabit reficere ac animare vos, & omne deſiderium veſtrum implere. In omni autem audentia expreſſa fateri & hoc iuſtum putauimus,

mos, pro communi omnium noſtrûm muniminc, & ſanctæ Dei eccleſiæ perſeueranti tranquillitate, propter eos qui communi inuident felicitati, & vulnerantur quiddam ſagitta ſerpentis ſuper eccleſiaſtica ordinatione: cõgratulantur aũt huius commotioni & æſtui, atque delicias exiſtimant, ſi viderint eam in tempeſtate fluctuantem. Talibus ergò expreſsè hodie dicimus: quiſquis habet aliquid aduersùs hanc ſanctam & vniuerſalem ſynodum dicendum, aut contra huius canones aut terminum, ſtet in medio, & quę ſibi videntur edicat, ſiue epiſcopus ſit, ſiue quiſquam de eccleſiaſtico clero, ſiue laicus, aut ex ijs qui ciuilibus officijs mancipãtur, exiſtat: quanquàm nõ ſit datum iſtis ſecundùm canonem, dicendi quicquam penitùs de eccleſiaſticis cauſis: (opus enim hoc, pontificum & ſacerdotum eſt) ſed ex abundanti, omne os iniquum obſtruere volentes, licentiam præſtamus omnibus, vt qui in mente habet quid ambiguum de ijs, quæ decreta ſunt ab hac ſancta Synodo, hoc in mediũ exhibeat, & ſuſcipiat ſatisfactionis ſalubre remedium. Non modicum certamen certauimus, neque labori cuilibet ceſſimus, vt & ipſi nobiſcum nôſtis, ad congregandum eos, qui à Roma & ab Orientis patriarchalibus ſedibus cõuenerunt: quos conducere multi quidem & ante nos conati ſunt, ſed nullo modo valuerũt. Nõ modicam vexationem & contritionẽ etiàm Deo amantiſſimi ſummi ſacerdotes ſuſtinuerũt, à longè concurrentes ad ſanctæ huius Synodi tractatum. Qui ergò habet quid dicendum, dicat, dum hæc celebratur. Nam ſoluta ſancta & vniuerſali ſynodo, qui apparuerit eccleſiæ Dei cõtradicens, aut nõ communicans ei, ſiue epſ ſit, ſiue abſolutè ſacerdos, ſiue dignitate aliqua præditus, vel aliter conuerſatus, veniam ab imperio noſtro minimè conſequetur: ſed iuſtè condemnabitur, & à ciuitate noſtra pelletur vt corruptor & peſtilens, & membrum putridum & inutile, & commune corpus eccleſiæ violans. Vos autem amatores virtutum, Deo amiciſſimi ſummi ſacerdotes, qui epiſcopali decoramini dono, ſinguli commonere proprium gregem & ad ſalutem ducere nè pigritemini, demonſtrantes quantum malum ſit, eos, Eccleſia Dei manẽte in tranquillitate, ab illa diſſilire, & contra eos qui præſunt animabus ſuis, inſanire, & à diuinis myſterijs propter irrationabiles & viles occaſiones ſeſe coercere. Et quidem ſubiectum vobis gregem per vnumquenque diem Dominicum verbis doctrinæ confirmantes, ad diuinarum voluntatum dirigite perfectionem: eos verò, qui errore hæreſeos cuiuſquam detinentur, tanquàm paſtores boni conuertite. Nouerit enim virtutibus plena perfectio veſtra, quia ſi notum fuerit vobis, hæreſis quæcunq; in prouincia cuiuſquam veſtrûm latitans, nõ per aſſiduam doctrinam radicitùs euellatur, & omnes ad orthodoxam fidem manuducantur; canonicè huiuſmodi epiſcopus à proprio patriarcha condemnabitur. Et ſacris quidem doctrinis, atq; ab abominationibus alienis, taliter ſacratiſſimus grex veſter per paſcua ſalutaria paſcatur. Ipſi autem in alterutrum pacifici eſtote, & eccleſiæ vinculum indiſruptum conſeruate, in quo laborâſtis & concordâſtis, quodque verbo & manu in præſenti ſancta & vniuerſali Synodo confirmâſtis, nè per contentionẽ & pertinaciam mutuam, diſruptionem rurſùs communis eccleſiæ corporis faciatis, & non habeatis veniam in die iuſtiſſimæ retributionis: ſed amicitia veſtra & conſenſus ſit ad ordinationem totius orbis diſtrictiſſima norma: vndè vos contemplantur ſubditi, quemadmodùm prætores ad principalia, & ad vitam veſtram & mores ſeu conuerſationem moderari probantur. Sed & qui in clero deputati eſtis Eccleſiæ Dei, eandem conſeruate conſtitutionem & alternam concordiam, in nullo declinantes vel præter quæ ſancita ſunt ſpiritu ſancto ab hac magna & vniuerſali ſynodo prædicantes. Nam & ipſi in omnibus conueniſtis, & ſole clariùs veritatem reſplendere vidiſtis, in quam & conſenſiſtis, & concordantes apparuiſtis. De vobis autem laicis, tam qui in dignitatibus, quàm qui abſolutè conuerſamini, quid ampliùs dicam non habeo, quàm quòd nullo modò vobis licet de eccleſiaſticis cauſis ſermonem mouere, neque penitùs reſiſtere integritati eccleſiæ, & vniuerſali ſynodo aduerſari. Hæc enim inueſtigare & quærere, patriarcharum, pontificũ & ſacerdotum eſt, qui regiminis officium ſortiti ſunt, qui ſanctificãdi, qui ſoluendi & ligãdi poteſtatem habent, qui eccleſiaſticas & cæleſtes adepti ſunt claues: non noſtrum, qui paſci debemus, qui ſanctificari, qui ligari, vel à ligamento ſolui egemus. Quantæcunq; enim religionis & ſapientiæ laicus exiſtat, vel etiamſi vniuerſa virtute interùs polleat, donèc laicus eſt, ouis vocari non deſinet. Rursùs Epiſcopus quantacunque ſit irreuerentia plenus, & nudus omni virtute, donèc antiſtes eſt, & veritatis verbum rectè prædicauerit, paſtoris vocationis & dignitatis damna non patietur. Quæ ergò nobis ratio eſt, in ordine ouium conſtitutis? Paſtores verborum ſubtilitate diſcutiendi, & ea quæ ſuper nos ſunt, quærendi & ambiendi habent: Oportet nos ergò cum timore & fide ſyncera hos audire, & facies eorum vereri, (cùm ſint miniſtri Domini omnipotẽtis, & huius formam poſſideant) & nihil amplius, quàm ea quæ noſtri ordinis ſunt, requirere. Nunc autem, ut uidemus, adeò multos malitia in inſaniam accendit, ut obliuiſcentes proprij ordinis, & quòd pedes ſint, minimè cogitantes, legem ponere uelint oculis, (non ut natura ſe habet) ſicut ipſi cupiunt, & ſinguli

Imperator de ſchiſmaticis ſententiã Patriarcharũ expectat, non ipſe profert.

Nota ſchiſmatice & hæretice.

Memorabiles ſententiæ Baſilij Imp. de laicis.

Laicus ſemper ouis, non paſtor.

Digitized by Google

guli ad accuſandum quidē maiores, ſemper exiſtunt promptiſſimi: ad corrigendum autē ea, in quibus accuſantur & criminantur, pigerrimi. Et moneo & exhortor omnes qui tales ſunt, vt maledictum & æternum odiū auertentes, & iudicare iudices deſinentes, attendant ſibi, & ſecundùm diuinam voluntatem conuerſari contendant. Nam nō quieſcet ſupernum iudicium, ſed contra diffidētes diuinus furor ſtillabit, & iuſtam vltionē opere cunctis oſtēdet. Oramus autem ſuper omnia ſanctum Dominum, omnes melioratos, & ſecundùm beneplacentem ei voluntatem clareſcentes, non ſolùm à diuina ira intentatos manſuros, ſed & æterna bona conſecuturos, orationibus & interceſſionibus ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ Dei genitricis, & omnium ſanctorum, & precibus & obſecrationibus ſanctæ hui⁹ & vniuerſalis Synodi, Amen. Et poſt lectionem, Baſilius amicus Chriſti & magnus Imperator, dixit: Dicat nunc quicunque voluerit ex ſedentibus in hac ſancta & vniuerſali Synodo, in quo iſtorū hæſitet vel ambigat, quæ nunc lecta ſunt. Sancta Synodus exclamauit: Omnibus placent quæ lecta ſunt, omnes iiſdem ipſis concordamus, omnes libenter ſubſcribimus.

Item poſt lectum terminum Synodi (ità enim vocāt) Baſilius Imperator ad Synodū dixit: Dicat nunc ſancta & vniuerſalis Synodus, ſi omnibus ſanctiſſimis epiſcopis concordantibus atque conſentientibus præſens terminus ſit depromptus. oportet enim diuina quæque cum vniuerſorum conſenſu & concordantia in eccleſiaſticis prædicari & confirmari collegijs. Sancta Synodus dixit: Omnes ità ſapimus, omnes ità prædicamus, omnes concinentes & conſentientes promptè ſubſcribimus. Hoc eſt veritatis iudiciū, hoc eſt iuſtitiæ decretum, &c.

Nota ſubſcriptionē legati.

Poſteà ſubſcripſerunt omnes. Primò legati Adriani Papæ, hac forma: Ego Donatus Dei gratia epiſcopus Oſtienſis eccleſiæ, locum obtinens Domini mei Adriani Pontificis & vniuerſalis Papæ, omnia quæ ſuperiùs leguntur, huic ſanctæ & vniuerſali Synodo præſidens, ad voluntatem eiuſdem eximij præſulis promulgaui, & manu propria ſubſcripſi. Eodem modo & alij duo Legati ſubſcripſerunt. Ignatius verò ſic: Ignatius miſericordia Dei epiſcopus Conſtantinopoleos nouæ Romæ, ſanctam hāc & vniuerſalem Synodum ſuſcipiens, & omnibus quæ ab ea iudicata & ſcripta ſunt, concordans & definiens, ſubſcripſi manu propria. Eadem forma vſi ſunt etiam Legati Patriarcharum Orientis. Poſt quos tandèm ſubſcripſerunt Imperatores his verbis: Baſilius, Conſtantinus & Leo perpetui Auguſti, in Chriſto Deo fideles principes Romanorum & Magni Imperatores, ſanctam hanc & vniuerſalem Synodum ſuſcipientes, & omnibus quæ ab ipſa definita & ſcripta ſunt, concordantes, ſubſcribimus manu propria.

In qua ſubſcriptione Imperatorum hoc obitèr aduertendum eſt, quòd aiunt quidem, ſuſcipientes & concordantes, non autem definientes. id .n. epiſcoporum eſt, non principum. Hæc pauca huius octauæ Synodi fragmenta lector boni conſulat, donèc liceat integra quandoq; frui.

Finis Octauæ vniuerſalis Synodi.

ADRIANI PAPÆ TERTII GESTA,

Ex Platina de geſtis pontificum breuibus collecta.

ADrianus tertius, patria Romanus, patre Benedicto, tanti animi fuit, vt initio Pōtificatûs ſui ſtatìm ad ſenatum populumq; retulerit, anno Domini 885. nè in creando Pontifice Imperatoris authoritas expectaretur, vtque libera eſſent & cleri & populi ſuffragia. Quod quidem inſtitutum à Nicolao primo tentatum potiùs quàm inchoatum diximus. Illectum credo hac opportunitate Adrianum, quòd Carolus Imperator ab Italia cum exercitu diſcedens, in Normannos rebellantes mouerat. Fuerat ei in animo, gētem inquietam omninò delere. At verò cùm id difficile videretur, nec fieri ſinè magna ſuorum clade poſſet, partem illam Galliæ ad incolendum his conceſſit, quæ vltra Sequanam flumen eſt, quæque hodie à gente ipſa Normandia vocatur. Pendere autem quotannis vectigal regibus Franciæ ſunt iuſſi, nè vi, ſed benignitate Imperatoris Caroli, loca illa obtinuiſſe viderentur. Inter eà verò Guilelmus cognomento Pius, Aquitaniæ dux & Aluerniæ comes, cùm ſtirpe virili careret, Cluniacenſe monaſterium in fundo paterno Burgundiæ pago Maſticēſi, magnificentiſſimis operibus inchoauit, eidemque loco Bernonem abbatem præfecit, deſignatis prouentibus vndè monachi viuerent. Ante tempus verò Gulielmus moriens, monaſterium imperfectum reliquit, Elbo comite Pictauienſi hærede inſtituto, qui eem ipſam ex teſtamento curaret. Adrianus autem Pontifex, de quo clerus populuſque Romanus magnam ſpem conceperat ob eius virtutem & magnitudinem animi, anno primo & menſe ſecundo pontificatûs ſui moritur, ſepeliturque in baſilica ſancti Petri, collachrymantibus omnibus & ingemiſcentibus, tantum parentem iniquo tempore tam repentè ſibi ablatum eſſe.

Ann. 888. alij 884.

COLO.

Digitized by Google

COLONIENSIS SYNODVS,

Habita ſub Carolo III. Imperatore, Cognomento Craſſo Tempore Stephani V I. dicti V.

A.D. 887. Ann. 888. alij 884.

ANno incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti, octingenteſimo octogeſimo ſeptimo in Eccleſia B. Petri Apoſtolorum Principis, Indictione tertia, Calend. Aprilis, cõuenerimt in vrbe Agrippineñ. vnà cum conſenſu glorioſiſſimi Imperatoris Caroli, & Moguntinæ ſedis Luidberti Archiepiſcopi, Vuilliberius humilis eiuſdem præfatæ vrbis Archiepiſcopus, Frãco Tungreñ. ſedis Epiſcopus, Odilbaldus Traiecteñ. ſedis Epiſcopus, Vuulfelinus Mimigarnafurdeñ. eccleſiæ epiſcopus, Druogo Mimidoneñ. eccleſiæ epiſcopus, cum conſenſu venerabilis Rimberti epiſcopi, pręſentibus etiàm bonæ deuotionis abbatibus Neuolongo Iudenſis monaſterij abbate, Andulfo Vuerdineñ. monaſterij abbate, Folchario Aquiſgrani palatij abbate, cum præfatarum ſedium presbyteris & diaconibus, & laicis quibuſdam religioſis celebrata ſynodo, ea q̃ ſubiecta ſunt, diuini amoris inſtinctu de negocijs Eccleſiaſticis promulgauerunt.

Mimigarnafurdeñ. eſt Monaſterieñ.

Caput Primum.

Quòd clerus Mimidoneñ. eccleſiæ presbyterum nomine Druogonem vocatum, epiſcopum vnanimi conſenſu ad epiſcopalem promoueri ordinem petiêrunt, quorum petitioni effectum præbentes, ad paſtorale eum promouimus officium.

Caput 2.

Quòd Franco venerabilis Tungreñ. ſedis epiſcopus, cura paſtorali permotus, & diuini amoris zelo ſuccenſus, ſuggeſſit ſanctam Dei Eccleſiam, non habentem maculam neque rugam, à ſchiſmaticis & raptoribus, qui neq; Deum præ oculis habent, neque vllius verentur occurſum, neq; diuina humanáve legè à malo coercentur, ſed ad omne malum præcipites feruntur, grauiter vexari. Cuius ſuggeſtioni valdè condolentes, illiusq́ue zelo ſecundùm canonicæ inſtitutionis decreta compatientes, decreuimus, eos qui tam pertinaci ſtimulo irretiti ſunt, vt ea mala ſanctę matri Eccleſiæ inferrent, aut ſtatuto tempore pia conſideratione illorum ſaluti conſulentes, videlicet in feſtiuitate ſancti Ioannis Baptiſtæ, octauo Calendas Iulij in Foro Iulij, quandò iterùm Deo annuente ſynodus celebranda erit, pœnitentiæ & emendationi ſecundùm priſcorum ſtatuta patrum ſe ſummittant; aut ſi inſtigante diabolo, cuius inſtinctu ad tam neſandum peruenerunt flagitium, hoc contempſerint perpetuo & irreuocabili eos anathemate feriendos eſſe denunciamus. Eos verò, qui crebra admonitione & diuturna conuenti ſunt, vt reſipiſcerent, & ad pœnitentiæ remedia confugerent, more canum ad vomitum rapacitatis abſque DEI reſpectu reuerſi ſunt, ſtatuimus, ſinè dilatione gladio anathematis eſſe puniendos.

Caput 3.

Hæc ità ſtatuimus, quoniam neceſsè eſt, non tranſgredi terminos patrum, ſed magis aſſenſum præbere diffinitioni eorum. In decretis nanque Anacleti Papæ capite ſecundo legimus, quòd omnis oppreſſus liberum ſacerdotum (ſi voluerit) appellet iudicium, & à nullo prohibeatur, ſed ab his fulciatur, & liberetur. Ex Concilio Toletano quarto, capite trigeſimoprimo, Epiſcopi in protegendis populis ac defendendis impoſitam ſibi à Deo curam non ambigant. Ideoque dum conſpiciunt iudices ac potentes pauperum oppreſſores exiſtere, ſacerdotali eos cõmonitione redarguant. Item ex Concilio Toletano 1. Si quis de potentibus clericum aut quemlibet pauperiorem, aut religioſum expoliauerit, & mandauerit eum ad ſe venire epiſcopus vt audiatur, & contempſerit, mox inuicèm ſcripta percurrant per omnes prouinciæ epiſcopos, & quoſcunque adire potuerint, vt excommunicatus habeatur ipſe, donec audiat, & reddat aliena. Talium enim ſcelerum patratoribus, ſicut in capitularibus glorioſiſſimorum Imperatorum Caroli & Ludouici continetur, nisì poſt puram & publicam pœnitentiam, & per eccleſiæ ſatisfactionem, & per impoſitionem manûs epiſcoporum, nec viuis, nec mortuis communicare debemus.

In prima decr. Ex 2. q. 6. Omnis oppreſſus.

Tol. 4. ca. 31.

Tol. 1. c. 11.

Caput 4.

Vt nullus laicus, quamuis religioſus, præſumat aliquid de rebus Deo dicatis vel eccleſiæ facultatibus, id eſt, nec dandi baſilicas, nec auferendi ſinè conſenſu epiſcopi habeat poteſtatem, neq; ex dote eccleſiæ, id eſt, ex vno manſo, & quatuor mancipijs cenſus exigatur, ſed iuxta Concilium Aurelianenſe primum, cap. 19. Omnes baſilicę, quę

Aurelia. 1. cap. 19.

Digitized by Google

per diuerſa loca conſtructæ ſunt, vel quotidiæ conſtruuntur, placuit, ſecundùm priorũ canonum regulam, vt in eius ordinatione & poteſtate perſiſtant, io cuius territorio poſitæ ſunt. Si quis verò contra hæc venire præſumpſerit, anathemate feriatur.

Caput 5.

Omnibus conſtat manifeſtum fore, nos nil temeritatis, neq; nouitatis in hac ſynodo, vbi in Ieſu nomine, qui eſt ſalus omnium, congregati ſumus, ſtatuiſſe, ſed cauſa veſtræ ſalutis diuino admoniti inſtinctu feruentes, immò paſtorali cura permoniti, vobiſmetipſis conſulentes ſecundùm diuinæ inſtitutionis normam, & iuxta nobis à Deo datam ſapientiam, piè & iuſtè viuere vnumquenq; admonemus, quatenùs Deo reddentes quæ Dei ſunt, & vos oobis (prout oporter) auxi-
1. Cor. 9. b lium ferentes, nosq; vobis ſecundùm Apoſtolum ſpiritualia ſeminantes, ad vitam pariter perueniamus æternam.

Caput 6.

De inceſtis autem coniunctionibus, vndè multimodis fines regionis noſtræ circũquaque, inſtigante diabolo, polluuntur, ſecun-
Agatheñ. Cõci. c. 61. dùm Agatheñ. Conciliũ, cap. 61, nihil prorſùs veniæ reſeruamus, niſi cùm adulterium ſeparatione ſanauerint. Ex Concilio Ilerdeñ.
Ilerdeñ. Cõcil. c. 4. cap. 4. De his, qui ſe inceſti pollutione commaculant, placuit, quouſq; in ipſo deteſtando & illicito carnis contubernio perſeuerẽt, vſque ad Miſſam tantùm catechumenorum in eccleſia admittantur, cum quibus etiàm nec cibum ſumere vlli Chriſtianorum, ſicut
1. Cor. 5. d Apoſtolus iuſſit, oportet. Quòd ſi conuenti fuerint, & ad pœnitentiæ remedia coonoluerint, ſeque ſacramento conſtrinxerint, vlteriùs tam nefanda & prorsùs abominanda pollutione non eſſe polluendos, iterumque ad recidiua malitiæ, & vitæ priſtinæ ſordes relapſi fuerint, ab epiſcopo ciuitatis cõprehenſi, ſicut in Concilio Toletano, cap. 7. reperitur, in cuius territorio ſunt, rurſùm legibus pœnitentiæ in monaſterijs ſubdantur inuiti. Quod ſi facere per aliquem poteſtatis vigorem difficile fuerit, tunc ſicut priſcorum canonum ſtatuerunt decreta, quouſque iterùm reſipuerint, excommunicati, & anathemate condemnati habeantur: ſed & hi, qui poſt excommunicationem vel interdictum, cum eis communicauerint. De virgini- 27. q. 1. Virgines quę ſe. Et in Mogũtia. Cõcil. tpe Caroli, cap 27.
bus autem ſacratis in Concilio Elibertano, cap. 13. ſcriptum eſt: Si mœchauerint Virgines, quę ſe Deo dedicauerunt, ſi pactum perdiderint virginitatis, atque eidem ſeruierint libidini, non iotelligentes quid amiſerint, placuit, nec in fine dandam eis eſſe communionem. Quòd ſi ſemèl perſuaſæ ad infirmi corporis vitia lapſæ, toto tempore vitæ ſuæ eiuſmodi fœminæ egerint pœnitentiam, vt abſtineant ſe à coitu, placuit, eas in finem communionem accipere debere. Ex Concilio Chalcedoneñ. cap. 16. Virginem, quæ ſe Domino Deo conſecrauit, non licere nuptialia iura contrahere. Quòd ſi hoc inuenta fuerit perpetrans, excommunicetur. Confitenti autem decreuimus, vt habeat authoritatem eiuſdem loci Epiſcopus, miſericordiam humanitatemque largiri.

In Mogũtia. Conc. tẽpore Caroli. ca. 27.

MOGVNTIACENSE CONCILIVM

Tempore Arnulphi Imp. & Steph. VI. dicti V. Papæ.

Prælocutio Syoodi Moguntiacenſis.

FRatres, nôſſe & animaduertere ſanctitatis veſtræ prudentiã oportet, quia omnipotẽns Dei nutu omnia prouidentis, & ſecundùm interni cõſilij ſui iudiciũ cũcta diſpenſantis, hîc cõgregati ſumus. Cuius cõuentûs cauſam perpendere, & diligenti ſolicitudine conſiderare debemus. Omnipotens nanq; Deus occulto diſpenſationis ſuæ examine rectores pariterq; paſtores Eccleſię ſuę præfecit, quam ſibi ſuo ſanguine acquiſiuit, mundans eã lauacro aquæ in verbo, q̃ quot malis oppreſſa, quot ventis tribulationũ illiſa, plùs iam in noſtris tribulationibus videmus, q̃ in codicibus legimus. Tamen quia cã illius, noſtriq; inſupèr officij cura conuènimus, tractare & conſiderare nos condecet, qua ex cauſa, cuiúsve peccato talia nobis acciderũt, qualia hactenùs paſſi ſumus, & quotidiè ſinè ceſſatione patimur. Cuius conſiderationis vim recolentes, nos peccàſſe, nosq; reos eſſe, ſecundùm prophetæ exemplũ pro-
fiteamur. Non eoim tanta vis tribulationũ, Dan. 4. e
neq; tot tempeſtatum impetus Eccleſiã Dei impeterent, ſi iuxta alterius prophetæ dictũ,
aſcenderemus ex aduerſo, & opponeremus Ezec. 13. a
nos murum pro domo Iſrael, vt ſtaremus io prælio in die Domini. Ideoq; chariſſimi & reuerentiſſimi fratres, aſcendat vnuſquiſq; noſtrùm tribunal cordis ſui, & quid his agẽdum, qualitèrve conſulendum ſit, diuina

insti-

inſtigante gratia, communi cõſenſu, & concordi charitatis affectu decernamus, & ſecundùm diuinæ inſtitutionis normam perſcrutemur. Mirum quippe non eſt, (quia omnes in communi peccauimus) talia nobis contigiſſe. Sed quia nos, qui cæteris ſe reductum debuimus, noſtri officij curam poſtponentes, ad exteriora dilapſi ſumus, ſpecialiter nos hæc cauſa petit, reoſque fore notat, quorũ inertia nobis per abrupta gradientibus, omnis grex, diuinitùs nobis commiſſus, præcipitio patuit. Qua de re humiliter ac deuotè præueniamus faciem eius in confeſſione, mundãtes nos ſecundùm Apoſtolicum dictum, ab omni inquinamento carnis & ſpiritûs. Patet nanq; quia iuxta veridicæ rationis aſſertionem, cæcus cæco ducatũ præſtans, ambo in foueam cadũt. Quo enim animo, quáve fronte, diuiná pietatem pro peccatis populi nobis cõmiſſi exorare poterimus, quos funibus peccatorũ conſtat fore irretitos? Eccè labentibus tot annorum curriculis, nũquàm nec generali, nec etiàm prouinciali ſynodo coadunati ſumus, vt aliquid dignũ neceſſariúmve Eccleſiæ, cui annuente Deo præſumus, mutuis collationum ſermonibus conferremus. Sed quia nunc auxiliante Domino, & imperante sereniſſimo ſeniore noſtro Arnulpho rege conuénimus, diuiná ſuppliciter imploremus miſericordiá, quatenùs ea præueniente & ſubſequente, conuentũ & actionem iſtius ſynodi ſibi acceptabilem facere dignetur, & Chriſtiano proficientẽ populo ad ſalutẽ & vitam perpetuam, nobiſq; ad ęteroæ remunerationis felicitatem & gloriam. His verò breuiter prælibatis, ponamus ante oculos adhuc peccatorum noſtrorum vulnera, & congrua eis quæramus medicamina. Lugeamus ergò ſecundùm Prophetá, & quæramus capiti noſtro aquam, & oculis noſtris fontem lachrymarum, vt plãgamus interfectos filię populi noſtri. Quis enim ſiccis oculorũ luminibus valeat ennmerare mala gentis noſtræ & ſanctorũ? Videte & cõſiderate, quá præclara & nobilia ſeruorum Dei ædificia deſtructa & incenſa ſint, & funditùs ad nihilum redacta. Altaria defoſſa, & penitùs conculcata, ornamenta eccleſiarum Dei valdè precioſa & mirifica, direpta & igni exuſta. Epiſcopi & ſacerdotes, & cæteri ordinis Eccleſiæ viri, gladio trũeati, & diuerſis pœnarum generibus morti addicti. Omnis ætas vtriuſque ſexûs, gladio & igne, diuerſo mortiũ genere conſumpti. Quid ergò ampliùs his dici poſſit? Omnia deſiderabilia & precioſa nobis ablata ſunt, veluti olim ſub comminatione & euerſione Iudaici templi illis dictum eſt: Eccè ego tollam à vobis deſiderabile oculorũ veſtrorum, ſuper quo pauet anima veſtra. Multi ergò noſtrũm, quibus hoc malũ contigit, nobilium ædificio templorum, gregiq; ſibi commiſſo metuebát, quæ omnia, vt oculis intuentium patent, ablata ſunt, & penitùs ſubuerſa. Cuius ſubuerſionis periculum incolæ monaſteriorũ vtriuſque ſexûs metuentes, huc illucque vagantur incerti penituſq; omni ſolatio deſtituti, quid agẽdum, quòve declinandum, errabundi cum periculo ſuæ profeſſionis, & ſiuè paſtore, ignorát. Sed his intereà maris amaricati, & penè vſque ad mortem afflicti, aliud è vicino malum nos coanguſtat & opprimit. Quod quanto vicinius, tanto grauius, nobiſque, qui paſtores dicimur, periculoſius. Eccè enim e latere turba raptorum & ſchiſmaticorum ſæuit, qui pauperes & humiles Chriſti opprimunt & interimunt, neque Dei reſpectum habentes, nec vllam hominis perſonam verentes. Ab his nanque, ſi deeſſet paganorum ſæuitia, redigeretur in ſolitudinẽ terra: quia nec ſexui, nec ætati, neque paupertati parcere ſciunt, ſed omnes, quos poſſunt, abſque Dei reſpectu & miſericordia deſpoliant, & crudeliter, ſuî immemores, aut igni, aut gladio, aut quocunque mortis genere interimunt, hocque nihili putant & paruipendunt. Nec etiam pœnitentiæ colla ſubmittere volũt. Quibus omnibus circumſepti malis, illius Apoſtoli non immemores ſumus ſententiæ, qua ait: Foris pugnæ, intùs timores. Vndè quia Dei prouidentia hoc ſpatium nobis conceſſum eſt, quo mutuis frueremur adſpectibus, & alternis releuaremur collationibus, quid de his & cæteris rebus emendatione dignis agendum ſit, decernere ſtudeamus.

Marginal notes: 1.Cor.7.a — Matt.15.b — Hier.9.a — Dicit de Normannorũ populationibus. — Ezec.24.c — 2.Cor.7.a

17.q.1.Vrgines qz ſe. Et in Mogũn. Cõcil. tpe Caroli, cap.27. In Mogũtia. Conc. tẽpore Caroli.ca.17.

CAPITVLA IN MOGVNTIACENSI

Concilio facta, Arnulphi regis Anno I.

A.D.888.

ANno incarnationis Dñi noſtri Ieſu Chriſti octingenteſimo octogeſimooctauo, anno etiá primo regni Domini Arnulphi glorioſiſſimi regis, hęc capitula apud Moguntiam ciuitatem à Luitberto eiuſdem ciuitatis Archiepiſcopo, necnon & à Vuilliberto ſacræ ſedis Colonienſis, ſeu etiàm Ratbodo Treuirenſis eccleſiæ venerabilibus Archiepiſcopis cum ſuis Suffraganeis, cæteraque non modica multitudine, abbatum ſcilicet & aliorum ſacerdotum, tenenda, obſeruanda, ac firmiter habẽda, conſtituta ſunt.

CAP. I.

STatuimus, vt oratio ab omnibus nobis tam pro glorioſo rege Arnulpho, ſeu etiá & pro glorioſa coniuge ſua, necnon & pro ſtatu totius Chriſtianitatis, prout nos debitores eſſe cognoſcimus, in eccleſijs noſtris aſſiduè celebretur.

CAP. 2.

VT annuncietur glorioſo regi noſtro Domino Arnulpho, qd ſit rex, quidve

vocari

vocari debeat. Rex à rectè regendo vocatur. *Iſidori ſunt hæc.* Si enim piè & iuſtè & miſericorditer regit, meritò rex appellatur; ſi his caruerit, non rex, ſed tyrannus eſt. Antiqui autem, omnes reges tyrannos vocabant. Sed poſteà piè & iuſtè & miſericorditer regentes, regis nomẽ adepti: impiè verò, iniuſtè, crudeliterque principantibus, non regis, ſed tyrannicum, aptatum eſt nomen. Quia rex à regendo dicitur, primò ei ſtudendum eſt, vt ſemetipſum, ſuamque domum, Chriſti adiuuante gratia, ab operibus nequam emaculet, bonisque operibus exuberare faciat, vt ab ea cæteri bonum exemplum ſemper capiant. Ipſe etiàm ſalutiferis Chriſti præceptis fideliter atque obedienter obſecundet, & rectè agendo, eos quibus temporaliter imperat, in pace & concordia atque charitate, cæterorumque bonorum operum exhibitione, quantũ ſibi diuinitùs datur, conſiſtere faciat, & dictis atque exemplis ad opus pietatis & iuſtitiæ & miſericordiæ ſolerter excitet, attẽdens, ꝙ pro his Deo rationem redditurus ſit, quatenùs ità agendo, ſanctorum regum; qui Deo ſyncerè ſeruiendo placuerunt, poſt hanc peregrinationem conſors efficiatur.

Deut. 17. c De rege autẽ, qualis eſſe debeat, ità in Deuteron. legitur: Cùm ingreſſus fueris terram, quàm Dominus Deus tuus dabit tibi, & poſſederis eam, habitaueriſque in illa, & dixeris, Conſtituam ſuper me regẽ, ſicut habent omnes per circuitum nationes, eum conſtitues, quem Dominus Deus tuus elegerit *Ibidèm d* de numero fratrum tuorum. Et poſt pauca: Non habebit vxores plurimas, quæ illiciant animum eius, neque argenti & auri immenſa pondera. Poſtquàm ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis in volumine, accipiens exemplar à ſacerdotibus Leuiticæ tribûs, & habebit ſecum: legetque illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere Dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba & cæremonias eius, quæ in lege præcepta ſunt. Nec extollatur in ſuperbiã ſuper fratres ſuos, neque declinet in partem dexteram vel ſiniſtram, vt longo tempore regnet ipſe, & filij eius ſuper Iſrael. Attende, quòd timor Dei, & cuſtodia præceptorum eius, & humilitas, quę non patitur eum extolli ſuper fratres ſuos, & iuſtitiæ rectitudo non ſolùm regem, ſed & filios eius longo faciat regnare tempore. Vt ergò princeps extollentiam cauere debeat, Eccleſiaſticus *Ecc. 32. a* admonens ait: Principem te conſtituerunt? noli extolli, ſed eſto i illis, quaſi vnus ex illis. *Pro. 19. b* In Prouer. Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur. *Pro. 20. d* Item, Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. *Iſidorus.* Iſidorus: Qui rectè vtitur poteſtate regni, ità præſtare ſe omnibus debet, vt quanto magis honoris celſitudine claret, tãto ſemetipſum mente humiliet, proponens ſibi exemplum humilitatis Dauid, qui de ſuis meritis non tumuit, ſed humiliter ſeſe deijciens, dixit: Vilis incedam, & vilis apparebo ante Deũ, *2. Reg. 6. d* qui elegit me. Fulgentius in libro de veritate prædeſtinationis & gratiæ: *Fulgẽtius* Clementiſſimus quoq; Imperator non ideò eſt vas miſericordiæ præparatum in gloria, quia apicem terreni principatûs accepit: ſed ſi Imperiali culmine recta fide viuat, & vera cordis humilitate prędĭtus, culmen regię dignitatis ſanctæ religioni ſubijciat: ſi magis in timore Deo ſeruire, quàm in tumore dominari populo delectetur: ſi in eo lenitas iracũdiam mitiget, ornet benignitas poteſtatem: ſi ſe magis diligendum, quàm metuendum cunctis exhibeat: ſi ſubiectis ſalubriter conſulat: ſi iuſtitiam ſic teneat, vt miſericordiã non derelinquat: ſi præ omnibus ità ſe ſanctæ matris Eccleſiæ meminerit filium, vt eius paci atque tranquillitati per vniuerſum mundum, prodeſſe ſuum faciat principatũ. Magìs enim Chriſtianum regitur ac propagatur Imperium, dum Eccleſiaſtico ſtatui per omnem terram conſulitur, quàm cùm in parte quacũque terrarum pro temporali ſecuritate pugnatur.

C A P. 3.

Quid ſit propriè miniſterium regis.

Regale miniſterium ſpecialiter eſt, populum Dei gubernare, & regere cum æquitate & iuſtitia, & vt pacem & concordiam habeant, ſtudere. Ipſe enim primò debet defenſor eſſe eccleſiarum & ſeruorum Dei, viduarum, orphanorum, cęterorumque pauperum, necnon & omnium indigentiũ. Ipſius enim terror & ſtudiũ huiuſcemodi, inquantùm poſſibile eſt, eſſe debet primò, vt nulla iniuſtitia fiat: Deindè, ſi euenerit, vt nullo modo eam ſubſiſtere permittat, nec ſpem deliteſcendi ſiue audaciam malè agendi cuiquam relinquat. Sed ſciant omnes, quoniam ſi ad ipſius notitiam peruenerit quippiam mali, quod admiſerint, nequaquã incorrectũ aut inultum remanebit, ſed iuxta facti qualitatem, erit & modus iuſtæ correptionis. Quapropter in throno regiminis poſitus eſt ad iudicia recta peragẽda, vt ipſe per ſe prouideat & perquirat, nè in iudicio aliquis à veritate & æquitate declinet. Scire etiàm debet, quòd cauſa, quam iuxta miniſterium ſibi commiſſum adminiſtrat, non hominum, ſed Dei cauſa exiſtit, cui pro miniſterio, quod ſuſcepit, in die tremendi examinis rationem redditurus eſt: Et ideò oportet, vt ipſe, qui iudex eſt iudicum, cauſas pauperum ad ſe ingredi faciat, & diligẽter inquirat, nè fortè illi, qui ab eo conſtituti ſunt, & vices eius agere debent in populo, iniuſtè aut negligenter pauperes oppreſſiones pati permittant. Plura igitur ſunt ex authoritate ſanctarum ſcripturarum de miniſterio regis quæ ſcribere potuimus: ſed nè oneroſa glorioſo principi noſtro hæc admonitio

Digitized by Google

1.Reg.4d

Filgins

monitio noſtra exiſtat, hæc per pauca ſcripta ſufficiant.

C A P. 4.

In ſynodo Toletana, vt eccleſiæ cum rebus ad ordinationem Epiſcopi pertineant, præcipitur.

Tolet.Cō. 9.c.19. Et in dec.10. q.1.Sic q. dam.

MVlti contra canonum conſtituta, ſic eccleſias, quas ædificauerint, poſtulant conſecrari, vt dotem, quam eidem eccleſiæ contulerint, cenſeant ad epiſcopi ordinationem non pertinere. Quod factum & in præteritum diſplicet, & in futurum prohibetur. Sed & omnia, ſecundùm cōſtitutionem antiquam, ad epiſcopi ordinationem & poteſtatem pertineant.

C A P. 5.

Nè presbyteri ſinè conſenſu epiſcoporum per eccleſias conſtituantur, vel ab eis reijciantur.

Turoneñ. Cōcil. tpe Carol. c. 15.

QVicunque presbyter per precium eccleſiam fuerit adeptus, omnimodis deponatur, quoniam contra Eccleſiaſticæ regulæ diſciplinam agere dinoſcitur, qui alium presbyterum legitimè ad eccleſiam ordinatum per pecuniam expulerit, eamque ſibi taliter vindicauerit. Quod vitium latè diffuſum, ſummo ſtudio emendandum eſt. Itemque interdicendum videtur clericis ſiue laicis, nè quis cuilibet presbyterum præſumat dare eccleſiam ſinè licentia & conſenſu epiſcopi ſui.

C A P. 6.

Et nullus eccleſiaſticas res inuadere præſumat.

Aurel.Cō. 5.cap.15. vel 16.

NEmini liceat, res vel facultates eccleſijs aut monaſterijs, vel xenodochijs pro quacunque eleemoſyna cum inſtitia delegatas retentare, alienare atq; ſubtrahere. Quod quiſquis fecerit, tanquàm necator pauperū, antiquorum canonum ſententijs conſtrictus, ab eccleſiæ liminibus excludatur, donèc ab ipſo, quæ ſunt ablata vel retenta, reddantur. Ex eodem Concilio, capite eodem:

Aurel.Cō. 5.c.eo.15.

Si quis quolibet tempore cuiuſlibet poteſtatis aut ordinis perſona contra inſtitutionem Sancti Concilij venire tentauerit, aut aliquid de conſuetudine, vel facultate xenodochiorum vel eccleſiarum abſtulerit, (quod Deus auertat) vt necator pauperum irreuocabili anathemate feriatur.

C A P. 7.

De varia vexatione ſacerdotum.

RElatum eſt ſanctę ſynodo, quòd à malis Chriſtianis plurimæ vexationes ſacerdotibus Chriſti, ſeu cæteris clericis inferioris gradus ſæpiſſimè inferantur. Vndè viſum eſt Sancto Concilio, nè in antea talia exiſtant, iaculo ſpiritali eos percutere, vt ſi quis clerico aliquam iniuriam, ſeu calumniam ingeſſerit, à liminibus ſanctę Eccleſię arceatur, vſque ad condignam ſatisfactionem.

C A P. 8.

AD aures ſanctæ ſynodi Arno venerabilis Vuirziburgeñ. Eccleſiæ ſe reclamauit, quòd quidam ſceleſti quendam honorabilem presbyterum ſuum compræhendiſſent, eique nares abſcidiſſent, & capillos capitis incidiſſent, necnon & ſæuis verberibus cruciatum, ſemiuiuum reliquerant. Vndè tanto ſcelere inaudito peracto, ſancta ſynodus viſceribus miſericordię erga eundem commota, ſtatuit communi conſenſu, vt ijdem temerarij, Deique contemptores, qui tale ſcelus auſi ſunt perpetrare, anathematis vinculo conſtringantur, quouſque à proprio epiſcopo poſt dignam pœnitentiam abſoluti, ſanctæ matri eccleſiæ ſociari mereantur, nullusq; cum eis in aliquo communicet, niſi in hoc, vt eos ad dignam ſatisfactionem peragere hortetur. Siquis autem poſt hanc ſententiam à nobis prolatam, ſciens cum eis communicauerit, vno eodemque mucrone cum ipſis ſciat ſe à nobis eſſe percuſſum.

C A P. 9.

Vbi Miſſarum ſolennia peragi liceat.

Triburieñ Cōc.,c. Et in dec. de cōſe. diſt. 1.Miſſarū ſolennia.

MIſſarum ſolennia non vbique, ſed in locis ab epiſcopo conſecratis, vel vbi ipſe permiſerit, celebranda eſſe cenſemus. Concedimus etiàm, vt ſicubi (quod noſtris exigentibus culpis per plurimùm eſt factum à Nortmannis, ſeu alio qualicunque modo) eccleſiæ fuerint incenſæ, in Capellis Miſſas interim liceat celebrare, donèc ipſæ eccleſiæ reſtaurari queant. In itinere vero poſitis, ſi eccleſia defuerit, ſub diuo, ſeu in tentorijs, ſi tabula altaris conſecrata, cæteraque miniſteria facra ad id officium pertinentia adſunt, Miſſarum ſolennia celebrari permittimus.

C A P. 10.

De mulieribus, quòd in domo clericorum ſimul cum clericis non debeant habitare.

VT clericis interdicatur, mulieres in domo ſua habere, omnimodis decernimus. Quamuis etiàm ſacri canones, quaſdam perſonas fœminarum ſimul cum clericis in vna domo habitare permittant: tamen (quòd multùm dolendum eſt) ſæpè audiuimus, per illam conceſſionem plurima ſcelera eſſe commiſſa, ità vt quidam ſacerdotum cum proprijs ſororibus cōcumbentes, filios ex eis generâſſent. Et idcircò conſtituit hæc ſancta ſynodus, vt nullus presbyter vllam fœminam ſecum in domo propria permittat, quatenùs occaſio malæ ſuſpicionis vel facti iniqui penitùs auferatur.

C A P. 11.

Nè inuadantur prædia.

VrbaniPa pæ 1.i epiſ. Et in decretis. 17. q. 4. Attēdendum

ATtendendum eſt omnibus, & fideliter cuſtodiendum, & illius vſurpationis contumelia depellenda, nè prædia vſibus ſecretorum cœleſtium dicata, à quibuſdam irruentibus vexentur. Quod ſi quis fecerit, poſt debitæ vltionis acrimoniam, quæ erga ſacrilegos iure promenda eſt, perpetua damnetur

BIBLIOTECA ... ROA ... VITTORIO

netur infamia,& infernali carceri tradatur,
aut exilij perpetua deportatione feriatur:
1.Cor.5.b quoniam iuxta Apoſtolum, oportet huiuſmodi hominem tradere ſatanæ, vt ſpiritus
ſaluus fiat in die Domini.

CAP. 12.

Quot teſtibus clerici conuinci debeant.

Ro. Cõci. ſub Syluestro Papa. In decre. 2.q.7.Nullus laicus.
PResbyter non aduerſùs epiſcopum,non
diaconus aduerſùs presbyterũ,non ſubdiaconus aduerſùs diaconum,non acolytus
aduerſùs ſubdiaconum, non exorciſta aduerſùs acolytum,non lector aduerſùs exorciſtam,non oſtiarios aduerſùs lectorem, det
accuſationem aliquam.Et non condemnabitur præſul,niſi in 72.neque præſul ſummus
à quoquam iudicabitur, quoniam ſcriptum
2.q.5.Præſul
eſt:Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrũ. Presbyter autem in cardine conſtitutus, nõ niſi
Lucę 6.f
in 42.teſtibus damnabitur: diaconus cardinarius conſtitutus vrbis Romæ, non niſi in
viginti ſex cõdemnabitur: Subdiaconus,acolytus,exorciſta,lector,oſtiarius,niſi ſicut ſcriptum eſt, in 7. teſtibus non condemnabitur.
Teſtes autem ſinè aliquo ſint infamia, vxores
& filios habentes.

CAP. 13.

De decimis ab antiquis eccleſijs non ſubtrahendis, & vt antiquæ eccleſiæ honorem ſuum habeant.

ECcleſiæ antiquitùs conſtitutæ, nec decimis,nec alijs poſſeſſionibus priuentur,
ità vt nouis oratorijs tribuantur.

CAP. 14.

Quòd nullus epiſcopus alterius parochianum præſumat retinere aut ordinare.

NVllus epiſcopus alterius parochianũ
præſumat retinere aut ordinare abſq;
eius voluntate,vel iudicare. quia ſicut eius irrita erit ordinatio,ità & iudicatio: quoniam
cẽſemus alterius nullum iudicis,niſi ſui,ſententia teneri. Nam qui eum ordinare nõ
potuit,nec iudicare vllatenùs poteſt.

CAP. 15.

Item de eodem.

SI quis epiſcopus iudicauerit, vel ordinauerit alterius parochianum ſinè conſenſu & voluntate ſui epiſcopi, oportet non ſinè increpatione in communi Concilio admitti,ità vt Eccleſiaſticum vltrà non ſoluat
canonem.

CAP. 16.

De his qui ſacerdotem ſpontè occiderint.

QVi ſacerdotem morti voluntariè tradiderit,carnem non comedat, nec vinum bibere præſumat omnibus diebus vitæ ſuæ. Ieiunet autem vſque ad veſperam, exceptis diebus feſtis, atque Dominicis. Arma non ſumat, & vbicunquè ire maluerit, nullo vehiculo deducatur, ſed proprijs pedibus proficiſcatur. Eccleſiam per
quinquennij tempus non ingrediatur, ſed
cùm ſacrarum orationum officia, aut Miſſarum ſolennia celebrantur, ante fores baſilicę
perſeueret, orans ac deprecans Dominum,
vt tanto crimine abluatur. Poſt expletum vero quinquennij tempus ingrediatur eccleſiam,non tamen communicet; ſed inter audientes tantummodò ſtet, vel dum facultas
conceditur, ſedeat. Dum autem duodecimi anni curſus fuerit finitus, communicandi ei tribuatur medela. Maneat tamen in reliquis obſeruationibus tres dies per hebdomadam, vt ad perfectionis purificatus mereatur venire culmen.

CAP. 17.

De decimis dandis.

ADmonemus atque præcipimus,vt decima omninò Deo dari non negligatur,
quam Dominus ipſe dari ſibi conſtituit. Timendum eſt enim,vt quiſquis Deo debitum
ſuum abſtrahit, Deus propter peccatum ſuũ
auferat ei neceſſaria ſua. Qui verò decimas
poſt crebras admonitiones & prædicationes ſacerdotum dare neglexerint, excommunicentur.

CAP. 18.

De quodam Altmanno, qui ſibi commatrem ſpiritualem in coniugium habet ſociatam.

PErlatum eſt ad nos, quòd quidam Altmannus nomine,ſibi commatrem ſpiritualem,ex parochia Arnonis epiſcopi ſceleſto coniugio aſſociâſſet: Sed poſteà per ſacramenta ab ea ſeparatus,modò iterùm eam
ſibi impia copulatione habet ſociatam.
Quem, quia tale ſcelus perpetratum habere audiuimus, ſecundùm conſtitutionem
ſancti Gregorij Papæ, gladio ſpirituali percutimus,eumque anathematis vinculo innodamus.

CAP. 19.

De presbyteris,qui crimine fornicationis, ſiue aliquo capitali flagitio accuſantur,& non habent collegas,cum quibus ſe excuſare poſſint, aut ſi fortè lapſi fuerint,quomodò ſatisfaciant.

IN quorum iudicio, neque ad dexteram, Neocæſareēſis Cõ.
neque ad ſiniſtram declinandum eſt, ſed
regia via gradiendum. In Concilio Neocæſa- c. 1. Et in
reeñ.cap.1.ſcriptum eſt: Presbyter, ſi vxo- dec. diſt.
rem acceperit,ab ordine deponatur. Si verò 28.Presbyter.
fornicatus fuerit, aut adulterium perpetrauerit,amplùs pelli debet, & ad pœnitentiam
redigi.Item in Concilio Carthaginenſi, ca- Vide Carth. 2. c.2.
pitulo viceſimoquinto ſcriptum eſt: Aure- & Carth.
lius epiſcopus dixit: Præterea cùm de quo- 5.cap. 3.
rundam clericorum, quamuis erga vxores
proprias, incontinentia referatur, placuit,
quod & in diuerſis concilijs firmatum eſt, vt
ſubdiaconi, qui ſacra myſteria contrectant,
& diaconi & presbyteri, ſed & epiſcopi ſecundùm priorum ſtatuta,etiàm ab vxoribus
ſe abſtineant, vt tanquàm non habentes
eſſe videantur. Quòd niſi fecerint, ab Eccleſiaſtico remoueantur officio. Cæteros autem clericos ad hoc non cogi, niſi maturiori ætate.

Digitized by Google

C A P. 20.

De precarijs iniuſtè & irrationabiliter factis, easq; cum vi & ſinè noſtra voluntatis conſenſu habere volunt, ſicut in Rhemenſi Concilio ſtatutum eſt. Cap. 37.

Rhemeñ. Côcil. tpe Carol. ca. 37.

SI quilibet hominum res eccleſiæ p mendacia vel mala ingenia in precariam ſibi acqoirere voluerit, & poſt factas precarias, eadem mendacia ad aures eiuſdem eccleſiæ rectoris delata fuerint, ipſa eccleſia res ſuas, quæ & ei mendaciter abſtractę fuerunt, pleniter abſque vllius contradictione omoimodis recipiat. Ille verò, qui res ſnas per eadem mendacia propter cupiditatem ipſius precariæ, eidem Eccleſiæ tradidit ſimili modo in ſuam recipiat dominatiooem.

C A P. 21.

De his qui in eccleſijs ſeu atrijs eccleſia rixas mouerint, & mutuò inter ſe confligunt. Ex Cõcilio Moguntiacenſi tempore Caroli. Cap. 40.

Turoneñ. tempore Carol. ca. 39.

PRæcipimus, vt in eccleſijs ſiue atrijs eccleſiarum vel domibus, placita ſecularia minimè fiant, quanto minùs rixæ & cõtétiones? Item capitulo trigeſimonono: De honore eccleſiarum, & his qui ad Eccleſias confugiunt, & quòd Eccleſia cum magna reuerentia adeunda ſit, ſicut in capitulari Dominico continetur, & in Moguntiacenſi, & Turonenſi ac Arelatenſi tempore gloriosi Imperatoris Caroli conuentibus decretum eſt.

Arela. Cô. tempore Carol. ca. 22.

C A P. 22.

De his qui decimas ſuas dare nolunt, & iniuſtè ſubtrahũt. ità vt qui quinque aut eo ampliùs aratra habuerint, iuxta æſtimationem vnius aratri perſoluant: & qui hæreditatem eccleſiæ noſtræ ſibi vindicant, & de ſeruis, qui decimas, dominis conſentientibus, dare nolunt.

COncilio Arelatenſi, cap. 9. ſcriptum eſt, vt vnuſquiſque de proprijs laboribus ſuis decimas & primitias Deo offerat, ſicut ſcriptum eſt: Decimas & primitias tuas non tardabis offerre Domino Deo tuo. Vbi nec liber, nec ſeruus excipitur, qui omnes vnum ſumus in Chriſto, apud quem nulla habetur perſonarum acceptio. Item in Concilio Arelatenſi, capitulo vigeſimo: Vt eccleſiæ antiquitùs conſtitutæ, nec decimis, nec vlla alia poſſeſſione priuentur.

Exo. 22. d

C A P. 23.

De viris & fœminis ſi adulterij reatu, ſiue alicuius flagitij crimine accuſati fuerint, qualiter expurgari debeant.

NAm multi ſunt, qui ſecundùm humanas leges diuina ſpernentes iudicia, teſtes ac coniuratores ſibimet producere volunt. Quos minimè admittentes, ſicut vnum confitemur Deum, vnam fidem, vnum baptiſma, ità etiàm vna per totum mundum Eccleſia vniformiter pari lege & ſimili religione excolenda eſt. Itaque decernimus, vt iuxta diuinæ legis ſanctionem, & ſecundùm ipſius ſedem ciuitatis, in qua ratio ventilatur, vnaquæque gens, & cuncta adiacens parochia ſubiaceat, ità vt authoritate epiſcopi, aut iudicij examine, aut ſacraméti proteſtatione ſe expurget. Et non minùs quàm quatuordecim annos ætatis habeat, qui ad teſtimonium admittendos eſt ſecundùm cenſuram canonicæ inſtitutionis, ſicut in Africano Concilio, cap. 98. ſcriptum eſt: Teſtes ad teſtimonium non admittendos, qui nec ad accuſationem admitti præcepti ſunt, vel etiã quos ipſe accuſator de ſua domo produxerit. Ad teſtimonium autẽ infra annos quatuordecim ætatis ſuæ non admittantur.

C A P. 24.

De pace fruenda.

Arelateñ. Côc. tẽpore Caroli, c. 12. ſententialiter.

DEcreuimus etiàm, vt pacis bonum & concordiæ, ab omnibus indiruptè teneatur: quia ſi inter nos fideles, vt in capitularibus Domini Caroli legitur, pax & cõcordia habenda eſt, dicente Apoſtolo, Pacem ſequimini & ſanctitatem, ſinè qua nemo videbit Deum: multò magìs inter epiſcopos & comites eſſe debet, qui poſt Imperialis apicis dignitatem populum Dei regũt. Ità enim inter ſe concordare debẽt, vt alterutrùm ſibi ad DEI ſeruitium peragendum, & miniſterium ſuum explendum, non ſolùm non noceant, quin potiùs adminiculo ſint. Comitibus quippe & iudicibus, reliquoq; populo expedit, vt in Turoneñ. Concilio legimus, temporibus præfati principis acto, vt ſuis ſint epiſcopis conſentientes & obedientes, propter Dei amorem, & ſemper ab eis vtile quærant cõſilium, illorumque ſalubria non ſpernant monita, ſed intenta cordis aure audiant. Similiter verò & epiſcopi prædictas perſonas ſimiliter ſuſcipiãt, honorificeque erga eos in omnibus agant, & ſic ſeſe mutuis ſtudeant ſubleuare conſolationibus.

Cabiloneñ. Côc. tempore Caroli, c. 10. in forma.

Heb. 12. d

Turoneñ. Côcil. tpe Carol. c. 33.

C A P. 25.

DE monaſterijs clericorum, monachorum, atque puellarum, quę clericis ſiue laicis beneficij iure donata ſunt, placuit vt tales eis præficiant prouiſores & prępoſitos, ſicut in Cabilonenſi Concilio ſcriptum eſt, qui & præeſſe nouerint & prodeſſe, & qui ad epiſcopum recurrant, & ſecundùm eius ordinationem ad conuentum ſynodi occurrant, & commiſſum ſibi gregem canonicè & cùm magna religione cuſtodiant, quaſi rationem de animabus eorum reddituri.

Cabiloneñ. Côc. tempore Caroli, c. 52. & 54.

C A P. 26.

DE viduis præcipimus, vt nequaquàm citò velentur, ſed in poteſtate earum maneat, conſentiente epiſcopo, vtrùm nubant, an profeſſionem caſtitatis aſſumant, vſque dùm probetur earum conuerſatio, nè fortè de eiſdem dici poſſit, quod ab Apoſtolo dicitur: Quæ autem in delicijs ſunt, viuentes mortuæ ſunt. Si autem propoſitum caſtitatis aſſumpſerint, aut monaſterij clauſtris regulariter conſtringantur, aut domui

Turoneñ. Côcil. tpe Caroli, c. 27.

1. Tim. 5. a

manentes

manentes, caſtitatem ſuæ profeſſionis integerrimè cuſtodiant. Quòd ſi à propoſito deuiauerint, canonicæ inſtitutionis cenſura corrigantur. Quod & de virginibus, ſi mœchatæ fuerint, ſtatuimus, ſicut in Concilio Elibertano, cap. 13. ſcriptum eſt: Virgines quæ ſe Deo dedicauerunt, ſi pactũ prodiderint virginitatis, atque eidem libidini ſeruiêrint, non intelligentes, quid amiſerint: placuit, nec in fine dandam eis eſſe communionem: quòd ſi ſemèl perſuaſæ, ad infirmi corporis vitia * lapſæ, toto tempore vitæ ſuæ eiuſmodi fœminæ egerint pœnitentiam, vt abſtineant ſe à coitu placuit eas in fine communionem accipere debere.

Elib. Con. c. 13. Et Colonien. tẽpore Caroli, cap. 6. & 27. q. 1. Virgines quæ.

*lapſa vitiatæ

CONCILIVM METENSE.

ANNO ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, regni Dñi Arnulfiglorioſiſſimi regis, die Calẽdarũ Maiarum, acta eſt ſynodus in ſuburbio Metenſis ciuitatis in eccleſia Sancti Arnulphi, ab Archiepiſcopo venerabili Ratbodo Treuerẽ. & à Rotberto prædictæ ciuitatis præſule. Dado quoq; Virdunẽ. eccleſiæ Reuerendiſſ. epiſcopus, & Arnoldus Tullenſium epiſcopus, & Stephanus inclytus abbas, & multi ſacerdotes cum comitibus & pluribus nobilibus, & Deum timentibus viris adfuerunt, vbi pari voto pariq; conſenſu pro vera charitate & tranquillitate ſanctæ Dei eccleſiæ, quam redemit Chriſtus ſanguine ſuo, ſibi inuicèm occurrentes, hæc in commune præſules locuti ſunt:

CAP. I.

EPiſcopi & presbyteri & fideles laici, qui ante nos fuerunt, iuxta ſacram canonũ authoritatem ſæpiùs in Chriſti nomine conuenientes, iuſtitiam Dei ſtatuerunt, & idcircò pacem ſuis diebus habuerunt, iuxta illud quod ſcriptum eſt: Pax multa diligentibus legem tuam Domine, & hominibus bonæ voluntatis. Nos autem, qui tanto tempore tranſacto comprouincialem ſynodum non habuimus, & inuicèm quærere miſericordiã Dei neglexímus, videmus in nobis completum eſſe, quod per prophetam Dominus dicit: Terram veſtram in conſpectu veſtro alieni deuorant, & erit in vaſtitate hoſtili. Ergò qualiter à Nortmannis hæc omnia in nobis completa ſint, nemo dubitat, quomodò etiàm à peruerſis Chriſtianis vndique atteramur, omnes in commune ſentimus, ſicut ſcriptum eſt: Populum tuum Domine humiliauerunt, & hæreditatem tuam vexauerunt. Quærenda eſt igitur pietas Chriſti, qua pagani arceantur, & ſtatuenda eſt lex Dei, qua crudeliſſimi noſtræ gentis homines à vaſtatione pauperum repellantur. Idcircò quicquid in nobis prauę voluntatis eſt, abijciamus, & de paganis, Chriſto auxiliante, pacem obtinere valebimus: authoritatem ſanctorum patrum contumacibus noſtris imponamus, & velint nolint pro timore etiàm glorioſiſſimi noſtri ſenioris Arnulfi regis, ad ſatisfactionem venire faciemus: & ſic iuſtitiam Dei ſtatuendo, poterimus eius miſericordiam inuenire, quem nos cognoſcimus prauis actibus grauiter offendiſſe.

Pſal. 118.
Lucæ 2.
Eſa. 1.
Pſal. 93.

CAP. II.

DOminus loquitur per prophetam, dicens: Adferte omnem decimã in horreis meis, & probate me in hoc, dicit Dominus, ſi non aperuero vobis cataractas cœli, & dedero vobis fructus vſq; ad abundantiã. Scimus enim, quoniam peccatis exigentibus, clauditur cœlum; & fit noſtris diebus ſæpiſſimè fames: ideò ſtatuimus, vt deincèps nemo ſeniorum de eccleſia ſua accipiat de decimis aliquam portionem, ſed ſolummodò ſacerdos, qui eo loco ſeruit, vbì antiquitùs decimæ fuerant conſecratæ: ipſe eas cum integritate accipiant in ſuî ſuſtentationem, & ad luminaria concinnanda, & baſilicę ędificia, veſtimenta quoquè ſacerdotalia, & cętera vtenſilia ſuo miniſterio congrua obtinenda. Hæc omnia epiſcopi de ſuis eccleſijs, & cæteri attendere decreuerunt. Vnuſquiſque presbyter vnam ſolummodò habeat Eccleſiam, niſi fortè antiquitùs habuerit capellã, vel membrum aliquod adiacens ſibi, quod non expedit ſeparari. Eſt enim multùm laudabile coram Deo & hominibus, ſi vnus presbyter vnam Eccleſiam ſalubriter prouiderit, & vtiliter rexerit: quoniam non eſt nobis cura animarum adhibenda pro temporali commoditate, ſed cunctis ſacerdotibus eſt optandum, vt cum ſuis ouibus à Chriſto recipiant paſcua vitæ æternæ. De vno manſo, & de terris pro ſepultura datis, & pro quatuor mancipijs, vel eorum procreatione nullis cenſus deincèps exigatur, & pro ſepultura nullum precium detur.

Mal. 3.

CAP. III.

SAcerdotes qui vice Moſis, iram Domini ſuper populum ſæuientem precibus ſuis debent mitigare, attendentes etiàm nè illud

Exod. 32.

fiat

Digitized by Google

1.Eſd. 9. fiat quod ſcriptum eſt, Maxima ruina populi in culpa ſacerdotum fuit: nequaquàm in ſua domo ſecum aliquam fœminam habeât, nec matrem, nec ſororem: ſed auferentes omnem occaſionem ſatanæ, Angelicam vitam ducant, & Domino Deo caſto corpore & mundo corde, finetenùs ſeruiant. Nam licèt hoc in ſacris literis crebriùs inhibitum eſſe videatur, tamen quia hoc nefas in quibuſdam oriri videbatur, idcircò communi decreto ſtatutum eſt, & hoc interdictum à ſancta ſynodo nimiùm laudatum eſt, cuncti presbyteri vt libros & ſacerdotalia veſtimenta ſuo epiſcopo in proxima ſynodo oſtẽdant, & vt chriſma ſuum ſub ſigillo & ſera ſemper cuſtodiant, à prædictis epiſcopis expreſsè commendatum eſt. Et vt nemo clericorum arma portet, vel indumenta laicalia induat, id eſt, cottos vel mantellos ſinè cappa non portet, & laici cappas non portent. Et nullus alteri ſuſcipiat à fonte infantem, niſi qui apprimè ſignaculum, id eſt, abrenunciationem diaboli, & profeſſionem Catholicæ fidei tenuerit: & infantẽ nequaquã duo vel plures, ſed vnus à fonte baptiſmatis ſuſcipiat, quia in huiuſcemodi ſecta diabolo datur locus, & tanti miniſterij reuerentia viléſcit. Nam vnus Deus, vnum baptiſma, vnus qui à fonte ſuſcipit, debet eſſe pater vel mater infantis. Hæc omnia generaliter interdicta ſunt, quia & grandis leuitas erat, & grauitas vel religio clericalis nimis in talibus vilis efficiebatur.

CAP. IIII.

Cum Iudæis non ſumẽdus cibus.

GVntbertus Metenſis eccleſiæ primicerius, obtulit libellum proclamationis ſuper Iudæos, qui habitant Metis. Quapropter interdictum eſt iuxta capitula ſanctorum patrum, vt nemo Chriſtianorum cum eis manducet & bibat, vel quicquid comedi aut potari poteſt, à Iudæis accipiat: Nimis enim, iuxta quod ait Cæſarius Arelatenſis eccleſiæ epiſcopus, indignum eſt atq; ſacrilegum, eorum cibos à Chriſtianis ſumi, cùm ea, quibus nos fruimur, ab illis iudicentur immunda, ac ſic inferiores incipiant eſſe Chriſtiani, quàm Iudæi. Et omnes eorũ conuiuas, ipſe & ſanctus Siagrios Eduorum epiſcopus cum alijs multis excõmunicauerunt.

CAP. V.

IN locis verò non conſecratis, id eſt, in ſolarijs ſiue in cubiculis, propter infirmos vel longius iter, à quibuſdam presbyteris ſacrificium offerebatur, quod omnimodis interdictum eſt: Et, vt baſilicæ à chorepiſcopis conſecratæ, ab epiſcopis conſecrentur, roboratum eſt: quia iuxta Decreta Damaſi Papæ, Innocentij & Leonis, vacuum eſt atque inane, quicquid in ſummi ſacerdotij chorepiſcopi egérunt miniſterio: & quòd & ipſi ijdem ſint qui & presbyteri, ſufficienter inuenitur.

CAP. VI.

DVæ ſanctimoniales propter ſuum facinus de monaſterio ſancti Petri ſinè velamine erant eiectæ: ſed iuxta ſacros canones ſancta conſtituit ſynodus, vt velamina illis redderentur, & intra monaſteriũ in ergaſtulo ponerentur, paruo, pane & aqua breui cum abundantia diuini verbi vſq; ad ſatisfactionem ſiuerentur. Quidam etiam diaconus, qui de ſacrilegio confeſſus, & conuictus fuit, pro miſericordia in carcere poni iuſſus eſt, interdicto miniſterio, & vt pro eo omnes generaliter orarent, iniunctum eſt.

CAP. VII.

QVædam fœmina nomine Aua, cum ſui fratris conſilio & auxilio, qui vocatur Folcuius, & cum alijs conſanguineis ſuis, ſuum maritum dimiſit, & ad eum redire noluit. Vndè illorum ſacerdos ſeruus Dei, vocabulo Folicardus, ad ſuam dominam & ad eius fratrem veniens, vt eos à tanto ſcelere traheret, confeſtim ab eodem & ſuis complicibus caſtratus eſt. Pro his omnibus ad Synodum vocati, venire noluerunt, & idcircò vſque ad ſatisfactionem excommunicati ſunt. Viri peſtilentes vaſtabant miſerabiliter iſtam prouinciam: Pro quo ſcelere ad Synodum vocati, ſicut ſcriptum eſt: Eripite pauperem & egenum: alij venerunt, alij venire noluerunt: Illi qui aduenerunt, Synodo ſatisfecerunt: cæteri autem canonicè excommunicati ſunt. Pari etiàm tenore excommunicatus eſt quidam homo, vocabulo *Theodricus, cum complicibus ſuis, quia quandam viduam fugiendo proſtratam ſuper corpus ſancti Euentij, rapuit, & de monaſterio traxit, & in vxorem ſibi eam taliter ſociauit. Quidam vir nomine* Lantberſtus, interficiens conſanguineum ſuum, & ducens eius vxorem, nomine Vualdradam, iurauit coram Archiepiſcopo, quòd tale coniugium dimitteret, & iterùm ei ſe ſociauit, & adhuc eam habet, idcircò excommunicatus eſt. Pſal. 34.

CAP. VIII.

QVæſitum eſt à ſancta Synodo, quid de ijs ſacra fieri authoritas iuberet qui cum prædictis excommunicatis cõmunionem habeant: Nam non tantùm Laici, verùm etiàm presbyteri in celebratione Miſſæ excommunicatos recipiunt: & quid de his, qui in eadem excommunicatione mortui fuerint. Verùm ad hæc tanta authoritas prolata eſt. Sanctus Petrus Apoſtolus in ordinatione ſancti Clementis ità plebes alloquitur: Si inimicus eſt alicui pro actibus ſuis, vos cum illo nolite amici eſſe, & prudenter obſeruare debetis auertere vos ab eo, cui ipſum ſentitis aduerſum: ſed nec loqui his, quibus ipſe non loquitur. Iſtius tranſgreſſores ſanctus Petrus & omnis authoritas excommunicat. Seruis autem à proprijs libertis ſiue beneficiatis venerabiles

les Epiſcopi in communione dominorum abſolutionem dederunt. Sanctus Leo Papa de excommunicatis, & ità defunctis taliter decreuit: Horum cauſa iudicio Dei eſt ſeruanda, in cuius manu fuit, vt talium obitus vſque ad communionis remedium differretur: nos autem, quibus viuentibus non communicamus, mortuis communicare nõ poſſumus.

CAP. IX.

PRecando rogauerunt prædicti Epiſcopi, orare pro domino rege Aroulfo, & triduanum in proximo celebrare ieiunium, vbi cum litanijs & magna corporis afflictione precaremur Deum, vt faciat nos conuerti ad ſe in toto corde, & animo volenti adaperiat cor noſtrum in lege ſua & in præceptis ſuis, & faciat pacem, & placeat redemptori noſtro eripere oppreſſos, reuocare in anguſtijs conſtitutos: Et ſic talia agendo, mereamur obtinere hîc indulgẽtiam, & in futuro pacem ſinè fine manſuram. Amen.

TRIBVRIENSIS
CONCILII ACTA ET DECRETA,
Bonifacio VI. Papa, & Arnulpho Imp.
Ex vetuſtiſſimo Codice bibliothecæ Brixinenſis fideliter excerpta.

HVius loci Ptolemæus, Plinius, Antoninus, Strabo, non meminerunt. Eſt autem adhuc hodiè villa, quæ Germanica lingua dicitur Tribur, ſita vltra Rhenum prope Moguntiacum.

A.D. 895. CElebrata eſt ſub Imperatore Arnulpho à vigintiduobus epiſcopis Germanorum, Triburiæ Concilium anno incarnationis Domi. 895. tam ſancta ſanè intentione & diligentia, ad reſecandum omnem palmitem inutilem, ad extirpandam cuiuſlibet hæreſeos radicem, ad tollendam ſchiſmatis occaſionem, ad corrigenda clericorum vitia, ad præcauenda populorum ſcandala, breuiter ad reformandos mores & ſtatus nõ modò clericorum, ſed & laicorum, vt Gratianus poſteà pleraque eius capitula, diligenti ſtudio recitauerit in volumine Decretorum.

DECRETA ET CAPITVLA
Concilij Triburienſis.

1 Communis oratio pro concordia tam cleri quàm populi.
2 De quodam presbytero excæcato, & de excommunicatis interrogatio ſynodalis.
3 Reſponſio regis, & de excommunicatis ſententia vniuerſalis.
4 De iniuria & contumelia, quod abſit, presbyterorum.
5 Quali pœnitentiæ ſubiacere debeat, qui presbyterum voluntariè morti tradiderit.
6 De eo, qui euaginato gladio, atrium Eccleſiæ intrauerit.
7 De his, qui res eccleſiæ, ſiue interiores, ſiue exteriores, rapiunt.
8 De his, qui contemnunt banum ab epiſcopis impoſitum.
9 De eo, ſi epiſcopus eccleſiaſticum, & comes ſeculare placitum vna die condixerint.
10 Vt epiſcopus non deponatur, niſi à duodecim epiſcopis, presbyter à ſex, diaconus à tribus.
11 Si quis clericus homicidium fecerit, ab ordine ceſſare debebit.
12 Vt præter Paſcha & Pentecoſten, baptiſma non celebretur, excepta neceſſitate periclitantium.
13 De decimis.
14 De decimis antiquarum & nouiter conſecratarum eccleſiarum.
15 De ſepultura mortuorum.
16 Vt ſepulturam morientium nemo vendat.
17 Vt nullus laicus in eccleſia ſepeliatur.
18 De vaſculis, quibus myſteria ſacra conficiuntur.
19 Nè in calice aut vinum ſolum, aut aqua ſola offeratur.
20 De iniuria clericorum.
21 De querimonia inter presbyterum & laicum.
22 De eo, ſi quis liber aliquo crimine infamatur.
23 De his, qui velatas Deo conſecratas, in coniugium duxerint.
24 De virgine ante duodecim annos velata,

Digitized by Google

lata, non conſentiente patrono, ſub cuius erat patrocinio.
25 De viduis velatis.
26 De monachis regulariter exeuntibus, ſiue ſuga regularis diſciplinæ elapſis.
27 De clericis, qui ſemèl in clero deputati ſunt.
28 Vt nullus epiſcopus alterius miniſtrũ eccleſiaſticum ſolicitet.
29 Vt nullum ſeruũ ante perſectam libertatem epiſcopus ordinare præſumat.
30 De eo, ſi quis ab Apoſtolico falſam detulerit epiſtolam.
31 De furibus & latronibus.
32 De eccleſia à compluribus cohæredibus obſeſſa.
33 De claudis & aliqua parte corporis minutis, ſi ſacro ordini poſſint adiũgi.
34 De eo, ſi quis in hoſte contra paganos interficit captiuos Chriſtianos.
35 Vt nullus comes, nulluſque iudex diebus feſtis vel Dominicis ſeu ieiuniorum aut quadrageſimæ, placitum habere præſumat, & vt nullus pœnitens illò veniat.
36 De eo, ſi duo fratres ſimul arborẽ ſucciderint, & cadente arbore, vnus eorum interfectus fuerit.
37 De muliere, cuius infans aliquo caſu propter negligentiam eius moritur.
38 Si quis liber libertam duxerit, vlteriùs habere debebit.
39 Si quis alienigenam in matrimonium duxerit, habere debebit.
40 De eo, quòd quidam vxorem alterius, viuente eo conſtuprauit, & inſupèr iuramento confirmauit, eo moriente cõiugem eam accipere.
41 De eo, ſi quis duxerit vxorem, & concumbere nõ valens cum ea, frater eius clàm violauerit illam.
42 Si quis de vno in alium trãſmigrat epiſcopatum, & conſanguineam ſuã polluerit, vel aliquod crimen commiſerit.
43 Si quis cum qualibet fornicatus fuerit, & eo neſciente, filius eius vel frater inſcius violauerit illam.
44 Si quis cum aliqua fornicatus fuerit, & frater eius ignarus duxerit illam vxorem.
45 Si quis cum duabus ſororibus fuerit pollutus.
46 Si cuius vxor cõſtuprata fuerit, & proptereà maritus perdere illam * machinauerit.
47 Si quis ſpiritualem habet compatrem, cuius vxor commater non eſt, eo defuncto, eius viduam licet ei ducere vxorem.
48 De eo, ſi quis ſuæ ſpiritalis commatris filiam duxerit vxorem.
49 De his, qui in adulterio filios genuerunt, vt omninò ſeparentur.

50 De eo, ſi quis aliquem per illuſionem à recta fide ſubuerterit vel perdiderit, vt dupliciter puniatur.
51 De eo, ſi quis cum vxore alterius, viuẽte eo, fornicatus fuerit.
52 De homicidijs non ſpontè commiſſis.
53 De eo, ſi quis filium ſuum non ſpontè, ſed caſu contingente occiderit.
54 De his, qui voluntariè homicidium fecerunt.
55 De pœnitentia quadraginta dierum.
56 Poſt quadraginta dies pœnitentia primi anni.
57 Pœnitentia ſecundi & tertij anni.
58 Pœnitentia quarti, quinti, ſexti & ſeptimi anni.

Finis Capitulorum.

EPISTOLA Pręloquutiua

Sequentium Capitulorum.

CVm cõſtet omnibus, diuinam legem tractantibus, poſt euangelia & lympidiſſima noui teſtamenti fluenta, beatorum canonibus Apoſtolorum, & ſanctorum patrum apud Nicęam Bithynię congregatorum conſtitutis, necnon & Apoſtolicorum Romanæ ſedis pontificum decretis, ſatis occurriſſe, reſtitiſſe, & oppugnâſſe, ſiue hęreticis, ſiue ſchiſmaticis, & omnibus veræ fidei oppugnantibus regulas: ſed antiquus ſerpens, qui dicitur diabolus & ſatanas, inimicus humani generis, noua venena malitiæ ſuæ, dulci poculo Sancti Spiritûs admiſcere, & bono ſemini Sancti Euangelij, zizania ſuæ prauitatis & prophanæ iniquitatis, ſubſeminare non deſinit, ſicut in Matthæo, cùm bonæ meſſi zizania fuiſſent inſerta, ſcriptum eſt, Inimicus homo hoc fecit: Matt. 13. & ſic de eius ſatellitibus ſub ſquamarum ſpecie in Iob perhibetur, Vna vni coniungitur, & ne ſpiraculum quidem incedit per eas: Iob 41. vndè neceſsè eſt, eius peruerſiſſimis machinationibus & ſatellitum ſuorum inſecutionibus rex authentica poteſtate contraire, & nouum paradigma veræ aſſertionis opponere. Quapropter rex regum, cuius regnum (vt Pſalmiſta canit) regnum eſt omnium ſeculorum, Pſal. 144. omnibus eccleſiaſticæ ſublimitatis ordinibus, necnon & ſecularis potẽtię dignitatibus, nouũ principem Arnulpũ, regẽ pacifico ordine ꝑpetuæ tranquillitatis ꝓferre dignatus eſt. Cuiꝰ cor, ſanctiſpiritûs ardore inflãmare, & zelo diuini amoris voluit accẽdere, vt cognoſcat mũdus,

non ab homine, neque per hominem, ſed per ipſum Dominum eum eſſe electum. Cōſiderans enim idem ſapientiſſimus rex profundæ mentis intuitu, abundantem in ſe ſancti ſpiritûs gratiam, quia quos repleuerit, ardentes in ſe pariter & loquentes facit de ſe; anno incarnationis Ieſu Chriſti Domini noſtri 895. regni verò ſui octauo, Indictione 13. menſe Maio, eiuſdem ſancti ſpiritûs inſtinctu & primatuū ſuorum conſultu, venit in villam regiam, videlicet Triburiam, in terra Francorum conſiſtentem, cum epiſcopis infrà conſcriptis, abbatibus, & omnibus regni ſui principibus, necnon conuenientibus eccleſiaſticorum & ſecularium innumeris turbis: quatenùs inſatigabili perſeuerantia, diuina & humana tractarentur, atque emergentia mala comprimerentur, vt eo liberiùs ſancta Dei Eccleſia ſuo potiretur honore. Cùm autem ſapientiſſimus rex Concilium factum continuati decreuiſſet, placuit ſibi & vniuerſo clero, vt peracto triduano ieiunio, litanijs & orationibus, ſuper ſe de cœlis promiſſum inuitarent adiutorium, ſicut ipſe Saluator aſcendens in cœlum, diſcipulis ſuis promiſit, dicens: Eccè ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi: Vt futura Concilia in ipſo inchoarentur, & per ipſum finirentur, qui eſt initium & finis, & ſupplementum legis, vt Apoſtolus Romanis ſcribens, ait: Finis enim legis Chriſtus, ad iuſtitiam omni credenti. Quo peracto, pergens ad palatium, regale ſedit ſolium, indutus veſte ſplendidiſſima, quam texit ſapientia, repletus eſt prudentia, erectus & potentia, pro ſua magnitudine ſtipatus multitudine, tractans practicè de ſtatu regni, & theoricè de ordine & ſtabilitate eccleſiarum Chriſti, & qualiter boni quietè viuerent, & mali inultè non peccarent. Interim epiſcoporum ſacer conuentus in baſilica prædictæ villæ, poſt communes orationes & preces finitas, honorificentiſſimè infulati, pontificalibus ſedibus ſuffulti, mentibus ſerenati, prudentia præditi, ſacroſanctum ingreſſi ſunt ſynodale colloquium. Inter alia nāque, quibus diuina & humana tractaturi erant, communi voto & pari conſenſu, de collegio ſanctorum ſacerdotum gnaros & idoneos direxerunt mediatores ad præfatum pium regem, inquirentes, quo ſtudio vel quali benignitate, ſecundùm ſapientiam & poſſibilitatem ab ipſo Deo ſibi datam, Eccleſiam Chriſti, illi per regalem poteſtatem, & ipſis per ſacerdotalem eminentiam, commiſſam defendere, & miniſterium illorum amplificare & ſublimare dignaretur: proponentes ei propriam regis eminentiam, id eſt, vt miſericordia & modeſtia omnes præcellat, & non ſecundùm perſonam iudicet: atque iuxta Salomonem, iuſtitiam, iudicium & æquitatem diligat: addentes inſupèr ſacrarum exempla literarum, quibus ſapientia alumnos ſuis laboribus educatos inſtruens, ait: Meum eſt conſilium & æquitas, mea prudentia, mea eſt fortitudo: per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt: per me principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam. Et item: Rex qui iudicat in veritate, thronus eius in æternum firmabitur. Præferentes etiàm ei inſtitutiones Martini epiſcopi ad Mironem regem, quibus eum ad honeſtatem vitæ & pietatem morum, ordine rationis inſtituens, ait: Prudentis proprium eſt, examinare conſilia. atque ſubiunxit, Si prudens eſt animus tuus, tribus temporibus diſpenſetur: Præſentia ordina, futura præuide, præterita recordare. Et ſermo tuus non ſit inanis, ſed aut ſuadeat, aut moneat, aut conſuletur, aut præcipiat. Quibus rex theologiam quaſi ab alto diſſerentibus, ab auguſta mentis ſuæ ſede (quia vt Sapientia ait, Cor regum inſcrutabile eſt) arcanum myſterij ſui reuelans, in hæc verba prorupit: O paſtores Eccleſiarum Chriſti, & clariſſima lumina mundi, agite, quæ vobis impoſita eſt, curam paſtoralem: & iuxta Apoſtolum, inſtate opportunè, importunè: arguite, obſecrate, increpate in omni patientia & doctrina, vt vigili cura & admonitione ſedula, oues Chriſti ad caulas æternæ vitæ introducere mereamini. Habetis me, omnibus Eccleſiæ Chriſti aduerſantibus, & veſtro ſacerdotali miniſterio renitentibus, oppoſitiſſimum bellatorem. Quia, vt Apoſtolus Romanis ſcribit, In his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos. Et item: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque inſtantia, neque futura, neque vlla creatura poterit nos ſeparare à charitate Dei & vnanimitate ſancta, beatiſſimi patres. Gratulantes igitur beati, qui miſſi ſunt, ſacerdotes, congredientibus quibuſdam optimatibus de throno regis, cauſa iuſtæ legationis & veræ vnanimitatis, ad ſanctam ſynodum directis, reuerſi ſunt ad eos qui miſerant illos. Perambulantes igitur, & ſacrum conuentum irrumpentes, ritè & laudabiliter quæ iniuncta ſunt exponentes, & eccleſiam illic congregatam conſolatoria reſponſione lætificantes, ſiluerunt: & quid deincèps acturi eſſent, taciti expectare cœperunt. Exurgentes igitur de ſedibus ſuis reuerendiſſimi patres, cum adſtanti clero ter quaterque proclamantes, & diuinæ maieſtati ſupplicantes, Exaudi Chriſte, Arnulpho magno regi vita, & ſonantibus campanis, Te Deum laudamus, concinentibus cunctis, glorificantes & IESVM Chriſtum collaudantes, qui in ſeruis ſuis conſolabitur, qui Eccleſiæ ſuæ ſanctæ tam pium & mitem conſolatorem, tamque ſtrenuum adiutorem, ad honorem nominis ſui condonare dignatus eſt. Et peractis diuinę

maieſtati

Triburia, villa regia.

Matt. 28.

Rom. 10.

3. Reg. 1.

Prou. 7.

Prou. 29.

Prou. 25.

2. Tim. 4.

Rom. 8.

Digitized by Google

maieſtati precibus, inclinantes ſe coram pij principis adſtantibus miſſis; gratificantes & magno principi laudes perſoluentes, deindè recto ordine conſederunt: & præuio ſancto ſpiritu, quædam capitula magis neceſſaria, ex canonicis inſtitutionibus ſubſcripſerunt; errata corrigere, ſuperflua abcidere, recta via regia coarctare. Poſt hæc prudentiſſimus rex regnorum, ſacroſanctis diuinę religionis interfuit myſterijs, & ſancti patres ſecretis palatinis. Et concordia erat in cunctis, ad laudem Ieſu Chriſti Domini noſtri, cui ſit laus & gloria per infinita ſeculorum ſecula.

Communis oratio pro concordia tam cleri quàm populi. Cap. 1.

POſt ingreſſum ſancti & ſynodalis colloquij, è cœlis diuinum implorabant auxilium,
Pſal. 67. vt Deus omnipotens, qui, Dauid canente, inhabitare facit vnanimes in domo, & dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ, in domo ſua, in ſancta videlicet eccleſia; clerum & populum vnanimes dignaretur cohibere, virtutem & fortitudinem dare, vt in nullo diſſiderent: quatenùs rationabilia meditantes, & dictis concordarent, & factis.

De quodam presbytero excæcato, & de excommunicatis interrogatio ſynodalis. Cap. 2.

CVm hæc pro vnitate tam cleri quàm populi tractarentur, quidam presbyter venit medius, à quodam laico excæcatus, eiuſdem criminis, propter quod cæcus fuerat effectus, liberrimus, vt teſtatur Epiſcopus, in cuius ſancta ſynodo poſt excæcationem coram poſitus, ſecurus eſt factus. Quapropter idem epiſcopus præcipit, vt veniret laicus, & de tam nefando ſcelere ſatisfactionem procuraret agere. Qui nequaquàm conſenſit, ſed communem Epiſcoporum ſynodum appellauit. Perpendentes epiſcopi
Thre. 4. lamentationem Hieremiæ impleri, aurum obſcurari, lapides ſanctuarij ab hoſtibus deſtrui, & iterùm in membris ſuis Chriſtum crucifigi, ſuſpirantes & compaſſibiliter ingemiſcentes, vicarijs pro ſe & ſancto clero tranſmiſſis, proclamantes, & pium eccleſiarum defenſorem appellantes, & conſilium poſtulantes, quid ſtatuere dignaretur pro talibus & ſimilibus, qui pro diuerſis erratibus & certis criminibus ſunt incorrigibiles, & iuſto anathemate mucrone Apoſtolici
1. Cor. 5. ſermonis abciduntur, quo ait: Tradite huiuſmodi ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini. Et iterùm: Cum huiuſmodi nec cibum ſumere. Sed tamen, indurante diabolo, quanuis excommunicentur, ad pœnitendum non emolliuntur:
Prou. 18. ſed ſicut ſcriptum eſt, Impius cùm in profundum peccatorum venerit, contemnit: profundum peccatorum intuentes, & in deſperationem prorruentes. Et erit nouiſſimus error peior priore. Mittentes etiam ei con-
Matt. 27. tra eos ſcripta inſtituta canonica, in canonibus ſanctorum Apoſtolorum capitulo videcimo: Quòd cum excommunicatis non ſit orandum. In Nicæno magno Concilio, capitulo quinto: Qui ſuo peccauerunt euidenter epiſcopo, excommunicati rationabiliter ab omnibus æſtimentur. In Antiocheno ſancto Concilio, capitulo ſecundo: Vt ſi quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, ſeu quilibet ex clero, communicare deprehenſus fuerit cum excommunicatis, etiam iſte communione priuetur, tanquàm qui regulam confundat Eccleſiæ. In Epiſtola Caliſti Papæ, Vt nemo cum eis in oratione, aut cibo, vel potu, aut oſculo communicet, nec eis Aue dicat.

Reſponſio regis, & de excommunicatis ſententia vniuerſalis. Cap. 3.

NOs igitur quibus regni cura, & ſolicitudo eccleſiarum Chriſti cõmiſſa eſt, aliter regnum & imperium iure eccleſiaſtico regere & gubernare non poſſumus, niſi hos qui eccleſiam Chriſti, non habentem (vt Apoſtolus ait) maculam, neque rugam, Ephe. 5.
conturbant, zelo fidei perſequamur, de quo rex Dauid teſtatur; Nonne qui oderunt te Pſal. 138.
Deus, oderam illos, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti ſunt mihi. Et cùm Euangelium Matt. 18.
legeretur, audiuimus: Si * te non audierit, for. * Eccleſiam
ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Et alibi: Rom. 13.
Qui percutit malos in eo quòd mali ſunt, miniſter Domini eſt. Idcircò non potentiam oſtendentes, ſed iuſtitiam exhibentes, præcipimus, & authoritate noſtram iniungimus omnibus regni noſtri comitibus; poſtquàm ab epiſcopis anathemate excommunicationis percelluntur, & tamen ad pœnitendum non inclinantur, vt ab ipſis compræhendantur, & ante nos perferantur: vt qui diuina iudicia non verentur, humana ſententia feriantur. Vndè per quendam ſapientem dictum eſt: Rex qui ſedet in ſolio iudicij, diſ- Prou. 20.
ſipat omne malum intuitu ſuo. Si enim tam rebelles extiterint, vt compræhendentibus repugnare ſtuduerint, & in tali temeritate interfecti fuerint, iudicio Epiſcoporum interfectoribus nulla imponatur pœnitentia:
& præcepto noſtro. Vueregeldi nulla ab eis extorqueatur compoſitio. Conſtringanturque proximi & eorum cognati cum iuramẽto, nè in illis eos vindicent, ſed pacem ad eos & concordiam ſeruent.

Vueregeld, defenſionis pecuniam Germanicè ſignificat, & ità hic videtur accipi.

De iniuria & contumelia, quod abſit, presbyterorum. Cap. 4.

SI quis presbyter, quod abſit, quia ſacerdos altiſſimi DEI eſt, vulneratus, vel quibuſlibet iniurijs & contumelijs dehoneſtatus, euaſerit & ſuperuixerit, tota

compoſitio perſoluatur presbytero. Si au-
tem articulo mortis præuentus obiêrit, pre-
cium Vueregeldi tripartita partiatur diui-
ſione: Id eſt, altari cui ordinatus fuerat, pars
vna: Epiſcopo, in cuius diœceſi erat, altera:
tertia parentibus, de quibus ortus fuerat. Si
verò in atrio eccleſiæ aliquid ex iſtis presby-
tero factum fuerit ſupradicto modo, pre-
sbytero & pro presbytero ſoluatur. Sed
qa, vt Hilarius Papa omnibus epiſcopis per
diuerſas prouincias in epiſtola ſua ſcribit,
iniuria ſacerdotum & eccleſiarum, ſacrile-
gium eſt: ſacrilegium in atrio factum, altari
& Domino eiuſdem loci perſoluatur. Sacer-
dotes enim non ſunt lacerandi, ſed potiùs
Ecc. 7. coronandi: quia de his Eccleſiaſticus liber
loquitur, dicens: In tota anima tua time Do-
minum, & ſacerdotes illius ſanctifica, & mi-
niſtros eius non derelinquas, & honorifica
ſacerdotem. Et Iſidorus: His enim, ſicut &
epiſcopis diſpenſatio myſteriorum Dei cō-
miſſa eſt præſunt enim eccleſiæ Chriſti, &
in conſecratione diuini corporis & ſangui-
nis, conſortes ſunt Epiſcopis. Similiter
& in doctrina populorum, & in officio pre-
dicandi.

*Quali pœnitentiæ ſubiacere debeat, qui presby-
terum voluntariè morti tradiderit.*

Cap. 5.

SI quis ſacerdotem, non coactus, ſed pro-
pria voluntate ſeductus, morti tradide-
rit, ſecundùm ſentētiam Apoſtolicorum &
noſtrorum moderni temporis ſacerdotum,
quinquennio pleniſſimæ caſtigationi pœ-
Rigor pri- nitentiæ ſubſternatur, ità vt carnem non
ſcæ pœni- manducet, nec vinum bibat, ieiunet autem
tentiæ. vſque ad veſperam, exceptis Dominicis &
diebus feſtis. Arma non portet, & vbicunquè
eat, pedibus incedat, eccleſiam non intret,
ſed ante fores ſtet, orans Dominum puro
corde, vt abluatur tanto crimine. Expleto
verò quinquennio, introducente Epiſcopo,
ingrediatur eccleſiam, nondùm tamen cō-
* inter municans, ſed * intra audientes ſtans. Et
aliud quinquennium indulgentiùs introeat
indultum. Quo verò expleto, cùm decimi
anni curſus fuerit finitus, gratia communi-
cādi & licentia concedatur ei equitandi. Ma-
neat autem in reliquis obſeruationibus tres
dies per hebdomadā, vt purificationis me-
reatur culmen.

*De eo qui euaginato gladio atrium eccleſiæ
intrauerit.* *Cap.* 6.

SI quis temerarius atrium eccleſiæ euagi-
nato gladio præſumptuoſe intrauerit,
ſacrilegium facit. Et idcircò ſacrilegium in
Matt. 26. atrio Domini factum, ſacrilegij more alta-
ri & Domino perſoluatur. Dominus dicit
in Euangelio: Omnes enim qui acceperint
gladium, gladio peribunt. Id eſt, qui ſeipſos
vice talionis per peccatum in præſenti vl-
ciſci deſiderant, gladio ipſius peccati in ani-
* ſanctum ma moriuntur. Quanto magis is, qui * ſecū-
dum atrium, quod Dominus ſibi præ cæte-
ris ſegregauit locis, ſuæ ſanctæ eccleſiæ ad
honorem, polluit, & temerarius irruperit,
gladio peccati & iniquitatis ſuæ mortuus ia-
cuerit? Quapropter opùs eſt pœnitentia, vt
reſurgat ad vitam, qui guſtauit mortem.

*De his qui res eccleſiæ, ſiue interiores ſiue ex-
teriores, rapiunt.* *Cap.* 7.

QVicunque timorem Domini poſtpo-
nentes, & eccleſiaſtica iudicia non ve-
rentes, res eccleſiæ rapiunt vel auferunt, vt
in Epiſtola Anacleti Papæ legitur, ſacrile-
gium faciunt. Papa dixit: Ergò qui Chriſti
pecunias & eccleſię rapit, aufert, vel fraudat,
homicida eſt, atque homicida ante conſpe-
ctum iudicis deputabitur. Qui rapit pecu-
niā proximi ſui, iniquitatem operatur: qui
autem pecuniam vel res eccleſiæ abſtulerit,
ſacrilegium facit. Vndè tanta authoritate
Apoſtolicæ ſententiæ ſuffulti, ſancimus &
vnanimes iudicamus, vt res Eccleſiæ tripli-
citer componantur, inſupèr verò bannus
epiſcopalis exquiratur. Qui verò exteriores
eccleſiæ res rapiunt vel fraudāt, comite agē-
te coerceantur, vt res ablatæ legitimè reſti-
tuantur & componantur. Si verò non pro-
curauerint, vel non emendauerint, ab epi-
ſcopo canonicè conſtringantur, vt res reſti-
tuantur.

*De his qui contemnunt bannum ab Epiſcopis
impoſitum.* *Cap.* 8.

NEmo contemnat, neque tranſgredia-
tur bānum ab Epiſcopis ſuperpoſitū.
Sciat & abhorreat in epiſtola beati Clemē-
tis dictum, contra ſe ſcriptum: Si vobis epi-
ſcopis non obediêrint omnes tam maiores
quàm & inferioris ordinis, atque reliqui po-
puli, tribus & linguæ: non ſolùm infames,
ſed etiàm extorres à regno Dei & conſortio
fidelium, à liminibus ſanctæ Dei Eccleſiæ
alieni erunt. Et audiant ipſum Dominum,
in euangelio dicentem: Qui vos audit, me Luc. 10.
audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Qua-
propter nos Euangelicam & Apoſtolicam
conſiderantes authoritatem, non quæſtum
pecuniarum, ſed lucrum quærentes anima-
rum, ſtatuimus & confirmamus, vt ſi quis
poſt hanc huius ſancti Concilij diffinitio-
nem, inuentus fuerit corrupiſſe bannum ab
Epiſcopis impoſitum, quadraginta dierum
caſtigatione corripiatur, tantùm in pane,
ſale, & aqua.

*De eo, ſi epiſcopus eccleſiaſticum, & comes ſe-
culare placitum vna die condixerint.*

Cap. 9.

CVm autem epiſcopus eccleſiam à Do-
mino DEO ſibi commiſſam regens,
epiſcopatum circumeundo perrexerit, &
placitum canonicè conſtitutum decreuerit,
populumque ſibi creditum illò inuitauerit;
atque

atque comes eadem die, ſciens placitum ab epiſcopo condictum vel neſciens, placitum cum populo ſuum condixerit, & per bannū illuc venire præceperit: placitū comitis omnes poſtponant, & comes ipſe: idemq; populus, poſt Epiſcopum feſtinè pergant, ſcientes ſe non illic ſeditioſa contentione decertare, ſed pro fide catholica inuigilare: non cumulum pecuniarum, ſed lucrum congre-
Clemens. gare animarum. Vndè in eadem beati Clementis Epiſtola: Veſtrum, qui legatione Domini fungimini, eſt docere populos. Eorum verò eſt, vobis obedire vt Deo. Et
Alexand. in Epiſtola Alexādri Papæ, ſucceſſoris Euariſti: Si quis autem legationem veſtram impedit, non vnius, ſed multorum profectum auertit: & ſicut multis nocet, ità à multis eſt arguendus: & quia Dei cauſam impedit, & ſtatum Eccleſiæ conturbat, ideò à liminibus eius arceatur. Quapropter nullus comes, nullusque iudex, nullus omninò in clericato vel ſeculari habitu conſtitutus, legationem epiſcoporum impediat, vel conturbare præſumat. Vt autem vnanimitas & concordia ſit inter Epiſcopos & comites, placuit, vt ſi quis epiſcopus domi reſidens, conuentum populi eſſe voluerit, & comes nihilominùs in ipſa eademque die placitum eſſe dixerit, effectum obtineat, qui prior indicauerat, ſalua tamen dignitate & poteſtate epiſcopi.

Vt epiſcopus non deponatur, niſi à duodecim epiſcopis presbyter à ſex, diaconus à tribus. Cap. 10.

STatutum eſt in hac ſancta & vniuerſali ſynodo, vt nullus epiſcopus deponatur, niſi à duodecim epiſcopis, presbyter à ſex,
Concilio Carthagi. diaconus à tribus. In Concilio Carthaginenſi, cap. duodecimo, Felix epiſcopus dixit: Si quis epiſcopus in reatum aliquem incurrerit, & non poteſt plurimos congregare epiſcopos: nè in crimine remaneat, à duodecim epiſcopis audiatur. Et presbyter à ſex, cum proprio ſuo epiſcopo, & diaconus à tribus Epiſcopis audiatur. Et in eodem Concilio, cap. vigeſimo: Vt presbyter à ſex, diaconus à tribus diſcutiatur Epiſcopis. Reliquorum clericorum cauſas, etiàm ſolus epiſcopus loci cognoſcat & definiat.

Si quis clericus homicidium fecerit, ab ordine ceſſare debebit. Cap. 11.

SI quis clericus, quāuis nimium coactus, homicidium fecerit, ſiue ſit presbyter, ſiue diaconus, deponatur. Legimus in canonibus Apoſtolorum, quòd Epiſcopus, presbyter, & diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus eſt, deponatur. Quanto magis is, qui hoc immane ſcelus fecerit, ab ordine ceſſare debebit? Qui enim Chriſtum ſequi deſiderat, debet, ſicut ille
1. Ioan. 2. ambulauit, & ipſe ambulare. Qui cum ma-
1. Pet. 2. lediceretur, non remaledicebat: cùm percuteretur, non repercutiebat: cùm pro nobis pateretur, non comminabatur. Et ipſe in Euangelio ſuo præcepit: Si quis te percuſſe- Mat. 5.
rit in vnam maxillam, præbe illi & alteram. Non enim debemus occidere, cùm Dominus dicat: Audiſtis quia dictū eſt antiquis: Ibidèm.
Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, Quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Nec malū pro malo reddere, ſed ſicut Apoſtolus Romanis ſcribēs ait, Noli vinci à ma- Rom. 12.
lo, ſed vince in bono malum. Si quis clericorum præſens erit, vbi homicidium fuerit, & neque conſenſu, neque conſultu, neque in aliquo homicidij reatu pollutus eſſe conuincitur, nihil ei obſit, quin conſecratus in gradu permaneat: non conſecratus, ſi aliâs dignus ſit, promotus accedat.

Vt præter Paſcha & Pentecoſten baptiſma non celebretur, excepta neceſſitate periclitantium. Cap. 12.

SAcroſanctum baptiſmi myſterium, ſciāt omnes in CHRISTO regenerati, non niſi præfixis & legitimis in anno celebrari temporibus, cùm hoc ſibi priuilegiū,
vt in epiſtola Siricij Papæ legitur, capite ſe- Siricius Papa.
cundo, & apud nos, & apud omnes Eccleſias ſpecialiter cum Pentecoſte ſua Dominicum Paſcha defendit. In quo (vt legitur in epiſto-
la Leonis Papæ, cap. nono) orta eſt & virtus Leo Papa.
muneris, & ſpecies actionis. Ad cuius rei confirmationem plurimùm valet, quòd ipſe Dominus Ieſus Chriſtus, poſtquàm reſurrexit à mortuis, diſcipulis ſuis formam & po-
teſtatem tradidit, baptizandi, dicens: Eūtes, Mat. vlt.
docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritusſancti. De quo vtique ante paſſionem potuiſſet eos inſtruere, niſi propriè voluiſſet demonſtrare, regenerationis gratiam ex ſua reſurrectione cœpiſſe. Additur ſanè huic obſeruantiæ, etiàm pentecoſtes, ex aduentu ſanctiſpiritûs, ſacra ſolennitas, quæ de Paſchalis feſti pendet articulo. Nam cùm ad alios dies alia feſta pertineant, hæc ſemper ad eum diem recurrit, qui reſurrectione Domini eſt inſignis, porrigens quodammodò manum auxiliantis gratiæ, & eos inuitans, quos à die Paſchę aut moleſtia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut nauigationis difficultas intercluſit, vt deſiderij ſui effectum dono ſanctiſpiritûs conſequantur. Ipſe enim vnigenitus DEI, qui in Paſcha reſurrexit, in fide credentium & in virtute operum, nullam inter ſe & ſpiritumſanctum voluit eſſe diſtantiam, quia nulla eſt diuerſitas in natura. Vndè vtrique ſit proprium, non diſſimile eſſe feſtum, vbi vnum eſt ſacramētum. Sicut tunc, ità & nūc, in remiſſionem peccatorum, baptiſmi celebratur ſacramentum: qui idem ſpiritusſanctus, cuius hîc celebramus aduentum, eſt remiſſio omnium peccatorum. Trina nanque in baptiſmate immerſio, triduanam imitatur

Digitized by Google

tur ſepulturam: Et ab aquis eleuatio, inſtar eſt reſurgentis de ſepulcro. Periculo quocunque modo præoccupatis & deſperatis, omni tempore ſubueniendum, & baptiſmi ſacramentum eſt tribuendum, quia neceſſitas vix habet legem. Si enim valida infirmitate occupati & deſperati, ad Eccleſiam prouehi nõ poſſint, loco mundo perſpecto, baptiſma celebretur, & procuratione presbyteri cautè obſeruetur & collocetur. Vſque ad octauum nanque diem, ipſa regeneratio ſacra ab omni Chriſtiano populo celebrabitur, quia reſurrectio Domini octo diebus colitur.

De decimis. *Cap.* 13.

DE decimis Auguſtinus doctor mirabilis, ſub breui ratiuncula ſatis videtur dilucidaſſe, cùm ait: Decimæ ex debito requiruntur. Quid ſi diceret DEVS, nempe, Meus es ô homo, Mea eſt terra quam colis, Mea ſemina quæ ſpargis, Mea animalia quæ fatigas, Meus eſt ſolis ardor: Et cùm omnia mea ſint, tu qui* mihi nos accommodas, ſolam decimam merebaris, ſed ſeruo tibi nouem. Da mihi decimam. Si non dederis decimam, auferam nouem. Si dederis mihi decimam, multiplicabo nouem. Si ergò quærit aliquis cur decimæ dentur, ſciat quòd ideò dandæ ſunt, vt hac deuotione DEVS placatus, largius præſtet quæ neceſſaria ſunt: & vt miniſtri Eccleſiæ exindè releuati, liberiores fiant ad ſpiritalis ſeruitij expletionem: & vt munus populi ex hinc in quotidiana oblatione Domino immoletur: necnon ſecundùm ſtatuta canonum, in ſuſtẽtationem pauperum & reſtaurationem eccleſiarũ proficiant. Quatuor enim fieri partes iuxta canones iudicamus, de decimis & oblationibus fideliũ: vt vna ſit Epiſcopi, altera clericorũ, tertia pauperum, quarta reſtaurationi Eccleſiarum ſeruetur, ſicut in epiſtola Gelaſij Papæ cap. 27. legitur.

* manus

Decimæ cur dentur.

De decimis antiquarum, & nouiter conſecratarum eccleſiarum. *Cap.* 14.

PLacuit huic ſancto Concilio, vt ſecundùm ſanctiones canonum, decimæ, ſicut & aliæ poſſeſſiones, antiquis conſeruentur Eccleſijs, ſicut in Chalcedonenſi ſancto Concilio ſtatutum eſt, cap. XVII. Si quis autem in affinitate antiquæ Eccleſiæ noualia rura excoluerit, decima exindè debita, antiquæ reddatur eccleſiæ. Si verò in qualibet ſylua, vel deſerto loco, vltra milliaria quatuor aut quinque, vel eo ampliùs, aliquod dirutum conlaborauerit, & illic conſentiente epiſcopo eccleſiam conſtruxerit, & conſecratam perpetrauerit, proſpiciat presbyterum ad ſeruitium DEI idoneum & ſtudioſum; & tunc demùm nouam decimam nouæ reddat Eccleſiæ: ſalua tamen poteſtate epiſcopi.

De ſepultura mortuorum.
Cap. 15.

REſtat propter inſtantem, quæ tunc maxima occurrit, neceſſitatem, vbicunque facultas rerum & opportunitas temporum ſuppetat, ſepulturam morientium apud eccleſiam, vbi ſedes eſt epiſcopi, celebrari. Si autem hoc propter itineris longinquitatem, aut adiacentem alicuius inopportunitatis difficultatem, impoſſibile videatur, expectet eum terra ſepulturæ ſoc, quo canonicorum aut monachorum, ſiue ſanctimonialium congregatio ſancta communiter degit, vt eorum orationibus iudici ſuo commendatus occurrat, & remiſſionem delictorum, quam meritis non obtinet, illorum interceſſionibus percipiat. Quòd ſi & hoc ineptum & difficile æſtimetur, vbi decimam perſoluebat viuus, ſepeliatur mortuus.

Viuorũ pro defunctis interceſſiones afferri.

Vt ſepulturam morientium nemo vendat.
Cap. 16.

ABhorrendus, & Chriſtianis omnibus deuitandus mos iniquus ſuprepſit, ſepulturã mortuis debitam, ſub precio vendere, & gratiam Dei venalem facere: cùm hoc nuſquàm ſub Euangelica gratia meminimus nos inueniſſe vel legiſſe. In Eccleſiaſtico nanque libro ſcriptum eſt: Mortuo non prohibeas gratiam, ſciens quia omnes morimur. Et item: Omnia quæ de terra ſunt, in terram conuertuntur. Quid terra terram vendis? memento quoniam terra es, & in terram ibis, & quoniam mors tibi futura eſt, appropiat & non tardat. Recordare quoniam non hominis eſt terra, ſed vt Pſalmiſta commemorat, Domini eſt terra, & qui habitant in ea. Si terram vendis, inuaſione alienæ rei reus teneberis. Gratis accepiſti à Deo, gratis da pro eo. Quarè interdictum ſit omnibus omninò Chriſtianis, terram mortuis vendere, & debitam ſepulturam denegare. Nisi fortè proximi & amici defuncti, propter nomen Domini & redemptionem animæ viri gratis aliquid donare velint.

Eccl. 7.

Gen. 3.

Pſal. 23.

Vt nullus laicus in Eccleſia ſepeliatur.
Cap. 17.

SEcundùm ſtatuta ſanctorum patrum & experimenta miraculorum prohibemus & præcipimus, vt deinceps nullus laicus in Eccleſia ſepeliatur. Quidam mirabilis doctor noſtræ diffinitioni conſentiens, inquit: Nemo enim in Eccleſia ſepeliatur, niſi fortè talis ſit perſona ſacerdotis, aut cuiuſlibet iuſti hominis, qui per vitæ meritum, talem viuendo ſuo corpori defuncto locum acquiſiuit. Corpora antiquitùs in Eccleſia

ſepulta,

ſepulta, nequaquàm proijciantur, ſed pauimento deſupèr facto, nullo tumulorum veſtigio apparente, eccleſiæ reuerentia conſeruetur. Vbi verò hoc præ multitudine cadauerum, difficile ſit facere, locus ille cœmeterium & polyandrium habeatur, ablato indè altari, & conſtituto vbi religionè ſacrificium Deo valeat offerri. Beatus Gregorius
Li. 4. Dialog. ca. 53 in miraculis patrum, memoria dignum, & huic rei congruum refert miraculum in Genuenſi vrbe contigiſſe. Ibi nanque quidam Valentinus nomine, Mediolanenſis Eccle-
Quiddam ex Gregorio mirū valdè. ſiæ defenſor, defunctus eſt, cuius corpus in Eccleſia beati martyris Syri ſepultum eſt. Nocte autem media in eadem Eccleſia factæ ſunt voces, ac ſi quis violenter ex ea repelleretur, atque traheretur forás. Ad quas nimirùm voces cucurrêre cuſtodes, & vidêre duos quoſdam teterrimos ſpiritus, qui eiuſdem Valentini pedes cum ligatura conſtrinxerant, & eum ab Eccleſia clamantem, ac nimiùm vociferantem foràs trahebant. Qui videlicet exterriti, ad ſua ſtrata reuerſi ſunt. Manè autem facto, aperientes ſepulcrum, vbi idem Valentinus poſitus fuerat, eius corpus non inuenerunt. Cumque extra Eccleſiam quærerent, vbi proiectum eſſet, inuenerunt hoc in ſepulcro alio poſitum, ligatis adhuc pedibus, ſicut de Eccleſia fuerat abiectum. Ex qua re colligendum eſt, quia hi quos peccata grauia deprimunt, ſi in ſacro loco ſepeliri ſe faciunt, reſtat vt etiàm de ſua præſumptione iudicentur, quatenùs eos ſacra loca non liberent, ſed etiàm culpa teme-
Impijs ſacra loca nihil cōferunt. ritatis accuſet. Quid igitur ſacra loca ſepultis proſunt, quandò hi, qui indigni ſunt, ab eiſdem ſacris locis diuinitùs proijciuntur? Sancta ſynodus dixit: Mira res, & multis expaueſcenda. Ideoq́; per futura temporum curricula ab omnibus obſeruanda.

De vaſculis quibus myſteria ſacra conficiuntur. Cap. 18.

De cōſec. di. 1. Vaſa in quibus ſacroſancta. VAſa quibus ſacroſancta conficiuntur myſteria, calices ſunt & patenæ. De quibus Bonifacius martyr & epiſcopus interrogatus, ſi liceret in vaſculis ligneis ſacramenta conficere, reſpondit: Quondàm ſacerdotes aurei ligneis calicibus vtebantur, nunc econtrà lignei ſacerdotes aureis vtuntur calicibus. Zephyrinus XVI. Romanus Epiſcopus, patenis vitreis Miſſas celebrari conſtituit. Tum deindè Vrbanus XVIII. Papa, omnia miniſteria ſacrata fecit argentea. In hoc enim, ſicut & in reliquis cultibus, magis & magis per incrementa temporum, decus ſuccreuit Eccleſiarum. Noſtris enim diebus, qui ſerui patrisfamiliàs ſumus, nè decus matris Eccleſiæ imminuatur, ſed magìs cumuletur & amplificetur: ſtatuimus, vt deincèps nullus ſacerdos ſacrum myſterium corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti Domini noſtri, in ligneis vaſculis vllo modo conficere præſumat, nè vndè placari debet, indè iraſcatur Deus.

Nè in calice, aut vinum ſolum, aut aqua ſola offeratur. Cap. 19.

ALexander ſucceſſor Euariſti, dixit: Non debet enim, vt à patribus accepimus, & ipſa ratio docet, in calice Domini aut vinum ſolum, aut aqua ſola offerri, ſed vtrunq; permixtum: quia vtrunque ex latere eius profluxit: Vt videlicet per hoc Ioan. 19.
indicet, populos, qui ſecundùm Ioannem aquæ ſunt, à CHRISTO, cuius ſanguis in Apoc. 17.
calice eſt, diuidi non debere. Cuius rei veritatem in hanc ſancta ſynodo confitemur, credimus & confirmamus, nè vllus ſinè commixtione vini & aquæ myſteria ſacra conficiat, ſed vt duæ partes ſint vini: quia maior eſt maieſtas ſanguinis Chriſti, quàm fragilitas populi: tertia aquæ, per quam intelligitur infirmitas humanæ naturæ.

De iniuria clericorum. Cap. 20.

SI quis irreuerēs, timorem Domini poſtponens, in ſeruos eius ſæuire præſumpſerit, quos ipſe præ cæteris peculiari ſingularitate ſibi ſegregauit, & coronæ ſuæ ſimilitudinem, tradente Apoſtolorum prin- 1. Pet. 2.
cipe, geſtare fecit, & ſeruos ſuos dici & eſſe voluit, ſortemq́; illorum ſe conſtituit, ſicut de eis ſcriptum eſt, loquente ipſo Domino, Num. 18.
Ego hæreditas eorum, Dominus hæreditas Deut. 18.
mea eſt: ſi quis (vt diximus) vllum eorum, quocunque ordine conſecratum, cæſis vulneribus, vel quibuſcunque iniurijs anguſtauerit, iubeat eum Dominus Epiſcopus per bannum à ſe impoſitum ante ſe venire, & aduocet cognitorem & adiutorem comitem, & cōſtringat proteruū Eps authoritate canonica: vt eidem clerico, cui contra Diuinas & humanas leges cōtumelias ingeſſit, iuſtam & debitā perſoluat compoſitionem: & comite agente perſoluat bannū regibus debitum. Si verò agente proteruia venire contempſerit, iuſtitięque cōſentire detrectauerit, agantur ſuper eum omnia, quæ ſuprà ſcripta ſunt in ſecundo & tertio capitulo, niſi iterùm veniat, & iuſtitiæ concordet.

De querimonia inter presbyterum & laicum. Cap. 21.

SI quis presbyter contra laicum, vel laicus contra presbyterum, aliquam habet 2. q. 4. Si quis presbyter.
querimoniæ controuerſiam, Epiſcopo* re- * pcipiēte
gente ſinè perſonarum acceptione finiatur, * per iuramentum
& laicus * præiuramento, ſi neceſsè ſit * con- ſe expurget
ſtringatur: presbyter verò, vice * præiura- * iuramēti
menti, per ſanctam conſecrationem interrogetur, quia Sacerdotes ex leui cauſa iurare non debent. Manus enim, per quam

corpus

corpus & ſanguis Chriſti conficitur, iura-
mento polluetur? abſit, cùm Dominus in
Euangelio diſcipulis ſuis, quorum vicem
nos indigni in ſancta gerimus Eccleſia, di-
Matt. 5. cat: Nolite omninò iurare. ſit autem ſermo
veſter, Eſt eſt, Non non: quod autem his
abundantius eſt, à malo eſt. Non dixit, quod
amplius eſt, malum eſt, ſed à malo, id eſt, à
malo homine, de cuius incredulitate cogi-
mur iurare. Vt enim in quadam homilia
beati Bedæ presbyteri legimus, ſi fortè nos
incautiùs iuràſſe contigerit, quod ſcilicet
obſeruatum, peiorem vergat in exitum, libe-
rè illud mutandum nouerimus ſalubriori
conſilio.

De eo, ſi quis liber aliquo crimine infamatur.
Cap. 22.

SI quis fidelis libertate notabilis aliquo
crimine aut infamia deputatur, vtatur
iure, iuramento ſe excuſare. Si verò tanto
talique crimine publicatur, vt criminoſus à
populo ſuſpicetur, & propterea ſuperiute-
tur, aut confiteatur & pęniteat, aut epiſcopo
vel ſuo miſſo diſcutiente, per ignem candēti
Heb. 4. ferro cautè examinetur. Deus omnipotens,
cùm omnia nuda & aperta ſint oculis eius,
(vt in epiſtola Euariſti Papæ ſcriptum legi-
mus) quo nos à dubijs & incognitis ſenten-
tiam proferre compeſceret, mala Sodomæ
noluit audita iudicare, priuſquàm maniſe-
ſtè agnoſceret quæ dicebantur. Vndè ipſe
Gen. 18. ait: Deſcendam & videbo, vtrùm clamorē
qui venit ad me, operę compleuerint, an nō
eſt ità, vt ſciam. Quo exemplo moniti, nè
ad proferendam ſententiā vnquàm præci-
pites ſimus, aut temerè indiligenterque in-
diſcuſſa quæque quo modo iudicemus: ſed
exemplo Domini deſcendamus, videamus,
& iuſto examine criminoſos diligenter per-
ſcrutemur, ſicut ipſe Sodomam: vt videa-
mus, vtrùm clamorem populi cōpleuerint,
nécne. Nam mala audita nullum moueant,
ſed antè audita diligenter inquirat.

*De his qui velatas Deo conſecratas, in coniu-
gium duxerint.* *Cap.* 23.

SI quis ſacro velamine conſecratam in cō-
iugium duxerit, & poſt dicatum DEO
propoſitum inceſta fędera ſacrilegaque mi-
Gelaſius Papa. ſcuerit, vt in conſtitutis Gelaſij Papæ, cap. vi-
geſimo legitur, protinùs æquum eſt à ſacra
communione detrudi, & niſi per publicam
probatamque pœnitentiam omninò non re
cipi. Si tamen pœnituerint, tranſeuntibus
de ſeculo viaticum non negetur. In Chalce-
donenſi Concilio, cap. decimoſexto: Hoc per-
petrantes excommunicentur: confitentibus,
authoritate epiſcopi miſericordia largiatur.
In epiſtola Papæ Syricij, capit. ſexto: Vela-
tæ Deo conſecratæ, ſi abiecto propoſito ſan-
ctitatis, clanculùm ſacrilega ſe contagione
miſcuerint, vel de illicitis complexibus pu-
blicè & liberè filios procreauerint, has im-
pudicas deteſtabileſque perſonas, à mona-
ſteriorum cętu & Eccleſiarum conuentibus
eliminandas eſſe, iudicatum eſt, quatenùs
retruſæ ergaſtulis, tantum facinus continua
lamentatione defleant. Vndè verbo Domi-
ni & canonica authoritate in hac ſancta ſy-
nodo præcipimus, vt omninò ſeparentur, &
iuramento conligentur, vlteriùs ſub vno nō
cohabitare tecto, nec familiari frui collo-
quio, excepto in Eccleſia & in publico, aut
pariter vllam habere communionem, vndè
ſuſpicio illecebroſi deſiderij, aut ſcandalum
libidinoſi facti, iuſtè poſſit oriri. Si quæ
etiàm inter ſe diuidenda ſint, diuidant, &
vterque ſua prouideat.

*De virgine ante duodecim annos velata, non con-
ſentiente patrono, ſub cuius erat pa-
trocinio.* *Cap.* 24.

QVæcunque virgo ſub patrocinio ante
annos XII. non coacta, ſed propria vo
luntate, ſacrum velamen ſibi impoſue-
rit, annumque & diem, nullo repetente, ve-
lata permanſerit, ab eodem ſancto habitu
vlteriùs non recedat, ſed ſponſa vero regi
Chriſto, Immaculato agno, vlteriùs incorru-
pta & immaculata deſeruiat. Si verò idem
patronus poſt annum & diem, ſanctum pro-
poſitum corrumpere, & velatam ſtuduerit
repetere, atque Chriſto ſuam ſponſam ra-
pere: ſecundùm præſtituta canonum præiu-
dicemus, vt vires non obtineat, ſed Chri-
ſto regi ſuam ſponſam, relinquat. Si quis de
virginibus velatis curioſiùs & diligentiùs
inueſtigare perſtiterit, inſiſtat cap. decimo-
ſexto Carthaginenſis ſancti Concilij, & no-
nageſimotertio Africani. In Carthaginenſi,
cap. decimoſexto continetur, vt ante vigeſi-
mum quintum annum virgines non conſe-
crentur: in Africano, nonageſimo tertio:
Vt quicunque epiſcoporum, aliqua vrgente
neceſſitate vel periculo mortis anguſtante,
aut exigentibus parentibus, aut his, ad quo-
rum curam pertinet, velauerit, ſeu velauit,
ante vigeſimumquintum annum ętatis vir-
ginem, non ei obſit concilium, quod de iſto
annorum, numero conſtitutum eſt, quin ve-
lata & conſecrata permaneat.

De viduis velatis. *Cap.* 25.

VIduas autem velare pontificum nullus
attentet, prout conſtitutum eſt in decre
tis Papę Gelaſij, cap. decimotertio, quod nec
authoritas Diuina, nec canonum forma pręſ-
ſtituit. Quæ ſi propria voluntate continen-
tiam profeſſa, vt in eiuſdem Gelaſij, cap. 21.
legitur, eius intentio pro ſe reddat rationem
Deo. Quia ſicut ſecundùm Apoſtolum, ſi 1. Tim. 5.
ſe continere non poterat, nullatenùs nube-
re vetabatur: ſic ſecum habita deliberatio-
ne, promiſſam fidem pudicitiæ DEO debet
cuſtodire. Qua authoritate paternæ ſuffulti
ſenten-

Digitized by Google

ſententiæ, in hoc ſacro conuentu ſancimus & liberè iudicamus: quòd ſi ſpôtè velamen, quamuìs non conſecratum, ſibi impoſuerit, & in Eccleſia inter velatas oblationem Deo obtulerit, velit nolit, ſanctimoniæ habitum vlteriùs habere debebit: licèt ſacramento confirmare velit, eo tenore & ratione velamē ſibi imponere, vt iterùm poſſit deponere.

De monachis regulariter exeuntibus, ſiue fuga regularis diſciplinæ elapſis.

Cap. 26.

Monach⁹ apoſtata qui tractādus.

Nota apoſtata.

SI quis monachus pro lucro animæ vel animarum, à ſuo monaſterio exire, & aliud propoſuerit intrare conſentientibus epiſcopo, abbate & fratribus, conſentimus & concordamus, quia id feciſſe multos ſanctos legimus. Si verò fuga regularis diſciplinæ elapſus, propoſitum ſanctitatis calcauerit, omnimodis coercendus, & ab hominibus deteſtandus, atque omni onere eſt grauandus: vt ſaltem rubore verecundiæ confuſus, & onere paupertatis afflictus, redeat, quem relicta ſingularitatis profeſſione inimicus tenebat. Si autem tam irreuerens & pertinax eſt, vt ad monaſterium redire, & propoſitum monachi reluctauerit obſeruare, impleantur ſuper eum conſtituta, quæ de eo ſcripta ſunt in ſancto canone in Concilio Chalcedonenſi, cap. 4. Papæ Syricij ſexto, Leonis xxvj. quatenùs retruſus ergaſtulo, decoqui poſſit pœnitudinis igne purgatorio.

De clericis qui ſemèl in clero deputati ſunt. *Cap.* 27.

Clericus deſertor vt caſtigādus.

Hippocētauris qui nam ſimiles.

IN ſynodo Chalcedonenſi, cap. ſeptimo ſtatutum eſt, vt clerici qui ſemèl in clero deputati ſunt, neque ad militiam, neque ad aliquam veniant dignitatem mundanam. Et hoc tentantes, & pœnitentiam non agentes, quô minùs redeant ad hoc, quod propter Deum primitùs elegêre, anathematizari. Nos autem eandem ſequentes canonicam authoritatem, ſtatuimus, vt clericus eccleſiaſticè nutritus, in Eccleſia coram populo vel legens vel cantans, ſi poſtmodùm relicto clericatûs habitu, à caſtris Dominicis, quibus adſcriptus eſt, profugus & apoſtata elabitur, & ad ſeculum egreditur: ab Epiſcopo canonicè coerceatur, vt ad ſinum matris Eccleſiæ reuertatur. Quòd ſi in hac indiſciplinatione perdurat, vt contam nutriat, conſtringatur, vt iterùm detondeatur, & poſteà nec vxorem accipiat, nec ſacrum ordinem attingat. Si verò huic huius ſancti Concilij reluctauerit definitioni, ſecundùm præſtitutam Chalcedonenſis capituli conſtitutionem anathematizetur. Sanctus Iſidorus tales hippocentauris dicit eſſe ſimiles, qui nec equi, nec homines, atque quaſi bruta animalia, libertate ac deſiderio ſuo feruntur.

Vt nullus Epiſcopus alterius miniſtrum Eccleſiaſticum ſolicitet.

Cap. 28.

IN Niceno ſancto & vniuerſali Concilio continetur; Propter multam perturbationem & ſeditiones quæ fiunt placuit conſuetudinem omnimodis amputari, ità vt de ciuitate ad ciuitatem, non Epiſcopus, non presbyter, non diaconus, transferatur, &c. In Chalcedonenſi, cap. xx. Clericos in Eccleſia miniſtrantes, in alterius ciuitatis Eccleſia ſtatutos fieri non oportet. Si quis Epiſcopus poſt hanc definitionem ſuſceperit clericum ad alium pertinentem, ſuſcipiēs & ſuſceptus, communione priuentur, donèc is qui migrauerat, ad propriam fuerit regreſſus Eccleſiam. Item in ſynodo Sardicēſi, cap. decimooctauo: Vt nulli liceat Epiſcopo, alterius epiſcopi miniſtrum Eccleſiaſticum ſolicitare, & in ſuis parochijs ordinare. In Africano, cap. vigeſimo primo: Vt clericum alienum nullus ſibi priuet epiſcopus, præter eius arbitrium cuius fuerit clericus, &c. Item in decretis, Papæ Leonis: Alienum clericum, inuito epiſcopo ipſius, nemo ſuſcipiat, nemo ſolicitet, niſi ex placito charitatis id inter dantem accipientemque conuenerit. Quibus conſtitutis ſanctorum canonum operam dantes, & veſtigijs patrum inhærentes, hoc ſecundùm præfixos ſanctos canones ſtatuimus, & iuſtum eſſe decernimus.

Vt nullum ſeruum ante perfectam libertatem Epiſcopus ordinare præſumat. *Cap.* 29.

Leo Papa.

Gregori⁹ Papa.

SEcundùm decreta ſanctorum patrum præiudicamus, & nos id acturos profitemur, vt nullum ſeruum Epiſcopus ordinare præſumat, antequàm perfecta ditetur ingenuitate, quia non debet vilis perſona fungi ſacerdotij dignitate. Leo Papa in epiſtola ſua, cap. 1. Debet enim eſſe ab alijs ſecurus, qui diuinæ militiæ fuerit aggregandus, vt à caſtris Dominicis quibus nomen eius adſcribitur, nullis neceſſitatis vinculis abſtrahatur. Gregorius in decretis ſuis, capitulo ſeptimo: Multos ex Eccleſiaſtica familia nouimus, ad omnipotentis Dei ſeruitiū feſtinare, vt ab humana ſeruitute liberi, in diuino ſeruitio valeant conuerſari. Si verò feſtinantes ad omnipotentis Dei ſeruitium incautè retinemus, illi inuenimur quædam negare qui dedit omnia. Vndè neceſſè eſt, vt ab humano ſeruitio liber recedat, qui diuini obſequij diſtrictam ſubire appetit ſeruitutem. Sancta ſynodus dixit: Præfinita patrum ſtatuta, inuiolabilem habeant firmitatem.

De eo, ſi quis ab Apoſtolico falſam detulerit epiſtolam. *Cap.* 30.

Eccleſiæ Romanæ honor habendus.

IN memoriam beati Petri Apoſtoli, honoremus ſanctam Romanam & Apoſtolicā ſedem, vt quæ nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſe debeat magiſtra Eccleſiaſticæ rationis.

rationis. Quarè ſeruanda eſt cum manſuetudine humilitas, vt licèt vix ferendum, ab illa ſancta ſede imponatur iugum, conferamus & pia deuotione toleremus. Si verò, quod non decet, quilibet ſiue ſit presbyter, ſiue diaconus, aliquam perturbationem machinando, & noſtro miniſterio inſidiando, redarguatur falſam ab Apoſtolico detuliſſe epiſtolam, vel aliud quid, quod indè non cõtinuerit, ſalua fide & integra circa Apoſtolicum humilitate, penès epiſcopum ſit poteſtas, vtrùm eum in carcerem, aut in aliam detrudat cuſtodiam, vſquequò per epiſtolã, aut per idoneos ſuæ partis legatos, Apoſtolicam interpellet ſublimitatẽ, vt potiſſimùm ſua ſancta legatione dignetur decernere, qd de talibus iuſto ordine lex Romana ſtatuat diffinire, vt & is corrigatur, & cęteris modus imponatur.

De furibus & latronibus. *Cap.* 31.

TRanquillitatem ſanctæ Dei Eccleſiæ inquietari, & pacem fraternam infeſtari teſtantur fures & latrones, qui ambulant inter nos ouina pelle obumbrati, ſed lupina mente recedunt alienati, res Eccleſiarum ſęua mente adducti rapientes, & gregem Dominicum ſpoliando lacerantes. De quibus Saluator in Euangelio commemorat: Qui

Ioan. 10. non intrat per oſtium in ouile ouium, ille fur eſt & latro. Atque ſubiungit: Fur non venit, niſi vt furetur, & mactet, & perdat. Vbi quamuis hæreticos, qui fidem furantur Eccleſiæ, deſignet: tamen inſecutione furum & latronum, turbatam monſtrat pacem Ec-

Philip. 3. cleſiarum. De talibus Apoſtolus ad Philippenſes: Videte canes, videte malos operarios. Canes vocauit, quòd non habent verecundiam: malos operarios, quia nulla faciunt quæ pietati conueniunt. Et Dominus

Eſaiæ 61. per Prophetam Eſaiam: Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam. Vndè nos quæ Dominus diligit diligentes, & quæ odit, odio habentes, ſtatuimus & iudicamus, vt ſi quis poſt hæc Euangelica & Apoſtolica atque Prophetica verba, & diffinitionem pacatiſſimæ ſynodi, inuentus fuerit furtum aut rapinam exercere, & in ipſo diabolico actu mortem meretur incurrere: nullus pro eo præſumat orare, aut eleemoſynam dare. Et eleemoſyna pro eo data, in memoriam clericorum nec pauperum veniat, ſed execrabilis ſordeſcat. B. Auguſtinus de talibus horribilem profert ſententiam, dicens: Nemo te poſt mortem tuam fideliter redimit, quia tu te redimere noluiſti. Si autem ille fur vel latro vulneratus elabitur, & expectatione mortis deſperatus putatur, atque reconciliari ſe myſterijs ſacroſanctis, habitu corporis & voluntate piæ mentis deprecatur, Deoque & ſacerdoti, comite vitæ emendatione morum & actuum confitetur, communionis gratiam non negamus tribuendã.

Cap. 12. & 26. q. 6. De his verò. In Nicæno magno Concilio ſtatutum legimus: Si quis egreditur è corpore, vltimo & neceſſario viatico minimè priuetur, &c. Item de vltima pœnitentia, in epiſtola Innocentij Papæ, cap. 21. Tribuitur ergò cum pœnitentia extrema communio, vt homines huiuſmodi vel in ſupremis ſuis, permittente Saluatore noſtro, à perpetuo liberentur exitio. Item de eodem Carthaginenſi 7. Et Cęleſtini 15. vbi ait: Quid, rogo, aliud eſt, vltimam pęnitentiam negare periclitanti, quàm mortem addere morienti?

De Eccleſia à compluribus cohæredibus obſeſſa. *Cap.* 32.

Cohæredes q ius habeat patronatus. QVęcunque Eccleſia à compluribus cohæredibus ſit obſeſſa, concordi vnanimitate vndiquè procuretur, nè propter aliquas diſceptationes ſeruitium Dei minuatur, & cura populi inreligiosè agatur. Si verò contingat pro ea comparticipes diſſidere, & ſub vno presbytero nolle eam procurare, & propterea iurgia & contentiones tã inter ipſos, quàm inter clericos incipiãt frequentare, quia iuxta Apoſtolum ſeruos Dei

2. Tim. 2. non oportet litigare, epiſcopus tollat indè reliquias, & ſub magna cura honorificè collocet eas, atque eiuſdem Eccleſiæ claudat oſtia, & ſub ſigillo conſignet ea, vt ſacrum miniſterium nullus celebret in ea, antequàm concordi vnanimitate vnum omnes eligant presbyterum, qui idoneus ſit ſacroſanctum locum procurare, & populo DEI vtiliter præeſſe. Hanc autem habeant authoritatem Epiſcopi, vt in nullis Eccleſijs nec conſtituãtur presbyteri, nec expellantur, illis inconſultis & non conſentientibus. In epiſtola Bea-

Clemens Papa. ti Papæ Clementis legitur: Attendendum ſummoperè eſt omnibus presbyteris & reliquis clericis, vt nihil abſq; Epiſcopi proprij licentia agant, non vtiq; Miſſas ſinè eius iuſſu quiſquam presbyterorum in ſua parochia agat, Similiter & reliqui populi, maiores ſcilicet & minores, per eius licẽtiam, quicquid agendum eſt, agant. Animæ verò eorum ei creditæ ſunt: ideò omnia eius conſilio agere debent, & eo inconſulto nihil.

De clandis, & aliqua parte corporis minutis, ſi ſacro ordini poſſint adiungi.
Cap. 33.

IN Nicæno ſancto & vniuerſali Concilio ſtatutum eſt, caput 1. vt ſi quis à medicis per languorem defectus eſt, aut à barbaris abciſus, hic in clero permaneat. In epiſtola Innocentij Papæ, cap. 28. Qui igitur volens cuiuſlibet partem digiti ſibi abſcidit, hunc ad clerum canones non admittunt. Cui verò caſu aliquo contingit, hunc canones pręcipiunt & clericum fieri, & ſi in clero fuerit

fuerit repertus, non abijci. Item in decretis Gelaſij Papæ, cap. 16. Vt nemo literas neſciēs, vel aliqua parte corporis imminutus, promoueatur ad clerum. Hanc authoritatem ſanctorum patrum confitemur, & confirmamus, ſequimurque: ità vt ſi quis à medicis per languorem defectus eſt, vel per aliquam infirmitatem claudus effectus eſt, inueniatur aliàs dignus, permaneat clericus, & ſacro ordini aptus.

De eo ſi quis in hoſte cōtra Paganos, interficit captiuos Chriſtianos. Cap. 34.

VNdiquè bella conſurgunt, hoſtes ſæuiunt. Inimica gens paganorum inſequitur populum Chriſtianorū. Impletum eſt enim quod Euangelica teſtatur hiſtoria:
Mat. 24. Surget gens contra gentem, & regnum aduerſùs regnum, &c. Et alibi ſcriptum eſt:
Sap. 5. Pugnabit orbis terrarum pro eo contra inſenſatos. Quapropter zelo diuinæ æmulationis accenſus Chriſtianorum exercitus, procedunt ad bellum, confidentes in eum qui dixit: Vos ad certamen acceditis, ego prælior pro vobis. Fit conuentus Chriſtianorum & paganorum: fortiter dimicant iſti pro fide, illi contra fidem. Vndè fortiſſimo confortante Domino, ſicut * Matathias
1. Mach. 3. pater Machabæorum ait, Non in multitudine exercitûs fit victoria belli, ſed de cœlo veniet fortitudò: ſæpè fit victoria Chriſtianorum, victa eſt pars paganorum. Quarè vnà cum interfectis paganis perempti fuerunt Chriſtiani, captiui à barbaris, quia in impetu belli nequeunt diſtingui. Idcircò iuſtum decernentes, ſtatuimus cum interfectoribus miſericordiùs agendum, ità vt quadraginta diebus pœnitentiæ indulgentiùs tranſactis, penès epiſcopum ſit authoritas & poteſtas, vt perpendat culpam, agat indulgentiam.

Vt nullus comes, nulluſq; iudex diebus feſtis, vel Dominicis, ſeu ieiuniorum, aut Quadrageſimæ placitum habere præſumat, & vt nullus pœnitens illo veniat. Cap. 35.

SEcundùm ſanctorum ſtatuta patrum, in hoc ſancto prædicamus Concilio, vt nullus comes, nulluſque omninò ſecularis, diebus Dominicis, vel Sanctorum in feſtis, ſeu Quadrageſimæ, aut ieiuniorum, placitum habere, ſed nec populum illo præſumat coercere: Quia indè iraſcitur Deus, cùm tantùm ſuo ſancto ſeruitio debet populus deſudare, inueniatur lites & contentiones frequentare. Diebus verò Dominicis & ſanctorum feſtis, vigilijs & orationibus inſiſtēdum, & ad Miſſas cuilibet Chriſtiano cum oblationibus eſt currendum, & tantummodò Deo vacandū. Diebus Quadrageſimæ & ieiuniorum, ſumma deuotione ieiunandum, & omni intentione eſt orandum, atque vnicuique pro facultatibus ſuis

Dominicis & feſtis dieb⁹ quid agēdum ſit.

eleemoſynæ tribuendæ, & nullæ lites vel cōtentiones habendæ. Arguit enim eos, qui contentiones & lites tempore ieiuniorum, & qui à debitoribus debita exigunt, Dominus per prophetam, dicens: Eccè in diebus ieiuniorum veſtrorum inuenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis: eccè ad lites & contentiones ieiunatis & percutitis pugno impiè. Ideò nobis, qui gregis Dei curam accepimus paſtoralem, ſummoperè curandū & prohibendū eſt, nè noſtra deſidia agente, præfatis diebus vllus placitum habere, & populū nobis commiſſum, à ſeruitio Dei noſtri audeat impedire. Prætereà ſancimus & præcipimus, vt nullus comes aliquem pœnitentem ad placitum ire cōpellat, nec ipſe veniat: nè fortè, dum ieiunare & orare atque pro ſalute ſuæ animæ debet inuigilare, vaniloquijs & contentionibus cogatur laborare. Eſaiæ 58.

De eo, ſi duo fratres ſimul arborem ſucciderint, & cadēte arbore, vnus eorum interfectus fuerit. Cap. 36.

SI contingat duos fratres ſimul arborem ſuccidere, ſiue in ſylua, ſiue quocunque loco, & cadente arbore, alter alteri, fuge vel caue dixerit, & ipſe ſtans, ſiue fugiens, ſubtus ipſam arborem deuenerit, & mortuus fuerit: ſuperſtes frater, innocens de morte defuncti dijudicetur: Quia non voluntate, non incuria illius, non deniquè cōſenſu, nec vllo ſuo mortē incurrit reatu: ſed dum ambo inſiſterent operi neceſſario, incautus & inſperatus caſu arboris depreſſus eſt, nemine penitùs adiuuare valente. Hanc eandem ſtatuimus diffinitionem de cæteris ſimilibus, ſiue cognatis, ſiue nulla proximitate coniunctis. Iſtam diffinitionem tenuēre patres noſtri Apoſtolici viri: ideò eorum exempla ſequentes, per futura tempora inuiolabilem eam cuſtodimus, & poſteris noſtris ſequendam tranſmittimus: quia graue peccatum eſt, & noſtro miniſterio contrarium, innocentem opprimere, & ſecurum crimine, ſcienter criminoſum habere. Quidam de ſapientibus ait: Premit inſontes debita ſceleri noxia pœna, iuſtuſque ſubit crimen iniqui.

Diſt. 50. Si duo fratres, habetur ibi ſententia alter.

De muliere, cuius infans aliquo caſu propter negligentiam eius moritur. Cap. 37.

SI quæ mulier, vt ſæpè contingit, infantem proprium prope ignem collocauerit, & alius, qui caldarium ſuper ipſum ignē pependerit, & aquam infuderit, atque aqua ipſa per ignem feruens egreditur, & infanti ſuperfunditur, & ꝓpterea mortuus agitur: mater infantis, propter negligētiam, iudicio ſacerdotum pœniteat, & ille qui caldarium pependit, ſecurus permaneat.

D Simili

Simili modo de ceteris ſimilibus, qui ſæpè diuersè ſolent euenire & iudicamus, & eſſe volumus.

Si quis liber libertam duxerit, vlteriùs habere debebit. Cap. 38.

Leo Papa. IN decretis Papæ Leonis, cap. 18. ſcriptum eſt: Non omnis mulier viro iuncta, vxor eſt viri, quia nec omnis filius hæres eſt patris. Nuptiarum autem fœdera, inter ingenuos ſunt legitima & inter æquales. Itaque aliud concubina, aliud vxor, ſicut aliud ancilla, aliud libera. Igitur ſi quis filiam ſuam viro habenti concubinam, in matrimonium dederit, non ità accipiendum eſt, quaſi eam coniugato dederit, niſi fortè illa mulier, & ingenua ſit facta, & dotata legitimè, & in publicis nuptijs honeſtata videatur. Vndè paternam ſequentes authoritatē, ſub præſenti huius ſancti catalogo Concilij, ſtatuimus & liberè iudicamus, vt quiſquis liber libertam, hoc eſt, ex ancilla per manumiſſionem & regalem largitionem liberam factam, legitimè in matrimonium duxerit, vlteriùs habere debebit, tanquàm vnam ex nobili genere progenitam, excepta fornicationis cauſa: & quàm diù illa viuat, nullam aliam accipiat. Eſt igitur, vt ex decretis Papæ Leonis prædiximus, ingenua facta, & dotata legitimè, & in publicis honeſtata nuptijs, & propterea iam non eſt concubina, ſed vxor legibus acquiſita. Hæc eadem lex, pro qualitate ſexûs ſit fœminis & viris

for. *libera. * libertas.

Si quis alienigenam in matrimonium duxerit, habere debebit. Cap. 39.

QVicunque alienigenam, hoc eſt, alienæ gentis fœminam, (verbi gratia, Francus mulierem Baioricam) vtrorunque conſultu propinquorum legitimè vel ſua, vel mulieris lege acquiſitam, in coniugium duxerit: velit nolit, tenenda erit, nec vltrà ab eo ſeparanda, excepta fornicationis cauſa.

Ephe. 4. Quanuis enim, vt Apoſtolus ait, vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vtrique communis ſit nationi, legem tamen habent diuerſam, & quantùm ad ſeculum, interdùm longè diſiunctam. Quarè ſi vnus è duobus, vnam carnem in duas diuidere, & copulam nuptialem machinetur diſiungere, dicendo, non ſecundùm ſuæ gentis legem iura matrimonij contraxiſſe, & idcircò ſeparari poſſe: canonica inſtitutione diffinimus, & noſtro omniumque orthodoxorum iudicio ſtatuimus, vt quod legis imperfectum ſit, perficiatur, & ius matrimonij nequaquá reſoluatur. Synodus Romana ait, quòd non dimittenda ſit vxor poſt baptiſmum, quæ habita eſt & ante baptiſmū. In baptiſma ſoluuntur crimina, non tamen legitima coniugia. Cùm enim in baptiſmo tranſmigrat de vita in vitam, & non mutat vxorem legitimam, quomodò mutat eam, qui non mutat vitá, ſed tranſit de gente ad gentem? Igitur quia iam ſuffugium non habent ſeparandi, impleant dictum Apoſtoli, Philip. 2. vt vnanimes vnum ſentientes permaneant in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Nos autem cognita referimus, quia quendam Francum & mulierem Saxonicam talia egiſſe cognouimus. Si quis poſt hæc, huius ſancti Concilij inſtitutionē paruipēdens, aliam duxerit, cuiuſcūq; gentis ſit canonicè arceatur, vt priori cum pœnitentia copuletur.

De eo, quòd quidam vxorem alterius, viuente eo, conſtuprauit. Et inſupèr iuramento confirmauit, eo moriente, coniugem eam accipere. Cap. 40.

AVdiuimus rem execrabilē, & catholicis omnibus deteſtandam, quendam nefando fornicationis opere alicuius uxorem, uiuente eo, cōmaculaſſe: & in augmentum iniquitatis, iuramento confirmâſſe, ſi eius legitimum ſuperuixiſſent ambo maritum, ut ille fornicator illam adulterā adulterio pollutam, ſibi aſſociaret toro & legitimo matrimonio, ſi hoc iure dici matrimonium poteſt, per quod oriuntur, quæ Apoſtolus enumerat mala, quæ ſunt fornicatio, Rom. 1. immunditia, luxuria, &c. ad ultimum uerò, ueneficia & homicidia, quia pro tam inlicito amore, alij ueneno, alij gladio, uel alijs diuerſis ſunt perempti maleficijs. Idcircò acutiſſimo ferro, & totius generis artificio reſecanda, per quę cæleſtia regna ſunt occludenda. Quoniam ut idem Apoſtolus ait, 1. Cor. 6. qui talia agunt, regnum Dei nō conſequentur. Tale igitur connubium anathematizamus, & Chriſtianis omnibus obſecramus. Nō licet ergò nec Chriſtianæ religioni oportet, ut ullus ea utatur in matrimonio, cū qua priùs pollutus eſt adulterio.

De eo, ſi quis duxerit vxorem, & concumbere non valens cum ea, frater eius clàm violauerit illam. Cap. 41.

SI quis legitimam duxerit uxorem, & impediente quacunque domeſtica infirmitate, uxorium opus non ualens implere cum illa frater uerò eius, ſuadente diabolo, adamatus ab ipſa, clanculùm eam humiliauerit, & uiolatam reddiderit, omnimodò ſeparentur, & à neutro ulteriùs eadem mulier contingatur. Igitur coniugium, quod erat legitimū, fraterna commaculatione eſt pollutū: & quod erat licitū, inlicitū eſt factum, ut Hieronymus ait: Mulier duorum fratrū non aſcendat torum: ſi autē aſcendit, adulterium perpetrabit. Quia uerò humana fragilitas procliuis eſt ad labendū, aliquo modo muniatur ad ſtandū. Idcircò epiſcopus, conſiderata mentis eorum imbecillitate,

poſt

Digitized by Google

poſt pœnitentiam ſua inſtitutione peractá, ſi ſe continere non poſſint, legitimo conſoletur * matrimonio : nè, dum ſperantur ad alta ſubleuari, corruant in cœnum. *cos

Si quis de vno in alium tranſmigrat epiſcopatum, & conſanguineam ſuam polluerit, vel aliquod crimen commiſerit.
Cap. 42.

SI quis de vno in alium omninò tranſmigrat epiſcopatum. & ſi (quod abſit) contingat eum filiam ſororis ſuæ, amitæ aut materteræ, auunculi vel patrui polluere, aut aliquod crimen committere: Epiſcopus, in cuius tunc diœceſi commoratur, & tali ſcelere criminatur, habeat ius & poteſtatem, ſecundùm canonicam authoritatem, & noſtrá ſynodalem inſtitutionem, flagitioſum coercere, & ad pœnitendum emollire. Per quos enim meliùs rei veritas ventilatur & emendatur, quàm per hos, inter quos habitat & criminoſus appáret?

Si quis cum qualibet fornicatus fuerit, & eo neſciente, filius eius vel frater inſcius violauerit illam. *Cap.* 43.

SI quis cum qualibet fornicatus fuerit, & eo neſciente, filius eius vel frater eiuſdem rei inſcius, cum eadem ſe polluerit; & poſtquàm ſe pollutum eſſe cognouit, confeſſus fuerit, & hoc ſe neſcire cum iuramento confirmauerit: quia hoc pœnituit & confeſſus fuit, poſt peractam congruam pœnitentiam, legitimo vtatur matrimonio, nè iterùm mordente crudeliſſima libidinis beſtia ſaucietur, & voraginem fornicationis incidere videatur. Nam vt Hieronymus ait, ferreos montes, domat libido. Mulier verò quæ tantum nefas commiſerat, vlteriùs pœniteat, atq; cõtinens & innupta permaneat.

Si quis cum aliqua fornicatus fuerit, & frater eius ignarus duxerit illam vxorem.
Cap. 44.

SI quis cum aliqua crimen fornicationis fecerit, & frater eius, eiuſdem ſceleris ignarus, duxerit illam vxorem, frater qui prior per fornicationem polluerat illam, quia non indicauit fratri vxorem ducenti, prædura arceatur pœnitentia & condigna caſtigatione. Qua peracta, ſi continens eſſe non poſſit, indulgentia ſubleuetur, nè libidini proſternatur, quatenùs legitimo conſoletur matrimonio. De muliere verò ſancimus, ſicut de ea in Neocæſareenſi ſancto Concilio diffinitum legimus, cap. 2. Mulier ſi duobus fratribus nupſerit, abijciatur vſque ad mortem. Veruntamen in exitu propter miſericordiam fructum pœnitentię cõſequatur, ſi promiſerit, quòd facta incolumis, huius coniunctionis vincla diſſoluat.

Concil. Neocæſar.

Quòd ſi defecerit mulier aut vir in talibus nuptijs, difficilis erit pœnitentia in vita permanenti. Epiſcopus verò poteſtatem habeat ſecundùm conuerſationem ipſius, aut adijcere negligenti, aut minuere pœnitenti. Tamen vlteriùs continens & à viro diſiuncta permaneat.

Si quis cum duabus ſororibus fuerit pollutus. *Cap.* 45.

SImili modo ſecundùm ſanctos canones diffinimus & iudicamus de eo, qui cum duabus ſororibus fuerit pollutus, vt vſque in exitum vitæ pœnitens & continens permaneat. Soror autem, quæ poſterior libidinis perforata aculeis, ſcienter ſe cum eodem commaculauerit, vſque in finem vitę pœnitens & continens perduret. Si autem improuiſè cõtingit, condigna ſtringatur caſtigatione: & ſi velit, legitima vtatur viri coniunctione.

*Si cuius vxor conſtuprata fuerit, & proptereà maritus perdere illam * machinauerit.*
Cap. 46.

SI cuius vxor conſtuprata fuerit, & proptereà maritus capitali ſententia delere illam * machinauerit: ipſa verò, vrgente mortis periculo, ad Epiſcopum confugerit, & auxilium quæſiêrit, operoſiori, ſi poteſt, Epiſcopus labore deſudet, nè occidatur. Si verò non poteſt, nullo modo liceat ei, requirenti eam reddere viro ad occidendum, quæ ſe ei obtulit ad defendendum: ſed ſolerti cura tranſmittet eam ad locum, quem ipſa delegerit, vt ſecura viuere poſſit. Si verò interdùm maritus eam inuenerit & repetiêrit, ſecundùm ſeculum poteſtatem * ha- *habeat,
buerit, quid agere ei velit. Sed audiat ſanctum Auguſtinum, dicentem: Cum enim vir à virtute nomen accipit, & mulier à mollitia, id eſt, fragilitate: quarè contra crudeliſſimam libidinis beſtiam, vult vnuſquiſque vxorem ſuam eſſe victricem, cùm ipſe ad
primum libidinis ictum victus *cadat? Nam 1.Cor.6.
quicquid contra fidem Catholicam mulieribus non licet, nec viris licet. Si autem eadem mulier timore perterrita, à loco vbi eã epiſcopus deſtinauit, aufugerit, & vir eius ab Epiſcopo ſemèl aut bis vel ſæpiùs repetiêrit, ſi vitam ei obtinere poſſit, perquirat, & reddat: ſin autem, omninò non reddat. Maritus verò, quandiù ipſa viuat, nullo modo alteram ducat.

Si quis ſpiritalem habet compatrem, cuius vxor commater non eſt: eo defuncto, eius viduam licet ei ducere vxorem.
Cap. 47.

QVi ſpiritalem habet cõpatrem, cuius filium de lauacro ſacri fontis accepit, & eius vxor commater non eſt: liceat ei, defuncto cõpatre ſuo, eius viduam ducere in vxorem, ſi nullam habent conſanguinitatis propinquitatem. Quid enim? nunquid non

poſſunt coniungi, quos nulla proximitas carnalis, vel * in id generatio fecernit ſpiritalis?
*id nulla

De eo, ſi quis ſuæ ſpiritalis commatris filiam duxerit vxorem. Cap. 48.

ILlud etiàm nec canonica inſtitutione diffinimus, nec introductione aliqua refutamus: ſed propter eos qui diuersè de eo ſentiunt, hoc loco aliquid commemoramus. Si quis ſuæ ſpiritalis commatris filiam, fortuitù & ità contingente rerum caſu, in coniugium duxerit, conſilio maturiori ſeruato, habeat, atque honeſtè legitimo coniugio operam det.

De his qui in adulterio filios genuerunt, vt omninò ſeparentur. Cap. 49.

DE his qui in adulterio iuncti, per incentiua libidinis malæ filium vel filiam genuerunt, canonicè præiudicamus: vt quandò ab Epiſcopo iuſta diuiſione ſeparantur, eo tenore ſeiungantur, nè vltrà ſpe reuerſionis deludantur. Quarè, ſi quid inter ſe proprietatis aut pecuniæ communi donatione tradiderunt, * vt quæ communi ſeruent infanti. De reliqua verò proprietate & pecunia, nullā vlteriùs habeant communionē, ſed vterq; ſua prouideat, & ne velit faciat. Et ut hoc uerius credat, atque firmiùs obſeruetur: verbo Dñi præcipimus, & canonica atq; ſynodali impoſitione iniungimus, quatenùs iuramento colligentur, deincèps & vltrà ſub vno non cohabitare tecto: nec familiari frui colloquio, excepto in Eccleſia & in publico: nec vllam habere communionem in proprietate, aut mancipijs, vel pecunia, ſiue vllis rebus, vndè ſuſpicio luxurioſi facti, aut ſcandalum libidinoſi deſiderij iuſtè poſſit oriri.
* vtiquè

De eo ſi quis aliquem per illuſionem à rectâ fide ſubuerterit, vel perdiderit, vt dupliciter puniatur. Cap. 50.

SI quis verò, ſiue ſit vir, ſiue mulier, aliquem à rectâ credulitate & Catholica fide illuſione diabolica auerterit: expedit ei, vt euāgelicus intonat ſermo, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & dimergatur in profundum maris. Quia qui ſcandalizauerit alios, vt Deum offendant, ac de vera fide & ſalute recedant, multo melius eſſet ei, vt proprijs vitæ ſuæ vitijs & immunditia pollutus periretur, q̃ pro ſuis & aliorum peccatis in infernū dimergeretur. Et ſi quēpiam veneno vel herbis, aut diuerſi generis maleficijs perdiderit, velut peſſimus homicida, duplici mulctetur pœnitentia.
Matt. 18.

De eo ſi quis cum vxore alterius, viuente eo, fornicatus fuerit. Cap. 51.

ILlud verò communi decreto ſecundùm canonum inſtituta diffinimus & præiudicamos, vt ſi quis cum vxore alterius, viuente eo, fornicatus fuerit, moriente marito, ſynodali iudicio aditus ei claudatur illicitus, nè vlteriùs ei coniungatur matrimonio, quam priùs polluit adulterio. Nolumus enim, nec Chriſtianæ religioni oportet, vt vllus ducat in coniugium, quam priùs polluit per adulterium.

De homicidijs non ſpontè commiſſis. Cap. 52.

PLacuit nobis de homicidijs non ſpontè commiſſis, hic inſerere, quod in Ancyrano ſancto Concilio, cap. 22. legitur, vbi dicitur: De homicidijs non ſpontè commiſſis, prior quidem diffinitio poſt ſeptennem pœnitentiam perfectionem conſequi præcepit: Secunda verò, quinquennij tempus replere. Modus autem huius pœnitentiæ, in epiſcoporum ſit arbitrio, vt ſecundùm conuerſationem pœnitentium, poſſint & extendere tardātibus, & mouere ſtudioſè feſtinātibus.

De eo, ſi quis filium ſuum non ſpontè, ſed caſu contingente, occiderit. Cap. 53.

SI quis filium ſuū (quod abſit) nō ſpontè, ſed caſu contingente occiderit, * ſecundùm homicidia ſpontè commiſſa pœniteat, vt ſequenti ſubiefertur capitulo.
*iuxta homicidia non ſpontè

De his qui voluntariè homicidium fecerint. Cap. 54.

DE his qui voluntariè homicidium fecerint, Ancyrano ſancto Cōcilio, cap. 21. legitur: Vt pœnitentiæ quidem iugiter ſe ſubmittant: perfectionem verò, id eſt, cōmunionis Chriſti gratiam circa vitæ exitum conſequantur. Inſtituta canonica & ſanctorum patrum decreta, noſtro & omnium orthodoxorum iudicio, inuiolabilem habeāt firmitatem. Nobis autem, qui paſtores Chriſti ouium ſumus, pro moderni temporis qualitate & hominum fragilitate, bonum & vtile videtur, vt his qui voluntariè homicidium fecerint, authoritate ſynodali & iudicio generali & modum caſtigationis imponamus certum ac definitum pœnitentiæ tēpus præmonſtremus: nè prolixum tempus pœnitentiæ, generet faſtidium negligentibus: ſed curſim exercitatis, accreſcat opus ſalutis.

De pœnitentia 40. dierum. Cap. 55.

SI quis ſpontè homicidium fecerit, quadraginta diebus ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur. Et nihil manducet illis 40. diebus præter ſolum panem & ſalem, neque bibat niſi puram aquam. Nudis pedibus incedat. Lineis non induatur veſtibus, niſi tantùm femoralibus. Secularia arma non portet. Nullo vehiculo vtatur. Ad nullam fœminā, nec ad propriam vxorem, his diebus miſceatur. Nullam communionem illis XL. diebus cum alijs Chriſtianis, nec cum alio habeat pœnitente, in cibo vel potu aut vllis rebus. Si verò ſint aliqui vitæ ſuæ
Pœna voluntarii homicidii

in-

inſidiatores, vt præ illis non poſſit dignè pœnitere, interim differatur ei eadem pœnitentia, donèc ab epiſcopo proprio pax ei ab illis ſit facta. Si enim aliqua corporali infirmitate detentus ſit, vt non poſſit ritè ieiunare, adhibeatur ei miſericordia, quouſquè conualeſcat, & tunc demùm pœniteat. Si verò longo tempore eadem ſit occupatus infirmitate ad epiſcopum pertinebit, vt prudenter pertractet, quomodò infirmum peccatorem curare diſponat: quia, vt Gregorius paſtorali commemorat libro, Occultiora ſunt vulnera mentium, quàm corporum: & ars eſt artium, regimen animarum.

Poſt 40. dies pœnitentia primi anni.
Cap. 56.

POſt illos quadraginta dies, vnum annũ integrum ab introitu Eccleſiæ ſuſpendatur. Et abſtineat ſe à carne & caſeo, à vino & medone ac mellita ceruiſa, niſi Dominicis diebus & feſtis, qui per illum epiſcopatum publicè celebrantur apud cunctum populum: & niſi vel in hoſte, aut in aliquo magno ſit itinere, vel longè aut diù ad Dominicam curtem, vel ſi infirmitate detentus ſit: Tunc licitum ſit ei, tertiam feriam & quintã atque ſabbatum redimere vno denario, vel precio denarij, ſiue tres pauperes pro nomine Domini paſcendo: ità duntaxàt, vt vel carne, vel vino, vel medone, id eſt, de tribus vna re vtatur, non omnibus veſcatur. Poſtquàm autem de itinere domum reuertatur, aut de infirmitate liberetur, prędictas ferias non redimat, ſed ſtatuto modo pœniteat. Completo verò vnius eiuſdemq; anni curriculo, ità caſtigatus ritè & ordinabiliter more pœnitentium, introducatur in Eccleſiã.

Pœnitentia ſecundi & tertij anni.
Cap. 57.

SEcundum vero & tertium annum ſimili modo pœniteat: excepto, quòd prædictas tres ferias redimere ius habeat, vbicunquè eſt, ſiue in domo, ſiue in itinere. Cætera per omnia obſeruet, vt in primo anno faciebat.

Pœnitentia quarti, quinti, ſexti, & ſeptimi anni. Cap. 58.

QVartum enim annum & quintum, ſextum & ſeptimum, iſto modo obſeruet: Ieiunet autem his ſingulis tres Quadrageſimas: Vnam ante Paſcha Domini, à caſeo & pinguibus piſcib⁹, à vino & medone & mellita ceruiſia. Alteram ante natiuitatem ſancti Ioannis Baptiſtæ. Si verò deſunt quadraginta dies ante natiuitatem, impleantur poſt natiuitatem. Tertiam Quadrageſimam, ante natiuitatem Domini Saluatoris ieiunet, & abſtineat ſe à carne & cæteris rebus prædictis. Et in his quatuor annis, tertia feria & quinta ac ſabbato, manducet & bibat, quodcunque libeat. Et ſecundam atque quartam feriam denario, aut prædicto denarij precio redimere ius habeat. Sextam verò feriã cautè obſeruet. His ſeptem annis ritè expletis, reconcilietur, & more pœnitentium ſacris altaribus & ſanctę communioni reſtituatur, atque perfectionem conſequatur.

SVBSCRIPTIO EPISCOPORVM viginti duorum.

In hoc ſancto Concilio, præſidente & adiuuante pio Principe Arnulpho glorioſiſſimo rege, conſederunt, qui conuenerant, ſancti patres & venerabiles Eccleſiarum paſtores. Et quę catholica fide promulgauerũt, pari profeſſione confirmauerunt, & vnanimes ſubſcripſerunt.

Nomina Epiſcoporum.

Hattho ſanctæ Moguntiacenſis Eccleſię Archiepiſcopus, ſubſcripſi.
Hermannus ſanctæ Agrippinenſis, quæ & Colonienſis, Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſubſcripſi.
Rathbodo Treuirenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſubſcripſi.
Vualdo Frigiſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
Erchanbaldus Eiſtatenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
Tuto Radasbonenſis epiſcopus.
Adalpero Auguſtenſis epiſcopus.
Salomon Conſtantienſis epiſcopus.
Theodolſus Curienſis epiſcopus.
Fringus Baſileenſis epiſcopus.
Baldrammus Straſburgenſis epiſcopus.
Lorechaneus Spirenſis epiſcopus.
Theotelaus Vormatienſis epiſcopus.
Adalgarius * Brumenſis epiſcopus.
Dado Vuirdunenſis epiſcopus.
Vuigbertus Hiltineshemenſis epiſcopus.
Ruodolfus Vuirtziburgenſis epiſcopus.
Sigimundus Haluaraſtatenſis epiſcopus.
Ruodolbertus Metenſis epiſcopus.
Druogo Mimidenſis epiſcopus.
Biſo Padarbrunnenſis epiſcopus.
Egilmarus Oſneburgenſis epiſcopus.

Hæc ſubſcriptio ſacroſancta, venerabili profeſſione & condigna reſponſione innumerabilium circunſtantium preſbyterorum & diaconorum, necnon & nobilium laicorum confirmata, & laudabiliter approbata: Ad laudem & gloriam Ieſu Chriſti Domini noſtri, cui ſit honor, laus, & iubilatio, per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

CONCILIVM NANNETENSE.

Incertum habemus, quo tempore hoc Conciliũ actum ſit, itaq; hoc loco collocauimus.

In Decre. Iuo. par. 2. ca. 122.

CAP. I.

De alterius parochiano.

VT Dominicis & feſtis diebus presbyteri, antequàm Miſſas celebrent, plebẽ interrogent, ſi alterius parochianus in Eccleſia ſit, qui proprio contempto presbytero, ibi Miſſam velit audire. Quẽ ſi inuenerint, ſtatim ab eccleſia eijciãt, & ad ſuam parochiam redire compellãt. Similiter interrogent, ſi aliqui diſcordantes ſint, qui inter ſe litem implacabilem habent. Et ſi inuenti fuerint ſtatim reconcilientur. Quòd ſi renuerint, pacem ſuſcipere, ab Eccleſia eijciantur, vſquequò ad charitatem redeant. Non enim poſſumus munus vel oblationem ad altare offerre, donèc priùs fratri reconciliemur. His ita peractis, ſacerdotes Miſſarum ſolennia ritè peragant.

Matt. 5.

CAP. 2.

VT nullus presbyter alterius parochianum, niſi in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit, ad Miſſam recipiat.

CAP. 3.

PRohibendum & modis omnibus interminandũ eſt, vt nullus ſacerdos eas perſonas fœminarum, ſicut & in Canone inſertum continetur, de quibus ſuſpicio eſſe poteſt, in domo ſua habeat. Sed neque illas, quas canones concedunt: quia inſtigante diabolo, etiàm in illis ſcelus frequenter perpetratum reperitur, aut etiàm in pediſſequis illarum, ſcilicet matrem, amitam, ſororem: ſed ſi quis de his habuerit talem neceſſitatẽ patientem, cui ſit neceſſaria ſuſtentatio presbyteri, habeat in vico aut in villa domum longè à presbyteri conuerſatione, & ibi eis ſubminiſtret quæ neceſſaria ſunt. Sed & hoc ſecundùm authoritatem canonum modis omnibus prohibendum, vt nulla fœmina ad altare præſumat accedere, aut presbytero miniſtrare, aut infra cancellos ſtare aut ſedere.

Nulla omnò fœmina habitabit apud presbyteros.

CAP. 4.

De viſitandis infirmis à presbytero.

CVm ſacerdos audierit aliquem infirmari in ſua plebe, quamcitiùs ad eum pergat, & ingreſſus cubiculum, aquam benedictam ſuper eum & per omne cubiculũ adſpergat cum antiphona, Adſperges me Domine: & verſu, Exurgat Deus. Deindè dicat orationem, Deus qui ſacerdotibus tuis totam præ cæteris gratiam contuliſti, &c. Deindè cantet ſeptem pſalmos cum precibus pro infirmis. Poſt hæc omnes iubeat extra cubiculum ſecedere, & appropinquans lecto quo infirmus decumbit, cum blandè leniterque alloquatur, vt omnem ſpem ſuã in Deo ponat, vt flagellum Dei patienter tolerent, vt hoc ad purgationem & caſtigationem ſuam prouenire credat, vt peccata ſua confiteatur, vt emendationem promittat, ſi Dominus vitam conceſſerit: pœnitentiam pro culpis commiſſis ſpondeat: vt ſubſtantiam ſuam, dum adhuc ſenſus & ratio in eo viget, diſponat: vt peccata ſua eleemoſynis redimat: vt his qui in ſe peccauerunt, indulgeat: vt rectam fidem & credulitatem teneat: vt de DEI miſericordia nunquàm deſperet. Cũ his & huiuſcemodi allocutionibus fuerit mens inferni releuata, data benedictione recedat ſacerdos, non poſt multum reuerſurus, detque locum vt ægrotus de peccatis ſuis poſſit cogitare.

Aqua benedicta.

Pſalm. 50. Pſal. 67.

CAP. 5.

De infirmis, qui confitentur peccata ſua, & ſe reconciliari expoſcunt.

INfirmus qui neceſſitate mortis vrgente confitetur peccata ſua, ſub ea conditione à ſacerdote reconcilietur, vt ſi ei Dominus vitam donauerit, ſanitatemque reddiderit, ſecundùm qualitatem delicti *umnibus pœniteat.

for. *omninò

CAP. 6.

PRæcipiendum ſecundùm Canonum authoritatem, vt de ſepulcris & hominibus ſepliendis nihil muneris exigant, niſi fortè qui ſepelitur, viuens iuſſerit Eccleſiæ, in cuius atrio ſepelitur, de ſuis rebus aliquid tribuere, aut etiàm poſt mortem illius quibus commiſſum eſt eius eleemuſynã facere de rebus illius, aliquid dare ſpontè voluerint. Tamen nullatenùs à presbyteris illis aliquid exigatur, ſiue ab illis qui locis & vicis præſunt. Prohibendum etiàm ſecundũ maiorum inſtituta, vt in Eccleſia nullatenùs ſepeliantur, ſed in atrio, aut in porticu, aut extra eccleſiã. Infra eccleſiam verò, aut prope altare, vbi corpus Domini & ſanguis conficitur, nullatenùs habeat licentiam ſepeliendi.

CAP. 7.

Nè ſacri ordines pro muneribus conferantur.

OMnibus miniſtris Eccleſiaſticæ dignitatis interdicimus, vt nullus quocũq; munere aut fauore corruptus, clericum alterius parochię latenter ac furtiuè ad ordinationem ſubintroducere præſumat. Quod ſi fecerit, iuxta Chalcedonenſe decretum, is qui ordinatus eſt, donũ ſanctiſpiritûs, quod furari conatus eſt, amittat: & qui mediator extitit, ſi clericus eſt, proprio gradu decidat: ſi laicus aut monachus, anathematizetur.

Ca. 2.

CAP. 8.

SIcut enim Epiſcopus non plus poteſt habere q̃ vnam ciuitatẽ, & vir vnã vxorem:

In decre. Iuo. par. 3. cap. 52.

ità

ità presbyter vnam tantùm Eccleſiam. Itaq; nullus presbyter plures præſumat habere eccleſias, niſi fortè alios presbyteros ſub ſe in vnaquaque habeat, qui nocturnum atque diurnum officium ſolenniter adimpleant, & Miſſarum celebrationes quotidianis expleant cæremonijs.

CAP. 9.

De Eulogijs populo à presbyteris dandis.

VT de oblationibus, quæ offeruntur à populo, & conſecrationi ſuperſunt, vel de panibus, quos offerunt fideles ad Eccleſiam, vel certè de ſuis presbyteris conuenienter partes inciſas habeat in vaſe oitrido, vt poſt Miſſarum ſolennia qui communicare non fuerunt rati, eulogias omni die Dominico & in diebus feſtis exindè accipiant, & illa vndè eulogias presbyter daturus eſt, antè in hæc verba benedicat:

ORATIO.

DOmine ſancte pater omnipotens æterne Deus, benedicere digneris hunc panem tua ſancta & ſpirituali benedictione, vt ſit omnibus ſalus mentis & corporis, atque contra omnes morbos & vniuerſas inimicorum inſidias tutamentum, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum panem vitæ, qui de cęlo deſcendit, & dat vitam ac ſalutem mondo, & tecum viuis & regnat, &c. Ioan. 6.

CAP. 10.

Vt de decimis quatuor ſiant portiones.

INſtruendi ſunt presbyteri pariterq; admonendi, quatenùs nouerint decimas & oblationes, quas à fidelibus accipiunt, pauperum, & hoſpitum & peregrinorũ eſſe ſtipendia, & non quaſi ſuis, ſed quaſi commendatis vti de quibus oĩbus ſciant ſe rationem polituros in conſpectu Dei: & niſi eas fideliter pauperibus & his qui præmiſſi ſunt, adminiſtrauerint, damna paſſuros. Qualiter verò diſpenſari debeant, canones ſancti inſtituunt, ſcilicet vt quatuor partes indè fiăt, vna ad fabricam eccleſiæ releuădam, altera pauperibus diſtribuenda, tertia presbytero cum ſuis clericis habenda, quarta epiſcopo reſeruanda, vt quicquid exindè iuſſerit, prudenti conſilio fiat.

CAP. 11.

De examinandis illis, qui ſacros ordines accepturi ſunt.

EPiſcopos quandò ordinationem facere diſponit, omnes qui ad ſacrum miniſterium accedere volunt, feria quarta ante ipſam ordinationẽ euocandi ſuot ad ciuitatẽ vnà cum archipresbyteris, qui eos repræſentare debent. Et tunc Epiſcopus è latere ſuo dirigere debet ſacerdotes, & alios prudentes viros, gnaros legis diuinæ, & exercitatos in Eccleſiaſticis ſanctionibus, qui ordinandorum vitam, genus, patriam, ætatem, inſtitutionem locum vbi educati ſunt, ſi ſiot benè literati, ſi in lege Dñi inſtructi, diligenter inueſtigent. Ante omnia ſi fidem catholicã firmiter teneant, & verbis ſimplicibus aſſerere queant. Ipſi autem, quibus hoc committitur, cauere debent, nè aut fauoris gratia, aut cuiuſcunq; muneris cupiditate illecti, à vero deuient, vt indignum & minùs idoneũ ad ſacros gradus ſuſcipiendos epiſcopi manibus applicent. Quod ſi fecerint, & ille qui indignè acceſſit, ab altari remouebitur, & ille qui donum ſancti ſpiritùs vendere conati ſunt, coram Deo iam condemnan, Eccleſiaſtica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies diligenter examinentur, & ſic ſabbato qui probati inuenti ſunt, Epiſcopo repræſentenentur.

CAP. 12.

De pœnitentia adulterij.

SI cuius vxor adolterium perpetrauit, & hoc à viro depræhenſum fuerit & publicatum, dimittat vxorẽ, ſi voluêrit, propter fornicationem: illa uerò ſeptem aonis publicè pœniteat. Vir uerò eius, illa uiuente, nullatenùs aliam accipiat. Quod ſi uoluêrit adulteram ſibi reconciliari, licentiam habeat, ità tamen, vt pariter cum illa pęnitentiam agat, & exacta pœnitentia, poſt ſeptem annos ad commonionem uterque accedat. Similis forma & in muliere ſeruabitur, ſi eam uir eius adulterauit.

CAP. 13.

De pœnitentia fornicantium.

SI qoa molier noo habens uirum, aut uir non habens uxorem, fuerint fornicati, tribus annis pœniteant.

CAP. 14.

QVòd ſi uir non habens uxorem, alterius uxorem adulterauit, aut ſi qoa mulier non habens uirum, cum alterius uiro ille qui fœdus uiolauit cõiugij, ſeptem aonis, ut ſuprà dictom eſt, pœniteat. ille qui lege coniugij oon tenetur, qoinque annis pœniteat. Neque enim æqualis pœnitentia danda eſt his, quibus ſufficere poterat ad explendã libidinem ſuam, coniugum amplexus: & illis, qui coniuge carentes, ardore libidinis impellente, in fornicationem ceciderunt.

CAP. 15.

De quibuſdam confraternitatibus.

DE collectis uel confratriis, quas conſortia uocant, ſicut uerbis monuimos, & nunc ſcriptis expreſsè præcipimus, vt tantũ fiat, quantum rectum ad aothoritatem, & vtilitatem atqoe ad ſalutem animæ pertinet. Vltrà autem nemo nec ſacerdos, neque fidelis quiſquam in parochia noſtra progredi audeat, Fraternitates licitæ.

deat, ideſt vt in omni obſequio religionis videlicet in oblatione, in luminaribus, in orationibus mutuis, in exequijs defunctorum, in eleemoſynarijs, & cæteris pietatis officijs. Item illicitæ Paſtos autem & comeſſationes, quas diuina authoritas vetat, vbi & grauedines, & indebitæ exactiones, & turpes ac inanes lætitiæ, & rixæ, ſæpè etiàm, ſicut experti ſumus, vſque ad homicidia, & odia, & diſſenſiones accidere ſolent, adeò penitùs interdicimus, vt qui cõtra hoc decretum agere præſumpſerint, ſi presbyter fuerit vel quilibet clericus, gradu priuetur: ſi laicus eſt aut fœmina, ab Eccleſia vſque ad ſatisfactionem ſeparetur. Conuentus autem talium conſtantium, neceſſè ſi fuerit vt ſimul conueniant, aut fortè aliquis cõtra parem ſuum diſcordiam habuerit, quem reconciliari neceſſè ſit, & ſinè conuentu presbyterorum & cęterorum eſſe nõ poſſit, poſt peracta illa quæ Dei ſunt & Chriſtianæ religioni conueniunt, & poſt debitas admunitiones, ſi contigerit, vt veræ charitatis & fraternæ inuicèm conſolationis omnes ad refectionem conueniant: ſic talia fieri permittimus, vt ſeruata modeſtia & temperantia & ſobrietate, paciſque concordia, ſicut decet fratres, omnia in ædificationem fraternitatis, & laudem & gloriam Dei, & gratiarum Luc. 21. actiones fiãt. Et hoc omninò caueatur, quod ſaluator ait: Videte nè grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate. Qui voluêrint, Eulogias à presbytero accipiant, & panem tantùm frangentes, ſingulos accipiant * biberes, fort. * bilibres, & nihil ampliùs contingere præſumant, & ſic vnuſquiſque ad ſua cum benedictione Domini redeat.

CAP. 16.

Eccleſia vacans non eſt per ambitionem petenda.

VT ſi quilibet presbyterorum defunctus fuerit, vicinus presbyter apud ſecularé ſeniorem nulla precatione vel aliquo xenio eccleſiam illam obtineat, quia titulus per ſe conſtans anteà extitit, ſed neque capellam ſinè conſultu Epiſcopi. Quod ſi fecerit, definitã ſententiam ſibi prolatam ſuſcipiat, ſicuti de Epiſcopo canonica decreuit authoritas, vt ſi per ambitionem maiorem ciuitatem appetierit, & illam perdat quam tenuit, & illam nequaquam obtineat, quam vſurpare tentauit.

CAP. 17.

De pęnitentia homicidæ voluntaria.

Exo. 21. SI quis voluntariè & per inſidias hominẽ interfecerit, iugi ſe pœnitentiæ ſubmittat. Et ſi hoc publicè actum conſtat, ſi laicus eſt, à communione orationum quinquenniò remoueatur: poſt quinquennium, tantùm in orationum communionem recipiatur, nõ autem offerat, non corpus Domini contingat. In quo perdurans XIIII. annis, tunc ad plenam communionem cum oblationibus recipiatur. Si quis de induſtria & per inſidias occiderit hominem, ab altari meo euelles eum, vt moriatur, dicit Dominus.

CAP. 18.

De pęnitentia eius, qui non volens fecerit homicidium.

SI quis caſu, non volens, homicidium perpetrauit, quadraginta diebus in pane & aqua pœniteat. Quibus peractis, bienniu ab oratione fidelium ſegregetur: non communicet, nec offerat. Poſt biennium in communione orationis offerat, non tamen communicet: poſt quinquennium, ad plenam cõmunionem recipiatur. Abſtinentia ciborum, in arbitrio ſacerdotis maneat.

CAP. 19.

Nè fęminę publicis conuentibus & placitis ſe immiſceant.

CVm apoſtolus dicat, Mulieres in Eccleſia taceant: non enim permittitur eis loqui. turpe eſt enim mulieri loqui in Eccleſia. mirum videtur, ꝙ quædam mulierculæ contra diuinas humanasq; leges attrita frõte impudenter agentes, placita generalia, & publicus conuentus indeſinenter adeunt, & negocia regni vtilitatesque reipub. magis ꝑturbant, quam diſponant: cùm indecens ſit, & etiàm inter barbaras gentes reprehenſibile, mulieres virorum cauſas diſcutere: & quę de lanificijs ſuis & operibus textilibus & muliebribus, inter genitiarias ſuas reſidẽtes, debuerant diſputare, in conuentu publico, ac ſi in curia reſidentes, ſenatoriam ſibi vſurpant authoritatem. Quæ ignominioſa p̃ſumptio fautoribus magis imputanda videtur, quàm fœminis. Vndè quia diuinæ leges, vt ſuprà monſtratum eſt, hoc contradicunt, & humanæ nihilominùs idipſum prohibent, vt fœminæ nihil aliud proſequantur in publico quam ſuam cauſam: ait enim lex Theodoſina: Nulla ratione fœminæ ampliùs quã ſuas cauſas agendi habeant poteſtatem, nec alicuius cauſam à ſe nouerint conſequendã: idcircò ex authoritate canonica interdicimus, vt nulla ſanctimonialis virgo vel vidua conuentus generales adeat, niſi à principe fuerit euocata, aut ab Epiſcopo ſuo, niſi fortè propriæ neceſſitatis ratio impulerit, & hoc ipſum cum licentia * populi ſui.

1. Cor. 14.

Fœminarum quarundam inſolẽtia.

fort. * epiſcopi

CAP. 20.

De quodam cultu ſuperſtitioſo abolendo.

SVmmo decertare debent ſtudio epiſcopi & eorum miniſtri, vt arbores dęmonibus conſecratæ, quas vulgus colit, & in tanta veneratione habet, vt nec ramum vel ſurculũ

indè

indè audeat amputare, radicitùs excindantur atque comburantur. Lapides quoquè, quos in ruinoſis locis & ſyluestribus, dęmonum ludificationibus decepti, venerantur, *vouent vbi & vota * fouent & deferunt, funditùs effodiantur, atque in tali loco projiciātur, vbi nūqnàm à cultoribus ſuis venerari poſſint. Et omnibus adnuncietur, quantum ſcelus ſit idololatria, & qui hæc veneratur & colit, quaſi Deum ſuum negat, & Chriſtianitati abrenunciat, & talem pœnitentiam indè debet ſuſcipere quaſi idola adoraſſet: omnibuſque interdicatur, vt nullus votum faciat, aut cādelam, vel aliquod munus pro ſalute ſua rogaturus alibi deferat, niſi ad Eccleſiā Domino Deo ſuo. Scriptum eſt enim: Vouete & reddite Domino Deo veſtro. Psalm. 75. Nouimus ſiquidem, quanta Dominus antiquo populo per Prophetas ſuos interminatus eſt, qui in locis ſacrificabant, & in excelſis immolabant. Si quis hoc tranſgreſſus fuerit, fidem perdidit, & eſt infideli deterior: & idcircò omnimodò à ſanctæ Eccleſiæ conſortio abſcindatur, & non, niſi dignè pęnituerit, recipiatur.

Inter Concilium Triburienſe (nam Nannetenſis tempus incertum eſt) & Salegunſtadienſe, centum amplius anni interfluxerunt; per quod temporis ſpatium, cum plura Concilia habita fuiſſe cōſtet: ea tamen, aut plane interierunt, aut in veteribus Bibliothecis & Eccleſiarum Archiuijs adhuc latent. quæ ipſa Actorum Eccleſiaſticorum ſeries cum deinceps, longo ſępius interuallo, interrumpatur, ne Pontificum quidem vitas, quod, ex Onophrio, orſi eramus, iam amplius pertexere libet.

SALEGVNSTADIENSE CONCILIVM,

Habitum ſub Benedicto VII. Papa, & Imp. Henrico Secundo.

Synodi huius Salegunſtadienſis reliquia qualeſcunque mutuata ſunt ex monumentis Burchardi Vormatieñ. Epiſcopi, qui cùm huic Synodo interfuiſſet, ea quæ ibi tractata fuerunt, ad eū qui ſequitur, modum deſcripſit. Oppidulum verò ſeu caſtellum hoc Salegunſtadieñ. vulgò Selgenſtat dictum, adiacet etiàm hodie flumini Mogano in diœceſi Moguntina inter Aſſiburgum & Francofordum.

An. Dñi 1023. IN Dei nomine, ego Aribo Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus, quanuis indignus, cum cæteris confratribus noſtris & coepiſcopis, Burchardo Vormatieñ. Vuerenhario Argētino, Brunone Auguſteñ. Eberhardo Babenbergenſi. Meginhardo Vuirtzburgeñ. ſynodum in Salegunſtat condiximus Anno Dominicæ incarnationis MXXIII. indictione 5. ſecundo Idus Adguſti, anno autem Domini Henrici ſecundi regnantis 21. imperij verò ſexto: quatenùs cum communi fratrum prædictorum conſilio atque conſultu, multimoda diuinorum officiorum atque ſynodalium legum componeretur diſſenſio, & diſparilitas noſtrarum ſingularium conſuetudinum, honeſta conſenſione redigeretur in vnum. Ideoq̀ue propter illas lamētabiles diſſenſiones, communi decreto Concilij hęc capitula ſancita ſunt.

De abſtinentia carnis & ſanguinis in ſubſcriptis temporibus. Cap. 1.

VT quatuordecim dies omnes Chriſtiani ante feſtiuitatem ſancti Ioannis Baptiſtæ in abſtinentia ſint carnis & ſanguinis, niſi infirmitate impediente, aut alicuius feſti ſolennitate, quæ in illo epiſcopio celebris habetur, intercedente. Et ante natiuitatem Domini ſimiliter, & in vigilia Epiphaniæ, & in omnium vigilijs Apoſtolorum, & in vigilia Aſſumptionis ſanctæ Mariæ, & in vigilia S. Laurentij, necnon etiàm in vigilia Omnium Sanctorum: adijcientes prædictis vigilijs vnam horam refectionis, excepta infirmitate: & niſi aliquis ſit, qui proprio voto maiori abſtinentia vti velit.

De cuſtodiendo ieiunio quatuor temporum. Cap. 2.

DE incerto autem ieiunio quatuor temporum, hanc certitudinem ſtatuimus, vt ſi Calendæ Martij in quarta feria ſiue anteà euenerint, eadem hebdomada ieiunium celebretur. Si autem Calendæ Martij in quintam feriam aut ſextam. aut Sabbatum diſten-

Digitized by Google

diſtenduntur, in ſequentem hebdomadam ieinnium differatur. Simili quoquè modo ſi calendæ Iunij in quartam feriam aut anteà euenerint, in ſubſequente hebdomada ieiunium celebretur. Et ſi in quintam feriã aut ſextam aut ſabbatum contigerit, ieiuniũ in tertiam hebdomadam reſeruetur. Et hoc ſciendum eſt, quòd ſi quandò ieiunium menſis Iunij in vigilia Pentecoſtes ſecundũ prædictam regulam euenerit non ibì celebrandum erit, ſed in ipſa hebdomada ſolenni Penrecoſtes. & tunc propter ſolennitatem ſpiritusſancti, diacones dalmaticis induantur, & Alleluia cãtetur, & Flectamus genua, non dicatur. Eodem modo de Septembris ieiunio coſtitutum eſt, vt ſi calendæ Septembris in quarta feria euenerint, aut anteà, ieiunium in tertia hebdomada celebretur: & ſi in quinta aut ſexta aut ſabbato contigerit, in quarta hebdomada ieiunandum erit. In Decembri illud obſeruandum erit, vt proximo ſabbato ante vigiliam natalis Domini celebretur ieiunium: quia ſi vigilia in ſabbato euenerit, ſimul vigiliam & ieiunium celebrare non conuenit.

Quibus temporibus legitima connubia prohibenda ſint. Cap. 3.

DE legitimis autem coniugijs ità viſum eſt, quòd nullus Chriſtianus vxorem ducere debeat, ab Aduentu Domini vſque in octauas Epiphaniæ, & à ſeptuageſima vſque in octauas Paſchæ, nec in ſuprà notatis 14. diebus ante feſtiuitatem S. Ioannis Baptiſtæ. neque in prędictis ieiuniorum diebus, ſiue in omnium ſolenninm dierum præcedentibus noctibus.

Vt presbyter qui poſt gallicantum bibat, niſì neceſſitas cogat, ſequenti die Miſſam celebrare non audeat. Cap. 4.

DEcretum eſt etiàm in eodem Concilio, vt presbyter aliquis poſt gallicantum æſtiui noctibus bibens, proximo die Miſ-
*hyemalibus ſam non celebret: * hyemantibus ſimiliter, niſì neceſſitas cogat.

Vt presbyter non ampliùs quàm tres Miſſas in die celebret. Cap. 5.

ITem decretum eſt, vt vnuſquiſque presbyter in die non ampliùs quàm tres Miſſas celebrare præſumat.

Vt nemo Corporale, ad extinguendum incendium, in ignem proijciat. Cap. 6.

COnqueſtum eſt etiàm in ſancto Concilio de quibuſdam ſtultiſſ. presbyteris, vt quandò incendium videant, Corporale Dominico corpore conſecratum, ad extinguendum incendium temeraria præſumptione in ignem proijciant. Ideoque decretum eſt ſub anathematis ĩterdictione, nè vlteriùs fiat.

De hoc, ſi duo inculpati fuerint in adulterio, & vnus negat, alter profitetur, quid indè faciendum ſit. Cap. 7.

INterrogatum eſt, ſi duo in adulterio inculpati fierent, & vnus profiteretur, & alter negaret, quid indè agendum eſſet. Decretum eſt etiàm à ſancto Concilio, vt ille qui negauerit, probabili iudicio ſe expurget: & qui profeſſus fuerit, dignè pęnitẽtiã agat.

Vt nemo gladium in eccleſiam portet. Cap. 8.

DEcretum eſt etiàm in eodem Cõcilio, vt nemo gladium in Eccleſiam portet, regali tantùm excepto.

Nè mala colloquia in eccleſia, aut in atrio eccleſiæ fiant. Cap. 9.

STatuit etiàm ſancta ſynodus, vt mala conſuetudo, quæ apud omnes penè iam inoleuit, omninò prohibeatur: hoc eſt, quòd colloquia ſua in atrio alicuius eccleſię conſtituunt habenda, & tunc ea in ipſa * maxima exercent eccleſia, vbì oratione & diuina tantùm fieri æquum eſt officia. *maximè

De Euangelio, In principio erat verbum, *& Miſſis peculiaribus, nè fiant non ſuis temporibus. Cap. 10.*

QVidam etiàm laicorum, & maximè matronæ, habent in conſuetudinem, vt per ſingulos dies audiant euangelium: IN PRINCIPIO ERAT VERBVM, & Miſſas peculiares hoc eſt, de ſancta Trinitate, aut de S. Michaele: & ideò ſancitum eſt in eodem Concilio, vt hoc vlteriùs non fiat, niſì ſuo tempore, & niſì aliquis fidelium audire velit pro reuerentia ſanctæ Trinitatis, non pro aliqua diuinatione: & ſi voluerint vt ſibi Miſſæ cantentur, de eodem die audiant Miſſas, vel pro ſalute viuorum, aut pro defunctis.

De computatione conſanguinitatis. Cap. 11.

QVidam etiàm generationem conſanguinitatis ità volunt numerare, vt frater & ſoror ſint primi. Hoc autem ſtatuit ſancta ſynodus, ſicut etiàm ab antiquis patribus decretum eſt, vt ità non eſſet: ſed vt nepos & neptis, id eſt, filius fratris, ac filia ſororis, primi habeantur.

Aedificia laicorum in atrio eccleſiæ non ponantur. Cap. 12.

STatutum eſt etiàm, vt ædificia laicorum, quæ Eccleſijs adiuncta ſunt, auferantur: & nulla in atrio Eccleſiæ ponantur, niſì tantùm presbyterorum.

Vt nullus laicus presbytero Eccleſiam ſuam commendet ſinè licentia epiſcopi ſui. Cap. 13.

ITem decretum eſt, vt nullus laicorum alicui presbytero ſuam commendet eccleſiam, præter conſenſum Epiſcopi: ſed eũ priùs mittat ſuo Epiſcopo vel eius vicario, vt probetur, ſi ſcientia, ætate & moribus talis ſit, vt ſibi populus Dei commendetur.

Digitized by Google

Si duo de adulterio accuſati fuerint, quid indè faciendum ſit. Cap. 14.

STatuit quoquè ſancta Syoodus, ſi duo de adulterio accuſati fuerint, & ambo negauerint, & orant ſibi concedi, vt * alterum illorum vtroſque diuino purget iudicio, ſi * vnum in hoc deciderit, vt ambo rei habeantur.

for. * alter
* vnus

Vt bannitum ieiunium ab omnibus diligentiſſimè obſeruetur. Cap. 15.

DEcretum eſt etiàm, vt omnes bannitum ieiuoium, in quocunque epiſcopio celebratur, diligentiſſimè obſeruent, & ſi quis illarum octo ioterdictarum rerum aliquam redimere voluerit, vnum pauperem, prout ſua facultas erit, eadem die reficiat.

De illis qui Romam ituri ſunt. Cap. 16.

DEcreuit quoquè ſancta Synodus, vt nullus Romam eat, niſi cum licentia ſui epiſcopi, vel eius vicarij,

*Vt * Carrina non diuidatur pœnitenti. Cap. 17.*

for. * carena

ET illud ſub anathemate præceptũ eſt, vt oullus presbyterorum cuiquam pœnitenti carrinam diuidere præſumat, ſi infirmitas non interuenerit.

De illis qui pœnitentiam à ſacerdotibus accipere nolunt. Cap. 18.

QUia multi tanta mentis ſuæ falluntur ſtultitia, vt in aliquo capitali crimine ioculpati, pœuitentiam à ſacerdotibus ſuis accipere nolint, in hoc maximè coofiſi, vt Romam euntibus Apoſtolicus omoia ſibi dimittat peccata: ſancto viſum eſt Concilio, vt talis indulgentia illis non proſit, ſed priùs iuxta modum delicti, pœnitentiam ſibi datam à ſuis ſacerdotibus adimpleant, & tunc Romam ire ſi velint, ab epiſcopo proprio licentiam, & literas ad Apoſtolicum * ex ijſdem rebus deferendas accipiaot.

for. * de

*Vt omnis pœnitens, dum * carrinam ſuam ieiunat, de loco ad locum non migret. Cap. 19.*

* carenã

DEcretum eſt etiàm in eodem Cõcilio, vt omnis pœoitens, dum carrinam ſuam ieiunat, de loco in locum non migret: ſed ibi permaoeat, vbi ſuam acceperit pœnitentiam, vt proprius ſacerdos ſibi præbeat teſtimonium: ſi autem ibi propter hoſtiles inſidias ieiuoare non poterit, ſuus ſacerdos eum coofratrum ſuorum alicui, vbi pacificè poſſit ieinoare, diligentiſſimè commendet.

Vt nullus presbyter quenquam pœnitentem in Eccleſiam introducat. Cap. 20.

IN eodem quoquè Cõcilio decretum eſt, vt nullus presbyterorum quenquã, oiſi iuſſu epiſcopi, in Eccleſiã introducere præſumat, cui pro aliquo delicto illam ingredi non liceat.

Quæ ſequuntur hoc loco de Concilijs inchoandis & continuandis caremoniæ, quanuis in exordio Tomi Conciliorum primi ex Iſidoro pleraq; ſint habita, & ad præcedens Saleguṅſtadieñ. Concilium minùs cohærere videri poſſint: nos tamẽ, quoniam ſic apud Burchardum inuenimus adiunctas, abrumpere ſeu poſthabere ipſas hic noluimus.

QVOMODO INITIANDA SIT SYNODVS.

HOra conuenienti, quandò Epiſcopo vel eius vicario viſum fuerit, omnes expellantur de Eccleſia. obſeratis foribus cunctis, ad vnam ianuã, per quam ſacerdotes ingredi oportet, oſtiarij ſtent. & ſella ponatur in medio, & ſuper eam ſacræ reliquiæ, & * plenarium cum ſtola ponantur. Deindè conueoientes presbyteri omnes intrent, & ſecundùm ordinationis ſuæ tempus reſideant. Poſt hos ingrediãtur diaconi probabiles, quos ordo popoſcerit intereſſe. Exindè introducantur laici bonæ conuerſationis. Tunc ingrediatur epiſcopus, ſi voluerit, vel ſi neceſſitas exegerit: & ſi noo aderit epiſcopus, eius vicarius eadem faciat. Synodum ingrediens ipſe, vel eius vicarius, primùm ſalutet clerum & populũ: & verſus in Orientem, mediocri voce dicat: DEVS humilium viſitator, qui nos fraterna dilectione conſolaris, prætende ſocietati noſtræ gratiam tuam, vt per eos in quibus habitas, tuum in nobis ſentiamus aduentũ. Per Dominum &c.

Tunc procedens diaconus cum ſubdiacono & cũ thuribulo, & cum ceroferarijs duobus, legat Euangelium:

Cùm eſſet ſerò die illo vna ſabbatorum, & fores eſſeot clauſæ. Ioan. 20.

Deindè dicat Pontifex vel eius vicarius:

Sancta Maria & omnes ſancti & electi Dei, iotercedite pro nobis peccatoribus ad Dominum Deum noſtrum, vt mereamur ab eo adiuuari, & protegi, & ſanari, Qui viuit, & regnat io ſecula.

Poſtmodùm duabus vicibus dicat:

Deus iu adiutorium meum iotende. Pſalm 69

Domine ad adiuuandum me feſtina. Ibidèm.

Tunc tertiò iterùm dicat:

Deus in adiutorium meum intende.

Clero reſpondente.

Domine ad adiuuandum me feſtina.

Cum Gloria Patri, & Kyrieleiſon, & Pater noſter, cum precibus iſtis:

Domiue, nè memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum. Pſal. 78.

Adiuua nos Deus ſalutaris noſter. Pſal. 78.

Eſto oobis Domine turris fortitudinis. Pſal. 60.

Domine, exaudi urationem meam. Pſal. 102.

Ruth.2.a Dominus vobiſcum.

Oremus.

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter, & dies noſtros in tua pace diſpone, vt à cunctis perturbationibus liberati, tranquilla tibi ſeruitute famulemur. Per Dominum.

Deindè pro vniuerſis ordinibus, necnon pro ſtatu Papæ, & antiſtitis eiuſdem ſedis, dicant iſtos Pſalmos.

Pſal. 50. Miſerere meî Deus ſecundùm magnã miſe.
Pſal. 53. Deus, in nomine tuo ſaluum me fac.
Pſal. 56. Miſerere meî Deus, miſerere meî.
Pſal. 66. Deus miſereatur noſtrì: Et, Pater noſter cum precibus.
Pſal. 131. Sacerdotes tui induantur iuſtitiam.
Pſal. 73. Memento congregationis tuæ.
Pſal 105. Saluos fac nos Domine Deus noſter.
Ibidèm. Vt confiteamur nomini ſancto tuo.
Pſal 123. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
Pſal. 101. Domine exaudi orationem meam.
Ruth. 2. a Dominus vobiſcum.

Oremus:

Omnipotens ſempiterne Deus, cuius ſpiritu totum corpus Eccleſiæ ſanctificatur & regitur, exaudi nos pro vniuerſis ordinibus ſupplicantes, vt gratiæ tuæ munere ab omnibus tibi gradibus fideliter ſeruiatur. Per Dominum.

Deindè dicat:

Deus omnium fidelium paſtor & rector, famulum tuum, quem paſtorem Eccleſiæ tuæ præeſſe voluiſti, propitius reſpice: Da ei, quæſumus, verbo & exemplo, quibus præſit, proficere, vt ad vitam vnà cum grege ſibi credito perueniat ſempiternam. Per Dominum.

His expletis, ſeptem Pſalmos pœnitentiæ decantent, cum Kyrieleiſon, & Pater noſter, cum precibus iſtis:

Pſal. 40. a Ego dixi, Domine miſerere meî.
Pſal 89. b Conuertere Domine vſquequò.
Pſal 32. b Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos.
Pſal. 101. b Domine exaudi orationem meam.
Ruth.2.a Dominus vobiſcum.

Oremus:

Dies noſtros, quæſumus Domine, placatus intende, pariterque nos & à peccatis abſolue propitius, & à cunctis eripe benignus aduerſis. Per Dominum.

Poſthæc verò egrediantur omnes, exceptis presbyteris, & cæteris idoneis clericis: factoque ſilentio, Pontifex vel eius vicarius dicat hãc orationem:

Ruth.2. a Dominus vobiſcum. Oremus:

Adeſto nobis, quæſumus Domine ſancte Spiritus, peccati quidem immanitate detentis, ſed in nomine tuo ſpecialiter aggregatis: veni ad nos, & dignare illabi cordibus noſtris: doce nos quid agamus, quò gradiamur oſtende, quid efficiamus operare. eſto ſalus & ſuggeſtor, & effector iudiciorum noſtrorum, qui ſolus cum Deo Patre & eius Filio nomen poſſides glorioſum: non nos patiaris perturbatores iuſtitiæ eſſe, qui ſummæ veritatis diligis æquitatem, vt in ſiniſtrum nos non ignorantia trahat, non fauor inflectat, non acceptio muneris, vel perſonæ corrumpat, ſed iunge nos tibi efficaciter ſolius tuæ gratiæ dono, vt ſimus in te vnum, & in nullo deuiemus à vero: quatenùs in nomine tuo collecti, ſic in cunctis teneamus cũ moderamine pietatis iuſtitiam, vt & hîc à te in nullo diſſentiat ſententia noſtra, & in futuro pro benè geſtis, conſequamur præmia ſempiterna. Per Dominum.

Tunc diaconus codicem canonum in medium proferens, capitula de Conciliis agendis pronunciet, id eſt, ex Concilio Toletano, finitisq; titulis, & cunctis in ordine ſedentibus, hæc admonitio ab epiſcopo, vel ſi voluerit, à diacono legatur:

Ecce ſanctiſſimi fratres, præmiſſis Deo precibus, fraternitatem veſtram cum pia exhortatione conuenio, & per diuinum nomẽ obteſtor, vt ea quæ à nobis de Deo & ſacris ordinibus vel noſtris moribus, vobis fuerint dicta, cum ſumma reuerentia perficere intendatis. Quòd ſi forſitan aliquis noſtrûm aliter quàm dicta fuerint, ſenſerit, ſinè aliquo ſcrupulo contentionis, in noſtrum omnium copulatione ea ipſa de quibus dubitauerit, conferenda reducat: qualiter Deo mediante aut doceri poſſit, aut doceat. Deindè vos ſimili obteſtatione coniuro, vt nullus veſtrûm in iudicãdo aut perſonam accipiat, aut quolibet fauore, aut munere pulſatus, à veritate diſcedat. Sed cum tanta pietate quicquid cętui ſe iudicandum intulerit, retractate, vt nec diſcordans contentio ad ſubuerſionem iuſtitiæ inter nos locum inueniat, nec iterum in perquirenda æquitate vigor noſtri ordinis, vel ſolicitudo tepeſcat.

Poſt hanc exhortationem quiſquis clericorũ velit, conferat querelam. Et admonendi ſunt, vt nullus ad Synodum veniat non ieiunus, vel à cœtu communi ſecedat, antequàm generalis receſſio adueniat. Et tunc quoquè Synodus primi diei ſoluatur.

Secunda die quandò Epiſcopus vel eius vicarius Synodum ingreditur, in loco ſuo ſtans dicat:

Dominus vobiſcum. Ruth. 2. a

Oremus:

Deus qui nobis in famulis tuis pſentiæ tuæ ſigna manifeſtas, mitte ſuper nos ſpiritum charitatis, vt in aduentu fratrum conſeruorumque noſtrorum, gratia nobis tuæ largitatis augeatur. Per Dominum.

Poſteà legatur Euangelium ità vt in priori die.

Deſignauit Dominus & alios ſepmaginta duos. Luc. 10. a

Deindè dicat Epiſcopus, vel eius vicarius, preces ſicut in priori die.

Sancta Maria & omnes ſancti, & ſic cætera.

Tunc

Tunc omnes proſtrati, decantent pſalmos iſtos pro regis noſtri & aliorum ſui regni primatuum ſoſpitate.

Pſalm. 3. Domine, quid multiplicati ſunt qui tribulant me?

Pſal 19. Exaudiat te Dominus in die tribulationis.

Pſal. 43. Deus auribus noſtris audiuimus.

Cum Kyrieleiſon & Pater noſter, cum precibus iſtis:

Pſal. 19. Domine, ſaluum fac regem.

Pſal 60. Eſto ei Domine turris fortitudinis.

Pſal 27. Saluum fac populum tuum Domine.

Pſal. 121. Fiat pax in virtute tua.

Pſal. 43. Exurge Domine, adiuua nos.

Pſal. 101. Domine, exaudi orationem meam.

Pſal. 79.c Domine Deus virtutum, conuerte nos.

Ruth. 2.a Dominus vobiſcum. Oremus:

Deus regnorum omnium, & Chriſtiani maximè protector imperij, da ſeruo tuo regi noſtro triumphum virtutis tuç ſcienter excolere, vt qui tua conſtitutione eſt princeps, tua ſemper munere ſit potens. Per Dominum.

Oremus.

Prætende Domine famulis tuis dexteram cęleſtis auxilij, vt toto corde perquirãt, & quæ dignè poſtulant, conſequi mereantur. Per Dominum.

Deindè pro infirmis & pro ſalute totius Eccleſiæ iſtos pſalmos decantent.

Pſal. 40. Beatus qui intelligit ſuper egenum

Pſal. 89. Domine, refugium factus es

Pſal. 87. Domine Deus ſalutis meæ

Cum Kyrieleiſon & Pater noſter, cum precibus iſtis:

Pſa. 117.c Caſtigans caſtigauit eos Dominus.

Pſal 88. b Nihil proficiat inimicus in eis.

Pſal. 43.d Exurge Domine, adiuua nos.

Pſal. 101. Domine, exaudi orationem meam.

Ruth. 2. a Dominus vobiſcum. Oremus:

Deus infirmitatis humanæ ſingulare præſidium, auxilij tui ſuper infirmos famulos & famulas tuas oſtende virtutem, vt ope miſericordiæ tuæ adiuti, Eccleſiæ tuæ ſanctæ repræſentari mereantur. Per Dominum.

Poſteà legatur à diacono Homilia Gregorij, incipiente verſu iſto:

Matt. 9.d Meſſis quidem multa, vſque, Patres eſſe minimè recognoſcunt.

Tunc, ſi clerici querelam non habent conferendam, laici intromittantur. Illis autem audientibus, lectio Nicæni Concilij recitetur.

Iudices, non niſi ieiuni, leges & iudicia decernant.

Quiſquis ex laicis habet querelã, proferat.

Et ſynodus ſecundæ diei ſic ſoluatur.

Tertia die cùm Epiſcopus, aut eius vicarius, vt in cæteris diebus, ſynodum ingreditur, dicat:

Ruth. 2. a Dominus vobiſcum.

Oremus:

Protege Domine, quæſumus, nos famulos tuos ſubſidijs mẽtis & corporis, & ſpiritualibus enutriens alimentis, propicius redde ſecuros ab hoſtibus vniuerſis. Per Dominũ.

Et poſt hoc legatur Euangelium:

Circuibat Ieſus ciuitates & caſtella, Luc. 8.

Deindè pro fidelibus defunctis iſtos pſalmos decantent:

Verba mea auribus percipe Domine. Pſal. 5.

Domine, nè in furore tuo, minorem: Pſal. 6.

Ad te Domine leuaui animam meam. Pſal. 24.

Cum Kyrieleiſon & Pater noſter, cum precibus iſtis:

Requiem æternam dona eis Domine.

In memoria æterna erunt iuſti. Pſal. 111.

A porta inferi. Ruth. 2.

Dominus vobiſcum.

Oremus:

Inueniant, quæſumus Domine, animę famulorum famularumque tuarum, omnium in Chriſto quieſcentium, lucis æternæ conſortium; qui in hac luce poſiti, tuum conſecuti ſunt ſacramentum. Per Dominum.

Poſt hæc pro irreligioſis pſalmos iſtos decantent:

Ad te Domine clamabo Pſal. 27.

Benedicam Dominum in omni temp. Pſal. 33.

Deus, venerunt gentes in hæred. Pſal. 78.

Cum Kyrieleiſon & Pater noſter, cum precibus iſtis:

Fiat pax in virtute tua Pſal. 121.

Oſtende nobis Domine miſericordiam tuã. Pſal 84.

Deus, tu conuerſus viuificabis nos. Ibidèm.

Domine, exaudi orationem meam. Pſal. 101.

Dominus vobiſcum. Ruth. 2. a

Oremus:

Deus qui infideles deſeris, & iuſtè indeuotis iraſceris, populum tuum (quæſumus) ad te cõuerte propicius, vt qui te per duritiam irreligioſæ mentis ſemper offendunt: ad ſancta officia promerenda, tuç miſerationis grãtia inſpirante conuertas. Per Dominum.

Si quæ ſint quæſtiones vel querelæ, conferantur.

Et ſic ſynodus tertiæ diei ſoluatur.

Quarta verò die Epiſcopus ſynodum ingrediẽs, ſic procedat, vt primùm portentur ante eum duo candelabra cũ cereis incenſis, quæ ſequatur Subdiaconus portans Euangelium, duæ cruces hinc & indè. Deindè diaconus. Poſtremùm Epiſcopus epiſcopalibus indutus veſtimentis & cappa, ingrediatur.

Et ingreſſus, in ſede ſua ſtans, dicat:

Dominus vobiſcum. Ruth. 2. a

Oremus:

Noſtrorum tibi Domine curuantes genua cordium, quæſumus, vt bonum quod in nobis à te requiritur, exequamur, ſcilicet, vt prompta tecum ſolicitudine gradientes, diſcretionis arduæ ſubtile iudicium faciamus, ac miſericordiam diligentes, clareamus ſtudijs tibi placitæ actionis. Per Dominum.

Poſteà ſolito more legatur Euangelium:

Reſpiciens IESVS diſcipulos ſuos, dixit Simoni Petro: Si peccauerit &c. Matt. 18.

Appendicis Salegunſtad. Concilij, finis.

GESTA LEONIS
PAPÆ IX. EX PLATINA
Succinctæ Excerpta.

Anno D. 1049. LEo ix. natione Alemanous, pootificatũ hac ratione inijt. Nã cùm Romani legatos ad Imperatorem miſiſſent oratum, vt optimum pontificem ſibi daret, is ſtatim * Baunonem epiſcopum Tullenſem, virum bonũ & ſimplicis ingenij, legatis & Eccleſiæ Romanæ obtulit. Cui quidem Romam pontificio habitu petenti Abbas Cluniacenſis & Hildebrandus monachus Saona oriundus, nbuiàm facti perſuasêre, vt depoſitn pontificali nrnatu, Rnmam priuatus ingrederetur, qnòd dicerent Henricum nullam creandi pontificis poteſtatem à Deo habere, ſed ad clerum popolumq; Romaoum id pertinere. Mntus his verbis Leo, cùm etiàm vocem è cœlo inter eundum audiuiſſet, Ego cogito pacis cogitationes, ooo afflictinnis, depoſitn pontificio apparato, priuatus vrbẽ ingreditur, ſeipſum accuſans, ꝙ Imperatori maluerit, q̃ Deo, obtemperare. At verò Romanus clerus, ſuadente Hildebrando, eundem Bannonem in pontificem eliguot, eo libentiùs, ꝙ omnem authnritatem eligendorum pontificum ab Imperatnre, vt par erat, ad clerũ trãſtuliſſent. Pnntificatum Baonoo adeptus, ac motatn nnmine Leo nonus appellatus, Hildebrandũ ipſum ſtatim ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconum cardinalẽ creat. Fuit certè Leo pietate, innocentia, benignitate, gratia, hoſpitalitate adeò inſignis, vt eius dnm⁹ peregrinia & pauperibus ſemper patuerit. Nã cùm ſemèl ante fnres ſuas leproſum pauperẽ inueniſſet, eumq; præ miſericordia cnllocari io lectn ſuo mandâſſet, apertis manè à ianitore foribus, nuſquàm pauper inuentus eſt. Chriſtum pauperis nnmine eo loci recubuiſſe creditũ. Io rebus præterea ad religionẽ pertinentibus tanta diligentia & ſolertia vſus eſt, vt & in Concilio Vercellenſi Berengarium hæreſeos aothnrẽ damnauerit, & Cõſtantinnpolitanum Imperatorẽ ſuis monitinnibus impulerit ſepulcrum Domini Hiernſolymis à barbaris diruptũ reſtituere. Moritur autẽ Leo pontificatus ſui anno 5. menſe 2. die 6. Hæc Platina. Pnrrò quidã grauis author ſcribit hunc pontificẽ habuiſſe patrẽ Hugnnem virũ nobiliſſimũ, ex regio comitum * Dagſpurgi genere ortum io Alſatia.

* alij, Brunonem

Ex Zach. 8.

for. * Habſpurgi

EPISTOLA LEONIS IX.
ADVERSVS INAVDITAS
Præſumptiones Michaelis Conſtantinopolitani & Leonis Acridani Epiſcoporum.

CAPVT I.

LEo Epiſcopos, ſeruos ſeruorum Dei, Michaeli Conſtantinopolitann & Leoni Acridano epiſcopis.
Luc. 2. In terra pax hominibus bonæ voluntatis. Huiuſmodi exot
Luc. 10. dium docuit nos illud Dominicum, In quácunque domum aut ciuitatem intraueritis, primùm dicite: Pax huic domui: & ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illom pax ve
1. Cor. 7. ſtra: Sin autem, ad vns reuertetur. In pace et-
Epheſ. 2. enim vocauit nos Deus, qui eſt pax nnſtra: qui fecit vtraq; vnum, & veniens euangelizauit pacẽ his qui longè, & his qui prope erãt: & inter oõnulla dixit: Beati pacifici qm̃ filij Manh. 5.
Dei vocabuntur. Quorum pedes Deiloquus
Eſaias admiratus, ꝓclamat: Quàm ſpecinſi Eſaiæ 52.
pedes euangelizantiũ pace. Ad quã magnus Rom. 10.
Paulns conteſtando ſic diſcipulns adnrtat:
Pacẽ ſequimini cũ omnibus & ſanctimoniã, Hebr. 12.
ſinè qua nemo videbit Deũ. Et, Si fieri pt̃, qd Rom. 12.
ex vobis eſt, cũ omnibus hominibus pacẽ habentes. Et rurſùm: Pacẽ habete, & Deus pacis 2. Cor. 13.
& dilectionis erit vobiſcũ. Nec immeritò, dicẽte diſcipulis ſuis, immò omnibus Chriſtia
nis ipſn Dñn: Pacẽ relinquo vobis, pacẽ meã Ioan. 14.
do vobis. Quæ vtiq; quàm germano & vnanimi affectu & inſnlubilis fœderis nexu retinenda ſit, hinc poteſt colligi, ꝙ eam vltimam cohæredibus & cõparticibus ſuis, velut hæreditarin & perpetun iure commendatã ſub teſtameoto, mnx ſuo ſanguine ſubſcripto, & pia morte confirmato reliquit. quaſi diceret;

Fratres

Fratres & cohæredes mei, relinquo vobis ex
patrimonio noſtro ſortem, temporalem videlicet
pacem, quam ſi integram & incontaminatam
in fine mihi repræſentaueritis, meã
ſortem, pacem ſcilicet ſempiternam, adiungo
vobis. Nec his contentus, patri æqualis,
patreque minor, pro hac ipſa patrem ſic deprecatur,
ad patrem ſuum & patrem noſtrũ,
Ioan. 17. à quo nunquàm diſceſſerat, rediturus: Pater,
quos dediſti mihi, volo vt ſint vnum, ſicut
& nos vnum ſumus, & ſint conſummati
in vnum.

CAP. 2.

Matt. 18. Sed væ mundo ab ſcandalis: quia cùm penè
omnes paginæ diuinę nos pariter inuitẽt
ad bonum vnitatis & pacis, quatenùs cor
vnum & anima vna ſit nobis in eo, qui vna-
Pſalm. 67. nimes in domo ſua, quæ eſt catholica Eccleſia,
habitare facit: extitêre tamen hactenùs,
& exiſtunt miſeri homines, ſua, non quę ſunt
Ieſu Chriſti, quærentes, de dilacerationibus
atque ſciſſionibus Eccleſiæ ſibi trophæa aucupantes,
per omnia militibus Dominũ gloriæ
crucifigentibus nequiores. Illi ſiquidem
corruptibili tunicæ ipſius, quia inconſutilis
& deſupèr contexta erat per totum, pepercerunt,
Ioan. 19. dicentes, Non ſcindamus eam: quãdã
vtiq; reuerentia admirati & textricis diligẽtiam
& operis elegantiam. Iſti verò irrupti-
Epheſ. 5. bili charitati eius, qua vniuit Eccleſiam, vt
exhiberet ſibi veſtem glorioſam, non habentem
maculam aut rugam, impias & ſacrilegas
manus ad diſcindendum crudeliter iniĳciũt,
linguas magniloquas & doloſas ad cõfodiendum
illam exacuunt: nihili pendentes
ineffabili & ſpeciali artificio coæternæ
Deo patri ſapientiæ compactam & contextam,
nec humano ingenio, ſeu philoſophorum
ſyllogiſmis aut argumentationibus cõ-
1. Cor. 1. ſutã: Stulta enim mundi elegit Deus, vt confundat
ſapientes. Neq; enim per rhetores &
ſophiſtas collegit piſcatores, ſed per piſcatores
& ſimplices, piſcatus eſt ſophiſtas & ora-
1. Cor. 4. tores: quia, ſicut egregius Paulus dicit, Non
eſt in ſermone regnum Dei, ſed in virtute.

CAP. 3.

Verùm erubeſcat & confundatur impia
hæreſis, impudenter obuians ſectioni
atq; diuiſioni inſecabilis & indiuiſibilis vnitatis,
reclamante & repugnante non ſolùm
ipſius vnitatis naturã, ſed etiam humanę ſapientiæ
coniectura. Diſcedant ergò perfidi
corui, milui, vultures, & quæcunque laniatu
vel morte aliena paſcuntur aues. Sola colum-
Gene. 8. ba ad arcam redeat, & ſuper caput Domini
Matth. 3. Ieſu manens, totum corpus eius, quod eſt Eccleſia,
vniat, infundat & repleat, vnicamq; columbam
de diuerſæ profeſſionis & nationis
hominibus atq; linguis omnibus, quaſi de diuerſis
membris efficiat, cui voce capitis, qđ
eſt ipſe Chriſtus, dicat: Vna eſt colũba mea,
Cant. 5. perfecta mea, immaculata mea. Quæ enim
ſemper vna vocatur & eſt, nunquàm diuiditur
aut ſecatur. Quæ ſemper perfecta, hoc
eſt, plena, nũquàm minuitur aut euacuatur.
Quæ ſemper immaculata, nunquàm corrũpitur
aut maculatur: quoniam etſi nonnunquàm
ab ea pleriq; ità exeunt vt non reuertantur,
non tamen eius vnitas indè diſcinditur,
aut perfectio minoratur, ſeu virginitas
violatur. Quandoquidem membra coruina
ad hoc reuertuntur, vt ſuo corpori, à quo ad
tempus videbãtur eſſe diſiuncta, reincorporentur,
& integerrima permaneat columba
illa vnica, cui ſe incorporatos & vnitos falsò
gloriabantur: & quæ gemebat ſub periculis
in falſis fratribus, releuata illorum exitu, p
os Beati Iohannis Apoſtoli liberè proteſta- 1. Ioan. 2.
tur: Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis.
Nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent
vtiquè nobiſcum. Qui enim pectus columbę
velut humores mali ſolebant premere, & ad
nauſeam ſuper prouocare, alicuius acceſſionis
vel occaſionis impulſu egreſſi, vel eiecti,
aut potiùs egeſti, comprobantur eam releuare:
atque bonæ valetudinis ſtatum ſua
diſceſſione eidem reuocare. Quotquot autẽ
exeũt redituri, omninò ab ea nequeũt auelli
aut præcidi, & ſi videntur aliquandiù auulſi
aut pręciſi: quia nouit Deus qui ſunt eius, 2. Tim. 2.
per cuius prædeſtinationem ſunt intùs ſinè
errore, etiàm qui putantur foris eſſe & errare,
nec rapit quiſquam de manu ipſius, quos
iam prorsùs raptos ſuſpicabamur.

CAP. 4.

Sed væ hominum ſuperbiæ & ignorantię,
qui membra Antichriſti & præcurſores
eius effecti, qui eſt rex ſuper vniuerſos filios Iob. 41.
ſuperbiæ, non ceſſant zizaniorum peſtes in
medium tritici ſpargere, & meſſem, cui cęleſte
præparatur horreum, quantùm in eis eſt, Matth. 13.
atterere. De quorum periculoſo tempore dilectus
Dñi virgo Ioannes voluit nos inſtruere:
Filioli, inquiens, nouiſſima hora eſt, & 1. Ioan. 2.
ſicut audiſtis, quia Antichriſtus venit: nunc
autem Antichriſti multi facti ſunt. Hæc nouiſſima
hora à primo aduẽtu Saluatoris incepta,
vſque ad ſecundùm eius aduentum eſt
protendenda. Quæ quot Antichriſtos iam
habuerit aut detexerit, dicere quis poterit?
De quibus & doctor gentium mirabilis Pau- Act. 20.
lus Epheſĳs in actibus Apoſtolorũ ait: Ego
ſcio quoniã intrabunt poſt diſceſſionẽ meã
lupi graues in vos, nõ parcentes gregi: & ex
vobis ipſis exurgẽt viri loquentes peruerſa,
vt abducãt diſcipulos poſt ſe. Sed ô Dñe Ie- Apoc. 5.
ſu peruigil paſtor, & leo de tribu Iuda, qui ſecundùm
Pſalmiſtam, ſuper aſpidem & baſi- Pſal. 90.
liſcum ambulas, & cõculcas leonem & draconem,
iam in fine ſeculorũ oues paſcuæ tuæ
varĳs inſidĳs & rabie innumerabiliũ luporum
hactenùs feſſas, miserãter attende, & in- Pſal. 67.
crepa feras arundinis, quæ ſęuiũt & dẽtibus
frendunt ſuper humilitatem Eccleſiæ tuæ,
fulti & protecti arundineto, id eſt, mũdana
poteſtate, exteriùs quidẽ nitida, ſed interiùs

Iob 40. vacua: Vbi, ſicut ad B. Iob diuina voce dicit, non ſolùm omnes beſtiæ agri ludunt, cuncta ſcilicet turba malignorum ſpirituum, ſecundùm libitum ſuum debacchatur: verùm etiã Behemot, eorum vtiq; princeps, ibidem ſub vmbra dormit in ſecreto calami & locis humentibus, cum ſinè aliqua inquietudine vel contradictione in ſuperborum & lubricorũ cordibus requieſcit ſecurus. Catholica verò Eccleſia promiſſiones tuas retinens Domine, quotidiè gaudet compleri in doctoribus,
Sapien. 5. ſuis illud libri Sapientiæ: Fulgebunt iuſti, & tanquàm ſcintillæ in arundineto diſcurrẽt, atque vento agitatas arundines comburent. Tunc feræ arundinis pariter interient, in
Pſal. 67. quibus eſt congregatio taurorum, cœtus videlicet hæreſiarcharum, ceruicoſo ducatu poſt ſe trahẽtium vaccas, id eſt, laſciuas animas populorum, vt qui probati ſunt argento, excludantur, ſcilicet perfecti in eloquijs diuinis & ſtabiles in fide appareant, emineãt vel manifeſtentur. Argento quippe eloquia
Pſal. 11. diuina ſignificantur, vt idem Pſalmiſta teſtatur: Eloquia Domini eloquia caſta, argentũ igne examinatum. Per excluſionem autem, argentũ vel aurũ quodã artificio ſubrigitur, eleuatur, & exprimit, vt repentè videatur reſperſum & inſignitũ decẽti figuratione florũ aut imaginũ, quod priùs humile iacebat & planum. Quod totum breuiùs & clariùs
1. Cor. 11. ſic eloquitur magnus Paulus: Oportet hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis. Sed ô maligna hæreſis, non indè tibi blandiaris, ꝙ ab Apoſtolo oportet hæreſes eſſe, audiẽris. Etenim in ſancto Euangelio
Matt. 18. Dominus noſter dicit: Neceſſe eſt vt veniant ſcandala: veruntamen væ homini, per quem ſcandalum venit. Nempe non eſt fruſtrà in fornace aurificis palea; quia aurum nũ purgatur, ſi palea non vratur.

CAPVT 5.

HAec & alia ſimilia his, cum penè omnes ſacri eloquij paginæ contra impudentem veſaniam hæreticorum concrepent, vehementer obſtupeſcimus, & lachrymis charitatis plangimus ſic edormiſſe Eccleſiæ ſacerdotes, quatenùs qui Dei debuerant eſſe adiutores, non exhorreant eorum fieri ſequaces, quorum memoriam cum ſonitu periſ-
Pſalm. 9. ſe, & ciuitates deſtructas vident. Indè eſt iotum illud, quod tandem cum indicibili contritione & gemitu cordis ac corporis effundimus, in quo omnia viſcera Catholicæ matris cõcutiuntur, in quo omnes ſenſus Chriſtianorum obtunduntur, in quo diſciplina Eccleſiaſtica & ſanctorum victor canonum confunditur ac calcatur, quia tu chariſſime nobis & adhuc dicende in Chriſto frater & antiſtes Conſtantinopolitane, tuque Leo Acridane, dicimini Apoſtolicam & Latinam Eccleſiam noua præſumptione, atque incredibili audacia, nec auditam, nec conuictam palàm damnâſſe, pro eo maximè, ꝙ de azymis audeat commemorationem Dominicæ
paſſionis celebrare. Eccè incauta repræhẽſio Pſal. 72.
veſtra, quandò ponitis in cęlum os veſtrum, cùm lingua veſtra trãſiens in terra, humanis argumentationibus & cõiecturis, antiquam fidẽ confodere ac ſubuertere moliatur. Eccè niſi quantocyùs reſipiſcatis, incorporati & annumerati, quod abſit, eritis in illa cauda
draconis, qua tertiam partem ſtellarum tra- Apoc. 12.
xit, & in terram miſit. Eccè iam poſt mille ac fermè xx. à paſſione Saluatoris noſtri annos, incipit p vos diſcere Romana Eccleſia, qualiter memoria paſſionis eiuſdẽ ſit recolenda, quaſi nil ei contulerit præſentia, cõuerſatio & diutuina inſtitutio, ſeu, qua clarificauit
DEVM, mors precioſa illius venerabilis ſe- Ioan. 21.
nis, cui ſpecialiter Chriſtus filius Dei viui
dixit: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & Matt. 16.
ſanguis nõ reuelauit tibi, ſed pater meus qui eſt in cœlis.

CAPVT 6.

NOn ergò perpenditis, quanta impudentia dicatur pater qui eſt in cœlis, abſcondiſſe à Principe Apoſtolorum Petro cultum, ſiue ritum viſibilis ſacrificij, per diſpenſationem vnigeniti ſui, cui per ſemetipſum pleniſſimè reuelare dignatus eſt illud ineffabile arcanũ inuiſibilis diuinitatis eiuſdẽ filij ſui? Et cui non per Angelum, nec per prophetam, ſed proprio ore ipſe Dominus Angelorum & prophetarum in ſequen-
tibus ſic repromittit: Et ego dico tibi, quia tu Matth. 16.
es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meã: Illius caput vos ſatagitis ſubtrahere Chriſtum Ieſum, præter quẽ nemo poteſt vniuerſali Eccleſiæ aliud ponere fundamentum? Quod vtiquè deuotiſſimus ille Petrus non ſolùm viuens, ſed etiam moriẽs demonſtrauit, quandò nimia humilitate & cõgrua ſignificatione ſe crucifigi deorſum verſo capite petiuit: profectò diuina inſpiratione præfigurans, ſeſo eſſe primũ & qua-
drum lapidẽ in fundamẽto, quod eſt Chri- 1. Cor. 3.
ſtus Ieſus, compaginatum: cohærentem atque cõnexum, qui, vtpotè ſuperpoſitus angulari lapidi, totum pondus Eccleſiaſticæ fabricæ incorruptibili ſoliditate ſufferret, ac proprij capitis ſuppoſitione omnia membra corpo-
ris Chriſti per aptas & naturales * vſque ad * Hic deeſt iũcturas, aut aliquid eiuſmodi
conſummationem ſeculi, quaſi vſque ad pedes creſcentia, inflexibili collo ad cœlos ſuſtolleret.

CAP. 7.

TAliter ſancta Eccleſia ſuper petram, id eſt, Chriſtum, & ſuper Petrum vel Cæpham filium Iohannis, qui priùs Simon dicebatur, ædificata, quia inferi portis, diſputationibus, ſcilicet hæreticorum, quæ vanos ad interitum introducunt, nullatenùs foret ſuperãda, ſic pollicetur ipſa veritas, per quã ſunt vera, quæcunq; ſunt vera: Portæ inferi
non præualebunt aduersùs eam. Cuius pro- Matt. 16.
miſſionis effectum ſe precibus impetrâſſe à

patre,

patre, idem filius proteſtatur dicendo ad Petrum: Simon, eccè Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquandò conuerſus, confirma fratres tuus. Erit ergò quiſquam tantę dementię, qui orationem illius, cuius velle eſt poſſe, audeat in aliquo vacuam putare? Nonneà ſede principis Apoſtolorum, Romana videlicet Eccleſia, tam per eundem Petrum, quàm per ſucceſſores ſuos reprobata & conuicta atq; expugnata ſunt omnium hæreticorum commenta, & fratrum corda in fide Petri, quæ hactenùs nec defecit, nec vſq; in finem deficiet, ſunt confirmata?

Luc. 22.

Hæreſes omnes p Eccl. Romanā expugnatæ.

C A P. 8.

Hæreſes 90 Græcorum.

PRæterimus nominatìm replicare nonaginta & eo ampliùs hæreſes, ab Orientis partibus, vel ab ipſis Græcis, diuerſo tempore ex diuerſo errore ad corrumpendam virginitatem catholicæ Eccleſię matris emergẽtes: dicendum videtur ex parte, quantas Conſtantinopolitana eccleſia per præſules ſuos ſuſcitauerit peſtes, quas viriliter expugnauit, protriuit & ſuffocauit Romana & Apoſtolica ſedes. Eccè Euſebius Nicomedienſis epiſcopus, ſedis Conſtantinopolitanæ inuaſor, & ſignifer maledicti Arij extitit. Quartus Macedonius hęreſiarcha, ſuffocator anteceſſoris ſui Beati Pauli, blaſphemator Spiritusſancti, tortor Chriſtianorum, & vſq; ad mortem perſecutor, & alter Iulianus, charactere in frontibus notando catholicos. Hæc & alia multa tam ipſe, quàm ſui ſequaces per omnes Orientis vrbes, & maximè Conſtantinopoli agebàt, cùm Heſperiæ partes ab hac tempeſtate immotæ manerent, teſte veſtro hiſtoriographo Socrate. Quintus Eudoxius Arianus inuaſor ſedis, & ordinator Eunomij hæretici, dicens patrem ἀσεβῆ, quòd nullum colat: filium εὐσεβῆ, quòd patrẽ colat. Sextus Demophilus, & ipſe Arianus. Nonus Maximus, Cynicus & Apollinariſta. Decimus Nectarius vir ſanctus, ordinatus à ſancta Conſtantinopolitana ſynodo prima: de quo cum ſancti patres Damaſo Papæ & ſuis coepiſcopis ſcripſiſſent, dixerunt: Conſtantinopolitanæ vrbis nouellam, vt ità dicamus eccleſiam velut ex ore leonis, hęreticis ſuffoſſam blaſphemijs, abſtraximus, teſte Theodoreto veſtro hiſtoriographo. Si non indè omninò ſuffocatus eſt ille veternoſus baſiliſcus & venenoſus: quia ſucceſſor huius Iohannes Chryſoſtomus ab ingrata eccleſia bis eſt depoſitus, & in exilio defunctus. Cuius depoſitionem non ferentes occidentales epiſcopi, id eſt, Latini, ab orientalium communione ſunt ſegregati. Huius ſucceſſor Arſacius manu militari in Ioannitas deſæuijt, in ſequaces videlicet Beati Ioannis. Iam quintusdecimus in catalogo Neſtorius hæreſiarcha extitit, qui ſpiritu diaboli plenus, inter alias ſuę peruerſitatis blaſphemias, tale virus euomuit: Dei genitricem Mariam nullus appellat. Maria enim homo fuit, & Deũ ab homine generari nimis impoſſibile eſt. Qui ẽt duas perſonas in Chriſto mentitus eſt. Hinc ſeptimuſdecimus Flauianus beatus præſul, martyrio coronatus poſteà, quia dãnauit Eutychen abbatem, vnam ſubſtantiam vel naturam in Chriſto aſſerentem. Propter quod à beatiſſimæ memorię domino Papa Leone, & Martiano Chriſtianiſſimo Imperatore factũ eſt Chalcedonenſe Concilium ſexcentorum xxx. pontificum. Quid dicemus de Acacio accuſatore, & reſtitutore Petri Alexãdrini epiſcopi, per quos plurima homicidia extiterũt, niſi ꝙ à ſanctiſſimo Gelaſio Papa in perpetuum fuêre ambo damnati cum Iohanne ſucceſſore & defenſore Acacij? Poſt quos Anthimus Eutychianus hæreticus per prætentẽ Papam Agapetum in ipſa Conſtantinopoli eſt depoſitus. Eutychius autẽ quia dogmatizabat humanum corpus in reſurrectione impalpabile futurum, & vento aereq; ſubtilius, à Beato Gregorio tunc diacono ità eſt conuictus, vt in præſentia piæ memoriæ Tiberij Imperatoris, codices dogmatis eius iuſtis flammis traderentur.

Vide Nicephorũ lib. 9. c. 4.

Socrates Hiſt. Eccl. lib. 2. ca. 27.

Vide Nicep. lib. 9. cap. 46.

Theodoretus Ecc. Hiſt. lib. 5. c. 9.

C A P. 9.

Ioannis epiſcopi arrogantia.

SVcceſſit quoquè huic Ioannes, cuius ſuperbiam quanuis vniuerſus mundus capere nequiuerit, anguſtus tñ ceſpes poſt nõ multum temporis compreſſit. Hic nimię vanitatis nouum nomẽ primus ſibi vſurpauit, vbi ſe à cunctis œcumenicũ patriarcham, id eſt, Vniuerſalem & dici & ſcribi debere decreuit. Pro qua vtiq; præſumptione à beatis pontificibus Pelagio & Gregorio digna percuſſus eſt excommunicatione. Cuius contagij macula adhuc vobis cũ ipſa maledictione ſic adhæſit, vt nunc quoq; voſ ipſos œcumenicus patriarchas & appellare, & ſcribere non timeatis. Et certè nomen iſtud à ſanctis patribus in Chalcedonenſi ſynodo, ob reuerentiam ſanctæ Romanæ & Apoſtolicę ſedis, ſanctiſſimo deceſſori noſtro Leoni Papę & præclariſſimo doctori, ſucceſſoribusq; ei° fuit oblatũ: ſed nec ab illo, nec ab vllo ſucceſſorũ ipſius conſtat hactenùs receptũ. Et cui poſt Chriſtum Ieſum hoc nomen magis poterat aptari, q̃ ſucceſſoribus Petri? Sed imitãda humilitas reuerendorũ pontificũ, attendens ꝙ ipſe princeps Apoſtolorum non inueniatur dictus vniuerſalis Apoſtolus, ſuperbũ refutauit vocabulũ penitùs, quo videbatur par dignitas ſubtrahi cunctis per orbẽ præſulibus, dum vni ex toto arrogaretur: tãquàm ſinguli dicerent verbis & factis, ꝙ magiſter eorũ & primus crucifigendus inquit: Non ſum dignus caput ſurſùm ponere: ſed declinate vultum in terram. Veſtra ergò fraternitas videat, quanta apud ſe proteruia tumeat, quæ nec oblatum ſibi à quoquam nec conceſſum, ſed potiùs denegatum & ſub anathematis interpoſitione ab Apoſtolica &

prima ſede, & à ſanctis atq; orthodoxis pa-
tribus interdictum ſuperſtitioſum vocabu-
lũ, tantæ obſtinationis contumacia per qua-
dringentos iam à beatiſſ. Papa Gregorio &
ampliùs annos vſurpare non ceſſat. Et qua-
liter exemplo Domini noſtri Ieſu Chriſti &
ſuorum, parati eſtis pro fratribus animas po
nere, qui per tot tempora noluiſtis ſaltem
inane nomẽ, & totius Eccleſiæ vnitatem ſua
inſolentia ſcandelizans deponere? & quid
effecit in veſtris mentibus totiès declamata
in auribus illa glorioſi Apoſtoli Pauli pro- 2. Cor. 11.
feſſio, qua dicit: Quis ſcandalizatur, & ego
non vror? Qui non ſolùm pro ſcãdalo alio-
rum non vrimini, ſed etiàm ſcandalo veſtro
quotidiè vritis Eccleſiam Dei?

CAP. 10.

SEd vt ad reliquos deceſſores veſtros re-
uertamur, quid de Pyrrho epiſcopo, im- Pyrrhus.
mò hęreſiarchę Macarij Antiocheni ſequa-
ce dicetur, qui veniens Romam, ſcripto
anathematizauit omnia, quæ ipſe & deceſ-
ſores ſui contra fidem Catholicam, & Apo-
ſtolicæ ſedis ſenſerant? Sed quantocyùs ad
vomitum reuerſus, à Papa Theodoro eſt dã-
natur, & ſucceſſor eius Paulus, quòd ab eo- Paulus.
dem Romano Pontifice monitus & incre-
patus non reſipuit: quandò velut ſimulacrũ
aut phantaſma aliquod inſenſibile Dominũ
noſtrũ Ieſum Chriſtum arbitratur, nec vnã,
nec duas voluntates vel operationes in eo-
dem fuiſſe diffiniuit, & altare Latinorum &
legatorum Romanæ Eccleſiæ, quod nemo
hæreticorum ante eum præſumpſerat, ſub-
uertit. Ad cuius rabiem, qua ſæuiebat in Ca-
tholicos, deſtruendam, ſanctiſſimus Papa
Martinus, collectis 105. epiſcopis, damnauit
Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum
& Paulum Cõſtantinopolitanos epiſcopos.
In qua vſquè veſania nec vos iſtis modò
temporibus inferiores illo veſtro Paulo,
ſummam & Apoſtolicam ſedem, cunctoſq;
inſtitutionis eius fidiſſimos obſeruatores
anathemate damnatis: incauta, impudenti
arrogantia adeò cæcati, vt non animaduer-
tatis, quid, & qui faciatis, & cui. Illi nempe De Romana Sede nulli iudicare licet.
facitis præiudicium, de qua nec vobis, nec
cuilibet mortalium licet facere iudiciũ: bea-
tiſſimo & Apoſtolico Pontifice Syluestro di-
uinitùs decernente, ſpiritualique eius filio
Conſtantino religioſiſſimo Auguſto cum
vniuerſa Synodo Nicęna approbãte ac ſub-
ſcribente, vt ſumma ſedes à nemine iudice-
tur, inuiolabiliter & inconcuſſè ſibi conſer-
uato illo priuilegio, quod idẽ princeps quar
to baptiſmatis ſui die deuotus contulit Pon-
tifici Romano: ſcilicet vt in toto orbe ſacer-
dotes ità hunc caput habeant, ſicut omnes
iudices regem. Quorũ ſemper omni mundo
reuerendam ſententiã, ſicut veraciter diuina
inſpiratione promulgatã, amplexæ reliquæ
vniuerſales ſynodi ſunt, Conſtantinopoli-
tana prima, conſenſu pij Auguſti & religioſi
maioris Theodoſij: Epheſina prima, ſub iu-
niore Theodoſio filio Archadij: Chalcedo-
nenſis, ſub imperio diuæ memoriæ Martia-
ni: tertia Conſtantinopolitana, rogatu & cõ-
ſenſu iunioris Conſtantini, vnanimi volũ-
tate, concordique verbo & ſcripto confir-
mauère ſanctam Romanam & Apoſtolicam
ſedem, poſt Dominum Ieſum caput eſſe om-
nium Eccleſiarum Dei, & hoc debere credi
confiteri & ſcribi ab omnibus veneratori-
bus Nicęni Concilij: cuius ſtatutorum vſque
ad vnum iota contemptoribus diſtrictum
anathema cautum eſt à quinque præfatis, &
cunctis ſanctorum patrum ſynodis ſubſe-
quentibus.

CAP. 11.

SIc iuxta Sapientem, lapis miſſus non per- Prou. 26.
git ad cęlum, & maledictum fruſtrà pro-
latum, reuertitur in authorem ſuum. Sic iux
ta vulgi prouerbium, qui ſupra caput ſuum
ſpuere conatur, quantociùs in faciem illius
ſputum relabitur. Sic nobis maledictũ pro
maledicto non reddentibus, ſed cum Pſal- Pſal. 73.
miſta aduerſùm nos peccatore conſiſtente,
cuſtodiam ori noſtro iam diù ponentibus,
per tumorem veſtrum incurriſtis quod do-
lemus: quia præiudicium faciendo ſummæ
ſedi, de qua nec iudiciũ licet facere cuiquam
hominum, anathema accepiſtis ab vniuerſis
patribus omnium Conciliorum. Quo indiſ-
ſolubiliter adſtringemini, ſi cor impęnitens
gerendo ſuper tantam pręſumptionem, ab
illo per vicarios ipſius non ſoluamini, cui
ſpecialiter dixit Chriſtus fili⁹ Dei viui: Quę- Matth. 16.
cunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta
& in cęlis: Si conferamus vetera nouis, Ba-
laam ille ariolus in hac parte cautior fuit vo
bis: qui reuerens Deum, nec promiſſis, nec
minis regis Moab ad maledicendum filijs
Iſrael flecti potuit: Quomodò, inquiẽs, ma- Num. 23.
ledicam, cui non maledixit Deus? aut quo-
modò deteſtabor, quem Dominus non de-
teſtatur? Vos verò nec amor Dei & proximi,
nec reuerentia diuinorum canonum, aut ſi-
cut dicitur, orthodoxorum principum no-
ſtrorum prohibitio reuocat, quin publicè
maledicatis & deteſtemini genus electum, 1. Petr. 2.
regale ſacerdotium, gentemque ſanctam.

CAP. 12.

QVod quanuis omnibus Eccleſijs Chri
ſti, quæ vnam catholicam in toto mũ-
do efficiunt, à principe Apoſtolorum
Petro ſit verè dictũ, nulli tamen veriùs apta-
tur, quàm illi cui propriè præſidet ipſe, qui
cœleſtis regni meruit gubernacula obtine-
re, Domino Ieſu Chriſto ſibi dicente: Tibi Matt. 16.
dabo claues regni cœlorum, & in ſpeciali po
teſtate ligandi & ſoluendi ſummi ſacerdotij
priuilegium. At quoniã atteſtante Salomo- Prou. 21.
ne, cor regis in manu Domini, quocunquè
voluerit vertet illud, tantum apicem digni-
tatis in beato Petro, & in eius vicarijs pru-
dentiſſimus terrenæ monarchiæ princeps
Con-

Conſtantinus intima conſideratione reueri-
tus, cunctos vſque in finem ſeculi ſucceſſu-
ros eidem Apoſtolo in Romana ſede ponti-
fices, per Beatum Syluestrum non ſolùm im-
periali poteſtate & dignitate, verùm etiàm
infulis & miniſtris adornauit Imperialibus:
valdè indignum fore arbitratus terreno im-
perio ſubdi, quos diuina maieſtas præfecit
cœleſti: Cui equidem comparatum iſtud
terrenum, nihil eſt niſi vanitas vanitatum,
qua homines obliti Domini creatoris ſui,
intumeſcentes, mox detumeſcunt. Et tamen
imperialis celſitudo hoc totum quod potuit
effecit, quandò tota deuotione quicquid à
Domino acceperat, eidem in miniſtris ſuis
Rom. 13. reddidit. Vt enim venerabilis Paulus docet,
Non eſt poteſtas niſi à Deo: quæcunque au-
tem ſunt, à Deo ordinata ſunt. Quibus in
terreni regni oportuna adminiſtratione nõ
reſiſtendum, ſic inſtruimur per ipſum prin-
1. Pet. 12. cipem Apoſtolorum: Subiecti eſtote omni
humanæ creaturæ propter Deum: ſiue regi,
quaſi præcellenti: ſiue ducibus, tanquàm ab
eo miſſis, ad vindictam malefactorum, laudẽ
verò bonorum: quia ſic eſt voluntas Dei. Et
poſt pauca: Deum timere, regem honorifica-
Rom. 13. te. Atq; per coapoſtolum eius Paulum: Om
nis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdi-
ta ſit. Nam qui reſiſtit poteſtati, Dei ordina-
tioni reſiſtit. Qui autẽ reſiſtunt, ipſi ſibi dam
Prou. 8. nationem acquirunt. Vndè Sapientia in Pro-
uerbijs intonat, dicens: Per me reges regnãt,
& principes iuſta decernunt. Quod etiàm ſę-
pè dictus Auguſtus perſpicacis animi viua-
citate depræhendit, & matri ſuæ religioſæ
Helenę inter nonnulla ſic reſcripſit: Qui mo
deratur ſecula, & diſponit mundi totius ſuf-
fragia, quibus alimur & ſuſtentamur, per ſe
quidem ſpirantia viuificat, ſed per pectora
principum ſua iura ſeculis dictat.

CAP. 13.

HIs & alijs quàm plurimis teſtimonijs
iam vobis ſatisfactum eſſe debuit de
terreno & cęleſti imperio, immò de regali ſa-
cerdotio Sanctæ Romanæ & Apoſtolicæ ſe-
dis, præcipuè ſuper ſpeciali eius diſpoſitio-
ne in cœlis, ſi quoquo modo Chriſtiani eſſe
vel dici optatis, & ſi ipſam Euangelij verita-
tem apertè, quod abſit, non impugnatis. Ad
cuius tonitruum quiſquis nõ expergiſcitur,
non dormit, ſed omninò eſt mortuus, cui iã
fruſtrà ab hominibus clamabitur. Sed oẽ for
tè adhuc de terrena ipſius dominatione ali-
qs vobis dubietatis ſuperſit ſcrupulus, néve
leuiter ſuſpicemini ineptijs & anilibus fabu-
lis ſanctam Romanã ſedem velle ſibi incon-
cuſſum honorem vendicare & defenſare ali-
quatenùs, pauca ex priuilegio eiuſdem Cõ-
ſtantini manu cum cruce aurea ſuper cęleſtis
clauigeri venerabile corpus poſito, ad me-
dium proferemus, quibus fundetur veritas
& confundatur vanitas: vt omnia mẽbra ca-
tholicæ matris cognoſcãt nos illius Petri di-
ſciplinæ eſſe, qui ſic in epiſtola ſua ait de ſe:
Non enim doctas fabulas ſecuti, notam vo- 2. Petr. 1.
bis fecimus Domini noſtri Ieſu Chriſti vir-
tutem: ſed ſpeculatores facti illius magnitu-
dinis. Et nos vobis inculcare nõ tam relatu
quolibet, quam ipſo viſu & tactu comperta
vel admoniti recognoſcite: quia idem glo-
rioſus princeps iam dicto priuilegio poſt
Chriſtianæ fidei claram perfectamq; cõfeſ-
ſionem, atq; baptiſmatis ſui enucleatam cõ-
mendationem, ſpecialem ſanctæ Romanæ
Eccleſię dignitatem ſic promulgauit, dicens:
Vtile iudicauimus vnà cum omnib9 noſtris Diſt. 96. Conſtant. Imper. Extãt hęc hodiè Gręcè & Latinè
ſatrapis, & vniuerſo ſenatu, optimatibus e-
tiàm & cuncto populo Romanæ gloriæ im-
perio ſubiacẽte, vt ſicut beatus Petrus in ter-
ris vicarius filij Dei eſſe videtur cõſtitutus,
ità etiàm & pontifices ipſius principis Apo-
ſtolorum vice, principatûs poteſtatem, am-
pliùs quàm terrenæ imperialis noſtræ ſere-
nitatis manſuetudo habere videtur, conceſ-
ſam à nobis noſtroque imperio obtineant
eligentes nobis ipſum principem Apoſto-
lorum eius vicarios firmos apud Deum eſ-
ſe patronos. Et ſicut noſtra terrena impe-
rialis potentia, ità eius ſacroſanctam Roma-
nam Eccleſiam decreuimus veneranter ho-
norare, & ampliùs quàm noſtrum imperiũ
terrenumque thronum ſedem ſacratiſſimã
beati Petri glorioſè exaltare, tribuẽtes ei po-
teſtatem & gloriæ dignitatem, atq; vigorem
& honorificentiam imperialem: atq; decer-
nentes ſancimus, vt principatum teneat tã
ſuper quatuor ſedes, Alexandrinam, Antio-
chenam, Hieroſolymitanam ac Conſtanti-
nopolitanam, quàmque etiàm ſuper omnes
vniuerſo orbe terrarum Dei eccleſias, & põ-
tifes, qui pro tẽpore ipſius ſacroſanctæ Ro-
manæ Eccleſiæ extiterit, celſior & princeps
cunctis ſacerdotibus totius mundi exiſtat:
& eius iudicio quæque ad cultum Dei vel fi-
dei Chriſtianorum ſtabilitatem procuranda
fuerint, diſponantur. Iuſtum quippe eſt, vt
ibì lex ſancta caput teneat principatûs, vbì
ſanctarum legum inſtitutor, ſaluator noſter,
beatum Petrum Apoſtolum obtinere præ-
cepit cathedram, vbi & crucis patibulum ſu-
ſtinens, beatæ mortis ſumpſit poculũ, ſuique
magiſtri & Domini imitator apparuit. Et ibi
gentes pro Chriſti nominis confeſſione col
la flectant, vbi eorum doctor beatus Paulus
Apoſtolus pro Chriſto extenſo collo mar-
tyrio eſt coronatus: & illic vſque in finẽ quę-
rant doctorem, vbi ſanctorũ doctorũ quie-
ſcunt corpora: & ibi proni ac humo proſtra-
ti, cœleſtis regis Dei & Saluatoris noſtri Ieſu
Chriſti famulentur officio, vbi ſuperbi ter-
reni regis ſeruiebant imperio. Et ſuccinctè
commemorato ſuo ſtudio & deuotione in
conſtruendis aliquot ſanctorum Baſilicis, &
imperialium donationũ magnificẽtia abun-
danter ditatis, ait: Concedimus ipſis ſanctis
Apoſtolis, dominis meis beatiſſimis Petro
& Paulo,

Diſt. 96 Conſtant. Imp. quarta dic.

& Paulo,& p hos etiàm beato Sylueſtro patri noſtro, ſummo Pontifici, & vniuerſali vrbis Romæ Papæ,& omnibus eius ſucceſſoribus pontificibus,qui vſque in finem mūdi in ſede beati Petri erunt ſeſſuri,atq; de pręſenti contradimus palatium imperij noſtri Lateranēſe, quod omnibus in toto orbe terrarum præfertur atq; præcellit palatijs. Deindè diadema,videlicet coronam capitis noſtri,ſimulq́; phrygium,id eſt,mitram,necnō & ſuperhumerale,videlicet lorum,quod imperiale circundare aſſolet collū: verùm etiā & chlamydem purpuream, atque tunicam coccineam,& omnia imperialia indumenta, ſed & dignitatem imperialium pręſidentiū equitum,cōferentes ei etiàm imperialia ſceptra,ſimulq́; cuncta ſigna atq; banda,etiàm & diuerſa ornamenta imperialia,& omnem proceſſionem imperialis culminis, & gloriā poteſtatis noſtræ. Viros etiàm reuerendiſſimos clericos diuerſi ordinis, eidē ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſeruiētes,illud culmē ſingularis potentiæ & præcellentiæ habere ſancimus, cuius ampliſſimus noſter ſenatus videtur gloria adornari, id eſt, patricios atque conſules effici,necnon & cæteris dignitatibus imperialibus eos promulgamus decorari.Et ſicut imperialis extat decorata militia,ita & Clerum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ornari decernimus. Er quemadmodum imperialis potentia diuerſis officijs, cubiculariorum nempe & oſtiariorum,atque omniū excubitorum ornatur,ità & ſanctam Romanam Eccleſiam decorari volumus. Et vt ampliſſimè pontificale decus pręfulgeat,decernimus & hoc, vt clerici eiuſdem Romanæ Eccleſiæ mappulis & linteaminibus, id eſt, candidiſſimo colore decoratos equos equitent:& ſicut noſter ſenatus calceamentis vtitur cum vdonibus,id eſt, candido linteamine illuſtratis,ſic vtantur & clerici, & ità cęleſtia ſicut terrena ad laudem Dei decorentur.Præ omnibus autem licentiam tribuentes,concedimus ipſi ſanctiſſimo patri noſtro Sylueſtro,vrbis Romæ epiſcopo & Papæ, & omnibus qui poſt eum in ſucceſſu, & perpetuis temporibus aduenerint beatiſſimis pōtificibus, pro honore & gloria Chriſti Dei noſtri in eadem magna Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia ex noſtro indicto, quem placatus proprio conſilio clericare voluêrit, & in numero religioſorum clericorum connumerare,nullum ex omnibus præſumentē ſuperbè agere.

CAP. 54.

DEcreuimus itaque & hoc, vt idem venerabilis pater noſter Sylueſter ſummus pontifex,vel omnes ſuccedentes ei pontifices, diademate (videlicet corona, quam ex capite noſtro illi conceſſimus) ex auro puriſſimo & gemmis precioſis vti debeant, & in capite ad laudem Dei pro honore beati Petri geſtare. Ipſe verò beatiſſimus Papa ſuper coronam clericatûs,quam gerit ad gloriam beati Petri,omninò ipſa ex auro non eſt paſſus vti corona:Phrygium autem candido nitore, ſplendidam reſurrectionē Dominicam deſignans,eius ſacratiſſimo vertici manibus noſtris impoſuimus, & tenentes frenum equi ipſius,pro reuerentia beati Petri, ſtratoris illi officium exhibuimus, ſtatuentes eodem phrygio omnes ſucceſſores eius ſingulariter vti in proceſſionibus, ad imitationem imperij noſtri. Vndè vt pontificalis apex nō vileſcat, ſed magìs quàm terreni imperij dignitas & glorię potētia decoretur,eccè tam palatium noſtrum, vt prælatum eſt,quàm Romanam vrbem, & omnes Italiæ ſeu occidentalium regionum prouincias, loca & ciuitates, ſæpè fato beatiſſimo pontifici & patri noſtro Sylueſtro, vniuerſali Papæ contradentes atque relinquentes, ei vel ſucceſſoribus ipſius pontificibus poteſtatem & ditione firmam imperiali cenſura per hanc noſtram diualem iuſſionem, & pragmaticum conſtitutum decernimus diſponenda,atque iuri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ concedimus permanſura. Vndè congruum proſpeximus, noſtrum imperium & regni poteſtatem Orientalibus transferri ac trāſmutari regionibus, & Byzantiæ prouinciæ optimo loco nomini noſtro ciuitatem ædificari, & noſtrum illic conſtitui imperium:quoniam vbì principatus ſacerdotum & Chriſtianæ religionis caput ab Imperatore cęleſti conſtitutum eſt, iuſtum non eſt, vt illic terrenus Imperator habeat poteſtatem. Hæc verò omnia,quæ per hanc imperialem ſacram,& per alia diualia decreta ſtatuimus atque confirmauimus,vſque in finem mundi illibata & inconcuſſa permanſura decernimus. Deindè facta obteſtatione corā Deo viuo,& terribili eius iudicio, & imprecatione æternæ condemnationis temeratori & contemptori iſtius ſui priuilegij, ſecutus idē venerabilis Conſtātinus ait:Huius verò imperialis noſtri decreti paginam proprijs manibus roborantes, ſuper venerandum corpus beati Petri poſuimus, ibique eidem Dei Apoſtolo ſpondentes nos cuncta inuiolabiliter conſeruare,& noſtris ſucceſſoribus Imperatoribus conſeruanda in mandatis relinquere, patri noſtro Sylueſtro ſummo pōtifici & vniuerſali Papæ, & per eum cunctis ſucceſſoribus pontificibus, Domino Deo & ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto annuente, tradimus feliciter atq; perenniter poſſidenda.

Donatio Cōſtantini.

CAP. 55.

TOt ergò & talibus, alijſque quàm plurimis teſtimonijs ſubnixa non eruboſcit veritas, ſed confutatur impudens vanitas. At nos hinc habentes teſtimonium maius Conſtantino, qui, vt ait beatus Baptiſta Ioannes, de terra eſt, & de terra loquitur, vix

Ioan. 3.

ab

ab hominibus teſtimonium accipimus, contenti teſtimonio illius, qui de cœlo venit, & ſu-
Matt. 16. per omnes eſt, & dicit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduerſùs eã. Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Qui etiam in catalogo Apoſtolorum inſtar cardinis ab ipſo Domino Ieſu Chriſto primus poſitus, Petrus, id eſt, Cæphas extat cognominatus. Cui ſpecialiter & nominatiuo non tantùm ante paſſionem ſuam, verùm & in ipſius ar-
ticulo paſſionis, mox vt ſui corporis & ſan-
Matt. 26. Zacha. 13. guinis mirabile myſterium agendum generaliter diſcipulis tradidit, tam oues ſe paſtorum paſtore percuſſo diſpergendas, quàm & vſque in finem ſeculi ad vnum ouile grad ſe vnum paſtorem colligendas commendando, ait: Simon Simon, ecce ſatanas expe-
Luc. 22. tiuit vos, vt cribraret ſicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Ipſum quoq; Angelus per mulieres ad videndam reſurgentis magiſtri gloriam no-
Mat. 16. mine inuitauit, cùm dixit: Dicite diſcipulis eius & Petro, quia ſurrexit: & ecce præcedit vos in Galilæam, ibi eum videbitis. Necnon eidem ipſa die reſurrectionis ſuæ, prius & verax magiſter apparuit, quemadmodùm venerabilis Euangeliſta Lucas nos inſtruit, dicẽs:
Luc. 24. Quia ſurrexit Dominus verè, & apparuit Simoni. Quam manifeſtationem ſoli Petro priùs, deinde illi ſoli cum reliquis condiſcipulis factam, glorioſus coapoſtolus eius Paulus declarat, vbi ad Corinthios ſic ſcribit:
1. Cor. 15. Quia ſurrexit Chriſtus tertia die ſecundùm ſcripturas: & quia viſus eſt Cæphæ: & poſt hæc vndecim.

CAP. 16.

INſtante quoque iam ſuæ aſſumptionis gloria, vbi prandebat cum 7. diſcipulis
Ioan. 21. ſuis, Dominus amorem Petri erga ſe tertiò inquiſiuit, & tertiò confitenti, agnos & oues ſuas tertiò paſcere præcepit: pro quibus qua morte clarificaturus eſſet Deum, in extenſione manuum illius & præcinctione futura, eidem ſignificauit. Qui nec mora, aſſumpto
Act. 1. Domino, in medio CXX. fratrum exurgens, & profundos ſanctiſſimi Pſalmiſtæ ſenſus edisserens, authoritate ſua apoſtolicum numerum, ſorte annumerato Matthia, suppleuit, quem vndenarium remanere nefas cre-
Act. 2. didit. Quibus etiam pariter miſſo Spiritoſancto in varijs linguis, cùm quidam ſtuperent admiratione, quidam deridentes inueterata cæcitate, dicerent muſto plenos eſſe, Petrus vnoſancti Ioelis teſtimonio, & ignaros in-
Ioel. 2. ſtruxit, & incredulos deſtruxit. Deindè conſtanter improperata illis ſcelerata iſta cõſpiratione aduerſùs Dominum & Chriſtũ eius, qua ipſum authorem vitæ morte turpiſſima tunc condemnantes interfecerant, clariſſimis Beati Dauid oraculis adſtruxit illius ſan- Pſal. 15.
ctam reſurrectionem, & glorioſam aſcenſio- Pſal. 109.
nem, & ab eo in præſcentiarum factam Spiritusſancti effuſionem. Ita compunctis Iudæis, primus Apoſtolorum reis ſanguinis Chriſti pœnitentiam indixit, & eorum protinùs tria millia baptizauit.

CAP. 17.

HIc ſolus, ſicut doctiloquus Euangeliſta Act. 10. & 11.
Lucas teſtatur, dum qui diſperſi fuerãt à perſecutione facta ſub Stephano, circuirent ciuitates, nemini loquentes verbum vitæ, niſi ſolis Iudæis, orans in cœnaculo, factus eſt in exceſſu mẽtis: & linteum omnibus terræ quadrupedibus & reptilibus, volucribus, que cœli refertum, quatuor initijs ſubmitti de cœlo vidit, ſibique cœlitùs dictum tertiò: Surge Petre, occide & manduca: & tertiò ab eo reſponſum; Quia commune & immundum nunquàm introiuit os meum: & tertiò ſuperna voce repetitum, Quod Deus mundauit, tu ne commune dixeris: ſufficienter inſtructus, à quatuor mundi partibus gentes quondàm immundas in vnitatem fidei congregandas; ſicque fide mundatis eorum conſcientijs ab operibus mortuis, & occiſa in eis priſtina immunditia, cui ſeruire membra ſua exhibuerant, Chriſto delectabiliter inuiſcerãdas: tribus nuncijs in myſterio Trinitatis ſe inuitantibus, immanem aprum il- Act. 10.
lum de ſylua gentium, Cornelium Centurionem aggreſſus, non reluctantem occidit & comedit, quandò aqua & ſpiritu mundatum, Eccleſiæ indidit. Cui coadunatus ipſius domeſticis & amicis, dũ adhuc loqueretur, Spiritus ſanctus cecidit ſuper omnes, qui audiebant verbum: & erant loquentes linguis, & magnificantes Deum. Quod nulli Iudæorum, nec ipſis Apoſtolis vſpiam legitur cõceſſum, vt paracleti tãtam plenitudinem acciperent priùs, quàm baptiſmum. Nõnne hinc iam luce clariùs conſtat, Petrum primitùs ad ædificationem Eccleſiæ Chriſti Iudæos & gentiles attraxiſſe, & quaſi duos parietes ex diuerſo venientes, per angularem lapidẽ Chriſtum indiſſolubili charitatis glutine cõ-
iunxiſſe? Qui poſteà videns meſſem multam Math. 9.
& operarios paucos, Paulum & Barnabam Act. 13.
ab Antiochia prædicatores omnibus nationibus deſtinauit; quibus ſtrenuè officio inſudantibus, dexterã ſocietatis dedit, vt illi quidem in gentibus, ipſe verò in circumciſione
eſſet, ſicut in Epiſtola ad Galatas oſtenditur Gal. 2.
euidenter. Neque tamen partito in eos onere, ſubtraxit ſe cœptæ vocationi gentium & curæ: quam poſt Aſiam ab Illyrico ſenſit tota Europa & Aphrica, præcipueque mundi caput & domina gentium Roma. Nam cùm quidam pſeudoapoſtoli turbaſſent corda fratrum, dicentes eos debere circuncidi ſecun-
dùm legem Moſis, Paulusq; & Barnabas Hie- Act. 15.
roſolymã iuiſſent, ſuper hac quæſtione conſulturi,

fulturi, ſolus Petrus ſua authoritate circunciſionis onus atque veteris legis iugum à ceruicibus diſcipulorum remouit, & gratiam Euangelij ad plenam ſalutem credentium ſufficere cenſuit, dicens: Quarè vultis imponere graue iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus? Sed per gratiam Domini Ieſu Chriſti credimus ſaluari, quemadmodùm & illi. Viſum eſt enim ſpirituiſancto & nobis, nihil oneris vltrà eis imponere. Qua vtiquè reſponſione confirmatus doctor gentium Paulus, Galatis proteſtatur: Si circun- Gal. 5. cidamini, Chriſtus vobis nihil proderit.

CAP. 18.

Act. 5. SEd & illud in ipſo Petro nihilo minùs eſt animaduertẽdum, ꝙ ſui corporis vmbra infirmis cõferebat optatę ſoſpitatis remedium. Quod nulli ſanctorum conſtar hactenùs conceſſum: nec ille, per quem Petrus potuit, quicquid boni potuit, ex ſuo ſanctiſſimo corpore aliquandò cuiquam tale donum attribuit ſanctus ſanctorum, ſed ſuo Petro ſpecialiter in magna ſignificatione præſentis & futuræ Eccleſiæ hoc reſeruauit priuilegium: ſcilicet quia ipſe vtriuſque principalis rector exiſteret, vtriuſque ſtatum in ſeipſo portenderet, quatenùs hæc viſibilium & tranſiturorum ſacramentorũ ſecreta virtute, quaſi vmbra ſua, morbis animarum in terra curatis, illam nobis adhuc inuiſibilem veritatis & beatitudinis ſolidã ſpeciem, velut ſolidum corpus, exhibeat in cœlis. Quarum differentiam breuiter Apoſtolus demõſtrat. Videmus nunc, inquiens, per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. 1. Cor. 13. Nunc cognoſco ex parte: tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum. Cui concordans 1. Ioan. 3. Ioannes coapoſtolus ſuus, ait: Chariſſimi, filij Dei ſumus, & nondùm apparuit quid erimus, Scimus quoniam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus: quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Quòd verò præſens Eccleſia fide & ſpe ſaluatur, Paulus ſic loquitur: Sinè fide im- Heb. 11. poſſibile eſt placere Deo. Fides autẽ eſt ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum nõ apparentium, Idem in alio loco: Spe ſalui facti ſumus. ſpes autem quæ videtur, non Rom. 8. eſt ſpes. Quod enim videt quis, quæ ſperat? Sic modò credendo & ſperando, atque per patientiam expectando quod non videmus, fide & ſpe à peccatis liberati vidimus, quia Habac. 2. iuſtus ex fide viuit. In futuro plenam beatitudinem in re videbimus & poſſidebimus, qua per charitatem ſolam ſinè faſtidio ſatia- Pſal. 16. bimur, cùm apparuerit gloria eius.

CAP. 19.

VErùm veſtra inſolentia nihili pendens talia, ſpecialibus Petri ouibus claudere & interdicere non timet, in quibus temporaliter ad laudem Dei recubabant, ouilia, quas ipſe non ceſſat inuitare & introducere ad ſempiternæ vitæ paſcua: quas tantùm ex omnibus ſibi compatientes in crucis vltima pœna iam poſitus attẽdẽs, pro eiſdem animam ponendo, cum gratiarum actione & pijſſima prece in ipſa emiſſione ſui beati ſpiritus Domino cõmendauit, dicens: Gratias tibi ago paſtor bone, quia oues, quas tradidiſti mihi, compatiũtur mihi: Peto ergò, Oratio D. Petri pro ouibus ipſi cõmiſſis. vt participent mecum de gratia tua in ſempiternum. Ergò præualebit illis portas vitæ obſerare vel obſtruere errorum clauiculis, ſeu ſophiſmatum tendiculis quilibet inimicus, quas poteſtate, meritis & prece reſerat & pandit tantus amicus, cui portæ inferi nõ præualebunt aliquatenùs, & cœlis terriſque præpotens ex vltimo deſiderio animæ ſuę & voluntate labiorum ſuorum à Domino, ad quem mox ibat, erit fraudatus? Abſit.

CAP. 20.

QVapropter à tanta amentia iam reſipiſcite, & Latinos verè catholicos, atq; maximè Petri familiariores diſcipulos, inſtitutioniſque eius deuotiores ſectatores ceſſate ſubſannando Azymitas vocare, aut eccleſias illis denegare ſeu tormenta, ſicut cœpiſtis, inferre, ſi vultis nunc & ſemper pacem & portionem cum Petro habere. Cuius doctrinam & traditionẽ in Epiſtola ad Ro- Roma. 1. manos, ſapientibus & inſipientibus debitor 2. Cor. 12. ille gentium doctor, ad tertium cœlum & in paradiſum raptus, ſic per omnia commendat, dicens: Primùm quidẽ gratias ago Deo Rom. 1. meo per Ieſum Chriſtum pro omnibus uobis, quia fides veſtra annũciatur in vniuerſo mundo. Ex cuius capituli occaſione, beatus & catholicus doctor Auguſtinus, in Latinaque lingua clariſſimus, atque noſter Chryſoſtomus ait: Fides iſta, quam Romani habent, ipſa eademque eſt & non alia, quæ in vniuerſo mundo annũciatur & creditur: quę non ſolùm in terra, ſed & in cœlis prædicatur: quia Ieſus pacificauit per ſanguinem ſuum non ſolùm terreſtria & inferna, ſed & Col. 1. cęleſtia: & hoc eſt in vniuerſo mundo fidem prædicari, per quam omnis mundus fit ſubditus Deo. Sed Paulum audite ſubſequen- Rom. 3. tem: Deſidero videre uos, vt aliquid imper- Roma. 1. tiar vobis gratiæ ſpiritualis ad confirmandos vos. Qui nè putaretur velle aliquid inſtitutioni Petri addere vel demere, expoſuit quid dixerit ad cõfirmandos vos, id eſt, ſimul conſolari in vobis per eam, quæ inuicèm eſt, fidem veſtram atq; meam. Et in fine Rom. 16. epiſtolæ monens eos deuitare falſos fratres, & præter doctrinam, quam ipſi acceperant, euntes, ait: Rogo uos fratres, vt obſeruetis Hæretici & ſchiſmatici vitãdi. eos, qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didiciſtis, faciunt, & declinate ab illis. Huiuſmodi enim Chriſto Domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo ventri: & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium. Veſtra enim obedientia in omni loco diuulgata eſt. Gaudeo igitur in vobis.

CAP. 21.

ECcè in totius epiſtolæ ſerie non inue-
nitur magnus Paulus fidem Latinorum
correxiſſe, nec vitia redarguiſſe: ſed congra-
tulatus fidei & conuerſationi eorum, de per-
ſeuerantia cómonuiſſe: cùm non ſolùm pro-
pter reprobam actionem, ſed & ob ipſius fi-
dei citiſſimũ naufragiũ in Græcos fuerit in-
uectus acerrimè ab initio vſque in finẽ pri-
1. Cor. 1. mæ ad Corinthios epiſtolæ. Quod certè li-
quet in paucis verbis, vbi ait: Fidelis Deus,
per quem vocati eſtis in ſocietatem filij eius
Ieſu Chriſti Domini noſtri. Obſecro autem
vos fratres per nomen Domini noſtri Ieſu
Chriſti, vt idipſum dicatis omnes, & nõ ſint
in vobis ſchiſmata: ſitis autem perfecti in
eodem ſenſu, & in eadem ſcientia. Significa-
tum eſt enim mihi de vobis fratres mei, ab
his qui ſunt Chloes, quòd contentiones ſint
inter vos. Hoc autem dico, quòd vnuſquiſq;
veſtrûm dicit: Ego quidem ſum Pauli, ego
autem Apollô, ego verò Cephæ, ego autem
Chriſti. Diuiſus eſt Chriſtus? Et vbi notauit
eos ex arrogantia falſæ & mundanæ ſapien-
1. Cor. 4. tiæ, ſubiunxit: Iam ſaturati eſtis, iam diuites
facti eſtis: ſinè nobis regnatis: & vtinàm re-
gnaretis, vt & nos vobiſcum regnaremus: Et
1. Cor. 5. inflationi eorum minatus virgam, ait: Om-
ninò auditur inter vos fornicatio, & talis for
nicatio, qualis nec inter gentes, ità vt vxoré
patris habeat quidam. Et vos inflati eſtis, &
non magìs luctum habuiſtis, vt tollatur de
Ibidèm. medio veſtrûm, qui hoc opùs fecit. Quibus
expletis, admonuit eos ſecum epulari, non
in fermento veteri, quod totam maſſam cor-
rũpit, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis.

CAP. 22.

IGitur iſtis & huiuſmodi Apoſtolicis ſan-
ctorumque patrum dictis cùm euiden-
ter approbetur Latinorum ſyncera obe-
dientia, & plurimorum Græcorum improbe-
tur corrupta inſulentia, ſunt adhuc plura
his ſuper hæc, parti noſtræ fauentia: quæ ſi
liceret ad medium deducere, non ſolùm ex-
cederent modum epiſtolę, verùm etiàm poſ-
ſent armaria onerare: Quapropter his omiſ-
ſis, charitatiuè monemus, nè abſentes ſitis
vobis ipſis: ſed vos ante vos conſtituatis, vias
prædeceſſorum veſtrorum & veſtras ſollicitè
conſideretis, nec nos priuato amore palpe-
tis, & in fratrum oculis feſtucam explorantes,
in veſtris trabem non videatis. Recor-
Hęc eſt Conſtantinopolitana ſub Conſtantino Copronymo damini illius nefandæ ſynodi, quam volue-
runt vocari ſeptimam veſtri hæreſiarchæ;
quorum conſpiratione ipſius Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti & ſanctorum reuerendæ
imagines, aut flammis traditę, aut aquis ſunt
immerſæ: picturæ verò ex parietibus baſili-
carum deletæ. Quibus quamuis reſtiterit
Romanorum authoritas, præ cunctis tamen
ſanctiſſimi Papæ Nicolai vbiquè laudanda li-
bertas: qui per legatos ſuos tam pro ſacris
imaginibus, quàm pro depoſitione beati
antiſtitis Ignatij, & ſubſtitutione Photij
neophyti eccleſiam agiæ Sophiæ clauſit, do-
nèc ſedis Apoſtolicæ acquieſceret decretis.

CAP. 23.

ABſit autem, vt velimus credere, quod
publica fama non dubitat aſſerere,
Conſtantinopolitanæ eccleſiæ contigiſſe, vt
eunuchos contra primum ſancti Nicæni
Concilij capitulum paſsìm promouendo,
fœminam in ſede pontificum ſuorum ſubli-
mâſſet aliquandò. Hoc tam abominabile
ſcelus deteſtabileque facinus etſi enormitas
ipſius vel horror, fraternaque beneuolentia
non permittit nos credere: conſiderata ta-
men incuria veſtra erga ſanctorum cenſu-
ram canonum, quia eunuchos & aliqua
parte corporis imminutos, non ſolùm ad
clericatum, ſed ad pontificatum etiàm indif-
ferenter ac ſolenniter adhuc promouetis,
fieri potuiſſe penſamus. Sed quid plura?
Tot & tantis ſchiſmaticis & hæreticis, Ca-
tholicam atque Apoſtolicam Eccleſiã apertè
impugnantibus & diſcindere laborantibus
hactenùs redundaſtis, vt Latina vel occiden-
talis Eccleſia de vobis meritò conqueri poſ-
ſit, voce ſponſæ dicens in Canticis Cantico- Cant. 1.
rum: Filij matris meæ pugnauerunt contra
me. Et verè. Nunquid enim Romana &
Apoſtolica ſedes, quæ per Euangelium ge-
nuit Latinam Eccleſiam in Occidente, mater
non eſt Conſtantinopolitanæ eccleſiæ in
Oriente, quam per glorioſum filium ſuum
Conſtantinum, & nobiles ſapienteſque Ro-
manos non tantùm moribus, ſed & muris
ſtuduit reparare? Quod ſi contradicitis,
ad quid veſtro Imperatori Latinæ laudes, &
in Eccleſia Græcis recitantur Latinæ lectio-
nes? Vtiquè ob reuerẽtiam illius matris, quę
iam cunctis paganorum crudelitatibus, &
diuerſorum tormentorum quæſtionibus
vexata & impugnata, ac velut aurum nimijs
perſecutorum flammis decocta, delicioſam
filiam, videlicet Eccleſiam Conſtantinopo-
litanam, edidit.

CAP. 24.

ET certè iam decima à Nerone in Chri-
ſtianos perſecutio penitùs refrixerat,
iam omne mundanæ inſaniæ incendiũ ſopi-
tum erat, iam Roma adulta & lógæua, in di-
uino cultu victrix & coronata, alta pace tri-
umphabat. Iam innumerabilis vtriuſque ſe-
xûs & diuerſæ ætatis martyrum exercitus,
noſtris azymis ſaginatus, vniuerſos idolo-
latriæ fregerat impetus; iã mũdum & ipſum
mũdi principem ſub pedibus habebat: iam
non ſolùm ipſi noſtræ inſtitutionis antiſti-
tes, ſed & miniſtri eorum, in quibus Laurẽ-
tius ac Vincentius, omni mundo ſtupente,
ipſis tormentis & tortoribus inſultabant.
Modò delicata filia, in conclaui reſidens ſe-
cura, delicijs laſciua, & longo ocio diſſolu-
ta, nec ad campum ritè agonizantium ali-
quandò

Digitized by Google

Hæreticorum erga Romanã Eccleſiã ingratitudo & impudẽtia.

quandò progreſſa, pia matre ſatagente & decertante pro ea, non erubeſcit aut veretur primatum arrogare, maternæ ſenectuti iam emeritæ derogare, nec effœtum eius corpus laboribus & diebus, rugoſoſque & minùs validos artus, quondàm toroſos & ad prælia diuina exertos, ſaltem aliquo humanitatis reſpectu conſiderare, nullam reuerẽtiam reuerẽdis canis ipſius habere: ſed ipſã puellari leuitate poſt innumerabiles triumphos ad recidiua bella aduerſùm ſemet prouocare, & eam ſolido perfectorum cibo priuatam, ad carnalium lac retrahere, quod contra vſum naturæ, ex ipſis pubertatis ſuę mãmis, in Ægypto, ſicut ſupradictum eſt, toties contractis, conatur impudenter ori eius inſtillare.

CAP. 25.

ET vtinàm ſaltem verum lac. Sed proh dolor, non eſt lac, quo tenera fidelium paulatim nutriatur infantia, vt ad ſolidam

Prou. 1. Prou. 16.

eſcam pertingat: ſed quod Salomõ cauendũ denunciat, dicens: Fili mi, ſi te lactauerint peccatores, nè acquieſcas eis. Et: Væ ei, qui lactat amicum ſuum, & ducit eum via non bona: Nec eſt aqua, de qua qui biberit, non

Ioan. 4. Ioan. 7. Prou. 9. Gen. 26.

ſitiat vltrà, quia fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam, & flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: ſed potiùs aquæ furtiuæ de puteis, quos Palæſtini lutũ, nõ aquã, amantes, repleuerunt terra: vel de ciſternis diſſipatis, ſeu fluminibus Aegypti & Babylonis, quibus diſtenditur venter, & grauatus nõ repletur, ſed exinanitur & intumeſcit, vt more hydropici tanto plùs ſitiat ad perniciem, quanto plùs biberit. De quibus profe-

Ierem. 2.

ctò Dominus per Hieremiam contra quoſdam conqueritur, dicens: Me dereliquerũt fontem aquæ viuę, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ continere non valẽt aquas. & poſt aliqua: Nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? Aut quid tibi in vijs Aſſyriorum, vt bibas aquas

Ibidèm.

fluminis? Quas vtiquè nè ſitiamus, idem vetat, dicens: Prohibe guttur tuum à ſiti. Hinc Salomon, quas aquas appetere, quaſque de-

Prou. 5.

beamus vitare demonſtrans, ait: Bibe aquã de ciſterna tua, & fluenta putei tui. Deriuẽtur fontes tui forãs, & in plateis aquas tuas diuide. Habeto eas ſolus, nè ſint alieni participes tui. Sit vena tua benedicta. Et in ſubſequentibus hæreticam vanitatem ſub ſpecie ſtultæ mulieris, viſibili quodammodò forma coloratam atque depictam, introducit,

Prou. 9.

dicens: Mulier ſtulta & clamoſa, plenaque illecebris, & nihil omninò ſciens, ſedet in foribus domûs ſuæ ſuper ſellam in excelſo vrbis loco, vt vocet tranſeuntes per viam & pergentes itinere ſuo. Quis eſt paruulus? declinet ad me. Et vecordi locuta eſt: Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuauior. Et ignorauit quòd gigantes ibi ſint, & in profundis inferni conuiuæ eius.

CAP. 26.

QVorum nè ſit particeps in Tartari flãmis, quas viciſſim ſinè fine paſcat medullis ſuis, iam nunc filia recordetur gemitus piæ genitricis, & quot vel quanta pericula propter eam, ſeu propter ſorores ipſius in vtero ſuo hactenùs vidit: & gratia Dei diſcat talis fieri ſaltem admonita, qualis benè de ſe meritam matrem, etiàm ſenio ac aſſiduo incuruam labore & tremulam, data manu atque ſuppoſito humero ſtudeat ſubleuare & ſuſtentare, non ad ruinam impellere, deprimere perturbare vel affligere. Pio affectu & humili corde iugiter perpendat, quid idem Salomon dicat: Stultus homo deſpicit matrem ſuam. Et item: Ne deſpicias, cum ſenuerit mater tua. Alioquin ſi, quod abſit, pertinax eſſe voluerit, & piæ matri ſupercilium eius & arrogantiam adhuc diſſimulanti, atque ad ſatisfactionem patienter expectanti parcere & parẽre contempſerit, experietur in anicula matre virides annos, exertos ad paternarum traditionum defenſionẽ lacertos, adoleſcentulæ competentem alacritatem, iuuenculæ conſtantiam efficacem: & iuxta Salomonem, contumax comedet fructus viæ ſuæ, ſuiſque conſilijs ſaturabitur: quia, ſicut idem teſtatur, Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris, eradicat fundamẽta. Et iterùm: quàm malæ famæ eſt qui fugit patrem: & eſt maledictus à DEO, qui exaſperat matrem. Et, Qui affligit patrem, & fugit matrem, ignominioſus eſt & infelix. Quam vtiquè offendere caueat, quiſquis placere patri ſtudet, velut etiàm quidam ſapientem ſeculi ait:

Prou. 15. Prou. 23. Prou. 1. Eccl. 3. Ibidèm. Prou. 9.

Nè matrem offendas, dum vis bonus eſſe parenti.

CAP. 27.

HIs igitur & alijs quamplurimis liquet aſſertionibus, quid mereatur etiàm carnalis matris contemptus: & quid de ſpiritualis genetricis contumelia & exprobratione dicetur. Illa ſi quidem in iniquitati-

Pſal. 50.

bus nos conceptos, generauit ad mortem: iſta verò, culpis remiſſis, regenerauit ad vitam. Quarum ceu diſpar eſt meritum, ità & diſpar pro earum honore* vt dedecore præmium: quia carnalem matrem honoranti, longæuitas ſuper morientium terram, & firmamentum caſæ caſuræ repromittitur: exaſperanti autem eam, terrenorum eradicatio fundamentorum. Porrò ſpiritualem venerantes, longitudinem dierum in dextera Dei videbunt, & in terra viuentium ſinè fine habitabunt: ſpernentes verò illam, duplici contritione conterentur, & ſicut diploide confuſione ſua induentur, & radix eorum de terra viuentium euelletur. Etenim affectio carnalis matris ſi nos prohibet à reuerentia ſpiritualis, penitùs relinquenda & abſcindenda eſt nobis, vt in Deuteronomio Moſes de tribu Leui dicit: Qui dixerit pa-

* &

Deut. 33.

tri ſuo

tri ſuo & matri, Neſcio vos: & fratribus ſuis, Ignoro illos: & neſciêrunt filios ſuos, hi cuſtodiêrunt teſtamentum tuum, iudicia tua, ô Iacob, & legem tuam ô Iſrael. Quod deniquè facturis, Dominus Ieſus in Euangelio

Mat. 19.

centuplum hîc, & in futuro vitam æternam repromiſit.

CAP. 28.

SEd eccè non debet ingrata filia apparére, quia præ cæteris eam honorare dignata eſt mater ſua. Nam cùm nullo diuino vel humano priuilegio honorabilior ſeu clarior alijs eccleſijs, Conſtantinopolitana exiſtat eccleſia, & Antiochena atque Alexandrina, ob reuerentiam principis Apoſtolorum, inter alias retentent dignitatis iura: tamen pia mater, Romana ſcilicet Eccleſia, nolens dilectam filiam dote honorificentiæ ex toto carere, per beatos prędeceſſores noſtros in aliquot ſynodis curauit decernere, vt ſalua principalium & Apoſtolicarum ſedium antiqua dignitate, Conſtantinopolitanus antiſtes honoraretur ſicut regię ciuitatis epiſcopus: quamuis Iuſtinianus religioſus Auguſtus legib⁹ humanis voluiſſet adſtruere, vt poſt Papã Romanũ ſedeat Cõſtantinopolitanę p̃ſul eccleſiæ. Et certè hoc nulla alia excellentia meritorũ eſt aſſecuta, niſi quod Romana Eccleſia pro amore venerabilis Conſtantini, ſe ipſam, quantùm in eo fuit, honorantis & exaltantis, ciuitatẽ ipſius hoc priuilegio honoris ſola humana beneuolentia inſigniuit, iuxta Prophetæ dictum ad Heli:

1. Reg. 2.

Glorificantem me glorificabo: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.

CAP. 29.

AVt ſi quod aliud retinet, aut putat ſe habere dignitatis priuilegium, vos rebelles lumini ac veritati, & ſigniferi vmbræ & vanitatis proferte in medium. Vos enim

Luc. 11.

alloquimur, qui, ſicut Dominus ait Phariſeis, tuliſtis clauem ſcientiæ, qui clauditis regnum cœlorum ante homines: nec ipſi intrâſtis, nec alios intrare permittitis, ſed potiùs prohibetis, dum matris venerãdam faciem conſpuere quęritis, dum eam inſequimini conuicijs & maledictis, dum agnos eius ab ea ſegregare etiàm anathemate & flagellis, ne vocem maternam agnoſcant & ſequantur, contenditis. Vt enim ferunt, omnes

Græcorũ in Latinos iniuriæ.

Latinorum baſilicas penès vos clauſiſtis, monachis monaſteria & abbatibus tuliſtis, donèc veſtris viuerent inſtitutis. Eccè in hac parte Romana Eccleſia quanto diſcretior, moderatior & clementior vobis eſt. Siquidem cùm intra & extra Romã plurima Græcorum reperiantur monaſteria ſiue eccleſiæ, nullum eorum adhuc perturbatur, vel prohibetur à paterna traditione ſiue ſua conſuetudine quin potiùs ſuadetur & admonetur eam obſeruare. Nec enim animoſitatem impiæ hæreſeos habet, quæ ſemper diuiſione gaudet, dicens per patricidam meretri-

3. Reg. 3.

cem: Nec mihi, nec tibi ſit, ſed diuidatur: ſed:

pietate veræ matris ſic Salomonem deprecatur: Obſecro domine, date huic infantem viuum, & nolite interficere eum. Scit nanque, quia nil obſunt ſaluti credentium diuerſæ pro loco & tempore conſuetudines, quandò vna fides per dilectionẽ operans bona quæ poteſt, vni Deo commendat omnes.

CAP. 30.

QVod vos cùm ex debito gradûs & loci veſtri oportuiſſe ſcire & prædicare, quatenùs de collectis ouibus gratiam à bono paſtore, non condemnationem pro diſperſis mereremini percipere, incurriſtis illud Apoſtoli ad Hebræos: Quia cùm debueritis magiſtri eſſe ex tempore, iterùm neceſſè habetis doceri, quæ ſint elementa ſermonum Dei. Zelum enim Dei habetis, ſed non ſecundùm ſcientiam. Quam vt appræhendiſſetis, non ſaltu, ſed canonico interuallo, immò plano pede ad epiſcopatûs culmen, à laica conuerſatione peruenire debuiſtis. nè vobis refragarẽtur verba ipſius Apoſtoli, de epiſcopo dicẽtis: Non neophytum: nè in ſuperbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. Nam cùm locum doctoris vſurpat indoctus, neceſſè eſt, vt aut diſcat quod doceat: aut cæcus paſtor, ſeu non valens latrare, canis mutus perniciosè ſibi & ſubiectis remaneat: aut diſcere & tacere erubeſcens, pernicioſiùs docere præſumat. Raro quoquè euenit, vt in culmine poſitus valeat humilitatem diſcere, qui in imis non deſijt ſuperbire. Huc accedit & illud, quòd albuginem habens in oculo, à ſacerdotio prohibetur. Albuginẽ quippe habet in oculo, quiſquis arrogantia iuſtitiæ vel ſapientiæ cæcatur.

Hebr. 5. Rom. 10. 1. Tim. 3. Eſa. 56. Leuit. 21.

CAP. 31.

SEd abſit, vt religioſi principes & orthodoxi, atque Chriſtianiſſima & Deo deuota ciuitas vos in hoc veſtro errore audiendos putent, quos potiùs ad unitatis bonum terrore poteſtatis cogere debent. Recordentur Conſtantinopolitanos præſules intantùm priſcis temporibus familiariſſimo ſibi morbo ſuperbiæ laborâſſe, ut edicto Auguſtorum Theodoſij, Arcbadij & Honorij, prohibitus ſit quiſquam ex Conſtantinopolitana eccleſia pontificatum, defuncto epiſcopo Siſinio, deincèps ſperare, ſed ex alia ſibi iugiter pontificem expetere: quia erant vanæ gloriæ dediti, & ſupra modum arrogantes, ceu commemorant hiſtoriographi. Qui etiàm referunt, quòd lxxvj. orientales epiſcopi Conciliũ Sardicenſe declinantes, in Philippopoli Thraciæ anathematizandum conuenticulum habuerunt, ſanctamque & immaculatã Nicęnę ſynodi fidem adulterantes, communi ſubſcriptione errorem ſuum confirmârunt: Occidentales uerò 300. amplexi ſanam ſanctorum patrũ ſententiam, unanimitate ſua corroborârunt. Quod totum ideò dicitur, nè poſt priorum cognitionem incautè pręſentibus credatur.

Vide Nicephorum lib. 9. cap. 12.

Digitized by Google

C A P. 32.

NAm Romanæ eccleſiæ fides, pet Petrū
ſup petrā ædificata, nec hactenùs de-
fecit, nec deficiet in ſecula, Chriſto eiꝰ Dño
rogante pro ea, ceu teſtatur ſub ipſa paſſione
Luc. 22. ſua: Ego rogaui ꝓ te Petre, vt nō deficiat fi-
des tua: & tu aliquandò conuerſus confirma
fratres tuos. Quo dicto demonſtraoit fidē
fratrum vario defectu periclitādam, ſed in-
concuſſa & indeficiente fide Petri, velot fir-
mæ ancoræ ſubſidio figendam, & in funda-
mento vniuerſalis Eccleſiæ confirmandam.
Quod nemo negat, niſi qui euidenter hæc
ipſa verba veritatis impugnat: quia ſicot car
dine totum regitur oſtium, ità Petro & ſuc-
ceſſoribus eius, totius Eccleſiæ deponitur
emolumentum. Et ſicut cardo immobilis p-
manens, ducit & reducit oſtium: ſic Petrus &
ſoi ſucceſſores liberum de omni Eccleſia ha-
bent iudiciom, cùm nemo debeat eorum di
mouere ſtatum: quia ſumma ſedes à nemine
iudicatur. Vndè clerici eius cardinales dicū-
tur, cardini vtiquè illi, quo cætera moueo-
tur, viciniùs adhærentes.

C A P. 33.

QVapropter nos ceroſſimè retinentes
omni venerabilem mondo inſtitutio-
Galat. 1. nem Petri, & fidem ipſius coapoſtoli ſui
& doctoris gentium Pauli, clariſſimo cala-
mo ſubſcriptam, ab Apoſtolica ſede libe-
rè omnibus clamamus, quod Galatis idem
Paulus: Licèt oos, aut angelus de cœlo euā-
gelizet vobis, præterquàm quod euangeli-
zatum eſt vobis, anathema ſit: Sicut prædi-
xi, & nunc iterùm dico: Si quis euangeliza-
uerit præter id quod accepiſtis, aoathema
ſit. Nec ideò ſilebimos, ſi dicimur non eſſe
2. Cor. 4. quales debemus, nec qualis eſt Petrus. Quod
vtiquè ageodom eſſet, ſi cuiquam commen-
daremus ooſmeîpſos. Quia verò, ſicut ait
1. Cor. 4. Apoſtolus, non prædicamus ooſmetipſos,
ſed Dominom Ieſum, nos autem ſeruos ſer-
uorū eius p Ieſum, nobis ꝓ minimo eſt, vt à
vobis iudicemur, aut ab humano die: quo-
2. Cor. 10. niam qoi iudicat nos, Dominus eſt. Neque
enim, qui ſeipſum commendat, ille proba-
tus eſt, ſed quem Deus commendat. Et re-
pelleodo temerarium iudicium, dicit alibi:
Rom. 14. Tu quis es, qui iudicas alienū ſeruum? Suo
domino ſtat aut cadit: Potens eſt enim Deus
illum ſtatuere.

C A P. 34.

NEmpe & vos, licèt quāplurimùm tu-
meatis, quanuis de uobis vltra modū
alta ſentiatis, oon credimus tamen, quòd
dicere audeatis, vos eſſe quales debetis, aut
qualis Alexander, Ioannes Chryſoſtomus,
vel Flauianus fuit: Sicut nec Antiochenus
ſe talem, qualis extitit ipſe Petrus: nec Ale-
xandrinus parem ſe Marco vel Athanaſio
profiteri eſt auſus: quia ſinè retractione à
ſuis punirentur. Idcircò etſi ad hoc vos im-
pellit tumor, tamē retardat timor. Quæ cùm
ità ſint, nullius tamen vos detractio repri-
mit, quin diligenter lac & lanam ab ouibus
exigatis, nec veremini, nè dicatur nō eſſe vos
pares illis anteceſſoribꝰ veſtris magnis. Cur
hoc, niſi quia quicunque ſacerdotes, etſi di-
ſpares ſunt merito, pares tamē ſunt officio?
Nec poteſt denegari pro merito, quod debe-
tor officio. Alioquin non ſtaret ſacerdotiū,
ſi maius aut minus fieret, ſeu variaretur ſecū
dùm humanorum varietatem meritorū: eſ-
ſentque penè tot ſacerdotia, quot homines.

C A P. 35.

QVa de re fratres, vtinàm non ad iudi- Nota ſchiſmatice.
cium noſtrum dicamus, profectò ſu-
mus qualis Petrus, & non ſumus qualis Pe-
trus: quia & idem ſumus officio, & nō idem
merito. Et quotieſcunqoè lac & lanam, ſcili-
cet ſtipendium & honorificentiam, ab oui-
bus Dei exigimus, nulla meriti ibi fit com-
memoratio, ſed officio noſtro quæritor de-
bita recōpēſatio. Ac ſi meritū Petri non ha-
bentes, officiū aūt Petri exequentes, officio
noſtro debitos repoſcimus honores, Apo- Rom. 11.
ſtolo dicente: Quādiù miniſter ero, miniſte-
rium meū honorificabo. Et ꝑmonens ooes
Chriſti ad ſoluēdū ſingulis debita, ait: Red-
dite omnibus debita: Cui honorē, honorē. Rom. 13.
Non qa bonū ſit accipientibus, ſed qa malū
ſit non reddentibus. Sic ergò & beatiſſimus
ꝓdeceſſor noſter Gregorius dicit: Nemo nos
ꝓpter nos in loco Petri deſpiciat: quia ex ca-
thedra eius, cui authore Deo qualeſcunque
præſidemus, debita ſibi iura noſtrom offi-
cium reclamat. Frequenter enim ſolet eueni-
re qood dicimos, vt perſona in hoc mundo
potens deſpectum ſeruum habeat. Cumque
per eum ſuis vel extraneis aliqua mandat,
non deſpicitur perſooa miſſi ſerui, quia in
corde ſeruatur reuerentia mittentis domini.
Ergóne ſaltem qood Dominus cōceſſit Pha-
riſæis & ſcribis ſedentibus in cathedra Mo-
ſis, ſeruus denegabit qualibuſcunque conſer-
uis ſuis in cathedra Petri? Super cathedram,
inquit, Moſis ſederunt ſcribæ & Phariſæi. Matt. 23.
Omnia ergò quæcunque dixerint vobis, ſer-
uate & facite. Ità ꝙ malè viuimus, noſtrum
eſt: ꝙ verò bona dicimus, cathedræ: cuius oc-
caſione neceſsè habemus recta prædicare.
Vndè dicit ille exercitatiſſimus Paulus: Dū Philip. 1.
omnimodìs ſiue occaſione, ſiue inuidia Chri-
ſtus annuncietur: & in hoc gaudeo, ſed &
gaudebo. Eccè Apoſtolus ſic neceſſarios du-
cit huiuſmodi, vt gaudeat ſuper eis: & vos q
eſtis, qui negligētiam eorū ad iniuriā Apoſto
licę cathedrę retorquetis? Nos enim quid ſo
mus? Nec cōtra nos eſt murmur veſtrū, ſed Exod. 16.
cōtra Dñm, cuius ordinationi reſiſtēdo, dam-
nationē vobis acquiritis: cùm nr̄a poteſtas,
ſicut & oīs, à nullo alio niſi ab ipſo ſit. Sciē- Rom. 13.
dū eſt, quia falſa iuſtitia dedignationē, vera Gregor.
aūt cōpaſſionem habet. Qua vtique priua-
mini, inſultādo, non compatiēdo, alienæ ca-
lamitati.

Digitized by Google

lamitati. Et fortè approbare nequitis, quod obijcere vel calumniari præſumitis: immò conſtat vos comprobare non poſſe. Sed eſto. Iob. 16. Eccè in cœlo iudex noſter, & conſcius noſter in excelſis.

C A P. 36.

CAeterùm de homine ſentite ô homines quod vultis: vnum tamen cõſcientia reſpondet nobis, quia omnium eccleſiarum Dei ſalutem & exaltationem ſummoperè deſideramus: ſed vt quicunque quodlibet ex ſuperbia arripiat, & ſibi contra noſtram Apoſtolicã ſedem, atque leges eius vſurpet, hoc nos tolerare nõ poſſumus, quia quiſquis Romanæ Eccleſiæ authoritatem vel priuilegia euacuare, ſeu imminuere nititur, non hic vnius Eccleſiæ, ſed totius Chriſtianitatis ſubuerſionem & interitum machinatur. Cuius enim compaſſione vel ſuſtentatione vlteriùs reſpirabunt filiæ à quouis oppreſſæ, vnica illa ſuffocata matre? Cuius refugium appellabunt? Ad quam confugium habebunt? Ipſa enim Athanaſium, ipſa omnes catholicos ſuſcepit, fouit, defendit, & ſedibus proprijs pulſos reſtituit.

Oppugnans Eccleſ. Romanam, tot9 Chriſtianitatis ſubuerſione machinatur.

C A P. 37.

IDeò cupiẽdo oẽs in viſceribus Ieſu Chriſti, nobiſcum vos admonemus, nè falſum nomen ſcientiæ, iuſtitiæ vel gloriæ quærendo, vnus aduersùs alterum inflетur, nè cinis Eccleſ. 10. & terra periculosè ſuperbiat, nè abominabilis & miſer homo, bibens quaſi aquas iniquitatem, ſequendo exteriora, in vita ſua proijciat intima ſua. Simus vnum corpus & vnus ſpiritus, ſicut vocati ſumus in vna ſpe vocationis noſtræ: Ipſa corporis compoſitio & membrorum nos doceat, qualiter & quãti habenda ſit Eccleſiæ vnitas. Ipſa etenim corpus eſt Chriſti, vt Apoſtolus dicit: Vos eſtis corpus Chriſti, & membra de membro. Et ſicut in vno corpore multa membra habentur, omnia autem membra nõ eundem actũ habent: ità multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. Et ſi dicat auditus vel manus, non ſum oculus, nõ ſum de corpore: non ideò non eſt de corpore? Si totum corpus oculus; vbi auditus & reliqui ſenſus? Nunc autem diſpoſuit Deus ſicut voluit membra, ſingula officio ſuo apta. Membrum verò ſuo officio nõ contentum, ſed cupiens præripere alienum conturbat corporis ordinem totum: velut ſi viſus voces, auditus colores, guſtus odores, olfactus aſperas res, aut lenes, tactus tentaret diſcernere ſapores. Nonne fruſtra omnes paterentur? Sic ſingulorum ornamẽta ſeu indumenta, nón ſunt omnibus membris accommoda, nec congrua: ſed vnum quodq; requirit ſua, & abijcit aliena. Nẽpe refutat pes coronam, galeam & pileum, caputque ſandalia vel pedules ad ſuũ non applicat vſum. Sic manum dignitas & maxima vtilitas, quamuis componat inſigne Imperij coronam, non tamen hanc ſibi adaptat & imponit, ſed capiti contenta ſuis armillis, dextrocherio & annulis. Idem fit & in cæteris, & tam diſcors concordia eſt in eis, vt eorum quodlibet alij officium ſuum omninò deputare recuſet: & tamen de bono vnius pariter exultent, ſicut de malo communiter dolent: & officia ſua nõ ſibi tantùm, ſed magis mutuæ vtilitati exhibent. Vndè ſecutus idem Apoſtolus, ait, Si glorificatur vnũ mẽbrum, congaudent omnia membra. Et quãtæ inſipientiæ eſt, nolle nos imitari quod ſumus, & quod ad tranſitoriam vitam aliquãdiù retinendam accepimus non conſiderare, vt in perpetuum ſubſiſtamus?

Iob 15. Eccle. 10. Ephe. 4. 1. Cor. 12. Ibidem

C A P. 38.

QVia verò ante omnia peſtilens mater ſuperbia, eiuſque crudeliſſimæ filiæ, inuidia ſcilicet ac inanis gloria, paſsìm obſtinata rabie corpus Chriſti moliuntur euiſcerare & dilacerare, non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicèm prouocantes, inuicèm inuidentes, nè quod auertat D E V S, contingat nobis dictum Apoſtoli: Quòd ſi inuicèm mordetis, videte nè ab inuicèm conſumamini. Et illud Iacobi: Quòd ſi zelum amarum habetis, & contentiones ſunt in vobis; nolite gloriari, & mendaces eſſe aduersùs veritatem. Non eſt iſta ſapientia deſursùm deſcendẽs, ſed terrena, animalis diabolica. Quæ autem deſursùm eſt ſapientia, primò quidem pudica eſt: deindè pacifica, modeſta, ſuadibilis, amans bonum, ſinè ſimulatione. Has itaque duas & valdè ſibi contrarias ſapientias vigilanter diſcernite: & ſi Petrus ſingulariter figura ſummi capitis noſtri, vicariusque eius, ac ſui ſucceſſores iã in terris retinẽt ſpecialem dignitatem terrenæ cœleſtiſq; regni, nolite inuidere, vel detrahere Romanæ Eccleſiæ apici, quẽ per charitatẽ totum valetis adipiſci, & in nobis regnare & ipſi. Sin aliàs, audietis quod ſuprà: Iã ſaturati eſtis, iam diuites facti eſtis: ſinè nobis regnatis: atque vtinàm regnaretis, vt & nos vobiſcum regnaremus.

Superbia & inuidia quarum rerũ origo. Gal. 5. Ibidèm. Iacob. 3. 1. Cor. 4.

C A P. 39.

ECcè nos veſtram gloriam ducimus noſtram: cur vos annullare nitimini nobis diuinitùs & humanitùs cõceſſam? Nonne decus vel dedecus ſui capitis, manus ſeu pes ſuum non ducit? Nec dolet, ſed potiùs gaudet vno ſenſu, id eſt, ſolo tactu donatum corpus, ſuperpoſitum ſibi caput omnibus pollere ſenſibus, quia eos militare facit & inuigilare corporis ſubiecti vtilitatibus, & caput iudicans de omnibus à nullo ſenſu iudicatur, vtpotè ſolius ſui iudicio ſufficientiſſimum: vtque Apoſtolus dicit, Spiritualis iudicat omnia, ipſe autẽ à nemine iudicat. Hęc & ſuprà dicta de corporis noſtri harmonia, ſi nõ ſentitis ĩ uobis, ĩ corpore nõ eſtis, nec in corpore viuius. Et ſi ĩ corpore CHRISTI, q; eſt Eccleſia, non eſtis, nec

1. Cor. 2.

 de eo

Ioan. 15. de eo viuitis, iã videre vbi & quid ſitis. Abſciſſi eſtis, putreſcitis, & velut palmes præciſus de vite, foràs miſſi eſtis, & areſcitis, vt in ignem mittamini & ardeatis: quod diuina pietas longè faciat à vobis.

C A P. 40.

SEd quia iam nunc videmur digreſſi modum epiſtolæ, alio exordio congruum cẽ ſuimus reſpondere veſtræ calumniæ, quam confratribus & coepiſcopis noſtris Apulis, ſcriptam ad ſugillationem noſtri azymi & prædicationem veſtri fermenti, non dubitâſtis dirigere. Inter hæc dirigimus veſtris cauillationibus refragantia venerabilium patrum noſtrorum aliqua ſuper his ſcripta: deindè, vt Deus inſpirabit, noſtra reſcripta, quatenùs multipliciter veſtra retundãtur & retroſerantur iacula, & quem non vultis feriant. Nam ſi vos non erubeſcitis, nec timetis de loquacitate, nos non tantùm erubeſcere, quantùm timere debemus de taciturnitate: quia de noſtra multorum pẽdent animę, quæ falſis fratribus calumniãtibus, & nobis tacentibus, habent perire.

C A P. 41.

ISta autem vobis paterna pietate ac germana dilectione interim reſcribimus, in quibus ſatis declinâſſe nos credimus, nè in illud Salomonis incideremus: Noli reſpondere ſtulto iuxta ſtultitiã ſuam, nè efficiaris illi ſimilis. Verùm ſi non reſipueritis, experiemini quod idẽ mox ſecutus ait: Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, nè ſibi ſapiẽs eſſe videatur. Et illud Apoſtolicum: Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita. Subuerſus eſt enim qui eiuſmodi eſt, & delinquit proprio iudicio cõdemnatus. Et cauendo interdictum veteris legis typicum, deinceps non coquemus hœdum in lacte matris ſuæ: ſed impetiginem eius & ſcabiem fricabimus inſtanter mordaci aceto & multo ſale: quia cum dolore abſcindenda ſunt, quę leni manu palpari & ſanari non poſſunt, vt Dominus admonet, dicens: Si manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum, & proijce abs te. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum. Sed miſeratio Dei præcedens hæc noſtra dicta, parcet & nobis & vobis, vt deincèps non ſit neceſsè circa quæſtiones & pugnas verborum occupari, ſed ex diuinis paginis noſtram in hoc mũdo peregrinationẽm inuicèm conſolari, & pacificè adhortari, vt Pſalmiſta: Pax multa diligentibus legem tuam Domine, & non eſt illis ſcandalum. Quòd verò charitas & vnitas fratrum ipſa ſit lex Dei, oſtendit illud Euangelij: Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicèm. Quam nos ſynceriã hìc conſeruare, & in futuro ſinè fine ipſam, quæ Deus eſt, perſpicere, qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, dignetur concedere, Amen.

Prou. 26.
Ibidèm.
Tit. 3.
Exod. 23. 34.
Deut. 14.
Matt. 18.
Pſal. 118.
Ioan. 15.
1. Ioan. 4.
1. Tim. 2.

Item eiuſdem Leonis IX. Epiſtola ad Thomam Carthaginenſem Epiſcopum.

Leo epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Thomæ confratri chariſſimo & coepiſcopo ſalutem.

CVm ex venerabilium canonum authoritate recolimus CCV. epiſcopos Concilio interfuiſſe Carthaginenſi, & nunc à tua fraternitate audimus, quinque vix Epiſcopos ſupereſſe in tota Africa, vtiquè tertia huius corruptibilis mundi parte, compatimur tantæ veſtræ imminutioni totis viſceribus animi. Cùm autem ipſas Chriſtianitatis reliquias ediſcimus interna & mutua diſſenſione diſcindi & diſpergi, & aduersùs ſe inuicèm zelo & contentione principatûs inflari, nil aliud nobis primò dicendum occurrit, quàm illud ſancti Amos vatis: Parce Domine, parce, obſecro: quis ſuſcitabit Iacob, quia paruulus eſt? Sed quãuis in tali tantoq; defectu religionis plurimũ doleamus, multùm tamen gaudemus, quia ſanctæ Romanæ Eccleſię matris veſtrę ſententiam requiritis & expectatis ſuper q̃ſtionibus veſtris: & quaſi riuulis ab vno fonte erumpẽtibus, & in ſuo ſe ſenſu per diuerſa ſpargentibus, ad ipſius fontis primam ſcaturiginẽ reuerti debere optimum putatis, vt indè reſumatis directionis veſtigium, undè ſumpſiſtis totius Chriſtianæ religionis exordiũ. Noueris ergò proculdubiò, quia poſt Romanũ Pontificẽ primus Archiepiſcopus, & totius Africæ maximus metropolitanus eſt Carthaginenſis epiſcopus: nec quicunque ſit ille Gũmitanus epiſcopus, aliquam licentiam conſecrandi epiſcopos vel deponẽdi, ſeu prouinciale Concilium conuocandi habet ſinè conſenſu Carthaginenſis Archiepiſcopi, cuiuſlibet dignitatis aut poteſtatis ſit, exceptis his, quæ ad propriam parochiam pertinent: cętera autem, ſicut & alij Africani epiſcopi, conſilio Carthaginẽſis Archiepiſcopi aget. Vndè chariſſimi confratres noſtri & coepiſcopi Petrus & Ioãnes rectè ſentiunt de Carthaginenſis eccleſiæ dignitate, nec conſentiunt errori Gummitanæ Eccleſiæ. Hoc autem nolo vos lateat, non debere præter ſententiam Romani Pontificis, vniuerſale Concilium celebrari, aut epiſcopos damnari vel deponi, quia etſi licet uobis aliquos examinare, diffinitiuam tamen ſententiam, abſque conſultu Romani Pontificis, vt dictum eſt, non licet dare: quod in ſanctis canonibus ſtatutum, ſi q̃ritis, poteſtis inuenire. Quamuis enim omnibus generaliter Apoſtolis dictum ſit à Domino: Quęcunque ligaueritis in terra, ligata erunt & in cœlo: & quæcunque ſolueritis in terra, ſoluta erunt & in cœlo: tamen nõ ſinè cauſa ſpecialiter & nominatim dictum eſt beato Petro Apoſtolorum Principi: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & tibi dabo claues

Epiſcopi pauciſſimi in Africa.
Amos 7.
Mat. 18.
Matt. 16.

Luc. 22. nes regni cœlorum. Et in alio loco: Confirma fratres tuos. Scilicet quia omnium eccleſiarum maiores & difficiliores cauſæ, per ſanctam & principalem beati Petri ſedem, à ſucceſſoribus eius ſunt diffiniendæ. Iam quia ad interrogata etiam confratrum noſtrorum Petri & Ioannis epiſcoporum decreuimus reſpondere, optamus vt ſanctam tuam fraternitatem, iugiter inuigilantem vtilitatibus ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ, atque deuotè pro nobis orantem, ſancta & indiuidua Trinitas, ſemper conſeruet chariſſime frater.

Item Epiſtola eiuſdem Leonis IX. ad duos Africæ Epiſcopos.

Leo Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectiſſimis in Chriſto fratribus Petro & Ioanni epiſcopis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Decus eccleſiarum Africanarum ità conculcatum à gentibus nimiū dolemus, vt modò vix quinque inueniantur epiſcopi, vbi olim c c v. ſolebant per Concilia plenaria cōputari: & ibi paucūlas oues, quotidianæ occiſioni deputatas, remanſiſſe, vbi quondàm innumerabilis grex Domini ſub numeroſis arietibus exultabat alta pace. Sed hæc peccatis noſtris imputantes, iuſtitiam creatoris collaudantes timeamus, & miſericordiam eius inſtanter poſtulemus, vt ſeruos ſuos tandèm reſpicere dignetur. Quod autem ſcripſiſtis nobis, pro ſanctæ Romanę Eccleſiæ ſtatu noſtraque incolumitate vos Dominum gratias agendo exorâſſe, noueritis nos veſtræ fraternitati gratias, agere & pro conſolatione veſtra ſemper orate. Et re vera fratres hoc acceptabile eſt Domino noſtro Ieſu Chriſto, vt caput omnibus membris proſpiciat & inuigilet, membra verò ſui capitis ſalutem ſine intermiſſione quærant & optent. Benè equidem fecìſtis, quòd iuſſi à nobis, Concilium de rebus Eccleſiaſticis habuiſtis: quod etiàm omni anno vel ſemèl agere debetis. Inſupèr rectè contra Gummitanum Epiſcopum, dignitatem Carthaginenſis Eccleſiæ defendiſtis: quia ſinè dubio poſt Romanum Pontificem primus Archiepiſcopus, & totius Africæ maximus metropolitanus eſt Carthaginēſis Epiſcopus, nec pro aliquo Epiſcopo in tota Africa poteſt perdere priuilegium ſemèl ſuſceptum à ſancta Romana & Apoſtolica ſede: ſed obtinebit illud vſque in finem ſeculi, & donèc in ea inuocabitur nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſiue deſerta iaceat Carthago, ſiue reſurgat glorioſa aliquandò. Hoc ex Concilio beati martyris Cypriani, hoc ex Synodis Aurelij, hoc ex omnibus Africanis Concilijs, hoc (quod maius eſt) ex venerabilium prædeceſſorum noſtrorum Romanorum præſulum decretis apertè monſtratur: nec quicūque ille ſit Gummitanus Epſ, aliquam licentiā conſecrandi epiſcopos vel deponendi, ſeu prouinciale Conciliū conuocandi habet ſinè conſenſu Carthaginenſis Archiepiſcopi, cuiuſlibet dignitatis aut poteſtatis ſit: tantummodò procurabit ille Gummitanus Epiſcopus, quæ ad propriam parochiam pertinent. Cætera autem, ſicut & alij Epiſcopi Africani, conſilio Carthaginenſis Archiepiſcopi aget, qui ſolus in Africa pallium ab Apoſtolica ſede habere ſolet. Vndè & epiſcopos conſecrandi principale & antiquum ius retinet, ſicut ex verbis Aurelij in Concilio Carthaginenſi, capitulo 39. poteſt intelligi, cùm dicit: In Eccleſia, ad quam dignata eſt veſtra ſanctitas conuenire, crebrò ac penè per diem Dominicam epiſcopos ordinandos habemus, & cætera. Sed hoc vos non lateat, nō debere præter * ſcientiam Romani Pontificis vniuerſale Concilium celebrari, aut epiſcopos damnari, vel deponi: quia etſi licet vobis aliquos epiſcopos examinare, diffinitiuam tamen ſententiam abſque conſultu Romani Pontificis, vt dictum eſt, non licere dare: quod in ſanctis canonibus ſtatutum, ſi quæritis, poteſtis inuenire. Scilicet quia omnium eccleſiarū maiores & difficiliores cauſæ, per ſanctam & principalem beati Petri ſedem, à ſucceſſoribus eius diffiniendæ ſunt, vbi ei diuinitùs dicitur: Confirma fratres tuos. &, Tibi dabo claues regni cęlorū: & cætera. Nūc quia de Archiepiſcopis & metropolitanis ſententiam noſtram requiritis, venerabilium anteceſſorū noſtrorum dicta apertè demonſtrant, id eſt, Clemētis, Anacleti, Aniceti, & aliorum, vbi ità legitur: Sacerdotum ordo bipartitus eſt, nec amplius quàm duo ordines, id eſt epiſcoporum, & preſbyterorum, nobis collati ſunt, nec Apoſtoli docuerunt. Epiſcoporum autē ordo vnus eſt, quāuis alij præferantur alijs, ſiue pro eo, quòd primas ciuitates, & magis nominatas ſecundùm potentiam, aut leges ſeculi teneant, ſiue quòd à ſanctis patribus, pro aliqua reuerentia ſanctitatis, aliquod priuilegium dignitatis poſſideat. Nam ſicut omnis mundana poteſtas his gradibus dignitatum à ſe inuicèm diſtat, id eſt, vt primùs ſit Auguſtus vel Imperator, deindè Cæſares, deindè reges, duces & comites atq; tribuni: Ità & Eccleſiaſtica dignitas ordinata à ſanctis patribus inuenit, dicente beato Clemente: In his ciuitatibus, in qbus olim apud ethnicos primi flamines eorum, atq; primi legis doctores erāt, primates vel Patriarchæ poſiti ſunt, qui reliquorū iudicia & maiora negocia tunc diffinirent: qui etiàm non vni prouinciæ, ſed pluribus præeſſent. Deindè vbi archiflamines erant paganorū, Archiepiſcopi inſtituti ſunt Chriſtianorū, qui ſingulis prouincijs pręeſſent. Vbi verò metropolis erat, q interpretat mater ciuitas, metropolitani erant: quippe qui de tribus aut quatuor ciuita-

Carthagi. nenſis eps ſolus in Africa pallium habet.

Carthagi. nen 1. Concil.

*ſententiā

Luc. 22. Matt. 16.

Sacerdotū ordo bipartitus.

Clemens in Epiſtola 1 ad Iacobum.

Vide diſt. 80. In illis ciuitatibus.

ciuitatibus intra aliquam prouinciam maiori & matri aliarum ciuitatum præſidebant. Iſti aliquandò metropolitani tantùm nominantur, aliquandò verò Archiepiſcopi, ſi in ipſa prouincia maiores non fuerint aliqui. Vbi autem minores ciuitates habuerint ſolùmodò flamines vel comites, epiſcopi ſunt inſtituti. Porrò tribuni plebis, non abſurdè intelliguntur presbyteri, ſiue reliqui inferioris ordinis clerici. His omnibus diuino & humano priuilegio prælatus eſt pôtifex Romanus. Sed de Africæ primatibus aliter intelligendum eſt, quia in ſingulis eius prouincijs antiquitùs primates inſtituebantur, non ſecundùm potentiam alicuius ciuitatis, ſed ſecundùm tempus ſuæ ordinationis: quibus tamen omnibus præerat vnus, ſcilicet Carthaginenſis Archiepiſcopus, qui etiam non incongruè dici poteſt metropolitanus, propter Carthaginem metropolim totius Africæ, quorum ſuprà meminimus. Ità legitur

Carthag. 1. Conc.

in Concilio Carthaginenſi, capitulo 26. Primæ ſedis epiſcopus non appelletur princeps ſacerdotum, aut ſummus ſacerdos, aut aliquid huiuſmodi, ſed tantùm primæ ſedis epiſcopus. Sanctam veſtram fraternitatem iugiter inuigilanté vtilitatibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, atque deuotè pro nobis orantem, ſancta & indiuidua Trinitas ſemper conſeruet chariſſimi fratres.

ITEM ALIA EIVSDEM LEOnis Epiſtola ad Petrum epiſcopum Antiochenum

Leo Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilecto fratri & coepiſcopo Petro.

CONgratulamur vehementer in Domino tuæ ſanctiſſimæ fraternitati, atque multimodas gratias, vt dignũ eſt, referimus ei, qui eſt vera pax & charitatis ſuorum, quòd tandem per te, chariſſime frater, videtur refloruiſſe ſanctæ Antiochenæ eccleſiæ ſtudiũ, & ſentire quod eſt ſentiendum. In hoc enim

Ioan. 13. Act. 11. 1. Cor. 1.

cognoſcent omnes, quia Chriſti ſumus diſcipuli, (qui primùm in ipſa magna Antiochia nominati fuerũt Chriſtiani) ſi dilectionem habuerimus ad inuicem, & idipſum dixerimus omnes, & non fuerint in nobis ſchiſmata: ſi fuerimus perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſcientia. Neque enim Deus, qui

Pſal. 67.

vnus eſt, in ſciſſuris mentiũ, ſed in ſola vnitate, & puro corde habitat, & habitare fecit

Eze. 2. 3. 12. 17. &c.

vnanimes in domo. Alioquin domus exaſperans erit, nec iam digna vocari Eccleſia Dei, ſed ſynagoga maligni. Porrò ſicut calamitoſum eſt, ſi vnitas deeſt bonis: ità pernicioſum, ſi abſit malis. Quod ipſo ex ſpecula ſanctæ illius Eccleſiæ, cui videris deſignatus diuinitùs ſpeculator, prudenti oculo conſiderans, promotionem tuam ad epiſcopale faſtigium, electione cleri & populi, ſicut aſſeris, factam, atque fidem tuam ſecundùm antiquæ conſuetudinis religioſum & valdè neceſſarium ſtudium, Apoſtolicæ & primæ ſedi, cui Deo authore quamuis indigni præſidemus, annunciare & exponere curaſti. In quo facto nouerit tua dilectio nos plurimũ recreatos & gauiſos in Domino: quia quod maximè oportebat, tibi & eccleſiæ, cui temporaliter præſides, non diſtuliſti efficere. Siquidem ab Apoſtolica tua ſede noſtram Apoſtolicam ſedem conſulendo, perpendimus tuam dilectionem nolle deuiare à Dominico, & omnium ſanctorum patrum concordi decreto, quo inuiolabiliter cunctis in toto orbe terrarũ eccleſijs, ſancta Romana & Apoſtolica ſedes caput præponitur, ad quam maiores & difficiliores cauſæ omnium eccleſiarum definiendæ referantur.

Romana ſedes, caput oium eccleſiarum.

Sic omnia veneranda Concilia, ſic leges humanæ promulgant, ſic ipſe ſanctus ſanctorum, & Dominus dominantium confirmat, quatenùs ibi principalis dignitatis, & totius eccleſiaſticæ diſciplinæ venerabilis apex præfulgeat & præcellat, vbi ipſe vertex atque cardo apoſtolorum Petrus carnis ſuæ beatam reſurrectionem in nouiſſimo die expectat. Nimirùm ſolus eſt ille, pro quo, nè deficeret eius fides, Dominus & ſaluator aſſerit ſe rogâſſe, dicens: Simon Simon, eccè ſatanas

Luc. 22.

expetiuit, vos, vt cribraret ſicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: Et tu aliquandò conuerſus, confirma fratres tuos. Quæ venerabilis & efficax

Fides Romanæ ſedis non deficiet.

oratio obtinuit, quòd hactenùs fides Petri non defecit, nec defectura creditur in throno illius vſque in ſeculum ſeculi: ſed confirmabit corda fratrum varijs concutienda fidei periclitationibus, ſicut vſque nunc confirmare non ceſſauit. Pro cuius excellentia tertiam à Romana Eccleſia dignitatem retinet Antiochena, quam te defendere ſummoperè monemus, non tuæ gloriæ cauſa, ſed pro ſedis, cui ad tempus præſides, antiqua honorificentia. Nec reuoceris ab hac intentione cuiuſlibet pompa vel arrogantia, quin cõſtanter defendas honorem, quem Antiochenæ eccleſiæ reliquerunt omnia ſanctorũ patrum Concilia. Ad quod vnquè ſi oportuerit, maxima mater, Romana ſcilicet atque prima ſedes, tam dilectæ ſibi filiæ, immò conſociæ, nuſquàm & nunquàm deerit. Quod totum ideò dicimus, quia quoſdam conari minuere antiquam dignitatem Antiochenæ eccleſiæ audiuimus. Porrò quòd à nobis cauſas diuiſionis vniuerſalis eccleſiæ compatiendo requiris, fatemur tuæ religioſæ ſolicitudini, nos adhuc à Domino miſerante firmiſſimè retinere vinculum ſanctæ vnitatis: nec videmus nos alicubì incurriſſe damnũ ſchiſmatis, quos integritas concordiæ, & plenitudo Eccleſiaſticæ diſciplinæ indeſinenter regi. Vnicuique noſtrûm debetur honor, & ſua iura conſeruantur. Terminos, quos patres noſtri fixerunt, nulli arroganter tranſgredi conceditur. Magìs veſtra

Heb. 12.

fraternitas circunſpiciat, nè qua radix amaritudinis

Digitized by Google

ſimdinis atque diſſenſionis, quod abſit, in veſtris partibus ſuccreſcat, per quam inquinentur multi, & quam neceſsè ſit diſtricta falce ſanctorum canonum à Catholicæ Eccleſiæ agro extirpari. Mea verò humilitas in culmine Apoſtolici throni ideò exaltata, vt approbanda approbet, improbanda quoquè improbet, tuæ ſanctiſſimæ fraternitatis epiſcopalem promotionẽ libens approbat, collaudat & confirmat, & communem Dominum inſtanter exorat, vt quod humano ore iam diceris, ante eius oculos exiſtas. Noueris tamen, nos ipſam tuam promotionem taliter approbare, ſi non hanc neophytus, aut curialis, ſeu digamus, vel precio, aut alio quolibet modo ſacris canonibus contrario, quod abſit, obtinuiſti. Sanè fidem tuam, quam proprio ſcripto ſummæ & Apoſtolicę ſedi expoſuiſti, ſanam & catholicam atque orthodoxam per omnia proteſtamur, & ſicut verè vnicã & ſalutarem amplectimur, & tuæ dilectioni vehementer congratulantes in Domino, eandem noſtram eſſe, deuoto corde & prompto ore profitemur. Firmiter enim credo ſanctam Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, vnum Deum omnipotentem eſſe, totamq; in Trinitate pietatẽ coeſſentialem & conſubſtantialem, coęternam & coomnipotentem, vniuſque voluntatis, poteſtatis & maieſtatis: creatorem omnium creaturarum: ad quẽ omnia, per quem omnia, in quo omnia, quæ ſunt in cœlo & in terra, viſibilia & inuiſibilia. Credo etiàm ſingulas quaſque in ſancta Trinitate perſonas, vnum Deum verum, plenum & perfectum. Credo quoquè ipſum Dei patris filium, verbum, Dei æternaliter natum ante omnia tempora de patre, cõſubſtantialem, coomnipotentem, & coæqualem patri per omnia in diuinitate, temporaliter natũ de Spirituſancto ex Maria ſemper Virgine, cum anima rationali: duas habentem natiuitates, vnam ex patre ęternam, alteram ex matre tẽporalem: duas voluntates & operationes habentem: Deum verum, & hominem verum: proprium in vtranque natura atque perfectum: non commixtionem atque diuiſionem paſſum, non adoptiuum neque phantaſticum: vnicum & vnum Deum, filiũ Dei in duabus naturis, ſed in vnius perſonæ ſingularitate: impaſſibilem & immortalem diuinitate, ſed in humanitate pro nobis & ꝓ noſtra ſalute paſſum vera carnis paſſione, & ſepultũ, ac reſurrexiſſe à mortuis die tertia vera carnis reſurrectione: propter quam confirmandam, cum diſcipulis nulla indigentia cibi, ſed ſola voluntate & poteſtate comediſſe, die quadrageſimo poſt reſurrectionem cum carne, qua ſurrexit, & anima aſcendiſſe in cœlum, & ſedere in dextera patris: indè decimo die demiſiſſe ſpiritum ſanctum, & indè ſicut aſcendit venturum iudicare viuos & mortuos, & redditurum vnicuique ſecundùm opera ſua. Credo etiàm ſpiritum ſanctum plenum & perfectum verumq; Deum, à Patre & Filio procedentem, coæqualem & coeſſentialem & coomnipotentem, & coæternum per omnia patri & filio, per prophetas locutum. Hanc ſanctam & indiuiduam Trinitatem, non tres deos, ſed in tribus perſonis, & in vna natura ſiue eſſentia, vnum Deum omnipotentem æternum, inuiſibilem & incommutabilem ità credo & confiteor, vt patrem ingenitum, filium vnigenitum, ſpiritum ſanctum, nec genitum, nec ingenitum, ſed à patre & filio ꝓcedentem, veraciter prædicem. Credo ſanctam catholicam & Apoſtolicam, vnam eſſe veram Eccleſiam, in qua vnus datur baptiſmus, & vera omnium remiſſio peccatorum. Credo etiàm veram reſurrectionem eiuſdẽ carnis, quam nunc geſto, & vitam æternam. Credo etiàm noui & veteris teſtamenti, legis & prophetarum & Apoſtolorum vnum eſſe authorẽ Deum & Dominum omnipotentem: Deum prædeſtinâſſe ſolummodò bona, preſciuiſſe autem bona malaq; gratiam Dei præuenire & ſubſequi hominem credo & profiteor, ità tamen, vt liberum arbitrium rationali creaturæ non denegem. Animam non eſſe partem Dei, ſed ex nihilo creatam, & abſque baptiſmate, originali peccato obnoxiam credo & prędico. Porrò anathematizo omnem hæreſim extollentem ſe aduersùs ſanctam Eccleſiam Catholicam, pariterq; eum, quicunque aliquas ſcripturas, præter eas, quas Catholica Eccleſiæ recipit, in authoritate habendas eſſe crediderit, vel veneratus fuerit. Quatuor concilia omnimodè recipio, & velut quatuor Euangelia veneror: quia per quatuor partes mundi, vniuerſalis Eccleſia in his, tanquàm in quadro lapide, fundata conſiſtit. Primum, Nicęnum 318. patrum, ſub beato Syluestro Papa Romano, & Cõſtantino Auguſto Magno: Cui præfuerunt Victor & Vincẽtius Romani presbyteri. Secundum, Conſtantinopolitanum primum 150. patrum, ſub Damaſco Papa & Theodoſio maiore. Tertium, Epheſinum primum 200. patrum, ſub Cœleſtino Papa & iuniore Theodoſio. Quartum, Chalcedonenſe 630. patrum, ſub beato Leone Papa, & Martiano Auguſto. Pari modo recipio & veneror reliqua tria concilia, id eſt, ſecundum Conſtantinopolitanum, ſub Vigilio Papa & Iuſtiniano Auguſto. Deindè tertium Conſtantinopolitanum contra Monotheliſtas, ſub Agathone Papa & Conſtantino nepote Heraclij. Vltimum, ſecundum Nicęnum ſub Adriano Papa & Conſtantino Irenæ filio, pro venerendis Domini Ieſu Chriſti & ſanctorum imaginibus. Quicquid ſupradicta 7. ſancta & vniuerſalia concilia ſenſerunt & collaudauerunt, ſentio & collaudo: & quoſcunque anathematizauerunt, anathematizo. Hanc fidem ſancta Romana & Apoſto-

Fidei Romanæ Eccleſiæ explicatio.

Luc. 24. Ioan. 20.

Mar. 16.

Act. 2. Act. 1. Matt. 16.

Prædeſtinatio. Gratia. Liberum arbitriũ. Anima.

Ità D. Gregor. epiſt. 24. li. 1. & 49. li. 2.

Digitized by Google

& Apoſtolicã ſedes corde credit ad iuſtitiã;
Rom. 10. & ore confitetur ad ſalutem. Secundùm hãc
viuere, Dño donante, ſtudet & pro eius de-
fenſione, ſi oportuerat, mori parata eſt. Quã
& te frater chariſſime perfectam cogno-
ſcimus, & ſecundùm eam te viuere nobiſcũ
admonemus, profectò ſcientes, quia fides ſi-
Iaco. 2. nè operibus mortua eſt. Salutamus cum om-
ni fraternitate ſeu collegio ſanctæ Romanæ,
& Apoſtolicæ ſedis tuam fraternitatem ſan-
ctam, cunctumque collegium in Domino ti-
bi ſubiectum: & vt pro noſtra gemina ſalute
omnipotentem Dominum iugiter exores,
precamur plurimùm reuerende & deſidera-
bilis frater.

Item Epiſtola eiuſdem ad Michaelem Con-
ſtantinopolitanum epiſcopum.

*Leo Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilecto con-
fratri Michaeli Conſtantinopolitano
archiepiſcopo.*

SCripta tuæ honorandæ fraternitatis tan-
dèm ad nos peruenerunt, in quibus ad
maximè neceſſarium, omnibusque Chriſti
fidelibus, amplectendum bonum concordiæ
& vnitatis exhortari ſtudes: quatenùs poſt ni-
mium longas & perniciosas diſcordias, filia
ex propriæ matris reconciliatione exultet.
Ad quod vtique te prouocantem & præmo-
nentem tanto promptiùs auſcultare cupi-
mus, quanto vigilantiùs animaduertimus
Charitas virtus ꝓpria ſanctorum. hanc ſolam eſſe propriam & ſpecialem vir-
tutem piorum atque ſanctorum. cum cæte-
ræ virtutes bonis & malis eſſe poſſint com-
munes, Domino ſic præmonſtrante: In hoc
Ioan. 13. cognoſcent omnes, quia mei eſtis diſcipuli,
Hebr. 12. ſi dilectionem habueritis adinuicèm. Et
Deiloquo Paulo proteſtante: Pacem ſequi-
mini cum omnibus & ſanctimoniam, ſinè
qua nemo videbit Deum. Vndè plurimùm
tuæ fraternitati congratulamur in Domino,
quoniam ſummum deſiderium noſtrum tua
induſtria anticipaſti: quòd vtique ſi aliquo
frigore charitatis pigritareris exequi, noſtra
debueras ſolertia præueniri. Nos enim iuxta
Rom. 12. præfatum Apoſtolum, ſi fieri poteſt, cum om-
nibus hominibus pacem habere peroptam*.
Quanto magis ergò tecum, quem videmus
Eccleſiæ Dei valde vtilem & neceſſariũ poſ-
ſe fore miniſtrum, ſi non tranſgredi labora-
ueris terminos, quos patres noſtri poſuerũt.
Et quia Chriſtianæ perfectionis eſt, pacificũ
eſſe etiam cum inimicis pacis, ſpe correctio-
nis, non conſenſu malignitatis, tanto ſollici-
tiùs debemus omnes occaſiones ſcandalo-
rum de medio tollere, quantu tenaciùs opta-
mus pacis amicos retinere. Plurima autem
ex tua fraternitate intolerabilia rumor iam
diù pertulit ad aures noſtras, quæ nos par-
tìm incredibilia videbãtur, partim quia nul-
la facultas inquirendi talia cõcedebatur, in-
diſcuſſa hucuſque reliquimus. Deniquè dice-
ris neophytus, & non gradatim proſiluiſſe
ad epiſcopale faſtigium, quod nullatenùs eſ-
1. Tim. 3. ſe faciendum, & Apoſtolus edocet, & vene-
rabiles canones interdicunt. Hinc noua am-
bitione Alexandrinum & Antiochenum pa-
triarchas, antiquis ſuæ dignitatis priuilegijs
priuare contendens, contra omne fas & ius
tuo dominio ſubiugare conaris. Quod quã-
to tuo periculo tentes, omnibus ſanæ men-
tis patet: quandoquidem vana gloria & pom-
pa ſeculari elatus: conſilium diuinitatis anti-
quum ſuper ſtabilimento columnarum ſuæ
Eccleſiæ * contendis, quaſi ex fallacibus di-
uitijs præiudicium facturus illi, qui cùm ve-
rè & ſingulariter diues eſſet, pauper pro no-
bis factus, delegit ſuæ temporali natiuitati
oppidulum, & ſpeluncæ diuerſorium, non
quodlibet regium palatium: Cuius exempla
quiſquis horret, ad ſortem illius pertinet, qui
tunc per ſe, nunc autem per ſuos ſatellites
Eſa. 14. dicere audet. Aſcendam ſuper altitudinem
nubium, ſimilis ero altiſſimo. Sed non cogi-
Eſa. 55. tationes meæ, cogitationes veſtræ: neque viæ
meæ, viæ veſtræ, dicit Dominus: qui diſper-
Iob 40. git ſuperbos in furore ſuo, & reſpiciens om-
nem arrogantem humiliat, & exurgit vt nõ
præualeat homo, in cuius conſpectu non eſt
Pſal. 9. Deus. Nè enim ſuperbia propter altitudinẽ
ſuam ſe coniunctam putaret DEO, dicit
Pſal. 137. Pſalmiſta: Alta à longè cognoſcit excelſus
Dominus. Vndè per ſemetipſum teſtatur:
Luc. 16. Quod altum eſt hominibus, abominabile eſt
apud Deum. Qualis verò & quàm deteſta-
bilis atque lamẽtabilis eſt illa ſacrilega vſur-
patio, qua te vniuerſalem patriarcham iactas
vbique & ſcripto & verbo, cùm omnis Dei
amicus huiuſmodi hactenùs horruerit hono-
rari vocabulo? Et quis poſt Chriſtum con-
uenientiùs poſſet inſigniri hoc vocabulo, quã
Matt. 16. cui dicitur diuina voce: Tu es Petrus, & ſu-
per hanc petram ædificabo Eccleſiam meã,
& cætera. Veruntamen quia ille non inue-
nitur vniuerſalis Apoſtolus dictus, quamuis
princeps apoſtolorum ſit conſtitutus, nullus
ſucceſſorum eius tam prodigioſo prænomi-
ne conſenſit appellari penitùs, licet magno
Leoni prædeceſſori noſtro & ſucceſſoribus
ipſius, hoc ſancta decreuerit Chalcedonen-
ſis ſynodus. Nempe animaduertebant nõ eſ-
ſe amicum ſponſi, qui pro ſpõſo vellet ama-
ri; quin potiùs paranymphũ & lenonẽ An-
tichriſti, qui aduerſatur & extollitur ſuper
omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur.
2. Theſ. 2. Eccè ille Ioannes veſter, cuius veſanæ adin-
uentionis adhuc hæredes permanetis, qui
Pſal. 48. ſecundùm Pſalmiſtã per vos adhuc vocat no-
mina ſua in terris ſuis, cùm interijt, nõ ſum-
pſit omnia, neque deſcendit cum eo gloria
eius ad infernum: quia cùm in honore eſſet,
nõ intellexit. Ipſe a beatiſſimis pontificibus
Pelagio & Gregorio, ſucceſſoribusq; eorũ ꝓ
hac inſolentia anatematizatus, in ſua per-
tinacia

* Hic deeſt, mutare, aut aliquid eiuſmodi.
2. Cor. 8.
Luc. 2.

Digitized by Google

tinacia irreuocabilis periit, iamq; per qua-
draginta & quadringentos annos ſuæ con-
tumaciæ ſequaces præcipitare nō ceſſauit.
Quibus quid profuit ſuperbia, & diuitiarū
Sap. 5. iactantia quid contulit? Tranſiêrunt omnia
Matt. 16. velut vmbra. Quid deniquè prodeſt homi-
ni, ſi totum mundum lucretur, animæ verò
ſuæ detrimentum patiatur? Et quomodò
animas pro fratribus habetis ponere, qui
inane nomen & vniuerſalē Eccleſiam ſcan-
dalizans dedignamini deponere? Reſipiſce
ergò (rogamus) ab hac inſania, nè illius
conſors tu quoquè, quod abſit, fias de quo
Iob 41. dicitur: Omne ſublime videt, & ipſe eſt rex
ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ. Illud autem
quis non ſtupeat, quòd poſt ſanctos & or-
thodoxos patres, per mille & viginti à paſ-
ſione Saluatoris annos, nouus calumniator
Eccleſiæ Latinorum emerſiſti, anathemati-
zans omnes, & publicam perſecutionem ex-
citās, quicunque participarentur ſacramen-
torum ex azymis? Quam præſumptionem
tuam & fama nobis obtulit, & literatum ſub
nomine tuo ad Apulos, datarum textus ma-
nifeſtauit, quæ violenter adſtruere conantur
fermentatum panem fuiſſe, quo Dominus
Apoſtolis ſuis corporis ſui myſteriū in cœ-
Matt. 5. na commendauit. Quod omninò falſum eſ-
ſe ex vtroque teſtamento facillimè depræ-
henditur: quia qui non venerat ſoluere le-
gem, ſed adimplere, iuxta ipſius legis præ-
ceptum, ex azymis & vino vetus paſcha ad-
impleuit, & protinus ex azymis & vino
Luc. 22. nouum, ſicut apertè Lucas narrat, diſcipulis
tradidit. Neque enim totis octo diebus il-
Exod. 12. lis fermentatum apparebat in omnibus fini-
bus Iſrael, & apud quemcunque inuenieba-
tur, peribat anima eius de populo ſuo. Quod
ſi in cœna Domini Ieſu apparuiſſet, aut ipſe
ſeu diſcipuli eius quoquo modo guſtâſſent,
iuſtè ſicut præuaricatores legis periiſſent, nec
ipſe Dominus diceret ſuis inſidiatoribus:
Ioan. 8. Quis ex vobis arguet me de peccato? Nec eſ-
ſet opùs falſo teſtes ad perdendū eum quę-
1. Pet. 2. rere, cùm hoc ſolo perderetur iuſtè. Sed qui
peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus
in ore eius, quod paſſurus diſcipulis mãda-
1. Cor. 13. uit, euidenter per Apoſtolum, in quo loque-
batur, commemorans inquit: Epulemur, nō
1. Cor. 5. in fermento veteri, neque in fermento ma-
litiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis &
veritatis. Deniquè modicum fermentum to-
tam maſſam corrumpit. Vbicunquè autem
corruptio, ibi proculdubiò naturæ deterio-
ratio, & alicuius vitij ſuſceptio. Porrò no-
ſtrum Paſcha ideò nouū dicitur, quia illud
vetus pręceptum eſt Iſraelitis in memoriam
ſuæ egreſſionis ex Aegypto: iſtud verò Chri-
ſtianis in memoriam Dominicæ paſſionis,
qua ad patrem tranſiuit ex hoc mundo. Sed
quia tam de his, quàm de aliis, quibus nos
calumniaris, latiùs à noſtris nuncijs per alia
ſcripta noſtra, quæ deferunt, inſtrueris, hic
breuiter attigiſſe ſit ſatis. Diſcat autem fra-
ternitas tua ſaltem admonita, cautè & hu-
militer loqui, nè aliquandò Dominus dicat
& tibi: Ex abundantia cordis os loquitur. Matt. 12.
Scripſiſti ſiquidem nobis, quoniam ſi vna Luc. 6.
Eccleſia Romana per nos haberet nomen mū,
omnes eccleſiæ in toto orbe terrarum habe-
rent per te nomen noſtrum. Quid hoc mō-
ſtri eſt, frater chariſſime? Romana eccleſia,
caput & mater eccleſiarum, membra & filias
non habet? Et quomodò poteſt dici caput
aut mater? Credimus enim, propter quod & 2. Cor. 4.
loquimur atque conſtanter profitemur: Ro-
mana Eccleſia adeò non eſt ſola, vel ſicut tu
putas vna, vt in toto orbe terrarum quęcun-
que natio diſſentit ſuperbè ab ea, non ſit iam
dicenda vel habenda eccleſia aliqua, ſed om-
ninò nulla: quin potiùs conciliabulū hære-
ticorum, aut conuenticulum ſchiſmaticorū,
& ſynagoga Satanę. Videris dicere illud ſan- 3. Reg. 19.
cti Eliæ, tunc præſumentis de ſe: Relictus Rom. 11.
ſum ego ſolus. Sed audi quid ille audiuit à
Domino: Reliqui mihi ſeptem millia viro-
rum. Quieſce, quieſce iam venerabilis frater
ab his ſuperſtitionibus, nè illud Salomonis
in te dicatur: Sunt qui ſe diuites affectant, Prou. 13.
nihil habentes. Similimū nempe hoc eſt dia-
bolicæ arrogantiæ, qui regna mundi à con-
ditore omnium facta, putans ſua eſſe, dixit
illi: Hæc omnia tibi dabo. Igitur hinc iam ad Matt. 4.
cor redeatur, & tam perniciosa ſcandala de
medio tollantur, & tunc ſecundùm Pſalmi-
ſtam loquetur Dominus pacem in plebem Pſal. 84.
ſuam, & ſuper ſanctos ſuos, & in eos qui cō-
uertuntur ad cor. Nam nos cum pertinaci-
bus & in errore ſuo permanentibus pacem
aliquam habere non poſſumus, nè operibus
malignis communicemus: quia nec Domi-
num Chriſtū alicubi talia feciſſe inuenimus:
cùm etiam in natiuitate ipſius angeli pacem
annunciauerunt ſolummodò bonæ volun-
tatis hominibus. Qui etiàm oculum ſcanda- Luc. 2.
lizantem eruendum, manū vel pedem ſcan- Matt. 18.
dalizantes abſcindendos inſinuat. Ceſſent
ergò hęreſes & ſchiſmata, & diligentibus le-
gem Dei iam non erit ſcandalum, ſed pax
multa. Quicunque gloriatur Chriſtiano no- Pſal. 118.
mine, ceſſet Romanā, ſanctam & Apoſtoli-
cam Eccleſiam maledicere & laceſſere: quia
fruſtrà patremfamiliâs honorat, quiſquis
eius vxorem exhonorat. Et fruſtrà matris-
familiâs caput & faciem magnificat, qui mi-
nimos filiorum eius impugnans, tanquàm
digitos pedum illius conculcat. Vndè in Ec- Eccleſ. 3.
cleſiaſtico dicitur: Quàm malæ eſt famæ,
qui fugit patrem: & eſt maledictus à Deo
qui exaſperat matrem. Et in Prouerbijs: Prou. 30.
Oculū qui ſubſānat patrē, & deſpicit matrē,
effodiant eum corui de torrentibus, & co-
medāt eum filij Aquilæ. Confidimus tamē
ex diuina pietate, quòd ab his innoxius aut
correctus inuenieris, aut certè admonitus,
citò corrigeris. Quod dum fuerit effectum,

pax

pax noſtra iam ad nos non reuertetur, ſed ſu
per te requieſcet ceu ſuper pacis filiũ : & re-
gnabit inter nos germana charitas, de corde
puro & conſcientia bona, & fide non ficta :
nec neceſsè habebis nobis ſupplicare, ſed iu-
bere. Super hæc, ſicut cœpiſti, collabora, vt
duo maxima regna connectantur pace opta-
ta. Orantem pro nobis tuam honorabilem
fraternitatem ſancta Trinitas in perpetuũ
conſeruet. Data menſe Ianuario, indictione
ſeptima.

EPISTOLA EIVSDEM AD Conſtantinum Monomachum Imperatorem.

Leo epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, glorioſo & religioſo Imperatori nouæ Romæ Conſtantino Monomacho, dilecto filio ſalutem.

QVantas gratias referre iugiter debea-
mus creatrici & gubernatrici omniũ,
2.Cor. 4. & indiuiduæ Trinitati, ſuper inenarrabili
Epheſ. 1. dono eius, quo operatur omnia in omnibus,
etiàm ex tua deuotione & religioſa indu-
ſtria, glorioſiſſime fili atque ſereniſſime Im-
perator, perpendere poſſumus : qui te talem
noſtris exhibuit, & grata pietate prouidit
diebus, cuius fida ope ſtatum ſanctæ & ca
tholicæ Eccleſiæ releuari, & terreni imperij
rempublicam meliorari confidamus. Tu
enim poſt nimiùm longas & pernicioſas di-
ſcordias, primus pacis & concordiæ moni-
tor, portitor & exoptatus exactor efficeris, &
cum ipſo vaſe electionis humillimo Paulo di
2.Cor. 5. cere videris: Pro Chriſto legatione fungẽtes,
tanquàm Deo exhortante per nos, obſecra-
mus, recõciliamini propter eum, qui eſt pax
Epheſ. 2. noſtra, qui facit vtraq; vnum. Etenim ve-
lut religioſa & egregiæ indolis proles, gemi-
tus matris tuæ non obliuiſceris : nec contẽ-
Eccleſ. 7. nendam, quia ſenuit, ſed potiùs reuerendam
arbitraris, atque plenis charitate viſceribus,
ad eam redire meditaris, vt vni Deo & patri
omnium tanto fias charior & propinquior,
quãto eidem principali matri benignior at-
que humilior. Neque enim tuam prudentiã
Eccleſ. 3. latet, quod in Eccleſiaſtico habetur : Benedi-
ctio patris, firmat domos filiorum : maledi-
ctio autem matris, eradicat fundamenta. Et
Prouer. 1. illud: Ne dimittas legem matris tuæ, liga eã
in corde tuo iugiter. Quæ vtrique prouerbia
magis curant nobis commendare matrem,
quæ ad ęternam vitam nos generat & erudit,
quàm illam quæ ad mortem parit, & carna-
liter diligit & inſtruit. Cui niſi illa ſucceſſe-
rit, vt regeneret & refoueat, iſta procuidubiò
ſecundę morti filios ſuos deſtinat. Porrò hęc
catholica mater & incorrupta virgo, quãuis
omnẽ terram & fines orbis occupauerit mẽ-
bris ſuis & repleuerit, tamẽ vnum caput om-
nibus reuerendum & ſuſcipiendum exerit &
prætendit. Quod quicunque exhonorat,
fruſtrà ſe in ipſius membris computat. Illud Matt. 16.
aũt quid ſit, tua Imperialis claritas omninò
nouit: illud nimirùm, quod Chriſti vox præ-
tulit: & præminere voluit vniuerſis, & ſub-
ſequens Eccleſiæ pietas & generalis ſancto-
rum patrum conſenſus iugiter hactenùs ce-
lebrauit. Cuius venerabilem faciem tu quo-
què honorificare diſponis, non ingratus il-
li, quæ tuum verticẽ diademate terreni prin-
cipatûs decenter inſigniuit, & tremẽdum &
amandum populis effecit, & vt in ſempiter-
num regnes, chriſmate adoptionis inunxit.
Nempe ipſa antiqua & iam emerita Roma
illum primum nobiliſſimum & religioſiſſi-
mum Conſtantinum, cuius genealogia glo-
riaris, & potentia magnificaris, cuiuſque de
nomine dictam vrbem famoſam regis, tem-
poraliter edidi, nutriuit, prouexit, & ſuper
omnes mortales conſtituit, nec à beneficijs
ceſſauit, donèc eundem æterni regni gloria
cumulauit. Vndè multimoda gratiarũ actio-
ne tuam excellentiam glorioſiſſime fili ma-
gnificando, tanto maiori ſuper tua deuotio-
ne & recognitione replemur gaudio, quan-
to copioſior animarum numerus ex tuo re-
gimine pendet, tuoq; innititur exemplo. Et Prou. 8.
ideò non ceſſamus orare communem Dñm,
p quẽ reges regnãt, & principes iuſta decer-
nunt, vt in ſuo beneplacito te conſeruet lon-
gæuum, & compleat in bonis deſiderijũ tuũ.
Porrò ego qualiſcunq; Apoſtolicæ vicarius
ſedis, pro modulo humilitatis meæ & poſſi-
bilitatis ſupplere laborans vicem mihi com-
miſſæ diſpenſationis, ſecundùm Deiloquum
Paulum, Væ mihi eſt, ſi non euangelizaue- 1.Cor. 9.
ro: neceſſitas enim mihi incumbit maxima,
poſituro rationem æterno & diſtrictu iudi-
ci, propter vnius regimen Eccleſiæ, * ex om- * de
niũ eccleſiarum merito. Illa ergò ſolicitudi-
ne, qua omnibus eccleſijs debeo inuigila-
re, videns indiſciplinatam & alienam gen-
tẽ incredibili & inaudita rabie, & pluſquàm
pagana impietate aduerſùs eccleſias Dei in-
ſurgere paſsìm, Chriſtianos trucidare, & nõ-
nullos nouis horribilibuſque tormentis vſ-
que ad defectionem animæ affligere, nec in-
fanti, aut ſeni, ſeu fœmineæ fragilitati aliquo
humanitatis reſpectu parcere, nec inter ſan-
ctum & prophanum aliquam diſtantiam ha
bere, ſanctorum baſilicas ſpoliare, incende-
re, & ad ſolum vſque diruere, ſæpiſſimè per-
uerſitatem eius redargui, commonui, obſe-
craui, prædicaui, opportunè importunèque
inſtiti, terrorem diuinæ & humanæ vindictę
denunciaui. Sed quia ſapiens ait, Nemo po- Eccl. 7.
teſt corrigere, quem Deus deſpexerit, & ſtul
tus non corrigitur : adeò obdurata & obſti-
nata eius malitia permanſit, vt de die in diẽ
adderet peiora peſſimis. Vndè non tantùm
exteriora bona pro liberatione ouiũ Chriſti
cupiens impendere, ſed ſuperimpendi ipſe
peroptans, viſum eſt mihi ad teſtimonium
nequi-

nequitiæ eorũ, vel ſi ſic expediret, ad repreſ-
ſionem contumaciæ, humanam defenſionẽ
vndecunquè attrahendam fore, audiens ab
Rom. 13. Apoſtolo Principes non ſinè cauſa gladium
portare, ſed miniſtros Dei eſſe, vindices in
iram omni operanti malum: & quia princi-
pes non ſunt timori boni operis, ſed mali: &
1. Pet. 2. reges atque duces miſſos à Deo ad vindi-
ctam malefactorum. Suffultus ergò comita-
tu, qualem temporis breuitas & imminens
neceſſitas permiſit, glorioſi ducis & magi-
ſtri Argyroi fideliſſimi tui colloquium &
conſilium expetendum cenſui, non vt cuiuſ-
quam Nortmannorum, ſeu aliquorum ho-
minum interitum optarem, aut mortem tra-
ctarem, ſed vt ſaltem humano terrore reſi-
piſcerent, qui diuina iudicia minimè formi-
dant. Intereà nobis eorum pertinaciam ſa-
lutari admonitione frangere tentantibus, &
illis ex aduerſo omnem ſubiectionem fictè
pollicentibus, repentino impetu comitatum
noſtrum aggrediuntur: ſed adhuc de victo-
ria ſua potiùs triſtantur, quàm lætentur. Si-
cut enim tua pietas ſcribere curauit ad no-
ſtram conſolationem, pro iſta ſua præſum-
ptione maiorem in proximo expectant ſibi
ſuperuenturam indignationem, poſt illam,
quam experti ſunt, ſuæ cateruæ diminutio-
nem. Nos quoquè diuinum adiutorium no-
bis affore, & humanum non defore creden-
tes, ab hac noſtra intentione liberãdæ Chri-
ſtianitatis non deficiemus, nec dabimus re-
quiem temporibus noſtris, niſi cum requie
ſanctæ Eccleſiæ periclitantis. Ad quam ac-
quirendam & obtinendam, habemus maxi-
mum ex diuina pietate ſolatium & præſi-
dium, chariſſimum atq; clariſſimum filium
noſtrum Imperatorem Henricum, cuius de
die in diem expectamus promiſſum & pro-
ximum Aduentum, vtpotè cum procinctu
& expeditione Imperiali properantis ad no-
ſtrum ſubſidium. Ad quod etiàm ſuperna
gratia tuam ſerenitatem animauit, vt hinc-
indè vobis duobus, velut totidèm brachijs,
inimicam gentem ab Eccleſia Chriſti pro-
pellentibus & procùl effugantibus, afflictæ
nunc Chriſtianitatis releuetur decus, & Rei-
Matt. 24. publ. reſurmetur ſtatus. Et quia abundante
iniquitate & refrigeſcente charitate, ſancta
Romana Eccleſia & Apoſtolica ſedes ni-
miùm diù obſeſſa fuit mercenarijs & non
paſtoribus, à quibus ſua, non quæ ſunt Chri
ſti, quærentibus, deuaſtata iacebat miſerabi-
liter hactenùs, diuinum conſilium voluit
meam humilitatem ſuſcipere tantæ cathe-
dræ pondus. Quo licèt plurimum mei im-
becilles prægrauentur & deprimantur hu-
meri, non paruum mihi ſubeſt ſanctæ ſpei,
quandoquidem ex vtrauque latere tales ad-
ſtant filij, religione & potentia præclariſſi-
mi. Quapropter deuotiſſime fili, & ſereniſ-
ſime imperator, collaborare nobis dignare
ad releuationem tuæ matris ſanctæ Eccle-
ſiæ, & priuilegia dignitatis atque reueren-
tiæ eius, necnon patrimonia recuperanda
in tuæ ditionis partibus, ſicut manifeſtè co-
gnoſcere poteris ex venerabilium prædeceſ-
ſorum noſtrorum ſeu tuorum ſcriptis & ge-
ſtis. Tu ergò magnus ſucceſſor magni Con-
ſtantini ſanguine, nomine & imperio fa-
ctus, vt fias etiàm imitator deuotionis eius
erga Apoſtolicam ſedem, exhortamur: &
quæ ille mirabilis vir poſt Chriſtum eidem
ſedi contulit & confirmauit & defendit, tu
iuxta tui nominis etymologiam, conſtanter
adiuua recuperare, retinere & defendere. Ità Alludit ad
enim apud Deum ſingulariter pugnans, co- cognomẽ
gnominaberis, quod iam dudùm inter ho- Monoma
mines cognominatis. Hoc ſanè glorioſiſſi- chus.
mus filius noſter Henricus perficere moli-
tur in ſuis partibus. Quæ omnia nobis & vo
bis prouenient feliciùs & multipliciùs vbi
quantocyùs Dei gratia præueniente, & bea-
tiſſimis Apoſtolorum principibus interue-
nientibus, & me qualicũque vicario eorum
mediante & obtinente, firmiſſimum pacis
& amicitiæ inter vos ambos componetur fœ
dus. Prætereà confrater noſter Archiepiſco-
pus Michael exhortatorias ad concordiam
& vnitatem direxit nobis literas, quem ad tã
optabile & neceſſarium bonum præmonen-
tem tanto neceſſè eſt nos deuotiùs & ala-
criùs ſuſcipere, quanto perſpicaciùs conſi-
deramus non poſſe computari inter diſci-
pulos Chriſti aliquem, qui fraternæ paci de-
dignatur acquieſcere, Domino ſuis dicente: Ioan. 13.
In hoc cognoſcent omnes, quia mei eſtis di-
ſcipuli, ſi dilectionem habueritis adinuicẽ:
& magno Paulo ſic proteſtante: Pacem ſe- Heb. 12.
quimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſi-
nè qua nemo videbit Deum. Sed nouerit
tua claritas ſuper præſumptionibus eius iã-
dudùm perueniſſe ad aures noſtras, quali-
ter etiàm aperta perſecutione in Latinam
Eccleſiam exardeſcens, anathematizare non
timuit omnes, qui ſacramenta attrectant ex
azymis: & quòd Alexandrinum & Antio-
chenum Patriarchas antiqua dignitate ſua
priuare contendens, contra fas & ius ſibi
ſubdere noua ambitione appetit, & plera-
que quæ vſurpare dicitur, ſicut à noſtris nun-
cijs diligenter cognoſcere poteris. In qui-
bus ſi, quod abſit, pertinax fuerit, pacem no-
ſtram nullatenùs retinere poterit: quia pro-
culdubiò ad nos reuertetur, ſicut Dominus
dicit, ſi ille noluerit eſſe filius pacis. Vndè &
Apoſtolus: Si fieri, inquit, poteſt, quòd ex vo- Luc. 10.
bis eſt, cum omnibus hominibus pacem ha- Rom. 12.
bentes. Siquidem in vano patremfamiliâs
honorat, qui vxorem eius exhonorat. Et fru-
ſtrà matrisfamiliâs caput & faciem magni-
gnificat, qui vel minimos filiorum eius im-
pugnans, velut digitos pedum eius concul-
cat. Contra quem ſapientia Dei in Eccleſia-
ſtico ſic intonat. Quàm malæ famæ eſt, qui Eccl. 3.
fugit patrem: & eſt maledictus à Deo, qui
exaſperat

exaſperat matrem. Confidimus tamē, quòd præueniēte gratia Dei, inuenietur innoxius ab his, aut correctus, aut citò reſipiſcet admonitus: & efficietur non qualis dicitur, ſed qualis à nobis piè deſideratur & ſperatur. Hinc iā tuæ gloriæ præſentes filios noſtros ſanctæque Romanæ & Apoſtolicę ſedis nūcios per omnia commendamus, quatenùs vt decet liberaliter ſuſcipiantur, reuerenter habeantur, benignè & honeſtè tractentur, rationabiliter patienterque audiāntur, atque quantocyus nobis laudabiliter remittantur, nè tātum laborem illos fruſtrà arripuiſſe pigeat, & nos mādâſſe pudeat. Porrò ex Amalfitano epiſcopo nulla tibi ſuboriatur ſuſpicio, quia Rumanus eſt omninò, & ab Amalfitanis diſcedens, familiariter nobiſcum viuit iam pené anno integro. Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti pa- 2.Cor.1.
ter miſericordiarum & Deus totius conſolationis, dignetur tuam excellentiam benedicere omni benedictione ſpirituali, repleatque omni gaudio & pace, vt in præſenti ſeculo per longa tempora feliciter domineris, & in futuro ſinè fine cum Rege regum, & Domino dominantium regno cœlorum beatè perfruaris, honorabilis & deſiderabilis nobis in Chriſto fili & glorioſè Auguſte, Amen.

FINIS.

DECRETA NICOLAI PAPAE II.

EX PLATINA.

An. Dñi 1059. NICOLAVS ſecundus, natione Allobrogus, Gerardus anteà vocatus, Epiſcopus Florentinus, ob virtutem & animi præſtantiam, abrogato Benedicto haud legitimè creato, Pontifex Maximus Senis decernitur. Qui ſtatim inito pontificatu, Sutrium conceſſit: ibique anno Domini 1059. Concilio habito, cui non ſolùm epiſcopi, verùm multi Italiæ proceres interfuêre, Benedictum abdicare ſe pontificio munere & habitu coegit, & Velitras exulatum abire. Indè verò Romam proficiſcens, ſecundo apud Lateranum Concilio habito, legem tulit, vt in Decretis legitur, Romanæ Eccleſiæ admodùm ſalubrem, quæ talis eſt: Si quis pecunia vel gratia humana, aut populari militarive tumultu, ſinè concordi & canonica electione Cardinalium, fuerit in throno Petri collocatus, is non Apoſtolicus, ſed apoſtaticus, id eſt, à ratione deficiens, meritò vocetur: liceatque Cardinalibus, clericis & laicis Deum colentibus, illum vt prædonem anathematizare, & quouis humano auxilio à ſede Apoſtolica propellere, atque quouis in loco, ſi in vrbe non liceat, catholicos huiuſce rei cauſa congregare. In eodem quoquè Concilio reuocatum ab errore ſuo Berengarium diaconum Andegauenſis Eccleſiæ ferunt, qui arbitrabatur in Sacramento Euchariſtiæ & Calicis non eſſe verum Chriſti corpus, integrumque ſanguinem, niſi ut in ſigno & figura myſteriove: quē quidem errorem inſtante & vrgente Nicolao & Alberico diacono viro doctiſſimo, publicè confeſſus eſt, affirmans illud eſſe verum Chriſti corpus, integrumque ſanguinem. Scripſimus hunc errorem à Leone IX. damnatum, non tamen emendatum fuiſſe. Quæ certè laus tota Nicolai eſt, vt Lanfrancus ſcribit, vir ea tempeſtate doctiſſimus, qui errores eiuſdem Berengarij præclaro opuſculo notauit. Sunt qui ſcribant Henricum tertium à Nicolao ſecundo coronam Imperij coronam accepiſſe, totoque tempore pontificatûs ſui, ob beneficium acceptum, nil contra eccleſiaſticos molitum eſſe. Nicolaus autem vir omni vita probatus, tertiò pontificatûs ſui anno menſe ſexto, die 6. & 20. moritur.

SYNODI EPISCOPORVM, CXIII. ROMÆ IN BASILICA Conſtantiniana ſub Nicolao ſecundo Habitæ, decreta.

Qvæ ſequuntur huius Concilij decreta, trāſumpta ſunt ex codice illo Pergamenico, cuius ſuperiùs ſub Adriano primo mētio fit. Hic ſchiſmaticorum tumultu ex Anglia nupèr exibilatus, & lucri potiùs è Pergameno, quàm pietatis aut vetuſtatis gratia, redemptus, atque ità obitèr nobis præter ſpem oblatus, vt hæc ex ipſo deſcriberemus, cauſa fuit.

Nicolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, omnibus epiſcopis catholicis, cunctoque clero & populo ſalutem chariſſimam & benedictionem apoſtolicam.

Vigilantia vniuerſalis regiminis aſſiduam ſolicitudinem omnibus debētes, ſaluti quoquè veſtræ prouidentes, quæ in Romana ſynodo nupèr celebrata, coram centum tredecim epiſcopis, nobis licèt immeritis præſidentibus, ſunt canonicè conſtituta: vobis notificare curamus, quia ad ſalutem veſtram executores eorum vos eſſe optamus, & Apoſtolica authoritate iubendo mandamus.

Cardinales epi. Primò nanque inſpectore Deo eſt ſtatutom, vt electio Romani pontificis in poteſtate cardinalium epiſcoporum ſit, ità vt ſi quis Apoſtolicæ ſedis ſinè præmiſſa concordi & canonica electione eorum, ac deindè ſequentium ordinum religioſorum clericorum & laicorum conſenſu inthronizatur, is non Papa vel apoſtolicus, ſed apoſtaticus habeatur.

Vt moriente Romano pontifice vel cuiuſcunque ciuitatis, nullus præſumat facultates eorum inuadere, ſed ſucceſſoribus eorum reſeruentur integræ.

Miſſa Notorij concubinarij non audienda. Vt nullus Miſſam audiat presbyteri, quē ſcit concubinam indubitanter habere, aut ſubintroductam mulierem. Vndè etiam ipſa ſancta ſynodus hoc capitulum ſub excommunicatione ſtatuit, dicens: Quicunque ſacerdotum, diaconorum, ſubdiaconorū, poſt conſtitutum beatæ memoriæ prædeceſſoris noſtri ſanctiſſimi Papæ Leonis de caſtitate clericorum, concubinam palàm duxerit, vel ductam non reliquerit: ex parte omnipotentis Dei, authoritate Beatorom Apoſtolorum Petri & Pauli, præcipimus & omninò contradicimus, vt Miſſam non cantet, neq; euangelium vel epiſtolam ad Miſſam legat, neq; in presbyterio ad diuina officia cum ijs qui præfatæ conſtitutioni obedientes fuerint, maneat, neq; partem ab eccleſia ſuſcipiat, quouſquè à nobis ſententia ſuper huiuſmodi, Deo concedente, procedat.

Et præcipientes ſtatuimus, vt ij prędictorum ordinum, qui eidem prædeceſſori noſtro obedientes caſtitatem ſeruauerunt, iuxta eccleſias quibus ordinati ſunt, ſicut oportet religioſos clericos, ſimul manducent & dormiant: & quicquid eis ab eccleſijs venit, cōmuniter habeant. Et rogantes monemus, vt ad Apoſtolicam, communem ſcilicet, vitam ſummoperè peruenire ſtudeant.

Deindè, vt decimæ & primitiæ ſeu oblationes viuorum & mortuorum, eccleſijs Dei fideliter reddantur à laicis, & vt in diſpoſitione epiſcoporum ſint. Quas qui retinuerint, à ſanctæ Eccleſiæ communione ſeparentur.

Vt per laicos nullo modo quilibet clericus aut presbyter obtineat eccleſiam, nec gratis, nec precio.

Vt nullus habitum monachi ſuſcipiat, ſpē aut promiſſionem habens vt abbas fiat.

Nec aliquis presbyter duas eccleſias ſimul obtineat.

Vt per ſimoniacam hæreſim nemo ordinetur vel promoueatur ad quodlibet eccleſiaſticum officium.

Vt cuiuſlibet ordinis clericos laici nō iudicent, nec de eccleſijs eijciant.

Vt de conſanguinitate ſua nullus vxorem ducat vſque ad generationem ſeptimam, vel quouſquè parentela cognoſci poterit.

Vt laicus vxorem ſimul & concubinam habens, non communicet Eccleſiæ.

Vt nullus laicus ad quemlibet gradum eccleſiaſticum repentè promoueatur, niſi poſt mutatum habitum ſecularem, diuturna conuerſatione inter clericos fuerit cōprobatus.

Vos ergò hæc & alia ſanctorum patrum ſtatuta fideliter & Chriſtiana reuerentia obſeruate, ſi vultis de ſanctæ Romanæ Eccleſię & Apoſtolicæ ſedis pace & communione atque benedictione gaudere.

CVIVS SVPRA.

Dominus Papa Nicolaus, ſynodo in Baſilica Conſtantiniana præſidens, dixit: Simoniacorū execratio.
Erga Simoniacos nullam miſericordiam in dignitate ſeruanda habendam eſſe, decernimus: ſed iuxta canonum ſanctiones & decreta ſanctorum patrum, eos omninò damnamus,

Digitized by Google

mus, ac deponendos eſſe, apoſtolica authoritate ſancimus. De iis autem, qui non per pecuniam, ſed gratis ſunt à Simoniacis ordinati, quia quæſtio à longo tẽpore eſt diutiùs ventilata, omnem modum dubietatis abſoluimus, ità vt ſuper hoc capitulo neminem deincèps ambigere permittamus. Quia igitur vſqueadeò hęc venenata pernicies hactenùs inoleuit, vt vix quælibet eccleſia valeat reperiri, quæ hoc morbo non ſit aliqua ex parte corrupta: eos qui vſque modò gratis ſunt à Simoniacis conſecrati, non tam cenſura iuſtitiæ, quàm* intuitu in acceptis ordinibus manere permittimus: niſi fortè alia culpa ex vita eorum contra canones eis exiſtat. Tanta quippe talium multitudo eſt, vt dum rigorem canonici vigoris ſuper eos ſeruare non poſſumus; neceſſè ſit, vt diſpenſatoriè ad piæ condeſcenſionis ſtudium noſtros animos ad præſens inclinemus. Ità tamen authoritate Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli omnimodis interdicimus, nè aliquandò aliquis ſucceſſorum noſtrorum, ex hac noſtra permiſſione regulam ſibi vel alicui aſſumat vel præfigat: quia hoc non authoritas antiquorum patrum iubendo aut concedendo promulgauit, ſed temporis nimia neceſſitas permittendum à nobis extorſit. De cęterò autem ſi quis hinc in poſterum ab eo quem Simoniacum eſſe non dubitat, ſe conſecrari permiſerit: & conſecrator, & conſecratus non diſparem damnationis ſententiam ſubeat: ſed vterque depoſitus pœnitentiam agat, & priuatus à propria dignitate perſiſtat.

*for. * miſericordiæ intuitu*

Nihilominùs authoritate Apoſtolica decernimus, quod in aliis conuentibus noſtris decreuimus, vt ſi quis pecunia vel gratia humana, vel populari ſeu militari tumultu, ſinè concordi & canonica electione ac benedictione cardinalium epiſcoporum, ac deindè ſequentium ordinum religioſorum clericorum, fuerit Apoſtolicæ ſedi inthronizatus: non Papa vel Apoſtolicus, ſed apoſtaticus habeatur, liceatq; cardinalibus epiſcopis, cum religioſis & Deum timentibus clericis & laicis, inuaſorem etiàm cum anathemate & humano auxilio & ſtudio à ſede Apoſtolica repellere: & quem dignum iudicauerint, præponere. Quòd ſi hoc intra vrbem perficere nequiuerint, noſtra authoritate Apoſtolica extra vrbem congregati in loco qui eis placuerit, eligant, quem digniorem & vtiliorem Apoſtolicæ ſedi perſpexerint, conceſſa ei authoritate regendi & diſponendi res & vtilitatem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſecundùm quod ei melius videbitur, iuxta qualitatem temporis, quaſi iam omninò inthronizatus ſit.

IVSIVRANDVM QVOD IN eadem ſynodo fecit Berengarius.

Prima Berengarij abiuratio.

E*GO Berengarius indignus diaconus eccleſiæ Sancti Mauritij Andegauenſis, cognoſcens veram Catholicam & Apoſtolicam fidem, anathematizo omnem hęreſim, pręcipuè eam de qua hactenùs infamatus ſum, quæ aſtruere conatur, panem & vinum quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem ſolummodò ſacramentum, & non verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe: nec poſſe ſenſualiter, niſi in ſolo ſacramento manibus ſacerdotum tractari vel frangi, aut fidelium dentibus atteri. Conſentio autem ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ ſedi, & ore & corde profiteor de ſacramentis Dominicæ menſæ eam fidem tenere, quam dominus & venerabilis Papa Nicolaus & hæc Sancta Synodus authoritate Euangelica & Apoſtolica tenendam tradidit, mihique firmauit, ſcilicet panem & vinum quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem non ſolùm ſacramentum, ſed etiàm verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe: & ſenſualiter non ſolùm ſacramento, ſed in veritate manibus ſacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri: iurans per ſanctam & homouſion Trinitatem, & per hæc ſacroſancta Chriſti euangelia. Eos verò qui contra hanc fidem venerint, cum dogmatibus & ſectatoribus ſuis æterno anathemate dignos eſſe pronuncio. Quòd ſi ego ipſe aliquandò aliquid contra hæc ſentire ac prædicare præſumpſero, ſubiaceam canonum ſeueritati. Lecto & perlecto ſponte ſubſcripſi.*

Digitized by Google

AD LECTOREM.

ADMONITIO F. LAVRENTII SVRII.

HAEC Synodus 113. epiſcoporum, hactenùs adſcripta eſt Nicolao eius nominis primo: ſed id non ſatis conſideratè, quemadmodùm non vno poteſt doceri argumento. Porrò manuſcriptũ exemplar videtur cauſam præbuiſſe erroris, quod fortaſſis numerũ mendosè habuit. Satis autem ex hiſtoricis liquet, Berengariũ, qui in hac ſynodo ſuam hæreſim abiuraſſe hic legitur, nõ ſub Nicolao I. ſed longè poſteà extitiſſe, atq; à Leone 9. Pontifice Concilium Vercellis, coactum, in quo omnium ſententia damnatus eſt error Berengarij, atq; idẽ ipſe cũ omnibus ſuis aſſeclis, niſi ad ſanitatẽ rediret, ꝑpetuo plexus anathemate. Verumenimuerò defuncto Leone & in ſua ſentẽtia ꝑtinaciter ꝑmanente Berengario, alia Synodus collecta eſt apud Turones ſub Victore 2. vbi hęreſeos cõuictus eſt. Atqui nec ſic illo reſipiſcẽte, ſed multos in ſuũ errorẽ paſſim ꝑtrahẽte, Nicolaus II. Cõciliũ iſtud 113. Ep̄orum Romæ habuit, in quo iterùm cõuictus, palàm cecinit palinodiã, & ea verborũ forma, quæ paulò ſuprà habetur, hęreſin ſuã abiurauit. Eius aũt abiurationẽ & confeſſionẽ idẽ Nicolaus pontifex miſit ꝑ vrbes Italiæ, Germaniæ, & ad quæcunq; loca fama prauitatis peruenire antè potuit, vt Eccleſiæ quæ priùs doluerant de aduerſo & peruerſo, poſteà gauderent de reuerſo atq; cõuerſo, quemadmodùm legimus in Decreto Gratiani de cõſecrat. diſt. 2. c. Ego Berengarius. Nec tamen diù in ſanitate permanſit Berengarius: & ad priſtinũ quidẽ errorẽ non redijt, ſed in aliũ prolapſus eſt, putà, in Euchariſtia adeſſe quidem verum corpus & ſanguinem Chriſti, ſed ſimul etiàm panis & vini ſubſtantiam in illa haberi. Ità vnus ille homo multùm negocij exhibuit eccleſiæ Dei, iterumq; Synodus Romæ conuocata eſt authoritate Gregorij ſeptimi, ad quam etiàm Berengarius accerſitus venit, ſuumque errorem agnoſcens, noua abiuratione, certa verborum formula compræhenſa, & à ſynodo illi præſcripta, eum publicitùs condemnauit. Ea verò ad verbum ſic habet:

Altera Berengarij abiuratio. Ego Berengarius corde credo, & ore confiteor, panẽ & vinum quæ ponuntur in altari, per myſteriũ ſacræ orationis, & verba noſtri redemptoris ſubſtantialiter conuerti in veram & propriam ac viuificatricem carnem & ſanguinem Ieſu Chriſti Domini noſtri, & poſt conſecrationem eſſe verum Chriſti corpus, quod natum eſt de virgine, & quod pro ſalute mundi oblatũ in cruce pependit, & quod ſedet ad dexterã patris: & verum ſanguinem Chriſti, qui de latere eius effuſus eſt, non tantùm per ſignum & virtutem ſacramenti, ſed in proprietate naturæ & veritate ſubſtantiæ: ſicut in hoc breui continetur, & ego legi, & vos intelligitis, nec contra hanc fidem vlteriùs docebo. Sic me Deus adiuuet, & hæc ſacra Euangelia.

Huius Cõcilij & abiurationis meminit Blondus Decadis 2. lib. 3. Meminit & Sabellicus lib. 3. nonæ Enneadis, ità ſcribens: D. Grego. 7. Romæ frequens Cõciliũ habuit, in quo Berẽgarius ſuũ errorẽ faſſus, veniã impetrauit. Cõfeſſionis forma hæc fuit: Ego Berẽgarius corde & animo credo, qđ ore cõfiteor &c.

In hac abiuratione Berengarius perſeuerauit & egit pęnitẽtiam. Sed quia grauiſſimum piaculum eſt, prauis erroribus aliorum animos imbuere, & à catholica fide abducere, cùm iam ad extrema perductus eſſet, & videret ex hac vita emigrandum ſibi eſſe, in lecto ſuo, quo æger decumbebat, ipſo Epiphanię die his verbis vſus eſt, alludens ad præſentem ſolennitatem: Hodie apparebit mihi Dominus meus Ieſus Chriſtus, vel ad gloriam, ſicut ſpero, propter pęnitentiam meam: vel ad damnationem, ſicut formido, propter aliorum corruptionem, quos ad viam veritatis reducere non potui. Teſtatur id D. Iohannes Gerſon Ser. 1. de Cœna Domini. Eam mentem vtinàm etiàm noſtrę ętatis ſectarijs adſpiret Deus, qui innumeros homines & perdiderunt, & perdunt.

DECRETA
GREGORII PAPAE VII.
EX PLATINA.

An. Dñi 1073.

GREGORIVS ſeptimus, Ildebrandus antè vocatus, natione Hetruſcus, patria Soanenſis, patre Bonicio, omnium bonorum cõſenſu pontifex creatur. Ipſius aũt electionis verba ita annotata ſũt: Nos ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales, clerici, acolyti ſubdiaconi, presbteri, præſentibus epiſcopis, abbatibus, multiſque tum eccleſiaſtici tum laici ordinis, elegimus hodiè decimo calendas Maij in baſilica S. Petri ad Vincula, anno ſalutis * 1072. in verum Chriſti vicarium Ildebrandum archidiaconum, virum multæ doctrinæ, magnæ pietatis, prudentiæ, iuſtitiæ, conſtantiæ, religionis, modeſtum, ſobrium continentem, domum ſuam gubernantem, pauperibus hoſpitalem, in gremio ſanctæ matris eccleſiæ liberè à teneris annis vſque ad hanc ætatem educatum, doctum, qoem quidem ea poteſtate eccleſiæ Dei præeſſe volumus, qua beatus Petrus Dei mandato quondàm præfuit. Adeptus pontificatum Gregorius, ſtatìm Henricum Imperatorem admonet, nè deincèps largitione corruptus, epiſcopatus & beneficia alicui per ſimoniacam cupiditatem committat: aliter ſe vſurum in ſe & delinquentes cenſuris eccleſiaſticis. His admonitionibus & quidẽ ſanis non modò non obtemperauit Henricus; verùm etiàm Agnetem Imperatricem benè admonentem, quid fieri cum religione oporteret, omni adminiſtratione depulit: quæ Romam profecta, non diù ſuperuixit, dolore animi vitam cum morte permutans. Tandèm verò multis legationibus vltrò citroque miſſis, Imperator in gratiam cũ Gregorio redijt, eundemq; in pontificatu confirmauit, vt tum Imperatorum mos erat. At verò cùm Henricus in bono leuis, in malo pertinax, ſimoniam nequaquàm omitteret, ſæpiùs admonitus, omnes illos anathematis cenſura pontifex notauit, qui epiſcopatus & beneficia largitione adepti erant, & nè id temerè feciſſe videretur, Concilio apud Lateranum habito, in quo multi epiſcopi interfuere, maximè Gibertus Parmenſis Archiepiſcopus Rauennas, rationem reddidit, quã ob rẽ cẽſuris eccleſiaſticis ſimoniacos notãſſet: facturum quoque id in Imperatorẽ crebrò dicebat, niſi ſententiam mutaret. Tum verò Gibertus, ſoluto Concilio, & criminandi Gregorij occaſionẽ nactus, ad pontificatũ viam quærens, Cincium Romanum ciuem, Stephani præfecti vrbis filium, hominem temerarium & ſeditioſum, in pontificem animat, magna ei pollicitus Imperatoris nomine, ſi tantùm facinus ex ſententia confeciſſet. Structis itaque inſidijs Cincius, dum pontifex media nocte natalis Domini noſtri celebrat in templo beatæ Mariæ ad Præſepe, quæ maior nunc dicitur, irrompens cum ſatellitibus & coniuratis, dum hoſtiam ſacrificij comminuit, hominem capit, & in regionem Parionis ſecũ trahens in turri quadam muniſſima eum collocat. Sequenti verò die populus Romanus cognito facinore, in Cincium arma ſumit, pontificem liberat, ædes & turrim ſcelerati hominis à fundamentis euertit, familiamque eius nares mutilatam ab vrbe pellit. Ipſe verò Cincius tanti mali author, fuga ſalutem quærens, in Germaniam varijs tramitibus ad Imperatorem tandèm peruenit. Gibertus autem tanti doli machinator, cùm inſidiæ ex voto non ſucceſſiſſent, ſimulata beneuolentia à pontifice dimiſſus, Rauennã, peiora molitutus, ſe contulit. Nam & Theobaldum Mediolanenſem Archiepiſcopum, & pleroſque alios Ciſalpinæ antiſtites, coniurare in Gregorium pollicitationibus perpulerat. His addidit Hugonem Candidum, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, qui etſi antè idem fecerat, in gratiamque ſimulato animo redièrat, nunc malum animum, malam mentem præ ſe tulit. Is enim viribus omnibus annixus eſt Imperatorem & Normannos, inter ſe de imperio diſſidentes, compoſita pace, initiſque fœderibus, in pontificem concitare. Quod vbi Gregorius reſciuit, congregata ad Lateranum ſynodo, propoſitis rationibus quarè faceret, Gibertum & Hugonem dignitatibus priuatos anathemate notat. Dum hæc Romæ agerentur, Henricus cum Saxonibus hoſtibus feliciter pugnans, adeò felicitate illa elatus eſt, vt habito conuentu apud Vormatiam, Sigifredo Archiepiſcopo Moguntino negocium procurante, interdicere omnibus auſus ſit, nè vlla in re pontifici Romano obtemperarent. Ex illo autem conuentu mandato Henrici Romandus clericus Parmenſis Romam veniens, & Gregorio publicè interdixit, nè quid ageret deincèps quod ad magiſtratum pontificis pertineret: & cardinalibus ipſe mandauit, vt relicto Gregorio, alium habituri pontificem, ad ſe proficiſcerentur. Tum Gregorius tantam iniuriam diuinæ maieſtatis cauſa non diutiùs ferens, & Sigifredum alioſque clericos cum Henrico ſentientes dignitatibus ac beneficijs priuauit, Imperatorem ipſum anathemate notauit, priuatum prius omni regia adminiſtratione. Abrogationis autem pontificiæ habita ferè hæc formula eſt: Beate Petre Apoſtolorũ princeps, inclina quæſo aures tuas, & me ſeruũ tuũ exaudi, quem & ab infantia educâſti, & vſque ad hunc diem ab iniquorum manibus vendicâſti,

Margin notes: * 1073. — Fuit is Henricus IIII. — Gibertus infeſtus pontifici. — Populus liberat Põtificem. — Abrogationis põtificiæ formula.

caſti, qui me pro mea in te fide oderunt & perſecuti ſunt, tu mihi teſtis es optimus, & pia IESV CHRISTI mater, & frater tuus Paulus tecum martyrij particeps, me non ſponte, ſed inuitum pontificatûs gubernacula ſuſcepiſſe: Non quod rapinam arbitratus ſim, ſedem tuam legitime conſcendere: ſed malebam vitam meam in peregrinatione degere, quàm locum tuum pro fama & gloria tantùm occupare. Fateor ego ac meritò quidem, mihi tua gratia, non meritis meis, populi Chriſtiani curam demandatam eſſe, conceſſamque ligandi atque ſoluendi poteſtatem. Hac igitur fiducia fretus, pro dignitate & tutela eccleſiæ ſuæ ſanctæ, omnipotentis Dei nomine patris, filij & ſpiritusſancti, & Henricum regem Henrici quondam Imperatoris filium, qui audacter nimiùm & temerariè in Eccleſiam tuam manus iniecit, Imperatoria adminiſtratione regiaque deijcio, & Chriſtianos omnes imperio ſubiectos, iuramento illo abſoluo, quo fidem veris regibus præſtare conſueuerunt. Dignum eſt enim, vt is dignitate careat, qui maieſtatem Eccleſiæ imminuere conatur. Præterea vero, quia monita mea, immò tua, ad ſuiipſius populorumque ſalutem pertinentia contempſit, & ſe ab eccleſia Dei, quã ſeditionibus peſſundare cupit, ſeparauit, eum anathematis vinculo colligo: certò te ſciens eſſe Petrum, in cuius petra, vt in vero

Mat. 15. b fundamento, rex noſter Chriſtus ædificauit Eccleſiam ſuam. Fuêre tum multi poſt execrationem, qui pacis mentionem facerent.

Quibus ità Gregorius reſpondit, ſe pacis conditiones non abnuere, modò Henricus ipſe primò cùm DEO pacem ineat. Non ignoratis, inquit, quàm diù & quantis malis Romanam affecerit Eccleſiam, quotieſq; à me ſit admonitus, vt meliorem vitam moreſque probatiores indueret. Hoc tribuimus beneuolentiæ & charitati, qua Henrico patri coniuncti olim ſumus, ſed nil profecimus: adeò mores à patre auerſos imbibit. Inſtabant tamẽ ex his qui aderant nonnulli, regem non ità citò anathematizandum eſſe. Quibus ità pontifex reſpondit: Quandò, inquit, CHRISTVS Eccleſiam ſuam

Ioan. 21. c. beato Petro commiſit & dixit, Paſce oues

Mat. 16. b meas, excepitne reges? Nam cùm eidem ligandi & ſoluendi poteſtatem daret, nullum excepit, vel neminem eius potentiæ ſubtraxit. Hanc ob rem, qui dicit ſe vinculo Eccleſiæ ligari non poſſe, reſtat etiàm vt fateatur ſe abſolui ab eius poteſtate nullo modo poſſe: & qui hoc impudenter negat, à CHRISTO & eccleſia eius ſe omninò ſeiungit. At Henricus cognita Gregorij cenſura, multas literas ad gentes & nationes conſcripſit, quibus ſe contra ius faſque damnatum à pontifice oſtendebat. Gregorius autem id à ſe iure factum, non verbis tantùm & literis, verùm etiàm ratione & teſtibus comprobabat, re ipſa ante oculos omnium propoſita. Interim verò cùm pars regni ab Henrico defeciſſet, & iam Saxones bellum contra Henricum quàm diligentiſſimè præpararent, Alemani principes veriti, nè quid mali in prouincia naſceretur, conuentu habito decernunt, vt ſi Gregorius in Alemaniam pergat, Henricus ſupplex veniam errati petat. Quod ſe facturũ reã ipſe interpoſito iuramento pollicitus eſt. Motus itaque pontifex his pollicitationibus & precibus Treuirenſis Archiepiſcopi Henrici oratoris, Auguſtam prætoriam petiturus, Vercellas vſque iam peruenerat, vbi ab epiſcopo loci ipſius regni Italiæ cancellario, clàm reſciuit Henricum hoſtili in ſe animo cum exercitum adventare. Tum verò pontifex, omiſſo inſtituto itinere, Canoſſum ſe recepit, oppidum agri Regienſis, ditioni Machtildis comitiſſæ ſubiectum. Venit & eò properè cùm omnibus copijs Henricus, qui ſtatim depoſito regali ornamento, nudis pedibus, vt oppidanos ad miſericordiam commoueret, portæ oppidi appropinquans, ſuppliciter intromitti petebat. Denegatum ingreſſum æquo animo tulit, aut tuliſſe diſſimulauit, quamuis aſpera eſſet hyems, & gelu cuncta rigeſcerent. In ſuburbio quidem oppidi triduo immoratus, continuò veniam petens, tandèm rogatu Michtildis, & Adelai Sabaudienſis comitis & Cluniacenſis abbatis introductus abſoluitur, & Eccleſiæ reconciliatur, pace iureiurando confirmata, & integra obedientia promiſſa. Tum verò rebus ità peractis, dilabentibus indè omnibus varijs itineribus, dum Henricus Papiam iter facit, Cincium amittit ſubita febre correptum. Non tamen mortuo iam pernicioſo homine, Henricus nouis rebus ſtudere deſtitit, pacis fœdera abrumpens. At verò Gregorius cùm videret Henricum contra Eccleſiam DEI à quibuſdam ſeditioſis Epiſcopis concitari, habita ingenti ſynodo, Giberto Rauennati Archiepiſcopo ob ſuperbiam & malitiam interdicere ſub anathematis pœna, nè epiſcopali & ſacerdotali munere fungatur. Vocatus prætereà ad ſedem Apoſtolicam, ſcelerum ſuorum conſcius, parêre detrectârat: qua ex re tantummodò pœnatum anathematis merebatur. Rolandumque Taruiſinum cenſura notauit, quòd legatus ad res componendas inter Henricum & ſe factus, conſequendi epiſcopatûs cauſa, ſemina diſcordiarum, non pacis, ſeuerat. Nec Hugoni quidem tituli ſancti Clementis Cardinali pepercit, quòd cum Cadolo Parmenſi epiſcopo in ſeditionibus & hæreſi ſenſiſſent. Synodus ingẽs ſub Grego. 7.

In eodem poſtremò conuentu tres legatos delegit Bernardum diaconum, alterum Bernardum Maſſilienſem abbatem, Odonem Treuirenſem Archiepiſcopum,

Digitized by Google

qui de latere ſedis Apoſtolicæ ad componendas res inter Henricum & Rodolphum proficiſcerentur. Videbat enim ſapientiſſimus pontifex eam diſcordiam, niſi ſedata foret, magnas aliquandò calamitates populo Chriſtiano parituram. Verùm quia certò ſciebat nō defuturos perniciosos quoſdam, qui id quô minùs fieret, impedire conarentur, quòd eorum maximè interea diſcordias augeri, non tolli, literas Apoſtolicas in hunc modum conſcriptas, legatis ad principes & nationem dedit:

Literę Pōtificis.

Cognita imbecillitate, cupiditate & ambitione humani generis, mandamus nè quiſpiam cuiuſuis conditionis ſit, vel rex, vel Archiepiſcopus, epiſcopus, dux, comes, marchio, ſiue miles, aliqua electione temerariòve auſu, fraude, dolo, cupiditate ductus, legatis noſtris reſiſtere audeat, nè pacem & concordiam ex ęquo & bono componere poſſint. Quicunque autem temeritate ductus, (quod non optamus) huiuſce noſtræ conſtitutionis violator extiterit, legatiſque noſtris impedimento fuerit, quô minùs pacem componant, eum anathematis vinculo alligamus: & non ſolùm in ſpiritu, verùm etiam in corpore, atque in omnibus fortunæ bonis Apoſtolica poteſtate colligamus, victoriamque in armis partam ei auferimus, vt ſaltem confundatur, ac duplici pœnitentia conuertatur.

Intereà Gregorius, nè Romana Eccleſia ob largitionem & ſimoniacam cupiditatem aliquid incommodi caperet, conuentu habito, maiorum decreta ad reſcindendam hanc labem pertinentia, confirmauit his verbis:

Pontificis decretū.

Sanctorum patrum inſtituta nunc ſequentes, quemadmodùm in prioribus Concilijs fecimus, authoritate omnipotentis Dei decernimus ac confirmamus, vt qui deincèps epiſcopatum vel cœnobium, vel aliquod aliud eccleſiaſticum beneficium à laico acceperit, nullo modo in numero epiſcoporum, abbatum, vel clericorum is censeatur, néve idem ſub cenſura anathematis limina Apoſtolorū attingat, priusquàm locum ambitione & contumacia conquiſitum, quod eſt idololatriæ ſcelus, reſipiſcendo commutauerit. Ad hoc verò Gibertum diſcordiarum omnium & hæreſum, quæ tunc erant, authorem, ab eccleſia Rauennate deijciens, ſacerdotibus omnibus eidem eccleſiæ obtemperantibus mandauit, nè Giberto facinorum omnium authori, & ob eam rem execrationis vinculo illigato, vlla in re obedirent: & nè populi illi gubernatore indigerent, Petrum imitatus, qui Apollinarem quaſi ſupplementum mittere conſueuerat vbi opoſtebat, eò alterum Archiepiſcopum proficiſci iubet cum integra poteſtate, qui & hæreſim Giberti auelleret, & mentes hominum in fide confirmaret. Tum verò Henricus iritatus magis his cenſuris quàm monitus, capto Oſtienſi epiſcopo è legatione redeunte, habitoque epiſcoporum ſecum malè ſentientium conuentu, Gibertum olim Rauennatem Archiepiſcopum pontificem creat, Clementemque appellat.

Gibertus antipapa.

Henricus itaque ſuperata apud Parmam Machtildi, eiusque marito Azone, Romam hoſtili animo proficiſcens, in pratis Neronianis caſtra collocat: vrbem Leoninam ingreditur, ſanctam Petri baſilicam cū ſuo Clemente prophanat, porticuſque demolitur. Idem quoquè factum de baſilica beati Pauli conſtat. At verò cùm vrbem ingredi non poſſet, Tibur concedens, indè tanquàm ex arce belli in Romanos quotidiè incurſiones faciens, vaſtatis rebus omnibus eò inopiæ eos redegit, vt pacem quauis conditione expeterent. Admotis itaque copijs, Henricus re per transfugas cognita, vrbem ingreditur. Tum pontifex haud ſatis populo fidens, in molem Adriani ſe confeſtim recepit, vbi aliquandiù obſeſſus eſt, acriter qui in præſidio erāt, arcem ipſam defendentibus. At verò Henricus cognito Guiſcardi aduentu Apuliæ ducis in auxilium Gregorij, non ampliùs immorandum ratus, ad dolos conuerſus, Cluniacenſem epiſcopum ad Gregorium in arcem mittit, qui diceret ſe in Germaniam properè cum exercitu rediturum, ſi ab eo in Laterano coronaretur. populus quoquè Romanus, vt idem fieret precibus inſtabat. Facturum ſe id Gregorius dicebat, ſi errata ſua Henricus corrigeret, veniamque peteret. quod cùm facere recuſaret, etiàm aduentare cum exercitu Guiſcardum ſentiret, Clementem antipapam in Lateranenſi baſilica corona pontificia publicè donat, eam rem procurantibus Bononienſi, Ceruienſi, Mutinenſi epiſcopis. Quo facto, ſtatìm Senas proficiſcitur, Clemente ſecum ducto. Guiſcardus autem per portam Flamineam irrumpens, reſiſtentibus ciuibus, vſque ad triumphalem Domitiani arcum vrbem incendio conſumpſit. Muniêrant Capitolium ciues, & ſe acriter contra Guiſcardum defendebant, qui Lateranum iam ceperat. Vndè cùm multa crebrò vtrinquè committerentur certamina, & illa pars vrbis euerſa eſſet, quæ Lateranum & Capitolium interiacet, & ipſum Capitolium poſtremò vi captum, ferè vſque ad ſolum æquatur. Indè verò ſuperata iam & capta Roma, fortunisque ciuium militibus in prædam datis, ad molem Adriani profectus, vbi pontifex obſidebatur, hominem multis calamitatibus vexatum, tandèm è manibus hoſtium liberat, ſecumque Caſſinum ac Salernum perducit.

Guiſcardus Dux liberat Pontificē.

Vbi non ità multò pòſt pōtificatûs ſui anno duodecimo, menſe vno, diebus tribus, ſanctè & piè moritur. Vir certè Deo gratus, prudens, iuſtus, clemens, pauperum, pupillorum, viduarumq; patronus, atque vnicus Eccleſiæ Romanæ fortiſſimus

&

& acerrimus defenſor contra hæreticorum improbitatem, & malorum principum potentiam, res eccleſiaſticas per vim occupare conantium.

DE hoc Papa Gregorio ſeptimo, ità ſcribit Marianus Scotus: Anno ad veritatem Euangelij 1096. ſecundùm verò Dionyſij Cyclum anno 1074. Hiltiprandus, qui & Gregorius, Romanus Archidiaconus. Papa eſt electus & creatus. Iſte Papa Synodo facta, ex decreto Sancti Petri Apoſtoli & Sancti Clementis aliorumque ſanctorum patrum, vetuit & banno interdixit clericis, maximè diuino miniſterio conſecratis, vxores habere, vel cum mulieribus habitare, niſi quas Nicæna Synodus, vel alij canones exceperunt. Decreuit quoquè ſub ſententia Sancti Petri, vt cum Simone Mago damnarentur, non ſolùm emptor & venditor cuiuſque officij, vtputà epiſcopatus, abbatiæ, præpoſituræ, decaniæ, vel decimationis eccleſiæ, ſed & quicunque conſentiret eis. [Matt. 10.] *Dominus enim dicit: Gratis accepiſtis, gratis date. De prædicta Synodo duo epiſcopi miſſi ſunt à Papa ad regem Romanum Henricum, cum matre ipſius Imperatrice Agnete, ob hoc ſcilicet, vt decreta Papæ roborata perficerentur. Ipſiq; duo epiſcopi noluerunt eſſe in Paſcha cum rege in ciuitate Bambergenſi, nè aliquam ſocietatem haberent cum Hermanno eiuſdem vrbis epiſcopo, qui Epiſcopatum emit, & in illo Paſcha regi ſeruiuit. Cùm autem clerici magis eligerent anathemati ſubiacere, quàm vxoribus carere, Hiltiprandus Papa, vt per alios ſi poſſet, eos caſtigaret, præcepit, vt nullus audiret Miſſam coniugati presbyteri, ſic Gregorius, qui & Hiltiprandus Papa, ſeruorum Dei ſeruus, per totum Italicum regnum & Teutonum debitam Sancto Petro obedientiam exhibentibus, Apoſtolicam benedictionem: Si qui ſunt presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, qui iaceant in crimine fornicationis, interdicimus eis ex parte omnipotentis Dei & authoritate S. Petri introitum eccleſiæ, vſque dum pœniteant, & emendent. Si qui autem in peccato ſuo perſeuerare maluerint, nullus veſtrum officium eorum auſcultare præſumat: quia benedictio illorum vertitur in maledictionem, & oratio in peccatum, teſtante Domino per Prophetam:* [Mal. 2. a] *Maledicam (inquit) benedictionibus veſtris &c.*

PASCHALIS II. PAPA VITA,

Ex Platina de vitis pontificum, excerpta.

[Anno D. 1100.] PAſchalis ſecundus, Rainerius ante pontificatum vocatus, natione Italus è Flaminia, patre Creſcentio, matre Alphacia, eo ferè tempore pötifex creatur, quo Chriſtiani in Aſia dimicantes, Antiochiam cepêre. Hunc Gregorius ſeptimus ob virtutem & doctrinam, Sanctæ Clementis presbyterum creauit: in quo quidem loco clerus ipſe poſt Vrbani ſecundi mortẽ, eundem Paſchalem vita priuata contentũ, quippe qui anteà monachus fuerat, etiàm nolentem & latitantem, pontificem creat, q diceret humeros ſuos nequaquàm tanto oneri ſuffecturos. ſed expetente populo, eligente clero, collaudante Cardinalium ſenatu, pontificium munus ſuſcepit: maximè verò, cùm ter acclamatum eſſet, Sanctus Petrus Rainerium virum optimum pontificem elegit: cui poſteà primiſcrinij & ſcribæ regionarij, Paſchalis nomen indidêre. Indutus deindè coccineam chlamydem, tiaraq; ue capiti eius impoſita, comitante populo & clero, equo albo ad Lateranum perducitur, maximè verò ad eam porticum, quæ ad auſtrum verſa, in baſilicam Saluatoris ducit, quam Cõſtantinianam vocant. Vbi cùm in ſede ad eam rem de more paràta, àliquandiù quieuiſſet, atrium Lateranenſe conſcendens, balteo ſuccingitur, vndè ſeptem claues, ſeptemq; ſigilla pẽdebant: vt intelligeret ſe ſecundùm ſeptifariam Spiritusſancti gratiam, ſanctarum eccleſiarum, quibus Deo authore præerat, claudendi, ſigillandi, aperiendi, recludendiq; rationem habere. Inuiſit, ſceptrum pontificiũ manibus gerens, ea quoq; loca, quæ ſolis põtificibus ſunt adiudicata. Sequentibus verò diebus conſecrationem accepturus, ad baſilicam Beati Petri proficiſcitur, in qua eum chriſmate inunxerunt Oddo Oſtieñ. Epiſcopus, Mauricius Portueñ. Gualterus Alban⁹, Bono Laoicanus, Milo Prænestin⁹, Offo Nepeſinus. Oddoni Oſtieñ. primæ partes, quas adhuc retinet, obtigêre. Poſt vnctionem verò in vrbem rediens, coronam de more accepit. Hoc ità futurum, Albertus Alatrinus epiſcopus aliquandò diuinauit. Nam cùm ab amico interrogaretur, quem Vrbano ſucceſſurum putaret: Rainerium, inquit, propter fidem & conſtantiam Deus eliget. Ferunt & eundem Albertum tempus ipſum, quo in pontificatu victurus erat, prædixiſſe. At verò Paſchalis Eccleſiæ Dei, propè labẽti quorundam ſeditionibus conſulturus, copias ſuas in Gibertum Antipapam mittit malorum omnium caput. Vt autem tanto bello ſufficere pontifex poſſet, Rogerius Siciliæ comes ei turmas aliquòt & mille auri vncias auxilio miſit. Albæ Marſorum Gibertus homo pernicioſus tum degebat. Qui vbi intellexit hoſtes aduentare, haud ſatis copijs ſuis fidens, à Richardo Campano comite acceptis, relicta Alba, in Forconenſium montana, quæ nunc Aquilanorum mutato nomine habentur, ſeſe proripuit. Vbi non ità multò poſt [Gibertus Antipapa extinguitur.] ſubita morte correptus, ſui ſceleris pœnas luit. A malis tamen Eccleſia Dei non ſtatim, tam pernicioſo homine ſublato, quieuit. Richardus enim, quẽ diximus Giberto copijs

& opi-

& opibus fauiſſe, in locum demortui, Albertum quẽdam ſufficit Attelanum ciuem, quæ vrbs Auerſa nunc dicitur, inter Neapolim & Capuam poſita. qui ſtatim à bene ſentientibus abdicare ſe magiſtratu coactus, relegatur. Cauenſes autem agri Præneſtini incolę, Richardi ſtultitiam & arrogantiam imitati, Theodoricum quendam pontificem creauêre. Verùm hi quoque pœnitentia ducti, 5. & 100. die è pontificatu deiectum, anachoretę habitum induere cogunt, & vitã ducere priuatam. Tertius prætereà Maginulphus Romanus ciuis, apud Rauennam pontificatûs titulum vſurpare auſus eſt; quem quidem & Romani exilio mulctârunt, & Rauennates omni humana ope deſtitutum, ab vrbe ſua pepulêre. Pacata autem hoc modo Romana Eccleſia, Paſchalis vir magni ingenij atq; animi, à religione ad arma conuerſus, adiuuante Rogerio, vrbem Caſtellanam & Beneuentum ab hoſtibus occupatum recipit. Apparuiſſe tum multa prodigia authores pleriq; ſcribunt, quòd & mare quibuſdam in locis littus præter ſolitum 20. paſſibus occupauerit, in quibuſdam verò à littore in altum cẽtum exceſſerit. Apparuiſſe & cometem mirę magnitudinis tum affirmant, qui in occaſu cadente ſole ſtatim apparebat. Nõ mouebatur his prodigijs Paſchalis, quippe qui fieri hęc natura cernebat. Verùm cùm intellexiſſet Florentinum epiſcopum affirmare ſolitum, Antichriſtum natum eſſe, eò ſtatim proficiſcitur. Conciliòq; habito, re ipſa admodùm diſcuſſa, cùm leuitate quadã, vt alicuius magnæ rei author videretur, motum epiſcopũ cerneret, hominem verbis caſtigatum dimittit, atque indè in Ciſalpinam proficiſcitur. Vbi ad Guardaſtellum conuentu multorum principum & epiſcoporum habito, de homagijs, de feudis, de ſacramentis epiſcoporum laicis anteà exhibitis, exhibendiſve, magna eſt habita ratio. At verò cùm intelligeret, Gallos ſacerdotes non ità integrè, vt decebat, vitam ducere: eò profectus, apud Trecas conuentu habito, redactis ad laudabiliorem cultum eccleſijs, earumque præſidibus partìm pulſis, partìm caſtigatione emendatis, in Italiam properè redijt, quòd intellexerat omnia ſeditioſorum quorundam factionibus perturbari. Stephanus enim Corſus Montem altum & Ponticulum de ea parte Hetruriæ, quam nunc principis Apoſtolorum patrimoniũ vocant, ceperat, præſidijsq; muniuerat, vndè frequenti incurſione omnia circunquaquè vexabat. Quem pontifex inſecutus, ex altero caſtello deiecit: alterum vi capere non potuit, natura loci obſtante & hyeme, quæ iam appetebat. Iturus itaque in Apuliam, componendarum rerum Italicarum gratia, Lauicano epiſcopo eccleſiam, Petro Leonis, & Leoni Fregepani vrbem vrbanaq; omnia, Ptolemæo Sublacenſi domino, quæ circa vrbem ſunt, quàm diligentiſſimè commendauit, relicto Gualfredo nepote militiæ principe, qui vnà cum his ditionem Eccleſiaſticam tueret. Verùm abſente pontifice, ab Eccleſia DEI hi omnes defecêre: Petrus Columna, quem pontifex in gratiam receperat, Farſenſis abbas cũ Anagninis, Præneſtinis, Tiburtinis, Tuſculanis, Sabinis. Auſus & idem Ptolemæus comparato exercitu Albam Latinam oppugnare, ciuibus ipſis acriter vrbem defendentibus. Verùm ſuperueniente pontifice cum principe Caietano, cumque Richardo Aquilano egregijs copiarum ducibus, pulſis tyrannis Eccleſiam Dei occupare conantibus, & Albam obſidione liberat, & reliqua oppida quæ iam defecerãt, in deditionem recipit. Tibur obſtinatè reſiſtens, expugnat, non ſinè magno vtriuſq; partis incommodo. Montem altum, deiecto indè Stephano, recipiens, totum patrimonium breui pacatum reddidit. Pace deindè compoſita, ad bellum Aſiaticum animum adijcit. principes Chriſtianos literis & nuncijs ad eam rem quàm diligentiſſimè animat, quòd intellexerat, Gothifredo Hieroſolymis mortuo, Saracenos recuperandæ Hieroſolymæ cauſa magnos exercitus eò duxiſſe: ſuperatiſq; Chriſtianis ingenti clade, & comitem Burgundiæ in ipſo prælio cecidiſſe, ac Boemundum viuum in manus hoſtium deueniſſe, ipſum verò Balduinum regem, Gothifredi fratrem, ægrè ex tanta clade ſeſe proripuiſſe, nec paulum abeſſe quin vrbs caperet.

Synodus Florẽtina.

Trecenſis Synodus.

Intereà Henricus quartus mortuo patre, quem apud Leodium bello ſuperauerat, cõpoſitis in Germania rebus, in Italiã veniens, apud Sutriũ ſubſtitit, quòd ſenſerat eius aduentum Paſchali parùm admodùm gratũ eſſe: quippe qui & Eccleſias multas in bellis euerterat, & Epiſcopatus contra ius faſq; pro libidine animi, cui placuiſſet, demandauerat. Verùm miſſis vltrò citroq; legatis, cùm Imperator iureiurãdo interpoſito polliceretur ſe & pacato agmine vrbem ingreſſurum, & coacturum ſuos epiſcopos, vt ſe à poſſeſſione epiſcopatuum abdicarẽt, quos largitione acceperant & potentia, portæ repentè apertæ ſunt. Nã Sutrio mouens Henricus, ad montem Guadij caſtra poſuerat. vndè poſteà, annuente populo, prodeunteq́, obuiàm honorato quoq;, vrbem Leoninam primò ingreditur, præcedẽtibus ſacerdotibus cum infulis & reliquijs ſanctorum à mole Hadriani. Nam per eam portam vrbem Leoninam ingreſſus eſt vſq; ad baſilicam ſancti Petri, cuius in gradibus pedes pontificis eouſq; cum Cardinalibus prodeuntis, exoſculatus eſt. Poſitis deindè militibus ſuis in ſtationibus, vnà cum pontifice, ad dextram tamen, templum ingreditur, in quo poſt orationem ad altare factam, à pontifice petit, vt illos confirmet, quibus ipſe epiſcopatus dederat, licèt iuſiurandum anteà interpoſuiſſet, ſe nunquam id à pontifice petiturum. Paſchalem verò id

Hũc Hẽricum alij rectiùs V. dicunt.

facere

Digitized by Google

Pontifex perfidioſè capitur cum ſuis. facere recuſantem, intromiſſis militibus dato ſigno, vnà cum Cardinalibus ſtatim capit, eumque cum magna parte cleri, ſpoliati priùs, in caſtra perducit. Permotus tam inſigni iniuria populus Romanus, ſumptis armis, Teutonicos ex vrbe Leonina pellit, portasque omnes claudit. Tum verò Imperator ad Soractis montem perueniens, quem nûc ſancti Syluestri vocât, in loco excelſo & munitiſſimo pontificem & Cardinales collocat diſpoſitis circunquaquè cuſtodibus & pręſidibus, nè indè aufugere vel retrahi ab aliquo poſſent. quo facto, ſtatim reliquas copias, vrbem oppugnaturus, mouens, ad Anienem peruenit. Vndè occupato priùs ponte Mammeo, incenſis circunquaquè villis, incurſiones continuò in Romanos faciebat. Quarè pontifex incommodis ciuium & precibus motus, ad Pontem Salarum perductus, accitis ex vrbe notarijs, qui pacta conſcriberent eos omnes (licèt inuitus) in epiſcopatu confirmauit, quos antè Henricus delegerat. Hoc itaque modo compoſitis rebus, dimiſſis captiuis omnibus, Imperator à pontifice coronatur in baſilica ſancti Petri, clauſis priùs vrbis portis, nè populus erumperet, firmataq; ſtationibus ipſa ab Henrico baſilica. Vndè nô ità multò pôſt voti compos factus, in Germaniam redijt. Pontifex verò pacata aliquantulùm Italia, Concilioque apud Lateranum habito, omnia quæ Henrico promiſerat, reuocat: quòd coactus, non libens, in eius ſententiam armis, non rationibus, munitam, deſcêdiſſet, inſtantibus Cardinalibus, qui in vinculis erant, populoque Romano, qui ab Henrico bello vexabatur, vt quauis conditione pacem componeret. Satiùs itaque viſum eſt retractare malè acta, violenter præſertìm, quàm pati exemplo pernicioſo, vt id quoq; reliquis principibus licere videatur, quod Henricus ab inuito pontifice extorſerat. *Conciliû apud Guardaſtallû.* Decreuit item pontifex in Concilio apud Guardaſtallum habito, nè vrbes Aemiliæ, Placentia, Parma, Rhegium, Mutina, Bononia, Rauennati Eccleſiæ anteà Metropoli, ſubiectæ ampliùs eſſent, quòd ſæpiùs ob ſuperbiam in Romanam ſedem præſules Rauénates cornua erexerât. Pontificem verò ad vrbem redeuntem rogârunt ciues quidam, vt in locû Petri præfecti vrbis demortui filium ſubrogaret. Quod cùm facere pontifex negaret ꝓpter ætatem pueri, qui vix decimum attigerat annum: tâta repentè ſeditiò exhorta eſt, vt ei abire ex ciuitate neceſsè fuerit, nè magna aliqua cædes inter ciues committeretur cùm multi ineſſent, qui nequaquàm tantum magiſtratum puero committendum dicerêt. Neque ità quoquè ſeditionis ſemina ábſtulit. Nam cùm Albæ eſſet, intellexiſſetque Petrum Leonis Eccleſiæ fautorem, in ædibus ſuis ab aduerſa factione oppugnati, eò properè Ptolemæum mittit ab Aricia accitum cum ſatis valida manu, qui pulſos in tranſtiberinam regionem aduerſarios partim interfec , partim capit, ac per municipia cuſtodiendos diuidit. ſed magna repentè in Ptolemæo inconſtantia apparuit. Nam quos ipſe paulò antè ceperat, eoſdê poſteà ſuo quoquè nutu ad municipia proficiſcentes, dum iter per Algidum faciunt, ex inſidijs adortus capit, & Laririam ſecum ducit: inter quos & demortui præfecti filius erat. Nô contentus autem tanto admiſſo facinore Ptolemæus, Sarminetum, Nymphæum, Tiberiam, orâq; maritimam occupat. Interim verò Henricus è Germania in Italiam cum exercitu deſcendens, magno terrori omnibus fuit. Verùm cùm is Romam veniſſet, abſente pontifice, qui tum in Apulia Côcilium habebat, cumque ſe priuatum dignitate imperij putaret, vnà cum poteſtate dandorum epiſcopatuû, à Bracharenſi Archiepiſcopo patria exule, iterùm coronatus, ante beati Gregorij corpus, in patriam abijt. Paſchalis autem abſoluto conuentu ex Apulia Romá cum copijs Normannorum rediens, & multa oppida ab hoſtibus occupata recepit, & Pręneſti Caloioânis Imperatoris Conſtantinopolitani, qui patri Alexio ſucceſſerat, oratores libéter audiuit, eiſdemque in mandatis dedit, vt Caloioannem ſuo nomine contra Saracenos animarêt. At verò Farfenſis abbas & Ptolemęus, qui nullum ſibi veniæ locum apud pôtificê ob ſua maleficia reliquerant, latebris deliteſcentes, tandèm per amicos in Paſchalis viri mitiſſimi gratiam redeunt. Pacatis hoc modo rebus, dedicataque Præneſti Agapeti baſilica, Romam, effuſa obuiàm vrbana multitudine honoris cauſa, tâdèm redijt: qua quidem ex frequentia in valetudinem incidens, ſe paulò poſt moriturum cognouit: quarè acceptis Eccleſiæ ſacramentis, cohortatusq; clerum ad pacem & concordiam, pontificatûs ſui anno decimooctauo, menſe ſexto, die ſeptimo, moritur decimoquinto calendas Februarij: ſepeliturq; honorificentiſſima pompa in baſilica Côſtantiniana. Suo autem pôtificatu facta poteſtate ſacrorum ordinum, presbyteros 50. diaconos 30. epiſcopos 100. creauit Romæ præterea eccleſias 15. conſecrauit, maximè verò baſilicam ſancti Adriani in tribus fotis prophanatû quorundá facinoroſorum ſcelere, eccleſiá ſanctæ Mariæ Monticelli in regione Ariolæ. Poſtremò verò reſtituit & conſecrauit baſilicam ſanctorum Coronatorum, eo tempore dirutam, quo Robertus Guiſcardi Salernitanus princeps eá partem vrbis incendit, q̃ à Laterano ad Capitoliû vergit.

ALEXANDRI PAPÆ TERTII GESTA,

Paucis è Platina de Pontificum vitis excerpta.

Anno Domini 1159. ALexander tertius, patria Senen. patre Rancio, mortuo Adriano, duorum & viginti Cardinalium ſuffragijs pontifex creatur, licèt Octauianum Romanum ciuem, tituli ſancti Clementis presbyterum cardinalem, Victorem appellatum tres tantùm ſubrogauerint. Vnde ſchiſma ortum eſt. Tum verò Alexander, nè diutiùs ſeditio illa cum pernicie Eccleſiæ Romanæ protraheretur, Fredericum Imperatorem Cremonam tum obſidentem per legatos rogat, vt interpoſita authoritate imperatoria, ſeditionem tollat. Reſpondit ille, vtrunque pontificem Papiam ire oportere, quò & ipſe proficiſceretur cognoſcendæ diſceptationis cauſa. At verò cùm Alexander, accepto tali reſponſo, Anagniam ſe contuliſſet, Octauianus Anagniam occupat. Tum Imperator indignatus, quòd dicto ſuo pontifex non obtemperâſſet, epiſcopos duos ad Alexandrum mittit, qui eum non pontificem, ſed Cardinalem appellatum, ad Concilium citarent. Hi autem ab Alexandro confutati & reiecti, ad Octauianum ſtatim ſe conferunt; cumque Papiam perducunt, vt haberent quem Alexandro obijcerét. Habito deinde concilio, Fredericus Octauianũ Pontificem confirmat, eumq; equo albo inſidentem, per vrbem Ticinen. ducit, & de more adorat. Qua iniuria Alexander permotus, præmiſſa admonitione, Octauianum & Fredericum anathematis vinculo colligat, literasque mittit ad Chriſtianæ Reip. principes & populos, quibus intelligant, id a ſe iure & meritò fieri. Rediens deindè Romam Alexander pontificatûs ſui anno ſecundo, multos aduerſarios in vrbe inuenit, in ſe cornua palàm erigentes, quòd Frederici exercitus, præter vrbem veterem & Anagniam, omnem Eccleſiæ ditionem iam occupauerat. Quarè Alexander adhortante etiàm Philippo Francorum rege, Tarracinam profectus, conſcenſo nauigio, ad eam rem mandato Guilielmi Siciliæ regis parato in Franciam contendit: conuentuque in Claro mõte habito, anathema in Imperatorem & Octauianũ factũ, ſtatim enunciat. Fredericus autẽ tyrãnica poteſtate vſus, direpta Dertona, & Mediolanum ſolo æquauit, (vndè trãſlata Magorum corpora Coloniam tum crediderim à Rodolpho Colonienſium Archiepiſcopo) & Cremonen. magnis incommodis affecit. Quare Veronen. Vincẽtini, Patauini, Veneti, communi periculo moti, decreuêre, nè ampliùs vlla auxilia Frederico Ciſalpinam vaſtanti præſtarẽtur. Fredericus itaq; ira incenſus, Veronam ducens oppugnandæ vrbis cauſa, cùm eò perueniſſe aliarum vrbium auxilia intellexiſſet, retrocedens, ac Papiam ſeſe recipiens, literis & nuncijs Frãciæ regẽ adhortatur, vt tollendi ſchiſmatis cauſa, Alexandrum ſecum ad Concilium ducat quô & ſe vnà cùm Victore profecturũ pollicetur. Apud Diuionem locus eſt, vbi Sauo fluuius Gallos à Germanis diuidit. Is locus Concilij eſt habitus, quò Fredericus, rebus Italiæ pro tempore compoſitis, profectus cum Octauiano eſt, Scotiæ ac Boemiæ regibus, magniſque armatorum copijs ſtipatus. Verùm cùm Alexander ad id ſe profecturum Concilium negaret, quod ipſe non indixiſſet, Turonique id inchoâſſet, Fredericus ira ac minarum plenus in Germaniam rediens, Octauianum, quem paulò pòſt ſecuturus erat, in Italiam miſit: quo quidem Lucæ mortuo, Guido Cremen. in Antipapam Octauiano ſubrogatur. At verò Romani creatis Coss. Alexandro pontifici amicis, eum ſtatim ex Francia reuocant. qui primò in Siciliam, mox Romam nauigio delatus, congratulantibus omnibus, perbenignè ſuſcipitur. Aduentu autem Alexandri Ciſalpinæ Galliæ populi in ſpem libertatis erecti, anno ſalutis 1165. in Fredericum ſæuè nimiùm imperantem, arma ſumunt, præſidiaque eius ex arcibus quibuſdam deijciunt. Verùm Fredericus comparato magno exercitu in Italiam veniens, præter ſpem nulli noxius, traiecto ratibus Pado, in agrum Bononien. deſcendens, copias partitur. Cohortes enim quaſdam Lucam mittit, quarum præſidio tutus Antipapa eſſet, qui tum Lucæ erat. Ipſe verò cum reliquo exercitu Anconam profectus, vrbem aliquandiu obſidens, in ſuam tandem redegit poteſtatem. Interim verò ſociæ Ciſalpinæ Galliæ ciuitates, Mediolanum reſtituunt ac muniunt, Laudenſes Mediolanenſium hoſtes in ſocietatem recipiunt, quò faciliùs Frederico reſiſtere poſſent, ſi in eos moueret. Verum Fredericum maior cura inceſſit. Mortuo enim Guilielmo Normãno Siciliæ rege, Emanuel

Cõcilium Claromõtenſe.

Græcus

Legatio Emmanuelis Imperatoris ad Papã.

Græcus Imperator legatos ad pontificẽ miſit, qui ei pollicerentur & magnas copias in Fredericum, & vnicam mentem omnium Græcorum cum Eccleſia Romana conuenientem, vt Orientalis cum Occidentali eadem fieret, ſi pateretur imperium Romanũ antea diuiſum, in vnum corpus redigi. legatis autem quid ſit reſponſum, haud ſatis cõſtat, cùm bellum inter Romanos, Tuſculanos atq; Albanos ortum, pontificem impediuerit, quò minùs certum reſponſum legatis daret. Nam cùm Tuſculani Albanique pendere Romanis tributa immoderatiùs imperata recuſarent, incenſus ira populus Romanus, reclamante pontifice, populariter in Tuſculanos mouent. Tuſculanorum rempub. tum maximè gubernabat Aino comes, quem Rogerius ducatu Apuliæ deiecerat. Is itaq; in re militari peritus, accerſitis Germanis, qui apud Nepeſium Sutriumque conſederant, tanta Romanos clade affecit, vt deincèps vix ſe tueri mœnibus, nedùm hoſtem foris laceſſere, potuerint. Tum verò Federicus vlciſcendi iniurias (vt ipſe dicebat) ab Alexandro acceptas occaſionem nactus, Ancona deſcendens, Romam mouet. Poſitis autem in pratis Neronianis caſtris, irrumpere ſuburbium Vaticani conatus, à familiaribus Alexandri conſtantiſſimè repellitur. Sequenti verò die baſilicam Petri incendiſſet, ſi æditui fureorem ac iam facem intentantem admiſiſſent. Põtifex autẽ haud ſatis tutò in Laterano conſiſtens, quòd iamiam irrupturos Germanos videbat, in ædes Fregepanum ad Palladium diuertens, confugit. Tum verò Guilielmus Siciliæ rex, magni Guilielmi filius, audito põtificis diſcrimine, magnam vim pecuniæ & triremes duas paratiſſimas ei miſit. Inſtabat cum populo Romano Fredericus, cui pacem promittebat, vt de duobus pontificibus digniorem eligeret, altero eliminato & reiecto. Quę res certè cum tota ad Federici nutum ſpectaret, pontifex noctù abiens nauigatione, ſalutem ſibi fuga quæſiuit, Caietam primò, mox Beneuentum delatus. Expulit & Federicũ ab vrbe Roma peſtis, qua paſsìm veluti pecora & ciues & milites oppetebant.

Venienti autem in Galliam Ciſalpinam Federico Imperatori, fœderatæ ciuitates cum exercitu obuiàm fiunt: quos alacriter nimìs inſtantes, detrectato certamine, ſtudioſè vitans, in Germaniam peruenit. Abeũte itaq; Frederico, ſociæ ciuitates Alexandriam, de nomine Alexandri pontificis nuncupatam, apud Rouretum Taro amni adiacentem, paribus animis impenſaque condunt: in eãque ex omnibus ciuitatibus quindecim millia hominum ad incolendum mittũt, diuiſis agris viritim, partitiſque in vrbe locis ad ędificandum. Romani autẽ acceptæ cladis memores, abeunte Federico, Albam vi capiunt ac diruunt. Idem etiàm in Tuſculanos feciſſent, ni pontifex eos nunc minis, nunc execrationibus à tanto facinore deterruiſſet.

Alexãdria conditur.

Miſit tum etiàm Emanuel Imperator Conſtantinopolitanus alios oratores, qui maiora pollicebantur, ſi pontifex in ſententiam ſuã deſcendiſſet: Quibus Alexander ità reſpondit, ſe nolle id in vnum coniungere, quod olìm de induſtria maiores ſui diſiunxiſſent. Moritur interim Guido Cremeñ. Antipapa in baſilica S. Petri: quam magno Frederici præſidio adhuc obtinebat, cuius in locum à ſeditioſis quibuſdam ſufficitur Ioannes Sirmieñ. abbas ex Pannonia, vir pridèm furto infamis, cuiq; Aino comes ſibi timẽs ob cladem anteà Romanis illatam, Tuſculum tradidit, montem Flaſconem ex pacto recepturus. Verùm cùm Aino à Flaſconẽſibus nõ reciperetur, recuſarentq; Tuſculani Antipapam recipere, Tuſculũ rediens, omninò excluditur. Indè verò ad Alexandrum, qui tum Verulis erat, abiens, ius omne ſuum, quod in Tuſculo habebat, ei condonauit. Vndè Tuſculani, publico etiàm decreto ac conſilio adhibito, pontificem recipiunt. Quo in loco Henrici Angliæ regis oratores auditi ſunt, regem ſuum purgantes, quòd falsò diceretur in necem B. Thomæ Archiepiſcopi Cantuarien. coniuraſſe. Hanc ob rem pontifex cùm non facilè oratoribus regis crederet, in Angliam duos Cardinales cum magna poteſtate mittit, qui rem ipſam diligenter inſpicerent, quibus certè rex, omiſſo Hybernico bello, quo erat implicitus, honoris cauſa apud Normanniam occurrit: reque diſcuſſa, ad hoc ventum eſt, vt Henricus iuramento adhibito, cùm non ſatis de facto conſtaret, ſeſe purgauerit, promiſeritque ſe pœnitentiam pro nece ſanctiſſimi viri acturum: cuius etſi fuiſſet inſons atque inſcius, occaſionem tamen præſtitiſſe ſit viſus, quòd viuentem ſimultate & odio perſecutus ſit.

Legati regis Anglię ad Pontificem.

Additum præterea, vt ducentos milites Hieroſolymã mitteret, qui ſuis auſpicijs, ſuaque impenſa per annum contra Saracenos dimicarent: vtq; ipſe triennio, cum quãto poſſet exercitu, contra barbaros bellum gereret, libertatem eccleſiaſticam in ſuo regno tueretur, appellationibus ad curiam Romanam factis non aduerſaretur. His autẽ rebus iureiurando confirmatis, regni Anglici titulum in ſe atque in hæredes ſuos transferri meruit, pontifice annuente. Hinc autem obſeruatum eſt, vt omnes Anglici reges à Romano pontifice regni iura recognoſcant.

Vnde factum, vt Anglię Reges Regnũ à Põtifice agnoſcãt.

Alexander autem diù cum Romanis colluctatus, cùm diceret ſe vrbem eorum pace ingreſſurum, nil ampliùs quàm rem diuinam curaturum, omiſſa eis cura rerum ſecularium: cùm id etiàm non impetraret, * Segniam proficiſcitur: ibì auditis legatis, qui ex Anglia venerant, cognitiſq; beatæ Thomæ miraculis, eum in numerum ſanctorum refert. Fredericus autẽ in Italiam per montem

Sanctus Thomas Cantuarieñ canonizatur.

tem Ciniſium rediẽs, Secuſam dolo captam diruit: Aſtenſes timore perculſos, in deditionem accipit: Alexandriam menſes quatuor graui obſidione premens, magnum incommodum ab erumpentibus accipit. Poſteà verò pertæſus longitudine laborum, in die Paſchatis obſidionem ſoluens, Papiam venit: vbi de pace Italiæ eſt actum, interpoſita pontificis authoritate, quam Veneti, cũ Imperatore Conſtantinopolitano anteà ſentientes, libenter amplexi ſunt, ob violatum à Græcis ius gentium. Henricum enim Dandulum ciuem ſuum, legatum ad Emanuelem miſſum, tandiù candentia æra inſpicere coegêre, quoàd oculorum aciem amitteret. Alexander autem pontifex cùm iam pacata eſſe omnia exiſtimaret, Alexandriæ nouæ vrbi Epiſcopum dedit, anno ſalutis 1175. Verùm non ità diù pòſt Federicus in Italiam cum magnis exercitibus deſcendens, omnia ſtatim infeſta reddidit. Mediolanenſes tamen, adiuuantibus ſocijs omnibus, eius copias ità attriuêre frequentibus prælijs, vt paulùm abfuerit, quin ipſe quoquè Imperator, ſubfoſſo eius equo, interficeretur. Ex Papienſibus autem & Comenſibus, qui Imperatori fauebant, multi deſiderati ſunt. Ipſum verò Papienſem Epiſcopum pallij & ferendæ crucis dignitate priuauit pontifex, quia in partes Imperatoris declinauerat. Tum verò Frederici proceres arbitrati id ei accidiſſe, quòd Eccleſiam Dei perſequeretur, palàm minari ſe in patriam redituros, omiſſa tam iniqua militia, ni properè cum pontifice in gratiam rediret. Conuenerat iam Venetias Alexander componendæ pacis Italiæ cauſa: eò & Fredericus accedens, in veſtibulo ſancti Marci, pontificis pedes exoſculatur: ſimul deindè ad altare maius profecti, accepta dataque ſalute, de fœderibus pacis inter ſe multùm diuque collocuti ſunt, quæ poſteà ſequenti die ex ſententia confecta eſt. Abiens deindè Imperator cum bona pontificis venia, Rauennam primò, mox Bertonorum ſe contulit: quod oppidum cùm retinere ob opportunitatem loci inſtituiſſet, rogatu Alexandri Eccleſiæ tandèm reſtituit. Abiens quoquè Venetijs Alexander cum triremibus tredecim Guilhelmi Siculi, & quatuor Venetorum, ornato ob beneficium acceptum eorum ſummo magiſtratu inſignibus quibuſdam & muneribus, Sipontum primò ventis delatus, atque indè Troiam & Beneuentum, per Caſſineñ. ſaltum Anagniam ſe contulit: vbi non diù immoratus, Tuſculum petens, de abrogandis Coſs. agere cum Romanis cœpit antequàm pax componeretur. Verùm quia res in L. annum protracta, tolli difficillimè videretur, pacti ſunt, vt non priùs electi à populo Coſs. magiſtratum inirent, quàm in verba pontificis iurarent, ſe Eccleſiæ Romanæ fideliſſimos fore: nihilque vnquàm molituros, quod dignitati pontificiæ obeſſet. Hoc itaque modo rebus compoſitis, pontifex tertiùm Romam profectus, prodeunte obuiàm gratulationis & honoris cauſa honoratiſſimo quoque, concilium ſtatim in Laterano celebrat: tum vt mores curiæ iam nimia licentia labefactatos componeret, tum vel maximè, vt decerneretur ſub anathematis pœna, nè quis ferrum, ligna, armàve infidelibus & à religione noſtra alienis importaret. Alexander verò poſt longos & aſſiduos labores, cùm iam quieturus a tyrannicis perturbationibus videretur, pôtificatûs ſui anno vigeſimoprimo, die decimonono, Romæ moritur, ſublatus priùs è medio quatuor ſchiſmaticis pôtificibus, quorum ſeditionibus Eccleſia Romana ferè ſubuerſa eſt.

Pax inter Pontif. & Imper. cõfecta.

LECTORI

LECTORI BENEVOLO

BARTHOLOMAEVS LAVRENS

Cognomento Vulgari Poin, S.

SYNODVS Lateranenſis ſub Alexandro Tertio habita, cum Indice ſibi præfixo, itemque cum ijs quæ ſibi adiecta habet, ad quæ præfixus hic index ſpeciatim reſpicit, ſicuti paulò poſt videbis: excerpta eſt è volumine pergamenico, non illo cuius ſuprà ſub Adriano I. & Nicolao I. mentionem fecimus, ſed alio ac diuerſo, nihil præter illa quæ hic ſequuntur, aliud compræhendente: ideoque totum hoc integrè, non diuiſim, exhibere placuit: quanquàm pars ea quę prima hic aſſeritur, & in archetypo ità vocatur, ſeorſim ac ſpecialiter ipſum tantummodò Lateranenſe Concilium videri poteſt, cùm & archetypi titulus ea tantùm in parte hoc præferat, nec omnia quæ deincèps ex ordine ſequuntur, Alexandri tertij ſint, ſed aliquorum etiàm qui poſt eum Apoſtolicæ ſedi præfuerunt. Verùm quia totus ille archetypi de quo loquimur, codex eorundem propè characterum erat: & maximè, quia pars prima, ſecunda, tertia, & cæteræ deinceps apte ſibi cohęrebant: & ſuper omnia, quod D. Petrus Crab Ordinis S. Franciſci de Obſeruantia, vnicus ac ſedulus archetyporum, quibus in editione Cōciliorum anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo vſi fuimus, procurator, illud nobis exemplar vnicè commendauit, omittere quicquam ex illo, præſertim quod de textu (vt vocant) eſſet, neq; voluimus, neque auſi ſumus. Nam adnotationum, quæ in archetypo ob marginis capacitatem plurimę ſunt, non potuit in editione hac ob marginis exiguitatem, haberi paſſim ratio. Cæterùm quanto labore conſtiterit archetypi huius, quod propter breuiationes inſuetas ac nimias non tam lectore, quàm cōiectore indiguit, tranſcriptio: quoniam neminem, niſi quem hoç ipſum archetypon videre contigerit, crediturum putamus, nullum hic verbum facimus, Deo tantùm hoc noſtræ quicquid eſt opellæ commendatum volentes.

EORVM QVÆ VEL LATERANA

Sub Alexandro Papa III. Synodo,

Vel ijs quæ illi proximè adhærent, compræhenduntur, Index.

DE SIMONIA.

1 NE prælati vices ſuas ad terminandas cauſas ſub annuo precio committant.

2 Nè ſacerdos ſub annuo precio eccleſiarum regimen ſuſcipiat.

3 Quòd pro exceſſibus corrigendis aut criminibus puniendis, & quòd pro examinatione aquæ vel ignis, à clericis vel laicis pœna pecuniaria non debet exigi: & quòd pro exactione pecuniæ, nõ debent perſonæ ſuſpendi, nec eccleſiæ interdici: & quòd à vicarijs non debet pecunia exigi, vt eis diuina permittatur celebrare.

4 Quòd epiſcopus ab eccleſia, quam conſecrat, poteſt exigere procurationem moderatam, & nihil aliud.

5 Quòd in collectione denariorum, beati Petri eccleſiæ vel perſonæ grauari non debent.

6 Quòd eccleſiæ vel perſonæ in viſitatione grauari non debent.

7 Nè prælati in presbyteros tallias & indebitas exactiones exercere, vel eos irrationabiliter grauare vel inhoneſtè tractare, aut ſine capituli ſui iudicio ſuſpendere, aut eorum eccleſias interdicto ſubijcere præſumant: & quòd vnus duas maiores eccleſias non debet habere, quarum vna poſſit ei ſufficere: & quòd non debet aliquis ſine ordine iudiciario excommunicari.

8 Epiſcopos eccleſias, quas de manibus laicorum eripuit, nouis non debet exactionibus prægrauare.

9 Quòd à prælatis non debent ſubditi viliter & inhoneſtè tractari, vel indebitis exactionibus vel procurationibus grauari: nec eorum eccleſiæ, ſine manifeſta ratione & cauſa rationabili, interdictio ſupponi.

10 Quòd ab ijs qui ad religionẽ tranſire voluerint, non debet aliqua pecunia exigi: nec prioratus vel capellania annua diſtractione vendi: nec ab eo cui regimen eccleſiarum committitur, pro ipſarum commiſſione precium peti: nec pro ſepultura, vel chriſmatis & olei perceptione, vlla alicuius precij exactio debet exerceri.

11 Nè quis clericos vel laicos pro ſuis exceſſibus pœna pecuniaria mulctare, ſiue pro examinatione ignis vel aquæ, pecuniam extorquere: aut pro indebita exactione pecuniæ, perſonas ſuſpendere, aut eccleſias interdicere præſumat: neque ad eccleſias viſitandas, niſi ſemèl in anno, aliquis accedat: niſi fortè talis emerſerit cauſa, ob quã oporteat eas ſæpiùs viſitare: & etiam cum ea moderantia hominum & equitaturarum, quòd qui in eis morantur, non debeant exindè meritò querulari.

12 Quòd eccleſia vel cauea ſuper ipſa non facta, nec emi poteſt, nec redimi.

13 Quòd ſi qui, vt electioni alicuius conſentirent, præmium vel aliquod beneficium receperint, & hoc manifeſtum ſit, aut exterius confeſſi inuitè vel legitimè conuicti fuerint, ab altaris miniſterio perpetuò ſunt deponendi. Si autem manifeſtum non ſit, nec confeſſi nec conuicti fuerint, & tamen poſteà laborant infamia, eis canonica debet purgatio indici: in qua ſi defecerint, tanquam tanti ſceleris authores, ſunt puniendi.

14 Non eſſe alicui dandam eccleſiam intuitu pretæ.

15 Quòd ſi qui eccleſias Simoniacè fuerint adepti, & hoc ſit notorium, eis debent priuari. Si verò notorium non ſit nec publicum, & tamen poſteà laborent infamia, cum violenta manu vel vi canonica ſui ordinis debet eis purgatio indici: in qua ſi defecerint, beneficijs perpetuò debent carere adquiſitis. Taleſq; perſonæ in purgatione debent recipi, de quibus veriſimile ſit, quod non debeant alicuius rei obtentu peierare.

16 Quòd pro regimine ſcholarum nihil debet præſtari.

17 Quòd pro licentia docẽdi nihil debet exigi aut promitti: promiſſum verò, remitti: ſolutum, debet reddi. Si autem huius prohibitionis occaſione diſtulerit quis magiſtros congruos in locis congruis ordinare, prælatus ex officio ſuo ibidem, poterit viros idoneos inſtructioni præficere animarum.

18 Item de eodem.

De dolo & contumacia & calumnia alterius partium punienda.

1 Quòd in eccleſiaſticis perſonis & negocijs rigor nimius non debet exerceri, ſi propter hoc iuſtitia non periclitatur.

2 Quòd victus victori in cauſis proprijs, vbi fortè (ſicut cautum eſt) pro abſente ſententia feratur, debet condemnari.

3 Quòd ſi quis cauſa rei ſeruandæ in poſſeſſionem miſſus fuerit, & alius intra annũ poſſeſſionem ſecundùm formam iuris non intrauerit, licèt poſteà veritate tacita, literas

à ſede Apoſtolica de recuperanda poſſeſſione impetrauerit, de proprietate tantùm eſt audiendus.

4 Item. Idem de eodem.

5 Quòd ob peremptoriom in die prima citationis factum, vbi magna vrgeat neceſſitas, poteſt appellari.

De decimis præſtandis.

1 Quòd decimæ pro temporalibus non ſunt commutandæ.

2 Quòd de prouentibus molendinorum & piſcariarum, & de fœno & lana decimæ debent perſolui.

3 Quòd decimæ de fœno equitio, pomis, piris, & apibus & omni fructu cum integritate debent perſolui.

4 Quòd ſeruientibus & mercenarijs de frugibus non decimatis debita non debent impendi, & quòd de nutrimentis animaliũ decimæ debent præſtari.

De coniugatis & ſponſis monaſterium ingreſſis, vel ingredi volentibus.

1 Quòd poſt legitimum conſenſum de pꝛſenti, licitũ eſt alteri, altero etiàm repudiante, monaſteriom ingredi, & altero in ſeculo remanente, ſi vna caro non ſoot effecti.

2 Qui inuita vxore monaſteriom ingreſſus eſt, ea petente ad eam debet redire: ſed & ea mortua, in ſeculo poterit remanere, ſed aliam non poteſt accipere.

3 Non debet vir ſine vxore, vel vxor ſinè coniuge ad religionem conuolare, nisi qui remaoet, tam ſenex ſit, qoòd ſinè ſuſpicione poſſit in ſeculo commorari.

4 Si quis abſque licentia vxoris monaſterium ſit ingreſſus, ea non vouente continentiam, ab epiſcopo poterit reuocari.

5 Si quis habitum religionis ſuſceperit, nondùm verò profeſſus eſt, & poſtmodùm vxorem duxerit: noo eſt cogendus, ab ea recedere, & ad religionem tranſire.

6 Quòd nõ recipitur illos viri apod Deũ conuerſio, cuius ſequitur coniugalis fœderis proſtitutio: nec vllus ad ſacros ordines eſt promouendus, niſi ab vxore contioentiam profitente fuerit abſolutus.

7 Qoòd vxoratus, niſi vxor eius profiteatur cootinentiam, & ſibi velamen impoſuerit, non debet ordinari.

8 Quòd ſi vir & vxor per carnis commixtionem vna caro non ſint effecti, poteſt alter ſinè altero conuerti, & alter in ſeculo remanere.

9 Quòd viro religionis habitum aſſumente, ſi vxor ſuſpicione careat, quòd volet ad ſecunda vota migrare, continentiam profeſſa, poterit cum filijs & familia remanere. Si autem talis non fuerit, a ſecularium hominum cõuerſatione debet remanere: nec aliquis vxorem tonſurare, & cum ea præſumat habitare.

10 Quòd poſt votum ſimplex, metu interpoſito factum, permittitur contrahere matrimonium.

De ſponſalibus & matrimonio contracto ſiue contrahendo.

1 Quòd ſi quis vxore inſcia, aliam ſibi matrimonio copulauerit, non poteſt poſteà ab ea recedere inuita, nè de dolo ſuo videatur lucrom reportare.

2 Qui fidem dedit de aliqua ducenda, ſi eam cognouit, & aliam poſteà acceperit, nõ eſt ab ea ſeparandus, ſed de fidei læſione pœnitentia iniungenda.

3 Si qui infra anoos matrimonio aptos fuerint deſponſati, à pactione nuptiali non poſſunt recedere, & ad aliod matrimonium conuolare.

4 Nullus conſanguineorum alterios ſponſam ætati nubili aptam, aliquandò poteſt ſibi matrimonio copulare.

5 Qui ſub conditione aliquam deſponſauerit, nõ poteſt eam poſteà relinquere, quãuis conditio non extiterit.

6 Quòd pubes dicendus eſt, qui talis eſt, vt iam poſſit procreare.

7 Quòd ſi quis aliquam infra ſeptimum annum deſponſauerit, poteſt matrimonium cum matre eius poſteà contrahere, cùm deſponſationes & matrimonia ante ſeptimum anoom fieri non poſſint, niſi poſteà cõſenſus interuenerit: & filij ab ea ſuſcepti, à paterna vel materna hæreditate oon debent prohiberi.

8 Quòd ſi qui mutuo conſenſu ſe adinuicèm receperiot, diceotes, Ego te io meam, &, Ego te in meum recipio: licèt alter eorũ alij poſteà ſe copulauerit, debet ab eo vel ab ea ſeparari, licèt carnalis commixtio inter eos fuerit ſubſecuta.

9 Quòd qui habitum religionis ſuſcepit, ſi profeſſionem non fecit, & aliquam ſibi poſteà matrimonio copulaoerit: non eſt cogendus ab ea recedere, & ad eccleſiã redire.

10 Si vir dixerit mulierem ab eo cognitã, & ipſa negauerit, ſtandum eſt viri veritati, ſi id adfirmauerit iuramento: & ſi ipſa nubili ætate proxima, alicui fuerit deſponſata, non licet alicui de conſanguinitate viri eam ducere in vxorem: nec fas eſt ſponſo, aliquam de conſanguinitate puellæ matrimonio ſibi copulare.

11 Matrimonia canonicè contracta, non eſſe leuitate aliqua diſſoluenda.

12 Quòd qui iurauit ſe aliquam ducturũ, ſi poſteà ad alienas partes ſe tranſtulerit ea incognita, liberum erit mulieri ad alia vota tranſire. Et quòd ſponſalia, ſed non matrimonia, in conditionis euentum rectè cõtrahantur.

13 Quòd ſi aliquis vi compulſus, aliquã ſibi matrimonio copulauerit, & eam non cognouerit,& aliam poſteà ſuſceperit, non eſt cogendus ad primam redire.

14 Quòd adulterium adulterio compenſatur.

15 Quòd ſi aliquis aliquam ſibi copulauerit,& poſteà cõpererit ei coniunctam prima vel ſecunda linea, vtraq; debet perpetuò carere. Si autem in tertio vel ſuprà ſe gradu contigerint, à ſecunda debet ſeparari, & primæ adhærere.

16 Quòd ſi quis vxore viuente aliam acceperit, vel de ea ducenda ei fidem dederit: ab eius conſortio perpetuò debet ꝓhiberi.

17 Quòd ſi pari conſenſu contractum ſit matrimonium, & vir ea incognita aliam duxerit,& eam cognouerit: ſecunda relicta, primæ debet adhærere. Quãquàm mulieri deſponſatæ & incognitæ liceat ad religionem tranſire, aliam tamen non poteſt in vxorem ſibi copulare.

18 Quòd ſi quis aliquam nubili ætati aptam, in ſuam receperit, licèt poſteà ab alio deſponſetur & cognoſcatur, debet primo reſtitui.

19 Quòd qui prohibẽtur cõiungi, ſi poſteà ſeſe coniunxerint, poſſunt excommunicari, quouſque de matrimonio cognoſcatur.

20 Quòd partibus abſentibus veritas non poteſt plenariè inquiri: & quòd ad eũ à quo appellatum eſt, cauſa non debet remitti.

21 Quòd ſi quis pendente lite matrimoniali aliam acceperit, & poſteà inter ipſum & primam diuortium fuerit celebratũ, poteſt cum ſecunda remanere. Et quòd non eſt dicendus conſenſus de præſenti, licèt verbis præſentibus exprimatur, qui ex arbitrio dependet alieno.

22 Quòd ſi quis aliquam deſponſauerit, & eam non cognouerit: ſi poſteà aliquis eam acceperit & cognouerit, cum eo debet remanere.

23 De eo quòd*

24 Quòd ob coeundi impoſſibilitatem, non debet fieri diuortium.

25 Quòd non licet vxorem dimittere ſinè manifeſta cauſa fornicationis: & tunc, ipſa viuente, tenetur continere.

26 Quòd licèt diuina officia prohibeantur, baptiſma tamen paruulorum & pœnitentia morientium non debet prohiberi.

27 Quòd qui vnam ſororum deſponſauerit, ſi eam nõ cognouerit, poteſt aliam ſororem ſibi matrimonio copulare.

28 Secundum matrimoniũ ſolenne, primo clandeſtino pręiudicat. & matrimonium contra indictum Eccleſię contractum, tenet, etiàm poſt appellationem.

29 Si puberes cõtraxerint ſponſalia, poſteà reclamantes nõ ſunt audiendi: ſed ſi ambo impuberes & reclamauerint, ſunt audiendi: ſi verò alter pubes, alter impubes, & impubes reclamauerit, eſt audiendus.

30 Quòd non poteſt vir vel mulier matrimonium ſuum accuſare, nec alij, ſi octodecim annis tacuerint.

31 Actu extrinſeco matrimonium præſumitur adimpleri.

32 Eorum qui poſt motam quæſtionem vel ab accuſatoribus conſanguinitatem dixerunt, teſtimonium non valere. Nominandæ ſunt etiàm perſonæ, & gradus ex vtraque latere diſtinguendi: nec niſi per iudices diſcretos & pacem habentes, debet cauſa pertractari.

33 Qui de matrimonio contrahendo fidẽ dederunt, commonendi ſunt eam ſeruare.

De poteſtate iudicem delegatorum, & de varijs literis diuerſis temporibus impetratis.

1 Licèt inhibita fuerit appellatio, à ſecundo tamen delegato ad primum delegantem poteſt appellari.

2 Accuſatores & eorum fautores iuſtitiam impedientes, Eccleſiaſtica debent cenſura coerceri.

3 Quòd pro varietate literarum, in executione iudicibus eſt ſuperſedendum.

4 Quòd non eſt ſtandum ſententiæ, quæ manifeſtam continet iniquitatem.

5 Iudex delegatus, alij vices ſuas committere poteſt.

6 Cauſæ quæ intra certum terminum decidendæ committuntur, niſi de communi conſenſu prorogetur, eo elapſo expirat mãdatum. Et qui ad hortationem iudicis delegati venire neglexerit, ſecundùm iudicis arbitrium poterit puniri.

7 Cùm iuriſdictio delegatur, omnia videntur delegata, quę faciunt ad iuriſdictionẽ.

8 Iudex delegatus cauſam appellatione remota commiſſam, alij nõ poteſt committere re. ap.

9 Quòd priores literæ derogant poſterioribus, niſi intentio prioris commiſſionis in poſterioribus habeatur. Quòd etiamſi cauſa conſenſu partium alteri fuerit delegata, & alter ignorante altero, tacita priori cõmiſſione, eam alij impetrauerit committi, propter dolum & fraudem debet alter in expenſis condemnari.

10 Quòd iudex delegatus ſuam executionem poteſt demandare.

11 Item de eodem, & ſi quis ei reſtiterit, poteſt eum coercere.

12 Quòd ad iuſtam ordinarij commonitionem cauſa delegata debet differri, & Papa propterea conſuli.

13 Quòd non ſecũdùm formam in literis expreſſam, ſed ſecundùm rigorem iuſtitiæ eſt in cauſa procedendum.

14 De eo quod ſuprà c. 6. Cauſæ: & ſi iudex aliter fecerit, & fines mandati exceſſerit, eius iuriſdictio expirat.

15 Quòd

15 Quòd delegatus ſecundùm priores literas, poteſt in cauſa procedere, niſi expreſſim in poſterioribus connneatur, cauſam ipſam ab eius examine ſubtractam.

16 Quòd qui ſemèl officio ſuo functus eſt, decæterò eius iuriſdictio ceſſat.

17 Quòd abſens cauſa ſtudij vel peregrinationis, vel alia certa cauſa, ante citationẽ excuſatur, & de eo, qui ſuprà 6. Cauſæ.

18 Quòd hæc conditio, ſi preces veritate nitantur, eſt ſubintelligenda, & ſi non apponatur.

19 Quòd iudex poteſt termioum appellationis abbreuiare, & ſi intra terminum non fuerit appellationem proſequutus, appellantem proſeqoi appellationem compellere poteſt, vel coram ſe iudicio ſtare debet.

20 Quòd iudex delegatus maior eſt eo, cuius cauſam ſuſcepit terminandam: & ſi rebellis fuerit, poterit eum punire.

21 Quòd etiamſi aliquis præſtito iuramento iudicio ſiſti fuerit abſolutus, & ſtatim in vocem appellationis proruperit, nón eſt aliquateoùs audiendus.

22 Quòd morte mandatoris, lite nõ conteſtata, finitur mandatum.

De teſtibus cogendis vel non.

1 Quòd vocatus ad teſtimonium perhibendum, niſi venerit, eſt coercendus.

2 Quòd poſt poblicationem atteſtationum, teſtes non debent produci.

3 Quòd religioſi in propriijs cauſis à ferendo teſtimonio oon ſont expellendi.

4 Quòd teſtis ſuper crimine conuictus, oon eſt audiendus.

5 Scripta authentica, ſi in ſcriptura teſtes deceſſerint, robur non habent: niſi per manum publicã ſint authenticata, aut authenticatum haboerint ſigillum.

6 Teſtis ob crimen contra eum ciuiliter probatum, à teſtimonio repellitur, ſed non aliter punitur.

7 Quòd ad ferendom teſtimonium nullus ſit cogendus, niſi omore aduerſæ partis ſe ſubtraxerit: & quòd laicus à clerico in cauſam tractus, in foro forenſi eſt conueniendus.

8 Laicus contra clericum teſtimonium nõ poteſt perhibere, niſi ſuam vel ſuorum proſequatur iniuriam: ſed nec tunc poteſt eum accuſare.

9 Quòd non ſunt teſtes vltra tertiam productionem producendi.

10 Quòd dicta teſtium benignè debent interpretari, oè de periurij reatu notentur.

11 Quòd in cauſa filiationis, contra communem viciniæ opinionẽ, ſtandum eſt verbo viri & molieris.

12 Quòd poſt teſtium renooctiationem in cauſa appellatioois, ſuper nouis articulis teſtes ſunt admittendi.

13 Quòd licet iuramentis contrauenire.

14 Quòd qui perſonatui renũciat, & penſiooem ſoluit, non poteſt inniti inſtitutioni.

15 Quod priuilegium ſuper re litigioſa impetratur, non valet.

16 Quòd teſtes ſunt compellendi.

17 Quòd teſtes duplex debent præſtare iuramentum.

18 De eo qui ſuprà c.3. Cùm ounnia.

19 Quòd teſtes debent moneri, non cogi.

20 Quòd iudices debent intrare vbi teſtes degunt, ſi decrepiti fuerint.

21 Quòd teſtes purgationis ſecundùm propriam conſcienoam iurare debent.

22 Quòd qui fornicarias habent, eccleſiaſtico debent beneficio ſpoliari: & quòd latrones & raptores & de periurio conuicti, non poſſunt teſtimonium perhibere.

23 Quòd teſtes ad accuſationem matrimonij non ſunt admittendi, qui tempore cõtracti matrimooij cõſanguinitatem ſcientes ſiluerunt.

De ſecundis nuptijs.

1 Quòd non debet benedictio iterari.

2 Quod ſinè infamia mulier infra tempus luctûs nubere poteſt.

De appellationibus.

1 Quòd non debet inquiri, cuiuſmodi actio intendatur, ſed primò rei veritas inquiratur.

2 Quòd appellatio de omni grauamine noo eſt admittenda.

3 Quòd vbi ſub prætextu appellationis noſcitur crimen committendum, non eſt appellans defendendus.

4 Quòd religioſus, nè caſtigetur appellãs, non audietur.

5 Quòd fruſtratoriæ dilationis cauſa appellans audietur, & qoòd morbo conſimili laborantes, in teſtimonium non admittuntur.

6 De eo qnòd ſupra e.c. proximo, & quòd iudex poterit terminum abbreuiare, infra quem niſi appellationem fuerit appellans proſeqoutos, tenet ſententia contra eum lata: & quòd raptor & alienæ rei detentor & fornicator, niſi ſit manifeſtum, appellans audietur.

7 Quòd tenet excommunicatio poſt appellationem antè interpoſitam.

8 Quòd ſi iter arreptum fuerit ante accuſationem factam, non eſt in cauſa procedendum.

9 Quòd appellationi ſuper incidenti quæſtione factæ, ſi ſinè ea priocipalis quæſtio non poſſit terminari, eſt deferendum: & quòd app.iohib. etiàm de falſa ſuggeſtione appellari non poſſit.

10 Quòd appellationi, pro qualicunque

fiat cauſa leui, eſt deferendũ: & de eo qui †

11 Quòd ſi cauſa ap. re. committitur, licèt aliquod ſpeciale mandatum habuerit, vbi ei liberè liceat appellare: non eſt tamen audiendus, quia ſpeciale mandatum derogat generali.

12 Quòd vbi inhibita eſt appellatio, & recuſatio: & quòd tunc incipit, cùm iudices ſuſceperint mandatum.

13 Quòd qui violentas manus in clericũ iniecerit, appellans non audietur.

14 Quòd in criminibus notorijs non eſt deferendum appellationi, & de eo quòd ſuprà 6 Cùm ſit.

15 Quòd ſi quis ab aliquo appellauerit ꝓ aliqua re, & poſteà coram eodem ſuper alia conueniatur, poteſt eum velut ſuſpectum euitare.

16 De eo quod ſuprà e. 12. c. Super eo.

17 Quòd ſi quis appellauerit, niſi ſit app. re. eſt audiendus.

18 Quòd delegatus poteſt accuſari.

19 Quòd appellans metu literarum, quas ſcit impetratas, non eſt audiendus.

20 De eo quod ſuprà e. 3. c. Quòd verò

21 Quòd de facto excommunicatus, licèt non de iure, de facto abſolui ✱

22 Quòd literæ, pendente appellatione, impetrari non valent.

23 Quòd ſi cuius poſſeſſio poſt appellationem fuerit turbata, archiepiſcopus poteſt emendare.

24 Quòd Archiepiſcopus poſt appellationem poteſt exceſſus corrigere, de quibus non appellatur.

25 Quòd religioſi pro euitanda diſciplina appellantes, non ſunt audiendi.

26 Quòd ſuper re ſpirituali ad ſecularem iudicem non eſt appellandum.

27 Quòd qui publica laborat infamia, teſtibus deficientibus, ad purgationem eſt cogendus: & quòd pro inimicitia vel manifeſta cauſa ſuſpicionis, poteſt ordinarius euitari.

28 Quòd obtentu appellationis non poteſt quis excuſari, quin ad vocationem Cardinalis debeat venire.

29 Quòd qui iurant iudicio ſiſti, & poſteà appellant, compellendi ſunt ſeruare quæ iurant, vel intra quadraginta dies proſequi appellationem.

30 De eo quod ſuprà e. 24. c. Significauit.

31 De eo quod ſuprà e. 9. c. Super eo.

32 De eo quod ſuprà e. 22. c. Ex literis. Et quòd non reijcitur, qui volens poſſeſſionem ingredi, vi repellitur in continenti.

Vt actor reſpondeat ei quem conuenit.

1 Quòd actor ei quem conuenit, ſuper alijs negocijs in eodem iudicio tenetur reſpondere.

2 De eodem.

De eo qui conſanguineam vxoris ſuæ, vel ſponſam patris ſui, vel conſanguineam ſponſæ propriæ cognouit.

1 Quòd qui matrem vel ſororem vel filiã vxoris ſuæ cognouerit, debet ſinè coniugio perpetuò permanere, & ipſa.

2 Quòd ſi quis puellam non ſeptennem deſponſauerit, & poſteà eius matrem in vxorem duxerit, non ſunt ſeparandi.

3 Quòd ſi filius patris ſponſam cognouerit, pater verò eam non, ea viuente aliam poterit habere.

4 Quòd qui ſponſa intacta, matrem eius cognouit: cum alia matrimonium contrahere, & illa alij nubere poteſt.

5 Quòd vxore viuente, maritus ſciens cũ alia legitimè contrahere non poteſt.

6 Quòd qui ſponſa intacta, eius conſanguineam cognouit: ipſa eum petente, debet abſolui.

7 De eo quod ſuprà e. 1. c. Si quis.

8 Quòd qui ſponſa intacta, tamen eam cognoſcere tentauerit, conſobrinam eius poſtmodùm duxerit, ab ea eſt ſeparandus.

De religioſis viris decimas ex priuilegio non præſtantibus, & de priuilegio abutentibus.

1 Quòd non poſſunt religioſi ſinè authoritate epiſcopi, portiones vel antiquos redditus minuere, vel parochias diuidere.

2 Quòd religioſi ex prædijs cõductis decimas ſoluere debent.

3 Quòd religioſi de laboribus quos proprijs manibus vel ſumptibus colunt, & de animalium nutrimentis, à decimarum præſtatione ſunt immunes.

4 Pacificam poſſe fieri compoſitionẽ ſuper decimis.

5 Fratribus ✱ Ciſtertienſis ordinis, Templarijs, Hoſpitalarijs, laborũ ſuorum decimas indulgeri cunctis de noualibus. *Ciſtreñ.

6 De prædijs, traditis ruſticis ad excolendum, monachos debere decimas dare.

7 De eo quod ſuprà 3. c. Fraternitatem.

8 De eo quod ſuprà 3. c. Fraternitatem: & quod ſummus Pontifex dicit præter ſolitũ, ab eo debet exponi.

9 Monaſteria de ſuis prædijs decimas nõ debent præſtare.

10 Monachis non alias decimas, quàm de noualibus indulgendas.

11 Priuilegium ſequens, priori non deroget conuentori.

12 Monachi decimas dare debent de prędijs, de quibus priùs dabantur.

13 Abbas non debet detinere quæ ad epiſcopum pertinent, niſi authoritate Romani vel ſui Pontificis.

14 A clericis non ſunt decimæ indiſtinctè exigendæ.

15 Clerici à clericis non debent decimas

exigere,

exigere, ſed illi eis tenentur ſoluere, qui ab eis ſpiritualia percipiunt.

De illis qui incidunt in canonem datæ ſententiæ, vel incidere videntur: & qui ſint ad ſedem Apoſtolicam propter abſolutionem mittendi.

1 Qui ignoranter manus violentas iniecerit in clericum, excuſatur.

2 Non poſſunt per abbatem abſolui, qui ante religionem ſuſceptam, in canonem datæ ſententiæ inciderunt.

3 Qui viros religioſos læſerunt, Apoſtolico conſpectui ſe debent præſentare: & de eo quod ſuprà c. Pro Chriſto.

4 Religioſi, ſicut alij, pro violenta manuũ iniectione in clericos, ſunt euitandi.

5 Tam mandantes quàm malefactores, pro violẽta manuum iniectione in clericos, ſicut excommunicati ſunt euitandi.

6 Qui in fratres Templi violentas manus inijciunt, ſunt excommunicati.

7 Si clerici impuberes ſeſe inuicèm percuſſerint, vel puberes ex iocoſa leuitate, & magiſtri diſcipulos cauſa correctionis, non incidunt in canonem datæ ſententiæ.

8 Religioſi ſeſe inuicèm percutientes, à ſuo abbate vel epiſcopo poſſunt abſolui.

9 Qui prætextu officij clericũ læſerit vel vulnerauerit, ab epiſcopo ſuo põt abſolui.

10 Qui clericum vim inferentem lędit repellendo, vel cum matre vel ſorore inuenitur vel etiàm filia, non incidit in canonem datæ ſententiæ.

11 Qui in conuerſis violentas manus inijciunt, ſunt excommunicati.

12 Qui ſui iuris non ſunt, vel etiàm mulieres, ſi in clericum violentas manus iniecerint, ab epiſcopo ſuo poſſunt abſolui: & delicati qui magnum laborem ſuſtinere nequeũt, poſſunt excuſari quò minùs ad Apoſtolicam ſedem mittantur pro violenta manuum iniectione.

13 Qui incidunt in canonem datæ ſententiæ, ſi ſinè periculo Romanum Pontificem adire nequiuerint, ab epiſcopo ſuo poſſunt abſolui.

De iure patronatus & clericorum inſtitutionibus.

1 Rectorem Eccleſiæ ſuę, in illa debere reſidere, niſi iuſta cauſa ſubſit, vno etiàm præſentato & non inſtituto, alium pòſt præſentatum & inſtitutum præferri.

2 Conceſſio laici ſuper Eccleſia ſinè conſenſu Epiſcopi, eſt inutilis, etiàm collegio facta.

3 De eo quod ſuprà c. 13. c. Relatum.

4 Si qui aduocationes eccleſiarum adquiſiuerunt, vt ad eaſdem filios & nepotes præſentent, eis poſſunt ſpoliari.

5 Firmarij vitam eſſe præſentationem.

6 Si eccleſia non vacans alicui à patrono concedatur, poſteà ea vacante alio inſtituto, poſterior præferri debet, & laicus etiàm loco religioſo ius patronatûs licitè poteſt cõferre.

7 Secundùm patronorum traditiones, eccleſiarum ordinationes non ſunt mutandæ.

8 Si à patrono clericus epiſcopo idoneus fuerit præſentat⁹, & poſtmodùm alius æquè idoneus: epiſcopi relinquitur arbitrio, quis alteri pręferatur. Verùm ſi collegium vel religioſa perſona præſentauerit, qui prior tempore, potior eſt in iure.

9 Longa præſcriptio robor dat cõceſſioni à laico factæ ſinè epiſcopali authoritate.

10 Emptionis titulo non debet ius patronatûs adquiri.

11 Conceſſio eccleſiarum viuẽtibus perſonis facta, eſt euacuanda.

12 Per epiſcopum poteſt in eccleſia perſona inſtitui, ſi cuius ordinatio propter controuerſiam laicorum differatur.

13 Si fundus ematur, ius patronatûs adquiritur.

14 Ius patronatûs licitè poteſt ordinari.

15 Filij eccleſias à parentibus fundatas, non debent authoritate propria detinere, nec alijs conferre.

16 Ius patronatûs annexum eſt ſpirituali, & ideò non poteſt vendi.

17 De eodem.

18 Nullus eccleſiam vel quod eccleſiaſtici iuris eſt, monaſterijs vel canonicis ſinè epiſcopi authoritate poteſt conferre.

19 Epiſcopi perſonas debent admittere idoneas in eccleſijs, in quibus adepti ſunt præſentationes.

20 Qui ab eo præſentatus creditur, & ab ordinario inſtituitur, licèt alius poſteà patronatûs ius euicerit, non eſt propter hoc ab Eccleſia deſtituendus, & de eo quod ſuprà 11. c. Ea quæ. & de eo quod ſuprà 6. c. Illud in fine.

21 In eccleſijs quarũ ordinatio differtur, ab epiſcopo debet œconomus conſtitui.

22 Epiſcopi debent inſtituere, patroni cõſentire.

23 Quòd epiſcopi conſenſus ſubſequens poteſt ſufficere.

24 Perſonæ eccleſiarum, in quibus monachi habent ius præſentandi, monachis de tẽporalibus, Epiſcopis de ſpiritualibus debẽt reſpondere.

25 Renunciatio eccleſiarum in manibus epiſcopi fieri debet, non patroni.

26 Defenſor appellans audietur.

De Vſuris.

1 Non admittitur diſpenſatio, vt accipiantur vſuræ.

2 Contractus vſuram continet, licèt ex forma ſic tranſeatur.

3 Fructus in ſortem ſunt computandi.

4 Quòd vſuræ ſub iuramento promiſſæ, ſunt ſoluendæ.

5 Vſuræ ante interdictum vel poſt percepte, ſunt ſoluendæ.

6 Nullus ad vſuras ſoluendas eſt cogendus, niſi ad earum teneatur ſolutionem.

7 Fructus redditnom, in ſortem ſunt computandi.

8 Sorte recepta, pignus eſt reſtituendum.

9 Clericus vſuras accipiés, niſi vbi de manu laicali beneficium Eccleſiæ redimat, officij ſui periculum debet ſuſtinere.

10 De eo quod ſuprà 8. c. Nihilominùs.

De iuramentis ſeruandis.

1 Non eſt contra iuramentum veniendũ, niſi vergat ad interitum ſalutis.

2 Contra iuramentum ex cauſa licitè poteſt veniri.

3 Qui iurant, compellendi ſunt iuramentum ſeruare.

4 Clerici pro periurio eccleſijs perpetuò debent priuari.

5 Non debent eccleſias regere, qui crimine periurij ſunt irretiti.

6 De eo quod ſuprà c. 4. c. Tua nos.

7 Compulſus iurare, debet abſolui.

De clericis matrimonio copulatis, & alijs fornicarias habentibus.

1 Clerici concubinas habentes, eas compelli poſſunt abiurare.

2 Clerici in ſubdiaconatu & ſupra, qui infra quadraginta dies poſt commonitionem fornicarias non remouerint, Eccleſiaſtico beneficio debent priuari.

3 Simplex beneficium clerico poteſt concedi coniugato.

4 Subdiaconorum, de quorum incontinentia timetur, matrimonium eſt diſſimulandum.

5 Pro bono pacis, quod eſt illicitum, diſſimulatur.

6 Clerici qui citra ſubdiaconatum matrimonium contrahunt, ab vxoribus non debent ſeparari, niſi de communi conſenſu ad religionem voluerint tranſire. Si verò in ſubdiaconatu & ſupra, ad matrimonium conuolauerint, vxoribus inuitis debent ſegregari.

7 Sacerdotes qui vxores ad commonitionem epiſcopi dimittere nolunt, officio & beneficio poſſunt priuari.

8 Clerici, ſiue in ſacris ordinibus conſtituti, ſiue infra, nolentes dimittere fornicarias, beneficio poſſunt priuari.

9 Si ſacerdos fornicariam non dimiſerit, debet ſuſpendi: & quouſquè eam dimittat, in ſuſpenſione permanere.

10 De eo quod ſuprà 2. ca. Sicut. & de eo quod ſuprà ca. octauo c. Si autem.

11 De eodem.

12 Epiſcopus poteſt eum abſoluere, qui clericum vulnerauit.

13 Minus malum, vt maius vitetur, eſt tolerandum.

14 Permittitur ſubdiacono cuidam contrahere matrimonium.

15 Sacerdos non debet tabernas frequentare.

De ordinatione filiorum ſacerdotum, & eiſdem in eccleſijs paternis non tolerandis.

1 Non debet aliquis permitti habere eccleſiã, in qua pater eius ꝓximè miniſtrauit.

2 Filij ſacerdotum non debent ad ordines admitti, niſi in monaſterio vel canonica regulari vita fuerint probati.

3 Non debet aliquis in eccleſia, in qua pater eius miniſtrauit, miniſtrare.

4 De eodem.

5 Si epiſcopus ſcienter in paterna eccleſia aliquem inſtituit vel ignoranter, dum ad eũdem ipſum poſtcà ordinauerit, poteſt in ea remanere.

6 Si filius ſacerdotis ad ſacros ordines fuerit promotus, poteſt eccleſiaſtici beneficij obtinere portionem.

7 Quilibet ab Eccleſia, in qua pater eius perſonatum habuit, eſt excludendus.

8 Filius in patris eccleſia poteſt inſtitui, ſi media interceſſit perſona.

9 Filius paternam poteſt eccleſiam habere, ſi pater eius eiuſdem eccleſiæ vicarius perpetuus non fuerit vel perſona.

10 Si quis cum aliquo per literas ſummi pontificis diſpenſauit, per poſteriores literas non debet actum irritari.

De Iudæis, & nè Chriſtiani eorum mancipia fiant.

1 Iudæi ad baptiſmum non ſunt compellendi: ſed ſi voluerint, abſq; calumnia Chriſtiani efficiantur. Nullus etiàm eos ſinè iudicio vulnerare vel occidere, vel eis res ſuas auferre, vel eorum ſolennitates perturbare præſumat.

2 Non debet clericus ad ſecularem iudicem trahi, nec debet aliquis Iudæis ſeruire, nec nutrices Chriſtianas eis licet habere aut obſtetrices.

3 Iudæis quocunque titulo non licet parochias occupare, nec à Chriſtianis ſunt eis homagia præſtanda.

4 Iudæi Chriſtiana mancipia non debent habere.

De monachis & monialibus ſinè probatione receptis, & in probatione poſitis recedere volentibus.

1 Habitus religionis ante decimumquartum annum ſuſceptus, quomodò licitè poteſt relinqui.

2 Qui habitum religionis ante profeſſionem deſerunt, in ſecularibus non debent eccleſijs admitti.

3 Qui habitum nõ ſuſcepit, nec profeſſionem fecit, licèt de ſuſcipiendo coram epi-

ſcopo

ſcopo votum fecerit, ſi poſteà vxorem duxerit, non eſt cogendus eam dimittere, & ad eccleſiam cui ſe deuouit, redire.

De ſpoliatis reſtituendis vel non.

1 Qui ſpoliatus renunciauit Eccleſiæ, etſi eam pluriès abiurauerit, eſt reſtituendus.

2 Idiotę perſonæ non diſcretæ, peremptorias reprobant exceptiones.

3 Iudices debent ad locum venire, in quo faciliùs partes poſſunt eſſe præſentes.

4 Si ſpoliatus qui renunciauerit eccleſiæ, licèt id iuramento firmauerit, nullum exindè generatur ei præiudicium.

5 Priùs eſt de violenta electione, quàm de canonica inſtitutione, agendum.

6 In poſſeſſorio iudicio criminis obiectio non retardat principalis cauſæ executionem.

7 Quę vi & metu facta ſunt, in irritum debent reuocari.

8 Spoliatus debet reſtitui, licèt ei obijciatur, quòd filius fuerit ſacerdotis proximè miniſtrantis, vel quòd indè ſoluerit penſionem.

9 Qui violento ſuccedit poſſeſſori, velut ipſe poteſt conueniri.

De iuramento calumniæ.

1 Clerici non debent præſtare iuramentum de calumnia, nec aliud, prælato inconſulto.

2 In cauſis ſuper rebus ſpiritualibus non eſt iuramentum de calumnia præſtandum.

3 Neque præſtatur iuramentum de calumnia ab his qui cauſam ſciant.

4 Religioſi debent ſibi œconomum ſtatuere, qui iuramentum de calumnia valeat ſubire.

5 Iuramentum de calumnia à quocunque eſt præſtandum.

6 Qui debitum vel acceſſiones initiatur, iuramentum de calumnia debet præſtare.

De exceſſibus epiſcoporum contra ſuos archidiaconos, & archidiaconorum contra ſuos epiſcopos.

1 Epiſcopus poteſt inſtitutiones ab archidiacono poſt ꝓhibitionem factas, irritare.

2 Non licèt alicui ſub obtentu alicuius cõſuetudinis, ſanctorum patrum trãſgredi inſtitutiones, nec ſinè licentia Epiſcopi curam committere animarum.

3 Non licet archidiacono, eccleſias vacantes occupare & detinere.

4 Conſuetudines eccleſiarum archidiaconis debitæ, ab epiſcopo non poſſunt minui, ſed eis debent integrè conſeruari.

5 Vno archidiaconatu debet omnis eſſe cõtentus.

Quibus & quãdo & infra quam ætatem eccleſiaſticum beneficium conferatur.

1 Non niſì his qui ætatem habent & ſciẽtiam, eccleſiæ ſunt conferendæ.

2 Nemini infra decimumquartum annũ conſtituto, eccleſiæ perſonatus vel regimen eſt concedendus.

3 De eodem, & ꝙ nullus quaſi iure hæreditario debet in paterna eccleſia collocari.

4 Si minor quindecim annis ante concilium celebratum, in eccleſia fuit inſtitutus, non eſt ab ea amouendus.

5 Ad perſonatum parochialis eccleſiæ, nõ niſi ſubdiaconus debet admitti vel ſupra, niſì ex diſpenſatione.

De depoſitione clericorum, & de diſpenſatione circa eaſdem facta.

1 Fauore religionis admittitur, qui aliâs non admitteretur.

2 In ordine Simoniacè adquiſito quomodò poteſt quis tolerari.

3 Qui literas ſummi pontificis falſauit, in monaſterium diſtrictæ religionis debet detrudi, officio & beneficio ſpoliatus.

4 Confeſſio ſuper crimine coram iudice ſeculari facta, clerico non præiudicat: nec ſi aliquis pro ſuis exceſſibus ſit depoſitus, ſeculari iudici eſt tradendus.

5 Clericus qui duellum ſpontè obtulit, vel oblatum ſuſceperit, de rigore eſt deponendus.

6 Sacerdos qui in duello partẽ digiti amiſit, non debet tolerari.

7 Sacerdos qui puerum cauſa diſciplinæ percuſſerit, ità quòd expirauerit, eſt deponẽdus.

8 Qui decimas vel Eccleſiarũ diſpoſitiones laico in ſeculo manenti conceſſerit, eſt deponendus.

9 Qui furtiuè ordinem diaconi ſuſcepit, niſì ſub anathemate facta eſſet prohibitio, poteſt promoueri in ſacerdotem.

10 Clerici excommunicati vel interdicti, qui ante abſolutionẽ diuina celebrare præſumpſerint, perpetuò ſunt deponendi.

11 Qui in conflictu vbi homines interfecti ſunt, lapides proiecit: ſi neminẽ percuſſit, poteſt in ordine tolerari.

12 Actio vt cauſa clerico imputatur.

13 Sacerdos poſt perpetratum homicidiũ quomodò poteſt in ordine ſuſtineri.

14 Actionem mortis clerico non imputari.

15 Presbyter propter membri deformitatem prohibetur celebrare.

16 Clerici, habitu relicto, in crimine depræhenſi, per Eccleſiaſticam iuſtitiam non debent liberari.

17 Clerici non debent eſſe miniſtri vel ꝓcuratores laicorum: quod ſi fecerint, & pro aliquibus capiantur, indignum eſt eis ab eccleſia ſubueniri.

18 Officium poteſt exequi epiſcopus, qui loco tantùm renunciauit.

19 Neque ſerui neq; ſpurij ſunt ordinandi, nec aliquis ſeruilis conditionis.

20 Qui in remotis partibus ſunt ordinati eorum literas debent habere, qui eis manus impo-

imponunt: & incogniti per aliqood tempus debent eſſe in ſuſpenſo, vt de eorum actibus alij inſtruantur.

21 Officium diacono reddi poteſt, qui alium vulnerauit.

22 Inoito prælato non debet ſobditus ꝑmoueri. Non in ſublimitate graduum, ſed amplitudioe meritorum, regnom Dei acquiritur.

23 Diebus Dominicis non licet alicui, niſi ſummo pontifici, io ſubdiaconum aliquẽ ordinare, oec in vigilia pentecoſtes.

24 Extra quatuor temporum ieiunia oon ſunt aliqui ad ſacros ordines promouendi.

25 Licitè poteſt quis in diebus Dominicia aut alijs feſtiuis aliquos ad minores ordines promouere.

26 Clerici ignota ſigilla de ordinatione deferentes, oon ſuot admittendi.

Nè clericus & monachus ſecularibus ſe immiſceat negocijs, & de regula religioſorum.

1 Monachi non debent villas ad firmam tenere vel eccleſias.

2 Religioſi ad legendas leges & confectiones phyſicas ponderandas, de ſuis clauſtris noo debent exire.

3 Monachi non debent cauſa lucri negociari, vel à laicis firmas habere, vel laici Eccleſias ad firmam tenere.

4 Clericis non licet cauſam ſanguinis agitare: clerici etiàm comam nutrientes, ab archidiaconis tondeantur vel inuiti.

5 Fratres ſioè proprio debẽt viuere, Priori profeſſionẽ facere, crucem non debent accipere, in hoſpitalibus poſſuot oratorium cõſtruere, epiſcopi liceotia non reqoiſita.

6 Monachi de clauſtro exeuntes, redire tenentur ad monaſteria, in quibus fecerunt profeſſionem.

7 Monachi non regulariter vioentes, per alterius ordinis inſtitutionem debẽt puniri.

De pactionibus licitis & illicitis in rebus eccleſiaſticis.

1 Sub anno cenſu vſque ad certum terminum poteſt eccleſia teoeri ad firmam.

2 Propter ingratitudinem, quod actum eſt reuocatur.

3 Inter eccleſiaſticas perſooas ſuper decimis traoſactio facta, rata perpetuò debet ꝑſiſtere & inconnulſa.

4 Nulli concedeodæ ſunt Eccleſiæ, vbi alii nominatim ſuccedant.

5 Tranſactio per abbatem vel priorem cũ literis ratihabitionis coonentûs facta, rata debet permanere.

6 Tranſactio ſuper controuerſia Eccleſiæ facta, qui ſpeciem continet Simoniæ, in irritum debet reuocari.

7 Decimæ ablatæ, ſinè diminutione ſuot reſtituendæ.

8 Non debet aliquis penſionem Eccleſiæ ſoluere, vt faciliùs ad ſuos transferatur.

9 Clericus ſinè authoritate epiſcopi oon poteſt eccleſiam conſtituere cenſualem.

10 Cõpoſitio coram extraordinario delegato facta, ſi non eſt iuri contraria, ab epiſcopo non debet irritari: ſed cenſus ob hanc abſque authoritate epiſcopi ſolutus, vitam ſoluentia non excedit.

11 Sinè Diœceſani vel officialium ſuorũ authoritate, eccleſiæ noo ſunt occupandæ.

12 Colluſores beneficijs, de quibus colluſum eſt, debent ſpoliari.

13 Canonẽ authoritate epiſcopi & iurameoto interueniente conſtitutũ, ſoluendũ.

14 Filij perſonatuum vel alij qui io eccleſias ſe vacantes intrudunt, non poſſunt eas ſob appellationis obtentu occupare.

15 Super re ſacra io litigiũ deducta, traoſigi oon poteſt.

De alienatione rerum eccleſiæ, & earumdem reparatione.

1 Res eccleſiæ pignori obligatæ, à filio vel hærede obligantis, Eccleſiæ debẽt reſarciri.

2 Perſonæ debent eccleſias reparare.

3 Poſſeſſio eccleſiæ ſub cooditione donata, non poteſt oiſi in caſu reuocari.

4 Terras de ſyluis extirpatas, eis à quibus ſunt extirpatæ, poteſt epiſcopus concedere ad anoum cenſum tenendas.

5 Clerici de his, quæ iotuito Eccleſiæ acquiſiérunt, nullum de iure poſſunt facere teſtamentum.

6 Si clericus à Calendis Martij vſque ad Calendas Nouembris deceſſerit diſpoſitionem fructuum illius anni pro ſua voluntate poterit habere.

7 Non licet conditionem Eccleſiæ facere deteriorem, nec licet colonum expenſis factis io ſundo Eccleſiæ defraudari.

8 Clerici de mobilibus per Eccleſiã adeptis, oon poſſunt condere teſtamentum.

9 De redditibus * epiſcopi debita pro vtilitate Eccleſiæ cootracta, ſunt perſoluenda. for.*eccleſię, epiſcopi.

Vni plura eccleſiaſtica beneficia non committẽda, nec vnum inter plures diuidendum, & de in beneficio, ſibi aſſignato non reſidentibus.

1 Qui in duabus eccleſijs præbendam habet, ab ea tantùm poterit communia exigere, cui in propria voluerit perſooa deſeruire.

2 Qui ſufficiens eccleſiaſticum habuerit beneficium, ſi de alio literas ſummi pontificis obtinuerit, prioris beneficij non facta mentione, dignum eſt, eum à iudicibus non exaudiri.

3 Qui duas habet eccleſias, ſi altera fuerit ſpoliatus, ooo eſt reſtituendus.

4 Nec dignitatum permutatio, oec præbendarom diuiſio eſt facienda.

5 Qui in diuerſis eccleſijs curã habet ani-

marum

marum, vicarius non poteſt eſſe in aliena.

6 Prælati non debent clericos à ſcholis reuocare.

7 Non debet archidiaconus præbenda carere in eccleſia, in qua eſt archidiaconus.

8 Archidiaconus vno archidiaconatu debet eſſe contentus.

9 Seruientes fratribus hoſpitalis, ſuos nō debent redditus amittare.

De excommunicatis.

1 Excommunicati ſi excommunicationis cauſa tacita, priuilegium meruerint abſolutionis, cogendi ſunt redire: ſed ſi dubium fuerit, & veritatem ſint confeſſi, poterit eis purgatio de hoc indici.

2 Contra appellationem ab aduerſario interpoſitam, poteſt iudex alium abſoluere, præſtita tamen iudicio ſiſti cautione.

3 De eodem.

4 Sententia poſt appellationem lata, neminem ligat. Sed ſi ante appellationem fuerit quis excommunicatus, præſtita cautione iudicio ſiſti, poteſt eum archiepiſcopus abſoluere.

5 Hoſpitalarij non debent nominatim in excommunicatione defunctos, in Chriſtianorum cœmeterio ſepelire.

6 Nominatim excommunicatus, non eſt in hoſpitio recipiendus. De cœmeterijs etiàm vel eccleſijs vel eccleſiaſticis quibuſlibet poſſeſſionibus non ſunt feriæ præſtandæ, & multa alia quæ in decretis cōtinent.

7 Sententia excommunicationis vel interdicti, ſiuè ſatisfactione congrua non eſt relaxanda.

De coniungendis filijs ante vel poſt compaternitatem genitis.

1 Geniti ante vel poſt compaternitatem, in matrimonio poſſunt coniungi, excepta perſona per quā venitur ad cōpaternitatē.

2 Malignantibus nō debet dolus vel fraus patrocinari.

Qui filij ſint legitimi, & de exactione dotium poſt diuortium, & ad quæ pertineat huius cauſæ cognitio.

1 Ante matrimoniū geniti, per matrimonium poſt contractum fiunt legitimi.

2 Poſt diuortium dotem eſſe reſtituendā.

3 Non eſt exhæredandus, quicunque ante deſponſatione eſt natus.

4 Ad regem, non ad Eccleſiam, pertinet de rebus hæreditarijs iudicare.

5 Nati ante diuortium vel concepti filij vel filiæ, ſunt legitimi.

De raptoribus Eccleſiarum & violatoribus: quandò etiàm poſt peractam pænitētiam neganda ſepultura eccleſiaſtica, niſi ſatiſdent de anno reſtituendo.

1 Raptori rerum eccleſiaſticarū, niſi ablata reſtituat, vel de reſtituendo cautionem dederit, pœnitentia eſt deneganda: & ſi talis deceſſerit, clerici eius ſepulturæ non debent intereſſe.

2 Hæredes de parentum exceſſibus ſatiſfacere tenentur.

3 Pro furibus & latronibus iniurando occiſis, non eſt orandum.

4 Defuncto nocet, quo ad eccleſiaſticam ſepulturam habendam, contemptus propinquorum.

De pœnitentia.

1 Delicti qualitas & quantitas, ætas delinquētis & ſcientia, ſenſus & conditio, in pœnitentia ſunt reſpicienda. Conatus etiàm non minùs, quàm effectus eſt puniendus.

2 Secreto delicto ſecreta debetur pœnitentia.

3 Peregrinationis votum redimi poteſt.

4 Quod nullus à non ſuo iudice poteſt ligari vel abſolui: nec alicui à non ſuo epiſcopo remiſſio dari.

De ſententijs & interlocutionibus.

1 Sententia à proprijs iudicibus lata, poſterioribus præiudicat.

2 Poſſeſſione alicui adiudicata, non ſufficit pignus dari.

3 Lis ſopita, non debet reſuſcitari.

4 Non licet archidiaconis in aliquos ſententiam promulgare.

5 Si ſententia feratur iniqua debet euacuari.

De leproſis.

1 Valet conceſſio viuente perſona facta, dummodò fuerit lepra percuſſus. Teſtes etiā moneri debent, non cogi.

2 Vxores viros ſuos leproſos & viri vxores ſequi debent, vel illis viuentibus continentiam ſeruare.

3 Vxores propter lepram non ſunt dimittendæ, ſed illis petentibus debet debitum reddi: leproſi etiàm matrimoniū licitè poſſunt contrahere.

4 Rectoribus eccleſiarum lepra percuſſis dandus eſt coadiutor, qui curam habeat animarum.

De præſcriptionibus.

1 Quadraginta præſcriptio, niſi in caſu, locum obtinet in eccleſijs.

2 In iudicio finium regundorum vterq; eſt actor & reus. Proniora etiàm ſunt iura ad abſoluendum, quàm ad condemnandū, excepta cauſa liberali.

3 Præſcriptio triennalis Eccleſiæ ſufficit.

4 Liberum eſt vnicuique, iuri ſuo renunciare.

5 Nulla antiquorū dierum poſſeſſio, malæ fidei poſſeſſorem liberat, quantùm ad eum, niſi reſipuerit.

6 Quadraginta annorum præſcriptio ſeruatur.

7 Contra tricenalem præſcriptionē nullius vox eſt audienda.

8 Limites parochiarum non præſcribuntur.

De

De vicarijs monachorum & aliorum.

1 Vicarij à monachis non ſunt recipiendi ſine honeſtæ ſuſtentationis aſſignatione.

2 Perſona ſuccedens, non poteſt vicarium à prædeceſſore inſtitutum remouere, vel eius minuere conſtitutam portionem.

3 Vicarij in vicarijs ſuis alios conſtituere non poſſunt.

4 Si vicarij qui fide vel iuramento priùs ſunt obligati, contra perſonas ſe erexerint, perſonatum petentes: vicaria debent ſpoliari, & de cætero in eodem epiſcopatu non debent admitti ad officij executionem.

5 Qui ſufficientem habet in vicaria aliqua ſuſtentationem, aliam petens non exaudietur.

6 Nullus debet plures habere vicarias.

De electionibus & electorum poteſtate.

1 Electus, ante cõfirmationem electionis, de rebus Eccleſiæ diſponendi nullam habet facultatem.

2 Electio illius, qui nupèr ſchiſmate, abiurato, ad vnitatem Eccleſiæ redijt, ſi à ſchiſmatico vllum ordinem accepit, niſi aliud impediat, debet confirmari.

3 Filius canonici etiàm maculas in oculo habens, poteſt in epiſcopũ eligi, & ordinari.

4 Munere alterius interueniente committitur Simonia.

5 Electio in epiſcopum tranſlata, rata debet eſſe & confirmata.

De interpretatione verborum & reſcriptorum.

1 Cùm aliqua ſub disiunctione mandantur, alterum ſufficit.

2 Conſtitutiones nouæ, negocijs dant formam futuris.

3 Ad communem verbi intelligentiam in ambiguis eſt recurrendum.

4 Literæ impetratæ contra monachos Ciſtertienſis ordinis, non valent, niſi in literis mentio ordinis Ciſtertieñ. habeatur.

5 Si filum literarum ſummi pontificis fuerit fractum, non eſt ſecundùm illas in cauſa procedendum.

6 Ad hoc vt literæ poſteriores ſint reuocatoriæ, neceſsè eſt, vt in illis ſit mentio de priore commiſſione.

7 Si ſuper aliqua cauſa literæ priùs impetrentur, & poſteà aliæ, non facta mentione priorum, iudicibus, donèc Romanum pontificem conſulant, eſt ſuperſedendum.

8 Literæ per quas actor minores redditus petit, ſi in illis nomen ſuæ dignitatis ſupprimit, nullum ius debent obuoere.

9 Si aliquis authoritate priorum voluerit agentẽ repellere, quia in poſterioribus priorum non eſt facta mentio, ſi eis dolo vti poſtpoſuit, non erit audiendus.

De exceptionibus.

1 Licèt cauſa ſub certa forma terminanda ſit commiſſa, nihilominùs rationabiliter exceptio eſt admittenda.

2 Sententia contra vicarium lata, ſi alieno nomine poſſidet, non ei cuius nomine poſſidet, præiudicat.

3 Appellatio inter litigantes tantum eſt inhibita.

4 Canonicè inſtitutus, ſi eiectus fuerit, eſt reſtituendus.

De ſepulturis & mortuorum voluntatibus.

1 Licet vnicuique, vbì voluerit eligere ſepulturam.

2 Liberum eſt vnicuique, vbì voluerit, ſepulturam eligere, dum tamen tertia pars iudicij ſui illi Eccleſiæ conferatur, à qua celeſti pabulo eſt refectus.

3 Propter debitum, defuncti differtur ſepultura.

4 Monachi non debent authoritate propria mortuos in cœmeterio ſuo ſepelire.

5 Hæredes iuſſa teſtatoris tenentur adimplere.

De præminentia Londinenſis & Eboracenſis, & de priuilegijs generaliter & ſpecialiter indultis, & de eorum abuſu & confirmationibus.

1 Qui prioris eſt ordinationis, prior eſt habendus.

2 Neuter ab altero debet exigere profeſſionem.

3 Vniuerſæ cauſæ ſuffraganeorum Cantuarieñ. quamuìs non iure metropolitico, legationis tamen obtentu ad eum transferri poſſunt, licèt ad eum non ſit appellatum.

4 Extra prouinciã cauſa poteſt delegari.

5 Interdicti, quamuìs non nominatim excõmunicati ab Hoſpitalarijs poſſunt ſepeliri, &c.

6 Si quis contra priuilegia Romanæ Eccleſiæ pro alijs indulta, venire præſumpſerit, ſi qua pro ſe ſint indulta, ea amittere meretur. Hoſpitalarij etiàm nullo modo debẽt prægrauari vel moleſtari.

7 Non licet Epiſcopis Hoſpitalarios excommunicare vel interdicere, vel eorum oratoria.

8 Ei qui in fraternitate hoſpitalari eſt receptus, niſì interdictus fuerit vel nominatìm excommunicatus, Chriſtiana non denegetur ſepultura.

9 Non licet Hoſpitalarijs vel alijs priuilegium ſuum excedere, quia priuilegiõ meretur amittere, qui perceptо abuti præſumit.

10 Non valet priuilegium de re litigioſa impetratum: ſi autẽ tempore priuilegij impetrati res litigioſa non fuerit, non licèt alicui contra illud venire, niſì ſpeciali interueniente mandato.

De ſponſalibus ſecundò.

1 Qui fidem de aliqua ducenda dedit, ſi eam poſteà cognouerit carnaliter, licèt aliã matrimonio poſtmodùm ſibi copulauerit, primæ adhærere debet: quia carnalis cõmixtio facit matrimonium, vbì priùs nullũ fuit.

2 Con-

2 Contrahere nõ poteſt quis cum ea matrimonium, quã, viro viuẽte, polluerit adulterio.
3 De eodem, & quòd multùm delinquit, qui fidem violat.
4 Simplex votum, matrimonium impedit contrahendũ, ſed nõ dirimit contractũ.
5 Vir & mulier nõ ſunt vna caro, niſi per carnalem commixtionem.
6 Mulier, quæ ſe nupturam iurauit, vt nubat, nõ eſt cogenda. Illa verò, cuius vir cum matre adulterium vel inceſtum commiſit, nõ viro ſuo carnaliter cõiungi, nec eo viuẽte, cum alio matrimoniũ cõtrahere valebit.
7 Matrimonia ſeruorum, à dominis non ſunt irritanda, cùm nullus à ſacramentis eccleſiæ ſit amouendus.
8 Qui aliquam legẽ canonum duxit, licèt non ſecundùm patriæ ſuæ legem vel illius, non eſt propterea ab ea ſeparandus.

De poteſtate iudicum ſecundò.

1 Epiſcopus ſententiam à delegato latam, poteſt confirmare; ſed eam tenetur executioni mandare, reſeruata ſibi ſententia diffinitiua.
2 Non debet cauſa de crimine alicui committi terminanda, niſi perſonæ appareant, quæ velint perſonam criminoſi impetere. Nec licet alicui eccleſiaſticum beneficium habenti, matrimonium contrahere.
3 Vnus in cauſa poteſt procedere, ſi id cõtineatur in mandato. lites etiàm, quæ concordia vel iudicio terminantur, non debent ſuſcitari.
4 De ſeculari feudo non pertinet ad Eccleſiam iudicare.

De iure patronatus.

1 Quòd ius patronatus non poteſt vendi.
2 Si curator eccleſias illas quas habet in cuſtodia, aliquibus contulerit, poterit huius donatio reuocari.
3 Non licet delegato aliquem inſtituere, eo ad quem inſtitutio pertinet, inſcio vel reclamante. Nullis etiàm, niſi illis, inter quos cauſa committitur, appellationis beneficiũ eſt ſublatum.
4 Cauſa patronatus quia eccleſiaſticis cauſis eſt connexa, non niſi per eccleſiaſticũ iudicem valet expediri.
5 Prior conceſſio abbatis, conuentu ſciente & non contradicente facta, ſecundæ præiudicat, licèt conuentus ſuum exprimat conſenſum.
6 Non licet canonicis regularibus vel monachis, rectoribus eccleſiarum ſuarum decedentibus, eas occupare vel cenſum augere.
7 Promiſſio de eccleſia non vacante facta, nihil firmitatis habebit.
8 Si quis timore mortis habitũ religionis aſſumpſerit, licitè poterit ad ſeculum redire.
9 Clericus ex dono militis eccleſiam vendicare non poteſt, ſed tantùm ius patronatus.
10 Si alicui de prima vacante eccleſia promiſſio fuerit facta, ſi ea vacante alius poſteà ad eam fuerit præſentatus, non debet propter hoc eius inſtitutio retardari.

De pactionibus ſecundò.

1 Pactio à prædeceſſore facta, ſucceſſorem non ligat, niſi authoritate ſummi pontificis fuerit confirmata. Illi etiàm eccleſiæ ab his decimæ perſoluendæ, qui ab ea eccleſiaſtica percipiunt ſacramenta.
2 Tranſactio inter accuſatum & accuſatores ſuper crimine facta, nullum robur debet obtinere.
3 Libello citationis ante obitum delegantis propoſito, lite poſt eius obitum conteſtata, poteſt in cauſa procedere delegatus. Qui etiàm ad producendos teſtes inducias poſtulauit, videtur appellationi renunciare.

1 Appellationi de rebus modicis factæ, quæ ſcilicet infra ſummam viginti marcarum ſubſiſtunt, non eſt deferendum: ſed vt intra fines iudices qui ſuſpicione careant, eligat appellans, eſt cogendus: à quibus ſi qua partium crediderit appellãdum, ad archiepiſcopum vel primatem vocem appellationis emittat. Hic incipit pars 40. ſed nõ habet titulum.
2 Literæ à tribus menſibus ante obitum delegantis impetratæ, eundem debent tempore ſucceſſoris ſortiri effectum, quẽ, ſi adhuc ille viueret, habere debuiſſent.
3 Si literæ in narratione facti non in ſuſpecto loco fuerint abraſæ, non debent propter hoc falſæ iudicari. Si verò de appellatione inhibita in prioribus, in poſterioribus non ſit mentio facta, poſteriores in irritum ſunt reuocandæ.
4 Si mulier à conſanguineo viri ſui fuerit polluta, & veneficium periculum & alias vitæ inſidias viro machinata, poteſt inter eos diuortij ſententia promulgari, ità vt vir ea mortua, licentiam habeat aliam ducendi in vxorem. Ipſa verò ſinè ſpe coniugij perpetuò remanebit.
5 Si qui pro euacuando mandato Apoſtolico ante citationem appellauerint, aut alios in poſſeſſionem rei litigioſæ induxerint, vel ſe malitioſè ſubtraxerint, non eſt eorum appellationi deferendum: ſed illi qui in poſſeſſione ſunt, licèt in reſcripto non compræhẽdantur, authoritate eius conueniri poſſunt.
6 Qui in ægritudine ad loca religioſa ſe tranſtulerint, ſi in ipſa ægritudine deceſſerint, cogi poſſunt & debent, vt perſonis vel eccleſijs, à quibus pabulum receperunt ſalutis, canonicam relinquant portionem.
7 Super re ſacra & litigioſa tranſigi non poteſt. Aliàs autem litigantes amicabiliter componere poſſunt.
8 Iudex delegatus tam ordinariũ quã aliũ ad efficiendum id quod mandat, cogere poteſt: & ſi obedire noluerit, eũ poterit punire.
9 Spontaneæ abiurationis exceptio, ſinè cauſæ cognitione nõ eſt admittenda: & pro-

batio ſpontaneam negantis renunciationē, eſt recipienda.

10 Si ſacerdos occultè aliqnos coniunxerit, ab nfficio triennin ſuſpendi debet, quoniam non ſunt occultè matrimnnia contrahenda.

11 Si in execurinne mandati fraus interuenerit, nnn poteſt executnr de tntn negocio cognnſcere: ſed debet incidens quæſtin ad ſedem Apoſtolicam referri.

12 Clericus à laico præſentatns, ſi ab epiſcopn nnn fuerit inſtitutus, & appellauerit: licèt alius poſtmodùm intruſus fuerit, ab eccleſia debet amnueri, & alius inſtitui.

13 Si cauſa, appellatione remnta, ſit commiſſa, & altera pars appellauerit, non eſt appellationi deferendum, niſi appellans ante citationem iter arripuerit ad ſedem Apoſtolicam veniendi. Item: Si iudex ſuper ſuggeſtinne falſi prnbationes audire nnluerit, appellans auditur. Item ab vno iudicum appellatione remnta, in cauſa procedi non poteſt, niſi hoc in literis ſpecialiter cōtineatur.

14 Quòd nullus ad eccleſiaſtica beneficia eſt admittendus, niſi ſit electus, & quòd filij perſonarum citra ſacros ordines conſtitutatum, parentibus in eccleſiaſticis ſuccedere poſſunt, ſi tamen merita ſuffragantur,

15 Monachi Ciſtertienſis nrdinis non debent villas, molendina, eccleſias, altaria poſſidere, fidelitates & hominia ſuſcipere, ruſticos & tributarios tenere, nec operam adhibere, vt termini poſſeſſionum enrum dilatentur.

16 Qui præſtitn inramento iudicio ſiſti, beneficium abſolutionis obtinuit, niſi infra annum appellationem fuerit proſecutus, in priſtinam poteſt ſententiam detrudi: & non obſtante Apoſtolico iudicio, Eccleſiæ ſtare compelli.

17 Variantis verbū, teſtimoniū reprnbat.

18 Poteſt quis ius qund habuit, ſuo amittere facto.

19 Is qui præſidet, poteſt vntū diſpenſare.

20 Nè quis dicat, Chriſtum nnn eſſe aliquid ſecundùm quod homo.

Hic incipit pars 50. ſed nec ipſa titulum habet.

1 Si res precij modici, quæ ſcilicet animū accipientis allicere vel inuertere nnn ſolet, prn electione alicuius vel prn pallin alicui deferendo data fuerit, nō prnpter hoc cnmmittitur ſimonia, niſi interueniat pactum. Item, Puer qui à parētibus pecunia interueniente Eccleſiæ nffertur, ab eadem ad tempus debet remoueri: ſed poſtmodùm non ſolùm ad aliā, ſed etiā ad illam poſt aſſumi.

2 Iudex poteſt appellantibus terminum proſequēdæ appellationis præfigere, vel eos compellere iudicin eccleſiæ ſiſti: vel ſi noluerint, poteſt eos, appellatinne remota, excommunicare.

3 Propter occultum delictum, non eſt aliquis à promotione repellendus.

4 Si quis matrem vxoris ſuæ cognouerit, ſi id occultum ſit, non eſt ab vxnre inſcia propter hoc ſeparandus.

5 Licèt quis ſnrorem vxoris ſuæ cognouerit, nō debet ꝓpter hoc ab vxore ſeparari.

6 Epiſcopus cum clerico dæmones inuocante miſericnrditer agere poteſt.

7 Clerici infra ſubdiaconatûs ordinē cōſtituti, matrimnnia cnntrahētes, eccleſiaſtico poſſunt beneficio ſpoliari: ſed ſi de bonis ſuis aliqua eccleſijs contulerint, ad ipſos redire debent.

8 In legatis teſtamentn Eccleſiæ relictis, duo vel tres ſufficiunt teſtes.

9 Eccleſia licitè poteſt ſub conditinne donari.

10 Si pner habitum religinnis ſuſceperit, & eum voti pœnituerit, infra 14. annū habitum relinquere poteſt, & ad ſeculum redire, dum tamen à parentibus non ſit nblatus, nec id vnquàm ratum habuerit.

11 Eccleſia non debet prnpter alicuius appellationem debitis nbſequijs defraudari: canonici etiàm ſeculares, debitam in eccleſijs tenentur facere reſidentiam.

12 Ab itinere Hieroſolymitano poteſt quis abſolui.

13 Si quis habitum religinnis metu mortis ſuſceperit, licitè habitum relinquere poteſt, niſi id aliquandò ratum habuerit.

14 Quòd laicus nnn eſt in accuſationem clerici admittendus. Item, ſi quis aliquem accuſauerit, frater illius nnn poteſt poſtmodùm accuſare. Item purgatnres alicuius honeſti, debent eſſe & bonæ opinionis, vitamque illius quem purgare debent, cognoſcere & conuerſatinnem.

15 A votn pnteſt quis abſnlui, dum tamē eleemoſynis redimatur.

16 Monachi in accuſationem abbatū ſuorum ſunt admittendi, eiſque de monaſterio expenſæ neceſſariæ debent adminiſtrari. Itē cnntra confirmationem ſummi pnntificis nnn eſt aliquatenus iudicandū, niſi nouum emerſerit mandatum, aut certum ſit, ipſam per falſam ſuggeſtinnem impetratam.

17 Clandeſtina matrimonia à contrahentibus publicata, ab eccleſia ſunt recipienda; genitique in tali matrimnnio, ſunt legitimi.

18 Inſtitutinnes vel deſtitutiones ſinè fratrum conſilio non ſunt faciendæ.

19 De endem, & quòd in confirmationibus abſentum nomina nnn ſunt ſcribenda.

20 Teſtamenta coram presbytern, vel tribus vel duobus alijs facta, rata ſunt & firma.

21 Eccleſia adulterio polluta, per adſperſionem aquæ benedictæ debet reconciliari: & propter peccatum vnius, alijs purgatio eſt indicenda.

22 Sacerdos infirmum vno tantùm præſente clerico, vel etiā ſolus, inungere poteſt. Item, feſtum beati Matthiæ in anno biſſextili, in primo vel ſecundo die pnteſt celebrari,

brari. Item, mulier à viro ſuo pro crimine aliquatenùs non eſt ſeparanda, niſi vbi eam ad maleficia tranſire contigerit, de viro ſimiliter ſtatuentes.

23 Si verò ad alienas partes ſe tranſtulerit, ibique per decennium moram fecerit, & redire noluerit: poterit inter ipſum & vxorem eius diuortium celebrari, ſed proles ante diuortium procreata, eſt legitima.

24 Raptor dici non debet, qui mulieris habuerit conſenſum: & poſt carnis commixtionem matrimonium eſt perfectum.

25 Ea quę propter filium proprium quem interemerat, à viro eſt abiurata, eidem viro debet reſtitui, & ei de commiſſo pœnitentia indici.

26 Confeſſio coacta nō valet. Item, Cùm cauſa duobus committitur, ſententia vnius non valet.

27 Si quis aliquem interfecerit, ab altaris miniſterio debet ceſſare.

28 Propter naturalem frigiditatē vel alia maleficia, legitimè coniuncti non ſunt ſeparandi. Item qui non eſt aptus debitū reddere vxori, ad matrimonium cōtrahendum aptus minimè reputatur.

29 Ad arctiorem religionem licitum eſt tranſire. Item, licèt inter aliquos publica & notoria ſit parentela, non poſſunt tamen ab inuicèm abſque iudicio Eccleſiæ ſeparari. Licèt notorium ſit & publicum, aliquem cognatam ſuam duxiſſe, ſi non appareāt aliqui qui velint matrimonium impetere, non ſunt ſeparandi, niſi in primo vel ſecundo gradu conſanguinitatis ſint coniuncti. Decimæ à laicis iure hæreditario non poſſunt poſſideri.

30 De euchariſtia in ore mulieris in carnem verſa.

31 Licitum eſt, à ſponſalitijs recedere, & ad vitam contemplatiuam venire. Si quis aliquam petat in vxorem, cuius viri conſanguineam ſe cognouiſſe dicat, non eſt inter eos matrimonium contrahendum, niſi ſit iuramento firmatum.

31 Si mulier iudicio Eccleſiæ ab aliquo ſit ſeparata, & alij ſinè contradictione Eccleſiæ matrimonio copulata, non poteſt ſecundus vir ab ea recedere, licèt prior vir viuat.

32 Clerici obtentu patronatûs ab Eccleſijs canonicè acquiſitis non ſunt amouendi.

33 Non eſt ius patronatûs vel eccleſiaſticum beneficium, niſi requiſita epiſcopi licentia, in foro ſeculari ab aliquo vendicandum.

Videatur ipſe locus 34 Laicus eccleſiam ſpolians, eſt excommunicandus.

35 Eccleſia iudicat aliquem diris queſtionibus ſubijciendum.

36 Appellationibus, vt Iudæi Chriſtiana mancipia habeant, factis, non eſt aliquatenùs deferendum. Item non licet Iudæis nouas conſtituere ſynagogas, aut altiores, aut ampliores facere, aut precioſiores.

37 Lite pendente, nihil eſt innouandum.

38 A clericis & presbyteris, quamuis fornicarijs, quandiù ab eccleſia tolerantur, licitè diuina officia audiuntur, & alia eccleſiaſtica recipiuntur ſacramenta.

39 Vbi quis percipit ſpiritualia, ibi dare debet temporalia.

40 Decimæ noualium eccleſiæ, in cuius parochia territorium eſt, perſolui debent. Item, laici à clericis vel conuerſis decimas de laboribus ſuis exigere non debent. Item qui à colonis tertiam vel quartam partem laborum ſuorum ante ſolutionem decimarum recipiunt, decimam de portione ſua, ſcilicet quod colonus de ſua, perſoluere tenetur.

41 Si quis per verba de præſenti aliquam deſponſauerit, licèt ea incognita, aliam acceperit & cognouerit, ab ea debet ſeparari, & primæ adhærere. Si verò promiſſio facta eſt tantùm de futuro, de violatione iuramenti pœnitentia eſt iniungenda. Item, Lite pendente nihil eſt innouandum: Item, Matrimonium contra interdictum Eccleſiæ factum, eſt irritandum. Item, matrimonium prætextu minoris ætatis non eſt diſſoluendum, cùm malitia ſuppleat ætatem. Item, matrimonium vi contractū, niſi poſtmodùm conſenſus acceſſerit, poteſt irritari.

42 In dubijs, viciniæ fama eſt inquirenda: & quòd inſtrumentum ab eo cognitum qui officium gerebat, ratum & firmum eſt habendum.

43 Iuramentum à iurantibus adinuicèm poteſt remitti.

44 Non baptizatus vel cōfirmatus, in baptiſmo vel chriſmate alium in filium ſuſcipere non poteſt.

45 Presbyter ordinatus nō baptizatus, debet baptizari, & iterùm ordinari, & omnes ab eo baptizati.

46 Mulier à viro ſeparata, dotem debet habere, & poſt annum alium poteſt accipere virum.

47 Qui eodem crimine eſt infectus, contra alium non poteſt teſtificari: cùm nulli de ſe confeſſo, aduersùs alium in eodem crimine ſit credendum.

48 Iudicio Eccleſiæ poteſt quis pœna pecuniaria mulctari, & quæſtionibus ſubijci duris.

49 Licèt aliquis confiteatur, ante matrimonium ſe vxorē fratris ſui cognouiſſe, niſi hoc publicum ſit & notorium, non eſt propter hoc inter eos diuortium celebrandum. Item Sarracenus mulierem tenens Chriſtianam, eſt puniendus, & ipſa ſimiliter.

50 Iudicio aquæ frigidæ purgatus, ſi fama laborat, & teſtes non appareant, iterùm ſe debet purgare, quoniam in eccleſiaſticis iudicia inhibita ſunt peregrina. Item purgatores debent iurare, quia purgatum credunt verum iuràſſe.

Digitized by Google

51 Interdicti vel excõmunicati ſi diuina præſumpſerint officia celebrare, perpetuò ſunt deponendi, niſi multitudo ſit in cauſa. Multi verò ſunt quadraginta.

52 Si excommunicatus lecto ęgritudinis detineatur, & propinqui eius pro eo ſatis fecerint, Chriſtianam poterit & debet habere ſepulturam.

53 Vbi prætextu appellationis crimẽ noſcitur committendum, non eſt appellationi deferendum. Item, ſi excommunicatus præſtito iuramento iudicio Eccleſiæ ſiſti, fuerit abſolutus, ſtatìm appellans, per eandem ſententiam compelli poteſt vel appellationem proſequi, vel iudicio Eccleſiæ ſtare.

54 Appellationi de omni grauamine interpoſitæ non eſt deferendum. Si verò de omni grauamine, quod in vna cauſa poteſt contingere, fuerit appellatum, eſt ſuperſedendum.

55 Sacerdos ſciens aliquem reum criminis, ad inſtantiam illius qui damnum paſſus eſt, poteſt eum excommunicare, non tamen poteſt eum à publicis officijs remouere.

56 Seruus niſi ſit manumiſſus, non eſt ordinandus. Si verò aliqua calliditate fuerit ordinatus, eſt deponendus, dominoque reſtituendus.

57 Imperitus de Simonia, iurare debet, quòd nec ipſe, nec alius pro eo, ſe ſciente, precium dedit. Item purgatores debent iurare, quod credunt ipſum verum iuraſſe.

58 Res Eccleſiaſtica iure hæreditario non poteſt poſſideri.

59 Subdiaconus matrimonium contrahens, non poteſt promoueri, nec in ſubdiaconatu tolerari, niſi habitum ſuſceperit religionis: in minoribus tamen ordinibus poteſt miniſtrare.

60 Filij clericorum, ſiue geniti ſint in ſacerdotio, ſiue non, in Eccleſiaſticis rebus patribus primo loco ſuccedere non poſſunt. Si verò vnus plures Eccleſias, quas pater eius tenuerat, ſit adeptus: vna, dum tamen ſufficiat, debet eſſe contentus.

61 Poſteriores literæ prioribus præiudicant, ſi non ſint veritate tacita impetratæ.

62 Qui, cùm non eſſet ſacerdos, Miſſam publicè celebrare præſumpſit, non poteſt poſtmodùm ad ſacerdotiũ promoueri, ſed ei poteſt de miſericordia beneficium Eccleſiaſticum aſſignari.

63 Si ſponſalia inter aliquos ſint contracta, & alter ante carnis commixtionem lepram incurrerit, non eſt alter ad conſummandam maritalem copulam cogendus. Si mulier conſortium viri propter hæreſim declinauit, ea ſcilicet intentione, vt eum ab errore conuerteret: eo reuertente, cogenda matrimonium redintegrare: Si verò iudicio Eccleſiæ fuerit ſeparata, ad recipiendum eum non eſt cogenda. Mulier, quemadmodùm & vir, liberam ſibi poteſt præeligere ſepulturam. Vbi non inuenitur aliquid diffinitum, conſuetudini eſt relinquendum.

64 Si quis diaconatûs ordine poſtpoſito, officium presbyteri ſuſceperit, ſi id non ex malitia fecerit, competenti tempore ei poteſt diaconatûs ordo impendi, & poſtmodùm poterit in officio ſacerdotis permanere.

65 Si quis fuerit infamatus, accuſatoribus deficientibus, debet ſe purgare.

66 Metropolitanus iure metropolitico cauſas audire non poteſt, niſi per appellationem ad eum deferantur. Si verò legatus fuerit, vniuerſas cauſas legationis obtentu, licèt ad eum per appellationem non deferantur, poterit audire.

67 Qui de rebus Eccleſiaſticis nolunt teſtimonium perhibere, ſi aliàs veritas nequiuerit elici, ad id ſunt compellendi. Item, Si clerici paſſi ſint iniuriam, & id nequiuerint teſtibus comprobare: licèt vnius teſtimonio ſtandum non ſit, tamen propter reuerentiam clericalis ordinis, ipſorum iuramento fide eſt adhibenda. Item qui pro abſolutione ad ſedem Apoſtolicam ſunt mittendi, ſi valetudine præpediantur, ab epiſcopo poſſunt abſolui, præſtito iuramento, quòd priſtinæ ſanitati reſtituti, Apoſtolico conſpectui ſe repræſentent. Item fœmineo ſexui, pueris, ac ſenibus libetè poteſt diſpenſare. Item eccleſię ſi ſanguinis vel ſeminis effuſione ſunt pollutæ, cum proceſſione & aquæ benedictæ adſperſione ſunt reconciliandæ.

Hæc ſunt primę Partis capitula, nec tamen oĩa, ſed tãtùm 10.

1 Maioris & ſanioris partis debet ſententia præualere.

2 Ordinationes ab hæreſiarchis & ab ordinatis ab eis factæ, & alienationes vel inuaſiones de rebus Eccleſiaſticis, omni debent firmitate carere. Item qui iuramentum ſpontè præſtiuit de tenendo ſchiſmate, debet ſuſpendi.

3 Nullus debet in Epiſcopum eligi, niſi ſit triginta annorum, & de legitimo matrimonio natus. Item nulli regimen eccleſiarum vel cura animarum eſt committenda, niſi 25. annum attigerit. Item Archidiaconus, debet eſſe diaconus: Decanus, presbyter.

4 Prælati in procurationibus ſuis non debent ſubditis eſſe oneroſi. & Archiepiſcopus quadraginta vel quinquaginta euectionis numerum in viſitatione parochiæ non debet excedere: Cardinales, viginti vel 25. Epiſcopi, viginti vel triginta: Archidiaconi, quinque vel ſeptem. Decani duobus equis debent eſſe contenti, nec cum canibus venatorijs vel auibus proficiſci. Item epiſcopi non debent ſubditos tallijs & exactionibus grauare, licèt pro magna neceſ-

ſitate

ſiate moderatum cum charitate auxilium valeant poſtulare. Archidiaconi vel decani nullas talias vel exactiones in ſubditos poſſunt exercere, &c.

5 Si Epiſcopus aliquem ſinè certo titulo ordinauerit, ſi proprium non habuit, vndè ſuſtentari valeat, ei debet neceſſaria ſubminiſtrare.

6 Nè prælati ſinè canonica admonitione ſuſpenſionis vel excommunicationis ſententiam proferant in ſubiectos: nec ſubiecti ante ingreſſum cauſæ in vocem prorumpant appellationis: & nè religioſi, pro euitanda diſciplina appellantes, audiantur. Item ſi appellans proſequi appellationem neglexerit, eo qui appellatus fuerat, veniente, debet ei recompenſatio fieri expenſarum.

7 Nè pro perſonis eccleſiaſticis ad ſedem deducendis, vel ſacerdotibus inſtituendis, aut mortuis ſepeliendis, ſeu etiàm nubentibus benedicendis, vel alijs Eccleſiaſticis ſacramentis aliquid exigatur, & nè noui cenſus à prælatis eccleſijs imponantur, nec veteres augeantur, nec partem redditiuum audeant ſibi appropriare.

8 Nè eccleſię vel eccleſiaſtica beneficia alicui tribuantur vel promittantur, antequam vacent: & vt vacantes, infra 6. menſes perſonis dignis conferantur.

9 Nè eccleſiæ vel decimę de manu laici recipiantur, vel in eis abſque licentia Epiſcopi aliqui inſtituantur: & nè ab eis inſtituti, ab aliquo ſinè eo amoueantur: & nè hoſpitalarij vel templarij in Eccleſia interdicta, niſi ſemèl in anno, diuina præſumant officia celebrare, nec tunc mortuos ſepeliant: & nè aliqui ab epiſcoporum poteſtate eximantur, obtentu alicuius religionis, niſi ſe omninò religioni vel fraternitati contulerint, propria relinquentes.

10 Nè religioſi precio recipiantur, nec peculium habere permittantur, vel in Eccleſijs parochialibus ponantur: & de pœna contra hoc venientium, & nè aliqua obedientia pro precio alicui tradatur.

CONCILIVM LATERANENSE

Sub Pontifice ſummo Alexandro III.

Anno ab incarnatione Domini M. C. LXXX. Præſidente Romanæ Eccleſiæ Papa Alexandro III. anno Pontificatûs eius XX. menſe Martio, indictione * XII. die menſis ſecundo, præſidente eodẽ ſummo Pontifice, ſancta Synodus in Baſilica, quæ appellatur Conſtantiniana, ducentorum LXXX. Epiſcoporum celebrata eſt.

DE ELECTIONE SVMMI PONTIFICIS.

Pars I. LICET de euitãda diſcordia in electione ſummi pontificis, manifeſta ſatis à noſtris prędeceſſoribus conſtituta manauerint: tamẽ quia ſæpè poſt illa p improbę ambitionis audaciam, grauem paſſa eſt Eccleſia ſciſſuram: nos etiàm ad malũ hoc euitandum, de conſilio fratrum noſtrorum & ſacri approbatione Concilij aliquid decreuimus adiungẽdum. Statuimus igitur, vt ſi fortè inimico homine ſuper ſeminante zizaniam, inter Cardinales de ſubſtituendo pontifice, non potuerit concordia plena eſſe, & duabus partibus concordantibus, tertia pars noluerit concordare, aut ſibi alium præſumpſerit ordinare: ille Romanus pontifex habeatur, qui à duabus partibus fuerit electus, & receptus. Si quis autem de tertiæ partis nominatione confiſus, quia rem non poteſt, ſibi nomen Epiſcopi vſurpauerit: tam ipſe, quàm qui cum receperint, excommunicationi ſubiaceant, & totius ſacri ordinis priuatione mulctentur, ità vt viatica eis etiàm, niſi tantùm in vltimis, communio denegetur: & niſi reſipuerint, cum Dathan & Abiron, quos terra viuos abſorbuit, accipiant portionem. Præterea ſi à paucioribus aliquis, quàm à duabus partibus fuerit electus ad Apoſtolatûs officium, niſi

Di. 23. In nòmine.

Num. 16.

maior concordia interceſſerit, nullatenùs aſſumatur, & prædictæ pœnæ ſubiaceat, ſi humiliter noluerit abſtinere. Ex hoc tamen nullum canonicis conſtitutionibus & alijs Eccleſiaſticis, præiudicium generetur, in quibus maioris & ſenioris partis debet ſententia præualere: quia quod in eis dubium venerit, ſuperioris poterit iudicio diffiniri. In Romana verò Eccleſia aliquid ſpeciale conſtituitur, quia non poteſt recurſus ad ſuperiorem haberi.

CAP. 2.

QVod à prædeceſſore noſtro felicis memoriæ Innocentio factum eſt, innouantes, ordinationes ab Octauiano & Guidone hæreſiarchis, necnon & Ioanne* Struinenſi, qui eos ſecutus eſt, factas, & ab ordinatis ab eis, irritas eſſe cenſemus: adijcientes etiàm, vt ſi qui dignitates Eccleſiaſticas ſeu beneficia per prædictos ſchiſmaticos receperunt, careāt impetratis. Alienationes quoquè ſeu inuaſiones, quę per eoſdem ſchiſmaticos ſiue per laicos factæ ſunt de rebus eccleſiaſticis, omni careant firmitate, & ad Eccleſiam ſinè omni eius onere reuertantur. Si quis autem contraire præſumpſerit, excommunicationi ſe nouerit ſubiacere. Illos autem qui ſpontè iuramento de tenendo ſchiſmate præſtiterint, à ſacris ordinibus & dignitatibus decreuimus manere ſuſpenſos.

C. 1. q. 7. Conuenientibus. C. 23. q. 1. Dicimus. C. 12. q. 2. Alienationes.

CAP. 3.

CVm in ſacris ordinibus & miniſterijs Eccleſiaſticis, & ætatis maturitas, & morum grauitas, & ſcientia literarum ſit inquirenda: multo fortiùs hoc in Epiſcopo oportet inquiri, qui ad curam poſitus aliorum, in ſeipſo debet oſtendere, qualiter alios in domo Domini oporteat conuerſari. Eapropter, nè quod à quibuſdam ex neceſſitate temporis factum eſt, in exemplum trahatur apoſtaſis: præſenti decreto ſtatuimus, vt nullus in Epiſcopum eligatur, niſi qui iam trigeſimum ætatis annum egerit, & de legitimo ſit matrimonio natus, qui etiàm vita & ſcientia commendabilis demonſtretur. Cùm autem electus fuerit, & confirmationem acceperit, & Eccleſiaſticorum honorum adminiſtrationem habuerit, decurſo tempore, de conſecrandis Epiſcopis à canonibus definito: is ad quem ſpectant beneficia quæ habuerat, diſponendi de illis liberam habeat facultatem. Inferiora etiàm miniſteria, vtputà decanatus, Archidiaconatus, & alia quæ animarum curam habent annexam, nullus omninò ſuſcipiat: Sed nec parochialium Eccleſiarum regimen, niſi qui iam vigeſimumquintum ætatis annum attigerit, & qui ſcientia & moribus exiſtat commendandus. Cùm autem aſſumptus fuerit, ſi archidiaconus in diaconem, & decani & reliqui admoniti, non fuerint præfixo à canonibus tempore in presbyteros ordinati, & ab illo remoueantur officio, & alij conferatur, qui & velit & poſſit conuenienter illud implere. Nec proſit illis appellationis diffugium, ſi fortè in tranſgreſſionem conſtitutionis iſtius* inſtitutionis per appellationem voluerint ſe tueri. Hoc ſanè non ſolùm de promouendis, ſed de his etiã qui iam promoti ſunt, ſi canones non obſiſtant, præcipimus obſeruandum. Clerici *ſanè ſi contra formam iſtam quenquam elegerint, & eligendi poteſtate tunc priuatos, & ab eccleſiaſticis beneficijs triennio ſe nouerint ſuſpenſos. Dignum eſt enim, vt quos timor Dei à malo non reuocat, Eccleſiaſticæ tamen coerceat ſeueritas diſciplinæ. Epiſcopus autem ſi cui fecerit, aut fieri conſenſerit contra hoc, in conferendis prædictis poteſtatem ſuam amittat: & per Capitulum, aut per metropolitanum, ſi capitulũ concordare nequiuerit, ordinentur.

Diſt. 75. Quoniã. Diſt. 13. Si qui Epiſc. * verò. 11. q. 3. Priuilegium. Diſt. 63. Si fortè.

CAP. 4.

CVm Apoſtolus ſe & ſuos proprijs manibus decreuerit* exhibendos, vt locum prædicandi auferret pſeudo Apoſtolis, & illis quibus prædicabat, non exiſteret oneroſus: graue nimis & emendatione fore dignum dinoſcitur, quòd quidam fratrum coepiſcoporum noſtrorum ità graues in procurationibus ſuis ſubditis exiſtunt, vt pro huiuſmodi cauſa interdùm ornamenta eccleſiaſtica ſubditi compellantur exponere, & longi temporis victum breuis hora conſumat. Quocircà ſtatuimus, quòd Archiepiſcopi parochias viſitantes, pro diuerſitate prouinciarum & facultatibus eccleſiarum, quadraginta vel quinquaginta euectionis numerum non excedant: Cardinales verò, viginriquinque non excedant: Epiſcopi, viginti vel triginta nequaquàm excedant: Archidiaconi, quinque aut ſeptem: Decani conſtituti ſub ipſis, duobus equis exiſtant contenti. Cum canibus venatorijs & auibus nõ proficiſcantur: ſed ità procedant, vt non quæ ſunt ſua, ſed quæ Ieſu Chriſti, quærere videantur. Prohibemus etiàm, nè ſubditos ſuos tallijs & exactionibus Epiſcopi grauare præſumant. Suſtinemus autem pro multis neceſſitatibus, quæ aliquotiès ſuperueniunt, vt ſi manifeſta & rationabilis cauſa extiterit, cum charitate moderatum ab eis valeant auxilium poſtulare. Cùm enim dicat Apoſtolus, non debent parentibus filij theſaurizare, ſed parentes filijs: multùm longè à paterna pietate videtur, ſi præpoſiti ſuis ſubditis graues exiſtant, quos in cunctis neceſſitatibus paſtoris more fouere debent. Archidiaconi autem ſiue decani nullas exactiones vel tallias in presbyteros ſeu clericos exercere præſumant. Sanè quod de prædicto numero euectionis ſecundùm tolerantiam dictum eſt, in illis locis poterit obſeruari,

1. Theſ. 2. b 2. Theſ. 3. b *alendos, Di. 10. q. 3. Relatum. 2. Cor. 12. c Di. 94. Dictum eſt.

uari, in quibus ampliores ſunt redditus & Eccleſiæ ſaculiates. In pauperioribus autem locis tantam volumus teneri menſuram, vt ex acceſſu maiorum, minores non debeant grauari: nè ſub tali indulgentia illi qui paucioribus equis vti ſolebant, hactenùs plurimam ſibi credant poteſtatem indultam.

C A P. 5.

EPiſcopus ſi aliquem ſinè certo titulo, de quo neceſſaria vitæ percipiat, in diaconum vel presbyterum ordinauerit: tam diù neceſſatia ei ſubminiſtret, donèc in aliqua ei eccleſia conuenientia ſtipendia militiæ clericali aſſignet: niſi forte talis qui ordinatur, extiterit, qui de ſua vel paterna hæreditate ſubſidium vitæ poſſit habere.

Diſt.1.q.1. Clericor.

C A P. 6.

Di 16.q.1. cap.vlt.

REpræhenſibilis valdè conſuetudo in quibuſdam partibus inoleuit, vt fratres & coepiſcopi noſtri, ſeu etiàm archidiaconi, quos appellaturos in cauſis ſuis exiſtimant, nulla penitùs admoninone præmiſſa, ſuſpenſionſ vel excommunicationis in eos ferant ſententiam. Alij etiàm dum ſuperioris ſententiam & diſciplinam canonicam reformidant, ſinè vllo grauamine appellationem obijciunt, & ad defenſionem iniquitatis vſurpant, quod ad ſubſidium innocentium dinoſcitur inſtitutum. Quocircà nè vel prælati valeant ſinè cauſa grauare ſubiectos, vel ſubditi pro ſua voluntate ſub appellationis obtentu correctionem valeant eludere prælatorum; præſenti decreto ſtatuimus, vt nec prælati, niſi canonica commonitione præmiſſa, ſuſpenſionis vel excommunicationis ſententiam proferant in ſubiectos: niſi fortè talis ſit culpa, quæ ipſo genere ſuo excommunicationis pœnam inducat: nec ſubiecti contra diſciplinam Eccleſiaſticam ante ingreſſum cauſæ in vocem appellationis prorumpant. Si verò quiſquam pro ſua neceſſitate crediderit appellãdum, competens ei ad proſequendam appellationem terminus præfigatur. Infra quem ſi fortè perſequi neglexerit, liberè tunc epiſcopus ſua authoritate vtatur. Si autem in quocunque negocio aliquis appellauerit, & eo qui appellatus fuerit, veniente, qui appellauerit, venire, neglexerit, ſi proprium quid habuit, competentem ei recompenſationem faciat expenſarum: vt hoc ſaltem timore perterritus, in grauamen alterius non facilè quis appellet. Præcipuè verò in locis religioſis hoc volumus obſeruari, nè monachi ſiue quicunque religioſi, cùm pro aliquo exceſſu fuerint corrigendi, contra regularem prælati ſui & capituli diſciplinam appellare præſumant: ſed humiliter ac deuotè ſuſcipiant, quod pro ſalute ſua vtiliter eis fuerit iniunctum.

Di.11.q.3. Si epiſcopus for.

ſ.fruſtratoriè & ſinè cauſa. Secùs aũt eſt, ſi à manifeſta iniuria.

C A P. 7.

CVm in Eccleſiæ corpore omnia debeãt ex charitate tractari, & quod gratis receptum eſt, gratìs impendi: horribile nimìs eſt, quod in quibuſdam eccleſijs locum venalitas perhibetur habere, ità vt pro epiſcopis vel abbatibus ſeu quibuſcunque perſonis eccleſiaſticis ponendis in ſede, ſeu introducendis presbyteris in eccleſiam, necnon pro ſepulturis & exequijs mortuorum, & benedictionibus nubentium, ſeu alijs ſacramentis aliquid exigatur: & ille qui indiget, non poſſit iſta percipere, niſi manum implere curauerit largitoris. Putant plures ex hoc ſibi licere, quia legem mortis de longa inualuiſſe conſuetudine arbitrantur, non ſatis, quia cupiditate cæcati ſunt, attendentes, quòd tanto grauiora ſunt crimina, quantò diutiùs animam infelicem tenuerint alligatam. Nè igitur hoc decætero fiat, & vel pro perſonis eccleſiaſticis deducendis ad ſedem, vel ſacerdotibus inſtituendis, aut mortuis ſepeliendis, ſeu etiàm nubentibus benedicendis, ſeu etiàm alijs ſacramentis aliquid exigatur, diſtrictiùs inhibemus. Si quis autem contra hoc venire præſumpſerit, portionem cum Giezi ſe nouerit habiturum: cuius factum, turpis muneris exactione imitatur. Prohibemus inſupèr, nè noui cenſus ab epiſcopis vel abbatibus, alijsve prælatis imponantur eccleſijs, nec veteres augeantur, nec partem redditunm ſuis vſibus appropriare præſumant: ſed libertates quas ſibi maiores deſiderant conſeruari, minoribus quoquè ſuis bona voluntate conſeruent. Si quis autem aliter egerit, irritum quod fecerit, habeatur.

1.q.1. Nullus epiſ. 34.q.7. Flagitia.

4.Reg.5.

C A P. 8.

NVlla Eccleſiaſtica miniſteria ſeu etiam beneficia vel Eccleſiæ alicui tribuantur ſeu promittantur, antequàm vacent, nè deſiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum & beneficiũ ſe credidit ſucceſſurum. Cùm enim id etiàm in ipſis gentilium legibus inueniatur prohibitum, turpe nimìs eſt & diuini plenum animaduerſione iudicij, ſi locum in Dei Eccleſia futuræ ſucceſſionis expectatio habeat, quàm etiàm damnare ipſi gentiles homines curauerunt. Cùm verò Prębendas eccleſiaſticas ſeu quælibet officia in aliqua eccleſia vacare contigerit, vel etiàm ſi modò vacant, nõ diù maneant in ſuſpenſo, ſed infra ſex menſes perſonis quę dignè adminiſtrare valeant, conferantur. Si autem Epiſcopus vbi ad eum ſpectauerit, conferre diſtulerit, per Capitulum ordinetur. Quòd ſi ad Capitulũ electio pertinuerit, & infra prædictum terminum hoc non fecerit, Epiſcopus hoc ſecundùm Deum cum virorum religioſorum conſilio exequatur. Aut ſi omnes fortè neglexerint, metropolitanus de ipſis ſecundùm Deum abſque illorum contradictione diſponat.

Di.63. Ob eunubus.

C A P.

Digitized by Google

CAP. 9.

CVm & plantare ſacram religionem, & plantatam fouere modis omnibus debeamus: nunquàm hoc meliùs exequemur, quàm ſi nutrire quæ recta ſunt, & corrigere quæ profectum veritatis impediunt, commiſſa nobis authoritate curamus. Fratrum autem & coepiſcoporum noſtrorum vehementi conqueſtione comperimus, quòd fratres Templi & Hoſpitalis, alij quoquè religioſæ profeſſionis, indulta ſibi ab Apoſtolica ſede excedentes priuilegia, contra epiſcopalem authoritatem multa præſumunt, quæ & ſcandalum generant in populo Dei, & graue pariunt periculum animarum. Proponunt enim, quòd eccleſias recipiant de manibus laicorum, excommunicatos & interdictos ad Eccleſiaſtica ſacramenta & ſepulturam admittant, in eccleſijs ſuis præter eorum conſcientiam & inſtituant & amoueant ſacerdotes, & fratribus eorũ ad eleemoſynas quærendas euntibus, com indultum ſit eis, vt in aduentu eorum ſemèl in anno eccleſiæ aperiantur, atq; in eis diuina celebrentur officia: plures ex eis de vna ſiue diuerſis domibus ad locum interdictum

10.q.3. Priuilegium.

ſæpiùs accedentes, indulgentia priuilegiorum in celebrandis officijs abutuntur, & tunc mortuos apud prædictas eccleſias ſepelire præſumunt. Occaſione quoquè fraternitatum, quas in pluribus locis faciunt, robur Epiſcopalis authoritatis eneruant, dum contra eorum ſententiam ſub aliquorum priuilegiorum obtentu munire cunctos intendunt, qui ad eorum fraternitatem volunt accedere, & ſe conferre. In his quia non tam de maiorum conſcientia vel conſilio, quàm de minorum indiſcretione quorundam exceditur: & remouenda ea in quibus excedunt, & quæ dubietatem faciunt, declaranda decreuimus, Eccleſias ſanè & decimas de manu laicorum ſinè conſenſu epiſcoporum, tam illos, quam quoſconque alios religioſos recipere prohibemus, dimiſſis etiàm quas contra tenorem iſtum moderno tempore receperunt: excommuni-

16 q. 7. Quoniã ſi quis.

catos & nominatìm interdictos, tam ab illis quàm ab omnibus alijs, iuxta epiſcoporum ſententiam, ſtatuimus euitandos. In eccleſijs ſuis, quę ad eos pleno iure non pertinent, inſtituendos presbyteros epiſcopis præſentent, vt eis quidem de plebis cura reſpondeant, ipſis verò pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem. Inſtitutos autem, epiſcopis inconſultis, non audeant remouere. Si verò Templarij ſiue Hoſpitalarij ad Eccleſiaſticum interdictum venerint, non niſi ſemèl in anno ad eccleſiaſticum admittantur officium, nec tunc ibi corpora ſepeliant defunctorum. De fraternitatibus hoc ſtatuimus, vt ſi non ſe prædictis fratribus omninò reddiderint, ſed in ſuis proprietatibus duxerint remanendum, propter hoc ab epiſcoporum ſententia nullatenùs eximantur: ſed poteſtatem ſuam in eos, ſicut in alios parochianos ſuos exerceant, cum pro ſuis exceſſibus fuerint corrigendi. Quod autem de prædictis fratribus dictum eſt, de alijs quoquè religioſis, qui præſumptione ſua epiſcoporum iura præripiunt, & contra canonicas eorum ſententias & tenorem priuilegiorum noſtrorum venire præſumunt, precipimus obſeruari. Si autem contra hoc inſtitutum venerint, & Eccleſiæ in quibus iſta præſumpſerint, ſubiaceant interdicto, & quod egerint, irritum habeatur.

CAP. 10.

MOnachi non precio recipiantur in monaſterio, non peculium permittantur habere, non ſinguli per villas & oppida ſeu ad quaſcunque parochiales ponantur eccleſias: ſed in maiori conuentu aut cũ aliquibus fratribus maneant: nec ſoli inter ſeculares homines ſpiritualium hoſtiũ conflictionem expectent, Salomone dicente: Eccẽs 4. e
Væ ſoli quia ſi ceciderit, non habet ſubleuantem. Si quis autem exactus pro ſua receptione aliquid dederit, ad ſacros ordines non aſcendat. Is autem qui acceperit, officij ſui priuatione mulctetur. Si verò peculium habuerit, niſi ei ab Abbate pro iniuncta fuerit adminiſtratione permiſſum, de communione remoueatur altaris: & qui in extremis cum peculio inuentus fuerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres recipiat ſepulturam. Quod etiàm de diuerſis religioſis præcipimus obſeruari. Abbas etiam qui iſta diligenter non curauerit, officij ſui iacturam ſe nouerit incurſurum. Prioratus quoquè ſiue Obedientiæ, precij datione nullæ tradantur. Alioquì & dantes & accipientes, à miniſterio fiant eccleſiaſtico alieni. Priores verò cùm in conuentualibus eccleſijs, fuerint conſtituti, niſi pro manifeſta cauſa & rationabili non mutentur, videlicet ſi fuerint dilapidatores, nec continenter vixerint, aut aliquid tale egerint, pro quo amouendi meritò videantur: aut ſi etiàm pro neceſſitate maioris officij, de conſilio fratrum fuerint transferendi.

CAP. 11.

CLerici in ſacris ordinibus conſtituti, qui mulierculas ſuas in domibus ſuis Diſt. 32. Interdix.
incontinentiæ nota tenuerint, aut abijciant Diſt. 81.
eas, & continenter viuant, aut ab officio & Volumus.
beneficio eccleſiaſtico fiant alieni. Quicunque incontinentia illa quæ contra naturam eſt, propter quam venit ira Dei in filios diffidentiæ, & quinque ciuitates igne conſumpſit, depræhenſi fuerint laborare: ſi clerici fuerint, eijciantur à clero, vel ad pœnitentiam agendam in monaſterijs detrudantur: ſi laici, excommunicationi ſubdantur, & à cœtu fidelium fiant prorsùs alieni. Monaſteria prætereà ſanctimonialium, ſi quiſquã

clericus

clericus ſinè manifeſta & neceſſaria cauſa frequentare præſumpſerit, per Epiſcopum arceatur: & ſi non deſtiterit à beneficio Eccleſiaſtico reddatur immunis.

CAP. 12.

In criminibus nō vt aduocati, ſed vt interceſſores pro reo ſupplicant.

CLerici in ſubdiaconatu & ſuprà, & in minoribus quoquè ordinibus, ſi ſtipendijs eccleſiaſticis ſuſtentantur, coram iudice ſeculari aduocati in negocijs fieri non præſumant, niſi propriam vel Eccleſiæ ſuæ cauſam fuerint proſecuti, aut pro miſerabilibus fortè perſonis, quæ proprias cauſas adminiſtrare non poſſunt. Sed nec procurationes villarum aut iuriſdictiones etiàm ſeculares ſub aliquibus principibus vel ſecularibus viris, vt iuſtitiarij eorum fiant, clericorum quiſquam aſſumere præſumat. Si quis aduersùs hoc venire tentauerit, (quoniam contra doctrinam Apoſtoli eſt, dicentis: Nemo militans Deo, implicat ſe negocijs ſecularibus & ſeculariter agit, ab eccleſiaſtico fiat miniſterio alienus, pro eo quòd officio clericali neglecto, fluctibus ſeculi, vt potentibus ſeculi placeat, ſe immergit. Diſtrictiùs autem decreuimus puniendum, ſi religioſorum quiſquam aliquid prædictorum audeat attentare.

2.Tim. 2.

CAP. 13.

Diſt. 70. Sanctorū.

QVia nonnulli modum auaritiæ non ponentes, dignitates eccleſiaſticas, & plures eccleſias parochiales contra ſacrorū canonum inſtituta nituntur adquirere, ità vt cùm vnum officium vix implere ſufficiant, ſtipendia ſibi vendicent plurimorum, nè id decætero fiat, diſtrictiùs inhibemus. Cùm igitur eccleſia vel eccleſiaſticum miniſterium committi debuerit, talis ad hoc perſona quæratur, quæ reſidere in loco, & curam eius per ſeipſum valeat exercere: quod ſi aliter fuerit actum, & qui receperit quod contra ſacros canones accepit, amittat: & qui dederit, largiendi poteſtate priuetur.

CAP. 14.

Diſtin. 8. Quod cōtra.

QVia intantùm iam quorundam proceſſit ambitio, vt non duas vel tres, ſed ſex aut plures eccleſias perhibeantur habere, nec duabus debitam poſſint prouiſionem impendere: per fratres & coepiſcopos noſtros chariſſimos emendari præcipimus: & de multitudine canonibus inimica, quę diſſolutionis materiam & vagationis inducit, & certum continet periculum animarum: eorum, qui Eccleſijs dignè valeant deſeruire, volumus eccleſiaſticis beneficijs indigentiam ſubleuari. Præthereà quia intantùm quorundam laicorum proceſſit audacia, vt epiſcoporum authoritate neglecta, clericos inſtituant in eccleſijs; & remoueant etiàm cùm voluerint, poſſeſſiones quoque atque alia bona Eccleſiaſtica pro ſua plurimum voluntate diſtribuant, & iam eccleſias ipſas quàm eorum homines, tallijs & exactionibus præſumant grauare: eos qui amodò iſta commiſerint, anathemate decernimus feriendos. Presbyter autem ſiue clericus, qui eccleſiam per laicos ſinè proprij epiſcopi authoritate receperit tenendam, communione priuetur: & ſi perſtiterit, à miniſterio eccleſiaſtico ordine deponatur. Sanè quia laici quidam Eccleſiaſticas perſonas & ipſos etiàm Epiſcopos ſuo iudicio ſtare compellunt eos: qui decætero præſumpſerint, à cōmunione fidelium decernimus ſegregādos. Prohibemus etiàm, nè laici decimas cum animarum ſuarum periculo retinentes, in alios laicos poſſint aliquo modo transferre. Si quis verò receperit, & eccleſiæ non tradiderit, Chriſtiana ſepultura priuetur.

16.q.7. Per laicos.

CAP. 15.

Diſt. 86. Nō ſatis.

CVm in officijs charitatis illis primò teneamur obnoxij, à quibus nos beneficium cognoſcimus accepiſſe: eccleſiaſtici quidam clerici cùm ab eccleſijs ſuis multa bona perceperint, bona per eccleſias acquiſita, in alios vſus præſumunt transferre. Hoc igitur quia & antiquis canonibus conſtat inhibitum, nos etiàm nihilominùs inhibem⁹. Indemnitati itaque eccleſiarum prouidere volentes, ſiue inteſtati deceſſerint, ſiue alijs conferre voluerint, penès eccleſiam eadem bona præcipimus remanere. Prætereà quoniam quidem in quibuſdam partibus ſub precio ſtatuuntur, qui decani vocantur, & pro certa pecuniæ quantitate epiſcopalem iuriſdictionem exercent, præſenti decreto ſtatuimus, vt qui decætero id præſumpſerit, officio ſuo priuetur, & epiſcopus conferēdi hoc officium poteſtatem amittat.

CAP. 16.

Diſt. 19 In canonicis
Diſt. 65. Sanè.

CVm in cunctis eccleſijs, quod pluribus & ſenioribus fratribus viſum fuerit, incunctanter debeat obſeruari: graue nimis & reprehenſione eſt dignum, quòd quarundam eccleſiarum pauci quandoquè non tam de ratione, quàm de propria voluntate ordinationē multotiès impediunt, & ordinationem eccleſiaſticam procedere non permittunt. Quocircà præſenti decreto ſtatuimus, vt niſi à paucioribus & inferioribus aliquid rationabile fuerit oſtenſum, appellatione remota, ſemper præualeat & ſuum conſequatur effectum, quod à maioris vel ſanioris parte Concilij fuerit cōſtitutum. Nec noſtram conſtitutionem impediat, ſi fortè aliquis ad conſeruandam Eccleſiæ ſuæ conſuetudinem iuramento ſe dicat adſtrictum. non enim dicenda ſunt iuramenta, ſed potiùs periuria, quæ contra vtilitatem eccleſiaſticam & ſanctorum patrum veniunt inſtituta. Si aliquis huiuſmodi conſuetudines, quæ ratione iuuantur & ſacris congruunt inſtitutis, irritare præſumpſerit, donèc congruam egerit pœnitentiam, à Dominici corporis perceptione fiat alienus.

Electionē maioris & ſenioris partis, appellatione remota, tenere.

CAP.

Digitized by Google

CAP. 17.

QVoniam in quibuſdam locis eccleſiarum fundatores aut hæredes eorum, poteſtate in qua eos Eccleſia hucuſquè ſuſtinuit, abutuntur: & cùm in Eccleſia DEI vnus debeat eſſe qui præſit, ipſi plures ſinè reſpectu ſubiectionis eligere moliuntur: & cùm vna Eccleſia vnius debeat eſſe rectoris, pro ſua defenſione plurimos repræſentant. Quocircà præſenti decreto ſtatuimus, vt ſi fortè in plures partes fundatorum ſe vota diffuderint, ille præficiatur eccleſiæ, qui maioribus iuuatur meritis, & plurium eligitur & probatur aſſenſu. Si autem hoc ſinè ſcandalo fieri nequiuerit, ordinet antiſtes Eccleſiam, ſicut meliùs ſecundùm DEVM viderit ordinandum. Idipſum etiàm faciat, ſi de iure patronatûs quæſtio emerſerit inter aliquos, & cui competat, infra tres menſes non fuerit diffinitum.

Diſ. 63. Si forté.

CAP. 18.

QVoniam Eccleſia Dei & in his quæ ſpectant ad ſubſidium corporis, & in his quæ ad profectum veniunt animarum, indigentibus ſicut pia mater prouidere tenetur: nè pauperibus, qui parentum opibus iuuari non poſſunt, legendi & proficiendi opportunitas ſubtrahatur, per vnãquanque eccleſiam cathedralem magiſtro, qui clericos eiuſdem Eccleſiæ & ſcholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium aſſignetur, quo docentis neceſſitas ſubleuetur, & diſcentibus via pateat ad doctrinam. In alijs quoque reſtituatur Eccleſijs ſiue monaſterijs, ſi retroactis temporibus aliquid in eis ad hoc fuerit deputatum. Pro licentia verò docendi nullus omninò precium exigat, vel ſub obtentu alicuius conſuetudinis ab his qui docent, aliquid quærat: nec docere quempiam, expetita licentia, qui ſit idoneus, interdicat. Qui verò contra hoc venire præſumpſerit, à beneficio Eccleſiaſtico fiat alienus. Dignum quidem eſſe videtur, vt in Eccleſia DEI fructum laboris ſui non habeat, qui cupiditate animi diuendens licentiam docendi, Eccleſiarum profectum nititur impedire.

Diſt. 37. De qbuſdam

CAP. 19.

NOn minùs pro peccato eorum qui faciunt, quàm pro illorum detrimento qui ſuſtinent, graue nimìs eſſe dinoſcitur, quòd in diuerſis partibus mundi rectores & conſules ciuitatum, necnon & alij qui poteſtatem habere videntur, tot Eccleſijs frequenter onera imponunt: & ità grauibus eas crebriſq; exactionibus premũnt, vt deterioris conditionis factum ſub eis ſacerdotium videatur, quàm ſub Pharaone fuerit, qui diuinæ legis notitiam non habebat. Ille quidem omnibus alijs ſeruituti ſubiectis, ſacerdotes ſuos & eorum poſſeſſiones in priſtina libertate dimiſit, & de publico eis alimoniam miniſtrauit. Iſti verò vniuerſa ferè onera ſua imponunt Eccleſijs, & tot angarijs eas affligũt, vt illud eis quod Ieremias deplorat, competere videatur: Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. Siue quidem foſſata, ſiue expeditiones, ſiue quælibet alia ſibi arbitrentur agenda, de bonis Eccleſiarum, clericorum, & pauperum Chriſti vſibus deputatis cuncta volunt ferè compilari. Iuriſdictionem etiàm & authoritatem epiſcoporum & aliorum prælatorum ità euacuant, vt nihil poteſtatis eis in ſuis videatur hominibus remanſiſſe. Super quo dolendum eſt pro Eccleſijs, dolendũ etiàm nihilominùs & pro ipſis, qui timorem Dei & Eccleſiaſtici ordinis reuerentiam videntur penitùs abieciſſe. Quocircà ſub anathematis diſtrictione ſeueriùs prohibemus, nè decæterò talia præſumant attentare, niſì Epiſcopus & clerus tantam neceſſitatem vel vtilitatem adſpexerint, vt abſque coactione ad releuandas communes neceſſitates vbì laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per Eccleſias exiſtiment conferenda. Si autem conſules aut alij decæterò id præſumpſerint, & commoniti deſiſtere fortè noluerint, tam ipſi quàm eorum fautores excommunicationi ſe nouerint ſubiacere: nec communicationi fidelium reddantur, niſì ſatisfactionem fecerint competentem.

Nè ſeculares aliqd exigant à clero.

Gen. 47.

Thre. 1. a

CAP. 20.

FElicis memoriæ Papę Innocentij & Eugenij prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærentes, deteſtabiles nundinas vel ferias, quas vulgò torneamenta vocant, in quibus milites ex condicto venire ſolent, & ad oſtentationem virium ſuarum & audaciæ temerariè congrediuntur, vndè mortes hominum & animarum pericula ſæpè proueniunt, fieri prohibemus. Quòd ſi quis eorum ibidèm mortuus fuerit, quãuis ei poſcenti venia non negetur, Eccleſiaſtica tamẽ careat ſepultura.

Mortuus in torneamẽto, qua pœna plectendus.

CAP. 21.

TReugas à quarta feria poſt occaſum ſolis vſque ad ſecundam feriam, & ab aduentu Domini vſque ad octauas Epiphaniæ, & à ſeptuageſima vſque ad octauas Paſchæ, ab omnibus inuiolabiliter obſeruari præcipimus. Si quis autem treugam frangere tentauerit, poſt tertiam commonitionem, ſi non ſatisfecerit, Epiſcopus ſuus ſententiam excommunicationis dictet, & ſcriptam vicinis ſuis annunciet. Epiſcopus autem nullus excommunicatum in communionem ſuſcipiat: immò ſcriptam ſuſceptã ſententiam quiſque confirmet. Si quis autem hoc violare præſumpſerit, ordinis ſui periculo ſubiaceat. Et quoniam funiculus triplex non facilè rumpitur, præcipimus vt Epiſcopi ſolùm Dei & ſalutis populi habentes reſpectum, omni tepiditate ſepoſita, ad pacem firmiter tenendam, mutuum

33. q. 3. Placuit.

Eccl. 4. c

ſibi

ſibi conſilium & auxilium præſtent. Neque hoc alicuius amore vel odio prætermittat. Quòd ſi quis in opere Dei tepidus fuerit inuentus, damnum dignitatis ſuæ incurrat.

CAP. 22.

INnouamus vt presbyteri, monachi, clerici, conuerſi, peregrini, mercatores, ruſtici, euntes & redeuntes, & in agricultura exiſtentes, & animalia quæ ſemina portant ad agrum, congrua ſecuritate lætentur. Nec quiſquam alicui nouas pedagiorum exactiones ſinè authoritate regum & principum conſenſu ſtatuere, aut ſtatutas de nouo tenere, aut veteres augmentare aliquo modo temetè præſumat. Si quis autem contra hoc venire præſumpſerit, & commonitus non deſtiterit, donèc ſatisfaciat, communione careat Chriſtiana.

CAP. 23.

1.Cor.12.c CVm dicat Apoſtolus, Abundantiorem honorem membris infirmioribus deferendum, Eccleſiaſtici quidam quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti, quærentes, leproſis, qui cum ſanis habitare non poſſunt, & ad eccleſiam cum alijs conuenire, eccleſias & cœmeteria non permittunt habere,

Diſt. 41. Qui ſuam nec proprij iuuari miniſterio ſacerdotis. Quod quia procùl à pietate Chriſtiana eſſe dinoſcitur, de benignitate Apoſtolica conſtituimus, vt vbicunquè tot ſimul ſub communi vita fuerint congregati, qui Eccleſiam ſibi cum cœmeterio conſtituere, & proprio gaudere valeant presbytero, ſinè contradictione aliqua permittantur habere. Caueant tamen, vt iniurioſi veteribus eccleſijs de iure parochiali nequaquàm exiſtant. Quod nanque eis pro pietate conceditur, ad aliorum iniuriam noluimus redundare. Statuimus etiàm, vt de hortis & nutrimentis animalium ſuorum, decimas tribuere non cogantur.

CAP. 24.

ITà quorundam animos occupauit ſæua cupiditas, vt cùm glorientur nomine Chriſtiano, Sarracenis arma, ferrum & ligamina galearum deferant, & pares eis, aut etiàm ſuperiores in malitia fiant, dum ad impugnandos Chriſtianos, arma eis & neceſſaria

Diſt. 63. In ſynodo. ſubminiſtrant. Sunt etiàm, qui pro ſua cupiditate in galeis & piraticis Sarracenorum nauibus regimen & curam gubernationis exercent. Tales igitur à communione Eccleſiæ præciſos, & excommunicationi pro ſua iniquitate ſubiectos, & rerum ſuarum per ſeculi principes catholicos & conſules ciuitatum priuatione mulctari, & capientiũ ſeruos, ſi capti fuerint, fore cenſemus. Præcipimus etiàm, vt per Eccleſias maritimarũ vrbium, crebra & ſolennis excommunicatio proferatur in eos. Excommunicationis quoquè pœnæ ſubdantur, qui Romanos aut Chriſtianos pro negociatione vel alijs cauſis honeſtis nauigio vectos, aut capere, aut rebus ſuis ſpoliare præſumunt. Illi etiàm qui Chriſtianos naufragia patientes, quibus ſecundùm regulam fidei auxilio eſſe tenentur, damnanda cupiditate rebus ſuis ſpoliare præſumunt, niſi ablata reddiderint, excommunicationi ſe nouerint ſubiacere.

CAP. 25.

QVia in omnibus ferè locis tantum vſurarum ità inoleuit, vt multi alijs negocijs prætermiſſis, quaſi licitè vſuras exerceant, & qualiter vtriuſque Teſta. pagina condemnentur, nequaquàm attendant; ideò conſtituimus, vt vſurarij manifeſti nec ad communionem admittantur altaris, nec Chriſtianam, ſi in hoc peccato deceſſerint, accipiant ſepulturam. Sed nec eorum oblationem quiſquam accipiat. Qui autem acceperit, aut eos Chriſtianæ tradiderit ſepulturæ: & ea quæ acceperit, reddere compellatur, & donèc ad arbitrium ſui Epiſcopi ſatisfaciat, ab officij ſui maneat executione ſuſpenſus. In vſurarios. Diſt. 47. Eps, q̃m

CAP. 26.

IVdæi ſiue Sarraceni nec ſub alendorum puerorum obtentu, nec pro ſeruitio, nec alia qualibet cauſa Chriſtiana mancipia in domibus ſuis permittantur habere. Excommunicẽtur autem, qui cum eis præſumpſerint habitare. Teſtimonium quoquè Chriſtianorum aduerſùs Iudæos in omnibus cauſis, cùm illi aduerſùs Chriſtianos teſtibus ſuis vtantur, recipiendum eſſe cenſemus: & anathemate decernimus feriendos, quicunque Iudæos Chriſtianis voluerint in hac parte præferre, cùm eos ſubiacere Chriſtianis oporteat, & ab eis pro ſola humanitate foueri. Si qui prætereà Deo inſpirante ad fidem conuerterint Chriſtianam, à poſſeſſionibus ſuis nullatenùs excludantur, cùm melioris conditionis conuerſos ad fidem eſſe oporteat, quàm antequàm fidem acceperunt, habebantur. Si autem ſecùs factum fuerit, principibus vel poteſtatibus eorundem locorum ſub pœna excommunicationis iniungimus, vt portionem hæreditatis & bonorum ſuorum ex integro eis faciant exhiberi.

CAP. 27.

SIcut ait beatus Leo, licèt Eccleſiaſtica diſciplina ſacerdotali contenta iudicio, cruentas non efficiat vltiones, catholicorũ tamen principum conſtitutionibus adiuuatur, vt ſæpe quærant homines ſalutare remedium, dum corporale ſuper ſe metuunt euenire ſupplicium. Eapropter quia in Gaſconia, Allegeſio & partibus Toloſanis & alijs locis ità hæreticorum, quos alij Catharos, alij * Patrinos, alij Publicanos, alij alijs nominibus vocant, inualuit damnata peruerſitas, vt iam non in occulto, ſicut aliqui, nequitiam ſuam exerceant, ſed ſuum errorem publicè manifeſtent, & ad ſuum con- Diſt. 63. In ſynodo. Cathari hæretici. * Patarenos,

ſenſum ſimplices attrahant & infirmos: eos & defenſores eorum, & receptores anathemati decernimus ſubiacere: & ſub anathemate prohibemus, nè quis eos in domibus vel in terra ſua tenere vel fouere, vel negociationem cum eis exercere præſumat. Si autem in hoc peccato deceſſerint, non ſub noſtrorum priuilegiorum cuilibet indultorum obtentu, nec ſub aliacunque occaſione, aut oblatio fiat pro eis, aut inter Chriſtianos recipiant ſepulturam. De Brebantionibus & * Arrogenſi Nauarijs, Baſculis, Coterellis & Triauerdinis, qui tantam in Chriſtianos inhumanitatem exercent, vt nec Eccleſijs nec monaſterijs deferant, non viduis & puellis, non ſenibus & pueris, nec cuilibet parcant ætati, aut ſexui: ſed more paganorum omnia perdant & vaſtent, ſimiliter conſtituimus, vt qui eos conduxerint, vel tenuerint, vel fouerint per regiones, in quibus taliter debacchantur, in Dominicis & alijs Solennibus diebus per Eccleſias publicè denuncientur, & eadem omnino ſententia & pœna cum prædictis hæreticis habeantur adſtricti, nec ad
15 q. 6. vos ſanctorum. communionem recipiantur Eccleſiæ, niſi ſocietate illa peſtifera & hæreſi abiuratis. Relaxatos autem ſe nouerint à debito fidelitatis & hominij ac totius obſequij, donec in tanta iniquitate permanſerint, qui-
* pacto cunque illis aliquo * peccato teneantur annexi. Ipſis autem, cunctiſque fidelibus in remiſſionem peccatorum iniungimus, vt tantis cladibus ſe viriliter opponant, & contra eos armis populum Chriſtianum tueantur. Confiſcenturque eorum bona, & liberum ſit principibus, huiuſmodi homines ſubijcere ſeruituti. Qui autem in vera pœnitentia ibi deceſſerint, & peccatorum indulgentiam, & fructum mercedis æter-
24 q. 4. Ab illo. næ ſe non dubitent percepturos. Nos etiam de miſericordia DEI & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli authoritate confiſi, fidelibus Chriſtianis qui contra eos arma ſuſceperint, & ad Epiſcoporum ſeu aliorũ prælatorum conſilium, ad eos decertando expugnandos, biennium de pœnitentia iniuncta relaxamus: aut ſi longiorem ibi moram habuerint, Epiſcoporum diſcretioni quibus huius rei cauſa fuerit iniuncta, committimus, vt ad eorum arbitrium, ſecundum modum laboris, maior eis indulgentia tribuatur. Illis autem qui admonitioni Epiſcoporum in huiuſmodi parte parere contempſerint, à perceptione corporis & ſanguinis Domini iubemus fieri alienos. Interim verò eos, qui ardore ad eos expugnandum, laborem iuſtum aſſumpſerint, ſicut eos qui ſepulcrum Dominicum viſitant, ſub Eccleſiæ defenſione recipimus, & ab vniuerſis inquietationibus tã in rebus quàm in perſonis ſtatuimus manere ſecuros. Si verò quiſpiam veſtrûm præſumpſerit eos moleſtare, per Epiſcopũ loci excommunicationis ſententia feriatur: & tam diu ſententia ſeruetur ab omnibus, donec & ablata reddantur, & de illatis damnis congruè iterum ſatisfaciat. Epiſcopi verò ſiue presbyteri, qui talibus fortiter non reſtiterint, officij ſui priuatione mulctentur, donec miſericordiam Apoſtolicæ ſedis obtineant.

DE SIMONIA, Pars II.

ET NE MERCES PRO ECCLESIÆ *conſecratione recipiatur, vel pro * moniacatione, vel pro ſacramentis Eccleſiæ, vel pro licētia docendi. Nève prælati vices ſuas ad cauſas terminãdas, vel regimen Eccleſiarum ſub annuo precio committant, Nève ſubditos tallijs vexent, vel pœna pecuniaria mulctent.* for. * monachatione

CAPITVLVM PRIMVM.

QVONIAM in quibuſdam partibus decani quidam vel Archipresbyteri ad agēdas vices Epiſcoporum ſeu Archiepiſcoporum, & terminandas cauſas Eccleſiaſticas, ſub annuo precio ſtatuuntur, quod ad ſacerdotum grauamen, & ad ſubuerſionem iudiciorum non eſt dubium redundare, id vlterius fieri prohibemus. Quod ſi quis decæ- 25. q. 2. Præcipimus
terò fecerit, noſtra authoritate remoueatur à clero. Epiſcopus autem qui in ſua diœceſi hoc ſuſtinuerit, & Eccleſiaſtica iudicia patiatur diſſimulatione ſua peruerti, canonica diſtrictione percellatur.

Idem in Turonenſi Concilio reſidens, ait.

Cap. 2.

QVoniam enormis quædam conſuetudo in quibuſdam locis contra ſanctorũ patrum inſtitutionem inualuit, vt ſub annuo precio ſacerdotes ad Eccleſiarum regimen ſtatuantur: nè id fiat, modis omnibus prohibemus: quia dum ſacerdotium ſub huiuſmodi mercede venale diſponitur, ad æternæ retributionis præmium conſideratio non habetur.

Idem R. Cantuarienſis Archiepiſcopo.

Cap. 3.

LIcèt (iuxta Apoſtolum) arguere, obſecrare, & increpare debeamus: ſic tamen debemus exceſſus corrigere ſingulorũ, vt probemur nõ quę noſtra ſunt, ſed quę Ieſu Chriſti ſunt, quærere. Accepimus autem, quòd archidiaconi Couentrenſis Epiſcopatus, pro exceſſibus & criminibus puniendis, à clericis & laicis pęnam pecuniariam exigant, & pro examinatione ignis & aquæ, triginta denarios à viro & muliere quærere præſumunt, & pro annua exactione perſonæ quandoque 2. Tim. 4.

perſonas

Digitized by Google

perſonas ſuſpendunt, Eccleſias interdicunt, à Vicarijs quoquè duodecim denarios, vt in Eccleſijs eorum cantare permittant, exigere non formidant: & alia agunt, quæ canonum obuiant inſtitutis, & de radice cupiditatis & auaritiæ prodire videntur. Quia igitur ſolicitudini noſtræ incumbit, paſtorali diligẽtia prouidere, nè ab Eccleſiaſticis perſonis tuæ prouinciæ aliquid exigatur, quod repræhenſioni ſubiaceat, vel Eccleſiaſticam denigret dignitatem: fraternitati tuæ &c. quatenùs archidiaconis prædicti epiſcopatũa ex parte noſtra & tua diſtrictè inhibeas, nè ꝓ exceſſibus corrigẽdis, aut criminibus puniendis, à clericis vel laicis pœnam pecuniariam, nec pro examinatione ignis & aquę denarios ampliùs exigere audeant, vel alia quæ dicta ſunt, quomodolibet exercere. Si autem contra prohibitionem tuam auſu temerario venire præſumpſerint, eos omni excuſatione & appellatione remota, Eccleſiaſtica diſtrictione percellas, & ſententiam ipſam vſque ad dignam ſatisfactionem facias inuiolabiliter obſeruari.

Diſti. 94. Dictum.

Idem Vigilenſi epiſcopo.
Cap. 4.

CVm ſit Romana Eccleſia, cui licèt immeriti præſidemus, mater Eccleſiarum omnium & magiſtra: cogimur ex debito ſuſcepti honoris & regiminis, prout Dominus nobis dederit, reſpondere conſultationibus ſingulorum, vt dubiæ quæſtiones, Apoſtolicæ ſedis prouidentia enodentur. Quæſiuiſti autem frater epiſcope, tuæ fraternitati reſcribi, vtrùm pro Eccleſiarum conſecratione quicquam præter procurationem moderatam habere debeas, cùm Apoſtolus dicat, Nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare, *ab eadẽ Eccleſia exigere potes.

Epiſcopũ ab eccleſia, quam cõſecrat, procurandum.
1 Cor. 9.
*deeſt aliquid.

Idem in Concilio Turonẽ. de eadem re. *Cap.* 5.

CVm autem collectas denariorum beati Petri per archidiaconatus veſtros feceritis, in collectione facienda Eccleſias vel parochias grauare nullatenùs præſumatis aliter ſiue magìs, quàm prædeceſſores veſtri tempore ſanctæ recordationis Eugenij & Innocentij Romanorum pontificum feciſſe noſcuntur. Quod ſi temeritate aliqua contempſeritis, id quod videmini habere, auferetur à vobis.

Matt. 25.

Idem eidem Epiſcopo. *Cap.* 6.

NIhilominùs & præſentium authoritate iniungimus, vt cùm Eccleſias ipſas viſitaueritis, ſecundùm quod canones præcipiunt, viſitatoris officium exerceatis. nec Eccleſias viſitatione veſtra grauetis, vt magis intuitu informationis & correctionis, quàm effectu comeſſationis videamini viſitare.

Idem. *Cap.* 7.

PEruenit ad audientiam noſtram, & plurimùm miramur, & aduersùm vos de iure mouemur, quòd in presbyteros qui ſunt in iuriſdictione veſtra conſtituti, ſingulis annis quaſi in ſeruos & mercenarios talliam faciatis: quibus, niſi ad voluntatem veſtram pecuniam ſoluunt, diurnum officium interdicitis, & eos viliter & inhoneſtè tractatis, intantùm quòd ipſos laicis deſpicabiles reddidiſtis. Ideò verò hæc, ſi vera ſunt, graui debent vltione puniri cùm eoſdem presbyteros quaſi filios & fratres benignè ac ſumma charitate fouere debeatis. Vndè vobis per A. S. &c. vt in prædictos presbyteros huiuſmodi tallias & indebitas exactiones exercere non prȩſumatis: nec eos decætero irrationabiliter grauetis, vel inhoneſtè tractetis, aut ſinè iudicio capituli ſui ſuſpendere præſumatis, vel eorum Eccleſias interdicto ſubijciatis: nec eos duas matrices eccleſias, quarũ vnam ſufficere ſibi videbitis, tenere permittatis, nec eos ſinè ordine iudiciario excommunicare præſumatis. Sciatis pro certo, quòd ſi huiuſmodi rumores de vobis ad aures noſtras iterùm peruenerint, nos pro tantis exceſſibus, Domino authore, taliter puniemus, quòd timore pœnæ cæteri à ſimilibus abſtinebunt.

Diſti. 94. Dictum.

Idem Cenomanenſi Epiſcopo.
Cap. 8.

ECcleſias autem, quas de nouo Epiſcopus de manibus laicorum eripuit, præter cathedraticum & iura omnia, quæ alijs Eccleſijs imponuntur, non videmus exactionem aliam imponendam, quã nouis exactionibus decreto noſtro prohibuimus amodò Eccleſias prægrauari.

Idem archidiaconis & decanis.
Cap. 9.

AD noſtram noueritis audientiam perueniſſe, quòd perſonas Eccleſiarum quaſi ſeruos & mercenarios ſingulis annis indebitis exactionibus grauare præſumitis, extorquendo ab eis pecuniam, & procurationes eas diuerſis nominibus, ſcilicet aliquandò auxilium Epiſcopi interdùm eiuſdem Epiſcopi & veſtras conſuetudines nuncupantes: quas ſi vobis fortè reddere contradicunt, vos eoſdem vicarios Eccleſiarum & perſonas ab officio ſuſpendentes, in eorundem eccleſijs diuina celebrare officia prohibetis, & inter cætera denarios chriſmatis ab eis pro voluntate veſtra, in ſalutis veſtræ periculum, extorquere præſumitis: huiuſmodi exactionem, vt eam liberiùs videamini exigere, quandoquè conſuetudinem epiſcopalem, quandoque ſynodalia, quandoque denarios paſchales appellantes.

tes. Et infrà: Quia verò nõ decet vos, ità clericos viliter & inhoneſtè tractare, D.V.&c. quatenùs indebitis exactionibus aut procurationibus decætero grauare vel perſonas eorum aut Eccleſias ſinè manifeſta ratione & rationabili cauſa interdicto ſupponere nullatenùs præſumatis. Alioquin, ſi exindè ad nos iterata quæſtio peruenerit, &c.

Idem in Concilio Turonen. Cap. 10.

QVia non ſatìs vtiliter auaritia in populo redarguitur, ſi ab his qui in clero cõſtituti videntur, & præcipuè contempto ſeculo, religioſorum nomen profitentur & regulas, modis omnibus non cauetur: prohibemus, nè ab eis qui ab religionem tranſire voluerint, aliqua pecunia requiratur: nè ve Prioratus vel capellania quælibet monachorum vel clericorum annua diſtrictione vendatur: neque ab eo cui regimine ipſarum committitur, ex earum commiſſione precium exigant. Hoc ſimoniacum eſſe, ſanctorum patrum authoritas manifeſtè declarat. (Acto. 8.) Vndè quiſquis hoc decætero attentare præſumpſerit, tam qui dederit, quàm qui receperit, partem ſe cum Simone non dubitet habiturum. Pro ſepultura quidem & chriſmatis & olei perceptione, nulla alicuius precij exactio intendatur, neque ſub obtentu huius conſuetudinis reatum ſuum aliquis tueatur, quia diuturnitas temporis non minuit peccatum, ſed auget.

Diuturnitate temporis non minui peccatum.

*Idem * Cotronenſi epiſcopo & abbati Ceſtrenſi. Cap. 11.*

MAndamus vt ex noſtra parte & veſtra R archidiacono Ceſtrenſi prohibeatur, clericos ſiue laicos qui pro ſuis exceſſibus puniendi ſunt, pœna pecuniaria mulctare, ſiue * in examinatione ignis vel aquæ à quolibet viro vel muliere pecuniam extorquere præſumat, aut pro annua & indebita exactione pecuniæ, perſonas ſuſpendere vel eccleſias interdicere: neque ad eccleſia ſui archidiaconatûs viſitandas, niſi ſemèl in anno, accedat: niſi fortè talis cauſa emerſerit, propter quam ipſum oporteat eccleſias ſæpiùs viſitare: & tunc cum ea moderantia hominum & equitaturarum, quòd qui in eis morantur, exindè non debeant meritò querulari. Si autem contra inhibitionem talem venire præſumpſerit, eccleſiaſtica ſeueritate percellatis, omni occaſione & appellatione ceſſante, & ſententiam ipſam vſque ad dignam ſatisfactionem faciatis inuiolabiliter obſeruari, ità quòd in vos & in illos hìc non cogamur duriùs vindicare.

* pro

Idem venerabili fratri R. & Vuigoreñ. epiſcopo, & dilecto filio Priori de Panteia. Cap. 12.

QVerelam nobis monachorũ de * Atra tranſmiſſam accepimus, quòd cùm ipſi * quondàm mannium, quod dicitur Vela, cum pertinentijs ſuis & eccleſiam de Gadonum à monachis de * Gadonio ſub annuo canone quindecim librarum fuiſſent adepti, & inde chartam ab ipſis monachis habuiſſent: quidam Prior eorum, capitulo inconſulto, præſcriptum manium & eccleſiam & chartam, de * Gadonio accepta perſona, reſignauit, indeque præfati monachi de * Atra, conqueruntur ſe iniuſtè grauatos, & nobis imminet corrigendum, ſi quid minùs quàm rationabiliter attentatur, cauſam ipſam experientiæ veſtræ committimus, præſentium vobis authotitate mandantes, quatenùs partibus ante præſentiam veſtram conuocatis, quæ hinc indè propoſita fuerint, diligentiùs audiatis, & prędictam cauſam, ſublato appellationis remedio, concordia vel iudicio terminetis, prouiſuri, quòd ſicut emi non potuerunt iura, etiàm nec redimi. Si verò monachi de * Gadonio legitimè citati, ad præſentiam veſtram accedere & iudicio ſtare contempſerint: vos prædictos monachos de * Acra, in poſſeſſionem eorum de quibus controuerſia vertitur, occaſione & appellatione ceſſante, inducere feſtinetis, nec ipſos exindè permittatis abſque ordine iudiciario moleſtari. Si verò vterque veſtrûm his exequendis intereſſe non poterit, alter nihilominùs ea exequatur.

* Acra.

* quoddã.

16 quæ. 7. Decimas. 1. q. 3. Quęſitum.

Idem Toletano archiepiſcopo. Cap. 13.

DE hoc quòd Rex & principes ſui à Bernardo quondàm * Certomenſi Epiſcopo pecuniam accepiſſe dicuntur, vt eius electioni præſtarent aſſenſum, & quòd idem Epiſcopus archidiacono * Seuteñ. beneficiũ certi redditûs, & cuidam clerico ante electionem ſuam Prioratum dicitur promiſiſſe, vt vterque eorum, archidiaconus videlicet & clericus, eius electioni conſentirent: hoc tuæ paternitati duximus reſpondendũ, quòd ſi operis euidentia manifeſta æſtimatur, ita quòd notorium eſt, eundem archidiaconum & clericum ob illam cauſam tam iniquam & deteſtabilem promiſſam rem accepiſſe: aut ſi exindè confeſſi fuerint in iure, uel legitimè poſſunt ab aliquibus conuinci, ab altaris miniſterio ſunt perpetuò deponendi. Si uerò id manifeſtum non eſt, nec indè conuicti vel confeſſi fuerint, & tamen poſteà laborant infamia, eis canonica purgatio debet indici: in qua ſi defecerint, tanquàm tanti ſceleris authores ſunt puniendi. Regem autem & principes ſuos ſollicitè monere debes & diligenter inducere, vt ſi qua receperint à præfato Epiſcopo, ut eius electioni præſtarent aſſenſum, eccleſię * Ceromenſi ſinè diminutione reſtituãt, cùm ea ſinè graui ſalutis ſuæ periculo retinere non poſſint.

Idem

Digitized by Google

Idem Eboracen. Archiepiſco. ſ legato. Cap. 14.

CVm eſſent in præſentia noſtra conſtituti R. clericus de Ponte fracto, & nobilis vir Vu. filius Godrici, pro controuerſia quę vertebatur inter eos ſuper quadam eccleſia quã idẽ R. aſſerebat à pŕato milite ſibi datam fuiſſe: prædictus Vu. qui moram diutiùs facere non poterat, in receſſu ſuo dilectum filium noſtrum Magiſtrum Milonem nuncium ſuum, pro ſe in cauſa illa ſufficientem reſponſalem conſtituit. Cumque cauſæ cognitionem dilectis filijs noſtris M. presbytero TT. ſanctæ Lucię, & Vu. TT. ſancti Nicolai in carcere Tulliano diacono Cardinali commiſiſſemus, ipſi vtranque partem ante præſentiam ſuam conuocârunt, & ab ore præfati R. intellexerunt, quòd præfatus miles promiſerat ei dare præſcriptam Eccleſiam, ſi quoddam negocium eiuſdem militis poſſet in curia noſtra promouere. Vndè & cùm id nobis per eoſdem Cardinales innotuiſſet, nos intelligentes promiſſionem illam Simoniacam continere prauitatem, eidem R. ſuper Eccleſiam ſilentium impoſuimus. Ideóque fraternitatem tuam, &c. quatenùs memoratum militem occaſione prædictæ controuerſiæ à prænominato R. vel alijs ſuper ſcripta Eccleſia grauari vel inquietari nulla ratione permittas.

Idem Ceſtrenſi Epiſcopo. Cap. 15.

INſinuatum eſt auribus noſtris, quòd dum Epiſcopatus tibi commiſſus vacaret, in eccleſijs eius plurimi ſunt inſtituti, qui per Simoniam dicũtur habere ingreſſum, & infamia reſpergi. Vndè quoniam indignum eſt, vt in tali crimine vel tam turpi ſuſpicione remanerent, F. T. &c. quatenùs ſi qui fuerint in prædictis Eccleſijs, qoos publicum ſit & notorium Simoniacè intràſſe, eos ab Eccleſijs taliter acquiſitis, appellatione ceſſante, amoueas: illis autem quorum crimen non eſt publicum & notorium, ſi publica laborant infamia, cum quinta manu vel ſexta ſui ordinis, infra quadraginta dies poſt harum ſuſceptionem, purgationem indicas: in qua ſi defecerint, beneficijs Eccleſiarum ſibi commiſſarum perpetuò priues, prouiſurus attentiùs, vt tales perſonas ad eorum purgationem recipias, de quibus veriſimile ſit, ꝙ non debeant alicuius rei obtentu * deierare.

Quę perſonæ ad purgationẽ admittendæ.

*peierare

Idem. Cap. 16.

DIlectus filius noſter Magiſter R. præſentium lator, in noſtra pręſentia conſtitutus, conſtanti nobis aſſertione propoſuit, quòd cum ipſe Bleſis ſub magiſtro Huſdicro ſcholas regeret, & ſe crederet de clementia ſedis Apoſtolicæ ab huiuſcemodi precij exactione immunem: idem Huſdricus, noſtra conſtitutione contempta, fideiuſſores quos à præſato R. de precij ſolutione receperat, pro eodem precio ſpoliare præſumpſit. Quia igitur grauiter nimis excedit, qui Apoſtolicis obuiat inſtitutis, D. T. &c. quatenùs vtraque parte coram te conuocata, veritatem diligenter inquiras: & ſi ità inueneris, memoratum Huldricum moneas, & Eccleſiaſtica diſtrictione cogas, vt ea quæ de fideiuſſoribus ipſius R. abſtulit, appellatione ceſſante, cum omni integritate reſtituat, eoſque ab eadem fideiuſſione prorsùs abſoluat, nè decætero ab ipſo R. vel alijs pro magiſterio ſcholarum quicquã exigere vel extorquere præſumat: ſed cum Bleſis quàm diù voluerit, ſcholas ſinè aliqua moleſtia vel exactione regere patiatur.

Idem Luden. Cap. 17.

PRohibeas attentiùs decætero, nè in parochia tua pro licentia docendi alios aliquid exigatur, aut etiàm promittatur. Si quid verò poſt tuam prohibitionem ſolutum fuerit vel promiſſum, promiſſum remitti, ſolutum reddi facias, appellatione ceſſante, ſciens quod ſcriptum eſt, Qui gratis accepiſtis, gratis date. Sanè ſi aliquis occaſione huius prohibitionis diſtulerit magiſtros congruos in locis congruis inſtituere, liceat tibi de conceſſione noſtra, omni contradictione & appellatione ceſſante ibidèm viros prouidos & diſcretos aliorum inſtructioni præficere.

Matt. 10.

Idem. Cap. 18.

QVanto Gallicana Eccleſia maiorum perſonarum ſcientia & honeſtate pręfulget, & eo cautiùs nititur curare quæ confundere videantur eccleſiaſticam honeſtatẽ: tanto vehementiori dignos animaduerſione eos cenſemus, qui nomen magiſtri ſcholarum & dignitatem in eccleſijs veſtris aſſumunt, & ſinè precio viris eccleſiaſticis docendi alios licentiam non impendunt. Cum autem hæc praua & enormis conſuetudo ex cupiditatis radice proceſſerit, & decorem admodùm Eccleſiaſticæ honeſtatis confundat, prouidendum nobis eſt & ſummoperè ſatagendum, vt conſuetudo iſta de eccleſiis veſtris extirpetur, cùm nobis præcipuè ac ſpecialiter aſcribatur, ſi quid in Eccleſiis ipſis laude dignum inueniatur, vel repræhenſione notandum. Sub anathematis ergò intermioatione prohibere curetis, nè qui dignitate (ſi dignitas dici poteſt) fungentes, pro præſtanda licentia docendi alios, ſub aliquo modo aliquid exigere præſumant; ſed eis diſtrictè pręcipiatis, vt quicunque viri idonei & literati voluerint regere ſtudia literarum, ſinè moleſtia & exactione qualicunque ſcholas regere patiantur. Si verò veſtræ prohibitionis vel præcepti exti-

terint tranſgreſſores, eos authoritate noſtra & veſtra officijs & dignitatibus ſpolietis. Porrò ſi iuxta mandatum noſtrum corrigere neglexeritis, negligẽtiam veſtram grauem habemus & moleſtam; & ad eam corrigendam, manum extẽdere compellemur: ità quòd ſi voluerint in huiuſcemodi rapacitatis propoſito perſiſtere, non valebunt.

Pars III. DE DOLO ET CONTVMACIA ET CALVMNIA ALTERIVS partium punienda.

Idem Hereforden. Epiſcopo. Cap. 1.

AD hæc cùm contingat actorem multotiès mittendum eſſe in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ propter abſentiam alterius partis, & per eius dolum, ſiue potentiam actor non poſſit rem cuſtodiendam nanciſci: & imminente fine anni, reus, nè poſſeſſionem amittat, debitam offerat cautionem, cuiuſmodi pœna ſit mulctandus, quia * reſponſioni non paret iudicis, à nobis tua fraternitas poſtulauit. Ad quod dicimus, quòd in Eccleſiaſticis perſonis & negocijs rigor & diſtrictio iuris non requiritur nec exercetur. Sed cùm propter hoc iuſtitia non periclitatur, admitti debet & patienter tolerari, cùm reus per cautionem ſtandi iudicio ſe adſtringit.

*iuſſioni.

Idem. Cap. 2.

CAlumniam & audaciam temerè litigãtium, cõdemnando in expenſas & alio multiplici remedio, imperialis ſanctio compeſcit. Quoniam igitur ſacris inſtitutis conſonare dinoſcitur, præcipimus vt decætero in cauſis pecuniarijs victus victori in expẽſas cõdemnetur, niſi fortè, ſicut cautum eſt, pro abſente ſententia feratur.

Cap. 3.

CAuſam quæ inter dilectos filios noſtros de * Giſeleburñ. & canonicos de * ſuper Eccleſia de * Leuentri & Capella de * Chorun & iure decimarum ſuper quadam tranſactione, quæ exindè poſt appellationem facta fuiſſe dicitur, diutiùs eſt agitata, ad ſuggeſtionem cuiuſdam canonici de * Chorun, experientiæ veſtræ ſub certa forma commiſimus terminandam. Verùm quidam canonicorum de * Giſeleburc, ad noſtram poſtmodùm præſentiam accedentes, dilectorum filiorum noſtrorum cardinalium tunc ſedis Apoſtolicæ literas pertulerunt, in quibus continebatur, quòd cùm de mandato noſtro cauſam ſuſcepiſſent definiendam, canonicos de * Giſeleburc in poſſeſſionem prædictæ eccleſię induxerunt. Verùm quia prædicti cardinales tantæ honeſtatis, circumſpectionis & maturitatis habentur, quòd eis fidem omnimodam adhibemus, & eos credimus rectum & iuſtũ iudicium protuliſſe: D.V. &c. quatenùs ſi infra annum memorati canonici de * Thorun cauſa poſſeſſionis ſecundùm formam iuris non intrauerint, canonicos de * Giſeleborñ. poſſeſſionem à cardinalibus adiudicatam, quiete faciatis & pacificè poſſidere, non obſtantibus literis, quas canonicus de * Torun, ſentẽtia Cardinalium tacita, noſcitur reportaſſe: ità quoquè, quòd ſi canonici de Thorun de proprietate agere voluerint, cauſam ipſa vſque ad diffinitiuam ſententiam, remota appellatione, audiatis & fine debito terminetis. Si qua verò partium duxerit appellandum, depoſitiones iuratorum teſtium & alias rationes vtriuſque partis ſub veſtris ſigillis clauſas, nobis mittatis, terminum vtrique parti congruum præfigentes, quo debeant cum ipſis atteſtationibus & rationibus ſe apoſtolico cõſpectui pręſentare.

*Idem Priori & canonicis de * Giſeleburn. Cap. 4.*

COnſtitutis in præſentia noſtra dilecto filio noſtro R. canonico & reſponſalibus dilecti filij noſtri G. præpoſiti eccleſiæ * Beuellaceñ. ſuper poſſeſſione eccleſiæ de * Leuintri, in qua de mandato & authoritate noſtra per iudices delegatos, videlicet * Exonieñ. epiſcopũ & Priorũ de Knieleunede, cauſa rei ſeruandæ fueratis introducti, hinc indè fuit corã te aliquantulùm diſputatum. *Et tantundem poſt rationes, & allegationes vtrinque productas, ex vtriuſque partis tenuimus aſſertione, quòd licèt cauſa rei ſeruandæ tantùm in poſſeſſionem eiuſdem eccleſiæ fuiſſetis inducti, infra annum tamen altera pars non præſtitit cautionem, ſuper eadem eccleſia vbiſcunque iudicio ſtandi, licèt voluntatem habuerit ipſam cautionem pręſtandi, & vos fuiſſetis parati eam recipere. Indè eſt vtiquè, quòd nos de communi fratrum noſtrorum conſilio, authoritate Apoſtolica decernimus, vt vos amodò poſſeſſionem præfatæ eccleſiæ, ſaluo iure quod idem præpoſitus in petenda eccleſia habere dinoſcitur, liberè & abſque contradictione qualibet habeatis, nec præfatus præpoſitus ſuper poſſeſſione aliquatenùs vos audeat decætero fatigare.

*Leuintes

for. *Quia vero tandem.

Idem abbati Riuallis, & Priori de Bridi. Cap. 5.

DIlecti filij noſtri abbas & fratres de Neuhus, tranſmiſſa nobis inſinuatione literarum monſtrauerunt, quòd cùm cauſa quę vertitur inter ipſos & abbatiſſam & moniales de Elneſtou Veſteæ, ſuper eccleſia S. Petri de Altuñ. quã prædicti fratres diù canonicè & inconcuſſè, ſicut aſſerunt, poſſederunt, & adhuc poſſident, dilectis filijs decano Linc. & archidiacono de Bedeford ad

ſuggeſtio-

Digitized by Google

ſuggeſtionem nuncij monialium prædictarum commiſiſſemus ſine debito terminandam, prædicti fratres timentes à iudicibus grauari, eò quòd ad primam citationem diē ſtatuerunt peremptorium, ad audientiam noſtram appellàrunt, ſed ipſi nihilominùs eccleſiam interdicto ſuppoſuerunt. Quia verò non ſpectat ad iuris ordinem, diem peremptoriū, maximè cùm de rebus eccleſiaſticis agitur, niſi maxima ingruente neceſſitate, ità maturare: neque inter eos qui contumaciter ſe abſentant, ſententiam taliter promolgare: niſi quòd aduerſa pars in poſſeſſionem mittatur, vt ſic tædio affecti, iuſtitiæ ſtare cogantur: F.T.&c. quatenùs partes ante præſentiam veſtram conuocetis, & rei veritatem diligenter inquiratis: & ſi vobis cōſtiterit, quòd memorati fratres præfatā Eccleſiam canonicè fuerint adepti, eoſdem fratres ipſam eccleſiam ab interdicto ſolutam, ſub.a p.re. pacificè poſſidere faciatis, & aduerſæ parti ſilentium imponatis.

Perēptorium ad primam citationem, nō niſi ex magna neceſſitate proponēdum.

Pars III.

DE DECIMIS PRÆSTANDIS.

Idem Cuſano epiſcopo. Cap. 1.

INtelleximus ex literis tuis, quòd R. de * Lantino parochianus tuus, tam diù ſcilicet ſex annis decimas capellæ ſuæ tibi detinuit, aſſerens quòd in cōmutatione ipſius decimę, prædeceſſori tuo redditus quarūdam dedit villarum, quos etiàm tibi vult aſſignare. Cæterùm quia decimæ cum temporalibus non ſint commutandæ, attendentes, tibi authoritate præſentium inhibemus, nè præſcriptos redditus in ipſius decimæ commutaoonem præſumas recipere: ſed prædictum R. ad reſtituendas decimas ſubtractas tibi, & ad eas ſoluendas in poſterum Eccleſiaſtica diſtrictione compellas.

* Lantmo

Idem Cant. archiepiſ. & eius ſuffraganeis. Cap. 2.

PEruenit ad nos, quòd cùm parochiani veſtri decimas bonorum ſuorum cooſueuerunt eccleſijs, quibus debentur, perſoluere: nunc tam laudabili cōſuetudine prætermiſſa, quidam ex ipſis de lana & de fęno & de prouentibus molendinorum & piſcariarum ipſis eccleſijs ſubtrahere oon vereotur. Quoniam igitur inſtitutioni diuinæ manifeſtiùs obuiant, qui decimas Eccleſijs non perſolount, F.V.&c. quatenùs parochianos veſtros monere curetis, & ſi opùs fuerit, ſub excommunicationis diſtrictione compellatis, vt de prouentibus molendinorum & piſcariarum & de fœno & de lana decimas eccleſijs, quibus debentur, omni occaſione & app. ceſſante, cum iotegritate perſoluant.

Idem Vuintoneñ. epiſcopo. Cap. 3.

NVncios & literas tuæ fraternitatis ea, qua decuit, benignitate recepimus, & petitiones tuas, quoad licuit, curauimus exaudire: ſicut illius perſonę quam purè in Domino & feruenti charitate diligimus, &

cuius commodis & profectibus intendere volumus diligenter. Cùm ergò ad officium tuum ſpectent ea, in quibus præcepti noſtri deſideras authoritate muniri, tanto in his faciliùs debuiſti exaudiri, quanto ipſa eorum ſpecialiùs ſalutem reſpiciunt, de quibus in extremo iudicio redditurus es rationem. Indè eſt quòd F.T.&c. quatenùs tam comites quàm barones, necnon & milites & omnes alios de parochia tua moneas propenſiùs & inducas, & appellatione ceſſante &* E. D. CON. vt decimas matricibus Eccleſijs de diuitijs ſuis cum omni integritate perſoluant. Prætereà parochiaoos veſtros de fœno, equitio, pomis & piris & apibus & omni fructu decimas ſoluere Eccleſiaſtica diſtrictione, appellatione ceſſante, compellas.

*Idem * Ryomeñ. & Vuintoñ. epiſcopis. Cap. 4.*

* Vuigorieñ.

CVm homines de Hortuñ. ſecundùm generalem Eccleſiæ Anglicanæ inſtitutionem, de frugibus ſuis in autumno, nouem partibus ſibi retentis, decimas eccleſiæ & mihi, cuius parochiani ſunt, ſinè diminutione ſoluere teneantur, antequàm eidem eccleſiæ decimas ad eam ſpectantes perſoluant, ſeruientibus & mercenarijs ſuis de frugibus non decimatis debita totius anni pro ſeruitio ſuo impēdunt, & tunc deindè de reſiduo decimas perſoluentes: Vndè D. V.&c. quatenùs ſub anathematis diſtrictione compellatis eos, vt decimas tam de nutrimentis animalium ſuorum, quam de frugibus ſinè fraude & diminotione aliqua in autumno, ſicut mos eſt, ſtatim collectis frugibus, & in alijs temporibus, prout debentur, perſoluant, atque de ſubtractis atque retentis dignam ſatisfactionem exhibeant.

An decimandum ſit antequam ſeruientibus debita impendantur de frugibus.

DE CONIVGATIS ET SPONSIS MONASTARIVM INGRESSIS, vel ingredi volentibus.

PARS. V.

Idem Salernitano Archiepiſcopo. Cap. 1.

VErùm poſt conſenſum illum legitimum de præſenti, licitum eſt alteri, altero etiàm repudiante, monaſterium eligere: ſicut quidam ſancti de ouptijs vocati fuerunt: dummodò inter eos carnis commixtio non interuenerit, & alteri remanenti, ſi commonitus ſeruare noluerit continentiam, licitum eſſe videtur, vt ad ſecunda vota tranſire poſſit. Quia cùm non fuiſſent vna caro effecti, poteſt vnus ad Dominum tranſire, & alter in ſeculo remanere.

Idem Piſano archiepiſcopo. Cap. 2.

QVidam intrauit monaſterium, inuita vxore, ipſum eadem repetente, coa- Diſti. 32. Sariatim.

ctus eſt ad eam redire: ea mortua, quæris an ipſe cogatur ad monaſterium redire, an aliã poſſit accipere vxorem. Quæſtioni tuæ taliter reſpõdemus, quòd votum non tenuit. Vndè ratione voti non tenetur ad monaſterium redire. Vlteriùs verò non poteſt accipere vxorem. Promiſit enim ſe non exigere debitum, quod in eius poteſtate erat: & ideò tenuit votum non reddere autem, non erat in eius poteſtate, ſed mulieris. Vndè Apoſtolus: Vir non habet poteſtatem &c.

1. Cor. 7.

Idem Exonieñ. epiſcopo. Cap. 3.

CVM præditus ſis ſcientia literarum, ignorare non poteſt nec debes, ſanctorum patrum cõſtitutione cõtradictũ, vt vir, vxore ſua in ſeculo remanente, aut mulier, viro non aſſumente religionis habitum, nõ debeat ad religionem trãſire: quia cùm vir & vxor vna caro ſint, vt ait Apoſtolus, non poteſt alter ad Deum conuerti, & alter in ſeculo remanere. Indè eſt quòd Apoſtolica authoritate tibi prohibemus, nè in Epiſcopatu tuo virum vel vxorẽ, niſi vterq; ad religionem migrauerit, tranſire permittas. Sed ſi voluerint ad Deum conuerti, vterq; ad frugem melioris vitæ tranſeat. Verùm ſi vxor ità ſenex eſt & ſterilis, quòd ſine ſuſpicione poſſit eſſe in ſeculo, diſſimulare poteris, vt vir, ea in ſeculo remanente & caſtitatẽ promittente, ad religionem tranſeat.

Ephe. 5. f
Diſ. 50. Si quis diac.

Idem Herefordeñ. epiſc. Cap. 4.

PRæterea, vtrùm laicus vxoratus, qui præſentibus ſacerdotib⁹ & monachis, Epiſcopo ignorãto, de licentia & permiſſione vxoris ſuæ, monaſteriũ eſt ingreſſus, & fortè profeſſionẽ fecit, vxore in ſeculari habitu remanente, nec ad religionẽ tranſeunte, aut perpetuam continentiam vouente; ab epõ ſuo poſſit ad torũ vxoris reuocari, an illa cõpellenda ſit ad obſeruationẽ perpetuæ continentiæ. Dicimus, quòd niſi, vbi ſubeſt timor incontinentię, vxor ad religionem tranſierit, vel in conſpectu Eccleſię cõtinentiã ſeruare promiſerit, ad eã debet & poteſt ab epiſcopo reuocari. Quia cùm ſint vna caro effecti, non debet vna pars in ſeculo remanere, & altera ad religionẽ tranſire. Veruntamen vxor commonenda eſt & propenſiùs exortanda, vt ad religionem tranſeat, & caſtitatem ſeruare promittat.

Sed quid, ſi cõſenſu vxoris p petuã habuiſſet cõtinẽtiam, manens cum ea in habitu ſeculari.

Idem Exonieñ. epiſcopo. Cap. 5.

SI quiſquam qui ſe religioni deuouit, & habitu ſuſcepto profeſſionem fecit poſtmodùm ſibi aliquam copulauerit, cogendus eſt ab ea diſcedere, & ad eccleſiam, cui ſe contulerat, debet ſinè contradictione tranſire. Quòd ſi habitum ſuſcepit, & non profeſſionem fecit, ſed ſolùm votũ emiſit, & ſe ad religionem tranſire promiſit, licèt poſtmodùm matrimonium contraxerit, nõ eſt ab Eccleſia cogendus ad monaſterium tranſire, & matrimonij vota reſcindere.

*Idem Strigonieñ. & * Colonieñ. archiepiſco. Cap. 6.*

* Salonieñſi

COniugatus in monaſterium, conuerti deſiderãs, ſuſcipi prohibetur, niſi vxor illius ſimiliter conuertatur. Nam dum vnũ vtriuſque corpus poſt coniugij copulationẽ ſit factum: incongruum eſt, partem conuerti, & partem in ſeculo remanere. Nec recipitur illius viri apud Deum conuerſio, cuius ſequitur cõiugalis fœderis proſtitutio. Cùm, igitur ſenatus S. clericorum longè præmineat cœtui monachorum, ità vt aliquandò bonus monachus vix bonum clericum faciat: nullus coniugatorum eſt ad ſacros ordines promouendus, niſi ab vxore continẽtiam profitente fuerit abſolutus, vt fiat deinceps de carnali copula ſpirituale coniugium.

Idem eidem. Cap. 7.

SAnè ſi coniugati conſenſerint ordinari, etiàm vxoris voluntas priùs requirenda eſt, vt ſequeſtrato manſionis cubiculo; religione promiſſa, poſtquàm pariter cõuerſi fuerint, ordinentur. Quòd ſi in quibuſlibet eccleſiaſticis gradibus prouidẽter ſcienterque curandum eſt, vt in domo Dei nihil ſit inordinatum, nihilque præpoſterum: multo magis laborandum, vt in eius promotione qui ſupra gradus omnes continetur, nõ erretur. Indè eſt, quòd fraternitati tuæ Apoſtolica authoritate prohibemus, nè vxoratum in Epiſcopum præſumatis ordinare, niſi priùs vxor continentiam profeſſa, ſacrum velamen ſibi imponat, & religioni cõgruam veſtem aſſumat. Nolumus etiam, vt viri promotio, vxori relictæ in ſeculo fieri poſſit perditionis occaſio.

Diſt. 16. Miramur

Idem Brixienſi epiſcopo. Cap. 8.

EX publico inſtrumento, quod nobis eſt præſentatum, & ex tenore literarũ tuarum nobis innotuit, quòd cùm venerabilis frater noſter Veroneñ. epiſcopus de mandato noſtro cauſam matrimonij, quæ inter Agolechen virum & Matthæum mulierem vertebatur, ſuſcepiſſet fine debito terminandam, auditis vtriuſque rationibus & allegationibus, inter eos iudiciali ſententia matrimonium approbauit, & eidem mulieri præcepit, vt ad virum ſuum rediret, & exhiberet cõiugalẽ affectũ. Verùm cùm eadẽ mulier ad eũ iuxta ſententiam prędicti epiſcopi regredi nolet, de mandato noſtro, ſicut accepimus, fuit vinculis excõmunicationis adſtricta. Cæterùm quia præfata mulier, licèt à præfato viro deſponſata fuerit, adhuc tñ, ſicut ipſa aſſerit, ab ipſo eſt incognita, fraternitati tuæ per A. S. præſentibus mãdam⁹, quatenùs ſi ſupradictus vir mulierẽ ipſã carnaliter nõ cognouit, & eadẽ mulier, ſicut ex parte ſua nobis proponitur, ad

reli-

Digitized by Google

religionem tranſire voluerit, recepta ab ea ſufficienti cautione, q vel ad religionem tranſire, vel ad virum ſuũ redire infra duorum menſium ſpatiũ debeat, ipſam, contradictione & appellatione ceſſante, à ſentẽtia qua tenetur, abſoluas: ita q ſi ad religionem tranſire, maluerit, vterq; reſtituat alteri, ſi qua alter ab altero habuit: & vir ipſe, ea religionis habitum aſſumente, ad alia vota liceotiam habeat trãſeundi. Sanè quod Dñs
Matth. 5. & 19. in Euangelio dicit, Nõ licet viro vxorẽ ſuã, niſi cauſa fornicationis, dimittere: intelligẽdum eſt, ſecundum interpretationem ſacri eloquij, de his, quorum matrimonium eſt carnali copula cõſummatũ, ſinè qua matri-
27. q. 2. Non dubium. monium conſummari non poteſt. & ideò ſi prædicta mulier nõ fuerit à viro ſuo cognita, licitum eſt ei ad religionem tranſire.

Idem Priori G. & fratribus iuxta diſciplinam bonæ memoriæ Electi viuentibus.
Cap. 9.

VXoratus autem ſinè licentia propriæ vxoris inter vos nullatenùs recipiatur: quę ſi integræ famę & opinionis ita exiſtat, quòd nulla meritò ſuſpicio habeatur, eam ad ſecũda vota migrare velle, vel quòd minùs continenter debeat viuere: quòd ſi, prout dictum eſt, talis extiterit, marito eius in conſortio veſtro recepto, ipſa publicè in conſpectu Eccleſiæ continentiam profeſſa, in domo propria cum filijs ſuis familiaque
32. q. 1. §. cũ mergò poterit remanere. *Si* autem talis fuerit, quæ ſuſpicione careat, voto continentiæ celebrato, à ſecularium hominum cõuerſatione ſe remoueat, & in loco religioſo, vbi Deo ſeruiat, perpetuò moretur. Nullus veſtrûm audiat mulierem aliquam tonſurare, vel eã ad habitandum ſecum aſſumat.

Idem. *Cap.* 10.

VEniens ad noſtram præſentiam Marcus eremita, ſua nobis aſſertione propoſuit, quòd quædam mulier cuidam viro abſenti fide data ſe nupturam promiſit. Sed poſtmodùm audiens plura de ſeueritate & inhumanitate ipſius viri, ei nulla ratione voluit copulari. Cùm itaque timeret, nè illi nubere cogeretur, in manibus ſuis ſimpliciter votum continentiæ compromiſit: non tamen veſtem aut locum mutauit. Quo audito, prædictus vir aliam ſibi copulauit, &
Poſt uotũ ſimplex metu interpoſitũ, permitti cõtrahere matrimonium. ex ea prolem ſuſcepit. Nos itaque attendentes tutius eſſe, vt præfata mulier poſt fidem & votum ſimplex oblatum, matrimonium cõtrahat, quàm fornicationis reatum incurrat: fraternitati tuæ per A. S. mãdamus, quatenùs ſi plùs non proceſſerit, nec veſtem aut locum mutauit, nec profeſſionem fecit, prędictæ mulieri de fide mentita & voto violato congruam ſatisfactionem indicas, & ei cui vult, nubendi in Domino licentiam tribuere non poſtponas.

DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIO
contrahendo, vel iam contracto.

Idem S. Abbati ſancti Albani.
Cap. 1.

PRopoſitum eſt nobis, quòd vir quidam C. dum vxorem haberet, ſibi aliã huius rei inſciã copulauit, de qua plures filios habuit. Sed prima mortua, nititur à ſecũda diſcedere, aſſerens quòd vxore ſua viuente, eã non licuit ſibi copulare. Licèt autem a canonibus habeatur, vt nullus copulet matrimonio quod priùs polluerat adulterio, & illam maximè, cui fidem dederat, vxore ſua uiuente, vel quæ machinata eſt in mortem vxoris: quia tamen præfata mulier inſcia, quòd ille aliam vxorem haberet viuentem, nec dignũ eſſet vt prædictus vir, qui ſcienter contra canones venerat, lucra de ſuo dolo reportaret: conſultationi tuæ reſpondemus, quòd niſi prædicta mulier diuortium petat, ad petitionem viri non ſunt abinuicèm ſeparandi, cùm ex ſuo delicto videretur commodum reportare.

Idem Vuigoren. epiſcopo. *Cap.* 2.

COnſuluit nos fraternitas tua, quid tibi faciendum ſit de Vuilhelmo Parochiano, qui licèt in manu tua fidem dederit, quòd mulierem quandam duceret in vxorem: ſpreta tamen religione fidei, ipſe ſibi aliam copulare præſumpſit. Super hoc vtique conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd licet non ſit tutum contra fidem ſuam venire, ſit tamen aliam in ſuam receperit, nec in facto primæ mulieris vlli à proceſſerit, niſi quòd fidem dedit, a muliere ea ſeparari non debet, ſed ei de læſione fidei pœnitentia eſt indicenda.

Idem Vigilen. epiſcopo. *Cap.* 3.

SI verò puellam infra duodecimum annũ 30. q. 2. Vbi
aliquis deſponſauerit, antequam ad annos matrimonio aptos ambo peruenerint, non poſſunt à pactione nuptiali recedere, & ad aliud matrimonium conuolare. Sed cùm puella ad nubiles annos, & ſponſus ad annos aptos matrimonio peruenerint, tunc de pactione ipſa complenda vel remittenda ſunt audiendi, & adimplendum matrimonium ab his qui matrimonium iurauerunt, commonendi.

Idem eidem in eadem. *Cap.* 4.

SPonſam autem alterius, ſi eſt ætati nubili proxima, nullus conſanguineorum aliquandò poteſt matrimonio copulare.

Idem ex Concilio Africano. *Cap.* 5.

QVicunque ſub conditionis nomine aliquam deſponſauerit, & poteſt eã relinquere voluerit: dicimus quòd conditio frãgatur, & deſponſatio firmiter teneatur.
Vel de præſenti, vel de futuro, cùm inhoneſta fuerit conditio.

Idem

Digitized by Google

Idem GG. 7. Cap. 6.

MAnifeſtum eſt, eum puberem eſſe qui de geſticulatione ſui corporis talis eſt, vt iam procreare poſſit, licèt ad metas legibus diffinitas non perueneit.

Idem Eboracen. archiepiſcopo. Cap. 7.

ACceſſit ad præſentiam noſtram nobilis vir Vuilhelmus filius G. cum literis tuis, ex quarum tenore perpendimus, quòd cùm filiam cuiuſdam nobilis viri, dũ eſſet minoris ętatis, deſpõſaſſet, & ipſa poſtmodùm aſſenſum in hac parte non præbente, antequàm ad nubiles annos perueniſſet, celebratum eſt inter eos diuortium. Procedente verò tempore, defuncto patre puellæ, matrem eius Vuilhelmus ſibi matrimonio copulauit. Quod quidem factum cùm ſuſtinere nolles, eum ſolicitè monuiſti, vt ipſam dimitteret: & quia monitis tuis in hac parte noluit acquieſcere, ipſum excommunicationis vinculo innodaſti. tandèm accepta ab eo cautione, quòd noſtram adiret pręſentiam, & ſuper hoc ſtatutum noſtrum firmiter obſeruaret, eundem mandato noſtro abſolutum denunciâſti, & cum literis tuis ad præſentiam noſtram miſiſti. Verùm præfatus Vuilhelmus in præſentia noſtra conſtitutus, ſua nobis aſſertione propoſuit, quòd puellã illam dum eſſet infra duodecimum annum, deſpõſauit: poſteà verò antequàm ad nubiles annos perueniſſet, noluit aliquatenùs conſentire, vt præfatum Vuilhelmum in virum acciperet: & ità cum patre ſuo, in cuius poteſtate remanſerat, & cum prædicto Vuilhelmo, ad præſentiam tuam acceſſit: & cùm ab ore puellæ audiſſes & per patrem eius, quòd memoratum Vuilhelmum in virum nolebat, ſtatìm illum in plena ſynodo ab huius deſponſatione publicè abſolutum denunciaſti. Elapſis pluribus annis poſt mortem patre puellæ, chariſſimus in Chriſto filius noſter Henricus Anglorum rex, matrem ſupradictæ puellæ memorato Vuilhelmo tradidit in vxorem: quam ideò Vuilhelmus, vt diſcordia orta inter conſanguineos ſuos & cõſanguineos mulieris ſopiretur, accepit & ſolenniter deſponſauit, & ſinè contradictione Eccleſiæ duxit, & ab ea liberos procreauit, & puella fuit alteri viro copulata. Verùm licèt contineatur in literis ipſis, quòd puella illa erat minoris ætatis, quandò huiuſmodi deſponſatio facta fuit, tamen refert vtrùm cùm eſſet minoris ætatis, fuit proxima ętati aptæ matrimonio, aut infra 7. annos. Ideò per Apoſtolicam ſanctionem fraternitati tuæ præſentibus mandamus, quatenùs veritate diligenter inquiſita & cognita, ſi tibi conſtiterit, quòd puella præfata non eſſet ſeptennia quandò præmemorato deſponſata fuit, & poſteà in eum non conſenſerit, & quòd idem Vuilhelmus ab huiuſmodi diſpẽſatione per te fuerit abſolutus, matrimonium inter eundem Vuilhelmum & matrem puellæ celebratum, præcipias immobiliter obſeruari, & eorundem proles denuncies eſſe legitimas. Quia ſicut diſcretio tua non ignorat, deſponſationes & matrimonium ante 7. annum fieri non poſſunt, ſi conſenſus poſteà non interuenit. Sanè ſi præfata puella ante huiuſmodi deſponſationem 7. annum compleuerat, licèt prędictus vir à deſponſatione ipſius puellæ ipſo iure fuerit abſolutus, cùm ea in eũ conſentire nolebat: inhoneſtum tamen videtur, vt matrem eius habeat, cuius filia ſibi fuerat deſponſata. Verùm ſi tibi viſum fuerit, vt cũ matre maneat, nè diſcordia inter vtriuſque conſanguineos olìm exorta, nunc autem ſopita, denuò ſuſcitetur, id diſſimulare poteris & æquanimiter tolerare. Filij autem quos ab ipſa ſuſcepit, ſi eam tolerante Eccleſia duxit in vxorem, à ſucceſſione non poſſunt paternæ, vel maternæ hæreditatis prohiberi.

Caſus, vbi matrimoniũ, à ſpõſo cũ matre ſponſę cõtractũ, tenet.

Iuſtitia publicæ honeſtatis.

Idem Salernitano epiſcopo. Cap. 8.

LIcèt præter ſolitum & ampliùs ſolitò, multis ſimus & varijs negocijs præpediti, ità quòd nõ ſit nobis facile aliquorum conſultationibus reſpondere, illa tamen ſpirituali gratia, quam ad perſonam tuam habemus, & fraterna charitate cogimur, quid ſentiamus de his, ſuper quibus cõſuluit nos prudentia tua, tibi, quantumcunque ſimus alijs intenti, præſentibus literis aperire. Cõſuluiſti nos ſiquidem, vtrùm inter virum & mulierem præſtito, vel non præſtito ſacramento, ſi legitimus conſenſus interuenerit de præſenti, carnali copula nõ ſecuta, liceat mulieri alij nubere: vel ſi nupſerit alij, & carnalis fuerit copula ſecuta, an ab ipſo debeat ſeparari. Super hoc inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi legitimus conſenſus ea ſolennitate qua fieri ſolet, præſente, ſ. ſacerdote, aut etiàm eius notario, ſicut etiàm in quibuſdam locis adhuc obſeruatur, coram idoneis teſtibus interueniat de præſenti, ità quòd vnus ad alium in ſuam mutuo conſenſu verbis expreſſis recipiat, vtrinque dicendo: Ego te recipio in meam, & ego te in meum: ſiue ſit iuramentum, ſiue non, nõ licèt mulieri alij nubere: & ſi nupſerit, et ſi fuerit carnalis copula ſubſecuta, ab eo ſeparari debet, & vt ad primũ redeat, eccleſiaſtica diſtrictione compelli, quamuìs alij aliter ſentiant, aliter etiam à quibuſdã prædeceſſoribus noſtris ſit aliquandò iudicatum. 27. q. ult.

Idem Vuigoren. epiſcopo. Cap. 9.

MEminimus nos ex parte tua quęſtionem huiuſmodi audiuiſſe, ſ. vtrùm illi qui ſe ad religionem corã Epiſcopo deuouerant tranſituros, & habitum religionis ſuſceperũt: ſi poſtmodùm vxores duxerint, cogendi ſunt eas dimittere, & ad Eccleſiam, cui ſe contulerunt, redire. Super hoc vtiquè

duximus

Digitized by Google

duximus reſpondendum, quòd ſi quiſquam qui ſe religioni deuouerit, & habitu ſuſcepto, profeſſionem fecerit, poſtmodùm aliq̃ ſibi copulauerit, eſt ab ea cogēdus recedere, & ad Eccleſiam, cui ſe contulit, debet ſinè cō tradictione tranſire. Verùm ſi habitum non

Infra de monachis in probatione ſuſceptis.

ſuſcepit, nec profeſſionem, ſed ſolummodò votum fecit, & ſe ad religionem trāſiturum promiſit: licet poſteà matrimonium contraxerit, non eſt ad Eccleſiam cogendus tranſire, & matrimonij votum reſcindere.

Idem Noruuicenſi epiſcopo. Cap. 10.

CONtinebatur in literis tuis, quòd cùm quædam puella infra nubiles annos cuidam viro in vxorem tradita fuerit, & ab ipſo traducta parentibus ſuis aſſentientibus eam legitimæ ætatis exiſtere, hæc ad nubiles annos perueniens, alij nubendi licentiam poſtulauit, aſſerens ſe in eundem virum nullatenùs conſenſiſſe: prædictus verò vir econtrà proponit, quòd licèt eadem puella nondùm fortè annum 12. attigiſſet, cùm tradita fuiſſet ei in vxorem, vſqueadeò tamen fuit ętati proxima, quòd ipſam carnali commixtione cognouit. Indè eſt, quòd cùm ipſa eidē viro dicit ſe incognitam; & ità nos conſuluiſti, verùm alij poſſit nubere: taliter reſpondemus, quòd cùm in decretis habetur expreſſum, quòd ſi vir dixerit quòd vxorem ſuam cognouerit, & mulier negauerit, viri

Viri ſtandū vbi ſit veritati.

ſtandum eſt veritati. Vndè præfato viro qui ſe dicit præfatam puellam cognouiſſe, fides eſt habenda, ſi id iuramento firmauerit: & ſi fuerit proxima duodecimo anno, vel circa duodecimum annum, & cum ſuo conſenſu & voluntate parentum deſponſata & benedicta fuerit, & cognità ab eodem viro, ſeparari non debebunt, pręſertim cùm parentes ipſam legitimæ ætatis fatereantur. Si verò puella infra nubiles annos & ętati proxima, alicui deſponſata fuerit, benedicta atque traducta, non licet alicui de conſanguinitate il-

27. q. 1. Si deſpon.

lius cui deſpōſata fuerit, eam ducere in vxorem: nec fas eſt eidem ſponſo, de conſanguinitate puellæ ſibi aliquam copulare.

*Idem Narnicen. epiſcopo, & ** archidiaconis. Cap. 11.*

LAtor præſentium Vu. parochianus veſter ſua nobis aſſertione monſtrauit q̃d cùm in facie Eccleſiæ quandam mulierem viduam, A. nomine, legitimè deſponſaſſet, & carnali copula ſubſecuta, inter eos ſcandalum eſt ſubortū, cuius occaſione prædictus vir ei debitum coniugale ſubtraxit: conſanguinei dictæ mulieris hoc moleſtum habentes, coram nobis quæſtionem mouerūt, proponentes quòd mulierem inuitam & renitentem, nec ætatis aptæ matrimonio exiſtentem duxiſſet vxorem. Et quoniam idem vir vitam, ſicut nobis proponitur, cupiebat agere dyſcolam, deindè vtriuſque ſtudio interueniente, fuerunt minùs rationabiliter ſeparati. Nolentes igitur vt matrimonia canonicè contracta, leuitate quadam diſſoluantur, diſcretioni veſtræ per A.S. mandamus, quatenùs ſi vobis conſtiterit, prædictos virum & mulierem per iudicium Eccleſiæ non fuiſſe rationabiliter ſeparatos, Eccleſiamque deceptam, ipſos contradictione & appellatione ceſſante, faciatis ſicut virum & vxorem inſimul permanere.

Idem Pan. archiepiſcopo. Cap. 12.

DE illis autem, qui præſtito iuramento promittūt ſe aliquas mulieres ducturos, & poſteà eis incognitis, dimittunt terram, & ſe ad partes alienas transferunt: hoc tuæ diſcretioni volumus innoteſcere, quòd liberum erat mulieribus ipſis, ſi non eſt am-

Spōſalia, ſed non matrimonium, rectè cōtrahi in conditionis euētum.

pliùs in facto preceſſum, ad alia vota tranſire: recepta tamen de periurio pœnitentia, ſi per eas non ſteterit, quò minùs matrimoniū conſummetur: Si verò aliquis ſub huiuſmodi verbis iuramentum pręſtiterit alicui mulieri, Ego te accipio in vxorem, ſi tantum mihi donaueris: reus periurij non habebitur, ſi eam nolentem ſibi ſoluere, quod iuramento ſibi petijt dari, non acceperit in vxorem, niſi conſenſus de præſenti, aut carnalis ſit inter eos commixtio ſubſecuta.

Idem abbati de Fontibus & M. Vacario. Cap. 13.

SIgnificauit nobis O. Andegauen. parochianus Eboracenſis Eccleſiæ, per Vu. fratrem ſuum, quòd Vu. de Romare, qui eſt ex hac luce ſubtractus, eum capiens, tandiù in vinculis ferreis & carcere tenuit, donèc iurare coegit, quòd Ha. mulierem duceret in vxorem. Cùm autem carcerem & vincula euaſiſſet, aliam in vxorem accepit, de qua filios procreauit. Poſteà verò idem O. à præfata H. coram venerabili fratre noſtro Eboracen. archiepiſcopo Apoſtolicæ ſedis legato tractus in cauſam, ab eo coactus eſt iuramento firmare, quòd ad illam quam ſpontè acceperat in vxorem, non accederet, donèc lis eſſet Eccleſiaſtico iudicio terminata. Cæterùm quia priuſquàm de cauſa cognoſceretur legitimè, prænominata Ha. diem clauſit extremum, prædictus O. ad eā de qua filios habuit, reuerti non audet. Indè eſt, quòd diſcretioni tuæ per A.S.P.M. quatenùs rei veritate diligenter inquiſita & cognita, ſi vobis conſtiterit quòd eidem O. tanta vis illata fuerit, vt prædictam Ha. iuraret in vxorem accipere, & quòd ſpontè in eam non conſenſerit, nec poſt præſtitum iuramē-

27. q. 2. Palam ... duob.

tum ipſam carnaliter cognouerit: propter hoc non dimittatis, quin ad illam quam poſteà accepit in vxorem, reuertendi, appellatione ceſſante, liberam tribuatis facultatem. Verùm ſi prænominatus O. in pręfatam Ha. conſenſit, & poſt præſtitum ſacramentum, quòd ipſam in vxorem acciperet, carnaliter cognouit, nè ad ſecundam reuertatur, ſub interminatione anathematis inhibeatis, dātes ei licētiā, aliā (ſi voluerit) ducendi vxorē.

Idem

Digitized by Google

*Idem * Cretenſi epiſcopo.* *Cap.* 14.

*Treceñ. Significâſti nobis, quòd quidam miles in prouincia tua vxorem ſuam ſinè iudicio Eccleſiæ & authoritate dimiſerit, pro eo quòd ſuggeſtum ei fuerat, ipſam inceſtum cum quodam conſanguineo ſuo commiſiſſe, & propter hoc vinculo fuit excommunicationis adſtrictus. Verùm mulier ipſa non continuit, ſed ſobolem ab alio viro ſuſcepit: nec minùs poſtulat viro ſuo reſtitui, 27.q.2. Si tu abſt. aſſerens ſe ab ipſo iniuſtè fuiſſe dimiſſam, & eundem virum materiam adulterandi ſibi dediſſe. Vndè quia nos conſuluiſti, vtrùm mulier iſta debebat viro ſuo reſtitui, & vir ad eius receptionem compelli: fraternitati tuæ præſentibus literis reſpondemus, quòd ſi manifeſtum eſt, mulierem ipſam adulterium commiſiſſe poſt dimiſſionem, ſed non * idem ſi ante, ad eam recipiendam pręfatus vir cogi non debet, niſi conſtaret ipſum cũ alia adulterium commiſiſſe.

Idem Vigorenſi epiſcopo. *Cap.* 15.

Ad aures noſtras perlatum fuiſſe cognoſcas, quòd cùm quidã Parochianus tuus vxorem duxiſſet, ea dimiſſa, aliam (ſcilicet ei conſanguineam) ſibi copulare præſumpſit, & eam carnali commixtione 35.q.3. de affinit. cognoſcere, & ſecum tenere minimè dubitauit. Cumque prior mulier ſuper hoc querelam mouiſſet, matrimonium eius denegauit, & ſecundę copulam profeſſus eſt. Vndè cùm primum coniugium aduersùs eum per teſtes probaretur fuiſſe, quoniam à ſecunda recedere noluit, ad audientiam noſtram appellauit. Super quo vtique prudentiæ tuę reſpondemus, quòd ſi prima mulier & ſecunda, ſe vel prima vel ſecunda linea contingunt, tu virum facias vtraque, omni contradictione & appellatione ceſſante, carere, & ſinè ſpe coniugij perpetuò manere. for. * in tertio. Si verò eas * interdicto gradu ſolummodò vel ſupra ſeſe attingere conſtiterit, tu ipſum compellas à ſecunda recedere: & de commiſſo pœnitentia ſibi condigna impoſita, eum priorem ſicut vxorem ſuam recipere, & maritali decæterò affectione tractare conſtringas.

Idem Bernacen. epiſcopo. *Cap.* 16.

30.q.1. Il lud. Super hoc quòd de latore pręſentium tuis literis quæſiuiſti, an liceat ſibi matrimonium cum ea contrahere, quam, vxore ſua viuente, ſibi de facto copulauit in matrimonium: tuę ſolicitudini duximus reſpondendum, quòd ſi adultera in mortem alterius aliquid eſt machinata, ſeu iſte fidem dederit, quòd ea defuncta, hanc eſſet ducturus: ſecundùm canones ab eius conſortio perpetuò prohibetur, & hæc prohibitio perpetuò eſt obſeruanda.

Idem archiepiſco. Senonen. *Cap.* 17.

Porrò ſi qui vir & mulier pari conſenſu contraxerint matrimonium, & vir ea incognita, aliam duxerit in vxorem, & eam cognouerit, cogendus eſt ſecundam dimittere, & ad primam redire. Quia quamuis exindè ſit diuerſa quorundam ſententia, & nõ eadem conſuetudo eccleſiæ, tutius tamen videtur, vt primam hanc quam ſecũdam, cùm à prima iudicio Eccleſię ſeparari nõ debeat, poſtquam cum ea pari voto & conſenſu matrimonium contraxit. Sanè quanquam mulieri deſponſatæ, & à viro nõ cognitæ, liceat ad religionem tranſire, aliam tamen non poteſt ducere in vxorem.

Ante carnalẽ cop. ipſa ad religionem nõ tranſeunte. Alioqui ſec* vt ſupr. de coniug. & ſpon. Verũ, ſi poſt cõſenſum contrà.

Idem Eboardo Paduano epiſco. *Cap.* 18.

Solicitudini ſedis Apoſtolicæ incumbit, vt ſi dubia vel difficilia ad noſtram aurẽ perferãtur, ea debeamus abſoluere, & in lucem reuocare. Super eo ſiquidem vndè nos conſuluit dilectio tua, quid videlicet ſeruandum ſit, & retinendum de muliere, quę cùm ſit vni viro deſponſata, ab alio poſteà deſpõſatur & cognoſcitur: ſolicitudini tuæ taliter reſpondemus, quòd licet quorundam eccleſiarum conſuetudo habeat, vt cum ſecundo viro debeat remanere, conuenientius tamẽ videtur, vt ſi vir & mulier ad ætatem coniugio aptam deuenerint, & infrà mulier deſpõſata fuerit, quòd vir mulierem in ſuam, & mulier virum in ſuum recipiat, licèt poſteà ab alio deſponſetur & cognoſcatur, debet primo reſtitui.

Cap. 19.

De muliere, quæ eſt inuita tradito viro, & detenta, cùm inter vim & vim ſit differentia, & vtrùm poſteà conſenſus interceſſerit, quia certum nobis nil expreſſiſti, inquiſitioni tuæ nil poſſumus reſpondere. Illos autem qui propter conſanguinitatem prohibentur coniungi, & poſtaà contra interdictum Eccleſiæ ſeſe receperint, excommunicationi debes ſubijcere, donèc tam diu ſeparentur, quouſque legitimè cognoſcatur, vtrùm eorum matrimonium de iure poſſit & debeat ſtare.

Idem Cant. archiepiſcopo. *Cap.* 20.

Ex literis quas ſuper cauſa matrimonij cuiuſdam iuuenis, R. nomine, & Mariæ filiæ Gileberti de S. Leodegario, tranſmiſiſti: ſolicitudo nobis innotuit, quam in ipſius negocij examine ſeruâſti. Quia verò abſentibus partibus veritatem nequiuimus plenariè indagare, nec cauſam ipſam ad te remittere, à quo pars mulieris ad audientiã noſtram noſcitur appellâſſe, eam venerabilibus fratribus noſtris, Vuintoñ. Herefordeñ. & Bathonieñ. epiſcopis duximus committendam

Ad eum à quo eſt appellatum, non poſſe cauſam remitti.

mittendam. Idenq́ue fraternitati tuę per A. S. præſentibus mandamus, quatenùs partes adire eorum pręſentiam, cùm ab eis fuerint euocatæ, & quod ipſi iudicauerint, inuiolabiliter obſeruare, contradictione & appellatione ceſſante, compellas.

Ibidem Vrbanus M. Cenom. *Cap.* 21.

CVm in Apoſtolica ſede, cui licèt immeriti præſidemus, magiſterium reſideat totius Eccleſiaſticæ diſciplinæ dignum eſt & conſonum rationi, vt quotiès circa negocium Eccleſiæ aliquid dubietatis emerſerit, ad ipſius deliberationis arbitrium recurratur. Intelleximus ſiquidem quòd cùm inter villicum de Herneia & vxorem eius coram te quæſtio matrimonij tractaretur, & productis teſtibus, & eorum examinationibus diligenti examine diſcuſſis, ante publicationem idem villicus reuerſus ad propria, publicè inter ſe & vxorem ſuam propoſuit, ſententiam diuortij iudicio Eccleſiæ eſſe promulgatam: & ſic ſuggeſta omnibus falſitate, quandam aliam mulierem facti neſciam, ſibi copulare præſumpſit. Poſtmodùm verò ſuper prioris matrimonij quæſtione literis à ſede Apoſtolica impetratis, delegati iudices ſententiam diuortij protulerunt. Vndè quia villicum & mulierem quam ſuperinduxerat, pendente lite prioris vxoris, inuicèm aſſeris conſentire; tua nos duxit fraternitas conſulendos, vtrùm tales ſint ad matrimonium admittendi. Nos autem authoritate præſentium tuæ ſolicitudini reſpondemus, quòd impoſita ei pœnitentia competenti, & infra ipſius pœnitentiæ tempus carnali commercio interdicto, poſtmodùm in maritali copula poterunt remanere. Super eo verò quod à nobis ſimiliter poſtulâſti, vtrum ille qui in quandam mulierem conſenſit: ſi pater eius videlicet ſuum præſtaret aſſenſum, ſi ad conſummandum matrimonium ſit compellendus: non minùs reſpondemus, quia cùm aſſenſus liber dici nō poſſit, quia alieno reſeruatur arbitrio ac conditionem ipſam canonica non improbant inſtituta, quæ conſonant honeſtati, niſi voluntas patris poſtmodùm intercedat, nequaquam ad contrahendum matrimonium eſt cogendus. Nam licèt felicis recordationis Alexander Papa prędeceſſor noſter in ſuis videatur conſultationibus reſpondiſſe, quòd deſponſalia interpoſita conditione certa, conditione ipſa minimè obſeruata, ſi conſenſus de præſenti intercedat, vel carnalis copula ſubſequatur, diſſolui non debent, ſed firmiter obſeruari: nequaquam eſt noſtræ diffinitioni contrarium, cùm huiuſmodi conſenſus nequaquam ſit de præſenti habendus, licèt per verba de præſenti, euidentius exprimatus, quòd in alieno arbitrio non habito, ſed habendo, cōſiſtunt: aliam tamen nō poteſt ducere vxorem.

Ante carnalē cop. ipſa ad religionem tranſeūte. Alioqui ſecus, vt ſuprà.

Idem Eberardo Paduano. *Cap.* 22.

SVper eo quod ex literis tuis intelleximus virum quendam & mulierem de mandato Domini vtriuſque aſſenſu ſe inuicem recepiſſe, nullo ſacerdote præſente, nec adhibita ſolennitate, quam ſolet Anglicana eccleſia adhibere, & alium prædictam mulierem ante carnalem commixtionem ſolenniter duxiſſe & cognouiſſe: tuæ paternitati duximus taliter reſpondendum, quòd ſi primus vir & mulier pari conſenſu de præſenti ſeſe receperint, ipſa debet primo reſtitui, cùm nec potuerit, nec debuerit poſt talem conſenſum alij nubere: ſi verò conſenſus talis inter eos nō interceſſerit ſub verbis illis quę diximus, nec carnalis copula etiàm aſſenſu de futuro præeunte, ſecundo viro qui eam poſteà traduxit atque cognouit, mulier ipſa debet relinqui, & ab impetitione prioris abſolui iniuncta primo pœnitentia de læſione fidei vel violatione iuramenti, ſi dedit fidem vel præſtitit iuramentum.

Idem eidem in eadem epiſtola. *Cap.* 23.

SPonſam autem alterius, ſi eſt nubili ætati proxima, nullus conſanguineorum aliquandò ſibi poteſt matrimonio copulare.

Idem Andreñ. epiſcopo. *Cap.* 24.

SVper eo verò, quod de illo nobis ſignificâſti, qui cùm procreare vellet filios, vxori ſuę nunquam carnis debitum reddidit vel reddere potuit: inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quòd diuerſa ſunt indè decreta, diuerſæ ſententiæ. Sed conſuetudo eſt Romanæ Eccleſiæ, in ſimilibus taliter tenere, quòd ſi nō poteſt eam ſicut vxorem habere, ipſam habeat ſicut ſororem.

Ob coeundi impotētiam, non fieri diuortium.

Idem abbati S. Edmundi & de Rameſereia. *Cap.* 25.

EX parte Emmæ mulieris, noſtris eſt auribus intimatum, quòd Andreas ſibi coram ſacerdote quodam & diacono & alijs pluribusq́ue tam clericis quam laicis ad hoc conuocatis, iuramentum præſtiterit, quòd ipſam ab eo tempore pro coniuge teneret, & ei ſicut vxori ſuę fidē ſeruaret: ipſa quoq; Andreæ præſtito iuramento promiſit, ſe illum pro marito habituram, & fidem ei tanquam proprio viro ſeruaturam. Quo facto, diù in eadem domo cohabitantes, ſibi liberos procreauerunt. Procedente verò tempore prædictus Andreas contra iuramentum præſtitum pręnominatam Emmam & filios ex ea procreatos reliquit, & à cohabitatione receſſit. Quia igitur nemini licet vxorem ſuam ſinè manifeſta cauſa fornicationis dimittere, & tunc eam vel ſibi reconciliare debet, aut ipſa viuente continere: nec nos ſuſtinere debemus, vt prædictus Andreas iuramenti pręſtiti religionem infringat: diſcretioni veſtræ per A. S. præſentibus mandamus

32. q. 1. Dixit.

damus, quatenùs rei veritate diligenter inquiſita, ſi, prout ſuperiùs dictum eſt, ità eſſe inueneritis, eundem Andream moneaſ ris ſtudioſiùs, vt ſuæ ſaluti conſulens, & ſuperinducta quam habet, priùs dimiſſa, ad vxorem ſuam redeat, & eam maritali affectione tractet, & reatum ſuum condigna pœna expiare ſatagat. Quòd ſi commonitioni veſtræ adquieſcere fortè contempſerit, vos eum & ſuperinductam, omni occaſione & appellatione ceſſante, excommunicationis vinculo innodetis, & vſque ad dignam ſatisfactionem præcipiatis hominibus, ſicut excommunicatos, cautiùs euitare.

Idem Pictauen. epiſcopo. Cap. 26.

EX literis venerabilis fratris noſtri *Sanxonis epiſcopi accepimus, quòd cùm duo nobiles viri ſui epiſcopatûs, Vu. ſcilicet de *Monda, & B. de Mauritania, filios & filias impubeſcentes haberent, & ſpe pacis inter eos reconciliandæ ità inter ſe conuenirent, quòd filios, & filias mutuis adinuicèm matrimonijs ſociarent: & hoc tam patres quam filij ſub iuramēto ſe facturos promiſerunt. Inter quos quidem G. prioris filius, filiam prædicti B. conſentiente patre, ſemèl & iterùm recipere in vxorem iurauit. Cumque ipſo volente ad alia vota migrare, eum epiſcopus ſub diſtrictione anathematis compellere voluit, vt ſecundùm quod iurauerat, filiam præfati B. traduceret in vxorem, ipſe ad audientiam noſtram appellauit: & altera parte nuncium ſuum ad nos deſtinante, nec ipſe venit, nec reſponſalem aliquem pro ſe tranſmiſit. Quia igitur periculum G. prædicto extitit, contra iuramentum ſuum venire, fraternitati veſtræ per A. S. præſentibus mādamus, quatenùs cùm exindè fueris requiſitus, vtranque partem ante tuam conuoces præſentiam, & rationibus hincindè pleniùs auditis & agitatis, ſi tibi cōſtiterit, quòd præfatus G. præſtito iuramento firmâſſet, quod filiam memorati B. duceret in vxorem, eum moneas, & authoritate noſtra diſtrictè compellas, vt ipſam niſi rationabilis cauſa extiterit, in vxorem recipiat, & maritali affectione pertractet. Si verò rationabilem cauſam prætendere voluerit, eam cum omni diligentia & ſtudio audias, & fine canonico, appellatione ceſſante, decidas. Cæterùm ſi legitimè monitus, iudicio tuo parere contempſerit, eum & patrem ſuum, ſi fouere ipſum in ſua malitia præſumpſerit, excommunicationis vinculo adſtringas: & in tota terra ipſorum, omnia diuina, præter baptiſma paruulorū & pœnitentias morientium, prohibeas officia celebrari.

Morōda.

Benedictus Papa Gaudenſi Patriarchæ. Cap. 27.

LEx diuinæ conſtitutionis, ſedem Apoſtolicam totius poſuit orbis terrarum magiſtram: vt quicquid vbique locorum dubitatur, ab ea tandèm ratio eiuſdem requiratur. Affatus eſt autem nos ſuis literis eiuſdem cathedræ ſeſſorem, ac percontatus eſt quidam vir nomine Ioannes, pro connubio filię ſuę ſuperſtitis, cuius ſoror defuncta, cuidam iuueni nomine Stephano, ſimplicibus verbis fuit deſponſata, & antequam ad nuptias perueniret, morte præuenta: vtrùm cum eodem iuuene poſſit matrimonium celebrari ſuperſtitis filiæ, necne. Namque teſtatus eſt, huius rei rationem haberi apud vos ambiguam: quam, Deo docente, reddimus his verbis certiſſimā. Protoplaſtus enim ille radix, & origo noſtra, detracta ſibi coſta videns mulierē formatam, prophetico ſpiritu inter alia protulit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhęrebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Quibus verbis innotuit, non aliter virum & mulierem poſſe fieri vnam carnem, niſi carnali copula ſibi cohæreant. *Qui ergò nequaquam mixtus eſt extraneę mulieri fœdere nuptiali, quo pacto per nuda ſpōſionis verba poſſunt vna caro fieri, nullatenùs valemus intueri propinquitas enim ſanguinis verbis dicitur, nō verbis efficitur. Sed nec oſculum parit propinquitatem, quod facit nullam ſanguinis commixtionem. Quoniam verò ità prorsùs ſe habet res Ioannis iſtius, vt velit filiam illi nuptijs copulare, cui primam iam decreuerat deſponſare: cenſura Apoſtolica mandamus hoc abſque criminis vitio poſſe fieri. Nam cur prohibeamus, quod prohibitum, nunquam ſacra ſcriptura declarauit? Sed neque mundanæ leges, connumeratis perſonis quibus inter ſe nuptias cōtrahere non licet, de huiuſmodi aliquid dicunt negocio. Ne ergò abnegetis, quod nulla abnegādum ratione monſtratis.

Geneſ. 2.

* Quòd

Propinquitatem ſanguinis verbis dici, non effici.

Idem Vuin. Bat. & Hereford. epiſco. Cap. 28.

EX literis venerabi. fratris noſtri Cant. archiepiſco. Apoſtolicæ ſedis legati, ad audientiam noſtri Apoſtolatus peruenit, quod cùm G. de S. Leodegario, Mariam filiam ſuā abſentem, cuidam iuueni R. nomine deſponſaſſet: poſtmodùm quibuſdam ipſius mulieris cōſanguineis procurantibus, memoratus R. cùm ea præſente per verba pręſentis tp̄is contraxit, ſicut dicitur, matrimonium, fide hinc indè corporaliter præſtita, quod vir mulierem ſicut vxorem legitimam decætero exhiberet, & ipſa reuerenter ei ſinè contradictione, ſicut viro legitimo obediret, nihilq; defuit, niſi ſolennitas illa in facie Eccleſiæ celebranda, quæ propter tēpus Quadrageſimæ tunc non potuit effectui mancipari. Tēpore verò procedente orta ſuſpicione, quòd pręfatus R. ad alia deſideret vota tranſire, ad examen fuit iam dicti archiepiſco. cauſa perlata, qui ſub anathematis interminatione prohibuit, ſicut ex literis ipſius accepimus, nè

32. q. 4. nō opor.

ante-

antequàm de præſcripto negocio plenè cōſtaret, vir ad ſecunda vota tranſiret. Sed ipſe præſcripta prohibitione contempta, filiā Hugonis de Polſtede, Matildam nomine, in facie Eccleſiæ ſibi ſolenniter copulauit vxorem. Poſtmodùm verò duabus mulieribus & viro coram Archiepiſcopo conſtitutis, p̄fatus R. publicè confeſſus eſt, ſe cū Maria, ſicut dictum eſt, publicè matrimonium contraxiſſe, & aliam, ſcilicet Matildam, praua quorundam ſuggeſtione ſeductū, accepiſſe. Maria verò frequenter aſſeruit, quòd pater eius non mouerat de voluntate eius querelam, adijciens quòd inter ipſam & præfatū R. excepta ſola fide de contrahendo matrimonio, nulla obligatio interceſſerat: quàm, quia ipſe non ſeruauerat, ſeruare minimè tenebatur: & ideò, quia eam quā ſecundò acceperat, relinquebat. Cùm autem præfatum R. tanquàm proprium virum reſtitui poſtularet, & Archiepiſcopus vellet de primo matrimonio cognoſcere, ob id maximè, qa mulieres dicebant ſeſe cōſanguinitate contingere, ac per hoc tā inceſtûs quàm adulterij vitium timebatur, Maria ad Apoſtolicam ſedem appellationis vocem emiſit, & feſtum Circunciſionis proximę terminum appellationi pręfixit, Appellationi verò Archiepiſc. deferens, eidem Mariæ ſub periculo animæ & excommunicationis interminatione diſtrictiùs interdixit, nè cui nuberet, donèc cauſa ipſa coram nobis coram delegatis ab Apoſtolica ſede iudicibus, finem debitum ſortiretur. Ipſa tamē de remedio appellationis confiſa, cuidam alij Vu. nomine, nihilominùs nupſit. & propter hoc citata coram Archiepiſc. noluit propter appellationē quā obierat, apparére. Cùm igitur abſentib⁹ partibus nō valeret nobis negotiū finiendū, ipſum experientiæ veſtræ de qua plenè confidimus, committentes præſentium authoritate terminandum: quatenùs partibus ante præſentiam veſtram conuocatis, inquiratis diligentiùs veritatem: & ſi nihil conſtiterit quod impediat, præter conſenſum qui inter præfatum R. & Mariam aſſeritur pręceſſiſſe, ſecunda matrimonia inuiolabiliter obſeruāda, ſublato appellationis diffugio, iudicetis. Licèt enim contra interdictum Eccleſiæ ad ſecunda vota tranſire nequaquàm debuerit, conueniens non videtur, vt ob id ſolùm ſacramentū coniugij diſſoluatur. Alia enim pœna debebat eis imponi, quòd contra prohibitionem Eccleſiæ hoc fecerunt. Nonis Februarij.

ſ. de futuro, ſecūdū affectionē Mariæ. nā de præſenti, ſecundum impediret & reſcinderet matrimonium.

Idem Bathonieñ. epiſcopo. Cap. 29.

DE illis qui infra annos aptos exiſtentes matrimonijs contrahendis ſponſalia contrahunt, ſiue vterque, ſiue alter, antequàm ad annos aptos matrimonijs contrahendis perueniunt, reclament & poſtulent ſeparari, non ſunt aliquatenùs audiendi. Si verò alteruter eorum ad annos aptos contrahendis matrimonijs peruenerit, infra eoſdem annos altero exiſtente, ſponſalia contrahuntur: ſi is qui minoris eſt ætatis, cū ad annos illos peruenerit, reclamauerit, nec in alterum voluerit cōſentire, iudicio Eccleſię poterūt ab inuicèm ſeparari. Vtrùm autē mulier quę poſtq̄ ad annos matrimonijs cōtrahēdis aptos veniat, nupſit, ab eo ſi quęrat diſſidium debeat ſeparari: tuæ cōſultationi taliter reſpondemus, quòd cùm in eum ſemèl conſenſerit, ampliùs conſentire non poteſt aliquatenùs vel diuertere: niſi fortè illi nupſit, poſtquàm ad annos matrimonijs cōtrahendis peruenerit, & in eum ſuum omninò negauerit præſtare conſenſum.

Alexander III. Burdeg. Archiepiſcopo.
Cap. 30.

COnſuluit nos tua fraternitas, quid tibi faciendum ſit de milite quodam, qui cū mulierem quandam duxerit in vxorem, & eam longo tempore tenuerit, & prolem ex ea ſuſceperit: nunc matrimonium ſuum accuſat, dicens in 4. gradu conſanguinitatis eſſe: ad quod vtiq; conſultationi tuæ taliter reſpondemus, ꝙ ſi præfatus miles mulierem ipſam in facie Eccleſiæ duxerit, & longo tēpore tenuerit, non debet vox accuſationis ſuæ admitti, niſi perſonæ aliæ & idoneæ appareant, & merito ſuſpicionis carentes, quæ matrimonium ipſum velint & poſſint legitimè accuſare: nec hæredes perſonæ admitti debent, ſi per viginti vel octodecim annos inſimul ſinè quæſtione remanſerunt.

Innocentius Vuin. epiſcopo. Cap. 31.

SVper eo quod interrogâſti de ſacramento coniugij, breuiter reſpondeo: Illam quam dixiſti, à patre coniugi traditam, & ab eo cui tradita fuerat, patri commendatam, donèc ſtatuta die in domum ſuam ille traduceret: dico quòd legitimo conſenſu interueniēte, ex eo ſtatim cōiunx fuerit, quòd ſpontanea* voluntate ſeſe coniugem eſſe conſenſerit. non enim futurum promittebatur, ſed præſens confirmabatur. Quapropter quicquid cum alia poſtmodùm factum eſt in coitu ſiue in generatione prolis, tanto repræhenſibilius eſt ſecundum, quanto verius primū. Conſtante enim primo, quanto ampliùs in Deum committitur, tanto magis culpa augetur. His ergò cognitis, facile erit negocium præſentium latoris tuæ diſcretioni debito fine terminare.

* conceſſione

Idem Caſſinieñ. abbati. Cap. 32.

EX literis tuis ad nos directis accepim⁹, ꝙ cùm quidā ſecretò mulierem viduā ſubarrâſſet, & cognoſcens carnaliter cohabitâſſet cum ea per annum, Mundualdus virum mulieris traxit in cauſam, proponens ꝙ illam in poteſtate ſua poſitam, quaſi fornicatiam cognouiſſet: tunc vir & mulier iuramento firmârūt, quòd ab anno alter in al-

terius copulam maritalē conſenſerat, & de cętero ſicut vir & mulier ſimul cohabitarūt. Cùm autem nec iuramento fidem mulieris procurator habuit, exegit eam publicè ſubarrari. Quod cùm vir publicè facere paratus eſſet in conſpectu Eccleſiæ, ſurrexerunt duo proponentes, præfatæ mulieris coniuges in 5. gradu vel 6. conſanguinitatis ſeſe contingere: quia pater eius qui eam ſubarrare volebat, priorem virum in 4. conſanguinitatis gradu attigerit. Vnus autem ità ſe audiuiſſe iurauit, alius autem id iurare voluit, & ob hoc licèt ille præfatam viduam ſubarrare diſtulerit, minimè tamen ab eius cohabitatione diſceſſit. Proceſſu verò temporis ad inſtantiam Mundualdi pręfatus vir publicè matrimoniū celebrauit, & poſtmodùm ferè per annum cum vxore permanſit. Nunc autem quæſtio prima reuixit, & iurauerūt duo corā archiepiſc. plebano, velut dicis, quòd primus vir fuit in 5. gradu conſanguinitatis patri viri præſentis. Vndè quia diuerſi diuerſa ſentiunt, quid agendum ſit in hoc caſu, meis quæris literis edoceri. Quocircà diſcretioni tuæ per A.S. mandamus, quatenùs vtranque partem ante tuam præſentiam conuoces, & facias teſtes coram te iurare, & adhuc inquiras, à quibus & quando didicerint quod teſtantur. Si verò poſt motam quæſtionem didicerint, non eſt iam dictum matrimonium diſſoluendum. Similiter nec ſi ab accuſatoribus matrimonij didicerint. Inquiſita verò veritate diligenter, ſi per teſtes circunſpectos & omni exceptione maiores inueneris, ꝙ primus vir patrem ſuperſtitis in 5. vel 6. gradu attigerit, non differas ſententiā diuortij promulgare. Æquè enim, vt canones dicunt, abſtinendum eſt à conſanguineis vxoris, ac proprijs, vſque ad 6. gradum. Cæterùm prudentiam tuam nolumus latere, quòd perſonę idoneę nominādæ ſunt, & gradus diſtinguendi ab vtroque latere & computandi: nec ſunt cauſæ matrimonij tractandæ per quoſlibet, ſed per iudices diſcretos, qui poteſtatem habeant iudicandi, & ſtatuta canonum ſuper his nequaquàm ignorent.

Quorum teſtimonia non valeant.

Perſonas nominandas, & gradus ex vtroque latere diſtinguendos. Qui iudices futuri.

Idem Exonień. epiſcopo. Cap. 33.

PRæterea hi qui matrimonio contrahendo purè & ſinè omni contradictione fidem dederunt, aut iuramentum fecerunt, commonendi ſunt diligentiùs & exhortandi, & omnibus modis inducendi, vt fidem præſtitam vel iuramentum factum obſeruent, & ſe, ſicut promiſerunt, coniungant.

Pars vij.

DE POTESTATE IVDICVM delegatorum, & de varijs literis diuerſis temporibus impetratis.

Idem Londonienſi epiſcopo. Cap. 1.

CVm tibi ſit de benignitate ſedis Apoſtolicæ indultum, vt cauſas quas de mandato noſtro ſuſcipis terminandas, liceat tibi perſonis alijs vni vel pluribus delegare: ſed ab his quibus cauſa fuit per te commiſſa, fas ſit litigantibus appellare, & ſi eadem cauſa tibi fuerit à nobis, appellatione ceſſante, cōmiſſa: accidit interdùm, ſicut tu aſſeris, quòd cauſam quam tibi commiſimus, appellatione poſtpoſita, terminandam, aliorum experientiæ committis audiēdam: & appellationem alter litigantium ad tuam, alter ad noſtram audientiam interponat: conſultationi tuæ reſpondemus, ꝙ ei appellationi, quæ ad nos interponitur, eſt omninò deferendum, licèt fuerit appellatione remota commiſſa.

Idem Bathoneń. epiſcopo. Cap. 2.

QVia quęſitū eſt à nobis ex parte tua, quid faciendum ſit de poteſtatibus, quæ, cùm præcipimus alicui iuſtitiam exhiberi, de his quos diligunt aut tueri volunt, minis & terroribus ſuis conquerentes ſilere compellunt, & mandatum noſtrum eludūt: id tibi reſpondemus, quòd ſicut agentes & conſentientes pari pœna ſcripturæ teſtimonio puniuntur: ſic tam eos qui trahuntur in cauſam, quàm principales fautores eorum, ſi eos manifeſtè cognoueris iuſtitiam impedire, cenſura Eccleſiaſtica poteris coercere.

5. q. 9. Hortamur.

Rom. 1.

Idem Eboraceń. Archiepiſc. Cap. 3.

SAnè ſi à nobis literæ priùs impetrentur, & aliæ poſteà (non facta mentione priorum literarum) literæ impetrentur, ſi iudicibus innotuit, donèc Roma. Pontificem conſulant, & ſuam exindè pleniùs cognoſcant voluntatem, executione literarum debent penitùs ſuperſedere, nè pro varietate literarum, cauſarum fines valeant impediri.

Et hoc iubemus obſeruari ab omni adminiſtratore, vt ſi contigerit in ſcriptis noſtram fieri iuſſionem ad aliquem, & intereà quieſcat ab adminiſtratione, is qui poſt illū ſuſceperit dignitatem, eam accipiat & iubeat. Et ſi quidem priuata eſt cauſa, implere eam & * aſſequi, quemadmodùm ad eū promeruerit reſcriptum. Si verò huiuſmodi in ſcriptis iuſſio publicum ius reſpicit, inquirat eam. & ſi quidem non læditur fiſcus, quę in ea compræhenſa ſunt, adimpleat: Si verò læſionem fiſci eſt, nil ſuper ea omninò agi. Nunciare verò nobis primùm oportet, vt ſecunda de hoc noſtra iuſſio fiat. Si verò præcepta cuiuſlibet iudicis ſunt, & priuſquam inſinuētur hæc, aut præcipientem, aut ad quē præcepta facta ſunt, contigerit remoueri de cingulo, etiā ſic qui factus fuerit iudex, hæc ſuſcipiat & exigat, ſi legitimè facta ſunt. Si verò contra legem, aut contra ius publicum facta ſunt, pro non ſcriptis eſſe iubemus.

Idem. Cap. 4.

CVm aliqua cauſa, appellatione remota, committitur, & ſententia fertur iniqua,

Digitized by Google

qua, eam vacuare oportet, nec ei debet ſtari, ſi manifeſtam continet iniquitatem.

Idem Londoñ. epiſcopo. *Cap. 5.*

SI pro debilitate tua, vel pro aliqua graui neceſſitate tractandis cauſis, quæ tibi ab Apoſtolica ſede committuntur, adeſſe non poteris: liberum tibi ſit, alijs perſonis idoneis & diſcretis vices tuas committere; ità quòd ſi res tanti eſt, te conſulere debeãt: niſi fortè cauſæ ità graues ſint, quòd ſinè pſentia tua non poſſit omninò terminari.

Idem Vu. Carnotenſi electo. *Cap. 6.*

DE cauſis quæ intra certum terminum decidendæ committuntur, hoc tuam volumus cognitionem tenere, quòd niſi dies ab Apoſtolico præfixus, de communi conſenſu prorogetur, eo tranſacto, mandatum expirat. Illi etiàm qui pro cauſis tibi commiſſis ad citationem tuam venire, aut tuo ſuper his iudicio parére neglexerint, ſi tale fuerit negocium, quòd certa exindè pœna canonibus exprimatur, eam infligas. Alioquin ipſos pro delicti qualitate & cauſæ, ſecundùm arbitrium tuum punias.

Idem Senonenſi Archiepiſcopo. *Cap. 7.*

PRæthereà ſuper hoc, quod nos conſulere voluiſti, vtrùm liceat iudici delegato, non ordinario, ſinè literis citatorijs cogere contumacem vt veniat, aut damnare, ſi non venerit: hoc tibi præſentium authoritate innoteſcat, quòd quãuis ei cauſa licèt ſimpliciter delegetur, ſatis poteſt partes authoritate noſtra compellere, & contumaces ſeueritate Eccleſiaſtica coercere: etiàm ſi literæ commiſſionis id non cõtineant, aut partes mandatum non habeant vt accedant: quia ex eo quòd cauſa ſibi committitur, ſuper his omnibus quæ ad cauſam ipſam pertinere noſcuntur, plenariam recipit poteſtatem.

Idem Vuinton. epiſcopo, *Cap. 8.*

QVanuis ſimus multiplicitate negociorum impliciti, & grauibus diuerſiſq; ſolicitudinibus occupati, nos tamen cogit præter commune debitum, tua fraternitas & dilectio, qua perſonam tuam diligimus, tuis conſultationibus reſpondere, nè videamur indiſcuſſa relinquere, quæ nobis enodanda tua voluit dilectio præſentare. Innoteſcat itaque ſolicitudini tuæ, quòd iudex à nobis delegatus, cauſam ſibi commiſſam poteſt alij vel pluribus delegare, aut totam audiendam & terminandam, aut etiàm vt audiant rationes, & allegationes & atteſtationes recipiant, & ſententiam ſibi ſeruent, vel vt horum aliquid faciant tantùm iuxta voluntatem & beneplacitum delegantis, quanquàm non poſſit eandem cauſam alij appellatione poſtpoſita delegare: etſi ſit tibi, appellatione remota, cõmiſſa. Si verò duobus cauſa committitur, etiamſi non apponatur, vt vnus ſinè altero in ea procedat, nihilominùs vnus ex ipſis, ſiue ſuo coniudici, ſiue alij, vices ſuas in hac parte committere poteſt. Sed quid, ſi ſuo coniudici aliquid ab ipſo poterit appellari?

Idem eidem in eadem. *Cap. 9.*

CÆterùm ſi qui ad iudices ſuper aliqua cauſa ab Apoſtolica ſede literas commiſſorias impetrent alijs iudicibus fortè cõmitti, niſi de commiſſione prioribus facta, in literis commiſſionis, quæ alijs delegantur, mentio fiat: nihilominùs priores iudices in cognitione ac cauſæ deciſione procedere debent, nec ſecundæ literæ ſuper eadem cauſa taliter impetratæ, alicuius roboris firmitatem habere poſſunt. Si verò in ſecundis literis habeatur mentio de cõmiſſione prioribus iudicibus facta, prædicta cauſa à priorum eſt exempta iudicio, cùm eædem non ſint tacita veritate impetratæ. Verùm ſi præſentibus partibus de ipſarum conſenſu cuilibet cauſa committitur, & proceſſu temporis, vel etiàm continuò, alterutra partium, altera neſciente, cauſam ipſam tacita veritate de priore commiſſione facta, impetrauit cõmitti: non immeritò is, qui tali dolo & fraude aduerſarium cogit laborare, in expenſis condemnari debet. Niſi fortè ſecundùm priores ſẽtentiã tulerint, antequã ſecundæ ad iudices peruenerint.

Idem eidem in eadem. *Cap. 10.*

SEntentiam à delegato iudice latam, ſi ad mandatum ipſius iudicis diœceſianus epiſcopus executioni mandare neglexerit: is qui ex delegatione Roma. Pontificis ſententiam tulit, eam executioni mandandi plenam & liberam habet facultatem.

Idem Noruuicen. epiſcopo. *Cap. 11.*

SIgnificâſti nobis per literas tuas, quòd interdùm à iudice delegato ſuper aliqua cauſa fertur ſententia, cùm ordinarius iudex eam ad mandatum ipſius nolit executioni mandare, vel alijs reſiſtentibus effectui mancipare non poſſit. Super hoc autem conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi ordinarius iudex ad mandatum iudicis à nobis delegati, non vult aut non poteſt alijs reſiſtentibus ſententiam ab eo latã, effectui mancipare, delegatus iudex cauſam authoritate ſibi commiſſa poteſt executioni mandare: & ſi quis ſibi reſtiterit, eum Eccleſiaſtica cenſura coercere.

Idem eidem in e. e. *Cap. 12.*

SI quandò verò clerici coram iudice delegato prælatos eccleſiarum ſuper Eccleſijs quas tenent, in cauſam traxerit, & corã eodem iudice tranſactione vel alio modo eccleſias obtinuerint, in quibus certum ſit eos inſtitutionem canonicam nullatenùs habuiſſe, nec poſſeſſionem etiàm corpora-

lem, ordinarius iudex non debet delegati iudicis mandato reſiſtere violenter, ſed apud ipſum inſtare, vt differat illos in poſſeſſionẽ mittere, donèc nobis rei veritas innoteſcat.

Idem Herefordeñ. epiſcopo. Cap. 13.

INtelleximus ex tuæ fraternitatis relatu, quòd quandoquè impetrantur à nobis literæ, certam cauſam habentes ad te & ad alios, aliquandò per ſuggeſtionem falſitatis, aliquandò per ſuppreſſionem veritatis. Vndè à nobis conſilium poſtulâſti, vtrùm ſecundùm formam aut ſecundùm rigorem iuſtitiæ, tunc debeas in ipſa cauſa procedere. Super quo diſcretioni tuæ tale damus reſpõſum, quòd ſi literæ noſtræ ad te directę, formam expreſſam habuerint, & cognoueris eas per ſuggeſtionem falſitatis & per ſuppreſſionem veritatis cum tali forma impetratas fuiſſe: tunc non ſecundùm formam in eis expreſſam, ſed ſecundùm rigorem iuſtitiæ in cauſa ipſa ſinè perſonarum acceptione procedas.

Non ſecũdùm formã facti, ſed ſecundùm rigorẽ iuſtitiæ, procedendum.

Idem. Cap. 14.

SI autem lis infra certum terminum præcipiatur decidi, non poterit negocium vltra præfixum terminum, niſi de communi conſenſu partium, prorogari. Verùm ſi iudex delegatus aliter fecerit, & fines mandati exceſſerit, eius iuriſdictionem non eſt dubium expirare.

Idem London. & Vuigorenſi epiſcopo. Cap. 15.

PEruenerat ad nos ex parte R. ſenis presbyteri, quòd cùm ad vos olìm literas noſtras attuliſſet, quòd ſi vobis conſtaret, eum per vim T. clerici, metu regio cooperante, Eccleſiam de Gitebergia, quam ſe aſſerit per 40. annos pacificè poſſediſſe, iampridèm iuramento præſtito refutâſſe, eandem eccleſiam ei reſtitueres. Prædictus verò T. alias literas à nobis poſteriùs impetratas, ad alios iudices ſuper eodem negocio reportauit, & ſic cauſa ipſa ſub veſtro non fuit examine terminata. Mandamus itaque fraternitati veſtræ atque prudentiæ, quatenùs non obſtantibus literis à memorato T. poſteriùs impetratis, niſi ibi cõtineatur* expreſſum, quòd cauſam ipſam veſtro iudicio ſubtraxerimus, vtranque partem ante vos conuocetis, & eidem cauſæ iuxta tenorem alterarum literarum noſtrarum, ſublato appellationis remedio, non differatis debitum finem imponere.

* expreſſim,

Idem Lexonień. epiſcopo. Cap. 16.*

IN literis quas tua nobis deſtinauit fraternitas, quæſtiones quaſdam inſeruiſti, ſuper quibus ſolutionẽ tibi à nobis poſtulas exhiberi: quarum ſiquidem vna eſt, ſcilicet: Vſque ad quod tempus iudex delegatus ſe poſſit interponere, vt ſtetur rei iudicatæ vel tranſactioni. Super quo vtiquè paternitati tuæ taliter reſpõdemus, quòd ex quo iudex delegatus per ſe aut per alium, ſi potuit, executioni mandauerit: vel pro ſe petiêrit mandari, eius authoritas & iuriſdictio ceſſat, q͠a ſemèl functus eſt officio ſuo.

Semèl officio ſuo functum, decęterò nõ fungi

Idem Abbati ſancti Albani. Cap. 17.

COnſultationibus ſingulorum ex miniſterio ſuſceptæ ſeruitutis cogimur reſpondere, vt ſi quid dubietatis vel quæſtionis in mentem alicuius emerſerit, ab Eccleſia Romana ſoluatur, quæ inter alias, diſponente Domino, obtinere meruit principatum. Quæſitũ eſt ſiquidem à vobis, vt ſi quis eccleſia vel poſſeſſione aliqua ſe aſſeuerans abſque iudicio & cauſa rationabili ſpoliatũ, & à nobis ad iudices literas obtinuerit, vt infra certum tempus reſtituatur ſibi poſſeſſio: ſi cõſtiterit iudici, eum eſſe taliter ſpoliatũ, poſſeſſio debeat ei reſtitui, cùm is qui tenet eccleſiam, vel poſtquàm ipſe requirit, antequàm de literis aliqua mẽtio fieret, ſtudiorum, peregrinationis vel alia huiuſmodi cauſa ſe abſentauerit: num infra præfixum tempus iudici poſſit ſuam præſentiam exhibere. Super quo itaq; inquiſitioni tuæ taliter reſpõdemus, quòd nec debet, nec poteſt, teſtimonium habere, quanuìs paratus ſit coram iudice delegato teſtibus idoneis poſſeſſionem & deiectionem ſuam probare: niſi is qui poſſidet, terminum prorogauerit. Expirat enim iuriſdictio ſua, quia ſinè conſenſu vtriuſque partis non licet iudici terminum prorogare aliquatenùs præfixum à delegatore.

Matt. 16.

Idem R. Cant. Archiepiſcopo. Cap. 18.

EX parte venerab. fratris noſtri Couentreń. epiſcopi, auribus noſtris eſt intimatum, quòd cùm de cauſa quæ inter G. & F. clericum ſuper præbenda de Norbale diligenter cognouiſſet, & eidem G. ſecundùm tenorem literarum noſtrarũ, in quibus continebatur, quòd ſi cõſtaret prædictum F. de periurio eſſe conuictum, & perpetuò illi p̃bendæ renunciâſſe, ab eadem præbenda, appellatione ceſſante, amoueretur. Eoque cognito & probato, cùm prælibatam præbendam G. adiudicâſſet, prædictus F. in vocem appellationis prorupit, & ad nos veniẽs, ſecundùm hunc tenorem literas reportauit, quòd ei præciſè & abſq; cauſæ cognitione reſtitueres, & ipſum qui poſt appellationem eam præbenda ſpoliauit, authoritate alioni beneficium auferendi, appellatione ceſſante, priuares, donèc per ſe vel per nuncium aut per literas ſuas ſatisfacturus, ad ſedem Apoſtolicam accederet, & prænominatum

G.ſi eundem F.ſuper iam dicta præbenda p̄ſumeret moleſtare, vinculo excommunicationis vſque ad dignam ſatisfactionem adſtringeres. Vndè quia non credimus nos itâ præcisè ſcripſiſſe, & ſi taliter ſcripſimus, hoc ex nimia occupatione contigit, & in huiuſmodi literis intelligenda eſt conditio, etiāſi non apponatur, ſi preces veritate nitantur, fraternitati tuæ taliter, &c. quatenùs inſpecto tenore literarum, quas prædicto epiſcopo direximus, ſi inueneris quòd ſecundùm prædictum modum ei ſcripſimus, & in literis quas præfatus F. reportauit, non fuit habita mentio priorum literarum, ſententiam præfati epiſcopi, omni contradictione & appellatione ceſſante, confirmes, & prędictum F. cum literis noſtris quas tibi detulit, ad p̄ſentiam noſtram venire compellas.

Subintelligēdā cōditionē, ſi preces veritate nitantur.

Idem Exonieñ. epiſcopo. Cap. 19.

AD hæc cùm aliquis nimis prolixū terminum ſuæ appellationi præfigit, iudex poteſtatem habet competenti modo abbreuiandi: & ſi in termino de tempore abbreuiando competenter ſtatuto appellationem non fuerit proſecutus, nec canonicam executionem prætenderit: ſententia, ſi lata eſt, tenet. Quòd ſi lata non eſt, iudex appellantem, appellatione ceſſante, poteſt compellere infra terminum ſtatutum appellationē proſequi, vel coram ſe iudicio ſtare.

Idem Carnoteñ. epiſcopo. Cap. 20.

SAnè quia nos in primis conſulere voluiſti, qualiter à nobis iudex delegatus, epiſcopum qui ei non ſubeſt, ad aliquid dandū vel faciendum compellere debeat, cùm cauſam quæ inter epiſcopum & clericū vel laicum vertitur, à mandato noſtro ſuſcipit terminandam: id tuæ quæſtioni damus reſponſum, quòd iudex à nobis delegatus, vices noſtras gerit. vndè in cauſa illa eſt ſuperior & maior illis, quorum cauſam ſuſcipit terminandam: ideo ſi epiſcopus vel alia perſona, quæ non ſit de iuriſdictione illius, in cauſa quam illi delegamus, rebellis aut contumax fuerit, ſecundùm qualitatem vel quantitatē facti, poterit vel interdicti, vel ſuſpenſionis ſententia à iudice delegato compelli, ità q̄ iudex ſecundùm negocij qualitatem temperatè procedens, epiſcopo vel ingreſſum eccleſiarum, vel ſacerdotale officium interdicat, aut etiàm terram illius, quæ ad iuriſdictionem ſuam ſpecialiter pertinet, interdicto ſupponat. De teſtibus autem non habemus in ſacris canonibus, quòd cogendi ſint, ſed admonendi, cùm celare veritatem, ſicut dicere falſum, mortale deputatur ſæpè delictum. Quæſtioni verò quam facis, vtrùm appellationi illius ſit deferendum. qui (ſicut mos eſt) præſtito iuramento abſolui inhibetur, ſi antequàm aliquid ei mandatum eſt, appellet, vel ſi mandato recepto, cauſa diffugij appellet: taliter reſpondemus, quòd poſtquā iurauerit, appellationi eius quæ iuramento derogat, penitùs non eſt in aliquo deferendum: ſed ſtatim erit in eandem reducendus ſententiam, quæ, donèc mandatum ſuſceperit, & ſuſceptum pro poſſe ſuo fuerit executus, debet firmiter obſeruari.

6. q. 1. Et illi qui.

Idem Eboraceñ. Archiepiſcopo & Couentreñ. epiſcopo. Cap. 21.

EX parte N. Capellani nobis innotuit, q̄ cùm ad te frater * Couetreñ. epiſcope, literas noſtras impetrâſſet, vt ei archidiaconatum, quē in eccleſia primò vacare contigerit, aſſignares: R. aduerſarius eius alias ad te frater Eboraceñ. literas, ſicut dicit, impetrauit, nulla de prioribus habita mentione: vt ſi auunculus eius archidiaconatū quē habebat in iam dicta eccleſia, vellet omninò dimittere, ipſum ei faceres aſſignari. Quoniam igitur ſi memores fuiſſemus, nos præfato N. literas noſtras ſicut prædiximus, direxiſſe: pro aduerſario eius nullatenùs ſcripſiſſemus, nolentes literas noſtras quas pro eodem N. miſimus, occaſione aliqua effectu carere: fraternitati tuæ, &c. quatenùs pręſcriptum epiſcopum admoneas, vt præfato N. archidiaconatum eccleſiæ ſuæ, ſi vacet, iuxta promiſſum ſuum aſſignet, non obſtantibus literis, quæ ab aduerſario eius poſtmodùm fuerint, tacita veritate, impetratæ.

Idem Lucius Tertius, Cant. Archiepiſcopo, & eius ſuffraganeis. Cap. 22.

REllatum eſt ex parte veſtra, quòd licèt in commiſſionibus à ſanctæ recordationis Alexandro Papa Tertio prædeceſſore noſtro factis, fuerit appellationis remedium amotum: altera tamen partium, ſiue lis fuerit conteſtata, ſiue non, expirâſſe mandatum morte mādatoris allegat. Ideoque negocijs omnibus poſtpoſitis, in ſuſpenſo mandatū Apoſtolicum expectatis. Nos igitur conſultationibus veſtris præſentium authoritate reſpondemus, quòd ſi lis conteſtata fuerit ante obitum prædeceſſoris noſtri, mandatū in morte mandatoris nullatenùs expirauit. Si verò ante litem conteſtatam deceſſit, non eſt in eo caſu iudicibus quos delegauerat, ex delegatione huiuſmodi procedendum, etiàm ſi ab eis minimè fuerit appellatū. Poterit ergò in eo caſu, appellatione ceſſante, procedi, in quo ante mortem mādatoris lis fuerit per conqueſtionem & reſponſionem partium conteſtata. Vbi autem mors mandatoris, lite cōteſtata, pręceſſit, penitùs ſubſiſtatur, ſiue fuerit, ſiue non fuerit appellationis obſtaculum interiectum.

Part viij.

DE TESTIBVS Cogendis vel non.

Idem Alexander. *Cap. 1.*

CVm ſuper cauſa quæ vertitur inter venerabiles fratres noſtros Præneſtinum epiſcopum, & dilectum filium* noſtrum abbatem, ſit teſtimonium veſtrum neceſſariũ, & veritati contingat: præſentium autoritate vobis præcipimus, quatenùs quarta feria ꝓximæ hebdomadæ perhibituri teſtimonium veritati; omni occaſione & excuſatione ceſſante, vos Apoſtolico conſpectui præſentetis. Si verò tunc non veneritis, ſciatis ab officio & beneficio Apoſtolica authoritate vos ſuſpenſos: & ſi non ſic veneritis, excommunicationis ſententiam poteritis formidare.

Idem Capuano epiſcopo & abbati S. Luciæ, & Priori S. Crucis. *Cap. 2.*

Poſt publicationem atteſtationũ, producendi locum non eſſe.

CAuſam quæ inter N. & O. monachos ſuper electione de vtroque facta in monaſterio diutiùs eſt agitata, experientiæ veſtræ committimus audiendam, & appellatione remota, fine debito terminandam. Ideoque dilectioni veſtræ &c. quatenùs partes ante præſentiam veſtram conuocetis, & ſuſceptis atteſtationibus vtriuſq; partis, quæ ab alijs iudicibus ſunt receptæ, teſtes alios, ſi qui idonei ſunt, admittentes, niſi atteſtationes ipſæ ſint publicatæ, & rationibus hinc indè auditis diligenter & cognitis, cauſam ipſam, ſublato appellationis remedio, fine debito terminetis.

Idem R. Cant. Archiepiſcopo. & R. Vuigoreñ. Epiſcopo. *Cap. 3.*

14.q.2.Super pru.

CVm nuncius canonicorũ de plinteim, & nuncius loelis militis &c. & infrà, Præterea non lateat prudentiam veſtram, quòd prædicti canonici non ſunt à ferendo teſtimonio ſuper proprio negocio eccleſiæ ſuæ repellendi, niſi alia rationabilis cauſa impediat.

Idem Tarraconeñ. Archiepiſcopo. *Cap. 4.*

Quid ſi antè damnati, poſt reſtituti: vel nõ dãnati perfectè pœnitentes? *conuincantur.

SVper eo quòd quæſiuiſti à nobis, vtrùm teſtes illi ſint reprobandi in cauſa criminali vel ciuili, quibus ab aduerſa parte crimina opponuntur, tuæ prudentiæ reſpondemus: quòd ſi etiàm aut non ſunt conuicti, aut confeſſi de criminalibus illis, dummodò * indè* communicantur, nõ debent admitti.

Idem Vuigorcñ. epiſcopo. *Cap. 5.*

SCripta verò authentica, ſi teſtes inſcripti deceſſerint, niſi fortè per manum publicam fuerint facta, ità quòd publica appareant, aut ſigillum authenticum habuerint, per quod poſſint probari, non videntur nobis alicuius firmitatis robur habere.

Idem Vuintonieñ. epiſcopo. In c. Suggeſtum. *Cap. 6.*

POrrò ſi quis crimen obijcit teſti qui contra ipſum producitur, vt eũ in ciuilibus cauſis repellere poſſit, eodem modo * afferẽdo teſtimonio audiendus eſt, & ſi crimen ciuiliter probare poterit, ad teſtimonium contra ipſum ferendum non eſt aliquatenùs audiendus, ſed propter hoc non debet puniri. quemlibet autem ad perhibendum teſtimonium veritati, Romana Eccleſia minimè cogere conſueuit.

Idem Bononieñ. epiſcopo. *Cap. 7.*

SVper eo quòd certificari deſideras, an ſit aliquis de aliquo facto manifeſto ante iudicem conueniatur, hi qui facto interfuerint, cogendi ſint ad ferendum teſtimonium veritati: prudentiæ tuæ volumus innoteſcere, quòd ſi factum eſt manifeſtum, non eget teſtium depoſitionibus declarari: cùm manifeſta, ſicut tua non ignorat diſcretio, probationem vel ordinem iudiciarium non requirant. Vndè ſi manifeſtum non eſt, & is qui conuenitur, factũ negauerit: teſtes qui interfuerunt facto, ex conſuetudine Romanæ Eccleſiæ monendi ſunt, non cogendi, ad teſtimonium ferendum veritati: niſi fortè timore aduerſæ partis conſtaret iudici à ferendo teſtimonio reuocari, licèt de rigore humani iuris ad hoc fortè paſsìm poſſint compelli. Si verò presbyter vel clericus alius aliquem laicũ de rebus ſuis vel eccleſiæ impetierit, & laicus res ipſas non eſſe eccleſiæ vel presbyteri, aut clerici, qui eum exindè impetit, ſed ſuas proprias aſſeuerat, laicus ipſe debet de rigore iuris ſuper hoc ad forẽſe iudiciũ trahi, cùm actor ſemper forũ rei ſequatur, licèt in pluribus partibus aliter de conſuetudine fiat.

2.q.1. Manifeſta.

In quo caſu teſtes cogendi.

Idem Salernitano Archiepiſcopo. Pars capituli, Licèt pater. *Cap. 8.*

DEcæterò laicos in accuſationem vel teſtimonium contra clericum in criminali cauſa non eſſe aliquatenùs admittẽdos, cenſura ſacrorum canonũ manifeſtiùs edocet: niſi fortè ſuam vel ſuorum iniuriá perſequentur, nec tunc etiàm ad teſtimonium, ſed ad accuſationem poſſunt admitti.

Idem eidem in eadem epiſtola. *Cap. 9.*

IN cauſis eccleſiaſticis vel ciuilibus vltra tertiam productionem non debent teſtes produci, niſi adhibita quadam ſolennitate, quæ in legibus inuenitur expreſſa: & ſuper dictis teſtium, cùm fuerint publicata, poteſt publicè diſputari.

Idem

Idem Præpoſito & canonicis Eburdineñ. eccleſiæ. *Cap.* 10.

CVM tu fili præpoſite, cum quibuſdam canonicis tuis, & frater noſter venerabilis archiepiſcopus pro cauſa quæ inter vos & ipſum vertebatur, in noſtra eſſetis præſentia conſtituti, archiepiſcopo aſſerente, quòd vos ante appellationem excommunicaſſet, & poſtulante ſententiam ſuam cōfirmari: econtrà propoſuiſti, quòd poſt appellationem in vos ſententiam excommunicationis protuliſſet, & ob hoc duxiſti nullius momenti fuiſſe: adiecisti etiàm tam tu, quàm altera pars, quòd teſtes fuerunt hincindè producti & atteſtationes eorum receptæ. Nos autem auditis & cognitis rationibus & allegationibus vtriuſque partis, & atteſtationibus inſpectis diligenter, cùm conſtaret veſtros teſtes iurâſſe, quod poſt appellationem ſententia in vos lata fuiſſet: & teſtes archiepiſcopi iuramēto cōfirmâſſent, quòd ante appellationem ſentētiam in vos tulerit: dicta teſtium benignè interpretari ac prouidere volentes, nè de periurij reatu notentur: quia vtrunque verum eſſe potuit, quòd poſt primam appellationem & ante ſecundam ſentētia lata fuerit: de communi conſilio fratrum, eandem ſententiam denūciamus & decernimus non tenere. Vt autem hîc noſtræ diffinitionis &c.

Teſtiū dicta quō īterpretanda.

Idem Rothomageñ. Archiepiſc. *Cap.* 11.

TRanſmiſſæ nobis literæ tuæ continebant, quòd cùm Nicolaus Sagantinus vſque ad iuuentutem puerum quendam nutriuiſſet: vxore ſua nōdùm matrimonio deſponſata cum eo cohabitante, poſtmodùm ipſam, ſicut creditur, legitimè deſponſauit, & de ipſa filios ſuſtulit. Quibus paternam hæreditatem petentibus, prædictus iuuenis contradixit, dicens ſe filium & hæredem: quamuis à vicina, quæ ipſum filium eorum credebant, ſpurius diceretur. Prædictus verò Nicolaus & vxor eius Matildis, pręfatum iuuenem ſpurium ſuum aut legitimum filiū omninò negabant, ſed dicebant quòd pietatis intuitu eum nutriuiſſet. Cùm autem quæſtio coram te mota eſt, & prædictus iuuenis pro eo quòd iuri ſtare nolebat, vinculo excommunicationis ſit adſtrictus: quid de hoc agere debeas, nos conſulere voluiſti. Super quo itaque conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd in tali caſu ſtandum eſt verbo viri & mulieris, niſi certis indicijs & teſtibus prædictū iuuenem tibi conſtiterit eorum eſſe filium.

In cauſa filiationis contra cōmunē viciniæ opinionē, viri & mulieris verbo ſtandum.

Idem Placentino epiſcopo. *Cap.* 12.

FRaternitatis tuæ literis nos conſuluiſti, vtrùm noui teſtes ſuper quæſtione iudicata, in qua teſtibus renunciatum fore ex vtraq; parte cōſtat, ſint recipiendi: & vtrùm teſtibus in prima cauſa receptis, pręter cauſam appellationis liceat aliquid noui ꝓponere ſuper quæſtionibus iudicatis. Licèt igitur nobis ex his nō plenè innotuerit verùm teſtes ſuper eiſdem vel nouis capitulis à partibus deſiderantur induci, quia tamen iuris prudentium copiam habebant, nos ſup hoc conſulere voluiſti: hoc tibi duximus reſpondendum, quòd ſi in prędicta cauſa contigerit emergere capitula, ſuper quibus aliqua partium voluerit nouos teſtes inducere, vel per iam receptos aliquid comprobare, eos credimus ſuper nouis dūtaxàt capitulis fraternitatem tuā poſſe recipere, receptis priùs ab ipſis ſecundùm formam recipiendorum teſtium iuramentis.

Idem Exonieñ. epiſcopo & abbati ſancti Albini. *Cap.* 13.

INnotuit nobis R. quòd Vu. clericus capellanū eius & alios quàmplures de teſtibus ſuis iuramento adſtrinxit, quòd nec teſtimonium vel conſilium vel auxilium eidem R. contra ipſum pręberent. Ideò publica authoritate vobis iniungimus, vt ſi teſtimonium illorum publicatum non eſt, & nō eſt abrenunciatum teſtibus, eos qui ſunt iuramento adſtricti, & alios, ſi neceſsè fuerit, idoneos, quos ipſe in teſtimonium produxerit, recipere non poſtponatis.

Caſus vbi aliquis cōtra iuramentum ſuū licitè venire poſſit.

Idem decano Ciceſtreñ. *Cap.* 14.

LIteras Exonieñ. epiſcopi ſuſcepimus, continentes quòd cùm Vu. clericus ad præſentiam Vuillelmi nobilis viri acceſſiſſet, orans & ſupplicās, vt eum in perſonam eiuſdem eccleſiæ admitteret: quidam clericus E. nomine, in eadem inuentus eſt miniſtrare, dicens ſe à bonæ memoriæ R. prędeceſſore ſuo legitimè inſtitutum. Vu. verò obijciebat, etiàm ſi facta fuit inſtitutio, prędictum E. non poſſe inniti, quia capellano domini perſonatum renūciauit, & ſub annua penſione ab illo tanquàm à perſona vicariam recepit, & ſic poſt obitum illius Eccleſiam vacare aſſeuerauit. Sed quia veri ſimilitudinem non habet, quòd prædictus E. perſonatum eccleſiæ prælibatæ capellano prænominati R. ceſſerit, & ab eo ipſius Eccleſiæ vicariam acceperit, præuideas attentiùs, vt memorati Vu. ſuper hoc probationem recipias, niſi hoc communis fama loci habeat, vel tales perſonæ appareant, de quibus veri ſimile ſit quod debeant deierare: Quoniam ſæpè contingit, quòd teſtes corrupti precio, facilè inueniantur ad falſum teſtimonium proferendum.

Idem abbati & fratribus monaſterij S. Michaelis de Matura.* *Cap.* 15.

CAuſam quæ vertitur inter vos & dilectos filios noſtros, plebanum & clericos plebis ſanctæ Mariæ de * Martura, iāpridèm filijs n. * Volterano Archiepiſco-

po

Digitized by Google

po & abbati de Spongia commiſimus, appellatione remota, fine debito terminandam. Cumque vtraque pars propter hoc in eorum præſentia eſſet conſtituta, & teſtes eſſent hinc inde recepti, & eis ab vtraq; parte renunciatum, & atteſtationes vtriuſque partis publicatæ, quoddam priuilegium nupèr à nobis impetratum, in medium protuliſtis, aſſerentes vos quædam alia munimenta à nobis impetrâſſe, quæ rationes prędictę plebis obſcurare & impedire videtur, quòd cauſa ipſa nondùm potuit terminari. Quia verò ſolicitudini noſtræ incumbit, vtriuſque eccleſiæ iura ſua conſeruare integra, ac litibus & contentionibus finem imponere, iudicibus ipſis præcipiẽdo mandamus, vt partes ante ſuam præſentiam conuocent, & ſuper alijs capitulis, ſi qua alia ſint, ab his ſuper quibus teſtes ſunt recepti, & eorum atteſtationes publicatæ, rationes diligenter hincindè audiant, & teſtes, ſi qui idonei fuerint, recipiant, & in illis capitulis nupèr per nuncios veſtros à nobis impetratis, quæ cõtinentur in priuilegio noſtro, vel in alijs literis quas vobis indulſimus, poſtquàm cauſam ipſam eiſdem commiſimus, prædictæ cauſæ impedimentum præſtantibus cõcordia vel iuſtitia mediante, decidant. Et quia venerabilis frater noſter Florẽtinus epiſcopus per ſuas literas nobis intimauit, quædã capitula priuilegio noſtro, quod monaſterio veſtro nupèr indulſimus, eſſe inſerta, q̃ obuia rationi videntur: per præſentia ſcripta vobis præcipimus, mandantes, quatenus priuilegium illud, ſicut gratiam ſancti Petri & noſtram charam habetis, cum nuncio veſtro, qui ad nos ſecurè cum eodem veniat, dilatione & occaſione ceſſante, nobis remittatis.

Idem Exonieñ. & Vuigoreñ. epiſcopis.
Cap. 16.

Aliquos ad teſtimonium cõpellẽdos.

TEſtes, quos R. clericos vel laicos vobis nominauerit, moneatis, & ſi opùs fuerit, authoritate Apoſtolica compellatis ad perhibendum teſtimonium veritati.

Eugenius tertius. Cap. 17.

QVotiès aliqui ſeparantur propter cognationem propinquitatis, vel conſanguinitatis, tribus teſtibus adhibitis affirmari debet, qui de eadem conſanguinitate ſuperſunt: vel à duobus, vel tribus teſtibus ſenioribus & melioribus eiuſdem loci probari debet. Probatio autem teſtium debet fieri duplici iuramento. Teſtes enim debent iurare, ſe neq; priuato odio vel amicitia, neque pro auro, neque pro aliquo cõmercio quod habuerint, vel habituri ſint, ad hoc iuramentum eſſe inductos. Poſteà debent iurare, ſicut ipſi dicunt, ſic ſe rei veritatem accepiſſe à maioribus ſuis, & ità eſſe.

Duplex iuramentũ teſtium.

Idem Priori & fratribus ſanctæ Trinitatis Lundeñ. Cap. 18.

INſupèr etiàm authoritate noſtra ſtatuimus, vt liceat vobis in cauſis eccleſiæ veſtræ teſtimonium ferre, dummodò vnus vel duo ex vobis ad agendum & reſpondendũ inſtituãtur, quorum teſtimonium in cauſis, in quibus actores vel reſponſales ſunt inſtituti, debet admitti.

In cauſa ꝓpria religioſos ad teſtimonium admitti.

Idem Exonieñ. & Vuigoreñ. epiſcopis.
Cap. 19.

AD hoc quòd præfati clerici ſcripta authentica non habent, quibus muniri poſſint præſentiũ vobis ſignificatione mandamus, vt omnes illos clericos, ſiue laicos, quos iſti clerici nominauerũt, moneatis, vt rei veritatem & quæ ſuper ipſa cauſa nouerunt, coram vobis aperiant: non etiàm gratia vel timore alicuius, vel odio, in ſuæ ſalutis periculum reticere præſumant.

*Idem Cant. arch. & * Ciſtren. epiſcopo.*
Cap. 20.

REtulit nobis A. presbyter, quòd cùm nimia paupertate laboraret, & quidã ex eis qui pro eo teſtimonium ferre debebent, ſuper cauſa quæ vertitur inter eum & aduerſarios ſuos de eccleſia de * Bertoñ. ſenio fuerint & ætate confecti, & à veſtris partibus valdè remoti, eos veſtro conſpectui p̃ſentare non poteſt. Quia igitur ſolicitudini noſtræ incumbit, litibus & contentionibus finem imponere, & vnicuique iura ſua integra & illibata ſeruare: præſentibus mandamus, quatenùs ſi ità eſt, aliquos prudentes viros & honeſtos, de quibus pleniùs confidatis, ad partes illas, vbi eſt eccleſia ſuꝑ qua cõtrouerſia vertitur, mittatis, qui teſtes idoneos ab vtraque parte productos, appellatione remota, ſuſcipiant: & eorum depoſitiones diligenter conſcriptas vobis reportantes, ſub ſigillis veſtris clauſas, vt ſecundùm tenorem eorũdem atteſtationum cauſam terminare poſſitis.

De teſtibus ſenio confectis

Item Lucius tertius. Cap. 21.

COnſtitutus in præſentia noſtra P. diaconus de Buchan, nobis ſua aſſertione monſtrauit &c. infrà: Pręterea illud nobis non modicam admirationem adducit, quòd purgationem oblatam accipere noluiſti, niſi priùs commendâſſes nomina ſingulorum, quia iam dictum P. purgare volebãt, & de maioribus & cæteris priùs inquireres diligenter, tanquàm eſſes ordinationes facturus. Vtinàm ſic diſcuteres ordinandos. Sanè in purgationibꝰ faciẽdis cùm ſatis ſit, vt illi qui pro purgando exhibent iuramentum, ſi ſecundùm propriam cõſcientiam & opinionem iurauerint, quòd purgandus, ſit

à crimine

Digitized by Google

à crimine immunis, & bonum exhibuit iuramentum: ſi purgatores ab eccleſia tollerẽtur, & ſint bonæ famæ in ſuis ordinibus miniſtrantes, nec in iudicio pro crimine cõdẽnati, proculdubiò ſunt abſque vlla indagine admittendi.

Idem Herefordeñ. epiſcopo & abbati de Forde. Cap. 22.

EX parte A. clerici, ad nos eſt querela ꝑlata, quòd cùm ipſe eccleſiam de * Calumprum canonicè fuiſſet adeptus, & eam viginti quinque annis & ampliùs poſſediſſet, mulier quidam H. nomine, ipſum exindè grauibus moleſtijs & iniurijs laceſſiuit, & tandèm tacito quòd laicus erat, ad * Toſenſem epiſcopum & abbatem de Feruersham literas noſtras apportauit: quòd ſi prędictus A. filius eſſet illius qui proximò in eadem eccleſia miniſtrauit, & iure hæreditario eã teneret, vel quòd publicè fornicariam haberet, a prædicta eccleſia prorsùs amoueretur. Tandèm verò cùm idẽ miles per interpoſitam perſonam præfatum A. presbyterum coram prædictis iudicibus traxiſſet in cauſam, quoſdam laicos infames & notabiles produxiſſe dicitur ad teſtimonium perhibendum, quòd videlicet memoratus presbyter, filius illius ſacerdotis fuiſſet, qui ꝓximò in eccleſia ipſa miniſtrauerat. Licèt etiàm prædictus A. presbyter aſſereret illos teſtes nõ eſſe recipiendos, pro eo quòd quidam eorum latrones & raptores erant manifeſti, quidam verò in alia cauſa fuerant conuicti de periurio: & id conſtanter diceret, hoc probaturũ, nihilominùs tamen præfati iudices talibus teſtibus partis aduerſæ receptis, eidem presbytero, etiàm poſt appellationem, quam ſe ſuper hoc interpoſuiſſe proponit, reo abſente, præſcriptam abiudicauerunt eccleſiam, quam nunc præfati militis dapiferi filius detinet occupatam. Quoniam igitur de vobis ſatis plenè confidimus, cauſam ipſam diſcretioni veſtræ duximus committendam, præſentium authoritate vobis præcipiendo mandantes, quatenùs partibus ante vos conuocatis, ſuper hoc rei veritatem diligenter inquiratis: & ſi vobis conſtiterit, quòd prædictus presbyter non fuerit legitimè per teſtes idoneos præſcripta eccleſia ſpoliatus, eorundem iudicum ſententia, literis etiàm confirmationis, ſi quæ ſunt ſuper eadẽ eccleſia impetratæ, non obſtãtibus, eccleſiã illã prænominato A. presbytero contradictione & appellatione ceſſante, reſtituatis, ipſumq; decętero non permittatis exindè à ſupradicto milite vel ab eo qui ipſam eccleſiam tenet, moleſtari. Si verò res aliter ſe habet, nihilominùs cauſam audiatis, & fine debito terminetis. Teſtes autem ſi quos idem A. in ſuę aſſertionis teſtimonium inuocauerit, vt coram vobis ſuper his teſtimonium perhibeant veritati, monere curetis, & diligenter inducere diuino intuitu & amore iuſtitiæ, vt coram vobis teſtimonium perhibeant veritati, nec quicquam exindè in ſuæ ſalutis periculum reticere præſumant.

Fornicarios eccleſiaſticis beneficiis ſpoliandos.

Idem B. Exonieñ. epiſcopo. Cap. 23.

PEruenit ad audientiam noſtram, quòd Hugo de Kalega & M. vxor eius, in tali ſunt linea conſanguinitatis coniuncti, quòd nullo modo poſſunt legitimè inſimul commorari. Vndè quoniam ad hoc magna eſt diſcretio adhibẽda, Fraternitati tuę &c. quatenùs ſi aliqui apparuerint, qui poſſint & velint ipſum matrimoniũ legitimè * impugnare, vtraque parte ante præſentiam tuam cõuocata, quanto tempore cohabitauerint, diligenter ac ſtudioſè perquiras, & vtrùm tempore quo coniuncti fuerint, accuſatores ſiluerunt, & eos coniungi debere cognouerint ſolicitè inueſtiges. Quòd ſi illos tempore coniunctionis hoc ſciuiſſe & ſiluiſſe conſtiterit, decætero graue eſſet eos audiri. Tolerabilius eſt enim, aliquos cõtra ſtatuta hominum copulatos, coniunctos relinquere: quàm coniunctos quoſlibet legitimè, contra ſtatuta Domini ſeparare. Si verò matrimonium ipſum recenter eſt contractum, vel notitiam eius tempore contractus ad accuſatores non perueniſſe conſtiterit, fama viciniæ & perſonarũ ſolicitè perſcrutata, cauſam audias, & eam fine canonico ſtudeas terminare.

* improbare

Non admittẽdos ad accuſationẽ matrimonij qui tẽpore contracti conſanguinitatẽ ſciẽtes ſiluerunt.

DE SECVNDIS NVPTIIS. Pars ix.

Vigileñ. epiſcopo. Cap. 1.

VIR autem vel mulier ad bigamiam tranſiens, non debet à presbytero benedici: quia cùm alia vice benecti ſint, eorũ benedictio non debet iterari.

Idem Exonieñ. epiſcopo. Pars capituli, In literis. Cap. 2.

SVper illa verò quæſtione, qua quæſitum eſt, an ſcilicet mulier poſſit ſinè infamia nubere, infra tempus luctûs ſecundùm leges diffinitum, ſolicitudini tuæ reſpondemus, quòd cùm Apoſtolus dicat, Mulier mortuo viro ſoluta eſt à lege viri, & in Domino nubat * cui voluerit; per ſententiam & authoritatem Apoſtoli, infamia aboletur.

Rom. 7.

* cùm

DE APPELLATIONIBVS. Pars x.

Alexander 3. Exonieñ. epiſcopo & decano Lincolnieñ. Cap. 1.

DIlecti filij noſtri Prior & canonici de * Giſebuir, grauem admodùm & difficilem nobis querimoniã tranſmiſerunt, quòd venerabilis frater noſter R. Eboraceñ. Archiep. Apoſtolicæ ſedis legatus, eundẽ Priorem poſt appellationẽ ad nos factã ſuſpẽdit,

& eccleſias

& eccleſias ſuas interdixit, & canonicos, ſi eidem tanquàm Priori obedirent, tanquàm excommunicatos denunciauit. & infrà: Super quibus autem omnibus rei veritatẽ per idoneas perſonas & famam loci ſolicitè inquiratis, & ſi ità eſſe inueneritis, eccleſiarum conceſſiones taliter factas, niſi Prior & canonici malitioſè diſtulerint eas, quantùm ad ſe pertinẽt, ordinare: nullius appellatione obſtante, authoritate noſtra reuocetis in irritũ: & Priori & canonicis eccleſias ipſas reſtitui faciẽtes, tam vicarios quàm iuratos eorundem canonicorum, iuramentum præſtitũ ſeruare cogatis, niſi fuerit à Priore inique extortum. & infrà: Prouiſuri attentiùs, nè ita ſubtiliter, ſicut à multis fieri ſolet, cuiuſmodi actio intẽdatur, inquiratis: ſed ſimpliciter & purè factũ ipſum & rei veritatẽ, ſecundùm formam canonum & ſtatuta ſanctorum patrum, inueſtigetis.

Idem Rhemenſi archiepiſcopo.

Cap. 2.

SVper eo quòd abbas ſancti Apollinaris in clauſtro à te appellãs, impoſuit Generalem ſuper omnem cauſam, quæ aliquo tẽpore aduerſùs eum poſſet moueri, ipſum exindè redarguimus, nec huiuſmodi appellationem dicimus admittendam.

Idem Cant. archiep. *Cap.* 3.

QVòd verò quæſiuiſti, an debeat appellationi deferri, vbi ſub eius prætextu noſcatur adulterium vel aliud crimen cõmittendum: conſultationi tuæ taliter reſpõdemus, quòd vbi notorium eſt crimen vel adulterium, ſi appellationi deferretur, deferri non debet. Nolumus enim inceſtûs vel adulterij matrimonia aliquibus miniſtrare.

Idem abbati ſancti Petri de Diua.

Cap. 4.

AD noſtram audientiam noueris perueniſſe, quòd ſi quandò ſubditos tuos vis pro ſuis exceſſibus, ſecundum regulam S. Benedicti & inſtitutionẽ tui ordinis, corrigere & caſtigare: ipſi, vt liberiùs malitiam ſuam exercere valeant, ad remediũ appellationis confugiunt. Quia verò appellationis remedium non ideò fuit inuentũ, vt alicui à religionis & ordinis obſeruantia exorbitanti debeat in ſua malitia patrocinium exhibere: diſcretioni tuæ taliter &c. quatenùs ſi quandò quilibet ſubditorum tuorũ, nè ipſum pro ſuis exceſſibus corrigas & caſtiges, ad remedium appellationis conuolauerit, non ideò minùs eum iuxta tenorem mandati, quod in ſcripta regula continetur, & inſtitutionem ordinis tui corrigas.

Idem Noruuicen. epiſcopo.

Cap. 5.

PErſonas Eccleſiarum in tua diœceſi conſiſtẽtium, ità tuis & dominorum fundi authenticis ſcriptis præmunias, vt cùm aliquem iſtorum decedere fortè cõtigerit: decedentis filius, vel vicarius, ſeu alius quilibet, perſonatum Eccleſiæ vacantis viro idoneo cõferendi tibi viam præcludere aliqua calliditate non poſſit. Quòd ſi aliquis taliũ fruſtratoriæ dilationis cauſa ad audientiam noſtram appellauerit, & appellationi ſuæ prolixum terminum præfixerit: tu ei terminum, infra quem poſſit ſedem Apoſtolicam conuenienter adire, aſſignes: & ſi ad illam venire contempſerit, tu illum ex tunc iudicio tuo ſuper his quæ in quæſtione vertuntur, ſinè contradictione aliqua ſtare, omni excuſatione & appellatione ceſſante, diſtrictè compellas. Si autem quiſquam appellationi ſuæ congruentem terminum præfigat, nec tamẽ cauſam ad diem appellationis fuerit, proſecutus, ipſum nihilominùs extunc ſententiæ tuæ, ſicut de alia diximus, appellatione remota, parere conſtringas. Verùm ſi coram te vel alio quolibet huiuſmodi negocia ventilentur, volumus vt morbo conſimili laborantes, ſi certum ſit, aut legitimè poſſint cõuinci ſuper his, ſi ab alterutra parte adducti fuerint, in teſtimonium recipiantur.

Morbo cõſimili laborãtes cum eo, nõ admitti in teſtimoniũ pro eo.

Idem H. Rhemenſi archiepiſcopo.

Cap. 6.

CVm ſit Romana Eccleſia caput & magiſtra omnium Eccleſiarum, diſponẽte Domino, conſtituta: & ad eandem conſultationes & quæſtiones de diuerſis mundi partibus referantur, quòd eam ſuper varijs quæſtionibus conſulis, gratulamur, & prudentiam tuam non immeritò commendamus. Indè eſt quòd fraternitati tuę taliter reſpondentes, præſenti ſcripto duximus reſpondendũ. Si fruſtratoriæ dilationis cauſa vel etiàm neceſſariò ante ſententiã vel poſteà fuerit appellatum, huiuſmodi appellationibus annus indulgetur: aut ſi neceſſaria & euidens neceſſitas apparuerit, indulgetur biennium: niſi fortè iudex, à quo appellatũ fuerit, ſecundùm locorum & prouinciarum diſtantiam & qualitatem temporis, receſſius tempus fuerit moderatus, infra quod ſi is qui appellauerit, cauſam appellationis nõ fuerit proſecutus, ſententia tenebit, ſi poſt ſententiam appellauerit, & à cauſa ſua cecidiſſe videtur: nec ampliùs ſuper eodem negocio audiet appellans. Si verò à grauamine & ante litis ĩgreſſum fuerit appellatũ, huiuſmodi audietur appellans, quoniam ſacri canones paſſim appellare permittũt. Si verò ante ſentẽtiam appellatur, cogetur illius ſtare iudicio, ad quem noſcitur appellãſſe. Si autem in agro vel aliàs ante cauſæ ingreſſum fuerit appellatum, nõ ſolent dici huiuſmodi appellationes, ſed ad cauſam prouocationes. Prætereà ſi raptor ſit vel aliàs violentus detentor alienæ rei is qui appellat, huiuſmodi appellatio ĩ iudicio facta, apud Eccleſiaſticas

Fruſtratoriã tenere appellationem.

cleſiaſticas perſonas ſolet audiri, niſi manifeſtiſſimus raptor vel fornicator exiſtat, ſicut ille, quem abſentem & non requiſitum Apoſtolus excommunicauit.

1.Cor.5.

Idem eidem in eadem epiſtola.
Cap. 7.

SI duobus coram non ſuo iudice litigantibus, alter ad noſtram, alter ad ſui iudicis audientiam appellauerit: & ille qui ad ſuũ iudicẽ appellauerit, ad diẽ appellationis veniens, appellâſſe ſe ad eum proponit, eo tacito, quòd aduerſarius eius ad audientiam Romani pontificis appellâſſet, ſi legitimè citatus non venerit, nec aliquem miſit reſponſalem, aut etiàm aliâs parére contẽpnit, & in eum excommunicationis ſententiã tulerit: tenebit excommunicationis ſentẽtia in eũ pro contumacia ꝓmulgata, niſi agnouerit eum iudex ad audientiam noſtram appellâſſe. Deniquè in fine quæſtionum tuarum quæris, ſi à ciuili iudice ante iudicium vel poſt ad noſtram audiẽtiam fuerit appellatum, an huiuſmodi appellatio teneat. Tenet quidem in his, qui veſtrę ſunt epiſcopali iuriſdictioni ſubiecti: In alijs verò etſi de conſuetudine Eccleſiæ teneat, ſecundùm rigorem iuris tenere non credimus.

Tenere excõmunicationẽ poſt appellationem iuſtè interpoſitam.

Idem Vuigorñ. epiſcopo.
Cap. 8.

CÆterùm cùm aliquam cauſam contigerit tibi, appellatione remota, fuiſſe commiſſam, & aduerſa pars poſt factam citationem iter arripuerit ad ſedem Apoſtolicam veniendi, nihilominùs poteris in negocij cognitione ſecundùm iuris formam procedere, quòd vtiquè ſi ante citationem factam iter arripuerit, non eſt aliquatenùs procedendum.

Idem Vuigorñ. epiſcopo.
Cap. 9.

SVper eo quòd a nobis tua ſolicitudo requiſiuit, vtrùm ſententia pro appellatione, quam ex incidenti quæſtione fieri ſępè contigerit, fuerit ſuſpendenda, licét cauſa fuerit, appellatione remota, cõmiſſa: prudentiæ tuæ duximus reſpondendum, quòd ſi de aliqua exceptione ſuboriatur quæſtio, & exindè appellationem fieri contingat, eidem exceptioni erit meritò ſuperſedendũ: & ſi principalis cauſa ſinè illa terminàri nõ poterit, et nihilominùs ſuperſedeatur. Si autem aduerſa pars de falſi ſuggeſtione in appelationem proruperit, non eſt ſententia propter hoc differenda, ſi in literis commiſſionis, appellationis obſtaculum inhibeatur.

Incidens principali ꝓiudicat.

Idem eidem in eadem. *Cap.* 10.

DE appellationibus quæ in cauſis minimis fiunt, tuam volumus cognitionem tenere, quòd eis, pro qualicunque leui cauſa fiant, nõ minùs in illis, quàm pro maioribus eſt deferendum. Verùm ſi appellantes ſuam contempſerint appellationem, tu ipſos aut appellationem proſequi, vel iudicio tuo ſtare, appellatione remota, diſtrictè compellas.

Idem Senonen Archiepiſcopo.
Cap. 11.

SIcut Romana Eccleſia omniũ Eccleſiarum, diſponente Domino, mater eſt, ità etiàm nos qui eidem Eccleſiæ, licèt immeriti, ſupnæ diſpoſitionis prouidẽtia præſidemus, & prout Dominus nobis miniſtrauerit conſultationibus ſingulorũ cogimur reſpondere, & quæ videntur dubia, Apoſtolicæ circunſpectionis prouidentia declarare. Sanè quæſitum eſt à nobis ex parte tua, vtrũ ſi aliqua cauſa inter aliquos delegatis iudicibus, appellatione remota, committitur, & altera pars literis Apoſtolicæ protectionis munita. quibus eſt ei generaliter indultum, vt liberè ſibi liceat appellare, ſi in vocem appellationis proruperit, eius ſit in eadem cauſa appellationi deferendum. Hoc ergò præſentibus literis inquiſitioni tuæ reſpondemus, quod eius in hac parte appellationi non eſt aliquatenùs deferendum. poſtquàm eſt iudicibus, appellatione remota, cauſa commiſſa, quia ſpeciale mandatũ derogat generali.

Speciale mandatũ derogat generali.

Item eidem in eadem epiſtola.
Cap. 12.

SVper eo ꝙ interdùm iudices delegati ab altera partium, tãquàm ſuſpecti recuſantur, hoc tuæ prudentiæ præſentibus literis innoteſcat, quòd cùm ſacri canones ante & poſt litis deciſionem & in prolatione ſententiæ, & poſt ſententiam ſingulis appellandi facultatem tribuunt, non admittunt aliud remedium præter ſolam appellationem, ſicut leges faciũt ſeculares, quæ appellationem niſi in caſu ante ſententiam non admittunt. Verùm in cauſis Eccleſiaſticis vbi appellationis remediũ tollitur, vtrunq; remediũ denegatur: & ità ſicut appellationi, ità recuſationi non eſt aliquatenùs deferendum. Si autem infra certum tẽporis ſpatium aliquibus committitur lis decidenda, itaque cõtineatur in literis, cauſam poſt ſuſceptionem literarum infra certum terminum terminari debere: extunc terminus incipit, cùm eos quibus literæ delegãtur, eaſdem contigerit literas accepiſſe.

Sublata appellatione, tolli recuſationem.

Idem

Digitized by Google

Idem Cant. Archiepiſcopo.
Cap. 13.

PErnenit ad nos, quòd cùm preſbyter vel alij ſe conquerantur ab aliquibus vulneratos, vel aliter grauiter læſos, & ad probandum quod aſſumunt, plerunquè teſtes producunt, hi qui impetuntur, Apoſtolicã Sedem appellant: ſed appellationem interpoſitam proſequi, vel conſortium hominum deuitare contemnunt. Vndè quia quid faciendum ſit, literis noſtris certiorari deſideras: fraternitati tuæ &c. quatenùs illos qui pro tali cauſa appellant, ſi eorum exceſſus publicus & notorius non ſit, contradictione & appellatione ceſſante, Eccleſiaſtica cenſura compellas, vt infra conuenient tempus ipſam appellationem interpoſitam proſequantur. Si verò exceſſus publicus ſit & notorius, appellationis obtentu, ſi quam ad iniquitatem ſuam fouendam interpoſuerint, nullatenùs prætermittas, quin eos excommunicatos denuncies, ſicut ex ipſa iniectione manuum in clericum, excommunicationis ſententiam incurrerunt, & ipſos ſicut excommunicatos cautiùs facias euitari, donèc paſſis iniuriã ſatisfaciant, & cum literis tuis Apoſtolico conſpectui ſe repræſentent.

Idem Archiepiſcopo Toletano.
Cap. 14.

COnſuluit nos tua fraternitas, vtrùm deferendum ſit appellationibus, quæ ſuper manifeſtis criminibus interponuntur, aut eorum appellationibus qui fruſtratoriæ dilationis cauſa appellant, nec appellationem proſequuntur. Super quo vtiquè conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi quandò aliqui, quos manifeſtum ſit & notorium, uxorem alterius detinere, aut manus violentas inieciſſe in clericum, appellãt, nec appellationem proſequuntur, eorum appellationi non eſt aliquatenùs deferendũ. Sed cùm multa dicantur notoria, quæ non ſunt, prouidere debes, nè, quod dubium eſt, pro notorio videaris habere. Illos autem qui appellant à præſentia tua, cogere debes infra tempus conueniens, appellationem interpoſitam proſequi, aut iudicio tuo, appellatione ceſſante, parére.

In criminibus notorijs non eſt deferẽdũ appellationi.

Idem Rhemenſi Archiepiſcopo. Pars capituli, Cum ſit Romana. *Cap.* 15.

SI in vna cauſa aliquis appellauerit, & pẽdente appellatione, aliquod crimen committat, vel priùs commiſiſſe dicatur, vel modò etiàm accuſetur vel conueniatur de alia re, ſuper qua non ſit appellatum, & illam pferri contingat ad audientiam iudicis, à quo etiàm in alio negocio appellauerit, eum poteſt, ſi voluerit, tanquàm ſuſpectum vitare. Alioquin debet iudicio ſtare illius, à quo appellatum eſt, maximè ſi iudex ſuus ordinarius exiſtat.

Cap. 16.

COnſuluit nos fraternitas tua, vtrùm recuſationes admittere debeas in cauſis, quas abſque remedio appellationis tibi cõmittimus terminandas: Super quo diſcretioni tuæ taliter reſpondemus, quòd licèt ſacræ leges tale remedium admittant, cùm cẽſuræ ſacrorum canonum aliud remedium præter appellationem non admittant, cùm licitum ſit ſecundùm ſtatuta canonum ante litis conteſtationem, & in ipſa litis conteſtatione, & poſt deciſionem cauſæ, ad appellationis remedium conuolare. Ideoq ue remedium recuſationis non debes admittere, ſi quandò cauſas aliquas tibi commiſimus, appellatione remota, terminandas. Veruntamen cognitioni cauſæ quæ vertitur inter B. & nepotem Baldevuini, volumus in præſenti vt ſuperſedeas, quia vtraque pars conſpectui noſtro ſe præſentauit.

Idem Exonieñ. epiſcopo. Pars capituli, Significaſti, ſuprà de poteſtate iudicum.
Cap. 17.

APpellationi, ſi qua ſuper aliquo caſu ab alterutra partium fuerit interpoſita, niſi appelletur ab ipſo, cui cauſa ſit, appellatione remota, commiſſa, cum debita eſt deuotione deferendum.

Idem Lucius III. Vu. Lincolnieñ. epiſcopo.
Cap. 18.

POſtremò præſentibus literis fraternitati tuæ intimamus, quòd ſi aliqua cauſa alicui fuerit delegata, qui conſanguineus illius ſit, qui literas impetrauit, aut in eodem negocio aduocati officio functus, aut ex alia quacunque cauſa ſuſpectus, huiuſmodi delegatus poteſt non immeritò recuſari, quanuis appellatione remota, fuerit negocium delegatum.

Alexander III. Dunelmeñ. epiſcopo.
Cap. 19.

SVggeſtum eſt auribus noſtris, quòd cùm oppreſſi & grauati ad præſidium Sedis Apoſtolicæ recurrunt, & appellatione facta iter arripiunt, aduerſarij eorum, appellationem interpoſitam cognoſcẽtes, nec ad præſentiam noſtrã accedunt, nec pro ſe reſponſalem tranſmittunt. Cùm autem præſenſerint eos rediſſe & literas noſtras reportâſſe, in vocem appellationis prorumpunt, & iter ad nos veniendi arripiunt, vt ſic eorum ſolicitudinem, à quibus impetuntur, eludant. Verùm quoniam nemini debet fraus ſua patrocinari, & falce Apoſtolici moderaminis ſunt reſecanda, quæ in ſe vitium calliditatis & fraudis continere noſcuntur: & nos ſuper hoc conſulenti tibi reſpondemus, quòd ſi

Fraudem nõ patrocinari.

quis

Digitized by Google

quis depræhenſus fuerit hoc ex fraude vel malitia facere, eius appellationi non deferas, neque ob id cauſam tibi commiſſam fine congruo terminare poſtponas: quia decretalem epiſtolam, qua tales videntur muniri, non ad deprimendum cuiuſquam iuſtitiā, ſed ad remouēdum iniuſtum grauamen nos feciſſe cognoſcas.

Idem Cant. Archiepiſcopo & eius ſuffraganeis. Cap. 20.

RElatum eſt auribus noſtris, quòd quidam ſint in prouincia veſtra, qui vxoribus propria authoritate relictis, concubinis adhærere non dubitant, & errorem ſuum ac temeritatem ſuam fouere ac tueri per appellationis obſtaculum nituntur. Quoniam igitur officio noſtræ ſolicitudinis imminet prouidendum, nè appellationis obtentu in ſua malitia perſeuerent: fraternitati veſtræ &c. quatenùs ſi manifeſtum eſt, aliquos de prouincia veſtra vxores ſuas ſinè rationabili cauſa dimiſiſſe, & alijs adhæſiſſe, ſi commoniti vxores ſuas, concubinis abiectis, nō receperint, propter appellationem, ſi quam ad errorem ſuum fouendū interpoſuerunt, non prætermittatis, quin eos ad abijciendas concubinas, & recipiendas vxores ſuas & maritali affectu tractādas, per excommunicationis ſententiam compellatis.

Idem Eboraceñ. Archiepiſcopo & R. preſbytero. Cap. 21.

AD præſentiam noſtram R. presbytero veniente, epiſcopo Tuſculano & P. ſanctæ Suſannæ cardinali, tuam & ipſius cauſam commiſimus audiendam: qui ob excommunicationem tuam, licèt non eſſet excommunicatus de iure, de facto tamen fecerunt eum abſolui. Quia verò quod à fratribus noſtris noſcitur in hac parte conſtitutum, nolumus aliqua ratione mutare: fraternitati veſtræ &c. quatenùs prædictum presbyterum pro eo quòd poſt excommunicationem contra appellationem factam diuina cantauit, nullo modo attentetis inquietare, ſed ad eum ſtatum omni reducatis appellatione ceſſante, in quo erant tempore appellationis ad ſedem Apoſtolicam factæ.

Idem Carnoteñ. Epiſcopo. Cap. 22.

EX literis venerab. fratris noſtri Bathoñ. Epiſcopi, & dilecti filij noſtri Vuelleñ. decani accepimus, quòd cùm cauſam, quæ inter G. clericum præſentium latorem, & abbatiſſam de Helenoſtoue, & H. clericum ſuper quodam beneficio de Eccleſia De Vueſtoñ. ſuſcepiſſent de mandato prædeceſſoris noſtri I. felicis memoriæ terminandam, de ipſa plenius cognouerint, ſed pro deceſſu prædeceſſoris noſtri eam reliquerunt, quanuis appellatione remota eis eſſet commiſſa, indeciſam. Adiecit autem præfatus clericus, quòd perſona abbatiſſæ, vt ſententiam impediret, & eum ampliùs pro ſua voluntate grauaret, ad feſtum beati Petri proximò venturum, vocem appellationis emiſit. Sed ipſe ad feſtum Inuentionis ſanctæ Crucis proximò venturum, terminum coarctauit: infra quem nuncius abbatiſſę clericum ſuum præueniens, ad dilectos filios noſtros abbatem ſancti Albani & Priorem de Denuſtaple, & Archidiaconū Ciceſtreñ. ſuper iā dicta cauſa literas noſtræ commiſſionis impetrauit. Quoniam igitur alienum eſt & ab ordine iuris, vt de dolo vel fraude quilibet commodum reportet: fraternitati tuæ &c. quatenùs literas quas nuncius abbatiſſæ ad prædictos iudices impetrauit, tibi facias exhiberi: & ipſis inſpectis, ſi eas infra terminum appellationi præfixum, ſicut præfatus clericus aſſerit, obtentas fuiſſe cognoueris: eis non obſtantibus, de prędicta cauſa cognoſcas, & auditis quę hincindè propoſita fuerint, & qualiter prædictus epiſcopus & decanus in ea proceſſerunt, cognito, ſublato appellationis remedio, canonicum finem imponere non poſtponas: prouiſurus, vt mandatum noſtrū taliter exequaris, vt ſuper cauſa ea, de qua totiès ſcriptum eſt, vlteriùs ſcribere non cogamur. Si quid autem eidem G. ſuper beneficio ipſo grauaminis irrogatum fuerit, poſtquàm iter arripuit ad ſedem Apoſtolicam veniendi ante ingreſſum principalis cauſæ, contradictione & appellatione ceſſante, prout rectum fuerit, eneruari.

Idem Cantuarien. Archiepiſcopo. Cap. 23.

CVm teneamur conſultationibus ſingulorum, quantùm Dominus miniſtrauerit, reſpondere: tanto gratius volumus tibi reſponſum impendere, quanto perſonam tuā abundantiori diligimus charitate. Quoniam igitur nos conſulere voluiſti, vtrùm ſi eorū qui appellant ad audientiam noſtram, poſſeſſio turbata fuerit, reformare debeas, eo prætermiſſo, de quo appellatio eſt interpoſita, prudentiæ tuæ taliter reſpondemus, ſi exindè ad te querela peruenerit, id ordine iudiciario tibi corrigere licebit.

Idem vniuerſis Eccleſiæ Cant. & eius ſuffraganeis. Cap. 24.

SIgnificauit nobis frater noſter R. Cant. Archiepiſcopus, quòd ſi quandò vos appellatis ad audientiam noſtram vel Archidiaconi veſtri ſuper aliquo certo negocio, Epiſcopatus vel Archidiaconatus veſtros ſub protectione Apoſtolica ponitis ad annum: & infra, nec de præteritis commiſſis, nec de nouis exceſſibus veſtris, nec de ſubditorum veſtrorum delictis permittitis eum cognoſcere, ſed omnem iuſtitiam eius ſuſpenditis, & protinùs euacuatis. Quoniam igitur nobis prouidendum eſt, nè mala impunita

punita ſub appellationis obtentu remaneāt, aut ſubditi veſtri de ſuorum exceſſuum impunitate læten tur: fraternitati veſtræ &c. quatenùs ſi qui veſtrûm epiſcopatus aut archidiaconatus Apoſtolicæ protectioni ſubijciunt, & audientiam noſtram appellant: propter hoc prædictum Archiepiſcopum nullatenùs impedire tenteris, quô minùs de cauſis & de exceſſibus ſubditorum veſtrorũ cognoſcere valeat, & iuxta meritorum qualitatem eos animaduerſione debita punire, aut etiàm exceſſus veſtros perſequi, qui manifeſti ſunt & notorij: his duntaxàt exceptis, ſuper quibus appellatio eſt interpoſita, poſſit dignè corrigere, & quod iniuſtè actum eſt, ad rectitudinis tramitem reuocare.

a. q. 6 Si qs ex pluribus.

Idem Eboraceñ. Archiepiſcopo.

Cap. 25.

DE Priore qui non deferens noſtræ protectioni & appellationi ad ſedem Apoſtolicam factæ, quendam canonicum ſuum fecit veſtibus omnibus ad camiſiam ſpoliari, & eum accuſationi & appellationi renũciare coegit: qui de ſuis & quorundam fratrũ enormitatibus murmurauit: id tuæ ſolicitudini duximus inſinuandum, vt rei veritate diligenter inquiſita, ſi inueneris quòd pro euitanda diſciplina prædictus canonicus appellauit, eidem Priori propterea nullam pœnam infligere debes: quoniam ſacroſancta Romana Eccleſia huiuſmodi appellationem non conſueuit admittere, nè monachis vel canonicis regularibus præberetur audacia delinquendi. Cæterùm ſi præfatus canonicus Priorem propter ſuas enormitates manifeſtas, quæ ipſum notabilem redderent, ad Apoſtolicam Sedem appellauit, & ſi ipſe tali appellationi deferre noluerat, eum cum literis tuis rei veritatem continentibus, de tanto exceſſu ſatisfacturum, ad ſedẽ Apoſtolicam venire compellas, & eius in tali malitia complicibus talem pœnam infligas, ꝙ cæteri audientes, ſimilia non audeant perpetrare.

Pœna nõ deferentis appellationi legitimæ.

Idem Exonieñ. Epiſcopo & Ciceſtreñ. decano.

Cap. 26.

AD audiẽtiam noſtram peruenit, quòd R. presbyter de Curkei, & Vu. clericus de Ciceſtre, decimas de * Beinoſa, quas idem Vu. multorum virorũ teſtimonio probare dicitur, ad ſe & ad Capellam ſuam rationabiliter pertinere, violenter auferre conatur. Vnde cùm Vu. propter hoc ad audiẽtiam noſtram appellàſſet, prędictus R. authoritate ſedis Apoſtolicæ contempta, ad audiẽtiam domini regia appellauit. Verùm quoniam nemini licet ſuper rebus ſpiritualibus ad ſecularem iudicem appellare, ſi verum eſt quòd prædictus R. enormiter & immoderatè deliquit, nec delictum huiuſmodi debet inultum aut impunitum relinqui: diſcretioni veſtræ &c. quatenùs vtranque partem ante præſentiam veſtram conuocantes, rem ſolicitè & diligenter inquiratis: & ſi ità eſſe inueneritis, præfatum R. ab omni Eccleſiaſtico beneficio (appellatione remota) & officio ſuſpendatis, & ad præſentiam noſtram cum literis veſtris, rei veritatem continentibus, ſuſpenſum mittatis, & prædictas decimas prædictu Vu. præcipiatis ſinè moleſtia & contradictione reſtitui.

Pœna clerici ad iudicem ſecularẽ in ſpiritualibus appellantis.

Idem Ianueñ. Epiſcopo.

Cap. 27.

CVm inter alios præminemus &c. Quoniam fraternitas tuas nos conſulere voluit, vtrùm epiſcopus parochianum ſuum, publica fama eum accuſante, ad purgationẽ cogere poſſit: conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi de aliquo crimine publica laborat infamia, accuſatore & teſtibus deficientibus, ad purgationem per diœceſianum epiſcopum eſt compellendus: niſi fortè ſuper ipſa ad ſuperiorem iudicem duxerit appellandum. Sanè ſi appellauerit, eius iudicio apparebit, ad cuius examen cauſa per appellationem refertur. Quatenùs verò inimicitia vel contrarietate aliquis parochianus iudicio diœceſiani epiſcopi extimatur, quia nos conſulere voluiſti, duximus reſpondendum, ꝙ non ſolùm pro inimicitia, ſed etiàm pro manifeſta cauſa ſuſpicionis, poteſt ſui Epiſcopi iudicium euitare, & ad ſuperiorem iudicem recurrere, cùm nullus à ſuſpecto iudice debeat iudicari.

Idem Zamorenſi Epiſcopo.

Cap. 28.

CVm parati eſſemus petitiones tuas, quas nobis per nuncium tuum porrexiſti, benignè ſuſcipere & efficaciter exaudire: dilectus frater noſter, Hyacinthus ſcilicet in Coſmedin diaconus Cardinalis, olim Apoſtolicæ ſedis legatus, conſtanti nobis aſſertione propoſuit, quòd cùm te ad ſynodum ſuam vocaſſet, & ad eius vocationem contẽpſiſſes accedere, in perſonam tuam excommunicationis ſententiam promulgauit: poſt cuius excommunicationem, qui vice noſtra fungebatur, te feciſti in epiſcopum conſecrari. Cumque dilectus filius noſter Martinus canonicus Beat. Iacobi firmiter aſſeueraret, quòd in legatione regis eſſes, & nõ potuiſſes ad vocationẽ prædicti Cardinalis accedere, Cardinalis econtrà aſſeruit, quòd nõ in legatione regis, ſed in Salamantina eccleſia te nuncius ſuus inueniſſet, tibique dixiſſet, quòd non in alia eccleſias eſſes * quæſiturus. Et cùm iterùm ex parte tua fuiſſet propoſitum, quòd venerabilis N. Archidiaconus Prædanus appellauit, tuam etiàm appellationem interpoſuiſſes, Cardinalis adiecit, quòd appellatio illa te tueri in parte illa non potuit, quin ad illius vocationem accedere tenereris. Nos verò attendentes, quomodò te non decet contemnere, obtentu appellationis, ad vocationem Cardinalis venire: fraternitatẽ tuam monemus, mandan-

tes

tes atque præcipientes, quatenùs vel in propria perſona, vel per idoneos nuncios Apoſtolico conſpectui te præſentes, innocentiam & immunitatem tuam, ſi poteris, oſtẽſurus.

Idem R. Cant. Archiepiſcopo.
Cap. 29.

PRæterea de his qui iuramentum præſtant, quòd ſtabunt iudicio Eccleſiæ, & poſteà præſtito iuramento appellant: id tua ſolicitudo prouideat, vt eos ſeruare quod iurant, vel infra 40. dies poſt appellationem interpoſitam iter arripere ad ipſam proſequendam compellas.

Idem eidem. *Cap.* 30.

REllatum eſt auribus noſtris, q̀ ſi quandò Epiſcopi ſuffraganei tui vel archidiaconi prouinciæ tuæ ſuper aliquo certo negocio ad audientiam noſtram appellant, epiſcopatus & archidiaconus ſuos noſtræ & Romanæ Eccleſiæ ſubijciunt. & cùm appellant, ad annum interim de ſuis vel ſuorum ſubditorum exceſſibus cognoſcere non permittunt, ſed omnem iuſtitiam tibi euacuãt & ſuſpendunt. Volentes igitur paſtorali ſolicitudine prouidere, nè appellationis obtentu detur eis audacia grauiora committendi, authoritate Apoſtolica tibi duximus reſpondendum, quòd ſi præfati epiſcopi & archidiaconi, quandò appellauerint ad audientiam noſtram, & Epiſcopatus & archidiaconatus ſuos ſub protectione Apoſtolica poſuerint, pro eorum appellatione nullatenùs prætermittas, quin de cauſis & de exceſſibus ſubditorum ſuorum, & de ſuis proprijs exceſſibus ſi qui manifeſti ſint & notorij, his duntaxàt exceptis, ſuper quibus appellatum eſt, cognoſcere poſſis, & ſuper his ſtatuere, quod ſecundùm iuſtitiam videris ſtatuendum.

Appellantẽ, in eo ſolo tutũ, de quo appellauit.

Idem Vuinton. Epiſcopo.
Cap. 31.

SVper eo verò, quòd à nobis tua quærendum duxit diſcretio, vtrùm videlicet propter incidentem quæſtionem ſub qua fuerit appellatum, tota principalis cauſa, quæ cõmiſſa eſt iudici, appellatione remota, terminanda, debeat indeciſa relinqui: inquiſitioni tuæ duximus reſpondẽdum, quòd ſi quęſtio incidens talis fuerit, quòd ſinè ea principalis cauſa non poſſit terminari, propter interpoſitum appellationis obſtaculum, totius cauſæ cognitioni debet de iure deferri, donèc ſuperior iudex, ad quem ſuper prædicta quæſtione eſt appellatum, aliter de tota cauſa diſponat.

Idem Cant. Archiepiſcopo.
Cap. 32.

SIgnificauerunt nobis dilecti filij N. Prior & canonici ſanctæ *Frides vuihæ, quòd ſuper cauſa quæ inter eos & canonicos de Oſenia, de Eccleſia ſanctæ Mariæ Magdalenæ vertitur, de mandato noſtro coram venerabil. fratr. noſtr. Exonieñ. & Ciſtreñ. Epiſcopis tractaretur, & ad audientiam noſtrã appellaſſent, ijdem epiſcopi canonicos de Oſenia in poſſeſſionem ipſius eccleſiæ, cauſa rei ſeruandæ iudicauerunt induci: & poſtmodùm ijdem Epiſcopi literas commiſſionis noſtræ, quas ſuper cauſa ipſa receperant, diligentiùs intuentes, & videntes appellationem alterutri partium in eiſdem literis non fuiſſe inhibitam: quæſtione facta à Xeneforden. archidiacono, mandauerunt vt omnia in eodem ſtatu ſeruaret, in quo tẽpore factæ appellationis fuiſſe dinoſcitur. Interim verò canonici de *Oſeneia, in præſcriptam eccleſiam irruerunt, & ibi manere volentes, à miniſtris ſanctæ *Frides vuerichę eiecti fuerunt. Deindè canonici de *Oleneia, ad Lundeñ. & Vuigorñ. Epiſcopos literas noſtras impetrauerunt, cõtinentes quòd à poſſeſſione ipſius eccleſiæ fuiſſent violenter eiecti, eis poſſeſſio redderetur: & ſicut vtraque pars eorum conſpectui ſe præſentaſſet, præfatus Prior ſanctæ *Frides vuichę, quoniam literæ ante terminum appellationi præfixum, ſicut aiebat, per ſurreptionem fuerunt impetratæ ad audientiam noſtram iterùm appellauit. Sed Londoñ. Epiſcopus appellationi non deferens, canonicos de *Oſenia, in poſſeſſionem eiuſdem eccleſiæ fecit induci. Indè eſt quòd fraternitati tuæ &c. quatenùs ſiue in literis noſtræ commiſſionis, prędictis Exonieñ. &* Ciceſtrenſi Epiſcopis factæ, ſiue ex aſſertione ipſorum epiſcoporum, aut etiàm aliàs legitimè conſtiterit, in prędictis literis appellationem inhibitam non fuiſſe, quicquid poſt appellationem ab eis Epiſcopis ad nos interpoſitam, in cauſa ipſa innouatum eſt aut mutatum, in eo ſtatu facias, appellatione ceſſante, reduci in quo tempore appellationis factæ noſcitur fuiſſe, non obſtantibus literis, neq; Lundeñ. neque Vuigornieñ. epiſcopis poſteà directis, ſi ante terminum appellationi prępxum, aut etiàm in termino fuerint, tacita veritate, impetratę. Non enim fuerunt violenter à poſſeſſione eiecti, ſi volentes intrare, ſunt in continenti reiecti, cùm liceat omnibus vim vi in continenti tantùm repellere, & ab eorum violentia iura tueri. Deindè verò vtraque parte ante præſentiam tuam conuocata, cauſam ipſam diligentiùs audias, & eam ſublato appellationis remedio termines.

Non deijcitur, qui volẽs per ingredi, vi repellitur in cõtinenti.

QVIS SEV QVANDO NON
Auditur Appellans.

Laicus detinens decimas.
Intruſor.
Adhærens concubinæ, relicta vxore.

Quotiès ſub prætextu appellationis, adulterium vel aliud crimen dinoſcitur faciendum.

Si appellauerit quis, & infra terminũ appellationi præfixum, non fuerit appellationem proſecutus, cogetur ſtare iudicio eius à quo appellauit.

Si notorium fuerit, aliquem inieciſſe manus violentas in clericum.

Hęc gloſſæ, nõ textus inſtar, autographo inerant, eaq; de cauſa & hic ità habẽtur.

Religioſus, caſtigatus aut caſtigandus à prælato ſuo, appellans, nè corrigatur ſecūdùm regulam ſuā.

Appellans metu literarum, quas ſcit impetratas ab aduerſario ante citationem.

Ante litis ingreſſum appellans.

Excommunicatus, præſtito iuramento abſolutus, ſi ſtatim appellauerit, antequàm mādatū ſuſceperit, & ſuſceptum, ſecundùm poſſe ſuum non fuerit proſecutus, non auditur appellans.

Inſtitutus in eccleſia, dicens ſe velle ibi reſidere & curam eius gerere, poſtmodùm abſentans ſe ſinè cauſa rationabili, priuatusque beneficio, non auditur appellans.

Si tibi habenti alios redditus prima vacans conceſſa fuerit, & cùm vacauerit, appelles, nè alius inſtituatur, non audieris.

Si diſpoſitio alicuius eccleſiæ ſpectet ad capitulum, & non diſpoſuerit infra terminum præfinitū, epiſcopus appellatione ceſſante diſponere poterit: ſic & econuerſo.

Si interpoſuiſti generalem appellationem ab omni grauamine, non auditur appellans.

A delegato, qui delegauit, reſeruata ſibi definitiua ſententia, appellare non poteſt.

Pars xj.

VT ACTOR RESPONDEAT ei quem conuenit.

Idem Vuolterano Archiepiſcopo. Cap. 1.

EX literis veſtris accepimus, quòd dilecti filij noſtri abbas & fratres Maturienſis monaſterij, ſuper quæſtionibus quas plebanus & clerici Maturieñ. aduerſùs eos proponunt, veſtrum parati fuerint grauamen ſubire, ſi illi in continenti de ſuis quæſtionibus * debent reſpondere. Vndè quoniam indignum penitùs & abſurdum videtur, vt memorati plebanus & clerici, abbati & fratribus de his q̃ aduerſùs eos proponunt, reſpondere non debeāt, cùm ſibi exindè iuſtitiam poſtulant exhiberi: diſcretioni tuæ &c. quatenùs actione clericorum & plebani propoſita, & reſponſione facta, eos moneatis authoritate noſtra & diſtrictiùs compellatis, memoratis abbati & fratribus ſuper quæſtionibus ſuis coram vobis reſpondere, & vos viciſsim poſtmodùm rationes & allegationes partis vtriuſque diligentiùs audiatis & concordia vel iudicio, terminetis.

* velleut

Actorem reo, quem conuenit ſuper alijs negocijs, in eodem iudicio reſpondere debere.

Idem decano & clericis Maturien. Cap. 2.

MIramur plurimùm & mouemur, q̄ cùm cauſam quæ inter vos & dilectos fratres Abbatem & fratres Maturienſis monaſterij vertitur, dilectis filijs noſtris archidiacono Vuolterano & abbati de Spōgia commiſiſſemus fine debito terminandam, & abbas & fratres parati eſſent iudicium illorū ſubire, ſi vos eis ſuper quæſtionibus, quas aduerſùs vos proponunt, deberetis reſpondere in continenti, ſicut ijdem iudices nobis literis ſuis intimauerunt, id efficere noluiſtis. Vndè quia rationis ordo hoc exigit, vt ſi quis ſibi vult ab aliquo iuſtitiam exhiberi, ei non debet quod iuſtum eſt, denegare, fraternitatem veſtrā & &c. quatenùs accuſatione ipſa, quàm aduerſùs prædictos abbatem & fratres intenditis, propoſita, & reſponſione facta eidem abbati & fratribus coram prædictis iudicibus in continenti reſpondeatis: vt cauſa veſtra & ipſorum viciſsim poſtmodùm audiri debeat & terminari. Nos enim eiſdem iudicibus dedimus in mandatis, vt vos ad id faciendum inſtanter moneant, & authoritate noſtra diſtrictè compellant.

Pars 12.

¶ DE EO QVI CONSANGVINEAM vxoris ſuæ, vel ſponſam patris ſui, vel conſanguineam ſponſæ propriæ cognouit.

Idem Vuigoren. Epiſcopo. Cap. 1.

SI quis parochianorum tuorum, matrem fortè vel ſororem, vel filiam vxoris ſuę carnaliter cognouerit, & hoc publicum & manifeſtum fuerit: ab ea penitùs eſt ſeparandus, & vterque illorum, ſ. tam mœchus quàm mœcha, debet ſinè ſpe coniugij perpetuò permanere. Si autem hoc ſecretum & occultum fuerit, pœnitentiam de commiſſo debet accipere, & vxori ſuæ infra tempus pœnitentiæ vel extra, debitum, ſi exegerit, ſoluere. Sanè ſi aliquam vxoris ſuæ conſanguineam, quæ illi in tertio gradu vel deincèps contingat, carnali commixtione cognouerit, non eſt propterà diuortium inter eos celebrandum: ſed delinquenti, ſecundùm qualitatem perſonę & criminis, eſt pœnitentia iniungenda.

27. q. 2. Qui dormit.

Idem. Cap. 2.

FRaternitatis tuæ literas ſuſcepimus, ex quarum tenore perpendimus, quòd quidam parochianus tuus A. nomine, cùm eſſet perfectæ ætatis, quandam puellam in cunabulis deſponſauit. Procedente verò tempore idem A. matrem puellæ cognouit, & eam in vxorem duxit. Vndè quia dubitas an huiuſmodi matrimonium ſtare debeat, exindè à nobis conſilium poſtulāſti. Super quo fraternitati tuæ duximus reſpondendum, quòd ſi memoratus vir matrem præfatæ puellæ, antequàm puella illa annum ſeptimū impleſſet, accepit in vxorem: matrimonium non diſſoluas, ſed eundem virum præfatam mulierē ſicut vxorem liberè tenere permittas, cùm huiuſmodi diſpenſationes nullæ ſint, quæ in cunabulis factæ ſunt. Verùm ſi poſtquàm præfata puella ſeptimum annū compleuit, prædictus vir matrem eius accepit in vxorem, cùm extunc ſponſalia placere cōſueuerint, inter eos ſententiam diuortij non differas promulgare, nec ipſum filiam ſuæ matrem in vxorem habere permittas.

Idem

Idem Tullieñ. Epiſcopo.

Cap. 3.

PRæſentium lator P. cum literis tuæ fraternitatis ad præſentiam noſtram acceſſit, ex quarum tenore innotuit, quòd pater eius quandam iuuenculam ſibi deſponſauit, ipſumque tempus vt illam adduceret, deſtinauit. Sed ipſe diabolico inſtinctu ſponſam patris ſui, licèt vxoratus, carnali commixtione corrupit. Cumq; patratum ſcelus ambo celarent, pater ignarus commiſſi ſceleris, ad ſponſam ſuam ſecundùm morem acceſſit. Tum is de diuina miſeratione compunctus, ad præſentiam veſtram acceſſit: & crimen quod illicitè commiſerat, humiliter eſt confeſſus. Mulier verò interrogata, priùs negauit: ſed poſteà diſcuſſione cautius facta, eandem culpam confeſſione propria patefecit. Quod cùm patri eius innotuiſſet, vehementi dolore commotus, ad te pro conſilio venit. Conſtitutis igitur in facie Eccleſiæ tribus prædictis, licèt clerici tui abundarēt ſenſu, diuerſi diuerſa dantes conſilia: vnum tamen omnium conſilium fuit, vt ſuper inſtāti periculo in cauſa tam difficili Apoſtolicū oraculum adirent. Indicta itaque patri continentia & vxori ſuæ, filium pœnitentem cū literis tuis, rei veritatem confeſſum, ad præſentiam noſtram curâſti deſtinare, quatenus tibi formam præſcribi, quam in ſimilibus, ſi fortè aliquid tale per diabolicam cooperationem emerſerit, deceat obſeruari: & quam eis debeas ſatisfactionem imponere, ſcripto noſtro poſtulas edoceri. Tuæ igitur inquiſitioni reſpondentes, præſentium tibi ſignificatione mandamus, quòd ſi pater eius poſtquàm rei conſcius fuit, vxorem ſuam carnaliter non cognouit, de priore commixtione leue aut nullum peccatum incurrit: ei tamen viuenti, vel alij, ea viuente, non poterit copulari. Cæterùm ſi ſciens facinus, carnaliter eidem mulieri adheſerit, ei ſeptennis pœnitentia indicatur: nec illi, nec alij carnaliter de rigore commiſceri valebit. Mulieri quoquè perpetuam continentiam & quatuordecim annorum pœnitentiam duximus imponendam. Lator autem præſentium totidem annis pœniteat. Ab vxore tamen legitima, quam priùs habuerat, niſi de communi conſenſu, nullatenùs ſeparetur.

De rigore. Ea diſpēſatione tñ ab vxore debitū exiget, cū occultū fuerit delictum.

Idem Pictaueñ. Epiſcopo.

Cap. 4.

VEniens ad nos lator præſentium P. nobis fraternitatis tuæ literas reportauit: ex quarum tenore perpendimus, quòd cùm quandam vxorem duxiſſet, quidam diſſuaſerunt ei per menſem, quo eam duxerat, carnaliter cognoſcere. Contigit autem, ſicut dixit, quòd pater iuſſit vxorem ſuam quæ mater erat ſponſæ, in lecto huius iacere: quam, diabolo ſuadente, cognouit: tranſacto verò menſe, tam pater quàm alij propinqui coegerunt, vt matrimonium cum ſponſa ſua conſummaret: quod facere noluit, donèc tecum ſuper hoc loqueretur. Tu verò audita eius confeſſione, ipſum cum literis tuis ad ſedem Apoſtolicam tranſmiſiſti. Tuæ igitur inquiſitioni taliter reſpondemus, quòd ſi occultum eſſet huius delictum, non poſſet reſcindere matrimonium, quod publicè cōtraxiſſet. Verùm ſi publicum eſt, quòd matri ſponſæ carnaliter adhæſit, imponēda eſt pœnitentia paulò maior quàm de adulterio: & exinde peracta pœnitentia vel parte pœnitentiæ, poterit ex diſpenſatione cum alia matrimonium contrahere, & illa alij nubere. Cæterùm ſi ſponſam cognouerit antequā matrem vel poſt nunquàm poterit eam vel aliam in vxorem accipere.

Idem B. Exonien. Epiſcopo.

Cap. 5.

VEniens ad præſentiam noſtram R. lator præſentium, ſua nobis aſſertione monſtrauit, quòd cùm quandam mulierem cognouiſſet, poſteà ſciens conſobrinam eius auſu temerario in vxorem accepit. & infrà: Si publicum & notorium fuerit, & eam quam priùs cognouit, vxoris ſuæ conſobrinam eſſe conſtiterit, aut alij compâtent qui hoc velint vel poſſint legitimè comprobare, ipſum religionem intrare commoneas & inducas. Si autem eum ad hoc inducere non poteris, ei de tanto delicto dignam pœnitentiam imponas, & ipſum ab vtraque muliere remoueas, & ſinè coniugio perpetuò manere præcipias. Quòd ſi delictum eius occultum eſſe recognoſcis, ipſum cum vxore quam in facie Eccleſiæ duxit, morari permittas, & eidem de commiſſo condignā pœnitentiam imponas.

Sed hoc de rigore, illud ex diſpenſatione.

Idem Burdegalen. epiſcopo. Pars capituli, Conſuluit. ſupra de ſponſ.

Cap. 6.

SVper eo quòd quendam iuuenem aſſeris puellam nondùm nubilem, fide interpoſita, iuràſſe: quæ dum facta nubilis, virum repetit: & ille excipit, dicens eam non ſe debere ducere, pro eo quòd poſtquàm eam affidauit, carnaliter propinquam eius cognouit: inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi manifeſtum eſt, eundem iuuenem cognouiſſe propinquam iam dictæ puellę: aut ſi manifeſtum non eſt, & id fama loci habet, cùm ſponſio tantùm eſſet de futuro, idem iuuenis poteſt & debet à puella abſolui.

Idem Exonien. Epiſcopo.

Cap. 7.

SVper eo quod à nobis tua ſolicitudo requiſiuit, vtrùm ille qui priùs cognouerat matrem ſiue ſororem eius, quam poſteà duxit in vxorem teneatur ei carnaliter debitum ſoluere, & ab ea non poſſit exigere: quod etiàm conſilium dandum ſit

ei, qui hoc ſecretiùs confitetur, cùm probari non poſſit, nec ipſe velit vllatenùs continere: tuę petitioni duximus reſpondẽdum, quòd attentiùs eſt monendus, vt vxorem ſuam laboret inducere ad cõtinentiam ſeruandam: vt ſi illa continere voluerit, continentiam ſimul obſeruent. Si autem ad hoc induci non poſſit, & vir debitum ſoluat, & de commiſſo pœnitentiam agat. In hoc verò caſu cùm aliquis poſt contractum matrimonium, vxoris ſuę ſiue matrem ſiue ſororem cognoſcit, idipſum quod in priori, ſeruetur.

Item Eugenius tertius Sed presbytero. Cap. 8.

In dubijs quid tenẽdum.

IVuenis ille qui puellam nondùm ſeptẽnem duxit, quamuis ætas repugnaret, ex humana tamen fragilitate tentauit quod complere nõ potuit. Quia igitur in his quæ dubia ſunt, quod certius æſtimamus, tenere debemus, tum propter honeſtatem Eccleſiæ, quia ipſa ipſius cõiunx eſſe dicitur, tum propter prædictam dubitationem: mandamus tibi, vt cõſobrinam ipſius puellæ, quam poſtmodùm duxit, ab eo diuidas.

PARS 13. ¶ *DE RELIGIOSIS VIRIS, DECIMAS ex priuilegio non præſtantibus & de priuilegio abutentibus.*

Item Alexander tertius canonicis regularibus & monachis Eboracenſis Eccleſię. Cap. 1.

Ephe. 5.a
Col 3.a

AVaritiæ, quæ eſt idolorum ſeruitus, radicem extirpare debent, qui ſeculi vanitatibus renunciantes, Domino elegerũt in religionis habitu militare. Intelleximus autem, quòd in eccleſijs veſtris, de quibus certas penſiones conſueuiſtis percipere portiones vel aliquos redditus minorâſtis, quos in illis ante tempora venerabilis fratris noſtri Eboraceñ. Archiepiſcopi Apoſtolicæ ſedis legati, etiàm poſtquàm eſt Archiepiſcopatum adeptus, clerici habuerunt. Vndè quoniam hoc ex radice auaritiæ proceſſit & cupiditatis, quam debetis modis omnibus deuitare: fraternitati veſtræ &c. quatenùs ſi quas portiones vel antiquos redditus clericorum indebitè & ſinè conſenſu & auxilio prædicti Archiepiſcopi, poſtquàm ipſe Archiepiſcopatum habuit, in miniſtris vel per parochias diuiſiſtis, eas ad integritatem priſtinam reuocetis, & indè rationabiles & antiquas penſiones clericorum qui debent altaribus deſeruire, integras eis & illibatas ſeruetis, & eccleſijs de quibus certas penſiones ſoliti eſtis percipere, partitiones vel antiquos redditus, quos in illis clerici ante tempora ipſius Archiepiſcopi, & poſtquàm adeptus eſt Archiepiſcopatum, habuerint, nullatenùs præſumptione temeraria minuatis, nec parochias eccleſiarum authoritate veſtra diuidere vllatenùs præſumatis.

Idem monachis. Cap. 2.

DIlecti filij noſtri abbas & fratres ſanctæ Crucis, tranſmiſſa nobis conqueſtione demonſtrauerunt, quòd prædia de quibus decimas & in magna parte ſuſtentationem habere conſueuerunt, conduxiſtis & recepiſtis ad firmã. Vndè quoniam ijdem fratres ex hoc immoderatè & enormiter grauantur, nec ſuit intentionis anteceſſorum noſtrorum, vt de poſſeſſionibus quas conducitis, decimas non deberetis perſoluere: diſcretioni veſtræ per &c. quatenùs eiſdem fratribus de prædijs quæcunque conduxiſtis in parochijs ſuis, de quibus * conſueuiſtis decimas percipere, plenariè perſoluatis, for. *conſueuerũt. vel cum ipſis tam pacificè & amicabiliter cõueniatis, quòd nulla debeant inter vos ſcandali mala ſuſcitari, & nè vos videamini vltrà quàm vobis indultum eſt, manus extẽdere.

Idem Eboraceñ. Archiepiſcopo. Cap. 3.

FRaternitatem tuã ſcire volumus & firmiter tenere, ꝙ vt te ex charitatis feruore ob multiplicia tuæ deuotionis gratiſſimæ obſequia nobis frequenter impenſa, diligimus, ità & aliquandò tibi negare nolumus, quod cuilibet fratrum noſtrorum concedere debemus. Super eo quod de compellendis monachis albis & nigris, & canonicis regularibus ad ſoluendas decimas de terris cõductis, quas habent ad terminum vel ad firmam, à nobis tua diſcretio poſtulauit, te vel quemlibet alium audire & exaudire, nulla ratione poſſumus, niſi manifeſtè vellemus obuiare iuſtitiæ, & prædeceſſorum inſtitutis contraire, nè videamur religionem perſequi: quàm ſi fortè non habemus in nobis, in alijs diligere & fouere tenemur. Cautum ſiquidem in ſcriptis prædeceſſorum noſtrorum Romañ. pontificum habetur, quòd religioſi viri ab exactione decimarum de laboribus quos proprijs manibus vel ſumptibus colunt, & de nutrimentis animaliũ ſuorum prorsùs erunt immunes. Sed piæ record. Adrianus Papa prædeceſſor noſter labores in noualia pro ſua volontate conuertit. Illud etiàm debet nos à tuæ petitionis effectu retrahere, quòd in veteri teſtamento non vſquàm legiſſe recolimus, vt Leuitæ Leuitis decimas perſoluerint: immò ſicut tua diſcretio non ignorat, non ambigimus eſſe ſtatutũ, vt eccleſijs illis decimas perſoluant, vbi Eccleſiaſtica ſacramenta percipiunt. Vndè Apoſtolus: Non eſt magnum ſi metimus temporalia, vbi ſpiritualia ſeminauimus. 1.Cor.9.b Non graue tibi ſit, ſicut eſſe non debet, ſi ratione diuinæ ſcripturæ & honeſtate noſtra penſata, petitionem illam, quantumcunquè

te di-

te diligamus, & ſicut chatiſſimum fratrem noſtrum defendentes, non duximus admittendam. In nullo patereris repulſam, quod ſecundùm iuſtitiam fieri à nobis poſtulares.

Idem Cap. 4.

SVggeſtum eſt nobis ex parte tua, quòd abbas & fratres de * Vrſiuñ. decimas auferre conantur, & alia damna & grauamina vobis irrogare non ceſſant. Quia non decet honeſtatem veſtram ſiue religionem monaſticam litibus & contentionibus intendere, diſcretioni veſtræ per A. S. monendo conſulimus & hortamur, quatenùs cum prædicto abbate & fratribus ſuper decimis ipſis & alijs, vndè inter vos eſt controuerſia, pacificè conueniatis, nè pro huiuſmodi contentionibus fama veſtræ religionis valeat denigrari. Nam quandò ordini veſtro Romana Eccleſia priuilegia de decimis dederat, domus veſtræ ità erant raræ, quòd exindè nulli poterat de iure ſcandalum ſuboriri. Sed per gratiam Dei nunc ſunt intantùm augmentatæ, & poſſeſſionibus ditatæ, quòd multi viri eccleſiaſtici de confinibus veſtris apud nos querelam ſæpè deponunt.

Idem Trecenſi Epiſcopo.

Cap. 5.

EX parte fraternitatis tuæ ad audiẽtiam noſtram noueris perueniſſe, quòd albi monachi & nigri, & quidam alij viri religioſi, eccleſias tuæ iuriſdictionis redditibus decimarum ſpoliare præſumunt, occaſione priuilegiorum quę ſibi Romana indulſit Eccleſia. Sanè tuam nolumus latére prudentiam, quòd ſanctæ memoriæ prædeceſſores noſtri ferè omnibus religioſis decimas laborum ſuorum conceſſerunt. Sed bonæ memoriæ prædeceſſor noſter Adrianus, ſolis fratribus * Ciſtreñ. ordinis, & Templarijs & Hoſpitalarijs, decimas laborum ſuorum indulſit, Cæteris verò, vt de noualibus ſuis, quæ proprijs manibus & ſumptibus axcolunt, & de nutrimentis animalium & de hortis ſuis decimas non perſoluant, conceſſit. Quem ſuper his imitati ſumus, quatenùs hi quibus indultæ ſunt decimæ de noualibus ſuis & de nutrimentis animalium ſuorum & de hortis ſuis, hac occaſione decimas de alijs eccleſiæ ſuæ rebus non debent nec poſſunt ſubtrahere, vel ſibi vlteriùs aliquid vendicare.

for. * Ciſtertieñ.

*Idem & fratribus * Ramenſis eccleſia.*

Cap. 6.

LIcèt de benignitate ſedis Apoſtolicæ vobis ſit indultum, vt de laboribus veſtris quos proprijs manibus vel ſumptibus colitis, nemini decimas ſoluere teneamini: propter hoc tamen non eſt vobis licitum, cuilibet decimas de terris illis ſubtrahere, quas alijs traditis ad colendum. Relatum eſt ſiquidem auribus noſtris, quòd cùm terras quaſdam, quas in decimatione dilecti filij noſtri theſaurarij Senoñ. habetis, detis ruſticis excolẽdas, & ei exindè decimas, ſicut debetis, non ſoluitis, nec facitis à ruſticis ipſis exolui. Quoniam igitur quantò arctiùs viuitis, tanto tardiùs debetis efficere vos quæ ſunt honeſtati contraria vel obuia rationi, aut ex quibus priuilegiorum veſtrorum tenorem tranſgredi videamini, cùm priuilegium mereantur amittere, qui conceſſa ſibi abutuntur poteſtate: fraternitati veſtræ &c. quatenùs de terris illis, quas in decimatione prædicti theſaurarij proprijs manibus non colitis, ſed ruſticis traditis excolendas, decimas vobis viurpare nullatenùs præſumatis: ſed eas imprimis eidem theſaurario faciatis cum omni integritate perſolui, ſcituri pro certo, quòd ſi præceptum noſtrum contempſeritis, nos venerabili F. noſtro Senoñ. Archiepiſcopo dedimus in mandatis, vt ruſticos quibus in decimatione præfati theſaurarij terras dederitis excolendas, ad ſoluendas indè decimas eidem theſaurario, appellatione ceſſante, diſtrictè compellat.

Item ex priuilegio Alexandri Papæ.

Cap. 7.

SAnè laborum veſtrorum, quos proprijs manibus vel ſumptibus excolitis, ſiue de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus omninò clericus vel laicus à vobis decimas exigere præſumat. Hoc etiàm idem ex priuilegijs alijs aliorum Romañ. Ponticum.

Idem Conentreñ. epiſcopo & officialibus eius.

Cap. 8.

AD audientiam noſtram nouaritis perueniſſa, quòd quidam veſtratium à dilectis filijs noſtris abbate & fratribus de * Pipennella, qui ſunt * Ciſtrenſis ordinis, de laboribus quos proprijs manibus aut ſumptibus excolunt, decimas exigere & extorquere conantur, illud priuilegij capitulum ſedis Apoſtolicæ praua interpretationa ac malitioſè peruertentes, quo eiſdem fratribus indulgetur, nè de laboribus quos proprijs manibus & ſumptibus excolunt, aliquis ab eis decimas exigere audaat. Aſſarunt enim quòd pro laboribus noualia intelligi debent. Verùm quoniam fratres præſcripti ordinis benignitate Apoſtolica fouere debemus, & nè vllus contra eos materiam habeat malignandi, vel ipſos contra iuſtitiá quantumlibet moleſtandi, attentiùs prouidare: tuæ venarabilitati &c. quatenùs à præſcriptis fratribus de laboribus ſuis quos proprijs manibus aut ſumptibus excolunt, nullatenùs decimas exigatis, nec à parochianis veſtris exigi permittatis, vel quolibet modo extorqueri. Nam ſi tantùm de noualibus intellexemus, vbi ponimus, de laboribus, poneremus de noualibus, ſicut in priuilegijs quorundam aliorum præſumimus.

* Pipe vel la

* Ciſtertieñ.

Item

Item Gregorius. Cap. 9.

STatuimus vt monaſteria ex ſuis prædijs nullo modo decimas ſoluere cogantur. Quia ſi legitimè dādæ ſunt, orphanis & peregrinis dandæ ſunt. Indignum eſt enim vt à clericis exigantur, qui propter eum cuius ſunt decimę, paupetes efficiuntur. Nam ſi paupetes Domini ſunt, pauperum hæreditas pauperibus eius eroganda eſt, illis videlicet, qui propter amorem illius quæ poterant poſſidere, dimittunt: eumque nudi ſequentes, poteſtati alterius ſe ſubmittunt.

Item Adrianus Papa.

Cap. 10.

NObis in eminenti ſpecula, diſponente Domino conſtitutis, ſi cunctarum iura eccleſiarum integrè non debeant & illibata ſeruari, locum beati Petri Apoſtolorū principis inutiliter obtinere, & iuxta nobis commiſſæ diſpenſationis officium negligēter agere videmur. Sic enim Eccleſiæ Dei, nobis cum diuina gratia prouidente gubernantibus, recto ſuo curſu diriguntur, dum nos & errata quàm vigili prouiſione corrigere, & vnicuique ſtudemus ius * ſuum ſeruare. Dilecti filij noſtri * Partonoleñ. eccleſiæ, aduersùm vos queſtione depoſita, ſua nobis relatione monſtrauerunt, vos quaſdam decimationes ad ius ſuum pertinentes, violenter auferre, & ipſos fratres eiſdem decimationibus auſu temerario infeſtare: qui ſi beati Benedicti regulam, iuxta quam viuitis & monachicum habitum geſtatis, attenta ſolicitudine penſaretis, ad proximorum bona diripienda non præſumeretis manum extendere, vel quæ alterius iuris ſunt, vobis illicitò vſurpare. Ne ergò vos decæterò aut auaritiæ malum, aut vitium (quod abſit) rapacitatis accuſet, per Apoſtolica ſcripta vobis mandamus, quatenùs nullam earum antiquam poſſeſſionem vel decimationem, vel eam quæ in illo loco præſertim, qui Maciē appellatur, exiſtit, auferre ſeu protrahere præſumatis, & ſi quas eis præter ſolitum in hoc anno de ipſis decimis negâſtis, quaſcunque etiàm poſſeſſiones per violentiam detinetis, ſecundùm quod antiquitùs præfata Eccleſia noſcitur poſſediſſe, eis in integrum, omni occaſione ceſſante, nullatenùs reſtituere differatis. Nos ſiquidem viris religioſis, non alias decimas, niſi eas quæ de noualibus prouenire noſcuntur, duximus indulgendas. Si verò huius mandati auſi fueritis exiſtere contemptores, & ad ſedem Apoſtolicam querimonia peruenerit iterata, timendum vobis erit, nè ſentire debeatis ſeueritatis Eccleſiaſticæ vltionem.

* propriū
* Partono leñ.

Idem Vuigorñ. & Herefordeñ. Epiſcopis.

Cap. 11.

EX multiplici conqueſtione Vu. presbyteri de Tritona accepimus, quòd cùm * in Eccleſia de Tritona, triginta annis & eo ampliùs * miniſtrâſſet, monachi de * Beria decimas vniuerſas quas de terris cultis à prima fundatione eadem Eccleſia ſemper percipere conſueuit, infra hoc quadriennium ſibi & Eccleſiæ ſubtraxerunt: cum inter abbatem de * Burria Vu. nomine de conſenſu totius conuentûs, & prædictum presbyterum, quindecim annis & eo ampliùs elapſis, talis interueniſſe dicatur conuentio, ſcripto authentico monachorum roborata, quòd monachi prædicto presbytero & Eccleſiæ ſuæ de blado & vniuerſis leguminibus in integrum, quandiù viueret, deberent perſoluere, exceptis minutis decimis, quas idem presbyter, ob exaltationem Eccleſiæ monachorum, quietas clamauit. Cumque conuentio temporibus trium abbatum præſcripti loci ſeruata fuiſſet, abbas illius loci ad præſentiam noſtram accedēs, à nobis ſcriptum priuilegiū obtinuit, in quo monaſterio ſuo indultum eſt, vt de laboribus quos proprijs manibus & ſumptibus excolit, nulli decimas ſoluere teneatur. Qui ſiquidem reuerſus ad propria, tātam gratiā * aduersùs H. illuſtrem regem Angliæ & fauorē inuenit, quòd rex totam terrā illius villæ, in qua Eccleſia præfati presbyteri ſita eſt, monaſterio ipſius in perpetuam eleemoſynam contulit. Quo facto, prædictus abbas vniuerſis illius villę colonis expulſis, totam terram prædictæ parochiæ excolens proprijs ſumptibus, Eccleſiæ debitos redditus ſubtraxit. Vndè quia non fuit intentionis noſtræ, per prædictum priuilegium noſtrum prædictæ conuentioni derogare: fraternitati veſtræ, &c. quatenùs vtraque parte ante vos conuocata, rei veritatem diligentiùs inquiratis, & ſi inter prædeceſſorem prædicti abbatis & prænominatū presbyterum conſenſu monachorum talis conuentio fuerit, & per annum ſeruata, eundem abbatem & monachos authoritate noſtra moneatis, & diſtrictè compellatis, vt eādem conuentionem & compactionem, non obſtante priuilegio, niſi (quod nō credimus) de tranſactione illa in eodem priuilegio contineatur, occaſione & appellatione ceſſante, inuiolabiliter teneant & obſeruent, vel exindè pacificè ſecum conueniant, & ſecūdùm formam compoſitionis redditus ipſius integrè perſoluant.

* eccleſiā de
* poſſediſ ſet
* Burria

Idem Thomæ Cantuar. Archiepiſc.

Cap. 12.

COmmiſſum nobis à Domino diſpenſationis officium nos admonet multipliciter & hortatur, vt vniuerſis Chriſtifidelibus debeamus vtiliter prouidere, atque iura ſua integra nos oportet atque illibata ſeruare. Peruenit quidem ad nos, quòd monachi de Boxle, Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, in cuius parochia commorantur, decimas ex integro non perſoluant, & eas reddere contradicunt. Eapropter fraternitati tuæ &c. quatenùs prædictos monachos, * vt ipſas decimas & de ipſis cultis, in quibus domini olim con-

for. * cogas aut
* moneas

conſtructæ fuerant, præfatę eccleſię cum integritate perſoluant: quoniam priuſquàm in eadem Eccleſia morarentur, ſolebant perſolui. Si non, appellatione ceſſante, authoritate noſtra cum omni diſtrictione, ſicut olìm de paſcuis ſoluebantur decimę, ità nūc de eiſdem ad frugum fertilitatem translatis, decimas volumus abſque diminutione perſolui.

Idem monachis de Sancto Laurentio.
Cap. 13.

SIcut vobis iura veſtra integra & illibata vultis ſeruari, ſic alijs iuſtitiam ſuam ſubtrahere nequaquàm debetis. Audiuimus etiàm, quòd decimas eccleſiæ de * Colingham, cum ea in qua debeant ſolui integritate, quandò fundus ad veſtrum dominium peruenit, non ſoluitis. Verùm quoniam indecens & inhoneſtum vobis valdè exiſtit, vt alijs damna * inferre præſumatis, quæ vobis nullatenùs inferri velletis: vniuerſitati veſtrę &c. quatenùs prædictas decimas memoratæ Eccleſiæ ſinè diminutione aliqua, & cum ea integritate, in qua antiquitùs ſolui ſolebant, ſoluere non differatis: quia nobis plurimùm graue exiſtit, ſi ſuper his vlteriùs ad nos querimonia deferetur. Veruntamen ſi aliquid iuris ibì vos habere confiditis, in præſentia fratris noſtri Vuigornienſis epiſcopi, & dilecti filij noſtri decani Cicestrenſis, occaſione & appellatione ceſſante, ordine iudiciario experiamini, quod ipſi inter vos & partem alteram duxerint ſtatuendum, firmiter ſuſcepturi & inuiolabiliter ſeruaturi.

*irrogare

Item Gregorius. *Cap.* 14.

VT nullus abbas decimas & primitias & reliqua quę ſecundùm ſtatuta canonum ad epiſcopos pertinent, detineat ſinè authoritate Romani pontificis, ſeu epiſcopi in cuius diœceſi habitat, Apoſtolica authoritate firmamus.

Item Ioannes Papa. *Cap.* 15.

CErtam habemus prędeceſſorum noſtrorum conſtitutionem & rationem, nil in hoc mundo habentibus decimas & oblationes viuorum & mortuorum conuenire, qui ſpontaneam eligentes paupertatem, in monaſterio ſuo degere volūt ſub imperio, in quibus Chriſtus alitur & veſtitur.

Item Paſchalis II. *Cap.* 16.

NOuum exactionis genus eſt, vt clerici à clericis frugum vel animalium decimas exigant. Nunquàm enim hoc in lege Domini præcipi legimus aut permitti: nec enim à Leuitis Leuitæ decimas * extorſiſſe leguntur. Illi profectò ſoluere laborum ſuorum decimas debent, qui à clericis ſpiritualium miniſteriorum labores accipiunt.

*cepiſſe

DE ILLIS QVI INCIDVNT in canonem datæ ſententiæ, vel incidere videntur, cùm non incidant, & qui propter abſolutionem ſint ad Sedem Apoſtolicam mittendi.

Cap. 14.

Alexander III. Bathon. & Exonien. Epiſcopis. *Cap.* 1.

SI verò aliquis in clericum comā nutrientem, ignorans q clericus fuerit, manus violentas iniecerit propter hoc non debet Apoſtolico conſpectui pręſentari, nec etiàm excommunicatione notari: dummodò ipſum eſſe clericum ignorârit: & ſi hoc dubium fuerit propria manu voluerit præſtare * ſacramentum.

De clerico nutriente comam.

*iuramentum

Idem abbati de nexibus. *Cap.* 2.

COnſuluit nos tuæ diſcretionis prouidentia, quid tibi faciendum ſit de his, qui de ſeculo fugientes in monaſterium, tuę religionis habitum ſuſceperunt: & infra certum tempus poſtmodùm confitentur ſe talę delictum commiſiſſe, quòd ipſo actu ſententiam excommunicationis incurrerunt. Hos autem non potes ſinè licentia ſummi pontificis, nec debes abſoluere, ſed præſumptionem delinquentium debita animaduertione punire.

Idem. *Cap.* 3.

POrrò ſi aliqui violentas manus in fratres tuos mittunt, & pœnitentia ducti, non conuicti, ſed priuatìm, ſicut aſſeris, à te veniam poſtulant, eos monere debes propéſiùs & inducere, vt his quos læſerunt, cōgruè ſatisfaciant, & Apoſtolico conſpectui ſe pręſentent, cùm à te vel ab aliquo ſinè ſpeciali mandato Romani Pontificis abſolui non poſſint.

Idem Exonienſi Epiſcopo. *Cap.* 4.

NVlli autem monachi Templarij ſe poſſunt priuilegio Apoſtolicæ Sedis tueri, quò minùs excommunicatos vitare debeant, & pro violenta manuum iniectione in clericos, ſicut excommunicatos vitare.

Idem Cantuarien. Archiepiſc. & eius ſuffraganeis. *Cap.* 5.

NOn ſinè cordis dolore & amaritudine audiuimus, q cùm viri eccleſiaſtici per vos aut per alias perſonas eccleſiaſticas in eccleſijs ſecundùm ſtatuta canonum ordinantur: laici verò, qui fortè aliquandò contra eccleſiaſticam ordinationem ex vſurpatione conſueuerunt in periculum ſuæ ſalutis habere, in tantam vęſaniam & furorem prorumpunt, quò de eccleſiaſticos viros canonicè in eccleſijs ipſis ordinatos, multis iniurijs afficiunt, aliquandò affligunt eos verberibus, & interdùm etiàm, quod eſt auditu terribile, occidere non verentur. Quoniam igitur quanta ſit præſumptio & impietas

eorum,

eorum, qui talia & tam atrocia & nefaria facinora committunt, nemo poteſt, qui rectè ſapit, ignorare: ad eos puniendos & caſtigandos, qui hoc inſtinctu diabolicæ fraudis committunt, ſpiritualem gladium debens exercere, & vos ita volumus in eos eccleſiaſticæ diſciplinæ rigorem exercere, vt nil videamini omittere, quod aduersùs hos ex iuris diſtrictione fieri poſſit. Indè eſt quòd fraternitati veſtræ &c. quatenùs ſi qui ſe in tantam veſaniam & præſumptionem erexerint, quòd hac vel alia occaſione clericos occidant, vel occidere faciant, vel aliter violentas manus in eos iniecerint: tam malefactores ipſos, quàm illos de quorum mandato id fuerit perpetratum, publicè accenſis candelis & pulſatis * ſignis, apertè excommunicatos denuncietis, & faciatis ſicut excommunicatos deuitari, donèc DEO & ſanctæ matri Eccleſię ſatisfaciant, & cum literis veſtris rei veritatem continentibus, ad ſedem Apoſtolicam accedant.

* campanis,

Idem. Cap. 6.

GRauiter oculos diuinæ maieſtatis offendunt, qui religioſos viros indebitis fatigant moleſtijs, & locum ſuæ perturbāt quietis. Sanè à prædeceſſore noſtro ſanctæ memoriæ Papa A. III. in Concilio Lateranenſi ſtatutum eſt, vt qui violentas manus in clericos vel monachos, hoſpitalarios, templarios, miſerint, ſeu in viros alterius religionis, excommunicationi ſubiaceant. Nos autem ſtatutum prædeceſſoris noſtri ratum & firmum tenere volentes; fraternitati veſtræ &c. quatenùs ſi qui parochianorum veſtrorum in fratres hoſpitalis Hieroſolymitani manus violentas iniecerint, eos publicè excommunicatos, appellatione remota, denuncietis, & ab omnibus faciatis cautiùs euitari, donèc prędictis fratribus de illata iniuria congruè ſatisfaciant, & cum literis epiſcoporum ſuorum rei veritatem continentibus, Apoſtolicò conſpectui ſe præſentent.

Idem Exonien. Epiſcopo. Pars capituli, Sicut dignum. Cap. 7.

SVper eo quod à nobis conſilium poſtulaſti, vtrùm ſi ſcholares ſeſe inuicem percuſſerint, in plena vel minori ætate, clerici aut religioſi viri in clauſtro, ſecundùm canonem illum quo ſtatutū eſt, vt illi qui in clericos manus violentas iniecerint, ad ſedem Apoſtolicam pro ſua abſolutione venire debeant: inquiſitioni tuæ taliter reſpōdemus, quòd ſi clerici infra puberes annos ſeſe adinuicem, vel vnus alterum percuſſerit; non ſunt ad ſedem Apoſtolicam mittendi: quia eos ætas excuſat: nec etiam clerici, ſi ſint plenæ ætatis, ſi non de odio, aut inuidia, vel indignatione, ſed leuitate iocoſa ſe inuicem percuſſerint: nec magiſtri, ſi clericū ſcholarem intuitu diſciplinæ vel correctionis percuſſerint; quia non poteſt in ipſis violenta manùs iniectio notari. Cæterùm ſi ex odio ſeſe ijdē ſcholares percuſſerint pro ſua abſolutione debent ad ſedem Apoſtolicam venire.

Excuſat ætas.

Iocoſa Leuitas.

Intuitus diſciplinæ.

Idem eidem in eadem epiſtola. Cap. 8.

MOnachi verò & canonici ſeculares, quocunq; modo ſeſe in clauſtro percuſſerint, non ſunt ſuper hoc ad ſedem Apoſtolicam mittendi: ſed ſecundùm diſcretionem & prouidentiam abbatis ſui diſciplinæ ſubdantur: & ſi abbatis diſcretio non ſufficiat, ad eorum correctionem diœceſiani epiſcopi prouidentia erit adhibenda.

Idem eidem in eadem epiſtola. Cap. 9.

SI verò alicuius poteſtas oſtiarius, ſub prętextu officij ſui malignatus, clericum læſerit, ab officio ſuo poteſt abſolui, niſi fortè eundem clericum grauiter vulnerauerit.

Cap. 10.

OFficialis pro iniectione manuum in clericum, nō poteſt ſinè mandato Romani pontificis, abſolutionis beneficiū promereri. Quia nulli laico tanta ſuper clericū datur poteſtas, niſi fortè turbam arcendo irruentem, non ex deliberatione, ſed caſu fortuito clericum læſerit. Si fortè clericum vim ſibi inferentem, vi repellat vel lædat, non debet propter hoc ad ſedem Apoſtolicam trāſmitti: ſed ſi in continenti vim vi repellat, cū vim vi repellere, omnes lèges & omnia iura permittunt. Nec ille compellendus eſt ad ſedem Apoſtolicā venire, qui in clericū, cum vxore, matre, vel ſorore, vel filia ſua propria inuentum turpiter, manus iniecerit violentas. Cęterùm ſi eum in ſtupro vel adulterio, quandò eā cum qua ſtuprum cōmittitur vel adulterium, ità proxima ipſum cōſanguinitatis linea non cōtingerit, ceperit, aut aliàs in eum manus violentas iniecerit, à ſententia excommunicationis non erit ille immunis.

Caſus violentię repulſio.

Idem epiſcopis, archidiaconis & alijs eccleſiarum prælatis per Angliam conſtitutis. Cap. 11.

PArochianos autem veſtros, ſi qui in monachos vel conuerſos præfati ordinis manus violentas iniecerint, ſublato appellationis remedio, ſecundùm tenorem generalis decreti excommunicatos denuncietis, ipſosq; ſicut excommunicatos, faciatis cautius euitari, donèc eis quos læſerint, cōgruè ſatisfaciāt, & cum literis veſtris Apoſtolico conſpectui ſe præſentent.

Idem Bathon. Epiſcopo. Cap. 12.

MVlieres etiàm vel aliæ perſonæ, quæ ſui iuris non ſunt, poſſunt à diœceſiano epiſcopo abſolui, ſi manus violentas in clericum iniecerint. De his verò qui magnæ ſunt potentiæ, & ità delicati, quòd magnum laborem ſuſtinere nequiuerint, ſi manus in clericos iniecerint violentas, tale damus petitioni tuæ reſponſum, quòd ſtatus perſonę priùs & veritas negocij, Romano Pontifici

eſt

eſt intimanda, & ſecundùm conſilium eius de commiſſo ſcelere erunt puniendi. Illi verò qui non iniiciunt, ſed eorum authoritate & mandato manus violentæ iniiciuntur, in clericos, ad ſedem Apoſtolicam, omni excuſatione ceſſante, ſunt mittendi, cùm is verè committat, cuius authoritate delictum committi probatur.

Idem Cenomanen. Epiſcopo. Cap. 13.

DEcæterò noueris, quòd ſi laicus pro violenta manuum iniectione in clericum, eſt excommunicationis vinculo adſtrictus, ſi habens capitales inimicitias vel alias iuſtas cauſas, quibus ab itinere rationabiliter excuſetur, vt ſinè periculo Apoſtolico nequeat ſe conſpectui præſentare: licet diœceſiano epiſcopo accepto iuramento, ſecundùm morem Eccleſiæ abſolutionis gratiam impartiri. Sed illi ſub iuramenti debito eſt iniungẽdum, vt quàm citiùs habuerit opportunitatem, Romanum põtificem adeat, mãdatum Apoſtolicum ſuſcepturus.

Pars 15. *DE iure patronatus & clericorum inſtitutionibus.*

Idem R. Eboracen. Archiepiſc. Cap. 1.

RElatum eſt nobis ex parte tua, quòd cùm in Laterano Concilio ſit ſtatutum, vt perſonæ tali eccleſia vel eccleſiaſticum beneficium conferatur, quæ reſideat in loco, & curam eius per ſe valeat exercere. Nonnulli autem ad eccleſias præſentati, ſe poſſe reſidere affirmant, & curam habere eccleſiæ & eccleſiaſtici beneficij profitentur, id tamen efficere contradicũt. Ideò conſulere nos voluiſti, an propter hoc tales poſſis repellere, vel inſtitutos ſinè appellatione remouere. Tuæ itaque prudentiæ innoteſcat, quòd cùm verba accipienda ſint cũ effectu, tales ſi præſentati fuerint, licitè poterunt amoueri, niſi fortè de licentia prælatorum vel ſtudio literarum, vel pro alijs honeſtis cauſis contigerit eos abeſſe: nec patrocinari debet eis appellationis diffugium, ſi contra decreti intentionem fuerit interiectum. Quia autem conſulis, ſi clericus idoneus ad vacantem Eccleſiam præſentatus ab epiſcopo diœceſiano, non fuerit admiſſus, & poſtmodùm alius idoneus præſentatus, & ab epiſcopo inſtitutus poſſeſſionem tenuerit corporalem, an clerico priore eccleſiam petente, debeat poſterior priori præferri: dubium non eſt, quin in hoc caſu melior ſit conditio poſſidentis: quoniam antequàm præſentatio per diœceſianum epiſcopum approbetur, ratum non eſt, quòd à patrono fuerit inchoatum.

Verba cũ effectu recipienda.

Appellatio vbi non proſit.

Idem. Cap. 2.

DEcæterò prudentiæ tuæ præſentibus literis intimamus, quòd ſi laici eccleſie vel collegijs de conceſſionibus vel donationibus inſtrumenta conceſſerint in hæc verba vel ſimilia: Conceſſi vel dedi eccleſiæ, & præſenti charta confirmaui: ſi conſenſus epiſcopi non acceſſerit, nil actum vel datum videtur. A laico enim eccleſia dari non poteſt. Patronatum autem de authoritate & aſſenſu epiſcopi, certum eſt à laico in eodẽ iure conferri.

Idem eidem. Cap. 3.

CVm laici epiſcopis neſcientibus aut nõ conſentientibus, clericis eccleſias concedunt, in quibus habent ius patronatûs: & poſtea pœnitentia ducti, alios ad eccleſias ipſas epiſcopis præſentant, & illi ad eorum præſentationem in eiſdem eccleſijs ab epiſcopis inſtituuntur, eorum debet inſtitutio ſtare & firmiter obſeruari, qui authoritate epiſcopi fuerint inſtituti, conceſſione priori quæ nulla eſt, omninò euacuata. Non enim licet laicis, in eccleſijs clericos propria præſumptione ordinare.

Idem Herefordeñ. Epiſcopo & abbati de Forde. Cap. 4.

QVia clerici quidã veſtræ diœceſis aduocationem eccleſiarum, ſicut accepimus, comparant vel quocunque modo poſſunt, adquirunt, vt poſtmodùm filij vel nepotes ad eaſdem præſentẽtur eccleſias, nos tam prauam conſuetudinem penitùs eradicare volentes, nihilominus præſentium authoritate mandamus atque præcipimus, nè id attentare præſumant, vniuerſis clericis iuriſdictionis veſtræ arctiùs inhibere curetis: & ſi presbyteri eccleſiarum veſtrarum aduocationes acquiſiẽrint, eos aduocationibus taliter acquiſitis, appellatione ceſſante, Apoſtolica authoritate ſpolietis.

Idem I. baſilicæ XII. Apoſtolorum presbytero Cardinali. Cap. 5.

EX literis Sarenſis epiſcopi accepimus, quòd cùm defuncta perſona de Kanetchoſi. G. miles, qui villã in qua eccleſia ſita eſt, à monaſterio de Vuilthoñ ad firmam tenebat, ad eandem vacantem Vu. de Leiceſter clericum prædicto epiſcopo præſentabat, poſt aliquantum temporis abbatiſſa prædicti monaſterij ad epiſcopum veniens, et Vu. de Norhale ad prædictã eccleſiã præſentauit. Epiſcopo verò nolente præſentatã perſonam ab ea recipere, tum ad venerabilem fratrem noſtrum Cantu. Archiepiſcopũ abbatiſſa acceſſit, & apud eum querimoniã depoſuit de ipſo. Archiepiſcopus verò, quia viſum ſibi erat, quòd factũ militis ſuper præſentatione præfata nullius eſſet momenti: prædicto epiſcopo in vi obedientiæ iniunxit, vt perſonam illam reciperet, & in poſſeſſionem induceret, quam Abbatiſſa duxerat præſentandam. & infrà: Reſtitutione autem facta, cauſam audiatis, ità quòd ſi vobis conſtiterit, quòd præfato militi præſcripta villa fuerit, non excepto iure patronatûs, ad firmam

mam conceſſa, vel antequàm de iure patronatûs inter abbatiſſam & militẽ controuerſia eſſet ſuborta, præfatus Vu. de Leiceſter in præſcripta eccleſia per inſtitutionem epiſcopi ad præſentationem militis fuiſſet inſtitutus, ei, dummodò aliàs idoneus fuerit, eccleſiam ipſam adiudicetis, ità quòd ſi abbatiſſa obtineat aduersùs militem, illi de temporalibus debeat reſpondere.

Idem Vuintoñ. Epiſcopo. *Cap.* 6.

ILlud prætereundum non duximus, ſuper quo te intelleximus dubitare, quòd ſi aliquis laicus inconſulto epiſcopo, Eccleſiam non vacantem concedat alicui religioſæ domui: & poſteà cùm vacauerit, ad præſentationem eius laici aliquis clericus ibi fuerit per diœceſianum epiſcopum inſtitutus: prior conceſſio ſecundam conceſſionem, quò minùs rata habeatur, infirmari non poteſt: nec debet aliquatenùs impediri, cùm illa cõceſſio, de iure nullius poſſit eſſe momẽti: tum quia de re non vacante facta eſt, tum quia laicus ſinè authoritate epiſcopi nemini poteſt eccleſias dare, licèt religioſo loco ius patronatûs conferendi liberam habeat facultatẽ. Si verò ius patronatûs, Eccleſia vacante, religioſo loco contulerit, & aliquis poſteà ſinè præſentatione fratrum eiuſdem loci fuerit in ipſa Eccleſia inſtitutus, eius inſtitutio ſecundùm rigorem iuris eſt irritanda.

Idem Vuigorñ. Epiſcopo. *Cap.* 7.

QVerimoniam Prioris & fratrum de Lauch, nobis literis deſtinatam audiuimus, quòd R. quondàm de Hereford comes, ius quod idem Prior & fratres in eccleſia de Vuica, ex ordinatione R. de Laci, fundatores Eccleſiæ ſuæ, & ipſius Richardi ſocij, habere debebant, coram bonæ memoriæ I. quondam Vuigorñ. epiſcopo recognouit. Vndè idem epiſcopus poſteà iam dictum Priorem & fratres, nullo reclamante aut cõtradicente, inueſtiuit, & exindè eã deincèps illi quietè & pacificè poſſederunt. Deindè cùm inter præfatum comitem & C. vxorem, in cuius patrimonio Eccleſia illa conſiſtit, diuortium per eccleſiaſticum iudicium celebratum fuiſſet, eadẽ C. Vu. Pictauenſi nupſit; qui Eccleſiæ præſcriptæ fructus, memorato Priori & fratribus omninò ſubtraxit, & eos in vſus R. ſacerdotis eiuſdem loci ſinè epiſcopali authoritate conuertit. Cumque poſtmodùm Vu. de medio ſublato, præfata C. tertio viro, Vu. ſcilicet de Meduañ. eſſet matrimonio copulata, idem Vo. in ea qua alter Vu. temeritate perſiſtens, iam dictũ R. in præſcripta Eccleſia cõtra Priorem ſupradictum manutenere & fouere incepit, dicẽs quod prænominati epiſcopi inſtitutio, quã ſuper Eccleſia ipſa, quæ de vxoris ſuæ aduocatione conſiſtit, dum erat in poteſtate illius viri, à quo poſtmodùm ſeparata eſſe dinoſcitur, fecit, nullam debet firmitatẽ habere, præſertim cùm matrimonium vxoris ſuæ ſicut aſſerit, integrè ſibi reſtitutum non eſſet, niſi de Eccleſia illa ſuam poſſet adimplere voluntatem. Verùm quoniam abſurdũ videtur omnino, & ab Eccleſia penitùs eliminandum, vt ad ſingulas patronorum ſecundùm humanam conditionem mutationes, eccleſiarum debeant ordinationes mutari: nè quod à ſupradicto R. taliter factũ fuerit, alicui ſucceſſorũ liceat irritare, fraternitati tuæ, &c. quatenùs rei veritatem diligẽter & ſtudioſè inquiras: & ſi ità inueneris eſſe, prout ſuperiùs narrat, ſæpedictis Priori & fratribus Eccleſiam prælibatã, omni occaſione & appellatione ceſsãte, reſtituas, & in pace facias poſſidere. Viciſſitudines etiam huiuſmodi eccleſiarum ab aduocatis vel alijs quibuſlibet in tua diœceſi fieri, decætero nulla ratione permittas: ſed earum præſumptores vſque ad dignam ſatisfactionem, dilatione ſublata, vinculo excommunicationis percellas.

Lucius tertius Norvuicenſi epiſcopo.
Cap. 8.

CVm aduocatus clericum vnũ idoneum præſentauerit epiſcopo, & poſtulauerit poſtmodùm, eo non inſtituto aliũ æquè idoneum in eccleſiam eãdem admitti, quis eorum alteri præferatur, epiſcopi iudicio credimus relinquendũ, ſi laicus fuerit, cui competit ius præſentandi. Verùm ſi collegiũ vel religioſa perſona præſentationẽ habuerit, prior tempore, potior iure meritò videtur.

Idem. *Cap.* 9.

CVm paſtorali neceſſitate conſtringimur, & authoritate iniuncti nobis officij prouocamur pro ſtatu eccleſiarũ vigili cura ſatagere, & ne cõtra iuris ordinẽ alicui conferri debeant, attentiori ſolicitudine prouidere: indè eſt, quòd vniuerſitati veſtræ &c. quatenùs ex donatione laicorũ, niſi authoritas diœceſani epiſcopi interueniat & conſenſus aſſit, nullus veſtrûm ſibi eccleſias vendicare præſumat, vel retinere taliter acquiſitas, niſi * longa fuerit præſcriptione munitus, aut poſteà diœceſani epiſcopi fortè habuerit conſenſum. Nos enim, cùm laici nõ poſſint niſi ius quod habent trãsferre in alios, huiuſmodi conceſſiones viribus carere decernimus, & penitùs irritas eſſe cenſemus.

* lõgæua

Idem. *Cap.* 10.

RElatum eſt auribus noſtris, quòd vos ius præſentandi clericos ad eccleſias, cõtra inſtitutionem antiquã veſtri ordinis, emptionis titulo & modis alijs ſatagitis adipiſci, vt ſub tali prætextu vobis liceat habere eccleſias, & per vos vel per alios detinere. Quoniam igitur non decet nos occaſione qualibet vel obtẽtu ab antiquis canonibus patrum noſtrorum recedere, aut quicquam efficere, in quo poſſitis de vitio cupiditatis

repræhen-

repræhendi: diſcretioni veſtræ &c. quatenùs iura patronatûs in eccleſijs, aut in eccleſias decæterò acquirere deſiſtatis, quia non expedit vobis, nec nos volumus ſuſtinere, vt ſub tali prætextu vobis vel ordini veſtro derogetur. Sanè vſqueadeò vos & ordinem veſtrum diligimus, vt in vobis quæ honeſtati & religioni contraria ſunt, nullatenùs fouere velimus: quia de vobis nil incômodi, nil volumus audire ſiniſtri.

Idem. *Cap.* 11.

EA quæ honeſtatis doctorem deformât, & canonum probantur ſanctionibus obuiare, penitùs sût euellenda, & falce Apoſtolici moderaminis reſecanda. Vndè quia cùm Eccleſia viuentibus perſonis alijs conferri non debeat, conſultationi tuæ taliter reſpondemus, vt ſi quas conceſſiones eccleſiarum tui epiſcopatûs, viuentibus perſonis, facta eſſe conſtiterit, & ſuper hoc ventum fuerit ad iudicium, eas authoritate veſtra in irritum reuoces, & friuolas & vanas eſſe decernas.

Idem Lundoñ. epiſcopo. *Cap.* 12.

SI verò aliquandò ordinatio alicuius Eccleſiæ ad tuam inſtitutionem ſpectat, & pro controuerſia laicorum de iure patronatûs inter ſe diſcrepantium ordinatione malitiosè differuntur: fas tibi ſit de authoritate noſtra, nullius contradictione & appellatione obſtante, in eadem eccleſia perſonam idoneam inſtituere, ità quòd ipſa eadem præſentetur ab eo, qui ius patronatûs euicerit.

Icdm. *Cap.* 13.

CVm ſeculum relinquitis, vt creatori veſtro poſſitis in arce contemplationis placere, decet vos ab his quæ ſunt obuia rationi, abſtinere, & quæ repræhenſioni ſubiaceant, aut veſtram opinionem aut famam valeant denigrare. Indè eſt quòd vniuerſitati veſtræ diſtrictiùs per Apoſtolica ſcripta prohibemus, nè cùm ratione feudorum emptorum, aliterve adquiſitorũ, vel etiàm alio modo ius patronatûs in eccleſijs parochialibus acquiſîeritis, in eis presbyteros, niſi per epiſcopos, inſtituatis: nec epiſcopo ità ius parochiale minuere vel auferre aliquatenùs præſumatis. excommunicatosque ipſius epiſcopi vel archidiaconorum ſuorum, contra authentica ſcripta Romanæ Eccleſiæ, ad digna officia in capitulis veſtris recipere non audeatis.

Idem. *Cap.* 14.

EX inſinuatione dilecti filij noſtri O. clerici accepimus, quòd cùm frater ſuus ius ei patronatûs, quod in quibuſdam eccleſijs in Lincolnieñ. & Sareñ. epiſcopatib⁹ côſtitutis habebat, liberaliter côtuliſſet: eaſdẽ eccleſias quidam presbyteri alij occaſione fratris ſui prędicti O. ſinè ipſius volũtate & con ſenſu, per violentiam occupauerunt, &

Ius patronatus licitè donari.

eas iniuſtè occupatas detinent. Quia igitur noſtrum intereſt, quæ nimis inordinatè ab aliquibus ſuper eccleſijs attententur, ad rectitudinis tramitẽ reuocare: fraternitati tuæ in. &c. quatenùs rei veritate diligenter inquiſita & cognita, ſi ità ſicut dictum eſt, cognoueris memoratos presbyteros earum eccleſiarũ detẽtores, moneas, modisq; omnibus inducas, vt eaſdẽ eccleſias prædicto clerico ſinè mora & difficultate reſtituant liberè & pacificè ordinandas, & nullam ei exindè moleſtiam inſerant vel grauamen. Quòd ſi prædicti presbyteri cômonitioni tuæ acquieſcere fortè noluerint, tu ipſos excômunicationi, & terras ſi quas habent, omni occaſione & appellatione ceſſante, interdicto ſubijcias, & i memoratis eccleſijs diuina facias ceſſare officia, quandiù ab aliquibus, p̃dictorum militũ authoritate, occupatæ detinebuntur; quòd ſi nec ſic earundem eccleſiarũ detẽtores reſipuerint, ipſos, appellatione ceſſante, eccleſiaſtica cenſura compellas.

Idem. *Cap.* 15.

COnſuluit nos tua fraternitas, quid tibi faciendum ſit de clericis, qui eccleſias à parentibus côſtitutas, hereditario iure ſibi vendicant, nec tibi volunt reſpondere: & de laicis, qui filijs vel nepotibus ſuis prædictas eccleſias dare nituntur. Cùm autẽ ſanctuarium Dei hæreditario iure nô poſſit teneri, & indignum ſit penitùs & abſurdũ, vt quilibet authoritate propria eccleſias occupet, vel taliter occupatas detineat, nec te decet aliquatenùs ſuſtinere, vt in epiſcopatu tuo vel clerici eccleſias a parentibus fundatas, authoritate propria detineant, aut laici filijs, vel aliquibus alijs eccleſias concedant.

Idem Vuintonieñ. epiſcopo.
Cap. 16.

AD aures noſtras peruenit, quod R. & Vu. de Hartuñ. ius patronatûs eiuſdem loci ab eo, ad quem ſpectabat præſentatio, emerunt. Quibus decedentibus, R. filius Vu. iam dicti, patris exemplo ius patronatûs eccleſiæ emere non dubitauit, & canonicis de Stodleia tãtas moleſtias intulit, perſecutiones & grauamina, quòd metu & dolo illius ſeducti, iuri ſuo penitùs renunciauerũt. Vndè cùm ius patronatûs annexũ ſi ſpirituali, nemini licitum eſt vendere illud. Diſcretioni tuæ &c. quatenùs vtraq; parte ante te côuocata, rei veritatem diligentiùs inquiras, & ſi ità eſſe inueneris, prædicto R. ſuper patronatu Eccleſiæ, occaſione & appellatione remota, perpetuum ſilentium imponas, & prædictis canonicis ius quod ibi habebant, ſi Prior eorum metu captus, quòd idẽ R. ſe abſciſſurum fide* nititur, firmauit, idem renunciauit, integrè facias reſtitui: nô obſtantibus literis noſtris, ſi quæ ſunt, tacita ueritate, impetratæ.

Ius patronatus adnexùm eſſe ſpirituali.

N *Idem.*

Idem. *Cap.* 17.

DE iure verò patronatûs in præſcripta Eccleſia, hoc tuæ diſcretioni mandamus, quatenùs ſi prędictus R. ius patronatûs comparauit, cùm hoc incõueniens ſit & penitùs inhoneſtum, vendi ius patronatûs: cõtractum illum, ſublato appellationis remedio, Apoſtolica fretus authoritate, non differas reuocare.

Idem. *Cap.* 18.

NVllus laicus decimas aut eccleſiã, aut quicqd eccleſiaſtici iuris eſt, ſinè conceſſione ſui pontificis, nec monaſterijs, nec canonicis offerat: & ſi quis epiſcopus improbitatis cauſa & auaritiæ cõſentire voluerit, Romano pontifici nuncietur, & quod offerendum eſt, tunc eis licentia offeratur.

Idem Noruuiceñ. epiſcopo. *Cap.* 19.

CAeterùm ſi epiſcopi poſt promotionẽ ſuam præſentationes perſonarum ad eccleſias, à patronis eccleſiarũ pro eccleſijs ſibi commiſſis adepti fuerint, perſonæ idoneæ, quas ad eas vacantes præſentauerint, ſunt admittendæ.

Idem abbati S. Albani, Pars capituli, Inconſultum. *Cap.* 20.

Cùm certum non eſſet ipſũ, illicitè occupaſſe patronatũ. Alioqui ſecùs eſt.

DEcæterò ſi quis clericus ab ordinario iudice in aliqua Eccleſia fuerit inſtitutus, ad prǽſentationem ipſius qui eiuſdem ecclaſiæ credebatur patronus, & poſteà ius patronatûs alius euicerit in iudicio: clericus qui inſtitutus eſt, non debet ab ipſa eccleſia remoueri, ſi tempore præſentationis ſuæ ille qui eum prǽſentauit, ius patronatûs eccleſiæ poſſidebat. Si verò tunc non poſſidebat ius patronatûs, ſed tantummodò credebatur eſſe patronus, cùm tamen non eſſet, nec poſſeſſionem patronatûs haberet, ſecũdùm cõſuetudinem Anglicanam poterit ab eadem eccleſia remoueri. Donationes verò vel cõceſſiones, ſi quæ fiant priuatis perſonis, illis viuentibus quæ ipſas eccleſias poſſident, nullius debent eſſe momenti. Si fiant religioſis locis, ratæ debent haberi, ità quidem, quòd perſonæ quæ iam dictas eccleſias poſſident, ſinè aſſenſu ipſorum in vita ſua eis non debent ſpoliari.

Idem Cant. Archiepiſcopo. *Cap.* 21.

CVm nos plerunquè ordinationes clericorũ oporteat differre, pro eo quòd quandoquè minùs idoneæ perſonæ præſentantur, aut interdùm inter nos & præſentatores perſonarũ alia de cauſa radix diſſenſionis emerſerit: prouidendũ eſt, nè occaſiones huius ſcandali aut fruct⁹ eccleſijs depereant, aut eis in ſpiritualibus grauia ꝓueniant detrimenta. Indè eſt quòd fraternitati tuæ &c. quatenùs ſi quandò in illis eccleſijs vacantibus, in quibus perſona eccleſiaſtica præſentationem non habet, vel quia perſonæ minùs idoneæ vobis præſentantur, vel alia de cauſa de iure perſonas non poteris inſtituere in eccleſijs ipſis, contradictione & appellatione ceſſante, ponatis œconomos, qui debẽt redditus eccleſiarum percipere, & eos aut in vtilitatem eccleſiarum expendere, aut futuris perſonis fideliter obſeruare. Diſt. 75 Quoniã

Idem. *Cap.* 22.

DIlecti filij noſtri decanus Eboraceñ. & Prior de Neubure, quibus cauſam quę inter canonicos de Giſeburne & R. clericum ſuper eccleſia de Craduñ. vertitur, commiſimus terminãdam: trãſmiſſa nobis relatione monſtrauerunt, quòd canonici conceſſionem domini fundi habeant: R. verò donationem venerabilis fratris noſtri Eboraceñ. Archiepiſcopi, apoſtolicę ſedis legati, & non domini fundi, ſe habuiſſe probauit. Vndè quoniam donatio eccleſiarum ad epiſcopos pertinet, & ad laicos aſſenſum prębere ſpectat, eiſdem ſignificamus, quòd ſi res ità ſe haberet, videbatur nobis, conceſſionẽ Archiepiſcopi donationi laicali debere præiudicare: quia ſicut diximus, epiſcoporum eſt eccleſiarum beneficia cõferre: laicorum verò, qui in eccleſia ius patronatûs habent, aſſenſum præbere. Quibus in conceſſionibus eccleſiarum illud obſeruandum eſt, quod ſancti patres ſeruare noſcuntur.

Idem Eboraceñ. Achiepiſcopo.
Cap. 23.

SVggeſtum eſt auribus noſtris, quòd cùm eccleſiæ de *Ochera, & de Maleſſart, & de* Leinder, de aſſenſu domini fundi & authoritate Eboraceñ. Archiepiſcopi, eccleſiæ B. Petri Eboraceñ. conceſſæ & aſſignatæ fiot in prębendam, canonici de Nonoburgo conceſſionem illam attenuare & irritare nituntur, occaſione donationis, quam ſibi aſſerunt priùs factam fuiſſe. Vndè quoniam licèt in donationibus eccleſiarũ requirendus ſit & expectandus patronorum cooſenſus, eccleſiæ tamen ipſæ, niſi authoritas pontificalis interuenerit, canonicè concedi non poſſunt: vniuerſitati veſtræ ſignificamus, quòd prior conceſſio, ſi cum conſenſu patroni & authoritate diœceſiani epiſcopi facta eſt, aut eius fuerit aſſenſus poſteà ſubſequut⁹, poſteriori conceſſioni præfertur. Alioquin illa debet præferri, quanuis poſteriùs facta ſit, quæ cõſenſu domini fundi & epiſcopi authoritate fulcitur. *Ochan

Idem vniuerſis monachis regularibus per Cantu. prouinciam conſtitutis.
Cap. 14.

CVm deceat nos cõmodis & profectibus eccleſiarũ firmiter intendere, nobis ſummoperè cõpetere dinoſcitur, vt earũ ordinationibus tanto ſtudioſiùs intendamus, & nè inordinatæ remaneant, vigilẽ curam, & ſolicitudinem adhibeamus: indè eſt ꝙ vniuerſitati veſtræ &c. vt in eccleſijs, in quibus præſentationẽ habetis, cùm vacauerint, diœceſianis epiſcopis clericos idoneos præſentetis,

fratris, qui illi de ſpiritualibus, vobis de temporalibus debeant reſpondere.

Idem Panormitano epiſcopo. *Cap.* 25.

INnotuit nobis ex relatione noſtris, quòd quidam clerici tui epiſcopatus, eccleſias ipſas ad tuam ordinationem pertinentes, ſine authoritate & conſcientia tua, in manibus aduocatorum reſignant: quod quia indignum, & ſacris canonibus omninò contrarium, nec aliquatenus debet tolerari: fraternitati tuæ taliter reſpondemus, quòd huiuſmodi renunciationes non debes aliquatenus ratas habere, niſi ſint ab eiſdem factæ, quos religionis habitum conſtat induiſſe, & ipſos clericos, ut eleemoſynas retineant, quibus tali modo renunciant, teneris compellere, & dignam eis pro tantæ leuitatis & culpæ reatu inſligere vltionem: quia nec debet nec poſſunt eccleſias ſuas reſignare, niſi in manibus epiſcoporum, ad quorum donationes pertinere noſcuntur.

Clemens Papa III. epiſcopo Wigorn. & abbati de Theokesbr. & priori S. Sepulcri de Vuaruuic. *Cap.* 26.

REferentibus nobis canonicis de Kinſſedeuurde, accepimus, quòd cùm controuerſia quæ vertebatur inter ipſos & clericos de Gnoshale, ſuper eccleſia de Cale, fuiſſet dilectis filijs noſtris de Cumbermere & de Dedlec abbatibus, & archidiacono Couentrenſi ab Apoſtolica ſede commiſſa canonicè diſtermenda, procurator R. militis de Stanford, qui ius habet defenſionis in illa eccleſia, ſentiens partem canonicorum iniuſtè grauari, cùm ipſi clerici illam contra antiquam libertatem vellent ingi ſubiectioni Capellæ ſuæ de Gnoſale ſubiugare, vocem appellationis ad ſedem apoſtolicam emiſit. Iudices verò appellationi legitimè interpoſitæ minimè deferentes, in deciſione controuerſiæ, abſente altera parte, proceſſerunt. Quia verò ipſi canonici iuri ſuo in hoc queruntur plurimùm derogari, diſcretioni veſtræ per A. S. præcipiendo mãdamus, quatenus iis partibus ad veſtram præſentiam conuocatis, audiatis cauſam, & appellatione remota, mediante iuſtitia terminetis. Datum Lateran. 10. Calend. Aprilis, pontificatus noſtri anno primo.

Pars xvi. DE VSVRIS.

Alexander III. Panormitano Archiepiſc. *Cap.* 1.

SVper eo quòd à nobis tua diſcretio poſtulauit, vtrũ poſſit in recipiẽda pecunia ad vſuram, fieri diſpenſatio, vt pauperes qui in Saracenorũ captiuitate tenentur, per eandẽ poſſint pecuniã liberari: præſentibus tibi literis duximus reſpondendũ, quòd cũ vſurarũ crimen vtriuſq; teſtamenti pagina deteſtetur, ſuper hoc diſpenſationem aliquam non videmus admittẽdam, quia cùm Scriptura ſacra prohibeat vel pro alterius vita mentiri, multo magis prohibendum eſt, nè quis in redimẽda vita captiui, vſurarum crimine inuoluatur.

Idem Lalumenſi epiſcopo. Pars capituli, Quæ fraternitas. *Cap.* 2.

IN ciuitate tua dicis ſæpè cõtingere, quòd quidam piper ſeu cyminum, aut alias merces cõparant, quę tunc vltra quinque libras nõ valent, & promittũt per publicũ inſtrumentũ, ſe illis à quibus merces accipiunt, ſex libras ſtatuto termino ſoluturos. Licèt aũt contractus huiuſmodi ex forma non poſſit cenſeri nomine vſurarum, nihilominùs tamẽ venditores peccatum incurrunt: niſi dubiũ ſit, merces illas plùs minúsve tempore quo precium debent recipere, valituras: & ideò ciues tui ſaluti ſuæ benè conſulerent, ſi à tali cõtractu ceſſarent, cùm cogitationes hominum omnipotenti Deo nequeunt occultari.

Idem. *Cap.* 3.

QVoniam non ſolùm viris Eccleſiaſticis, ſed etiam quibuſlibet alijs periculoſum eſt, vſurarum lucris intendere: authoritate præſentium tibi duximus iniungendum, vt ſicut tibi clericos tuos, qui de poſſeſſionibus vel arboribus, quas tenere in pignore noſcuntur, ſortem ſuam deductis expenſis receperunt, ad eadem pignora reſtituenda ſine vſurarum exactione, eccleſiaſtica diſtrictione compellere.

Idem Vigilenſi epiſcopo. *Cap.* 4.

DEbitores autem ad ſoluendas vſuras, in quibus ſe obligauerant, cogi non debent, niſi eas iuramento ſoluere teneantur. Si verò de ipſarum ſolutione iuramentum fecerint, cogendi ſunt domino reddere iuramentum vt à creditoribus abſoluantur: & tùm vſuræ ſolutæ fuerint, creditores ad eas reſtituendas eccleſiaſtica, ſi neceſsè fuerit, cogendi ſunt ſeueritate.

Idem Salernitano epiſcopo. *Cap.* 5.

CVm ſicut tu aſſeris, manifeſtos vſurarios, ſcilicet qui in illo deceſſerũt peccato, communione altaris & eccleſiaſtica, iuxta Decretum noſtrum nupèr in Concilio promulgatum, præceperis ſepultura priuãdos, donec reddant quæ tam prauè receperint: quidam eorum dicunt ad ſoluendas perceptas vſuras, proprias non ſufficere facultates: alij verò promittunt ſe partes vſurarum quas habent præ manibus, reddituros: ſed alias quas extorſerunt vſuras, cũ de his poſſeſſiones comparatæ ſunt, & eorum filijs vel parentibus traditæ, ſe non poſſe reddere profitentur. Alij verò ad excuſandas excuſationes in peccatis, impudenter affirmant, illas duntaxat vſuras reſtituendas, quæ ſunt poſt interdictum noſtrum receptæ, nec aliquos ad ſoluendas vſuras, quas ante interdictum receperant, debere cõpelli. Super his diſcretioni tuæ reſpondemus, quòd ſiue antè, ſiue poſt interdictum noſtrũ vſuras receperint, cogendi ſunt ſub pœna quam ſtatuimus in Concilio, eas his, à quibus extorſerint, vel Psal. 14.

Reſtitutio vſurarũ.

eorum hæredibus reſtituere: vel his non ſuperſtitibus, pauperibus erogare, dummodò in facultatibus habeant, vndè ipſas reſtituere poſſint, cùm iuxta verbũ B. Auguſtini, nõ remittatur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Illi autem qui non habent in facultatibus, de quibus vſuras valeant reſtituere, nõ debẽt pœna illa moleſtari, cùm eos noſtra paupertas excuſet. Poſſeſſiones verò quæ de vſuris comparatæ ſunt, vendi debẽt & ipſa precia his à quibus vſuræ extortæ ſunt, reſtitui, vt ſic non ſolùm à pœna iſta, ſed etiàm à peccato, quod per vſurarum extorſiones incurrerunt, poſſint liberari.

Idem Vuintoñ. epiſcopo. Cap. 6.

SVper eo quod nos conſulere voluiſti, vtrùm clericus ſit cogendus vſuras creditori ſoluere, prudentiæ tuæ taliter reſpondemus, quod cùm periculoſum ſit omnibus Dei fidelibus vſuras recipere: ad earum ſolutionem nullus Chriſtianus eſt cogendus, niſi iuramento vel fide eas ſoluere teneatur: ſed potiùs creditores ab vſurarum exactione, Eccleſiaſtica debent coerceri ſententia.

Idem Cant. Archiepiſcopo. Cap. 7.

AD noſtram noueris audientiam peruenisse, quòd cùm Petrus de Vrſiton tempore guerriæ, quæ fuit inter chariſſimũ filium noſtrum Henricum illuſtrem regem Anglorum & filios eius, quibuſdam hominibus pro tuitione regni Francorum, pecuniam certæ ſummæ pmutuaſſet, ab eis quaſdam poſſeſſiones & redditus recepit in pignus. Ipſos etiàm ſibi iuramẽti religione adſtrinxit, quòd ei ſuper poſſeſſionibus & redditibus illis donèc ſibi mutuatam ſoluerent pecuniam, nullam moleſtiam vel grauamen inferrent. Licèt autem de poſſeſſionibus illis & redditibus præfatus Petrus nondùm ſortem ſuam ſicut aſſerit, deductis expenſis, receperit: quia tamẽ tu frater archiepiſcope propter hoc eum vinculo excommunicationis adſtrinxiſti, exindè cogimur literas noſtras vobis deſtinare, præſertim cũ ipſe ſicut aſſerit, ſorte velit eſſe contentus. Indè eſt quod fraternitati tuæ conſulenti &c. quatenùs p̄cepta à præfato P. ſufficiẽti cautione, quòd exindè mãdato veſtro debeat parere, ipſum cõtradictione & appellatione ceſſante, à ſententia qua tenetur, authoritate noſtra penitùs abſoluas: & deindè debitores, qui ſibi p̄dictas poſſeſſiones & redditus contra iuramentum ſuum ſubtraxiſſe dicũtur, ſi ità eſt, Eccleſiaſtica cenſura compellas, vt poſſeſſiones illas & redditus eidem Petro dicto, appellatione ceſſante, reſtituãt: nec ſibi decetero contra iuramentum moleſtias inferant, donèc ei pecunia ſoluatur. Quia non eſt tutũ cuilibet, ſed periculoſum potiùs religionem infringere iuramẽti. Cùm autem prædicto P. pecuniã ſuam, ſicut iurauerunt, perſoluerint, vos ipſum ad reſtituẽdũ quicquid eum nouis deductis expenſis, vltra ſortem recepiſſe conſtiterit, ſtudioſè monere cures & diligenter inducere, & ſi commonitus id non fecerit, ipſum remoto appellationis obſtaculo, in eandem excommunicationis ſententiam reducas: quia ſicut periculoſum eſt debitoribus ſuum infringere iuramentum, ità nõ minus periculoſum eſt creditoribus, retinere quod pro vſuris receperũt, cum ſit vſurarum crimen deteſtabile plurimum & horrendum, & vtriuſque teſtamenti pagina condemnatum.

Idem Vuinton. epiſcopo. Cap. 8.

NIhilominus præcipimus tibi præſentium authoritate, vt ſi qui ſunt in parochia tua, qui ſortem ſuam * de fructibus arborum vel antiquiarum, deductis expenſis, receperint, eos moneas & per excõmunicationis ſententiã cõpellas, ſublato appellationis remedio, vt debitoribus ſuis pignora ipſa ſinè difficultate & dilatione reſtituant. * de fructibus pignorum vel aliundè,

Idem in Turonen. Concilio. Cap. 9.

PLures clericorũ eorum, qui præſens ſeculum profeſſione vocis & habitu religionis reliquerunt, communes vſuras quaſi manifeſtiùs damnatas, non exercent. Commodata autẽ pecunia indigentibus, poſſeſſiones eorum in pignus accipiũt, & fructus prouenientes recipiũt vltra ſortem. Idcircò generalis Cõcilij decreuit authoritas, vt nullus amodò in clero conſtitutus, vel hoc, vel aliud vſuræ genus exercere præſumat: & ſi aliquis hactenus poſſeſſionem alicuius data pecunia ſub hac ſpecie in pignus acceperit, ſi ſortem deductis expẽſis de fructibus iam perceperit, abſolutè poſſeſſionem reſtituat debitori. Si autem aliquid minus habet, eo recepto quod deeſt, poſſeſſionẽ ei reſignet. Si autem quis in clero extiterit, qui deteſtãdis ſibi lucris vſurarum inſiſtat, eccleſiaſtici beneficij periculum patiatur: niſi fortè beneficium eccleſiæ fuerit, quod redimẽdum ei de manu laicali videatur. 16.q.7. Decimas. 14.q.4. Ab illo

Idem. Cap. 10.

EX tranſmiſſa nobis conqueſtione T. & matris eius innotuit, quòd pater eius qui eſt de hac luce ſubtractus, terram ſuam de * Dollis, monachis de Vuardone p̄ quadã pecuniæ ſumma, pignori obligauit: qui licèt exindè ſortem ſuam & vltrà receperint, eam tamen ſibi reddere cõtradicunt. Quia verò vſurarum crimen Deo & hominibus abominandum exiſtit, & tanto grauius in eccleſiaſticis & religioſis perſonis eſt repræhendendum, quanto magis ſe & alios è peccatorum laqueis tenentur eruere: fraternitati tuæ &c. quatenùs rei veritate diligenter inquiſita & cognita, ſi tibi conſtiterit quòd p̄dicti monachi de præfata terra ſortem ſuã deductis expenſis receperint, eos attentiùs moneas, & ſi neceſſe fuerit, appellatione remota, eccleſiaſtica diſtrictione cõpellas, vt memorato * Dullen

Teſaleyſi memorato T. & matri eius prędictam terrã abſque difficultate reſtituant pacificè poſſidendam.

Pars xvij. *DE IVRAMENTIS SERuandis. Idem. Cap. 1.*

SI verò aliquis quenquã grauiſſimo metu ſub religione iuramenti ius ſuũ reſotare coegerit, ipſum quoquè ſibi retinuerit: quia nos conſulere voluiſti, alter, an neuter, id habere debeat: hoc tibi duximus reſpondendum, quòd non eſt tutum, quemlibet contra iuramentum ſuum venire, niſi tale fuerit iuramentũ, quod ſeruatum, vergat in interitum ſalutis ęternæ nec nos cuilibet ex reſponſione noſtra volumus dare materiam contra iuramentũ ſuum venire, nè authores periurij eſſe videamur. Vndè aliquandò in Romana Eccleſia à pluribus & à prædeceſſoribus noſtris factũ eſſe recolitur, quòd clerici q coacti eccleſiæ miniſterium abiurauerũt, de iuramẽto abſolutionis beneficium meruerunt: & ad coercẽdam improbitatẽ eorum, qui eccleſiaſticos viros ad pręſtandũ illud iuramentũ impulerant, pmiſſi ſunt in eadẽ eccleſia miniſtrare.

Idem Cant. Archiepiſcopo. Cap. 2.

INſinuatum eſt nobis ex parte Vo. quòd cùm ipſe Capellam de N. canonicè fuiſſet adeptus, canonici de Lanſtanet ſuper eadem eccleſia huiuſmodi conuentionem fecerunt, quia ipſi eandem Eccleſiam tenere à præfato Vu. & exindè ei annuum canonem deberent perſoluere. & infrà: Sed quia compoſitio eorum huic fuit damnoſa, de iuramento violato pœnitentiam recipiant, & prę̃libatã Eccleſiam prædicto clerico reſtituant.

Idem Santoneñ. & Biloneñ. epiſcopis. Cap. 3.

DE reſcripto quod nobis eſt præſentatũ, manifeſtè nobis innotuit, R. quondã* Treuorenſem abbatem cum Vu. ſuper ſumma ſeptem millium ſolidorũ taliter cõueniſſe, &c. & infra: Super hoc quidem prædictus abbas de monachis obſides quoſdam dedit, qui de obſeruanda conuentione iuramentum dederunt, vt ſi ipſi deceſſerint, alij monachi loco eorũ in hoſtagio reuerterentur. Inſupèr ſi dicti monachi fidem non ſeruarent, abbas dedit eidem Vu. I. & eius vxorem fideiuſſores: qui ſimiliter fidem præſtitiſſe dicuntur. Si ità eſt, tam abbatem & monachos qui iurauerunt, quàm I. & eius vxorem ſtudioſè monere curetis, vt ſicut iurauerunt, eadem coniurationem faciant adimpleri. Si verò cõmonitionem veſtram facere neglexerint, eidem abbati & monachis ingreſſum Eccleſię interdicatis, & in terra pręfati I. & vxoris eius vſque ad dignã ſatisfactionem, inhibeatis diuina officia celebrari.

Idem Noruniceñ. epiſcopo. Cap. 4.

TVa nos fraternitas duxit conſulendos, cui ſtandum ſit iuramento, cùm clericos quidam religioſi iuriſiurandi religione conſtringunt ad maiorẽ penſionem ſoluendam, vel præſtandum aliquid nomine beneficij, pręter ſolitam penſionem. Cùm autem inſtituuntur ab epiſcopis, iurant quòd antiquam penſionem & ſolitã non augebunt. Tuæ igitur conſultationi breuiter reſpondemus, quòd poſterius iuramentum, quod ratione & Laterani Cõcilijs authoritate iuuatur, primò præiudicat, quod de cupiditate proceſſit. Iuſtum eſt autem, vt clerici ſic perplexi, pro periurio quod vitare non poſſunt, ab eccleſijs perpetuò excludantur.

Idem Lundoñ. & Vuigorñ. epiſcopis. Cap. 5.

QVerelam R.* clerici Lincolnieñ. eccleſiæ accepimus, quòd cùm Vu. Saluagius clericus et duos Byzantios nomine eccleſiæ de Stantuñ. annis plurimis perſoluiſſet, & ſe illos annuatim perſoluturũ interpoſito ſacramento firmâſſet, contempta religione ſacramenti, iam per bienniũ ab huius penſioni ceſſauit ſolutione. quoniam igitur non tenentur eccleſias regere, qui ſunt crimine irretiti periurij, fraternitati veſtræ &c. quatenùs partes ante præſentiam veſtram cõuocetis, & ſuper his rei veritatem curetis diligenter inquirere: & ſi vobis conſtiterit, memoratum Vu. contra iuramentum ſuum non neceſſitate, ſed voluntate, ab penſionis ſolutione ceſſâſſe, ipſum à præſcripta eccleſia, authoritate noſtra, cõtradictione & appellatione ceſsãte, remouere curetis: & eccleſiam ipſam p̃ſato R. reſtituere minimè differatis, & ipſum faciatis eã pacificè poſſidere. *canonici

Idem Londoñ. epiſcopo. Cap. 6.

SI Stephanum contra compoſitionem fidei interpoſitione firmatam veniſſe conſtiterit, niſi manifeſtã rationem poterit allegare, ipſum præfata eccleſia & beneficijs eius, appellatione ceſſante, non differas ſpoliare, & eam Vu. cum integritate reſignes.

** Idem ex Regiſtro Gregory. Cap. 7.* for. *Item

PEruenit ad nos, Laodiceñ. epiſcopum ab Arnulfo comite rebus ſuis ſpoliatum, & ad nequitiæ augmenta gladijs iurare cõpulſum, quòd ablata nunquàm repeteret, & huius tãti ſceleris veniã ſibi impetrâſse rogat. Cognita itaq; contumelia, valdè doluimus, aſſerentes eius fraternitatem nullius iuramenti vinculis poſse adſtringi, quia nefandiſſima coactione iurauerat, cum tamẽ Apoſtolica authoritate abſoluimus.

DE CLERICIS MATRIMONIO copulatis, vel alijs fornicarias habentibus.

Alexander III. Salernitano epiſcopo. Cap. 1.

CLericos autem in ſacris ordinibus conſtitutos, qui in domibus ſuis proprijs publicè detinet concubinas, ad eas abiurãdas volumus

à tua fraternitate compelli, nè in eãdem fornicationem inſtinctu diabolicæ fraodis redeant, & inſupèr reatum periurij incurrant. Vndè ipſos per ſuſpẽſionis & interdicti ſententiam arctiùs cogere debes, vt mulieres ipſas ità à ſe remoueant, vt de ipſis ſiniſtra ſuſpicio non habeatur.

Idem Cant. Archiepiſcopo & eius ſuffraganeis. *Cap.* 2.

SIcut ad extirpanda vitia, quæ periculum pariunt animarũ, ſummoperè nos decet intendere, ità etiàm nos conuenit germina virtutum propagare, ex quibus Dei fidelib⁹ ſalutis augmentum, & ſacris eccleſijs decor proueniat honeſtatis. Vndè cùm in Anglia praua & deteſtabili conſuetudine & longo tempore ſoit obtentũ, vt clerici in domibus ſuis fornicarias haberent, volẽtes tam graue ſcandalom à populo remouere, & prædictos clericos ad honeſtatem eccleſiaſticã reducere, fraternitati veſtræ &c. quatenùs clericos iuriſdictionis veſtræ, qui in ſubdiaconatu & ſupra, in domibus ſuis fornicarias habẽt, ſtudioſè monere cureris, vt à ſe illas, occaſione & appellatione ceſſante, remoueãt, eas vlteriùs nõ admiſturi. Si verò infra 40. dies poſt cõmonitionem veſtrã vobis in his forrè adquieſcere cõtempſerint, eas authoritate Apoſtolica, appellatione remota, ab eccleſiaſticis beneficijs vſque ad cõgruam ſatisfactionem ſuſpendatis: & ſi eas ſuſpenſi detinere pſumpſerint, ipſos ab eiſdẽ beneficijs perpetuò remouere curetis. Si qui autẽ clericorum ipſorum infra ſubdiaconatũ accipiant vxores, ipſos ad relinquẽda beneficia Eccleſiaſtica, ſi quæ habent, & retinendas vxores ſuas, eccleſiaſtica diſtrictione cõpellatis. Sed ſi fortè in ſubdiaconatu & alijs ſuperioribus ordinib⁹ vxores accepiſſe noſcũtur, eorum vxores dimittere, & pœnitentiã agere de cõmiſſo, authoritate noſtra per ſuſpenſionis & excommunicationis ſententiã, appellatione poſtpoſitis, compellatis.

In ſubdiaconatu matrimonium ſoluendum.

Idem Lundoñ. epiſcopo. *Cap.* 3.

VNiuerſalis ſolicitudo Eccleſiæ, quam (prouidente Dño) gerimus pro eccleſiarum ſtatu, nos compellit propenſiori cura ſatagere, & vt ſecundùm Deum & iuſtitiam diſponamus, vigilem diligentiam & ſtudiũ adhibere. Accepimus aũt, ꝙ plerique in tuo epiſcopatu degentes, cùm eſſent in acolytatus officio & infra conſtituti, vxores duxerint, & nihilominùs eccleſias, quas priùs habebant, detinere præſumãt. Vndè quoniam & vxorati diuiſi ſunt, eos cogitare oportet, quomodò vxoribus placere valeãt & ſeruire, obſequijs ſolummodò diuinis non poſſunt intẽdere: fraternitati tuæ &c. quatenùs prædictos viros Eccleſias liberè & abſolutè dimittere, appellatione ceſſante, compellas, & alijs eas perſonis idoneis, in ſacris ordinibus conſtitutis, cõcedas. Verùm ſi qui illorũ aliquandò in eiſdem eccleſijs ſimplex priùs beneficium habuerint, ipſum eis, excepto *magiſtro eccleſiarum, ſub diſſimulatione dimittere poteris.

Simplex beneficiũ clerico cõiugato cõcedi cum diſſimulatione.

*magiſterio

Idem Hipponenſi & Salernitano epiſcopis. Pars capituli, Continebatur.
Cap. 4.

SVper eo quod aſſeris, quoſdã viros tuæ iuriſdictionis in ſacris ordinibus conſtitutos, matrimonium contraxiſſe: hoc tuæ prudentiæ reſpondemus, quòd ſi qui in diaconatu & ſupra matrimonium cõtraxerint, cogendi ſunt vxores dimittere & continẽter viuere, ità quòd poſt actam pœnitentiam ex diſpenſatione poſſint in ſuis ordinibus miniſtrare. Si verò ſubdiaconi contraxerint matrimonium, eos, dummodò antè tales fuerint, quòd timendum ſit, nè pro vna pluribus abutantur, diſſimulare poteris cum ſuis mulieribus remanere: quia tolerandum eſt malum, vt peiora vitentur.

Idem Herefordeñ. epiſcopo. Pars capituli, Super eo quod quæſitum eſt.
Cap. 5.

SAnè de clericis inferiorum ordinũ, qui in coniugio conſtituti, diù Eccleſiaſtica beneficia ex conceſſione prædeceſſorum noſtrorum habuêre, à quibus ſinè magno diſcrimine ac effuſione ſanguinis non poſſunt priuari, fraternitati tuæ id duximus reſpondendum, vt quia ibi natio & barbarica gens, & multitudo eſt in cauſa, eos ſub diſſimulatione ſuſtineas eccleſiaſtica beneficia tam diù habita poſſidere, prouiſurus attentiùs, nè deinceps clericis coniugatis eccleſiaſtica beneficia conferantur. Sed nec eorum aliqui ad ſacros ordines vel eccleſiarum adminiſtrationes admittantur, niſi caſtitatem fortè vouerint, & perpetuò ſeruẽt, & qui vnicam & virginem habuerint vxorem.

Quod induſit in preteritum, uetat in futurum.

Idem Vuigorñ. epiſcopo. *Cap.* 6.

INter cætera ſolicitudini tuæ cõuenit ſtudioſè ac diligenter attendere, vt tales eccleſijs tuæ gubernationi cõmiſſis miniſtros ordines & proponas, qui domui Domini ſciant decẽter diſponere, & populo Domini ſciant præeſſe & prodeſſe. Peruenit autẽ ad audientiam noſtram, quòd quidam in tua diœceſi cõmorantur, qui ſe eccleſiaſticæ pfeſſionis eſſe fingentes, cùm tamen Eccleſiaſtica beneficia habeant, matrimoniũ contrahunt, & adepta beneficia nihilominùs obtinere contendunt. Alij autem, licèt filij ſacerdotum exiſtant, patribus ſuis quaſi iure hæreditario ſuccedunt: & in his poſtmodùm conſtituti, minùs licitè promouẽtur. Quod quia indignum eſt, & ſanctorum canonum inſtitutionibus noſcitur penitùs obuiare: fraternitati tuæ &c. quatenùs illos q infra ſubdiaconatũ matrimoniũ contraxerunt, à ſuis vxoribus nulla ratione permittas diuertere: niſi de communi conſenſu illi ad religionẽ

trãſire voluerint, & ibi in Dei ſeruitio iugiter commorari. Si autè cum vxoribus vixerint, Eccleſiaſtica beneficia quæ ad illos tantùm, qui aſſiduè in Dei ſeruitio perſiſtunt, ſpectare noſcũtur, nũ debẽt vllatenùs obtinere. Illi verò qui in ſubdiaconatu & ſupra ad matrimonium conuolauerunt, poſſunt & debent mulieres inuita & renitentes relinquere: nec huiuſmodi coniunctio matrimonium, ſed contubernium eſt potiùs nũcupandum.

Diſt. 34. Presbyteris. Diſt. 17. Mulieris.

Idem eidem in eadem epiſtola.

Cap. 7.

DE ſacerdotib⁹ publicè fornicarias habentibus diſcretioni tuę nihilominùs præcipiendo mandamus, vt eos diligenter conuenias, & attentiùs commoneas, vt fornicarias ſuas dimittat, & à ſe prorsùs expellant. Quòd ſi fortè admonitionẽ tuam facere contempſerint, ſed in immũditia ſua duxerint perſiſtendum, tu eos, appellatione remota, ab omni officio & beneficio eccleſiaſtico non differas ſpoliare.

Idem Londoñ. epiſcopo. *Cap.* 8.

SI autẽ clerici tuæ iuriſdictionis, ſiue ſint in ſacris ordinibus, ſiue in inferioribus conſtitutu, fornicarias detinẽt, niſi eas ad ſecundam & tertiam commonitionem tuam à ſe dimiſerint, eas contempturi, decætero liceat tibi eos eccleſijs vel earum portionibus ſi quas habent, appellatione poſtpoſita, ſpoliare & ipſis diuina officia interdicere.

Idem Eboraceñ. archiepiſcopo.

Cap. 9.

SVper eo quòd aſſeris A. presbyterum fornicariam detinere, & eum ad crebrã admonitionem tuam dimittere nolentem, ab officio ſuſpenſum, prudentiæ tuæ reſpõdemus, quòd ſi ſuper hoc appellatum fuerit ad præſentiam noſtram, ſi contigerit ipſum ad nos accedere, prout expedire viderimus, petitionem eius & audaciam corrigemus. Si verò non venerit ad præſentiam noſtram, ſuſpenſionis ſentẽtiam in eum propter hoc latã, tam diù volumus obſeruari, donèc fornicariam ſuã à ſe abijciat & viuat (ſicut decet presbyterum) continenter. Porrò ſi literas à nobis obtinuerit, quæ facti ſeriem non contineant, nolumus ipſas ſibi prodeſſe.

Idem Cant. archiepiſcopo. *Cap.* 10.

CVm in Cantuarienſi prouincia, vbi legationis officio fungeris, quod tibi commiſimus, multi clerici ſint, qui in domibus ſuis fornicarias habere dicuntur: ſatis graue eſt, quòd in ſpurcitia vitiorum eorũ eos permanere permittas, qui ad reſecanda vitia & præparandas virtutes diligẽs omninò & ſolicitus eſſe deberes. Vndè fraternitati tuæ &c. quatenùs ſi qui clerici prouinciæ tuæ concubinas vel fornicarias habent, eos conſtanter admoneas, & ſi opùs fuerit, eccleſiaſtica diſtrictione compellas, vt concubinas & fornicarias à ſe, dilatione & appellatione poſtpoſita, prorsùs amoueãt, eas vel alias nequaquàm vlteriùs admiſſuri. Si qui autem eorum ità fuerint pertinaces, quòd noluerint in hac parte mandatis parere: ipſos ab eccleſijs quas habent, appellatione remota, non differas ſpoliare.

Cap. 11.

DEcætero quia Stephan⁹ clericus * Denellenſiũ. in archidiaconatu prędicti Archiepiſcopi adulterã in domo ſua & cõmatrem dicitur detinere: ſi hoc publicũ eſt & manifeſtum, ob tantũ exceſſum, animaduerſione debita, nullius contradictione & appellatione obſtante, corrigas.

*de Vellẽtiũ.

Idem. *Cap.* 12.

DE diacono q. in ſabbato ſancto quendam alium diaconum vulnerauit, & mulierem vxoris nomine ſuſcepit: hoc prudentiæ tuæ duximus reſpondendum, quòd ſi contrito & humiliato animo ad Eccleſiã redire voluerit, dimiſſa illa quam in vxorẽ accepit, cùm non poſſit (ſicut nôſti) contrahere matrimoniũ, ipſum recipere potes & abſoluere à ſententia excommunicationis, quam pro violenta manuum iniectione noſcitur meruiſſe: & iniuncta ſibi pœnitentia de vtroque exceſſu, poſt peractam pœnitentiam poteris ei diaconatûs officium reddere, & etiàm diſpenſatiuè, ſi perfectæ vitæ & cõuerſionis fuerit, in presbyterũ ordinare.

Infamiam aboleri poſt actã pœnitentiam.

Idem Exonieñ. epiſcopo. *Cap.* 13.

SIgnificatum eſt nobis, quod quidã ſubdiaconi in tua diœceſi cõmorantes, matrimonium contrahere præſumpſerunt, & ſicut laici quilibet cum vxoribus commorantur. Vndè quoniam id, ſicut tua nõ ignorat diſcretio, ſacrorum canonum obuiat inſtitutis: fraternitati tuæ &c. quatenùs cuiuſmodi vitæ ſubdiaconi ante contractum matrimonium extiterint, & quales futuri credantur, vxores dimiſerint, diligenter ac ſtudiosè inquiras: & ſi eos honeſtæ vitę ante contractum matrimoniũ fuiſſe, aut dimiſſis illis quæ vxores eorum eſſe dicuntur, caſtè victuros credideris, tu ipſos mulieres a ſe dimittere moneas diligentiùs, & appellatione remota, diſtrictè compellas. Si autem anteà diſſolutæ vitæ fuerint, aut illis, quas tenent, dimiſſis, in deteriora lapſuri credant, & plures pro vna frequẽtare: tu id diſſimulare poteris, & pro grauiori lapſu vitãdo, quod inſimul maneant, ſuſtinere: ità tamẽ, quòd ad altaris miniſterium non accedãt, nec eccleſiaſtica beneficia percipiant. Veruntamen ſi tales* aliqui Eccleſiæ perſonas gerunt: aut Eccleſias, aut vxores prorsùs dimittere ſunt cogendi.

Malũ diſſimulari.

Idem decano & canonicis Lincolnieñ. vel Lemonicen. *Cap.* 14.

CVm inſtitiſſet apud nos lator præſentiũ H. parochianus veſter, vt de ordine ſubdiaconatûs, ad quem recipiendũ * minùs

for * nimis

nũs enormiter & inordinatè ſe ingeſſerat, cũ eo miſericorditer ageremus: nec potuiſſet, ſicut nec debuerat, in hac parte prohoere: tandèm tamen à nobis licentiam poſtulauit, vt poſſet ſibi aliquam in matrimonio copulare. Nos itaq; ſtudioſiùs attendentes, quomodò prædictus ordo cùm nullam ſibi dignitatem attulerit vel honorem, matrimonium eius non impedit, diſcretioni veſtræ &c. quatenùs ſi matrimonium legitimè duxerit contrahendum, nullus veſtrûm eum à côtracto matrimonio prædicti ordinis obtentu prohibere præſumat, nec ſibi propter hoc moleſtiam inferat vel grauamen.

Idem Vuigorñ. epiſcopo. Cap. 15.

EX parte prioris & fratrũ de Vuellebec nobis innotuit, quòd C. preſbyter, qui habet vicariam in eccleſia ipſorum de Hortuñ. publicè concubinam tenet, & ſicut laicus quilibet tabernas frequentare non erubeſcit. Sed quia indecens & rationi contrarium eſt, vt ij qui altario ſeruiunt, fœminarum amatores ſint, cùm eos ſobrios & caſtos eſſe oporteat: fraternitati tuæ &c. quatenùs rei veritate diligenter inquiſita & cognita, ſi eum talem inueneris, qualis eſſe deſcribitur ipſum ab eadem eccleſia, occaſione & appellatione ceſſante amoueas.

Pars 19. DE ORDINATIONE filiorum Sacerdotum, & eiſdem in eccleſijs paternis non tolerandis.

Idem Vuigorñ. epiſcopo. Cap. 1.

COnquerente nobis Milone clerico, quòd cùm R. preſbyter eccleſiam B. Mariæ de * Vnicun, tanquàm perſona diutiùs habuiſſet, & poſt mortem eius idem Milo à Ricardo Paciford domino fundi tibi fuiſſet præſentatus, R. filius illius preſbyteri in ſacerdotio genitus, inſtitutionē ipſius clerici viſus eſt impedire, & ad habendam eandem Eccleſiam modis omnibus, quibus poteſt, adſpirat. Quoniam igitur indignum eſt, & canonicæ obuiat ſanctioni, vt filij debeant patribus in eccleſijs ſuccedere: nos ad enormitatem iſtam eradicandam ſolicitè volentes & diligenter intendere, fraternitati tuæ &c. quatenùs ſi publicum eſt & notorium, patrem prædicti R. in præſcripta eccleſia perſonatum habuiſſe, filium eius ibidèm miniſtrare, aut eiuſdẽ eccleſiæ perſonatum habere nullatenùs patiaris. Sed ſi fortè * aliqua cauſa inſtitutus eſt, ibi eum, appellatione remota, authoritate noſtra non differas amouere, & memoratũ Milonem, ſicut fuerat ad ipſam eccleſiã præſentatus ab eo, ad quẽ præſentatio ſpectare dinoſcitur, ibi, dummodò aliàs idoneus ſit, contradictione & appellatione ceſſante, non poſtponas recipere, ipſumq; facias prędictã eccleſiam quietè poſſidere.

* alia

Idem Tanneimeñ. epiſcopo. Cap. 2.

QVod ſuper his, de quibus dubitas, à nobis poſtulas edoceri, & ab animo tuo dubitationem auferri: ſolicitudinem tuam & diligentiam, ſicut dignum eſt, commendamus: & conſultationi tuæ libenter in eo quod poſſumus, reſpondemus. Indè eſt ꝙ à nobis deuotio tua poſtulauit, vtrùm filij ſacerdotum, ſi idonei inuẽti fuerint, ad ſacros ordines promoueri poſſint, vel eis cura animarum committi. Inquiſitioni tuæ taliter reſpõdemus, quòd filij ſacerdotũ, niſi in monaſterio vel canonica regulari, ſi probatæ vitæ fuerint & conuerſationis habiti, ad diaconatum vel ſacerdotium non debent admitti.

Pars capituli, Ex inſinuatione. Cap. 3.

AD præſentiam noſtram accedens R. preſbyter, tacita veritate quòd eſſet filius ſacerdotis, per fraudem à nobis literas impetrauit, vt in Eccleſia de Bileſbi, in qua R. pater eius miniſtrauerat, capellanus exiſteret. Quia verò nullis fraus vel dol⁹ patrocinium præſtare debet, diſcretioni tuæ &c. quatenùs infra xl. dies poſt harum literarũ ſusceptionem, rei veritatem diligenter inquiras: & ſi tibi conſtiterit, quòd memoratus R. ſit in ſacerdotio genitus, & ꝙ pater eius in eadem eccleſia miniſtrauerit, non obſtantibus literis noſtris, ipſum exindè, omni occaſione & appellatione ceſſante, amoueas.

Fraus & dolus nulli debet eſſe bono.

Idem Vuigorn. epiſcopo. Cap. 4.

PRæſentium tibi authoritate iubemus, vt filios ſacerdotũ in paternis eccleſijs miniſtrare, vel eas occaſione aliqua obtinere nullatenùs permittas, & ipſos ab eccleſijs in quibus patres eorum miniſtrare noſcuntur, ceſſante omni appellationis obſtaculo ſtudeas penitùs amouere.

Idem London. epiſcopo. Cap. 5.

VEniens ad præſentiã noſtram Vu. preſbyter lator præſentium, ſupplici nobis aſſertione propoſui, quòd cùm ipſum ad eccleſiam S. Laurentij de Nouoburgo, quam ei conceſſiſti & aſſignaſti, articulâſſes, & ad eandẽ in presbyterũ ordinâſſes, ipſum poſteà ꝑſcripta Eccleſia ſpoliâſti, eô quòd pater eius i prẹſcripta eccleſia miniſtrauit. Quia verò ad noſtrum ſpectat officium, viris eccleſiaſticis paterna prouiſione conſulere, fraternitati tuæ &c. quatenùs ſi tibi innotuerit, quòd pater eiuſdem presbyteri in præſcripta eccleſia miniſtrauerit, quandò eum inſtituiſti, ipſam eidem, dilatione & appellatione ceſſante, in pace dimittas, amotó alio ſi quẽ inſtituiſti. Verùm ſi te ignorâte, ꝙ pater eius in eadẽ eccleſia miniſtrauerat, ipſam ei aſſignâſti, ex quo ad eccleſiã ipſam cum in presbyterũ ordinâſti, ſibi reſtituas, donèc in alia eccleſia ei prouideas, vndè honeſtè valeat ſuſtentari, & ſibi nullam ſuper præſcripta eccleſia moleſtiam vel grauamẽ inferas.

Idem B. Cap. 6.

PRopoſuit nobis præſentium lator R. ꝙ cùm ipſe ad Eccleſiam de Salebi, à domino

mino fundi fuiſſet præſentatus, tu cauſam animarũ noluiſti ſibi cõmittere, vel huic rei aſſenſum tuum pręſtare, pro eo ꝙ erat filius ſacerdotis. Super quo itaq; diſcretionẽ tuã, ſicut dignum eſt, in Dño commẽdamus, & prouidentiam tuam gratam gerimus, accõmodam & acceptã. Cæterùm quia neceſſitatibus eius & laboribus, quos ad nos veniẽdo ſuſtinuit, in tãta mentis affectione compatimur; indignum eſt autem, vt poſtquàm ipſe in ſubdiaconatum eſt ordinatus, omni debeat eccleſiaſtici beneficij ſuſceptione carere: diſcretionem tuam per A.S. monemus, vt aliquem honeſtum presbyterum cum aſſenſu eiuſdem presbyteri infra 40. dies poſt harum literarũ ſuſceptionẽ, contradictione & appellatione ceſſante, inuenire ſtudeas, q eidem eccleſiæ deſeruiat, ità quidẽ, ꝙ præfatus R, medietatem omniũ beneficiorũ præſcriptæ eccleſię in ſuo ordine ſeruiendo diuino intuitu, quo ad vixerit, noſtra & tua authoritate pacificè debeat obtinere. Nõ enim ſolus presbyter Miſſarũ ſolẽnia, vel alia officia poteſt ſinè miniſtri ſuffragio celebrare.

Idem Saren. & Exonien. epiſcopis. Cap. 7.

SVggeſtum eſt nobis, ꝙ cùm I. dicatur filius ſacerdotis, &c. & infrà: Quia manifeſtum eſt & publicum, patrẽ prædicti I. pſonatum præfatę eccleſiæ geſſiſſe, ipſum ab eadẽ eccleſia, ſi eam adeptus eſt, excludatis, nec ad eius gubernationem vlteriùs aſſumatur. Nolumus tamẽ vt propterea id in iudicium deducatur, vel teſtes ſuper hoc producantur, dũmodo factũ ipſum manifeſtũ ſit.

Idem Cant. archiepiſcopo & Vuigorn. epiſcopo. Cap. 8.

EX trãſmiſſa nobis cõqueſtione Vu. clerici accepimus, ꝙ ad dilecti fratris noſtri abbatis de Caſtin pſentationẽ, in quoddam beneficium eccleſiæ de Vuinton. ſibi canonicè conceſſum, recipere diſtuliſti in pſenti, eõ quòd quidam, qui pater eius dicebatur, in præfata miniſtrauit eccleſia. Pręterea nobis ex parte eius inſinuatur, ꝙ memorato E. defuncto, media interceſſit perſona, cui prędictũ collatũ eſt beneficiũ. Indè eſt ꝙ fraternitati veſtræ, &c. quatenùs ſi pdicta cõſtiterint, prænominatũ Vu. in poſſeſſionẽ ei collati beneficij * mittere nõ differas, omni occaſione & appellatione ceſſante, nec ideò minùs obſeruare reſcripta Apoſtolica decet, quia hæc in Eccleſia Dei hæreditariã deteſtantur ſucceſſionem, vt canonicam approbent in poſterum poſſeſſionem. Porrò ſi ts* ex.* A. inter. non poſſint, alter nihilominùs exequatur.

*inducere

Idem Vuigorũ. epiſcopo, & Priori de Lucivureden. Cap. 9.

COnſtitutus in præſentia noſtra G. clericus lator præſentium, ſupplici nobis inſinuatione monſtrauit, ꝙ cùm Capellam de Streton. canonicè fuiſſet adeptus & eam pluribus annis pacificè tenuiſſet, R. miles ipſum præſcripta eccleſia ſinè iudicio & iuſtitia ſpoliauit. Cumq; memoratus clericus exindè epiſcopo querelam depoſuiſſet, obiectum fuit ei quòd pater eius in eadem eccleſia miniſtrauit, & pręſcriptam Capellam non potuit rehabere. Quia verò ad noſtrum ſpectat officium, inſolentiam laicorum cõtra viros eccleſiaſticos debita ſeueritate cõpeſcere: diſcretioni veſtræ &c. quatenùs rei veritate diligenter inquiſita & cognita, ſi vobis conſtiterit, quòd idem clericus à pręſcripta eccleſia per manũ laicalẽ fuerit eiectus, & quòd pater eius præfatæ capellæ perſona ſeu vicarius perpetuus nõ fuerit: licèt in eadem nomine ipſius G. quãdoque miniſtrauit, ipſam ſibi cũ redditibus indè perceptis, amoto alio, ſi quis eam detinuit, dilatione & appellatione & occaſione ceſſante, reſtituatis, literis noſtris, ſi quæ ſunt impetratæ, veritati & iuſtitiæ non præiudicantibus, & ipsũ ſicut eã canonicè adeptus fuit, faciatis pacificè poſſidere. Porrò ſi* his ex. am. in. ñ. po. alter, adhibitis ſibi viris diſeretis & honeſtis, ea nihilominùs exequatur. locus obſcurus aut mutilat*.

Cap. 10.

EX tua parte nobis propoſitũ eſt, quòd cùm olim ad conſultationem tuã ſuper filijs ſacerdotũ tales literas ſuſcepiſſes à nobis, vt eos poſſis in eccleſijs, quas patres eorum nullo mediante, poſſederant, ſuſtinere, quos* bonæ vitæ & ſanæ conuerſationis cognoſceres, vel quos eas longo tẽpore tenuiſſe conſtaret: quidam ad iudices literas impetrauerunt, vt ſi conſtaret eos eſſe filios ſacerdotum vel clericorum qui proximè ante eas eccleſias tenuerunt, ſuper his imponant eis, appellatione ceſſante, ſilẽtium, & eccleſias iſtas eis aſſignent, quamuis in eis ſe oſtẽdere nequeãt per epiſcopum inſtitutos. Super quo tibi reſpondemus, quòd ſi per priores literas noſtras cum aliquibus clericis diſpenſâſtis, diſpenſationẽ tuam poſteriorum literarum noſtrarum intuitu nolumus irritari, ſed eã pręcipimus ſeruari illibatã. Alios verò clericos laicę donationis intuitu in eccleſijs, ipſis parochiali iure ſubiectis, ſinè authoritate pontificis inſtitui, aut inſtitutos in eis remanere, authoritate Apoſtolica prohibemus.

*probatos

DE IVDAEIS, ET NE CHRIſtiani mancipia eorum fiant. Pars xx.

Cap. 1.

SIcut Iudæis non debet eſſe licentia, vltrà quam permiſſum eſt lege, in ſynagogis ſuis præſumere, ità in eis quę eis conceſſa ſunt, nullum debent pręiudicium ſuſtinere. Hos ergò cùm in ſua magis velint duritia pmanere, quàm prophetarum verba arcana cognoſcere, atq; Chriſtianę fidei & ſalutis notitiam habere: quia tamen defenſionẽ & auxiliũ noſtrũ poſtulant, ex Chriſtianę pietatis mãſuetudine pdeceſſo-

deceſſorum noſtrorũ felicis memoriæ Caliſti & Eugenij Romanorum pontificum veſtigijs inhærẽtes; ipſorum petitiones admittimus, eiſque protectionis noſtræ clypeum indulgemus. Statuimus enim, vt nullus* Chriſtianus inuitos vel nolentes eos ad baptiſmum venire compellat. Sed ſi eorum quilibet ad Chriſtianos fidei cauſa confugerit, poſtquàm voluntas eius fuerit patefacta, Chriſtianus abſque calumnia efficiatur. Veram quippe Chriſtianitatis fidẽ habere non creditur, qui ad Chriſtianorum baptiſmũ non ſpontaneus, ſed inuitus cognoſcitur peruenire. Nullus etiam Chriſtianus eorum quemlibet ſinè iudicio poteſtatis terrenæ vulnerare vel occidere, vel ſuas eis pecunias auferre præſumat: aut bonas, quas hactenùs

Diſt. 45. Qui ſyncera.

in ea quam priùs habitabãt, regione habuerunt, conſuetudines immutare: præſertim in feſtiuitatum ſuarũ celebratione, quiſquam fuſtibus vel lapidibus eos nullatenùs perturbet: nec aliquis ab eis coacta ſeruitia exigat: niſi ea quæ ipſi præfato tempore facere conſueuerunt. Ad hęc malorum hominũ prauitati & nequitiæ obuiãtes decernimus, vt nemo cœmeterium Iudæorum mutilare vel inuadere audeat, ſiue obtentu pecuniæ corpora humana effodere. Si quis autẽ huius decreti tenore agnito, quod abſit, temerè contraire præſumpſerit, honoris & officij ſui periculum patiatur, aut excõmunicationis ſententia plectatur, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit.

Idem. Cap. 2.

22. q. 11. Religioſa

LIcèt vniuerſis Dei fidelibus ex cõmiſſi nobis officij debita debeamus prouiſione adeſſe, attentiùs tamen eccleſiaſticos viros à prauorum moleſtijs malignantium vigili cura defendere, ad quorum regimen ſpecialiùs ſumus, licèt inſufficientibus meritis, prouidẽtia* deputati. Perlatum eſt autem ad audientiam noſtram, quòd Iudæi in ciuitate veſtra commorantes, ad tantam ſuperbiam & elationem peruenerunt, quòd ſi

for.* diuina deputatus.

quandò inter eos & quemlibet clericũ, ſiue inter vos & ipſos cauſa emerſerit, vos ad ſecularem iudicem trahunt, & corã quocũq; iudice vobiſcum litigant per ſimplicẽ chartam abſq; teſtibus, vel per vnũ qualemcũq; Chriſtianum ſiue Iudæum, contra omnẽ rationem* & iuſtitiam, ſententiam ſuam probare intendunt, & aduerſùs eos magnorum & bonorum virorũ non recipiunt teſtimonium. Quia verò quod non eſt licitũ Chriſtiano cuilibet, multò minùs inimicis crucis Chriſti, vt ſcilicet viros eccleſiaſticos ad ſecularẽ iudicẽ trahãt, & cauſæ ſuæ, vnius tãtùm & non legitimo teſtimonio ſinẽ imponãt: diſcretioni tuę &c. quatenùs ſi inter vos & quoſcunq; Chriſtianos ſiue Iudæos cauſa emerſerit, pro nullius vocatione ad ſecularẽ curiá, vt ibi de negocio tractetis: aut iudicẽ ſecularẽ ibi accedere pſumatis. Sed ſicut iu-

* & inſtitutũ cauſam ſuam

ſtitia exigit, & æquitatis ratio poſtulat, in qualibet cauſa Chriſtiani, & maximè clerici, ad minùs duorũ vel triũ teſtium, qui ſint probatæ vitæ & conuerſationis, admittatis, iuxta illud Dominicum, In ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quia licèt quædam ſint cauſæ, quæ plures quàm duos exigant teſtes, nulla tamen eſt quæ vnius tantùm, quamuis legitimo, teſtimonio terminetur. Ad hęc præſentium authoritate tibi ſignificamus atque præcipimus, quatenùs omnibus Chriſtianis, qui ſunt in veſtra iuriſdictione, penitùs interdicatis: & ſi opus fuerit, eccleſiaſtica diſtrictione prohibeatis, nè ipſi Iudęorum ſeruitio aſſiduè pro aliqua mercede ſe exponãt. obſtetricibus etiam & nutricibus Chriſtianis omnibus prohibere curetis, nè infantes Iudęorum in domibus eorum nutrire pręſumant: quia Iudęorum mores & noſtri in nullo concordant, & ipſi de facili ob frequentem conuerſationem & aſſiduam familiaritatem, inſtigante humani generis inimico, ad ſuam ſuperſtitionem & perfidiam, ſimplicium animos inclinarent. Prętereà parochianis veſtris vſuram accipere omnibus modis interdicatis: quia vſurarum crimen vtriuſque teſtamenti pagina deteſtatur. Quòd ſi monitis veſtris parere contempſerint, ſi clerici ſunt eos ab officio & beneficio ſuſpenſos, cum literis veſtris rei veritatem continentibus, ad præſentiam noſtram mittere nõ differatis. Si laici fuerint, vſque ad dignam ſatisfactionem vinculo excommunicationis eos aſtringatis.

Deut. 17. b 19. d

Matt. 18.

Idem. Cap. 3.

NOn ſine multa admiratione audiuimus & creditur, quòd Iudæi parochias eccleſiarum per prouinciam veſtram, emptionis ſiue conductionis, aut etiam pignoris titulo, contemptu Dei & fidei Chriſtianę inſtitutionis, detinẽt occupatas: & cùm redditus eiſdem eccleſijs non ſoluantur, hæ eccleſiæ penitùs deperiſſe iam noſcũtur. Quia igitur ad ea corrigẽda quæ ſunt diuinę maieſtati contraria, & à fidei Chriſtianæ inſtitutionibus aliena, promptos nos decet & diligentes exiſtere: fraternitati tuæ &c. quatenùs ſi qui Iudæi ſunt in prouincia veſtra, qui tali modo parochias detineãt, ipſos ad eas dimittendas, requiſito priùs & habito conſenſu chariſſimi in Chriſto filij noſtri Henrici illuſtris Anglorum regis, arctiùs compellatis: aut ſi receptas detinuerint, aut parochias amodò receperint, ipſos cũ omni diſtrictione cogatis, vt eccleſijs quarum eædem parochię ſunt, debitos & collectos redditus cum integritate perſoluant, prohibẽtes omnibus Dei fidelibus ſub interminatione anathematis, nè quis Iudæis hominium vel fidelitatis faciat: quoniam contrarium eſt ſacris canonibus, vt Chriſtiani debeant

Iudæis

Digitized by Google

Iudæis adſtringi. Si quis verò cõtra inhibitionem noſtram venire præſumpſerit, contradictione & appellatione ceſſante, in eos excommunicationis ſententiam proferatis.

Idem. Cap. 4.

AD hæc cùm ſacris canonibus cautum ſit, nè Iudæi Chriſtiana mancipia habeant, præſentium tibi authoritate præcipimus, quatenùs ſublato appellationis remedio anathematis interminatione iubeas publicè, nè quis Chriſtianorum alicuius Iudæi mancipium efficiatur. Si quis autẽ contra prohibitionem tuam venire præſumpſerit, * eos ſublato appellationis remedio, eccleſiaſtica cenſura compellas.

fer. * cum

Pars 21.

DE MONACHIS ET MONIALIBUS ſinè probatione ſuſceptis, item in probatione poſitis, recedere volentibus. Cap. 1.

AD audientiã noſtram noueris perueniſſe, ꝙ Eremitæ de monte Filiano, quoſdã pueros infra 14. annum infantũ ſeduxerint, quòd quidam illorum, ſuaſionibus eorum aſſenſum præbentes, ad eccleſiam illorum acceſſerunt. Quos cũ ſtatim religionis habitum induiſſent, vnus prædictorum puerorum T. nomine, ſtatim pœnitens quòd habitum ipſum ſuſcepiſſet, id quod fecerat, ſuis parentibus intimauit: qui ad locum ipſum, mora poſtpoſita, accedentes, eum exindè extraxerunt: & cùm ſteтiſſet ibi, niſi per vnam noctem, ꝓut accepimus, præfati Eremitæ & quidã alij eum non permittunt quandam puellam ducere in vxorem, quam ipſe iurauit in vxorẽ accipere, ac (ſicut dicitur) deſponſauit. Quocircà diſtrictioni tuæ &c. quatenùs rei veritate diligenter inquiſita & cognita, ſi tibi cõſtiterit, ꝙ p̃fatus T. ante conſummationem 14. anni, habitum ipſum ſuſceptũ depoſuerit, aut ſi poſt 14. annũ habitũ ipſũ ſinè ꝓbatione ſuſceperit, & infra triduum depoſuerit; eum ab impetitione prædictorũ Eremitarum vel aliorum in hac parte, occaſione & excuſatione & appellatione ceſſante, penitùs abſolutum, & eam quã iurauit accipere in vxorem, liberè poſſe traducere, ſi alia rationabilis cauſa non impedit, denuncies.

Diſt. 28. De his

Idem Hereforden. epiſcopo. Cap. 2.

SVper eo quod quæſitum erat à nobis ex parte tua, vtrùm ſacerdotes qui religionis habitum ſuſceperũt, & antequàm eſſent vinculo profeſſionis adſtricti, ad priorem ſtatum reuerſi ſunt, permittendi ſint eccleſias & curam animarum habere: & an clerici, ſi monachicum habitum ante oblatum profeſſionis libellum deferunt, ad ſacros ordines promoueri, & ad gubernationem animarum poſſunt aſſumi: ſanctitati tuæ taliter reſpondemus, ꝙ ſi auſteritatem religionis, ad quam * tranſiſſe noſcuntur, ſeruare noluerint, ad minorem religionem tranſire cogendi ſunt, nec ampliùs in eccleſijs ſecularibus debẽt aſſumi, nè cõtra votum quod Domino fecerunt, in animarum ſuarum periculum probentur venire. Verumtamen ſi ante ſuſceptum habitum in probatione poſiti, recedere voluerint, ſecundùm regulam B. Benedicti non videntur prohiberi ad priorem ſtatum redire. Sed illa videtur præcipere, vt in eadem veſte redeant, in quà venerunt.

Accipe hęc de ijs, qui religionis votum, nuncuparũt.

* migraſſe

Nam in laicali veſte probãtur.

Cap. 3.

MEminimus nos ex parte tua huiuſmodi quæſtionem audiuiſſe, ſ vtrùm illi qui ſe ad religionem coram epiſcopo deuouerunt tranſituros, & habitum religionis ſuſcipiunt, ſi & poſtmodùm vxores duxerint, cogendi ſunt eas dimittere, & ad eccleſiam, cui ſe conſulerant, redire. Super quo vtiquè * dicimus reſpondendo, quòd ſi quiſpiam qui ſe religioni deuouit, & habitu ſuſcepto profeſſionem fecit; poſtmodùm ſibi aliquã copulauit, eſt ab ea cogendus recedere. Verùm ſi habitum non ſuſcepit, nec profeſſionem fecit, ſed votum fecit, & ſe ad religionẽ tranſiturum promiſit, licèt poſteà matrimonium contraxerit, non eſt cogendus ad eccleſiam tranſire, & matrimonij iura reſcindere. * Item ex Concilio Toletano, vt clerici qui ſe fingunt habitu & nomine monachos eſſe. *

* damus reſponſũ, quòd ſi

DE SPOLIATIS reſtituendis vel non.

Pars 22.

Idem Vuigorn. epiſcopo. Cap. 1.

SOlicitè cures & diligenter, quo tẽpore H. renunciauit eccleſiæ: & ſi vobis conſtiterit, ipſum ſpoliatũ eſſe cùm eidem eccleſiæ renũciauit: ſi hac vice tantùm renunciauit, aut pluribus vicibus renunciauit præſcriptæ eccleſiæ, dummodò ſpoliatus renunciauit, contra eum teſtes alterius partis de iuramento & de renunciatione ſpontaneè facta, nullatenùs admittas: quia non eſt veriſimile, quòd ſpontè iuri ſuo renunciauerit, qui ſpoliatus renunciauit. Sed teſtes H. qui pro ſe intendunt, quòd violenter prædicta eccleſia fuit ſpoliatus, dummodò idonei ſunt, minimè differas accipere.

Spoliatũ iuramẽto renunciãtem, reſtituẽdum.

*Idem decano Lincol. & abbati de * Riuaus. Cap. 2.*

ACcepta conqueſtione P. clerici, quòd violenter eccleſia de * Sprotebtur fuiſſet ſpoliatus, diſcretioni tuæ (ſi benè meminimus) dedimus in mandatis, vt ſi per officiales venerabilis Patris noſtri Eboraceñ. Archiepiſcopi, Apoſtolicæ Sedis legati, ex conceſſione ipſius in eadem eccleſia introductus fuiſſet, & indè per violentiam exire coactus, eam ſibi authoritate noſtra reſtitui faciatis. Quibus cognitis, reſponſum eſt, ſicut nobis dicitur, ab aduerſario, iſta omnia

non

noo debere proficere, eò quòd ſpontanea voluntate præſcriptam eccleſiam in preſentia præfati Archiepiſcopi abiurâſſet. Quia verò non ſcripſimus idiotis, ſed diſcretis pſonis, & nitimur diſcernere quid ratio dictet: diſcretioni veſtræ iniungimus præſentium authoritate, vt rei veritatem diligenter & ſubtiliter inquiratis, & ſi vobis conſtiterit, quòd præfatus P. nollo metu vel vi coactus, ſed ſpontaneè prælibatam eccleſiam abiurauit, ei (omni contradictione & appellatione remota) ſuper hoc perpetuom ſilentium impooatis.

Idiotę nō diſcretæ perſonæ, peremptorias exceptiones reprobât.

Idem. Cap. 3.

FRatres* Arcemarenes grauem ad nos contra abbatem ſoom tranſmiſère querelam, dicentes eum bona illius monaſterij dilapidâſſe, ipſomque inutilem & ſortilegũ eſſe. Nuncius verò abbatis io præſentia noſtra conſtitutus, hæc omnia inſtantiùs deoegabat, adijciens præſcriptum abbatem ab adminiſtratione abſque rationabili cauſa deſtitutum. Ideò dilectioni veſtræ &c. quatenùs ad locum in quo faciliùs poſſitis partes præſentes habere, & de cauſa cognoſcere venientes, & quæ hinc & indè propoſita fuerint, audiẽtes diligẽtiùs, negociũ ipſum, omni gratia & amore poſtpoſito, terminare curetis, ità quòd ſi vobis conſtiterit prædictum abbatem irratiooabiliter deſtitutum, ipſum reſtituatis. Si verò deſtitutus non eſt, & eum inueneritis deſtituendum, illum authoritate noſtra deſtituatis, indemnitati eccleſiæ ſicut meliùs noueritis expedire, conſulentes. Verùm ſi prędicti fratres ipſum canonicè* conuiceruot de obiectis, depoſitionis ſententiam afferati. Cæterùm ſi præfati fratres, accuſationis libello porrecto, in probatione defecerint, abbati canonica purgatione iniuncta, illos debita animaduerſione puniatis.

24. q. 1. Pudenda

* conuinceant,

Idem Vuigorn. epiſcopo & Helien. archid. Cap. 4.

AVdita querela dilecti filij noſtri T. clerici chariſſimi in Chriſto Scottorom Regis, quòd H. perſona eccleſiæ de Sandeta, ipſum ſuper eccleſia de Porteñ. indebitè moleſtauit, * quam liberam tunc & vacantem ad præſentationem eiuſdem regis prædictus T. adeptus fuerat, licèt idem H. ſponte iurâſſe dicatur, quòd ſuper eadem eccleſia de Porteñ. præfato T. nullam quæſtionem moueret: venerabili fratri noſtro Londoñ. epiſcopo & tibi fili archidiacone dedimus in mandatis, vt rei veritate diligenter inquiſita, ſi vobis conſtaret, quòd prædictus H. alterius eccleſiæ perſonatum haberet, vel iuramento ſpontaneè præſtito firmaoerit, ſe memorato T. ſuper eadem eccleſia decætero quæſtionem noo moturum: ei exindè perpetuum ſilentium, appellatione remota, imponatis, & ab eius ĩpetitione eũdẽ T. abſoluere minimè differatis. Poſtmodùm verò nuncius præfati H. ad pręſentiam noſtram accedens, conſtanti nobis aſſertione propoſuit, quòd per violentiam idem H. eadem eccleſia fuerit ſpoliatus: & ideò ad vos literas noſtras impetrauit, vt ſi conſtaret vobis veritate cognita, ipſum H. ſpoliatum eſſe cùm eidem renoociauit eccleſiæ, contra eum teſtes alterius partis de iuramẽto & de renunciatione ſpõtaneè facta, nullatenùs reciperetis: ſed teſtes potiùs ipſius H. quibus intendebat poſſe probare, quia violenter præfata eccleſia ſpoliatus fuerit, dommodò eſſent idonei, non differetis recipere, & ſecũdùm eorũ depoſitiones & rationes & allegationes hincindè ꝓductas, ĩ cauſa ipſa, remoto appellationis obſtaculo, quod iuſtum eſſet, iudicaretis: non obſtantibus literis, ſi quæ aliæ ab alia parte impetratæ eſſent tacita forma, quam expreſſimus in alijs literis ſuper hoc impetratis. Addidimus ioſupèr, quòd ſi in cauſa ipſa aliquid eſſet mutatum, poſtquàm nuncius præfati Henrici iter arripuit ad noſtram præſentiam veniẽdi, totam cauſam ante ingreſſum principalis cauſæ, contradictione & appellatione ceſſante, io eum ſtatum reduceretis, in quo fuiſſe dinoſcitur, cùm ouncius ipſius H. eſt iter ipſum aggreſſus: niſi fortè idem H. cum altera parte ſpontanea voluntate poſſet ſup ipſa eccleſia conoenire. Nonc autem ex literis prædicti epiſcopi & tuis fili archidiacone nobis innotuit, quòd vos priorum literarum tenorem ſecuti, partes debita ſolennitate citâſtis, & cùm poſt plures citationes die tandèm peremptorio conſtituto, de iam dicti H. contumacia legitima probatione vobis pleniùs conſtitiſſet, idoo earum perſonarum teſtimonio cognoſcentes ſæpedictum H. alterius eccleſiæ perſonatum habere, & ſpõtanea voluntate eccleſiam de Porteñ. in facie eccleſiæ in perpetuũ abiurâſſe, ei ſuper eadem eccleſia perpetuum ſilentium impoſuiſtis, & ab eius impetitione pręnomioatum T. penitùs abſoluiſtis. Licèt autem ouncius eiuſdem H. alias literas, ſicut diximus, impetrauit, formam aliam continẽtes, & quòd reoocari deberet, ſi quid immutatum eſſet in cauſa, poſtquàm idem nũcius iter arripuit ad nos veniendi: quia tamẽ non iotelleximus, nec intelligi volumos, vt ſi quid per iudices delegatos factum eſſet, reuocaret in irritum authoritate noſtrarum literarũ: ſed ſi qd ꝑſũptione vel violẽtia immotarũ eſt &c. diſcretioni veſtræ &c. quatenùs ſi ante receptionẽ literarũ noſtrarũ, quas nũcius ꝑ̄fati H. ſuper ipſa cauſa ad vos impetrauit, memoratus epiſcopus & tu fili archidiacone ſuper iam dicta eccleſia ſententiam protuliſtis eandem, cõtradictione & appellatione ceſſante, ratam habeatis & firmam: nec eam obtentu literarom poſteriorum reuocare tentetis, ità quidem, quòd ſi contra

ſenteotiam

quoniã

ſententiam ipſam aliquid ſtatuiſtis, id ſublato appellationis remedio reuocetis, & præfatum H. contra eandem ſententiã venire nullatenùs permittatis, ſed potiùs ſententiam (contradictione & appellatione poſtpoſita) faciatis authoritate noſtra inuiolabiliter obſeruari. Si verò poſt ſuſceptionem ſequentium literarum ſententia lata fuerit, eadem ſententia non obſtante, in cauſa iuxta tenorem literarum ipſarum, appellatione poſtpoſita, procedatis, dummodò præfatus H. ſpoliatus, fuerit, eadem ſententia non obſtante, & per violentiam ſpoliatus, illud præſtiterit ſacramentum.

*Idem * Lexonień. Epiſcopo. Pars capituli, In literis, ſuprà de Poteſtate Iudicum. Cap. 5.*

SVper illa quæſtione videlicet, cùm quis dicit ſe de poſſeſſione violenter eſſe eiectum, & aduerſarius dicit eum non fuiſſe canonicè inſtitutum, huiuſmodi tibi damus reſpõſum: Priùs de violẽta eiectione, quàm de canonica inſtitutione agi debet: quia prędo etiàm eſt ſecundùm rigorem iuris reſtituendus.

Quid ſi laic' a poſſeſſione eccleſię eſſet eiectus, q̃ ei nulla ratione poſſidere liceret?

Idem eidem in eadem. Cap. 6.

ITem cùm aliquis dicit ſe de poſſeſſione eiectum, vel aduerſarium clàm poſſeſſionem intrâſſe, & aduerſarius ei crimen objiciat, vt eum ratione criminis à ſua intentione repellat: non occurrit nobis, quòd illius obiectio debeat admitti vel executio principalis cauſæ propter hoc retardari: quoniã criminaliter aduersùs eum agere non poteſt, cùm ipſum conſtet eius inimicum exiſtere.

Idem Vuigorń. Epiſcopo. Cap. 7.

ABbas S. * Eadmundi, à quo R. lator præſentium patrimonium ſuum tenere dinoſcitur, milites ſuos & burgenſes ad domum prædicti R. miſit, qui eum à domo & vniuerſa poſſeſſione ſua expellerent, niſi eccleſiam ſuam penitùs abiuraret. Quod cùm idem R. tali modo coactus feciſſet, abbas prædictam eccleſiam alij conceſſit. Vndè, quia quæ metu & vi facta fuerunt, de ratione iuris & ordine in irritum debent reuocari: fraternitati tuæ &c. quatenùs prædicto R. ſi ità conſtiterit, omnia cum integritate reſtituas.

Idem Cant. Archiepiſcopo & Vuigorń. Epiſcopo. Cap. 8.

PRæcipimus vt N. reſtitui faciatis eccleſiam, non obſtante quantùm ad reſtitutionem, ſi poſt eiectionem ei objicitur, quòd filius illius fuit perſonæ, qui in eadem eccleſia proximò miniſtrauit, vel quòd ab eo annuam penſionem acceperit.

Idem Vuigorń. Epiſcopo, & abbati de S. Albano. Cap. 9.

QVia Vu. qui violenter dicebatur eccleſiam de N. ingreſſus, defunctus eſt, vt accepimus: & Nigellus in eadem eccleſia intruſus, volumus & præcipimus, vt secũdùm formam literarum inter ipſum & Patricium iudicetur ratione mediante, ſicut inter eundem & præfatum Vu. ſi viueret, iudicaretur.

DE IVRAMENTO Calumniæ. Pars 23.

Item Honorius II. omnibus Epiſcopis orientalibus. Cap. 1.

INhærentes veſtigij prædeceſſorum noſtrorum, dicentium grauiores per ſummum Pont. terminari debere quæſtiones, noſtrorum fratrum conſilio diligenter inquiſito, huius cauſæ ſpeciem irrefragabiliter Deo opitulante terminantes decidimus. Legibus itaque cautum eſſe comperimus, vt nullus clericus iurare pręſumat. alibi verò reperitur ſcriptum, vt omnes principales perſonæ in primo litis exordio iuſiurandum de calumnia ſubeant. Nonnullis legiſperitis & alijs ſapientibus venit in dubium, vtrùm clericus iuſiurandum præſtare debeat, an alij perſonæ liceat hoc officium delegare. * Quia enim illud cõſtitutionis edictum, vt iurare clerici prohibeantur, à Marco Auguſto Conſtantino præfecto prætorio de Cõſtantinopolitanis clericis conſtitutum promulgatum fuiſſet, idcircò ad alios pertinere non creditur. Vt ergò dubietas iſta penitùs auferatur ab omnibus ſecundùm deciſionem etiàm filij noſtri H. quondàm Imperatoris, anno ſui imperij (vt accepimus) factam tertio: nos eius, inquam, interpretationem corroboramus, & D. Marci conſtitutionem ità interpretari debere decernimus, vt ad omnium eccleſiarum clericos generaliter pertinere iudicetur. Nam cùm Imperator Iuſtinianus decreuerit, vt canones patrum, vim legum habere oporteat, & in nõnullis canonibus repetiatur, vt iurare clerici omninò non audeant: dignum eſt vt totus clericalis ordo à pręſtando iuramento immunis eſſe proculdubiò cenſeatur. Præterea ſtatuti * principali tenor penès nos talis eſſe dinoſcitur: Nos itaq; vtriuſq; legis diuinę & humanę intẽtione ſeruata, decernim*, & imperiali authoritate * irrefragabiliter diffinimus, vt non epiſcopus, nõ presbyter, non cuiuſlibet ordinis clericus, nõ abbas, non monachus, non ſanctimonialis, in quacunq; cã vel controuerſia, ſiue criminali ſiue ciuili, iuſiurandum cõpellatur qualibet ratione ſubire: ſed alijs defenſoribus idoneis, ſi expedire eccleſię ſuę nouerint, huiuſmodi officium liceat delegare: verùm cum hac moderatione, vt epiſcopus inconſulto Ro. Pontifice,

* Quum

*principis

*irretractabiliter

vel quilibet clericus incõſulto prælato ſuo, minimè iurare audeat. Omnibus autem epiſcopis, ac generaliter cunctis ſacerdotibus, ac vniuerſo clero ita cuſtodiri debere mandamus, vt ſi quis in hanc conſtitutionem commiſerit, veniam ſibi deincèps nouerit denegari. Non ſumentes exemplum ſiue formam a nobis, q alıter in cauſa fratrum & coepiſcoporum noſtrorum * Areannæ & Senonẽſis eccleſiæ nuper fecimus, quoniam eorum voluntati & poſtulationi annuimus.

* Magno *Item Eugenius Tertius Cardioni Romanæ Eccleſiæ ſubdiacono, & * magiſtro Omnibono. Cap. 2.*

LIteras benignitatis tuæ, benignè accepimus, in quibus vtrùm in cauſa, quæ vertitur inter venerabilem fratrem noſtrũ G. Bononieñ. epiſcopum, & dilectum filium noſtrum Paduarium abbatem, ſub veſtro examine iuſiurandum de calumnia præſtari cõueniat, requiſiſti. Sanè Ro. Eccleſia, in quibus cauſis de decimis eccleſiarum & rebus ſpiritualibus tãtùm agitur, iuramentum calumniæ nec dare, nec recipere conſueuit. Et quidem huiuſmodi cauſæ non ex legum diſtrictione, ſed canonum æquitate finem debitum ſortiuntur. Canones autẽ iuramentũ calumniæ nulli prorsùs indicunt. Vndè de iuramento calumniæ præſtando contentione dimiſſa, ad vlteriora fraternitas tua procedat.

Idem. Cap. 3.

IN pertractandis cauſis iuramentum de calumnia non paſsim exhiberi præcipimus, ſed cùm fieri ſinimus, & cauſę & principalium perſonarum qualitate diligenter inſpecta, quandoquè per principales perſonas, quandoquè per œconomos ſibi indultos, qui cauſam omninò non neſciunt, in anima principalium perſonarum præſtari iubemus.

Idem R. Marabeñ. & Anemenſi Epiſcopis. Cap. 4.

IMperatorum ſecularium leges, & eccleſiaſticæ patrum conſtitutiones, viros religioſos in omnipotentis DEI ſeruitio protegunt & defendunt, & nullam eis moleſtiam vel turbationem, quæ ſacro ordini contradicat, irrogari permittũt. Accepimus autem quòd quidam cauſidici de terra veſtra, occaſione decidendarum litium, quæ aliquandò ſolent emergere: ab abbate & fratribus Franciænallis iuramentum de calumnia, ſicut ab alijs hominibus, exigebãt: quod quidem inter fratres eiuſdem ordinis inuſitatum eſt: & nos ad id faciendum nos cogere non poſſumus, nec debemus. Sed nè aliena iura alieni hac occaſione videantur detinere illicitè, & ipſi à cauſa ſua decidant, ſi ex parte ipſorum prædictum iuramentum, cùm res poſtulauerit, non fuerit præſtitũ: eis præcipimus, vt in ſuo monaſterio, ſicut Imperiales conſtitutiones conſentiũt, œconomum ſtatuant, qui pro eis petere & excipere, atque iuramentum de calumnia, cùm neceſſe fuerit, valeat exhibere.

Idem Lucius Tertius Epiſcopo Elieñ. & S. Archidiacono Norvuicen. Cap. 5.

PEruenit ad nos de tranſmiſſa nobis conqueſtione R. clerici de S. Albano, quòd cùm ipſe pro Ph. & pro Helia clericis de Lund, ad eorum inſtantiam pro altero illorum, Helia videlicet in ſex, pro altero in 7. marcis argẽti fideiuſſiſſet mercatoribus Bononiæ, & ei vnus fide, ſicut & alter iuramento promiſerat: præſcriptam pecuniam non ſoluentibus, coactus eſt prædictis creditoribus pro ipſis, ſicut inter eos conuenerat, prædictam pecuniam exhibere: & infrà: Cęterùm, quia nouis morbis noua conuenit antidota præparari, volumus & mandamus, vt ad veritatem eliciendam, appellatione remota, pręſtari faciatis ab vtraque parte iuramentum calumnię.

Idem Cantuarienſi Archiepiſcopo. Cap. 6.

COnſtitutus in pręſentia noſtra M. Stephanus ſua nobis aſſertione monſtrauit, quòd Ma. P. de Bleis, cancellario tuo tempore Laterani Concilij ad preces ipſius in 15. marcas ſterlingorum legalium & communium interceſſerit. & infrà: Quia verò contra diuerſa experimenta morborum, varia nos conuenit medicamina inuenire, pręſentium tibi ſignificatione iniungimus, vt ſi pręfatus P. debitum, vel aſſertionis denegauerit, conſuetudine, quę legi contraria eſt, non obſtante, ſacramentum calumnię ſubire cogatur.

DE EXCESSIBVS EPISCOPORVM contra ſuos archidiaconos, & archidiaconorum contra ſuos epiſcopos. Pars 24.

Item Alexander Tertius Londoñ. Epiſcopo. Cap. 1.

AD aures noſtras noueris perueniſſe, quòd quidam archidiaconi tui, te inconſulto, contra cõſuetudinem eccleſiæ tibi cõmiſſę, perſonas in eccleſijs inſtituerunt, & ſic in eccleſijs, vel eorum portionibus nunc filios, nunc alias perſonas & vicarios inſtituere non verentur. Volentes itaq; pro officij noſtri debito in irritum deducere, quod contra iuris ordinem attentatur, authoritate Apoſtolica tibi duximus iniungendũ, vt ſi ijdẽ archidiaconi poſt prohibitionẽ tuam ipſis indè factã, inſtituerint ſinè mandato & authoritate veſtra aliquos in eccleſijs, in quibus patres eorum miniſtrâſſe noſcuntur, aut perſonas alias vel vicarios, cũ id ſit canonicę ſanctioni contrarium, liberum tibi ſit, nullius contradictione, vel appellatione obſtante, inſtitutiones huiuſmodi penitùs irritare, & taliter inſtitutos remouere ab eccleſijs.

Idem

Idem Elien. Archidiach. *Cap.* 2.

CVm ſatis ſit abſurdum, & à ſanctorum patrum inſtitutionibus alienum, vt archidiaconus authoritate ꝓpria debeat cuilibet cauſam animarum committere: ægrè nimis ferimus, quòd tu ſinè mandato epiſcopi tui perſonis animarum curam committis. Quoniam igitur obtẽtu alicuius conſuetudinis non debes ſanctorum patrum inſtitutiones tranſgredi, & quod ad tuum non ſpectat officium, vendicare: ideò mãdamus, vt nemini decætero ſinè mandato & licentia epiſcopi tui, curam animarum committere præſumas.

Idem Exonien. Epiſcopo.
Cap. 3.

AD aures noſtras peruenit, quòd quidam Archidiaconi tui ſe in eccleſias, quæ in ſuis Archidiaconatibus vacẽt, authoritate propria non verentur intrudere, & ſic ipſas eccleſiaa detinere non erubeſcunt. Nos attendentes abſonum eſſe, atque omni rationi contrarium præſumptionis exceſſum, nec volentes incorrectum relinqui: fraternitati tuæ &c. quatenùs ſi qui Archidiaconi ſint in epiſcopatu tuo, qui tali modo eccleſias occupent, & occupatas detineant, ipſos ad eas dimittendas, omni occaſione & appellatione ceſſante, eccleſiaſtica diſtrictione compellas, & eaſdem eccleſias perſonis idoneis & honeſtis ordioes, & præfatos Archidiaconos pro tanta præſumptione, debita animaduerſione punire curetis.

Idem Cant. Archiepiſcopo.
Cap. 4.

AD hęc quoniam prędictus epiſcopus, ſicut accepimus, plures eccleſias & ꝓcipuè eccleſiam de Noriuñ. à conſuetudine & obſequio archidiaconorum liberas conſtituit & immunes, & in hac parte reddit⁹ eorum diminuit & attenuauit: nihilominùs præſentium ſignificatione iniungimus, vt ſi res ità ſe habet, factũ epiſcopi hoc, appellatione remota, corrigas & emendes: & ità prouideas, vt præfato Archidiacono G. conſuetudines, quas presbyteri in eccleſijs ſui Archidiaconatùs debent, plenàriè conferuentur, & illi debitam reuerentiã exhibeant & honorem.

Idem Burdegalẽ. Archiepiſcopo.
Cap. 5.

PRæterea de archidiacono G. *qui in tua & in Toletana eccleſia archidiaconus ſit conſtitutus,* in vtraque eccleſia regulariter profeſſus, collectis illis quæ in Archidiaconatu tuæ eccleſiæ colligere poteſt, præter conſcientiam tuam Toloſanam eccleſiam ingreditur, & ibi per annum vel eò ampliùs moratur: prudentiæ tuæ ſignificamus, vt eum decætero altero, quem malluerit, archidiaconatu, ſi res ità ſe habet, appellatione remota, facias eſſe contentum. for. *qui cùm in for. * & in

QVIBVS, ET QVANDO, ET IN quam ætatem cõferatur eccleſiaſticum beneficium, & ad quem ſpectet eccleſiarum reparatio. PARS 25

Alexander Tertius Cantuarienſi Archiepiſcopo. *Cap.* 1.

EX ratione commiſſæ tibi dignitatis, & conſideratione legationis ad vniuerſas eccleſias, aciem tuæ ſolicitudinis debes extendere, & quæ enormiter ſeu contra iuſtitiam fiunt, paſtorali cura corrigere & emendare: quatenùs de commiſſis ouibus in patrisfamiliâs præſentia rationem reddere valeas, & tibi pro labore & ſolicitudine merces copioſa cumuletur in cœlis. Matt 25.b Accepimus autem quòd Couentreñ. epiſcopus, non attendens quid ſacrorum canonum ſtatuta decernant, nec modeſtiam pontificalem cõſeruans: pueris qui ſunt infra decennium conſtituti, in Archidiaconatu dilecti filij noſtri R. Archidiaconi Couentrenſis, eccleſias plures conceſſit, quæ non per clericos, ſed per laicos diſpenſantur & diſponuntur. Vndè quoniam hoc eccleſiaſticæ vtilitati eſt inimicum & rationi contrarium, & non debet eatenùs tolerari: fraternitati tuæ &c. quatenùs ſi res ità ſe habet, prædictum epiſcopum ſuper his dura increpatione corrigas & caſtiges, & clericis ſeu miniſtris idoneis *cuſtodiam præſcriptarum eccleſiarum, *adminiſtrationē donèc prædicti pueri ad congruam perueniant ætatem, omni occaſione & appellatione ceſſante, laicis amotis, committas: & eidem epiſcopo arctiùs prohibeas, nè decætero eccleſias niſi perſonis quæ ętatem & ſciẽtiam habeant, regendas concedat. Quòd ſi ſecùs fecerit, ei debitam pęnitentiam infligas, & inſtitutionem & conceſſionem ipſius, omninò viribus carere decernas.

Idem Cantuarienſi Archiepiſcopo & eius ſuffraganeis. *Cap.* 2.

INdecorum eſt admodùm & abſurdum, vt hi debeant eccleſias regere, qui ſemetipſos regere non nouerunt, cùm ad regimen eccleſiarum tales perſonæ ſint admittendæ, quæ diſcretione præmineant, & morum fulgeant honeſtate. Nolentes itaque ſuſtinere, vt ad preces vel ad inſtantiam aliquorum, ſicut frequenter ſolet in veſtris partibus fieri, paruulis regimen committatur eccleſiarum: fraternitati veſtræ &c. quatenùs nemini infra 14. annum conſtituto, perſonatum alicuius eccleſiæ aliquorum gratia vel obtentu concedere præſumatis: ſcituri pro certo, quod ſi præcepto noſtro in hac parte contraire præſumpſeritis, quod indè feceritis, authoritate Dei penitùs irritabimus, & inobedientiam veſtram grauiter puniemus.

Idem Decano & capitulo Sareſbirien.
Cap. 3.

CVm Hugo Bunet in noſtra eſſet conſtitutus præſentia &c.& infrà: Nos diligentiùs attendentes quòd pater ſuus, ſicut vterque recognouit, eam habuerit priùs, quia pernicioſum eſt exemplo, vt in eandem quaſi iure hæreditario ei ſuccederet: conſiderantes etiàm, quòd cùm ei prębenda concedi debuit, illius ætatis erat, quòd curam animarum gerere non potuit: memoratum epiſcopum, vos etiàm & eccleſiam veſtram ab ipſius impetitione abſoluimus, & ei perpetuum exindè imponimus ſilentium.

Idem. Cap. 4.

A Nobis tua diſcretio requiſiuit, vtrũ is cui ante 15. annũ ætatis ſuæ nondùm Cõcilio quod nupèr Laterani fecimus, celebrato, eccleſiæ magiſterium conceſſum fuit, occaſione decreti, quo in Concilio eodem clericis minoris ętatis conferri eccleſias prohibuimus, poſſit eccleſia ſpoliari, q̄ ante Concilium obtinuerat, præſertim cùm ipſa conceſſio fuerit ab ipſo diœceſiano epiſcopo poſt Cõcilium approbata. Super quo cõſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd niſi alia cauſa rationabiliter obſtet, occaſione minoris ætatis aut decreti, quod in Concilio promulgauimus, nolumus eum à percepto antè beneficio remoueri.

Di. 31. Ante triennium.

*Idem * Lexonienſi Epiſcopo.*
Cap. 5.

PRæthereà licèt aliquis ad perſonatũ parochialis eccleſiæ non debeat, niſi ſubdiaconus ad minùs, admitti vel recipi, diſpenſatiuè tamen in minoribus ordinibus conſtituti, conſueuerunt admitti: dummodò tales ſint, qui infra breue tempus ſubdiaconatum vel diaconatum recipere poſſint.

Pars 16. *DE DEPOSITIONE CLERICORUM, & de diſpoſitione circa eoſdem facta. Cap.* 1.

EX literarum tuarum tenore perpendimus, quòd quidam longa ægritudine confectus, cepit conſilium à ſortilegis mulieribus, quòd ſi ſanari vellet, ſe permitteret iterùm baptizari. Qui inſano credens conſilio, vt ſanaretur, iniuriã fecit per iterationem ſacramento. Adſtitit autẽ huic ſacrilegio adoleſcens bonæ (vt videtur) indolis acolitus, frater carnalis illius, in quo baptiſmus aſſeritur iteratus, & miniſterium exhibuit in reſpondẽdo presbytero baptizãti, & cooperator extitit rei nefandæ. Quia ergò nos tua duxit prudentia cõſulendos, qualiter puniri debeat vel purgari acolytus quẽ minor ętas & intẽtio fraternę ſalutis corporeæ aliquãtulũ excuſare videt: dilectiõi tuę pſentibus literis rñdemus, q̃ quis nõ multũ videat ꝓpptereà plectendus, ad ſuperiores tamen ordines promoueri, ſi publicum eſt quod proponitur, non valebit, niſi ad religionem tranſire voluerit, vt fauore illius religionis circa eum debeat diſpenſari. Si verò occultum eſt, promoueri poterit, & exceſſum ſuum dignis pœnitentię fructibus expiare.

Idem abbati & fratribus trium fontium.
Cap. 2.

COnſuluit nos tua * deuotio ſuper quodam cõfratre veſtro, * quòd cùm eſſe in ſeculo, & quinque ſolidos pro ordinatione dediſſet, ſtatim poſtquàm delicti quantitatem cognouit, pœnitentia ductus, religioni ſe contulit. Nos igitur quæſtioni veſtræ ſatisfacere cupientes, vobis præſentibus literis ſignificamus, quòd ordine ſuſcepto carere meruit, nec ad ſuperiores promoueri poteſt. Veruntamẽ in ordinibus quos priùs ſuſcepit, Domino poterit deſeruire.

*fraternitas for. * qui

Idem Vuigorñ. & Noruuiceñ. epiſcopis.
Cap. 3.

DE ſacerdote qui literas noſtras falſauit, quas tibi miſſus, diſcretioni veſtræ &c. vt ſi inueniri poterit, omni officio ſacerdotis & beneficio eccleſiaſtico perpetuò priuatum, in aliquod monaſterium diſtrictæ religionis detrudas: vt ibi tanti facinoris pœnas luens, ſe taliter defleat commiſiſſe, & alij per hoc à ſimilibus valeant deterreri. Quòd ſi aliquos de conſimilibus comprębendere poteris, ipſos arctiſſimæ cuſtodiæ, ſublato appellationis remedio, retrudas, donèc indè Apoſtolicum ſuſceperitis mandatum.

Diſt. 19. In memoriam

Diſt. 50. Si quis epiſc.

Idem Salernitano Archiepiſcopo. Pars capituli, Licèt præter. Cap. 4.

AT ſi clerici coram iudice ſeculari cõuicti fuerint vel confeſſi de crimine, non propter hoc ab epiſcopo ſuo aliqua ſententia ſunt condemnandi. Sicut enim ſententia à non ſuo iudice lata, non tenet: ità nec confeſſio coram ipſo facta. Si verò coram epiſcopo de crimine in iure ſunt confeſſi, ſeu legitima probatione cõuicti, dummodò ſunt talia crimina, propter quæ ſuſpendi debeant vel deponi, non immeritò ſunt à ſuis ordinibus deponendi, & ab altaris miniſterio perpetuò remouendi. De adulteris & alijs criminibus quæ minora ſunt, poteſt epiſcopus cum ſuis clericis poſt peractam pœnitentiam diſpenſare, vt in ſuis ordinibus deſeruiant: ſed non debet quemlibet depoſitum pro ſuis exceſſibus iudici tradere ſeculari: quià ſuo functus officio, non debet eum duplici cõtritione cõterere.

Cõfeſſionem corã ſeculari iudice factam, clerico non præiudicare.

Circa clericos adulteros epiſcopum poſſe diſpenſare.

Item eidem in eadem epiſtola. Cap. 5.

POrrò ſi clericus alicui ſpontè duellum obtulerit, vel ſi oblatum ſuſceperit, & victus fuerit ſiue victor, de rigore iuris meritò eſt deponendus. Sed quantumcunquè

eius

eius grauis in hac parte & enormis ſit exceſſus, euadere poteſt depoſitionis ſententiam, ſi cum ipſo ſuus epiſcopus miſericorditer duxerit diſpenſandum: dummodò ex illo duello homicidium vel diminutio membrorum non ſit ſubſecuta.

Idem eidem in eadem Epiſtola. Cap. 6.

DE presbytero autem Campaniæ, qui ſpontè duellum obtulit, & oblatum ſuſcepit, & in eo partem digiti amiſit, ſicut olim, ità & nunc prudentiæ tuæ respondemus, quòd cùm ipſe, ſicut & nos vidimus, non perdidit tantum ex digito, quin ipſe ſinè ſcandalo poſſit ſolennia celebrare: ſatis potes cum ipſo poſt peractam pœnitentiam miſericorditer agere, & permittere ipſum in ſuo ordine miniſtrare, licèt eius exceſſus grauis ſit.

Idem eidem in eadem Epiſtola. Cap. 7.

24.q.4. Qui peccat. PResbyterum autem alium, qui quēdam puerum intuitu diſciplinæ percuſſit in capite, & vulnerauit, cùm poſt paucos dies expiràſſet, ſicut aſſeris, ab omni altaris miniſterio debes perpetuò remouere, eumque ab officio ſacerdotali deponere, ſi ex ipſa percuſſione interiērit, vel aliam infirmitatē incurrerit, de qua noſcitur expiràſſe.

Idem. Cap. 8.

QVanuis ſit graue nimis, & diuina dignum animaduerſione habeatur, quod laici quidam, quod ſacerdotum eſt, in eccleſiaſticis rebus vſurpant: maiorem tamen metuent formidinem ac dolorem, qui fomitē ſui erroris in ipſo clero dicuntur aliquotiès inuenire, dum quoſdam fratrum & coepiſcoporum noſtrorum, aliorumq́; prælatorū eccleſiæ decimas eis & eccleſiarum diſpoſitiones indulgent, & in deuia mortis eos impellunt, qui prædicatione eorum ad viā vitæ fuerant reuocandi, de quibus dixit Domi-

Oſeæ 4. b nus per Prophetam: Peccata populi mei comedunt, & ad iniquitatem prouocāt animas eorum. Vndè ſtatuimus, vt ſi quis alicui laico in ſeculo remanenti, eccleſiam vel deci-

Lucæ 13. mas conceſſerit, à ſtatu ſuo tanquàm arbor, quæ inutiliter terram occupat, ſuccidatur, & donèc emendet, ruinæ ſuæ iaceat dolore proſtratus.

Idem G. Liuonenſi Epiſcopo. Cap. 9.

VEniens ad nos P. lator præſentium, nobis expoſuit, quòd antiqui hoſtis ſuggerente verſutia, furtiuè diaconatûs ordinem ſuſcepit. Vndè tibi duximus reſpondendum, quod ſi fortè non fuerit à te, vel ab aliquo Archidiaconorum vel prælatorum tuorum ſub interminatione anathematis prohibitus, tu ipſe in promotione ipſius ad officium ſacerdotale, condigna ſatisfactione, niſi aliqua impediant, impoſita, pro tuo arbitrio diſpenſes. Si verò interminatio anathematis ſuper hoc facta eſt, commoneas eum, ſicut nos fecimus, vt in aliquo monaſterio ſeu canonica habitum ſuſcipiat regularem: cui iuxta admonitionem tuam, ex quo in habitu illo fuerit aliquanto tempore laudabiliter conuerſatus, poteris miſericorditer prouidere: Alioquin nulla ratione concedimus eum ad ſacerdotalem ordinem promoueri.

Idem eidem. Cap. 10.

CLerici autem ſi qui à ſuis, aut etiàm de mandato Rom. Pōtificis, ab aliena epiſcopis interdicti vel excommunicati, ante abſolutionem diuina officia celebrauerint, niſi ad commonitionem * veſtram ſinè dilatione rediērint, perpetuò depoſitionis ſententiā pro auſu tantæ temeritatis incurrant. * noſtram

Idem Lucenſi Epiſcopo & eius capitulo. Cap. 11.

PRæſentium lator in quodam conflictu aſſerit ſe fuiſſe, pro parte tamen illorum qui violentiam repellebant, in quo lapides ipſe proiecit, ſed aliquem non percuſſit: quem nos, quia per alios illic aliqui dicuntur occiſi, à celebratione Miſſarum præcipimus abſtinere. Mandamus itaque vobis, vt ſi res ità ſe habuerit, & alia cauſa non impedit, decurſo huius temporis ſpatio, ad ſui eum executionem officij admittatis.

*Idem * Archiepiſcopo * Cuſentino. Cap. 12.*

COntinebatur in literis, quas tua nobis deuotio deſtinauit, quòd diaconus præſentium lator, & quidam clerici qui rogati ad vineas eccleſiæ putandas perrexerint: & cùm circa veſperas opere conſummato rediērint, leuandi laboris gratia quendam ludum imitati ſunt viatorum, proijcientes baculos ſuos in longinquum. ſtudebant enim in directum iacere, & alter alterius fuſtē ferire. Huius autem ludi, ſicut aſſerunt, talia conditio eſt, vt qui alterius baculum percuteret, quaſi victo eo cuius baculus percuſſus eſſet, veheretur pro equo. Sed præfati clerici equitandi licentia non vtentes, ſola iactatione contenti ſunt: vt dum ad baculos ſuos alacriùs concurrerent, laborem itineris non ſentirent. Quidam autem autem laicus, ſicut prædictus diaconus aſſerit, dum baculum prædicti diaconi percuſſiſſet, incautè in eum equitaturus inſilijt, & ſic à falce ipſius diaconi, qua erat accinctus, mortale vulnus accepit, de quo poſt dies octo expirauit. Indè eſt quòd commonemus fraternitatem tuam atque mandamus, quatenùs eundem diaconum ſinè licentia ſummi pontificis ad ſuperiorem gradum aſcendere, vel in diaconatûs officio nullo vnquàm tempore miniſtrare permittas, ſed cum diſpenſatione in ſubdiaconatûs officio miniſtrare patiaris.

Idem Exonienſi Epiſcopo. Cap. 13. * Pars capituli, Tanta eſt vis.

PResbyterum etiàm iſtum in homicidij crimine lapſum, annis duodecim graui pœni-

pœnitentia afflictom, ſi ità eſt, tibi remittimus abſolutum in Dei oomine, ſuoqoe reſtitutum ſacerdotio, noo tam conſiderantes ſpatium & menſutam temporis, quàm pœnam doloris. Nè tamen cuilibet imprudenti videatur iniquum, eum ſacris altaribus reſtitutum, diſcat hoc à ſanctis patribus confirmatum. Vndè Calixtus Papa: Errant, qui putant, poſt dignam pœniteotiam, ſacerdotem lapſum non poſſe reparari, & miniſtrare poſſe, ſi à malis abſtineat.

Idem. *Cap.* 14.

LAtor præſentium nobis viua voce propoſuit, quòd cùm quadam die caſu cum quodam clerico luderet, contigit quòd ille proiecit illum ad terram, & cultellus quem ad latus habebat, in alterum incidit, & fortuitò vulneratus occubuit. Eundem igitur ad vos duximus remittendum, diſcretioni veſtræ mandantes, quòd rei veritate comperta, ſi ità res ſe habuit, & alia iuſta cauſa non impedit, prædictum D. permittatis liberè ad ſacros ordioes promoueri.

Item Eugenius Papa primus Sarenſi Epiſcopo. *Cap.* 15.

PResbyterum, cuios duos digitos cum medietate palmæ à prædone abſciſſos eſſe ſignificâſti, Miſſam celebrare nō permittimus: quia non ſecurè propter debilitatem, nec ſinè ſcandalo propter membri deformitatem id fieri poſſe confidimus. Ipſum autem cæteris officijs ſacerdotalibus fungi minimè prohibemus.

Idem eidem in epiſtola. *Cap.* 16.

PRætereà clerici, qui relicto ordine ſuo & habitu, lapſi in apoſtaſia tanquàm laici verſantor, ſi io criminibus depræhenſi teneantur, per cenſuram eccleſiaſticam non præcipimus liberari. Tales enim inter apoſtatas numerandos, ſanctorom patrum ſtatuta declarant.

Item eidem in eadem epiſtola. *Cap.* 17.

SAcerdotibus autem & clericis tuis denūcies publicè, nè miniſtri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores exiſtant. Quòd ſi poſtmodùm præſumpſerint, & occaſione ipſius adminiſtrationis, ꝓpter propriam cauſam à laicis capiantur, indignum eſt eis ab Eccleſia ſubueniri, per qoos conſtat in Eccleſia ſcandalum generari.

*Idē Andreñ. epiſ. Pars capituli, Conſuluit.

* *Idem Toloſano Epiſcopo.* *Cap.* 18.

REquiſiuit à nobis fratetnitas tua, vtrū clerici qui poſt renunciationem factā, prædeceſſore tuo ordines ſuſceperunt, in ipſis debeaot remanere, an ad maiores debeant de iore canooum promoueri. Nos igitor, quia de veritate oobis oon conſtat, non poſſumus tibi ſuper hoc breuiter reſpondere. Nam diſtinguitur, vtrum renuncians, loco ſimul & dignitati renunciet. Nam vbi loco tantùm renunciat, ordines ſicut anteà, niſi à ſummo pontifice vel eius legato prohibitus fuerit, rogatus ab alio epiſcopo, potetit de ratione conferre. Cùm autem loco pootificali ſimul cedit & ordini, ibi diſtinguendum putamus, vtrum ſacros contulerit, an minores. Si enim à tali ordines vſque ad ſubdiaconatum quis receperit, quia & huiuſmodi ordines quādoquè à non epiſcopis conferantur, & in illis deſeroire poterit, & ad maiores, ſi idoneus fuerit, ordinari. Sanè ſi ab eodem, facta renunciatione, ſacros ordines quis ſcieoter receperit, quia indignum ſe fecit, executionem officij oon habebit: vbi autem non ſcienter, ibi poterit, niſi craſſa & ſupioa fuerit ignorantia, diſcretus pontifex diſpenſare.

Idem Turonenſi Archiepiſcopo. *Cap.* 19.

COnſoluit nos tua fraternitas, vtrùm liceat tibi ſpurios & ſeruos ordinare. Super quo tibi aliter reſpondemus, quòd neq; ſpurios, neque ſeruos ordinare debes. Et ſi memor eſſes, in conſecratione tibi dictum eſt: Vide nè qoemlibet ſeruilis conditionis ad ordines promouere præſumas.

Idem Cenomanenſi Epiſcopo. *Cap.* 20.

TVa nos duxit fraternitas conſulendos, quid agendom ſit de clericis, qui in remotis regionibus ordinati, literas eorū proponunt, à quibus ſit manus impoſita, cùm incertum eſt, vtrùm eorum ſint ſigilla, qoæ præſentant. Tuæ ergò conſultationi præſentium ſignificatione indulgemus, *tutum eſſe, vt in his ſtatuta patrum veterum obſeruentur, quàm nooum quid ſtatuatur. ſtatotum eſt enim de tranſmariois, vt ad minùs teſtimonio quinque epiſcoporum ſuper ordinatione ſua muniantur. Quod in alijs qui ſimiliter ſunt incogniti, credimus obſeruandum, ità tamen, vt in ſuſpenſione * aliquo tempore habeantur, in quo videntes pleniùs de ipſorum actibus inſtituantur. Sed de inferioribus ordinibus oportuit inquiri, quia poſſet contingere, vt aliquibus prætermiſſis ſaltum feciſſet. His autem peractis, ſi digni iooenti fuerint, circa eos poterit diſpenſari.

for. * tutius

* annuo

Cap. 21.

DE diacono veſtro, qui in ſancto ſabbato quendam alium diaconum vulnerauit, & mulierem vxoris nomine accepit, hoc tuæ prudentiæ duximus reſpondendom: ꝙ ſi contrito & humiliato corde & animo ad Eccleſiam redire voluerit, dimiſſa illa, quam io vxorem accepit, cùm nō poſſit, ſicut nôſti, matrimonium contrahere, ipſum debes recipere, & à ſentētia excōmunicationis, quam pro violenta manuum iniectione noſcitur incurriſſe, * & iniuncta ſibi pœnitentia de vtroque exceſſu, poſt per-

for. * abſoluere, &

actam

Digitized by Google

actam pœnitentiam poteris ei diaconatûs officium reddere, & etiàm diſpenſatiuè, ſi perfectæ vitæ & conuerſationis fuerit, in presbyterum ordinare. Subdiaconum autẽ, ſiue homines interfecit, ſiue non, non poſſe matrimonium contrahere, ſacrorum canonum cenſura demonſtrat. Parochianos autem tuos, ad ſoluẽdas decimas eccleſijs, quibus eas debent, eccleſiaſtica debes ſeueritate compellere, quòd cùm decimæ non ab homine, ſed ab ipſo Deo ſint inſtitutæ, quaſi debitum exigi poſſunt.

Exo. 22.d Leui. 27 d Nu. 18.c d Deu. 12.a 14.c.26.b

Item Lucius Tertius Turonen. Archiepiſcopo.
Cap. 22.

AD aures noſtras, te ſignificante, peruenit, quòd religioſi quidam zelum Dei habentes, ad ſuperiores deſiderant ordines promoueri, putantes maius præmium cumulandum, quo in maiori gradu poſiti, ſublimius officium fuerint executi: ſed prælati eorum deſiderijs contradicunt. Ideoque tua duxit fraternitas requirendum, an in inferioribus ordinibus conſtituti, iuxta beneplacitum prælatorum ſuorum, quibus promotio diſplicet, à ſuperioribus debeant abſtinere, an valeant, prælatis ſuis renitentibus, promoueri. Tuæ ergò quæſtioni reſpondemus quòd honeſtius eſt & tutius, ſubiectos, debitam præpoſitis obedientiam impendẽdo, in inferiori miniſterio deſeruire, quàm in præpoſitorum ſcandalum, gradum appetere digniorem. Nec eſt in hac parte ſubiectorum deſiderium confouendum: quoniam eſſe poteſt, vt prælati ſecreta eorum commiſſa nouerint, ex quibus conſtat eis, quòd ſalua nequeunt conſcientia ſublimari: qnia non in ſublimitate graduum, ſed in amplitudine meritorum charitatis, acquiritur regnum Dei.

Item Alexander Tertius Bathonienſi epiſcopo.
Cap. 23.

* alijs

SVbdiaconos * autem nullis, niſi Romano pontifici, licet in diebus Dominicis ordinare: quamuis Deo dicatas virgines cõſecrandi, & minores ordines licentiam habeant conferendi. Sabbato quidem Pentecoſtes non licet alicui ſacros ordines celebrare, cùm in ſequenti ſeptimana, recepta ſancti ſpiritûs gratia, celebrentur.

Pars cap. ſuprà de poteſtate iud. Intelleximus.

Idem Herefordenſi Epiſcopo.
Cap. 24.

SAnè ſuper eo, quod moris eſſe dixiſti quibuſdam epiſcopis Scotiæ & * Gualliæ, in dedicationibus altarium vel eccleſiarum extra ieiunia quatuor temporum, clericos ad ſacros ordines promouere, prudentiæ tuæ ſignificamus, quòd conſuetudo illa, vtpotè inſtitutioni eccleſiaſticæ inimica, & deteſtabilis eſt & penitùs improbanda: & niſi multitudo & antiqua terræ conſuetudo eſſet in cauſa, taliter ordinati, non deberent pro merito in ſuſceptis ordinibus miniſtrare. Nam apud nos, ſic ordinati, deponerentur: & ordinantes, authoritate ordinandi priuarentur.

Nota conſuetudinẽ

Idem eidem epiſcopo in eadem epiſtola.
Cap. 25.

DE hoc autem quòd quæſiſti, an liceat extra ieiunia quatuor temporum aliquos in oſtiarios, lectores, exorciſtas vel acolytos promouere, aut etiàm ſubdiaconos facere, prudentiæ tuæ taliter reſpondemus, quòd licitum eſt epiſcopis, Dominicis diebus & alijs feſtiuis diebus vnum aut duos ad minores ordines promouere. Sed ad ſubdiaconatum, niſi in quatuor temporibus, aut in Sabbato Sancto, & in Sabbato ante Dominicam de Paſſione, nulli epiſcoporum, præterquàm Rom. Pontifici, licet aliquos ordinare.

Idem. *Cap.* 26.

QVia quidam clerici deſperantes ab epiſcopis ſuis ordinari, vel propter imperitiam, vel vitæ incontinentiam, vel natiuitatis conditionem, aut tituli defectum, aut minorem ætatem, extra prouinciam ſuam interdùm in tranſmarinis partibus ordinantur, vel ordinatos ſe eſſe mentiuntur, ignota ſuis epiſcopis ſigilla deferentes: ſtatuimus talem ordinationem irritam eſſe habendam, ſub interminatione anathematis inhibentes, nè à quoquam epiſcopo ad ſui officij executionem admittantur. Epiſcopus verò noſtræ iuriſdictionis, qui talem ſciens ordinauerit vel ſuſceperit, ab illius ordinis executione ad quem eum ordinauerit vel ſuſceperit, vſque ad condignam ſatisfactionem ſe nouerit ſuſpenſum.

NE CLERICVS VEL MONACHVS ſecularibus ſe negocijs immiſceat: & de regula religioſorum.

Pars 27.

Idem Cantuarienſi Archiepiſcopo & eius ſuffraganeis. *Cap.* 1.

FRaternitati veſtræ per Apoſtolica * præcepta mandamus, quatenùs vniuerſis monachis veſtræ iuriſdictionis arctiùs inhibere curetis ne villas & eccleſias ad firmam *, vel receptas detinere præſumant. Quod ſi præſumpſerint, eos, authoritate Apoſtolica freti, ſublato appellationis remedio, faciatis à præſumptione ſua, eccleſiaſtica diſtrictione ceſſare.

* ſcripta

* videtur deeſſe, recipiant. 9. q. 1. Nulli

Idem in Concilio Turonenſi. *Cap.* 2.

NOn magnoperè antiqui hoſtis inuidia, infirma membra Eccleſiæ præcipitare laborat. Hic manum mittit ad deſiderabilia eius, electos quoque nititur ſupplantare, dicente ſcriptura: Eſca eius electi. Multorum ſiquidem caſum ſe operari reputat, vbi aliquod membrum Eccleſiæ ſua fuerit calliditate ſubtractum. Et indè nimirùm eſt, quòd in Angelum lucis more ſolito ſe

Iob 39. iuxta lxx.

2. Cor. 11. e

ſe transfigurans, ſub obtentu langnentium fratrum cnnſulendi corpnribus, & eccleſiaſtica negocia fideliùs pertractandi, regulares quoſdam ad legendas leges, & cnnfectinnes phyſicas ponderandas, de ſuis clauſtris educit. Vndè nè ſub occaſinne ſcientiæ, ſpirituales viri mundanis rursùs actionibus inuoluantur, & in interioribus ex eo ipſo deficiãt, ex quo ſe alijs putant in exterinribus prouidere: de pręſentis concilij aſſenſu ſtatuimus, vt nullus omninò poſt vomm religionis, poſt ſactam in locn aliqun religioſn profeſſionem, ad phyſicam legésve mundanas legendas permittatur exire: ſi verò exiêrit, & ad clauſtrum ſuum inſra ſpatium duorum menſium nnn rediêrit, ſicut excommunicatus, ab nmnibus euitetur, & in nulla cauſa, ſi patrocinium præſtare voluerit, audiatur. Reuerſus autem in choro, capitulo, menſa & cæteris, vltimus fratrum exiſtat: & (niſi fortè ex miſericordia Apoſtolicæ ſedis) totins prnmotionis ſpem amittat. Epiſcopi verò, abbates, Priores, tantæ enormitati conſentientes, & nnn corrigentes, ſpolientur prnprijs honnribus, & ab eccleſiæ liminibus arceantur.

Idem London. Epiſcopo. Cap. 3.

Suprà de religioſ. SEcundùm inſtituta prædeceſſorum noſtrorum, ſub interminatione anathematis prnhibemus, nè monachi vel clerici cauſa lucri negocientur, & nè monachi à clericis vel à laicis firmas habeant, vel laici ad firmam eccleſias teneant.

Idem Cantuarienſi Archiepiſcopo. Cap. 4.

Ex Toletano Cõ. CLericis, qui in ſacris ordinibus ſunt, cõſtituti, iudicium ſangninis agitare nnn licet. Vndè prohibemns, nè aut per ſe truncationes membrorum faciant, aut iudicent inſerendas. Quòd ſi quis tale quid fecerit, honore priuetur & loco. Iubemus etiàm ſub interminatinne anathematis, nè quis ſacerdos officium habeat vicecnmitis aut præpo-
Ex Conc. Rom. Clerici in ſub. ſiti ſecularis. Clerici etiàm qui comam nutriunt, etiàm inuiti ab Archidiaconis ſuis tõdeantur. Veſtimentis autem & calceamentis, niſi quæ honeſtatem & religionem deceant, vti non liceat. Si quis autem contrà venire præſumpſerit, & commonitus emendare nnluerit, excommunicationi ſubiaceat.

*Idem dilectis filijs G. priori & fratribus iuxta diſciplinam bonæ memoriæ * viuentibus. Cap. 5.*

AD petitionem veſtram, regulam ſecũdùm qnam viuere debeatis, & omnipotenti Deo ſeruire, duximus conſtituendã: In primis id ſtatuentes, vt profeſſionem maiori Priori omnes laici faciant, in manu eius, ſe abſqne proprio victuros promittentes, & continentiam, qnantùm permiſerit diuina gratia, ſeruare. Cui quoq; tam clerici quàm laici, ſicut proprin magiſtrn & animarum ſuarum rectori, debitã in omnibus obedientiam promittant. Nec alicui inter vos profeſſn liceat ad alium ordinem, abſque Prioris licentia, vlln modo tranſire, niſi fortè ad religinnem migrauerit arctiorem. Nullus, abſque Prioris licentia, hoſpitale audeat facere. Nullus prnprium habeat. Si qnid acquiſiêrit, rectori ſun aſſignet. Nullus veſtrûm alicui vobiſcum eſſe vnlenti crucẽ tribuat, ſed per medium annum vel integrum, vobiſcum in probatione permaneat. Et tũc maiori Prinri præſentetur, & ab ipſo, non ab alio, crucem accipiat. Suprà de coniugatis, & infra in eodem cap.

* Vxoratus & con. Vt ſup. de coniugatis. & infrà.

Nemo veſtrûm alicui in capite cnronam faciat. Si hoſpitale in aliquo locn abſque oratorio feceritis, liberum erit vobis, abſque cõſcientia epiſcopi, in cuius parochia fuerit, ipſum conſtituere. Quòd ſi oratorium ibidèm ædificare volueritis, abſque licentia epiſcopi non faciatis, iuſtitia ſua in nmnibus ſeruata. Si cum aliquo veſtrûm, eo mortun, pecunia innenta fuerit, & in vita ſua non patefecerit, nec ad eccleſiam, nec ad hoſpitale ſepeliatur, ſed extra ciuitatem in campis deponatur. 1. q. 1. Nemo 17. q. 2. Quidã.

Idem epiſcopis Archidiaconis & alijs eccleſiarum præfectis, per Galliam conſtitutis. Cap. 6.

NOn eſt vnbis dubium vel incertum, qnnmodò fratres religinſi* Ciſtreñ. ordinis ea religinne præmineant & virtute, quòd ex inſtitutione patrum & prædeceſſorum noſtrorum, hi qui in enrum monaſterijs profeſſionem faciunt, ſinè licentia ſui abbatis prohibentur de clauſtrn diſcedere, & diſcedentes, in alijs monaſterijs nnn recipi. Indè eſt, quòd nos eandem inſtitutionem non ſnlùm amicam religioni & rationi cnnſnnam ſolicitè conſeruare vnlentes vniuerſitati veſtræ &c. quatenùs monachos vel conuerſns prædicti nrdinis, poſt ſactam in monaſterijs profeſſionem, ſinè licentia abbatum ſuorum per epiſcopatus veſtros recipi nullatenùs permittatis, & ſi qui fuerint ex eis, qni ſinè licentia abbatum ſunrum de monaſterio in quo profeſſinnem fecerunt, exire præſumpſerint, & commoniti ad ſna monaſteria celeriter non rediêrint, ens tandiù, appellatione remota, cenſura eccleſiaſtica percellatis, donèc ad mnnaſteria, vndè exiêrunt, regredi compellantur. for. * Ciſtertieñ.

Idem London. Epiſcopo. Cap. 7.

REIatum eſt auribus nnſtris, quòd mnnachi de Neſtuñ. ſeculariter viuunt, & alins exemplo corrumpunt. Indè eſt quòd authoritate Apnſtolica tibi indulgemus, vt eos ad obſeruationem monaſticæ regulæ, appellatione remota, compellas: aut ſi tibi reſtiterint temerarin auſu, eis abiectis, fratres * Ciſtreñ. ordinis in præſcriptum monaſterium inducas, vt labores impinrum iuſti edant, & illi indè rubore ſuffuſi, ad ſui ordinis obſeruantiam conuertantur. for. * Ciſtertieñ.

DE

Pars 28. DE PACTIONIBVS LICITIS & illicitis in rebus eccleſiaſticis.

Idem Alexander Tertius Exonienſi Epiſcopo. *Cap.* 1.

QVerelam magiſtri Vu. recepimus, qui cùm Eccleſiam de Ferleia à G. pſona eiuſdem eccleſiæ ad annuum cenſum per ſeptennium tenendam ſuſcepiſſet, ipſe ſibi eam antequàm per vnius anni ſpatium tenuiſſet, auferre, præſumpſerit: quanquàm idem G. præſtita ſibi fide firmauerit, quòd vſque ad terminum conſtitutum, nullam exindè moleſtiam vel grauamen ei inferret. Ideò tibi per A.S. mandamus, quatenùs ſi tibi conſtiterit ità eſſe, appellatione remota, diſtrictè compellas, vt præfatam eccleſiam prædicto Vu. reſtituat, & vſque ad terminum inter eos conſtitutum, ſecundùm quod inter eos conuenit, eandem permittat pacificè poſſidere.

Vſque ad certũ terminũ Eccleſiã licitè teneri ad cẽſum annuum.

Idem Exonienſi & Vuigorñ. Epiſcopis. *Cap.* 2.

CVm iampridèm Simon clericus procurator Prioris & monachorum de Acta, & P. clericus, pro cauſa quæ inter eoſdẽ monachos & prædictum P. & fratrem eius, pro cuius parte ſe vicem gerere dicebat, ſuper eccleſia de Ha. & Capella de I. vertebatur, ad noſtram præſentiam acceſſiſſent, ità inter ſe, nobis tamen non mediantibus conuenerũt, quòd prædictus procurator Prioris & monachorum, eidem P. pro expenſis, quas fecerat, quatuor marcas argenti ei perſolueret, & idem P. liti cederet, & à monachorum penitùs infeſtatione ceſſaret. Cumq; compoſitionem ipſam ad noſtram pertuliſſent audientiam, eamque confirmari authoritate Apoſtolica ſupplicarent, nos eam minimè duximus admittendam, pro eo quòd videbatur prauam ſpeciem illicitæ pactionis cõtinere. Monuimus autem prædictum P. vt ipſe tam pro ſe, quàm pro fratre ſuo, monachos in pace dimitteret, & eidẽ liti omninò renunciaret. Ille ergò * monitis acquieuit, & eidẽ liti pro ſe & pro fratre ſuo penitùs abrenuncians, authentica inſtrumẽta, quæ ſuper eadem eccleſia & Capella habebat, in noſtris manibus reſignauit: & nos eũ Priori & monachis prædictis deſtinamus, monentes atq; mandantes, vt ex quo prædictus P. noſtris ſuper hoc monitis acquieuit, ipſi quoquè benignis noſtris precibus intenderent, & eidẽ P. & fratri eius aliquod ſtuderent beneficiũ prouidere, de quo maius lucrum valerent Apoſtolica interceſſione percipere, quàm eis deberet ex illa pactione illicita prouenire. Cæterùm quia ſæpedicti Prior & fratres, ſicut accepimus, nec monitis nec mandatis noſtris acquieſcere volunt: nos eorundem clericorum laboribus paterna pietate compatientes, vobis per authoritatem præſentium præcipimus, quatenùs Priorem & monachos moneatis, vt præfato P. & fratri eius decens & competens beneficium conferant & aſſignent. Quod ſi fortè facere noluerint, vos cùm exindè fueritis requiſiti, ſi vobis conſtiterit prædictos clericos, prout ipſi aſſeuerant, à prænominata eccleſia de B. & Capella de L. iniuſtè & abſque ordine iudiciario, & laicorum violentia eiectos fuiſſe, ipſas eiſdẽ reſtitui faciatis: non obſtantibus literis noſtræ confirmationis, quas prædicti Prior & monachi à nobis impetrâſſe noſcuntur.

*monitus

Idem. *Cap.* 3.

STatuimus, vt ſi ſuper decimis inter vos & aliquam perſonam eccleſiaſticam, aſſenſu epiſcopi vel Archiepiſcopi ſui, compoſitio facta fuerit, rata perpetuis temporibus & inconcuſſa perſiſtat.

Idem Dunel. Epiſcopo. *Cap.* 4.

ACcepimus quòd quædam eccleſiæ clericis tali tenore ſunt conceſſæ, quòd poſt eorum obitum alij nominatim ſuccedant: vndè quoniam hoc iniquum eſt, & ſacris canonibus inimicum, & ideò non debet aliquatenùs tolerari, fraternitati tuæ &c. quatenùs huiuſmodi ſucceſſiones tam deteſtabiles & iniquas, contradictione & appellatione ceſſante, fieri prohibeas, & omninò friuolas & vanas eſſe decernas.

Sup. ex Conc. Ro. Nulla

Idem Dunel. Epiſcopo. *Cap.* 5.

COntingit interdùm, quòd licèt abbas vel Prior alicuius cõuentualis eccleſię, cum eccleſiaſtica vel ſeculari perſona ſuper his, de quibus inter eos controuerſia vertitur, coram delegato vel iudice ordinario trãſigat, literis capituli ſui de ratihabitione monſtratis, ipſum tamen capitulum eãdem tranſactionem nititur reuocare. Vndè quia ſuper hoc nos conſulere voluiſti, conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi Abbas vel Prior de capitulo ſuo literas de ratihabitione habuerit, tranſactionem quam fecit, præſertim ſi fuerit aliquot annis ſeruata, capitulum, ac ſi non conſenſerit in eam, non poterit aliquatenùs reuocare. Super eo verò, quòd clerici & religioſæ perſonæ, ſicut aſſeris, literarum intuitu quas habent à laicis, ſibi ius in eccleſijs vendicant, hoc tibi volumus innoteſcere, quòd vbi epiſcopalis authoritas nõ acceſſerit, per illos eccleſias ſuas non poſſunt obtinere.

Trãſactionem per Abbatem vel Priorẽ, cum literis ratihabitionis cõuẽtus factã, ratam haberi.

Idem abbati de Staforde, & Priori de Heleſbi. *Cap.* 6.

COnſtitutus in præſentia noſtra G. clericus, ſua nobis aſſertione monſtrauit, q cùm inter ipſum & A. clericum ſuper Capella de Stancona controuerſia emerſiſſet, tandèm per tranſactionem fuit ſopita: & licèt tranſactio ipſa, fide hinciodè præſtita, firmata fuiſſet, cũ tamen præfatus A. ſeruare

contra-

Sup. de poteſtate iudi. ſi qñ. contradicit. Quia ergò huiuſmodi tranſactiones nonnunquàm ſpeciem obtinent ſimoniæ, & non ſolùm à malo, ſed & à ſpecie
1. The. 5. a mali, ſecundùm Apoſtolum, nos conuenit abſtinere, diſcretioni veſtræ &c. quatenùs cùm propter hoc requiſiti fueritis, partes ante præſentiam veſtram conuocetis: & reuocata tranſactione in irritum, cauſam diligenter audiatis, & fine canonico terminetis.

Idem Rhemenſi Archiepiſcopo. Cap. 7.

QVerelam I. presbyteri latoris præſentium accepimus, quòd nobilis vir comes de Dampetra, decimas ad eccleſiam ſuã pertinentes, per miniſteriales ſuos ei abſtulit, & iniuſtè detinet occupatas. Vndè fraternitati tuæ &c. quatenùs ſi præſcriptę decimę ad eccleſiam quam retinet, pertinent, præfatum comitem & miniſteriales ſuos eccleſiaſtica coercitione compellas, vt eidem presbytero ablatas decimas vel earum æſtimationem, abſque diminutione reſtituant, vel exindè ſecum pacificè & amicabiliter componant.

Item Cantuarienſi Archiepiſcopo & eius ſuffraganeis. Cap. 8.

CVm clerici veſtræ iuriſdictionis, ſicut accepimus, decedentibus eccleſiarum perſonis, paciſcantur ipſis eccleſijs maiores ſolito ſoluere penſiones, vt faciliùs eaſdem eccleſias poſſint adipiſci: nos quidem ad tam deteſtabile vitium extirpandum, attentam volumus curam & ſolicitudinem adhibere. Indè eſt quòd fraternitati veſtræ &c. quatenùs omnibus clericis veſtris, nè id attentare præſumant, publicè ſub diſtricta pœna prohibeatis: & ſi qui contra prohibitionem veſtram venire præſumpſerint, appellatione remota, eos eccleſijs taliter adeptis quantocyùs ſpolietis, & aliter pro tantæ præſumptionis exceſſu ſeueritate eccleſiaſtica puniatis. Ad hæc, quia quidam ſunt clerici, qui cũ religioſis viris colluſione facta, ſinè authoritate diœceſiani epiſcopi, eccleſias quas tenent, eis conſtituunt cenſuales, vt poſt deceſſum eorum, eædem eccleſiæ per præſentationem eorundem religioſorum virorum, ad filios vel nepotes clericorum ipſorũ poſſint transferri: præſentium authoritate vobis præcipimus, vt ſi qui clericorum ipſorũ inuenti fuerint facere talia, à præſcriptis eccleſijs, appellatione remota, nõ differatis authoritate Apoſtolica remouere, nè de ſua fraude vel dolo lucrum valeant reportare.

Duplici pœna puniendum.

Idem Vuigorñ. Epiſcopo.

Pars capituli, Meminimus. Cap. 9.

PRæterea illi qui epiſcopo ignorante, authoritate ſua penſionem annuatim de eccleſijs, colluſione facta, ſoluunt aut recipiunt eas, perſonis defunctis, vbi ab his qui per Epiſcopum vel per miniſtrum tales eius authoritate Inſtituendi perſonas, habentes ius recipiendi canonem receperint, in receptionem penſionis non ſunt aliquatenùs audiendi, præſertim ſi pontificalem, aut alterius qui de iure id facere potuerit, authoritatem & aſſenſum non conſtiterit interueniſſe. Non enim ſimplices ſacerdotes vel clerici, poſſunt eccleſias quibus præſunt, authoritate propria poſt deceſſum ſuũ cenſuales efficere.

Idem Carnotenſi Epiſcopo.
Pars capituli, Nos in eminenti.
Cap. 10.

DEcæterò noueris, quòd cùm aliquis ad extraordinarium iudicem literis impetratis cum aduerſario ſuo fortè componit, poſtmodùm in eccleſia de qua agitur, ius aliquod habiturus, ſi compoſitio non eſt iuri contraria, non eſt ab loci epiſcopo hæc aliquatenùs reprobanda: ſed cenſus abſq; epiſcopali authoritate & eccleſiæ cui præeſt, ſub hoc prætextu ſolutus, vitam eius qui ſoluerit, non excedit.

Idem Cantuarienſi Archiepiſcopo & eius ſuffraganeis. Cap. 11.

EX frequentibus querelis perſonarũ ſatis manifeſtè didicimus, in partibus veſtris conſuetudinem prauam admodùm & enormem, & ſanctorum patrum cõſtitutionibus omnimodò contrariam, à multis retrò temporibus inualuiſſe, quòd videlicet clerici cæca cupiditate ducti, eccleſias & eccleſiaſtica beneficia ſinè aſſenſu diœceſiani epiſcopi vel officialium ſuorum, qui hoc de iure facere poſſunt, recipiunt, minùs quàm deceat ſolicitè cogitantes, quomodò id à ſanctorum patrum conſtitutionibus eſt alienum, & eccleſiaſticæ contrarium honeſtati. Vndè cùm tu frater Archiepiſcope ex officio tibi commiſſæ ſolicitudinis tam iniquam conſuetudinem de prouincia tua velis, ſicut debes, radicitùs extirpare, tam in clericos illos qui eccleſias & eccleſiaſtica beneficia occupata ſcienter detinent, quàm in ipſos qui eccleſias vel eccleſiaſtica beneficia taliter occupare præſumpſerint, & ſicut ex literis tuis intelleximus, excommunicationis ſententiam protuliſti. Nos itaque eandem ſententiam ratam & firmam habentes, eamque authoritate Apoſtolica confirmantes, per A.S. præcipiendo mandamus, quatenùs epiſcopi ſinguli veſtram ſententiam in ſingulis epiſcopatibus ſuis ſaltem quater in anno innouantes, eam contradictione & appellatione ceſſante, faciatis inuiolabiliter obſeruari: nec clericos ipſos, qui ſententiam ipſam incurrunt, vel decæterò incurrent, ſi cõgrnè nõ ſatisfecerint, & à præſumptione ſua omninò deſtiterint, abſoluere pſumatis.

Idem

Idem Norvuicenſi Epiſcopo.
Cap. 12.

AVdiuimus, in epiſcopatu tuo, & alijs epiſcopatibus Angliæ viqueadeò clericorum malitiam excreuiſſe, quòd interdùm colluſione inter ſe facta ſuper beneficijs, quę poſſident, ſe ſuſtinent ab alijs moleſtari, & poſteà, vt quæſtioni cedatur, & ijdem clerici beneficia quietè poſſideant, quaſi nomine tranſactionis ſoluunt alijs de ipſis beneficijs annoam penſionem: vt poſt mortem eorum in beneficijs illis, ſuper quibus eſt inter eos clericos colluſio facta, ius ſibi valeant vendicare. Vndè quia quid tibi ſit exindè faciendum, nos conſulere voluiſti; fraternitati tuæ &c. quatenùs ſi quos clericorum tuæ iuriſdictionis colluſionem huius fraudis legitimè tibi conſtiterit commiſiſſe, eos beneficijs ſuper quibus colluſi fuerint, non differas appellatione ceſſante per petuò ſpoliare: quia ſatis eſſet abſurdum & indignum, ſi fraus & dolus, quem in præiudicium tuæ iuriſdictionis, & aliorum committere nituntur, in eorum non redundaret incommodom & iacturam.

Dolum in agentis iacturam redundare.

Item Lucius Tertius B. Vuigornieñ. Epiſcopo.
Cap. 13.

SIgnificauit nobis T. rector eccleſiæ de Dulting, quòd à dilectis filijs noſtris Abbate & monachis Glaſtiriæ, ad regimen illius eccleſiæ electus, do ſoluendo anouo cenſu quatuor marcarum, quem prædeceſſor eius ſoluerat, corporaliter præſtitit iuramentum: poſtmodùm venerabilis frater noſter R. Vuigornieñ. epiſcopus, in cuius diœceſi ea ipſa conſiſtit, ne ipſe monachis ceoſum ſolueret, niſi priùs conſtaret quòd epiſcopali authoritate aſſet impoſitus, in periculum ordinis & ſub interminatione anathematis, interdixit. Vndè præfatus rector hinc reatum periurij metuit, indè timet periculum inobedientiæ imminere. Quocircà fraternitati tuæ &c. quatenùs partibus conuocatis, ſi præſcriptum canonem de authoritate præſulis, non de nouo, impoſitum fuiſſe conſtiterit, præcipias epiſcopo authoritate noſtra, vt prohibitionem ſuam ſinè dilatione relaxet. Si verò cenſus fueris de nouo impoſitus, ſiue de epiſcopali authoritate factum fuerit, ſiue non, abbatem & monachos, vt clericum à præſtito iuramento abſoluãt, appellatione remota, eccleſiaſtica diſtrictione compellas. Pati enim nolumus nec debemus, vt eccleſiæ noui cenſus exactione vexentur.

Idem Cantuarienſi Archiepiſcopo & eius ſuffraganeis. *Cap.* 14.

EX crebris querimonijs clericorum, qui de partibus veſtris ad præſentiam noſtram accedunt, ſatis nobis euidenter innotuit, quòd interdùm decedentibus eccleſiarum perſonis, quandoquè filij, quandoque alij abſque conſcientia & conſenſu epiſcopi diœceſani, ſe in prædictas eccleſias intrudere non verentur, & earundem eccleſiarum claues accipiunt, & vt eccleſias, vel earum bona teneant occupata, in vocem appellationis prorumpunt. Quum igitur id iniquum ſit penitùs & abſurdum, nos tantæ iniquitati, & enormitati, paſtorali volentes conſideratione occurrere, & radicem huius cupiditatis de clero penitùs extirpare, fraternitati tuæ &c. quatenùs ſi qui ſint, vel fuerint in partibus veſtris, qui tali modo ad Eccleſias detinendas inhiare præſumunt, ipſos ad eaſdem eccleſias quantocyùs relinquendas, ſtudioſè monere curetis, & eccleſiaſtica diſtrictione compellere: ità quòd ſi manifeſtum eſt, ipſos ità tenere, & præſumptuoſè eccleſias detinere, ſob obtentu appellationis, ſi quam interpoſuerint, non omittatis quin eos ad eccleſias eaſdem dimittendas, appellatione ceſſante, eccleſiaſtica cenſura compellatis.

Item Lucius Tertius. *Cap.* 15.

QVoniam ex plenitudine poteſtatis, &c. ſuper eo quod quæſiſti, verùm ſuper eccleſiaſtico beneficio in litigium deducto, poſſit fieri tranſactio, tale damus reſponſum: ſicut iampridem, ſi benè meminimus, alij non abſimile quærenti dedimus reſponſum, quòd ſecundùm formam tranſactionibus aſſcriptam, ſuper re ſacra litigioſa minimè tranſigi poteſt. Res* ergò ſacra, vt poſſideatur aliquo dato, vel promiſſo, vel retento, ſpeciem habere non immeritò credimus Simoniæ. Aliàs autem gratis & amicabiliter inter ſe litigantes componere, ſacris canonibus non dicimus obuiare.

Super re ſacra tranſigi non poteſt.

* enim

DE ALIENATIONE RERVM eccleſiæ, & de earundem recuperatione.

Pars 29.

Alexander Tertius Exonieñ. Epiſcopo.
Cap. 1.

EX præſentium latoris inſinuatione accepimus, quòd Alexander quondàm ſacerdos eccleſię dictæ Offetolon, calicē quendam argenteum, & medietatem vnius Breoiarij eiuſdem eccleſiæ, pro ſua neceſſitate pignori obligauit, & ea, morte præuentus, minimè recollegit. Vndè quia indignum eſt, vt eiuſdem eccleſiæ res ſuæ, & præſertim, quæ ſacris miniſterijs deputatæ ſunt, taliter debeant deperire, fraternitati tuæ &c. quatenùs ſi verum eſt quod aſſeritur, filiũ eius V. qui ex ſucceſſione eius, ipſius patrimonij ius dicitur obtinere, moneas diligenter & compellas, vt res ipſas pignoratas recolligat, & eas eccleſiæ reſtauret: quod ſi facere noluerit, eũ vinculo anathematis non differas coercere.

Idem eidem. Pars capituli, Ad aures. ſupra de ſponſis. *Cap.* 2.

DE his qui parochiales tenent eccleſias, fraternitati tuæ taliter duximus reſpõdendum, quòd ad reparationem & inſtitutionem eccleſiarum cogi debent, cùm opùs fuerit, de bonis quæ ipſius ſunt, conferre, ſi eis ſuperſunt, vt eorum exemplo cæteri inuitentur.

Idem. *Cap.* 3.

CAeterùm ſi abbatem tuæ diœceſis donationem cum Priore & quibuſdam de conuentu ſuo facere contigerit, & pars conuentûs poſteà reclamauerit, datæ rei quantitas & illius terræ conſuetudo, quæ tamen ſacris canonibus manifeſtè nõ obuiet, eſt diligentiùs attẽdenda, & ſecundùm hoc eſt donum ratum vel irritum iudicandum. Verùm cùm alicui eccleſiæ poſſeſſio quælibet, interpoſita conditione, donatur, non poteſt à donatore donum poſteà reuocari, niſi fortè tali ſit conditione collocata, quòd ea ceſſante, poſſeſſio reuocari debeat.

Idem Vuigorñ. epiſcopo. *Cap.* 4.

ILlas verò terras, quæ de ſyluis extirpatæ, ſunt arabiles factæ, eis hæreditario iure ſub annuo cenſu poteris concedere tenendas, à quibus ipſas ſuorum vel parẽtum ſuorum labore conſtiterit fuiſſe extirpatas, niſi fortè alijs poſſint ad majorem eccleſiæ vtilitatem cum eodem honore & labore conferri.

Idem Panor. Archiepiſcopo. *Cap.* 5.

QVia tua nos duxit prudentia conſulendos, vtrùm clerici ſcholares de rebus mobilibus aut immobilibus poſſint condere teſtamentum, conſultationi tuæ reſpondemus, quòd licèt de his quæ paternæ ſucceſſionis & cognationis intuitu aut de artificio ſunt adepti, ſiue dono conſanguineorum aut amicorum ſuorum, non habito reſpectu ad eccleſiam, perueniunt ad ipſos, liberè diſponere valeant, de his tamen quæ de conſideratione eccleſiaſtica perceperunt, nullum de iure poſſunt facere teſtamentum.

Idem Salernitano Archiepiſcopo. *Cap.* 6.

Pars capituli, ſupra de clericis matrimonio copulatis.

AD hæc licèt conſuetudo illa non ſit rationi conſona, ſecundùm quam clericis, ſi à Kalendis Martij vſque ad Kalendas Nouembris deceſſerit, totum fructum beneficij quem deberet anno illo percipere, pro volũtate ſua largitur: quia tamẽ in multis eccleſijs obſeruatur, ſatis eam in Archiepiſcopatu tuo poteris tolerare, præſertim ſi clericus in deceſſu ſuo grauetur debitis. Et illud eſt omninò rationi contrariũ, vt vnus clericus in vna vel in diuerſis eccleſijs archidiaconatum & cantoriam vel decanatum obtineat, cùm ſingula officia quæ ſunt in eccleſijs, aſſiduitatem exigant * præſtari. * pſonarũ

Idem. *Cap.* 7.

DE poſſeſſionibus autem, laicis ſub modico cenſu conceſſis, nouerit tua fraternitas, quòd ſi læſa eccleſia eſt, & manifeſtum appareat detrimentum ipſius, cùm eius conditionem deteriorem facere non licuerit, & eccleſia iure minorum ſemper debeat illæſa conſeruari, quæ in damnum ipſius conſtiterit, ad ius ipſius proprietatemque redire conuenit. Prouidendum eſt tamen, nè ſi fortè colonus poſſeſſiones illas expenſis ac ſuo labore fecerit meliores, ſumptibus, quos bono animo fecerit, debeat defraudari.

Eccleſiã iure minorũ ſeruari illæſam.

Idem Cenomanenſi Epiſcopo. *Cap.* 8.

AD hoc præſentibus tibi literis innoteſcat, quòd clerici de mobilibus quæ per eccleſias ſunt adepti, de iure teſtari non poſſunt, viuentes tamen & ſui compotes moderatè valent aliqua de bonis ipſis, non ratione teſtamenti, ſed intuitu eleemoſynæ * erogare, in ægritudine etiàm conſtituti. * largiri.

Idem decano & capitulo Morian. *Cap.* 9.

AD hoc in Apoſtolicæ ſedis ſpecula ſumus, licèt immeriti, Domino diſponente, conſtituti, vt aciem noſtræ conſiderationis ad vniuerſas eccleſias extendamus, & earum commodis & profectibus omninò intendamus. Peruenit autem ad audientiam noſtram ex parte venerabilis fratris epiſcopi veſtri, quòd ipſe pro eccleſiæ veſtræ neceſſitatibus magno ſit onere debitorum prægrauatus. Vndè quaſi vir prouidus & diſcretus nos obnixè rogauit, vt vos pro eis reddendis ſolicitos redderemus. Quia verò decet vos pro vtilitate eccleſię & incremẽto, diligentes & vigiles exiſtere, dignitati veſtræ mandamus, quòd ſi contigerit eundem epiſcopum ante ſolutionem debitorum, quæ pro vtilitate & neceſſitate eccleſiæ ſibi commiſſæ contraxerit, ex hac luce migrare, de redditibus qui ſpectant ad menſam eius, donèc alius loco eius ſubſtituatur, eadem debita ſoluere ſtudeatis. Quo ſubſtituto, epiſcopum ad eorundem debitorum ſolutionem omninò adducetis, & ſicut filius debita patris, ità prælatus ſui prædeceſſoris pro neceſſitate eccleſiæ contracta tenetur perſoluere.

Pars 30. VNI PLVRA BENEFICIA Eccleſiaſtica non committenda, nec vnum inter plures diuidendum: & de in beneficio ſibi aſſignato non reſidentibus.

Alexander tertius Eboraceñ. Archiepiſcopo. Cap. 1.

RElatū eſt auribus noſtris, quòd Nicolaus archidiaconus de Bedis, canonicus * Beuianenſis eccleſiæ, ità integrè & plenariè canonicam iam dictæ eccleſiæ requirit præbēdam, ſicut & illi qui die noctuque ſatagunt eidem eccleſiæ deſeruire. Super hoc etiàm literas noſtras ſe habere ꝓponit. Quia verò hoc indignum & abſurdum eſt, niſi de conſuetudine præſcriptæ eccleſiæ, hoc poſſit inquirere: fraternitati tuæ &c. quatenùs eundē archidiaconum diligēter communeas, quòd occaſione literarū noſtrarum communia eccleſiæ prælibatæ nulla ratione contra conſuetudinem & inſtitutionem ipſius eccleſiæ requirere audeat, niſi eidem eccleſię in propria perſona aſſiduè vel per medietatem vnius anni voluerit deſeruire.

Idem London. epiſtopo. Cap. 2.

CVm teneamur ex debito ſuſcepti regiminis prouiſioni clericorum intendere tibi & alijs eccleſiaſticis prælatis, pro eis ſcripta noſtra dirigìmus, & interdùm etiàm ſuper illorum prouiſione, qui aliquod beneficium ſufficiens habere noſcuntur, dū etiàm aliquandò ignoramus eos habere aliquod beneficium, pro quibus tibi & alijs eccleſiarum prælatis ſcribimus, ſi preces & mandatum noſtrum recepiſti pro aliquo, vel aliquādò recipies, qui aliud beneficium habet, de quo valet commodè ſuſtentari, niſi fortè in literis ipſis de alio beneficio quod habet, mētio habeàtur: aut ſi nunc potes ei ſinè ſcandalo prouidere, æquanimiter ſuſtinebimus, ſi pro eo preces & mandatum noſtrum oon duxeris exequendum.

Idem. Cap. 3.

DEferente I. Nob. presbytero, latore pręſentium, accepimus, quòd cùm duas eccleſias haberet, Archidiaconus tuus ipſum altera illarum ſpoliauit & eam cuidam presbytero N. nomine, aſſignauit. Prædictus autem I. ſentiens ſe in hac parte grauari, ad venerabilem fratrem noſtrum * Treuerenſem Archiepiſcopum appellauit. Cumque idem I. de mandato eiuſdem Archiepiſcopi in præſcriptam eccleſiam fuiſſet reſtitutus, memoratus G. ad audientiam noſtram appellauit. Poſtcà verò prædictus Archiepiſcopus eundem I. eô quòd ad præſentiam ſuam vocatus, vt alteram de prædictis eccleſijs prænominato G. concederet, venire contempſit, vinculo excommunicationis adſtrinxit. Nos autem à ſententia qua tenebatur, facientes eum abſolui; eundem duximus tibi remittendum. Quocircà mādamus, quatenùs partibus ante præſentiam tuam conuocatis, præſcripto I. vna de præſcriptis eccleſijs, quam voluerit, cum pertinentijs ſuis relicta, alteram præfato G. ſi eccleſiam non habet, non differas aſſignare. Si verò aliam habet eccleſiam, alteri perſonę idonę, beneficio eccleſiaſtico carenti, incunctanter aſſignes.

* Rhemeñ

Idem in Concilio Turonenſi. Cap. 4.

MAioribus in eccleſia beoeficijs in ſua integritate permanentibus, indecorum nimis videtur, vt minorum clericorum præbeodæ patiantur ſectionem. Idcircò vt ſicut in magnis, ità quoque in minimis membris ſuis eccleſia firmam habet vnitatem, diuiſionem præbendarum, vt dignitatum permutationem, fieri prohibemus.

Idem Norvuicenſi epiſcopo. Cap. 5.

AD audiētiam noſtram peruenit, quòd H. preſbyter monachos de Rameſeia, & clericum ſuum T. petendo vicariam eccleſiæ de Burvuelle, à qua 29. annis retroceſſit, in diuerſis poſteà eccleſijs perſonatum adeptus, multipliciter vexare ac fatigare præſumit. Quia igitur non eſt canonicum, vt qui curam animarum in diuerſis habet eccleſijs, fiat vicarius io alienis: diſcretioni tuæ &c. quatenùs rei veritate diligenter inquiſita, ſi ità eſſe noueris, prædictum preſbyterum à petitione prædictæ vicariæ deſiſtere, appellatione & occaſione remota, diſtrictiùs compellatis: non obſtantibus literis, ſi quas tacita veritate pes nuncium aliquem à nobis impetrauit: extirpari enim debent, quæ de auaritiæ radice procedunt, & canonum ſunt contraria ſanctioni. 13. q. 3. diaconi

Idem Eboracenſi archiepiſtopo. Cap. 6.

FRaternitati tuæ duximus reſpondendū, vt ſi clerici, qui in eccleſijs tuæ iuriſdictionis beoeficia ſunt adepti, ad aliam diœceſim abſque tua conſcientia & aſſenſu morandi cauſa tranſiērint, beneficijs quæ à te habuerint, liceat tibi eos ſpoliare, niſi fortè diſciplinis ſcholaſticis inuigilauerint, aut cauſam rationabilem tibi oſtenderint, quarè reuerti non debeant. Præthereà clericos alterius diœceſis abſque literis commendatitijs epiſcopi ſui, niſi pro eis preces ant mandata ſedis Apoſtolicæ receperis, non teneris nec etiā debes recipere.

*Idem G. * Nincolnenſi electo. Cap. 7.*

DE multa liberalitate credimus proueniſſe, quòd dilectus filius noſter S. archidiaconus de Norhantuna, præbendam quam habebat in eccleſia tibi commiſſa, liberè tibi conceſſit, vt eam dilecto filio G. for. * Lincolnieñ.

nepoti veſtro conferres: & infrà: Quoniam igitur nulla ratione ſuſtinere poſſumus, vt memoratus archidiaconus diſpendium patiatur, vndè gratiam tuam & noſtram meruit obtinere, vbi ius præbendæ ſuæ ceſſerit G. vt voſtram poſſit perficere uoluntatem: fraternitati tuæ &c. & infrà: Cùm rationi & eccleſiaſticæ inſtitutioni contrarium ſit, vt archidiaconus præbenda careat in eccleſia, cui noſcitur in archidiaconatûs officio deſeruire: non honeſtum ſit tibi, promiſſionem tuam tam honeſtam reuocare.

Pars cap. ſuprà de ſpon. Con ſuluit.

Idem Burdegalenſi Archiepiſcopo. Cap. 8.

PRæatereà de G. archidiacono, qui cùm in tua & Toloſana eccleſia archidiaconus ſit conſtitutus, & in vtraq; profeſſus regulariter, collectis illis quæ in archidiaconatu tua poteſt colligere, præter conſcientiam tuam & licentiam, Toloſam regreditur, & ibì per annum vel ampliùs moratur; prouidentiæ tuæ ſignificamus, vt eundem archidiaconũ, ſi ità res ſe habet, altero quẽ maluerit, archidiaconatu, occaſione & appellatione ceſſante, facias eſſe contentum.

Idem Salernienſi Archiepiſcopo. Pars cap. ſuprà de clericis matrimonio copulatis, Clericos. Cap. 9.

MAndamus, vt ſi qui clerici eccleſiarum tuarum, fratribus Hoſpitalis cum licentia ſui prælati ſpontè ac gratis per annũ vel trienniũ ſeruire decernunt, nequaquàm impediantur: & interim beneficia ſua eccleſiaſtica vel redditus, ſi quos habent, non amittant.

Pars 31.

DE EXCOMMVNICATIS.

Idem Exonienſi epiſcopo. Cap. 1.

EX parte tua nobis eſt cõſtanti aſſertione propoſitum, quòd quidam interdùm pro certis cauſis excommunicati, ſedẽ Apoſtolicam viſitant, & reticentes cauſas pro quibus ſunt vinculo excommunicationis adſtricti, auditis confeſſionibus ſuis, abſolutionis beneficium* meruiſſe. Vndè quia nos conſulere voluiſti vtrũ illa abſolutio teneat, ſi occultatis exceſſibus, pro quibus excommunicati fuerunt, abſolutionis meruerunt* priuilegium, ſiue excommunicationis aliam cauſam prætendentes: conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi ità conſtiterit, eos cogere debes cenſura eccleſiaſtica, cum literis tuis rei veritatem continentibus, ad ſedem Apoſtolicam redire: ſi verò id tibi non conſtiterit, & eos ſuſpectos habueris, quòd non fuerint veritatem confeſſi, ipſos compellere debes exindè coram te, quòd veritatem confeſſi fuerint, purgationem præſtare.

for. * meruere.

* beneficiũ

Idem Cantuarienſi Archiepiſcopo. Cap. 2.

QVa fronte nos ſuper articulis iuris cõſulere valeas, non videmus, cùm in his quæ tibi nota ſunt & liquida, maniſeſtè dicaris ordinem peruertere, & euidenter libertati* eccleſiaſticæ contraire, pro qua ille glorioſus & inclytus martyr, prædeceſſor tuus Thomas martyrium ſubire non expauit? Iam enim non in eccleſia, ſicut canonicum eſt & honeſtum, non in palatio, non in camera tua, ſed in propria camera regis, cõtra debitum iuris & contra pontificalis officij dignitatem, epiſcoporum electione diceris confirmare. Verùm ſuper his, de quibus nos conſulere voluiſti, prout nobis dederit Dominus, tibi reſpondemus: ſanè ſi quis pro contumacia vel alia qualibet cauſa, excommunicatione tenetur adſtrictus, & offert ſe ad iuſtitiam de his, pro quibus ſententiam ipſam excepit, iudex eum, vt non in excommunicationem* diſcedat, abſoluere poterit, etiàm ſi pars aduerſa, nè abſoluatur, appellationis obſtaculum interponat. ab ipſo tñ ante abſolutionem ſufficiente cautione recepta, quòd vel in præſentia Romani pontificis, ad cuius audiẽtiam appellatur, ſi maluerit aduerſarius, vel coram iudice, cui Ro. pontifex cauſam delegauerit, vel coram eo in quo vtraque pars conuenerit, iuris pareat æquitati.

* eccleſiæ

Idem in eadem epiſtola. Cap. 3.

DE his etiàm, qui ſe conqueruntur irrationabiliter excommunicationi vel interdictioni ſuppoſitos, illud idẽ dicimus, etiam ſi bi pro quibus tulerint ſententiã, ad ſedem Apoſtolicam duxerint appellandum.

Idem Rothomagenſi Archiepiſcopo. Cap. 4.

QVia quęſitum eſt à nobis ex parte tua, ſi liceat tibi eos, qui excommunicationis vinculo ab epiſcopis aut ſuffraganeis tuis fuerint innodati, & ad audientiam tuam appellant, abſoluere, antequàm ſteterint tuo iudicio: inquiſitioni tuæ pręſentibus literis reſpondemus, quòd ſi poſt appellationem inter eos ſententia excommunicationis eſt promulgata, abſolutione non indigent, cùm ſententia poſt appellationem lata, neminem ligare poſſit: Si autem ante appellationem fuerint excommunicati, ante ingreſſum cauſæ recepto ab eis iuramento, ſecundùm Eccleſiæ conſuetudinem debes eos abſoluere, niſi epiſcopo, à quo fuerũt excommunicati, in hac parte volueris deferre, & eos ad ipsũ abſoluendos remittere. Cùm autem ab epiſcopo vel à te fuerint abſoluti, cauſam audire debes, & eam fine debito terminare: quia nec excommunicati ante abſolutionem ſunt audiendi, nec cauſa ad eos, à quibus eſt appellatum, debet aliquatenùs remitti.

Idem Cantuarienſi Archiepiſcopo. Cap. 5.

CVm ad hoc in beatorum Apoſtolorum principis cathedra, quanquàm immeriti,

riti, Domino diſponente ſimus conſtituti, vt plantata debeamus, quæ ad virtutem ſpectant & decorem: & euellere & eradicare curremus, quæ ſunt obuia rationi, & profectum impediunt ſalutis: intelleximus ſanè quòd hoſpitalarij nominatim excommunicatos contra prohibitionem eccleſiaſticam præſumunt tradere humanæ Chriſtianæ ſepulturæ, non cogitantes, quàm graue ſit illis in morte communicare, quos, dum viuerent, Eccleſia pro ſuis exceſſibus à ſinu ſuo ſegregauit. Vndè quoniam huiuſmodi præſumptionem & temeritatem nolumus nec debemus aliquatenùs tolerare, diſcretioni tuæ &c. quatenùs prædictos fratres moneas & horteris, & ex noſtra parte præcipias, vt ſi quos in excõmunicatione defunctos in cœmeterijs ſepeliêrint, extra cœmeteria ipſos penitùs eijciant. Quod ſi facere noluerint, tu hoc ipſum de his, quos in excommunicatione defunctos eſſe conſtiterit, authoritate noſtra, & appellatione remota, exequaris.

Idem in Turonenſi Concilio. Cap. 6.

QVoniã ſuperuenientibus nouis morbis nouas expedit inuenire medicinas, & Eccleſiaſticæ libertati conſulere, & ſubditorum vtilitati prouidere curantes, ſtatuimus vt Capellani, & qui eorum vice miniſtrant, huiuſmodi ſacramento adſtringantur, vt ex quo fuerit cognitum eis, aliquid eccleſiæ vel cœmeterij ſeu eccleſiaſticæ poſſeſſionis, in caſtrum veniſſe, vel caſtrenſium violentia ablatum fuiſſe, conueniant dominum caſtri, ſiue illum qui primus ab eo dominatum habet, cuius poteſtate conſilioq; res dirigi poſſit: & ſi eorum commonitione præmiſſa, prædam non reddiderit, ſi adfuerit: vel ſi abfuerit, de integra reſtitutione infra octauum diem certam ſecuritatem non fecerit, extunc ab omni eccleſiaſtico ceſſabitur officio, excepto baptiſmo & confeſſione, & à timore mortis communione. Quod in omnibus terris eorum proprijs præcipimus obſeruari, necnon & in illis, in quibus integram exercent dominationem: permittimus tamen, vt ſemèl in hebdomada, cauſa conficiendi corpus Chriſti, Miſſa in villa celebretur proxima, clauſis omnibus oſtijs, & excluſis excommunicatis, præter miniſtros altaris. Quòd ſi prædicti Caſtrenſes poſt datam inter eos ſententiam incorrigibiles per 40. dies extiterint, capellani ab eorum recedant officio, non ampliùs cum eis commoraturi, quandiù ſub anathematis vinculo teneantur. Sub hac lege ſcriptores claudimus. Quòd ſi capellani vel quilibet officiales clerici ex ſuis poſſeſſionibus ſunt aduocati ſeruitij debitores, vltra tres menſes cõmorandi cum eis licentiam non adhibemus. Quod ſi gratia cõmonitionis eis concedatur, conueſcendi tamen & cohabitandi interdicimus participationem. Qui verò vltra præfixum terminũ cum eis commorari præſumpſerit, officio ſimul & eccleſiaſtico careat beneficio. & nè fortè præda in dolo conuertatur, aut clericos caſtrorum excuſet ignorantia, egredi debent, obuiare prædæ, audituri & ſolicitè inquiſituri, ſi quæ res ibi fuerint Eccleſiaſticæ, vel eorum reclamatores. Si quis autem clericus ob huiuſmodi receſſum, propter iuſtitiam à domino ſuo rerum ſuarũ damna pertulerit, ipſe dominus non niſi per integrã omnium reſtitutionem meretur abſolui. Si quælibet villa duos vel plures aduocatos habuerit, in quorum aliquem lata ſit ſententia, dũmodò non careat officio, niſi quæ eius ſubſunt dominio. Quòd ſi Eccleſia ſuæ aduocationis fuerit, eadem eſſet & ſibi interdicta: licet alterius aduocationis corpora ſepeliri, Miſſa tamen non celebrabitur. *locus obſcurus.* De mutandis autem caſtrorum vicarijs vel clericis, ſtatuimus vt archidiacono ſignificetur, nè alius loco eius ſubſtituatur, donèc eodem adſtringatur ſacramento. Mercatoribus autem & cæteris hominibus ciuitatum vel * burgatorum prohibemus, nè aliquem nomine excommunicatum, * hoſpitem ſuſcipiant, nec in venditione vel in emptione ſeu aliqua participent accommodatione. ** hoſpitio* Qui verò tranſgreſſores extiterint, à ſacerdote parochiano tres dies vocentur: tribus autem alijs diebus ad correctionem expectentur: Septimo autem die, ſi incorrigibiles apparuerint, anathematis ſententiam ſubituri, nec ab epiſcopo, nec ab archidiacono ſe nouerint abſoluendos. Si verò à domino alióve potente ad hoſpitandũ excommunicatum, hoſpiti vim illatam cognitum fuerit, hoſpes reus non habeatur: ſed eius qui violentiam intulit, terra ſuſpendatur, cuius ſuſpenſionis reſtitutio pontificali erit arbitrio reſeruanda. In villis verò vel vrbibus vel caſtellis, quę regis ſubſunt dominio, in quibus conſtabularij ad tempus ſtatuuntur, ſi ipſum conſtabularium conſtiterit anathematis ſententiam ſubijſſe, ipſo in villa præſente locus medius, quo recedente, eodem reuerſuro, alij diuinum officium non amittant. *locus obſcurus.* Suis autem domeſticis omnibus à Chriſtianitate ſuſpenſis, de cœmeterijs & eccleſijs ſiue quibuſlibet poſſeſſionibus eccleſiaſticis tenſerias dari prohibemus, nè p eccleſiæ vel cœmeterij defenſione tenſertas fidei ſuæ ſponſionem interponant. Quòd ſi præſumpſerint, ordinis ſui & beneficij periculum incurrant. Qui verò eccleſiã vel cœmeterium contempſerint, vel ordinatis manus violentas impoſuerint, anathematis ſententia feriantur, nec ab alio niſi à domino Papa abſolutionem conſequentur, niſi mortis interueniente periculo, diſpenſatio miſericorditer ſubueniat, data tamen pro poſſe ſatisfaciendi ſecuritate, ſi conualuerit, pro abſolutione Papam aditurum. Si quis videns excommunicatum ex nomine, hoſpitio ſuſceperit, vel ei pecuniam ſcienter

accommodauerit,quia noſtri ſunt contemptores mandati, prohibemus, nè Chriſtianus vel Chriſtiana ei ſeruiat, donèc indè ſatisfecerit. Præcipimus autem, quòd decani fide adſtringantur, quòd ſi eis cognitum fuerit,aliquem de clericis hæc decreta non ſeruâſſe: epiſcopo,ſi affuerit, vel archidiacono denuncient. Prohibemus etiàm,nè abbates vel monachi, Priores vel Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ, de poſſeſſionibus eccleſiaſticis tenſetiá donent: clericis autem & laicis prohibemus, nè quis ſcienter prædam eccleſiæ emat, vel prædam cœmeterij, vel cuiuſlibet poſſeſſionis eccleſiaſticæ: quod qui præſumpſerint, anathematis vinculo feriantur.

Ex decretis Gelaſij Papæ. Cap. 2.

QVicunque intra anni ſpatiũ ciuiliter ſiue publicè cauſam ſuam coram ſuis excommunicatoribus non peregerint, ipſi ſibi audientiæ auditum clauſiſſe videantur. Quòd ſi obſtinato animo defuncti fuerint, nos illorum cauſam, iuxta beati Leonis prædeceſſoris noſtri ſententiam, diuino iudicio reſeruantes, quibus viuis nõ communicauimus, mortuis non communicamus.

Idem. Cap. 7.

CVm ab eccleſiarum prælatis, eccleſiaſtica ſententia in maleſactores aliquos promulgatur, debet rata & firma conſiſtere, & vſque ad dignam ſatisfactionem inuiolabiliter obſeruetur. quapropter diſcretioni tuæ &c. quatenùs ſi quandò iam dilectus filius noſter plebanus ſancti Pancratij, in clericos vel in laicos parochianos ſuos interdùm interdicti vel excommunicationis ſententiam rationabiliter tulerit, præcipias obſeruari: nec eam ſinè congrua ſatiſfactione, & abſque conſcientia eiuſdem plebani, aliqua ratione relaxes.

DE CONIVNGENDIS filijs ante vel poſt compaternitatem genitis. Pars 32.

Alexander tertius Salernitano Archiepiſcopo. Cap. 1.

VTrùm autem filij vel filiæ ante vel poſt cõpaternitatem geniti, poſſint ſimul adinuicèm copulari, canones ſecundùm diuerſorũ locorũ cõſuetudinem inueniũtur: & licèt primus canon exindè editus, natos poſt compaternitatem prohibeat adinuicèm copulari, alter tamen canon poſteriùs editus primum videtur corrigere: per quem ſtatuitur, vt ſiue ante, ſiue poſt compaternitatem geniti ſunt, ſimul poſſint coniungi: excepta illa perſona duntaxàt, per quã ad compaternitatem peruenitur. Vndè tolerabilius nobis videretur, vt ſecundùm poſteriorem canonem, etiàm poſt compaternitatem geniti, ſimul poſſint copulari, præter illam perſonam per quam compaternitas contrahitur, niſi conſuetudo eccleſiæ, quæ ſcandalum generet, aliter ſe habeat.

Cõpetẽter determinat, cùm prior canon id nõ neget.

Idem eidem in eadem Epiſtola. Cap. 2.

SI vir vel mulier ſcienter aut ignoranter filium ſuum de ſacro ſonte ſuſceperit, an propter hoc abinuicèm ſeparari debeãt, & alij copulari, quia nos generaliter conſulere voluiſti: conſultationi tuæ reſpondemus, quòd quamuis ſit generaliter conſtitutum vt debeant, quidam tamen humaniùs & potiùs ſentientes, aliter ſtatuunt: & ideò nobis videtur, quòd ſiue ex ignorantia, ſiue ex malitia id fecerint, non ſunt abinuicèm ſeparandi, nec alter alteri debitũ debet ſubtrahere, niſi ad continentiam ſeruandam poſſint induci. Quod ſi ex ignorantia id factum eſt, eos excuſare ignorantia videtur: ſi ex malitia eis ſua fraus non debet patrocinari vel dolus.

QVI FILII SINT LEGITIMI, & de exactione dotium, poſt diuortium, & ad quem pertineat huius cauſæ cognitio. Pars 33.

Idem Exonienſi epiſcopo. Cap. 1.

MEminimus nos fraternitati tuæ ſuper cauſa, quæ inter P. & R. de quadam hæreditate vertitur, quam idem P. nomine Sibyllæ vxoris ſuæ petebat, tali modo ſcripſiſſe, vt ſi conſtaret, prout literæ tuæ continebant, inter prædicti R. patrem & matrem, poſt eius natiuitatem matrimonium fuiſſe contractum, eum omni appellatione remota legitimum eſſe denuncies, & ab hæreditate paterna propter cauſam prædictam nullatenùs debere repelli. Tanta eſt enim vis [a] ſacramenti, vt qui anteà ſunt geniti, poſt contractum matrimonium habeantur legitimi. Verùm quoniam P. vltrà quàm in literis tuis continetur, nobis ſignificauit, quòd pater ſuus, viuẽte vxore, matrem R. tenebat, & eum in adulterio procreâſſet, & quòd in mortem ipſius vxoris, mater fuerit machinata: Fraternitati tuæ &c. quatenùs rei veritatem inquiras, & ſi tibi conſtiterit, quòd viuente vxore, pater prædicti R. matre ipſius publicè abuſus fuiſſet, eum ſpurium & ab hæreditate repellendum, præſertim ſi mater ipſius, in mortem prioris vxoris fuerit machinata, decernas, quoniam inter ſe legitimum matrimonium contrahere non potuerunt.

[a] matrimonij

Idem ven. frat. N. epiſcopo Bathonienſi. Cap. 2.

EX conqueſtione E. mulieris, nobis innotuit, quòd R. quondàm vir ſuus, à quo, ſicut dicitur, fuit ſinè iudicio eccleſiæ ſeparata, dotem ſuam ſibi reddere contradicit. Quia verò indecens eſt, & à iuris ordine alienum, vt prædicta mulier dotem ſuam amittat, frat. tuæ &c. quatenùs ſi eadem mulier à prædicto viro, iudicio Eccleſiæ ſeparata fuerit, ipſum moueas & inducas, & ſi

neceſsè

neceſsè fuerit, appellatione remota, eccleſiaſtica diſtrictione compellas, vt prædictæ mulieri dotem ſuam reſtituat, aut ſecundùm terræ conſuetudinem, in præſentia tua iuſtitiæ plenitudinem exhibeat.

Idem. Cap. 3.

Conqueſtus eſt nobis H. lator præſentium, quòd quandam mulierem neptem R. accepit in vxorem, & præfatus R. ipſam exhæredare conatur, eô quòd ante deſpõſationem matris ſuæ nata fuerit: cùm poſteà prout dicitur, pater præfatę mulieris, matrem ipſius acceperit in vxorem. Indè eſt quòd fraternit. tuæ &c. quatenùs rei veritate diligẽter inquiſita & cognita, nullius appellatione obſtante, legitimam eſſe iudiceus, inhibentes prædicto R. ex noſtra & veſtra parte, nè ſæpe dictæ mulieri vel hæredibus ſuis hac occaſione ſuper hæreditate ſua moleſtiam inferat vel grauamen. Si autem contra inhibitionem noſtram venire præſumpſerit, ſublato appellationis remedio, eccleſiaſtica ſeueritate percellaris.

Idem Londonenſi & Vuigor. epiſcopis. Cap. 4.

Cauſam quæ inter R. & F. ſuper eo quòd mater iam dicti R. dicitur non fuiſſe de legitimo matrimonio nata, agitari dinoſcitur, experientiæ veſtræ iampridèm commiſimus terminandum. Verùm quia in literis noſtris inferi fecimus, vt ſępè fato R. poſſeſſionem omnium eorum, quorum poſſeſſor extitit, quãdò auus ſuus iter Hieroſolymam proficiſcendi arripuit, ante principalis cauſæ ingreſſum faciatis appellatione ceſſante reſtitui, ſi eadem poſſeſſione fuiſſet per violentiam ſpoliatus. Nos attendentes, quòd ad regem pertineat, non ad eccleſiaſticam authoritatem, de talibus poſſeſſionibus iudicare, nè uideamur iuri & dignitati chariſſimi in Chriſto filij noſtri H. regis Anglorum principis derrahere, qui (ſicut accepimus) motus eſt, & turbatus, quòd de poſſeſſionibus non ſcripſimus ei, cùm ipſarum iudiciũ (vt aſſerit) ad ſe pertineat: volumus, & fraternitati veſtræ mãdamus, quatenùs poſſeſſionum iura regi relinquentes, factum de principali cauſa, videlicet vtrùm mater prædicti R. de legitimo matrimonio fuerit nata, plenius cognoſcatis, & eam vel aliam ſecundùm literarum noſtrarum tenorem, appellatione remota, terminetis, licèt incongruum videatur, vt matrimonium genitricis præfati R. impetatur, quod ea viuente, vt dicitur, non fuerit impetitum.

Idem. Cap. 5.

Cum inter I. veterem cõciuem noſtrum & T. mulierem diuortij ſit ſententia canonicè prolata, filij eorum, qui ante ſententiam nati fuerunt, & ille qui tunc conceptus erat, non debent exinde, ſuſtinere iacturam, cùm parentes eorum publicè ſinè contradictione Eccleſiæ matrimonium inter ſe contraxerint; indè eſt, quòd authoritate Apoſtolica ſtatuimus, vt filij eorũ, quos ipſi ante diuortium habuerunt, & qui conceptus fuerat ante latã ſententiam, nihilominùs legitimi habeantur, & quòd in bona paterna iure hæreditario ſuccedãt, & de bonis parentum ſuorum nutriantur. Quocircà venerabilitati veſtræ &c. quatenùs pręfatos filios memorati I. prædictæ mulieris ſuccedere in paterna bona, & exindè nutriri non prohibeatis. Nec occaſione diuortij inter parentes eorum celebrati, eis à quoquam moleſtiam vel grauamina ſuſtineatis inferri.

DE RAPTORIBVS ET ECcleſiarum violatoribus, & quandò poſt peractam pœnitentiam ſit neganda ſepultura eccleſiaſtica, niſi ſatisdent de damno reſtituendo. Pars 34.

Eugenius tertius vniuerſo clero. Cap. 1.

Super eo quod de raptoribus eccleſiarum, atque presbyteris, qui pœnitentiam eius iniungere, & oblationes eorũ contra ſtatutũ noſtrũ ſuſcipere attentauerint, à nobis communi deliberatione ſtatutum cum fratribus noſtris ſtatuimus, & conſtitutionem ipſam ſanctorum patrum veſtigia ſubſequentes, authoritate Dei & ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli pariter confirmamus, ſtatuentes, vt quicunque ex his raptoribus, qui in vrbe diabolo ſuggerente violenter ſurrexerint in rapina, ſiue in eccleſiarum violatione manifeſtè eſt repræhenſus, vel amodò fuerit, niſi ablata priùs reſtituat, ſi poterit, vel emendandi plenam ſecuritatem fecerit, pœnitentiæ beneficium ei penitùs denegent. ſi verò vſque ad obitum, quod abſit, in ſua contumacia durauerit, & in extremis poſitus, penitentiæ remedium humiliter poſtulauerit, ſi emendationem vel emẽdandi ſecuritatem præſtiterit, ac fideiuſſores, qui ablata reſtituere debent, idoneos dederit, ei pœnitentia & eccleſiaſtica ſepultura cõcedatur. Qui autem in ſanitate obſtinata mente non pœnituerit, vel emendauerit, & in morte ſecuritatem ac fideiuſſores, ſicut diximus, pręſtare nequiuerit, ſolennitas pœnitentiæ parùm prodeſſe (ſicut credimus) videtur: ſed viaticum non negetur, ità tamen, vt nullus clericorum ſepulturæ illius interſit, nec eius eleemoſynã accipere pręſumat. Quòd ſi qui presbyterorum vel clericorum contra ſtatutum noſtrũ in vita vel in morte pœnitentias dare aut ſepulturæ illorum intereſſe, vel eorum eleemoſynas accipere attentauerint, ſeu huiuſmodi rapinæ participes inuenti fuerint, ordinis ſui damnum irrecuperabiliter patiantur, & beneficio eccleſiaſtico careant.

Alexand.I I I.Caromontano epiſcopo.
Cap. 2.

LIteris tuis quas I. Lator præſentium exhibuerar,continebatur,quòd cùm pater eius multis fuiſſet criminibus irretitus, qui per appoſitionem ignis , eccleſiarum incendium diabolo ſuggerente commiſerat: tandèm in vltima ægritudine conſtitutus,ſe cõfeſſus eſt peccatorem, & accepta pœnitentia de commiſſis, per manum capellani ſui fuit à ſententia anathematis abſolutus : ſed moriens , eccleſiaſticam ſepulturam nequiuit habere.Quapropter ſi ità res ſe habet , frat. tuæ &c. quatenùs corpus eiuſdem patris I. ſupradicti,appellatione ceſſante , facias in cœmeterio ſepeliri,& hæredes eius moneas & compellas,vt his quibus ille per incendiũ vel alio modo damna contra iuſtitiam irrogauit,iuxta ſuas facultates condignè ſatisfaciant, vt ſic à peccato valeat liberari .

Idem ex Concilio Turonenſi.

Fures & latrones ſi in ſurando vel in prędando occiduntur , viſum eſt pro eis non orandum:& ſi compræhenſi & vulnerati fuerint,& preſbytero vel diacono confeſſi fuerint,communionem eis non denegamus.

Item Alexand.III. Lucenſi epiſc. Cap. 3.

DE ſecunda verò quæſtione, hoc tuam diſcretionem tenere volumus , quòd propinqui eius,quem pro manifeſtis exceſſibus,videlicet homicidio,incendio , violenta manuum iniectione in clericos, in violatione multarum eccleſiarum & inceſtu,vinculo excõmunicationis adſtringis,monendi ſunt vt pro eis ſatisfactionem exhibeant: quod ſi fecerint,quia laborans in extremis, præſtito iuramento , per preſbyterum * tenuerit ab excommunicationis ſententia relaxari , in cœmeterio poterit ſepeliri.Si autem propinqui ſui talis acquieſcere monitis cõtradixerint,quia iã non eſt purgatum peccatum,defuncto neganda eſt eccleſiaſtica ſepultura .

fol.* meruerit

DE POENITENTIA.

Pars 35.

Alexander III. Exonienſi epiſc. Cap. 1.

SIcut dignũ eſt,& omni rationi conſentaneũ,graues & difficiles quæſtiones ad examen Sedis Apoſtolicæ referri,ità etiàm nobis ex miniſterio ſuſceptæ ſolicitudinis imminet , eaſdem quæſtiones,prout nobis dederit, ſoluere, & ſingulis à nobis conſilium poſtulantibus reſpondere, vt prouidentia Romanæ Eccleſię, quæ vbique terrarum obtinet (diſponente Domino) principatum,quæſtiones ſoluantur, & remoueatur in his ambiguitas de cordibus ſingulorum . Licèt autem ſuper quæſtionibus, quas tua nobis diſcretio ſoluendas duxit, te non dubitemus prouidere, & diſcretum exiſtere,cogimur tamen ex ſuſceptæ ſeruitutis miniſterio,diſcretioni tuæ iuxta prouidentiam noſtram exinde reſpondere. Sanè cùm vir ſapiens & diſcretus ſis,& in his plurimùm exercitatus,pleniùs nôſti , quia in exceſſibus ſingulorum non ſolùm delicti qualitas,ſed quantitas & ætas, ſcientia , ſenſus atque conditio ſunt attendenda , quarè non ſolùm ſecundùm qualitatem & quantitatem facinoris, ſed ſecũdùm ea quæ diximus,& ſecũdùm locum & tempus, quo delictum committitur,vnicuique debet pęnitentia iniungi,cùm (ſicut tu ipſe nõ ignoras) idẽ exceſſus magis in vno, quàm in alio ſit puniẽdus . Illi autem qui animo occidendi illum ſanctum & reuerendum Thomam quõdàm Cantuar. Archiep. aut feriendi,aut capiendi , vt de illa captione mors ei ſubſecuta fuiſſet, citra manuũ iniectionem ſe facerentur veniſſe, pari pœna ſunt puniendi : & alij qui non vt ferirent, ſed vt percuſſoribus opem ferrent,ſi fortè violentia, quam quidam amoliri debebant, impediretur , paulò minori pœna mulctari: quia ſicut ſcriptum eſt,qui potuit hominẽ liberare à morte , & nõ liberauit,ipſum occidit. Conſtat quoque eos ab homicidij reatu immunes non eſſe , qui occiſoribus contra alios opem ferre venerint : nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ,qui, cùm poſſit , manifeſto facinori deſinit obuiare. Illi verò qui ſe aſſerunt animum regis inflammaſſe ad odium, vndè fortè fuit homicidium ſubſecutum,ſatis durè & aſperè,ſed non ità ſeuerè ſunt puniẽdi:niſi fortè ipſum Regem ad illud homicidium prouocaſſent . Illi quoq; non fuerunt à culpa liberi, nec à reatu debent eſſe immunes , qui licèt fuerint iniquæ machinationis ignari, ſicarijs tamen,ſi eos ſicarios eſſe ſciebant, vel in ſarcinis,vel in armis eorum cuſtodiendis miniſterium præbuerunt. Illos verò, qui dicuntur illius viri ſancti & ſuorum per mortem occupâſſe ſpolia , ſi nihil aliud in tanto facinore commiſerint , à pœna mortis eius arbitramur immunes: ſed hæc quæ occupauerunt, tenentur eis in integrum reſtituere , quibus ablata fuerunt, ſi habeant in facultatibus,vnde ea reddere poſſint:& ipſis tamen ex * hinc pœnitentia moderata eſt iniungenda,quia licèt ex his quæ occupauerunt,quædam fatentur ſe pauperibus in eleemoſynã erogâſſe,nõ tamen alienas res,cùm ipſas potuiſſent eis reſtituere quorum fuerint , debuerũt pauperib⁹ erogare. Illi verò qui ſola excommunicatorum participatione ſe reos eſſe cognoſcunt , conſiderata temporis qualitate,quo in eadem nequitia perdurauerint ignoranter , & inquiſito etiam , ſi amore vel affectione communicauerint ignoranter vel ſcienter,ſecundùm hoc pœnitentia eſt indicenda . Clericos verò,quos conſtat armatos eſſe & interfuiſſe tanto facinori , & clericos etiàm illos, qui conſilium iſtud dederunt , vel vt ſanctus vir caperetur: perpetuò oõ ſolùm ab altaris officio deponendos eſſe cenſemus,

In peccatis , q̃ ſint conſideranda .

* hoc.

ſemus, ſed etiàm ità, vt in eccleſijs nullo vnquam tempore lectiones legant, nec reſponſoria ſeu antiphonas cantare in choro, ſed in pſalmis apud Dominum de commiſſo veniã ſatagant implorare. Inſupèr clerici etiàm ipſi in obſtructo clauſtro monachorum vel canonicorum, ſi fieri poteſt, ſunt includendi, ità quidem, quòd ipſi in ſeptennium ſeu quinquennium debeant ab introitu eccleſiarum cohiberi.

Idem eidem. Cap. 2.

EX tuæ fratern. literis & confeſſione ſacerdotis præſentiũ latoris accepimus, ꝙ cùm eum ad ſacerdotij ordinem aſſumendum non aliter voluiſſet eius archidiaconus præſentare, 5. ſolidos eidem archidiacono ſoluit, & ſic poſtmodùm ordinem iſtum, per eum præſentatus, accepit. Vndè ſuper eo de quo conſiliũ noſtrũ poſtulâſti, ſic duximus reſpondendum, vt ſi hoc non eſt publicum, ſed ſecretum, eundem ſacerdotẽ ſecretò conuenias, monens eum ſinè vlla tamen coactione, propenſiùs & inducens, vt ordinem alicuius religionis aſſumat, & perpetuò ab officio, quod ità illicitè adquiſiuit, abſtineat. Si verò ad religionis ordinem aſſumendum fortè inducere non poteris, ſtudeas ei ad ſuſtentationem aliquod eccleſiaſticum beneficium conſtituere, ad hoc, vt debeat officio ſacerdotali ſpontè in perpetuum abſtinere. alioquin non erit tutum, cùm ſit ſecretus exceſſus, ipſum inuitum ab eodem officio coercere. Sed tamen pœnitentiam ſecretam ſecũdùm quod tibi viſum fuerit, iniungere non poſtponas.

Pars capituli, Meminimus

Idem eidem. Cap. 3.

DE peregrinationis votis, an eleemoſynis redimi poſſint, vel per alium pro neceſſitate adimpleri, tibi reſpondemus, ꝙ ab eius qui præſidet, dependet arbitrio, vt cõſideret diligentiùs & attendat qualitatem pſonæ & cauſam commigrationis, ſeu id ex infirmitate, ſiue affluentia contingat diuitiarũ: & vtrùm peregrinatio, an recompẽſatio vtilior fuerit, & Deo magis accepta & ſecũdùm hoc debet exindè diſpenſare.

Idem Archiepiſcopo Cantuarienſi. Cap. 4.

QVòd autem cõſuluiſti, vtrùm remiſſiones, quæ fiunt in eccleſiarum dedicationibus, aut conferentibus ad ædificationẽ pontium, alijs proſint, quàm his qui remittentibus ſubſunt: hoc tuam diſcretionẽ volumus firmiter tenere, ꝙ cùm à non ſuo iudice nullus ligari valeat vel abſolui, remiſſiones prædictas illas prodeſſe tãtummodò arbitramur, quibus vt prodeſſent, paſtores proprij ſpecialiter indulſerunt: & in hoc intelligas eam quæſtionem ſolutam, in qua q̃ritur, vtrùm is qui excommunicato communicat, à non ſuo epiſcopo abſolutionis gratiã debeat implorare.

DE SENTENTIIS Et interlocutionibus.

Pars 36.

Alexander III. epiſc. Noruuicenſi & abbati de Eueſham. Cap. 1.

SCRIPSIMVS vobis ad ſuggeſtionẽ H. clerici, vt cauſam inter ipſum & R. ſuper capella N. diligẽtiùs audire debeatis, & ſub certa forma terminare, omninò immemores exiſtentes, quòd eam priùs alijs iudicibus commiſiſſemus. dilecti autem filij noſtri S. & R. ſuis literis nobis intimârunt, quòd ipſi prædictam cauſam ſibi à nobis, appellatione remota, commiſſam, ordine iudiciario terminarent. Quarè à prænominatis iudicibus veritatem ſtudioſiùs inquiratis, & ſi noueritis eos ſuper cauſa memorata diffinitam protuliſſe ſententiã, nullatenùs in cauſa ipſa procedatis: & ſi fortè proceſſiſtis, nec mandatum noſtrum, nec factum veſtrum volumus eorũ ſentẽtiæ derogare. Sed vobis firmiter iniũgimus, vt prænominato H. perpetuum ſuper eadem cauſa authoritate Apoſtolica imponatis ſilentium.

Idem eiſdem. Cap. 2.

CVm aliquibus adiudicata eſt poſſeſſio, non ſufficit eis pignora dari, niſi corporali gaudeant poſſeſſione.

Idem R. Vuigornienſi epiſc. Cap. 3.

CAuſam quæ vertitur inter fratres Dunelmenſis monaſterij, & monachos S. Albani ſuper eccleſia de * Tenemuda, audiatis, & appellatione ceſſante, terminetis, illud inter cætera ſpecialiter prouiſuri, vt fratres Dunelmenſis eccleſiæ authoritate & aſſenſu epiſcopi, cauſam ingrediantur, nè ſi fratres S. Albani obtineant, epiſcop. Dunelmenſis ſe abbatem illius eccleſiæ proponens, litem ſopitam valeat ſuſcitare.

* Tinemuhe

Cap. 4.

ARchidiaconis de eccleſiaſtica inſtitutione non videtur licere, niſi authoritas epiſcoporum & conſenſus acceſſerit, in alios ſententiam promulgare.

Idem Eboracenſi Archiepiſcopo. Cap. 5.

CVm aliqua cauſa, appellatione remota, committitur & ſententia fertur iniqua eam euacuari oportet, nec debet ei ſtari, ſi manifeſtam contineat iniquitatem.

DE LEPROSIS.

Pars 37.

Idem. Cap. 1.

EX tranſmiſſa conqueſtione R. clerici nobis innotuit, quòd cũ eccleſia de. N. à monachis, ad quos ius illius eccleſiæ ſpectare dinoſcitur, ei cõceſſa fuiſſet, tum tẽporis cùm Vu. clericus, qui fuiſſe lepra tactus perhibet, eam poſſideret, timens nè ſimiliter eadem conceſſione, aliqua fieret innouatio, ad ſedem Apoſtolicam appellauit, & ad nos nuncium

cium ſuum deſtinauit. Quoniã igitur vniuerſis Dei fidelibus, & his maximè qui clericali dediti ſunt officio, in ſuis iuſtitijs adeſſe tenemur, diſcretioni veſtræ &c. quatenùs ſi vobis ità conſtiterit, præſcriptam eccleſiam præfato R. taliter conceſſam, & poſt appellationem ad nos factam ſuper eadem eccleſia, in ea inueneritis alium inſtitutum, eo indè amoto, eam ipſam, omni contradictione & appellatione ceſſante, iam dicto R. faciatis, dilatione poſtpoſita, aſſignari, non obſtante quòd eadem conceſſio facta fuerit tempore prædicti Vu. ſi ipſum prænominato morbo manifeſtum fuerit laboraſſe. Teſtes verò, quos idem R. vobis nominabit, moneatis attentiùs, & inducere laboretis, vt amore iuſtitiæ, teſtimonium perhibeant veritati.

Idem. Cap. 2.

3.q.2.vna quæque. PEruenit ad nos, quòd cùm hi, qui lepræ morbum incurrunt, de conſuetudine generali à communione omnium ſeparentur, & extra ciuitates & villas ad loca ſolitaria transferantur, nec vxores viros, nec viri vxores ſuas taliter ægrotantes ſequantur, ſed ſinè ipſis manere præſumant. Quoniam igitur, cùm vir & vxor vna caro ſunt, nec debeat alter ſinè altero diutiùs eſſe: fraternitati tuæ &c. quatenùs ſi q ſunt in prouincia tua viri vel mulieres qui lepræ morbum incurrunt, 32.q.4. Si vxorem. vxores vt viros, viri vt vxores ſuas ſequantur, & eis coniugali affectione miniſtrẽt, ſolicitis exhortationibus inducere laboretis. Si verò ad hoc induci non poterunt, eis arctiùs iniungatis, vt vterq; altero viuente continentiam ſeruet: & ſi qui cõtra mandatum noſtrum venire præſumpſerint, eos cõtradictione & appellatione ceſſante, vinculo anathematis adſtringas.

Sed hoc, vbi de locis inhabitatis expelluntur ad ſolitaria: illud, vbi non: Vel hoc, quando tanta apparet macula, q ex tactu timetur infectio: illud, quandò non tanta.

Idem Baionenſi epiſcopo. Cap. 3.

Mat.5.19. QVoniam ex multis authoritatibus & præcipuè ex Euangelica veritate appàret, nemini licere vxorem ſuam, excepta cauſa fornicationis, dimittere: conſtat quòd ſiue mulier lepra percuſſa fuerit, ſiue graui aliqua infirmitate detenta, non eſt propterea à viro ſuo ſeparanda. Leproſis autem, ſi ſe continere noluerint, & aliquam quæ ſibi nubere velit, inuenerint; liberum eſt eis ad matrimonium conuolare. Quòd ſi virum ſiue vxorem diuino iudicio leproſum fieri contigerit, & infirmus à ſano carnale debitũ exigat, 1.Cor.7. generali præcepto Apoſtoli, quod exegerit ſoluendum, cuius præcepti nullam in hac cauſa inuenimus exceptionem.

Lucius III. Lincol. epiſcopo. Cap. 4.

SVper eo verò quod quæſiuiſti de rectoribus eccleſiarũ, lepræ macula adeò infectis, quòd altari nulla poſſunt ratione deſeruire, neq; ſinè magno ſcandalo illorum, qui ſunt, ingredi eccleſias: hoc tuam volumus fraternitatem tenere, quòd eis dandus eſt coadiutor, qui curam habeat animarum, & de facultatibus eccleſiæ ad ſuſtentationẽ ſuam congruam recipiat portionem.

DE PRAESCRIPTIONIBVS. Pars 38.

Alexand. III. Salernitano epiſcopo. Cap. 1.

DE quarta verò decimæ & oblationis defunctorum, clerici ab ĩpetitione epiſcopi, quadragenaria temporis ſe poſſe præſcriptione tueri videntur, niſi fortè cathedralis ſedes paſtore interìm caruiſſet, qui iura eccleſiæ ſuæ exigere debuit. Sed Romana eccleſia tricennalem p̄ſcriptionẽ contra eccleſiam non admittit.

*Idem * Ciſtrenſi decano. Cap. 2.*

EX literis tuæ dubitationis intelleximꝰ, te & archidiaconum confines habere præbendas in villis, quas ſinguli ſingulas poſſidetis, & prætextu terminorũ inter vos controuerſiam verti, eò quòd dicas eum antiquos fines egreſſum, partem fundi ſui occupâſſe: ille econtrà aſſerit, ſe eandem partem fundi 40. annis poſſediſſe inconcuſſè. Tu autem ad tuam præbendam quierè per idem tempus permanſiſſe affirmas. Qua in re quæris cui incumbit probatio, petitori, an poſſeſſori: ad quod ſanè ſcire debes, quòd iudicium finium regundorum tale eſt, vt in eo vtraq; pars vices duorum habeat, agentis ſ. & eius cum quo agitur. Vndè hincindè ritè teſtes produci poſſunt ad cognitionem iudicis inſtruendam. Quibus examinatis, iudex quos procedere intellexerit, ad fidem ſibi faciendam admittet. 16 q.3. dilectio. Quòd ſi fortè ambarum partium teſtes æquè idonei ſunt, poſſeſſoris recipientur, cùm promptiora ſunt iura ad abſoluendum quàm ad condemnandum, excepta cauſa liberali, in qua ſi vtriuſque partis teſtes forſan æquales fuerint, pro libertate tamẽ ſemper pronũciabitur. Nam 16. q.3. c. 1.2.3. poſſeſſori probationem aliquandò dari, iuris manifeſti eſt, cùm in ſacris canonibꝰ cautum ſit ità: Si quis obiecerit prę́ſcriptionem longi temporis, & eam probauerit, reportet poſſeſſionem: quoniam nemo rectè obijcit, niſi qui poſſidet.

Idem Rhemenſi Archiepiſcopo. Cap. 3.

COntrouerſiam quæ inter Macularenſem & Formolenſem Eccleſias ſuper decimia de villa de * Remegañ. mota fuit, *Remegra nos cũ fratribus noſtris pertractauimus: & quidam monachi decimã omnem illius villæ ſuo monaſterio pertinere, tam per Caroli regis donationem, quàm per noſtrum priuilegium, allegabant. Clerici verò eccleſiæ

Formo-

Formoleñ. tertiam partem decimæ, 30. annis & eo ampliùs ſinè iterruptione ſynodali vel legitima, poſſediſſe aſſerebant. nos verò vtriuſque partis rationibus & allegationibus indagatis, decreuimus, quòd ſi Eccleſia Formolenſis tertiam partem decimæ per 30. annos quietè & inconcuſsè ſe poſſediſſe, per tres perſonas idoneas ſibi propriare poterit, ea deincèps ſine inquietatione poſſideat.

Idem Abbati & monachis ſancti Andreæ.
Cap. 4.

SI de terra quam habetis in parochia de Bretevuelle, iam per 30. annos vel eo ampliùs decimas ſinè reclamatione aliqua ſolueritis, & hoc anno eas canonicis de Planio, poſt appellationem ad nos ſactam, contra iuſtitiam ſubtraxiſtis, eas ſibi decætero integrè & ſinè moleſtatinne, occaſione & appellatione poſtpoſita, perſoluatis, & quas noſcimini ſubtraxiſſe, integrè reſtituatis. Licèt enim priuilegiorum Rom. eccleſiæ beneficio, ſtatribus Ciſtercien. ordinis indultum fuerit, quòd de laboribus ſuis nulli decimas vel primitias perſoluere debeant, de priuilegio tamen vobis indulto tanto tempore ſubtrahere voluiſtis, cùm liberum ſit vnicuique iuri ſun renunciare, eoq; modo non poteſtis vos in hac parte tueri. Sanè niſi nos vos & ordinem veſtrum tantùm diligeremus, grauiter aduersùs vos moueremur: nec poterimus aliquatenùs relinquere impunitum, ſi nobis conſtaret, quòd poſt appellationem ad nos factam, manus veſtras exindè extendiſſetis ad p̄dictas decimas ſurripiendas.

Item glorioſus Clemens in lib. Stromatum. *Cap.* 5.

VIgilanti ſtudio cauendum eſt, (quòd ſumma dimenſio diuini iudicij, ab initio conſtituerit propria dimittere, aliena non appetere) nè malæ fidei poſſeſſores ſimus in alienis prędijs, atque rebus maximè eccleſiaſticis, quoniam nulla antiqua dierum poſſeſſio iure iuuat aliquem malæ fidei poſſeſſorem, niſi reſipuerit, poſtquàm nouerit ſe aliena poſſidere, cùm bonę fidei poſſeſſor dici non poſſit.* Euphegius enim legiſlator, ſolùm propter vitandam miſerorum ſegnitiem, & longi temporis errorem & confuſionem, primus tricenoali & quadragenali poſſeſſioni vigorem legis impoſuit: nobis autē in rebus tam cognitis quàm latentibus placuit non habere vigorem.

* Epheſimus

Item Gregor. Syracuſano epiſco. *Cap.* 6.

NE religioſorum virorū corda eccleſiaſticarum rerum contentio à mutua, quod abſit, charitate diſiungat, magna eſt ſolicitudine ſtudendum, vt facillimum finem res poſſit in altercationem deducta percipere. & infrà: Hortamur ergò, vt ad loca prædicta, de quibus contentio eſt, debeatis accedere, & vtraque parte conſtituta cominùs, loca quæ in lite ſunt, veſtra faciatis præſentia terminari, 40. tamē annorum ab vtraque parte ſeruata præſcriptione.

Cap. 7.

SAnctorum patrum authoritas & humanæ leges irreſragabiliter conſtituentes cōfirmauerunt, & nos in præſenti Concil. cum omnibus, qui aſſunt nobiſcum, inuiolabiliter confirmamus, vt omnes poſſeſſiones ad ſingulas prouincias noſtrorum ſratrum pertinentes, à quibus per triginta annos poſſeſſæ ſunt quietè & ſecurè, abſq; ſynodali proclamatione, perpetuò detineantur, nullaque vox audiendi alicui aduerſario concedatur.

Idem Vrbanus III. de nouo loco & de Turgam. Prioribus. *Cap.* 8.

SVper eo verò quod apud vos intelleximus dubitatum, ſcilicet, an quod de finibus & his quæ finibus cohærent non præſcribendis, ſtatutum per canones eſſe dinoſcitur, ſit in parochiarum limitibus, ſicut in prouincialibus admittendum: illud vobis duximus reſpōdendum, quòd benè videtur in vtroque ſeruandum, ſi parochiarum fines legitima probatione vel aliàs indubitata fide conſtiterit, eccleſiaſtica ordinatione conſtitutos.

DE VICARIIS Monachorum & aliorum. Pars 39.

Idem Vuigornieñ. epiſcopo. *Cap.* 1.

DE monachis autem, qui vicarios parochialium eccleſiarum intantùm grauant, vt hoſpitalitatem tenere non poſſint, nec honeſtam ſuſtentationem habere, hanc tene curā & prouidentiā, quòd ad præſumptionem monachorū nullum recipias, niſi tantum de beneficijs eccleſiæ fuerit ei aſſignatum, vndè iura epiſcopalia poſſit ſoluere, & congruam ſuſtentationem habere. Iſtis autem ſacerdotibus, quibus à te vel à tuis p̄deceſſoribus cura animarum eſt commiſſa, in eccleſijs monachorum eam ſubtrahere poteris, niſi ipſis à monachis honeſta & ſufficiens ſuſtentatio fuerit aſſignata, & in his ità * promiſſum, quòd tibi de tua iuſtitia poſſint, ſicut conuenit, reſpondere.

Pars capituli, ſuper eo quòd à nobis. Suprà de appell.

for. * prouiſum,

Idem Vintonienſi epiſcopo. *Cap.* 2.

SI perſona alicuius eccleſiæ vicario, quē in eadem eccleſia conſtituit de aſſenſu & authoritate diœceſiani epiſcopi, aſſignauit portionē, is qui perſona illa defuncta, in perſonatum illius Eccleſiæ ſucceſſit, ab eadem Eccleſia vicarium remouere, vel aſſignatam ſibi portionem minuere nō poteſt, niſi aliqd cōmitteret, propter quod per iudicem eſſet in vicaria vel beneficio condemnandus.

Idem Noruuicenſi epiſcopo. *Cap.* 3.

CLericos autem vel in presbyteratu vel in alijs minoribus ordinibus conſtitutos

tus in vicarijs quas ſunt adepti, alios ſubſtituere non permittas, cùm id ſatis ſit abſurdum & abſonum & omni rationi contrarium.

Cap. 4.

Extrà de ingratitudine.

ILlud etiàm in vicarijs, qui perſonis fide & ſacramẽto ſunt obligati, duximus ſtatuendum, quòd ſi fidei vel ſacramenti religione contempta, perſonatum ſibi falsò aſſerentes, contra perſonas ſe erexerint, & ſuper hoc in iure conuicti fuerint, decętero in eodem epiſcopatu ad officij ſui executionẽ non admittantur.

Idem Elienſi epiſcopo. *Cap.* 5.

Pars capitu. Secundũ. ſuprà, Ne clericus vel monac.

*Hocham

VEniens ad nos P. rector Eccleſiæ de * Geſtañ. ſua nobis inſinuatione propoſuit, quòd ipſe Ioanni de * Feſcam, qui multos habet eccleſiaſticos redditus, & vicarias in eccleſijs pluribus, vicariam de * Geſtuñ. ſub annua trium marcarum penſione conceſſit, cùm redditus illius vicariæ, 4. marcas valeant annuatim. Licèt autem in ipſius vicariæ conceſſione quædam decima fuiſſet excepta, nihilominùs tamen memoratus Ioannes præfatum P. contra religionem fidei ſuæ, qua ſe contra conceſſionem ipſam promiſerat aliquandò non venturum, ſuper p̃dicta decima coram venerabili fratre noſtro Notvuicẽſi epiſcopo per literas noſtras traxit in cauſam, & cùm in prædicta cauſa P. vincere non poſſet, ab alio iudice pro ſua voluntate fecit eum citari. Quoniam ergò ſuſtinere nolumus, nec debemus, vt idem P. indebita vexatione grauetur, Fraternitati tuæ &c. quatenùs partibus conuocatis, diligentiùs inquiras veritatem: & ſi tibi conſtiterit, quòd prædicta decima fuiſſet excepta, memoratum clericum ab impetitione præfati Ioannis, contradictione & appellatione ceſſante, authoritate Apoſtolica fretus abſoluas. Si verò quicquam in detrimentum iuris ipſius P. factum eſt, poſtquàm iter arripuit ad noſtram præſentiam veniendi, id contradictione & appellatione ceſſante, corrigas, & ad ſtatum illum reducas, quo in tempore aggreſſi itineris noſcitur extitiſſe. Cæterùm ſi memoratus clericus in alijs eccleſijs vicarias habeat vel eccleſiaſticos redditus, de quibus poſſit ſuſtentari, à vicaria p̃ſcriptæ eccleſiæ de * Geſtañ. confirmationis noſtræ literis non obſtantibus, appellatione ceſſante, remoueas, & eandem eccleſiam reſtituere eidem P. non poſtponas, dummodò velit & debeat in preſbyterum ordinari, & per ſemetipſum in eadem Eccleſia Domino deſeruire.

Cap. 6.

PRouideas autem attentiùs, nè in epiſcopatu tuo patiaris quemlibet plures vicarias habere. Quia cùm vicarij teneantur eccleſijs & proprijs perſonis deſeruire, alienũ eſt ab ordine iuris, vt vicariam habeat quis præter vnam.

DE ELECTIONIBVS & electorum poteſtate.

Pars 40.

Idem Exonieñ. epiſcopo. *Cap.* 1.

NOſti ſicut vir prudens & ſapiens quomodò dilectus filius noſter G. dictus Lincolnienſis electus, committendi honores vel præbendam, & aliàs diſponendi de rebus eccleſiæ, cùm ſua nondùm ſit electio confirmata, nullam habeat facultatem. Indè eſt, quòd frat. tuæ &c. quatenùs eidem dicto electo ex noſtra parte non differas arctiùs inhibere, nè archidiaconarum alicui conferre præſumat, vel ſi iam conceſſit, ei anthoritate noſtra præcipias, vt conceſſionem ſuam, omni contradictione & appellatione ceſſante, ſtudeat reuocare. Qđ ſi diſtulerit, tu eandem conceſsinnem, appellationis remoto remedio, authoritate noſtra non differas reuocare.

Idem I. Baſilicæ 12. Apoſtolorum presbytero Cardinali, Apoſtolicæ Sedis legato.

Cap. 2.

QVòd diligentia tua per dilectum filiũ noſtrum H. S. à nobis requiſiuit, an electio electi, qui nupèr abiurato ſchiſmate, ad vnitatem Eccleſiæ & noſtram deuotionem rediјt, confirmari debeat, id tibi duximus reſpondendum, quòd ſi ab ſchiſmatico nullum ordinem ſuſcepit, & eius electio vnanimiter & concorditer ſecundùm ordinem Canonum facta fuerit, dummodò alia ratio non impediat, confirmationem tuam ratam habemus, mandantes, vt eum facias à catholicis epiſcopis ſuffraganeis Aquilcienſis eccleſiæ in epiſcopum ordinari, ſalua tamen iuſtitia debita & reuerentia, eiuſdem eccleſiæ, cùm ad catholicam redièrit vnitatem.

*Item * Ciceſtrenſi epiſcopo.* *Cap.* 3.

CVm de tua & aliorum electione, q̃ ſunt in quibuſdam Eccleſijs Anglicanis electi, in noſtra præſentia & fratrum * queſtio mota fuiſſet, & ſingulis veſtrûm quædã obijcerentur tibi obiectus eſt, quòd in oculo maculam habeas, & quòd Canonici filius ſis: attendentes prudentiam & honeſtatem tuã, & volentes te nomine gratiæ ac dilectionis prærogatiua gaudere, venerabili fratri noſtro Cantuar. Archiepiſc. Apoſtolicæ Sedis legato dedimus in mandatis, vt pro eo canonici filius diceris fuiſſe, in promotione tua ex multa diſpenſatione procedere non poſtponat; de macula verò quam in oculo habere diceris, hoc prædicto Archiepiſcopo mãdauimus, vt * in quo ſuffraganeorum ſuorũ, & præſertim venerabilium noſtrorum fratrum Exonienſis & Vuigorñ. epiſcoporum examini viſum fuerit, ſic exequatur. Tu verò eundem Archiepiſcopum ſuper his inquirere ſtudeas humiliter ac deuotè, quia nos

* quæſtio

for. * ſecũdũ quod

tibi

tibi ex magna diſpenſatione in hac parte cu rauimus ſolicitè prouidere, vt perſonā tuam ſyncera charitate diligimus, & quantùm ſecundùm Deum poſſumus, libenter ad tuum intendimus commodum & hoorem.

Item Lucius III. Turonenſi Archiepiſcopo. Cap. 4.

* ſecreta

PResbyter Cardinalis* ſua nobis ioſiouatione monſtrauit, ꝙ cùm fuiſſes ad Eccleſiæ tuæ regimeo de voluntate maioris & ſaniotis partis fratrum electus, quia paucis cootradicentibus non valebas debita pace gaudere: quidam amicus de cooſcientia tua & voluntate, perturbata tamen, ei qui magiſter diſcordiæ videbatur, certæ quantitatis muous exoluit: & ſic, quam priùs ſuſtinebas cootradictio quieuit. Nuoc autem dubitas, ꝙ non ſis ſimoniæ prorsùs immunis, donèc in adminiſtratione volueris remanere. Quia igitur per iam dictum Cardinalem Apoſtolicæ Sedis cooſilium quæſiuiſti, præſentium tibi ſignificatiooe monſtramus, quòd multùm tibi conſulis, ſi adminiſtratiooem prædictam celeritet & ſpontè dimittis, Euange-
Mat. 16. d Marc. 8. d lici verbi memor exiſtens, Nil prodeſt homini ſi vniuerſum mūdum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur.

Item Alexand. III. Rauennæ Arch. Cap. 5.

CAuſam quæ ioter moniales ſanctę Margaretæ ſuper diſcordiam & diſſenſiones electionis quam fecerant, agitati dinoſcuur, experientiæ tuæ iampridèm commiſimus terminādam. Vodè qonniam ipſa cauſa intaorùm protrahitur &c. fraternitati tuę &c. quatenùs infra doos menſes ad plus ſecundùm tenorem aliarum literarum, quas tibi miſimus, in cauſa procedas, ità videlicet quòd ſi ſorores ipſæ electiooem in epiſcopum contulerint, promittentes, quòd illam quam epiſcopus eis prouideret, reciperent: ipſam quam epiſcopus prouiderit eis, facias ab eis, appellatione ceſſante, in ſuam recipi abbatiſſam, ſi tamen idonea exiſtit. Si autem io cauſa procedere nō poteris, dilectis filijs noſtris F. Baſilicæ 12. Apoſtolorum, & Priori ſancti Victoris ex parte noſtra ſignifices, vt in eadem cauſa procedaot, & fine debito decidant.

Pars 41.
DE INTERPRETATIONE verborum & reſcriptorum.

Alexander III. Eboracen. Arch. Cap. 1.

INter cæteras conſultationes tuas id fuit propoſitum, quid teneri debeat cùm aliqua ſub diſiunctione mandātur, quorum vnum erit verum, alterū falſum, putà ſi pooatur, quòd talis fuerit filius ſacerdotis, & io ſacerdotio geoitus, ab eo qui proximus in eadē eccleſia miniſtrauit, vel quòd ipſam eccleſiā illicitè occupauit: cui quæſtioni taliter reſpondemus, qoòd conuenit iudici, quodcunque iſtorum conſtiterit, ei prædictam Eccleſiam abiudicare, & idem in ſimilibus decetoere.

Idem Exonien. & Vuinton. epiſcopis. Cap. 2.

SIgnificauit nobis D. presbyter, quòd cū Eccleſiam de * Vuaplam pet xxx. annos * Vuapellutam
poſſediſſet, monachi de Lentuñ. ſuper eadē Eccleſia ipſum occaſione literarum, quas ad venerabilem fratrem noſtrum Herefordenſem epiſcopum, & dilectum filium noſtrum Ma. Vac. impetrâſſe dicuntur, abſq; ceſſatione fatigant, propooentes ꝙ fuerit filius eius, qui ante eum in Eccleſia proximò miniſtrauit, cùm tamen pater eius ſacerdos non fuerit, & decretum noſtrom ſit duntaxàt contra filios ſacerdotum promulgatum. Quoniam ergò conſtitutiones nouæ futuris daot formam oegocijs, fraternitati veſtræ &c. quatenùs ſi memoratum presbyterum diutiùs ante Concilium Turonenſe præſcriptam eccleſiam tenuiſſe conſtiterit, ſi aliàs idoneus extiterit, eum ab impetitione monachorum ſublato appellationis remedio, abſoluatis, non obſtantibus literis contra ipſum impetratis, eò quòd fuerit filius eius in eadem ꝓximò miniſtrantis.

Conſtitutiones nouas futuris dare formam negocijs.

Idem Cantuarienſi Archiep. Cap. 3.

DE hoc autem, ꝙ circa finem literarum tuarum conſulere voluiſti, quid debeat obſeruari, cùm inter alios ſponſalia cōtrahantur, nec intelligit alter quod alter ꝓponit: hoc tuam volumus diſcretionem tenere, quoniam inſpiciendum eſt iudici, ſi matrimonium contracturi, ad id faciendum ſcientia ſint idonei & ætate: quo cognito, ſi alter aliter intellexerit, quàm alter propoſuerit, ad communem verbi intelligentiam recurratur, & cogatur vterque verba prolata in eo ſenſu recipere, quem ſolent rectè intelligentibus generare.

Pars cap. Ex literis quas ſup cauſa, ſup. de Sponſalibus.

In dubijs ad cōmunem intelligentiam recurri debere.

Idem Abbati & fratribus de Rinal. Ca. 4.

CVm ordinem Ciſtertienſem profeſſi, eò ꝙ priuilegio quo fratres alij gaudeatis, ioter vos & clericos ſeculares ſuper decimis quæſtione ſuborta, tacitoque ꝙ ſitis ordinis Ciſtertieñ. contra vos velut in monachos alterius ordinis, literas ab Apoſtolica ſede impetrantes, dein ioramentum litibus, ſicut vobis ſignificantibus accepimus, & expenſis difficilimis inquietant: volentes ergò ſolicitè vobis prouidere, nè contra tenorem priuilegiorum veſtrorum poſſitis quorumlibet temeritate vexari, authoritate Apoſtolica vobis iodulgemus, vt ſi contra vos ſuper decimis vel alijs quæ ordini veſtro ſpecialiter Apoſtolica ſedes indulſit, non facta mentione Ciſtertienſis ordinis, literæ fueriot à Sede Apoſtolica impetratæ, eis minimè teneamini reſpondere.

Idem Vuigorn. epiſcopo. Cap. 5.

SIcut ex literis tuis euidēter, frater epiſcope, accepimus, aduocatum H. clericus eū Locus obſcurus.

propoluit,

propoſoit, H. clerico non debere reſpondere, eò ꝙ filum fractum eſſet, qoo noſtra bulla pendebat, * vr cùm literæ illæ à nobis impetratæ fuiſſent, & in noſtra cancellaria compoſitæ : circunſpectionem tuæ prudẽtiæ nõ immeritò commendamus, ꝙ hac occaſione in cauſa procedere diſtuliſti, in qua non decuit, aliter quàm feceris proceſſiſſe.

for. & dubitaretur vtrum literæ

Idem abbati de Rameſai, & archidiacon. Helienſi. Cap. 6.

EX literis tuis ad nos directis accepim⁹, ꝙ cùm vobis cauſam, quæ inter dilectos filios noſtros monachos de * Cois, & canonicos de Lincol. necnon etiàm Geruaſium clericum, ſuper eccleſijs * Ginprec & Areſtañ. agitari dinoſcitur, commiſiſſemus ſub certa forma diffiniendam, & canonici literarum noſtrarum authoritate citati, aliquãdò coram vobis apparuiſſent, & interdũ nec venite, nec reſponſalem mittere voluiſſent, ſe contumaciter abſentantes, licèt monachi ob contumaciam aduerſæ partis eſſent in poſſeſſionem mittendi, ſequeſtrari feciſtis, vt ſic ſaltem canonici affecti tædio, iudicio ſtare cogerentur. Tandèm verò partibus in præſentia veſtra conſtitutis, & memoratis monachis Eccleſias ſibi reſtitui poſtulantibus, Canonici reſponderunt authoritatem veſtram penitùs expiràſſe, eò quòd à nobis ad alios iudices literas impetrauerunt, q̃ p̃iudicare prioribus videbantur. Vnde qm̃ in literis noſtris poſterioribus non fuit facta mentio priorum, nec nomina eccleſiarum continebantur, quæ in prioribus fuerant poſita, ſed indefinitè dicebantur, ſuper quibuſdam eccleſijs, nos attendentes, malitiam & dolum nulli debere patrocinari & nolentes tantam illuſionẽ impunitã relinquere: diſcretioni veſtræ &c. quatenùs cùm exindè requiſiti fueritis, partes ante veſtram conuocetis præſentiam, & præſcriptam cauſam ſecundùm formã priorũ literarum, omni occaſione & appellatione ceſſante, diffiniatis: & canonicos, qm̃ auſi fuerunt mãdatum noſtrum eludere, & per ſurreptionem huiuſmodi literas impetrare, ꝙ nuncius eorũ plenitùs recognouit: ad metum & pęnam aliorum, expẽſas, quas monachi nunc ad nos * mittendo fecerunt, eis, remoto appellationis obſtaculo, reddere compellatis.

*Crois
*Guiprec
In poſterioribus priorum mentiõẽ fieri debere
*ueniendo

Idem Eboracenſi archiep. Cap. 7.

SAnè ſi à nobis ſuper aliqua cauſa literæ priùs impetrentur, & aliæ poſteà, oon facta mentione priorum literarum, literę obtinentur, ſi iudicibus innotuerit donèc Ro. Pontificem conſulant, & ſuã exindè plenitùs recognoſcant voluntatem, executione literarũ debent penitùs ſuperſedere, nè * ꝑ varietate literarũ, cauſarũ fines valeant impediri.

*præ

Item Lucius III. Lincol. epiſcopo. Cap. 8.

AD aures noſtras, te ſignificante, peruenit, quòd plurimi archidiaconi, p̃centores, vel Eccleſiaſtici præditi dignitatibus, ſuper minoribus beneficijs per interpoſitas perſonas, literas impetrantes, nomen ſuæ ſupprimunt dignitatis, & ſimplici nomine ſe appellant, tanquàm non habeant aliquem in eccleſia iſta perſonatum. itaque reſcripto noſtro poſtulas edoceri, ſi fraus iſta tacendi p̃iudicium ei debeat generare. Tuæ ergò conſultationi taliter reſpondemus, ꝙ cùm non ſit noſtræ intentionis, vt perſonæ pluribus redditibus abundantes, per literas noſtras pauperes clericos ſuper minoribus beneficijs vexent, literas in quibus author nomen ſuæ dignitatis ſupprimit, vires aliquas nolumus obtinere.

Idem Eboracen. archiepiſc. Cap. 9.

SI autem aliquis authoritate poſteriorũ literarum, per aduerſarium ad iudicem tractus, obiecerit ſe priores habere, de quibus mentio non habetur, ſi eis dolo vel negligentia vti propoſuit, excuſari oon debet. Si autem copiam iudicis delegati habere nequiuerit, per poſteriores literas non poterit conueniri.

DE EXCEPTIONIBVS. Pars 42.

Idem eidem. Cap. 1.

EX parte fraternitatis tuæ fuit à nobis requiſitum, vtrùm cùm aliquam cauſam ſub certa forma committimus, vtrùm iudices delegati, ità formam ſibi commiſſam ſequi debeant, vt rationabiles exceptiones noo admittantur : ſuper quo itaque tuæ prudentiæ taliter reſpondemus, quòd ſi quandoquè iudici expediat formam inſtitutam ſeruare, debet tamen rationabiles exceptiones admittere, & in cauſa ſecũdùm iuris æquitatem procedere, niſi exprimatur in literis noſtris, ꝙ nullæ debeant exceptiones admitti : quod nec nos, nec aliquẽ prædeceſſorũ noſtrorũ credimus expreſſiſſe.

Exceptionem inducunt, vis, metus, dolus, res litigioſa, tranſactio, pactio, expreſſa, & tacita, iuratio, iudicatio, error, tempus, forum, fauor, odium ætas, ſexus, & ſimilia Exceptionum alia prima, alia ſecũda. Prima ſtat in generali nomine, & datur reo. Secunda tranſit in ſpeciale oomen, & dicitur replicatio. Eſt autem replicatio, exceptionis reſolutio, quæ datur actori. Sed cùm deinceps vtrioquè multiplicãtur exceptiones, earũ oomina ſuot, duplicatio, triplicatio.

*Idem abbati S. Albani, & abbat. * Leiceſtriæ. Cap. 2.*

DIlecti filij noſtri, abbas & fratres monaſterij ſancti * Ebeſſi, nobis tranſmiſſa inſinuatione monſtrauerũt, quòd cùm A. clericus ſup eccleſia de Alitun, q̃ ad p̃dictũ monaſterium pertinere dicitur, eis quæſtionem mouiſſet, tacita veritate, non contra eos, ſed cootra quendam vicarium, quem in eadem eccleſia conſtituerunt, ad venerabilem fratrem noſtrum Vuigorñ. epiſcopũ literas impetrauit. Cùm autem idem epiſcopus prædictum vicarium vnà cum eodẽ A. ante præſentiam ſuam conuocàſſet, vicarius

*Ebeſſi
*Ebruſſi
*Eburſſi

ipſe

ipſe ac Prior dicti monaſterij, qui caſu ad
partes illas acceſſerat, memorato epiſcopo
dixerat, ꝙ idem vicarius ſuper prædicta ec-
cleſia conueniendus non erat, cùm ęam non
ſuo nomine, ſed abbatis poſſideret: quarè ſi-
bi exindè, abſente abbate & ignorante, re-
ſpondere epiſcopo nullatenùs tenebatur.
Vndè ad oostram appellauit audientiam: ſed
prædictus epiſcopus, quod vix credere poſ-
ſumus, appellationi non deferens, abbate ab-
ſeote & ignorante, & oon citato, eccleſiam
for.A. clerico ipſam prædicto * Vu. adiudicauit, in quo fa-
cto prædictus abbas & fratres ſe aſſerunt eſſe
grauatos. Quia verò ſolicitudini oostræ io-
cumbit, viris Eccleſiaſticis, & præcipuè reli-
gioni & honeſtati deditis, iura ſua integra
ſeruare, & id quod inter alios actum ſit, alijs
præiudicare vel oocere non debet, diſcretio-
ni veſtræ &c. quatenùs partibus ante præſen
tiam veſtram conuocatis, ſi vobis ità eſſe coo
ſtiterit, præfato abbati & fratribus præſcri-
ptam eccleſiam, cum fructibus indè perce-
ptis, amoto eo qui io eadem eccleſia iotruſus
eſt, oostra authoritate freti, occaſione & ap-
Sup. de ſpoliatis. pellatiooe ceſſante, reſtitui faciatis. Reſtitu-
tiooe autem facta, ſi de proprietate fortè age-
re voluerint, cauſam audiatis, & eam, mediã-
te coocordia vel iudicio, ſublato appellatio-
nis remedio terminetis.

Idem Decano Lincoln. & abbati de Riuallis. Cap. 3.

ACcepta cooqneſtione P. clerici, quòd
violenter eccleſia de Procebrant, fuiſſet
ſpoliatus, diſcretioni veſtræ per A.S. præ. ſi
benè meminimos, dedimus in mandatis, vt
ſi p officiales venerabilis fratris noſtri Ebo-
raceñ. Archiepiſcopo Apoſtolicæ ſedis le-
gati, ex conceſſiooe ipſius in eadem eccleſia
fuiſſet ioſtitutus, & indè per violentiam eie-
ctus, eam ſibi authoritate noſtra reſtitui fa-
ceretis. Quibus cognitis, reſponſum eſt ſi-
cut nobis &c.

Pars 43. DE SEPVLTVRIS, ET DEFVNctorum voluotatibus.

Item Paſchalis II. Cap. 1.

VOlumus, ac iuxta canonum ſen-
tentiam nobis probabile vide-
tur, vt ſicut morieoti concedi-
tur, rerum ſuarum iudicium fa
cere quocunq; loco ſibi placue-
rit, ſic nimirùm iuſtum eſt, ſui corporis licẽ-
tiam habere eligendi ſepulturam, io quo-
cunq; loco voluntas extiterit, ſiue in mona-
ſterijs, ſiue in alijs locis.

Item Papa Leo III. Cap. 2.

NOs inſtituta maiorum patrum conſi-
derantes, illorum decreta firmando
ſtatuimus, vnumquenque in maiorum ſuo-
rum ſepulcris iacere debere, vt Patriarcharũ

exitus docet. Nulli tamen denegamus pro-
priam eligere ſepulturam, & etiàm alienam:
Dominus enim & magiſter ſibi alienam ele- Mat 27.g
git non propriam, qui ſinè peccato erat. Sed Luc 10 b
quia dignus eſt operarius mercede ſua, ter- Mat 10 b
tiam partem iudicij ſui, illi eccleſię cenſemus 1.Tim.5.d
iure dari, in qua cœleſti pabulo à principio
ſui exordij, refectus cognoſcitur, vt iuxta 2. Cor.1.d
Apoſtolum, ſint ſocij conſolationum, vt fue-
ront paſſionum. & ſic demùm, vbicuoque
libitum fuerit, eligat ſepulturam. aliter nè
fiat, authoritate Domini noſtri, qui per pro- Pro. 22. d
phetam locutus eſt, dicens: Ne tranſgredia-
ris terminos antiquos, quos poſuerunt pa-
tres veſtri, ſub vinculo anathematis dete-
ſtamur & contradicimus, nec noſtrum eſt, for.* vtiq;
nec alicui * vndique vel ſacerdoti vel fideli
laico vnquàm licuit, ſinè magna delicti cul-
pa, io talibus præferre iudicium &c. Ea qui-
dem quæ mortuo poſito ante ſepulturam
eius, facta fuerint, vel exigendo quod debitũ
eſſe dicetur, vel confeſſiones aliquas, aut fi-
deiuſſores, aut pignora capiendo, penitùs
amputari præcipimos.

Item Alexander Tertius Cantuar. Arch. Pars capituli, Qua fronte. ſup. de excommunicatis. Cap. 3.

SVper eo verò, quòd deſuncto aliquo, in-
terdùm religioſæ perſonæ, interdùm ec-
cleſiaſticę, interdum etiàm ſeculares, poſtu-
lant ſibi debita ſolui, quę defunctus ipſis de-
bebat, & niſi ſoluantur, nè corpus defuncti
ſepulturæ tradatur, vocẽ appellationis emit-
tunt: hoc tuæ fraternitati duximus reſpon-
dendum, ꝙ ſi defunctus de rebus ſuis diſpo-
ſuit, & debita diſponere prætermiſit, niſi de
ſolutione debitorum (dummodò ſit ſolueo-
dò) ab hærede vel conſanguineis defuncti,
ſufficiens cautio detur, corpus eius, poſt poſi-
ta appellatiooe, eccleſiaſticæ ſepulturæ oon
tradetur.

Item Gregorius Auguſtino Anglorum Epiſcopo. Cap. 4.

MOnachi corpora hominum tam vi-
uorum quàm mortuorum, ad Eccle-
ſiam ſuam deferre oon audeant, ſinè conſen
ſu & petitione eius eccleſiæ, quæ ei dum vi-
ueret conſuluit, & conſulendo viaticum ſuũ 16.q.1. Agapetus.
adminiſtrauit. Quod ſi fecerint, veluti inua-
ſores ſanctę eccleſię ſub diſtricta anathema- 13.q.2. Vbicunq;.
tis interpoſitione, quouſque ſatisfaciant ec-
cleſię, fieri præcipimus, omni remota frater-
nitatis occaſione. Simili modo vnaqoęq; Ec-
cleſia totius ordiois, aliã quamlibet inuade-
re pertimeſcat: ſin autem, eodẽ anathematis
vinculo ſciat ſe à nobis proculdubiò ſubigi.

Item ex Concilio Maguncenſi, cap. primo. Cap. 5.

SI hæredes iuſſa teſtatoris nou adimple-
uerint, ab epiſcopo loci illius omnes res,
quę his relictę ſunt, canonicè ioterdicantur,
cum fructibus & cæteris emolumentis, vt vo-
ta defuncti impleantur.

Pars 44. **DE PRÆMINENTIA LVND. & Eborac. & de priuilegijs generaliter vel ſpecialiter indultis, & de eorum abuſu & confirmationibus.**

Item Gregorius Auguſtino Anglorum Epiſcopo. *Cap.* 1.

Lib. 12. epi. 15. CVm certum ſit, pro omnipotente Deo laborantibus ineffabilia æterni regni præmia reſeruari, nobis tamen neceſſe eſt eis bonorum beneficia tribuere, vt in ſpiritalis operis ſtudio ea remuneratione valeant multipliciùs inſudare. Et quia noua Anglorum eccleſia ad omnipotentis Dei gratiam, eodem Domino largiente, & te laborante, perducta eſt, vſum tibi pallij ad ſola Miſſarum ſolennia peragenda cõcedimus: ità vt per loca ſingula 12. epiſcopos ordines, qui tuę ſubiaceant ditioni, quatenùs Lundonteñ. ciuitatis epiſcopus, ſemper in poſterum à ſynodo propria debeat cõſecrari, atque honoris pallium ab hac ſancta & Apoſtolica, cui authore Deo deſeruio, ſede percipiat. Ad Eboracam verò ciuitatem volumus mittere, quem ipſe iudicaueris ordinandum, ità vt ſi eadem ciuitas cum finitimis locis verbum Dei receperit, ipſe quoque 12. epiſcopos ordinet, & metropolitani honore perfruatur: quia ei quoq; ſi vita comes fuerit, pallium tribuere, Domino fauente, proponimus, quem tamen tuę fraternitatis diſpoſitioni volumus ſubiacere. Poſt obitum verò tuum ità epiſcopis, quos ordinauerit, præſit, vt Londoñ. Epiſcopi ditioni nullo modo ſubiaceat. Sit verò inter Lundonię & Eboracæ ciuitatis epiſcopos in poſterum honoris iſta diſtinctio, vt ipſe prior habeatur, qui priùs fuerit ordinatus. Communi autem conſilio & concordi actione quæq; erũt pro Chriſti zelo agenda, diſponant, vnanimiter recta ſentiant, & ea quæ ſenſerint, nõ ſibimet diſcrepãdo perficiant. Tua ergò fraternitas, non ſolùm eos epiſcopos quos ordinauerit, neque eos tãtummodò qui per Eborac. epiſcopum fuerint ordinati, ſed etiàm omnes *Britanniæ* ſacerdotes habeat, Domino Deo noſtro authore, ſubiectos, quatenùs ex vita & lingua tuæ ſanctitatis, & rectè credendi, & benè viuendi formam percipiant, atque officium ſuum fide ac moribus proſequentes, ad cęleſtia, cùm Dominus voluerit, regna pertingant.

Item Alexander III. Eborac. Archiep. *Cap.* 2.

IN hunc modum plures Rom. Pontifices à tempore B. Gregorij, ſcripſerunt. Nos antiquam Eborac. eccleſię integram dignitatem conſeruari, authore Dño, cupientes & prædeceſſorum noſtrorum Rom. Pontificũ veſtigijs inhærentes, authoritate Apoſtolica prohibemus, nè vlteriùs aut Cantuarienſis Archiepiſcopus ab Eboracenſi profeſſionẽ exigat, aut Eboracenſis Cantuarienſi exhibeat. neque quod à B. Gregorio prohibitum eſt, vllo modo Cantuarieñ. Eboraceñ. iuriſdictioni ſubiaceat: ſed iuxta patris eiuſdem conſtitutionem, iſta honoris diſtinctio in perpetuum conſeruetur, vt qui prior ordinatur, prior habeatur. Sed ſi Cantuarienſis Archiepiſcopus, ab Eboraceñ. electo manus conſecrationis ſubtraxerit, ꝙ videlicet iuxta eccleſiarum ſuarum morem, ab Honorio ſedis Apoſtolicæ pontifice ſibi debetur, liceat eidem Eboracenſi ſecundùm cõmunem conſuetudinẽ & Honorij patris noſtri ſanctionem, vel Domini noſtri Paſchalis mandatum à ſuffraganeis authoritate Romani pontificis conſecrari.

Idem vniuerſis Eccleſiæ Cantuarienſis ſuffraganeis. *Cap.* 3.

CVm non ignoretis, venerabilem fratrẽ noſtrũ Cantuarienſem Archiepiſcopũ vobis non ſolùm metropolitico, ſed etiam iure legationis præeſſe, mirabile ſatis eſt, ꝙ quidam veſtrùm (ſicut audiuimus) aſſeuerare præſumpſerunt, ꝙ idem Archiepiſcopus nullam cauſam de epiſcopatibus veſtris, ſiue legationis, ſiue metropoleos iure, audire debeat, niſi per appellationem ad ipſum deferatur. Sanè licet metropolitico iure fortè nõ 9.q.3. Cõqueſtus.
debeat cauſam de veſtris epiſcopatibus, niſi ad eum per appellationem deferatur, audire, legationis tamen obtentu vniuerſas cauſas, quę de ipſis epiſcopatibus ꝑ appellationem vel per aliquam querimoniam perueniunt ad audientiam ſuam, audire poteſt & debet, ſicut q in prouincia * tua vices noſtras gerere probatur. Dist. 65. q̃m nos. 25.q.1 Seruatis. 11.q. 1. peruenit. for. * veſtra
Mandamus itaq; venerabilitati veſtrę atq; pręcipimus, quatenùs cauſas quę de epiſcopatibus veſtris ad eundem Archiepiſcopum perferũtur, eius iudicio relinquatis: nec quemlibet clericũ vel laicũ veſtrę iuriſdictionis deterrere vel impedire tentetis, quò minùs cauſas ſuas ad præfatum Archiepiſcopum, ſi voluerit, transferre poſſit.

Idem nobiliſſimo Duci Venetiæ. *Cap.* 4.

CVm eſſemus Venetiæ, & ibi diutinam moram feciſſemus, propoſuiſti nobis conſtanter atq; ſolicitè, ſępe contingere ꝙ cũ inter clericũ & laicũ tuę iuriſdictionis de pecuniaria cauſa cõtrouerſia vertitur, clericus ad noſtrã appellat audientiã & perſonis extra terrã tuã exiſtentibus, iuriſdictionis cãm impetrant quandoq; cõmitti, qui ſuper huiuſmodi cauſis iudicare nolunt, aut neſciunt legẽ aut conſuetudinẽ Veneticorũ. Vndè q a occaſione iſta tam frequenter à laicis clerici indebitè fatigantur, & dãna grauia ſibi prouenire proclamant: Nos fauore tuę deuotionis inducti, & tuis precibus inclinati, authoritate Apoſtolica tibi duximus indulgendũ, vt ſi aliquandò clericus de terra tuæ iuriſdictionis ſuper pecuniaria cauſa cõtra laicũ ad noſtrã audiẽtiã appellauerit, nõ niſi perſonis q̃ de terra tuæ iuriſdictionis ſunt, & ſm legem

Digitized by Google

gem & conſuetudinem Veneticorum indicare debeant, committamus: ità quòd indiligentia noſtra non debeat niſi noſtro tempore durare.

Cap. 5.

Milites templi Hieruſalem, ſub tempore gratiæ noui Machabæi, abnegantes ſecularia deſideria & propria relinquentes, tollentes crucem ſuam, & ſecuti ſunt Chriſtum, ipſi ſunt per quos Deus orientalem Eccleſiam à paganorum ſpurcitia liberat, & Chriſtiani nominis inimicos expugnat. Ipſi pro fratribus animas ponere non formidant & peregrinos ad ſancta loca proficiſcentes, tam in eundo, quàm in redeundo à paganorum incurſibus defendunt. Et quoniam ad tam ſanctum & pium opus explendum eis facultates propriæ non ſuppetunt, præſentibus literis exoro, quatenus inde ſubleuetur eorum inopia, populum à Deo vobis commiſſum, collectas facere moneatis. Quicunque * de facultatibus à Deo ſibi collatis, in iſta ſecunda collecta ſe conſtituerint, eiſque beneficium perſolverint per annum, ſeptimam partem pœnitentiæ iniunctæ, confiſi de Beati Apoſtolorum Petri & Pauli meritis, indulgemus. Si verò excommunicatus non fuerit, & eum mori contigerit, ei cum alijs Chriſtianis ſepultura eccleſiaſtica non negetur. Cùm autem fratres ipſius templi, qui ad collectam deſtinati ſunt ſuſcipiendā, in ciuitatem, caſtellum, villam, aut vicum aduenerint, ſi fortè locus interdictus ſit, in iucundo eorum aduentu pro templi honore, & eorum S. militum reuerentia, ſemel in anno aperiantur eccleſiæ & excluſis excommunicatis, diuina myſteria celebrentur. Quæ verò de non excommunicatis militum eorum fratribus ſepulturæ tradendis, & excōmunicatis in eorum aduentu excluſis ſemel in anno, à nobis ſtatuta ſunt, vobis mandantes præcipimus, vt per omnes parochias faciatis irrefragabiliter per omnia obſeruari.

*for. * autē de*

Idem venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & cæteris ad quos literæ iſtæ peruenerint. Cap. 6.

Dilecti filij noſtri fratres Hoſpitalis Hieroſolymitani tranſmiſſa nobis cōqueſtione monſtrarunt, quòd vos eis de malefactoribus ſuis iuſtitiam exhibere non vultis, priuilegia eorum inſpicere contemnentes, nec ipſos eleemoſynas quærere in veſtris parochijs, aut confratres ipſorum ſepelire aliquatenus permittatis. Quoniam igitur iidē fratres multis ſunt libertatibus & priuilegijs à Rom. Pontificibus præmuniti, quæ vt noſtris temporibus infringantur, nolumus ſuſtinere: fraternitati veſtræ &c. quatenus iam dictis fratribus in his quæ à Rom. eccleſia noſcuntur indulta fuiſſe, nullam prorſus moleſtiam faciatis, nec ea ſibi contradicere vel negare aliquatenus attentetis. Si de vobis in veritate talia decæterò poterimus comperire, pro certo ſciatis, quòd nos conceſſa vobis priuilegia decidemus, cùm noſtris & Eccleſiæ Rom. ſcriptis authenticis obuiare minimè timeatis.

Idem Epiſcopis, Archidiaconis, & alijs Eccleſiarum prælatis per Galliam conſtitutis. Cap. 7.

Sanè quoniam à prædeceſſoribus noſtris & à nobis eſt ſtatutum, vt ſcilicet hoſpitalarios ipſos excommunicare, vel oratoria ſua interdicere nemini liceat, vobis authoritate præſentium iniungimus atque præcipimus: vt prædictos fratres Hoſpitalis Hieroſolymitani, aut eccleſias ſuas interdicere vel excommunicare nullatenus præſumatis.

Idem Cap. 8.

Simili modo ſancimus, vt quicunque in eorum fraternitate fuerit receptus, ſi fortè eccleſia, ad quam pertinet, à diuinis officijs fuerit prohibita, eumq; mori contigerit, eidem Eccleſiaſtica ſepultura non denegetur, niſi nominatim interdictus, aut anathematis vinculo fuerit innodatus.

Pars c. In literis quas à nobis. ſup. poteſtate iudic.

Idem fratribus Hoſpitalis Hieroſolymitani. Cap. 9.

Peruenit ad nos tranſmiſſa inſinuatione venerabilis fratris noſtri * Herefordenſis epiſcopi, quòd vos occaſione priuilegij ab Apoſtolica ſede vobis indulti, non ſemel tantùm in anno, ſed frequenter epiſcopatū eius viſitatis, & interdictas eccleſias aperitis, vt diuina officia celebretis. Addit ad hæc, quòd vos corpora defunctorum, ſi qua inhumata iacuerint, dummodò excommunicati non deceſſerint, Eccleſiaſticæ cœmeterij traditis ſepulturæ. Quoniam igitur non decet vos aliquatenus vſurpare, quod vobis non eſt indultum, cùm priuilegium mereatur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate: diſcretioni veſtræ &c. quatenus ſic tenorem priuilegij conſeruetis, quòd eius metas vel in his vel in alijs tranſgredi minimè videamini, nec niſi ſemel in anno in Eccleſijs interdictis diuina præſumatis officia celebrare: ſcituri pro certo, quòd ſi ſecùs, quod non arbitramur, feceritis, vos à præſumptione veſtra, Domino authore, arctiùs compeſcemus.

** Eborac. Archiepiſcop.*

Idem Lexonienſi Epiſcopo. Cap. 10.

Si quis rei litigioſæ confirmationem à ſede Apoſtolica impetrauerit, non minùs iudex de cauſa poteſt cognoſcere, & eam fine debito terminare. Sed ſi rem tunc pacificè poſſidebat, cùm indè confirmationem obtinuit, nō eſt tutum aut licitum iudici, de quæſtione ſuborta poſteà ſine mandato Romani pontificis decernere, aut eam diffinire.

Pars xlv.

DE SPONSALIBVS Secundò.

Idem Exonienſi epiſcopo. Cap. 1.

VEniens ad nos V. lator preſentium, ſimplici nobis aſſertione monſtrauit, quòd in domo ſua mulierem acceperit, de qua filium & filiam habuit, & fidem coram pluribus præſtitit, quòd eam duceret in vxorem. Interìm vero cùm in ciuitate quadam apud domum vicini pernoctaret, eius filia ſecum concubuit. & cùm pater eos inſimul in lecto inueniſſet, ſummo manè ipſum eam inuitum deſponſare coegit. Qui nupèr in præſentia noſtra conſtitutus, nos conſuluit, cui potiùs adhærere deberet. Quia verò nequaquàm nobis innotuit, vtrùm poſt fidem præſtitam primam cognouerit, fraternitati tuæ &c. quatenùs rei veritatem diligenter inquiras, & ſi cognoueris quòd primam poſt fidem datam cognouerit, ipſum cum ea facias remanere. Quòd ſi poſt fidem datam eam non cognouerit, ſecundæ, niſi metu coactus, qui poſſet in quemlibet virum conſtantem cadere, eam deſponſauerit, tanquàm vxori facias adhærere.

[21. q. 4. In ter cetera.]

[Sed ibi iurauit, hic non.]

Idem eidem. Cap. 2.

EX præſentium latoris confeſſione percepimus, quòd cùm ipſe quandam alterius vxorem in adulterio polluiſſet, pœnitentiam indè ſuſcepit. Sed poſteà in eundem incidit, diabolo inſtigante, reatum, ac eandem mulierem, viro defuncto, ſibi in matrimonium copulauit, eamque aſſerit in præſenti pro coniuge * retinere. Verùm quoniam nos de ſalute animarum ipſorum ſollicitè compellimur in Domino cogitare, fraternitati tuæ &c. quatenùs rem ipſam diligenter inquiras: & ſi tibi conſtiterit, quòd ille vel illa in mortem prioris viri fuerit machinatus, vel ſi eo viuente fidem ipſi mulieri dederit, ſe eam in coniugem recepturum, eos non differas penitùs ſeparare. Quòd ſi neutrum iſtorum conſtiterit, in cauſa ipſa iuxta Eccleſiaſticam conſuetudinem & canonica ſtatuta procedas.

[* remanere]

Idem eidem. Cap. 3.

PEruenit ad nos, quòd quidam miles R. nomine, fide interpoſita, in multorum præſentia promiſit ſe contracturum matrimonium cum quadam puella filia Eduuini de Baleleher: ſed poſtmodùm, licèt ex ea prolem ſuſceperit, ſicut ipſe nobis aſſerit, fidem indè violare non timens, alteri adhæſit & prædictam puellam quam dicitur defloraſſe, in vxorem ducere contradicit. Quoniam igitur non modicùm delinquit, qui fidè violare præſumit: diſcretioni veſtræ &c. quatenùs rei veritatem diligenter inquiratis: & ſi vobis pro certo conſtiterit, præfatũ militem prænominatam puellam in vxorem ducturũ fide interpoſita promiſiſſe, & poſtmodùm eam cognouiſſe, eundem militem monere ſtudeatis, & diligenter inducere, vt memoratam puellam, omni appellatione & contradictione ceſſante, in vxorem ducat: vel ſi commonitionem veſtram contempſerit, & eam in vxorem ducere noluerit, vel alter veſtrûm, ſi vterque intereſſe nõ poteſt, illum ſub diſtrictione anathematis, mandatum noſtrum adimplere compellat.

Idem Lucenſi epiſcopo. Cap. 4.

SAnè conſuluit nos tua diſcretio, quid faciendum ſit de muliere, quæ poſt mortẽ viri ſui, veſtibus precioſis abiectis, mutauit habitum, & de manu * presbyteri velamẽ aſſumpſit, ſed non renunciauit proprijs, nec intrauit clauſtrũ, nec in manu epiſcopi, aut abbatis, aut abbatiſſæ, vel ſuper altare eſt profeſſa, vel obedientiam promiſit: poſtmodùm verò anno elapſo, cùm multorum inquietudines ferre non poſſet, & lapſum incontinentiæ formidaret, abiecto religionis habitu, cuidam nobili ſolenniter in facie Eccleſiæ nupſit. Super hoc itaque cõſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd ſicut ſimplex votum matrimonium impedit cõtrahendum, ſed non dirimit contractum: ità ſinè profeſſione & propriorum renunciatione, habitus ſuſceptio, nè contrahatur, impedit: ſed conſummatum nequaquàm diſſoluit.

[Prioris]

Idem Vintonienſi epiſcopo. Cap. 5.

NOn ſunt vna caro vir & mulier, niſi carnali copula cohæſerint. Idcircò ſponſa defuncta intacta, eius ſoror ſponſo hoc non impediente, liberè ducitur in vxorẽ.

*Lucius tertius * Capriano epiſcopo. Cap. 6.*

[* Rapalẽſi]

REquiſiuit à nobis fraternitas tua, qua cenſura mulier compelli debeat, quæ iuriſiurandi religione neglecta, nubere renuit, cui ſe nupturam, interpoſito iuramento firmauit. Quæſiuiſti etiam, ſi cuius vir matris torum polluit, ad alia vota cùm filios deſideret, viro poſſit viuente tranſire. Ad quod breuiter reſpondemus, quòd mulier quæ ſe nupturam iurauit, cùm libera debeant eſſe matrimonia, monenda eſt potiùs quàm cogenda, maximè cùm coactiones huiuſmodi difficiles exitus ſoleant frequenter habere. Illa ſanè, cuius vir cum matre adulterium & inceſtum commiſit, nec viro ſuo coniungi carnaliter, nec eo viuente, cum alio matrimonium inire valebit.

[Mulierẽq ſe nupturam iurauit, nubere non cogendam.]

Item Adrianus Papa Eborardo Magdeburgẽ. Archiepiſcopo. Cap. 7.

DIgnum eſt & à ratione non diſcordat, quòd ea quæ inter ſe dubietatis ſcrupulum videntur continere, ad Apoſtolicæ ſedis iudicium referantur, vt indè Chriſti fideles in dubijs certitudinem ſe gaudeant inuenire, vndè noſcuntur magiſterium fidei ſuſcepiſſe. Tua nos fraternitas de ſeruorum coniugijs, quæ inuitis & contradicentibus dominis contrahuntur quid fieri debeat, ad Apoſtolatu noſtro, ſi benè meminimus,

minimus,requiſiuit.ſuper quo vtiquè diximus reſpondendum: Sanè iuxta verbum Apoſtoli,prout tua diſcretio cognoſcit, in Chriſto Ieſu nec liber nec ſeruus eſt, qui à ſacramentis eccleſiaſticis ſit amouendus, ità quòd inter ſeruos matrimonia nullatenùs debeant prohiberi: & ſi dominis inuitis & contradicentibus contracta fuerint, nulla ratione propter hoc ſunt eccleſiaſtico iure diſſoluenda: debita tamen & conſueta ſeruitia non ex hoc minùs ſunt proprijs dominis exhibenda.

Galat. 3.d Col. 3.b

Idem ex Concilio Triburienſi.

Cap. 8.

Cap. 39. con. Tribur.

DE Francia quidam nobilis homo mulierem de Saxonia lege Saxonum duxit in vxorem,tenuit multis annis, & ex ea filios procreauit. Verùm quia non eiſdem vtuntur legibus Saxones & Franci, cauſatus eſt,quòd eam non ſua,id eſt, Francorum lege deſponſauerit, vel acceperit, vel dotauerit:dimiſſaque illa,duxit alteram. Diffiniuit ſuper hoc ſancta ſynodus,vt ille tranſgreſſor euangelicæ legis ſubijciatur pœnitentię: à ſecunda coniuge ſeparetur, & ad priorem redire cogatur.

Pars xlvj. DE POTESTATE IVDICVM.

Idem Epiſcopo Lucenſi. *Cap.* 1.

CVm te conſulentem poſtulas edoceri, vtrùm ad te pertineat, ſententiam quam in cauſis iudices à nobis in tua prouincia delegati protulerint, confirmare,licèt de ipſis cauſis nihil in præſentia tua tractatum ſit, reſpondemus, quòd ſententiam ipſam non teneris, ſi nolueris, confirmare.Sed id tibi ex officio tuo noueris imminere,vt ſi ad eorum mandatum iudicium non poſſit executioni mandari, eis præbeas auxilium & fauorem: & ipſam, ſi noueris rationabiliter promulgatam, poteris confirmare.

Idem. *Cap.* 2.

SI ſuper cauſa quæ tibi ex noſtra delegatione committitur à perſonis eccleſiaſticis vna vel pluribus, quibus, vt parcas laboribus partium & expenſis, cognitionem ipſius cauſæ & teſtium examinationes, tibi ſententia reſeruata, committas, appellatio fuerit interpoſita,appellationis intuitu cauſam indefinitam relinquere non teneris.

Idem Exonienſi Epiſcopo. *Cap.* 3.

SVggeſtum eſt auribus noſtris, quòd clericus A.nomine, in ſacerdotio genitus fuerit ex inceſtu, & pro perſona perſonatũ eccleſiæ de * Bradenar,in qua pater eius miniſtrauit:quod ſibi non licuit, matrimoniũ contrahere de quadam temeritate præſumpſit. Cæterùm quia cauſam ſuper crimine non conſueuimus alicui committere, niſi primò comparêrent in noſtra præſentia, qui perſonam illam ſuper eodem crimine vellent impetere, cautum ipſam tibi iudiciario ordine nõ * cõmiſimus terminandã: diſcretioni tuæ &c.quatenùs rei veritate diligenter inquiſita & cognita, ſi tibi conſtiterit, publicum & notorium eſſe, quòd eſt de iam dicto clerico nobis propoſitum, maximè de matrimonio contracto, (quod ſi verũ eſt, te latere non poterit) eum à præſcripta Eccleſia, authoritate noſtra, appellatione remota, non differas perpetuò amouere.

* Bradenau

*commitimus

Infrà parto * t.c.38 diffinitur qui ſit notoriũ.

Idem abbati & conuentui maioris Eccleſiæ Monaſterij & H.eorum clerico.

Cap. 4.

IAmpridèm,ſicut benè meminimus, recepta querela veſtra à Ceſtriæ Capellam de Herdelei,quam ad Eccleſiam veſtram de Eſtuñ.aſſeuerâſtis iure parochiali ſpectare, contra iuſtitiam detinebant. Cauſam ipſam abbatibus Leiceſtriæ & * Lilleshullæ commiſimus terminandam: ità quidem, quòd ſi vterque intereſſe non poſſet, alter nihilominùs,adſcitis ſibi diſcretis & honeſtis hominibus,in negocij executione procederet: Accidit autem inopinato rerum euentu,ſicut ex literis tuis & fratrum veſtrorum, fili abbas intelleximus,quòd antequàm partes in iudicio apparuiſſent,abbas vnius loci, * Lilesholl ſcilicet, de præſenti vita migrauit,cui vir alter in breui prudens & religioſus ſucceſſit. Deindè abbas Leiceſtriæ, qui priùs mandato noſtro partibus diẽ ad agendum præfixit: habitoque conſilio virorum prudentium & iuriſperitorum,abbatem*Lileſhull de nouo ſubſtitutum, porrecto illi mandato noſtro,quia ſub expreſſis nominibus locorum,& non perſonarum, commiſſio literarum à nobis emanauit, ſibi ſocium adduxit:& ſicut ex literis eorundem accepimus, cùm vtraque pars legitimè citata ſæpiùs in eorum præſentia conſiſteret, auditis rationibus & allegationibus hincindè, productis & teſtibus idoneis,& eiſdem de non tacenda veritate iuratis, eaque diligenter inquiſita & cognita, cùm de iure matricis Eccleſiæ de Eſtuñ. eis plenariè conſtaret, accepto multorum virorum legitimorum & approbatorum, tam laicorum quàm clericorum teſtimonio, prædictam capellam de Herdeleia, Eccleſiæ de Eſtuñ.prudentium virorum conſilio adiudicauerunt. Venerabilis etiàm frater noſter Vuigorñ. epiſcopus, qui tunc præſens aderat, eorum ſententiam executioni mandauit, & monachos tuos fili abbas, qui ibi aderant, & te quoque fili H.procuratorem negocij in præſcripta Eccleſia, quæ in eiuſdem epiſcopi diœceſi conſiſtit, in corporalem per officiales ſuos poſſeſſionem introduxit. Quia igitur lites ſiue controuerſię,quæ con-

Locus mẽdoſus.

cordia vel indicio finiuntur, in recidiuæ contentionis ſcrupulum non debeot iterùm aliquatenùs redigi, præſentis ſcripti patrocinio eam vobis confirmamus. &c.

Idem Senoneñ. Archiepiſcopo.

Cap. 5.

EX tranſmiſſa inſinuatione G. & B. V. & Vni. militum intelleximus, quòd cùm R. de Canuill. eos ſuper quadam poſſeſſione ante venerabilem fratrem noſtrum * Vercñ. epiſcopum traxiſſet in cauſam, nobilis comes C. de Capra, eorum dominus, à quo poſſeſſiones tenebant, ſub debito fidelitatis inhibuit, nè in iudicio Eccleſiaſtico de ſeculari feudo reſponderent. Itaque præfatus Epiſcopus in eo velut contumaces, exequutionis ſententiam promulgauit &c. & infrà: Mandamus quatenùs præfatos milites ab excommunicatione, contradictione & appellatione ceſſante, abſoluas &c. & infrà: Deindè cauſam per dominum fundi iubeas terminari: & ſi ipſe malitiosè quid diſtulerit, tu ei, ſublato appellatioois diffugio, debitum finem imponas.

* Treceñ. *Meteñ.

Pars xlvij.

DE IVRE PATRONATVS.

Idem Cantuarienſi Epiſcopo. Cap. 1.

DE Iure Patronatûs Capellæ de Strettoñ. hoc tuæ diſcretioni mandamus, vt ſi * R. Brito ipſum comparauit, cùm inconuenienſ ſit & inhoneſtum vendi ius patronatûs, contractum illum, ſublato appellationis remedio, irritum denuncies & inanem, ipſumque, fretus authoritate Apoſtolica, non differas reuocare.

*P.

Idem Bathoñ. Epiſcopo. Cap. 2.

DIlectus filius noſter nobilis vir Comes S. tranſmiſſa nobis inſinuatione monſtrauit, quòd dum illuſtris rex Scotiæ patrimonium ſuum detinuiſſet occupatum, quibus voluît, & prout voluît, eccleſias quarum gerebat patronatum, eo inconſulto, conceſſit. Quoniam igitur ex iniuncti nobis officij debito tenemur vnicuique iura ſua integra ſeruare, nolentes etiàm quòd præfatus comes occaſione tali ius patronatûs amittat: Fraternitati tuæ &c. quatenùs rei veritate diligenter inquiſita, ſi ità eſſe tibi conſtiterit, intruſos amoueas: & ſi idoneæ perſonæ ab eo qui ius patronatûs & præſentandi perſonas habet, ad præſcriptas eccleſias fuerint præſentatæ, & perſonas ipſas de conſenſu & conſilio prælatorum, quorum intereſt, de præſcriptis eccleſijs, contradictione & appellatiooe ceſſante, inueſtiges, oec ipſas contra formam iuris exindè à quoquam grauari permittas.

Pars cap. Tua nos duxit. ſi p. de ordinatis.

Idem Cenomanenſi Epiſcopo. Cap. 3.

SVper eo quod ſubiungere voluîſti, ſi de præſentatione presbyteri, inter aliquos quæſtione ſuborta cauſam contigerit alicui delegari ſub hac forma, vt ſi conſtiterit ius, de quo agitur, ad alterutram partium pertinere, ad præſentationem eiuſdem de perſona idonea ordinet Eccleſiam appellatione remota, an liceat delegato iudicio, inicio diœceſiano Epiſcopo, Archidiacono vel Archipresbytero reclamante, præſentatum ſibi clericum in poſſeſſionem Eccleſię mittere, pręſertim ſi ignotus fuerit præſentatus, aut minùs idoneus, aut ſi Archipresbyter, aut Archidiaconus, aut Epiſcopus ad quem inſtitutio pertinet, appellauerit, vtrum eorum appellationibus ſit deferendum: hoc tuam volumus diſcretionem tenere, quòd licèt quęſtionem quæ de præſentatione vertitur, appellatione remota, committamus alicui terminandam, non tamen intentionis noſtræ eſt, diœceſiano Epiſcopo, vel Archidiacono, vel Archipresbytero præiudicium generare. Ideoque præſentandus eſt illi, qui inſtituendus fuerit, & tenebit eorum appellatio, ſi videntes iuri ſuo detrahi, duxerint appellandum: quia non illis, ſed partibus inter quas cauſa commiſſa eſt, appellationis remedium eſt ſublatum.

Idem illuſtri Regi Anglorum.

Cap. 4.

QVanto te Diuina gratia ſummaq; prouidentia maioris gratiæ priuilegio decorauit, tanto viros religioſos maiori debes charitate diligere, & in iuſtitijs ſuis manutenere propenſiùs & fouere. Cauſæ patronatûs eccleſiarum ità iunctę ſunt & connexæ eccleſiaſticis cauſis, quòd non niſi eccleſiaſtico iudicio valent diffiniri, & apud iudicem Eccleſiaſticum ſolummodò terminari.

Non ſinè eccleſiaſtico iudicio cauſam patronatus diffiniri.

Idem Noruuiceñ. Epiſcopo. Cap. 5.

COntinebatur in literis à te nobis tranſmiſſis, quòd cùm ſuper decima de Querche, inter magiſtrum Hubertum & magiſtrum N. de mandato noſtro coram te verteretur, conſtiterit tibi quòd M. abbatiſſa ſanctæ Mariæ de Viuni, pro communi voto & vnanimi conſenſu, conuentu aſſenſum præſtante, decimam ipſam prædicto H. conceſſit, Rad. Vuintoñ. Archidiaconus per clauem & librum ſibi exindè inueſtituram fecit. Magiſter verò N. probauit coram te idoneis teſtibus, quòd præfata abbatiſſa præſcriptam decimam ſibi priùs dederat, conuentu non contradicente, quàm eam præfato Huberto dediſſet, & quòd à diœceſiano epiſcopo eius fuerit conceſſio confirmata. Vndè quia nos conſulere voluiſti, cui conceſſioni innitendum ſit, conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd conceſſio priùs facta, ſi conuentu ſciente & non contradicente facta eſt, robur firmum debet habere. Verùm ſi præſata abbatiſſa, ignorante conuentu aut contradicente, priùs

prædicto

prædicto N. decimam ſuam conceſſit, & nõ poſt multum tempus de aſſenſu conuentûs, eandem decimam memorato Huberto dedit, ſic vt tibi eam datam fuiſſe conſtet, ſecunda conceſſio debet præiudicare priori.

Idem canonicis fratribus & monachis in epiſcopatu Sareñ eccleſias habentibus.

Cap. 6.

EX tranſmiſſa nobis inſinuatione venerabilis fratris noſtri Iocel. * Sareñ. epiſcopi accepimus, quòd cùm in epiſcopatu de * Sareñ. habeatis Eccleſias, de quibus cenſum annuatim percipitis, earum rectoribus decedentibus, authoritate propria eaſdem Eccleſias occupatis, aut etiàm clericos in eis ponitis. & infrà: Infra duos menſes poſtquàm Eccleſiæ prædictæ vacauerint, ad eas memorato Epiſcopo, omni occaſione & appellatione remota, idoneas perſonas præſentetis, vt per ipſum curam animarum recipiant. & infrà: Illud quoquè nihilominus prohibemus, nè cenſum veſtrum in prædictis Eccleſijs ſinè prædicti Epiſcopi aſſenſu augeatis, ſed in eis conſtituto antiquo cenſu ſitis contenti. * Sareñ.

Idem Eboracenſi Archiepiſcopo.

Cap. 7.

RElatum eſt auribus noſtris, quòd quidam clerici in beneficijs eccleſiaſticis centum vel ducentarum marcarum redditus poſſidentes, & proponentes primas vacantes Eccleſias à monachis vel canonicis aut alijs ius patronatûs habentibus ſibi fuiſſe promiſſas, nè in illis cùm vacant, inſtituantur alij, appellationem emittunt, vt interim arte aliqua ſuum valeant adimplere propoſitum. Quia igitur conſulis, an diœceſiano epiſcopo huiuſmodi appellationi ſit deferendum, præſentibus tibi literis reſpondemus, quòd cùm in Lateranenſi Concilio promiſſiones factæ de eccleſijs non vacantibus ſint caſſatæ, prætextu appellationis eorum, qui iam prædictis promiſſionibus innituntur, omitti non debet, quin eccleſiæ cũ vacauerint, de perſonis idoneis ordinentur.

Idem abbati Remeſtrenſi & Archidiacono Exonieñ. *Cap.* 8.

VEniens ad Apoſtolicæ ſedis clementiam in multo diſcrimine ſui corporis & laboris V. lator præſentium, ſimplici nobis relatione propoſuit, quòd tempore hoſtilitatis & guerræ, miles quidam R. nomine, fundum R. militis occupauit, quem diù illicitè detinens, magiſtro & fratribus hoſpitalis clericorum eccleſiam in eo ſitam conceſſit. Magiſter verò & fratres Hoſpitalis prædicti, clericum quendam nomine R. ibidèm inſtituerunt, qui indè annis ſingulis ſoluebat penſionem. Longo verò tempore pòſt prædictus R. fundum ſuum recuperans per iuſtitiam, omnia quæ alienauerat poſſeſſor violentus, ad ius priſtinum reuocauit, & cùm in eccleſia ibidèm fundata ſciret ſe ius tantùm datoris habere, conceſſioni quæ memorato R. de præſcripta eccleſia facta fuerat, cõſentire nullatenùs voluit. Sed * V. venerabili fratri noſtro Eboraceñ. *Vu. Archiepiſcopo Apoſtolicæ ſedis legato, in * e. ad eccleſiam * tandèm præſentauit, qui *eandem præſente magiſtro Hoſpitalis, cui priùs fuerat conceſſa, & non reclamante, eundem V. ſuſcepit, & in prælibata eccleſia ordinauit. Interim autem clericus R. qui eam alieno nomine poſſidebat, furto irretitus, & exindè, quia crimen eius notorium fuit, rebus furatis in arca ſua repertis, grauiter puniri metuens, eò quòd ad aures regias ſcelus eius peruenerat, habitum religionis aſſumpſit: qui infra annum Apoſtolicum adijt, & ſcriptum Apoſtolici culminis, in quo continebatur, vt ſi monſtrare poſſet, quòd timore mortis clauſtrum intràſſet, de religionis voto abſolueretur, à nobis obtinuit, cognito quòd timor ille ex praua conſcientia perpetrati ſceleris proueniebat. Alias autem literas & ad abbatem de fontibus, & Priorem de Giſſeburne reportauit, in quibus continebatur, prædictum Vu. poſt appellationem ad nos factam intràſſe, & ipſum priùs fuiſſe violenter eiectum: illi, amoto alio, eccleſia redderetur. Cumque idem V. à iudicibus delegatis citatus, ſibi dari canonicas inducias poſtulauerit, & ipſi dilationem ei dare penitùs renuerint, exiſtimantes quòd literæ iſtæ per falſam ſuggeſtionem eſſent impetratæ, & quòd nos de facto non fuiſſemus plenius inſtructi, à falſa ſuggeſtione ad nos appellauit, & à præſentia iudicum receſſit. Iudices verò, quoniam in cauſa principali ſublatum fuerat appellationis remedium, audito teſtimonio quorundam, qui eundem R. in poſſeſſione Eccleſię illius eſſe viderunt, & interdùm ſynodalia ſoluere, eidem poſſeſſionem eiuſdem eccleſiæ adiudicauerunt, & ipſum per nuncios de eadem eccleſia inueſtiri fecerunt. Verùm quoniam dubium nobis & incertum exiſtit, an prædictus R. ità nos falſis ſuggeſtionibus circumuenire præſumpſit, & nemini fraus propria vel dolus debet prodeſſe: diſcretioni veſtrę &c. quatenùs cùm exindè fueritis requiſiti, in vnum pariter conuenientes, vtranque partem ante pręſentiam veſtram conuocetis: & eorum inquiſita veritate, quę hincindè fuerint dicta, & plenius cognita, cauſam ipſam, appellatione remota, ſine canonico terminetis: ſcilicet: vt ſi vobis conſtiterit, quòd crimen illud notorium fuerit, quòd timore illorum dictus R. religionis aſſumpſerit habitum, & idem V. per Archiepiſcopũ fuerit canonicè inſtitutus, ei eccleſiam ipſam, occaſione & appellatione remota, reſtitui faciatis, & liberè pacificeque * dimitti, non obſtantibus literis noſtris, ſi taliter fuerint, vt diximus, impetratę.

Nemini ſuũ dolũ prodeſſe debere.

* cõmitti,

Idem

Idem Exonien̄. & Vuigorn̄. Epiſcopis.
Cap. 9.

SI vobis conſtiterit, clericum de dono militis eccleſiam vendicare, ſuper eccleſia illi, noſtra freti authoritate, appellatione ceſſante, perpetuum ſilentium imponatis. Si verò ius patronatûs ex dono eiuſdem militis in eccleſia illa requiritur, vos cauſam audiatis, & concordia vel iudicio terminetis.

Idem Epiſcopo Hereforden̄. & Abbati de Eueſham. *Cap.* 10.

AD aures noſtras, G. clerico inſinuante, peruenit, quòd cùm presbyter qui in eccleſia Beatæ Mariæ ante portas Glouceſtri, monachorum perpetuam vicariam obtinuerat, in fata conceſſiſſet, abbas & monachi ipſius loci diuino intuitu præſcriptam vicariam ei conceſſerunt. Cùm autem per præfatum abbatem & capitulum ad eandem vicariam G. diœceſiano fuiſſet epiſcopo præſentatus, quidam I. de Conſtāijs nomine, inſtitutionem eius quarundam literarum intuitu, continentium quòd idem abbas ei eccleſiam quæ primò vacaret, conceſſerat, impediuit: hinc eſt quòd diſcretioni veſtræ &c. quatenùs ſi præfatus I. à vobis ſuper hoc requiſitus, aliam cauſam rationabilem non prætenderit, niſi conceſſionem eccleſiæ quæ primò vacaret, pro eiuſdem contradictione vel appellatione nullatenùs dimittatis, quin authoritate noſtra diœceſiano Epiſcopo mandetis, vt ad præſentationem prædicti abbatis & monachorum, ſupradictum G. ad vicariam præſcriptam recipiat, & ei curam animarum committat, ſicut moris & iuris eſt, ſi aliud non eſt quod eius inſtitutionem debeat impedire.

Pars 48. DE PACTIONIBVS
Secundò.

Alexander Tertius Vuigorn̄. Epiſcopo.
Cap. 1.

VEniens ad Apoſtolicæ Sedis clementiam dilectus frater noſter Magiſter V. de Flameuill, ſua nobis inſinuatione monſtrauit, quòd cum monachi maioris monaſterij terras in parochia Beatæ Mariæ de Mertun̄. excolant, ab eadem eccleſia coloni eorum omnia eccleſiaſtica tam neceſſaria quàm voluntaria ſuſceperint ſacramenta: & tamen eidem eccleſię ſuas & canonibus ſacris inſtitutas decimas ſoluere contradicunt, ſed de frugibus ei tertiam partem ſoluerunt, & duas ſibi retinere præſumunt. De reliquis autem minutis decimis, vtpote nutrimentis animalium & fructibus hortorum, nil penitùs præſtare non erubeſcunt: arbitrantur autem ad hoc ſeſe tueri cuiuſdam tranſactionis pactione inter pręfatos monachos & quendam ſacerdotem memorati V. prædeceſſorem ità factam; videlicet vt de duabus carucatis terræ, quas in dominio ſuo monachi tenent, tertiam duntaxàt decimarum partem frugum exoluere debeant, reliquas ſibi retinendo. Quo fit, vt exinde occaſionem ſibi ſumentes malignandi, prædia ex agricolarum defectu ad eos deuoluta, monachi in ſuum magìs aſtutè, quàm prouidè dominium conuertant: & quatuor vel fortè plures carucatas duobus aggregent, non aliter de illis decimis præſtantes, quàm de duobus præſtituiſſent, cùm ſecundùm tenoris compoſitionem integras de illis decimationes ſoluere tenerentur. Quapropter diſcretioni tuę &c. quatenùs cùm exindè fueris requiſitus, vtraque parte ante tuam præſentiam conuocata, rei veritatem diligenter inquiras, & niſi priuilegium clementia Sedis Apoſtolicæ ſibi ſuper hoc indultum, coram te præfati monachi palàm produxerint, vel niſi tranſactionem ſibi ſcriptam, authoritate Apoſtolica cōfirmatam eſſe docuerint, cùm alioqui inter perſonas potiùs quàm inter Eccleſias ità facta videatur, nè pacta inter alios facta, alijs obeſſe patiamur, omni dilatione & appellatione remota, præfatos monachos & eorum agricolas decimationes vniuerſas, ex quibuſlibet rebus prouenientes, ex integro abſque omni diminutione ſupradictæ Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Mertun̄. iugi præſtatione ſingulis annis præſtare, & etiam illorum quæ illicitè detinuerunt, certam æſtimationem reſtituere, cum omni diſtrictione compellas. Quòd ſi diſcretioni tuæ ſecundùm ea quæ proponuntur tibi in iudicio, viſum fuerit, præfatos monachos non niſi ad tertiæ partis decimationum præſtationem ſecundùm iuſtitiam vrgeri poſſe, tunc omnium eorum quæ canones decimanda decreuerunt, appellatione remota, ſupradictos monachos tertiam partem Eccleſię iam dictę, Apoſtolica authoritate præſtare decimas cogas.

Pacta inter alios facta, alijs nō obeſſe.

Item Gregorius vniuerſis Epiſcop.
Cap. 2.

SCripta fraternitatis veſtræ relegentes, agnouimus quòd hi qui contra Adrianū fratrem & coepiſcopum N. aliqua dixerant, modò cum eodem epiſcopo in amicitiam conueniſſent, & magna nobis ad præſens facta eſt de eorum vnitate lætitia. Sed quoniā ea quæ dicta ſunt, indiſcuſſa permanere nō patimur, ſedis noſtræ diaconem ad ea inueſtiganda dirigimus: quia nos facinora ea quæ audiuimus, diſſimulare non debemus, pręſertim cùm accuſatores & accuſatum gratiam inter ſe iudicâſtis feciſſe: hoc vobis neceſsè eſt ſubtiliter perſcrutari, nè fortè eorū comparata concordia, quod abſit, non ex neceſſitate, ſed præmio facta eſſe conſtiterit.

Vrbanus

Vrbanus Tertius Abbatibus de Vuellebec & de Suluestun. *Cap.* 3.

GRatum gerimus & acceptum, quòd in negocijs commiſſis veſtræ iuriſdictioni, debitam curam impenditis, & in his quæ dubitationem faciunt, pro grauitate veſtri officij cenſuram ſedis Apoſtolicæ poſtulatis. Sanè conſuluit nos veſtra diſcretio, an ante obitum delegantis, propoſito citationis edicto, lite verò poſt mortem delegantis conteſtata, delegatus iudex nihilominùs debeat in cauſa procedere: & vtrùm is intelligatur appellationi renunciâſſe, qui ea interpoſita ad producendos teſtes inducias poſtulauit, & deindè productioni & allegationi renuncians, atteſtationes petijt ſolenniter publicari, ſicut hoc totum circa deceſſum bonæ me-
7.q.1.Siqs pſbyter. moriæ prædeceſſoris noſtri Lucij, qui vos iudices delegauit, ſub examine veſtro aſſeritis contigiſſe. Nos autem inquiſitioni veſtræ taliter reſpondemus, quòd cùm in prio-
11.q.3.ſi qs epus. re caſu citatione facta quaſi cœptum ſit negocium: & maximè, ſi delegatus non ſit certus de obitu delegantis, poteſt & debet in cauſa procedi: tenebitque quod iuſtitia pre-
26.q.3.p ſingulas. uia, fuerit iudiciali tramite diffinitum. In ſecundo caſu videtur ab appellatione receſſum, ſi ſecundùm ea quæ præmiſſa
Hui⁹ partis titulus in archetypo eraſus fuit. ideoque hic non nihil vacui eſt relictum. ſunt, eum qui appellauerat, conſtiterit proceſſiſſe.

Gregorius Octauus vniuerſis fratribus Epiſcopis, & Archidiaconis ad quos literæ iſtæ peruenerint. *Cap.* 1.

Pars 49. VEl ex dolo, vel ex malitia litigantium, vel ex defectu noſtro credimus prouenire, quòd tanta negociorum frequentia diebus ſingulis perurgemur, vt imbecillitate proprij corporis laborãtes, minori etiàm diligentia impediti, omnibus nõ poſſimus commodè ſupereſſe, aut vndiquè contradicẽtium clamores aut murmura ſuſtinere. Hinc etiàm euenit, quòd negocijs minoribus occupati, maioribus intendere nõ valemus, prout neceſſitas eccleſiaſtica poſtularet. Et quæ diffiniri vel diſponi per nos breui tempore potuiſſent, expectatione diutina pluſquàm oportet, multis pariter irruentibus producuntur. Quocircà per generalem epiſtolam remedium huic rei duximus prouidendum, nè multimodo impediamur incurſu, vel ſua iniuriam patientibus
Sup. de appellationibus. poſſit iuſtitia deperire. Eapropter vniuerſitati veſtræ per A.S. præſentibus mandamus, quatenùs ſi fortè de modicis rebus, quæ infra ſummam viginti marcarum ſubſiſtant in auditorijs veſtris, cauſa ventiletur, & alteruter litigantium deluſoriè putauerit appellandum: eius appellatione contempta, infra fines veſtrorum epiſcopatuum eos eligere iudices, qui ſuſpicione careant, compellatis: ſi tamen idonei ibi fuerint inuenti, in quorum præſentia iurgium ſopiatur: à quibus ſi qua partium crediderit appellandum, ad archiepiſcopum ſiue primatẽ vocem appellationis emittat. Si verò tale negocium ſit, quod ſummam contineat aliquatenùs ampliorem, infra fines veſtratum diœceſum ſi ſpontè noluerint, inuiti non cogantur. Cognitores tamen de vicinis epiſcopatibus aliquos eligere compellantur, iuxta formam quam præmiſimus, negotium tractaturos, in maioribus cauſis & obſcurioribus articulis appellãdi ad ſedem Apoſtolicam copia ſeruata. Non enim videtur malitiæ ſuſpicione carere, quòd pleríque ſuos aduerſarios ad præſentiam noſtram laborare compellunt. Cæterùm ſi qui litigantium à proximo feſto Purificationis ſuper cauſis, de quibus epiſcopus, cuius iuriſdictioni ſaltem is qui conuenitur, non ſubiacet, non fuerit requiſitus, vel iudices, clerici ſupradicto modo nõ fuerint electi, & literas à nobis duxerint impetrandas, per quas examinatio iurgiorum vel diffinitio iudicibus non ordinarijs committatur, careant impetratis, & ad ſuorum audientiam iudicum ordine debito negocia reportantur. Sic enim ſubterfugijs occurrere diſceptationum volumus, vt dum eorum calliditatibus obuiamus, eis alium ad iuſtitiam aditum reſeremus. Cùm verò aliqui iuſtam cauſam habuerint noſtram præſentiam adeundi, literas eis dimiſſorias non negetis, ſeriem negocij continentes. Hoc autem de factis ad nos appellationibus diſponentes, ſuper illis quæ ad Archiepiſcopos vel primates fieri cõtigerit, antiquorum ordinem canonum non mutamus.

Idem eiſdem. *Cap.* 2.

QVoniam ad Epiſcoporum maximè ſpectat officium, afflictis & laborantibus ſubuenire, vnumque illorum (licèt deficientibus meritis) Deus nos eſſe voluerit, proſpicere tenemur & volumus, nè quis ex fortuitis caſibus per Romanæ viſitationem Eccleſiæ, laboris ſui quem ad eam veniendo ſuſtinuit, debito fruſtretur effectu. Indè ſiquidem fuit, quòd nos multorum proſpicere volentes expenſis, & alleuiare labores, de conſueta miſericordia duximus ſtatuendum, vt literæ prædeceſſoris noſtri Vrbani tertij à tribus menſibus ante ipſius obitum deſtinatæ pro facienda iuſtitia & litigijs dirimendis, quæ tamen manifeſtum alicuius præiudicium non continent, aut calumniam æquitatis, eundem habeant tempore adminiſtrationis noſtræ effectum, quẽ habere, ſi adhuc ille viueret, debuiſſent. Ceſſante igitur exceptione de mandatoris morte, perficite quod mandauit agendum, & nemo ad nos excuſatione huiuſmodi accepta

de ſua

de ſua iuſtitia obtinendi fiducia, cogatur vacuus laborare.

Cap. 3.

EX literis quas ad nos tua deſtinauit fraternitas, euidẽter accepimus, quòd cùm cauſam quæ vertitur inter Magiſtrum H. de Hilleſdale, & R. de Alta ripa, ſuper Capella de Cabileiñ. de mandato noſtro ſuſcepiſti terminandam, & literas noſtras in communi audientia perlegi feciſſes: prædictus R. ſibi eas poſtulauit exhiberi. Qui literis diligenter inſpectis, eas arguit falſitatis, hac de cauſa ſcilicet, quòd in narratione facti ſint abraſæ, vbi ſcriptum eſt, iure parochiali: aſſeuerans ſe probaturum in præſentia noſtra, quòd tales literæ de cancellaria noſtra non emanâſſent. Vos autem videntes formam literarum à rationis tramite minimè deuiare, ab executione cauſæ ſubſiſtere noluiſtis, præfato R. iuramẽtum deferentes, quòd nec ſubterfugij, nec dilationis cauſa hoc allegâſſet, ſed quòd ità eſſe credebat. Iuramento autem ad diem præfixum non præſtito, memoratum H. in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ iudicâſti induci, & quòd quidam laicus ſeruiens eidem R. veſtro iudicio reſtitit, excommunicatus eſt, & ex eccleſia ſub interdicto concluſus: prædictus R. ad nos accedens, & tacens (prout dicitur) quòd in cõmiſſione appellatio fuit inhibita, nec mentionem faciens* arrogationis literarum, aut iuramenti eidem delati, & non præſtiti, ſeu ſententiæ miſſionis in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, literas ad Lond. & Noruuicẽn. epiſcopos impetrauit in hunc modum, vt ſi quid in præiudicium memorati R. occaſione prioris commiſſionis factum fuiſſet, noſtra authoritate in irritum reuocaretur. Cumque præfatus N. citatus à Noruuicẽn. epiſcopo, qui ſuas & Londoñ. epiſcopi vices gerebat, coram eo literas, tacita veritate, impetratas diceret, metuens executionem ſententiæ fieri, Noruuicẽn. epiſcopum ſuſpectum habens, cui præfatus R. multa familiaritate coniunctus, vt qui Londoñ. epiſcopi nepos erat, & eius panem quotidiè comedere dicitur, ad nos appellauit. Vndè quoniã propria fraus nulli debet prodeſſe aut patrocinium miniſtrare: nos inſpicientes literas noſtras, & videntes quòd per illam raſuram falſæ non poſſent iudicari, nec etiàm ſuſpectæ haberi, præſertim cùm etiam priuilegia in poſſeſſionibus abradantur, & literæ in narratione, ſi eſt in facto erratum, incunctanter poſſint abradi: nec literæ illæ in ſuſpecto loco fuerint abraſæ: veſtræ fraternitati mandamus, quatenùs ſi quid factum fuerit in præiudicium memorati H. occaſione literarum, quas ſæpè dictus R. à nobis nõ facta mentione de appellatione inhibita, aut de iuramento illi delato, & non præſtito, appellatione remota, in irritum reuocetis, & ſententiam veſtram inuiolabiliter faciatis obſeruari, & eundem R. in expenſas portitoris literarum, pro eo quòd à probatione ſua deſtitit, condemnetis. Poſteà vtraque parte ad vos conuocata, cauſam audiatis, & ſecundùm tenorẽ abraſarum literarũ, quas vobis ſub ſigillo noſtro remittimus, ſine canonico termineis, nullis literis obſtantibus. Si verò temeritatẽ & fraudẽ illius velimus attendere, & illum ſuis meritis iudicare, illi ſuper eadẽ eccleſia faceremus ſilentium imponi.

for. *abraſionis

Dolũ non patrocinari.

Raſura quę non ſuſpecta.

Cap. 4.

EX tenore literarum tuarum nobis innotuit, quòd cùm P. parochianus tuus ab A. muliere, quam in vxorem acceperat, tuo vellet iudicio ſeparari: accuſatores matrimonij teſtes producunt, firmiter aſſerentes, quòd priuſquàm mulier cum prædicto viro matrimonium contraheret, conſanguineum viri cum illa, ſolum videlicet cum ſola, nudum cum nuda, in eodem lecto iacentem viderunt, ea (vt creditur) intentione, vt ei carnaliter adhæreret. Publica quoquè fama conſentit, quòd poſtquàm matrimonium cum ea contraxit, ſe adinuicèm miſcuerunt: quod in præſentia tua publicè, vt aſſeris, ſunt confeſſi. Dicitur etiàm de muliere, quòd à marito ſe ſimulàris concepiſſe, alienum partum iam baptizatum (vt fertur) ſe mentita eſt peperiſſe: & rebaptizari faciens, virum ſuum ſic decepit. Præterea veneficum periculum, & alias vitæ inſidias viro paraſſe perhibetur. Quia igitur nos conſuluiſti, ſi hæ probationes ad matrimonium ſoluendum ſufficiant, ſic reſpondemus, quòd tum ex confeſſione, tum ex violenta & incerta ſuſpicione fornicationis, præſertim ſcilicet, quod de partu & mortis machinatione dictum eſt, & ipſe probare vellet, non immeritò poteſt diuortij ſententia promulgari: ità vt vir licentiam habeat, ea mortua, aliam ducendi in Domino, ipſa verò ſinè ſpe coniugij perpetuò perſeueret.

Alexander Tertius Archiepiſcopo Rothomagenſi & abbati Geomar.* *Cap.* 5.

EX quorundam certa relatione audiuimus, quòd cùm aliqui viri Eccleſiaſtici, de prouincia veſtra pro iuſtitia ſua proſequenda literas commiſſorias à nobis impetrant, aduerſarij eorum, vt mandatum noſtrum eludant, antequàm literæ illæ ad iudicem perueniant, vel literis noſtris à iudicibus receptis, priuſquàm ab eis citentur, in vocem appellationis prorumpunt: aut cõuentionẽ facientes, aliquos in poſſeſſionem eorum, de quibus controuerſiæ vertuntur, malitioſè inducunt. Quoniam igitur huiuſmodi calliditates & verſutiæ ſuis non debẽt in aliquo authoribus ſuffragari, & nos cõtra prædictas calliditates & verſutias, paſtorali volumus ſolicitudine prouidere: diſcretioni veſtræ &c. quatenùs ſi aduerſarij, inter

11.q.3. Si epiſcopus

quos

quos & ipſum ſuper Eccleſia controuerſia diutiùs eſt agitata, pro euacuando mandato noſtro ſuprà dicto modo appellauerint, aut de poſſeſſione qualibet * connentionem fecerint, vel malitioſè ſe abſentaoerint, eos qui in poſſeſſione prædictæ Ecclaſiæ ſe ingeſſerint, appellatione ceſſante, cogatis ſub examine veſtro iuris æquitati parere.

* commutationem

Lucius Tertius. *Cap.* 6.

DE his qui in ſanitate vel infirmitate ad loca religioſa ſe tranſtulerint, nil tibi vel Eccleſijs, à quibus receperont pabulum ſalutis, relinqoentes: hoc tuæ prudentiæ innoteſcat, q̃ ſi in ægritudine ipſa ad religionem tranſeunt, dummodò in ægritudine ipſa decedunt, prædictis Eccleſijs, à quibus aſſumpti fuerint, canonica debet portio exhiberi. Si verò ad religioſa loca in ſanitate ſe tranſtulerint, cogi non poſſunt aliquid præſcriptis eccleſijs impartiri: quia liberum eſt eis, tunc bona ſua non ſolùm religioſis locis, ſed etiàm quibuſcunque priuatis perſonis conferre.

Lucius Tertius. *Cap.* 7.

QVoniam ex plenitudine poteſtatis &c. Super hoc quòd quæſiuiſti, vtrùm ſuper Eccleſiaſtico beneficio in litigium deducto, poſſit fieri tranſactio: tale damus, ſicut iampridèm (ſi benè meminimus) alij non abſimile querenti dedimus reſpõſum: quoniam ſecundùm formam tranſactionibus aſcriptam, ſuper re ſacra litigioſa minimè tranſigi poteſt. Etenim res ſacra vt poſſideatur aliquo dato, vel promiſſo, vel retento, ſpeciem habere non immerito credimus ſimoniæ. Aliàs antem gratis & amicabiliter inter ſe litigantes componere, ſacris canonibus non dicimus obuiare.

19. q. 7. Decimas 1. q. 2 Nullus eps 1 q 3. Quæſitũ.

Alexander Tertius Noruuiceñ. Epiſcopo. *Cap.* 8.

QVæſitum eſt à nobis ex parte tua, iudex ordinarios vel alius cui delegatus mãdauit vt citaret partes vel exequeretur ſententiam, de legato teneatur obedire, cùm nõ ſua, ſed delegantis vice fungatur, & cùm iuriſdictio delegatur, omnia quæ ad iuriſdictionem faciunt, delegari videantur: meritò poteſt delegatus tam ordinarium, quàm aliũ cui mandauit, cogere ad id efficiẽdum quod mandauit: & ei qui obedire contempſerit, pœnam infligere competentem.

Cap. 9.

QVoniam ex plenitudine poteſtatis &c. & infrà: Super eo quòd quæſiuiſti, vtrùm Eccleſiaſtica beneficia repoſcentibus obiecta ſpontaneæ obiurationis exceptio ſinè cauſæ cognitione ſit admittenda, & an actoris, qui ſpontè non renunciauit, an rei de ſpontanea renunciatione teſtes & probationes ſint potiùs admittendæ: ſic experientiæ tuæ duximus reſpondendum, quòd hoc nulla ratio veriſimile reddit, vt quiſquam beneficio multis fortè laboribus & expenſis acquiſito, & quo ſoſtentari debet, ſinè magna cauſa renunciare ſua ſponte elegerit: ideoq; ſuperuacaneum eſſe non credimus, cauſam reſignationis ſiue renunciationis diligenter inquirere, quatenùs ſi fortè probabilem, hoc eſt, non vi, non metu, non interuentu pecuniæ, non promiſſione extorta, iudex ordinarius ſiue delegatus inuenerit, & maximè ſi iuramentum, quod vix fieri de ſpontanea voluntate credimus, quia iuramentum ferè ſemper à malo eſt, interceſſerit, admittere, niſi replicatio canonica fuerit oppoſita, non proponat. Porro licèt negantis factum nulla inueniri poſſe probatione dicatur, eius tamen qui renunciationem ſpontaneam negat, cùm implicitè & quodammodò replicando inficietur, ſuper actione ſua probationes credimus proferendas, habita nihilominùs, vt decet, ad perſonarum dignitatem & opinionem relatione.

Negantis factu probationes admitti.

Ex decretis Hormiſdæ Papæ. *Cap.* 10.

NVllus fidelis, cuiuſcunq; conditionis ſit, occultè nuptias faciat: ſed benedictione accepta à ſacerdote, publicè nubat in Domino. Si quis ergò ſacerdos aliquos occultè coniunxiſſe inuentus fuerit, ab officio triennio ſuſpendatur.

Dunelmenſi epiſcopo & fratribus Reuesbi. *Cap.* 11.

PRopoſuit nobis dilectus filius noſter Vu. clericus præſentium lator, quòd cùm ipſe ad Eccleſiam de * Vuadher, à Reinero Flandrenſi venerabili fratri noſtro Eboraceñ. Archiepiſcopo, Apoſtolicæ ſedis legato præſentatus fuiſſet, idem Archiepiſcopus eum ad Eccleſiam non recepit. Indè eſt quòd diſcretioni veſtræ per A. S. mandamus, quatenùs ſi idem Archiepiſcopus ad commonitionem veſtram præfatum Vu. in ipſa Eccleſia, quàm citiùs poterit non inſtituerit: vos rei veritatem legitimè inquiratis, & ſi vobis conſtiterit ex parte Vo. dummodò idoneus ſit, quòd ad ipſam vacantem fuerit prædicto Archiepiſcopo præſentatus, ad eandem Eccleſiam authoritate noſtra, amoto illo qui eam detinet, etiàm ſi quis poſt præſentationem eios & appellationem, quam ſe ad nos feciſſe proponit, incuſſus eſt, appellatione remota, cum fructibus indè perceptis poſt primam præſentationem, eum recipere minimè differatis.

* Vuadhã

Præſentati & nõ admiſſi appellationẽ tenere.

Eboracenſi Archiepiſcopo, Pars capituli, In eminenti, De appellationibus. *Cap.* 12.

DE cæterò noueris, quòd ſi ſententiam à nobis latam præceperimus per aliquem executioni mandari, & fraus interuenerit,

nerit, non eſt facultas exequotori de negocio toto cognoſcere, ſed referri, quouès q̃ inciderint, ad ſedem Apoſtolicam oportebit.

Eboracenſi Archiepiſcopo.
Cap. 13.

IN eminenti ſpecula Eccleſiæ, licèt immeriti, diſponente Dominuo conſtituti, intendere debemus conſultationibus ſingulorũ: & prout Deus nobis reuelauerit, propoſitas enodare. Conſuluiſti autem, ſi cauſa, appellatione remota, commiſſa, altera partiũ ante citationem vel poſt citationem, ante ſententiam vel poſt ſententiam, ad ſedem Apoſtolicam appellauerit, an appellationi ſit in huiuſmodi deſerendum. Prætereà ſi cauſa fuerit, appellatione remota, commiſſa, & alter aduerſariorum appellet, quia delegatus iudex non vult ſuper ſuggeſtione falſi probationes, admittere contra Cant. literas impetratas, an in hoc caſu teneat appellatio, quæſiuiſti. Dubitas etiam, ſi duobus fuerit cauſa commiſſa, appell. remota, & alter ſuo conjudici vices ſuas commiſerit, an ille ſolus poſſit procedere appell. remota, vel ab eo liceat appellare, cùm in fine non ſit appoſitum, vt ſi vterque nequiuerit intereſſe, vnus procedat. Primæ ergò quæſtioni reſpondemus, quòd cauſa, appell. remota, commiſſa, appellationi non debet deferri, ſiue ante citationem, ſiue poſt: ſiue ante ſententiam, ſiue poſt fuerit appellatum: niſi appellans, priuſquàm citaretur, iter arripuiſſet ad ſedem Apoſtolicam veniendi. Quòd autem quæſiuiſti, ſi aliquis appellauerit, quia delegatus iudex ſuper ſuggeſtione falſi audire probationes recuſat, an appellatio teneat, hoc tuam volumus diſcretionem tenere, ꝙ in eo caſu debet appellationi deferri. Ab vno verò iudicum, appellatione remota, in cauſa procedi non poteſt, niſi hoc ſpeciale in literis commiſſorijs exprimatur.

Lucius Tertius. *Cap.* 14.

QVoniã ex plenitudine poteſtatis &c. & infrà: Conſulere decreuiſti, de quibus perſonis intelligendum ſit, vnam alteri in Eccleſiaſticis beneficijs ſuccedere non debere: vtrùm ſcilicet de ſacerdotibus & eorum filijs duntaxàt, an & de alijs quibuſdã perſonis. Noueritis ergò ꝙ ad eccleſiaſtica beneficia nullum ſecundùm canones admittendum credimus, niſi ex electione canonica vocatum. Sacerdotum verò filios, & maximè in ſacerdotio genitos, his tẽporibus ſuis ſuccedere parentibus, quarumlibet regionum conſuetudo & in donis ciuilibus prohibet, & canones in eccleſiaſticis multo fortiùs prohibent & execrãtur. Perſonarum quoque filios citra ſacros ordines conſtitutarũ plerunque, ſi tamẽ merita ſuffragãtur, parentibus ſuis ſuccedere conniuentibus oculis toleramus. Exẽplo nanque pernicioſum eſt graue, talia in Eccleſia pullulare, per quæ & laicis ſcandalum generetur. Sanè tam has perſonas, quàm illas, ab alijs non repellimus beneficijs, ſi digni inueniantur.

Alexander tertius Abbatibus Ciſtercieñ. in Capitulo Ciſtercieñ. congregatis.
Cap. 15.

REcolentes qualiter hæc plantatio ſancta, hæc vitis fructifera, hæc denique vinea Dñi Sabaoth, ſub primis ordinis patribus pullulauit &c. & infrà: Nunc autem aliqui ex vobis priſtinæ inſtitutionis obliti penitùs vel ignari, contra ordinis veſtri gloriam & decorẽ, villas, molendina, Eccleſias & altaria poſſident, fidelitates & hominia ſuſcipiunt ruſticos & tributarios tenent: & omne ſtudium adhibent, vt termini eorum dilatentur, quorum conuerſatio eſſe debebat in cœlis. Læditur hinc ordo penitùs & mutatur &c. & infrà: Ideoq; ſanctum & venerabile collegium veſtrum precibus & monitis, quibus poſſumus, exhortamur, quatenùs domus illæ quæ à prima ſuî origine in ordine veſtro ſunt fundatæ, conſtitutis & ordinatis terminis ſint contentæ: nec velint ad ea manus extendere, quæ ſinè laboribus & periculis multis, & demùm ſinè ordinis magna confuſione minimè poterunt retinere. Si enim relictis originalibus ordinis ſtatutis, ad cõmunionẽ volueritis aliorum monaſteriorum viam diuertere, oportebit & vos communi iure cenſeri: quia dignum eſt, vt qui ſimilem cum alijs ſuſcipiunt vitam, ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam. Quoniam domus illæ, quæ de alijs inſtitutionibus ad veſtrum ſe ordinem tranſtulerunt, veſtris omninò ſatagunt vſibus conformari, vt relictis videlicet poſſeſſionibus vel mutatis, quas veſtra inſtitutio non recipit, ſic ſe in omnibus veſtræ religioni coaptent, vt quemadmodùm ſe gaudent in ſocietate ordinis, mutatione habitûs & obſeruatione regulari aſſumptos, ſic etiàm in paritate temporalium rerum ſe lætentur veſtris inſtitutionibus conformatos. Sanè ſi ſuper poſſeſſionibus ipſis in aliquo de monaſterijs veſtris Apoſtolicę ſedis authoritas diſpenſauit, à nullo veſtrum ſumendum eſt exemplum: quia temerarium eſt penitùs & abſurdum & indignum, aliquem ſua ſibi authoritate præſumere, quod Romana Eccleſia alicui monaſterio, certa ratione inſpecta, ſingularibus voluit beneficijs indulgere.

Iſa. 5.
Phil. 4.

Rhemenſi Archiepiſcopo.
Cap. 16.

CVm H. diù vinculo excommunicationis fuiſſet addſtrictus, tandèm præſtito iuramento, quòd exinde iudicio Eccleſię ſtare deberet, beneficium abſolutionis obtinuit: ſed continuò ad ſedem Apoſtolicam poſt abſolutionem appellauit: & anno

Poteſt aliquis per ſe, ꝑ aliũ: nec per ſe, nec per alium, per ſe, nõ per alium: per alium, nõ per ſe.

anno tranſacto vltrà, per ſe vel per alium appellationem proſequi contempſit. Quoniam igitur deriſoriè appellare videtur, qui appellationem interpoſitam non proſequitur, fraternitati veſtræ per A.S. præſentibus mandamus, quatenùs vtraque parte coram te conuocata, ſi tibi conſtiterit, quòd tanto tempore appellationem proſequi contempſerit, tu ipſum iudicio tuo ſtare ſub excommunicationis diſtrictione compellas.

Cap. 17.

EIus qui modò vult redire ad priorem vxorem, quam priùs negauit, Eccleſia teſtimonium non recipit: quia variauit verbum ſuum, & contra ſemetipſum teſtimonium tulit, & abſtulit ſibi fidem in vtroque, vt coniugij ſacramentum adinuicèm non eſſe videretur, & opus carnalis commercij contradiceretur.

Cap. 18.

1. Cor. 7. a

VI R poteſtatem ſui corporis non habet, ſed mulier: nec mulier poteſtatem ſui corporis habet, ſed vir. Poteſt ergò vir ſiue mulier peccato ſuo facere, vt poteſtatem in corpore alterius perdat: ſed facere non poteſt, vt alteri poteſtatem ſui corporis quantùm in ſe eſt, tollat. Quod ſuum ius eſt, perdere poteſt: quod ſuum non eſt, tollere non poteſt. Si faciat ergò, vt debitum ſuum in corpore alterius iure exigere non poſſit: non tamen facere poteſt, vt debitum alterius in ſuo corpore negare poſſit.

Cap. 19.

DE voto peregrinationis an eleemoſynis poſſit, vel per alium redimi, tibi nihilominùs reſpondemus, quòd ab eius qui præſidet, dependet arbitrio, vt conſideret & attendat diligentiùs qualitatem perſonæ, & cauſam commutationis, ſcilicet an id ex infirmitate, ſeu affluentia diuitiarum contingat: & vtrùm peregrinatio, an recompenſatio vtilior ſit, & DEO magis accepta, & ſecundùm hoc debet exindè diſpenſare.

Remenſi archiepiſcopo.
Cap. 20.

CVM CHRISTVS perfectus ſit DEVS & perfectus homo, mirum eſt qua temeritate quiſquam dicere præſumat, quòd CHRISTVS non ſit aliquid ſecundùm quod homo. Nè autem tanta in Eccleſia DEI poſſit nequitia ſuboriri, vel error induci: fraternitati tuæ &c. quatenùs conuocatis magiſtris ſcholarum Pariſienſium & Rhemeñ. & aliarum ciuitatum, authoritate noſtra interdicas ſub anathemate, nè quis decœterò audeat dicere, CHRISTVM non eſſe aliquid ſecundùm quod homo: quia ſicut CHRISTVS eſt verus DEVS, ità verus homo, ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens.

CAP. PRIMVM.

Pars L. & vltima. Huiuſetiã titulus in archetypo deſiderabatur.

ET S I quęſtiones tuas de feruore religionis exurgere, & te eas ex intimæ deuotionis affectu, quam circa nos & Eccleſiam habes, ad noſtram deuotionem perferri nullatenùs ignoremus, non tamen eſt vltrà, quàm oporteat, in huiuſmodi dubitandum, cùm leges humanæ dicant, quòd quidam tenui religione contenti, ſacramenta & *neceſſaria & legitima exhibere contemnunt. Tenuem enim vocant religionem, quæ in talibus hæſitat, vbi non eſt aliquatenùs hęſitandum. Vndè etiàm Pſalmiſta dicit: Trepidauerunt timore vbi non erat timor. In hoc autẽ quòd dilectus, filius noſter Petrus ſancti Laurentij in Damaſo presbyter cardinalis, tunc verò ſancti Euſtachij diaconus, & Apoſtolicæ ſedis legatus, pro electione tua & vt tibi pallium deferret, ad partes illas acceſſit: dilectus filius noſter Albanus frater tuus, eius præſciens neceſſitatem, eidem cardinali equum vnum, te penitùs ignorante, tranſmiſit: quoniam per mare ueniens, nullas aut paucas ſecum adduxerat equitaturas: te nullo modo timere oportet, cùm in accipiendis, vel dandis muneribus tria ſint maximè attendenda, perſonæ ſcilicet dantis, & recipientis qualitas, muneris quantitas, & tempus donationis. Qualitatem perſonarum, vt à quo & cui, videlicet an à paupere diuiti, an econuerſo, ſiue à diuite locupleti datum fuerit, ſolicitè conſideremus. Æſtimationem muneris & donationis tempus attendimus, ſi magni vel minoris precij res data exiſtat, & an inſtante neceſſitate, an alio tempore conferatur, diligentiùs inſpiciamus. Quibus ſiquidem inſpectis, in præſcripta quæſtione tua nihil repræhenſibilitate dignum inuenimus, quod ſolicitudini tuæ in ſequentibus manifeſtiùs apparebit. Si enim prædictorum cardinalis & fratris perſonarum qualitatem recta conſideratione penſamus, non fuit magnum, ab eodem fratre tuo Cardinali vnum equũ indè tranſmitti, quem etiàm ioculatori vir tantus & tam abundans non petenti donaret. Verùm ſi temporis neceſſitatem perpendimus, non alia ratione hoc conſtat factum fuiſſe, quàm vt cardinali in tali ſubueniretur articulo. Quarè ſuper hoc in conſcientia tua nullus debet vnquàm ſcrupulus dubitationis emergere, cùm res data, modici precij quantùm ad perſonam dantis & accipientis, extiterit: nec alteruter eorum aliquid in mente habuerit, quod tibi poſſit, vel debeat quãlibet vel in modico lęſionem inferre: etſi ante electionis examinationem & pallij receptionem, cùm te nolente & penitùs ignorante ſit factum, vt equus neceſſitate tranſmiſſus fuerit & collatus, nec etiàm res tãti pcij reputet, q̃ accipiẽtis animũ multùm mo-

*neceſſariè & legitimè exhibenda.

Pſal. 13. b & 52. b

Quæ tria in dandis vel accipiendis muneribus attendenda.

uere deberet, aut ab honeſtatis propoſito declinare. Quod autem ſcriptum eſt, Bea-
Eſa. 33.c tus qui excutit manus ſuas ab omni munere: de illis donis dictum eſt, quæ accipientis animum allicere & inuertere ſolẽt. Quo-
for. * etſi niam * ſi ipſa etiam perſona electi, vel ordinatori vel conſecratori ſuo electuarium, medicinas, aut de optimo vino, ſiue de alijs huiuſmodi, quæ modici precij fuerint, & quæ voluntatem recipientis inclinare, vel mouere non debeant, offerat: non tamen Romana Eccleſia dantem, vel accipientem delinquere interpretari conſueuit, niſi alia interuenirent ex pacto. De cætero licet, ſicut tuæ literæ continebant, quòd Epiſcopus nec in electione ſua Eccleſiæ ſuę indemnitatem promittat, ſacris canonibus prohibeatur, ſed tamen propter hoc, verba fratris tui nullam deberent animo tuo perturbationem, vel dubitationem ingerere, cùm etſi regi, qualem dixiſti, te ignorante, promiſſionẽ feciſſet, exindè nullatenùs tenereris. Quoniam capitulum illud de perſona ſacerdotis electi, ſpecialiter eſt intelligendum. Verùm quanuis frater tuus, te neſciente, huius ſecuritatem præſtiterit, quod tamen non conſtat, ideo poteſt perpendi, quod non alicuius læſionis maculam propter hoc incurras, vel contrahas, cùm, ſicut fraternitatis tua non ignorat, ſanctorum patrum inſtituta determinant, quòd puer qui ad aliquam Eccleſiam à parentibus ſuis pecunia interueniente offertur, etſi ad tempus iubeatur, ab eadem Eccleſia remoueri, poſtmodùm, non ſolùm ad aliam, ſed ad ipſam vndè remouetur, poteſt aſſumi. De quibus colligitur, quòd cùm tu quandò verba præſcripta
Locus obſcurus. proferri debuerant ad Eccleſiam agere natura electus, à qua iamdiù ad aliam aſſumptus fuiſti, non ſolùm ſecundam, in qua modò exiſtis, ſed & priorem diſpenſationem poſſes habere. Ideoque debes omnem ab animo tuo dubitationem auellere, cùm & ſi hoc conſtaret, immunis appareas: nec oporteat te, ſi frater tuus ſecuritatem etiam præſtitiſſet, propter hoc quoquo modo timere, cùm ab Eccleſia illa iam pridem tranſieris, & ad aliam deincèps aſſumptus fueris, in qua iamdiù manſiſti. Quapropter non fuit neceſsè, vt alicui perſonæ. Imperatori ſcilicet, regi aut alii, exinde ſcriberemus, cùm nos nec minimum conſcientiæ ſcrupulum ex hoc ſuboriri noſcamus.

Item Bituricenſi epiſcopo, ex eodem libro. Cap. 2.

RElatum eſt, & nobis ex tua parte monſtratum, quòd cauſis matrimoniorum tuæ diœceſis ad te delatis, cùm in eorum executione velles procedere, illi qui impetuntur, ad audientiam noſtram appellant, vt per huiuſmodi appellationes poſſint iudicium declinare. Vndè quoniam veſtra intereſt, prauorum intentionem reprimere, & peccandi occaſionem eiſdem auferre: fraternitati tuæ per A.S. mandamus, quatenùs ſi qui parochianorum tuorum de linea conſanguinitatis impetiti, vlteriùs ab audientia tua ad ſedem Apoſtolicam in vocem appellationis prorupterint, ſi coniuncti non fuerint, eos ſub anathematis interminatione coniungi prohibeas, donèc appellationem proſequãtur, aut iudicio tuo ſtare obediant. Si vero fuerint coniuncti, eis conuenientem terminum proſequendæ appellationis, vel ſtandi iudicio tuo, præfigas: infra quem ſi neutrum adimpleuerint, eos ex tunc omni appellatione ceſſante, vinculo excommunicationis adſtringas, De cæterò Heruberto*

Idem in eodem libro ſecundo, Vu. Albanenſi Epiſcopo vicario noſtro. Cap. 3.

EX tuarum tenore literarũ accepimus, quòd N. clericus adeò deliquit, quòd ſi delictum eius publicum eſſet, ab ordine quem ſuſcepit, degradaretur, & ampliùs nõ poſſet ad ſupiores ordines promoueri. Verùm quoniam peccatum ipſum occultum eſt, & priuatum fore dixiſti: fraternitati tuæ per A.S. mandamus, quatenùs ei condignam pœnitentiam imponas, & ei ſuadeas, vt peracta, pœnitentia peracta, ordine ſuſcepto vtatur: & eo contentus exiſtens, ad ſuperiores ordines ampliùs non accedat. Veruntamen quia peccatum occultum eſt, ſi promoueri deſiderat, ei non potes, nec debes aliqua ratione prohibere. Propter occultum delictum, clericũ nõ repelli à pmotiõe.

Idem eidem in eodem. Cap. 4.

DE adoleſcente, qui mulierem quandam cognouit, & filiam eius poſteà matrimonio ſibi copulauit, cui iã per decẽnium cohabitauit, tuę prudentiæ reſpondemus, quòd ſi delictum eius, ſicut nobis ſignificaſti, occultum exiſtit, pœnitentia ſibi condigna debet imponi, nec ab vxore tanti ſceleris inſcia, eſt propterea ſeparandus. Si verò id notorium eſſe dinoſcitur, & ab vxore debet ſeparari, & ſinè ſpe cõiugii pmanere.

Idem Verulano epiſcopo, in eodem libro. Cap. 5.

EX relatione Latoris præſentium, & ex tenore tuarum literarum accepimus, quod cùm idem I. ſororem vxoris ſuæ carnaliter cognouiſſet, & cum ea diutiùs permãſiſſet, tu eos ab inuicèm ſeparaſti, & iam dictum I. ad noſtram audientiam deſtinare curaſti. Super quo vtique fraternitati tuæ Ex diſſimulatione cohabitare, non ex furore. duximus reſpondendum, vt eum Hieroſolymam ſtudeas deſtinare. Deindè cùm ad propria redierit, ne ex abſtinentia illorum fortè deteriùs contingat, diſſimulare poteris, quòd vxori ſuæ cohabitet, non tamen

vt eis

vt eis ad hoc licẽtiam tuam aut fauorem aliquatenùs indulgere videaris.

Idem Gradeñ. Patriarchæ, in eodem libro. Cap. 6.

EX tuarum literarum tenore accepimus, quòd V. presbyter viuendi leuitate vſus, cum quodam infami ad prauitatum locum immundos ſpiritus inuocaturus acceſſit. Vndè eum, quia propter hoc infamia laborat, & facinus publicum & notoriũ erat, ab officio & beneficio eccleſiaſtico ſuſpendiſti: Ipſe autem coram nobis viua voce propoſuit, quòd non ea intentione, vt inuocaret dæmonem, ierat: ſed vt per inſpectionem aſtrolabij, furtum cuiuſdam Eccleſiæ poſſet recuperare. Verùm licèt hoc ex bono zelo & ex ſimplicitate ſe feciſſet proponat, id tamen fuit grauiſſimum, & non modicam indè maculam contraxit. Sed quoniam tutius eſt, in dexteram quàm in ſiniſtram, & in miſericordiam quàm in ſeueritatem declinare: ipſum fraternitati tuæ duximus remittendum, monentes atque mandantes, vt ſecum miſericorditer agas, & ſibi infra octo dies poſt harum ſuſceptionem, eccleſiam cum omnibus ablatis reſtituas, & talem ei pro expiatione illius delicti pœnitentiam imponas, quòd per annum & ampliùs (ſi tibi viſum fuerit, ità tamen, quòd biennium non excedat) eum ab altaris adminiſtratione p̃cipias abſtinere: & exindè liberum ei ſit, officium ſacerdotale exercere.

Idem Verulano Epiſcopo. in eodem libro 1. Cap. 7.

QVòd te cum inimicis tuis &c. De cæterò quia fraternitatis tuæ quærit induſtria, vtrùm clerici qui infra ſubdiaconatûs ordinem conſtituti, quia continere carnis vitio coacti non valeant, vxore accipiunt, eccleſiaſtico ſpoliari poſſint beneficio canonicè: id tuam volumus experientiam tenere indubitata veritate, quòd cùm ſint voluptatibus & carnalibus deſiderijs dediti, ac diuinis & eccleſiaſticis ſacramentis contrectandis indigni, Eccleſiaſticis ſunt proculdubiò beneficijs priuandi. Sanè ſi eccleſijs quibus attitulati fuerant, de poſſeſſionibus aut alijs bonis ſuis aliqua contuliſſe noſcuntur, cùm ab earundem eccleſiarum miniſterio fuerint & beneficio ſequeſtrati, ad ipſas recta via dominium & proprietas ilicò debet abſque vlla contradictione redire.

Idem iudicibus Velleneñ. in eodem libro. Cap. 8.

REIatum eſt auribus noſtris, quòd cùm ad veſtræ diſcuſſionis examen aliqua ſuper teſtamentis Eccleſiæ cauſa deducitur, vos ſecundùm humanam, & non ſecundùm diuinã legem in ea vultis procedere: & niſi ſeptem aut quinque teſtes idonei producti fuerint, omninò non proponitis exindè iudicare. Vndè quia huiuſmodi de iudicijs eccleſię non ſecundùm leges, ſed ſecundùm canones debent tractari, & in his diuina ſcriptura teſtante, duo aut tres idonei teſtes ſufficiũt: diſcretioni veſtræ per A. S. mandamus, quatenùs cùm aliqua cauſa ſuper teſtamentis eccleſię relictis ad veſtrum fuerit examen deducta, eam non ſecundùm leges, ſed ſecundùm canones, iuxta decretorum ſtatuta, tractetis tribus vel duobus legitimis teſtibus requiſitis. quoniam ſcriptum eſt, In ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum. Deu. 17. b Matt. 18.

Idem præpoſito & canonicis in Sulcan. in eodem libro. Cap. 9.

SIgnificatum eſt nobis, quòd eccleſiaſticã ſacerdoti prębendam vnã in eccleſia veſtra communi conſenſu & volũtate dediſtis, ità quidem, quòd Miſſam de S. Maria, niſi ſit corporis infirmitate grauat⁹, debeat quotidiè celebrare, qui eccleſiam veſtram non niſi communi tam præpoſiti quàm capituli conſenſu, poteſt dimittere, nec cuiquam prębendæ illius anniuerſarium delegare. Quam ſiquidem conſtitutionem eatenùs confirmauimus, vt prædictus ſacerdos eccleſiæ, niſi infirmitate corporis fuerit impeditus, aſſiduè debeat officium ſuum impendere: & quãto feruentiùs poteſt, ſalua honeſtate ſua & debita deuotione Miſſarum ſolennia celebrare: nec ſibi liceat hoc, illinc ſe ad aliam Eccleſiam transferendo aut voluptatis cauſa ſubtrahere.

Idem Beluacen. epiſcopo. in eodem libro. Cap. 10.

SIgnificatum eſt nobis & pro certo monſtratum, quòd Griboldus nondùm incipiens eſſe quatuor decim annorum, timore magiſtri qui eum literis erudiebat, habitum religionis ſuſcepit in Eccleſia de Ruſſinis, & indè ſicut puer infra annum exiuit & per ſeculi vanitates iam ſex annis & eo ampliùs vagabundus diſcurrit. Vndè quoniam huius rei veritas nobis non conſtat, fraternitati tuę per A. S. mandamus, quatenùs rem ipſam diligenter inquiras, & ſi inueneris quòd non fuerit à parentibus oblatus, nec inceperit eſſe 14. annorum quandò ad religionem acceſſit, & eum infra 14. annum voti pœnituerit, & ab Eccleſia receſſerit, ſi in ſeculo voluerit remanere, eum ab ipſo voto quod fecit, authoritate pontificali abſoluas, & eum abſolutum tam in Eccleſia de Ruſſinis, quàm populo tuæ ciuitatis ſtudeas publicare. Si autem à parentibus fuit fortè oblatus, ſeu quartumdecimum annum compleuerat, cùm religionem intrauit, ſiue poſt 14. annum profeſſionẽ à ſe factam, ratam habuit, eum ad eãdem vel aliam religionem tranſire, eccleſiaſtica diſtrictione compellas.

Idem Salabrien. epiſcopo, in eodem libro.
Cap. 11.

PEruenit ad nos, quòd cùm tu Rog. filiũ Vuilhelmi Eccleſiæ tuæ canonicum, vt debitam in eadem Eccleſia reſidentiam faceret, monuiſſes, ad audientiam noſtram in appellationem prorupit, & appellationi ſuæ terminum, proximum feſtum B. Lucæ præfixit. Quoniam igitur indignum eſt, per eius vel aliorum ſubterfugia, præſcriptam Eccleſiam debitis obſequijs defraudari, cùm ipſe fruſtatoriæ dilationis cauſa appellâſſe videatur: fraternitati tuæ per A.S. mandamus, quatenùs præfatum Rog. diligenter & ſtudioſè commoneas, vt in eadem Eccleſia debitam, omni mora poſtpoſita, faciat reſidentiam, vel infra proximum feſtum B. Lucæ appellationem ſuam proſequuturus, ad nos veniendi iter arripiat. Interim verò alicui honeſtæ perſonæ vices eius in Eccleſia prætaxata exequendas committas: & tantùm ei de beneficijs illius, appellatione ceſſante, aſſignes, vndè poſſit congruè ſuſtentari. Quòd ſi prælibatus Rog. alterum iſtorum adimplere neglexerit, tu eum ex tunc præbenda ſua, omni appellatione & contradictione ceſſante, priues: & eam alicui viro diſcreto & honeſto, nullius appellatione admiſſa, concedas pariter & aſſignes.

Idem Tornacen. epiſcopo, in eodem libro.
Cap. 12.

VEniens ad nos mulier latrix præſentium, lachrymabili nobis confeſſione monſtrauit, quòd cùm de quodam filium genuiſſet, & ille ſibi turgido ſæpè vultu improperâſſet, quòd filius eius non eſſet, ipſa iracundiæ calore & furore animi ducta, eundem filium interfecit. Quo comperto, comes Flandreñ. eam totam terram ſuam vſque ad ſeptennium abiurare coegit, nisì de noſtra licentia * remaneret. Cumque ſe noſtro conſpectui præſentaſſet, & quòd crucem ſuſcepiſſet, Hieroſolymam ſe profecturam monſtraſſet, nos uidentes quòd in partibus illis præſentia illius non poſſet eſſe vtilis, ſed damnoſa; eam ab Hieroſolymitano itinere reuocantes, ipſam fraternitati tuæ duximus remittendam, præſentium authoritatate mandantes, quatenus prædictam mulierem labores inducere, vt in aliquod monaſterium tui epiſcopatus tranſeat, & ibi peccata ſua perpetua pœnitentia deploret. Si autem repugnante carnis fragilitate, ad hoc induci noluerit, ei licentiam nubendi in Domino tribuas: quia tutius nobis videtur, vt in Domino nubat, & uni ſoli, quàm multis, adhæreat.

fort. * remearet.

Cap. 13.

RElatum eſt auribus noſtris, quòd cùm quidam vir nobilis * Arcorelia nomine, M. mulierem de * Orcia quondàm vxorem ſuam ſuſpectam haberet, fratri & militibus ſuis præcepit, vt eam longè ad priuata loca deducerent, & gladio occiderent. Qui cùm ipſam ad quandam ſyluam duxiſſent, & euaginato gladio occidere vellent, eadem ad pedes cognati cecidit, & vt ſibi vitam ſeruaret, lachrymoſa ſupplicatione rogauit. Cognatus uerò & pietate & miſericordia motus, ei ſub conditione pepercit, quòd in monaſterio de Tolabres habitum monaſticum deberet ſuſcipere. Quo audito, maritus eius quia reſeruata erat ad vitam, graue plurimùm tulit: ſed tamen poſtmodùm acquieuit, ſicque factum eſt, quòd duos Epiſcopos Cæſaraugustaneñ. & Tiraſoneñ. vt eam benedicerent, & illi velum imponerent, ad monaſterium ipſum adduxit. Epiſcopi verò rem ignorantes, & quia iuuenis erat, & filium haberet paruulum, mutationem vitæ ſuæ ſuſpectam habentes, eam ſeorsùm conuenerunt. Quæ vtiquè rem per ordinem patefaciens, quòd mortis timore, & non bono animo monaſterium intraret: & quandocunque poſſet, indè exiret, nihilominùs adiecit. Tunc epiſcopis de morte eius timentibus, & quòd ab ea audierant, propalare nolentibus, alter eorum, Tiraſoneñ. ſcilicet, vt viri illius tyrannidi ſatisfacere videretur, mulieri imponere velum ſimulauit. Tandèm autem viro & fratre de medio ſublatis, prædicta mulier de monaſterio exiuit, & cuidam nobili P. nomine de * Caberñ. nupſit. Sorores autem cùm reclamâſſent, & epiſcopo Calaguritañ. conqueſtæ fuiſſent, & epiſcopus non poſſet eam videre, neque ſuper his conuenire, ad inſtantiam ſororum, eam & virum quem acceperat, excommunicauit, & totam terram eius interdixit, ignorans penitùs quomodò res proceſſiſſet. Quam vtiquè ſententiam venerabilis frater noſter Tarraconeñ. archiepiſcopus poſtmodùm confirmauit. Nos igitur de prudentia & honeſtate veſtra confidentes, cauſam ipſam experientiæ veſtræ duximus committendam, & fine debito terminandam. Ideoque diſcretioni veſtrę per A.S. mandamus, quatenùs prædictam mulierem & virum, recepto iuramento, quòd noſtro debeant ſtare mandato, ab excommunicatione abſoluatis. Deindè tam mulierem quàm prioriſſam & moniales pręſcripti monaſterij ad præſentiam tuam conuocantes, cauſam diligentiùs audiatis, & fine canonico terminetis. Quòd ſi legitimè probatum fuerit, non timore mortis prædictam mulierem religionem intrâſſe, aut quod fecit poſteà ratum habuiſſe: ipſam ad monaſterium redire, & habitum depoſitum reſumere, cenſura Eccleſiaſtica compellatis.

Idem Gaiaceñ. electo, in eodem lib. 8.
Cap. 14.

CVm Petrus Mancouela, & Bonus * Caci presbyteri, & Ioannes Bonus * Coci laicus,

cus, in noſtra eſſent præſentia conſtituti, eundem Ioannem, quoniam laicus erat in iam dicti P. accuſationem nequaquàm admiſimus. Cumque præfatus B. eundem P. ſuper crimine Simoniæ conſtantiùs accuſaret, nos eum, quoniam in cauſæ teſtimonium fuit adductus, & quia frater eius, I. ſcilicet, iam dictum P. priùs coram te accuſauerat, repulimus, præſertim cùm frater Petri, Bonum * Coci anteà de cauſa conſimili accuſaſſet. Verùm quoniam vnus poſt alterum prædictum inſtante viciſſitudine accuſabat, neutrum ad eius accuſationem admiſimus, ſed vtique de obiectis criminibus purgationẽ duximus indicendam. Indè ſiquidem eſt, quòd diſcretioni veſtræ per A. S. mandamus, quatenùs vtrunque illorum ſecum tribus ſacerdotibus facias infra triginta dies poſt harum ſuſceptionem purgare. Purgatores verò, illius honeſtatis & opinionis eſſe volumus, quòd veriſimile ſit, eos nolle amore vel odio ſeu obtentu pecuniæ peierare. Vt autem idonei appareant, neceſsè eſt, eius quem purgare debent, vitam & conuerſationem noſcant: Quòd ſi vterque illorum vel alter in purgatione defecerit, tu deficientem omni officio & beneficio Eccleſiaſtico priues, tibi omnimodò præcauens, quòd ſi memorato P. in ſua voluerit purgatione aſſiſtere, nullam eis maleuolentiam vel indignationem oſtendas: nec eos amodò impedias, vel ab alijs, quantùm in te eſt, impediri permittas.

Idem Noruuicen. epiſcopo. in eodem libro. Cap. 15.

VEnientis ad nos Ro. clerici narratione audiuimus, quòd cùm in puerili ætate conſtitutus fuiſſet, ſe Hieroſolymam diſpoſuit profecturum: & cuidam conſocio ſuo, qui nihilominùs Dominicum ſepulcrum propoſuerat viſitare, fidem dedit, & ſuam ab eo fidem recepit, quòd, ſibi inuicèm in via fideles exiſterent, & bonam ſocietatem ſeruarent. Qui vtiquè ſolicita mente reuouens, ad nos acceſſit, vt ſibi ſuper hoc noſtrum * auxilium aperiremus. Nos autem ipſum graui infirmitate laborare, ſicut aſſerit, intelligentes, & quòd in partibus Orientis eius aduentus parum vtilitatis conferret, diligentiùs attendentes, præſertim cùm ſit clericis illicitum in ſacris ordinibus conſtitutis arma aſſumere, aut effuſioni ſanguinis vacare, ipſum à voto quod in ætate tenera, facilitate animi potiùs, quàm ex arbitrio diſcretionis promiſit, abſoluimus: ità tamen, quòd idem votum eleemoſynis redimere debeat, & iuxta conſilium noſtrum toto vitæ ſuæ tempore vni pauperum Chriſti, dum ad hoc ſuæ ſufficiant facultates, tam in victu quàm in veſtitu, prouidere.

* conſiliũ

Idem Vuigornien. epiſcopo. in 12. libro Regiſtri. Cap. 16.

EX parte tua huiuſmodi nobis conqueſtio propoſita fuit, vtrùm monachi in accuſatione abbatum ſuorum aliquatenùs ſint admittendi. Super quo vtiquè tuæ prudentiæ reſpondemus, quòd niſi alia rationabilis cauſa impediat & manifeſta, eò quòd monachi de obedientia, & ſubiectione abbatis ſunt, ab eius accuſatione non ſunt vllatenùs repellendi, licèt alios accuſare non poſſint. Quibus ſiquidem, cùm proprium non habeant, de rebus monaſterij expenſæ debent neceſſariæ, donèc cauſa debitum finem recipiat, miniſtrari. De confirmationibus autem Ro. pontificum, tuam volumus cognitionem tenere, quòd contra illas niſi nouum Apoſtolicæ ſedis mandatum procedat, aut certum ſit quòd ipſæ confirmationes per falſam ſint ſuggeſtionem obtentæ, non eſt aliquatenùs iudicandum.

Idem Beluacen. Epiſcopo. Cap. 17.

QVod nobis ex vna parte ſignificatum eſt, vt in clandiſtinis matrimonijs diſpenſare deberemus, non videmus quę diſpenſatio ſit ſuper his adhibenda. Si enim matrimonia ità occultè contrahantur, quòd exindè legitimi teſtes non appareant, hi qui ea contrahunt, non ſunt aliquatenùs ab Eccleſia compellendi. Veruntamen ea, quæ ſic contracta ſunt, ſi perſonæ contrahentium voluerint publicare, niſi rationabilis cauſa præpediat, ab Eccleſia recipienda ſunt ac comprobanda, tanquàm à principio in conſpectu Eccleſiæ contraherentur. Si qui autem de clandeſtino matrimonio poſtmodùm ab Eccleſia comprobato & rato habito, geniti fuerint, eos legitimos iudices filios & hæredes.

De in clã deſtino matrimonio genitis.

Idem Hieroſolymitano Patriarchæ. Cap. 18.

NOuit pleniùs, ſicut credimus, tuæ diſcretiones prudentia, qualiter tu & fratres tui vnum corpus ſitis: ità quòd tu caput, & fratres tui membra eſſe comprobantur. Vndè non decet omiſſis membris, te aliorum conſilio in eccleſiæ tuæ negocijs vti, cùm id non ſit dubium, & honeſtati tuæ & ſanctorum patrum inſtitutionibus contraire. Innotuit autem auribus noſtris, quòd tu ſinè conſilio fratrum tuorum, abbates, abbatiſſas, & cæteras perſonas Eccleſiaſticas inſtituis ac deſtituis, non conſiderans & attendens, quomodò te non ſit dubium ſacros canones tranſgredi, cum in huiuſmodi cauſis & clericorum & laicorum circa te commorantium, qui de corpore ipſius Eccleſiæ non ſunt, potiùs quàm fratrum tuorum conſilio vti dicaris. Indè eſt quòd Apoſtolica authoritate prohibemus, nè abba-

tes, abbatiſſas, vel alias perſunas eccleſiaſti-
cas ſinè aſſenſu & conſilio prioris & fratrum
tuorum canonicorom inſtituere, vel deſti-
tuere, aliqua decætetò ratione præſumas.
Quòd ſi ſurtè, quod non credimus, contra
præceptum oostrum veoire præſompſeris,
nos tales inſtitutiones & deſtituiiones, ſi
quas amodò feceris, caſſamus, & omoi ro-
bore decernimus & ſtabilitate carere.

Idem eidem in eodem libro.
Cap. 19.

QVanto maiori dignitate, dante Do-
mino, præmines, tanto te decet am-
pliùs & oportet in omnibus eam diligen-
tiam & grauitatem habere, qoòd omnia vi-
dearis ſinè noia & repræhenſione peragere,
& laudabiliter iniunctæ tibi ſolicitudinis
officium diſpenſare. Audinimus autem vn-
dè & mirati ſumus, ſicut & meritò indè mi-
rari poſſumus, quòd in conceſſionibus &
* videtur deeſſe, aō confitmationibus iuxta conſilium & volun-
tatem eorū* procedis, & in prioilegijs, quod
tuam non decet honeſtatem, ad maiorem
authoritatem & certitudinem nomina fra-
trum tuorum, qui abſentes fuerint, tan-
quàm ſi præſentes fuiſſent, facis ſubſcribi.
Quia igitut non decet prudentiam tuam, in
negocijs tibi commiſſæ eccleſiæ conſilium
* poſtponere, fratrum tuorum * proponere, cum quibus
vnom corpus exiſtere comprobaris: frater-
nitati tuæ p A.S. mãdamus, quatenùs in con-
ceſſionibus, confirmationibus, & alijs eiuſ-
dem eccleſiæ negocijs fratres tuos requiras,
& cum eorum conſilio, vel ſanioris partis,
eadem negocia peragas & pertractes: vt quæ
ſtatuenda fuerint, ſtatuas, & errata corri-
gas, & euellanda diſſipes & euellas: nec ab-
ſentium fratrum nomina aliquatenùs ſcribi
faciss, quia talia munimenta, irrita ſunt &
falſa: & tu exindè quæſtionem falſi non im-
meritò poteris formidare. Nos enim vniuer-
ſa prioilegia, in qoibus abſentium fratrum
nomina, ipſis ignorantibus vel abſentibus,
ſubſcripta ſunt, vel amodò ſcribentur, irri-
ta eſſe decernimos, & nullius firmitatis ro-
bur habere cenſemus.

Idem Huboldo Hoſtien. Epiſcopo, & archi-
presbytero & canonicis Vuellectur.
in 13. *libro Regiſtri.*
Cap. 20.

CVm eſſes frater epiſcope in præſentia
noſtra conſtitutus, diligenti nobis
aſſertione innotoiſti, talem in epiſcopatu
tuo inoleuiſſe conſuetudinem, quòd teſta-
menta quæ fiuot in vltima voluntate, vt ab
his qui poteſtatem habent ſuper alios, pe-
nitùs reſcindantur, niſi cùm ſubſcriptione
ſeptem aut quioque teſtium fiant, ſecūdùm
quod humanæ leges decetouot. Quia verò
à diuina lege & ſanctorum patrom ſtatutis,
Deu.17.b & à generali conſuetudine Eccleſiæ, id eſſe
noſcitur alienum, cùm ſcriptum ſit, in ore
duorum vel trium teſtium ſtet omne ver-
bum: præſcriptam conſuetudinem penitùs
improbamus, & teſtamenta, quæ parochia-
ni veſtri coram presbytero ſuo, & tribus vel
duabus alijs perſonis idoneis in extrema
voluntate decætetò fecerint, & firma decer-
nimus permanere, & robur perpetuę firmi-
tatis obtinere, ſub interminatione aoathe-
matis prohibentes, oè quis præſumpoooe
qualibet, hoioſmodi audeat reſcindere te-
ſtamenta. Præterea cùm principes &c.

Idem Carnoten. Epiſcopo. in 14. *libro Re-*
giſtri. Pars illius capituli, Cum
ſacroſancta Romana.
Cap. 21.

SIgnificâſti nobis quendam presbyterum
cum alterius conioge diabolico inſtinctu
in Eccleſia frequenter, ſicut aſſeris, dormi-
uiſſe: quæ vtiquè ſe & illom ſacerdoti cui-
dam huiuſmodi delictum confeſſos fuiſſe,
publicè ſibi detexit. & hoc ipſum idem ſa-
cerdos nomen adulteri celans, io præſentia
tua dixit. Soper quo quid fieri debeat, cùm
negante adultero, mulier in cõfeſſione per-
ſiſtat, ab Apoſtolica ſede conſilium requiſi-
ſti. Nos ergò iuxta ſanctorum patrū decre-
ta volumus, vt condignā pœnitentiam adol-
teræ præfatæ imponens, eccleſiam prelliba-
tam per adſperſionem aquæ ſanctificandæ
reconcilies. Prædicto autem ſacerdoti, nè
contra Apoſtolum infirmorum corda, mala 1. Cor.8.a
famæ ipſius percutiantur, & nè noſtrum vi- 2.Cor.9.
tuperetur miniſterium, nec ſecuriores pre-
sbyteri exiſtentes, prolabantur licentius in
peccatum, cum vicinis quinque presbyteris,
quos ſe nolle peierare cognoueris, iuxta
arbitrium ſuum purgationē indicas. Quòd
ſi ſe purgare poterit, in officio ſoo permit-
tas ipſum miniſtrare: Si verò non poterit,
ipſum ab officio ſuo ſuſpendere nulla ratio-
ne poſtpooas.

Idem eidem in eodem.
Cap. 22.

QVæſiuit à nobis tua fraternitas, vtrum
ſacerdos vno clerico tantùm præſen-
te, infirmum debeat inungere: & qua die
feſtum Matthiæ in anno biſextili debeat ob-
ſeruari, præſertim cùm quidam inter vigi-
liam & feſtum veliot interponere diem: &
vtrùm mulier pro latrocinio, aut alio quo-
libet crimine, à viro ſuo debeat ſeparari,
& alij nubere: & de viro ſimili modo expo-
ſuiſti quæſtionem, vtrùm pro quolibet fla-
gitio poſſit à coniuge ſua diuidi, & aliam ſi-
bi legitimo matrimonio copulare. Nos ita-
que tibi duximus taliter reſpondendum, q
ſacerdos vno præſente clerico, & etiàm ſo-
lus poteſt infirmum inungere. Feſtum vero
B. Matthiæ iuxta regulam Eccleſiaſticam vi-
gilia eatenùs præcedat, vt nec pro biſſexto,

nec

nec quolibet alio modo inter ſe & ſolẽnitatem admittat alium diem, in qua vtiquè vigilia, niſi eueniat in Dominica die ieiunium celebratur. Ipſum autem feſtum ſiue fiat in præſenti die, ſiue in ſequenti, qui duo quaſi pro vno reputantur nullus error, ſed Eccleſiæ conſuetudo teneatur. Quòd autem mulier pro furto vel quolibet alio crimine à viro ſeparetur, & alij nubere poſſit, & viro ſimiliter eadem lege conſtituatur; taliter reſpondemus, quòd mulier pro furto vel alio crimine viri ſui, niſi ipſe eam ad maleficia ſua trahere nitatur, & fidei ſuæ religionem corrumpere velit, non debet ab eo ſeparari, nec alij aliqua ratione copulari. Verùm ſi coniugem ſuam ad errorem traxerit, & ad maleficium, mulier à viro recedere poterit & ſeparari, ità quòd ei alij nubere non licebit: quia licèt ſeparentur, tamen coniuges erunt ſemper. Viris quoquè præſens ſententia ſeruetur.

Idem Epiſcopo & archidiacono Vicentino in 12 libro Regiſtri. Cap. 23.

PErlatum eſt ad audientiam noſtram, quòd *Heremam filius quondàm Lazari, ad partes Conſtantinopolitanas tranſiens, ibidèm moram per decennium & ampliùs fecit, & ad Viuianam filiam Eulardi vxorem ſuam non redijt. Ipſa verò apud bonæ memoriæ I. quondam Vicentinum Epiſcopum aduersùs virum ſuum querelam depoſuit: & quòd eum non poſſet diutiùs expectare, nihilominùs allegauit. Epiſcopus verò, ſicut vir prouidus & diſcretus, parentibus viri mandauit, vt pro eo mitterent, & ipſum ad propria reuocarent. Cumque elapſo longo temporis ſpatio, prædictus vir ad propria non remearet, Epiſcopus in conſpectu Eccleſiæ auditis allegationibus mulieris, inter eos diuortij ſententiam promulgauit, & mulieri, vt alium virum duceret, plenariam facultatem indulſit. Quia igitur huius rei veritas nobis non conſtat, diſcretioni veſtræ per A.S. mandamus, quatenùs rem ipſam diligenter inueſtigetis, & ſi vobis conſtiterit, quòd epiſcopus diuortij ſententiam inter eos tulerit, filios eius quos de Achardi filio quondàm Rad. ad cuius copulam authoritate prædicti Epiſcopi ſinè quæſtione & contradictione Eccleſiæ migrauit, ſuſtulerit, ab hæreditate non patiamini excludi, ſed eos legitimos iudicetis: & ſi quis contra hoc venire voluerit, ei authoritate Apoſtolica ſilentium penitùs imponatis.

*Butigeñ. *Lucius III. * Nebeberen. epiſcopo in Regiſtro. Cap. 24.*

CVm cauſam, quæ eſt inter E. militem & vxorem eius, tuæ commiſiſſemus experientiæ terminandam, miles repetens mulierem legitimè ſibi nupſiſſe, per probationes canonicas ſe conſtanter aſſeruit probaturum: fœmina verò propoſuit, quòd dominorum & parentum ſuorum ſuggeſtione alteri viro tradita, ab illius militis amore diuertit, qui à parentibus eam priùs rapuerat, illa tamen nolente, vt dicitur, & poſtmodùm, priuſquàm eam cognoſceret, deſponſauit. Deindè incluſa eſt in monaſterio monialium, vbi & detinetur. Vndè quoniam ſuper his prudentia tua ſedem duxit Apoſtolicam conſulendam, ſignificatione preſentium tibi reſpondemus, quòd cùm ibi raptus dicatur admitti, vbi nihil de nuptijs antè agitur; iſte raptor dici non debet cùm habuerit conſenſum mulieris; & priùs deſponſauerit eam, quàm cognouerit, licèt parentes fortſitan reclamarent. Preterea cùm poſt matrimonium carnis permixtione perfectum, teſte Apoſtolo, vxor ſui corporis po- 1.Cor.7.a teſtatem non habet, ſed maritus, & econuerſò: ſi preceſſiſſe matrimonium, vel ex probationibus viri canonicis, vel ex mulieris confeſſione clarueſtr, poſtmodùm ſinè aſſenſu viri non potuit fœmina monaſterium ingredi, aut aliter continentiam profiteri. Non ergò pro eo quòd de monaſterio poſt matrimonium conſummatum per virum rapta fuerit, eius poterit conſortium declinare, dummodò probari nequeat, virum, vt mulier profiteretur continentiam, aſſenſiſſe.

Idem Pariſienſi epiſcopo. Cap. 25.

INtelleximus ex literis tuis, quòd M. latrix præſentium, diabolico furore accenſa, quandam filiam ſuam multotiès animo perimendi aggreſſa, tandèm ſuggerente eo, qui fidelium perditione lætatur, letali vulnere iugulauit: propter quod Dominus terræ, maritum eius ipſam coegit abiurare. Quia verò illum & illam pariter filios habere intimâſti, vndè circa ipſius exilium debeat diſpenſari, nos de diſcretione tua plenam fiduciam habentes, eam tuæ duximus prouidentiæ remittendam: per A.S. tibi mandantes, quatenùs ità ſuper hoc prouideas, vt ſui ſceleris pœnam luat, & ſaluti eius & filiorum ipſius per prouidentiam tuam in Domino conſulatur: nec obſtante propoſito iuramento, quòd ab ea dictus dominus proponitur extorſiſſe, eam (ſi expedire videris) viro ſuo & rebus ſuis reſtituas, ità quòd filios ſuos liberè poſſit & pacificè gubernare.

Alexander 3. Arelateñ. archiepiſcopo, & ſanctæ Mariæ inuiolatæ diacono cardinali in 12 libro Regiſtri. Cap. 26.

CAuſa matrimonij, quæ inter Ermengard mulierem & * Blatium agitari dinoſcitur, venerabilibus fratribus noſtris Foroiulieñ. & Vapinceñ. Epiſcopis meminimus commiſiſſe. Quibus vtiquè in vnum conuenien-

conuenientibus, eandemque mulierem, ſicut accepimus, viro reſtitui mandantibus, vir mulierem cruciatibus & flagellis adeò * infecit, quòd inuita & coacta, inter ſe & virum eſſe confeſſa eſt parentelam. Sicque factum eſt, quòd ad iudicium vnius illorum, mulierem ipſam dimiſit, quæ filios ſuos quinquè dicitur ex eo genuiſſe, & quatuordecim annis ſecum ſinè quæſtione aliqua permanſiſſe. Vndè quoniam matrimonium in Eccleſia DEI adeò magnum ſacramentum probatur eſſe, quòd ſiuè rationabili & euidenti cauſa diſſolui non debet, præſertim cùm non ab homine, ſed à DEO ſit inſtitutum: diſcretioni veſtræ per A.S. mandamus, quatenùs huius rei veritatem diligenter & ſubtiliter inquiratis: & ſi inueneritis quòd præfatus B. prædictam mulierem ad iudiciũ ſolummodò vnius prædictorum Epiſcoporum à ſe ſeparâſſet, quia cùm duobus cauſa committitur, ſententia vnius non tenet, ipſum conſtanter commoneatis, & diſtrictè compellatis, vt mulierem ſicut vxorem ſuam appellatione remota, benignè recipiat, & maritali affectu pertractet. Quod ſi facere fortè contempſerit, eum & ſuperinductam, appellatione ceſſante, excommunicationis vinculo perſtringatis. Si qui tamen apparuerint, qui, poſtquàm ab eo recepta fuerit, matrimonium eorum velint, & legitimè poſſint impetere: partibus ante vos conuocatis, cauſam audiatis: & eam ſine canonico, appellatione remota, terminetis, illa maturitate & circunſpectione adhibita, quam in tanto negocio conuenit adhiberi. Quòd ſi ambo &c.*

* a fecit,

Ephe. 5.

Gene. 2.

Idem in eodem Abbati S. Benedicti de Vebia. *Cap.* 27.

SVſcepimus literas tuas, & cognouimus ex earum tenore, quòd cùm lator præſentium in cuſtodia cuiuſdam domûs cum altero fratre maneret, ingredientes de nocte quidam latrones ad eos, turpiter ipſos in perſonis in aſſligere, & veſtimentis proprijs denudare præſumpſerunt. In quos iſti reſumptis viribus inſurgentes, ligauerunt illos, & detinere vſque ad notitiam capituli voluerunt. Cumque iſte rem ad tuam audientiam perlaturus, eos ligatos in fratris ſui cuſtodia dimiſiſſet, & fures ſe ſoluere niterentur, frater illos, nè ipſe ab illis interimeretur, occidit. Vndè quoniam expediebat potius poſt tunicam relinquere etiàm pallium, & rerum ſuſtinere iacturam, quam pro conſeruandis vilibus rebus, & tranſitorijs tam acriter in alios exardeſcere: abſtineat iſte humiliter ab altaris miniſterio, & peccatum ſuum, quibus ad arbitrium tuum modis poterit, vterque ſtudeat expiare. Conſtat enim, eos contra regularem manſuetudinem & Eccleſiaſticam diſciplinam ex vtriuſque ope interemptos.

Matth. 5.

Idem in eodem, Amblanenſi Epiſcopo. *Cap.* 28.

QVòd ſedem Apoſtolicam conſulis ſuper his, quæ dubia tibi exiſtunt, gratum gerimus & acceptum; & tua exindè fraternitas non parùm commendanda videtur. Ex tua ſiquidem parte nobis eſt intimatum, quòd quædam mulier tui epiſcopatûs cuidam viro nupſit, ignorans quòd propter vtriuſque inguinis rupturam genitalia eius eſſent abſciſſa, nec ab eo cognita fuiſſet. Qui vtiquè modò factus leproſus, ſe pariter & ſua domui dedit infirmorum. Mulier verò ad domum paternam reuerſa, ſicut iuuenis, alij viro deſiderat nubere, & coniugali fœdere, coniungi. Verùm licèt Eccleſia Romana non conſueuerit propter naturalem frigiditatem aut propter alia maleficia legitimè coniunctos diuidere, ſi tamen conſuetudo Gallicanæ Eccleſiæ habet, vt huiuſmodi matrimonia diſſoluantur, nos patienter tolerabimus, ſi ſecundùm illam conſuetudinem eidem mulieri, cui voluerit, in Domino conceſſeris nubendi facultatem. Sicut enim puer qui non poteſt reddere debitum, non eſt aptus coniugio: ſic quoquè qui impotentes ſunt, minimè apti ad contrahenda matrimonia reputantur.

Propter frigiditatẽ, an matrimoniũ dirimendum.

Propter conſuetudinem rigorem tẽperari.

Idem eidem in eadem epiſtola. *Cap.* 29.

SAnè de canonico, qui in Eccleſia Aroacenſi profeſſionem fecerat, & ab ea fugerat, ab Abbate in monachum recepto: id tuæ fraternitati ſignificamus, quòd ſi locus vbi nunc permanet, maioris eſt religionis, quàm Eccleſia Aroacenſis, ipſum in eodem loco cum pura conſcientia remanere permittas. alioquin eum ad priorem Eccleſiam redire compellas. Porrò de comite * Pontiuini, qui vxorem ſuam, filiam Bernadi de S. * Valerico, abſque iudicio Eccleſiæ dimiſit, proptereà quia eam cognatam fuiſſe defunctæ vxoris ſuæ proponit: hoc tua prudentia cognoſcat, quòd ſi etiàm parẽtela eſſet publica & notoria, abſque iudicio Eccleſiæ ab ea non potuit ſeparari: quarè eum ad eam recipiendam diſtrictè compellas: & ſi eam recipere noluerit, eum & ſuperinductam vinculo excommunicationis adſtringas. Si qui autem apparuerint, qui matrimonium ipſum velint, & poſſint impetere, cauſam audias, & eam fine debito decidas.

* Pontiui.

Prætereà de Hugone de * Calorie, qui filiam * Alelmi cognatam ſuam duxit in vxorem, & hoc publicum & manifeſtum eſt, nec apparet aliquis qui matrimonium velit impetere: id tibi reſpondemus, quòd non apparentibus accuſatoribus, & parentela publica & manifeſta exiſtente: quod credibile non eſt, vbi eſſent conſobrini in primo vel ſecundo gradu, Eccleſiæ authoritate interdictum eſt matrimonium. adhibita illa

Locus obſcurus.

grauitate

grauitate diſſoluere, quod illicitè noſcitur contractum. Ad hæc quoniam donationem decimæ, quam abbas S. Saluij de* Muſterol, & prædeceſſor eius cuidam laico iure hæreditario concesserunt tenendam, cùm ſanctuarium Dei iure poſſideri non debeat, in irritum penitùs reuoces, & viribus carere decernas: & laicum, niſi decimam ipſam Eccleſiæ S. Saluij liberè & abſolutè reſtituat, vinculo excommunicationis adſtringas.

Idem Epiſcopus S. Agathes, in eodem lib. 12. Cap. 30.

DE muliere, quæ (prout nobis ſignificâſti) cupiens viri ſui ampliorem amorem adquirere, ſuſcepto corpore Chriſti, & in ore retento, eidem viro ſuo oſculum cum eo porrexit, & ipſum traijcere poſtmodùm, cùm voluit, non potuit: ſed verſum eſt in carnem, cùm tangeret, iuxta dentes molares, & caro ſupercreuit, & adhuc eſt intùs. Circa quod fraternitati tuæ non poſſumus ſanius dare conſilium, niſi quòd eam moneas & compellas, vt tantum per condignam pœnitentiam & bona opera ſatagat expiare delictum. Credere quippe debemus, quòd ſi verè contrita fuerit, & condignam pœnitentiam egerit, & tu ad DEVM deuotè pro ea oraueris, corpus Chriſti traijcere poterit diuina gratia ſuffragante.

Sanè ſuper eo, quòd quædam mulier viro ſuo fidem dedit, & ipſe illi, quòd matrimonium inter ſe contraherent: & viro nolente ſacramentum ſeruare, mulier caſtam diſpoſuit ducere vitam: diſcretioni tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi iuncti non fuerint, mulier permittatur ad religionem tranſire, & Domino, relicto ſeculo, militare. Quod ſi facere noluerit, & in ſeculo caſtè viuere diſpoſuerit, quia hoc ſuſpectum eſſe poſſet, & ad vtrumlibet, ad bonum videlicet & ad malum, haberi poſſet, ipſum matrimonium conſummari conſtringas. Beatum enim Ioannem & complures alios, ab ipſis etiàm ſponſalitijs ad vitam contemplatiuam legimus euocatos: & ideò eidem mulieri confidenter permittere poteris, vt tranſeat ad religionem, caſtitatis votum ſeruatura.

Prætereà de muliere, quę à viro appetitur, cuius conſanguineus ſe cum ea deliquiſſe proponit, ſi hoc publicè cõfiteri recuſat propter metum & potentiam mulieris: prouidentiæ tuæ duximus reſpondendum, vt matrimonium ipſum fieri, niſi iuramentum interueniſſet, diſtrictè prohibeas, nè deterius indè contingat.

Idem procuratori & canonicis Soranis, in eodem lib. Cap. 31.

VEniens ad Apoſtolicæ ſedis clementiam Mariota latrix præſentium, ſupplici nobis inſinuatione monſtrauit, quòd dum eſſet in adoleſcentia conſtituta, quendam adoleſcentem E. nomine, intantùm adamauit, quòd vterque inter ſe de matrimonio contrahendo ſub trium perſonarum teſtimonio præſtitit iuramentum: quod parentes ipſius mulieris ignorantes, eam inuitam & reclamantem, cuidam alij in vxorem tradiderũt. Quem ità exhorruit, quòd ſe ab eo nullo modo cognoſci permiſit. Cumque publicè profiteretur, quòd à priore viro cognita eſſet, atque iurata: Epiſcopus Soranus, qui tunc erat, eos ante præſentiam ſuam fecit venire: & cognito atque probato, quòd inter eos eſſet proxima linea conſanguinitatis, quòd ſolui deberent, nec poſſent de iure coniungi, ipſos ab inuicèm ſeparauit. Cæterùm cùm cauſa ipſa tractaretur, & viro cui tradita fuit à parentibus, conſentire nollet, ipſe aliam vxorem traduxit, & iſta cuidam viro Ptolemæo nomine, publicè in conſpectu Eccleſiæ nupſit. Tandèm cùm de illo filium genuiſſet, pater illius Ptolemæi quærens occaſionem diuortij faciendi, ei oppoſuit, quòd filium ſuum nec potuit nec debuit de iure in virum habere, eò quòd ab alio viro, qui nondùm defunctus eſt, priùs deſponſata fuiſſet. Quia verò aſſertioni eius fidem, ſicut non debuimus, non adhibuimus, nec hoc potuimus ſub ſilentio præterire, eam ad vos duximus remittendam, per A. S pręcipiendo mandantes, quatenùs rei veritate pleniùs inquiſita & cognita, ſi inueneritis, quòd prædicta mulier à priore viro fuerit iudicio Eccleſiæ ſeparata, & ab eodem Ptolemæo ſine contradictione Eccleſiæ in vxorem traducta, & ille cui inuita & renitẽs copulata eſt, de præſenti vita deceſſit, prædictum Ptolemæum moneatis & compellatis, vt prædictam Mariotam poſtpoſita occaſione recipiat, & ſicut vxorem ſuam diligere ſtudeat, & maritali affectu tractare. Alioquin eum & ſuperinductam, & patrem etiàm ipſius, ſi huic rei reſtiterit, vinculo excommunicationis innodetis, & vſque ad condignam ſatisfactionem ipſam ſententiam inuiolabiliter faciatis obſeruari.

Idem illuſtri Anglorum regi. Cap. 32.

MAgnificentiæ tuæ literas, quas pro R. milite ſuper iure patronatus Eccleſiæ de Ligurgis, Apoſtolatui nr̃o ſerenitas regia deſtinauit: ea qua decuit benignitate recepimus, promptum animum plenamque voluntatem habentes, excellentiæ tuæ præces, in quibus cum DEO & honeſtate poterimus, exaudire. Verùm quoniam ſanctorum patrum ſtatutis contrarium videtur, ſi clericos ab Eccleſijs quas canonicè adepti ſunt, patronatus obtentu ſuſtineremus amoueri, ſalua conſcientia, prænominato militi non potuimus noſtrum in parte iſta impartiri fauorem: cùm ex hoc ei, ſi de iure debet habere, præiudicium in poſterum non generetur.

Idem

Idem archiepiſcopis & epiſcopis per Galliam conſtitutis, *Cap.* 33.

NOſtris eſt auribus intimatum, qoòd nonnulli ambitione nimia tracti, occaſione laici vel potentiæ ſecularis, in ſeculari ſoro, nec requiſita epiſcopi audientia, patronatus eccleſiarum & eccleſiaſtica beneficia ſibi præſumunt in veſtris parochijs vendicare. Quoniam igitur huiuſmodi perſonæ non intrant per oſtium, ſed aliundè contendunt, ac per hoc indigni ſunt paſtoris nomine ac prærogatiua gaudere: fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta pręcipiendo mandamus, quatenùs eos, quos patronatus eccleſiarum vel Eccleſiaſtica beneficia conſtiterit prędicto modo adeptos, ſi commoniti minimè reſignauerint, niſi præſcriptiona aut epiſcopali conceſſione muniti fuerint, ſublato appellationis diffugio, ab officijs reddatis & beneficijs alienos. Si verò nec ſic deſtiterint, eos vinculo anathematis innodetis, & vſque ad dignam ſatisfactionem teneatis, & faciatis tenere adſtrictos.

Cap. 34.

AD hoc, quoniam quidam laici eccleſias terris & alijs poſſeſſionibus ſpoliant, vt ſic viros eccleſiaſticos faciant coram iudice ſeculari litigare: præſentium authoritate vobis iniungimus, vt id publicè ſub anathematis interminatione curetis prohibere. Si qois autem prohibitionis veſtrę contemptor extiterit, eum, ſi manifeſtum fuerit, appel. ceſſante, excommunicationi ſubdatis, & vſque ad dignam ſatisfactionem, ſicut excommunicatum faciatis arctiùs euitari.

Idem Lugdunenſi archiepiſcopo.

Cap. 35.

GRauis illa & odibilis querimonia, quæ vſque ad nos ſoper depoſito tuo tibi hactenùs denegato peruenit, duplici nos anxietate perſtrinxit, eò quòd tibi in hoc & deeſſe non poſſumus, & adeſſe (prout velles) efficaciter non valemus. Cùm enim non conſtet nobis, pecuniam tuam, quam ille (vt vir Belial) impia & deteſtabili ſurreptione furatus eſt, in vtilitates Eccleſiæ conuerſam, nec de iure debemus, nec poſſumus contra canonicos eiuſdem Eccleſiæ, præcisè intentare iuſſionis inſtantiam, vt tibi eandem reddant pecuniam, perſonæ, non Eccleſiæ, commendatam. Quocircà diſcretioni tuæ conſulimus, & internę charitatis intuitu ſuademus, vt in raptorem illum & furem, tuam interim dirigas actionem, eò quòd (vt audiuimus) loculos habet. Nos enim venerabilibus fratribus noſtris Senoñ. archiepiſcopo Apoſtolicæ ſedis legato, & Pariſienſi Epiſcopo dedimus in mandatis, vt illum iniquum ſub duris quæſtionibus ponant, & etiàm (ſi oportuerit) vinculis macerent alligatum, & affligant, vt benè ligatus, cogatur reddere, quæ malè diſſolutus, auſus eſt abſportare. Cæterùm circa Eccleſiam illum affectum te habere volumus, vt nihil ab ea requiras *indebitè. Si autem cum eis amicabiliter poteris pactionem paciſci, oouerìs id nobis acceptum. *iadebitè

Idem Bituricen. archiepiſcopo.

Cap. 36.

COnſuluit nos tua fraternitas, an ſit appellationibus deferendum à chariſſimo in Chriſto filio noſtro L. illuſt. Francorum rege pro Iudæis interpoſitis, vt Chriſtiana mancipia detineant, & vtrùm ſuſtinere debeas, quòd de nouo conſtruant ſynagogas, vbi eas nullatenùs habuerunt. Scripſimus itaque memorato regi, vt à defenſione Iudæorum in hac parte deſiſtat. Super hoc etiàm ipſum per alios fecimus admoneri, & credimus qoòd monitis noſtris acquieſcet: quia oon eſſet rectum, vt quod à ſanctis patribus & nupèr in Concilio ſtatutum eſt, negligenter ſeruaret. Vndè oon conuenit, vt pro huiuſmodi appellationibus ab obſeruatione decreti debeas abſtinere. Iudæos etiàm de nouo conſtituere ſynagogas, vbi eas ſcilicet oon habuerint, pati non debes. Verùm ſi antiquæ corruerint, vel ruinam minentur, vt reædificent, potes æquanimiter tolerare: non autem vt eas exaltent, aut ampliores, aut precioſiores faciant, quàm anteà fuiſſe noſcuntur. Quod vtiquè pro magno habere debent, quòd in veteribus ſynagogis & ſuis obſeruantiis tolerantur.

Idem Eboracen. archiepiſcopo.

Cap. 37.

A Memoria noſtra non recedit, qualiter in primo anno veſtrę promotionis ſcriptum literarum felicis memoriæ prædeceſſoris noſtri Honorii papæ, nobis feceritis præſentari, in quo continebatur, anteceſſoribus veſtris Apoſtolica benignitate foiſſe indultum, vt tam eis qoàm ſucceſſoribus ſuis liberum eſſet per totam Angliam ante ſe crucem deferre. Nos verò anteceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes, & ſcripti oostri munimine confirmauimus, quod anteceſſoribus veſtris clemēter fuit indultum. Poſtmodùm autem ſanctæ memoriæ & venerandæ Thomas quondàm Archiepiſcopus Cant. exiſtimans hoc in depreſſionem iuris & ſuæ dignitatis redundare, exindè cępit quæſtionem mouere, & propter hoc ad ſedem Apoſtolicam appellare, affirmans (ſi benè meminimus) quòd tibi vel prædeceſſoribus tuis id nullatenùs licuit. Sicque factum eſt, quòd nos tibi per ſcripta noſtra prohibuimus, nè in prouincia Cant. eccleſiæ, donèc de cauſa cognoſceretur, aote te crucem aliqua ratione deferres. Quoniam ergò per dilectos filios noſtros I. & A. clericos tuos, grauem coram nobis depoſuiſti qoerimoniam, aſſerens quòd te à poſſeſſione huius rei quam tu & anteceſſores tui habueratis, abſque cognitione tu-

ne iudicij ſpoliâſſemus : nos igitur tibi tanquàm venerab. fratri noſtro deferre, volentes, & iura tua integra & illibata ſeruare, præſentibus literis ſtatuimus, quòd literæ prohibitionis noſtræ nullum tibi præiudicium faciant, quò minùs tibi & ſucceſſoribus tuis liberum ſit, quemadmodùm vobis eſt beneficio priuilegiorum ſedis Apoſtolicæ indultum, tuique & prædeceſſores tui id facere conſueuiſtis, ante vos per totam Angliam deferre crucem, quouſque diffinitiua ſententia determinetur, an id eccleſia tua de iure habere debeat.

Lucius 3. Magiſtro & fratribus militiæ S. Iacobi. Cap. 38.

VEſtra deuotio duxit inquirendum, vtrũ vobis eccleſias parochiales adeuntibus vtile ſit Miſſas eorum audire, qui cõcubinas habere creduntur. De hoc enim videntur diuerſæ ſacrorum canonum ſententiæ emanâſſe. Alicubi enim dicitur: Nullus audiat Miſſam presbyteri, quem ſcit indubitanter concubinam habere. Alicubi legitur: Non poteſt quis quantumcunquè pollutus, diuina ſacramenta polluere, quæ purgatoria cunctarum pollutionum exiſtunt. Quicunque enim ſacerdos ſit, quæ ſancta ſunt coinquinare nòn poteſt. Sumite ergò ab omni ſacerdote intrepidè Chriſti myſteria, quia omnia in fide Chriſti purgãtur. Cæterùm aliud crimen eſt notorium, aliud occultum. Notorium diffinitur, de quo presbyter canonicè condemnatur: Occultum, quod adhuc ab Eccleſia toleratur. Item aliud eſt a taliũ officijs abſtinere, vt peccandi licentia cæteris auferatur, & huiuſmodi ad pœnitentiæ fructum trahantur; atque aliud, ſi tanquàm falſa in fornicatione iacentium talia myſteria reſpuantur. Sinè dubitatione itaque teneatis, quòd à clericis & presbyteris quantis fornicarijs, quandiù ab Eccleſia tolerantur, nec eſt crimen eundeos, licitè audiuntur diuina officia, & alia recipiuntur eccleſiaſtica ſacramenta.

Quod ſit notorium crimen. Quod occultum.

Idem Strigonien. Archiepiſcopo. Cap. 39.

AD Apoſtolicæ ſedis regimen &c. Intelleximus ex literis tuis, quòd quædam conſuetudo in Hungaria inoleuit, vt populi multitudo plerunque de parochia epiſcopi vnius in alterius diœceſim transferatur. In qua licèt per multa tempora moram habuerint, vterque tamen epiſcoporũ, tam is à cuius parochia receſſerunt, quam is in cuius parochia commorantur, eorum decimas exigit, & eos, niſi ad voluntatem ipſius ſoluant, interdicto ſupponit: vnde inuidiæ & plurimę contentiones oriuntur. Ideoque tua fraternitas nos duxit conſulendos, cui potiùs decimæ ſint reddendæ. Noueris ergò quòd ſi de artificio, vel de negociatione aut etiã de agricultura, quam intra terminos parochiæ in qua moratur, exercet, vel huiuſmodi alijs decimæ ſoluantur; æquum eſt, vt eccleſiæ illi reddantur, in qua ille qui reddit, per totum anni circulum Miſſam audiuit.

Alexander tertius Brixien. epiſcopo. Cap. 40.

QVoniam à nobis tua ſolicitudo requiſiuit, quid de decimis noualium tuæ diœceſis ſtatuendum fuerit, fraternitati tuæ præſentibus literis reſpondemus, vt ſi terræ illæ quæ arabiles fiunt, infra certam alicuius parochiam fuerint: tu earum decimas tua ex parte retentas, eidem eccleſię facias aſſignari. Alioquin ipſas alijs Eccleſiæ ſecundùm diſcretionem tuam poteris deputare, vel ad opus tuum tenere, ità quòd ſi quis tibi in his contraire præſumpſerit, in eum eccleſiaſtica cenſura vſque ad dignam ſatisfactionem percellas. Sentẽtias verò ſuper decimis à conſulibus datas, præſertim cùm ſanctorũ patrum inſtitutionibus obuient, irritas eſſe decernas, & eas cõtradictione & appellatione ceſſante, in irritum reuoces. Quòd ſi laicus aliquis à clericis, ſiue conuerſis decimas de laboribus ſuis ĩ tua diœceſis requiſiuerit; tu eum ab exactione huiuſmodi prorsùs cõpellas; & laicos illos, qui à colonis tertiam vel quartam partem laborum ſuorum ante ſolutionem decimarum recipiunt, decimam de portione ſua ſecundum quod colonus de parte, quæ illum contingit, exſoluere conſueuit, abſque diminutione aliqua his quibus debentur, facias exhibere.

Suprà de decimis præſtãdis. Cùm homines.

Alexander tertius Ianuen. epiſcopo. Cap. 40.

TVa nos fraternitas duxit conſulendos, quid de his agere debeas, qui deſponſant aliquas mulieres, & proceſſu temporis antequàm eas ducant, vel cognoſcant, alias in vxores accipiunt. Super hoc vtiquè conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi vir & mulier ſeſe inuicèm receperint, expreſſo conſenſu mutuo de præſenti, neuter eorum, altero ſuperſtite, poterit ad alia vota ſe transferre, etſi poſſit ad monaſterium transmigrare. Verùm ſi inter ipſos non acceſſit conſenſus mutuus de præſenti, ſed promiſſio de futuro, ſcilicet quòd vterque dixerit alteri: Ego te recipiam in meam, & ego te in meum: Si alius mulierem deſponſauit & traduxit, etſi inter primos iuramentum fuit (ſicut diximus) de futuro, huius deſponſationis intuitu ſecundum non poterit ſeparari matrimonium, ſed eis eſt de violatione iuramenti pœnitentia iniungenda. De alijs uerò qui coram te ſuper deſponſatione facta per conſenſum mutuum de præſenti, mouent controuerſiam, & poſt appellationem ante ſententiam, vel cognitionẽ cauſæ ad ſedem Apoſtolicam interponunt, & appell. pendente, accipiunt alias in vxores:

Suprà de matrimonio contrahendo. Licèt porro.

res: hoc arbitramur agendum, vt ſi amodò in tali caſu aliqui duxerint appellãdum, eis in eccleſia publicè interdicas, nè ante deciſionem cauſæ, aliud contrahant matrimonium: & ſi contra interdictam eccleſiæ, ità publicè factum, venire præſumpſerint, matrimonium tam præſumptuosè contractum poteris irritare. De illis verò qui in minori ætate deſponſantur, traduntur, & coniunguntur, & proceſſu temporis diuortium poſtulant, minorem allegantes ætatem, aut vim ſibi à parentibus factam: hoc inquiſitioni tuæ præſentibus literis reſpondemus, quòd ſi ità fuerint ætati proximi, quòd potuerint copula carnali coniungi, minoria ætatis intuitu non debent ab inuicèm ſeparari, ſi vnus in alium viſus fuerit conſenſiſſe,

Aetatem ſuppleri malitia.

cùm ætatem videatur ſuppleſſe malitia: ſed cuiuſcunque fuerint ætatis, ſe poſſunt per illatam violentiam excuſare, niſi poſt violentiam conſenſus accedat.

Cap. 42.

ILlud quoquè nihilominùs ex tua inquiſitione innotuit, quòd cùm quædam libera mulier per annos decem & vltra cuidam ſeruo ſcienter cohabitauerit, & ab eo fuerit carnaliter cognita, nunc ipſum aſſerit ſuum non eſſe maritum, pro eo quòd teſtes deſponſationis non comparent. Verùm vir eam vendicat in vxorem, & oſtendit publicum inſtrumentum, quo ſeſe cõiuges nouerant, & propter quod ipſam ei donationem feciſſe propter nuptias apparet. Mulier verò inſtrumentum illud vitioſum fuiſſe fatetur, & plures teſtes produxit, quòd ſeruus ille ab inimicis mulieris ſæpè rogatus, vt eá deſponſaret, & ille ſe non eam deſponſaſſe, nec deſponſaturam firmiter aſſerebat. Vir autem non niſi publico inſtrumento, & quibuſdam teſtibus qui viderant eam annulos deferentem, mulierem propriam probauit eſſe vxorem. Sed mulier, de more illarum quæ panes * mulierum vendunt, ſe annulos detuliſſe. Vndè quoniam in huiuſmodi dubietate fama viciniæ magis debet attendi, tuæ ſolicitudinis erit famã inquirere, vtrum prædictus vir in lecto eam & in menſa ſicut ſuam vxorem, aut concubinam habuerit: &

Matrimonij diffinitio.

ſi fama loci habet, quòd vir ipſam ſicut vxorem tenuerit, cùm matrimonium ſit coniunctio maris & fœminæ, indiuiduam vitę conſuetudinem retinens: cogenda eſt mulier, vt eidem viro affectu ſeruiat coniugali, præſertim ſi præſcriptum inſtrumentũ ab eo * cognitum fuerit, qui ſuum officium fideliter adimpleuerit.

Idem epiſcopo Exonieñ. *Cap.* 43.

Pars illius ca. Super eo quod à nobis.

PRæterea hi qui iurant de matrimonio contrahendo: vſque, 'Si autem promiſerunt, coniungant. Si autem ſibi inuicèm id remittere voluerint, nè fortè deterius indè contingat, vt talem ſibi ducat, quam ſemper odio habeat, videtur quòd ad inſtar eorum qui ſocietatem iuramento, vel fidei interpoſitione cõtrahunt, & poſteà eandem ſibi remititũt, hoc poſſit in patientia tolerari.

Ex concilio Moguntiñ. B. lib. 5.
Cap. 44.

IN baptiſmo, vel chriſmate non poteſt alium ſuſcipere in filium, qui non eſt baptizatus vel confirmatus.

Item ex concilio apud Compendium.
Cap. 45.

SI quis presbyter ordinatus, depræhenderit ſe non eſſe baptizatum, baptizetur, & iterùm ordinetur: & omnes quos ipſe baptizauit.

Item ex concilio habito apud Vuormatiam, cap. 4. *Cap.* 46.

MVlieres verò cùm ſeparatæ fuerint pro hac vel alia licita cauſa à proprijs viris, totam pręcipimus recipere dotem, quã in die nuptiali receperunt, & poſt expletum annum, accipiant alium virum, ſi voluerint: ſimiliter & vir vxorem

Alexander tertius Cantuarieñ. archiepiſcopo. *Cap.* 47.

VEniens ad nos cùm literis tuis L. presbyter tuus, ſupplici nobis relatione monſtrauit, & hoc idem tuæ literæ continebant, quòd cùm in eccleſia de * Oueñ. inſtitutus fuiſſet, ei fuit obiectum, quòd in Eccleſia ipſa non canonicè habuiſſet ingreſſum, videlicet quòd priùs promiſiſſet vnicuique parochianorum barile vini remittere, quod ſacerdoti eiuſdem eccleſiæ, qui pro tempore ibi ſeruiret, cõſueuerat pro beneficio dari. Verùm cùm duo apparuiſſent, qui iurati depoſuerunt presbyterum talem feciſſe promiſſionem, & cum altero illorum pactum illud dicerent factum fuiſſe: tu pro presbytero, vt decuit, & rationis exigit ordo, iudicaſti: & nos ſententiam tuam, prout dignum eſt, commendamus, eò quòd ille qui eodem infectus erat crimine, non poſſet contra alium teſtificari cùm etiàm nulli de ſe confeſſo aduersùs alium in eodem crimine ſit credendum, & vnus teſtis non ſufficiat ad cuiuſlibet rei probationem. Sanè quod in literis inſeruiſſe diceris, parentes ſuos promiſiſſe, vt infra 15. dies eidem Eccleſiæ deberet ſpontaneè cedere: prudentiæ tuæ ſignificamus, quòd ipſum cùm de conſcientia ſua promiſſionem factam fuiſſe diffiteatur, ſuper hoc mouere potes atque hortari, ſed ei vim nullam debes inferre. Ideò fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta præſentibus mandamus, quatenùs ſententiam tuam facias firmiter obſeruari, prædicto L. eccleſiam ipſam cum omni iure ſuo integram & illibatam conſeruans, parochianos eiuſdem eccleſiæ ad iure ſua ſibi ſoluenda, diligenter commoneas, & appellatione remota, compellas. Si autem exindè aliqua

laborat

laborat infamia, ei cum quinta manu vel tertia duntaxat, ſui ordinis purgationem indicas. Qua recepta, eum ab infamiæ nota incunctanter abſoluas.

Idem Panormitano Archiepiſcopo.

Cap. 48.

IN Archiepiſcopatu tuo dicitur contigiſſe, quòd quandoquè Sarraceni mulieres Chriſtianas rapiunt & pueros, & eis abuti præſumunt, & quoſdam etiàm interdùm occidunt. Cùm autem exceſſus huiuſmodi chariſſimus in Chriſto filius noſter illuſtris rex Siciliæ, tibi & alijs perſonis eccleſiaſticis, quæ pontificali ſupereminent dignitate, commiſit puniendos: quid de Sarracenis agẽdum ſit, qui fuerint in nefario ſcelere intercepti, nos duxit prudentia tua conſulendos. Super quo vtiquè tuæ conſultationi taliter reſpondemus, quòd ſi tales in tua iuriſdictione ſint vel fuerint poſtmodùm intercepti, pecuniaria poteris eos pœna moleſtare, & etiam flagellis afficere: ea tñ moderatione adhibita, quòd flagella in vindictam ſanguinis trãſire minimè videantur. Si verò fuerint ità ſuper hoc graues Sarracenorum exceſſus, quòd mortem vel truncationem mẽbrorum debeant ſuſtinere, vindictam ipſam referues regiæ poteſtati.

Cap. 49.

DE illo autem qui ſe vxorẽ fratris ſui, antequàm ei matrimonio iungeretur, cognouiſſe proponit, hoc tuæ prudẽtiæ reſpondemus, quòd niſi fuerit publicum & notorium, aut idoneis teſtibus approbatum, ipſum priùs prædictam mulierem carnaliter cognouiſſe, prædictum matrimoniũ occaſione illa dirimi non permittas.

Super eo verò, quòd aſſeris Sarracenum quendam de muliere quadàm Chriſtiana, quã 14. annos tenuerat, filios ſuſcepiſſe: diſcretioni tuę duximus reſpondendum, quòd tam Sarracenus quàm mulier pro tanto exceſſu, graui ſunt animaduerſione plectendi.

Lucius III. Cureñ. epiſcopo. in Regiſtro.*

Cap. 50.

EX tuarum literarum continentia intelleximus, quòd cùm H. preſbyterum quia infamabatur de homicidio, communicato fratrum conſilio, in epiſcopatu tuo à ſacerdotali officio ſuſpẽdiſſes: prædeceſſoris tui literas tuliſti in medium, quibus apparuit eum iudicio aquæ frigidæ ſuam innocentiam purgauiſſe, & epiſcopum ſuis illum literis abſoluiſſe. Scholares etiàm qui homicidium, inſtigante diabolo, perpetrauerãt, * immunes ipſos à crimine, tactis ſacroſanctis euangelijs, affirmauerunt. Quia verò cùm peregrina iudicia à ſacris canonibus ſint inhibita, purgationem quam præſtitit, nõ ſufficere putantes: fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mãdamus, quatenùs ſi accuſatores idonei minimè apparuerint, qui eundem de homicidio conuincere poſſint, vt cũ ſeptima vel quinta manu ſui ordinis, ſicut expedire cognoueris, per purgationem canonicam innocentiam oſtendat, ſibi iniungas: quam cùm præſtiterit, ſuſpenſionem ſinè mora & difficultate relaxes; & eum teſtimonij, boni nunciaos, ab infamia homicidij, nullius contradictione vel appellatione obſtante, authoritate noſtra fretus, abſoluas. Is autem qui infamatus, ſeſe immunem à crimine homicidij, præſtito iuramento firmabit, & purgatores qui eum credant verum iuraſſe, iurare debebunt.

for.* immunem ipſum

Alexander III. Toletano Archiepiſcopo.

Cap. 51.

LAtores præſentium cum literis tuis ad noſtram præſentiam accedentes, ſuum nobis exceſſum pleniùs intimauerunt: ſcilicet quòd tam ipſi quam alij multi, poſtquã interdicti & excommunicati fuerant diuina præſumpſerunt officia celebrare. Quoniã verò cum eis magnam multitudinem in hoc peccâſſe dicebant, nec nobis, quis eorũ magis vel minùs deliquerit, innoteſcere potuit: negociũ ipſum diſcretionis tuæ arbitrio duximus remittendum, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandantes, quatenùs rei veritate diligentiùs inquiſita, ſi 40. ſolummodò vel pauciores in his deliquiſſe conſtiterit, omnes in perpetuum ab officio ſacerdotali deponas. Si verò multitudinem magnam in hoc peccâſſe cognoueris, eos quos magis cauſam eſſe delicti conſtiterit, perpetua depoſitione condemnes, & alios qui non tantum deliquerunt, ab officio ad tempus ſuſpendas, & omnibus pœnitentiam ſecundùm diſcretionem tibi à Deo datam iniungas.

Idem Lucenſi epiſcopo. *Cap.* 52.

DE ſecunda verò quæſtione, hoc tuam volumus diſcretionem tenere, quòd propinqui eius quem pro manifeſtis exceſſibus, videlicet homicidio, incendio, violenta manuum iniectione in clericos, violatione multarum eccleſiarum, & inceſtu, vinculo excommunicationis adſtringis: monendi ſunt, vt pro eo ſatisfactionem exhibeant. quod ſi fecerint, qui laborans in extremis, præſtito iuramento per presbyterum * tenuerit ab excommunicationis ſententia relaxari, in cœmeterio ſepeliri poterit. Si autem propinqui eius tuis acquieſcere monitis contradixerint, quia iam non eſt peccatum purgatum, defuncto neganda eſt Eccleſiaſtica ſepultura.

for.* obtinuerit

Idem Vuintoñ. epiſcopo. *Cap.* 53.

PRæterea qui ad ſedem Apoſtolicam appellant de clericis, & poſteà grauia & enormia committentes, ſe, cùm conueniuntur, tuentur appellatione: hoc duximus reſpondendum, quòd ſi poſt appellationem

grauia committunt, & ità publicè & manifestè, quòd alij ſcandalizentur, & decor eccleſiaſticæ honeſtatis deformetur, eos appellantes in tanta nequitia & iniquitate nõ debes tueri, quô minùs coram te exceſſus canonica cenſura puniatur. Porrò de his qui ſententia excommunicationis innodati, iurant Eccleſiæ iudicio ſtare, & mox obliti, in vocẽ appellationis prorumpunt: diſcretioni tuæ ſignificamus, quòd eos per excommunicationem compellere debes ſuam appellationem proſequi, vel iudicio Eccleſiæ ſtare.

Suprà de appellationibus. Quòd verò 3.

Supra de appell. Præterea 29.

Idem Bononień. epiſcopo & archipreſbytero. *Cap.* 54.

Supra de appell. Super eo 3.

CONſuluit nos veſtra dilectio, vtrùm appellatio, quæ ob omni grauamine interponitur, teneat. Super quo vtiquè conſultationi veſtræ taliter reſpondemus, quòd ſi fortè generaliter appellationem interponeret aliquis ab omni grauamine, quod ſibi contingere poſſet, huiuſmodi appellatio tenere non debet. Si verò aliquis ab aliquo iudice ſuper omni grauamine, quod in vna cauſa ſibi contingere poſſit, appellationis obſtaculum interponeret: quanquàm generalis appellatio ſit interpoſita, appellationi tamen huiuſmodi eſt deferendum.

Idem Noruuicenſi Epiſcopo.

Cap. 55.

SI ſacerdos ſciat pro certo aliquem eſſe reum alicuius criminis, vel ſi confeſſus fuerit, & emendare noluerit, niſi ordine iudiciario quis probare poſſit, non debet eum nominatìm redarguere, ſed indeterminatè, ſicut dixit Chriſtus: Vnus veſtrûm me traditurus eſt. Si verò illa cui damnum illatum eſt, periêrit iuſtitiam, poteſt excommunicare authorem damni, licèt ei confeſſus ſit, ſed taman non poteſt nominatìm eũ remouere à communione, licèt ſciat eum eſſe reum: quia non vt iudex ſcit, ſed vt Deus. Sed eũ debet admonere, nè ſe ingerat, quia nec Chriſtus Iudam à communione remouit.

Matt. 26. Marc. 14.

Idem ex Concilio Maticeñ.

Cap. 56.

In Decretis Burchardi, Iuonis, Gratiani hęc tribuũtur Concilio Toletano.

DE ſeruorum ordinatione, qui paſsìm ad gradus eccleſiaſticos indiſcretè promouentur, placuit omnibus cum ſacris canonibus concordare: & ſtatutum eſt, vt nullus epiſcoporum deincèps ad ſacros ordines eos promouere pręſumat, niſi priùs à dominis ſuis libertatem ſint conſecuti: & ſi quilibet ſeruus dominum ſuum fugiens, aut latitans, aut adhibitis teſtibus munere conductis, vel corruptis, aut qualibet calliditate, vel fraude ad gradus eccleſiaſticos ꝓuenerit, decretum eſt, vt deponatur, & dominus eius eum recipiat. Si verò auus vel pater ab alia patria in aliam migrans, in eadẽ prouincia filium genuerit, & ipſe filius ibidèm educatus, ad gradus Eccleſiaſticos promotus fuerit, & vtrùm ſeruus ſit, ignotum fit: & poſteà veniens dominus illius, legibus eum acquiſiêrit, ſancitum aſt, vt ſi dominus illius libertatem illi dare voluerit, in gradu ſuo permaneat: Si verò eũ catena ſeruitutis à caſtris Dominicis abſtrahere voluerit, gradum amittat: quia iuxta ſacros canones, vilis perſona manens, ſacerdotij dignitate fꝛui non poteſt.

Innocentius Aquileienſi Patriarchæ.

Cap. 57.

QVotiès frater noſter Adiſpertinus* Tudertinus epiſcopus, & in noſtra & in veſtra præſentia fuerit de Simonia impetitus, prudentiam tuam latere non credimus: cuius cauſa in noſtra tandèm ventilata præſentia, producti ſunt accuſatores & teſtes, viua voce & ſcripto accuſantes eum, eô quòd eccleſiam S. Petri de Paio, presbytero Paulo dedit pro mittẽdis quatuor modijs frumenti, quos ab eadem eccleſia ſuſcepit. Verum quoniam neque teſtes, neq; accuſantes ſecundùm formam canonũ ſanctorũ patrum in cauſa illa procedere potuerunt: communi fratrum noſtrorũ conſilio iudicam⁹, vt tertia manu ſui ordinis, & quarta manu abbatum & religioſorum ſacerdotum, de prædicta Simonia in veſtra præſenuia ſe expurget. Porrò purgationis tenor erit hic: Idem epiſcopus ſuper ſancta Dei euangelia iurabit: Primùm, ꝙ pro eccleſia S. Petri de Paio, à presbytero Paulo de Ada, neque per ſe, neque per ſubmiſſam perſonam, nec pro eo alius, ſe ſciente, precium acceperit. Deindè verò purgatores iurabunt ſuper ſancta Dei euangelia, quòd ipſi credunt verum eſſe quod ipſe iurauerat.

** Tridentinus.*

Hæc paulò aliter i Decretalibus titul. 34.

Exonieñ. & Couetreñ. epiſcopis.*

Cap. 58.

EX parte * Matthæi clerici accepimus, ꝙ cùm ipſe ab eccleſia de Gundune, fuiſſet violenter eiectus, &c. vſque in finem, ibi: Cùm ſanctuarium Dei non poſſit iure hæreditario poſſideri.

** Matthiæ*

Alexander 3. Cenomaneñ. epiſcopo.

Cap. 59.

EX literarum tuarum tenore perpendimus, quòd F. lator præſentium in ſubdiaconatûs officio conſtitutus, quandam ſibi in coniugium copulauit. Vndè tu, ſicut vir diſcretus ac prouidus, ipſum eandẽ quã in vxorem duxerat, abiurare feciſti. Super quo facto prudentiam tuam in Domino commendamus, per pręſentium ſcripta tibi mandantes, quatenùs ſi ad canonicũ, vel monaſticum ordinem tranſire voluerit, poſt ſeptennem pœnitentiam in clauſtro laudabiliter peractã, ſi tibi, vel ſucceſſori tuo idoneum viſum fuerit, eum ad maiores ordines promoueri concedas. Quòd ſi ad religionẽ ſe transferre noluerit, eũ nec in ſubdiaconatu miniſtrare, nec ad vlteriores ordines permittas promoueri. In minoribus tamen ordinibus poterit miniſtrare.

Idem

Digitized by Google

Idem Cantuarieñ. Archiepiſcopo.
Cap. 60.

AD extirpandas ſucceſſiones à ſacris Dei eccleſijs, ſtudio totius ſolicitudinis debemus intendere: te etiàm decet ad hoc vigilem curam adhibere, nè circa miniſterium ſuſcepti regiminis, videamur minùs diligentes exiſtere, ſi vitia in Eccleſijs vel in eccleſiaſticis viris permiſerimus pullulare. Indè eſt quòd fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs ſi qui filiorum clericorum tuæ prouinciæ teneant eccleſias tanquàm perſonæ vel vicarij, nulla perſona media, in quibus patres eorum miniſtrauerant, eos, ſiue geniti fuerint in ſacerdotio, ſiue non, ab ipſis Eccleſijs, contradictione & appellatione ceſſante, non differas amouere. Si verò aliqui ſint filij clericorum, qui eccleſias quas patres eorum tenuerunt, perſonis alijs medijs, ſunt adepti: eos, dummodò idonei ſint, in ipſis poteris ſuſtinere: ità quidem, quòd ſi vnus plures eccleſias quas pater eius tenuerat, poſſidet, quarũ vna poſſit ſibi ſufficere: ipſum vna, quã maluerit, appellatione remota, facias eſſe contentum: dummodò eccleſiæ non ſint tales, quarum vna à reliqua pendére videatur.

Vrbanus III. Senonenſi Archiepiſcopo.*
Cap. 61.

AD hæc cùm nonnunquàm inter aliquos parochianos tuos, vel inter eos & alios coram iudicibus delegatis agitetur controuerſia, ſæpè à iudicibus ipſis (vt aſſeris) Apoſtolica authoritate tibi iniungitur, vt alteram partium ſortè contemnentem parére iudicio, vel ob aliam cauſam rationabilem eccleſiaſtica diſtrictione percellas. Illi verò qui ſubiacere excommunicationi mandantur, literas ad alios iudices à Sede Apoſtolica impetrant, à quibus nihilominùs authoritate Apoſtolica tibi mandatur, vt eos qui de mandato priorum iudicum fuerant excommunicati, habeas abſolutos. Super quo tua diſcretio dubitat, quid tibi in diuerſitate huiuſmodi ſit agendum: ad quod reſpondemus, quòd ſi literæ ad ſecundos iudices impetratæ tacita veritate, non fuerint, eos ad mandatum eorum abſolutos habere debes, præcipuè cùm Rom. Eccleſia abſolutionem ſententiæ delegatorum iudicum, nequaquàm conſueuerit alijs delegare: niſi in literis commiſſionis expreſsè contineatur: de ſufficienti cautione præſtanda ab his, qui abſolui debent, quòd iudicio Eccleſiæ debeant obedire.

Idem Legioneñ. epiſcopo. *Cap.* 62.

EX literis tuæ fraternitatis nobis innotuit, quòd diaconus præſentium lator, volẽs ante tempus ordinari in preſbyterũ, aſſeruit ſe per ordinationem tuam gradum ſacerdotalem adeptum: & cùm ei manum non impoſuiſſes, Miſſarum celebrationem publicè vſurpauit. Poſtmodùm verò Domino inſpirante, rediit ad ſeipſum, & proprium cognoſcens exceſſum, in tanto ſibi periculo conſuli poſtulauit. Quia igitur ſuper hoc tua nos duxit fraternitas conſulendos, literis præſentibus reſpondemus, quòd ad ſacerdotis officium non poterit promoueri. A diaconatu quoquè biennio vel triennio pro tua prouiſione maneat ſuſpenſus. De beneficio autem cum eo miſericorditer agatur, nè ſuſtentatione priuatus, ad ſeculi negocia reuertatur. Vt antẽ ſecuriùs ei poſſis hanc facere miſericordiam, de agenda pęnitentia circa eum diligentem curam non deſinas exhibere. Salubrius autem ſibi abſq; dubio prouidebit, ſi ad regularem vitam ſe duxerit transferendum.

Idem Florentiñ. epiſcopo. *Cap.* 63.

LIteras fraternitatis tuæ debita benignitate ſuſcepimus, quibus certiores de ſynceritate tuæ fidei & deuotionis effecti, ad honorem tuum & commodum abundãtiùs prouocamur. Verùm quia à nobis poſtulâſti, vtrùm poſtquàm deſponſalia inter aliquas legitimas perſonas cõtracta fuerint, & antequàm à viro mulier traducatur, alter eorum lepræ morbum incurrat, alter ad cõſummandam copulam maritalem compelli debeat, vt ſe poſſit ad ſecunda vota transferre: tuæ ſolicitudini reſpondemus, quòd ad accipiendum eum cogi non debet, cùm inter eos matrimonium non ſit conſummatum.

De illa verò, quæ viro ſuo labente in hæreſim, ipſius conſortium declinauit, vtrum reuertente illo ad catholicam veritatem, ad redintegrandum matrimonium ſit cogenda: videtur nobis quòd ſi mulier ea duntaxàt intentione diſceſſit, vt lapſus in hæreſim, tædio pariter & confuſione affectus, ſe ab errore ſuo conuerteret: ei, cùm reuerſus fuerit, eſt reddenda: quæ etiàm, ſi reuerti noluerit, compellatur. Si verò iudicio Eccleſiæ ſinè ſpe matrimonij redintegrandi receſſit, ad recipiendum eum nullatenùs eam dicimus compellendam. De vxore verò, vtrũ quemadmodùm & vir, liberam debeat habere ſepulturam, videtur nobis, quòd nulla ſuper hoc inter virum & mulierem ſit differentia, ſed vtrique (in caſu iſto) æqualem credimus eſſe facultatem, cùm electio iſta ad eũ potiùs ſtatum pertineat, in quo mulier ſoluitur à lege viri. Vtrùm autem pater minores filios, *quomagis voluẽrit, valeat ſepelire: nõ inuenimus à ſanctis patribus diffinitum, & propterea terræ conſuetudini decernimus relinquendum. * vbi

Idem Morimondeñ. Abbati. *Cap.* 64.

INter cætera quæ à nobis ſunt pro tuo miniſterio requiſita, illud quoquè nuncij ſolicitudo non tacuit, quòd quidam mo-

nachus tuus, cùm eſſet olim in ſeculo cõſtitutus, presbyteratus officium, prætermiſſo diaconatûs, ſuſcepit: ſuper quo tua poſtulat deuotio diſpenſari. Intelleximus antè quòd ille non malitia, ſed pia (vt ſibi videbatur) cautela præmonitus, ordinem diaconij, quẽ ſe accepiſſe ſimularet, omiſit, nè, ſicut eum quidam auunculus eius inſtigabat, de manu ſchiſmatici ſortiretur. Vndè quia de his nihil nobis conſtare potuit, examinationem facti huius tuæ duximus conſcientiæ relinquendam: authoritate Apoſtolica mandantes, vt ſi abſque dubitatione cõſtiterit, quòd ille non ex ſuperbia, ſed vt ſchiſmatici manus euadere, & indignationis auunculi, ſui aculeos declinaret, tali ſimulatione fit vſus, competenti tempore ordinem facias ei diaconatûs impendi, & ſic poſt aliquanti temporis abſtinẽtiam, quam tuæ committimus diſcretioni, duntaxàt corde contrito & humiliato ſpiritu, in beneficio ſacerdotalis ordinis poterit exerceri.

Idem Archiepiſcopo Turoneñ. Andegaueñ. epiſcopo, & abbati Salmureñ.
Cap. 65.

AD audientiam noſtram, venerabili fratre noſtro Cenomaneoſi Epiſcopo intimante, peruenit, quòd dilectus filius noſter Vu. archidiaconus eius, de morte cuiuſdam mulieris, quæ per officiales ipſius archidiaconi interfecta proponitur: non aliter quàm ſi ipſe occiderit, infamatur. Cæterùm quia idem archidiaconus ab huiuſmodi reatu ſe aſſerit eſſe innocentem, nos prouidere volentes, nè infamia polluat, quem non fecit nocentem: diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenùs per epiſcopatum Cenomañ. & ciuitatem facias publicè nunciari, vt ſi qui de hoc ipſum archidiaconum accuſare voluerint, eum ſecundùm iuris ordinem coram vobis accuſent: & niſi comparuerint, qui de homicidio illo eum velint impetere, cauſam conuocatis partibus audiatis, & ſublato appellationis obſtaculo, debito fine terminetis. Si verò publica & manifeſta denunciatione facta, infra 40. dies accuſator non apparuerit, vel etiàm in probatione defecerit, prædicto archidiacono ſecundùm quantitatem infamiæ qua laborat, purgationem canonicam imponatis: & ea præſtita & recepta, ipſum à nota infamiæ, cõtradictione & appellatione ceſſante, abſolutum publicè nuncietis, & faciatis abſolutum haberi.

Idem vniuerſis ſuffraganeis Cantuarienſis Eccleſiæ. Cap. 66.

CVm non ignoretis B. venerabilem fratrem noſtrum Cantuarieñ. Archiepiſcopum vobis non ſolùm metropolitico, ſed etiàm iure legationis præeſſe mirabile ſatis eſt, quòd quidam veſtrûm (ſicut audiuimus) aſſeuerare præſumunt, quòd idẽ Archiepiſcopus nullam cauſam de epiſcopatibus veſtris, ſiue iura legationis, ſiue metropoleos, audire debeat, niſi per appellationem factam ad ipſum. Sanè licèt fortè metropolitico iure non debeat cauſam audire de epiſcopatibus veſtris, niſi ad eum per appellationem deferatur, legationis tamen obtentu vniuerſas cauſas de ipſis epiſcopatibus, quæ per appellationem vel querimoniam aliquotum perueniunt ad audientiã ſuam, audire poteſt & debet, ſicut qui in prouincia ſua vices noſtras gerere comprobatur. Mandamus itaque uobis atque præcipimus, quatenùs cauſas quæ de epiſcopatibus veſtris ad eundem Archiepiſcopũ perferuntur, eius iudicio relinquatis: nec quẽlibet clericum aut laicum veſtræ iuriſdictionis decæterò deterrere vel impedire tenteris, quô minùs cauſas ſuas ad præfatum Archiepiſcopum, ſi voluerint, poſſint transferre.

Clemens I I I. Saguntino Epiſcopo.
Cap. 67.

PEruenit ad nos, quòd in Epiſcopatu tuo ſæpè contingat, quòd à laico enormis & intolerabilis iniuria clerico, multis adſtantibus & videntibus, inferatur, vel plebe præſente in eccleſia, eam diabolicæ fraudis inſtinctu accidit horribiliter humano perfundi ſanguine: & ob hoc iniuriantes in cauſam tracti, negant ſe tantum facinus cõmiſiſſe: & cùm læſus illatam ſibi iniuriam, eorum teſtimonio qui præſentes extiterunt & viderunt, probare deſideret, ipſimet, licèt veritatem cognouerint, contemnunt veritati teſtimonium perhibere. Sicque fit, quòd eccleſiaſtica iuſtitia deperit, & ordo clericalis vileſcit. Accidit etiàm, quòd cùm plures frequenter in clericos temerè violentas manus inijciant, ad ſedem Apoſtolicam plurimis nequeant obſtaculis laborare. Et quia ſuper his tua nos fraternitas duxit conſulendos, tuæ conſultationi taliter reſpondemus, quòd hi qui de rebus eccleſiaſticis nolunt teſtimonium perhibere, ſi aliàs veritas nequiuerit elici, ad id ſunt per eccleſiaſticã cenſuram compellendi. Si verò clerici paſſi iniuriam, veritatem fortè aliquorum teſtimonio nequiuerint comprobare, licèt iuxta rigorem canonum vnius teſtimonio non ſit ſtandum, tamen iuxta conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ, propter reuerentiam clericalis ordinis, ipſorum iuramento fidem volumus adhiberi. Illos autem qui valetudine præpediti, pro abſolutionis beneficio ad ſedem Apoſtolicam nequeunt laborare: recepto ab eis, ſicut moris eſt iuramento, poteris abſoluere, ità quòd ſanitati priſtinæ reſtituti, Apoſtolico ſe conſpectui repræſentent. Sexui verò fœmineo & pueris ac ſenibus ſuper hoc ſatis te credimus poſſe liberè diſpenſare. Eccleſias inſupèr

quæ

quę ſanguinis vel ſeminis ſunt effuſione pollutæ, ciuitatis clericis conuocatis, cum proceſſione & aquæ benedictæ adſperſione, prout in ordinario habetur aſcriptum, poteris emundare. De his etiàm, qui clericis non enormem, ſed modicam vel leuem iniuriam irrogauerint, tuæ fraternitatis arbitrio duximus relinquendum.

Hæc in Decret. titulo 3. adſcribūtur Innocētio III vbi q̄dam aliter leguntur.

SEdes Apoſtolica conſueuit exhibere ſe petentibus liberalem, ſed quidam eius gratia nequiter abutuntur, dum quod ipſa de benignitate concedit, ipſi ad malignitatē retorquent. Quidam igitur volentes malignari, in commiſſionibus minores perſonas proprijs nominibus exprimunt, maiores verò & digniores ſpecialibus vocabulis nō deſignant: ſed eas in generalitate inuolutas cōpræhendunt, vt ità faciliùs commiſſiones impetrent, ſub hac forma: Conqueſtus eſt talis de illo & quibuſdam alijs proprijs nominibus exprimendis, quòd et in tali negocio & alijs graues exiſtunt. Eorum igitur volentes obuiare malignitatibus, decreuimus, vt cùm in noſtris commiſſionibus minores & viliores perſonæ ſolummodò deſignantur, maiores & digniores ſub generali clauſula non intelligantur includi: nec effrenem multitudinem hac occaſione liceat includere, vt de maioribus & minoribus audiantur, qui de minoribus & leuioribus tātùm faciant mentionem. Si quis verò maiores perſonas expreſſerit, vt non velit cum eis experiri iudicio, ſed vt deſcendere valeat ad minores, quia fraus & dolus ei non debet patrocinari, tanquàm mendax precator careat impetratis.

LECTORI BENEVOLO, Bartholomæus Poin, Salutem.

HAec ſunt, quæ ex archetypo illo, cuius ſuprà mentio fit, lectu adeò difficili, ſummo labore deſcripſimus. Quæ ſi cui grata & vtilia fuerint, primùm gratias agat Deo, qui horum qualecunque exemplar huculquè ſeruauit: deindè F. Petro Crab, qui hoc ipſum, ut inter Concilia ederetur, procurauit: poſtremò & nobis, quos non piguit (quanquàm non deeſſent qui dehortarentur & abſterrerent) vtilitatis publicæ gratia moleſtiæ tantum perferre, vt quæ antehàc difficillimè legi poterant, iam cuius lectu facilia redderentur. Cæterùm ſi quibus in his locus aliquis intricatior, mutilus aut minùs abſolutus uidetur, ij nouerint, difficultatem eam ſibi nobiſcum eſſe communem. Neque enim archetypon ipſum adeò terſum fuit, quin & nos aliquotiès hæſitare cogeremur. Maluimus autem & te ſubindè nobiſcum hærere, quam conieciſſe aut mutaſſe quiduis temerè videri.

Cenè in editione hac poſtrema per multis locis mendę ſublatæ ſunt opera F. Laurentij Surij, & plurima ſuæ integritati reſtituta.

INNOCENTII PAPAE III. GESTA.

Ex Platina.

INNOCENTIVS tertius, patria Anagninus, patre Tratimundo, è familia Comitum, vir etiàm ante pontificatum doctrina & moribus inſignis, à Cœleſtino in numerum Cardinalium refertur: quo mortuo, in eius locum omnium conſenſu Pontifex * ſufficitur. Hic autem ſtatim vbi magiſtratum inijt, bello Aſiatico animum adijciens, Germanos propter Henrici mortem in Aſia tumultuantes, retinere in officio literis, nuncijs, præmijs, pollicitationibus conatus eſt. Verùm id quidem fruſtrà tentauit. Huius temporibus oborta apud Toloſam hæreſis eſt, quam, eodem procurante, B. Dominicus, qui poſteà in ſanctos relatus eſt, mira celeritate compeſcuit, adiuuante etiàm Simone Monforti. Non enim diſceptationibus verborum tantùm, verùm etiàm armis opus fuit: adeò inoleuerat tanta hæreſis. Præterea Fredericus Othonem perſequens, à Ludouico Rege Franciæ graui bello ſuperatum, Aquiſgranum cepit, ibique Innocentij Pontificis authoritate fretus, vexillum S. Crucis ſuſtulit, laturus (vt ipſe dicebat) opem & quàm primùm Chriſtianis contra Saracenos in Aſia dimicantibus. Præterea verò vt grati animi ſignum aliquod præ ſe ferret, Fundanum comitatum Eccleſiæ Romanæ dono dedit, vel datum anteà & vſurpatum deinceps reddidit. At Pontifex ubi uideret Saracenorum potentiam in Aſia concreſcere, apud Lateranum maximum Concilium celebrat, cui interfuēre Hieroſolymitanus & Cōſtantinopolitanus Patriarcha, metropolitani 70. Epiſcopi 412. Abbates & priores conuentuales 800. Græci & Romani Imperij legati, Regum verò Hieruſalem, Franciæ, Hiſpaniæ, Angliæ & Cypri oratores. Venēre multa tum quidem in conſultationē, nec decerni tamen quicquam apertè potuit, quod Piſani & Genuenſes maritimo, & Ciſalpini terreſtri bello inter ſe certabant. Eò itaque proficiſcens tollendæ diſcordiæ cauſa Pontifex, Peruſij moritur, pōtificatûs ſui anno 18. menſe 7. die 19. Cuius vita adeò probata fuit, vt poſt eius mortem nil earū rerū quæ in uita egerit, laudauerit, improbaueritque, immutatū ſit. Nam & decreta pleraque retulit, quibus tam laicorū quàm clericorū mores componerentur. Scripſit & libros de Sacramento Euchariſtiæ, de Sacramēto Baptiſmi, de infelicitate conditionis humanæ. Habuit item ſermones temporibus & ſolennibus diebus accommodatos. Improbauit præterea Abbatis Ioachim libellū quēdam,

An. Dñi 1195. alij melius 1198.

* Scilicet, eodē die, quo obijt Cœleſtin⁹.

non ſanam doctrinam præ ſe ferentem. Damnauit & errores Almerici hæretici, qui poſteà Pariſijs cum ſectatoribus ſuis exuſtus eſt, qui ad reliquos errores affirmabat, ideas quæ ſunt in mente diuina, & creare & creari, cùm ex ſententia B. Auguſtini, in mente diuina nil niſi æternum & incommutabile ſit. Dixerat prætereà, in charitate conſtituto nullum peccatum imputari. Iuuêre autẽ huius Pontificis virtutem & doctrinam B. Dominici, vndè Prædicatorum: & Franciſci Aſſiſiatis ſanctitas, vndè Minorum ordo tum originem habuit. Et nè exiſtimes Innocentium opera pietatis in tanto pontificatu prætermiſiſſe, ſcito eius opera & impẽſa hoſpitale ſancti Spiritûs conditum fuiſſe, auctumque ab eo magnis prouẽtibus, quibus & peregrini, & ægroti, & vulgò concepti, ac orphani alerentur. Ornauit & altare ſancti Petri opere vermiculato, vt eius imago & literæ in fornice ipſo ſcriptæ indicant. Vniuerſis prætereà vrbis Romæ eccleſijs libram argenti dedit, vndè calices ſacrificandi gratia conficerentur. Reſtituit & B. Sixti eccleſiam iam vetuſtate collabantem. Hoc ideò factum ab eo maledici dicebant, nè omnem impenſam in turrim quãdam, nunc Comitum appellatam cognomento familiæ ſuæ, tranſtuliſſe videretur. Vtcunquè eſt, conſtat eum in quouis genere vitæ probatiſſimum fuiſſe, dignumque qui inter ſanctos Pontifices cenſeatur.

Fuit ex nobiliſſimis Signiæ comitibus.

IN CONCILIVM LATERANENSE PRÆFATIVNCVLA

F. Laurentij Surij.

NEMO ſanæ mentis ambigere poteſt, hanc quæ ſequitur Synodum Lateranẽ. cumprimìs inſignem & verè œcumenicam fuiſſe, quippe in qua de negocijs religionis ſumma Latinæ & Græcæ Eccleſiæ concordia tractatum eſt, cuique interfuêre Patriarcha Conſtantinopolitanus & Hieroſolymitanus, & Archiepiſcopi tum Latini, tum Græci 70. Epiſcopi 412. Abbates & Priores plùs 800. ſimul omnes Prælati 1215. aut eo plures. Nec defuêre legati Græci & Romani Imperatoris, Regum Hieruſalem, Galliæ, Hiſpaniæ, Angliæ & aliorum. Quòd ſi verò ea cuiquam propterea minus ponderis habere videatur, quòd recentior ſit, ille certè Chriſtum mendacem facere velle videtur, qui perennem præſentiam ſuam promiſit Eccleſiæ ſuæ, & Spiritum ſanctum ſuum, Spiritum veritatis, qui cum illa maneat in æternum. Manet ſua ſemper Catholicæ Eccleſiæ authoritas, quam quiſquis contemnere auſus eſt, non ille efficit v ea minor ſit, ſed ſe dignum reddit, qui eius pondere penitùs opprimatur.

Digitized by Google

ÇONCILIVM LATERANENSE LONGE CELEBERRIMVM,

Romæ ſub Innocentio Papa III.

Celebratum Anno Domini 1215.

APPENDIX item de Expeditione ad recuperandam TERRAM ſanctam.

CONCILII LATERANENSIS, quod Romę in eccleſia S. Ioãnis Laterañ. celebratum fuit anno Dñi 1215. capitula LXX.

DE fide catholica. 1
De errore abbatis Ioachim. 2
De hæreticis. 3
De ſuperbia Græcorum contra Latinos. 4
De dignitate Patriarchatum. 5
De Conciliis Prouincialibus. 6
De correctione exceſſuum. 7
De inquiſitionibus. 8
De diuerſis ritibus in eadem fide. 9
De prædicatoribus inſtituendis. 10
De magiſtris ſcholaſticis. 11
De communibus capitulis monachorũ. 12
De nouis religionibus prohibitis. 13
De incontinentia clericorum punienda. 14
De arcenda ebrietate clericorum. 15
De indumentis clericorum. 16
De comeſſationibus prælatorum, & negligentia eorum ſuper diuinis officijs. 17
De iudicio ſanguinis & duelli clericis interdicto. 18
Nè eccleſiæ mundanis ſupellectilibus exponantur. 19
De chriſmate & euchariſtia ſub ſera cõſeruanda. 20
De confeſſione facienda, & non reuelanda à ſacerdote, & ſaltẽ in paſcha cõicãdo. 21
Vt infirmi priùs prouideant animæ quàm corpori. 22
Vt eccleſia cathedralis vel regularis vltra tres menſes non vacet. 23
De electione facienda per ſcrutinium vel per compromiſſum. 24
Quòd electio facta per ſecularem poteſtatem, non valeat. 25
De pœna indignè cõfirmantis electionẽ. 26
De inſtructione ordinandorum. 27
Vt compellantur cedere, qui poſtulauerunt licentiam cedendi. 28
Vt nullus habeat duo beneficia cum cura annexa. 29
De idoneitate inſtituendorũ in eccleſijs. 30
De filijs canonicorum non inſtituendis cũ patribus. 31
Vt patroni competentem portionem dimittant clericis. 32
De procuratoribus non accipiendis ſinè viſitatione. 33
De ſubditis non grauandis ſub prætextu ſeruitij alicuius. 34
De cauſa appellationis exprimenda. 35
Quòd iudex poſſit interlocutoriam & comminatoriam ſententiam reuocare. 36
De literis non impetrandis vltra duas diætas, & ſinè ſpeciali mandato. 37
De ſcribendis actis, vt probari poſſint. 38
De reſtitutione danda contra poſſeſſorem, quæ non rapuit ipſe. 39
De vera poſſeſſione. 40
De continuatione bonæ fidei in omni præſcriptione. 41
De ſeculari iuſtitia. 42
Nè ſinè cauſa cleric⁹ fidelitatẽ laico faciat. 43
Quòd conſtitutiones principum non præiudicent eccleſijs. 44
Patronus qui clericum eccleſię occiderit vel mutilauerit, ius patronatûs amittit. 45
De tallijs à clericis non exigendis. 46
De forma excommunicandi. 47
De modis recuſandi iudicem. 48
De pœna excommunicantis iniuſtè. 49
De reſtricta prohibitione matrimonij. 50
De pœna contrahentium clandeſtina matrimonia. 51
De teſtimonio de auditu, reprobando in cauſa matrimonij. 52
De his qui prædia ſua in fraudem decimarum dant alijs excolenda. 53
Vt decimæ ante tributa ſoluantur. 54
Vt de terris acquirendis, nõ obſtantibus priuilegijs, decimæ dentur. 55
Nè propter pactum aliquorum amittat decimas presbyter parochialis. 56
De interpretãdis priuilegiorum verbis. 57
De eodem, in fauorem epiſcoporum. 58
Vt nullus religioſus fideiubeat ſinè licentia abbatis & conuentûs. 59
Abbates non extendant ſe ad officium epiſcopale. 60
Nè religioſi recipiant decimas de manu laicali. 61
Nè reliquiæ ſanctorum oſtendantur extra capſam, nève nouæ habeantur in veneratione ſinè Romana Eccleſia. 62
De ſimonia. 63
De eadem circa monachos & ſanctimoniales. 64
De eadẽ circa illicitã pecunię extorſionẽ. 65
De eadem circa cupiditatem clericorum. 66
De vſuris Iudæorum. 67
Vt Iudęi diſcernant à Chr̃ianis in habitu. 68
Nè Iudæi publicis officijs præficiantur. 69
Nè conuerſi ad fidem de Iudæis, veterẽ ritũ Iudæorum retineant. 70

Digitized by Google

DECRETA GENERALIS

Concilij Lateranenſis, Tempore Innocentij Papæ III.

De fide catholica. Cap. 1.

Extrà de ſũma Tri. & fide cat. ca. 1. Deus vnus in eſſentia, trinus in perſonis.

FIRMITER credimus & ſimpliciter confitemur, quòd vnus ſolus eſt verus DEVS æternus & immenſus, omnipotens, incommutabilis, incompræhenſibilis & ineffabilis, Pater & Filius & Spiritusſanctus: tres quidem perſonæ, ſed vna eſſentia, ſubſtãtia ſeu natura ſimplex omninò. Pater à nullo filius autem à ſolo patre, ac ſpiritusſanctus ab vtroque pariter, abſque initio ſemper & fine, Pater generans, filius naſcens, & ſpiritusſanctus procedens: conſubſtantiales & coæquales, coomnipotentes & coæterni, vnum vniuerſorum principium, creator omnium inuiſibilium & viſibilium, ſpiritualium & corporalium, qui ſua omnipotenti virtute, ſimul ab initio temporis, vtranque de nihilo condidit creaturam, ſpiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam: ac deindè humanam quaſi communem ex ſpiritu & corpore conſtitutam. diabolus enim & dæmones alij à Deo quidem natura creati ſunt boni, ſed ipſi per ſe facti ſunt mali. Homo verò diaboli ſuggeſtione peccauit.

Scriptura diuina.

Hæc ſancta Trinitas ſecũdùm cõmunem eſſentiam indiuidua, & ſecundùm perſonales proprietates diſcreta, per Moſen & ſanctos prophetas alioſque famulos ſuos, iuxta ordinatiſſimam diſpoſitionem temporum, doctrinam humano generi tribuit ſalutarẽ.

Et tandẽ vnigenitꝰ Dei filius Ieſus Chriſtus à tota Trinitate cõmuniter incarnatꝰ, ex Maria ſemper virgine ſpiritusſancti cooperatione conceptus, verus homo factus, ex anima rationali & humana carne cõpoſitus, vna in duabus naturis perſona, viam vitæ manifeſtiùs demonſtrauit. Qui cùm ſecundùm diuinitatẽ ſit immortalis & impaſſibilis, idẽ ipſe ſecundùm humanitatem factus eſt paſſibilis & mortalis, quin etiàm pro ſalute humani generis in ligno crucis paſſus & mortuus, deſcendit ad inferos, reſurrexit à mortuis, & aſcendit in cœlum. Sed deſcendit in

Extremũ iudicium.

anima, reſurrexit in carne, aſcenditque pariter in vtroque, venturus in fine ſeculi iudicare viuos & mortuos, & redditurus ſingulis ſecundùm opera ſua, tam reprobis quàm electis. Qui omnes cum ſuis proprijs corporibus reſurgent, quæ nunc geſtant, vt recipiãt ſecundùm merita ſua, ſiue bona fuerint, ſiue mala illi cum diabolo pœnam perpetuam, & iſti cum Chriſto gloriam ſempiternam.

Eccleſiæ vnitas.

Vna verò eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia, extra quam nullus omninò ſaluatur. In qua idem ipſe ſacerdos & ſacrificium Ieſus Chriſtus, cuius corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continentur, tranſſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinẽ poteſtate diuina, vt ad perficiendum myſterium vnitatis accipiamus ipſi de ſuo, quod accepit ipſe de noſtro. Et hoc vtique ſacramentum nemo poteſt conficere, niſi ſacerdos, qui fuerit ritè ordinatus ſecundùm claues Eccleſiæ, quas ipſe conceſſit apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus Ieſus Chriſtus.

Euchariſtia.

Baptiſmꝰ.

Sacramentum verò baptiſmi, quod ad inuocationem indiuiduæ Trinitatis, videlicet Patris & Filij & Spiritusſancti, conſecratur in aqua, tam paruulis quam adultis in forma Eccleſiæ, à quocunque ritè collatum, proficit ad ſalutem.

Pœnitentia.

Et ſi poſt ſuſceptionem baptiſmi quiſquã prolapſus fuerit in peccatum, per veram pœnitentiam ſemper poteſt reparari. Nõ ſolùm autẽ virgines & cõtinentes, verùm etiàm cõiugati, per fidem rectam & operationem bonam, placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire.

De errore abbatis Ioachim. Cap. 2.

Decret. li. 1. ti. 1. c. 2. Abbatis Ioachim error de vna Trinitatis eſſentia.

DAmnamus ergò & reprobamus libellũ ſiue tractatum, quem abbas Ioachim edidit contra magiſtrum Petrũ Lombardum de vnitate, ſeu eſſentia Trinitatis, appellans ipſum hæreticũ & inſanum, pro eo ꝙ in ſuis dixit Sententijs, quomodò q̃dam ſumma res eſt pater & filius & Spiritusſanctus, & illa nõ eſt generans, neq; genita, nec procedẽs. Vndè aſſerit ꝙ ille non tam Trinitatẽ, quã quaternitatem adſtruebat in Deo, videlicet tres perſonas, & illam communem eſſentiã quaſi quartam, manifeſtè proteſtans, ꝙ nulla res eſt quæ ſit pater & filius & Spiritusſanctus, nec eſt eſſentia, nec ſubſtantia, nec natura: quamuis concedat ꝙ pater & filius & ſpiritusſanctus ſunt vna eſſentia, vna ſubſtantia, vnaque natura. Verùm vnitatem huiuſmodi nõ veram & propriã, ſed quaſi collectiuam & ſimilitudinariam eſſe fatetur, quemadmodùm dicuntur multi homines vnus populus, & multi fideles vna Eccleſia, iuxta illud: Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna: & qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum illo. Item, Qui plantat & qui rigat, vnum ſunt. &, Omnes vnum corpus ſumus in Chriſto. Rurſùs in libro Regum: Populus meus & populus tuus vnum ſunt. Ad hanc autem ſentẽtiam adſtruendam, illud potiſſimùm verbum inducit, quod Chriſtus de fidelibus inquit in Euangelio: Volo pater, vt ſint vnũ in nobis, ſicut & nos vnum ſumus, vt ſint conſummati in vnum. Non enim, vt ait, fideles CHRISTI ſunt vnum, id eſt, vna quædam res, quæ communis ſit omnibus, ſed hîc modò ſunt vnum, id eſt, vna Eccleſia propter catholicæ fidei vnitatem, & tandèm vnum regnum propter vnionem

Act. 4. 1. Cor. 6. Ibid. 3. & 12. 3. Reg. 22. Ioan. 17.

nem

nem indiſſolubilis charitatis. Quemadmodùm in canonica Ioannis epiſtola legitur: Quia tres ſunt qui teſtimonium dant in cęlo pater & verbum & ſpiritusſanctus, & hi tres vnum ſunt. Statimque ſubiungitur, Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua & ſanguis: & tres vnum ſunt, ſicut in codicibus quibuſdam inuenitur.

1. Ioan. 5.

Reprobatio huius erroris.

Nos autem ſacro & vniuerſali Concilio approbante, credimus & confitemur cum Petro, quod vna quædam ſumma res eſt, incomprehenſibilis quidem & ineffabilis, quæ veraciter eſt pater & filius & ſpiritusſanctus, tres ſimul perſonæ, ac ſingulatim quælibet earundem: & ideò in Deo Trinitas eſt ſolummodò, non quaternitas: quia quælibet trium perſonarum eſt illa res, videlicet ſubſtantia, eſſentia, ſiue natura diuina, quæ ſola eſt vniuerſorū principium, præter quod aliud inueniri non poteſt: & illa res non eſt generans, neque genita, nec procedens, ſed eſt pater qui generat, filius qui gignitur, & ſpiritusſanctus qui procedit, vt diſtinctiones ſint in perſonis, & vnitas in natura. Licèt igitur alius ſit pater, alius filius, alius ſpiritusſanctus, non tamen aliud: ſed id quod eſt pater, eſt filius, & ſpiritusſanctus, idem omninò, vt ſecundùm orthodoxam & catholicam fidem conſubſtātiales eſſe credantur. Pater enim ab æterno filium generando, ſuam ſubſtantiā ei dedit, iuxta quod ipſe teſtatur: Pater quod dedit mihi, maius eſt omnibus: ac dici non poteſt, quòd partem ſuæ ſubſtantiæ illi dederit, & partem retinuerit ipſe ſibi, cùm ſubſtātia patris indiuiſibilis ſit, vtpotè ſimplex omninò. Sed nec dici poteſt, quod pater in filium tranſtulerit ſuam ſubſtantiam generando, quaſi ſic dederit eam filio, quod non retinuerit ipſam ſibi, alioquin deſiiſſet eſſe ſubſtantia. Patet ergò, quòd ſine vlla diminutione filius naſcendo ſubſtantiam patris accepit, & ità pater & filius habent eandem ſubſtantiam, & ſic eadem res eſt pater & filius, necnon & ſpiritusſanctus ab vtroque procedens.

Vna ſubſtantia Patris & Filij & Spiritusſancti.

Ioan. 10.

Cùm ergò veritas pro fidelibus ſuis ad patrem orat, Volo, inquiens, vt ipſi ſint vnū in nobis, ſicut & nos vnum ſumus: hoc nomen, vnum, pro fidelibus quidem accipitur, vt intelligatur vnio charitatis in gratia: pro perſonis verò diuinis, vt attendatur idētitatis in natura vnitas, quemadmodùm veritas alibì ait: Eſtote perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt: ac ſi diceret manifeſtiùs: Eſtote perfecti perfectione gratiæ, ſicut pater veſter cęleſtis perfectus eſt perfectione naturę, vtraque videlicet ſuo modo: quia inter creatorem & creaturam nō poteſt tāta ſimilitudo notari, quin inter eos maior ſit diſſimilitudo notanda.

Ioan. 17.

Aliter vnū ſunt fideles Chriſti aliter tres perſonæ diuinæ.

Matth. 5.

Non ipſe Ioachim, ſed eius liber dānatur.

Si quis igitur ſententiam ſiue doctrinam præfati Ioachim in hac parte defendere vel approbare præſumpſerit, tāquàm hæreticus ab omnibus confutetur. In nullo tamen per hoc Florentino monaſterio, cuius ipſe Ioachim extitit inſtitutor, volumus derogari, quoniam ibi & regularis inſtitutio eſt & obſeruantia ſalutaris, maximè cùm idem Ioachim omnia ſcripta ſua nobis aſſignari mandauerit, Apoſtolicæ ſedis iudicio approbanda ſeu etiàm corrigenda, dictans epiſtolam cui propria manu ſubſcripſit, in qua firmiter cōfitetur ſe illam fidem tenere, quam Romana tenet Eccleſia, quæ cunctorū fidelium, diſponente Domino, mater eſt & magiſtra.

Reprobamus etiàm & damnamus peruerſiſſimum dogma impij * Amalrici, cuius mentem ſic pater mendacij excæcauit, vt eius doctrina non tam hęretica cenſenda ſit, quàm inſana.

*Almarici

De hæreticis. Cap. 3.

Ex. de hæret. ca. 13.

EXcommunicamus & anathematizamus omnem hæreſim, extollentem ſe aduersùs hanc ſanctam orthodoxam catholicam fidem, quam ſuperiùs expoſuimus, condemnantes vniuerſos hæreticos quibuſcunque nominibus cenſeantur: facies quidem habentes diuerſas, ſed caudas ad inuicèm colligatas, quia de vanitate conueniunt in idipſum.

Damnati verò, ſecularibus poteſtatibus præſentibus, aut eorū balliuis relinquantur animaduerſione debita puniendi, clericis priùs à ſuis ordinibus degradatis, ita quod bona huiuſmodi damnatorum, ſi laici fuerint, confiſcentur: ſi verò clerici, applicentur eccleſijs à quibus ſtipendia perceperunt.

Contra ſuſpectos de hæreſi.

Qui autem inuēti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi iuxta conſiderationes ſuſpicionis qualitatemq; perſonæ, propriam innocentiā cōgrua purgatione mōſtrauerint, anathematis gladio feriantur, & vſq; ad ſatisfactionem condignam ab omnibus euitētur, ità quod ſi per annum in excōmunicatione perſtiterint, extūc velut hæretici condēnentur.

Seculares poteſtates contra hæreticos.

Moneantur autē & inducantur, & ſi neceſſè fuerit, per cenſurā eccleſiaſticā cōpellantur ſeculares poteſtates quibuſcunq; fungātur officijs, vt ſicut reputari cupiunt & haberi fideles, ità pro defenſione fidei præſtent publicè iuramentum, quòd de terris ſuæ iuriſdictioni ſubiectis, vniuerſos hæreticos ab Eccleſia denotatos, bona fide pro viribus exterminare ſtudebūt, ità quòd amodò quandocunque quis fuerit in poteſtatē ſiue ſpiritualem ſiue temporalem aſſumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare.

Pęna negligentes aut conniuētes dños ſeculares.

Si verò dominus temporalis requiſitus & monitus ab Eccleſia, terrā ſuā purgare neglexerit ab hac hæretica fęditate, per metropolitanum & cęteros comprouinciales epiſcopos excōmunicationis vinculo innodetur. Et ſi ſatisfacere contempſerit infra annū, ſignificetur hoc ſummo pōtifici, vt extunc ipſe vaſallos ab eius fidelitate denunciet abſolutos, & terrā exponat catholicis occupādam, qui

eam

eam exterminatis hæreticis ſinè vlla cõtradictione poſſideant. & in fidei puritate conſeruent, ſaluo iure dñi principalis, dummodò ſuper hoc ipſe nullum præſtet obſtaculũ, nec aliquod impedimentum opponat, eadẽ nihilominùs lege ſeruata circa eos, qui non habent dominos principales.

Catholici verò, qui crucis aſſumpto charactere ad hæreticorum exterminium ſe accinxerint, illa gaudeant indulgentia, illoque ſancto priuilegio ſint muniti, quod accedẽtibus in terræ ſanctæ ſubſidium conceditur.

Pœna in receptores & defenſores hæreticorum.

Credentes verò, præthereà receptores, defenſores & fautores hæreticorũ, excommunicationi decernimus ſubiacere, firmiter ſtatuentes, vt poſtq̃ quis talium fuerit excommunicatione notatus, ſi ſatisfacere cõtempſerit infra annum, ex tunc ipſo iure ſit factus infamis, nec ad publica officia ſeu conſilia, nec ad eligendos aliquos ad huiuſmodi, nec ad teſtimonium admittatur. Sit etiàm inteſtabilis, vt nec teſtandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedat. Nullus prætereà ipſi ſuper quocunque negocio, ſed ipſe alijs reſpondere cogatur. Quòd ſi fortè iudex extiterit, eius ſententia nullam obtineat firmitatem, nec cauſæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus eius patrocinium nullatenùs admittatur. Si tabellio, eius inſtrumenta confecta per ipſum, nullius penitùs ſint momenti, ſed cum anthore damnato damnentur. Et in ſimilibus idem pręcipimus obſeruari. Si verò clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur, vt in quo maior eſt culpa, grauior exerceatur vindicta.

Officium clericorũ contra hæreticos.

Si qui autem tales poſtquàm ab Eccleſia denotati fuerint, euitare cõtempſerint, excommunicationis ſententia vſque ad ſatisfactionem idoneam percellantur. Sanè clerici non exhibeant huiuſmodi peſtilentibus eccleſiaſtica ſacramenta, nec eos Chriſtianæ præſumant ſepulturæ tradere, nec eleemoſynas aut oblationes eorum accipiant. Alioquin ſuo priuentur officio, ad quod nũquàm reſtituantur abſque indulto ſedis Apoſtolicæ ſpeciali. Similiter quilibet regulares, quibus hoc etiàm infligatur, vt eorum priuilegia illa diœceſi non ſeruentur, in qua tales exceſſus præſumpſerint perpetrare.

Quibus pdicare liceat. Tit. 1. Rom. 10.

Quia verò nonnulli ſub ſpecie pietatis, virtutem eius (iuxta quod ait Apoſtulus) abnegantes, authoritatem ſibi vendicãt prędicandi, cùm idem Apoſtolus dicat, Quomodò prædicabunt niſi mittantur? omnes qui prohibiti vel non miſſi præter authoritatem ab Apoſtolica ſede vel catholico epiſcopo loci ſuſceptam, publicè vel priuatim pdicationis officium vſurpare præſumpſerint, excommunicationis vinculo innodentur. Et niſi quantocyus reſipuerint, alia competenti pœna plectantur.

Officium epiſcoporũ ad inquirẽdũ

Adijcimus inſupèr, vt quilibet Archiepiſcopus vel epiſcopus per ſe, aut per archidiaconum ſuum, vel idoneas perſonas honeſtas, bìs aut ſaltem ſemèl in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat, & ibi tres vel plures boni teſtimonij viros, vel etiàm, ſi expedire videbitur, totam viciniam iurare compellat, quod ſi quis ibidèm hæreticos ſciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, ſeu à cõmuni conuerſatione fidelium, vita & moribus diſſidentes, eos epiſcopo ſtudeat indicare. Ipſe autem epiſcopus ad præſentiam ſuam conuocet accuſatos, qui niſi ſe ab obiecto reatu purgauerint, vel ſi poſt purgationem exhibitam in priſtinam fuerint relapſi perfidiam, canonicè puniantur. Si qui verò ex eis iuramẽti religionem obſtinatione dãnabili reſpuentes, iurare fortè noluerint, ex hoc ipſo tanquàm hæretici reputentur.

Cõtra negligentes epiſcopos

Volumus igitur & mandamus, & in virtute obedientiæ diſtrictè præcipimus, vt ad hæc efficaciter exequenda, epiſcopi per diœceſes ſuas diligenter inuigilent, ſi canonicam effugere voluerint vltionem. Si quis enim epiſcopus ſuper expurgando de ſua diœceſi hæreticę prauitatis fermento negligens fuerit vel remiſſus, cùm id certis indicijs apparuerit, & ab epiſcopali officio deponatur, & in locum ipſius alter ſubſtituatur idoneus, qui velit & poſſit hæreticam cõfundere prauitatem.

De ſuperbia Græcorum contra Latinos. Cap. 4.

Ex. de baptiſmo & eius effectu. cap. 6.

Licèt Gręcos in diebus noſtris ad obedientiam ſedis Apoſtolicę reuertentes, fouere & honorare velimus, mores ac ritus eorum inquantùm cum Dño poſſumus, ſuſtinendo: in his tamen illis deferre nec volumus, nec debemus, quę periculum generant animarum, & Eccleſiaſticę derogent honeſtati. Poſtquam enim Gręcorum eccleſia cũ quibuſdam complicibus ac fautoribus ſuis, ab obedientia ſedis Apoſtolicę ſe ſubtraxit, intantùm Gręci cœperunt abominari Latinos, quod inter alia quę in derogationem eorũ impiè committebant, ſi quando ſacerdotes Latini ſuper eorum celebraſſent altaria, non priùs ipſi ſacrificare volebant in illis, quàm ea tanquàm per hoc inquinata, lauiſſent. Baptizatos etiàm à Latinis, & ipſi Gręci rebaptizare auſu temerario pręſumebant, & adhuc (ſicut accepimus) quidam agere hoc non verentur. Volentes ergò tantum ab eccleſia Dei ſcandalum amouere, ſacro ſuadẽte Cõcilio, diſtrictè pręcipimus, vt talia decęterò non pręſumant conformantes ſe tanquam obedientiæ filij ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ matri ſuæ, vt ſit vnum ouile & vnus paſtor. Si quis autem quid tale præſumpſerit, excommunicationis mucrone percuſſus, ab omni officio & beneficio eccleſiaſtico deponatur.

Rebaptizatores.

De

De dignitate Patriarcharum. Cap. 5.

Extrà de priuilegijs & exceſſibus pri. Ordo dignitatis Sedium.

ANtiqua Patriarchaliũ ſediũ priuilegia renouantes, ſacra vniuerſali Synodo approbanse ſancimus, vt poſt Romanam Eccleſiam, quæ diſponente Domino ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatum, vtpotè mater vniuerſorum Chriſti fidelium & magiſtra, Conſtantinopolitana primum, Alexandrina ſecundum, Antiochena tertium, Hieroſolymitana quartum locũ obtineant, ſeruata cuilibet propria dignitate, ità ꝙ poſtquàm eorum antiſtites à Romano Pontifice receperint pallium, quod eſt plenitudinis officij pontificalis inſigne, præſtito ſibi fidelitatis & obedientiæ iuramento, licenter & ipſi ſuis ſuffraganeis pallium largiantur, recipientes pro ſe profeſſionem canonicam, & pro Romana Eccleſia ſponſionem obedientiæ ab eiſdem.

Palliũ patriarcharũ a Rom. eccl.

Dominicæ verò Crucis vexillum ante ſe faciant vbique deferri, niſi in vrbe Romana, & vbicunque ſummus Pontifex præſens extiterit, vel eius legatus vtens inſignijs Apoſtolicæ dignitatis.

In omnibus autem prouincijs eorum iuriſdictioni ſubiectis, ad eos, cùm neceſſè fuerit, prouocetur: ſaluis appellationibus ad ſedem Apoſtolicam interpoſitis, quibus eſt ab omnibus humiliter deferendum.

Cõcilium Prouinciale ſingulis annis celebrandum.

De Concilijs Prouincialibus. Cap. 6.

SIcut olim à ſanctis Patribus noſcitur inſtitutum, metropolitani ſingulis annis cum ſuis ſuffraganeis prouincialia nõ omittant Concilia celebrare. In quibus de corrigendis exceſſibus & moribus reformandis, præſertim in clero, diligentem habeant cum Dei timore tractatum, canonicas regulas & maximè, quę ſtatutę ſunt in hoc generali Cõcilio relegentes, vt eas faciant obſeruari, debitam pœnam tranſgreſſoribus infligendo.

Duo inueſtigatores per ſingulas diœceſes.

Vt autem id valeat efficacius adimpleri, per ſingulas diœceſes ſtatuant idoneas perſonas, prouidas videlicet & honeſtas, quæ per totum annum ſimpliciter, & de plano abſq; vlla iuriſdictione ſolicitè inueſtigent, quæ correctione, vel reformatione ſint digna, & ea fideliter perferant ad metropolitanum & ſuffraganeos & alios in Concilio ſubſequenti, vt ſuper his & alijs, prout vtilitati & honeſtati congruerit, prouida deliberatione procedant, & quæ ſtatuerint, faciãt obſeruari, publicantes ea in epiſcopalibus ſynodis, annuatim per ſingulas diœceſes celebrandis. Quiſquis autem hoc ſalutare ſtatutũ neglexerit adimplere, à ſuis beneficijs & executione officij ſuſpendatur, donèc per ſuperioris arbitriũ, * eius relaxetur.

for. * eius ſuſpenſio

Extrà de officio iudicis ord. cap. 13.

De correctione exceſſuum. Cap. 7.

IRrefragabili conſtitutione ſancimus, vt eccleſiarum prælati ad corrigendum ſubditorum exceſſum, maximè clericorum, & reformandũ mores, prudenter & diligenter intendant, nè ſanguis eorum de ſuis manibus requiratur. Vt autem correctionis & reformationis officium liberè valeant exercere, decernimus, vt executionẽ ipſorum nulla conſuetudo, vel appellatio valeat impedire, niſi formam exceſſerint in talibus obſeruandam.

Exceſſus tamen canonicorum eccleſiæ cathedralis, qui conſueuerunt corrigi per capitulum, per ipſum in illis eccleſijs, (quæ talem hactenùs conſuetudinem habuerũt) ad commonitionem, vel iuſſionem epiſcopi corrigantur infra terminum competentem ab epiſcopo præfigendum. Alioquin extunc epiſcopus Deum habens præ oculis, omni contradictione ceſſante, ipſos, prout animarum cura exegerit, per cenſuram eccleſiaſticam corrigere non poſtponat. Sed & alios eorum exceſſus corrigere, non omittat prout animarum cauſa requirit, debito tamen ordine in omnibus obſeruato.

Exceſſus canonicorum eccleſiæ cathedralis.

Cæterùm ſi canonici abſque manifeſta, & rationabili cauſa, maximè in contemptum epiſcopi, ceſſauerint à diuinis, epiſcopus nihilominùs ſi voluerit, celebret in Eccleſia cathedrali & metropolitanus ad querelam ipſius tanquàm ſuper hoc delegatus à nobis, taliter eos per cenſuram eccleſiaſticam cognita veritate caſtiget, quòd pœnæ metu talia decæterò non præſumant.

Prouideant itaque diligenter eccleſiarum prælati, vt hoc ſalutare ſtatutum ad quęſtum pecuniæ, vel grauamen aliud non conuertant, ſed illud ſtudioſè ac fideliter exequantur, ſi canonicam voluerint effugere vltionem, quoniam ſuper his Apoſtolica ſedes, authore Domino, attentiſſimè vigilabit.

De inquiſitionibus. Cap. 8.

QValiter & quomodò debeat prælatus procedere ad inquirendum & puniendum ſubditorũ exceſſus, ex authoritatibus noui & veteris teſtamenti colligitur euidenter, ex quibus poſteà proceſſerunt canonicæ ſanctiones, ſicut olim apertè diſtinximus, & nunc ſacri approbatione Concilij confirmamus. Legitur enim in Euangelio, quòd villicus ille qui diffamatus erat apud dominum ſuum, quaſi diſſipâſſet bona ipſius, audiuit ab illo: Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris villicare. Et in Geneſi Dominus ait: Deſcendam & videbo, vtrùm clamorem, qui venit ad me, opere compleuerunt.

Extrà de accuſationibus.

Luc. 16.

Gen. 18.

Ex quibus authoritatibus manifeſte comprobatur, quòd non ſolùm cùm ſubditus, verùm etiàm cùm prçlatus excedit, ſi per clamorem & famã ad aures ſuperioris peruenerit, non quidem à maleuolis & maledicis, ſed à prouidis & honeſtis: nec ſemèl tãtùm, ſed ſæpè (quod clamor innuit, & diffamatio manifeſtat) debet coram Eccleſiæ ſenioribus veritatem diligentiùs perſcrutari: vt ſi

Delatio ꝑ famam & clamorẽ.

rei

rei popoſcerit qualitas, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentia, non tanquàm ſit authot & iudex, ſed quaſi deferente fama vel denunciante clamore, officij ſoi debitum exequamt. Licèt autem hoc ſit obſeruandũ in ſubditis, diligentiùs tamen obſeruandum eſt in prælatis, qui quaſi ſignum ſunt poſiti ad ſagittam.

Thre. 3. b

Et quia non poſſunt omnibus complacere, cùm ex officio teneantur non ſolùm arguere, ſed etiàm inctepate, quin etiàm interdùm ſuſpendete, nonounquàm verò ligate, freqoenter odium muliorum incurrunt, & inſidias patiuntor: Ideò ſancti patres prouidè ſtatuerunt, vt accuſatio prælatorum non facilè admittatur, nè concuſſis colomnis corruat ædificiom, niſi diligens adhibeatur cautela, pet quam nõ ſolùm falſæ, ſed etiàm malignæ crimioationi ianua præcludatur. Verùm ità voluetoot prouidere prælatis, nè ctiminarentur iniuſtè, vt tamen cauerent nè delinquetent inſolenter; contra morbum vtrunque inuenientes coongruam medicinam, videlicet vt criminalis accuſatio, quæ ad dimioutionem capitis (id eſt, degradationem) intenditur, niſi legitima præcedat inſcriptio, nullatenùs admittatur. Sed cùm ſuper exceſſibus ſuis quiſquã fuerit infamatus, ità vt iam clamor aſſcendat, qui diutiùs ſioè ſcandalo diſſimulari non poſſit, vel ſinè periculo tolerari, abſque dubitationis ſcrupulo, ad inquirendum & puniendũ eius exceſſus, non ex odij ſoomte, ſed charitatis ꝓcedatur affectu, quatenùs ſi fuerit grauis exceſſus, etſi nõ degradetur ab ordine, ab adminiſtratione tñ amoueatur omninò, quod eſt ſecundùm euangelicã ſententiam à villicatione villicũ amoueri: qui nõ poteſt villicationis ſuæ dignã reddere rationem.

Contra prælatos non eſt leuiter credendũ.

Præſentia accuſati.

Debet igitur eſſe præſens, is contra quem facienda eſt inquiſitio, niſi ſe per contumaciam abſentauerit: & exponenda ſunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendendi ſeipſum. Et non ſolùm dicta, ſed etiàm nomina ipſa teſtium ſunt ei, vt quid & à quo ſit dictum, appareat, publicanda: oecnon exceptiones & replicationes legitimæ admittendæ, nè per ſuppreſſionem oominum, infamandi, per exceptiooom verò excluſionem, deponendi falſum audacia præbeatur.

Triplex procedendi modus.

Ad corrigendos itaq; ſubditorum exceſſus tanto diligentiùs debet prælatus aſſurgere, quanto damnabiliùs eorum offenſas deſereret incorrectas, contra quos, vt de notorijs exceſſibus taceatur, & ſi tribus modis poſſit procedi, per accuſationem videlicet, denunciationem & inquiſitiooem eorum, vt tameo in omnibus diligens adhibeatur cautela, nè fortè per leue compeodium ad graue diſpendium veniatur: ſicut accuſationem legitima præcedere debet inſcriptio, ſic & denunciationem charitatiua admonitio, & inquiſitionem clamoſa ioſinuatio præuenire, illo ſemper adhibito moderamine, vt iuxta formam iudicij ſententiæ quoquè forma dictetur. Hunc taman ordinem circa regulares perſonas non credimus vſquequaquè ſeruandum, quæ, cùm cauſa requirit, faciliùs & liberiùs à ſuis poſſunt admioiſtrationibus amoueri.

De diuerſis ritibus in eadem fide. Cap. 9.

Extra de officio iudicis ord. cap. 14.

QVoniam in plerisque partibus intra eandem ciuitatem atque diœceſim permixti ſunt populi diuerſarum linguarum, habentes ſub vna fide varios ritus & mores, diſtrictè præcipimus, vt pontifices huiuſmodi ciuitatum ſiue diœceſium, prouideant viros idneos, qoi ſecundùm diuerſitates rituum & linguarum diuina officia illis celebrent, & Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrent, inſtituendo eos verbo pariter & exemplo.

Diuerſæ linguæ in eadem ciuitate aut diœceſi.

Prohibemus autem omninò, nè vna eademque ciuitas ſiue diœceſis, diuerſos pontifices habeat, tanquàm vnũ corpus diuerſa capita quaſi monſtrum. Sed ſi propter prædictas caoſas vrgens neceſſitas poſtulauerit, pootiſex loci catholicum præſulem nationibus illis conformem, prouida deliberatione conſtituat ſibi vicarium in prædictis, qui ei per omnia ſit obediens & ſubiectus. Vndè ſi quis aliter ſe ingeſſerit, excommunicationis ſe nouerit mucrone percuſſum. Et ſi nec ſic reſipuerit, ab omni eccleſiaſtico miniſterio deponatur, adhibito, ſi neceſsè fuerit, brachio ſeculari ad tantam inſolentiam compeſcendam.

Nè in vna ciuitate ſint duo epiſcopi.

De prædicatoribus inſtituendis. Cap. 10.

Extrà ibidem cap. ſeq.

INter cætera, quæ ad ſalutem ſpectant populi Chriſtiani, pabolum verbi Dei permaximè ſibi noſcitur eſſe neceſſarium: quia ſicut corpus materiali, ſic anima ſpiritoali cibo nutritur, eò quòd non in ſolo paoe viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

Deut. 8. Matt. 4.

Vndè cùm ſæpè contingat, quòd epiſcopi propter occupationes multiplices, vel inualitudines corporales, aut hoſtiles incurſus ſeu occaſiooes alias, (nè dicamos defectum ſcientiæ, quod io eis eſt reprobandum omninò, nec decætero tolerandum) per ſeipſos non ſufficiunt miniſtrare populo verbum Dei, maximè per amplas diœceſes & diffuſas, generali conſtitutione ſancimus, vt epiſcopi viros idoneos ad ſanctæ prædicationis officium ſalubriter exequendum aſſumant, potentes in opere & ſermone, qui plebes ſibi commiſſas vice ipſorum, cùm per ſe idem nequiuerint, ſolicitè viſitantes, eas verbo ædificent & exemplo, quibus ipſi cùm indiguerint, congruè neceſſaria miniſtrent, nè pro neceſſariorom defectu compellandeſiſtere ab incepto.

Vndè

Digitized by Google

Coopera-tores epi-ſcoporũ.

Vndè præcipimus tam in cathedralibus quàm in alijs conuentualibus eccleſijs viros idoneos ordinari, quos epiſcopi poſſint coadiutores & cooperatores habere, non ſolùm in prædicationis officio, verùm etiàm in audiendis confeſſionibus & pœnitentijs iniungendis, ac cæteris quæ ad ſalutem pertinent animarum. Si quis autem hoc neglexerit adimplere, diſtrictæ ſubiaceat vltioni.

De magiſtris ſcholaſticis. Cap. 11.

Extrà de magiſtris.

QVia nonnullis propter inopiam, & legendi ſtudium, & opportunitas proficiendi ſubtrahitur, in Lateranenſi Concilio pia fuit inſtitutione prouiſum, vt per vnamqoanque cathedralem eccleſiam magiſtro, qui clericos eiuſdem eccleſiæ alioſque ſcholares pauperes gratis inſtrueret, aliquod cõpetens beneficium præberetur, qoo & docentis releuaretur neceſſitas, & via pateret diſcentibus ad doctrinam. Verùm quoniam ĩ multis eccleſijs id minimè obſeruatur, nos prædictum roboraotes ſtatutum, adijcimus, vt nõ ſolùm in qualibet cathedrali eccleſia, ſed etiam in alijs, quarum ſufficere poterunt facultates, conſtituator magiſter idoneus à prælato cum capitulo, ſeu maiori ac ſaniori parte capituli eligendus, qui clericos eccleſiarum ipſarum & aliarum, gratis in grammaticæ facultate ac alijs inſtruat iuxta poſſe.

Theologus ĩ metropolitana eccleſia.

Sanè metropolitana Eccleſia Theologum nihilominùs habeat, qui ſacerdotes & alios in ſacra pagina doceat, & in his præſertim informet, qoæ ad curam animarum ſpectare noſcuntur. Aſſignetur autem cuilibet magiſtrorum à capitulo vnius præbendæ prouentus, & pro Theologo à metropolitano tantundem, non propter hoc efficiatur canonicus, ſed tandiù redditus ipſius percipiat, quandiù perſtiterit in docendo. Quòd ſi fortè de duobus magiſtris metropolitana Eccleſia grauetur, Theologo iuxta modum prædictum ipſa prouideat: grammatico verò in alia eccleſia ſuæ ciuitatis ſiue diœceſis, quod ſufficere valeat, faciat prouideri.

De communibus capitulis monachorum. Cap. 12.

Extrà de ſtatu monach. Capitula de triennio in triennium.

IN ſingulis regnis ſiue Prouincijs fiat de triennio in trienniom, ſaluo iure diœceſanorum Pontificum, commune capitulum Abbatum atque Priorum, abbates proprios non habentium, qui non conſueuerunt tale capitolũ celebrare, ad quod vniuerſi conueniant, præpeditionem canonicam non habẽtes, apud vnum de monaſterijs ad hoc aptum, hoc adhibito moderamine, vt nullus eorum plùs qoàm ſex euectiones & octo perſonas adducat.

Aduocẽt autem charitatiuè in huius nouitatis primordijs duos Ciſtertienſis ordinis abbates vicinos, ad præſtandũ ſibi conſilium & auxilium opportunum, cùm ſint in huiuſmodi capitulis celebrandis ex longa cõſuetudine pleniùs informati. Qui abſque contradictione duos ſibi de ipſiis aſſocient, quos viderint expedire. Ac ipſi quatuor præſint capitulo vniuerſo, ità quòd ex hoc nullus eorum authoritatem prælationis aſſumat: Vndè, cùm expediẽrit, prouida poſſint deliberatione mutari. Huiuſmodi verò capitulum aliquod certis diebus continuè iuxta morem Ciſtertienſis ordinis celebretur, in quo diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis & obſeruantia regulari: & quod ſtatutum fuerit, illis quatuor approbantibus, ab omnibus inuiolabiliter obſeruetur, omni excuſatione & contradictione ac appellatione remotis, prouiſo nihilominùs vbi ſequenti termino debeat capitulum celebrari: & qui cõuenerint, vitam ducant communem, & faciant proportionabiliter ſimul omnes communes expenſas, ità qoòd ſi non omnes potuerint in eiſdem, ſaltem plures ſimul in diuerſis domibus commorentur.

Quatuor pſidentes capituli.

Viſitatores.

Ordinentur etiàm in eodem capitulo religioſæ ac circunſpectæ perſonæ, quæ ſingulas abbatias eiuſdem regni ſiue prouinciæ non ſolùm monachorum, ſed etiàm monialium ſecundùm formam ſibi præfixam, vice noſtra ſtudeant viſitare, corrigentes & reformantes, quæ correctionis & reformationis officio viderint indigere, ità quòd ſi rectorem loci cognouerint ab adminiſtratione penitùs amouendum, denuncient epiſcopo proprio, vt illum amouere procuret: quod ſi non fecerit, ipſi viſitatores hoc referant ad Apoſtolicæ ſedis examen. Hoc ipſum regolares canonicos ſecundùm ordinem ſuũ volumus & præcipimus obſeruare. Si verò in hoc nouitate quicquam difficultatis emerſerit, quod per prędictas perſonas nequeat expediri, ad Apoſtolicæ ſedis iudicium abſq; ſcandalo referantur, cęteris irrefragabiliter obſeruatis, quæ concordi fuerint deliberatione prouiſa.

Monaſteria ſub ordinario loci.

Porrò diœceſani epiſcopi monaſteria ſibi ſubiecta ità ſtudeãt reformare, vt cùm ad ea prædicti viſitatores acceſſerint, plùs in illis inueniant quod commendatione, quàm quod correctione ſit dignum, attentiſſimè pręcauentes, nè per eos dicta monaſteria indebitis oneribus aggrauentur. Quia ſic volumus ſuperiorem iura ſeruari, vt inferiorũ nolimus iniurias ſuſtinere.

Cõtra oppreſſores monaſteriorum.

Ad hoc diſtrictè præcipimus tam diœceſanis epiſcopis, quàm perſonis quæ pręerũt capitulis celebrandis, vt per cenſuram eccleſiaſticã appellatione remota, compeſcant aduocatos, patronos, vicedominos, rectores & conſules, magnates & milites, ſeu quoſlibet alios, nè monaſteria præſumant offendere in perſonis ac rebus. Et ſi forſitan offenderint, eos ad ſatisfactionem compellere non obmittant, vt liberiùs & quietiùs omnipotenti Deo valeant famulari.

De nouis religionibus prohibitis.

Cap. 13.

Extrà de religioſis domibus, cap. fi.

NE nimia religionum diuerſitas grauem in eccleſia Dei confuſionem inducat, firmiter prohibemus, nè quis decætero nouam religionem inueniat. Sed quicunque voluerit ad religionem conuerti, vnam de approbatis aſſumat. Similiter qui voluerit religioſam domum fundare de nouo, regulam & inſtitutionem accipiat de religionibus approbatis.

Illud etiàm prohibemus, nè quis in diuerſis monaſterijs locum monachi habere præſumat, nec vnus abbas pluribus monaſterijs præſidere.

De incontinentia clericorum punienda.

Cap. 14.

Extrà de vita & honeſt. cler. cap. 13.

VT clericorũ mores & actus in melius reformentur, continẽter & caſtè viuere ſtudeant vniuerſi, præſertim in ſacris ordinibus conſtituti, ab omni libidinis vitio præcauentes, maximè illo, propter quod ira Dei venit de cęlo in filios diffidentiæ, quatenùs in conſpectu Dei omnipotentis, puro corde ac mundo corpore valeât miniſtrare.

Pœna.

Nè verò facilitas veniæ, incentiuum tribuat delinquendi: ſtatuimus, vt qui deprehenſi fuerint incontinentiæ vitio laborare, prout magis aut minùs peccauerint, puniantur ſecundùm canonicas ſanctiones, quas efficaciùs & diſtrictiùs præcipimus obſeruari, vt quos diuinus timor à malo non reuocat, temporalis ſaltem pœna à peccato cohibeat.

Suſpenſi.

Si quis igitur hac de cauſa ſuſpenſus, diuina celebrare præſumpſerit, non ſolùm eccleſiaſticis beneficijs ſpolietur, verùm etiàm pro hac duplici culpa, perpetuò deponatur.

Prælati.

Prælati verò, qui tales præſumpſerint in ſuis iniquitatibus ſuſtinere, maximè obtentu pecuniæ vel alterius commodi temporalis, pari ſubiaceant vltioni.

Hoc pp Græcos.

Qui autem ſecundùm regionis ſuæ morem non abdicârunt copulam coniugalem, ſi lapſi fuerint, grauiùs puniantur, cùm legitimo matrimonio poſſint vti.

De arcenda ebrietate clericorum.

Cap. 15.

Extrà ibidẽ, c. 14.

A Crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abſtineant, vndè vinum ſibi temperent, & ſe vino: nec ad bibendum quiſpiam incitetur, cùm ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis prouocet incentiuum.

Abuſus cõpotãdi ad ęquales hauſtus.

Vndè illum abuſum decernimus penitùs abolendum, quo in quibuſdam partibus ad potus æquales ſuo modo ſe obligant potatores, & ille iudicio talium plùs laudatur, qui plures inebriat, & calices fœcundiores exhaurit. Si quis autem ſuper his culpabilem ſe exhibuerit, nisi à ſuperiore commonitus ſatisfecerit competenter, à beneficio vel officio ſuſpendatur. Venationem & aucupationem vniuerſis clericis interdicimus: vndè nec canes nec aues ad aucupãdam habere præſumant.

De indumentis clericorum.

Cap. 16.

Extrà ibidẽ ca. 15. Externa clericorũ conuerſatio.

CLerici officia vel commercia ſecularia non exerceant, maximè inhoneſta. Mimis, ioculatoribus, & hiſtrionibus non intendant, & tabernas prorsùs euitent, niſi fortè cauſa neceſſitatis in itinere conſtituti. Ad aleas vel taxillos non ludant, nec huiuſmodi ludis interſint. Coronam & tonſuram habeant congruentem, & ſe in officijs diuinis & alijs bonis exerceant ſtudijs diligenter. Clauſa deferant deſupèr indumenta, nimia breuitate, vel longitudine non notanda. Pannis rubeis, aut viridibus, necnon manicis, aut ſotularibus conſuticijs, ſeu roſtratis, frenis, ſellis, pectoralibus, & calcaribus deauratis, aut aliam ſuperfluitatem gerentibus non vtantur. Cappas manicatas ad diuinum officium intra eccleſiam non gerant, ſed nec alibì, qui ſunt in ſacerdotio, vel perſonatibus conſtituti, niſi iuſti cauſa timoris exegerit habitum transformari. Fibulas omnino non ferant, neque corrigias auri, vel argenti ornatum habentes, ſed nec anulos, niſi quibus competit ex officio dignitatis. Pontifices autem in publico & in Eccleſia ſuperindumentis lineis omnes vtantur, niſi monachi fuerint, quos oportet deferre habitum monachalem: pallijs diffibulatis non vtantur in publico, ſed vel poſt collum, vel ante pectus hincindè connexis.

De comeſſationibus prælatorum & negligentia eorum ſuper diuinis officijs.

Cap. 17.

Extrà de celebration. Miſſarũ. Crapulatores.

DOlentes referimus, quòd non ſolùm quidam minores clerici, verùm etiàm aliqui eccleſiarum prę lati, circa comeſſationes ſuperfluas & confabulationes illicitas, vt de alijs taceamus, ferè medietatem noctis expendunt, & ſomno reſiduum relinquentes, vix ad diurnum concentum auium excitantur, tranſcurrendo vndique continuata ſyncopa matutinum. Sunt & alij, qui Miſſarum celebrant ſolennia vix quater in anno, & quod deterius eſt, intereſſe contemnunt: & ſi quandò dum hæc celebrantur, interſunt, chori ſilentium fugientes, intendunt * exteriùs collocutionibus laicorum: dumque auditum ad indebitos ſermones effundunt, aures intentas non porrigunt ad diuina.

** externis*

Hæc igitur & ſimilia ſub pęna ſuſpenſionis penitùs inhibemus, diſtrictè præcipientes in virtute obedientiæ, vt diuinum officium diurnum pariter & nocturnum, quantùm eis Deus dederit, ſtudiosè celebrent pariter & deuotè.

De

De iudicio ſanguinis & duelli clericis interdicto. Cap. 18.

Extrà nè clerici vel monachi &c.

SEntentiam ſangoinis nullus clericus dictet aut proferat, ſed nec ſanguinis vindictam exerceat, aut vbì exercetur interſit. Si quis autem huiuſmodi occaſione ſtatuti, eccleſijs vel perſonis eccleſiaſticis aliquod præſumpſerit inferre diſpendium, per cenſuram eccleſiaſticam compeſcatur, nec quiſquam clericus literas ſcribat aut dictet pro vindicta ſanguinis deſtinandas: vndè in curijs principum hæc ſolicitudo non clericis, ſed laicis committatur.

** ruptarijs*

Nullus quoque clericus * rottarijs aut baliſtarijs aut huiuſmodi viris ſanguinū præponatur, nec illam chirurgiæ artem ſubdiaconus, diaconus vel ſacerdos exerceant, quæ ad vſtionē vel inciſionē inducit. Nec quiſquam purgationi aquæ feruentis vel frigidæ, ſeu ferri candentis ritum cuiuſlibet benedictionis aut conſecrationis impendat: ſaluis nihilominùs prohibitionibus de monomachijs ſiue duellis anteà promulgatis.

Nè eccleſiæ mundanis ſupellectilibus exponantur. Cap. 19.

Extrà de cuſtodiā euchariſtiæ, &c. Mūdanus ornatus. Marc. 11. Vt vaſa & veſtimēta ſacri miniſterij ſint munda.

RElinqui nolumus incorrectum, quòd quidam clerici ſic exponunt eccleſias ſupellectilibus proprijs & etiàm alienis, vt potiùs domus laicæ, quàm Dei baſilicæ videantur, non conſiderantes, quòd Dominus nō ſinebat vt vas transferretur per templū.

Sunt & alij qui non ſolùm eccleſias dimittunt incultas, verùm etiàm vaſa miniſterij & veſtimenta miniſtrorum ac pallas altaris, necnon & ipſa corporalia tam immūda relinquunt, & interdùm aliquibus ſunt horrori. Quia verò zelus nos comedit domûs Dei, firmiter prohibemus, nè huiuſmodi ſupellectilia in eccleſijs admittantur, niſi propter hoſtiles incurſus aut incendia repētina, ſeu alias neceſſitates vrgentes, ad eas oporteat habere refugium. Sic tamen, vt neceſſitate ceſſante, res in loca priſtina reportentur. Præcipimus quoque, vt oratoria, vaſa, corporalia, & veſtimenta prædicta, munda & nitida conſeruentur. Nimis enim videtur abſurdum, in ſacris ſordes negligere, quæ dedecerent etiàm in prophanis.

De chriſmate & Euchariſtia ſub ſera conſeruanda. Cap. 20.

Extrà ibidē. cap. 1.

STatuimus vt in cunctis eccleſijs chriſma & euchariſtia ſub fideli cuſtodia clauibus adhibitis conſeruentur, nè poſſit ad illa temeraria manus extendi, ad aliqua horribilia vel nefaria exercenda. Si verò is, ad quem ſpectat cuſtodia, ea incautè reliquerit, tribus menſibus ab officio ſuſpendatur. Et ſi per eius incuriam aliquid nefandum indè contigerit, grauiori ſubiaceat vltioni.

De confeſſione facienda & non reuelanda à ſacerdote, & ſaltem in Paſcha communicando. Cap. 21.

Extrà de pœnit. & remiſ. ca. omnis. Confiteri proprio ſacerdoti.

OMnis vtriuſq; ſexûs fidelis, poſtquàm ad annos diſcretionis peruenerit, omnia ſua ſolus peccata confiteatur fideliter ſaltem ſemèl in anno proprio ſacerdoti, & iniunctam ſibi pœnitentiam ſtudeat pro viribus adimplere, ſuſcipiens reuerenter ad minùs in Paſcha Euchariſtiæ ſacramentum, niſi fortè de conſilio proprij ſacerdotis, ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab eius perceptione duxerit abſtinendum: alioqùin & viuens ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura. Vndè hoc ſalutare ſtatutum frequenter in eccleſijs publicetur, nè quiſquam ignorantiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat. Si quis autem alieno ſacerdoti voluerit iuſta de cauſa ſua confiteri peccata, licentiam priùs poſtulet & obtineat à proprio ſacerdote, cùm aliter ille ipſum nō poſſit ſoluere vel ligare.

Diſcretio ſacerdotis

Sacerdos autem diſcretus & cautus, vt more periti medici ſuperinfundat vinum & oleum vulneribus ſauciati, diligenter inquirens & peccatoris circunſtantias & peccati, per quas prudenter intelligat, quale illi conſilium debeat exhibere, & cuiuſmodi remedium adhibere, diuerſis experimentis vtendo ad ſanandum ægrotum.

Pœna reuelantis peccata confeſſa.

Caueat autem omninò, nè verbo vel ſigno vel alio quouis modo prodat aliquatenùs peccatorem, ſed ſi prudentiori conſilio indiguerit, illud abſque vlla expreſſione perſonæ cautè requirat: quoniam qui peccatum in pœnitentiali iudicio ſibi detectum præſumpſerit reuelare, non ſolùm à ſacerdotali officio deponendum decernimus, verùm etiàm ad agendam perpetuam pęnitentiam in arctum monaſterium detrudendum.

Quòd infirmi priùs prouideant animæ quàm corpori. Cap. 22.

Extrà ibidē c ſeq. Ioan. 5.

CVm infirmitas corporalis nonnunquàm ex peccato proueniat, dicente Domino languido quem ſanauerat: Vade, & ampliùs noli peccare, nè deteriùs aliquid tibi contingat: decreto præſenti ſtatuimus, & diſtrictè præcipimus medicis corporum, vt cùm eos ad infirmos vocari contigerit, ipſos ante omnia moneāt & inducant, q̧ medicos aduocent animarū, vt poſtquàm infirmis fuerit de ſpiritali ſalute prouiſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubriùs procedatur, cùm cauſa ceſſante ceſſet effectus. Hoc quidem inter alia huic cauſam dedit edicto, quòd quidā in ægritudinis lecto iacentes, cùm eis à medicis ſuadetur, vt de animarum ſalute diſponant, in deſperationis articulum incidunt, vndè faciliùs mortis periculum incurrunt.

Si quis autem medicorum huius noſtræ conſtitutionis, poſtquàm per prælatos locorum fuerit publicata, traoſgreſſor extiterit, tam diù ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, donèc pro tranſgreſſione huiuſmodi ſatisfecerit competenter.

Cęterùm cùm anima ſit multò precioſior corpore, ſub interminatione anathematis prohibemus, nè quis medicorū pro corporali ſalute aliquid ægroto ſuadeat, quod io periculum animæ conuertatur.

Quòd eccleſia cathedralis vel regularis vltra tres menſes non vacet.

Cap. 23.

Extrà de electione & electi pot.

NE pro defectu paſtoris gregem Dominicum lupus rapax inuadat, aut io facultatibuis ſuis ECCLESIA viduata graue diſpendium patiatur volētes io hoc etiā occurrere periculis animarum & eccleſiarū indemoitatibus prouidere: ſtatuimus, vt vltra tres menſes cathedralis vel regularis eccleſia prælato non vacet, infra quos iuſto impedimeoto ceſſante, ſi electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi poteſtate careant ea vice, ac ipſa eligendi poteſtas ad eum qui proximo præe ſſe dinoſcitur, deuoluatur.

Ad alium deuoluta electio.

Is verò ad quem deuoluta fuerit poteſtas, Dnminum habens præ oculis, non differat vltrà tres menſes cum capituli ſui conſilio & aliorum virorum prudentium, viduatam eccleſiam de perſona idonea ipſius quidem eccleſiæ vel alterios, ſi digna oō reperiatur, in illa, canonicè ordinare, ſi canooicam voluerit effugere vltiooem.

De electione facienda per ſcrutinium vel compromiſſum. Cap. 24.

Extrà ibi de c.ſeq.

QVia propter electionum formas diuerſas, quas quidam inuenire conantur, & multa impedimenta proueniunt, & magna pericula imminent eccleſijs viduatis,

Electio p ſcrutiniū.

ſtatuimus vt cùm electio fuerit celebranda, pręſentibus omoibus qui debent & volunt & poſſunt commodè intereſſe, aſſumantur tres de collegio fide digni, qui ſecretò & ſingulatim voces cunctorum diligeoter exquirant. Et io ſcriptis redacta, mox publicēt in communi, nullo prorsùs appellationis obſtaculo interiecto, vt is collatione adhibita eligatur, in quem omoes vel maior vel ſanior pars capituli cooſentit.

Electio p cōpromiſſum.

Vel ſaltem eligendi poteſtas aliqnibus viris idoneis committatur, qui vice omnium eccleſiæ viduatæ prouideant de paſtore. aliter electio facta noo valeat, niſi fortè communiter eſſet ab omnibus quaſi per inſpirationem diuinam abſque vitio celebrata. Qui verò contra prædictas formas eligere attentauerint, eligendi ea vice poteſtate priuentur.

Illud penitùs interdicimos, nè quis in electionis oegocio procuratorem conſtituat, oiſi ſit abſens in eo loco de quo debeat aduocari, iuſtoque impedimento detentus venire nō poſſit, ſuper quo, ſi fuerit opùs, fidem faciat iuramento, & tunc ſi voluerit vni committat de ipſo collegio vicem ſuam. Electiones quoquè clandeſtinas reprobamus, ſtatuentes vt quàm citò electio fuerit celebrata, ſolenniter publicetur.

Quòd electio facta per ſecularem poteſtatem, non valeat. Cap. 25.

Extrà ibidem c.ſeq.

QVisquis electioni de ſe factæ, per ſecularis poteſtatis abuſum conſentire præſumpſerit contra canonicam libertatē, & electionis commodo careat, & ineligibilis fiat, nec abſq; diſpenſatione poſſit ad aliquam eligi dignitatem. Qui verò electionē huiuſmodi, quam ipſo iure irritam eſſe cenſemus, præſumpſerint celebrare, ab officijs & beneficijs penitùs per triennium ſuſpendantur, eligendi tunc poteſtate priuati.

De pœna indignè confirmantis electionem. Cap. 26.

Extrà ibidē c.ſeq.

NIhil eſt quod Eccleſiæ Dei magis officiat, quàm quòd iodigni aſſumaotur prælati ad regimen animarum. Volentes igitur huic morbo neceſſarium adhibere medelam, irrefragabili conſtitutione ſancimus, quatenùs cùm quiſquam fuerit ad regimen aoimarum aſſumptus, is ad quem pertinet ipſius confirmatio, diligeoter examinet & electionis proceſſum, & perſonam electi, vt cùm omnia ritè concurrerint, munus ei confirmationis impeodat: quia ſi ſecus fuerit incautè præſumpium, noo ſolùm deijciendus eſt indigoè promotus, verùm etiàm indignè promouens puniendus.

Pœna confirmantis indignè electum.

Ipſum quoquè decernimus hac animaduerſione puniri, vt cùm de ipſius conſtiterit negligentia, maximè, ſi hominem inſufficientis ſcientiæ, vel inhoneſtæ vitæ, aut ætatis illegitimæ approbauerit, non ſolùm confirmandi primum ſucceſſorem illius careat poteſtate, verùm etiàm nè aliquo caſu pœnam effugiat. à perceptione proprij beneficij ſuſpendatur, quouſq; ſi æquum fuerit, iodulgentiam valeat prometeri: ſi conuictus fuerit io hoc per malitiam exceſſiſſe, grauiori ſubiaceat vltioni.

Epiſcopi quoquè tales ad ſacros ordines & eccleſiaſticas dignitates promouere procurent, qui comoiſſum ſibi officium dignè valeant adimplere, ſi & ipſi canonicam cupiunt effugere vltionem.

Cæterùm qui ad Romanum pertioent immediatè Pontificem, ad percipiendam ſuî confirmatiooem officij, eius ſe conſpectui, ſi commodè poteſt fieri, perſonaliter repræſentent, vel perſonas tranſmittant idoneas, per quas diligens inquiſitio ſuper electionis proceſſu & electis poſſit haberi, vt ſic demùm per ipſius circunſpectiooem conſilij, ſui plenitudinem aſſequantur officij,

cùm

Digitized by Google

cùm eis nihil obſtiterit de canonicis inſtitutis, ità quòd interim valdè remoti, videlicet vltra Italiam conſtituti, ſi electi fuerint in concordia, diſpenſatiuè propter neceſſitates & vtilitates eccleſiarum, in ſpiritualibus & temporalibus adminiſtrent: ſic tamen, vt de rebus eccleſiaſticis nil penitùs alienent. Munus verò conſecrationis ſeu benedictionis recipiant, ſicut hactenùs recipere conſueuerunt.

De inſtructione ordinandorum.

Cap. 27.

Extrà de ætate & qualitate. ca. 14.

CVm ſit ars artium regimen animarum, diſtrictè præcipimus, vt epiſcopi promouendos in ſacerdotes, diligenter inſtruāt & informent vel per ſeipſos, vel per alios viros idoneos, ſuper diuinis officijs & eccleſiaſticis ſacramentis, qualiter ea ritè valeant celebrare: quoniam ſi ignaros & rudes decætero ordinare præſumpſerint, (quod quidem facilè poterit depræhendi) & ordinatores & ordinatos graui decreuimus ſubiacere vltioni. * Satiùs eſt enim, maximè in ordinatione ſacerdotū, paucos bonos quàm multos malos habere miniſtros: quia ſi cæcus cæcum duxerit, ambo in foueam dilabuntur.

* ſanctius

Matt. 15.

Quòd compellantur cedere, qui poſtulauerunt licentiam cedendi.

Cap. 28.

Extrà de renunciatione, ca. 12.

QVidam licentiam cedendi cum inſtātia poſtulantes, ea obtenta, cedere prætermittunt. Sed cùm in poſtulatione ceſſionis huiuſmodi, aut eccleſiarum commoda quibus præſunt, aut ſalutem videantur propriam attendiſſe, quorum neutrum ſuaſionibus aliquorum quærentium quæ ſunt ſua, ſeu etiàm leuitate qualibet volumus impediri, ad cedendum eos decernimus compellendos.

Quòd nullus habeat duo beneficia cum cura annexa. Cap. 29.

Extrà lib. 3. tit. 5. ca. 28.

DE multa prouidentia fuit in Lateranenſi Concilio prohibitum, vt nullus diuerſas dignitates eccleſiaſticas, & plures eccleſias parochiales reciperet, cōtra ſacrorum canonum inſtituta. Alioquin & recipiēs ſic receptum amitteret, & largiendi poteſtate conferens priuaretur. Quia verò propter præſumptiones & cupiditates quorundam, nullus hactenùs fructus aut rarus de prædicto ſtatuto prouenit, nos euidentiùs & expreſsiùs occurrere cupientes, præſenti decreto ſtatuimus, vt quicunque receperit aliquod beneficium, habens curam animarum annexam, ſi priùs tale beneficium obtinebat, eo ſit iure ipſo priuatus: & ſi fortè illud retinere contenderit, alio etiàm ſpolietur.

Is quoquè ad quem prioris ſpectat donatio, illud poſt receptionem alterius, liberè conferat cui meritò viderit conferendum: & ſi vltra tres menſes conferre diſtulerit, nō ſolùm ad alium ſecundùm ſtatutum Lateranē. Concilij, eius collatio deuoluatur, verùm etiàm tantùm de ſuis cogatur prouentibus in vtilitatem eccleſiæ, cuius illud eſt beneficium, aſſignare, quantùm a tempore vacationis ipſius conſtiterit ex eo eſſe perceptum. Hoc idem in perſonatibus decernimus obſeruandum, addentes vt in eadem eccleſia nullus plures dignitates aut perſonatus habere præſumat, etiàm ſi curam non habeant animarum. Circa ſublimes tamen & literatas perſonas, quæ maioribus ſunt beneficijs honorandæ, cùm ratio poſtulauerit, per ſedem Apoſtolicam poterit diſpenſari.

De idoneitate inſtituendorum in eccleſijs.

Cap. 30.

Extrà ibidē c. ſeq.

GRaue nimis eſt & abſurdū, quòd quidam prælati eccleſiarum cùm poſſint viros idoneos ad eccleſiaſtica beneficia promouere, aſſumere non verentur indignos, quibus nec morum honeſtas, nec literarum ſcientia ſuffragatur, carnalitatis ſequentes affectum, non iudicium rationis. Vndè quāta eccleſijs damna proueniant, nemo ſanæ mentis ignorat. Volentes igitur huic morbo mederi, præcipimus vt prætermiſſis indignis aſſumant idoneos, qui Deo & eccleſijs velint & valeant gratum impendere famulatum, fiatque de hoc in prouinciali concilio diligens inquiſitio annuatim, ità quòd qui poſt primam & ſecūdam correctionem fuerit repertus culpabilis, à conferendis beneficijs per ipſum Concilium ſuſpendatur: inſtituta in eodem Concilio perſona prouida & honeſta, quæ ſuppleat ſuſpenſi defectum in beneficijs conferendis: & hoc ipſum circa capitula quæ in his deliquerint, obſeruetur. Metropolitani verò delictū, ſuperioris iudicio relinquatur ex parte Cōcilij nunciandum. Vt autem hæc ſalubris prouiſio pleniorem conſequatur effectum, huiuſmodi ſuſpenſionis ſententia, præter Romani pontificis authoritatem aut proprij patriarchæ, minimè relaxetur, vt in hoc quoquè quatuor patriarchales ſedes ſpecialiter honorentur.

De filijs canonicorum non inſtituendis cum patribus. Cap. 31.

Extrà de filijs presbyterorū, c. 16.

AD abolendam peſſimam, quæ in pleriſque inoleuit eccleſijs, corruptelā, firmiter prohibemus, nè canonicorum filij, maximè ſpurij, canonici fiant in ſecularibus eccleſijs, in quibus inſtituti ſunt patres. & ſi fuerit contrà præſumptum, decernimus non valere. qui verò (vt dictum eſt) canonicare præſumpſerint, à ſuis beneficijs ſuſpendantur.

Vt patroni competentem portionem dimittant clericis. Cap. 32.

Extra de præben. & digni.

EXtirpandæ conſuetudinis vitium in quibuſdam partibus inoleuit, quòd ſcilicet patroni eccleſiarum parochialium, & aliæ quædam perſonæ prouentus ipſarum ſibi penitùs vendicantes, presbyteris earundem ſeruitijs deputatis relinquunt adeò exiguam portionem, vt ex ea congruè nequeât ſuſtentari. Nam vt pro certo didicimus, in quibuſdam regionibus parochiales presbyteri pro ſua ſuſtentatione non obtinent, niſi quartam quartæ, id eſt, ſextamdecimam decimarum. Vndè fit vt in his regionibus penè nullus inueniatur ſacerdos parochialis, qui vel modicam habeat peritiam literarum. Cùm igitur os bouis alligari non debeat triturantis, ſed qui altari ſeruit, viuere debeat de altari: ſtatuimus vt, conſuetudine qualibet epiſcopi vel patroni, ſeu cuiuſcunque alterius non obſtante, portio presbyteris ipſis ſufficiens aſſignetur.

Deut. 25. 1. Cor 9.

Vicarius in eccleſia parochiali.

Qui verò parochialem habet eccleſiam, non per vicarium, ſed per ſeipſum illi deſeruiat in ordine, quem ipſius Eccleſiæ cura requirit, niſi fortè præbendæ vel digni parochialis eccleſia ſit annexa: in quo caſu cócedimus, vt is qui talem habet præbendam vel dignitatem, cùm oporteat eum in maiori eccleſia deſeruire, in ipſa parochiali eccleſia idoneum & perpetuum ſtudeat habere vicarium canonicè inſtitutum, qui (vt prædictum eſt) congruentem habeat de ipſius eccleſiæ prouentibus portionem: alioquin illa ſe ſciat huius decreti authoritate priuatum, liberè alij conferenda, qui velit & poſſit, quod prædictum eſt, adimplere. Illud autem penitùs interdicimus, ne quis in fraudē de prouentibus eccleſiæ, quæ curam proprij ſacerdotis debet habere, penſionē alij quaſi pro beneficio conferre præſumat.

Penſio.

De procurationibus non accipiendis ſinè viſitatione. Cap. 33.

Extrà de cenſibus.

PRocurationes quæ viſitationis ratione debentur epiſcopis, Archidiaconis vel quibuſlibet alijs, etiàm Apoſtolicæ ſedis legatis, aut nuncijs, abſque manifeſta & neceſſaria cauſa nullatenùs exigantur, niſi quādò præſentialiter officium viſitationis impendunt; & tunc euectionum & perſonarum mediocritatem obſeruent, in Lateranenſi Concilio definitam.

Suprà ca. 22.

Hoc adhibito moderamine circa legatos & nuncios Apoſtolicæ ſedis, vt cùm oportuerit eos apud aliquem locum moram facere neceſſariam, nè locus ille propter illos nimiùm aggrauetur, procurationes recipiāt moderatas ab alijs eccleſijs vel perſonis, quæ nondum fuerunt de ſuis procurationibus aggrauatæ, ità quòd numerus procurationum, numerum dierum quibus huiuſmodi moram fecerint, non excedat, & cùm aliqua non ſuffecerit per ipſam, duæ vel plures coniungantur in vnam.

Porrò viſitationis officium exercentes, non quærant quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti, prædicationi & exhortationi, correctioni & reformationi vacando, vt fructū referant qui non perit. Qui autem contrà venire præſumpſerit, & quod acceperat, reddat: & eccleſiæ quam taliter aggrauauit, tantundem rependat.

Officium viſitatorum.

De ſubditis non grauandis ſub prætextu ſeruitij alicuius. Cap. 34.

Extrà de immunitate eccleſiæ, cap. 8.

QVia prælati plerique vt procurationem aut ſeruitium aliquod impendant legato vel alij, plus extorquēt à ſubditis quàm ſoluant, & in eorum damnis lucra ſectantes, quærunt prędam potiùs quàm ſubſidium in ſubiectis, id decætero fieri prohibemus.

Quod ſi quis fortè præſumpſerit, & ſic extorta reſtituat, & tantundem cogatur pauperibus elargiri.

Superior autem, cui ſuper hoc fuerit querela depoſita, ſi negligens fuerit in huiuſmodi executioni ſtatuti, canonicæ ſubiaceat vltioni.

De cauſa appellationis exprimenda. Cap. 35.

Extrà de appellationibus, cap. 59.

VT debitus honor deferatur iudicibus, & litigatoribus conſulatur ſuper laboribus & expenſis, ſtatuimus, vt vbi quis coram idoneo iudice conuenerit aduerſarium, ille ante ſententiam ad ſuperiorem iudicem abſque rationabili cauſa non prouocet, ſed coram illo ſuam iuſtitiam proſequatur, non obſtante ſi dicat, quòd ad ſuperiorem iudicē nuncium deſtinauerit, aut etiàm literas impetrauerit ab eodem, priuſquàm delegato fuerint aſſignatæ. Cùm autem ex rationabili cauſa putauerit appellādum, coram eodem iudice cauſa probabili appellationis expoſita, tali videlicet, quæ ſi foret probata deberet legitima reputari, ſuperior de appellatione cognoſcat: & ſi minùs eum rationabiliter appellāſſe cognouerit, illum ad inferiorem remittat, & in expenſis alteri parti condemnet. Alioquin ipſe procedat, ſaluis conſtitutionibus de maioribus cauſis ad ſedem Apoſtolicam perferendis.

Quòd iudex poſſit interlocutoriam & comminatoriam ſententiam reuocare. Cap. 36.

Extrà ibid. cap. ſeq.

CVm ceſſante cauſa ceſſet effectus, ſtatuimus, vt ſiue iudex ordinarius, ſiue delegatus aliquid comminando vel interloquendo protulerit, quo executioni mandato alter litigantium grauaretur, & ſano vſus conſilio, ab huiuſmodi comminationis vel interlocutionis effectu deſtiterit, liberè in cauſę cognitione procedat, non obſtan-

te ſi

Digitized by Google

te ſi à tali comminatione vel interlocutione fuerit appellatum, dummodò non ſit ex alia legitima cauſa ſuſpectus, nè proceſſus negocij friuolis occaſionibus retardetur.

De literis non impetrandis vltra duas diætas & ſinè ſpeciali mandato.

Cap. 57.

Extrà de reſcriptis, cap. 18.

NOnnulli gratia ſedis Apoſtolicæ abutentes, literas eius ad remotos iudices impetrare nituntur, vt reus fatigatus laboribus & expenſis, liti cedere vel importunitatem actoris redimere compellatur. Cùm autem per iudicium iniurijs aditus patere nõ debeat, quas iuris obſeruantia interdicit, ſtatuimus nè quis vltra duas diætas extra ſuam diœceſim per literas Apoſtolicas ad iudiciũ trahi poſſit, niſi de aſſenſu partium fuerint impetratæ, vel expreſſam de hac conſtitutione fecerint mentionem.

Litium venatores.

Sunt & alij qui ſe ad nouum genus mercimonij conuertentes, vt vel ſopitas poſſint ſuſcitare querelas, aut nouas immittere quæſtiones, fingunt cauſas ſuper quibus à Sede Apoſtolica literas impetrant abſque dominorum mandato, quas vel reo, nè propterea laborum vel expenſarum diſpendio moleſtetur, aut actori vt per ipſas aduerſarium indebita vexatione fatiget, venales exponũt. Cùm autem lites reſtringendæ ſint potiùs quàm laxandæ, hac generali conſtitutione ſancimus, vt ſi quis ſuper aliqua quæſtione, decætero ſinè mandato ſpeciali domini, literas Apoſtolicas impetrare præſumpſerit, & literæ illæ non valeant, & ipſe tanquàm falſarius puniatur, niſi fortè de illis perſonis extiterit, à quibus non debet exigi de iure mandatum.

De ſcribendis actis, vt probari poſſint.

Cap. 38.

Extrà de probationibus.

QVoniam cõtra falſam aſſertionem iniqui iudicis, innocens litigator quandoq; non poteſt veram negationem probare, cùm negantis factum per rerum naturam nulla ſit directa probatio, nè falſitas veritati præiudicet, aut iniquitas præualeat æquitati, ſtatuimus, vt tã in ordinario iudicio quàm extraordinario, iudex ſemper adhibeat aut publicam (ſi poteſt habere) perſonam, aut duos viros idoneos, qui fideliter vniuerſa iudicij acta conſcribant, videlicet citationes, dilationes, recuſationes & exceptiones, petitiones & reſponſiones, interrogationes, confeſſiones, teſtium depoſitiones, inſtrumentorum productiones, interlocutiones, appellationes, renunciationes, concluſiones, & cętera quæ occurrunt competenti ordine conſcribenda, deſignando loca, tempora & perſonas: & omnia ſic conſcripta partibus tribuantur, ità quòd originalia penès ſcriptores remaneant: vbi ſi ſuper proceſſu iudicis fuerit ſuborta contentio, per hæc poſſit veritas declarari. Hoc adhibito moderamine, quatenùs ſic honeſtis & diſcretis deferatur iudicibus, quòd per improuidos & iniquos, innocentum iuſtitia non lædatur. Iudex autẽ qui conſtitutionem iſtam neglexerit obſeruare, ſi propter eius negligentiam aliquid difficultatis emerſerit, per ſuperiorem iudicem animaduerſione debita caſtigetur, nec pro ipſius præſumatur proceſſu, niſi quatenùs in cauſa legitimis conſtiterit documẽtis.

Vt notarius aut duo, alij acta pſcribant ĩ iudicio.

De reſtitutione danda contra poſſeſſorem, quæ non rapuit ipſe. Cap. 39.

Extrà de reſt. ſpoli.

SAepè contingit quòd ſpoliatus iniuſtè, per ſpoliatorem in alium re tranſlata, dum aduersùs poſſeſſorem non ſubuenitur per reſtitutionis beneficium ſpoliato, commodo poſſeſſionis amiſſo propter difficultatem probationis ius proprietatis amittit effectum. Vndè non obſtante ciuilis iuris rigore, ſancimus, vt ſi quis decætero ſcienter rem talem acceperit, cùm ſpoliatori quaſi ſuccedat in vitium, eò quòd non multùm intersit, præſertim quo ad periculum animę, detinere iniuſtè, ac inuadere alienum, contra poſſeſſorem huiuſmodi ſpoliato per reſtitutionis beneficium ſuccurratur.

De vera poſſeſſione. Cap. 40.

Extrà de dolo & cõtumac.

COntingit interdùm, quòd cùm actori ob contumaciam partis aduerſæ adiudicatur cauſa rei ſeruandę poſſeſſio, propter rei potentiam ſiue dolum, actor infra annum rem cuſtodiendam nanciſci nõ poteſt, vel nactam amittit: & ſic cùm ſecundùm aſſertionem multorum, verus non efficeretur poſt lapſum anni poſſeſſor, reportat commodum de malitia ſua reus. Ne igitur contumax melioris quàm obediens, conditionis exiſtat, de canonica æquitate ſancimus, vt in caſu pręmiſſo actor verus conſtituatur elapſo anno poſſeſſor.

Extrà de arbitris, cap. 8.

Ad hæc generaliter prohibemus, nè ſuper rebus ſpiritualibus compromittatur in laicum: quia non decet vt laicus in talibus arbitretur.

De continuatione bonæ fidei in omni præſcriptione. Cap. 41.

Rom. 14. Extrà de pſcriptio.

QVoniam omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, ſynodali iudicio definimus, vt nulla valeat abſque bona fide præſcriptio tam canonica quàm ciuilis: cùm ſit generaliter omni conſtitutioni atq; conſuetudini derogandum, quæ abſq; mortali non poteſt obſeruari peccato. Vndè oportet, vt qui præſcribit, in nulla temporis parte rei habeat conſcientiam alienæ.

De ſeculari iuſtitia. Cap. 42.

SIcut volumus vt iura clericorum non vſurpent laici, ità velle debemus, nè clerici iura ſibi vendicent laicorum. Quocircà vniuerſis clericis interdicimus, nè quis prætextu eccleſiaſticæ libertatis ſuam, decætero iuriſdictionem extendat in præiudicium iuſtitiæ ſecularis, ſed contentus exiſtat conſtitutionibus ſcriptis & conſuetudinibus hactenùs approbatis: vt quæ ſunt Cęſaris, reddantur

Matt. 22.

datur Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo recta diſtributione reddantur.

Nè ſine cauſa clericus fidelitatem laico faciat. Cap. 43.

Extrà de iureiurã.

NImìs de iure diuino quidam laici vſurpare conantur, cùm viros eccleſiaſticos nihil temporale detinentes, ab eis ad præſtandum ſibi fidelitatis iuramenta compellunt. Quia verò ſecundùm Apoſtolum,

Rom. 14.

ſeruus ſuo domino ſtat aut cadit, ſacri authoritate Concilij prohibemus, nè tales clerici perſonis ſecularibus præſtare cogantur huiuſmodi iuramentum.

Quòd conſtitutiones principum non præiudicent eccleſijs. Cap. 44.

Extrà de rebus eccleſię non alien. c. 12.

CVm laicis, quanuis religioſis, diſponendi de rebus eccleſiaſticis nulla ſit attributa poteſtas, quos ſubſequendi manet neceſſitas, non authoritas imperandi, dolemus ſic in quibuſdam ex illis refrigeſcere charitatem, quòd immunitatem eccleſiaſticæ libertatis, quam nedùm ſancti patres, ſed etiã principes ſeculares multis priuilegijs muniũrunt, non formidant ſui conſtitutionibus, vel potiùs confictionibus impugnare, non ſolũ de feudorum alienatione, ac aliarum poſſeſſionum eccleſiaſticarum & vſurpatione iuriſdictionum, ſed etiàm de mortuarijs, necnon & alijs, quæ ſpirituali iuri videntur annexa, illicitè præſumendo.

Volentes igitur ſuper his eccleſiarum indemnitati conſulere, ac tantis grauaminibus prouidere, conſtitutiones huiuſmodi & vẽdicationes feudorum ſeu aliorum bonorum eccleſiaſticorum, ſinè legitimo eccleſiaſticarum perſonarum aſſenſu præſumptas occaſione conſtitutionis laicæ poteſtatis, (cùm non conſtitutio, ſed deſtitutio vel deſtructio dici poſſit, necnon vſurpatio iuriſdictionũ) ſacri approbatione Cõcilij decernimus non tenere, præſumptoribus per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendis.

Patronus qui clericum eccleſiæ occiderit vel mutilauerit, ius patronatûs amittit. Cap. 45.

Extrà de pœnis.

IN quibuſdam prouincijs eccleſiarum patroni ſeu vicedomini & aduocati, ſe in tantam inſolentiam erexerunt, quòd non ſolùm cùm vacãtibus debet eccleſijs de paſtoribus idoneis prouideri, difficultates ingerunt & malitias, verùm etiàm de poſſeſſionibus & alijs bonis eccleſiaſticis pro ſua voluntate ordinare præſumunt, & (quod horrendum eſt dicere) in necem prælatorum prorumpere non formidant. Cùm igitur quod ad defenſionis ſubſidium eſt inuentum, ad depreſſionis diſpendium non debeat retorqueri, prohibemus expreſsè, nè patroni vel aduocati, ſeu vicedomini ſuper præmiſſis decætero plùs vſurpent, quàm reperitur in iure permiſſum: & ſi contrà præſumpſerint, diſtrictiſſimè per ſeueritatem canonicam compeſcantur. Sacri nihilominùs Concilij approbatione ſtatuimus, quatenùs ſi patroni, vel aduocati, aut feudatarij, ſeu vicedomini, ſeu alij beneficiati, alicuius eccleſię rectorem, vel clericum alium ipſius eccleſiæ per ſe vel per alios occidere vel mutilare auſu nefando præſumpſerint, patroni ius patronatûs, aduocati aduocatiam, feudatarij feudum, vicedomini vicedominatum, beneficiati beneficium prorsùs amittant. Et nè minùs vindictæ, quàm exceſsùs memoria prorogetur, non ſolùm de præmiſſis nil perueniat ad hæredes, ſed etiàm vſque ad quartam generationem poſteritates talium in clericorum collegium nullatenùs admittantur, nec in regularibus domibus alicuius prælationis aſſequantur honorem, niſi cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum.

Pœna in violatores clericorũ eccleſię.

De tallijs à clericis non exigendis. Cap. 46.

Extrà de immonitate eccleſię.

ADuerſùs conſules ac rectores ciuitatum, & alios qui eccleſias & viros eccleſiaſticos tallijs, ſeu collectis, & exactionibus alijs aggrauare nituntur, volens immunitati eccleſiaſticæ Lateranẽ. Concilium prouidere, præſumptionem huiuſmodi ſub anathematis diſtrictione prohibuit, tranſgreſſores & fautores eorum excommunicationi præcipiens ſubiacere, donèc ſatisfactionem impendant competentem.

Verùm ſi quandò forſan epiſcopus ſimul cum clericis tantam neceſſitatem vel vtilitatem proſpexerint, vt abſq; vlla coactione, ad releuandas vtilitates vel neceſſitates communes, vbi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per eccleſias duxerint conferenda, prædicti laici humiliter & deuotè recipiant cum actionibus gratiarum.

Voluntaria contributio.

Propter imprudentiam tamen quorundam, Romanum prius conſulant pontificem, cuius intereſt communibus vtilitatibus prouidere.

Quoniam verò nec ſic quorundam malitia contra Dei Eccleſiam conquieuit, adijcimus, vt conſtitutiones & ſententiæ, quæ ab excommunicatis huiuſmodi, vel de ipſorum mandato fuerint promulgatæ, inanes & irritæ habeantur, nullo vnquàm tempore valituræ.

Conſtitutiones inualidę.

Cæterùm quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent, nullus vano decipiatur errore, vt infra tempus regiminis ſuſtineat anathema, quaſi poſt illud nõ ſit ad ſatisfactionem debitam compellendus: nam & ipſum qui ſatisfacere recuſauerit, & ſucceſſorem ipſius, ſi non ſatisfecerit infra menſem, manere decernimus eccleſiaſtica cenſura concluſum, donèc ſatisfecerit competenter, cùm ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore.

Cẽſura & in ſucceſſore, niſi ſatisfecerit.

De forma excommunicandi.

Cap. 47.

Extrà de ſententia excõica.

SAcro approbante Concilio prohibemus, nè quis in aliquem excommunicationis ſententiam, niſì competenti commonitione præmiſſa, & præſentibus idoneis perſonis, per quas ſi neceſsè fuerit, poſſit probari monitio, promulgare præſumat. Quòd ſi contrà prę ſumpſerit, etiamſi iuſta fuerit excommunicationis ſententia, ingreſſum eccleſiæ per mẽſem vnum ſibi nouerit interdictum, alia nihilominùs pœna mulctandus, ſi viſum fuerit expedire.

Nè ſinè cauſa fiat excõmunicatio.

Caueat etiàm diligenter, nè ad excommunicationem cuiuſquam abſque manifeſta & rationabili cauſa procedat: ad quam ſi fortè taliter proceſſerit, & requiſitus humiliter proceſſum huiuſmodi non curauerit abſque grauamine reuocare: grauatus, apud ſuperiorem deponat de iniuſta excommunicatione querelam: quod ſi abſque periculo morę poteſt, ad excommunicatorem, illum cum ſuo mandato remittat, infra competentem terminum abſoluendum: alioquin ipſe per ſe vel per alium, prout viderit expedire, ſufficienti cautione recepta, munus ei abſolutionis impendat.

Pœna in excõmunicatorẽ iniuſtum.

Cumque aduersùs excommunicatorem de iniuſta excommunicatione conſtiterit, excommunicator condemnetur excommunicato ad intereſſe: aliàs nihilominùs, ſi culpæ qualitas poſtulauerit, ſuperioris arbitrio puniendus: cùm non leuis ſit culpa, tantam infligere pœnam inſonti, niſì forſan errauerit ex cauſa probabili, maximè ſi laudabilis opinionis exiſtat.

Verùm ſi contra excommunicationis ſententiam nihil rationabile fuerit a conquerẽte probatum, & idem ſuper iniuſta conqueſtionis moleſtia per pœnam ad intereſſe, vel aliàs ſecundùm ſuperioris arbitrium condemnetur, niſì forſan & ipſum probabilis error excuſet: & ſuper eo, pro quo iuſta fuerit excommunicatione ligatus, per cautionem receptam ſatisfacere compellatur, vel in priſtinam reducatur ſententiam, vſq; ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruandam.

Si verò iudex ſuum recognoſcens errorẽ, paratus ſit talem reuocare ſententiam, & is pro quo lata fuerit, nè abſque ſatisfactione reuocet illam, appellet, appellationi non deferat in hac parte, niſì talis ſit error, de quo meritò * poſſit dubitari: & tunc ſufficienti cautione recepta, quòd coram eo, ad quem extitit appellatum, vel delegato ab ipſo, iuri parebit, excommunicatum abſoluat, ſicque pœnæ præſcriptę minimè ſubiacebit: cauens omninò, nè voluntate peruerſa in alterius præiudicium mentiatur errorem, ſi diſtrictionis canonicæ vult effugere vltionem.

* debeat

De modo recuſandi iudicem.

Cap. 48.

Extrà de appellat. c. 61.

CVm ſpeciali ſit prohibitione prouiſum, nè quis in aliquem excommunicationis ſententiam, niſì competenti commonitione præmiſſa, promulgare præſumat. volentes etiàm prouidere, ne fortè commonitus, fruſtratoriæ recuſationis vel appellationis obtentu, monentis declinare poſſit examen: ſtatuimus, quòd ſi allegauerit ſe iudicẽ habere ſuſpectum, coram eodem cauſam iuſtæ ſuſpicionis aſſignet. Et ipſe cum aduerſario vel ſi fortè aduerſarium non habeat, cum iudice arbitros communiter eligat: aut ſi fortè communiter cõuenire non poſſunt, eligant abſque malitia ipſe vnum, & ille alium, qui de ſuſpicionis cauſa cognoſcant, & ſi nequiuerint in vnam concordare ſententiam, aduocent tertium, vt quod duo ex ipſis decreuerunt, robur obtineat firmitatis. Sciant quoquè ſe ad id fideliter exequẽdum, ex iniuncto à nobis in virtute obedientiæ ſub atteſtatione diuini iudicij diſtricto prę cepto teneri. Cauſa verò ſuſpicionis legitima coram ipſis infra competentem terminum non probata, ſua iuriſdictione iudex vtatur. At ipſa probata legitimè, de recuſatoris aſſenſu perſonæ idoneæ committat negocium recuſatus, vel ad ſuperiorem tranſmittat, vt in eo ipſe procedat ſecundùm quod fuerit procedendum.

Portò commonito ad appellationem cõuolante, ſi eius exceſſus euidentia rei, vel ipſius confeſſione, aut alio modo legitimè fuerit manifeſtatus, cùm appellationis remedium non ſit ad defenſionem iniquitatis, ſed in præſidium innocentiæ inſtitutum, non eſt prouocationi huiuſmodi deferendum. Exceſſu quoque dubio exiſtente, nè friuolæ appellationis diffugio appellans iudicis proceſſum impediat, coram eodem probabilem cauſam appellationis exponat, talem videlicet, quæ ſi foret probata, deberet legitima reputari: & tunc ſi habuerit aduerſarium, infra terminum ſecundùm locorum diſtantiam & temporis qualitatem & naturam negocij, ab eodem iudice moderãdum, appellationis cauſam proſequatur: quam ſi proſequi non curauerit, ex tunc ipſe iudex, non obſtante appellatione, procedat.

Qñ non eſt appellatiõi deferendũ.

Nullo autem aduerſario comparẽte, cùm ex ſuo iudex procedat officio, appellationis cauſa coram ſuperiore probata, ſuperior ſuæ iuriſdictionis officium exequatur. Sed ſi appellans in eius probatione defecerit, ad eum, à quo ipſum malitiosè appellâſſe conſtiterit, remittatur.

Cęterùm has duas conſtitutiones præmiſſas nolumus ad regulares extendi, qui ſuas habent obſeruantias ſpeciales.

De

De Pœna excommunicantis iniuſtè.
Cap. 49.

SVb interminatione diuini iudicij pœnitùs interdicimus, vt cauſa cupiditatis nullus audeat excommunicationis vinculo aliquem innodare, vel abſoluere innodatũ, in illis maximè regionibus, in quibus ex conſuetudine cùm excommunicatus abſoluitur, pecuniaria pœna mulctatur: Statuentes, vt cùm excommunicationis ſententiam iniuſtam fuiſſe conſtiterit, excommunicator ad reſtituendam pecuniam ſic extortam, per cenſuram eccleſiaſticam compellatur: & niſi probabili fuerit errore deceptus, tantundem iniuriam paſſo perſoluat: & ſi fortè ſoluendò non fuerit, animaduerſione alia caſtigetur.

De reſtricta prohibitione matrimonij.
Cap. 50.

Extrà de cõſangui. & affinit. Mutatio legum ex cauſa.

NOn debet repræhenſibile iudicari, ſi ſecundùm varietatem temporum, ſtatuta quandoq; varientur humana, præſertim cùm vrgens neceſſitas vel euidens vtilitas id expoſcit: quoniam ipſe Deus ex his quæ in veteri teſtamento ſtatuerat, nonnulla mutauit in nouo.

Abolitio affinitatũ ſecundi & tertij gñis

Cùm igitor prohibitiones de coniugio in ſecundo & tertio affinitatis genere minimè contrahendo, & de ſobole ſuſcepta ex ſecundis nuptijs cognationi viri non copulanda prioris, & difficultatem frequenter inducant, & aliquádò periculum pariant animarum, vt ceſſante prohibitione ceſſet effectus, conſtitutiones ſuper hoc editas, ſacri approbatione Concilij reuocantes, præſenti conſtitutione decernimus, vt ſic contrahentes decæterò liberè copulentur.

Amotio ĩpedimẽti, quinti, ſexti & ſeptimi graduum.

Prohibitio quoquè copulæ coniugalis, quartum conſanguinitatis & affinitatis gradum decætero non excedat, quoniam in vlterioribus gradibus iam non poteſt abſque graui diſpendio huiuſmodi prohibitio generaliter obſeruari. Quaternarius enim numerus benè congruit prohibitioni coniugij corporalis, de quo dicit Apoſtolus, quòd vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier: neque mulier habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir: quia quatuor ſunt humores in corpore, quod conſtat ex quatuor elementis.

1.Cor.7.

Prohibitio ĩ quarto gradu.

Cùm ergò iam vſque ad quartum gradum prohibitio coniugalis copulæ ſit reſtricta, eam ità eſſe volumus perpetuam, non obſtantibus conſtitutionibus ſuper hoc dudùm editis, vel ab alijs vel à nobis, vt ſi qui contra prohibitionem huiuſmodi præſumpſerint copulari, nulla longinquitate defendantur annorum, cùm diuturnitas temporum non minuat peccatum, ſed augeat: tantoque grauiora ſint crimina, quanto diutiùs infelicem detinent animam alligatam.

De pœna contrahentium clandeſtina matrimonia. Cap. 51.

Extrà de clãdeſtin. deſponſ. cap. 3.

CVm inhibitio copulæ coniugalis, ſit in tribus vltimis gradibus reuocata, eam in alijs volumus diſtrictè obſeruari. Vndè prædeceſſorum noſtrorum inhærendo veſtigijs, clandeſtina coniugia penitùs inhibemus: prohibentes etiàm, nè quis ſacerdos talibus intereſſe præſumat. Quarè ſpecialem quorundam locorum conſuetudinem ad alia generaliter prorogando, ſtatuimus, vt cùm matrimonia fuerint contrahenda, in eccleſijs per presbyteros publicè proponãtur, competenti termino præfinito, vt infra illum qui voluerit & valuerit, legitimum impedimentum opponat. Et ipſi presbyteri nihilominùs inueſtigent, vtrùm aliquod impedimentum obſiſtat. Cùm autem probabilis apparuerit coniectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expreſsè, donèc quid fieri debeat ſuper eo, manifeſtis conſtiterit documentis.

Proclamatio cõtrahentiũ in eccleſia.

Pœna ſobolis.

Si qui verò huiuſmodi clandeſtina vel interdicta coniugia inire præſumpſerint in gradu prohibito etiàm ignoranter, ſoboles de tali coniunctione ſuſcepta, prorsùs illegitima cenſeatur, de parentum ignorantia nullum habitura ſubſidium, cùm illi taliter contrahendo, non expertes ſcientiæ, vel ſaltem affectatores ignorantiæ videantur. Pari modo illegitima proles cenſeatur, ſi ambo parentes impedimentum ſcientes legitimum, præter omne interdictum in conſpectu Eccleſiæ contrahere præſumpſerint.

Pœna presbyteri copulantis.

Sanè ſi parochialis ſacerdos, tales coniunctiones prohibere contempſerit, aut quilibet etiàm regularis qui eis præſumpſerit intereſſe, per triennium ab officio ſuſpendatur, grauiùs puniendus ſi culpæ qualitas poſtulauerit. Sed & ijs qui taliter copulari præſumpſerint, etiàm in gradu conceſſo, condigna pœnitentia iniungatur. Si quis autem ad impediendum legitimam copulam maliciosè impedimentum obiecerit eccleſiaſticam non effugiet vltionem.

Pœnitentia cõtrahentibus qbus eſt iniũgẽda.

De teſtimonio de audito, reprobando in cauſa matrimonij. Cap. 52.

Extrà de teſtibus & atteſta. ca. 47.

LIcèt ex quadam neceſſitate præter communem formam aliâs fuerit inſtitutum, vt in conſanguinitatis & affinitatis gradibus computandis valeret teſtimonium de auditu, cùm propter breuem hominum vitam teſtes de viſu deponere non valerent vſque ad gradum ſeptimum computãdo, quia tamen pluribus exẽplis & certis experimentis didicimus, ex hoc multa pericula contra legitima coniugia prouenisse: ſtatuimus, nè ſuper hoc recipiantur teſtes decætetò de auditu, cùm iam quartum gradum prohibitio non excedat, niſi perſonæ graues extiterint, quibus fides meritò ſit adhibenda, & ante motam litem teſtificata didicerint ab antiquioribus quidem ſuis, non vtique vno, cùm

Teſtis de auditu.

non

non ſufficeret ille ſi viueret, ſed duobus ad minùs: nec ab infamibus & ſuſpectis, ſed à fide dignis, & omni exceptione maioribus, cùm ſatis videretur abſurdum illos admitti, quorum repellerentur autbores: Nec tamen ſi vnus à pluribus, vel infamis ab hominibus bonæ famæ acceperiot quod teſtētur, tanquàm plures & idonei teſtes debent admitti, cùm etiam ſecundùm ſolitum ordinē iudiciorum, oon ſufficiat vnius teſtis aſſertio, etiàm ſi præſidali dignitate præfulgeat, & actus legitimi ſint infamibus interdicti.

Iuramētū teſtium.

Teſtes autem huiuſmodi proprio iuramento firmantes, quòd ad ferendum in cauſa ipſa teſtimonium odio, vel timore, vel amore, vel commodo non procedant, perſonas expreſſis nominibus, vel demonſtratione, ſiue circunlocutione ſufficienti deſignent, & ab vtroque latere clara computatiooe gradus ſingulos diſtinguant, & io ſuo nihilominùs iuramento concludant, ſe accepiſſe à ſuis maioribus quod deponunt, & credere ità eſſe. Sed nec tales ſufficiant, niſi iurati deponant ſe vidiſſe perſonas ſaltem in vno prædictorum graduum conſtitutas, pro conſanguineis ſe habere. Tolerabilius eſt enim, aliquos contra ſtatuta hominum copulatos dimittere, quàm coniunctos legitimè, contra ſtatuta Domini ſeparare.

De his qui prædia ſua, in fraudem decimarum, dant alijs excolenda.

Cap. 53.

Extrà de decimis, primit. & obla. c. 32.

IN aliquibus regionibus quędam permixtæ ſuot gentes, quæ ſecundùm ſuos ritus decimas de more non ſoluont, quamuis cenſeantur nomioe Chriſtiano. His nonnulli domini prædiorum ea tribuunt excolenda, vt decimis defraudantes eccleſias, maiores indè redditus aſſequantur.

Volentes igitur ſuper his Eccleſiarum indemnitatibus prouidere, ſtatuimus, vt ipſi domini talibus perſonis, & taliter ſua prædia excoleuda committant, quòd abſque contradictione decimas eccleſijs cum integritate perſoluant, & ad id ſi neceſſe fuerit, per cenſuram eccleſiaſticam compellantur. Illæ quippe decimæ neceſſariò ſunt ſoluendæ, quæ debentur ex lege diuina, vel loci cōſuetudine approbata.

Vt decimæ ante tributa ſoluantur. Cap. 54.

Extrà ibidē. c. ſeq.

CVm non ſit in homine quòd ſemen ſerenti reſpondeat, quoniam iuxta verbum Apoſtoli, neque qui plātat, eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus: ipſum quidem de mortificato ſemine plurimum fructum afferente, nimis auare in decimis quidam defraudare nituntur cenſus & tributa, quæ interdùm indecimata prætereuntur, de frugibus & primitijs educentes.

1. Cor. 3.

Ratio decimarum.

Cùm autem in ſignū vniuerſalis Dominij, quaſi quodam titulo ſpeciali, ſibi dominus decimas reſeruauerit: nos & Eccleſiarum diſpendijs, & animarū periculis obuiare volentes, ſtatuimus, vt in prærogatiua dominij generalis, exactionem tributorum & cenſuum præcedat ſolutio decimarum: vel ſaltem hi ad quos cenſus & tributa indecimata peruenerint, quoniam res cum onere ſuo tranſit, ea per cenſuram Eccleſiaſticam decimare cogantur eccleſijs quibus iure debentur.

Vt de terris acquirendis, non obſtantibus priuilegijs, decimæ dentur.

Cap. 55.

Extrà ibidē. c. ſeq.

Statutum Ciſtertienſium de decimis.

NVpèr abbates Ciſterrienſis ordinis in generali capitulo congregati, ad commonitionem noſtram prouidè ſtatuerunt, nè decętero fratres ipſius ordinis emant poſſeſſiones, de quibus decimæ debentur eccleſijs, niſi fortè pro monaſterijs nouiter fundandis. Et ſi tales poſſeſſiones eis fuerint pia fidelium deuotione collatæ, aut emptæ pro monaſterijs de nouo fundandis, committāt excolendas alijs, à quibus eccleſijs decimæ perſoluantur, nè occaſione priuilegiorum ſuorum, eccleſiæ vlteriùs prægrauentur. Decernimus ergò, vt de alienis terris & amodò acquirendis, etiàm ſi eas proprijs manibus aut ſumptibus deincèps excoluerint, decimas perſoluant eccleſijs, quibus ratione prędiorum anteà ſoluebantur, niſi cum ipſis eccleſijs aliter duxerint componēdum. Nos ergò ſtatutum huiuſmodi gratum & ratum habentes, hoc ipſum ad alios regulares, qui gaudent ſimilibus priuilegijs, extendi volumus, & mandamus, vt eccleſiarum prælati, proniores & efficaciores exiſtant ad exhibēdum eis de ſuis malefactoribus iuſtitiæ cōplementum, eorumque priuilegia diligentiùs & perfectiùs ſtudeant obſeruare.

Confirmatio & extēſio ſtatuti.

Nè propter pactum aliquorum, amittat decimas presbyter parochialis.

Cap. 56.

Extrà de pactis, ca. 7.

PLerique (ſicut accepimus) regulares & clerici ſeculares, interdum cùm vel domos locant, vel ſeuda concedunt in præiudicium parochialium eccleſiarom, pactū adijciunt, vt conductores & feudatarij decimas eis ſoluant, & apud eoſdem eligant ſepulturam. Cùm autem id de auaritiæ radice procedat, pactum huiuſmodi penitùs reprobamus, ſtatuentes vt quicquid fuerit occaſione huiuſmodi pacti perceptum, eccleſiæ parochiali reddatur.

De interpretandis priuilegiorum verbis.

Cap. 57.

Extrà de priuilegijs, c. 24.

VT priuilegia, quæ quibuſdam religioſis perſonis Romana conceſſit Eccleſia, permaneant inconuulſa, quædam in eis declaranda, nè minùs ſanè intellecta, pertrahāt ad abuſum propter quem meritò poſſint reuocari: quia priuilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.

Priuilegiū de ſepultura apud religioſos.

Sanè quibuſdam regularibus ſedes Apoſtolica indulſit, vt his qui eorum fraternitatem aſſumpſerint, ſi forſan eccleſiæ ad quas

pertinent,

pertinent, à diuinis fuerint officijs interdictæ, ipſoſq; mori contingat, ſepultura eccleſiaſtica nō negetur, niſi excommunicati vel nominatim fuerint interdicti, ſuoſque confratres, quos eccleſiarum prælati apud eccleſias ſuas non permiſerint ſepeliri, niſi excōmunicati vel interdicti fuerint nominatim, ipſi ad eccleſias ſuas deferant tumulandos.

Confratres. Hoc autem de illis cōfratribus intelligimus, qui vel adhuc manentes in ſeculo, eorum ordini ſunt oblati mutato habitu ſeculari, vel qui eis inter viuos ſua bona dederunt, retento ſibi quandiù in ſeculo vixerint, vſufructu: qui tamen ſepeliantur apud ipſorum regularium vel aliorum non interdictas eccleſias, in quibus elegerint ſepulturam: nè ſi de quibuſlibet ipſorum fraternitatem aſſumentibus fuerit intellectum, pro duobus aut tribus denarijs annuatim ſibi collatis, diſſoluatur pariter & vileſcat eccleſiaſtica diſciplina. Certam tamen & ipſi remiſſionem obtineāt ab Apoſtolica ſibi ſede conceſſam.

Aliud priuilegium ſtationariorum. Illud etiàm pro huiuſmodi regularibus eſt indultum, ſi qui fratrum ſuorum, qui ab eis miſſi fuerint ad recipiendas fraternitates ſiue collectas, in quamlibet ciuitatem, caſtellum vel vicum aduenerint, ſi fortè locus ille à diuinis ſit officijs interdictus, in eorū iucundo aduentu ſemèl in anno aperiantur eccleſiæ, vt excluſis excommunicatis, diuina

Interpretatio eius. ibi officia celebrentur: Sic intelligi volumus, q̀ in eadem ciuitate aut caſtro vel villa, vna tantùm eccleſia eiuſdem ordinis fratribus (vt dictum eſt) ſemèl aperiatur in anno: Quia licèt pluraliter dictum ſit, quòd in eorum iucundo aduentu aperiantur eccleſiæ, non tamen ad eccleſias eiuſdē loci diuiſim, ſed prędictorum locorum coniunctim, ſano referendum eſt intellectu, nè ſi hoc modo ſingulas eiuſdem loci eccleſias viſitarent, nimiùm vilipendi contingeret ſententiam interdicti. Qui verò contra declarationes pręſcriptas quicquam ſibi præſumpſerint vſurpare, graui ſubiaceant vltioni.

De eodem in fauorem epiſcoporum. Cap. 58.

Extrà ibidē c. ſeq. QVod nonnullis eſt religioſis indultum, in fauorem pontificalis officij ad epiſcopos extendentes, concedimus, vt cùm cōmune terræ fuerit interdictū, excōmunicatis & interdictis excluſis, poſſint quandoq; ianuis clauſis, ſuppreſſa voce, non pulſatis campanis, celebrare officia diuina, niſi hoc ipſum eis expreſsè fuerit interdictum. Verùm hoc illis concedimus, qui cauſam aliquam non præſtiterint interdicto, nec quicquam doli vel fraudis ingeſſerint, tale compendium ad iniquū diſpendiū pertrahentes.

Quòd nullus religioſus fideiubeat ſinè licentia abbatis & conuentûs. Cap. 59.

Extrà de fideiuſſoribus. QVod quibuſdam religioſis à ſede Apoſtolica eſt prohibitum, volumus & mandamus ad vniuerſos extendi, nè quis videlicet religioſus abſque abbatis & maioris partis ſui capituli licentia, pro aliquo fideiubeat, vel ab alio pecuniam mutuò accipiat vltra ſummam communi prouidentia conſtitutam. Alioquì non teneatur conuentus pro his aliquatenùs reſpondere, niſì fortè in vtilitatem domûs ipſius manifeſtè conſtiterit redundaſſe: & qui cōtra ſtatutum iſtud venire præſumpſerit, grauiori diſciplinæ ſubdatur.

Vt abbates non extendant ſe ad officium epiſcopale. Cap. 60.

ACcedentibus ad nos de diuerſis mundi partibus epiſcoporum querelis, intelleximus graues & grandes quorundam abbatum exceſſus, qui ſuis finibus non contenti, manus ad ea quæ ſunt epiſcopalis dignitatis, extendunt, de cauſis matrimonialibus cognoſcendo, iniungendo, publicas pœnitentias, cōcedendo etiàm indulgentiarum literas, & ſimilia præſumendo, vndè contingit interdùm quòd vileſcat epiſcopalis authoritas apud multos. Volentes igitur in his & epiſcoporum dignitati, & abbatum prouidere ſaluti præſenti decreto firmiter prohibemus, nè quis abbatum ad talia ſe præſumat extendere, ſi proprium voluerit periculum euitare, niſì fortè quiſquam eorum ſpeciali conceſſione vel alia legitima cauſa ſuper huiuſmodi valeat ſe tueri. Extrà de exceſſ. pla torū. c. 12.

Nè religioſi recipiant decimas de manu laicali. Cap. 61.

IN Lateranenſi Concilio noſcitur fuiſſe prohibitum, nè quilibet regulares eccleſias ſeu decimas ſinè conſenſu epiſcoporum de manu pręſumant recipere laicali, nec excommunicatos vel nominatim interdictos admittant aliquatenùs ad diuina. Extrà de prębendis & dignit. cap. 31.

Nos autem id fortiùs inhibentes, tranſgreſſores condigna curabimus animaduerſione puniri, ſtatuentes nihilominùs, quatenùs in eccleſijs quæ ad ipſos pleno iure non pertinent, iuxta eiuſdem ſtatuta Cōcilij, epiſcopis inſtituendos presbyteros repræſentent, vt illis de plebis cura reſpondeant, ipſi verò pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem. Inſtitutos verò remouere nō audeant epiſcopis inconſultis. Sanè adijcimus, vt illos repræſentare procurent, quos vel conuerſatio reddit notos, vel commendat probabile teſtimonium prælatorū.

Nè reliquiæ ſanctorum oſtendantur extra capſam, nè nouæ habeantur in veneratione ſinè Romana eccleſia. Cap. 62.

CVm ex eo, quòd quidam ſanctorum reliquias exponunt venales, & eas paſsim oſtendunt, Chriſtianæ religioni ſit detractū ſæpiùs, nè detrahatur in poſterum, præſenti decreto ſtatuimus, vt antiquę reliquię amodò extra capſam non oſtendantur, nec exponantur venales. Extrà de reliquijs & vene. ſanct. c. 2.

Inuentas

Inuentas autem de nouo, nemo publicè venerari præſumat, niſi prius authoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ.

Prælati verò decætero non permittant illos, qui ad eorũ eccleſias cauſa venerationis accedunt, vanis figmentis, aut falſis decipi documentis, ſicut & in pleriſque locis occaſione quæſtûs fieri conſueuit.

Extra de pœnitẽtia & remiſſ. cap. 14.

Eleemoſynarũ quoq; queſtores, quorũ quidã ſe alio mentiendo, abuſiones nonnullas in ſua prædicatione proponunt, admitti, niſi Apoſtolicas vel diœceſani epiſcopi literas veras exhibeant, prohibemus. Et tunc præter id quod in ipſis continebitur literis, nihil populo proponere permittantur. Formam verò quam communiter talibus Apoſtolica Sedes indulget, duximus exprimendã, vt ſecundùm eam diœceſani epiſcopi ſuas literas moderentur. Ea ſiquidem talis eſt.

Forma literarum Prædicatorum.

2. Cor, 5.

Quoniã (vt ait Apoſtolus) omnes ſtabim⁹ ante tribunal Chriſti, recepturi prout in corpore geſſimus, ſiue bonum, ſiue malum fuerit: oportet nos diem meſſionis extremæ, miſericordiæ operibus præuenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu colligere debeamus in cęlis: firmam ſpem fiduciamq; tenẽtes, quõ qui parcè ſeminat, parcè & metet: & qui ſeminat in bñdictionibus, de benedictionibus & metet in vitam æternã.

2. Cor. 9.

Cũ igitur ad ſuſtentationẽ fratrũ, & egenorum ad tale confluentiũ hoſpitale, propriæ non ſuppetãt facultates, vniuerſitatẽ veſtram monemus & exhortamur ĩ Dño, atq; in remiſſionẽ vobis iniungimus, peccatorũ quatenus de bonis à Deo vobis collatis, pias eleemoſynas & grata eis charitatis ſubſidia erogetis, vt per ſubuentionẽ veſtram, ipſorum inopiæ conſulatur, & vos per hæc & per alia bona, quæ & Domino inſpirante feceritis, ad æterna poſſitis gaudia peruenire.

Qui autem ad querendas eleemoſynas diſtituantur, modeſti ſint, & diſcreti, nec in tabernis aut locis alijs incongruis hoſpitentur, nec inutiles faciant, aut ſumptuoſas expenſas cauentes omninò, nè falſæ religionis habitum geſtent.

Moderamẽ indulgentiarũ.

Ad hæc, quia per indiſcretas & ſuperfluas indulgentias; quas quidam eccleſiarum prælati facere non verentur, & claues Eccleſiæ contemnuntur, & pœnitentionalis ſatisfactio eneruatur: decernimus vt cùm dedicatur baſilica, non extendatur indulgentia vltra annum, ſiue ab vno ſolo, ſiue a pluribus epiſcopis dedicetur: ac deindè in anniuerſario dedicationis tempore quadraginta dies de iniunctis pœnitentijs indulta remiſſio non excedat: hunc quoquè dierum numerum: indulgentiarum literas præcipimus moderari, quę pro quibuſlibet cauſis aliquotiès conceduntur, cùm Romanus pontifex, qui plenitudinem obtinet poteſtatis, hoc in talibus moderamen conſueuerit obſeruare.

De ſimonia. Cap. 63.

Ext. de ſimonia, c. 39.

SIcut pro certo didicimus, in pleriſque locis & à plurimis perſonis quaſi columbas in templo vendentibus, fiunt exactiones turpes & prauæ, pro conſecrationibus epiſcoporum, benedictionibus abbatum, & ordinibus clericorum, eſtque taxatum quantum ſit iſti vel illi, quantùm ve alteri, vel alij perſoluendum: & ad cumulum damnationis maioris, quidam turpitudinem & prauitatem huiuſmodi nituntur defendere per conſuetudinem longo tempore obſeruatam.

Tantum igitur abolere volentes abuſum, conſuetudinem huiuſmodi (quæ magis dicenda eſt corruptela) penitùs reprobamus, firmiter ſtatuentes, vt pro his ſiue conferendis, ſiue collatis, nemo aliquid quocunque prætextu exigere ac extorquere præſumat. Alioquin & qui receperit, & qui dederit huiuſmodi precium omninò damnatum, cum Giezi & Simone condemnetur.

De eadem circa monachos & ſanctimoniales. Cap. 64.

Ex. ibi. ca. ſeq. Simonia in receptione monialiũ.

QVoniam ſimoniaca labes adeò pleraſque moniales infecit, vt vix aliqua ſinè precio recipiant in ſorores, paupertatis prætextu volentes huiuſmodi vitium palliare, nè id decæterò fiat, penitùs prohibemus, ſtatuentes, vt quæcunque decæterò talem prauitatem commiſerit, tam recipiens quàm recepta, ſiue ſit ſubdita, ſiue prælata, ſinè ſpe reſtitutionis de ſuo monaſterio expellatur, in locum arctioris regulæ, ad agendum perpetuam pœnitentiam, retrudenda.

De his autem quæ ante hoc ſynodale ſtatutum taliter ſunt receptę, ità duximus prouidendum, vt remotæ de monaſterijs quæ perperàm ſunt ingreſſæ, in alijs locis eiuſdẽ ordinis collocentur. Quòd ſi propter nimiam multitudinem alibì fortè nequiuerint commodè collocari, nè fortè damnabiliter in ſeculo euagentur, recipiantur in eodem monaſterio diſpenſatiuè de nouo, mutatis prioribus locis, & inferiorib⁹ aſſignatis.

Hoc etiàm circa monachos & alios regulares decernimus obſeruandum. Verùm nè per ſimplicitatem vel ignorantiam ſe valeant excuſare, pręcipimus, vt diœceſani epiſcopi ſingulis annis hoc faciãt per ſuas diœceſes publicari.

De eadem circa illicitam pecuniæ extorſionem. Cap. 65.

Ext. ibi. c. ſeq Simonia epiſcoporum.

AVdiuimus de quibuſdam epiſcopis, quòd decedentibus eccleſiarum rectoribus, ipſas interdicto ſubijciunt, nec patiuntur aliquos in eiſdem inſtitui, donèc ipſis certa ſumma pecuniæ perſoluatur: prætereà cũ miles aut clericus domũ religionis ingreditur, vel apud religioſos eligit ſepulturam, etiàm ſi nihil loco religioſo reliquerit, difficultates ingerunt & malitias, donèc

aliquid muneris manus contingat eorum.

Cùm igitur non ſolùm à malo, ſed etiàm ab omni ſpecie mali ſit (ſecundùm Apoſtolum) abſtinendum [1. Theſ. 5.] exactiones huiuſmodi penitùs inhibemus. quòd ſi quis tranſgreſſor extiterit, exacta duplicata reſtituat, in utilitates locorum, in quorum fuerint ſoluta diſpendium, fideliter conuertenda.

De eadem circa cupiditatem clericorum Cap. 66.

[Ex ibi. ca. ſeq.] AD Apoſtolicam audientiam frequenti relatione peruenit, quòd quidam clerici pro exequijs mortuorum & benedictionibus nubentium & ſimilibus, pecuniã exigunt & extorquent: & ſi fortè cupiditati eorum non fuerit ſatisfactum, impedimenta fictitia fraudulenter opponunt. Econtrà verò quidam laici laudabilem conſuetudinem erga ſanctam eccleſiam pia deuotione fidelium introductam, ex fermento hæreticæ prauitatis nituntur infringere ſub prætextu canonicæ pietatis. quapropter & prauas exactiones ſuper his fieri prohibemus, & pias conſuetudines præcipimus obſeruari, ſtatuentes vt liberè conferantur Eccleſiaſtica ſacramenta, ſed per epiſcopum loci, veritate cognita, compeſcantur, qui malitioſè nituntur laudabilem conſuetudinem immutare.

De vſuris Iudæorum. Cap. 67.

[Extra de vſuris, ca. 18.] QVanto amplius Chriſtiana religio ab exactione compeſcitur vſurarum, tanto grauiùs ſuper his Iudæorum perfidia inſoleſcit, ità quòd breui tẽpore Chriſtianorum exhauriunt facultates. Volentes igitur in hac parte proſpicere Chriſtianis, nè à Iudæis immaniter aggrauentur, ſynodali decreto ſtatuimus vt ſi de cætero quocunque prætextu Iudæi à Chriſtianis graues & immoderatas vſuras extorſerint, Chriſtianorum eis participium ſubtrahatur, donèc de immoderato grauamine ſatisfecerint cõpetenter. Chriſtiani quoque, ſi opùs fuerit, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellantur ab eorum commercijs abſtinere.

Principibus autem iniungimus, vt propter hoc non ſint Chriſtianis infeſti, ſed potiùs à tanto grauamine Iudæos ſtudeant cohibere.

Ac eadem pœna Iudæos decernimus cõpellendos ad ſatisfaciẽdum eccleſijs pro decimis & oblationibus debitis, quas à Chriſtianis de domibus & poſſeſſionibus alijs percipere cõſueuerant, antequàm ad Iudæos quocunque titulo deueniſſent, vt ſic eccleſiæ conſeruentur indemnes.

Vt Iudæi diſcernantur à Chriſtianis in habitu. Cap. 68.

[Ext. de Iudæis & Saracenis, cap. 15.] IN nõnullis prouincijs à Chriſtianis Iudæos ſeu Saracenos habitùs diſtinguit diuerſitas: ſed in quibuſdam ſic quædã inoleuit confuſio, vt nulla differentia diſcernãtur. Vndè contingit interdùm, quòd per errorem Chriſtiani Iudæorum, ſeu Saracenorum, & Iudæi, ſeu Saraceni Chriſtianorum mulieribus commiſcentur.

Nè igitur tam damnatę commixtionis exceſſus per velamentum erroris huiuſmodi, excuſationis vlteriùs poſſint habere diffugium: ſtatuimus, vt tales vtriuſque ſexûs in omni Chriſtianorum prouincia, & omni tempore, qualitate habitûs publicè ab alijs populis diſtinguantur, cùm etiàm per Moſen hoc ipſum legatur eis iniunctum. [Leuit. 19. Deut. 22.]

In diebus autem lamentationis & Dominicæ paſſionis, in publicum minime prodeant, eò quòd nõnulli ex ipſis talibus diebus (ſicut accepimus) ornatiùs non erubeſcunt incedere: ac Chriſtianis, qui ſacratiſſimæ paſſionis memoriam exhibentes, lamentationis ſigna prætendunt, illudere non formidant.

Illud autem diſtrictiſſimè inhibemus, nè in contumeliam redemptoris proſilire aliquatenùs præſumant. Et quoniam illius diſſimulare non debemus opprobrium, qui [Eſa. 53.] probra noſtra deleuit, præcepimus præſumptores huiuſmodi per principes ſeculares condignę animaduerſionis adiectione compeſci, nè crucifixum pro nobis, præſumant aliquatenùs blaſphemare.

Nè Iudæi publicis officijs præficiantur. Cap. 69.

[Ex ibi. ca. ſec.] CVm ſit nimis abſurdum, vt Chriſti blaſphemus, in Chriſtianos vim poteſtatis exerceat, quod ſuper hoc Toletanum cõcilium prouidè ſtatuit: nos propter tranſgreſſorum audaciam, in hoc capitulo innouamus, prohibentes nè Iudæi officijs publicis præferantur, quoniam ſub tali prætextu Chriſtianis plurimùm ſunt infeſti.

Si quis autem officium eis tale commiſerit, per prouinciale Conciliũ (quod ſingulis præcipimus annis celebrari) monitione præmiſſa, diſtrictione qua conuenit compeſcatur. Officiali verò huiuſmodi, tam diù Chriſtianorum communio in commercijs & alijs denegetur, donèc in vſus pauperum Chriſtianorũ ſecundùm prouidentiam diœceſani epiſcopi conuertatur, quicquid fuerit adeptus à Chriſtianis occaſione officij ſic ſuſcepti: & officium cum pudore dimittat, quod irreuerenter aſſumpſit. Hoc idem extendimus ad paganos.

Nè conuerſi ad fidem de Iudæis, veterem ritum Iudeorum retineant. Cap. 70.

[Extrà de apoſtatis, cap. 4.] QVidam (ſicut accepimus qui ad ſacri vndam baptiſmatis voluntarij acceſſerunt, veterem hominem omninò non exuunt, vt nouum perfectiùs induant, cùm prioris ritûs reliquias retinentes, Chriſtianæ religionis decorem tali commixtione confundant. Cùm autem ſcriptum ſit, Maledictus homo qui terram duabus vijs ingreditur, [Eccle. 5.] & indui veſtis non debeat lino la- [Deut. 22.]

naque

Digitized by Google

naque contexta: ſtatuimus, vt tales per prælatos Eccleſiarum ab obſeruantia veteris ritûs omnimodò compeſcantur, vt quos Chriſtianæ religioni liberę voluntatis arbitrium obtulit, ſalutiferæ coactionis neceſſitas in eius obſeruatione conſeruet, cùm minùs malum exiſtat, viam Domini non agnoſcere, quàm poſt agnitam retroire.

2. Pet. 5.

EXPEDITIO PRO recuperanda terra ſancta.

AD liberandam terram ſanctam de manibus impiorum, ardẽti deſiderio adſpirantes, de prudentum virorum cõſilio, qui plenè nouerant circunſtantias temporum & locorum, ſacro approbãte Cõcilio diffinimus, vt ità cruce ſignati ſe pręparent, quòd in Calendas Iunij ſequentis poſt proximum, omnes qui diſpoſuerunt tranſire per mare, conueniant in regnum Siciliæ: alij, ſicut oportuerit & decuerit, apud Brunduſium & alij apud Meſſanam, & partes vtrobique vicinas, vbi & nos perſonaliter Domino annuente diſpoſuimus tunc adeſſe, quatenùs noſtro conſilio & auxilio exercitus Chriſtianus ſalubriter ordinetur, cum benedictione diuina & Apoſtolica profecturus. Ad eundem quoque terminum ſe ſtudeant præparare, qui propoſuerunt per terram ꝓficiſci. Significaturi hoc interim nobis, vt eis ad conſilium & auxilium, legatum idoneum de noſtro latere cõcedamus. Sacerdotes autem & alij clerici qui fuerint in exercitu Chriſtiano, tam ſubditi, q̃ prælati, orationi & exhortationi diligenter inſiſtãt, docentes eos verbo pariter & exẽplo, vt timorem & amorem ſemper habeãt diuinũ ante oculos, nè q̃d dicant, aut faciant quod diuinam maieſtatẽ offendat. Et ſi aliq̃n lapſi fuerint in peccatum, per veram pœnitentiã mox reſurgant, gerentes humilitatẽ cordis & corporis, & tam in victu q̃ in veſtitu mediocritatem ſeruantes, diſſenſiones & ęmulationes omninò vitando, rancore ac liuore à ſe penitùs relegatis, vt ſic ſpiritalibus & materialibus armis muniti, aduersùs hoſtes fidei ſecuriùs prælientur, non de ſua præſumentes potentia, ſed de diuina virtute ſperantes.

Qualia exercitui prædicari debent.

Priuilegia clericorũ in ea expeditione Cruciata.

Ipſis autem clericis indulgemus, vt beneficia ſua integra percipiãt per triennium, ac ſi eſſent in eccleſijs reſidentes: & ſi neceſsè fuerit, ea per idem tempus pignori valeant obligare.

Nè igitur hoc ſanctum propoſitum impediri vel retardari contingat, vniuerſis eccleſiarum prælatis diſtrictè præcipimus, vt ſinguli per loca ſua illos qui ſignum Crucis diſpoſuerunt reſumere, ac tam ipſos quàm alios cruce ſignatos, & quos adhuc ſignare contigerit, ad reddendum vota ſua Dño diligenter moneant & inducant, & ſi neceſsè fuerit, per excommunicationis in perſonas & interdicti ſententias in terras eorum, omni tergiuerſatione ceſſante, compellant, illis dũtaxàt exceptis, quibus tale impedimentum occurrerit, propter quod, ſecundùm ſedis Apoſtolicæ prouidentiam, votum eorum cõmutari debeat meritò vel differri.

Ad hæc, nè quid in negocio Ieſu Chriſti de contingentibus ommittatur, volumus & mãdamus, vt Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates & alij, qui curã obtinent animarum ſtudios proponant ſibi commiſſis verbum crucis, obſecrantes per patrem & Filium & Spiritum ſanctum, vnum ſolum verum æternum Deum reges, duces, principes, marchiones, comites & barones, alioſq; magnates, necnõ communiones ciuitatum, villarum, oppidorũ, vt qui perſonaliter non acceſſerint in ſubſidium terræ ſanctæ, competentem conferant numerum bellatorum cum expenſis ad triennium neceſſarijs ſecũdùm proprias facultates, in remiſſionẽ peccatorum ſuorum, prout in generalibus literis eſt expreſſum, & ad maiorem cautelam etiàm inferiùs exprimemus.

Vt conferatur ſubſidium in triennium.

Huius remiſſionis volumus eſſe participes non ſolùm eos, qui naues proprias exhibent, ſed etiàm illos, qui propter hoc opus naues ſtuduerint fabricare. Renuẽtibus autem, ſi q̃ fortè tam ingrati fuerint Domino Deo noſtro, ex parte Apoſtolica firmiter ꝓteſtentur, vt ſciant ſe ſuper hoc nobis in nouiſſimo diſtricti examinis DEI coram tremendo iudice reſponſuros, priùs tamen conſiderantes, qua conſcientia, quâve ſecuritate confiteri poterunt coram vnigenito Dei filio Ieſu Chriſto, cui omnia pater dedit in manus, ſi ei pro peccatoribus crucifixo ſeruire renuerint in hoc negocio, quaſi ꝓpriè ſibi propria, cuius munere viuunt, cuius beneficio ſuſtentantur, quin etiàm eius ſanguine ſunt redempti.

Nè verò in humeros hominum onera grauia & importabilia imponere videamur, quæ digito noſtro mouere nolimus, ſimiles illis qui dicunt vtique, ſed non faciunt: eccè nos de his quæ vltra neceſſaria & moderatas expenſas potuimus reſeruare, triginta millia librarum in hoc opus concedimus & donamus, pręter nauigium, quod cruce ſignatis de vrbe atque vicinis partibus cõferim⁹, aſſignaturi nihilominùs ad hoc ipſum tria millia marcarum argenti, quæ apud nos de quorundam fidelium eleemoſynis remanſerunt, alijs in neceſſitates & vtilitates prædictæ terræ, per manus felicis memoriæ abbatis Hieroſolymitani patriarchæ ac magiſtrorũ tẽpli & hoſpitalis fideliter diſtributis.

Matt. 23.

xxx. millia librarũ confert Papa.

Cupientes autem alios eccleſiarum prælatos, necnon clericos vniuerſos, & in merito, & in præmio habere participes, & conſortes, ex communi Concilij approbatione

Viceſima clericis ꝑ triẽnium imponenda.

ſtatuimus, vt omnes omninò clerici, tã ſubditi quàm prælati, viceſimam partem Eccleſiaſticorum prouentuum vſque ad triennium conferant in ſubſidium terræ ſanctæ, per manus eorũ qui ad hoc Apoſtolica fuerint prouidentia ordinari: Quibuſdã duntaxàt religioſis exceptis, ab hac prætaxatione meritò eximendis: illis ſimiliter, qui aſſumpto vel aſſumendo crucis ſignaculo, ſunt perſonaliter profecturi.

Decima Papæ, & Cardinalium.

Nos autem & fratres noſtri S. Romanæ eccleſiæ Cardinales, plenariè decimam perſoluemus, ſciantque ſe omnes ad hoc fideliter obſeruandum per excommunicationis ſententiam obligatos, ità quòd illi qui ſuper hoc fraudem ſcienter commiſerint, ſententiam excommunicationis incurrant.

Priuilegium cruce ſignatorum.

Sanè quia iuſto iudicio cœleſtis Imperatoris obſequijs inhærentes, ſpeciali decet prærogatiua gaudere, cùm tempus proficiſcendi annum excedat in modico, cruce ſignati vel à collectis vel tallijs alijsq; grauaminibus ſint immunes, quorum perſonas & bona poſt crucem aſſumptam ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcepimus, vt ſub Archiepiſcoporum, Epiſcoporum ac omnium prælatorum eccleſiæ defenſione conſiſtant, proprijs nihilominùs, protectoribus ad hoc ſpecialiter deputandis, ità vt donèc de ipſorum obitu vel reditu certiſſimè cognoſcatur, integra maneant & quieta: & ſi quiſquã contra præſumpſerit, per cenſuram eccleſiaſticam compeſcatur.

Relaxatio vſurarũ.

Si qui verò proficiſcentium, illuc, ad præſtandas vſuras iuramento tenentur adſtricti, creditores eorum, vt remittant eis præſtitum iuramentum, & ab vſurarũ exactione deſiſtant, eadem præcipimus diſtrictione compelli. Quòd ſi quiſquam creditorum eos ad ſolutionem coegerit vſurarum, eum ad reſtitutionem earum ſimili cogi animaduerſione mandamus.

Iudæos verò ad remittendas vſuras per ſeculare compelli præcipimus poteſtatem, & donèc illas remiſerint, ab vniuerſis Chriſti fidelibus per excommunicationis ſententiam eis omninò communio denegetur. His autem qui Iudæis debita ſoluere nequeũt in præſenti, ſic principes ſeculares vtili dilatione prouideant, quòd poſt iter arreptum, vſquequò de ipſorum obitu vel reditu certiſſimè cognoſcatur, vſurarum incommoda non incurrant, compulſis Iudæis prouentus pignorum, quos interim ipſi perceperint, in ſortem expenſis deductis neceſſarijs, computare: cùm huiuſmodi beneficium non multùm videatur habere diſpendij, quod ſolutionem ſic prorogat, quòd debitum non abſorbet. Porrò eccleſiarum prælati, qui in exhibenda iuſtitia cruce ſignatis & eorum familijs negligentes extiterint, ſciant ſe grauiter puniendos.

Cõna ſau tores piratarum.

Cæterùm quia curſarij & piratæ nimiùm impediunt ſubſidium terræ ſanctæ, capiendo & expoliando tranſeuntes ad illam, & redeuntes ab ipſa: nos ſpeciales adiutores & fautores eorum excommunicationis vinculo innodamus, ſub interminatione anathematis inhibentes, nè quis cum eis ſcienter communicet aliquo venditionis vel emptionis contractu, & iniungentes rectoribus ciuitatum & locorum ſuorum, vt eos ab hac iniquitate reuocent & compeſcant: alioquin quia nolle perturbare peruerſos, nihil aliud eſt quàm fouere, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare, in perſonas & terras eorum per eccleſiarum prælatos ſeueritatem Eccleſiaſticam volumus & præcipimus exerceri.

In eos q arma adferunt Saracenis.

Excommunicamus præteteà & anathematizamus illos falſos & impios Chriſtianos, qui contra ipſum Chriſtum & populũ Chriſtianum, Saracenis arma, ferrum & ligamina deferunt galearum: eos etiàm qui galeas eis vendunt vel naues, quique in piraticis Saracenorum nauibus curam gubernationis exercent, vel in machinis aut quibuſlibet alijs aliquod eis impendunt conſilium vel axilium in diſpendium terræ ſanctæ, ipſarum rerum ſuarum priuatione mulctari, & capientium ſeruos fore cenſemus. Præcipientes, vt per omnes vrbes maritimas diebus Dominicis & feſtiuis huiuſmodi ſententia innouetur, & talibus gremium non aperiatur Eccleſię, niſi totum quod ex ſubſtantia tam damnata perceperint, & tantundẽ de ſua in ſubſidium prędictę terræ tranſmiſerint, vt æquo iudicio in quo deliquerint, puniantur. Quòd ſi fortè ſoluendò non fuerint aliàs ſic reatus talium caſtigetur, quòd in pœna ipſorum alijs interdicatur audacia ſimilia præſumendi.

Nè naues mittatur per quadriẽnium ad Saracenos.

Prohibemus inſupèr omnibus Chriſtianis, & ſub anathemate interdicimus, nè in terras Saracenorum, qui partes Orientales inhabitant, vſque ad quadriennium tranſmittant aut tranſeant naues ſuas, vt per hoc volentibus transfretare in ſubſidium terræ ſanctæ maior nauigij copia præparetur, & Saracenis prædictis ſubtrahatur auxilium, quod eis conſueuit ex hoc non modicum prouenire.

Contra Torneamenta.

Licèt autem tornemanta ſint in diuerſis Concilijs ſub certa pœna generaliter interdicta, quia tamen hoc tempore crucis negocium per ea plurimum impeditur, nos illa ſub pœna excommunicationis firmiter prohibemus vſque ad triennium exerceri.

Generaliter pax inter Chriſtianos ad quadriennium.

Quia verò ad hoc negotium exequendũ, eſt permaximè neceſſarium, vt principes & populi Chriſtiani adinuicem pacem obſeruent, ſancta uniuerſali ſynodo ſuadente ſtatuimus, ut ſaltem per quadriennium in toto orbe Chriſtiano ſeruetur pax generaliter, ità quòd per Eccleſiarum prælatos diſcordantes reducãtur ad plenam pacem, aut

firmam

firmam treugam inuiolabiliter obſeruandam: & qui acquieſcere fortè contempſerint, per excommunicationem in perſonas, & interdictum in terras arctiſſimè compellantur, niſi tanta fuerit iniuriarum malitia, quòd ipſi tali non debeant pace gaudere. Quòd ſi fortè cenſuram eccleſiaſticam vilipenderint, poterunt nō immeritò formidare, nè per authoritatem Eccleſiæ circa eos tanquàm perturbatores negocij Crucifixi, ſecularis potentia inducatur.

Plenariæ Indulgentiæ

Nos igitur omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli authoritate confiſi, ex illa quam nobis (licèt indignè) Deus ligandi atque ſoluendi contulit poteſtatem, omnibus qui laborem proprijs perſonis ſubièrint & expenſis, plenam ſuorum peccaminum, de quibus liberaliter fuerint corde contriti & confeſſi, veniam indulgemus: & in retributione iuſtorum ſalutis æternæ pollicemur augmentū: eis autem qui non in perſonis proprijs illuc acceſſerint, ſed in ſuis duntaxat expenſis iuxta facultatem & qualitatem ſuam viros idoneos deſtinârint, & illis ſimiliter qui licèt in alienis expenſis, in proprijs tamen perſonis acceſſerint, plenam ſuorum concedimus veniam peccatorum. Huius quoque remiſſionis volumus & concedimus eſſe participes, iuxta qualitatem ſubſidij & deuotionis affectum, omnes qui ad ſubuentionem ipſius terræ de bonis ſuis congruè miniſtrabunt, aut conſilium & auxilium impenderint opportunum. Omnibus etiàm piè proficiſcentibus in hoc opere in communi vniuerſalis Synodus omnium beneficiorum ſuorum ſuffragium impartitur, vt eis dignè proficiat ad ſalutem. Amen.

F I N I S.

An. Dñi 1225.

C O N C I L I V M
HABITVM IN ALEMANIA,

Sub Conrado Epiſcopo Cardinali Portuenſi & Sanctæ Rufinę, Legato Apoſtolico ad inclytam Alemaniæ nationem.

In hanc Synodum Germaniæ Præfatiuncula F. Laurentij Surij.

ANNO nati Seruatoris 1224. Honorius eius nominis Tertius Pontifex Maximus, in Germaniam legatum miſit à latere Conradum Eginonis, quondam monachum & Abbatem inſtituti Ciſtertieñ. tum verò Epiſcopum Cardinalem Portuenſem & S. Rufinæ, virum doctrina & religione celebrem, & cuiuſdā dynaſtæ filium. Erant enim id temporis in Occidente quædam morum corruptelæ, quas Pontifex amoliri volebat; porrò Orientem vexabant Saraceni. Poſtquàm igitur memoratus Cardinalis in Germaniam peruenit, Synodum hanc coegit anno 1225. quæ cùm pleraque habeat lectu digna, in gratiam Lectoris huc eam adſcribere voluimus: idque tanto libentiùs, quòd hoc loco ſuſtulimus opuſculum illud tripartitum, parùm opportunè in ſuperiori editione Concilijs inſertum, cùm nec authoris certi nomen præ ſe ferat, nec ab vllo ſit Concilio profectum. Qua in re non dubitamus, quin eruditus Lector noſtrum ſit conſilium probaturus. Quòd autem ad hanc Synodum attinet, ſcire debet Lector, quæ in ea promulgatæ ſunt conſtitutiones, eas iam dictum Cardinalem per omnem Germaniam miſiſſe Archiepiſcopis, Epiſcopis, archidiaconis & archipresbyteris, quos decanos rurales vocant, eiſque ſeueriter mandaſſe, vt in Concilijs annis ſingulis celebrandis eas publicari & obſeruari facerent.

SEQVITVR SYNODVS.

CONRADVS miſeratione diuina, Portuenſis & S. Rufinæ epiſcopus, Apoſtolicæ ſedis legatus, vniuerſis Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum peruenerit, ſalutem in CHRISTO IESV.

De continentia Clericorum. 1.

LIcèt multa ſuper continentia clericorũ; ſanctorum Patrum hactenùs emanauerint inſtituta, quia tamen adhuc nonnulli clerici lumbos ſuos cingulo continentiæ, vt accipimus, non præcingunt, in animæ ſuæ periculum & ſcandalum plurimorum, non attendétes quoniam ſcriptum eſt, Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum Deus veſter: nos qui nunc demùm circa horam vndecimam miſſi ſumus, vt nocua de vinea Domini Sabaoth ex officio nobis iniuncto, quantùm ipſe dederit, extirpemus, quia zelus nos comedit domûs eius; huius ſacri approbatione Concilij duximus ſtatuendum. Præcipimus igitur, vt clerici continenter & caſtè viuere ſtudeant vniuerſi, & maximè in ordinibus ſacris conſtituti, quatenùs in conſpectu Dei omnipotentis, puro corde & mundo corpore valeant miniſtrare.

Leuit. 11. 19. & 20.

De pœnis concubinariorum Clericorum. 2.

SI quis autem clericorum deincèps fuerit deprehenſus incontinentiæ vitio laborare, detinendo publicè concubinam, niſi poſt admonitionem canonicam, illam à ſe prorſùs expulerit, extunc tam beneficio, quàm & officio ſpolietur. Si verò nec ſic fœtorem ſuæ libidinis curauerit euitare, quia creſcente contumacia creſcere debet & pœna, anathematis ſententia feriatur. Qui verò obſcœnis voluptatibus inhiantes, concubinas vſque ad hæc tempora publicè tenuerint, nè delictum præteritum tranſeat impunitum, eos ſub pœnitentiam duximus redigendos; vt ſi canonici fuerint, quadraginta diebus in clauſtris ſuis in Quadrageſimali cibo ieiunent. Si autem hæc agere contempſerint, præpoſitis & decanis & capitulis eccleſiarum ſub anathemate prohibemus, nè præbendarum fructus eis miniſtrent, neu ad chorum vel ad conſortium capituli eos admittant, niſi incepta dicta pœnitentia & peracta, & præſtito iuramento, quòd eis vlteriùs non reſumant. Qui verò remotas reſumere præſumpſerint, decreuimus eos beneficijs eſſe priuatos, vt illi ad quorum collationem eorum beneficia pertinent, ea idoneis perſonis aſſignẽt intra tempus in generali Concilio comprænſum: alioquin proximus ſuperior extunc ea ſtudeat aſſignare. Si verò decani, vel alij eorum confratres, exceſſum eorum ſcientes diſſimulare præſumpſerint, eos denunciamus excommunicationis vinculo ſubiacere.

De ſcortatoribus clericis ruralibus per archidiaconos corrigendis. 3.

DE clericis ruralibus cõcubinarijs expreſſus rigor ſuperiùs obſeruet: quorum archidiaconi, ſi eos in iniquitatibus vo lerint confouere, vel eorum diſſimulare exceſſus, ſciant ab officio ſe ſuſpenſos: & ſi in ſuſpenſione permanſerint, eos præcipimus per epiſcopos ſuos à dignitatibus remoueri: quæ dignitates per eoſdem epiſcopos, vel alios ad quos eorum ſpectat collatio, perſonis idoneis aſſignentur.

Quam pœnam iudex eccleſiaſticus quem præproperè excommunicans, incurrat. 4.

QVãtæ temeritatis & præſumptionis exiſtat, quòd qui ſeruare debent canonicas ſanctiones, in quibus apertè continetur, quòd nullus aliquẽ ſinè rationabili cauſa excommunicare præſumat, eas frangere non formidant, plures non amore iuſtitiæ, ſed liuore odij, vel fauore aduerſariorum excommunicationis vinculo innodantes, nullus prorsùs ignorat. Quarè firmiter prohibemus, nè in aliquem excommunicationis ſententiam, niſi competenti admonitione præmiſſa, & præſentibus perſonis idoneis, per quas, ſi neceſſè fuerit, poſſit probari admonitio, promulgare præſumat: & ſi prælatus contra hoc fecerit, & admonitus errorẽ ſuum non reuocauerit, per menſem ab ingreſſu eccleſiæ ſit excluſus.

c. 1 de ſententexcõ. in 6.

Clericos fructus præbendarum ſuarum concubinis & ſpurijs ſuis teſtamento relinquere non poſſe. 5.

AD abolendam de domo Domini conſuetudinem, vel potiùs corruptelam ſeu temeritatem, qua clerici (qui ſignum pudicitiæ debent oſtendere laicis, quibus poſiti ſunt in exemplum) in argumentum ſuæ finalis impœnitentiæ, fructus præbendarũ ſuarum concubinis vel ſpurijs ſuis legant in vltima voluntate, contra eos rigor eccleſiaſticus exerceri debet. Quarè ſub anathemate prohibemus, nè decæterò clerici gratia teſtãdi abutentes, cùm de rebus eccleſiæ nullum poſſint condere teſtamentum, fructus beneficiorum eccleſiaſticorum ſpurijs ſuis vel cõcubinis ſuis dimittant. Qui verò contra hãc inhibitionem venire præſumpſerint, in ſignum ſuæ perditionis eccleſiaſtica careant ſepultura: & quibus taliter fructus legantur, eis careant ipſo iure. Qui autem teſtamentum

c. qa nos. & c. relatum, detectam.

Digitized by Google

tum tale manutenere voluerint, & per quorum manus perſonis illis fructus præbendæ fuerint miniſtrati, ipſo facto ſciant ſe excommunicationis vinculo innodatos: & quandiù fructus huiuſmodi contra hanc inſtitutionem ipſis miniſtrati fuerint, eccleſia ipſa ſit ſub interdicto poſita.

De clericis excommunicatis vel ſuſpenſis diuina celebrantibus. 6.

Deut. 17.

CVm ſcriptum ſit in lege veteri, quòd quicunque non obtemperâſſet Sacerdotibus, aut extrà poſitus lapidaretur à populo, aut gladio ceruice ſuppoſita, expiaret cruore contemptum: & in primitiua eccleſia inobedientes cuncti, de Eccleſia rabido *ore dæmonum traherentur, multi nomine Sacerdotes, cenſuram eccleſiaſticam contemnentes, excommunicati vel ſuſpenſi à prælatis ipſorum, exigentibus culpis ſuis, & immemores, quæ epiſcopis & prælatis clauium regni cœleſtis collata ſit poteſtas, attrectare ſibi interdicta myſteria non verentur: cõtra quos rigorem Eccleſiaſticum volumus exerceri. Statuimus igitur, vt tales ſinè ſpe reſtitutionis, ab officijs & beneficijs deponãtur, & infames & inteſtabiles ſint: & decæterò ad beneficia Eccleſiaſtica nullatenùs admittantur, niſi per pœnitentiam approbatam & *conuerſionem laudabilem Sedis Apoſtolicæ gratiam meruerint obtinere.

1. Cor. 5. for. *ori dæmonũ traderentur.

for.* conuerſationem

De clericis coram excommunicatis celebrantibus. 7.

PRæterea ſunt nonnulli, qui craſſam prętendentes ignorantiam, (quæ cùm non excuſet à culpa, nec eos à pœna poterit excuſare) coram his diuina celebrare pręſumant, qui excommunicationis vinculo ſunt innodati, dicentes quòd eis excommunicatio nec per literas, nec per nuncios fuerit nunciata, cùm ipſi excommunicati impediant ſæpè, nè poſſit ad eos denunciatio vel citatio peruenire, vel malitiosè ſe occultant: & cùm talis ſit meritò contumax cenſendus, ſtatuimus vt poſtquàm tales excommunicati fuerint, & in vicinis locis publicè denunciati, ſacerdos qui coram eis celebrauerit, ſimili pœna puniatur.

De publicandis excommunicatis per epiſcopos. 8.

SI epiſcopus aliquem excommunicauerit certa de cauſa, denunciet vicinis epiſcopis per ſuas patentes literas, vt excommunicatum denunciari faciant & euitari: & tunc ſinè difficultate aliqua vicini epiſcopi excommunicatum faciant publicè denũciari, & in diœceſibus ſuis arctiùs euitari. Si verò epiſcopi fuerint negligentes, & excommunicatis ſcienter communicauerint, tãdiù cathedralium eccleſiarum canonici eis non communicent, quãdiù huic ſalubri ſanctioni contempſerint obedire.

De patronis laicis, clericos ad eccleſias ſimoniacè præſentantibus. 9.

QVoniam in quibuſdam locis Alemaniæ, fundatores eccleſiarum, vel hæredes ipſorum, poteſtate (in qua eos Eccleſia hucuſq; ſuſtinuit) abutuntur, partem decimarum vel aliarum obuentionum Eccleſiaſticarum, in quibus ius obtinent patronatûs ſibi retinentes ex pacto, repræſentant clericos ad eaſdem: huic vulneri cancroſo & ſimoniaco cenſuræ ferrum apponimus, decernentes vt ex quo conſtiterit patronum huiuſmodi flagitium perpetrâſſe, anathemate feriatur, & eius terra ſupponatur eccleſiaſtico interdicto, donèc eccleſiam liberam cum ſuo iure dimittat, ſaluo iure patronatûs, quod eis de miſericordia reſeruamus, qui poſſunt per iuris excuſari ignorantiam.

De clericis ſimoniacè repræſentatis. 10.

QVi verò cæca cupiditate ducti, taliter à patronis præſentationem receperint, officio beneficioque priuentur, nec ad beneficium vel actus eccleſiaſticos admittantur, niſi cum eis per ſedem Apoſtolicam fuerit diſpenſatum.

De epiſcopis & archidiaconis, clericos ſimoniacè præſentatos inſtituentibus. 11.

EPiſcopi verò & archidiaconi, qui talibus ſcienter curam animarum commiſerint, ab inſtitutione & collatione perpetuò ſint ſuſpenſi. Statuimus etiàm, quòd nullus clericus ad curam animarum ab epiſcopo vel archidiacono admittatur, niſi priùs iurauerit, quòd nullam in adeptione beneficij, ad cuius curam præſentatur, commiſerit ſimoniam.

Iuramentum ante inſtitutionem præſtandum.

De eccleſijs non per mercenarios, ſed paſtores ſeu ſaltem vicarios perpetuos regendis. 12.

QVia enormis quædam conſuetudo in quibuſdam Alemaniæ partibus contra canonicas ſanctiones inualuit, vt ponantur in eccleſijs conductitijs ſacerdotes vicarij temporales, nè id fiat decæterò, authoritate legationis qua fungimur, omnibus modis inhibemus. Sed cùm vicarius poni debet & poteſt, perpetuò inſtituatur, idque aſſenſu & authoritate diœceſani & archidiaconi loci illius: nec epiſcopus vel archidiaconus talem inſtituat, niſi ei de bonis eccleſiæ coram eo tantum fuerit aſſignatum, vndè iura epiſcopi & archidiaconi poſſit perſoluere, & congruam & ſufficientem ſuſtentationem habere.

De committentibus inceſtum cum ſanctimonialibus & canoniſſis, & de eiuſmodi ſacris virginibus pollutis. 13.

De pœn. diſt. 1. c. ſi quis non dicam. & in authẽ. ſi quis. C. de epiſc. & cle.

LIcèt contra nefandos inſidiatores ſacratum Virginum pudicitiæ, pœnæ grauiſſi-

Digitized by Google

grauiſſimæ ſint inſtitutæ tam canonicæ quã legales: quidam tamẽ relaxatis voluptatum habenis, in lacum miſeriæ & in lutum fœcis ſe immergunt, vt ſalutis æternæ coronam, honeſtatis normam, earumq́ue pudicitiam interpellare præſumant: contra quos neruũ rigoris apponimus, ſtatuentes vt quicunque pudicitiam ſanctimonialium cuiuſcunque habitûs, auſu ſacrilego ſolicitare præſumpſerit, ab officio, ſi clericus fuerit: ſi laicus, à perceptione corporis Domini nouerit ſe ſuſpenſum. Qui verò * ſacrilegium vel temerarium carnis commercium cum talibus habuerit, ipſo facto excommunicationis ſentẽtia ſe nouerit innodatum. Sanctimonialis verò ſeu canonica, quæ huiuſmodi crimen flagitioſum perpetrauerit, vlteriùs ad officiũ aliquod in monaſterio nullatenùs admittatur: ſed in ſignum iniquitatis ſuæ, vltima tã in clauſtro maneat, quàm in choro.

for.* ſacrilegum

De his Conſtitutionibus conciliaribus publicandis. 14.

QVoniam memoria hominum dilabitur cum tempore dilabente, nè quis ex noſtrarum cõſtitutionum ignorantia velamen in poſterum excuſationis aſſumat, in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub pœna excommunicationis diſtrictè præcipimus, vt Archiepiſcopi, epiſcopi archidiaconi & decani, in ſuo ſinguli Concilio annis ſingulis celebrando, eas publicari faciant & ſeruari, pœnam trãſgreſſoribus infligendo. Quas etiã abbates & alij eccleſiarum & monaſteriorum prælati conſcribi faciant, & in ſuis capitulis frequentius publicari, vt tam ab ipſis, quàm à ſuis ſubditis inuiolabiliter obſeruentur. Acta ſunt hæc anno Domini 1225. quarto Idus Decembris.

L E C T O R I P I O
Caſtigator typographicus S.

CONCILIVM hoc ſequens Anglicanum, ex libello Pergamenico, non illo ſeu illis, cuius ſeu quorum ſuprà mẽtionem fecimus, tranſſumptum eſt, ſed alio à ſuperioribus, abbreuiatìm adeò & illegibiliter conſcripto, vt ſupradictum Lateranẽ. Concilij ſub Alexandro tertio habiti archetypõ, præ iſto propemodùm iocus fuerit. Ideòque nobis tranſcribendum obtruſit felicis memoriæ D. Petrus Crab, non obtruſurus, qui fuit eius aduersùm vetuſta eiuſcemodi archetypa affectus, ſi commodè & abſque ſingulari difficultate legi potuiſſet.

CONSTITVTIONES
OXONIEN. IN ANGLIA CONCILII,
Editæ per Stephanum.

Eccleſiaſticorum iunũ turbatores.

AVTHORITATE Dei patris & beatæ virginis & omniũ ſanctorum & præſentis Concilij, excõmunicamus omnes illos, qui malitiosè eccleſias ſuo iure priuare præſumunt, aut per malitiam & contra iuſtitiam libertates earundem infringere, vel perturbare contendunt.

Seditioſi.

Itẽ omnes illos excommunicationis ſententia innodamus, qui pacem & tranquillitatem domini Regis & Regni iniuriosè perturbare præſumunt, & qui iura domini regis detinere contendunt.

Periuri.

Adijcimus autem omnes illos ſimili ſententia inuolutos, qui ſcienter & prudenter falſum perhibent teſtimonium, vel perhiberi procurant, vel etiàm tales teſtes ſcienter producunt, vel ſubornant in cauſa matrimoniali, vbi ſ.agitur contra miſericordiam, vel ẽt vbi agitur ad alicuius exhęredationẽ.

Cauillatores.

Aduocatos quoquè excommunicamus omnes, qui in cauſis matrimonialibus malitiosè oppoſitiones opponunt, vel opponi ꝓcurant, nè matrimonia vera debitum ſortiãtur effectum, vel vt contra iuſtitiam proceſſus cauſæ diutiùs ſuſpendatur.

Calũniatores.

Item excõicamus omnes illos, qui gratia lucri, odij, vel fauoris, vel aliter malitiosè crimen imponunt, vel opponũt alicui, cùm infamat⁹ nõ ſit apud bonos & graues, vt ſic ſaltẽ ei purgatio indicat̃, vel alio modo grauet̃.

Cauillatores.

Præthereà omnes illos ſententia excommunicationis innodamus, qui vacante eccleſia, malitiosè opponunt vel procurant opponi patronatûs quæſtionã, vt ſit, vndè patronum illius eccleſiæ collatione ſaltem illa vice defraudent.

Suppreſſores.

Excommunicamus etiàm omnes illos, qui gratia lucri, odij, vel fauoris, vel aliàs malitiosè, contemnunt exequi domini regis

mandatum

Digitized by Google

mandatum contra excommunicatos, qui claues Eccleſiæ contemnunt.

Elecmoſynarij.

Statuimus etiàm authoritate præſentis Concilij, vt prælati ſinguli eleemoſynarios honeſtos habeãt, & vt ipſi prælati ſint iuxta Apoſtolum, hoſpitales, & vt horis competentibus ad pauperes audiendos & iuſtitiã exhibendam, in publico præſentiam ſuam exhibere procurent, & in perſonis proprijs, confeſſionibus audiendis interdùm interſint & pœnitentijs iniungendis: ipſi etiàm per cõfeſſores diſcretos ciuitates proprias obeant, & in eccleſijs ſuis cathedralibus reſidere ꝓcurent: vt aliquibus maioribus feſtis, & ſaltẽ in aliqua parte * pro ſe, prout animæ ſuæ ſaluti magis viderint expedire. Et quia iuxta ſcripturæ teſtimonium, vota noſtra tenemur reddere Domino Deo noſtro, ſalubriter decernimus aduertẽdum, vt epiſcopi formam ſuę profeſſionis in ſua cõſecratione prolatã bis in anno coram ſe legi faciant diligenter, vt tanto meliùs profeſſionis ſuæ recordentur, quanto ſæpiùs eorum fuerit auribus inculcata.

Rom. 12. Heb. 13. 1. Pet. 4.

for. * per

Pſal. 22. f 60. b. 65. c 75. d. 115. c

Collatores eccleſiarũ qui conferre eas debeant.

Ad hæc ſtatuimus, nè ꝓlatus aliquis cùm eccleſiam contulerit aut prębendam, fructus eiuſdem eccleſiæ ſiue præbendæ nondùm collectos, ſibi præſumat aliquatenùs vſurpare, vel in inſtitutione, vel miſſione in poſſeſſionem, vel charta ſuper hoc facienda, aliquid audeat extorquere, nec ab officiarijs ſuis archidiaconis vel decanis ſuſtineat extorqueri.

Eſa. 5. b Coloſſ. 3. a

Cùm ſecũdùm Apoſtolum, auaritiæ (quæ eſt idolorum ſeruitus) epiſcopos aut alios Dei miniſtros ſeruire non conueniat, ad tantam peſtem radicitùs euellendam ſtatuimus, vt ſi aliquis ad eccleſiam aliquam nullo contradicente præſentetur, epiſcopus præſentatum ipſum, dum tamen idoneus ſit, nequaquàm admittere differat vltra duos menſes: alioquin quicquid ex eadem eccleſia poſt factam præſentationem fuerit fortè perceptum, illi, cùm inſtitutus fuerit, reſtituatur, quatenùs fructus illi ad epiſcopum peruenerint, & id in * Archiepiſcopis, ſi per eos ſteterit, obſeruetur, niſi cauſam rationabilem coram ſuo ſuperiore duxerit aſſignandam, cùm ſuper hoc fuerit requiſitus ab eo, quarè eum non admiſerit intra tempus in hoc Concilio diffinitum.

for. * archidiaconis.

Hoc autem non immeritò duximus adiungendum, vt ſi duo ad vnam eandemque eccleſiam fuerint præſentati, neutri eorum pendente lite, cuſtodia committatur. Si autem ad epiſcopum ius conferendi talem eccleſiam authoritate Cõcilij deuoluatur, cùm contentio ſit inter duos patronos, quorum vterque ſuum clericum præſentauerit, tamen ex collatione epiſcopi, nulli patronorum qui poſteà euicerit ius patronatûs, pręiudicium debeat generari: ſtatuimus vt epiſcopus neutri eorum qui præſentati fuerint, eccleſiam illam conferat illa vice, niſi de vtriuſque patroni conſenſu nè ſaltem qualecunque præiudicium alteri patronorum videatur generari, ſi fortè poſtmodùm ius patronatûs eu cerit.

Ad excuſandos affectus laborantium in vinea Domini Sabaoth, vt veræ retributionis recipere mereamur denarium poſt laborem: decreuimus, nè opus Dei fiat ab aliquibus negligenter, præſertim cùm in generali Concilio ſit præceptum, vt diuinum officiũ nocturnum pariter & diurnum, ſecundùm quod Deus dederit, ſtudioſè celebretur & deuotè: vniuerſa quoque eccleſiaſtica ſacramenta, & pręcipuè baptiſmatis & altaris deuotiſſimè, prout Deus inſpirauerit, celebrentur verba quoquè Canonis, præſertim in cõſecratione corporis Chriſti, plenè & integrè proferantur.

Eſa. 5. a

Matt. 20. d

Presbyter autem poſtquàm Dominicum corpus ſumpſerit in altari, ſi in eodem die Miſſarum ſolennia ipſum celebrare oporteat iterato, vinum calici infuſum vel digitis ſuperfuſum ſumere non præſumat.

Ad hæc duximus ſtatuendum, diſtrictiùs inhibentes, nè ſacerdos quiſpiam Miſſarum ſolennia celebret bis in die, excepto die Natiuitatis & Reſurrectionis Dominicæ, vel in obſequijs defunctorũ, videlicet cùm corpus alicuius in eccleſia eodem die fuerit tumulandum: & tunc prior Miſſa de die, poſterior verò pro defuncto celebretur. Cæterùm præſenti decreto ſancimus, nè clerici beneficiati, aut in ſacris ordinibus conſtituti, villarum procurationes admittant: videlicet vt non ſint ſeneſcalli aut baliui talium administrationum, occaſione quarum laicis in reddendis * recinijs obligentur, ſi & iuriſdictiones exerceant ſeculares, præſertim illas, quibus iudicium ſanguinis eſt annexum. Et his duximus adiungẽdum, nè iudicium ſanguinis in locis ſacris tractetur, ſ. in eccleſia vel cœmeterio. Authoritate generalis Concilij diſtrictiùs inhibemus, ne quis clericus beneficiatus, vel in ſacris ordinibus conſtitutus, literas pro pœna ſanguinis infligenda ſcribere vel dictare præſumat, vel vbi iudicium ſanguinis tractatur, aut exercetur, interſit. Nouerint enim ꝓtectione Eccleſiaſtica ſe indignos, cùm per eos in Eccleſia Dei per talia præſumpta ſcandalum generetur.

Vni presbytero qñ plures vno die Miſſas celebrare liceat.

for. * ratiocinijs

Hæc ſunt feſta, in quibus, prohibitis alijs operibus, conceduntur opera agriculturæ & carrucarum.

Statuimus ꝙ feſta ſubſcripta, ſub omni veneratione ſeruentur, videlicet omnes dies Dominici, 5. dies natalicij. Circuncìſio, Epiphania Dñi, omnia feſta B. Mariæ præter feſtum Conceptionis, cuius celebrationi non imponitur neceſſitas, Conuerſio S. Pauli, Cathedra S. Petri, feſta omniũ Apoſtolorũ, feſtum S. Gregorij, dies Paraſceues, feria ſecunda

Feſta Angliæ celeberrima quæ.

cunda & 3. & quarta in hebdomada Paſchali. Dies Aſcenſionis Domini, feria 2. & 3. & 4. in hebdomada Pentecoſtes. Feſtum S. Auguſtini in Maio, duo feſta S. Crucis. Tranſlatio S. Thomæ martyris, vtrunque feſtum S. Ioannis Baptiſtæ, feſtum S. Margarethæ, feſtum S. Mariæ Magdalenæ, feſtum S. Petri ad Vincula, feſtum S. Laurentij, feſtum S. Michaelis, feſtum Omnium Sanctorum, feſtum S. Martini, feſtum S. Edmundi confeſſoris, & S. Edmundi regis & martyris, feſtum S. Catharinæ, feſtum S. Clemētis, feſtum S. Nicolai, feſtū Dedicationis cuiuſlibet eccleſiæ in ſua parochia, quodlibet feſtum illius ſancti, in cuius honore fundata eſt eccleſia.

Feſta vulgaria in Anglia quę. Volumus etiàm, vt alia feſta à rectoribus eccleſiarum & capellanis in obſequio diuino & laude deuotiſſimè celebrentur, minoribus operibus ſeruilibus, ſecundùm conſuetudinem loci, illis diebus interdictis. Feſtum ſanctorum Fabiani & Sebaſtiani, S. Agnetis, S. Vincentij, S. Blaſij, S. Agathæ, S. Felicis, S. Georgij, S. Ioannis ante portam Latinam, S. Dunſtani, S. Albani, S. Emeldridæ, Inuentionis S. Crucis, S. Stephani, S. Hieronymi, S. Fidis, Dedicatio S. Michaelis in monte † Tumba, S. Dionyſij, feſtum Animarum, S. Cæciliæ, S. Luciæ, S. Leonardi.

Hæc ſunt feſta in quibus poſt Miſſam, opera ruſticana concedimus: ſed antequàm, non.

Octaua B. Epiphaniæ, SS. Ioannis & Pauli, Trāſlatio S. Benedicti, Trāſlatio S. Martini.

Hæ ſunt vigiliæ ſtatutæ ad vigilandum.

Mirum cur hic Matthæi item loco bi mentio non fiat. Vigilia Natiuitatis Dñi, vigilia Paſchæ, vigilia Pētecoſtes, Litania maior, Tres dies Rogationum, vigilia S. Ioannis Baptiſtæ, vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli, vigilia S. Laurētij vigilia Aſſumptionis beatæ Mariæ, vigilia S. Bartholomæi, vigilia S. Matthæi, vigilia Apoſtolorum Simonis & Iudæ, vigilia omnium Sanctorum, vigilia S. Andreæ, vigilia S. Thomæ Apoſtoli.

Ieiunia quatuor temporum in totius anni temporibus.

In Martio prima hebdomada ieiunandū eſt feria quarta, & ſexta, & Sabbato. In Iunio in ſecūda, quod dupliciter obſeruatur à pluribus: In prima hebdomada poſt Litanias, aut in hebdomada Pentecoſtes. In Septembri per tres dies. In proxima ſeptimana integra ante Natalem Domini.

Quòd presbyteri parochiales frequenter prædicent, & infirmos viſitent.

Presbyterorum parochialium eccleſiarum animos ad ea quæ magis noſtris temporibus expediunt exercenda, ſtudioſè excitare volentes, eis præſentis Concilij diffinitione diſtrictè dnximus iniungēdum, vt plebes ſibi commiſſas pabulo verbi Dei, ſecundùm quod eis fuerit inſpiratum, informare procurent, nè canes muti meritò iudicētur, Eſa. 56. cùm ſalubri latratu à caulis Dominicis luporum ſpiritualium morſus non repellunt. Illud euangelicum memorialiter recolentes, quòd in nouiſſimo examine viſitatores infirmorum regno remunerabuntur æterno, quotiès fuerint accerſiti, celeriter accedant & hilariter ad ægrotos. Mat. 25. d

De ornamentis Eccleſiæ.

Ad exemplum Salomonis, qui omnia vaſa domûs Dñi, ex auro puriſſimo fabricata, diuino cultui mancipauit: ſtatuimus, vt quælibet eccleſia calicem habeat argenteum cum alijs vaſis decentibus, & ſindonem mundam & candidam, & amplitudinis congruentis: vetera verò corporalia, quæ non fuerint idonea, loco reliquiarū reponantur, vel in præſentia archidiaconi cōburantur. Prouideant etiàm archidiaconi, vt linteamina & alia ornamenta altaris, ſint (ſicut decet) honeſta. Libros habeat etiàm eccleſia idoneos ad legendū & pſallendum. Ad minùs duplicia ornamēta ſacerdotalia: & vt honor debitus diuinis officijs impēdatur,* præcipimus vt qui altari miniſtrant, ſuperpelliciis induantur. 3. Reg. 6. c for. * ſcilicet vt

Nè quis beneficium ſuum reſignans aliquid ſibi de eodem retineat.

Ne lepra Giezitica (quod abſit) per auaritiæ cultum latenter irrumpens, miniſtros Eccleſiæ collocet extra caſtra regni æterni: diſtrictiùs inhibemus, nè quis eccleſiæ ſuæ renuncians, recipiat ab eo qui ſibi ſubſtituitur, vicariam, cùm vehementer poſſet præſumi, quòd talia fiant per pactionem etiàm turpem. Quod ſi ab aliquo fuerit acceptatum, & ille vicaria, & alius perſonatu priuentur. Illud autem abſurdum reputamus omninò, vt aliqua exiſtente perſona vnius eccleſiæ, alius de cōſenſu ipſius perſonæ aliquid conferat in eadem eccleſia nomine perſonatûs, niſi perſona prior eccleſiam totam priùs duxerit reſignandam.

Nè vna eccleſia diuidatur in plures.

Quia iuxta canonicas ſanctiones, inter carnale & ſpirituale matrimoniū optima eſt comparatio, & cùm inter duos ſpōſos diuidi naturalis ratio minimè patiatur, & inhoneſtum eſt plurimùm, quòd eccleſia Dei quę debet eſſe vna, multorum amplexibus frequenter ancilletur: ſacro ergò approbante Concilio, diſtrictiùs inhibemus, nè de nouo aliqua eccleſia pluribus rectoribus, quorum vterque ſit perſona, committatur agenda. In eccleſijs autem, vbi nūc plures perſonæ exiſtunt, ſtatuimus vt ſingulis decedentibus, accreſcat viuentibus portio decedentium, donèc ad vnum ſolum illius eccleſiæ perueniat perſonatus: nec decætero plures vicarij in eadem inſtituātur, illis eccleſijs hoc ſtatuto duntaxàt exceptis, quæ ex antiquis diuiſæ fuerunt.

De vicariorum reſidentia.

Cum hoſtis antiquus, ſicut leo rugiens, faciat & quærat prædam animarum: ſolicitùs 1. Pet. 5.

licitiùs eſt cauendum, nè talibus cura gregis Dñici cõmittatur, qui negligunt aut ignorãt cuſtodire ſibi commiſſa, vt deceret intendere vigilanter. Statuimus igitur, vt nullus epiſcoporum ad vicariam quẽquam admittat, niſi velit in eccleſia, in qua vicaria ei conceditur perſonaliter miniſtrare: aut talis exiſtat, qui infra breue tempus ſuper hoc limitatum, valeat & velit in presbyterũ ordinari. Quòd ſi admiſſus fuerit fortè, quis, & noluerit in presbyterum ordinari, vicariæ beneficio ſpolietur.

Quòd exilia beneficia non cõferantur, niſi volentibus reſidere in eiſdem.

AD hoc, quia inhoneſtum eſt nimis, vt eccleſiæ ꝓpter minores redditus paſtoribus maneãt deſolatæ, pſenti decreto ſtatuimus, vt eccleſię, quę in redditibus vltra 5. marcas non habent, non niſi perſonis talib* conferantur,* qui reſideant in eiſdem, & in ꝓpria perſona miniſtrent: q ſi tales admiſſi, reſidere noluerint à nunc & adminiſtrare, cùm non niſi laborantibus panis* Dominicus ſit, eccleſijs ipſis, præmiſſa monitione debita, per diœceſanum epiſcopũ ſpolientur.

* quę

for * dandus

Quæ portio debeat vicario reſidenti aſſignari.

QVoniam autẽ multoties ſicut temporalium rerum luxus quoſdam in non modicum ſcandalum populi ab officio ſibi commiſſo ſegregat & abducit: ſic & earundem inopia in vituperium ordinis noſtri, quoſdã cõpellit infeliciter mendicare: prouidendum eſt nobis, vt in vtroque taliũ habita moderatione, ipſarũ eccleſiarũ regimini cõſulatur. Statuimus igitur, vt vicario perpetuo ad minùs redditus 5. marcarũ aſſignetur, qui ſaltẽ pro 5. marcis dari poſſit ad firmam: niſi fortè in illis partibus Vualliæ ſit, in quibus propter tenuitatẽ eccleſiarum, minori ſtipendio vicarij ſunt contenti. Prouideat quoq; diœceſanus epiſcopus, penſata eccleſiæ facultate, vtrùm vicarius onera eccleſiæ ſubire debeat, an perſona: an ad ea vterq; debeat conferre. Prouiſo tamẽ quòd archidiaconus loci, ſiue ab illis, ſiue ab altero illorum debeat procurari, vna tantùm ꝓcuratione ſit contentus.

In quibus eccleſijs requirit pluralitas presbyterorum parochialium.

Matt. 20.

AD inſtar patris euangelici, plures operarios in vineam ſuã mittẽtis, vt quod vnius nõ valet explere ſolicitudo, ſeu adimplere, perficiat plurimorum præſentialiter: diffinimus, vt in ſingulis parochialibus eccleſijs, quarũ parochia eſt diffuſa, duo ſint vel tres presbyteri, pẽſata pariter magnitudine parochię & eccleſiæ facultate: nè fortè, quod abſit, ægrotante vno presbytero, aut alio debilitato, parochianis infirmantibus, aut diuinis volentibus intereſſe officijs, officia debita ſubtrahantur, vel negentur ſacramenta eccleſiaſtica.

Quòd epiſcopus recipiat iuramentũ à præſentato, vt euitetur ſimonia.

PRæſenti quoque ſtatuto diffinimus, vt epiſcopus ab eo qui ſibi pſentatus fuerit, recipiat iuramentum, ꝙ propter præſentationẽ illam nec promiſerit, nec dederit aliquid præſentanti, nec aliquod propter hoc pactum inierit: ſi ei ſuper hoc merito videatur eſſe ſuſpectus, cùm talia manifeſtè canonicis obuient inſtitutis.

Vt in ſingulis archidiaconatibus ſpeciales confeſſores deputentur.

QVoniam nonnunquam ob defectum confeſſorum, vel quia decani rurales & perſonæ erubeſcant fortè confiteri ſuo prælato, certum imminet periculum animarum, volentes huic morbo mederi, ſtatuimus vt certi confeſſores prudentes, & diſcreti, ꝑ ſingulos archidiaconatus ab epiſcopo loci conſtituãtur, vt decanorum ruralium, presbyterorum & perſonarum* in cathedralibus eccleſijs, vbi ſunt canonici ſeculares, cõfiteantur ipſi canonici epiſcopo, vel decano, vel certis perſonis ad hoc per epiſcopum, decanum & capitulum conſtitutis.

* videtur deeſſe, cõfeſſiones recipiant.

Quòd decani rurales de cauſis matrimonialibus ſe non intromittant.

QVoniam in cauſis matrimonialibus eſt magna diſcretio neceſſaria, vndè periculoſum eſt eas à ſimplicioribus tractari perſonis: ſtatuimus, vt decani rurales nullam cauſam matrimonialem decætero audire præſumant: ſed earum examinatio non niſi viris diſcretis committatur: quibus aſſidentibus, ſi commodè fieri poteſt, poſtmodùm pronuncietur.

Nè quis latrones in domibus, vel in ſeruitio teneat.

PRohibemus ſub interminatione anathematis, nè quis latrones ad latrocinium faciendum in ſeruitio ſuo retineat, nec eos in terris ſuis ſcienter habitare permittat.

Nè archidiaconi grauent eccleſias, vel rectores in viſitatione, & qualiter ſe habebunt.

VT ſingula eccleſiaſtica officia in Eccleſia ritè procedant ſecundùm canonicas ſanctiones, ſtatuimus nè archidiaconi nimiùm graues exiſtant eccleſijs ſuis ſubditis, diſtrictiùs inhibentes, nè ſtatutũ in Concilio generali in numero conuectorum excedant, cùm viſitationis nomine debitam ſibi recipiunt procurationem: nec ad talem procurationem venientes, extraneos, vt ſecum veniant, inuitare præſumant. Sed ſi pro honore archidiaconi, eccleſiarum rectores aliquos velint inuitare, hoc nullatenùs prohibemus. Sed ipſi archidiaconi nullum inuitent, nè fortè qui per ſuum aduentum eccleſias non grauarent, grauent ſaltem per inuitatos. Vndè vt ſubtrahatur eis neceſſitas inuitandi, prohibemus nè archidiaconi tempore viſitationis ſuæ apud eccleſiam quam viſitant,

viſitant, capitulum teneant vel celebrent: niſi forte in burgo vel in ciuitate ſit eccleſia conſtituta. Ad hoc archidiaconis diſtrictiùs inhibemus, nè aliquo modo procurationem recipiant ſinè cauſa rationabili, niſi illo die, quo perſonaliter viſitant eccleſiam procurantem. Nec redemptionem pro viſitatione extorquere præſumant.

Nè beneficia ſpiritualia tradantur ad firmam.

VT omnis cupiditas & auaritiæ cultus expellatur ab Eccleſiæ Dei miniſtris præſentia præteritis duximus annectenda: ſtatuẽtes, vt archidiaconatus, vel decanatus, vel aliud officium, quæ in ſpiritualibus merè conſiſtunt, nulli dentur ad firmam. Si verò redditus huic officio ſit annexus, ille de ſuperioris licentia dari poterit ad firmam, ſicut inferiùs de alijs officijs ſtatuemus. Si quis autem contra ſtatutum venire præſumpſerit archidiaconus vel decanus, ſi ſuper hoc canonicè fuerit conuictus, per epiſcopum ſuum à tali officio ſuſpendatur per annum, & alius interim conſtituatur, qui diſcretè gerat vices illius.

Quòd archidiaconi in viſitatione ſua examinent ſacerdotes de canone Miſſæ, & de Sacramento altaris.

Philip.2.c VT autem Archidiaconi, ſecundùm Apoſtolum, non quæ ſua ſunt, quærant, ſed quæ IESV CHRISTI: in ſua viſitatione prouideant, vt Canon Miſſæ emendetur, ſi ſint in eo defectus: & quòd ſacerdotes ritè proferre nouerint ſaltem verba Canonis & baptiſmatis, & quòd in hac parte ſanum habeant intellectum: & etiàm laici, ſi fortè debeant baptizare in caſu neceſſitatis, vt ſaltem ſciant hoc facere in aliquo idiomate congruo ſeu vulgari.

Quòd oleum & Euchariſtia cuſtodiantur ſub ſera, & ſimiliter chriſma.

PRouideant vtiquè archidiaconi, quòd diligenter iuxta formam Concilij generalis, Euchariſtia, chriſma, & oleum ſanctũ, ſalua ſub clauibus recondantur, fideli cuſtodiæ deputata.

Quòd archidiaconi habeant penès ſe in ſcriptis omnia ornamenta eccleſiæ.

HAbeant & archidiaconi redacta in ſcriptis omnia ornamenta & vtenſilia eccleſiarum, veſtes quoquè & libros ſingulis annis ſuo conſpectui faciant præſentari, vt ſic videant, quæ fuerint addita per diligentiam perſonarum, vel quo tempore intermedio per malitiam & negligentiam deperierint.

Quòd archidiaconi videant in viſitationibus, nè poſſeſſionibus vel iure ſuo eccleſiæ defraudentur.

ITem prouideant archidiaconi de poſſeſſionibus eccleſiarum, vt eas ſingulis annis poſſint † proſpicere, nè eccleſiæ ſuo iure defraudentur.

Quòd archidiaconi vel decani nouas exactiones eccleſijs non imponant.

PRætereà archidiaconis, decanis, & eorum officialibus diſtrictiùs inhibemus, nè in ſubditos ſuos exactiones vel tallias per ſe, vel per ſuos exercere præſumant.

Quòd ordinarij non ferant ſententias excommunicationis in aliquem, niſi præmiſſa monitione, niſi in certis caſibus.

AD hæc eccleſiaſtici ordinis vtilitate penſata pariter & honore, decreuimus nè archidiaconi vel eorum officiales ſententias excommunicationis, ſuſpenſionis vel interdicti in aliquem audeant promulgare, vbi exceſſus non eſt manifeſtus, niſi admonitione canonica præcedente. Si quis autem contra præmiſſa, excommunicationis ſententiam tulerit in quemcunque, pœnæ ſubiaceat in Lateranen. Concilio promulgatæ. Pro ſuſpenſione verò vel interdicto, ſuperioris arbitrio puniatur, quod & ſuperiores prælati obſeruent.

Nè quid exigatur pro ſepultura vel aliquo Sacramento conferendo.

FIrmiter inhibemus, nè pro aliqua pecunia denegetur ſepultura, vel baptiſmus vel aliquod Eccleſiaſticum Sacramentum, vel etiàm matrimonium contrahendum impediatur. Quoniam ſi quid pia deuotione fideliũ conſueuerit erogari, ſuper hoc poſtmodùm volumus per ordinarium loci eccleſiæ iuſtitiam exhiberi, ſicut in generali Concilio expreſſiùs & diffuſiùs eſt ſtatutum, abſurdum eſſe iudicantes, quòd decæterò pro Chriſmate vel oleo aliquid exigatur, cùm toties hoc prohibitum eſſe reperiatur.

Quòd iudices non impediant bonum pacis inter partes, vbi cauſa recipiat compoſitionem ad ſuggeſtionem præconis.

CÆterùm diſtrictiùs duximus inhibendum, nè archidiaconi vel decani bonũ pacis impediri faciant: & ſi aliquandò diſcordantes adinuicèm voluerint concordare: licentia petita, liceat partibus aliter per compoſitionem diſcedere quandocunquè voluerint, ſi tamẽ cauſa compoſitionem admittat: nec propter hoc aliquam pœnam eis infligant, niſi eis conſtiterit de iniuſtitia actoris vel rei. Sed nec aliquem ad ſuggeſtionem præconum ſuorum ad purgationem compellant, niſi apud bonos & graues fuerit primò infamatus.

Quòd iudex non indicet aliquem ad purgationem, ad ſuggeſtionem præconis tantùm, vt ſit iudex & actor.

NEc in cauſa ſua præſumãt pariter eſſe iudices & actores, videlicet cum dubium

bium venerit, vtrùm quid ab eis exigere debeatur.

De habitu clericorum.

VT clericalis ordinis honor debitus ſeruetur, authoritate præſentis Coocilij decernimos, vt tam archidiaconi quàm decani & omnes alij in perſonatibos & dignitatibus conſtituti, & omnes decani rurales & presbyteri decenter incedant in habitu clericali, & cappis clauſis vtâtur. Idéque obſeruent officiales epiſcoporum & archidiaconorum, dum fueriot in conſiſtorio.

Nè clerici comam outriant.

ET nec ipſi, nec alij clerici comam nutriant, ſed honeſtè tonſi & coronati incedant, niſi fortè iuſta cauſa exegerit habitum transformare. A crapula quoq; & ebrietate & alijs, quibus honeſtas eorum deformatur, omninò clerici ſe abſtineant vigilanter: ad quæ omnia ſtudioſè obſeruanda, ſecundùm formam Concilij generalis à ſuperioribus ſuis compellantur.

Quòd clerici oon teneant publicè concubinas.

ADdentes, nè clerici beneficiati, vel in ſacris ordinibus cooſtituti, io hoſpitijs ſuis tenere publicè concubinas præſumant, nec alibi cum ſcaodalo acceſſum habeant ad eaſdem.

Qualis pœna eſt infligenda concubinis clericorum.

ET ſi fortè concubinæ eorum, monitione poſteà propoſita, ab eis non receſſerint, ab eccleſijs Dei quas infamare præſumunt, expellantur, nec admittantur ad Eccleſiaſtica ſacramenta: & ſi oec ſic duxerint abſtinendum, excommuoicationis mucrone percellantur, & tunc demùm contra eas inuocetur brachiũ ſeculare. Ipſos autem clericos per ſubtractionem officij & beneficij, canonica admonitione præmiſſa, volumus coerceri. Item licèt legitima teſtamenta clericorum beneficiatorum decedentium volumus firmiter obſeruari, nolumus tamen quòd coocubinis ſuis aliquid relinquant io teſtamento ſuo. quod ſi feceriot, illud arbitrio epiſcopi coouertatut in vſum eccleſiæ, in qua rexit defunctus.

Quòd clerici vel prælati oon vendant vel impigoorent eccleſiam ſuam conſanguineis eorum.

ECcleſiarum autẽ indemnitatibus conſulere cupieotes, præſentis Concilij authoritate duximus ſtatuendum, vt oullus Abbas, oullus Prior, nullus decanus vel Archidiaconus, vel alius habens perſonatum vel dignitatem, ſed nec clericus inferior pẽſiones vel redditus dignitatis, vel conſanguineis vel amicis quibuſcunque vendere præſumat, vel impignorare ſeu infeudare de oouo, vel quolibet modo alienare præſumat, niſi forma canonis obſeruata. Si quis autem contra hoc venire præſumpſerit, quod in hac parte præſumptum fuerit, viribus careat: & præſumptor perſonatu vel eccleſia quam ſic læſit per ſuum ſuperiorem ſpolietur: niſi quod abalienauerit, infra tempus à ſuo ſuperiore ſibi præfixũ, ſine damno eccleſiæ ſuis ſumptibus duxerit reuocandũ. Is quoquè qui ſic eccleſiaſtica bona decæterò receperit, & admonitus præſumpſerit ea retinere, excommunicationis ſententia percellatur, donèc ea reſtituerit, oullatenùs abſolucodus. Idem autem maiores prælati obſeruent omninò.

Quòd fructus eccleſiæ in laico feudo non reponantur, nec de eis ædificia fiant.

QVia ſunt plerique, quod oon ſinè lachrymis dicimus & ſingultu, qui omoipotentis indignatiooem & iram in die iræ ad perpetuam damoationem ſibi cumulantes, non ſolùm filijs & nepotibus, verùm etiàm concubinis ſuis turpiter inuaſant patrimonium Ieſu Chriſti, ad quorum vſus, quod dicto ſeruitio * reputatur, in ſeudo laicali de bonis eccleſiæ domos conſtruunt, in quibus eccleſiaſticos prouentus & bona eccleſiæ, vſibus pauperum deputata, congregare præſumunt: ſalubri prouiſione deceroimus, nè clerici beneficiati fructus eccleſiæ in laico * ſeudo reponant, & vt meliùs abſtineant à præmiſſis, decæterò domos aut penſiones laicales ad opus concubinarum vel filiorum ſuorum non emant, nec etiàm domos ad opus earum conſtruant in ſundo laicali: ſed nec etiàm pecuniam miniſtrent ad huiuſmodi emenda ad opus earum, vt ſic eis ſubtrahatur occaſio malignandi. Si quis autem ſuper hoc habeatur ſuſpectus iuſta ratione, niſi ad arbitrium ſuperioris ſe purgauerit, ipſius arbitrio puniatur. Item vt meliùs gerantur omnia, ſi exterior adminiſtratio clauſtralium reſponderit ritè quieti, ſtatuimus vt tam obedientiales rerũ monaſterij, quàm prȩlati maiores, quatenùs vel bis ad minùs in anno coram ſuperioribus iuxta monaſterij conſuetudinem reddaot de receptis & expẽſis rationẽ. Ad hoc enim prȩlatos illos ex iſta conſtitutione volumus obligari, qui poſſeſſiones habeot à mooachis vel canooicis ſeparatas.

Fon * indignum aut indecens reputatur, in fundo,

Quòd religioſi poſſeſſionati, quolibet anno admoneaotur, vt reddaot computum.

AD hæc, quoniam ſexum muliebrem cootra verſutiam hoſtis antiqui minùs fortem, multiplici remedio neceſsè eſt communiri: decernimus vt moniales & cæteræ mulieres dioino cultui dedicatæ, velum vel peplum ſericum non habeât, nec io velo acus argeoteas vel aureas audeant deportare: oec ipſæ vel monachi vel caoooici regulares zonas ſericas auri vel argenti ornamen-

ta babentes, nec decætero * burneta vel aliquo panno irregulari vtantur. Metiantur etiàm iuxta * diminutionem corporum, veſtem ſuam, ità quòd longitudinem corporum oon excedat, ſed pede decenter ſuperducto, ſufficiat eis, cùm Ioſeph iodutus ſegatur veſte talari. Et ſola monialis conſecrata deferat anulum, & vno ſolo ſit contenta. Si qua autem contra hanc noſtram prohibitionem venire præſumpſerit, & commonita ſe non correxerit, regulari ſubiaceat diſciplinæ.

for. * dimēſionem

Gen. 37. e

Quòd religioſi nil recipiant pro ingreſſu alicuius inter eos, niſi pro veſtitura duntaxàt.

PRætereà ſtatuimus, præſenti Concilio approbante, vt decætero pro receptione alicuius in domum religionis, pecuniam aut quicquid aliud extorquere non præſumant: adeò vt ſi præ paupertate domùs, debeat veſtire ſeipſum, prætextu veſtium vltra iuſtum precium earum, ab eo nihil penitùs recipiatur.

Quandò & qualiter eccleſiæ poſſunt dimitti ad firmam.

NVnc ergò videamus Euangelicæ legis ſectatores: cùm non niſi in vinea laboranti, retributionis denarius ſit porrigendus, nec niſi qui altari deſeruit, de altari viuere debeat: ſtatuimus, vt eccleſiæ certis perſonis deputatæ, nulli dentur ad firmam, niſi fortè iuſta cauſa fuerit, & à ſuo epiſcopo approbata, & vt ità de eius conſenſu alicui perſonæ honeſtæ & ordinatæ detur ad firmam, de quo veriſimiliter præſumi debeat, quòd fructus eccleſiæ in bonos vſus conuertat.

Matt. 20.
1. Cor. 9.

Quòd nulli aliquid io eccleſia ratione beneficij aſſignetur.

ITem vt verſutijs & calliditatibus aliquorum obuiemus, qui in fraudem generalis coostitutionis, nouas quaſdam adinuentiones fingere moliuntur: ſtatuimus, vt oon liceat alicui aliquē aſſignare in Eccleſia quicqoam nomine beneficij, * quia hoc ei liceat obtinere com alio beneficio, cui animarum cura fuerit annexa.

for. * quaſi

Pęna aduocatorum qui matrimonium protrahunt malitiosè.

QVoniam per aduocatos multotiès legitima matrimonia protrahuntur, ſtatuimus vt ſententia lata pro matrimonio, aduocatus qoi contra id fecerit, hoc ipſo per annum aduocatione priuatus exiſtat, niſi iudex eum in ipſa ſententia propter errorem vel probabilem ignorantiam expreſsè habeat excuſatum.

De ordinatione religioſorum, & qui poſſuot recipi in monachos.

QVia oonnunquàm ſerpens antiquus, qui ingiter ſedet in inſidijs, vt interficiat innocentes & ſanctos viros, quando eos inuenit ſolitarios & abſq; conuerſatiooe vel conſolatione mutua conuerſantes, tanto faciliùs interdùm eos ſuis inſultibus obruit & confundit, prouida deliberatione decernimus, vt tam monachi quàm canonici regulares, & moniales, in vno dormitorio pariter dormiant & quieſcant, ſingulis perſonis ſingulis lectis aſſignatis. Et in vno refectorio ſimul edant, nec per ſe cuilibet, ſed communiter omnibus victualia præparentur: nec ſingulis eorum denarij pro veſtibus tribuantur: ſed talia per certas perſonas ad hæc deputatas, puta camerarios vel camerarias, diligenter expediantur: qui, vt quilibet indiguerit, & facultas domûs ſuſtinuerit, eis indumenta miniſtrent. Et cùm eis ooua tradita ſunt, vetera ab eis recipiantur, quæ in vſus pauperum vel alias neceſſitates, de coosilio Abbatis vel Prioriſſæ vel Abbatiſſæ vel Prioris, conuertantur. Camerario autem vel camerariæ non liceat aliquid recipere. Alioquin camerarios ab officio deponatur, & monachos ſeu canonicus vel monialis anno illo nouis careat indumentis. Monachus oon recipiatur minor XVIII. annis, niſi euidens vtilitas ſeu neceſſitas aliud inducat.

De familiaribus monialium, & de ſilentio religioſorum, & de licentia exeundi.

INhibemus etiàm, nè moniales infra ſepta domorum ſuarum, præter neceſſarios ſeruientes, nec ad cohabitandum mulieres ſeculares recipiant, niſi Epiſcopi diœceſani accedat aſſenſos. Item tam à monachis, quàm canonicis regularibus & monialibus ſilentiū imponimus obſeruari in temporibus & locis conſtitutis. Nec viris aut mulieribus religioſis abſque ſoperioris licentia egredi liceat ſepta domùs, nec ſinè certa & honeſta cauſa egrediendi eis licentia concedatur: ita tamē, quòd nulli clauſtralium cauſa orationis aut viſitandi parentes pateat aditus exeundi: niſi talis fortè fuerit, de quo nihil ſiniſtrū poſſit quis aut debeat meritò ſuſpicari, qui ſemper habeat collegam: & quotiès aliter licentia exeundi indulgeatur, certus dies eidem præfigatur, in quo redeat. Hoc quoque volumus obſeruari, vt vbicunque propter exceſſum alicuius viderit Epiſcop⁹, vel Abbas, vel Prior conuentualis nō habens abbatem, expedire vt quis ad tempus alibi moretur, ad aliam domum religionis euiſdem in eodem Epiſcopato transferatur: vel ſi oeceſsè fuerit, etiàm ad alium Epiſcopatum dirigatur, & per diœceſanom compellatur admitti, qui ibi in omnib⁹ regulari ſubiaceat diſciplinę: ità vt ſi ex mora ipſius eccleſia in qua moratur, grauata videatur, viceverſa mittat aliquē de ſuis, qui interim moram faciet in monaſterio delinquentis: nec priùs rediens ipſe qui deliquit, in domo ſua recipiatur, quàm plenè pœnituerit de commiſſo, & per ſuum ſuperiorem reuocetur.

Nè monachi vel moniales per ſe comedant.

OMnem ſingularitatem interdicimus in refectorio, vt cibus aliter vni quàm alteri præparetur. Sed qui præeſt, videat vt ſcilicet interdùm talia præparentur, de quibus aliorum debilitas vel infirmitas, prout viderit expedire, valeat releuari. Omnia etiàm victualia religioſis apponêda, ſinè ſubtractione eis apponantur tam in conuentu quàm alibi, vbi reficiuntur de omnibus appoſitis. Totum reſiduum ſinè diminutione aliqua cedat in eleemoſynam indigentibus fideliter erogandam, ità quòd nec Abbas, nec Prior, nec eleemoſynarius hoc poſſit diſpenſare. Et quicunque iſtud ſtatutum de indiminutis adinuicèm implere vel obſeruare noluerint, ſi ſacerdos fuerit, à celebratione diuinorum: ſi minoris ordinis, à communione corporis Chriſti: ſi monialis ſit, vſque ad plenam ſatisfactionem ſuſpêdatur. Item prohibemus, nè moniales aliquæ ſingulariter in refectorio comedant carnes, in quibus non ſolent communiter carnes comedere.

Quòd moniales ſimul in monaſterio habitent, & de confeſſione earum.

AD hæc per nullam ſocietatem vel conſiderationem admittantur monachi in alterius monaſterio ad moram faciendam, niſì cum literis Epiſcopi ſui vel abbatis vel Prioris conuentualis non habentis Abbatē: idem inter canonicos regulares & moniales volumus obſeruari.

Prouideant etiàm epiſcopi, quòd moniales in omnibus neceſſarijs competenter ſuſtentari poſſint de bonis monaſterij, nè ſuſtineant vltra numerum aliquam admitti: nec etiàm ſuſcipiatur aliqua, quouſque redactæ fuerint ad numerum illum. Etiàm hoc firmiter ſtatuimus authoritate Concilij Generalis. Si autem contigerit aliquam decæterò contra hanc formam admitti, tā Abbatiſſa quàm prioriſſa deponatur.

Idem de magiſtris & Prioribus moniales cuſtodientibus, ſi contra hanc formam contingat aliquam admitti, duximus ſtatuendum. Confiteantur etiàm moniales ſacerdotibus ab Epiſcopo ſibi deputatis. Clerici autem vel laici frequentem non habeant acceſſum ad clauſtra monialium ſinè cauſa rationabili.

Quòd religioſi non condant teſtamenta, nec liceat monachos monaſteria habere ad firmam.

QVoniam non licet viris religioſis aliquid proprium poſſidere, qui ſe & ſua pariter in ipſo religionis ingreſſu Domino

dedicârunt, pręſenti authoritate diffinimus, vt nulla perſona in regulari ordine conſtituta, condere teſtamentum præſumat, cùm nihil habeat ſuum temporale, quod transferre valeat in dominium alienum.

Item nec monachus, nec canonicus eccleſiam vel monaſterium, vel quodlibet prædiū Eccleſiæ ſuæ, audeat retinere ad firmam. Diſtrictè etiàm inhibemus, nè alicui monacho vel canonico regulari, qui non ſit obedientialis, cuſtodia monaſterij committatur, ità quòd ex longa ipſius mora vel conuerſatione ſcandalum oriatur: quod ſi præſumptum fuerit, per ſuperiorem emendetur.

Item viri religioſi non recipiant eccleſiam ad firmam, in qua ſibi quid iuris vendicant, ſaltem poſt mortem perſonæ. Quod ſi fecerint, arbitrio ſuperioris puniantur.

Quòd religioſi non bibant vltra horas debitas.

QVoniam inter alia vitia impetus gulæ viros religioſos præcipuè non mediocriter infeſtat, decernimus vt nec monachi, nec canonici regulares, niſì ſtatutis locis & horis potationi, aut comeſſationi vacare pręſumant. Si quis verò ſitiuerit, impetrata licentia, refectorium regulariter intret, vt ſic neceſſitati ſubueniat, non vt conſulat voluptati. Ab hac generalitate eximimus infirmos, & eos qui fuerint in obſequio pręlatorum.

Quòd monachi & regulares in monaſterio habeant ſeniores, & de ſententijs publicandis.

AD hæc ſtatuimus, vt cùm ratione debilitatis vel alia iuſta ratione, monachi ſeorsùm in miſericordia morentur, ſemper habeant ſecum ad minùs alios ſeniores, qui aliorum leuitatem debita correctione compeſcant, & qui poſtmodùm in capitulo teſtificentur, qualiter in miſericordia fuerint conuerſati. Idem volumus inter canonicos regulares & moniales obſeruari. Vt autem omnia fine bono concludantur, Lateranenſe Concilium ſub Sanctæ recordationis Papa Innocentio celebratum, in præſtatione decimarum & alijs capitulis præcipimus obſeruari, & in ſynodis epiſcopalibus conſtitutiones illius Concilij vnà cum iſtis, prout eis videbitur expedire, volumus obſeruari.

Excommunicationes etiàm in hoc Concilio promulgatæ, ſingulis annis in epiſcopalibus ſynodis, & quater in anno in parochialibus eccleſijs ſolenniter iterentur.

Ex Onuphrio. Gregorius Papa X. Num. CCIX. An. Chr. MCCLXXI.

SANCTISS. D. N. Gregorius X. Pont. Max. Theobaldus natione Italus, patria Placentinus, ex nobili & antiqua Vicecomitum ſtirpe ortus, ex Archidiacono Leodienſi abſens in Syria, vbi deuotionis cauſam ad terram ſanctam profectus fuerat extrà Card. Collegium poſt longam ſedis vacationem à Card. inter ſe concordare non valétibus electus eſt, Pontifex maximus Viterbij die Calendarum Septembr. ob eius præclaras & egregias virtutis atque animi dotes ipſe potiſſimum creatus. Qui decreto electionis in Syria accepto atque approbato in Italiam nauigauit, & Viterbium vbi Cardinales erant, venit. Sedit autem ab ſua electione annus quatuor, menſes quatuor, & dies decem.

Platina. Is, Lugdunum Generali Concilio indicto, cui & Michael Palęologus cum magno Gręcorum Pręlatorum comitatu interfuit, Conſtantinopolit. Eccleſiam, tertiadecima vice, qua ſe ab Eccleſia Romana ſegregarat, in eius ſententiam pertraxit.

Ex Onophrio. Papa Gregorius X. in Concilio Lugdunenſi primus legem tulit, qua Conclauis ratio continetur, habenda in electione noui Romani Pontificis, quùm pp Cardinaliũ diſcordiam longiſſimo tempore ſacram ſedem vacare contigiſſet, prius enim in loco vndique clauſo non recludebantur, ſed more Cõciſtorij vel congregationis Pontificem creabant.

Decreta plurima in eo Concilio ab illo edicta extant in Sexto Decretalium ſub ſuis Titulis.

De Proceſſione quidem Spiritus Sancti illud eſt.

FIdeli ac deuota profeſſione fatemur, quod Spiritus Sanctus æternaliter ex patre & filio, non tanquam ex duobus principiis, ſed tanquam ex vno principio: non duabus ſpirationibus, ſed vnica ſpiratione procedit. hoc profeſſa eſt hactenus, prædicauit & docuit, hoc firmiter tenet & prędicat, profitetur & docet ſacroſancta Romana Eccleſia, mater omnium fidelium & magiſtra: hoc habet orthodoxorum Patrũ, atque Doctorum Latinorum, pariter & Gręcorum incommutabilis & vera ſententia. Sed quia nonnulli propter irrefragabilis præmiſſæ veritatis ignorantiam, in errores varios ſunt prolapſi: Nos huiuſmodi erroribus viam præcludere cupientes, hoc ſacro approbante Concilio: Damnamus & reprobamus omnes, qui negare præſumpſerint, æternaliter Spiritum Sanctum ex Patre & Filio procedere: ſiue etiam temerario auſu aſſerere, quòd Spiritus Sanctus ex Patre & Filio, tanquam ex duobus principijs, & non tanquam ex vno procedat.

De electione vero Romani Pontificis illud aliud.

VBI periculum maius intenditur, ibi proculdubio eſt plenius conſulendum. Quàm grauibus autem ſit onuſta diſpendijs, quot & quantis ſit plena periculis Eccleſiæ Romanę prolixa vacatio, exacti conſideratio temporis edocet, & conſiderata prudenter illius temporis diſcrimina manifeſtant. Hinc nos euidens euocat ratio, vt dum reformandis etiam minoribus noſtra ſolerter vacat intentio, ea quæ periculoſiora ſunt, nequaquam abſq; remedio reformationis accommode relinquamus. Ideoque omnia, quæ pro vitanda diſcordia in electione Romani Pontificis, à noſtris ſunt prædeceſſoribus, & præcipue à felicis recordationis Alexandro Papa Tertio, ſalubriter inſtituta: omnino immota in ſua firmitate manere cenſentes: nihil enim detrahere illis intẽdimus, ſed quod experientia deeſſe probauit, præſenti conſtitutione ſupplere.

Hoc ſacro Concilio approbante ſtatuimus, vt ſi eundem Pontificem in ciuitate, in qua cum ſua curia reſidebat, diem claudere cõtingat extremum: Cardinales qui fuerint in ciuitate ipſa præſentes, abſentes expectare decem diebus tantummodo teneantur: quibus elapſis, ſiue abſentes venerint, ſiue non, extunc omnes conueniant in Palatio, in quo idem Pontifex habitabat: contenti ſinguli, ſingulis tantummodo ſeruientibus clericis vel laicis, prout duxerint eligẽdum. Illis tamen, quibus patens neceſſitas id ſuggerit indulgeri, duos habere permittimus, eiſdem electionis arbitrio reſeruato.

In eodem autem Palatio vnum conclaue nullo intermedio pariete, ſeu alio velamine, omnes inhabitent in communi: quod (reſeruato libero ad ſecretam Cameram aditu) ita claudatur vndique, vt nullus illud intrare valeat vel exire. Nulli ad eoſdem Cardinales aditus pateat, vel facultas ſecrete loquendi cum eis: nec ipſi aliquos ad ſe veniẽtes admittant, niſi eos, qui de voluntate omnium Cardinalium inibi præſentium, pro his tantum, quæ ad electionis inſtantis negotium pertinent, vocarentur. Nulli etiam fas ſit, ipſis Cardinalibus, vel eorum alicui, nuncium mittere, vel ſcripturam. Qui vero contra fecerit ſcripturam mittendo, vel nũcium, aut cum aliquo ipſorum ſecrete loquendo: ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat.

In

In conclaui tamen prædicto aliqua feneſtra competens dimittatur, per quam eiſdẽ Cardinalibus ad victum commode neceſſaria miniſtrentur: ſed per eam nulli ad ipſos patere poſſit ingreſſus. Verum ſi (quod abſit) infra tres dies poſtquam (vt prædicitur) conclaue prælatum iidem Cardinales intrauerint, non fuerit ipſi Eccleſię de Paſtore prouiſum: per ſpatium quinque dierum immediate ſequentium, ſingulis diebus tã in prandio, quàm in cœna, vno ſolo ferculo ſint contenti: quibus (prouiſione non facta) decurſis: ex tunc tantummodo panis, vinũ, & aqua miniſtrentur eiſdem, donec eadem prouiſio ſubſequatur. Prouiſionis quoque huiuſmodi pendẽte negotio, dicti Cardinales nihil de camera Papæ recipiant, nec de alijs eidem eccleſiæ tempore vacationis obuenientibus vndecunque: ſed ea omnia ipſa vacatione durante, ſub eius, cuius fidei & diligentiæ camera eadem eſt commiſſa, cuſtodia maneant: per eum diſpoſitioni futuri Pontificis reſeruanda. Qui autem aliquid receperint, teneantur ex tunc à receptione quorumlibet redditũum ad eos ſpectantium abſtinere, donec de receptis taliter plenariam ſatisfactionem impendant. Iidem quoque Cardinales accelerandæ prouiſioni ſic vacẽt attentius, quòd ſe nequaquam de alio negotio intromittant, niſi forſan neceſſitas adeo vrgens incideret, quòd eos oporteret de terra ipſius eccleſiæ defendenda, vel eius parte aliqua prouidere: vel niſi aliquod tam grande, & tam euidens periculum immineret, quòd omnibus & ſingulis Cardinalibus pręſentibus concorditer videretur illi celeriter occurrendum. Sane ſi aliquis ex prædictis Cardinalibus conclaue prædictum (vt ſupra exprimitur) non intrauerit: aut intrans abſque manifeſta cauſa infirmitatis exierit, ipſo minime requiſito, nec in eiuſdem electionis negotio vlterius admittẽdo, per alios ad eligendum ſummum Pontificem libere procedatur. Si vero infirmitate ſuperueniente, idẽ conclaue ex eis aliquem exire contingat: ipſa etiam infirmitate durãte, poterit eius ſuffragio non requiſito [ad electionem] procedi: ſed ſi ad alios, poſt ſanitatem ſibi redditam ſeu ante, redire voluerit: vel etiam ſi alij abſentes, quos per decem dies diximus expectandos, ſuperuenerint: re integra, videlicet ante quàm eidem eccleſię ſit de Paſtore prouiſum, in eodem negotio, in illo ſtatu, in quo ipſum inuenerint, admittantur: præmiſſa tam de clauſura, quàm de ſeruitoribus, cibo, ac potu, & reliquis, cum alijs ſeruaturi.

Porro ſi quando Romanum Pontificem extra ciuitatem prædictam, in qua erat cum ſua curia reſidens, contigerit ab hac luce migrare: teneantur Cardinales in ciuitate, in cuius territorio ſeu diſtrictu idem Pontifex obijt, conuenire: niſi ſit forſitan interdicta, vel contra eccleſiam Romanam in aperta rebellione perſiſtat: quo caſu, in alia viciniori conueniant, quæ ſimiliter nec interdicto ſubiaceat, nec ſit (vt prædicitur) aperte rebellis. In hac etiam ciuitate, tam quoad expectationem abſentium, quàm quoad habitationem communem, clauſuram, & cætera omnia in domo epiſcopali, vel alia qualibet eiſdem Cardinalibus deputanda, eadem obſeruentur, quæ ſuperius obeunte dicto Pontifice, in ea, in qua cum ſua curia reſidebat, ſunt expreſſa.

Præterea (quia parum eſt iura condere, niſi ſit qui eadem tueatur) adijciendo ſancimus: vt domini, alijque rectores, & officiales ciuitatis illius, in qua Romani Pontificis electio fuerit, celebranda, auctoritate noſtra, & eiuſdem approbatione Concilij poteſtate ſibi tradita, præmiſſa omnia & ſingula plene ac inuiolabiliter, ſine fraude ac dolo aliquo faciant obſeruari: nec Cardinales vltra quàm præmittitur, arctare præſumant.

Super his autem taliter obſeruandis, ſtatim audito ſummi Pontificis obitu, coram clero & populo vniuerſo ciuitatis ipſius ad hoc ſpecialiter conuocandis, præſtent corporaliter iuramentum. Quòd ſi præmiſſa diligenter non obſeruauerint, aut fraudem in eis vel circa ea commiſerint: cuiuſcunq; ſint præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus, omni ceſſante priuilegio, eo ipſo ſententiam excõmunicationis incurrant, & perpetuo ſint infames: nec vnquam eis portæ dignitatis pateant, nec ad aliquod publicum officium admittantur. Ipſos inſuper feudis & bonis cæteris, quæ ab eadem Romana eccleſia, vel quibuſlibet alijs eccleſijs obtinent, ipſo facto decernimus eſſe priuatos, ita quòd ad eccleſias ipſas plene ac libere reuertantur, administratorum earumdem eccleſiarum arbitrio, ſine contradictione aliqua diſponenda.

Ciuitas vero prædicta, non ſolum ſit interdicto ſuppoſita, ſed & Pontificali dignitate priuata.

Cæterum (quia cum arbitrium, vel inordinatus captiuat affectus: vel ad certum aliquem obligationis cuiuſque neceſſitas adigit, ceſſat electio, dum libertas adimitur eligendi:) Cardinales eoſdem obſecrantes per viſcera miſericordiæ Dei noſtri per aſperſionem ſui precioſi ſanguinis obteſtamur: vt penſantes attentius quid eis immineat, cum agitur de creatione Vicarij Ieſu Chriſti, ſucceſſoris Petri, Rectoris vniuerſalis eccleſiæ, gregis Dominici directoris, omni priuatæ affectionis inordinatione depoſita, & cuiuslibet pactionis, cõuentionis, obligationis, neceſſitate: necnon condicti, & intendimenti contemplatione ceſſantibus: non in ſe reciprocent conſiderationis intuitũ, vel in ſuos: non quæ ſua ſunt, quærant: non commodis priuatis intendant: ſed nullo arctante ipſorum in eligendo iudicium, niſi Deo, puris & liberis mẽtibus, nuda electionis cõſcientia

vtilitatem publicam libere proſeqoantur: omni conatu & ſolicitudine, prout poſſibilitas paritur, id acturi tantummodo: vt eorum miniſterio acceleretur vtilis & per neceſſaria totius mundi prouiſio: idoneo celeriter eidem eccleliæ ſponſo dato. Qui autem ſecus egerint, diuinæ ſubiaceaot vltioni: eorũ culpa, niſi graui propter hoc peracta pœnitentia, nullatenus abolenda. Et nos nihilominus pactiones, conuentiones, obligationes, condicta & iotendimenta omnia, ſiue iuramento ſiue cuiuſlibet alterius fuerint vinculo firmitatis annexa, caſſamus, irritamus, & viribus decernimus omnino carere, ita quod nullus ad illa obſeruanda quomodolibet ſit aſtrictus, nec quiſquam ex eorum traſgreſſione notam vereatur fidei non ſeruatæ: ſed oon indignæ laudis titulum potius mereatur: cum lex etiam humana teſtetur: Deo magis tranſgreſſiones huiuſmodi, quã iuriſiurandi obſeruationes acceptas.

Qoia vero fidelibus uon eſt tam de ſolicita quantumcuoque inuentione fidendum, quàm de inſtantia orationis humilis & deuotæ ſperaodum: huic adijcimus ſanctioni, vt in omoibus ciuitatibus, cæteriſque locis inſignibus, vbi primum de memorati Pootificis obitu certitudo claruerit: à clero & populo, ſolemnibus pro eo exequijs celebratis, ſingulis diebus, donec de ipſius eccleſię prouiſione indubitanter rumor pertulerit veritatem, humiles preces fundantur ad Dominum, apud eum deuotis orationibus inſiſtatur: vt ipſe, qui concordiam facit io ſublimibus ſuis, ſic efficiat eorundem Cardinalium corda in eligendo concordia, quòd prouiſio celer, concors, & vtilis (prout animarum ſalus exigit, & totius orbis reqoirit vtilitas) ex ipſorum vnanimitate ſequatur. Et ne tam ſalubre præſentis ſanctionis edictum ignoraotiæ negligi prætextu contingat, diſtricte præcipimos: vt Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij eccleſiarum Prælati, cæterique, quibus conceſſum eſt propooere verbum Dei, clerum & populum propter hoc ſpecialiter freqoentius congregandos, io ſuis ſermonibus ad ſupplicum precum ſuffragia pro celeri & felici exitu tanti negotij frequeotanda, ſolerter hortentur: & ipſis eadem auctoritate non ſolum orationum frequentiam, ſed obſeruantiam (prout circumſtantiæ penſandæ ſuaſerint) ieiuniorum indicant.

Reliqua Decreta ex eo Sexto Decretalium petat, qui volet.

CLEMENS PP. X. NVM. CCXX.

ANNO CHRISTI MCCCV.

SANCTISS. D. N. Clemens V. Pont. Max. Vaſco Gallus Raymũdus del Goth Bertandi militis filius, natione Gallus, prouincia Aquitania, ſiue Vaſconia oriundus de loco qui appellatur Mihandrau diœceſis Burdegalenſis. Hic à Bonifacio Papa octauo. Epiſcopus conuenarum primo, mox Archiepiſcopus Burdegalenſis creatus eſt, mortuo vero anno ſuperiore Papa Benedicto XI. menſe nono, & die ſexto, vacantis ſedis, in vigilia Pentecoſtes, hoc eſt Noois Iunijs, Anno Dominicæ Natiuitatis MCCCV. abſens & extrà Collegium Cardinalium, miro aſtu Card. Pratenſis, Regi Francorum in hoc gratificare cupiẽtis, a Cardinalibus Peruſij iu Cooclaui iam per oouem mẽſes exiſtentibus, & inter ſe concordare oon valentibus (quamuis a Peruſinis pluries artacti fuerint & conſtricti) io Romanum Pontificem electus eſt, ac Clemens V. appellatus. Qui cum vltra montes Burdegalæ eſſet, decreto ſuę electionis accepto atque approbato, Lugdunum ex Burdegala ſequenti Auguſto venit. Vbi Card. ſtatim omnes ad ſuæ coronationis ſolennitatem ex Italia ad ſe adcerſiuit. Qui licet oimium dolentes. Quod eum in Italiam venturum, & Romæ coronã pontificiam ſuſcepturum abitrabantur ad eum tamen Logdunom adceſſerunt. Vbi coronatus eſt. Sedit autem hic Papa io ſacratiſſima ſede Beati Petri Apoſtoli, annos octo, menſes decem, & dies ſexdecim.

Hic Pontifex toto tempore ſui Pontificatus in gratiam Regis Francorum cuius opera, aſtu tamen Card. Pratenſis Regis amici Pontifex Maximus factus fuerat, vltra montes io Gallia ſtetit quem & eius ſucceſſores in hoc imitantes, quòm omoes vſq; ad Gregoriũ Papa XI. Galli fueriot, Romaoã curiã Maximo incommodo, non modo Vrbis Romæ, ſed & totius Chriſtiani orbis vltra montes tenuere ſede Auinione in prouincia locata per aunos contiouos LXX. vſq; ad Gregorij XI. tempora, qui ad ſedẽ ſuam Romanã reuerſus eſt, de quo inferius ſuo loco dicemus.

Hic, vt aſſerit Ioãnes 22. in pręfatione clemẽtinarum, nedum in Concilio Viennenſi, quin etiam ante, & poſt ipſum Conciliũ conſtitutiones plurimas edidit, quas vno volumine collectas, & ſub cõgruis titulis collocatas, & clemẽtinas appellatas, morte præuentus edere non potuit, edidit vero eius ſucceſſor prædictus Ioannes 22.

Digitized by Google

IOANNES PP. XXII. NVM. CCXXI.
ANNO CHRISTI MCCCXVI.

SAnctiſſ. D.N. Ioannes PP. XXII. Caturcenſis Gallus Iacobus de Oſſa natione Gallus, patria Caturcenſis infimo ac ſordido genere ortus patre Arnaldo de Oſſa ſutore Veteramentario, verum prudentia doctrina, & morũ grauitate inſignis. Hic ab ineunte ætate cum Archiepiſcopo Arelatenſi Cancellario Regis Siciliæ Caroli II. nutritus, eius ſtudiorum comes fuit. Cuius poſtea opera quum in gratiam Regni Caroli veniſſet ab eo, Epiſcopus primo Forudienſis diſignatus, mox mortuo Petro de Ferraria Archiepiſcopo Arelatenſi Cancellario Regis, ipſe in eius locum Cancellarius factus eſt, ac per hoc PP. Clementi v. commendatus ab eo primum, Epiſc. Aquenſis, mox Auinionen. demum in tertia ſua Cardinalium ordinatione, presb. Card. cũ alijs octo creatus eſt. Quo mortuo & Sede Apoſtolica iam tertio anno vacante trium & viginti Card. ſuffragijs Lugduni in cõuentu Fratrũ Prædicatorum congregatorũ Die VII. Idus Augusti. Qui eſſet S.R.E. Epiſcopus Card. Portuẽ. & S. Rufinæ Pont. Max. creatus eſt. Sedit autem in ſacratiſſima Sede beati Petri Apoſtoli, annos decem & octo, menſes tres, & dies viginti octo.

Hic extrauagantes Conſtitutiones 20 ſub ſuis titulis diſtinctas, edidit.

AD LECTOREM
MONITIO.

COnſtantia apud authores multiplex inuenitur: triplicis verò in hoc opere fit mentio: primæ metropolis Cypri: alterius in Gallia: tertiæ in Germania, cuius Epiſcopus eſt Mogũtini Archiepiſcopi ſuffraganeus. In hac poſtrema celebrata eſt hæc Synodus, in qua præter alia multa illic geſta, damnatus eſt Iohannes Huſſus & flammis traditus, quem hæretici pro martyre colunt: neque id mirum, cum ſuperioribus ſeculis hæretici Caiani Cain coluerint, & Iudam proditorem diuinum aliquid eſſe putarint, Chorè quoque, Dathan & Abiron & Sodomitas colendos exiſtimarint: ſed tales in diuorum numerum non recipit Eccleſia Dei, immò potiùs cum ſcriptura diuina eos deteſtatur. Illud prætereà notandum, ea quæ huic Synodo hac vice diuerſis characteribus, quos curantes ſeu Italicos vocant, inſeruntur, eſſe Appendicis eius, quæ ſeorsìm nupèr Anno 1538. huius Concilij actis adiecta fuit, ex libro quodam facultatis Theologicæ ſtudij Colonieñ. quaſi pro ſupplemento præſentis Concilij tranſumpta, & in ſtudioſorum commodiorem vſum, ſuis nunc locis inſerta.

IN CON-

IN CONSTANTIENSE CONCILIVM PRÆFATIO SYNODI BASILEENSIS.

SACROSANCTA generali Synodus Baſileenſis in Spiritu Sancto
legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad
perpetuã rei memoriã. Quoniam facilè labitur humana memo-
ria,& pro cliuis eſt hominũ curſus ad nouitates: ad regimen Do-
minici gregis feliciter & votiuè dirigendum, maximè pertinere
dinoſcitur, vt vniuerſaliũ geſta Conciliorũ, ſub fidelis approbatione teſtimo-
nij ad poſteritatis memoriã pandãtur,& in cõi notitia teneantur. Nanq; cùm
ſæpè caſus eueniant, quorum ſimiles cõſtat apud antiquos fuiſſe deciſos, vtile
quidem eſt ſcire, quale fuerit eorum qui nos præceſſerunt, de ſimili re iudiciũ.
Et cùm plerunq; in rebus dubijs ad vtranq; partem rationes plurimæ addu-
cantur, ad tollendas lites & contentiones opportuna cernitur veterũ autho-
ritas,& quæ ab antiquo facta legitur ſanctorum diffinitio patrũ. Sic enim ſcri
Deut. 32. ptũ eſt: Interroga generationem priſtinam, & diligẽter inueſtiga patrum me-
moriam. Et iterùm: Interroga patrem tuum,& dicet tibi: maiores tuos, & an-
nunciabunt tibi. In Concilijs prætereà generalibus errores aduersùs ſanctam
fidẽ pro tẽpore inſurgentes, reprobantur: determinantur quæſtiones ad Ca-
tholicã fidem pertinentes: quę deniq; & qualiter intelligenda ſint diuina mã-
data, declarant: & quod illis propriũ eſt, per ea ſacri canones eduntur, qui cõ-
ſtringentes hominũ vitas, ſciri ab omnibus debent, vt præſcripto eorũ mani-
feſtiùs cognito, vel inhibita declinent, vel permiſſa ſectentur. Hæc autẽ aliaq;
plurima attendentes, rẽ vtilẽ & admodùm fructuoſam eſſe cognoſcimus, ma-
gnæ Conſtantienſis Synodi, quæ ad extirpationẽ ſchiſmatis, eliminationem
hęreſum & errorũ, ac reformationẽ Eccleſię in capite & in membris, fuiſſe di-
noſcitur congregata, geſta in vnum, de quo nemo ambigere habeat, ad per-
petuam rei memoriam, librum redigi. Nanque cùm plurima ibidèm maxi-
ma negocia & digna memoratu, peracta fuerint, quis non illa collaudet ad
poſteritatis notitiam recondi perpetuam? Quis non operæprecium duxerit,
ſciri ab omnibus Chriſti fidelibus, quomodò ſancta Conſtantienſi Synodo
operante, Eccleſia Catholica, quæ per XL. ferè annos horrendo ſchiſmate di-
uiſa fuerat, ad perfectam vnitatem pacis redijt, felicis recordationis Martino
Papa V. ad ſummi apicem apoſtolatus aſſumpto? Quis determinationes ac
decreta illius Synodi pro declaratione authoritatis vniuerſalis Eccleſiæ &
generalium Conciliorum eandem repræſentantium, pro extirpatione præ-
dicti ſchiſmatis, pro eliminatione hæreſum & errorum, ac pro reformatione
Eccleſiæ in capite & in membris edita, non libenter audire & agnoſcere ve-
lit? Nempe nos magnam atque euidentem vtilitatem ex cognitione geſto-
rum illius ſanctæ Synodi reſultare proſpicientes, ac volentes ſaluti publicę &
communibus conſulere commodis, decreta ibidèm facta, ex actis eiuſdem
Concilij extrahi,& colligi, ac fideliter conſcribi, bulla quoquè ſeu plumbo
huius ſacri Concilij Baſileenſis communiri, adhibitis ſingulis ad id neceſſa-
rijs, voluimus & mandauimus. Ad cuius operis conſummationem, dilectiſſi-
mos Ludouicum TT. S. Suſannæ,& Ioannẽ TT. S. Calixti, S. Romanæ Eccleſię
presbyteros Cardinales, venerabiles Guillermũ Vercellenſem, & Thomam
Duncheldenſem Epos, necnon dilectos eccleſiæ filios Thomã de Courcellis,
& Martinũ Bonifilij in theologia magiſtros,& Ioãnẽ de Vuathenſtein, Archi-
* Zegobiñ. diaconũ * Zagabiẽſem, decretorũ doctorẽ, ordinauimus & deputauimus. Ipſi
aũt cõmiſſioni noſtræ multo tempore diligenti cura vacantes, iuxta noſtrum
mandatum extraxerunt,& collegerunt, ac fideliter conſcribi fecerunt decre-
ta & geſta nonnulla præfati ſacri Concilij Conſtantienſis, in vnum redigen-
tes volumen, quorum tenores ſequuntur,& ſunt tales:

ACTA

ACTA SACRI GENERALIS CONSTANTIENSIS CONCILII.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Hic liber continet ordinationes, ſtatuta, cõſtitutiones, decreta, & alia acta & geſta in generali Cõſtãtienſi Concilio, præſidente ſanctiſſimo in Chriſto patre & domino noſtro, domino Ioanne diuina prouidentia Papa xxiij. recollecta, viſa, & ordinata per nos protonotarios, notarios, & ſcribas infrà ſcriptos, ad id per eundem dominum noſtrum Papam, ipſo approbante Concilio, deputatos, ſub annis Domini, indictione, pontificatu, menſibus & diebus inferiùs annotatis.

¶ Introitus Papæ Ioannis xxiij. ad Conſtantiam.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, anno à natiuitate eiuſdem milleſimo quadringenteſimo decimoquarto, indictione ſeptima, die Lunæ * V. menſis Nouembris, pontificatûs ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini Ioannis diuina prouidentia Papæ viceſimitertij anno quinto, præfatus ſanctiſſimus dominus noſter Papa, * qui aliâs continuando Piſanum generale Concilium, * ſtatuit ipſum Concilium iterùm conuocãdum ad hanc ciuitatem Conſtantien. quam ciuitatem die Dominica xxviij. menſis Octubris proximè decurſi, ſolenniter & honorificè intrauit, & ità * conuocauit ad primum diem huius menſis, vt patet per literas Apoſtolicas, de quibus infrà in ſeſſione diei ſextædecimæ huius menſis fit mentio. Sed propter celebritatem feſti Omnium ſanctorum, & commemorationem defunctorum, ad diem ſabbati tertiam, & deinde ipſam tertiam ex certis cauſis diſtulit ad hanc diem. In ipſa tamen die Omnium Sanctorum, dum ipſe dominus noſter Miſſarum ſolennia celebraret, inter ipſa ſolennia facto ſermone ad clerum per egregium doctorem Decretorum dominum Ioannem * Volin, per reuerendiſſimũ in Chriſto patrem dominum Franciſcum, ſanctorum Coſmæ & Damiani diaconum Cardinalem, lecta fuit ſchedula huius tenoris, videlicet.

* iiij * cùm * ſtatuerat * conuocauerat * Polin * Polim

Ad laudem omnipotẽtis Dei, & incremẽtum ſtatûs, tranquillitatis & pacis vniuerſalis Eccleſiæ ſanctæ Dei. Cùm ſanctiſſimus dominus noſter, dominus Ioannes diuina prouidentia Papa xxiij. paterna pietate reſpiciens in ciuitate Laudenſi V. Idus Decembris, pontificatûs ſui anno V. continuando ſacrum Piſanũ & gñale Conciliũ ſuper reformatione ſtatûs eiuſdem Eccleſiæ, de venerabiliũ fratrum ſuorũ ſanctæ Romanę Eccleſię Cardinaliũ cõſilio, indixerit iterũ gñale Conciliũ huiuſmodi celebrandũ in hac ciuitate Cõſtãtienſi prouinciæ Moguntinẽſis, in proximis Calendis Nouẽbris inchoandũ, ipſum Piſanũ Conciliũ rurſùm cõtinuaturus: intimat de eorũdẽ fratrũ cõſilio, quod * intrabit dictũ futurũ Cõſtantien. Cõciliũ, Deo fauẽte, die ſabbati de manè proximè futura, in hac eccleſia Conſtantienſi *cum Miſſarum, ſermonis, ac proceſſionis celebratione in talibus conſuetorum. Datum Conſtantiæ* Calen. Nouembris, Põtificatûs eiuſdem Domini noſtri anno V.

* inſtiabit

¶ Inchoatio ſacri Concilij Conſtantienſis.

ITẽ dominus noſter Papa, ipſa die quinta pro felici inchoatione dicti Cõcilij pmiſſa ſolenni proceſſione, adſtante cũ mitris & habitibus pontificalibus tã reuerendiſſimorum dñorum Cardinaliũ quàm Archiepõrum, Epõrum, electorũ abbatũ, & aliorũ prælatorum cœtu copioſo, Miſſam de ſancto ſpiritu in eccleſia Cõſtantienſi ſolẽniter celebrauit: & p religioſum virũ fratrẽ Ioannem de Vercellis, ſacræ theologiæ magiſtrũ, Priorẽ prioratûs de * Pamonte Bellicenſis diœceſis, procuratorẽ ordinis Cluniacẽſis, pronũciatus eſt ſermo ad clerũ, pertinens ad materiã & propoſitum, & reuerendiſſimus pater dñs Fraciſcus ſanctorũ Coſmæ & Damiani diaconus Cardinalis prædictus, ex pulpito ligneo quod aſcendit, hæc verba alta & intelligibili voce protulit, ſ. Sãctiſſimus dñs noſter Papa, ſacro approbante Cõcilio, ſtatuit ſeſſionẽ tenendã die Veneris xvj. huius mẽſis, de & ſuper quibus omnibus & ſingulis magiſter Ioãnes de Scribanis, procurator * fiſcalis, alta & intelligibili voce p protonotarios dñi noſtri Papæ, & clericos & notarios cameræ Apoſtolicæ, petijt fieri publicum & publica * inſtrumenta ad perpetuam rei memoriam.

* Yumõte * Immõte * fiſci for. * inſtrumentorum &

SESSIO PRIMA.

DIe Veneris xvj. menſis * Nouẽbris, anno, indictione & põtificatu quibus ſuprà, ſacra & vniuerſali ſynodo in eccleſia Cõſtãtienſi, præſidẽte præfato dño Papa, ſolẽniter cõgregata, celebrataq; Miſſa de Spiritu ſancto p reuerẽdiſſimũ in Chriſto patrem dñm Iordanum, epm Albanenſem,

* Decembris

Digitized by Google

ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, de
Vrſinis Vulgariter nuncupatum, caotatiſq;
[*piè porrectis.] litanijs, & alijs deuotis orationibus *pręporrectis ad Deum, idem dominus noſter Papa
[Zach. 8. d] inchoans, Veritatem diligite, Zacharię 8. ca.
Er adducens authoritates Noui & Veteris
Teſtameoti, allocutus eſt ſynodum, exhortans omnes ad meditandum & ſolerter inſiſtendũ ſuper ordinandis his, quæ ad Eccleſiæ pacem & ſtatum pertinent. Quo ſermone perlecto, reuerendiſſimus in Chriſto pater dominus Franciſcus ſanctorum Coſmæ & Damiaoi diaconus Cardinalis, Florẽtinus vulgatiter nũcupatus, ſtans in thalamo eminenti, vbì dictus Dominus noſter ſedebat, alta & iotelligibili voce legit ſchedulam ſequentem, videlicet:

[Hæc alibi deſiderantur.] IOanoes epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam: Intendentes ad executionem eorum, quæ per felicis recordationis Alexandrum Papam quintum prædeceſſorem noſtrum, in Piſano Concilio decreta fuerunt circa coouocationem Concilij generalis iterùm faciendam, dum aliâs præſens Concilium conuocauimus per literas noſtras, quarum tenorem hic duximus inſerendom.

BVLLA CONVOCATIONIS CONCILII.

IOannes epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad ſuturam rei memoriam. Ad pacem & exaltationẽ Eccleſiæ, & tranquillitatẽ Chriſtiani populi, prompto corde & efficaci deſiderio intendentes, ea libenter ordinamus & quærimus, per quæ huiuſmodi pax & exaltario tranquillitatis meritò valeat promereri. Dudùm ſiquidem felicis recotdationis Alexander Papa V. *anteceſſor noſter, in [* prædeceſſor] ſacro generali Piſaoo Concilio tunc præſidẽs, ex quibuſdam magnis & arduis cauſis eundem mouentibus, ipſo approbante Cõcilio, inter cætera decreuit, iterùm generale Concilium ex tunc ad terminum per ſe vel ſucceſſorem ſoum, in loco de quo ſibi vel eidem ſucceſſori videretur, fore ſolenniter conuocandum. Idemq; prædeceſſor ea quæ circa reſormationem Eccleſiæ expedienda reſtabant, pro tonc ſuſpendit, ipſumq; Conciliũ vſq; ad tempus triennij præſatum, cõtinnandum ſtatuit & ꝓrogauit. Poſtmodùm verò ipſo Alexandro prædeceſſore noſtro (ſicut Deo placuit) vita functo, nobiſq; diuina fauente clementia ad apicem ſummi Apoſtolatûs aſſumptis, dũ tempus triennij eiuſdem iam * adocnerat, & nos per veſtigia [*aduenta-ſet] eiuſdem prædeceſſoris incedere, & ordinationem præfatam, ab eo in Concilio, (vt pręfertur) factam puro corde & recta voluntate adimplere properaremos, quibuſdam rationibos tũc expreſſis, animũ noſtrum mouentibus, Cõcilium huioſmodi in Romana vrbe (quæ paulò antè de manibus hoſtium recuperata, præſentiam noſtram pro * ipſiqs conſeruatione plurimùm flagitabat) debito tempore cõuocauimoſ. Verùm quia venieote poſteà tempore cõſtituto, prælati & cęteri qui huiuſmodi Concilio intereſſe debebant, oequaquàm in tanto numero conuenerunt, quantum rerum agendarum pondus & magnitudo requirere videbatur: nos poſt alias prorogationes per nos ſactas tandèm Concilium ipſum ad menſem* Decembris nunc [for. * Nouembris] præſentem, ſolenniter prorogauimus ac celebraodum ſtatuimus. Locum autem infra certum tempus reliquimus declarandum, vt interim ſuper eo maturiùs conſuleremus. Poſt hæc verò, iofra dictum tempus nondùm elapſum, per literas chariſſimi io Chriſto filij ooſtri Sigiſmundi, electi in regem Romanorũ, & Hungariæ reis illuſtris, inſtãtiſſimè requiſiti, vt non properaremus in declaratione huiuſmodi loci pro Concilio faciendo, ſed tam in declaratione loci prædicti, quàm etiàm io tempore dicti Cõcilij celebrandi ſuperſedere vellemus, donèc ipſe nuncios ſuos ſuper hoc inſtructos ad noſtram pręſentiam deſtinaret: Nos votis eiuſdem regis, quæ ex zelo deuotionis & puritate fidei emaoare conſpiciebamus, annuentes, aduentum præfatorum nunciorum de venerabilium fratrum noſtrorũ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium & pręlatorum, qui Romæ in generali conſiſtorio ad hoc vocati fuerunt, voluntate, conſilio & aſſenſu duximus expectandum. Deiodè cùm poſt Romanæ vrbis miſerabilem caſum ad oos tũc apud Florentiam exiſtentes eiuſdem regis nuncij acceſſiſſent, & ex parte eioſdem regis multa nobis circa materiam ſuggeſſiſſent, eorum auditis relatibus, pro pleniori expeditiooe dilectos filios noſtros Antonium TT. ſanctæ Cęciliæ presbyterum, & Franciſcum TT. ſanctorum Coſmæ & Damiani diaconum, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardioales, cum plena poteſtate ſuper huiuſmodi electione loci & deputatione temporis, ac ſimul cum eis dilectum filium noſtrum oobilem virum Manuelem * Chiſſolareñ. militem Conſtantinopolitanum, ad [* Chryſoloram.] præſentiam eiuſdem regis tranſmiſimus: qui ad eum venientes, tandèm de ipſius regis cooſilio & aſſenſu ciuitatem Conſtantieñ. prouinciæ Moguntineñ. pro loco huiuſmodi Concilij celebrandi, cõcorditer elegerunt, ac tempus ad initiandum huioſmodi Coocilium, ſtatuerunt diem primũ menſis Nouembris ꝓximè venturi. Deindè verò nos, qui pro qoibuſdã arduis & magnis oegocijs cum eodem rege iuxta noſtroio & ipſius deſiderium perſonaliter conuenientes, certificati ab eo de habilitate, capacitate, & ſecuritate ciuitatis Conſtantiæ antedictæ, quam ſecuritatem ipſe rex ſe præſtiturum, & in ipſo Concilio perſooaliter affuturum pollicetur, volentes & ab intimis cupientes, vt præſata celebratio Cõcilij ſalubriter impleatur,

pleatur, & optatum conſequatur effectum,
huiuſmodi electionnem loci & temporis (vt
præſertur) factá, authoritate Apoſtolica te-
nore præſentiũ de eorundẽ fratrum noſtro-
rum conſilio & aſſenſu ratificamus, appro-
bamus, & coofirmamus, ac ei Apoſtolici ro-
boris adijcimus firmitatem, præfatumque
Cõcilium in ciuitate prædicta Conſtantieñ.
die prima menſis Nouembris proximè ven-
turi, initiandum, & authore Domino exindè
celebrandum, eadem authoritate & coõſen-
ſu harum ſerie ſtatuimus, proounciamus,
& decernimus, venerabiles fratres ooſtros
patriarchas, archiep̃os, ep̃os, & dilectos filios
electos abbates & cæterns eccleſiarũ & mo-
oaſteriorum prælatos requirentes, hortátes
& monentes. ac in virtute præſtiti iuramen-
ti & ſanctæ obedientiæ eiſdem mandantes,
quatenùs perſonaliteꝛ: necnon chariſſimos
io Chriſto reges & nobiles viros, duces, prin
cipes, marchiones, & alios qui huiuſmodi
Concilio intereſſe debent, vel qui prodeſſe
poſſunt quoquo modo, per viſcera charitatis
Domini ooſtri Ieſu Chriſti inuitantes & ex-
hortátes, quatenùs pro pace Eccleſiæ & om-
niũ Chriſtianorũ, etiàm perſonaliter, vel ſi
pſonaliter non poſſint, per ſolénes oratores
cõgruo tẽpore Concilio dicto debeãt inter-
eſſe: vt ſic congregata fidelium multitudine
copioſa, ea quæ in eodem Concilio agenda
incumboot, Deo authore & adiutore ſalu-
briter ordioentur. Nulli ergò omninò ho-
minum liceat hanc paginam noſtræ ratifica-
tionis, approbationis, coofirmationis, pro-
ounciatioois & decreti infringere, vel ei au-
ſu temerario contraire. Si quis aotem hoc
attentare præſumpſerit, indignatiooẽ omoi-
potẽtis Dei & beatorum Petri & Pauli Apo-
ſtolorum eius ſe oouerit iocurſurum. Datũ
Laudę, V. Idus Decemb. pontificatûs noſtri
anno quarto.

Qua lectisne per præfatũ magiſtrum Iob cõ-
pleta, idem dominus Frãciſcus Cardinalis ſurgẽs
& ſtans,* ſuprà ſchedulã ipſam primã reſumẽs,
legit eius reſiduum, cuius reſidui tenor talis eſt:*

*Ioannẽ for. * ſupradictã

Et ſubindè cùm veoerabilibus fratribus
noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali-
bus, & noſtra curia ad hanc ciuitatem Con-
ſtantieñ. véoimus tẽpore conſtituto: & ounc
per Dei gratiam hic exiſtẽtes, cum huius ſa-
cræ ſyoodi conſilio intendimus inſiſtere ad
pacem, exaltationem & reformationem Ec-
cleſiæ, & tranquillitatem populi Chriſtiani:
& quia in hac re tam ardua non eſt proprijs
viribus aliquid præſumendum, ſed Dei ad-
iutorio confidendum, ideò à cultu diuioo
inchoantes. hoc ſacro approbante Concilio
ordioauimus, ꝙ hac ipſa die ſpecialis Miſſa
ad hoc conſtituta diceretur, ſicuti per Dei
gratiam nunc celebrata eſt, quam Miſſam
etiàm ſtatuimus, & in hac & ſingulis alijs ec-
cleſijs collegiatis ſecularibus & regularibus
huius ciuitatis ſemèl in hebdomada, videli-
cet feria quinta, hoc ſacro Cõcilio durante,
collegialiter celebrari. Et vt eo feruẽtiùs huic
ſacrę celebrationi fideles ioſiſtant, quo am-
pliori gratiæ munere ſenſerint ſe refectos,
omnibus & ſingulis verè pęnitentibus & cõ-
feſſis, videlicet ſacerdotibus dictas Miſſas
celebrantibus, pro ſingulis Miſſis vnum an-
nũ, intereſſentibus verò quadraginta dies de
ioiunctis* eis pęnitẽtijs, io Dño relaxamus. * ſibi
Ad cui* etiã Miſſæ celebratiooẽ exhortamus
venerabiles fratres noſtros ſanctæ Romanæ
Eccleſiæ Cardinales, necnõ patriarchas, ar-
chiep̃os, ep̃os, & dilectos filios electos abba-
tes, cæteroſq; in ſacerdotio cõſtitutos, vt &
ipſi ad impetrandum p̃dictũ diuinũ auxiliũ,
cũ deuotione ſingulis ſeptimanis p̃dictam
Miſſam celebreot ſemèl: quibus celebranti-
bus, & celebrationi intereſſentibus, ſimiles
indulgentias elargimur. Exhortamur etiàm
in Dño omnes & ſingulos Chriſti nomine
gloriãtur, vt ad obtinendã optatã cõſumma-
tionem tãtæ rei, diligenter inſiſtãt orationi-
bus, ieiuoijs, eleemoſynis & alijs pijs operi-
bus, vt Deus ex noſtra & ipſorum humilia-
tione placatus, dignetſ felicem exitum huic
ſacræ cõgregationi cõcedere. Prætereà cõſi-
derãtes, ꝙ p̃cipuũ agẽdũ io Cõcilio generali,
ſm laudabiles* cõſuetudines antiquorũ Cõ- *obſeruãtias
ciliorũ, eſſe debet de his, q̃ cõcerоũt Catho-
licã fidẽ: & attendentes ꝙ talia ꝑpter* ſum- * ſuam
mã arduitatem exigãt diligentiã, tẽpus ſuf-
ficiens & ſtudium, exhortamur oẽs habẽtes
peritiã ſacrarũ literarum, vt diligenter ſecũ
& cum alijs illa cogitent atque tractent, quę
eis videbũtur ad hãc rẽ vtilia & opportuna,
& quã primùm cõmodè poterũt, illa ad no-
ſtrã & huius ſacræ ſyoodi ootitiã perducãt,
vt tempore opportuno poſſint ea determi-
nari, q̃ videbuntur teoenda vel repudianda
pro vtilitate & incremento ipſius Catholicę
fidei, & ſpecialiter cogitẽt circa oõnullos er-
rores, qui à certis tẽporibus dicuntur in oõ-
nullis partibus pullulâſſe, & maximè circa il-
los qui ortũ dicuotur habuiſſe à quodã Ioã-
ne dicto Vuicleff. Inſuper etiã exhortamur
omnes Catholicos hîc congregatos, & alios
ad hac ſacram ſynodum venturos, vt velint
cogitare diligenter & proſequi, & ad nos &
ad eandem ſacram ſynodum perducere ea,
per quæ poſſit Eccleſia & cõgregatio Catho-
licorum ad debitam reformationem & op-
tatam tranquillitatem, Deo iuuante, perdu-
ci.* Noſtrarum nanque iotentionis ac volũ- * noſtræ
tatis eſt, vt omnes hac de cauſa hîc congrega-
ti, cum omnimoda libertate poſſiot dicere,
conſulere & facere omnia & ſingula, quæ ad
præmiſſa putauerint pertinere.

Vt autem notus ſit modus, qui in huius
ſacræ ſynodi proceſſu ſeruãdus eſt, tam quo
ad ea q̃ dicenda & determinãda erũt, quàm
etiàm quo ad cõſenſum & geſtum & * mo- *morẽ cõ
rem & compoſitionem, putamus in hoc re- poſitionẽ
currẽdum eſſe ad obſeruantias antiquorum

patrum,

Digitized by Google

patrum, quæ maximè colliguntur ex canone Toletani Concilij, cuius tenorem duximus hic inſerendum. Tolet. Cōcil. 11.c.1.

ſ q. 4. In loco

In loco benedictionis conſidentes Domini ſacerdotes, nullis debent aut indiſcretis vocibus perſtrepere, aut quibuſlibet tumultibus perturbari: nullis etiàm fabulis vanis vel riſibus agi; & (quod eſt deterius) obſtinatis diſceptationibus tumultuoſas voces effundere. Iaco. 1. d Si quis enim (vt Apoſtolus ait) putat ſe religioſum eſſe, oon refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius uana eſt religio. Cultum enim ſuum iuſtitia perdit, quandò ſileotium iudicij obſtrepentium turba confundit, dicente propheta: Eſa. 32. d Erit cultus iuſtitiæ, ſilentium. Debet ergò qoicquid aut conſultationibus conſidentiū agitur, aut à cauſaotium parte propooitur, ſic mitiſſima verborum relatione proferri, vt nec contentioſis vocibus audientiam turbent, nec * iudicij vigorem * præ tumultu eneruent. *iudicum * de Quicunque ergò in conuentu Concilij hæc quæ præmiſſa ſunt, uiolanda crediderit: & contra bæc interdicta, aot tumultu aut cōtumelijs vel riſibus Conciliū conturbauerit, iuxta diuinæ legis edictum, quo præcipitur, Prou. 22. b Eijce deriſorem, & exibit cum eo iurgium: cum omni dedecore de confeſſiooe abſtractus, à communi cœtu ſecedat, & trium dierum excommunicationis ſeotentiam perferat. Et quoniam cōmuniter contingere poteſt, qnòd aliqui ex conſidentibus non erunt in ſedilibus debitis collocati, eodem ſacro approbante Concilio decernimus, ꝙ ex ſeſſione buiuſmodi nulli eccleſiæ uel pſonæ piudicium generet.

¶ Deputantur hîc miniſtri & officiales Concilij.

Quia uerò ad ꝓſecutionē huius Concilij requiruntur certi miniſtri & officiales, ideò hoc ſacro approbante Concilio deputamus infrà ſcriptos, uidelicet dilectos filios * Aragonū de Maliſpinis (loco cuius, quia promotus fuit poſteà ad eccleſiā Ethnā, per nationem Italicā fuit electus & appoſitus dn̄s Iacob* Rhodini de Ianua) Paulum de * Iuuenaco, Hermannum de Duuerck, Thomam *Polteñ. & Ioannem de * Trembleyo, notarios noſtros, qui uidēdi oēs ſcripturas q̄ in eodē Cootilio fiēt, curam habeant ſpecialem, ità quòd concorditer & ordinatè fiant, ſicut decens eſt. Et omnibus ordinatis in præfato Concilio ſe ſubſcribāt. Necnō dilectos filios magiſtros Antonium de Iuſcbis, Angelum de Reate, Iob de Geſtis, & Petrum de *Trilia, præfati Concilij ootarios & ſcribas, qui ſubalternent notarijs ſupradictis. Dilectum filiū nobilē virū Bertholdū de Vrſinis, comitem * Suauoneñ. & Palatinū, ipſius Concilij cuſtodē: dilectos filios magiſtros Ioannem Baſiræ, literarum Apoſtolicarum * ſcriptorem, Iacobū de * Cāpis, cauſarum palatij noſtri auditorē, Angelum de * Stublionibus, cauſarū Apoſtolicæ cameræ auditorem, & Petrum Pauli de Iuſtinopoli canonicum Rauennateñ. decretorū doctores, ſcrutatores votorum, quorum duo ex vna, alij verò ex altera pſati Concilij parte uota ſcrutentur: & cum ipſis duo ex eiſdē notarijs, ac duo ex ſcribis ſupradictis in votorū * ſcrutamine ſemper debeant intereſſe. Dilectos filios magiſtros Petrum de Aochoraoo vtriuſque iuris, Simooem de Peruſio iuris ciuilis, Raphaelē de Fulgoſijs vtriuſque iuris, & Ardecinū de Nouaria iuris ciuilis doctores, præfati Concilij adoocatos: necnon dilectos filios magiſtros Ioannem de Scribanis, & Henricum de Piro, dicti Concilij procuratores & promotores: magiſtros * Gareteum de Piſtorio, Ioannem Ponſeti, Bortholomęum de * Pando, & Michaelem Boloſonis, ordinatores ſedere debentium in Coocilio ſupradicto.

*Arrogonum; * Iuuenatio; *Polcon; * Ternubio; *Trilbya; *Suauenſ.; *correctorem; *Camplo; * Stullionibus; * Balionibus; *ſcrutatione; *Garentū; *Baroneū; *Pando

ARTICVLVS approbatiōis ſcripturarū protonotariorum ꝑ quatuor nationes deputatorum.

*Item conſtituit, deputat & ordinat dicta ſancta ſynodus pro qualibet natione vnum protonotarium, videlicet pro natione Gallicana Ioannem de * Trambleyo, pro natione Italica Iacobum Rhodini de Ianua, pro natione Germanica Hermannium Duergb, pro natiōe Anglicana Thomā Polcō. Itē notarios nationum, videlicet ꝑ natione Gallicana Michaelem Bloſonis & Ioannem Guiardi, ꝑ natione Italica Bartbolomaeum de Guaſtis & Ioānem Azel, ꝑ natiōe Germanica Gūpertum Fabri & Giſelerum Bouencen, & pro natiōe Anglicana V vilbelmum Porcel. Quibus dat authoritatē & plenariā poteſtatem omnia & ſingula ī præſenti ſacro Conſtantienſi Concilio dicta, acta, actitata, promulgata, publicata, lecta, petita, & omnia alia quæcūque geſta & facta, & omnia quæcūque in poſterum dicenda, agenda, actitanda, promulgāda, publicanda, legenda, petenda, & quæcūque alia in & pro dicto ſacro Cōcilio, et ad dictum ſacrum Conciliū quomodolibèt pertinentia, & facienda, & peragenda, in formā publicam redigendi & alias cōſcribēdi. Approbatq́, dicta ſancta ſynodus omnia & ſingula per ipſos protonotarios & notarios in dicto ſacro Cōcilio & ad ipſum Cōcilium quomodolibet pertinēte cōſcripta, & tam in publicā formā, quā alias in ſcriptis & actis quomodocūquè redacta vſque nunc, ſub quibuſcūque verbis per dictum ſacrum Concilium fuerint ſtatuta, decreta, ordinata, pronunciata & quomodolibèt diffinita.*

Item eodem ſacro approbāte Cōcilio decernimus ſequentem ſeſſionem Deo fauente tenendam die lunæ decimaſeptima menſis Decembris proximè futuri.

Lectis itaqoe ſchedula & bulla prædictis, præfatus dominus Cardinalis alta & intelligibili voce interrogans, ſciſcitatus eſt, vtrùm omnia & ſingula in ſupradicta ſchedula cō-

tenta,

tenta, ipſi ſacræ ſynodo placerent, Ad cuius interrogationem omnes & ſinguli prælati in ipſa ſynodo exiſtentes, concorditer * nemine diſcrepante, reſponderunt, Placet. De & ſuper quibus omnibus & ſingulis magiſter Ioannes de Scribanis, fieri per petijt protonotarios ad hoc per Cõcilium deputatos, de quibus in præmiſſa ſchedula ſit mentio, publicum inſtrumentum & publica inſtrumenta ad perpetuam rei memoriam.

*nulloque

Die prima menſis Martij, anno 1415. à natiuitate &c. in magna aula palatij inferioris Apoſtolici, 11. hora poſt mediam noctẽ, domino noſtro Ioanne papa 23. ibidèm exiſtente & præſente, ac Romanorum rege Imperatore ſereniſſimo, et quatuor congregatis nationibus inibi, fuit per dominum patriarcham Antiochenum nomine & ex parte totius cõcilij præſentata præfato domino noſtro papæ quædam ſchedulas: Sicq; nomine dicti Concilij fuit humiliter ſupplicatum per eundem patriarcham, quatenùs dignaretur dictam ſchedulã benigne acceptare, & dictus domin⁹ noſter papa, recepta ſchedula, et ea ſecretè lecta, dixit quòd fuit ſemper intentionis, dare pacem Eccleſiæ, & quòd ad hoc venerat Cõſtantiam. Et etiàm dixit, qualiter dicto Concilio, nõ vi nec metu cõpulſus, nõ coactus, ſed liberaliter & ſpõtè obtulerat viã ceſſionis ſui papatus & obtulit, & quòd nũquàm fuit alterius intentionis. Demùm dictus dominus noſter dictam ſchedulam legit, cuius tenor talis eſt: Ego Ioannes papa 23. &c. vt in bulla continetur: Qua lecta, fuit regratiatum dicto Domino noſtro papæ per ſereniſſimũ principem regem Romanorum de bona & ſancta oblatione, deindè cardinales ad idem fuerũt regratiati. Demùm dominus Patriarcha ad idem, & etiàm vniuerſitas Parienſis ad idem, Quo facto, dominus noſter voluit quòd in craſtinum quæ fuit ſecunda Martij, teneretur ſeſſio, in qua publicarentur hæc ſolenniùs per eundem.

SESSIO II. QVANDO Dominus noſter papa obtulit ceſſionem ſui papatûs.

ANNO à natiuitate Domini 1415. indictione 8. pontificatûs quo ſuprà, die verò Martis ſecunda menſis Martij, fuit celebrata ſeſſio, in qua dominus noſter celebrauit Miſſam in Eccleſia maiori de Spiritu ſancto. Qua celebrata, fuerunt lectæ ſolennitates, quę conſueuerunt fieri in ſeſſionibus. Demùm dominus noſter ſedens in cathedra ante altare, conuerſus ad Concilium ibidèm congregatũ, legit ſchedulam tenoris ſequentis per dominum Vitalem patriarcham Antiochenum nomine Concilij traditã, alta voce ſic incipiẽdo.

Ego Ioannes papa 23. propter quietem totius populi Chriſtiani profiteor, ſpõdeo, promitto, voueo & iuro Deo & Eccleſiæ & huic ſacro Concilio, ſpontè & liberè dare pacem ipſi Eccleſiæ per uiam meę ſimplicis ceſſionis Papatus, & eam facere & adimplere cum effectu iuxta deliberationem præſens Concilij: ſi, & quandò Petrus de Luna, Benedictus 13. & Angelus de Corario, Gregorius 12. in ſuis obedientijs nuncupati, papatui quem prætendunt, per ſe vel procuratores ſuos legitimos ſimpliciter cedant, & etiam in quocunque caſu ceſſionis, vel deceſſus, aut alio in quo per meam ceſſionem poterit dari vnio Eccleſiæ Dei ad extirpationem præſentis ſchiſmatis. Et dum legebat illam clauſulam in præſcripta ſchedula, Spondeo, promitto, voueo, & iuro Deo, flexit genua versùs altare, ponendo manus ad pectus, & dixit hæc verba: & ità promitto obſeruare. Quo facto, Imperator ſurgens de ſua cathedra, regratiatus fuit eidẽ domino noſtro nomine concilij & ſuo, flectẽdo genua, deponendo coronam, & oſculando pedem eiuſdem domini noſtri. Et etiàm dominus patriarcha fuit regratiatus eidem nomine Concilij. Poſt hæc cantores inceperunt cantare. Te Deum laudamus &c. Et procurator Concilij Ioannes de Scribanis, petijt nomine Concilij confici publicum inſtrumentum à protonotarijs & notariis ac ſcribis ſedis Apoſtolicę.

Et expoſt de mandato domini noſtri fuit ſuper præmiſſa ſchedula oblationis, vna bulla confecta.

PRIMA SESSIO POST MISSAM Papæ, ſeu Tertia in ordine ſeſſionum.

DIe *Lunæ viceſimaquinta menſis Martii ſupradicti fuit ſeſſio generalis, in qua pſidebat dominus Petrus Cardinalis Cameracenſis, tituli ſancti Chryſogoni presbyter cardinalis: qui dixit officiũ Miſſæ, in qua rex Romanorum in habitu Imperiali fuit cum ſuis nobilibus, prout decuit regem Romanum, cui regi aſſiſtebat dominus Franciſcus cardinalis Florentinus, diaconus cardinalis tituli ſanctorum Coſmæ & Damiani. In qua quidem ſeſſione cantata Miſſa de Domina noſtra de Annunciatione, factum fuit officium litaniarum cum introitu, exaudi nos Domine, quoniam benigna &c. & Collecta pro pace.

*Martii 26

Subſequenter dominus cardinalis Florentinus, iuxta deliberationẽ ſanctæ ſynodi pronunciauit certos articulos, ſiue conſtitutiones ſeruandos ad perpetuam rei memoriam, quorum tenores ſequuntur.

Primitùs tamẽ oratione lecta, quæ fuit ſumpta de libero pontificali. Tenores uerò dictæ orationis et conſtitutionum lectarũ, ſequuntur, & ſunt tales: Eccè ſanctiſſimi ſacerdotes, præmiſſis Deo precibus, fraternitatem veſtram cum pia exhortatione conuenio, & per diuinum nomẽ obteſtor, vt ea quæ à nobis de Deo & ſacris ordinibus vel ſanctis moribus nobis fuerint dicta, cum omni pietate ſuſcipiatis, & cum ſumma reuerentia perficere intendatis. Quòd ſi forſan aliquis veſtrum aliter quàm dicta fuerint, ſenſerit, ſinè aliquo ſcrupulo contentionis in veſtrorum omniũ copulationis & ipſa de quibus dubitauerit, conferenda reducat, qualiter Deo auxiliante aut doceri poſſit, aut doceat. Deindè

dè vos obteſtatione obſecro, vt nullus noſtrũ in iudicando aut perſonam accipiat, aut quomodolibèt fauore vel munere pulſatus, à iuſto iudicio ſcienter auertatur aut diſcedat: ſed cum tota pietate quicquid cœtui noſtro ſe iudicandum intulerit, pertractare curet, vt nec diſcordans contentio ad ſubuerſionem iuſtitiæ inter nos locum inueniat, nec in perquirenda æquitate vigor noſtri ordinis, vel ſolicitudo tepeſcat.

Qua exhortatione facta, idem dominus cardinalis Florentinus, iuxta deliberationem Concilij & ſynodi prædictarum, pronunciauit conſtitutiones quæ ſequuntur, videlicet has:

Ad honotem, laudem & gloriam ſanctiſſimæ Trioitatis, patris & filij & Spiritusſancti, pacemque io terris hominibus bonę voluntatis dioioitùs promiſſam, in Dei Eccleſia cooſeqoendam, hæc ſancta ſynodus ſacrum generale coocilium Cõſtantieñ. nuocupata, pro xeformatiooe & vniooe dictæ Eccleſiæ in capite & io membris fienda, in Spiritusſancto legitimè congregata, deceroit, declarat, diffinit & ordinat, vt ſequitur.

Et primò, quòd ipſa ſynodus fuit & eſt ritè & iuſtè conuocata ad hunc locum ciuitatis Cooſtantienſis, & ſimiliter rectè & ritè & iuſtè initiata & celebrata.

Item qoòd per receſſum domini noſtri papæ de hoc loco Conſtantienſi, vel etiàm per receſſum aliorum prælatorum ſeu aliorum quorumcunque, noo eſt diſſolutum hoc ſacrum Concilium, ſed remanet io ſua iotegritate & aothoritate, etiàm ſi quæ ordinationes factæ eſſent in cõtrarium, vel in futurum fierent.

Item qoòd iſtud ſacrum Coocilium non debet diſſolui, neque diſſoloitur vſque ad extirpationem pręſentis ſchimatis, & quouſquè Eccleſia ſit reformata in fide & moribus, & capite & membris.

Item quòd ipſum ſacrum concilium non transferatur ad alium locum, oiſi ex cauſa rationabili, & de conſilio huius coocilij deliberaoda & concludenda.

Item quòd prælati & alij qui debent intereſſe huic Concilio, non recedant de hoc loco ante fioitum concilium, niſi ex cauſa rationabili, examinanda per deputatos ſeu deputandos ab hoc ſacro Concilio. Qua cauſa examinata & approbara, poſſunt recedere cum licentia huius vel illorum, qoi habet vel habeot authoritatem: & tũc recedens teneatur dimittere poteſtatem ſuam alijs remaneotibus, ſub pœnis iuris & alijs per hoc ſacrum Cõcilium indicendis, & in *contrarium facientes exequendis. Soper his autem articulis lectis & approbatis per cardinales & Concilium.

*contraſacientes.

magiſter Henricus de Piro, promo
tor & procurator Concilij
nomine totius coocilij
& Imperatoris pe
tijt inſtru-
mentũ.

QVARTA SESSIO
In ordine.

DIE ſabbati triceſima & penultima menſis Martij ſupradicti, fuit ſeſſio generalis in eccleſia cathedrali Conſtaotienſi prædicta: & celebrauit Miſſam de Spiritusſancto dominus patriarcha Antiochenus, io qua ſeſſione fuit Romanorum rex in habitu & inſignijs ad regem Romanorum ſpectaotibus, & cardinalis Florentinus pronunciauit articulos & conſtitutiooes ſequeotes:

**mane ante prandiũ, in qua fuerũt ducenti patres. &c. Et fuit ibidèm peractum officiũ de Spiritusſancto, cuius officij Miſſam celebrauit dominus patriarcha Antiochenus. In qua ſeſſione fuit Romanorum rex in habitu & cũ inſignijs ad regem Romanorum ſpectantibus.*

*Necnon reuerend. patres domini Iordanus de Vrſinis, Angelus Laudenſis, Antonis de *Salãcho, Antonius Aquilegienſis, Amadeus Salutiarũ, Ludouicus de Fliſco, Gulielmus S. Marci, Alamãnus Piſanus, Franciſcus Florentinus cardinalis. Officio verò Miſſæ facto, legebantur litanię cum introitu, Exaudi nos domine. Quibus factis, ſtatìm dominus cardinalis Florentinus legebat quaſdam conſtitutiones ſeruandas per concilium, quaram tenores ſunt inſerti inferiùs. Quibus lectis & approbatis p generalẽ ſynodũ* ſiue Conciliũ, *Henricus de Piro, procurator & ſyndicus nationis Germanicæ, petijt ſibi fieri nomine dictæ nationis à nobis notarijs concilij, & eorum quolibet, ipſius concilij nomine, vnum vel plura, publicum ſeu publica inſtrumentum ſeu inſtrumenta: Sic ſimiliter procuratores & ſyndici omnium nationum, regis Romanorum, vniuerſitatum ſtudiorum & ambaſiatorum, præſentibus ibidèm illuſtribus principibus, Frederico Burgrauio Nurenbergenſi, Rodolpho duce Saxoniæ, comite Suartzburgenſi, magiſtro curiæ regis Romanorum, comite Bertoldo de Vrſinis, ambaſiatoribus regis Franciæ, Anglię, Poloniæ, Noruegiæ, Cypriæ, Nauarrę, necnon Ioanne de vicecomitibus de mediolano, marchione Montisferrati, alijsq́; pluribus nobilibus & reuerendis partibus in multitudine copioſa, teſtibus &c.*

*Calãcho

Tenor verò dictarum conſtitutionum, de quibus ſuprà fit mentio, ſequitur & eſt talis.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, patris & filij & Spiritusſancti, Amen. Hæc ſancta ſynodus Cõſtantienſis, generale Coociliũ faciens, pro extirpatione pręſentis ſchiſmatis & vnione ac reformatione Eccleſiæ Dei in capite & in membris fieoda, ad laudem omnipotentis Dei in Spiritusſancto legitimè congregata, ad conſequendum faciliùs, ſecuriùs, liberiùs & vberiùs vnionem & reformationem Eccleſiæ Dei, ordinat, *diſponit, ſtatuit, decernit & declarat vt ſequitur.

*diffinit,

Et primò, quòd ipſa ſynodus in Spiritusſancto congregata legitimè, generale concilium facieos, Eccleſiam catholicam militantem repræſeotans, poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui quilibet cuiuſcunque ſtatũs vel dignitatis, etiàm ſi papalis exiſtat,

Et in Baſilienſis cõ. ſeſſione 2. & 16. & 18

exiſtat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem & extirpationem dicti ſchiſmatis, & reformationem generalem Eccleſiæ Dei in capite & in membris.

Item quòd ſanctiſſimus dominus noſter papa Ioannes vigeſimuſtertius, Romanam curiam & officia publica illius vel illorum officiarios, ab hac ciuitate Conſtantienſi ad alium locum non mutet, aut transferat, ſeu perſonas dictorum officiariorum ad ſequendum eum, directè vel indirectè cogat, ſinè deliberatione & conſenſu ipſius ſanctæ ſynodi: & hoc, quo ad illos officiarios, vel illa officia, per quorum abſentiam Concilium veriſimiliter diſſolueretur, vel læderetur. Et ſi contrarium feciſſet, ſeu faceret in futurum, aut aliquos proceſſus, ſeu mandata contra dictos officiarios vel alios quoſcunque huic Concilio adhærentes, etiàm cenſuras eccleſiaſticas, aut alias pœnas quaſcunque continentes, vt ipſum ſequerentur, fulminâſſet, fulminaret, ſeu fulminauerit, totum ſit irritum & inane, nec eiſdem proceſſibus, cenſuris & pœnis, tanquàm irritis & inanibus quomodolibèt obediendum fore, & ea & eos irritat, quinimmò dicti officiarii in dicta ciuitate Conſtantienſi ſuis officiis vtantur, & illa exerceant liberè vt priùs, quandiù ipſa ſacra ſynodus in eadem ciuitate celebrabitur.

Item quòd omnes & ſingulæ tranſlationes prælatorum, necnon priuationes eorundem, aut aliorum beneficiorum quorumcunque, commendarum, aut donationum reuocationes, monitiones, cenſuræ eccleſiaſticæ, proceſſus ſiue acta & geſta, gerenda, agenda, & fienda per præfatum dominum noſtrum, aut ſuos officiarios. ſeu commiſſarios in læſionem Concilii, ſeu adhærentium eidem, à tempore ſe ſui receſſus, contra adhærentes huic ſacro Concilio, vel exiſtentes in eodem, aut in ipſorum præiudicium, ſeu alicuius eorundem quomodolibèt ipſis inuitis facta aut fienda, factæ vel facti, faciendæ vel faciendi, ipſo iure ſint nulla, caſſa, irrita & inania, caſſæ, irritæ, & inanes, ac nullius roboris vel momenti, ex ſua authoritate caſſat, irritat & annullat.

Item fuit declaratum & concluſum, quòd de qualibet natione eligantur tres, qui cognoſcant de cauſis recedere volentium, & pœnis recedentium ſinè licentia, infligendis.

Item quòd pro bono vnionis non creentur noui cardinales. Et nè fraude, vel dolo dicantur facti dudùm cardinales aliqui, declarat ſacrum Concilium pro non cardinalibus haberi, qui non erant cardinales publicè reputati, & tenti in receſſu eiuſdem domini noſtri papæ à ciuitate Conſtantienſi.

Quibus, lectis & approbatis per generalem ſynodum, Henricus de Piro promotor Concilii, petiit fieri à notariis cõcilii & eorũ quolibet, ipſius cõcilii nomine inſtrumẽtum & inſtrumẽta, præſentib⁹ ibidèm illuſtrib⁹ principibus, Friderico Burgrauio Nurenbergẽſi, Rodulpho duce Saxoniæ, comite de Suuartzburg, magiſtro curiæ regis Romanorũ, comite Bertholdo de Vrſinis, ambaſiatoribus regis Franciæ, Angliæ, Poloniæ, Noruegiæ, Cypri, necnon Ioãne de vicecomitibus de Mediolano, & aliis pluribus in multitudine copioſa.

*Item placeat reuerendiſſimis paternitatibus, * quòd qualibet natio habeat eligere duos deputatos, qui vel eorum duo habeant cognoſcere de cauſis recedere volentium, atque habeant poteſtatem referendi præſidenti qui erit pro tempore, qui præſidens habebit authoritatem dandi licentiam ſecundùm caſus exigentiã. procuratores dimittendo, ac pœnas infligere recedentibus licentia non obtenta. Et quòd in præmiſſis habeat dictus præſidens poteſtatem authoritate præſentis Concilij, iuxta relationem & certificationem dictorum deputatorum.*

for.* neſtris

Eadem die hora veſperarum vel circa, ad ſupplicationem regis Romanorũ fuerunt omnes deputati omnium nationum, & quàm plures ambaſiatores regum, principum, vniuerſitatũ ſtudiorũ congregati in eccleſia maiori Cõſtãtienſi. vbi sereniſſimus Romanorũ rex prælibatus propoſuit, qualiter alias dominus Riginaldus de Carneto archiepiſcopus Rhemenſis, portaſſet literam creditiuã de domino Ioanne papa 23. qua recepta, idem dominus archiepiſcopus dixit ſibi nomine papæ, qualiter ipſe receſſiſſet de ciuitate Conſtantienſi, quòd hoc erat propter aerẽ ſibi inconuenientẽ, nõ propter aliquã impreſſionem, vim, vel metum aut timorẽ ſibi illatam ſeu illatũ, inferẽdam ſeu inferendũ per ipſum dominum regem neq; ſuos. Et alias prout dixit cõſtare apud acta mei notarij. Modò autem idẽ papa haberet ſcribere dominis cardinalibus hic exiſtentibus contrarium, videlicet quòd propter timorem ipſius domini regis & aliorum dominorum ſuorũ, receſſit: Et ad finem, quòd omnis homo ſcire poſſit tunc verba propoſità & dicta per dictum dominũ archiepiſcopum Rhemenſem nomine dicti domini papæ, ſupplicauit ipſe domino archiepiſcopo, vt ipſe ſurgeret & referret ambaſiata ſuã tũc ipſi regi nomine papæ factam. Qui dominus Riginaldus archiepiſcopus leuauit ſe, & dixit quòd nupèr poſt receſſum papæ de Cõſtãtia, ipſe mittebatur per dominos ambaſiatores regis Frãciæ ſuorũ collegarũ, ad oppidum Schafhuſen. In quo reperiebat papã in Vigilia Palmarum, referens & exponens papæ ſibi iniuncta per ſuos collegas. Quo expoſito, papa ſibi dixit, quòd non deberet recedere quin loqueretur ſibi, cùm vellet ſibi aliqua cõmittere relatiua chariſſimo filio ſuo regi Romanorũ, & alijs Conſtantiæ exiſtẽtibus, & ſi in caſu quo ipſemet nõ cõmitteret ſibi, tunc faceret ſibi dici per dominũ cardinalẽ de * Salãcho, qui ſimiliter ibidèm exiſtebat. Ipſeq; dominus Riginaldus archiepiſcopus iuit ad certã camerã ibidèm pauſando, et poſt eius dormitionẽ venit ad eũ domin⁹ de Salãcho, & iniũxit ſibi certa quæ deberet referre domino regi & alijs certis Cõſtantiæ exiſtẽtibus, nomine papæ dans ſibi quatuor breuia. Quorũ vnum domino regi, aliud cardinali-*

for.* ſuos collegas.

bus, tertiũ ambaſiatoribus regis Franciæ, & quartum ambaſiatoribus vniuerſitatis ſtudij Pariſien. Receptiſq; per eum huiuſmodi breuibus & informationibus à dicto domino cardinali de Salanco nomine papæ, receſſit de Schafhuſen, rediens ad Conſtantien. ciuitatem. Aſcendenſq; palatium papale, reperit ibidèm ſereniſſimum principem regẽ Romanorum ſæpè dictum cum dominis cardinalibus, cumq; ambaſiatoribus regis Francorum, ambaſiatoribus ſtudij Pariſien. & alijs deputatis nationum, porrigens ibidèm breuia ſibi commiſſa, & præſertim breue directum Romanorum regi. Quo viſo & lecto, ipſe de mãdato domini papæ & eius iuſſu dixit, qualiter dominus noſter papa nõ receſſiſſet de Conſtantia ob aliquam impreſſionem, vim, metum, timorem ſiue aliam cauſam ſiue culpã, quã poſſet imponere domino regi, neq; ſuis: ſed propter ſanitatẽ corporis, & offerret ſe impleturũ omnia, quæ promiſiſſet in concilio Conſtantienſi, & quòd diligeret dominum regem ſicut vnquàm, & libenter vellet ſecum cõuenire, ſi contingeret ipſum ire Niciam ad Petrũ de Luna, & ſecum conferre de modo vnionis & reformatione Eccleſiæ, & alia dixit, prout ſuperiùs in eius relatione continetur, in die lunæ poſt diem Palmarũ facta, & illa dixit tunc, quòd papa iniunxiſſe ſibi, non obſtante quòd acceperat ab ore cardinalis de Salancho, cùm vnum & idem reputaſſet papam & cardinalem de Salancho, quo ad huiuſmodi relationem: & ſi aliqui dicerent vel ſcriberent contrarium, non poſſet in contrariũ: & quòd ſatis admiratur de hoc. Cardinalis verò de Salancho, qui ibidèm erat præſens, dixit quòd papa iniunxiſſet ſibi talia dare in mandatis, licèt dixit quòd deberet dicere, quòd non propter impreſſionem, vim, metũ aut timorem domini regis preciſè, ſed benè ob timorem aliquorum nobilium de curia ſua, de quibus habuiſſet papa timorẽ. Sed de perſona regis nõ diffidiſſet, quã diligit ſicut vnquam. Super quibus ſereniſſimus dominus rex Romanorum petijt ibidèm per protonotarium ſedis Apoſtolicæ, concilij, nationum, alioſq; notarios & tabelliones ibidèm exiſtentes, fieri vnum vel plura, publicum ſeu publica, inſtrumẽtum ſeu inſtrumenta. Similiter ambaſiatores regis Francorum nomine archiepiſcopi Rhemenſis, & magiſter Benedictus de vniuerſitate Pariſien. præſentibus ibidèm ambaſiatoribus Sueciæ & Poloniæ regum, filio marchionis Montisferrati, Ioanne de vicecomitibus de Mediolano, Rodulpho duce Saxoniæ, alijſq; ambaſiatoribus, latis & doctoribus in numero copioſo.*

* Suedia.

QVINTA SESSIO.

DIE ſabbati ſexta menſis Aprilis, anno à natiuitate Domini 1415. indictione octaua, fuit ſeſſio generalis in Eccleſia cathedrali Conſtantienſi deputata, in qua fuit ſereniſſimus Romanorum rex præfatus in veſte Imperiali cum nobilibus ſuis miniſtrantibus ſibi in inſignijs. In qua ſeſſione inter alios Cardinales ibidèm exiſtentes, præſidebat Concilio dominus Iordanus epiſcopus Albanenſis, Cardinalis de Vrſinis. Et cantabatur Miſſa de Domina noſtra per dominum Raynaldum Archiepiſcopum

* Rauen. fueruntque pronũciati articuli & cõſtitutiones ſequentes, per reuerendum dominum Andream electum Poznanteñ.

** Rhemenſem. Qua cantata, iuxta ritum aliarum ſeſſionum legebantur litaniæ cum introitu, Exaudi nos domine &c. & collecta pro pace vnionis, ac euangelio*, & hymno, Veni creator Spiritus &c. præſentibus ibidèm dominis Angelo Laudẽſi, Antonio Aquilegiẽſi, Gulielmo ſancti Marci, Antonio de* Salancho, Almanno Piſano presbyteris, Amadeo Salutiarum, & Frãciſco Florentino diaconis Cardinalibus. Abſentibus verò Ioanne Viuarien. Petro Cameracen. Franciſco Venetiarum, & Ludouico de Fliſco Cardinalibus, licèt in dicta ciuitate præſentibus, vt publicè ferebatur. Dictoq; officio Miſſæ, litanijs cantatis & dictis, ſurrexit de mandato totius ſanctæ ſynodi reuerendus pater dominus Andreas electus Poznanien. & certa capitula per modum conſtitutionum ſynodalium, priùs per ſingulas quatuor nationes concluſa & deliberata, legit & publicauit: quorum tenores ſequuntur & ſunt tales:*

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, patris & filij & ſpiritusſancti, Amen. Hęc ſancta ſynodus Conſtantienſis generale concilium faciens, pro extirpatione ipſius ſchiſmatis, & vnione & reformatione Eccleſiæ Dei in capite & in membris, ad laudem omnipotentis Dei in ſpiritusancto legitimè congregata, ad conſequendum faciliùs, ſecutiùs, liberiùs vnionem & reformationem Eccleſiæ Dei, ordinat, diffinit, decernit & declarat, vt ſequitur. Sup. ſeſ. 4.

Et primò declarat, quòd ipſa in ſpiritusancto legitimè congregata, concilium generale faciens, & Eccleſiam catholicam repræſentãs, poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui quilibet cuiuſcunque ſtatùs vel dignitatis, etiã ſi papalis exiſtat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem & extirpationem dicti ſchiſmatis, & reformationem dictæ Eccleſiæ in capite & in membris. Sup. ſeſ. 4.

Item declarat, quòd quicunque cuiuſcunque conditionis, ſtatùs, dignitatis, etiàm ſi Papalis, qui mandatis, ſtatutis ſeu ordinationibus aut præceptis huius ſacræ ſynodi, & cuiuſcunque alterius concilij generalis legitimè congregati, ſuper præmiſſis, ſeu ad ea pertinentibus, factis vel faciendis, obedire contumaciter contempſerit, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubijciatur, & debitè puniatur, etiàm ad alia iuris ſubſidia (ſi opùs fuerit) recurrendo.

Item diffinit & ordinat dicta ſancta ſynodus, quòd dominus Ioannes Papa 23. Romanam curiam & officia publica illius, vel illorum officiarios de hac ciuitate Conſtantienſi nõ mutet ad alium locum ſeu transferat, ſeu perſonas dictorum officiariorũ ad ſequẽdum eum, directè vel indirectè cogat, ſinè deliberatione & conſenſu ipſius ſanctæ ſynodi. Et ſi contrarium feciſſet, aut faceret in futurum aut aliquos proceſſus ſeu mandata contra Sup. ſeſ. 4.

tra

tra dictos officiarios, aut alios quoſcunque huic ſacro Concilio adhærentes, etiàm cenſuras eccleſiaſticas vel alias pœnas quaſcunque continentes, vt ipſum ſequautur, fulminaſſet, fulminaret, ſeu fulminauerit, totum id ſit irritum & inane, nec eiſdem proceſſibus, cenſuris & pęnis tanquàm irritis & inanibus, quomodolibèt obediendum fore: quinimmò dicti officiarij in dicta ciuitate Conſtantienſi ſuis officijs vtantur, & illa exerceant liberè, vt priùs, quandiù ipſa ſancta ſynodus in eadem ciuitate celebrabitur.

Sup. ſeſſ. 4. Item ordinat & diffinit, quòd omnes & ſingulæ tranſlationes prælatorum, necnon priuationes eorundem, aut aliorum beneficiatorũ, officialium, adminiſtratorum, quarumcunque commendarum & donationum reuocationes, monitiones, cenſuræ eccleſiaſticæ, proceſſus, ſententiæ, & quæcunque acta, geſta, gerenda, agenda & fienda per præfatum dominum Ioannem papam, aut ſuos officiarios & commiſſarios, in læſionem dicti Concilij, ſeu adhærentium eidem, à tempore inchoationis eiuſdem Concilij, & contra adhærentes huic ſacro Concilio, vel exiſtentes in eodem, aut in ipſorum, ſeu alicuius eorundem præiudicium, quomodolibèt ipſis inuitis facta, vel fienda, factæ vel facti, faciendæ vel faciendi, authoritate huius ſacri Concilij ipſo facto ſint nulla, caſſa, irrita & inania, caſſæ, irritæ & inanes, ac nullius roboris vel momenti, ex eadem authoritate caſſat, irritat, & annullat.

Item declarat, quòd dominus Ioannes papa, & omnes prælati & alij ad hoc generale Concilium vocati, & alij in eodem Concilio exiſtentes, in plenaria libertate fuerunt, & exiſtunt, vt viſum eſt dicto ſacro Cõcilio, nec ad notitiam dictorum vocatorum, ſeu dicti Concilij contrarium deductum eſt: & hoc teſtificatur dictum ſacrum Concilium coram Deo & hominibus.

Item declarat, decernit, ſtatuit & diffinit dicta ſancta ſynodus, quod dictus dominus noſter papę renunciare tenetur, nedum in quocunque caſu in ſchedula obligationis ſuæ comprehenſo, ſed etiàm in quocunque in quo ſua renunciatio offerre poteſt magnam & euidentem vtilitatem ad omnem vnionis Eccleſiæ Dei, quodq́; ſuper hoc dictus dominus noſter papa declarationi & diffinitioni huius ſacri Concilij ſtare tenetur.

Item ſtatuit, diffinit, decernit, declarat & deliberat dicta ſancta ſynodus, quod ſi dictus dominus noſter requiſitus pro bono vnionis per hoc ſacrum Concilium, papatui renunciare contempſerit, vel plùs debito diſtulerit, exnunc prout extunc, & extunc prout exnunc, pro abiecto à papatu omnibus Chriſti fidelibus habeatur, & omnis obedientia eidem ſit ſubtractat.

Item ſtatuit, diffinit & decernit dicta ſancta Synodus, quòd receſſus dicti domini noſtri papę à ciuitate Cõſtantienſi clandeſtinè factus, fuit illicitus, bonoq́; vnionis Eccleſię Dei pręiudicialis, & nociuus. Quodq́; dictus dominus noſter papa requirẽdus eſt ex parte dicti ſacri Concilij quòd ad illud reuertatur, facturus & adimpleturus quod promiſit, vouit & iurauit pro vnione danda Eccleſiæ Dei: & cum intimatione, quòd ſi infra terminum ſibi ex parte dicti Concilij præfigendum, ad ipſum Concilium redire contempſerit, aut plùs debito diſtulerit, contra eum tanquàm fautorem ſchiſmatis & ſuſpectum de hæreſi procedetur, vt requirunt ſacræ & canonicæ ſanctiones.

Itẽ ſtatuit, diffinit, decernit & declarat dicta ſancta ſynodus, q̀ ſi dictus dominus noſter Papa ad ipſum ſacrum generale Cõcilium redire voluerit, & quæ promiſit, vouit & iurauit, efficaciter iuxta deliberationẽ dicti ſacri Concilij pro dicta vnione adimplere, eidem prouideatur de bona ſecuritate, quod nec ante renunciationẽ nec poſt capietur aut incarcerabitur, nec alias in perſona vel bonis moleſtabitur. Quinimmo in plena ſecuritate & libertate tenebitur & tuebitur per dñm regem Romanorum ſereniſſimum, & etiam per dictum generale Conciliũ. Et vlteriùs de bono ſtatu eidem domino noſtro & ſuis familiaribus poſt dictã renunciationem habendo, ad arbitrium quatuor per eum, & aliorum quatuor per dictum ſacrum Cõcilium eligẽdorum, prouideatur. Quibus peractis, ſupradictus reuerendus pater dominus Andreas electus Poznanięſis, in materia fidei & ſuper materia Ioannis Huſz legebat quędam auiſamenta, quę ſequuntur, & ſunt talia:

Primo, quod iuxta determinationem doctorum ſacræ theologiæ & iuris canonici, confirmatur & approbatur ſententia lata in Concilio Romano de damnatione & doctrina Ioannis Vuicleff, etiàm per combuſtionem librorum eiuſdem.

*Item quod in eadem ſeſſione committatur materia fidei per hoc ſacrum Concilium cũ plena authoritate, quo ad doctrinã ipſius Ioãnis Vuicleff, necnon Ioannis Huſz & ſuorũ ſequacium, reuerendis patribus dominis Cameracenſi & ſancti Marci Cardinalibus, necnon dominis epiſcopo Dolenſi & abbati Ciſtertij, qui etiàm aſſumptis doctoribus theologiæ & iuris canonici, videãt ſuper materia Ioãnis Huſz, *hic propter errorem ipſius Ioannis Vuicleff, quibus etiàm aſſignetur regimen proceſſus cauſæ per commiſſarios contra eundem Ioannem Huſz facti.* for * detẽti hic

Item quòd eidem domini commiſſarij videant de modo procedendi ſuper condemnatione articulorum quadragintaquinque in ſpecie, in Pariſięſi, & Pragenſi vniuerſitatibus condemnatorum ſuper materia Ioannis Vuicleff.

Item quòd ſcribantur literæ miſſiuæ regibus, principibus, ducibus, comitibus, vniueſitatibus ſtudiorum per mundum ex parte huius ſacri concilij de receſſu Papæ & alijs circa præmiſſa occurrentibus, & q̀ quatuor prælati ex quatuor nationibus deputandi authoritate eiuſdem Cõcilij, dictas miſſiuas ſuis ſigillis unà cũ ſigillo ſereniſſimi principis regis Romanorum ſigillent & corroborent. Super quibus Concilium reſpondebat, Placet.

Item & ſubſequenter idem dominus Andreas electus per ſimile auiſamentum verbale propoſuit & per modum conſultationis, quòd neceſſarium

Digitized by Google

eſſet quòd Concilium ſupplicaret domino regi Romanorũ hic præſenti, ſuper reductione domini Ioannis papæ viceſimitertij ad ciuitatem Cõſtantienſem, præſentem requirendo eum, quòd adimpleret promiſſa facta Eccleſię & Concilio Conſtantienſi cum honore ipſius papę & in libertate eius. Reſponſumq́; fuit, Placet, per Concilium.

Ad hoc enim reſpondẽdo ſurrexit rex Romanorum, proferendo & dicendo, quòd ſcit quòd dictus dominus Ioannes papa eſt in oppido Louffenburg Baſileenſis diœceſis, & in manibus Friderici ducis Auſtrię. Neſcit ſi ſupplicaret ſibi quòd reuerteretur, an vellet redire ad Concilium & ciuitatẽ Conſtãtienſem: etiàm ſi libẽter vellet redire, an poſſet: quia forſan eũ dux non vellet dimittere de manibus ſuis. Sed quicquid ſit de hoc, idẽ dominus rex Romanorum obtulit ſe ad omnia mandata & pręcepta Concilij, & in caſu quo ipſi Cõcilio placeret, ſibi papę ſcribere, & eum rogare vt rediret, et dirigere ſaluum conductum iuxta deliberationẽ cõcilij pro ipſo papa & omnibus ſecum redire volẽtibus & antè & pòſt, dummodo redire vellet & adimplere promiſſa. Etiàm in caſu quo concilium velit, obtulit ſe idem dominus rex paratum, quòd vellet ire & dare omnem operam ad reducendum ipſum papam, etiàm ipſo duce volente vel nolẽte. Reſponſum fuit communiter per cõcilium, Placet. Idem etiàm dominus rex propoſuit, qualiter miſit exercitum ſuum gentes armorum cõtra ducẽ Auſtriæ verſùs et contra oppidum Schafhuſen, in quo aliquis cardinales & curiales eſſe dicũtur. Dans in mãdatis illuſtri principi Friderico burgrauio Nurenbergenſi capitaneo ſuo, vt mandaret dici dictis cardinalibus in Schafhuſa exiſtentibus, cæteriſq́; curialibus & alijs redire volentibus ad Conſtantiã ciuitatem, quòd nomine ipſius regis dictis dominis cardinalibus & curialibus redire volentibus dare deberet ſaluum conductum, & eos facere conduci per gentes liberè cũ eorũ perſonis, familia & rebus, ad ciuitatem Conſtantiam: Qui dominus Fridericus burgrauius iuxta commiſſionem miſit dictis dominis cardinalibus & curialibus dici verbo & in ſcriptis. Et ad ipſorum dominorum cardinalium notitiam deuento, reſcripſerunt ipſi Friderico burgrauio, quòd non uellent ſaluum cõductum ſuũ, nec redire ad ciuitatem Cõſtantienſem, neq; etiàm ſequi dominum Ioannem papam 23. ſed ire ad vrbem Romanam, & ſimilis opinionis eſſent cardinales qui eſſent Conſtantiæ. Proteſtãs nihilominùs dominus rex, quòd ſit paratus dare ipſis cardinalibus & papæ ac quibuſcunque redire volentibus ſaluum conductum ſuum, iuxta deliberationem & ordinationem Concilij, & eos facere reduci per gentes ſuas liberè ad præſentem ciuitatem Conſtantienſem, & nolẽtibus id habere, ſi quæ impreſſio ac alij caſus fortuiti & euentuales ijs acciderint, velit eſſe excuſatus. Super quibus omnibus & ſingulis à protonotarijs & tabellionibus ibidèm præſentibus, petijt fieri publica inſtrumenta, præſentibus teſtibus ſupradictis.

Ad illud reſpondendo ſurrexit reuerẽdiſſimus pater dominus Franciſcus cardinalis Florentinus nomine ſuo & aliorum dominorum cardinalium ibidèm præſentium, dicens quòd domini cardinales qui remanſerunt in ciuitate Conſtantienſi, omnes poſt receſſum papę de Conſtantia, ipſi exiſtentes in palatio Apoſtolico concordarunt in hoc, videlicet quòd ſi dominus noſter papa vellet ſequi viam quam obtulit, videlicet ceſſionis, ipſi vellent eum ſequi & fouere prout tenerentur, & eum defendere & tueri in honore ſuo. Et in caſu quo declinaret ab ea via, & non adimpleret promiſſa, vellẽt ab eo deſiſtere & remanere cum Concilio: & vſque huc non fuit ipſis viſum iuxta eius ſcripta & dicta, quòd declinaret in contrariam viam. propterea ſaluaſſent honorem ſuum de hoc, quòd cardinales (vt dicitur & refertur) ſcripſerunt & dicunt de Schafhuſa, quòd non velint venire neque ſequi papam, ſed ire Romam. Et quòd eiuſdem intentionis cardinales Conſtantiæ exiſtentes exiſtant, nihil conſtat ſibi neque alijs dominis cardinalibus Conſtantiæ exiſtentibus, mirando ſatìs vndè huiuſmodi relata procedant.

Vltimò fuit per eundem dominum Andream electum Poznanienſem prapoſitum, quòd in vltima ſeſſione fuit concluſum & deliberatum, quòd nullus recederet aut recedere deberet de Concilio non obtenta licentia, licèt compertum ſit contrarium, & quòd aliqui recedunt in habitu diſſimulato, & tunc fuiſſet petitum, licèt nõ concluſum, quòd executio contra tales ità recedentes deberet fieri per dominum regem, & pœna infligi iuxta deliberationem præſidentis Concilio: fuit per ipſum Andream propoſitum & dictum, ſi adhuc placet illis, reſpondeat Conciliũ, Placet. fuitq́; reſponſum per Conclium, Placet.

Super omnibus his per modum auiſamẽti propoſitis, & alias per modum ſupplicationum &c. dictis & concluſis hincindè præfatus magiſter Henricus de Piro promotor huius Concilij nomine & vt procurator nationis Germanicæ, petijt per reuerendos patres dominos ſedis Apoſtolicæ protonotarios & tabelliones quoſcũq; vnũ & plura ſuper his publicum & publica, inſtrumentum & inſtrumenta, ad perpetuam rei memoriam.

Quibus articulis ſiue conſtitutioníbus lectis, dictum Concilium eos & eas vniformiter approbauit & concluſit. Super quibus Henricus de Piro, promotor & prouocator ipſius concilij, nomine eiuſdem concilij petijt inſtrumentum.

SESSIÒ SEXTA.

DIE Mercurij decimaſeptima menſis Aprilis ſupradicti, fuit ſeſſio generalis in cathedrali eccleſia Conſtantienſi ſupradicta celebrata: in qua primò, iuxta morẽ & ritum aliarum ſeſſionem, fuit celebratum officium de Spirituſancto, per reuerendum patrem dominum Nicolaum archiepiſcopum. * Gueznenſem, & cãtatæ litaniæ ac orationes more aliorum ſeſſionum, cũ Euangelio, Ego ſum paſtor bonus. In qua ſeſſione fuit rex *Roman* in inſignijs regalibus, cui aſſiſtebant domini Iordan* de Vrſinis, & Angelus Lau- for.* Gneſneñ. Ioan. 10.c

Romanorũ ĩ ſuis ĩſignijs imperialibus cũ ſuis nobilibus, & eidem ſeſſioni præſidebat dñs Ioannes

Laudẽſis epiſcopi cardinales. Et eidem ſeſſioni præſidebat pro tunc reuerendiſſimus pater Dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis, vicecancellarius, cardinalis Viuarienſis. Et aſſcenderunt ambonem, in quo publicari ſolent conſtitutiones & alia auiſamenta in Concilio, reuerendi patres epiſcopus Atrebatenſis pro natione Gallica, Archiepiſcopus Rigenſis pro natione Germanica, Lichfeldenſis epiſcopus pro natione Anglicana, & abbas Florentinus pro natione Italica. Et de mandato Concilij fuerunt pronunciati articuli ſequentes per dictum dominum Atrebatenſem:

Ioan.10.c

nes epiſcopus Oſtienſis cardinalis Viuarienſis, præſentibus octo alijs cardinalibus, Qua Miſſa finita, ac hymno Veni creator Spiritus, & Euãgelio, Ego ſum paſtor bonus, etc. ſolẽniter finitis, aſſcendebat ambonẽ, in quo legi & publicari ſolẽt articuli & conſtitutiones & alia auiſamenta proponẽda in Concilio, epiſcopus Atrebatẽſis pro natione Gallicana, archiepiſcopus Gneznenſis pro natiõe Germanica, Thomas Polcõ ſedis apoſtolicę protonotarius pro natione Angliæ, & abbas Florẽtinus pro natiõe Italię, & de mãdato ſanctæ ſynodi epiſcopus Atrebatenſis legit & pronunciauit articulos alias p quatuor nationes deliberatos, huiuſmodi ſub tenore.

In nomine ſanctę & indiuiduę Trinitatis, patris & filij & Spiritusſancti, Amen. Hæc ſancta ſynodus Conſtantienſis generale Cõcilium faciens, & eccleſiam catholicam repręſentans, in Spiritusſancto legitimè congregata, ad conſequendum faciliùs pacem & vnionem Eccleſiæ Dei, decernit, declarat, ordinat, ſtatuit, diffinit, vt ſequitur:

Et primò decernit & declarat, procuratorium ſuper renunciatione Papatûs facienda per dominum Ioannem papam vigeſimumtertium, per quatuor nationes huius ſacri cõcilij deliberatum & ordinatum, eſſe bonum, vtile & expediens pro vnione ſanctæ matris Eccleſiæ.

Item decernit & declarat, quòd dictus dominus Ioannes Papa vigeſimustertius tenetur dare & facere dictum procuratorium, ad cedendum papatui pro bono vnionis & pacis Eccleſiæ, iuxta formam ſchedulæ per ipſum oblatæ, cuius procuratorij tenor ſequitur in hunc modum:

PROCVRATORIVM DANDVM

Per papam Ioannem vigeſimumtertium, decretum per Cõcilium.

IOannes epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Pridèm ad laudem omnipotentis Dei, pacem & quietem totius populi Chriſtiani, vnitatiſque Eccleſię conſummationem, ac extirpationem pręſentis ſchiſmatis, generali Conſtantienſi approbante Concilio, viam ceſſionis Papatûs liberè obtulimus, illamque per nos fiendam cum effectu, promiſſione, voto & iuramento firmauimus, ſicuti in quadam ſchedula per nos in ſacro Concilio lecta, latiùs continetur, & eſt talis:

Ego Ioannes papa 23. propter quietem totius populi Chriſtiani profiteor, ſpondeo, promitto, voueo & iuro Deo & Eccleſiæ ac huic ſacro Concilio, ſpontè & liberè dare pacem * ipſi Eccleſiæ per viam meæ ſimplicis ceſſionis papatûs, & eam facere & adimplere cum effectu, iuxta deliberationem pręſentis Concilij: ſi, & quandò Petrus de Luna, Benedictus decimuſtertius, & Angelus de Corario, Gregorius 12. in ſuis obedientijs nuncupati, papatui quem prætendunt, per ſe vel procuratores ſuos legitimos ſimpliciter cedant, & etiàm in quocũque caſu ceſſionis, vel deceſsûs, aut alio in quo per meam ceſſionem poterit dari vnio Eccleſiæ Dei ad extirpationem præſentis ſchiſmatis. Nè autem prouentus tanti boni quibuſuis ſortis humanæ caſibus impediri valeat, aut modo quolibet retractari, ſed expeditè deſideratum producat effectum, quod deſideriorum noſtrorum maximum eſt, ad dictam ceſſionem & renunciationem faciendam in omni caſu in dicta ſchedula præſatæ obligationis noſtræ comprehenſo, procuratores noſtros & nuncios ſpeciales in plenaria libertate & ſecuritate conſtituti, ſpontè & ex noſtra mera liberalitate conſtituimus & ordinamus tales & tales, & ex ipſis quoſlibet duos, ipſiſque ex eis quibuſlibet duobus cedendi & renunciandi noſtro nomine & pro nobis papatui, concedimus omnimodam authoritatem, facultatem & poteſtatem, ità quòd occupantis conditio melior non exiſtat, nec per occupationem aliorum poteſtas impediatur. Et quòd duo quicunque ex dictis procuratoribus conſtitutis, ſiue alijs contradicentibus, ignorantibus, & irrequiſitis, & coram nobis præſentibus, & ceſſionem perſonaliter facere volentibus, vel quod per alios quàm per nos renũciatio fieret, quomodolibèt cõtradicentibus, vti eodem procuratorio poſſint, valeant, & debeant ipſius renunciationis actum expedire, paciſcentes & extunc contrahentes pacto & contractu irreuocabilibus, cum ſancta vniuerſali Eccleſia, & hoc ſacro Conſtantienſi concilio, ipſam vniuerſalem Eccleſiam repræſentante: promittentes, vouentes, & iurantes Deo & Eccleſiæ & dicto ſacro Concilio, quòd nunquàm dictos procuratores, aut eorum aliquem, & poteſtatẽ illis modo pręmiſſo conceſſam, ex quauis occaſione, & cauſa orta uel oritura, etiàm à iure expreſſa, & propter quam cauſam vel cauſas conſtitutus procurator reuocatur, tacitè vel expreſsè reuocari poteſt vel poſſit, directè vel indirectè, reuocabimus: nec ipſum procuratorium ratione formæ aut perſonarum conſtituendarum, vel conſtitutarum, impugnabimus: nec contra ipſum procuratorium aut perſonas conſtitutas in eodem, quoquo modo, de iure vel de facto, in iudicio vel extra excipiemus:

Sup.ſeſſi.2

* Chriſti.

Digitized by Google

piemus: quodque non diximus aut fecimus, nec dicemus aut faciemus in futurum, vel directè vel indirectè, quò minùs dicti procuratores poteſtate ſibi data in eodem procuratorio, iuxta eius tenorem liberè vti poſſint & valeant, renunciantes expreſsè omnibus exceptionibus & iuribus, quæ nobis competere poſſent de iure vel de facto, in præſenti vel in futuro, circa reuocationem, annullationem, inualidationem procuratorij & procuratorum huiuſmodi, quas quidem exceptiones & iura nolumus in hac parte aliqualiter nobis ſuffragari: Et huiuſmodi conſtitutionem & firmam procuratorij, necnon renunciationem per duos ex eis (vt præmittitur) fiendam, valere volumus & ſtatuimus, non obſtantibus quibuſcunque excommunicationis, ſuſpenſionis, & alijs inhabilitudinis ſententijs, à iure, à nobis, vel alio quocunque in eos vel eorum aliquem, quacunque authoritate vel cauſa promulgatis, ſeu promulgandis, quibus forſan nũc vel tempore ceſſionis & renunciationis huiuſmodi, ſeu interim procuratores huiuſmodi, ſeu aliqui eorundem ſunt, vel erunt ligati, quos & quorumquemlibet ad huiuſmodi procuratorium accipiendum, & prædictam renunciationem faciendam, & abſoluimus & habilitamus per præſentes, non obſtantibus etiàm alijs contrarijs quibuſcunque volentes quòd renunciatio huiuſmodi per eos fienda, perindè valeat, àc ſi ceſſionem huiuſmodi perſonaliter feciſſemus: ſupplentes etiàm de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis omnes defectus in hac noſtra conſtitutione procuratorum, ſi qui interuenerint, ità quòd huiuſmodi procuratores per quaſcunque clauſulas, etiàm contra naturam conſtitutionis procuratorum in ea expreſſas, ipſi & eius effectui nociuas, aut inutiles, ſeu in ipſo vtiles & neceſſarias non expreſſas, ſed deficientes, cuiuſcunque tenoris vel effectûs exiſtant, nequeat quoquo modo impugnari, ſed firmum & validum in omnibus & per omnia exiſtat, ac ſi in eo clauſulæ neceſſariæ vel vtiles exiſterent expreſſæ. Quod quidem procuratorium, quo ad totalem eius effectum, firmum & validum volumus remanere. Quodque ad clauſulas huiuſmodi obſeruandas, quæ eſſent contra naturam conſtitutionis procuratorum, ſi quæ eſſent appoſitæ, nos ex certa ſcientia, omni via & modo quibus meliùs poſſumus, promittimus, iuramus & obligamus Deo & Eccleſiæ ac dicto Concilio, declarantes ac ſtatuentes ex ſuperabundanti ipſa iura, inquantùm volunt, concedunt, aut fauent, procuratorem vel procuratores ex certis cauſis vel aliâs reuocari poſſe, vel irreuocabiliter non conſtitui ea, quantùm ad caſum prædictum expreſsè, & ex certa noſtra ſcientia, cùm hîc agatur de ſtatu vniuerſalis Eccleſiæ, & pace ac publica vtilitate totius Chriſtianitatis, volumus locum non habere, nec præiudicium aliquod afferre. Nec nos per præmiſſam procuratorij conſtitutionem, ab obligatione qua fuimus adſtricti ad renunciationem papatûs facere iuxta deliberationẽ dicti ſacri cõcilij, in quocunque caſu in dicta ſchedula obligationis noſtræ compræhenſo, volumus quomodolibet liberari: quinimmò illam in ſuis integritate, robore & firmitate perſiſtere & permanere, quouſquè per ceſſionem, vel deciſſionem huiuſmodi, aut alium caſum quemcunque in prædicta ſchedula noſtræ obligationis compræhenſum, vnio perfecta fuerit in Eccleſia ſancta Dei. Et ſi quouis modo contingeret, huiuſmodi procuratorium, aut procuratores reuocare, etiàm cum adiectione harum dictionum, videlicet, de fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium Concilio & aſſenſu: ſeu ipſum procuratorium ſeu procuratores ipſos inualidare, impugnare, aut annullare: ſeu contra ipſum procuratorium, vel procuratores de iure, vel de facto, & ex quauis cauſa, vel occaſione excipere: ſeu ipſos procuratores directè, vel indirectè, quò minùs iuxta tenorem ipſius procuratorii poteſtate, authoritate, & facultate ſibi data liberè vti valeant, poſſint & debeant, impedire, in omnibus & ſingulis caſibus prædictis exnunc prout extunc, ipſi Papatui cedimus, & renunciamus ipſo facto, & deincèps pro non Papa haberi ab omnibus Chriſtifidelibus volumus penitùs & decernimus, abſoluentes exnunc à iuramento fidelitatis & obedientiæ debito ligamine omnes & ſingulos dictæ Romanæ Eccleſiæ cardinales, necnon patriarchas, archiepiſcopos, epiſcopos, prælatos, ac noſtros, & ſedis Apoſtolicæ officiales, ac etiàm noſtros familiares & officiarios Romanam curiam ſequentes, & quoſcunque alios Eccleſiæ fideles, Eccleſiaſticos, & ſeculares cuiuſcunque ſtatûs, gradûs, vel conditionis exiſtant, ac etiàm totum populum Chriſtianum, quos etiàm tenore præſentiũ abſoluimus, & vltra præmiſſa promittimus habere ratum & gratum, quicquid per prædictos procuratores aut eorum duos, actum, geſtum, factùmve fuerit in præmiſſis, ſeu aliquo præmiſſorum, firmiter habiturum ſinè aliqua contradictione. Datum &c.

¶ Quòd Papa conſtituat in procuratorio perſonas infraſcriptas.

Item decernit, ordinat, diffinit & declarat, quòd dictus dominus Ioannes papa in dicto procuratorio ad dictam ſuam renunciationẽ faciendam, præter alios quos conſtituere velit, conſtituat procuratores ſuos perſonas infraſcriptas: Et primò pro natione Gallicana, dominos Theobaldum archiepiſcopum Biſuntinum, Guillermum epiſcopum Ebroicenſem, Ioannem epiſcopum Gebennenſem, magiſtrum Benedictum * Gentiam magiſtrũ, * Gẽtiani.
in Theologia, ordinis ſancti Benedicti. Pro natione Italica, Pileum archiepiſcopum Ianuen-

nueuſem, Antonium epiſcopum Concordienſem, Iacobum epiſcopum Adrienſem, & Iacobum epiſcopum Taruiſionum. Pro natione Anglicana, Nicolaum epiſcopum Bathonienſem, Robertum epiſcopum Saresbirienſem, Ioannem epiſcopum Lichfeldenſem, Thomam abbatem ſanctæ Mariæ extra muros Eboracenſis, ordinis ſancti Benedicti. Pro natione Germanica, Ioãnem archiepiſcopum Rigenſem, Ioannem epiſcopum Lutomuſlenſem, Petrum epiſcopum Ripenſem, Andream electum Poznanienſem. Omnes conſtituat, vel ſaltem de qualibet natione duos.

¶ Concilium deputat legatos ad requirendum papam ſuper procuratorio faciendo.

Item deputat dicta ſancta ſynodus, ac conſtituit, & ordinat ex parte huius Concilii ſuos legatos infraſcriptos. De dominis cardinalibus, reuerendum patrem dominum tituli ſancti Marci, & Florentinum cardinales. Pro natione Gallica, * Theobaldum epiſcopum Carcaſſonenſem, Ioannem * Datani in theologia, Iacobũ de Spars in medicina magiſtros. Pro natione Italica, epiſcopum Feltrenſem, abbatem ſanctæ Mariæ de Florentia. Pro natione Germanica, Conradum abbatem Pinganienſem, Lambertum da Stipite, decretorum doctores, ordinis S. Benedicti. Pro natione Anglicana, Thomam Poltenſem protonotarium ſedis Apoſtolicæ, Bernardum de Planhca decretorum doctorem, ordinis ſancti Benedicti, ad dictum dominum Ioannem papam viceſimumtertium, ad petendum & requirendum ex parte dicti Concilii, quòd conſtituat procuratores ad reſignandum papatum, infra duos dies poſtquàm fuerit requiſitus, & procuratorium ad dictam renunciationem faciat, & expediat pro bono vnionis & pacis Eccleſiæ, ſub * data forma & ſub bulla.

* Gerardũ
* Dacen.
* dicta

¶ Quòd prælati prædicti requirant papam, quòd veniat ad Concilium.

Item decernit & ordinat, quòd dicti legati ipſum Ioannem papam exhortentur, & requirant ex parte ſacri dicti Concilii, vt veniat ad ciuitatem Conſtantienſem, ſiue ad villam Vlmæ, aut ad villam Rauenſpurg, vel ad ciuitatẽ Baſileenſem, ad tractandum & perficiendum per eum, quantùm in eo, omnia & ſingula quę expedire videbuntur pro vnione & reformatione Eccleſiæ, per hoc ſacrum Cõcilium deliberata & deliberanda.

¶ Quòd dicti legati portent papæ ſecuritates debitas.

Item quòd dicti legati ſecuritates debitas ex parte huius ſacri cõcilii & ſereniſſimi principis domini regis Romanorum, ipſi domino Ioanni papæ portent, & cum effectu realiter illi offerant atque tradant, caſu quo iuxta pręmiſſa ad alterum de dictis locis cum effectu accedat.

Item quòd dictus dominus Ioannes papa promittat, & iuret vnum de prædictis locis eligere infra duos dies, poſt requiſitionem ſuper hoc eidem faciendam computandos, & infra decem dies à tempore dictæ requiſitionis, ad dictum locum per eum eligendum accedere, & abindè non diſcedere ſinè conſenſu dicti Concilii, vel quouſquè pręmiſſa fuerint cum effectu adimpleta. Et in caſu quo oppoſitum faceret, recedendo ſinè conſenſu dicti concilii, vel pręmiſſa non adimplendo, extunc prout exnunc conſentiat per bullam haberi pro non papa, &c. cum clauſulis opportunis. Et ſi non conſentiat, tunc propter hæc & multa alia procedatur contra eum, tanquàm contra notorium fautorem huius ſchiſmatis, & ſuſpectum hęreticę prauitatis, vt fuerit iuris & rationis.

¶ Quòd ſuperſedeatur à proceſſu contra papam, donèc habeatur reſponſio.

Item quòd pendentibus iſtis, ſuperſedeatur de citatione & proceſſu contra eum faciendo, donèc ſuper præmiſſis habeatur eius reſponſio, dummodò ſaluus conductus ducis Auſtrię in forma petita infra horam ſeſſionis diei craſtinæ, quæ erit iouis decimaoctaua præſentis menſis Aprilis, pro dictis legatis & cardinalibus mittendis habeatur. Et ſi non habeatur infra dictum terminum, decernatur citatorium per edictum, & aliàs procedatur contra dictum dominum Ioannẽ papam, vt fuerit rationis.

¶ Si papa adimpleuerit præmiſſa, ceſſabitur à citatione.

Item quòd in caſu quo dictus dominus Ioannes papa, pro bono pacis & vnionis Eccleſiæ præmiſſa adimpleuerit cum effectu, & dictum ſacrum Concilium ſuper eiſdem contentauerit, ceſſabitur à citatione & proceſſu, & agetur ſecum de ſecuritate & prouiſione ſtatus eius cum omni charitate & honeſtate.

¶ Quòd dominus Vicecancellarius ſignet ſupplicationes conſiſtoriales, partibus auditis.

Item decreuit, diffinit, & ordinat dicta ſancta ſynodus, quòd dominus cardinalis Oſtienſis, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ vicecancellarius, ſupplicationes conſiſtoriales de iuſtitia partibus auditis, & aliàs vt in talibus in publico conſiſtorio eſt fieri ſolitum, ſignet & expediat: quod ſi non fecerit, procedatur contra eum vt fuerit rationis.

¶ Dantur commiſſarii contra Ioannem Huſz.

Item quòd in materia fidei contra Ioannem Huſz authoritate huius ſacri Concilii procedant archiepiſcopus Raguſinus pro natione Italica, pro natione Germanica epiſcopus * Flebbienſis, magiſter Vrſinus Taluenda pro natione Gallicana, magiſter Guillermus Comes pro natione Anglicana, in ſacra pagina magiſtri, cauſam dicti Ioannis Huſz & ſuorum ſequacium examinando, & in

for * Friſingen * Frebbien. * Sleſſuicea.

& in illa procedendo vſque ad diffinitiuam ſententiam incluſinè.

¶ Commiſſarij prædicti recipiant relationem dominorum cardinalium.

Item quòd prędicti commiſſarij recipiant relationem dominorum cardinalium Cameracenſi tituli ſancti Marci, & Florentineñ. de proceſſu facto ſuper condemnatione librorum & articulorum tam quadragintaquinque in Pariſieñ. & Prageñ. quàm etiàm ducentorum ſexaginta in Oxonienſi ſtudijs facta: necnon ſuper condemnatione memoriæ Ioannis Vuicleff, ac confirmanda ſententia lata in concilio Romano ſuper condemnatione & combuſtione librorum prædicti Ioannis Vuicleff: & relationem ſuper præmiſſis faciant nationibus, & huic ſacro concilio, quàm citiùs commodè illam facere poterunt.

¶ Decernitur citatio contra Hieronymum de Praga.

Item decernit dicta ſancta ſynodus citationem contra Hieronymum de Praga, de hæreſi infamatum, quòdque dicta citatio cõtra eum exequatur in forma, quæ ſequitur:

SAcro ſancta Conſtantienſis ſynodus: generale Concilium faciens, in Spirituſancto fideliter congregata, vniuerſalem Eccleſiam militantem repræſentans, Hieronymo de Praga, qui ſe magiſtrum in artibus quàm plurimorum ſtudiorum fore ſcribit & prætendit, quæ recta ſunt, ad ſobrietatem & non ampliùs ſapere quàm oportet. Scriptum
Ro. 12. a quoddam tanquàm ex tuî perſona affixum in portis eccleſiæ ciuitatis Conſtantienſis, aliàs die Dominica qua cantabatur in Eccleſia DEI, QVASI MODÒ GENITI, ad noſtram notitiam noueris perueniſſe, in quo tuis obtrectatoribus crimina erroris & hæreſis tibi objicientibus, te aſſeris publicè reſponſurum, de quibus apud nos multipliciter infamatus exiſtis, & præſertim de doctrina Ioãnis Vuicleff, necnon alijs doctrinis catholicæ fidei obuiantibus, dummodò ad veniendum tibi ſaluus & ſecurus conductus præbeatur. Et quia noſtrûm principaliùs interest,
Cant. 2. d capere vulpeculas vineam Domini Sabaoth conantes demoliri, idcircò perſonam tuam tanquàm de multorum errorum doctrina temeraria aſſertione ſuſpectam, & multipliciter diffamatam, euocamus & citamus præſentium ſub tenore, quatenùs infra terminum quindecim dierum à data præſentium computandorum, quorum quindecim dierum quinque pro primo, quinque, pro ſecundo, & reliquos quinque dies pro tertio & peremptorio termino ac monitione canonica tibi præfigimus & aſſignamus in publica ſeſſione huius ſacri Concilii, ſi ipſo die ſeſſio fuerit celebrata, aliàs prima die ſequenti, qua ſeſſionem eſſe contigerit, compareas ſecundùm tenorem prædicti tui ſcripti, reſponſurus ad ea quæ tibi aliquis vel aliqui in cauſa fidei voluerit obiicere, recepturus & facturus in omnibus iuſtitiæ complementum, ad quod à violentia, iuſtitia ſemper ſalua, omnem ſaluum conductum noſtrum, quantùm in nobis eſt, & fides exigit orthodoxa, præſentium tenore offerimus, & etiàm pleniùs aſſignamus, certificantes quòd ſiue in dicto termino compareas, ſiue non, nihilominùs contra te per ipſum ſacrum Concilium vel eius commiſſarios vel commiſſarium, lapſo termino ſupradicto, procedetur, tua contumacia, in aliquo non obſtante. Datum Conſtantiæ in ſeſſione Cõcilii generalis decimaſeptima die menſis Aprilis, ſub ſigillis præſidentium quatuor nationum.

Contra famosè libellantes.

ITEM inhibet hæc ſancta ſynodus omnibus cuiuſcunque ſtatûs, gradûs, dignitatis, vel conditionis exiſtant, nè libellos famoſos per ſe vel per alium, ſeu alios faciant contra quemcunque in hac ciuitate Conſtantienſi exiſtentem, ſub pœna excommunicationis, quam, monitione canonica præmiſſa, contra facientes cõtrarium fert in his ſcriptis, etiàm ſub pœna carceris. Quodq́ue contra tales qui in præmiſſis culpabiles ſeu infamati reperientur, procedatur authoritate huius ſacri concilij, vt fuerit rationis.

Conciliumdecernit literas miſſiuas per mundum, informatorias de geſtis ſynodalibus.

ITEM decernit ſancta ſynodus, literas miſſiuas ad dominos reges, principes & vniuerſitates, per nationes huius ſacri concilii ordinatas & ordinandas, quàm citiùs fieri poterit fore mittendas, ſub ſigillis quatuor prælatorum & quatuor nationum præſidentium.

Poſt quorum articulorum publicationem fuit petitum per dictos dominos Atrebateñ. & alios ſibi aſſiſtentes, an placerent. Et fuit reſponſum per omnes, nemine diſcrepante, Placet, approbando. Et promotor concilii petijt inſtrumenta fieri. Dominus verò vicecancellarius, quantùm ad articulum eum contingentem, reſpondit quòd vellet ſignare commiſſiones de iuſtitia, ſed non quæ contra ius ſcriptum.

*Quibus factis & auditis, prouidus vir magiſter Henricus de Piro promotor præfatus, nomine concilij & nationum ac omnium quorum intereſt, ſuper omnibus lectis, publicatis, & approbatis, ordinatis atque diffinitis petijt ſibi fieri per nos protonotarios ſedis Apoſtolicæ, ibidèm de quatuor nationibus, videlicet Iacobum Rodini de Ianua pro natione Italica, Thomam * Polcon pro natione Anglicana, Benedictum præpoſitum Albæregalis pro natione Germanica, & Ioannem de Ternubio pro natione Gallicana exiſtentes, cæterosq́; notarios quatuor nationum & alios tabelliones publicos, vnum vel plura, publicum ſeu publica, inſtrumentum ſeu inſtrumenta, ad perpetuam rei memoriam. Præſentibus ibidèm*

*Polten.

dèm illuſtribus & magnificis viris dominis Rompoldo duce Sleſiæ, Ioanne Iacobo filio marchionis Montisferrati, Friderico comite de Oetingen, Alberto pincerna de Suiden barone, Ioanne de Vicecomitibus de mediolano, ambaſiatoribus regis for.* Suediæ. *Angliæ, Noruegiæ, * Sueciæ & Daciæ, Poloniæ, Franciæ, Cypriæ, & alijs &c.*

Subſequenter verò venerabilis & circũſpectus vir dominus Benedict⁹ magiſter theologię, ordinis ſancti Benedicti, vnus de ambaſiatoribus vniuerſitatis ſtudij Pariſienſis, aſſcendebat dictum ambonem, vbì huiuſmodi decreta ſiue publicatione per concilium fieri ſolent. & legebat ibidèm certas literas miſſiuas directas, videlicet vnã concilio, aliã ambaſiatoribus præfatæ vniuerſitatis. In qua fuit inſertus tenor alterius literæ miſſiuæ, directæ papæ Ioãni per eandem vniuerſitatem, quorum tenores inferiùs ſunt inſerti: Recommendant nihilominùs vniuerſitatem prædictam concilio memorato, offerens eandem ad beneplacitum & confortationem Concilij memorati. Tenor verò literarum miſſiuarum ambaſiatoribus vniuerſitatis Pariſienſis directarum, ſequitur & eſt talis.

Venerabilibus & eruditis viris noſtris fidelib⁹ & ſyncerè dilectis nuncijs ad ſacrum generale cõcilium Cõſtantienſe noſtra ex parte deſtinatis Grauiter & cum magna cordis acerbitate ſerimus venerabiles viri, magiſtri, & amici dilectiſſimi, ſanctiſſimi domini noſtri diſceſſum. Nihilominùs ſua vota atq; iuramenta amplectentes, & ea omni ſtu-

Epiſtola vniuerſitatis Pariſieñ.

dio proſequi volentes, eidem domino noſtro ſcribimus in forma quæ ſequitur: Pacem eccleſiaſticam, beatiſſime pater, tot annis totq́; laboribus & expẽſis quęſitam, per veſtram ſapientiam atq; charitatem videtur operatura diuinitas, ſi ſacri Conſtantienſis concilij ac veſtræ ſanctitatis idem fuerit animus pariter & affectio. Neq; tantum valebit diuidentis malignitas, quin vobis in vnum conuenientibus, ſpirituſſanctus animos fidelium in pacẽ agat & vnitatem, cuiuſmodi concordiæ non ſinè diuino motu nupèr dedit ſtudioſam operam veſtra ſanctitas, cùm Eccleſiæ ſanctæ dare pacem per viam puræ & ſimplicis ceſſionis, alijs per Piſanum Concilium de papatu eiectis, ſimiliter cedentibus, ac etiã in quocunque caſu haberi poſſit, vnio ſpopondit, iurauit et vouit. In quo patuit affectus religioſę pie

3. Reg. 3. *tatis, & veri patris ad filios debita compaſſio. Nam ſi vera mater probatur per Salomonem, quòd maluit materno carere titulo, quàm puerum permittere funeſtæ ſectioni: quanto magis ſummus pontifex paternam affectionem patefecerit, ſi Eccleſiæ iam diù lamentabiliter diuiſæ redintegrationi, ſuũ dominatum poſthabuerit atque præſidentiam? Itaque non modò cum mente & intentione ſacri concilij, verùm etiàm cum pijs deſiderijs totius Chriſtianitatis & cunctorum mortaliũ, quos nulla iſtic agitat veſania, his votis atq; iuramentis veſtra ſanctitas videtur egiſſe. Non quòd in hoc facto eiectis de papatu ſit deferendum, quamuìs & eorum animos in Domino lucrifacere ſatagere debetis: ſed quia tot populis & regnis ac nationibus illos ſequẽtibus, & fortaſsis in alterationem immenſæ diſcrepationis alias venturæ, conſuli oportuit: quorũ ſalutem, veſtræ præſidentiæ in veſtris votis & iuramentis prætuliſſe videmini. Quod ſi operis ab affectu probatum proſecutumq́; fuerit quandiù terrenum orbem mortale genus attollet, veſtras laudes celebrabit omnis ætas. Et pro abdicatione honoris momentanei, cũ merito præmij ſempiterni erit vobis paratum nomẽ cęteris longè glorioſius. Verùm beatiſſime pater in hac re nos vnus mouet ſcrupulus, quòd audiuimus veſtram ſanctitatem à Conſtantia Schafhuſam ſeceſſiße. Non enim eſt ille locus potior ad amplitudinem ſacri Concilij ad tantam rem gerendam deindè Conſtantia per veſtram ſanctitatem fuit electa, & per veſtram obedientiã humiliter recepta, cęteris etiàm gratior, videbatur, vtpotè grauis, locuples, ornata ciuitas. Nec videtur quomodò tali vulneri medelã afferre poſſit hec mutatio. Poſtremò ĩ ea vrbe veſtra ſanctitas habebat amantiſſimum Chriſtianiſſimũ & inuictiſſimum Imperatorem, qui tranquillitatem & ſecuritatẽ prǫſtare poterat & iniurias omnes propulſare: habebat ſacrum collegium cardinalium, quod nõ modò pro ſecuritate veſtra, verùm etiàm pro honore veſtro atque gloria vſquequaquè decertaſſet: habebat deniquè totam Eccleſiam ſibi obedientem, longè cæteros ſuperantem. In qua erat nõ minima Galliarum natio, quę nõ minimo quidem verbo veſtram ſanctitatẽ offendi permiſiſſet. Vbinàm igitur ſanctiſſime pater perſona veſtra celebriùs, ſecuriùs atque deuotiùs tractabitur, quàm in vrbe vobis deuota, per vos electa, cum Eccleſia veſtra, cũ Imperatore Chriſtianiſſimo, & cum cęteris de veſtris votis & iuramentis ſanctiſſimis veſtrę clementię omni die congratulantibus? Non eſt aliquis tam ignarus rerum, tam rudis in re Chriſtiana, tam nihil vnquàm de publica pace ac ſalute cogitans, quin intelligas, vbi in ſacramento pacis dandę manebit ſanctitas veſtra, concilium ſacrum ac eius partes vniuerſas omnem reuerentię cultũ, quem mortalẽ mortali prǫſtare fas eſt, veſtrę perſonę prebituras. Posteà cogites ſanctitas veſtra, clementiſſime pater, quid eſt in tractatu quęrendę pacis à ſacro concilio diſcedere, quid diſſidere. An primum ſuſpectum? an ſecundum damnatum? Et ſi probabilis diſcedendi caperetur occaſio, nulla tamen inueniretur diſſidendi. Quod ſi hoc velle quiſquam videbitur oppugnatiuum, viderit nè ſacri Piſani Concilij validiùs callidi ſentiant inconcuſſa fundamenta. Abſit beatiſſime pater, vt in tanta re ſanctitas veſtra à ſacro Cõcilio diſcordet: hoc enim eßet ab Eccleſia Dei diſcordare. abſit à gloria nominis veſtri, quòd ſacrum concilium ſinè prǫſentia veſtra rem tã grandẽ tractet vel terminet. Veſtri eſt, ſanctiſſime pater, vt nullum in hac re habeatis priorem, nec perſeuerãdo fortiorẽ. Proptereà ſupplices veſtram ſanctitatem oramus, & per ſanctã Eccleſiam extra quam qui ſe ponit, ſe perdit, obſecramus, ac etiàm per pacem adſperſionis ſanguinis Ieſu Chriſti vobis pater obteſtamur, vt viſcerũ miſericordię Dei noſtri memores, in ſacris votis & iuramentis veſtris maneatis: & Cõſtantiã ad veſtros fratres et filios deuotiſſimos, immò ad Eccleſiã Dei & veſtram redeatis, ouili Dominico papatus ambitione & dominandi libidine turpiter diuiſo, pacẽ*

vni-

Digitized by Google

vniuerſalem cum conſilio Eccleſię illic congregatę daturi. Nec in hoc adduxerit ſanctitatem veſtram malè cōſulentis pernicies, vt occaſione talis diſceſſus vel quæſitæ dilationis cōplendi iuramenti, pax vniuerſalis per diem retardetur: nec prælatis ſumptibus & tædio confectis, ac ſancta ſynodo diſſipata, tantarum rerum volumina rupta compage diſfluāt, maiori poſteà periculo reuocāda: immò properet ſanctitas veſtra ſacræ ſynodi conſilijs acquieſcere, & eius concluſiones executioni feliciter demandare. Veſtram ſanctitatem &c. Et quia de Cōſtantienſis concilij fortitudine ac perſeuerantia gerimus in Domino fiduciam, cum quo ſumus firmiter proceſſuri, ſperamus veſtris laboribus in meliꝰ reuocari concilium, vnitè ad hāc pacem quæſitam feruentiùs laborare, atq; ex fortuna non optata cōſequi finem optatiorem. vndè vos hortamur maiori incumbere labori, & hanc noſtram mentem literis præſentibus inſertam, vniuerſis patefacere, & nobis ſæpiùs quæq; ſupra hoc grata reſcribere. Dirigat mentes & perſonas veſtras & conſeruet altiſſimus feliciter, Datum Pariſijs in cōgregatione noſtra generali, apud ſanctū Bernardū ſuper hoc ſpecialiter celebrata, die ſecunda menſis Aprilis.

Rector & Vniuerſitas ſtudij Pariſienſis.

Litera miſſiua vniuerſitatis Pariſienſis, deſtinata archiepiſcopis, epiſcopis & doctoribus Italicæ nationis.

Feliciter Eccleſiæ ſucceſſiſſe Dei, reuerendiſſimi patres & domini, nupèr exiſtimauimus, cùm et Deo volēte, & vobis pro debito vocationis veſtrę coagētibus, dominus noſter ſummus pontifex viam vouit ceſſionis atque iurauit: hinc in tanta animorum alacritate Deo gratias egimus, ac tanta deuotione in ſacrum Conſtantienſe concilium fuimus permoti, vt hoc diuinum concilium arbitraremur. vndè magis miramur, quòd dominus noſter ab eo modo tali diſceſſerit, prę ſertim cùm ex eo fuerit cū ſumma laude Eccleſiæ Dei fructum ampliſſimum allaturus. nec venit in mentem nobis, iſtum diſceſſum poſſe pręſtare vnionis incremētum. Equidem reuerendiſſimi patres ex multis papatum vel ambientibus vel occupantibus, bona verba ſępè audiuimus, ſed poſteà conatus eorum percepimus pollicitis obuiantes: non quòd iſtud de ſanctiſſimo domino noſtro cogitet noſtra filialis deuotio, ſed quia inniti debemus, nè minima quidem macula ſchiſmatis ab aduerſarijs ſibi poſſet impingi. Cognoſcitis quantum ſit periculum, in tractatu pacis Eccleſiaſticæ papam à concilio generali diſcedere: quantū nefas, ab eo diſſidere. Propterea egregiam nationē velimus exoratam in Domino, vt in concilio generali Conſtantienſi perſiſtat, domino noſtro ad concilium generale redire perſuadeat: ac vota & iuramenta domini noſtri amplectentes, pacem eccleſiaſticam, nulla ſubterſugiendo diſcrimina proſequatur. Eandem nationem veſtram præſtantiſſimam tueatur ſumma æternitas. Scriptū in cōgregatione noſtra generali, apud ſanctum Bernardū ſuper hoc ſpecialiter celebrata, ſecunda die menſis Aprilis.

Subſcriptio literæ:

Beneuoli veſtri Rector & vniuerſitas ſtudij Pariſienſis.

** Subſcriptio prædictæ literæ.* for. * Super ſcriptio.

Reuerendiſſimis in Chriſto patribus, archiepiſcopis, epiſcopis, doctoribus & alijs dominis Italicam nationem in ſancta & vniuerſali ſynodo Conſtantienſi repræſentantibus.

SESSIO SEPTIMA.

ANno à natiuitate Domini M. cccc. xv. indictioоe octaua, & domini noſtri domini Ioannis diuina prouidentia papę xxiii. anno V. die iouis ſecunda mēſis Maii, fuit ſeſſio generalis in Eccleſia Conſtantieñ. maiori ſupradicta, ad hoc deputata manè hora. Tertiatū, in qua fuit ſereniſſimus princeps Sigiſmundos rex Romanorum & Hongariæ &c. cum ſois inſigniis regalibus & nobilibus in prædictis ſibi ſeruientibns, & in qua pręſidebat reuerendiſſ. pater dominus Ioānes epiſcopus Oſtieñ. cardinalis Viuarienſis, *Et domini Angelus Laudenſis, & Iordanus de Vrſinis cardinales, ipſi domino regi nomine dictorum cadinalium aſſiſtebant. Et antequàm aliquid fieret, more ſolito* fuit cantata Miſſa de ſpiritusſancto, per reuerendum pattem domioum Ioānem archiepiſcopum Raguſinū qua cantata, legebantur litānię, &c. mo- *fuit officium litaniarum* re aliarom ſeſſiooum. *cum introitu, Exaudi nos Domine &c. collectis & hymno, Veni creator ſpiritus, & alijs orationibus more aliarum ſeſſionum, deuotè dictum & cantatum. Pręſentibus ibidèm reuerendiſſimis patribus, Branda Placentino, Guilielmo ſancti Marci, Landulpho Barenſi, Amadeo Salutiarum, Ludouico de Fliſco, & Frāciſco Florentino cardinalibus, vltra alios tres cardinales pro præſentibus & adſtantibus nominatos.*

Quibus quidem peractis, procedendo ad vlteriora, reuerendi patres Pileus archiepiſcopus Ianuenſis ad legendom & publicandum quæ legenda & publicanda erant, ad approbāda ea per concilium: ad approbandum verò eadem, Ioannes patriarcha Antiochenua pro natione Gallicana, Antonius epiſcopua Concordienſis pro natione Italica, Ioannes archiepiſcopus Rigenſis ꝓ natione Germanica, & Thomas Guillermos, Abbas ſanctæ Mariæ extra muros Eboraci pro natiooe Anglicana deputati per quatuor nationes, aſſcenderunt ambonem. *ſiue locum in quo publicationes, declarationes, ordinationes, ſiue ſententiæ more ipſius ſynodi legi & publicari ſolent, pro hac vice ad infraſcripta publicāda legenda, reſponſiones dandum, & ordinanda per nationes quatuor pręditas deputati. Quibus dominis (vt pręfertur) nomine ſynodi ibidèm exiſtētibus prouidi viri magiſtri Henricus de Piro & Ioānes de Scribanis de Placentia, tanquàm promotores, inſtigatore, ſiue procuratores dictę ſynodi, ipſo Henrico loquente, accuſarunt contumaciam cuiuſdam Hieronymi de Praga, alias citatis, & non cōparentis, neq; in huiuſmodi cauſa quę contra eum commiſſa extitit, ſuper ſibi obijciendis, & materię*

fidei

fidei reſpōdentis,ſiue in cauſa vlteriùs prout iuris fuerit ꝓcedere,procediq; videre curātis, accuſariū. Ipſumq; cōtumacem reputari petierūt, & in eius contumaciā citationem alias cōtra eū decretā, repetierunt:eamq; cum eius executione facta in valuis certarū eccleſiarū ciuitatis Conſtantienſis factis & in ſcriptis reduxerunt. Eumdemq; Hieronymū de Praga vlteriùs citari mādare per audientiā publicam literarū contradictarū Romanę curiæ, per ſanctam ſynodum inſtanter poſtularunt. Quam quidē citationem & vlteriorē proceſſum reuerēdiſſimus pater dominus Ioānes Epiſcopus Oſtienſis,tāquàm prǽſidēs et tota ſynodus,nemine diſcrepāte,ipſi Henrico de Piro promotori inſtigatori, ſyndico & ꝓcuratori id petenti,conceſſerunt atq; decreuerunt, & eam ad proximam ſeſſionem fieri voluerunt.

*Quibus citatione & ꝓceſſu decretis,idē magiſtri Henric⁹ de Piro et Ioānes de Scribanis,nomine quo ſuprà,expoſuerūt, quātis periculis ꝓſens ſchiſma Eccleſiā Dei lacerauit,& fidem catholicā nō in modico diminuebat. Quod cùm ſperabatur extingui,& pax dari Eccleſiæ per vota promiſſiones & iuramenta dñi Ioānis papæ vigeſimitertij in pręſenti concilio Conſtantienſi factas,licèt idē Ioannes papa in reprobum ſenſum datus,de loco cōcilij & præſenti ciuitate Cōſtantienſi, vt dictū ſchiſma diutiùs nutriret & foueret, noctis tēpore habitu transformato in ſcādalū & vituperium totius Eccleſiæ & fidei catholicæ ſiue orthodoxæ diminutionē,fugiebat,ſe ſucceſſiuis tēporibus ad diuerſa loca declinando,cū hoc omnia mala quæ dici et excogitari poſſint,cōmittendo,prout hæc & alia in quadā papyri petitionū ſchedula, quam ibi in ſuis tenebat manibus,pleniùs continetur. Quapropter vt prouideatur de remedio opportuno,idē magiſter Henric⁹ ſibi citationē perſonalem per edictum contra dictum Ioannem papam vigeſimumtertiū, eiuſq; fautores,receptatores et ſequaces,legitimam & per ſimile edictum in Romana curia affigēdum, per ſanctā ſynodū in ſpiritu ſancto *cōgregatā, decerni & cōcedi poſtulauit,Et vlteriùs dari & decerni eidē Ioāni papæ ad cōparendum et alijs cōparere volentibus,per eandem ſynodum & illuſtriſſimū regē Romanorum ibidèm præſentem, prælibatum ſaluum conductum. Quos quidē ſaluum conductū & citationē,reuerendi patres domini patriarcha Antiochenus ꝓ natiōe Gallica, Antonius epiſcopus Concordiēſis ꝓ natione Italica,Ioānes archiepiſcop⁹ Rigēſis ꝓ natione germanica, & Thomas abbas ſanctæ Mariæ extra muros Eboracēſes pro natione Anglicana, ꝑfati, loco quo ſuprà iudiciali conceſſerūt & decreuerūt, videlicet ad nouē dies poſt executionē,ipſamq; citationē fieri voluerūt in formā publici inſtrumēti cū ſubſcriptionibus quatuor notariorū quatuor nationū,& ſigillis quatuor prælatorū dictarū quatuor nationū muniri & corroborari. Sereniſſimus verò Romanorū rex præfat⁹, dixit,ꝙ placet ꝙ detur ſibi conductus nomine ſui,& ea proteſtatione, inquantùm idem dominus rex tenetur ſibi dare de iure,& ſeruare ſibi ſaluum conductum ſibi datum, & non alius. Proteſtatione domini regis facta.*

for.*legitimè.

Henricus de Piro promotor Concilij,petijt decerni & concedi per ipſam ſynodum citationem contra Inannem papam & eios fauinres &c. Et vlteriùs eidem Ioanni papæ ad comparendum,& alijs comparere volentibus,per eandem ſynodum & illuſtriſſimū Romanorum regem ibidèm præſentem,ſaluum conductum concedi. Quibus conceſſis verbo per totam ſynodom & Romanorum eegem,dictus reuerendiſſimus pater dominus Pileus archiepiſcopus Ianueñ. legebat citationem decretam contra Ioannem papam & ſuos ſequaces ac receptatores,huiuſmodi ſub tenoee.

¶Tenor citationis contra Ioannem Papam XXIII.

SAcroſancta Conſtaotieñ. ſynodos generale Concilium faciens, & Eccleſiam cathnlicam repræſentans, in ſpiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſis Chriſtifidelibos vnionem & pacem Eccleſię ac gaudium ſempiternum. Pridèm poſt clandeſtinum receſſum domini Ioānis papę XXIII. ab hac cioitate Conſtantieñ. & hoc ſacro generali concilio Conſtantieñ. voionis & pacis Eccleſiæ turbatiuum & impeditiuū, ipſam Eccleſiam ſcandalizantem, pee nonnullos pręlatos & alios notabiles viros,ad eum ex parte hoius ſacri cōcilii legatos trāſmiſſos, eūdem eequiri ac moneri fecimus cum debita inſtantia, quatenùs ad ipſum ſacrom concilium & ad hanc ciuitatem Cōſtantieñ. rediret, ea quæ pertinebāt ad extirpationē præſentis ſchiſmatis, & eeformationē Eccleſiæ in capite & in membris faciēdam, impleturus, & cum effectu facturus, ſicut promiſerat,vouerat,iurauerat,& in ſuis literis ſuper conuocatione dicti concilii conceſſis, ſe facturum publicaoerat: & cùm id facere nolle,facto,nnn eedeundo,& ad loca magis longinqua fugiendn,oſtenderat,fuimus per venerabiles viros magiſtros Henricum de Pieo licentiatū in decretis,& Ioannem de Scribanis de Placētia, cauſarum & negociorum huius ſacri concilii promotores & procueatores,ioſtāter requiſiti,quatenùs ipſum dominum Ioānem papam XXIII. criminibus hęreſis,fautoriæ huius pręſentis ſchiſmatis, Simoniæ, mala adminiſtratione, & notoria dilapidatione boonrū & iorių Romanæ Eccleſiæ & aliarū Eccleſiarū,& aliis criminib⁹ graoibus nedū infamatū,ſed illis notoriè in ſcandalū vniuerſalis Eccleſiæ irretitū, & in ſuis actib⁹ & operib⁹,vita ac morib⁹ notoriè Eccleſiā Dei ſcandalizātibus, incoerigibilē: qui ſic(vt pręmittitur)clādeſtinè, de nocte, hora ſuſpecta,& habitu transformato, à dictis ciuitate & cōcilio generali fugit & receſſit,gregē Dominicū vt mercenarius deſerēs; generalemq; reformationē Eccleſiæ & hęreſum extirpationem,per dictū ſacrum concilium

lium in capite & in membris faciendam, cui
tare cupiens: ad redeundum & reuertẽdum
ad ciuitatem Conſtantieñ. & hoc ſacrũ con-
cilium generale, debitè compellere, & etiam
ad hoc per edictũ publicum in valuis eccle-
ſiarum & aliorum locorum (vt eſt moris) af-
figendum, citare & euocare perſonaliter, ci-
tationemq; ſuper hoc in forma iuris decre-
tam contra eum & eius fautores, receptato-
res & ſequaces decernere & concedere, in-
terdicta ſibi ex nunc ni alienatione, & aliâs
in & ſuper præmiſſis contra eos procedere
dignaremur, prout requirunt canonicæ ſan-
ctiones. Nos autem conſiderantes petitio-
nem huiuſmodi rationabilem, iuſtam, &
conſonã iuri, indemnitati Eccleſiæ vniuer-
ſalis & animarum periculis prouidere volẽ-
tes, & nulli in exhibendo iuſtitiam deficere
(ſicuti nec debemus) intendẽtes, in cauſa &
cauſ · & negocio huiuſmodi ritè & maturè
procedere, ac dante Domino iuſtitiam mi-
niſtrare, vt tenemur, inquiſitione ſuper infa-
mia priùs per nos diligenti præhabita, conſi-
derantesq; quòd ad locum ad quem idẽ do-
minus Ioannes papa ſic diſcedendo, immò
veriùs fugiendo, cõtumaciter acceſſit, & re-
ſidere dicitur de præſentis eiusq; domiciliũ
ſine hoſpitiũ, pro huiuſmodi citatione exe-
quenda, minimè tutè adiri poſſe, nec ad eũ
ſeu propinquiorem locum quàm ad hanc ci
uitatem Conſtantieñ. haberi poſſit tutus ac-
ceſſus, authoritate Chriſti Eccleſiæ præfatæ
veri ſponſi, qua fungimur in hac parte, per
hoc præſens publicum edictum in ſeſſione
publica dicti ſacri cõcilij, necnõ in audiẽtia
publica literarũ cõtradictarũ mora Roma-
næ curiæ ſolito legendũ, ac valuis ſeu portis
loci audientiæ ſacri cauſarum palatij* Apo- * apoſtolicarum.
ſtolici, necnõ palatij Apoſtolici ſiue domûs
Epiſcopalis Conſtantienſis, vbi dictus dñs
Ioannes papa, dum in præſenti ciuitate Cõ-
ſtantienſi habitabat, habitare ſolebat, maio-
risq; & ſancti Stephani huius ciuitatis Con
ſtantienſis Eccleſiarũ, & ipſius ciuitatis ia-
nuis affigendũ & affixũ, per certum tẽporis
interuallum dimittendũ, prę fatum dominũ
Ioãnem papam XXIII. principalem, eiusq;
in dictis criminib' fautores, receptatores &
ſequaces ſupradictos, ac omnes alios ac ſin-
gulos ſua ſic per hoc intereſſe credentes, ci-
tandos eſſe decreuimus, & tenore pręſentiũ
peremptoriè citamus, ac citari volumus, de-
creuimus, & mandamus, quatenùs hinc ad
nouẽ dies proximè venturos à die executiõis
huiuſmodi noſtræ citatiõis, ſic (vt præmitti-
tur) legendę, affigẽdę, publicãdę & exequen-
dę in anteà proximè computandos, quos ꝓ
peremptorio termino & citatione canonica
peremptoriè aſſignamus per præſentes, ipſe
dominus Ioãnes papa ad præſentem ciuita-
tem Conſtantiam & hoc ſacrum concilium
in propria perſona redeat, & reuertatur ipſeq;
& ſui fautores, receptatores & ſequaces, p-
ſonaliter compareant in eorũ proprijs per-
ſonis Conſtantiæ in prima generali ſeſſione
publica huius ſacri cõcilii, poſt elapſum ter-
minum prędictorum nouem dierum, à prę-
fata præſentium literarum ſic (vt præfertur)
fienda publicatione & executione in maiori
Eccleſia Conſtantienſi immediatè celebran-
da, viſuri & audituri per nos ordinari, decer
ni, & declarari, dictum ſuum clandeſtinum
receſſum, fuiſſe & eſſe Eccleſiæ Dei damno-
ſum, ſcãdaloſum & opprobrioſum, ac vnio-
nis & pacis eiuſdem Eccleſiæ perturbatiuũ,
nociuum, impeditiuum, ac huius nefandiſſi-
mi ſchiſmatis nutritiuum & roboratiuum,
hæreſisq; & ſuſpicionis fidei incentiuum,
ac à bono vnionis & pacis Eccleſiæ præfatę,
promiſſionibusque, iuramentis & votis per
ipſum Ioannem papam ſuper hoc factis &
promiſſis, deuiatiuũ. Teſtesque ſuper noto-
rietate dictorum criminum ad finem proce
dendi contra eum ſuper illis, tamque ſuper
notoriis iurare & admittere, cauſasque, cur
idem dominus Ioannes papa nõ debeat ſu-
ſpẽdi à totali adminiſtratione papatus pro-
pter malam & ſcandaloſam adminiſtratio-
nem & notoriã dilapidationem, dicturi: &
aliâs inſuper præmiſſis & aliis vniuerſalẽ
Eccleſiam notoriè ſcandalizantibus contra
eum ad eiectionem à papatu ſeu eiectionis
huiuſmodi declarationẽ, & aliis per ſupra-
dictos promotores propoſitis & proponen-
dis, de iure & iuſtitia reſponſuri, cauſasque
quòd non debeat ſuſpendi à totali admini-
ſtratione, ac aliàs in cauſa & cauſis & nego-
cio huiuſmodi debitè ꝓceſſuri, ac procedi
viſuri, aliasq; dicturi, facturi & audituri, vt
iuris fuerit & rationis, indeq; ſuper ꝑmiſ-
ſis iuſtitiæ complementum vſque ad ſentẽ-
tiam diffinitiuam incluſiuè recepturi: certi-
ficantes nihilominus eũdem dominum Io-
annem papã & ſuos ſequaces, acceptatores
& fautores ſic citandos, quòd ſiue in dicto
citationis huiuſmodi termino cõparuerint,
ſiue non, ad præmiſſa oĩa & ſingula ad vl-
teriora & aliâs (vt iuſtum fuerit) contra eos
per nos debitè procedetur, iuſtitia mediãte,
ipſorum abſentia ſeu contumacia non ob-
ſtante. Loca verò ſeſſionis præfatæ audien-
tiæ publicæ, literarum cõtradictarũ & por-
tarum palatii Eccleſiarum & locorum præ-
dictorum tã quàm publica & idonea ad hu-
iuſmodi citationem publicãdam & exequẽ-
dam duximus eligenda, quæ præſentẽ cita-
tionẽ ad inſtar edictorum publicorum, quæ
olim in albo * prætoris ſcribebantur, ſuo
quaſi ſonoro pręconio & patulo indicio pu- *prętorio
blicabunt. In quibus huiuſmodi citationem
modo & forma præmiſſis decreuimus & te-
nore præſentium decernimus publicandam
& exequẽdam, nè præfatus dominus Ioan-
nes & ſui fautores & receptatores & ſequa-
ces ſic citãdi, poſſint ſeu valeãt de præmiſſis
aliquam ignorantiæ cauſam prętendere, ſeu
etiàm

etiàm allegare. Cumque non ſit veriſimile, apud ipſos ſic citatoa incognitum remanere illud, qnod tam patenter & notoriè omnibus extitit publicatnm, volentes nihilominus & authoritate prædicta decernentes, ꝙ hęc præſens citatio modo & forma pręmiſſis executa, prænominatos dominum Ioannem & ſuos ſequaces, receptatores & fautores ſic citatos, totaliter arceat & adſtringat, & perindè valeat, tantamque habeat roboris firmitatem, ac ſi ipſemet dominua Ioannes & ſui fautores & ſequaces in eorum proprijs perſonis citati & appræhenſi fuiſſent, & eis huiuſmodi citatio pręſentialiter lecta, publicata & intimata fuiſſet: & nè dictua dominus Ioannes Papa & ſui ſequaces valeant aliquo modo ſe excuſare, quò minùs iuxta præmiſſum terminum compareant, vt præfertur, quanquàm ad hoc non teneamur, nihilominùs ex ſuperabundanti eidem domino Ioanni & ſequacibus damus, & tenore pſentinm concedimus tutum & liberum ſaluum conductum, ad veniendum ad hanc ciuitatem Conſtantien. & ſacratiſſimam ſynodum, ità quòd in acceſſu nullum debeat & poſſit habere impedimentum, & etiàm in ciuitate ſtare, manere liberè & ſecurè: iuſtitia tamen ſemper ſalua, prædictum etiàm ſaluum conductum ſub eadem forma fieri & concedi fecimus prædicto dnmino Ioanni papæ & ſequacibus eiꝰ, à ſereniſſimo Romanorum & Hungariæ rege. De publicatinne verò, lectura, affixione & executione, ac ſalui conductùs pręſtatione, datinne & conceſſione præmiſſis, modo præmiſſo fiendis, volumns, decernimns, & ordinamus vnũ & plura, publicum & publica fieri & confici inſtrumentum & inſtrumenta, quæ nobis plenariam faciant fidem de eiſdem. In quorum fidem & teſtimonium præmiſſorum, præſentes literas citatorias ſuper hoc ſolèniter decretas fieri fecimus, & proprijs ſigillis pręſidentium quatuor nationum huius ſacri cõcilij, iuſſimus & fecimns communiri. Datũ Conſtantiæ prouinciæ Moguntineñ. in ſeſſione publica in Eccleſia maiori Conſtantieñ. ſolenniter celebrata, die iouis ſecunda menſis Maij, indictione verò octaua, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo decimoquintn, pontificatus præfati domini Ioannis papæ xxiij. anno quinto.

Præſentibus ibidẽ illuſtribus principibus, Rõpoldo duce Sleſiæ, Frederico Burgrauio Nurẽbergenſi, Ioanne Iacobo filio Marchionis Montisferrati, Ioanne de Vicecomitibus de Mediolano, & Sigiſmundo de Boſſantz milite de Vngaria, & alia multitudine Chriſtianorũ copioſa, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Super quibus omnibus & ſingulis idem Henricus dę Piro, & Ioãnes de Scribanis, ipſo Henrico loquẽte, à reuerẽdis patribus ſedis Apoſtolicæ protonotarijs ac notarijs nationum & concilij, cęteriſq; tabellionibus, nominibus quibus ſupr à, ſibi fieri petierunt vnum vel plura, publicũ vel publica, inſtrumentum ſeu inſtrumenta, ad perpetuam rei memoriam. Præſentibus principibus ſupradictis, cæteriſq; Chriſti fidelibus in multitudine copioſa.

¶ Tenor verò executionis citationis contra Hieronymum de Praga, de qua ſuprà fit mentio, ſequitur & eſt talis:

In nomine Domini amen Anno à natiuitate eiuſdẽ M.cccc.15. indictione octaua, dię verò decimaoctaua menſis Aprilis, hora primarum vel quaſi pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris et domini noſtri, dñi Ioãnis diuina prouidẽtia papę 23. Cõſtantia infra ſepta monaſterij ſancti Frãciſci fratrũ Minorũ prope ambitũ, in mei notarij* for.*anno 5. *publici infraſcripti, teſtiũq; pſentia ſubſcriptorũ ad hoc ſpecialiter vocatorũ & rogatorũ, cõſtitutus perſonaliter honorabilis vir dominus Michael de Broda Teutonicali, plebanus eccleſię ſancti Alberti ſub* ſedras Pragenſis, inſtigator officij contra Ioannẽ Huſz ac ſuos cõplices, ad hoc ſpecialiter deputatus, habens & tenens in manibus ſuis quandã in papyro cõſcriptã citationem in ſe continentem cõtra quendam Hieronymum de Praga, magiſtrũ quàm pluriũ ſtudiorũ ſe aſſerentem, à ſacro cõcilio Conſtantienſi emanatam, & quatuor ſigillis præſidẽtiũ quatuor nationum ab intra impreſſis ſigillatam. Cuius quidem literę tenor ſequitur per omnia in ijs verbis:*

Sacroſancta ſynodus Cõſtantiẽſis, &c. prout ſuperiùs eſt habitũ. Quã quidẽ literã citationis idẽ dñs Michael animo exequẽdi, notificandi & publicãdi, put tenebatur, ac ad vniuerſorũ Chriſtifideliũ notitiã deducẽdi, valuis ſeu portis in ambitu dicti monaſterij affixit, & extẽdit ibidẽm cũ magna multitudine hoĩum vtriuſq; ſexus infrà Miſſarũ ſolẽnia, & pſertim infra publicũ officiũ quod tũc in dicto monaſterio celebrabatur, vſq; ad finẽ dicti officij ſtare permiſit, præſentibus honorabilibus viris dñis Ioãne præpoſito Quinque eccleſiarũ, Ioãne & Petro familiaribus ſuis, ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ſtatim pòſt præfatus dominus Michael citationẽ cõſimilẽ tenoris ſupraſcripti, & ſigillis (vt pſcribitur) ſigillatã ad valuas eccleſię ſancti Stephani p auditoria cauſarũ apoſtolica deputatę, affixit te extẽdit, & ibidẽ infra Miſſarũ ſolẽnia, pſertim infra publicũ officiũ qđ tũc ĩ dicta eccleſia celebrabatur, vſq; ad finẽ dicti officij ſtare pmiſit, præſentibus teſtibꝰ ſupraſcriptis. Et ſtatim pòſt pręfatus dñs Michael cõſimilẽ citationẽ tenoris ſupra ſcripti, ad valuas eccleſia B. Mariæ virginis maioris Cõſtãtiẽſis affixit, & extẽſam ibidẽm infra Miſſarũ ſolẽnia, & præſertim infra publicũ officiũ, qđ tunc in dicta eccleſia celebrabatur, ſtare pmiſis, præſentibus ibidẽm venerabilibꝰ et diſcretis viris, Vuilhelmo Picardi licẽtiato in decretis archiepiſcopo Turonẽſi, & Frederico Roſe curſore dñi noſtri papę, & alijs quàm pluribꝰ teſtibꝰ ad præmiſſa vocatis et rogatis. Tandẽm verò hora ſexta vel quaſi, pręfatus dñs Michael citationes huiuſmodi ab eiſdẽ valuis ſeu portis, fi-* for.*archidiacono

nitis & peractis dictis Miſſarũ & officiorũ ſolẽnijs, debita cũ proteſtatione remouit & depoſuit, & ad ſe recepit. Sup quibus omnibus & ſingulis præfatus dominus Michael petijt ſibi per me notarium publicum infraſcriptum, fieri & confici vnũ vel plura, publicum ſeu publica, inſtrumentum ſeu inſtrumẽta, præſentibus ibidèm venerabilibus & diſcretis viris, dominis Laurentio plebano eccleſiæ ſanctæ Mariæ Magdalenæ Pragẽſis, Georgio de Vualſchin, & Paulo de Herlbotz Pragẽſis diœceſis ſupradictę, & quàm pluribus alijs teſtib⁹, ad ꝓmiſſa vocatis pariter et rogatis.

Et ego Ioãnes de Selichin de Lanſteyn cleric⁹ Treuerẽſis diœceſis, publicus Apoſtolica & imperiali authoritatibus notarius, quia ꝓdictis requiſitioni, publicationi, affixioni, depoſitioni, nec non omnibus alijs & ſingulis ſupradictis, dũ ſic (vt pręmittitur) ſucceſſiuè fierent & agerentur, vnà cum pręnominatis teſtibus præſens interfui: ideoq́, hoc præſens publicũ inſtrumentũ ꝑ aliũ fideliter ſcriptũ, exindè cõfeci, publicaui, & in hãc publicã formã redegi: ſignoq́, et noĩe meis ſolitis & cõſuetis ſignaui, rogatus et requiſitus in oĩum & ſingulorũ præmiſſorum fidẽ & teſtimonium.

Quibus omnibus vt præmittitur peractis, idẽ Dominus archiepiſcop⁹ Iannẽſis requiſiuit à tota ſynodo, an placeret ſibi ꝙ die ſabbati proximi, q̃ erit proxima dies mẽſis Maij, debeat teneri ſeſſio in materia fidei, videlicet ſuper cõdẽnatione memoriæ Ioãnis Vuiclef. Et fuit reſpõſum per omnes de ſynodo, Placet, pręſentibus ſupradictis teſtibus. Et ſic omnes domini de ſynodo receſſerũt.

Statim pòſt & ante prandiũ de mãdato quatuor pręſidentium quatuor nationum, in Eccleſia ſancti Stephani Conſtantienſi, et in bancho audientia literarum contradictarum, reuerendo patre domino Iacobo de Camplo electo Pennenſi, locũ tenente auditorũ audientia contradictarum, ibidèm ad bãchum ſedente, ad horam illam pro audientia contradictarum, et actum infraſcriptum faciendum deputato, præſentibus reuerẽdiſſimis patribus dominis Ioãne patriarcha Antiocheno, & Ioãne archiepiſcopo Rigenſi, de mãdato eiuſdem domini Iacobi locũ tenentis, venerabilis vir dominus Nicolaus de Hubancho lecto literarum de iuſtitia, & aliarũ quę inibi legi ſolẽt, legebat & executus fuit citationem ſuprà proximã per ſanctam ſynodum decretam ad inſtantiam magiſtri Henrici de Piro ꝓmotoris & inſtigatoris dicti Cõcilij. Qua lecta et executa, idẽ Henric⁹ petijt ſibi fieri de huiuſmodi lectura et publicatione publicum inſtrumentum, pręſentibus ibidèm magiſtris Henrico Golthardi, Ioãne de* Võrade notarijs publicis, et domino Petro Vuithoge presbytero, Mogũtinenſis, Leodiẽſis & Traiectẽſis diœceſium, teſtibus ad præmiſſa vocatis & rogatis.

for *Vencade.

SESSIO OCTAVA.

Die ſabbati quarta mẽſis Maii ꝓdicti, fuit ſeſſio generalis ĩ cathedrali eccleſia Cõſtãtieñ. ſupradicta, ĩ qua more ſolito fuit dictũ officiũ Miſſę ꝑ reuerẽdiſſimũ ĩ Chr̃o patrẽ dñm Ioannẽ patriarchã Antiochenũ de beata Virgine officio completo, legebantur litaniæ, vt in ſeſſionibus fieri conſuetum eſt, cũ euãgelio, Attẽdite à falſis ꝓphetis &c. In q̃ ſeſſiõe inter cardinales pręſidebat dñs Ioãnes Eps Oſtiẽſis cardinalis Viuarienſis, in qua etiàm

dicto et cãtato, fuit cãtatus introitus, Exaudi nos dñe, &c. cũ collectis ſuis & litanijs, ac euãgelio, Attẽdite à falſis ꝓphetis etc. et alijs orõnib⁹, ac hymno, Veni creator ſpiritus, ſicuti alijs ſeſſionib⁹. Math. 7.

ſeſſione fuit ſereniſſimus Romanorũ & Hungariæ rex, tanquàm Imperator cum inſigniis regalibus & nobilibus ſuis, cui inter cardinales adſtabant domini Iordanus de Vrſinis, et Angelus Laudẽſis, Albanenſis & Tuſculanẽſis epiſcopi, præſentibus ibidèm reuerendiſſ. patribus Vuilhelmo ſancti Marci, Antonio de Salãcho, Amadeo Salutiarũ, Ludouico de Fliſco, Landulpho Barẽſi, & Frãciſco Florẽtino cardinalibus. Deindè omnibus his peractis, reuerendus pater dominus Vitalis epiſcopus Tholonenſis natione Gallicus, aſſcẽdebat ambonẽ, & fecit ſermonẽ ad clerũ cũ themate: Spiritus veritatis docebit vos oẽm veritatẽ &c. Quo ſermone facto, ſurrexerũt magiſtri Henricus de Piro, & Ioãnes de Scribanis promotores & ꝓcuratores cõcilij et ſynodi. Hẽric⁹ loquẽs, ꝓſentauit citationẽ ad valuas eccleſiæ maioris & audientiæ cõtradictarũ affixã, necnõ vnã aliam in audientia cauſarũ lectã, & citatorũ in eiſdẽ citationibus nõ cõparentiũ, neq; memoriã, hæreſimq́, ac dogma quondã Ioãnis Vuicleff, minimè quarè cõdẽnari nõ debet, videre curãtiũ contumaciã accuſarũt. Ipſosq́, contumaces reputari petierunt, & in eorũ contumaciã, pronunciari, decerni & declarari dictũ quondam Ioãnẽ Vuicleff, fuiſſe dũ vixit notoriũ hæreticũ & pertinacẽ, ac finaliter deceſſiſſet ab hac luce impœnitentẽ: ipſiusq́, memoriã errores, prætẽſas doctrinas & dogmatizationes, & præſertim 45. cum ducentis ſexaginta articulos per eum concluſos, condemnandos fore, et per ſanctam vniuerſalem ſynodum Conſtantienſem, ac paternitates quatuor prælatorũ, pro præſenti die poteſtatẽ habentiũ, loco & nomine quatuor nationũ condẽnari, ac eius oſſa, ſi ab aliorũ Chriſti fideliũ oſſib⁹ ſeparari poſſint & ſecerni, exhumari & proijci mãdari, aliaſq́, ꝓnũciari, decerni & declarari, definiri atq; fieri, quod iuſtũ fuerit & expediẽs fidei orthodoxę, inſtãter poſtularũt. Ioan. 16.

Et domino Pileo archiepiſcopo Iannenſi electo ad legendum quæ legi debebant nomine concilij, reuerendis patribus dominis Ioanne epiſcopo Lutomuſlenſi pro natione Germanica, Antonio epiſcopo Concordienſi pro natione Italica, Toloneñ. epiſcopo pro natione Gallicana, & Guillermo abbate monaſterij ſanctæ Mariæ extra muros Eboraci pro natione Anglicana, ad approbandum loco & nomine nationũ aſcendẽtibus in locũ, in quo huiuſmodi iuxta determinatione ſynodi fieri debebãt, idẽ reuerendus Pater dñs Pileus archiepiſcopus Ianueñ. in ambone legit primò capitulũ, Firmiter credim⁹. Quo lecto, Dñi Imperator, ꝓſidẽs, & alij ap ꝓbauerũt, & ità crediderũt. De ſacroſãcta eccl. & ſi. catho.

Et

Et vlterius idem archiepiſcopus Ianuenſis, in contumaciam accuſatorum prædictorum, per dictos promotores pronunciauit, diffiniuit & declarauit, prout in quadã papyri pronũciationis ſchedula, cuius tenor inferius eſt inſertus, continetur, condẽnãdo memoriam ipſius Ioannis Vuicleff & ſuorum ſequacium, quo ad 45. articulos condẽnatos in Pariſiẽſi & Pragẽſi ſtudijs, et licèt quo ad ducẽtos & ſexaginta articulos, incepiſſet legere, ac omnes fuiſſent contenti de 45. articulis, primò tamẽ ex interruptione domini Guilielmi cardinalis ſancti Marci interueniẽte, ipſi ducẽti & ſexaginta articuli & eorum lectura & condemnatio fuerãt reſeruati ad proximam ſeſſionem generalẽ. Super quibus lectura, publicatione, pronũciatione & diffinitione ſiue condẽnatione, dicti promotores petierũt approbationem à domino præſidente, & à dictis Luthomuslẽſi, Cõcordienſi, Tholonenſi, & abbate ſanctæ Mariæ petierunt reſpõderi, an placet. Domini verò p̄dicti, primò dominus Ioannes Oſtienſis præſidens approbauit. Subſequẽter quilibet ꝓ natione ſua approbauit. Sup quibus ijdem promotores, Henrico loquẽte, petierunt ꝑ reuerẽdos patres dominos ſedis Apoſtolicæ ꝓtonotarios, cæteroſq; notarios quatuor nationum, & tabelliones quoſcũque ibidem præſentes, vnum vel plura fieri publicũ ſeu publica, inſtrumentũ ſeu inſtrumenta. Præſentibus ibidem illuſtribus principibus ſupradictis, necnon Poloniæ,
for.* Suedia. *Noruuegiæ,* Sueciæ, Daciæ, Cypriæ, Frãciæ ambaſiatoribus, ac multitudine Chriſtianorum copioſa.*

Tenores verò dictarum citationum & ſententiæ diffinitiuæ cum inſertione articulorum, de quibus ſuprà fit mentio, ſequuntur & ſunt tales.

Sacroſanctæ ſynodus Conſtãtienſis, in ſpiritu ſancto legitimè cõgregata, generale cõciliũ faciẽs, vniuerſalẽ Eccleſiã militantẽ repræſentãs, quibuſcũq; dãnãdã memoriã hæreſimq; & ꝑuerſa dogmata quõdam Ioãnis Vuicleff dãnandæ memoriæ defenſare volẽtibus, ſpiritũ intellectus ſanioris & ad cor reuerti. Licèt pleriſq; vicibus nõnulli ex vobis ſe diſputaturos in publico, & damnandã memoriã dicti Ioãnis multifariè per multa particulariũ locorũ ſtudia vniuerſalia, iã dãnata & reprobata, fama vaga & mortua obtulerĩt ſcriptura defenſuros, voſq; ſi qui eſtis, crebris vos vicibus benignè audituri, et etiàm in ſacro Romano cõcilio generali vltimò celebrato, ad id ꝑemptoriè citatos expectauerimus, ad lucẽ tamẽ minimè properãtes, ampliùs veſtra exigente cõtumacia, diſſimulare nequiuimus. Quare promotoribus & procuratoribus noſtris ad id inſtãtibus & nè ficus fatua
Lucæ 13. *ſuos extendat palmites, quæ ad nihilũ ſacro teſtãte eloquio, vtilis eſt, niſi vt eradicata cõburatur: voſq; oẽs alios & ſingulos, ipſam perfidã doctrinã Ioãnis Vuicleff dogmatizãtes, aut etiàm quibuſuis ratiõibus vel apparatibus fucatis ſophiſmatibus defenſare præſumentes, tenore præſentiũ ex abundantia citamus, quatenùs hodiè quæ eſt dies quarta menſis præſentis Maij, compareatis & cõpareant Conſtantiæ in eccleſia maiori in publica ſeſſione poſt Miſſam de ſpiritu ſancto celebratam hora tertiarum, ad videndum & audiendum dictũ quõdam Ioãnem Vuicleff diffinitiuè pronunciari & declarari, fuiſſe, dũ vixit, notoriũ hæreticũ & pertinacẽ, ipſiuſq; memoriã et errores ꝑuerſaſq; doctrinas & dogmatizationes, & p̄ſertim quadragintaquinq; articulos dãnari, et eiuſdẽ oſſa, ſi ab aliorũ Chriſtifideliũ oſſibus ſecerni poſſint, exhumari et proijci, vel ad dicẽdũ, proponẽdũ et allegãdũ cauſas rationabiles, ſi quas habetis et habeãt, cur præmiſſa fieri nõ debeãt. Certificantes vos et quẽlibet veſtrũ, quòd ſiue cõparere curaueritis, ſiue nõ, nos nihilominus ad p̄miſſorũ executionem authore Deo ꝓcedemus, ꝓut orthodoxæ fidei fundamentũ exigit, ratioq; dictauerit & iuris ordo. Datũ Conſtãtiæ die quarta mẽſis Maij p̄dicti, anno Domini milleſimo quadringẽteſimo 15. ſub ſigillis quatuor præſidentium quatuor nationum.*

Sacroſancta ſynodus Cõſtãtiẽſis, in ſpiritu ſancto legitimè congregata, generale conciliũ faciẽs, vniuerſalẽq; Eccleſiam militantem repræſentãs, mãdat in audientia publica literarũ contradictarum domini noſtri papæ citari, & citat quoſcũq; damnatam memoriã, hæreſimq; & dogmata peruerſa quondàm Ioãnis Vuicleff memoriæ defen-* for.* eiuſque memoriam.
ſare volẽtes, & perfidã doctrinam eiuſdẽ Ioãnis dogmatizãtes, aut etiàm quibuſuis rationibus vel apparatibus fucatis ſophiſmatis defenſare præſumentes, quatenùs compareant Conſtãtiæ in eccleſia maiori in publica ſeſſione poſt Miſſam de ſpiritu ſancto celebrandã hora tertiarum, ad videndum & audiendum, dictum quondàm Ioannem Vuicleff diffinitiuè ꝓnũciari & declarari, fuiſſe dũ vixit notoriũ hæreticũ & pertinacẽ, ipſiuſq; memoria & errores, ꝑuerſaſq; doctrinas et dogmatizationes, & præſertim 45. articulos cõdẽnari, & eiuſdem oſſa, ſi ab aliorũ Chriſtifideliũ oſſibus ſecerni poſſint, exhumari et proijci, vel ad dicendum & proponendum ac allegandum cauſas rationabiles, ſi quas allegare voluerint, cur præmiſſa fieri non debeant. Alioquin ad præmiſſorum executionẽ et vlteriora authore Deo procedetur, prout orthodoxæ fidei fundamẽtum exigit, ratioq; dictauerit & iuris ordo, citatorũ contumacia ſeu abſentia non obſtante. Datũ Conſtãtiæ die quarta menſis Maij prædicti pontificatus domini Ioãnis papæ vigeſimi tertij anno quinto.

Deindè legit ſententiam damnationis doctrinæ Ioãnis Vuicleff & articulorum XLV. cuius tenor ſequitur, & eſt talis:

¶ Sententia damnationis doctrinæ Ioannis Vicleff & articulorum XLV.

Sacroſancta Conſtantienſis ſynodus, generale cõcilium faciens, & Eccleſiã catholicam repræſentans, ad extirpationem præſentis ſchiſmatis, errorumq; & hæreſum ſub eius vmbra pullulantium eliminationem, ac reformationem Eccleſiæ, in ſancto ſpiritu legitimè cõgregata, ad perpetuã rei memoriam.

Fidem catholicã, ſinè qua (vt ait Apoſtolus) impoſſibile eſt placere Deo, à falſis eiuſdẽ fidei cultoribus, immò ꝑuerſis impugnatoribus, & per ſuperbam curioſitatẽ inten- Heb. 11. b

dentibus plùs ſapere quàm oportet, mundi gloriam cupientibus, oppugnatam ſæpiùs, & contra illos per fides Eccleſiæ milites ſpirituales oppoſito ſcuto fidei defenſatam fuiſſe ſanctorum patrum ſcripturis atque geſtis inſtruimur. Hæc quippe bellorum genera, in bellis carnalibus Iſraelitici populi aduersùs gente idololatres præſignata fuerunt. In his itaque ſpiritualibus bellis ſancta Eccleſia catholica in fidei * virtute ſuperni luminis radijs illuſtrata, Domino prouidente & ſanctorum patrocinio opem ferente ſemper immaculata permanens, erroris tenebris velut hoſtibus profugatis, glorioſiſſimè triumphauit. Noſtris verò temporibus vetus ille & inuidus hoſtis noua certamina (vt probati temporis huius, manifeſti fiant) ſuſcitauit, quorum dux & princeps extitit quondàm Ioannes Vuicleff pſeudo Chriſtianus, qui dum viueret, aduersùs religionem Chriſtianam & fidem catholicam pertinaciter aſſeruit & dogmatizauit plures articulos, quorum XLV. huic paginæ duximus inſerendos, qui ſequuntur.

In li. Núc maximè & alibi.

* veritate

ARTICVLI IOANNIS VVICLEFF.

1 Subſtantia panis materialis, & ſimiliter ſubſtantia vini materialis, manet in ſacramento altaris.

2 Accidentia panis non manent ſinè ſubiecto in eodem ſacramento.

3 Chrs non eſt in eodē ſacramento identicè & realiter in propria præſentia corporali.

4 Si epiſcopus vel ſacerdos eſt in peccato mortali, non ordinat, non conficit, non conſecrat, non baptizat.

5 Non eſt fundatum in euangelio, quòd Chriſtus Miſſam ordinauerit.

6 Deus debet obedire diabolo.

7 Si homo debite fuerit contritus omnis cōfeſſio exterior eſt ſibi ſuperflua & inutilis.

8 Si papa ſit præſcitus & malus, & per conſequens membrum diaboli non habet poteſtatem ſuper fideles ab aliquo ſibi datam, niſi fortè à Cæſare.

9 Poſt Vrbanum ſextum non aliquis recipiendus in papam, ſed viuendum eſt more Græcorum ſub legibus proprijs.

10 Contra ſcripturam ſacram eſt, quòd viri eccleſiaſtici habeant poſſeſſiones.

11 Nullus prælatus debet aliquem excommunicare, niſi priùs ſciat eum eſſe excommunicatum à Deo: & qui ſic excommunicat, eſt hæreticus ex hoc vel excommunicatus.

12 Prælatus excommunicans clericum, q appellauit ad regem vel ad concilium regni, eo ipſo traditor eſt regis & regni.

13 Illi qui dimittunt prædicare ſine audire verbum Dei propter excommunicationē hominum, ſunt excommunicati, & in die iudicij traditores Chriſti habebuntur.

14 Licèt alicui diacono vel presbytero pdicare verbum Dei, abſque authoritate ſedis Apoſtolicæ vel epiſcopi catholici.

15 Nullus eſt dominus ciuilis, nullus eſt prælatus, nullus eſt epiſcopus, dum eſt in peccato mortali.

16 Domini temporales poſſunt ad arbitrium ſuum auferre bona temporalia ab eccleſia, poſſeſſionatis habitualiter delinquētibus, id eſt, ex habitu, non ſolùm actu, delinquentibus.

17 Populares poſſunt ad ſuum arbitrium dominos delinquentes corrigere.

18 Decimæ ſunt puræ eleemoſynæ, & parochiani poſſunt propter peccata ſuorum prælatorum, ad libitum ſuum auferre eas.

19 Speciales orationes applicatæ vni perſonæ per prælatos vel religioſos, non plùs proſunt eidem q̃ generales, cæteris paribus.

20 Conferēs eleemoſynam fratribus, eſt excommunicatus eo facto.

21 Si quis ingreditur religionem priuatā qualemcunque, tam poſſeſſionatorū quàm mendicantium, redditur ineptior & inhabilior ad obſeruantiam mandatorum Dei.

22 Sancti inſtituentes religiones priuatas ſic inſtituendo peccauerunt.

23 Religioſi viuentes in religionibus priuatis, non ſunt de religione Chriſtiana.

24 Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, & non per mendicitatem.

¶ Prima Pars eſt ſcandaloſa & præſumptuosè aſſerta, pro quanto ſic generaliter & indiſtinctè loquitur: & ſecunda erronea, pro quanto aſſerit mendicitatem fratribus non licere.

25 Omnes ſunt Simoniaci, qui ſe obligāt orare pro alijs eis in temporalibus ſubuenientibus.

26 Oratio præſciti, nulli valet.

27 Omnia de neceſſitate abſoluta eueniūt

28 Confirmatio iuuenum, clericorum ordinatio. locorum conſecratio, reſeruantur papæ & epiſcopis propter cupiditatem lucri temporalis & honoris.

29 Vniuerſitates, ſtudia, collegia, graduationes & magiſteria in eiſdem, ſunt vana gentilitate introducta, & tantum pro ſunt Eccleſiæ ſicut diabolus.

30 Excommunicatio papæ vel cuiuſcunque prælati non eſt timenda, quia eſt cenſura Antichriſti.

31 Peccant fundantes clauſtra, & ingredientes, ſunt viri diabolici.

32 Ditare clerum, eſt cōtra regulam Chri.

33 Sylueſter papa & Conſtantinus Imperator errauerunt Eccleſiam dotando.

34 Omnes de ordine mendicantium, ſunt hæretici: & dantes eis eleemoſynam, ſunt excommunicati.

35 Ingredientes religionem aut aliquem ordinem, eo ipſo inhabiles ſunt ad ſeruandum diuina præcepta, & per conſequens ad perueniendum ad regna cœlorum, niſi apoſtatauerint ab eiſdem.

36 Papa cum oibus clericis ſuis poſſeſſionem

nem habentibus, ſunt hęretici, eò quòd poſſeſſionem habent, & conſentiẽtes eis, omnes videlicet domini ſeculares & cæteri laici.

37 Eccleſia Romana eſt ſynagoga ſatanæ, nec papa eſt immediatus & proximus vicarius Chriſti & Apoſtolorum.

38 Decretales epiſtolæ ſunt apocryphę, & ſeducunt à Chriſti fide; & clerici ſunt ſtulti qui ſtudent eas.

39 Imperator & domini ſeculares seducti ſunt à diabolo, vt Eccleſiam dotarent bonis temporalibus.

40 Electio papæ à cardinalibus, per diabolum eſt introducta.

41 Non eſt de neceſſitate ſalutis, credere Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam inter alias eccleſias.

¶ Error eſt, ſi per Romanam Eccleſiam intelligat vniuerſalem Eccleſiam aut cõcilium generale, aut pro quãto negaret primatum ſummi põtificis ſuper alias eccleſias particulares.

42 Fatuũ eſt, credere indulgentijs papę & epiſcoporum.

43 Iuramenta illicita ſunt, quæ fiunt ad roborandum humanos contractus & cõmercia ciuilia.

44 Auguſtinus, Benedictus, Bernardus, dãnati ſunt, niſi pœnituerint de hoc quòd habuerunt poſſeſſiones, & inſtituerũt & intrauerunt religiones, & ſic à dño papa vſque ad
*vltimum *infimum religioſum omnes ſunt hæretici.

45 Omnes religiones indifferenter introductæ ſunt à diabolo.

¶ Idemque Ioannes Vuicleff libros dialogum & trialogũ per ipſum nominatos, & plures alios tractatus, volumina & opuſcula compoſuit, in quibus præſcriptos & plures alios damnabiles inſeruit & dogmatizauit articulos, quos libros ad ſui peruerſi dogmatis publicationẽ publicè legendos expoſuit, ex quibus inſupèr multa ſcandala dãna animarũ & pericula in diuerſis regionibus, & præſertim Angliæ & Bohemiæ regnis, ſecuta ſunt: aduersùs quos articulos atque li-
*virtute bros in Dei *veritate exurgentes magiſtri & doctores Vniuerſitatũ & ſtudiorũ Oxonienſis & Pragẽſis, articulos prædictos ſcholaſticè diù pòſt reprobârunt: reuerendiſſimi inſupèr patres archiepiſcopi, epiſcopi, pro tempore Cantuariẽſis & Eboracẽſis ſedis Apoſtolicæ legati in Angliæ, & Pragenſis in Bohemiæ regnis, condemnarunt. Libros etiàm eiuſdem Ioannis Vuicleff cõburendos fore, dictus archiepiſcopus Pragenſis ſedis Apoſtolicæ cõmiſſarius in hac parte, ſententialiter iudicauit, & eorum qui ſupeſſent, prohibuit lectionem. Rursùs his ad notitiam ſedis Apoſtolicæ & generalis concilij deductis, Romanus põtifex in concilio Romano vltimò celebrato, dictos libros, tractatus & opuſcula cõdemnauit, iubẽs illos publicè cõcremari, diſtrictiùs inhibendo, nè quis Chriſti nomine inſignitus, auderet aliquem ſeu aliquos ſeu aliqua ex dictis libris, voluminibus tractatibus & opuſculis legere, exponere vel tenere, aut illis quomodolibèt vti, vel illos, niſi in ipſorum reprobationem, allegare publicè vel occultè. Et vt de medio Eccleſiæ illa periculoſa ſpurciſſimaq; doctrina elimi naretur, iuſſit omnes per locorum ordinarios, libros, tractatus, volumina & opuſcula huiuſmodi, authoritate Apoſtolica per cenſuram eccleſiaſticam (etiàm ſi opùs eſſet cũ adiectione, quòd contra non parentes procederetur tanquàm contra fautores hęreſis, diligenter inquiri, & repertos ac reperta, publicè ignibus concremari.

Hæc autem ſancta ſynodus præfatos articulos quadraginta quinque examinari fecit, & ſæpiùs recenſeri per plures reuerẽdiſſimos patres Eccleſiæ Romanæ cardinales, epiſcopos, abbates, magiſtros in theologia, doctores iuris vtriuſque & plures notabiles in multitudine copioſa: quibus articulis exa minatis, fuit repertum (prout in veritate eſt) aliquos & plures ex ipſis, fuiſſe & eſſe notoriè hæreticos, & à ſanctis patribus reprobatos, alios non catholicos, ſed erroneos, alios ſcandaloſos & blaſphemos, quoſdam piarum aurium offenſiuos, nonnullos eorum temerarios & ſeditioſos. Compertum eſt etiàm, libros eius plures alios articulos continere ſimilium qualitatum, doctrinamque in Dei Eccleſia veſanam, & fidei ac moribus inimicam inducere. Propterea in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti hæc ſancta ſynodus ſententias prædictorum archiepiſcoporum ac Concilij Romani ratificans & approbans, prædictos articulos & eorum quemlibet, libros eiuſdem dialogum & trialogum per eundem Ioannem Vuicleff nominatos, & alios eiuſdem authoris libros, volumina, tractatus & opuſcula, quocunque nomine cenſeantur, quos hîc haberi vult pro ſufficienter expreſſis, hoc perpetuo decreto reprobat & condemnat. Et eorundẽ librorum & cuiuſlibet ipſorum lectionem, doctrinam, expoſitionem & allegationem, niſi ad eorum reprobationem, omnibus CHRISTI fidelibus prohibendo, inhibemus omnibus & ſingulis catholicis ſub anathematis interminatione, & nè decæterò dictos articulos vel ipſorum aliquem audeant publicè prædicare, dogmatizare, tenere, vel quomolibèt allegare, niſi ad eorum reprobationem, vt dictum eſt, iubens illos libros & tractatus, volumina & opuſcula prælibata publicè concremari, prout decretum fuerat in ſynodo Romana, ſicut ſuperiùs eſt expreſſum. Super quibus & exequendis & debitè obſeruandis, mandat prædicta S. Synodus ordinariis locorum vigilanter intendere, prout ad quemlibet pertinet, ſecũdùm iura & canonicas ſanctiones.

Quia

Quia verò libris prædictis diligēter examinatis per doctores & magiſtros vniuerſitatis ſtudij Oxoniē. vltra dictos 45. articulos, ducētes ſexaginta extrapendentes collegerunt, quorum aliqui cum ſupradictis in ſententia concidunt, licèt non in eadē forma verborum: & ſicut alijs ſuperiùs dictum eſt, quidam ipſorum erant & ſunt hæretici, quidā ſeditioſi, quidam erronei, alij temerarij, nonnulli ſcandaloſi, alij inſani, necnon oēs penè contra bonos mores & catholicā veritatē fuerūt. propterea per dictam vniuerſitatem ſcholaſticè et debitè reprobati. Hęc igitur ſynod⁹ ſacroſancta cum deliberatione qua ſuprà, prędictos articulos & eorū quemlibet reprobat & condēnat, prohibens, iubens, mandans & decernēs, prout de alijs 45. Eorūdem ducentorum ſexaginta articulorum tenores duximus inferiùs inferendos.

§ Concilium pronunciat hæreticum Ioannē Vuicleff, ac memoriam eiuſdem condēnat, & mādat exhumari oſſa ipſius.

Inſupèr quia authoritate ſententiæ & decreti Romani concilij, mandatoq́ue Eccleſiæ & ſedis Apoſtolicæ, datis dilationibus debitis, proceſſum fuit ſuper condemnatione dicti Ioannis Vuicleff & ſuæ memoriæ, edictis propoſitis denunciationibusque ad vocandum eos, qui eundem ſiue eius memoriam defendere vellent, ſi qui penitùs exiſterent. Nullus verò comparuit, qui eundem ſiue eius memoriam defenſaret. Examinatis inſupèr teſtibus ſuper impœnitentia finali pertinaciaque dicti Ioannis Vuicleff, per commiſſarios deputatos per dominum Ioannem papam modernum & hoc cōcilium, ſeruatisq́ue ſeruandis, prout in tali negocio poſtulat ordo iuris, de eius impœnitentia ac finali pertinacia, per euidentia ſigna teſtibus legitimis comprobata, fuit legitimè facta fides. Propterea inſtante procuratore fiſcali, edictoq́ue propoſito ad audiendum ſententiam ad hanc diem, hæc ſancta ſynodus declarat, diffinit, & ſententiat, eundem Ioannem Vuicleff fuiſſe notorium hæreticum, pertinacem, ac in hæreſi deceſſiſſet, anathematizando ipſum pariter & ſuam memoriam cōdemnando, decernitq́ue & ordinat, corpus & eius oſſa (ſi ab alijs fidelibus corporibus diſcerni poſſint) exhumari, & procùl ab eccleſiæ ſepultura iactari, ſecundùm canonicas & legitimas ſanctiones.

Subſequēter dicta ſeſſione (vt præmittitur) facta de mandato dominorum pręſidentium nationum, Giſelerus Bouencen & ego notarij nationis Germanicæ antedictæ, acceſſimus ad portā vulgariter Svvitzport nominatā ciuitatis Conſtantienſis, per quam papa Ioānes dicitur fugiſſe, pro executione vlteriori ipſius citationis, & ibidèm dictam citationem contra eum decretam, ſigillatam & ſubſcriptā, clauis dictę portæ affiximus, eamq́; affixam & extenſam ſtare dimiſimus per temporis ſpatiū, deindè amouimus, & loco eius ibidèm copiā in papyro affixim⁹, & ſtare dimiſimus, p̄ſentibus ibidèm probis viris magiſtro Petro Bānin notario publico, Goſfrido Galsē, Hērico Opteruorde, clericis Leodiēſis, Moguntinenſis, & Hildesheymenſis dięceſium, teſtibus &c.

Die ſabbati eadem hora veſperarum fuit congregatio generalis nationis Germanicæ. In qua primo magiſter Ioannes Stalbergen, tanquàm præpoſitus eccleſiæ ſancti Seueri Erfordienſis, fuit intitulatus, & iurauit &c.

Subſequenter fuit ibidem per dñm Ioannem Abundi pro parte dominorum præſidentiū propoſitum, quare ex conſultatione certorum zelatorū vnionis Eccleſię Dei, deberet natio deputare tres prouidos & diſcretos viros, qui haberent tractare materiā vnionis iuxta informationē dictorum zelatorū, & quia illa eſſent ipſis reuelata in ſecreto & arcano, ideò non eſſet expediens neq; neceſſarium committi pluribus: quia timeretur q̄ fraus interuenire poſſet, ſi aliqua reuelatio quæ multùm foret nociua, cum dicta materia concernat practicam ad habendā vnionem in Eccleſia Dei: & qua practica dimiſſa, forſan p̄ modica obſtacula poſſet impediri p̄dicta vnio in Eccleſia Dei. & fuit deliberatum per oēs, quòd deberent eligi tres de quinque alijs alias electis ſup materia vnionis, & per illos quinque fuerunt electi hi, videlicet domini Nicolaus Gneznenſis epiſcopus, Petrus Ripēſis epiſcopus, Albertus Ratiſponenſis epiſcopus, ſuper materia vnionis.

Die dominica, quinta mēſis Maij prędicti, fuit congregatio deputatorum quatuor nationū hora quinta in loco in quo natio Germanica congregari ſolet. Et erant archiepī & epī circiter 40. abbates multi, & plures doctores ne diuerſis ſtudijs, nobiles inſupèr & ambaſiatores regū circa 20. Quibus omnibus ibidem uocatis per ſereniſſimum dominum Sigiſmūdum Romanorū & Vngariæ regem, dictoq́; ſereniſſimo rege in medio ipſorū ſedente, propoſuit & expoſuit qualiter feciſſet guerrā opportunā & neceſſariā contra ducem Fredericum Auſtrię. Primò ex eo, quòd idē Fredericus ſcandalizaſſet Eccleſiam & Concilium Conſtantienſe in hoc, quòd abduxit Ioannē Papā 23. noctis tempore, & quòd non remanſit per eos, quin totaliter Concilium per talem abductionē & Papę fugam fuiſſet diſſolutū. Item ex eo, quòd nonnullos epiſcopos de ſuis ſedibus expuliſſet, & abbates de eorū monaſterijs, retinēs abbatias & epiſcopatus in manibus proprijs. Item ex eo, q̄ viduas & orphanos ſpoliaſſet bonis hereditarijs, quorū multi propter hoc irēt mēdicatum per mundū. Et modò ille dux Fredericus, vt præfertur, vellet venire ad concordiam, & quòd guerra ceſſaret. Quapropter petijt conſiliū à dominis deputatis, quid in hac materia deberet facere, & qualē concordiā deberet inire, licèt dixit q̄ ille Fredericus forſan petat veniam, & ſtare velit iudicio & ſimplici verbo dñi regis & Concilij. Etiā q̄ honor ipſius regis & eius iuramentū, locus obſcurus. *quod alias dixit ſe feciſſe, quòd nūquàm velit facere pacem neque treugam cū dicto duce. Et fuit per dominos deputatos diſputatū & concluſum, quòd ex hoc nullum incurreret periurium, quia ſimpliciter eum reciperet ad miſericordiam, &*

tan-

Digitized by Google

tanquàm hominem captiuum & dominum eius captiuum. Allegabant etiàm multi, quòd tale iuramentum in pręſenti caſu non habet eum ligare. & ſic habitis conſultationibus, de volũtate domini regis fuerunt miſſi quatuor pręlati ad aſſociãdum dictum Fredericum ducem vſq; ad preſentiam domini regis. Quibus exeuntibus, reuerſi fuerunt cum eodem & illuſtribus principibus ſecũ, videlicet Frederico burgrauio Nurenbergẽſi, et Ludouico duce Bauariæ, in quorum inceſſu erat præfatus dux Fredericus, & veniẽdo ad pręſentiam regis, proſtrati ſunt ad genua, vbì idem Fredericus burgrauius nomine ipſi⁹ Frederici ducis Auſtriæ & ad eius rogatũ, dirigẽdo ſermonẽ ad regem, dixit, qualiter auunculus ſuus Fredericus dux Auſtriæ ibidèm pręſens, ſibi ſupplicaſſet de intercedendo pro eo apud regiam Maieſtatem, videlicèt quòd de offenſis quas ſibi intuliſſe, regię Maieſtati, ac ſacro concilio Cõſtantiẽſi ac perſonis eccleſiaſticis, aut alijs perſonis temporalibus, nobilib⁹, ignobilibus, viduis aut orphanis, peteret à regia Maieſtate veniam & miſericordiam, dãs ſe & perſonam ſuã, dominia ſua & bona, totaliter in manibus & poteſtate ipſius domini regis, promittens ſe papam reducere velle, ſaluo tamen honore ipſius ducis Frederici, quòd eidem Papę neque ſuis ſecum venientibus, nõ inferatur vis in eorũ proprijs perſonis, ſiue bonis quæ ſecum apportauerint. His dictis, præfatus Fredericus dux Auſtrię dixit, quòd ità peteret & humiliter ſupplicaret regię Maieſtati ipſum recipere ad veniã et miſericordiam, ponẽs ſe & ſua dominia et bona quæcunq; in manibus & poteſtate ipſius regis ſimpliciter diſponenda ad omnem ſuam volũtatem. Supplicans tamen, quòd papę & ſuis ſecum reducendis, nihil fiat in perſona & rebus eorum quæ adduxerunt. Quam humilitaionem sereniſſimus dominus rex recepit, tangens ſibi manum, et vlteriùs manibus iunctis, idem dominus Fredericus dux promiſit nũquàm per ſe vel aliũ ſeu alios contra dictum ſereniſſimum dominum regẽ quouis modo facere, ſed ſibi fideliſſimus ſeruitor eſſe.
* Habũdi Sup quo venerabilis vir magiſter Ioãnes* Abũdi aduocatus nationis Germanicę, nomine omniũ & ſingulorum petijt ſibi fieri per dominos Benedictum protonotarium præpoſitum Albæregalis, & Iacobũ Rhodini protonotarium de Ianua, cæteroſq; notarios & tabelliones ibidèm exiſtentes, vnũ vel plura, publicum vel publica, inſtrumentum ſeu inſtrumenta, ad dictamen cuiuſlibet ſapientis, præſentibus ibidèm dictis dominis pręlatis, abbatibus, doctoribus, & nobilibus, alijſq; quàm plurimis in multitudine copioſa.

Effectus literę ſubmiſſionis ducis Auſtrię, quæ ſcripta fuit in Teutonico, & ſigillo ſuo ſigillata, ſequitur & eſt talis:

Nos Frederic⁹ &c. recognoſcim⁹ &c. Quòd cùm ſereniſſimi principis indignationẽ inciderimus, venimus in propria noſtra perſona ad cõſpectum dicti domini noſtri regis Cõſtantiam. Et nos perſonam noſtram, territoria, homines, ciuitates, fortalicia, & quicquid habemus & tenem⁹, nihil excepto, ad ſuam regalẽ gratiam dedimus & ponimus vigore præſentiũ taliter, quòd ipſe nobiſcum et cum eis facere et ordinare poſſit pro ſuæ regalis libito voluntatis. Quicquid etiam quadibet pſona vel perſonæ eccleſiaſticę vel ſeculares, nobiles vel ignobiles, in quacunque dignitate vel ſtatu conſtituta, nemine excepto, cõtra nos habet occaſionem pro quacunque cauſa, nulla excepta, hoc totaliter poſuimus & dedimus in arbitrium dicti domini noſtri regis, ſic & taliter quòd quicquid ipſe dñs noſter rex iuſſerit in huiuſmodi, ordinauerit & dictauerit pro ſua voluntate per nos erga quemlibet faciendum, quòd iſtud facere & adimplere et finire debemus abſque omni dilatione & contradictione: debemus etiàm & volumus facere & procurare, papam Ioannem ad Cõſtantiam ſeu alibì quò dominus noſter rex voluerit, præſentare, aut facere præſentari ad man⁹ & poteſtatem dicti domini regis & ſacri cõcilij, quòd præſentialiter Cõſtantię celebratur. Sperantes quòd iuxta verbum regium deſupèr nobis factum, quòd dictus papa Ioãnes & omnes ſecũ venturi Conſtantiam aut ad aliũ locũ deputandum, ſuarum vita & rerum ad eos pertinẽtium, quas ſecum ad huiuſmodi locũ duxerint, ſint ſecuri. Et ſi dictus papa Ioannes de papatu depoſitus fuerit vel ceſſerit, tunc in voluntate præfati concilij ſtabit, quomodò eidem de ſtatu ſuo prouideatur. Nos etiàm volum⁹ et debemus in hoſtagio Conſtantię manere, quouſquè papa Ioannes Conſtantiam aut alibì, quò pręfatus dominus rex deputauerit, peruenerit, vt ſuprà dictum eſt. Et quouſquè omnes & ſinguli officiales, ciues & incolæ munitionum, ciuitatum & territoriorum in * Briſgoię
Sueuia, Alſatia, partibus * Briſgoniæ, comitatu Tirolis circa Atheſim et valle dicta im Cal; p̃fato domino noſtro regi & imperio ſacro fidelitatẽ promiſerint et iurauerint ad ſancta Dei euãgelia ipſum reſpicere & ſibi obedire, donec oĩa & ſingula per nos totaliter et effectualiter facta fuerint & adimpleta. In quo & pręfati domini noſtri regis ſimplicibus verbis, literis aut intimationibus abſque probatione alia debẽt contentari, aut quouſquè idẽ dominus noſter rex eoſdem fidelitatum, promiſſionum et iuramentorum huiuſmodi per ſe uel ſuas literas nunciauerit abſolutos. Et in caſu quo præmiſſa in toto uel in parte non faceremus & impleremus, ſeu q̃uolibet contraueniremus, quod Deus auertat, extũc præfatæ ciuitates, munitiones, territoria & homines noſtri, præfato domino noſtro regi & ſacro imperio totaliter deuoluãtur, & deincèps eidem tãquàm iuſto ordinario & naturali domino ſubijciantur & obediant, noſtra & cuiuſlibet alterius cõtradictione nõ obſtante, omnibus fraude, dolo et nequitia totaliter ceſſantibus in præmiſſis. Et iſtud ad omnem firmitatem promiſimus noſtra principatus fiducia, & ad ſancta Dei euangelia iurauimus, virtute huius literæ totum id quod ſupraſcriptum eſt, faciendum & adimplendum totaliter & cum effectu. Et in teſtimonium iſtius, ſigillum noſtrum ad literamq; cum matura noſtra deliberatione

beratione appoſuimus. Et quia nos etiàm iſtud præſcriptum totum de noſtra propria & libera voluntate fecimus, propterea rogauimus illuſtres principes ducem Ludouicum comitem Palatinũ Rheni ducem Bauariæ, & Griſſinum de Morey noſtrum dilectum auunculum, & burgrauium de Nurenberg noſtrum dilectum ſocerum, quod quilibet eorum ſuum ſigillum ad teſtimonium omnium et ſingulorum præmiſſorum ad præſentem literam appoſuit, eoſdem Ludouicum &c. indemnes tenendo, Datum &c.

Super quibus lectura, publicatione, pronunciatione & diffinitione ſiue condemnatione, dominus Oſtien. præſidens, & dicti quatuor nationum quatuor præſidentes, interrogati an placeret, reſponderunt omnes, & primò Oſtien. deindè nationum præſidentes, quòd placeret. Et approbauerunt omnia prædicta.

SESSIO IX. IN QVA PROducebatur executio citationis contra Ioannem papam 23.

DIE Lunæ decimatertia menſis Maij ſupradicta, fuit ſeſſio generalis i Eccleſia cathedrali Conſtantienſi ſupradicta, in qoa præſidebat reuerendiſſimus pater dominus Ioãnes epiſcopus Oſtiẽſis cardinalis Viuatienſis. Cui ſeſſioni interfuit ſereniſſimus princeps Sigiſmundus, Romanorum & Hungariæ rex, cum ſuis nobilibus & inſignijs regalib⁹. Et fuit cãtata Miſſa de Angelis, videlicet, BENEDICITE OMNES ANGELI &c. per reuerendum patrem dominum Robertum epiſcopum Sareſbirienſem nationis Anglicanæ.

Præſentibus ibidèm reuerendiſſimis dominis Ioanne Epiſcopo Oſtienſi cardinali &c. Angelo Laudenſi, Frãciſco Venetiarũ, Alamanno Piſano, Iordano de Vrſinis, Branda Placentino, Guilielmo ſancti Marci, Antonio de Salãcho presbyteris, Amadeo Salutiarũ, Raynaldo de Branckaſijs, Ludouico de Fliſco, Landulpho Barenſi, Odoue de Columna, Franciſco Florentino, & Lucido de Comitibus, diaconis cardinalibus, abſentibus Petro Cameracẽſi, & Antonio Aquilegiẽſi cardinalibus, licèt in ciuitate Cõſtantienſi præſentibus. Qua Miſſa cantata, fuit cantatum officium, exaudi nos domine, etc. cum litanijs, orationibus & collectis, cum Euangelio, Erunt ſigna in ſole &c. ac hymno, Veni creator ſpiritus. Quibus finitis, ſurrexit venerabilis vir magiſter Benedictus Gentiani, monach⁹ ordinis ſancti Benedicti, ambaſiator ſtudij vniuerſitatis Pariẽſis, & propoſuit qualiter venerabilis mater vniuerſitas ſtudij Pariſienſis recõmendaret ſe præſenti Cõcilio Conſtantienſi, mittendo ſibi vnam literam, quam ibidèm in medium produxit, cui⁹ tenor ſequitur inferiùs poſt lecturam aliorum, pro quibus ſeſſio fuit deputata. Deindè ſurrexerunt honorabiles viri magiſtri Henric⁹ de Piro et Ioãnes de Scribanis promotores & procuratores Concilij.*

*Amedeo

Odo iſte fit poſteà in hac ſynodo papa Martinus quintus.

Luc. 21. c

Idem Henricus loquẽs reproduxit citationẽ alias contra Ioannem Papam vigeſimumtertium decretam, vnà cũ eius executione facta in publicis inſtrumentis, quorum tenores inferiùs ſunt inſerti. Et vlteriùs recitando, primò, qualiter domin⁹ Ioãnes Papa vigeſimuſterti⁹ et ei⁹ receptatores, ſequaces & fautores fuerunt citati ad diem præſentem, ad comparendum, reſpõdendum & allegandum cauſam &c. put in dicta citatione continetur. Et ob hoc eorundem Ioannis receptatorum & ſequacium ſiue adhærentium non comparentium, neque aliquas cauſas rationabiles allegantium, cur receſſus dictis domini Ioannis Papæ clãdeſtinus pronunciari non debeat fuiſſe & eſſe Eccleſiæ ſanctæ Dei damnoſus, ſcandaloſus et opprobrioſus, ac vnionis & pacis Eccleſiæ pturbatiuus & nociuus, ac nefandiſſimi ſchiſmatis nutritiuus & roboratiuus, hæreſiſq́; & ſuſpicionũ fidei ſenſitiuus, ac à bono vnionis & pacis Eccleſiæ præfatæ promiſſionibus iuramentis & votis per dominum Ioannem papam ſuper hoc factis deuiatiu⁹. Nec etiàm allegantium cauſas, quarè teſtes ſuper notoritate criminum in citatorio expreſſorum recipi non debeant, & deindè notoria pronunciari, & ſuper eiſdem tanquàm ſuper notorijs criminibus procedi. Et cur ipſe dominus Ioannes Papa vigeſimuſterti⁹ non debeat ſuſpendi à totali adminiſtratione papatus, propter notoriã, malã vel ſcandaloſam adminiſtrationem & dilapidationem. Ipſoſq́; deindè Ioãnem Papam, ſuos complices & ſequaces, primitùs tamen per reuerẽdiſſimos patres dominos ex ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalibus, & quatuor prælatos quatuor nationum, diligenter ante valuas huius maioris Eccleſiæ Conſtantienſis præconizatos, ſi nõ comparuerint neq; reperiantur, petimus contumaces reputari, & in eorum contumaciam ſupradicta omnia & ſingula per hanc ſanctam ſynodum ſecũdùm formam citatorij pronunciari, declarari et decerni, dictum receſſum ſuum fuiſſe & eſſe ſanctæ Eccleſiæ Dei ſcãdaloſum & opprobrioſum &c. Necnon crimina in ipſo citatorio expreſſa, fuiſſe & eſſe notoria & ſuper eis tanquàm ſuper notorijs procedendũ fore, & procedi debere declarari, dictumq́; dominum Ioãnem Papã à totali adminiſtratione papatus tam ſpiritualium quàm tẽporalium, propter præmiſſa lite pendente, ſuſpendendũ fore & ſuſpendi debere: ipſumq́; ſuper prædictis criminibus fuiſſe & eſſe notoriè irretitum, & petitum incorrigibilẽ, aliaſq́; procedi, decerni & declarari, prout iuris fuerit & ordo dictauerit rationis.

Item petimus ſimiliter ex benigniſſimo officio quòd humiliter pro tota vniuerſali Eccleſia & cũcto populo Chriſtiano imploramus, per hoc ſacrum Concilium & hanc ſanctam vniuerſalem ſynodum aliquos ex dominis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalibus antedictis, & aliquos alios etiàm plãtos dari & deputari commiſſarios eorum, quibus teſtes in hac cauſa produci valeãt, quiq́; iuramenta eorundem recipiãt, ipſoſq́; examinent diligenter, & huic ſacro Concilio proceſ-

ſum

ſum huiuſmodi habitum & habendum referant: aliaq́, faciant, quæ circa præmiſſa, neceſſaria fuerint & quomodolibèt opportuna. Præmiſſa omnia & ſingula cum debita petimus inſtantia inſtantiùs & inſtantiſſimè fieri, decerni & adimpleri, ſaluo iure addendi, minuendi & mutandi, declarandi &c. vt eſt ſtyli iuris atque moris.

Quibus factis reuerendiſſimus pater dominus Franciſcus cardinalis Florẽtinus ſurrexit, proponens quòd dominus Ioãnes papa vigeſimuſtertius prædictus, miſit dominis cardinalibus vnam bullam, in qua conſtituit procuratores ſuos ad hanc ſynodum, ad defendendum & agendum nomine ſui ſuper ſibi impoſitis & imponendis per dictã ſynodum, videlicet reuerendiſſimos patres dominum Petrum Cameracenſem, Guilielmum ſancti Marci presbyteros, et ipſum Florentinum diaconum Cardinalem, licèt ſui collegæ ipſi non venerunt ad concordiam, an vellent acceptare onus procuratoris, licèt ipſe ſimiliter miſiſſet vnũ breue, exhortando eos quòd acceptarent pro eo onus procuratoris, tamen iuxta id quod ſibi viſum fuerat, non poſſunt benè tranſire quin deberent acceptare. Sed ex nunc dixit, quantùm in eo erat, pro iſta vice nollet acceptare onus procuratoris, perſuaſiſſetq́, ſibi alias quandò fuerat ſecum, q̃ reuerteretur & faceret illa quæ promiſerat. Dominus verò Guilielmus ſancti Marci leuans ſe, dixit quòd illã materiam ignoraſſet penitùs, et nũquàm veniſſet ad notitiã eius, niſi hodiè manè. Sed quicquid eſſet, ipſe non eſſet diſpoſitus ad acceptandũ onus pro papa, neque pro aliquo alio renuncians ipſe acceptationem ex nunc penitùs & omninò. Ex nunc tamẽ approbans perſuaſionem quã Florentinus dixit feciſſe papæ, qualiter reuerteretur ad Concilium, & impleret ea quę vouiſſet & iuraſſet. Quibus ſic propoſitis per dictos dominos Florentinum & ſancti Marci Cardinales, ſtatim ſurrexit magiſter Henricus de Piro, vnà cum Ioanne de Scribanis, ipſoq́, Henrico loquente dixerunt, quòd citatio eſſet perſonalis et cauſa criminalis, in qua nullus admitteretur per procuratorem, proteſtando ibidèm, ex quo Ioannes papa vigeſimuſtertius conſtituit procuratores ſuos ad hanc cauſam; quòd manifeſtum et notorium eſſet, quòd citatio venit ad eius notitiam & ſufficienter deuoluta. Subſequenter pro meliori expeditione huius negocij ſunt rogati per Conciliũ duo cardinales diaconi, & quinque prælati nomine Concilij, ad eundem ad portas ſiue valuas eccleſiæ præſentis, ad inquirẽdum ſi Ioannes papa vigeſimus tertius foret ibidèm, ipſumq́, requirendo & ſuos ſequaces, receptatores & fautores, vt comparere deberent coram ſancta ſynodo Conſtantienſi, reſponſuri ſuper cõtentis in citatorio contra emiſſo: cardinalibus verò recuſantibus, licèt petitis et expectatis, accuſarunt ad portas eccleſiæ reuerendiſſimus pater dominus Ioannes Patriarcha Antiochenus natiõis Gallicanæ, Nicolaus Gueznenſis archiepiſcopus nationis Germanicæ, Antonius archiepiſcop⁹ Raguſinus nationis Italicæ, et Nicolaus epiſcopus Bathonienſis nationis Anglicanæ, cum reuerendis patribus Benedicto præpoſito Albæregalis protonotario nationis Germanicę, et Iacobo Rhodini nationis Italicæ, et quinque notarijs ſiue tabellionibus quatuor nationũ,* Stephanus* epiſcopus* Dolenſis nationis Gallicanæ. Quorum quilibet vnus poſt alium in dictis et extra valuis tribus vicibus vocarunt Ioannem Papam vigeſimumtertium, & ſuos ſequaces alta & intelligibili ac clamoroſa voce, videlicet in hunc modum: Authoritate ſanctæ ſynodi Conſtantienſis requirimus Ioannem papam vigeſimumtertiũ citatum & ſuos ſequaces & fautores: ſi ſunt hic, veniant coram dicta ſancta ſynodo, reſponſuri ſuper contentis in citatorio. Quibus inquiſitionibus & requiſitionibus factis ſucceſſiuè, nullus comparuit neque reſpondit: Reuerſi ad Eccleſiam & ad dictam ſynodum, fecerunt relationem. Primò dominus Ioãnes patriarcha, & deindè dominus Benedictus protonotarius nomine notariorum, qualiter inquiſierunt dictum Ioãnem papam & eius ſequaces ac fautores iuxta formam iuris, & nullus eis apparuit neque apparebat pro eis,* quòd atteſtarentur coram Deo & dicta ſancta ſynodo Conſtantienſi. Super quibus ſucceſſiuè dictis, petitis, relatis atque iniunctis, idem magiſter Henricus de Piro promotor vnà cum dicto Ioanne de Scribanis, petierunt ſibi per notarios ſedis Apoſtolicæ & alios tabelliones & notarios ſynodi, vnũ & plura confici, publicum et publica, inſtrumentum & inſtrumenta. Præſentibus ibidèm illuſtribus principibus dominis Ludouico duce Bauariæ, Rompoldo duce Zaganenſi in Sleſia, Ioanne Iacobo comite Aquęſanenſi filio comitis Montisferrati, Ioanne comite de Friburg, Ioãne Carolo de vicecomitibus de Mediolano, Philippo de Florentia, Nicolao de Gara magno comite de Vngaria, et alia Chriſtianorũ multitudine copioſa.*

*** for Gueſnenſis.**

Iſtud hic abundare videtur.

*** quod**

Quibus ſic peractis, dominus Andreas electus Poznanienſis, de mandato dictæ ſynodi aſcendebat locum in quo publicabantur edicta Concilij, & legebat ibidèm certam ſchedulam aliàs in nationibus concluſam pro officialibus Concilij &c. Cuius tenor ſequitur inferiùs. Necnon literam miſſiuam per vniuerſitatem ſtudij Pariſienſis, cuius ſimiliter tenor ſequitur inferiùs. Quibus lectis Henricus de Piro & Ioannes de Scribanis. Henrico loquente, petierunt à tota ſynodo an placeret, adijcientes, ſi aliquis eſſet cui non placeret iuxta authoritatem & facultatem Concilij, poſſet liberè ſurgere & dicere id quod ſibi placeret. Et ſic de omnibus alijs fuit reſponſum per dominum præſidentem & omnes alios; Placet, nemine diſcrepante.

Tenores verò executionis citationis in valuis Eccleſiæ & portarum ciuitatis Conſtantienſis factę, necnon ſchedulæ deputationum officialium, ac literæ miſſiuæ Vniuerſitatis ſtudij Pariſienſis ſequuntur, & ſunt tales.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis patris & filij & Spirituſſancti, Amen.

Qua

Qua quidem Miſſa cantata, legebantur Litaniæ & alia more aliarum ſeſſionem, cum Euangelio, Erunt ſigna in ſole & luna &c. Deindè verò dominus Andreas electus Poznanienſis, legebat quaſdam concluſiones & literas, quarum tenores ſequuntur, & ſunt tales: Luc. 21.

Sacroſancta Conſtantienſis ſynodus, Eccleſiam catholicam repræſentans, in Spiritu ſancto legitimè congregata: Auditis & intellectis propoſitis & petitis per procuratores huius ſacri Concilij generalis contra dominum Ioannem papam vigeſimumtertium, intendentes in hac cauſa cum maturitate & manſuetudine & charitate in Spiritusſancto procedere, præfatum dominum Ioannem, quo ad præmiſſa contra eum propoſita & petita, vſque ad diem craſtinum hora qua celebrabitur ſeſſio, de ſolita benignitate expectandum decernit, & ſuper iam propoſitis ſeu petitis pro parte eius fore reſpondendum.

Concilium dat commiſſarios in cauſa inquiſitionis contra Ioãnem papã vigeſimumtertium.

Item dicta ſancta ſynodus deputat & conſtituit ſuprà propoſitos contra dictum dominum Ioannem papam vigeſimumtertium commiſſarios reuerendiſſimos dominos cardinales de Vrſinis, & tituli ſancti Marci, necnon reuerendos patres dominos epiſcopos Concordienſem & Taruiſinum, ac Ioannem de Bononia ſacri palatij Apoſtolici cauſarum auditorem, nationis Italicæ: & epiſcopum Dolenſem, & Abbatem ſancti Lupi, necnon Guillermum Malignis dicti palatij auditorem, nationis Gallicanæ: & epiſcopum Merſburgenſem auditorem, nationis Germanicæ: epiſcopum Lichfeldenſem, & abbatem beatæ Mariæ extra muros Eboraci, nationis Anglicanæ, quibus dat poteſtatem ſuper prædictis teſtes recipiendi, citandi & compellendi, ipſosque examinandi ſecundùm petitionem prædictorum promotorum, prout materia cauſæ requirit, ità quòd quilibet ipſorum tres, poſſint prædicta inchoare, proficere & finire, & ſuper notorietate & ſcandalizatione & incorrigibilitate dictorum criminum plenariam relationem facere, & ad finem procedendi contra dictum Papam, vt iuris fuerit & rationis.

¶ Concilium deputat ſuos iudices.

Item dicta ſancta ſynodus conſtituit & deputat in iudices, ſeu commiſſarios ad audiendum omnes cauſas, ad dictam ſanctam ſynodum per appellationem, ſeu querelam deductas, deuolutas, ſeu deducendas & deuolendas, reuerendiſſimos patres Matthæum Epiſcopum Piſtorienſem nationis Italicæ, Ioannem epiſcopum Vaurenſem nationis Gallicanæ, Nicolaum Epiſcopum Plocenſem nationis Germanicæ, & Robertum Epiſcopum Sareſbirienſem nationis Anglicanæ: quibus dat poteſtatem in prædictis citandi in curia & extra eam, & alia faciendi, quæ ad dictas cauſas pertinent, & pertinebunt vſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiuè.

¶ Concilium deputat ſeſſionarios.

Item dicta ſancta ſynodus conſtituit & deputat in ſeſſionarios, pro ordinando dominos prælatos, ambaſiatores & cæteros in ſeſſionibus concilij, prout fieri ſolitum eſt, videlicet de natione Gallicana antiquos nominatos, & de natione Italica dominum Ioannem de ſancto Seuerino, & pro natione Germanica magiſtrum Euerhardum Lupi.

Item ſupplicetur per legẽtem prædicta, ſereniſſimæ regiæ maieſtati, quòd loco domini comitis Bertholdi propter eius abſentiam, prouideat de vno alio ad ſuum officium ſufficiente.

In nomine Domini, amen. Anno à natiuitate eiuſdẽ milleſimo quadringẽteſimo decimoquinto, indictione octaua, die quarta mẽſis Maij, pontificatus ſanctiſſimi in Christo patris & domini, domini Ioannis diuina prouidentia papæ vigeſimitertij anno quinto, in mei notarij publici, & teſtium infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia, venerabilis vir magiſter Nicolaus de Hubãcho, literarum Apoſtolicarum ſcriptor & procurator, audiẽtiæ publicæ literarum contradictarũ domini noſtri papæ lector, in eccleſia ſancti Stephani Cõſtantiẽſi, pro audiẽtia cauſarum apoſtolica ſpecialiter deputata, manè hora cõſueta quaſdam literas citatorias perſonales à ſacroſancta ſynodo Conſtantiẽſi generale Cõciliũ faciente, & Eccleſiam catholicam repræſentãte, in Spiritusſancto legitimè congregata, ad inſtantiam venerabilium virorũ magiſtri Henrici de Piro licẽtiati in decretis, & Ioannis de Scribanis de Placentia, cauſarum et negociorum dicti Cõcilij promotorum et procuratorum, cõtra præfatum dominum Ioannem papam, et eius fautores, receptatores et eius ſequaces emanatas, & ꝓprijs ſigillis præſidentiũ quatuor nationum huiuſmodi Cõcilij munitas & ſigillatas: necnõ per prouidos viros magiſtros Ioãnẽ Guiardi pro Gallicana natione, Bartholomæũ de Guaſtis pro Italica, Giſelerum Bouencen pro Germanica, & Ioannẽ Raynaldi pro Anglicana nationibus, in prædicto ſacro generali Cõcilio Cõſtantienſi notarios ſubſcriptas et ſigillatas, quorum tenor ſic incipit: Sacroſancta Conſtantienſis ſynodus &c. Et ſic finit, Datum Cõſtantiæ prouinciæ Moguntinenſis &c. alta & intelligibili voce legit & publicauit ad præfatorũ Hẽrici de Piro & Ioãnis de Scribanis promotorum et procuratorum nomine, quo ſuprà, inſtantiam, qui ſibi de publicatione et lectura huiuſmodi per me notariũ publicum infraſcriptũ, vnum vel plura, publicum

Digitized by Google

*blicum ſeu publica fieri petierunt inſtrumentum, ſeu inſtrumenta. Præſentibus ibidèm venerabilibus & diſcretis viris magiſtris Michaële de *Boleſanis licentiato in decretis, Ioanne de Scribanis* in Romana curia procuratore, Conrado Baldeuin, Henrico Hutenatels, Ioanne Brunichuſen, Robino Colini in dicta audientia procnratoribns, & Giſelero de Bouencen ſacri palatij Apoſtolici cauſarum notarijs, & quampluribus alijs teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Paulopòſt ego Fredericus notarius infraſcriptus, dictas literas citatorias ad valuas dictæ ECCLESIAE ſancti Stephani pro audientia cauſarum Apoſtolica ſpecialiter deputata affixi, & extenſas per tempus dimiſi, rogatus & requiſitus per dictos magiſtros Henricum de Piro & Ioannem de Scribanis promotores & procuratores nomine quo ſuprà, vt de huiuſmodi affixione publicum conficerem inſtrumentum. Præſentibns ibidèm diſcretis viris Nicolao Vourt, Henrico Herbordi, Ioanne Chriſtiani, & Ioanne Carpentarij in prædicta audientia procuratoribus, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Deinde verò hora tertiarum dictæ diei vel quaſi, ego Fredericus notarius infraſcriptus, prędictas literas citatorias de prædictis valuis remoui, & ſtatìm poſteà ad valuas Eccleſiæ cathedralis Conſtantienſis affixi, & extenſas ibidèm dimiſi per horam & vltra, rogatus & requiſitus, vt de huiuſmodi remotione & affixione publicum conficerem inſtrumentum. Præſentibus ibidèm diſcretis viris magiſtris Nicolao de Hubancho lectore prædicto, Arnoldo Vorthem, Theodorico de Horſten literarum Apoſtolicarum ſcriptoribus, & Ioanne Stade de Lothem ſacri palatij Apoſtolici cauſarum notarijs, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Expòſt verò hora quaſi vndecima dictæ diei, ego Fredericus notarius infra ſcriptus, prædictas literas citatorias de prædictis valuis remoui, & deindè in continenti ad valuas palatij Apoſtolici, ſiue domus epiſcopalis Conſtantienſis, vbì dictus dominus noſter papa dum in præſenti ciuitate Conſtantienſi erat, habitabat & habitare ſolebat, affixi, & extenſas per tempus dimiſi. Et deindè hora Nonarum vel quaſi, eaſdem literas citatorias de proximè dictis valuis remoui, & mecum portaui, rogatus & requiſitus à ſæpedictis promotoribus & procuratoribus, vt de huiuſmodi affixione & remotione publicum conficerem inſtrumentum. Præſentibus ibidèm honorabilibus viris magiſtro Theodorico de Horſten, Goſuino Muel literarum Apoſtolicarum ſcriptoribus, Hermanno Coppardi canonico eccleſiæ ſancti Caſſij Bonnenſis Colonienſis diœceſis, Henrico ten Gangenhaue de Reys, Ioanne Vualkingen, & Stephano Piloſi ſacri palatij cauſarum Apoſtolici notarijs, & Ricoldo von der Samitter clericis, Colonienſis, Monaſterienſis, *Rutimēſis, & Leodienſis diœceſum, teſtibus ad pręmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego Fredericus de Arnhem clericus Colonienſis diœceſis, publicus Apoſtolica & Imperiali authoritatibus notarius, ac dictæ audientiæ publicæ litterarum contradictarum domini noſtri papę ſcriba, quia prędictis lecturę, publicationibus, affixionibus & remotionibus vnà cum prænominatis teſtibus pręſens interſui &c.

* Boloſonis

In nomine Domini, amen. Anno à natiuitate einſdem milleſimo quadringenteſimo decimoquinto, indictione octaua, die verò ſabbati quarta menſis May, pontificatus domini Ioannis papæ vigeſimitertij anno quinto, paulò poſt horam Nonarum, Ego Giſelerus notarius publicus infraſcriptus, in teſtium infraſcriptorū ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia certas literas citatorias perſonales, à ſacroſancta ſynodo Conſtantienſi generale Concilium faciente, & Eccleſiam catholicam repręſentante, in Spirituſancto legitimè congregata, ad inſtantiam & petitionem venerabilium virorum magiſtrorum Henrici de Piro licentiati in decretis, & Ioannis de Scribanis de Placentia, cauſarum & negociorum dicti Concilij promotorum & procuratorum, contra præfatum dominum Ioannem papam vigeſimumtertium & eius fautores, receptatores & ſequaces emanatas, & ſigillis præſidentium quatuor nationum huius Concilij munitas & ſigillatas, ac etiàm per quatuor earundem nationum in prędicto ſacro generali Concilio notarios ſuſcriptas & ſignatas. Quarum quidem literarum citatoriarum tenor ſic incipit, Sacroſancta Conſtantienſis ſynodus &c. & ſic finitur, Datum Conſtantię prouinciæ Moguntinenſis, in ſeſſione publica, in Eccleſia maiori ſolenniter celebrata die Iouis ſecunda mēſis Maij, indictione octaua, anno Domini &c. Ad inſtantiam & requiſitionem pręfatorum magiſtrorum Henrici de Piro, & Ioannis de Scribanis promotorum & procuratorum, nomine quo ſuprà, valuis ſeu portis ciuitatis Conſtātienſis, Guitport *vulgariter nuncupatis, vnà cum earundem vera copia affixi, & ibidèm affixas & extēſas dimiſi. deindè verò hora prima poſt meridiem einſdem diei, ipſas literas citatorias originales, copijs earundem per me affixis ibidèm dimiſſis, à dictis valuis ſeu portis amoui, & mecum portaui, rogatus & requiſitus à ſupradictis magiſtris Henrico de Piro, & Ioanne de Scribanis promotoribus & procuratoribus nomine quo ſuprà, vt de affixione & amotione huiuſmodi ipſis vnum vel plura, publicum ſeu publica conficerem inſtrumentum, ſeu inſtrumenta. Præſentibus ibidèm diſcretis viris magiſtris, Cumperto Fabri, & Petro Bannin de* Deſteruuicl, *ſacri palatij Apoſtolici cauſarū notarijs clericis Moguntinenſis & Leodienſis diœceſum, teſtibus ad pręmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Paulò verò poſt pręmiſſa ego Giſelerus notarius infraſcriptus vnà cum prędictis literis citatorijs, dictæ ciuitatis Conſtantienſis valuas, ſeu portas, *Rumphartorum vulgariter nuncupatas, acceſſi, & eiſdem valuis ſeu portis eaſdem literas citatorias vnà cum earūdem vera copia affixi, & ibidèm ipſas affixas & extenſas dimiſi. Deni<del></del>m verò ipſas citatorias originales poſt horam *veſperorum einſdem diei ſupradictę, copia earundem ibidèm per me affixa, etiàm in proximè dictis portis dimiſſa, remoui & mecum deportaui, rogatus*

* Rumphartorn

* veſperarum

tus & requiſitus à ſupradictis magiſtris, Hĕrico de Piro & Ioanne de Scribanis, promotoribus & procuratoribus nomine quo ſuprà, vt ipſis de huiuſmodi affixionibus & amotionibus vnum vel plura, publicum ſeu publica conficerem inſtrumentum ſeu inſtrumenta. Præſidentibus ibidèm honorabilibus & diſcretis viris magiſtris Clemĕte de Cumis, & Baſſiano de Putalactis de Lauda, literarum Apoſtolicarum ſcriptoribus, & Ioăne Guiardi in dicto ſacro Concilio pro natione Gallicana notario clerico Pictauenſis diœceſis, teſtibus ad præmiſſa vocatis & rogatis. Et ego Giſclerus de Bouencen clericus Moguntinenſis diœceſis, Apoſtolica & Imperiali authoritatibus notarius, & in ſacro Conſtantienſi generali Concilio ſupradicto pro natione Germanica notarius, prædictas literas citatorias per edictum & perſonales ſupradictis valuis & portis affixi, & vt præmittitur amoui, de quibus affixione & amotione præſens publicum inſtrumentum manu mea propria ſubſcriptum confeci, ſubſcripſi, & publicaui, ſignoq́;
for. * ſolitus *& nomine meis * ſolis & conſuetis ſignaui, rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum.*

Egregijs inclytisq́; patribus viris ex omni gente dilectis, in ſalutifero Conſtantienſi Concilio vniuerſalem Eccleſiam repræſentantibus.

Litera ſtudij Pariſienſis ad Conciliū. *Egregij inclytiq́; patres, viri ex omni gente dilecti, almumq́; & ſalutiferum Concilium: Si labori, ſi grauibus operibus per diuerſas vias pacem Eccleſiæ quæſiuiſtis, non corpori, non mundanis parcentes diuitijs, ſed theſaurizantes in cœlo, iam conſtantiùs perſiſtendum, iam ambulandum cautiùs, iam opùs eſt incumbere magìs, cùm turbidus auſter primùm dulce ſpirantes zephyros à PETRI nauicula aliquantiſper repulit. Sed remis agendum, vt ad tranquillitatis portum ducatur incolumis. Iam in vos ſpes catholici populi cōſtituta eſt, vos columnas Eccleſiæ firmas vniuerſi laudant & venerantur, & pacem orantes populi, manus ad ſidera tendunt. Nam adaucta eſt eò fiducia per veſtram perſeuerantiam, poſtquàm domini noſtri papæ diſceſſum agnouerint. Quanquàm diſceſſum ægrè feramus, multùq́; ſpes præcedens paſſa eſt detrimĕtum, vt nupèr ſcripto vobis notum feciſſe putamus. Nunc igitur felix veſtris laboribus ſit Eccleſia, fortunatiq́; populi, quos inuiſum ſchiſma tanta per tempora conturbauit: non enim tantus cœtus in vacuum erat cōuocandus. Sed vt fructus labores ſequatur aſſiduos, non diſpergantur oues gregis propter paſtoris abſentiam, ſed occaſio ſit hæc in centuplo maio-*
* for. veſtrum *ris vnitatis: quoniam communia * noſtrùm omnium vota, & vniuerſæ fidelium mentes ſequĕtur, veſtra deliberata pro firmis veritatibus ſuſtinebunt, vobis in cunctis innitentes, vt fidei debitæ irrefragabiliter obligantur: & noſipſi de veſtra cōſtantia gaudemus in Domino, vobis obedire, obſequi, reuereri, atque ſemper aſſentire parati teſte Domino, qui veſtros labores in conſummatæ pacis quietem dirigat, & in viam ſalutis æternæ. Datum Pariſijs in noſtra cōgregatione generali, apud ſanctum Martinum ſuper hoc ſpecialiter congregata decimoquarto die menſis Aprilis.*

Veſtrarum paternitatum egregiarum zelantiſſimi deuoti imitatores, Rector & Vniuerſitas ſtudij Pariſienſis.

Eadem die poſt meridiem fuit congregatio nationis Germanicæ: In qua primò fuerunt deputati per ſcrutinium pro parte eiuſdem nationis, quinque venerabiles viri domini Hermannus Duergh •Dwerck
ſedis Apoſtolicæ protonotarius, Ber oldus de Vuildūgen ſacri palatij Apoſtolici cauſarum auditor, Ioannes Abundi decretorū doctor, Petrus de Tyger licentiatus in decretis, & Henricus de Piro licentiatus in decretis, ad ordinandum poſitiones & articulos, in cauſa inquiſitionis depoſitionis Ioannis papæ 23. per ſynodum Conſtantienſem offerendos.

Subſequenter venit ibidèm dominus Romanorum rex cum deputatis aliarum trium nationum, præſentans unam copiam cuiuſdam bullæ datæ Carolo de Malateſtis de Arimino. In qua Angelus de Corario, Gregorius 12. in ſua obedientia nuncupatus, dedit licentiam ipſi Carolo & ſuis de eius obedientia, ad conſentiendum huic Concilio, iniungens idem dominus rex dominis deputatis, quòd examinarent illam copiam: & ſi foret defectuoſa vel inſufficiens, vellet eam remittere Carolo, qui ſtatìm diſponere deberet, quòd omnia ſufficienter emendarentur ad voluntatem Concilij.

Prædictis lectis & publicatis, promotores petiĕrunt ab ipſa ſynodo, ſi placerent: adijcientes, ſi aliquis eſſet cui non placeret, iuxta authoritatē & facultatem concilij poſſet ſurgere, & dicere id quod ſibi placeret. Et ſic fuit ab omnibus reſponſum per dominum Præſidentem & omnes alios, PLACET, nemine diſcrepante.

SESSIO DECIMA.

DIe Martis decimaquarta menſis Maij ſupradicti, fuit ſeſſio generalis in Eccleſia cathedrali Conſtantienſi ſupradicta, in qua reuerendus pater Dominus Bertrădus epiſcopus ſancti Flori, ambaſiator regis Cypri, cantauit officium MISSAE de ſancta Trinitate. Et præſidebat in eadem ſeſſione Reuerendiſſimus pater dominus Ioannes Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis Viuariĕſis, rege Romanorum ibidèm præſente in inſignijs regalibus cum ſuis nobilibus. Litanijs autem & alijs in ſeſ-

Et reuerendiſſimi patres domini Angelus Laudenſis, & Iordanus de Vrſinis cardinales aſſiſtebant regi Romanorum ibidèm præſenti in inſignijs regalibus cum ſuis

ſeſſionibus legi conſuetis, lectis & perlectis, Reuerendiſs. pater dñs Ioannes Patriarcha Antiochenus, legebat Decretum ſuſpēſionis Papæ, cuius tenor ſequitur in hūc modum: *ſuis nobilibus. Præſentibus ibidèm Branda Placentino, Franciſco Venetiarum, Guilielmo ſancti Marci, Antonio de Salancho presbyteris. Amadeo Salutiarum, Rainaldo de Branckaſijs, Ludouico de Fliſco, Landulpho Bareñſi, Odo de Columna, Lucido de Comitibus, & Franciſco Florentineñſi diaconis Cardinalibus. Abſentibus tamen Petro Cameracenſi, Alamanno Piſano, Antonio Aquilegienſi, & Thoma Tricaricenſi Cardinalibus, licèt in eadem ciuitate præſentibus. Officiò verò Miſſæ ſolenniter de ſancta Trinitate peracto, fuerunt lecta litaniæ cum introitu. Exaudi nos domine &c. Euangelio, orationibus et collectis ad hoc deputatis, & hymno, Veni creator ſpiritus. Quibus ſic cātatis, lectis & factis, ſurrexerunt Henricus de Piro, & Ioannes de Scribanis promotores &c. Henricus de Piro loquens propoſuit, qualiter iſta ſeſſio hodierna eſſet continuatio ſeſſionis heſternæ. Idcircò repetijt citationē aliàs per edictum contra Ioannem Papam vigeſimumtertium decretam & herì reproductam, vnà cum eiuſdem executione facta in valuis Eccleſiarum & portarum iuxta ſui decretū, & hodiè reproduxit de nouo. Petijtq́; per quatuor prælatos quatuor nationum & duos Cardinales ad hoc deputatos, eundem dominum Ioannem requiri extra valuas ipſius Eccleſiæ, in quibus dicta citatio fuit affixa & executa, & eius ſequaces, receptatores & fautores, ad reſpondendum de & ſuper omnibus & ſingulis contentis in citatione, vt præmittitur, contra eum decreta, ſeu cauſam quarè minimè tenerentur ad hoc allegandum, inſtanter poſtulauit. Et vlteriùs in caſu quo repertus non fuerit, ipſum Ioannem ſuſpendi ab adminiſtratione totali papatus in ſpiritualibus & temporalibus per ſanctam ſynodum Conſtantienſem. Prædicta requiſitione facta per promotores, acceſſerunt ad portas maiores eiuſdem Eccleſiæ, in quibus communiter huiuſmodi edicta publicari ſolent, reuerendiſſimi patres Franciſcus Florentinenſes, & Lucidus de Comitibus Cardinales, Ioannes Patriarcha Antiochenus de natione Gallicana, Nicolaus Archi-
ſor. *Gneſneuſis. episcopus * Guezneuſis de natione Germanica, Antonius epiſcopus Raguſinus de natione Italica, & Nicolaus epiſcopus Bathonienſis de natione Anglicana. Præſentibus ibidèm reuerendis patribus dominis Benedicto præpoſito Albaregalis, Iacobo de Rhodinis de Ianua, & Thoma * Polcon ſedis Apoſtolicæ protonotarijs. Necnon Ioanne Guiardi pro natione Gallicana, Bartholomæo de Guaſtis pro natione Italica, Gumperto Fabri pro natione Germanica, cum Giſelero de Bouencen, & Vuilhelmo Porcellis pro natione Anglicana notarijs & ſcribis. Quibus dominis in portis exiſtentibus ex mandato & conſenſu aliorum, reuerendiſſimus pater dominus Ioannes Patriarcha Antiochenus vocauit alta & intelligibili voce dominum Ioannem Papam vigeſimumtertium ſuos, ſequaces, fautores & receptatores, ſi eſſent ibidèm quòd comparerent coram ſancta ſynodo, ad præſens in eadem Eccleſia congregata, reſponſuri, audituri, viſuri & allegaturi, quarè iuxta contenta in citatorio contra eos decreto, pronunciari non debeant tales, quales in eodem citatorio dicuntur diffamati. Certificantes eoſdem, ſiue comparuerint, ſiue non, quòd nihilominùs eadem ſynodus ad vlteriora prout iuris fuerit, procederet, eorum contumacia non obſtante: & aliàs ad dicendum cauſam, quarè non debeat idem Ioannes Papa ab adminiſtratione totali papatus rerum ſpiritualium & temporalium ſuſpendi. In quam quidem vocationem alij ibidèm exiſtentes prælati non inquirentes, conſenſerunt & voluerunt eam ſufficere pro actu præſenti. Super quibus magiſter Henricus de Piro promotor ſibi nomine dictæ ſanctæ ſynodi vnum vel plura, publicum ſeu publica confici petijt inſtrumentum ſeu inſtrumenta. Præſentibus ibidèm Frederico de Arnhem notario audientiæ contradictarum, Eurardo Lupi, Ioanne de S. Seuerino, literarum Apoſtolicarum & pœnitentiariæ ſcriptoribus, & aliorum Chriſtianorum multitudine copioſa. Et ſic ipſi Cardinales & prælati quatuor nationum reuerſi ſunt ad Eccleſiam & ad locum Concilij.

Tunc reuerendiſſimus pater dominus Franciſcus Cardinalis Florentinenſis præfatus, retulit toti ſynodo, quatenùs in valuis & extra valuas Eccleſię prædictæ mox per vocem domini Ioannis patriarchę Antiocheni, dominum Ioannem Papam vigeſimumtertium, eiuſq́; fautores, receptatores & ſequaces vocaſſent, iuxta tenorem dicti citatorij contra eos emanati, ad reſpondendum ſuper ſibi obiectis & obijciendis, & aliàs dixit & retulit, prout in eodem citatorio pleniùs continetur. Qui quidem dominus Ioannes Papa, neque fautores, receptatores & ſequaces apparuerunt, neque comparuerunt. Et ſic ſimiliter præfati domini prælati quatuor nationum reſponderunt ſucceſſiuè, & retulerunt ſynodo præfatę eos dictum mandatum ſuiſſe executos, licèt nemo apparuerit. Quibus relationibus factis, ad inſtantem petitionem dicti Henrici promotoris, dominus præſidens primò reputauit dictum dominū Ioannem Papam, ſuos ſequaces, receptatores & fautores, contumaces: & vniformiter dicti quatuor prælati quatuor nationum, & deindè tota ſynodus reputauit dictos citatos, contumaces: & vlteriùs in eorum contumaciam ad petitionem inſtantem dicti Henrici de Piro promotoris, reuerendiſſimus pater dominus Guilielmus S. Marci deputatus vnà cum reuerendiſſ. patre domino Iordano de Vrſinis Cardinale, ſimul cum reuerendis patribus Antonio epiſcopo Concordienſi,
Iacobo epiſcopo * Terniſino, & Ioanne de Bononia pro natione Italica: Stephano epiſcopo Dolenſi, abbate S. Ruphi, ac Vuilhelmo Malignetij, pro natione Gallicana: Nicolao epiſcopo Merſburgenſi, & Andrea electo Poznanienſi, pro natione Germanię: epiſcopo Liebefeldenſi, & abbate ſanctæ MARIAE extra muros Eboraci pro natione Anglicana, commiſſarijs ad examinandum teſtes inducendos, & ex parte ſynodi * Taruiſino

*in cauſa inquiſitiorum & etiàm principali contra dominum Ioannem, ſequaces, fautores & receptatores prædictos, ipſis in medio ſynodi exiſtentibus, retulit, qualiter de mandato dominorum de ſancta ſynodo Conſtantienſi, cum dictis dominis deputatis examinaſſet teſtes in numero * decem: quibus examinatis, & eorum dictis in ſcriptis redactis, perlegerunt eorum dicta & depoſitiones. Quapropter licèt dolenter id referat, non cauſa impediendi iuſtitiam, ſed quòd tantùm ad hoc deuenit, quòd huiuſmodi ſcandalum in Eccleſia Dei ſit exortum, retulit qualiter reperit fore depoſitum ſufficienter, dictum dominum Ioannem papam fore dilapidatorem bonorum Eccleſię Romanę & vniuerſalis, Simoniacum, ſcandaloſum & perturbatorem fidei Chriſtianæ, & alias talem, quòd meritò debuit ſuſpendi ab adminiſtratione bonorum Eccleſiaſticorum ſpiritualium & temporalium: & illa retulit cum ſupportatione & correctione ſuorum collegarum. Subſequenter aſcendebat in altum reuerendus pater dominus epiſcopus Dolenſis, vnus ex collegijs ipſius domini cardinalis, & retulit ſimiliter prout ipſe dominus cardinalis referebat, & ſubſequenter cæteri collegæ omnium nationum ibidèm congregati, dixerunt relationem ſic eſſe prout facta erat. Quibus relationibus ſic factis, magiſter Henricus de Piro promotor petijt per dominos deputatos ad hoc, pronunciari dictum dominum Ioannem papam ſuſpendendum fore ab adminiſtratione papatus & rerum ac iurium Romanę & vniuerſalis Eccleſię, tam in Spiritualibus quàm in temporalibus, ſibiq́ interdici eorundem adminiſtrationem. Et mandari vniuerſis & ſingulis Chriſtifidelibus, quòd de cęterò non obediant eidem, neque quicquam adminiſtrent quod pertinet ad uniuerſalem Eccleſiam. Et fuit petitum per eundem magiſtrum Henricum promotorem, an ſic placeat dominis, primò pręſidenti, & deindè deputatis quatuor nationum. Et fuit reſponſum quòd placet, per dictum dominum pręſidentem, videlicet reuerendiſſ. patrem dominum Ioannem Epiſcopum Oſtienſem cardinalem Viuarienſem, deindè per dominum Ioannem patriarcham Antiochenum pro natione Gallicana, Nicolaum archiepiſcopum Gueznenſem pro natione Germanica, Antonium archiepiſcopum Raguſinenſem pro natione Italica, & Robertum Epiſcopum Sareſbirienſem pro natione Anglicana. Quibus petitis, & reſponſionibus nomine nationum & Concilij factis, auditis & intellectis, idē dominus Ioannes patriarcha de mandato Concilij pronunciauit ſuſpendendum dominum Ioannē papam XXIII. propter eius contumaciam ab adminiſtratione bonorum Eccleſiæ vniuerſalis, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, prout & quemadmodùm in quadam papyri ſchedula, quam ibidèm de verbo ad verbum publicè alta & intelligibili voce perlegit, cuius tenor inferiùs eſt inſertus, pleniùs continetur. Qua ſchedula lecta, ſurrexit dominus Guilielmus ſancti Marci cardinalis, dicens, quòd in ſententia continetur, quòd idem Ioannes papa propter hæreſim ſuſpenderetur à papatu & adminiſtratione papali, ſuper quo dixit teſtes non depoſuiſſe, neque neceſſarium ad præſentem actum, quòd teſtes ſuper hoc fuiſſent examinati, Sed tamen vellet ſe conformare dictis & aſſertionibus maioris partis & aliorum dominorum de Concilio. Subſequenter ſurrexit magiſter Benedictus Gentiani de vniuerſitate Pariſienſi, proteſtando quatenus ſi per ſuſpenſionem ius conferendi beneficia deuolueretur ad prelatos ſiue locorum ordinarios, non conſentiret, cùm ſtudijs deberet prouideri taliter, quòd homines literati in ipſis poſſent viuere vti alij: & aliàs dixit, licèt concludendo effectiuè in modum prædictum. Et ſic auditis iſtis altercationibus verbalibus, ſententiatum & concluſum fuit per totam ſynodum, quòd ſententia ſuſpenſionis deberet habere effectum. Sed illa duo puncta, videlicet quòd per ſuſpenſionem huiuſmodi atque ſententiam non deuoluatur collatio beneficiorum ad ordinarios, & quòd articulus de hereſi tactus per Cardinalem ſancti Marci, in deliberatione reſeruetur ad alias ſeſſiones, & quouſque teſtes fuerint ſuper notorietate examinati.*

for. * decenti;

*Et ſic placuit domino pręſidenti, & deputatis quatuor nationum, & ſimiliter toti ſynodo. Super quibus petitionibus, proteſtationibus &c. idem magiſter Henricus, dominus cardinalis, & Benedictus Gentiani, petiuerunt ſibi fieri nomine Concilij & ſuo, per reuerendos patres dominos Benedictum præpoſitum Albaregalis, Iacobum Rhodini de Ianua, & Thomam Polcon protonotarios & alios notarios & tabelliones, vnum vel plura, publicum ſeu publica, inſtrumentum ſeu inſtrumenta. Præſentibus ibidèm illuſtribus principibus & magnificis viris, dominis Rompoldo duce de Zagan, Ioanne Iacobo comite Aqueſanenſi, filio marchionis Montisferrati, Ioanne comite de Friburg, Ioanne Carolo de vicecomitibus de Mediolano, domino Brunero de Scala de Verona, pincerna de Sina, magiſtro de Rhodis ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, & quàm plurium regum, Francię, Anglię, Polonię, Dacię, Noruegię, * Suecię & Cyprię ambaſiatoribus, alijsq́ Chriſtifidelibus in numero copioſo.*

for. * Suediæ

Tenor verò dictæ ſententię ſuſpenſionis papę, de qua ſuprà fit mentio, ſequitur & eſt talis.

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, Eccleſiam Catholicam repræſentans, ad extirpationem præſentis ſchiſmatis, & reformationem Eccleſiæ in capite & in mēbris faciendam, in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſis Chriſtifidelibus vnionem, pacem Eccleſię & omne bonum.

Pridem poſt clandeſtinum receſſum domini Ioannis papæ 23. ab hac ciuitate Conſtantienſi, & hoc generali Conſtantienſi concilio, vnionis & pacis Eccleſiæ perturbatiuum & impeditiuum, ipſam Eccleſiam ſcandalizantem, per nonnullos Cardinales ac prælatos & alios notabiles viros ad eum ex parte

huius

huius ſacri concilij legatos tranſmiſſos, cũdem requiri & moneri mandauimus & fecimus cum debita inſtantia, quatenùs ad hoc ſacrum concilium & ad hãc ciuitatem Conſtantienſem rediret, ea quæ pertinebãt ad extirpationem præſentis ſchiſmatis, & reformationem Eccleſię in capite & in mẽbris, impleturus & cum effectu facturus, ſicut promiſerat, vouerat, iurauerat, ac in ſuis literis ſuper conuocatione dicti concilij conceſſis, ſe facturum publicauerat: & cùm id facere nolle, facto, non redeundo, & ad loca magis longinqua fugiendo, oſtenderet, fuimus per venerabiles viros magiſtros Henricum de Piro in Decretis licentiatum, & Ioannem de Scribanis de Placentia, cauſarũ & negociorum huius ſacri concilij promotores, inſtanter requiſiti, quatenùs ipſum dominum Ioannem papam, notorium Simoniacum, notoriumq; bonorũ & rerum ac iurium Romanæ & aliarũ Eccleſiarum Dei dilapidatorem, fautorem huius peſtiferi ſchiſmatis, ac alijs criminibus grauibus Eccleſiam Dei ſcandalizantibus, nedùm infamatum, ſed illis in ſcandalum Eccleſiæ notoriè irretitum & incorrigibilem, qui ſicut præmittitur, clandeſtinè hora ſuſpecta & in habitu trãſformato, à dictis ciuitate & concilio generali fugit & receſſit, gregem Dominicum vt mercenarius deſerens, hæreſumq; extirpationem & generalem Eccleſiæ reformationẽ, cui ſe ſubmiſerat, per dictum ſacrum concilium in capite & in membris faciendam, euitare cupiens, ad redeundum, & reuertendum ad ciuitatem Conſtantienſem & hoc ſacrum generale cõcilium debitè compellere, & eum ad hoc etiàm per edictum publicum, in valuis Eccleſiarum, & aliorũ locorum (vt eſt moris) affigendum, citare & euocare perſonaliter, citationemq; ne ſuper hoc in forma iuris debita contra eum, ac eius fautores, receptatores & ſequaces, decernere & concedere, & aliâs in & ſuper præmiſſis contra eos procedere dignaremur, prout requirunt canonicę ſanctiones. Ob quam cauſam iuſtitiæ debitum exequi volentes, prout tenemur, contra eundem dominum Ioannem papam 23. & alios pręfatos citationem perſonalem decreuimus, ipſumq; & alios prædictos per edictum publicum in valuis Eccleſiarum maioris & S. Stephani ac portis dictæ ciuitatis affixum, necnon per audientiam contradictarum (vt eſt moris) ad comparendum coram nobis nona die ab executione citationis huiuſmodi computanda, citari mandauimus & fecimus, viſuros & audituros per nos ordinari, decerni & declarari, dictum iam clandeſtinum receſſum fuiſſe & eſſe Eccleſiæ Dei damnoſum, ſcãdaloſum, & opprobrioſum, ac vnionis & pacis Eccleſiæ perturbatiuũ & impeditiuum, huiuſq; nefandiſſimi ſchiſmatis nutritiuum & roboratiuum, hęreſiſq; & ſuſpicionis fidei incentiuum, & à bono vnionis & pacis Eccleſiæ præfatæ p̃miſſionibus, votis & iuramentis per ipſum dominum Ioãnem papam ſuper hoc factis deuiatiuũ: teſteſque ſuper notorietate dictorum criminum ad finẽ procedendi contra eos ſuper talibus, tanquàm ſuper notorijs, iurare viſuros, cauſaſque, cur ipſe dñs Ioannes papa ab omni adminiſtratione ſpirituali ex nũc ſuſpendi non debet, propter ipſius malam adminiſtrationẽ notoriè Simoniacam, bonorum & iurium Romanæ & aliarum Eccleſiarum dilapidationem notoriam, eius facto culpabili contingentem, ac ipſius ſuper præmiſſis incorrigibilitatẽ manifeſtã, & aliàs in & ſuper præmiſſis, & alijs Eccleſiam Dei ſcãdalizãtibus notoriè, contra eum ad eiectionem à papatu, ſeu eiectionis huiuſmodi declarationem, & alijs per p̃dictos promotores propoſitis & promouẽdis, de iure & iuſtitia reſponſuros, & aliâs in cauſa & cauſis & negocio huiuſmodi debitè proceſſuros, ac procedi viſuros, aliaſque dicturos, facturos & audituros, vt iuris fuerit & rationis, indeq; iuſtitiæ complementum ſuper pręmiſſis vſque ad diffinitiuã ſententiam recepturos, ſicut in alijs noſtris indè confectis literis & inſtrumentis, ſuper eorum executione indè receptis, latiùs continetur. Et ſubſequenter dicta die nona, quæ fuit dies lunæ decimatertia huius menſis Maij, coram nobis ſeſſionem publicam in Eccleſia maiori dictæ ciuitatis de manè celebrãtibus, comparuerunt prædicti promotores, & cõtumaciam dicti domini Ioannis papæ citati, perſonaliter non comparentis, accuſarunt, & in eius contumaciam petierunt, illum ab adminiſtratione papali propter cauſas ſuperiùs expreſſas ſuſpendi, & aliâs contra illum iuxta fines in literis dictæ citationis compræhenſos, procedi. Nos cum maturitate & manſuetudine & charitate in hac cauſa procedere intendentes, dictum dominum Ioannem papam per quatuor præſidentes quatuor nationum huius ſacri concilii generalis Conſtantienſis, videlicet Ioannem patriarcham Antiochenum, Antonium Archiepiſcopum Raguſinum, Nicolaum Archiepiſcopum Gueznenſem, & Nicolaum Epiſcopum Bathonienſem commiſſarios, & per nos ad hoc deputatos, in valuis dictæ Eccleſiæ maioris alta & intelligibili voce vocari, & proclamari trina vice fecimus ad cautelam protonotariis ſedis Apoſtolicæ & aliis notariis publicis cum eiſdem ad id rogatis, ibidèm vnà cum populi multitudine præſentibus. Et tandèm facta nobis ilicò ſuper hoc relatione per commiſſarios præfatos, quòd idem dominus Ioannes papa ſic citatus, vocatus & proclamatus minimè comparebat, adhuc ipſum de

benignitate Eccleſiæ ſolita vſque ad ſeſſionem diei præſentis io dicta Eccleſia maiori per nos celebrandam, expectandum decreuimus, vt in proceſſu dictæ cauſæ & inſtrumentis indè receptis, latiùs nnſcitur contineri. Cùm aotem boc die præſenti, quæ eſt decimaquarta buius menſis Maij, comparuerint coram oobis dicti promotores, petentes per nos prnnunciari, decerni, & declarari, eundem dominom Ioãnem papam propter malam adminiſtratinnem eius notoriè Simnniacam, bonnrumque & iorium Romanę & aliarum Eccleſiarum dilapidatinnem ootoriam, facto & culpa ipſius domini Ioanois papæ cootingentem, Deique Eccleſiam ſcandalizantem, ab omni adminiſtratione papali & ſpiritoali & tẽporali ante nĩa ſuſpendi, & vlteriùs crimina præfata cõtra eum per dictos promotores propoſita, fuiſſe & eſſe notoria, & in illis tanquàm ſuper notorijs contra eum ſnre procedendum, etiàm per nos prnnunciari, decerni, & declarari, & aliàs contra eum procedi, vt iuris eſt, & aliàs peritum fuit: nos debitum iuſtitiæ exequi, & indemnitati Eccleſiæ ac periculis animarum, quãtùm cum Deo poſſumus, obuiare volentes, præfatum dominum Ioannem papam ex ſuperabundanti, iteratò io valuis maioris dictę Eccleſiæ alta & iotelligibili voce ter vocari & ꝑclamari fecimus per Franciſcum Florentinum, & Lucidom de Comite cardioales, & alios commiſſarios prælibatos, vt eſt moris. Et deindè facta nobis relatione per eos, ꝙ noo comparebat, deceroentes eundem fore contumacem, ad noſtram ordinationem ſuper præmiſſis hincindè ꝓpoſitis & petiois, procedendum doximus in bunc modum:

In nomine sanctæ at inoividvæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritusſancti, Amen.

Quia oobis legitimè cooſtat, dominum Ioanoem papã XXIII. à tempore quo fuit aſſumptus ad papatum vſque nonc, papatũ ipſum & politiam Eccleſiæ, in ſcandalum notorium ipſius & Eccleſiæ, malè adminiſtrâſſe, rexiſſe, & gubernaſſe, vitaque ſua damnabili, eiusque nefandis moribus, populis exẽplum vitæ malæ præbuiſſe & præbere, & inſupèr Eccleſias cathedrales, Monaſteria, Prioratus conuenmales & cætera beneficia Eccleſiaſtica precio appreciato Simnniacè notoriè diſtribuiſſe, bonaque & iura Romanæ & aliarum Eccleſiarum plurium notoriè dilapidaſſe, quodque charitatiuè mnnitus, à præmiſſis deſiſtere noluit ſed continuè perſeuerauit & præſeoerat, Eccleſiam Dei in præmiſſis notoriè ſcandalizandn: ea propter per hanc ooſtram ſententiam pronunciamos, & decernimus, & declaramus, dictum dominum Ioannem papam ab omoi adminiſtratione papali, ſpirituali & temporali, cauſis præmiſſis fore ſuſpendendum, & ſuſpendimus; eique adminiſtrationem ipſam interdicimus in his ſcriptis, criminaq; præmiſſa cõtra eum ſuper mala adminiſtratione Simoniaca & dilapidatione notoria ac eius mala vita Eccleſiam ipſam ſcandalizante (ptout præmittitur) propoſita, notoria exiſtere, ac de & ſuper eis tanquàm de & ſuper notorijs procedendum fore, & procedi debere ad finem eijcieodi eum à papatu, prout iuris fuerit, declaramus. Quocirca vos & quemlibet veſtrûm io Domino exhortamur, vobiſque & veſtrûm cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub pœna fautoriæ dicti ſchiſmatis tenore præſentium diſtrictè inhibemus, nè vns ſeu aliquis veſtrûm cuiuſcunque cnnditioois, ſtatûs, gradûs, ſeu dignitatis, etiàm ſi regalis, cardinalaiûs, patriarchalis, Archiepiſcopalis, Epiſcopalis ſeu alterius cuiuſcunque eccleſiaſticæ vel ſecularis exiſtat, dicto domion Inanni papæ ab nmni adminiſtratiõe papalis per nos (vt præmittitur) iuſtè ſuſpenſn, contra dictam noſtram ſuſpenſinnis ſeotentiam de cæterò directè vel indirectè nbediat, pareat, intendat, aut de bonis, rebus, iuribus ſeu alijs emolumentis Romanæ Eccleſiæ ex quacunque cauſa debitis, & ad eum ac papatũ pertinentibus & ſpectantibus quouis modo reſpondeat, decerneotes ex nuoc contra facieotes ſcienter contrariom, tanquàm cnntra fautores dicti ſchiſmatis, eiusque domini Ioannis papæ fautores & ſequaces, ad pœnas iuris & alias (vt fuerit rationis) authoritate ſanctæ ſyoodi fore procedendom, necnon irritum & inane, quicqoid à quoquam quauis authoritate ſcienter vel ignoranter in contrarium coontigerit atteotari. Datum Conſtantiæ prouinciæ Moguntinenſis, in ſeſſinne publica in Eccleſia mainri ſolenniter celebrata die Martis decimaquarta menſis Maii, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo decimoquinto, indictione octaua, pontificatûs præfati domini papæ vigeſimitertii anno quinto,

SESSIO XI.

Die Sabbati vigeſimaquinta mẽſis Maii ſupradicti, fuit tẽta ſeſſio generalis in Eccleſia mainri Cõſtantieoſi ſupradicta, in qua præſidebat Reuerẽdiſſimus pater dominus Inãnes epiſcopus Oſtienſis, & erat ibidèm præſens ſereniſſimus princeps dominos Sigiſmundus Romanorũ & Hungariæ rex, in inſigniis regalibus cũ nobilib9 ſuis ſibi miniſtrãubus, *cui adſtabant inter cardinales dominus Angelus epiſcop9 Praneſtin9, Laudẽſis vulgariter dictus, et Iordan9 Albanẽſis de Vrſinis cardinalis. Pręſentibusq; alijs dñis cardinalibus, videlicet Frãciſco Venetiarũ, An-*

tonio

tonio Aquilegienſi, Alamanno Piſano, Petro Cameracẽſi, Branda Placẽtino, Antonio de Salũcho presbyteris, Amadoo Salutiarũ, Raymaldo de Branckaſijs, Ludouico de Fliſco, Landulpho Barenſi, Lucido de Comite, et Franciſco Florentinenſi, et Odone de Columna diaconis cardinalibus. In qua quidẽ ſeſſione fuit cãtata Miſſa de Spiritusſancto per reuerendum patrem dominum Epiſcopum Attrebatenſem. Qua cantata, fuerũt lectæ litanię more ſolito cũ introitu, Exaudi nos Dñe, & collectis ac Euangelio et hymno, Veni creator Spiritus, & alijs ad hoc requiſitis. Quibus factis, cantatis, & dictis, honorabilis vir Magiſter Henricus de Piro, promotor et procurtor cauſarũ et negociorũ Cõcilij, ſurrexit & propoſuit, quòd pro parte ſanctæ ſynodi Cõſtantienſis præſentis, fuiſſent dati certi articuli, formati pro inquiſitione facienda contra dominum Ioãnem papam vigeſimumtertium, ſuper notoria dilapidatione & mala adminiſtratione, fautoria ſchiſmatis, crimineq́, hæreſis, vita ſcandaloſa & incorrigibilitate ipſius Ioannis, in bonis Eccleſiæ et ſtatu papali per ipſum Ioannẽ factis, habitis et perpetratis, dictosq́, poſitiones et articulos fore probatos ꝑ plures & diuerſos notabiles teſtes, quorum aliqui cardinales aliqui archiepiſcopi, aliqui epiſcopi, et per alios magnos viros. Quapropter dictos articulos et eorũ atteſtationes in ſumma per dominos commiſſarios pronunciari, legi & referri Concilio petijt.*

Ipſiq́, Ioanni cũ hoc ſtatui terminũ condecẽtem ad audientiã diffinitiuam per ſanctã ſynodum, & ſuper hoc aliquos deputari, qui ipſum ad hoc requirant, inſtanter poſtulauit. Et alias dixit, fecit & proteſtatus fuit, prout & quemadmodùm in quadã petitionũ papyri ſchedula, cuius tenor inferiùs eſt inſertus, pleniùs continetur & habetur. Qua petitione facta, aſcenderũt ambonem domini cõmiſſarij, videlicet dominus Iordanus de Vrſinis cardinalis prædictus, abſente Guilielmo ſancti Marci cardinale propter eius infirmitatem, Andreas electus Poznanienſis, & Bartholdus de Vuildungen auditor, dominus Bartholomæus archiepiſcopus Mediolanenſis, Ioannes de Bononia de commiſſarijs.

•Amedeo

In qua quidem ſeſſione, fuit cãtata Miſſa de Spiritusſancto, per reuerendum patrem dominum epiſcopum Attrebatẽſem. Qua cantata, legebantur litaniæ, & alia in ſeſſionibus fieri conſueta. His autem peractis, dominus Andreas electus Poznanienſis, legebat articuloa formatos contra dictum Ioannem papam, & * Bartholdus * Vuildingenenſis auditor, in ſumma dixit & declarauit, ſi articulus erat probatus, exponens per 101 teſtes cum eorum quantitate, qualitate & dignitate: quibus articulis & ſummario atteſtationum expoſitis, fuit ad inſtantiam promotoris commiſſum deputatis, ad portandum dictos articulos Papæ & ſummaria ad reſpondendú eiſdẽ, & eundem vlteriùs citandum ad audiendam ſententiam ad proximam ſeſſionem, *pro die Lunæ proximè futura, prout in ſchedula quam reuerendiſſimus pater dominus Ioãnes patriarcha Antiochenus de verbo ad verbum legebat, infraſcripti tenoris, quibus articulis, ſummariè ac commiſsione lectis,*

Poſt hæc autem fuit petitum per procuratorẽ Concilij, an placeret omnibus, quòd fieret proceſſus iuxta per eum petita. Et primò dominus Ioannes epiſcopus Oſtiẽſis, reſpondit pro collegio & ſeipſo, quòd placeret: Subſequenter exiſtentes in ambone, videlicet Archiepiſcopus Mediolanenſis pro natione Italica, Andreas Poznanienſia electus pro natione Germanica, abbas S. Lupi pro natione Gallicana, Thomas Poltenſis protonotarius pro natione Anglicana, reſponderũt, Placet: & vlteriùs per totius ſynodi ſuppoſita reſpõſum fuit, Placet.

Super quibus omnibus & ſingulis magiſter Hẽricus de Piro ꝓmotor, petijt ſibi fieri publicũ inſtrumentũ ſeu publica inſtrumẽta, per protonotarios & notarios ſynodi & nationum, & alios notarios & tabelliones ibidẽ exiſtẽtes. His expeditis, dñs Benedictus Gentiani ambaſiator ſtudij Pariſienſis, recomãdauit vniuerſitatem Concilio, & oſtendebat certam literam miſſiuã directã ſynodo, quam de mandato Cõcilij legebat in ambone, præſentibus ibidẽ venerabili & religioſo viro dño Philiberto magno magiſtro de Rhodis, Henrico Rõpoli duce de Zagã, Ioanne Iacobo comite Aquæſanẽſi, filio marchionis Montiferrati, Guntero comite de Zuartzburg, Comite de Dochẽburg, Frederico duce Auſtriæ, comite Bertholdo de Vrſinis, Ioanne comite de Fribur, ambaſiatoribus Franciæ, Poloniæ, Noruegiæ, Daciæ, Sueciæ, Cypriæ, Nauarræ regum alijsq́, in numero copioſo.*

for. •Suedix

Tenores petitionum, articulorum, commiſſionum ac literæ miſſiuæ, de quibus ſuprà fit mentio, ſequuntur & ſunt tales:

Coram vobis ſancta ſynodo Conſtãtienſi vniuerſalem Eccleſiam repræſentante, hic in Spiritusſancto legitimè congregata, Henricus de Piro licẽtiatus in decretis, & Ioãnes de Scribanis de Placẽtia, promotores & ꝓcuratores huius eiuſdem ſanctæ ſynodi, dant & exhibent capitula, poſitiones & articulos infraſcriptos, ad quos probandum ſe admitti petunt, citra onus ſuperflua probationis:

Inprimìs denunciãt, dicũt, afferunt, ponunt, & ſi neceſſè fuerit, probare intendunt, quòd dominus papa vigeſimuſtertius, à tẽpore iuuentutis ſuæ, ſeu dũ Balthazar de Coſſa appellabatur fuit homo malę indolis, inuerecũdus, impudicus, mẽdax, parentibus ſuis rebellis & inobediens; pleriſq́, vitijs deditus, ac talis & pro tali fuit cõmuniter dictus, tẽtus, creditus & reputatus ab omnibus ipſius notitiã habentibus. Et adhuc dicitur, tenetur, creditur & reputatur pro tali & vt talis: ac fuit & eſt de præmiſſis manifeſtè ac palàm, publicè & notoriè diffamatus:

Primus

Primus articulus probatur verus et notori⁹ per duos Cardinales, per vnũ protonotariũ, per duos auditores, per vnũ clericum cameræ, per vnum Licentiatũ in decretis, per vnum Archiepiſcopum, per vnũ ſcriptorem & abbreuiatorem, & per vnũ procuratorem vnius magni ordinis, per vnũ canonicum vnius magnę Eccleſię metropolitanæ, per vnum Epiſcopum & per multos alios notabiles viros de auditu, publica voce & fama.

Itẽ quòd dictus dominus Ioannes papa, tunc Balthazar appellatus, per huiuſmodi illicitum quæſtum & Simoniacam prauitatẽ, et procurationibus & mediationibus Simoniacis & alijs medijs illicitis, in paucis tẽporibus acquiſiuit et congregauit multã iniquitatis mammonam, copioſumq́ pecunię theſaurũ, propter quòd extũc diuitis nomen & ſtatũ aſſumpſit, & ędificia ſibi procurauit. Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium, ſicq́, vt præmittitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum communiter ab omnibus ipſius notitiam habentibus: & adhuc dicitur, tenetur, creditur & reputatur, et fuit et eſt de præmiſſis diffamatus manifeſtè, publicè, palàm, & notoriè.

Secundus articulus probatur per duos cardinales de notorietate & veritate, & p alios duos cardinales, de auditu, publica voce & fama: per vnum archiepiſcopum, per vnũ Epiſcopũ, per duos auditores de veritate & notorietate, & quàm plures alios notabiles viros, & omni exceptione maiores, de publica voce & fama.

Item quòd deindè præfatus dominus Ioãnes papa, tunc Balthazar nuncupatus, mediante huiuſmodi Simoniaca et dãnata pecunia, promot⁹ fuit ad cardinalatũ, pro quo ſoluit magnam pecuniarum ſummam: & appellatus fuit dominus Balthazar cardinalis ſancti Euſtachij. Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium, ac de ipſis omnibus idem dominus fuit & eſt diffamatus palàm, publicè &c.

Tertius articulus probatur per vnũ cardinalẽ, quòd publicè & notoriè hoc tenebatur in curia Romana, per vnum Cardinalẽ probatur de veritate, et per alium cardinalem publicè diffamatũ & notorium, per vnũ archiepiſcopum de veritate. Similiter per vnũ procuratorem vnius magni ordinis, et per plures alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd poſtquàm dictus dominus Balthazar, tunc Cardinalis ſancti Euſtachij appellatus, ciuitatem Bononiẽſem vt legatus fuiſſet ingreſſus, vijs tyrannicis quærens terras Eccleſiæ, et ciues & habitatores earũ modo inhumano, impiè, iniquè, & crudeliter rexit & gubernauit, & à Chriſtiana pietate & iuſtitia diuina humanaq́, totaliter alienus, diuerſas datias, gabellas, exactiones, extorſiones et onera inſupportabilia eis impoſuit, & aliarũ exactionũ & onerum alias inauditorum, fuit inuentor. Et tam per illos modos conſimiles & exactiones nimiũ oneroſas per tyrannidẽ, & de facto taliter ſubditos oppreſſit, quòd dictos ciuitatẽ, comitatum, et terras Eccleſiæ ac ciues depauperauit, deuaſtauit & depopulauit, ità quòd tẽpore ſui regiminis, mala, tyrannica, & violẽta ſua gubernatione cauſantibus, multi fuerunt profugi, multi exules, banniti & exhæredati, depauperati, & deperditi. Et ità vt prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum et reputatum, & cõmuniter ab omnibus diuulgatũ: & adhuc dicitur, creditur & reputatur, ac fuit & eſt verũ. Ipſeq́ dominus Ioãnes de pręmiſſis omnibus fuit et eſt grauiter diffamatus, palàm, publicè & notoriè.

Quartus articulus probatur verus per vnum Archiepiſcopum, per vnũ protonotarium, per duos Epiſcopos verus & notorius, p duos auditores verus et notorius. Similiter per vnum ſcriptorem literarum Apoſtolicarum, & per multos alios de auditu, publica voce & communi reputatione.

Item quòd dictus dominus Ioannes tunc Balthazar appellatus, tantũ practicare ſciuit, quòd in Romanũ pontificẽ electus extitit, & ſe Ioannem vigeſimumtertiũ appellauit, & nominari ſe fecit. Et dum crederetur mutatione nominis homo de vitijs ad virtutes mutatus, fuit fallax opinio. Quinimmò contra ſanctorum patrũ decreta, & contra laudabiles Romanæ Eccleſiæ cõſuetudines veniendo, velut paganus diuina officia contẽpſit: Officiũ paſtorale nõ debitè in diuinorũ adminiſtratione exercuit: Miſſis et veſperis papalibus intereſſe non curauit: horas canonicas dicere, ieiunia, abſtinentias, cæremonias, et alia canonica inſtituta, ad q̃ homines Chriſtiani, & præſertim clerici & Eccleſiaſtici, adſtringuntur, iuxta formam Eccleſię ſeruare ſpreuit. Et ſi aliquotiès celebrauit, hoc fuit currẽter more venatorum & armigerorũ: & plùs, nè culparetur totaliter de hæreſi, & nè expelleretur de papatu, quàm deuotionis vel charitatis cauſa. Sicq́, vt prædicitur, fuit dictũ, tentũ, creditũ & reputatũ: diciturq́, tenetur, creditur, & reputatur, atq; de eis fuit et eſt publica vox et fama.

Quintus articulus probatur p duos cardinales verus: quo ad ſecundã partem, probatur verus & notorius. Et per vnũ archiepiſcopũ, per vnũ procuratorẽ vnius magni ordinis. per vnũ licentiatũ in decretis, & per multos alios de auditu, publica voce & fama & notorietate.

Item quòd dictus dominus Ioãnes papa fuit & eſt pauperũ oppreſſor, iuſtitiæ perſequutor, iniquorum columna, Simoniacorum ſtatua, carnis cultor, vitiorũ fæx, à virtutibus peregrinus, cõſiſtoria publica fugiẽs, ac totus ſomno et alijs carnalibus deditus deſiderijs, vitę & moribus Chriſti totus contrarius, infamiæ ſpeculũ, & omnium malitiarũ profundus adinuentor: adeò & intantùm Eccleſiam Chriſti ſcandalizans, quòd inter Chriſti fideles vitam & mores ſuos cognoſcentes, vulgariter dicitur diabolus incarnatus.

Sextus articulus probatur per vnũ archiepiſcopũ de veritate. Similiter per vnum epiſcopũ per duos auditores, per vnũ magnum procuratorem & vnum magnũ priorem, per vnũ ſcriptorẽ & abbreuiatorem literarũ Apoſtolicarum

Digitized by Google

rum de veritate & notorietate, per vnum licentiatum in decretis, per vnum procuratorem in Romana curia, & per multos alios de auditu, publica voce & fama & notorietate.

Item quòd dictus dominus Ioannes papa vas omnium peccatorum, repulſis dignis, pro pecunijs indignos ad officia & beneficia promouit, dans gratias non gratis. Beneficia vacantia, prælaturas & dignitates Eccleſiaſticas non magis meritis, ſed plus offerenti poſt venditionem expoſitam contulit, & conferri mandauit: literaſq́; bullatas per mercatorum & nummulariorum manus, vt de mercibus mercari ſolitum eſt, vendidit atque vendi iuſſit & mandauit. Sicq́; vt prędicitur, fuit dictum, ſentum, habitum & reputatum: atq; fuit & eſt verum, publicum & notorium.

Septimus articulus probatur per duos cardinales de veritate & notorietate, & ſimiliter per tres epiſcopos, per vnum auditorē, per vnum magnum procuratorem, per vnum clericum camerę. Item de veritate probatur per vnum ſcriptorem literarum Apoſtolicarum, per vnum licentiatū in decretis, per vnum procuratorem in Romana curia, per vnum magnum procuratorem vnius magni ordinis, & per quàm plures alios de publica voce & fama, & ſimiliter notorietate & communi reputatione.

Item quòd per pręmiſſa in clero & in populo totaq́; vniuerſali Eccleſia, graue ſcandalum, grauisq́; domini Ioannis papæ & curię Romanę infamia, exortum fuit & ſuſcitatum, atque exorta & ſuſcitata.

Octauus articulus probatur per vnum cardinalem de veritate & notorietate, & per vnum magnum magiſtrum, & etiàm vnum magnum Priorem.

Item quòd propter hęc & alia Reuerendiſſimi patres & domini ſanctę Romanę Eccleſię, Cardinales, dictum dominum Ioannem papam vigeſimumtertium, anno primo pontificatus ſui, inter ſe & ipſum ſolum fraternaliter diuerſis vicibus corripuerunt, ipſumq́; precibus humilibus & deuotis atque ſalutaribus monitis cum inſtantia requiſierunt, nè Romanam & vniuerſalem Eccleſiam per huiuſmoni ſpiritualium merces & venditiones ſcandalizaret, & ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium.

Nonus articulus probatur per quinq; cardinales de veritate, per vnum Archiepiſcopum, et per multos alios de auditu, publica voce & fama à cardinalibus.

Item quòd dictus dominus Ioannes papa ob pręmiſſam fraternam monitionem, animum in aliqua non mutans, auaritię cęcitate infectus, expoſt continuè priſtina Simoniarū mercimonia continuans, peiora prioribus perpetrauit: & vbi prius ſub typo iuſtitię, non niſi ſuis familiaribus commenſalibus datam coronationis ſuę in expectatiuis gratijs dare conſixit, poſteà poſt ſugam ab vrbe Romana, cuilibet indifferenter pro certa florenorum ſumma, videlicet pro vigintiquinque florenis auri de camera, dicta coronationis data publicę venditioni exponebatur, in ſcādalum ſedis Apoſtolicę & totius fidei Chriſtianę. Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium.

Decimus articulus probatur per vnum Archiepiſcopum, per duos epiſcopos, per vnum protonotarium; per vnum auditorem, per vnum magnum procuratorem, per vnum magnū Priorem, per vnum decretorum doctorem & magnū officiarium in curia, & per vnum præceptorem & decretorum doctorem, & per multos alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd dictus dominus Ioannes papa in vitijs inualeſcens fortiùs, & non ſe corrigens, certos referendarios & cubicularios ac ſecretarios creauit, fecit & ordinauit mediatores, proxenetas ac procuratores pinguium & groſſarum Simoniarū Eccleſiarum cathedralium, abbatiarum, monaſteriorum, prioratuum & beneficiorum vacantium reſeruatorum. Quodq́; ſubindè mediorum fructuū nondum natorum vel perceptorum, antę ſupplicationem uel ſaltem recuperationem literarum Apoſtolicarum, impetrantem ſoluere oportuit certam ſummam ex pacto. Et niſi impetrans mox ſoluiſſet, redijt vacuus abſque cuiuſuis onere prouiſionis. Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium.

Vndecimus articulus probatur per vnum cardinalem de veritate, & per vnum alium cardinalem de veritate & notorietate, & per vnum Archiepiſcopum, & vnū Epiſcopum, et per duos auditores de veritate, & notorietate, & per vnū ſecretariū papę de veritate, ſimiliter & per duos literarum Apoſtolicarum ſcriptores, & per vnū procuratorē in curia, & per vnum magnum præpoſitum, & ſimiliter magnum procuratorē vnius magni ordinis, & per multos alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd idem dominus Ioannes papa regiſtratoribus literarum Apoſtolicarum per expreſſum inhibuit, ne cuiquam ſumptum ex regiſtris literarum Apoſtolicarum traderent, niſi prius & ante omnia pecuniam promiſſam ſolutā fore probaretur: propter quod multos litigantes, qui tantam ſummam ſoluere non potuerunt, in clara ſua iuſtitia ob probationis defectum ſuccumbere oportuit. Sicq́; auaritia & malitia dicti Ioannis papę cauſantibus, iniquitas ęquitati pręualuit, & beneficia poſſeſſa fuerunt abſque canonico titulo contra canonicas ſanctiones palàm, publicè ac manifeſtè.

Duodecimus articulus probatur per duos auditores, per vnum literarum Apoſtolicarum ſcriptorem, per vnum magnum procuratorem ordinis, & per unum procuratorem in curia Romana, & per vnum notabilem præpoſitum & multos alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd dictus Ioannes papa vltra in ſuprà proximo articulo nominatos, certos in Romana curia deputauit mercatores, qui beneficia vacantia curię pluribus diebus ad libram ponderarent, & plus offerentes ſupplicationem reciperent, & ſignari facerēt, in dedecus ſedis Apoſtolicę & perditionem

ditionem animarum multarum. Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium.

Tertiuſdecimus articulus probatur per vnum protonotarium, duos epiſcopos, & per vnum literarum Apoſtolicarum ſcriptorem, & per multos alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd ſupradictus dominus Ioannes papa, ne aliqua ſupplicatio abſque Simonia & ſolutione ſignaretur, omnibus & ſingulis referendarijs iniunxit, vt nullus ſibi ſupplicationem aliquã ſignandam præſentaret, niſi nomine referendarij eam præſentantis ſignata eſſet. Quodq́; nullus quamcunque ſupplicationem de vacantijs ſignari obtineret, niſi valorem totius vel mediæ ſummæ in ſupplicatione priùs realiter recepiſſet, & ipſi papæ reſponderet & traderet. Alioquin talis referendarius haberet tantundẽ ſoluere de bono ſuo proprio, in pœnam tranſgreſſionis huiuſmodi prętenſi mandati Apoſtolici: & ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium.

Quartuſdecimus articulus probatur per vnum protonotarium, per vnum Epiſcopum, per vnum auditorem, per vnum magnũ Priorem, per vnum literarum Apoſtolicarum ſcriptorem, & quàm plures alios de auditu à referendarijs: ac etiàm alios epiſcopos & auditores de veritate & notorietate, publica voce & fama, &c.

Item quòd dictus dominus Ioannes papa vltra præmiſſa, ſæpè & ſæpiùs cõtra Deum & propriã conſcientiam ſuam ementibus pleriſq; bullas ſuas vendidit. In quibus ſcripſit beneficia obtinẽtes & officia, ea in ſuis manibus reſignaſſe, & tunc ſe per huiuſmodi confictam & mendoſam reſignationẽ, quæ numquàm accidit, contulit vel conferri mandauit pro pecuniarum certa concordata quantitate, multos ſic funditùs vſque ad mendacitatem depauperando, palàm, publicè & notoriè.

Quintuſdecimus articulus probatur per duos Cardinales de veritate & notorietate, per vnum Epiſcopum, per duos auditores, per vnum clericum cameræ, per vnum ſecretarium papæ, & per vnum procuratorem vnius ordinis, per multos alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd per hoc dabatur occaſio multa beneficia emendi, conſcientiam laxandi, & temeritas timorem DEI poſtponendi: deueniteq; res ad tantum, ut qui maiorem ſummã in ſupplicatione expreſſit & exoluit, ſignaturam abſque difficultate obtinuit. Idem de Sacramentis, indulgentijs, diſpenſationibus & alijs Eccleſiaſticis & ſpiritualibus donis. Sicq́;, vt prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum: diciturq́;, tenetur, creditur & reputatur palàm, publicè & notoriè.

Sextuſdecimus articulus probatur per vnum Cardinalem de veritate, per duos auditores, per vnum magnum præpoſitum, per vnum licentiatum in decretis, per vnum archiepiſcopũ & vnũ magnum procuratorem vnius ordinis, per vnum præceptorem decretorum doctorem, per vnum epiſcopum, & per plures alios de publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd dictus Ioannes papa vnum & idem beneficium ſepiùs pluribus diuerſiſq; perſonis, uel etiàm vni & eidem repetitis vicibus vendidit, & plerunque vni venditum, per anticipationem antedvti alteri ementi conferebat. Et ſimiliter de gratijs expectatiuis, declarationibus & ſurrogationibus per impoſitionem ſilentiorum, ius iã quæſitum abſorbuit. Per quæ quaſi tota Eccleſia eſt labe Simoniaca deturpata, indignis repleta, tam in ſuperioribus quàm in inferioribus prælatis: omniq; gradu Eccleſiaſtico laceſſita, & per conſequens quaſi irrecuperabiliter ſcandalizata.

Decimuſſeptimus articulus probatur per teſtes ſuperiùs nominatos & quàm plures alios.

Item quòd dictus Ioannes papa canonicè electos idoneos, vſque ad ſaturitatem appetitus ſui ſoluere non uolentes, confirmare recuſauit. Quodq́; indignos & minus idoneos, ad ſummas deſideratas aſcendentes, ſcandaloſè duxit promouendos & promouit. pleroſq; etiam inuitos de ſuis Eccleſijs tranſtulit, ut uiduatas cariùs vendere poſſet, in dedecus & ſcandalum Chriſtifidelium plurimorum, palàm, manifeſtè &c.

Decimuſoctauus articulus probatur per teſtes iam nominatos, & quàm plures alios.

Item quòd deindè dominus Ioannes papa prædictus, Concilio Piſano adſtrictus pro reformatione Eccleſiæ in capite & in membris, in vrbe Romana Concilium generale cõuocauit, & ibi in pluribus ſermonibus etiam ante & poſt publicè correptus & monitus, minimè ſe emendauit. Quinimmò temporis ſucceſſu continuè diabolico inſtinctu incorrigibilis, peiora prioribus perpetrauit, & ſic fuit & eſt verum &c.

Decimuſnonus articulus probatur per tres cardinales, per duos auditores, per vnum ſecretarium papæ, per vnum Archiepiſcopum, per vnum licẽtiatum in decretis, per duos epiſcopos, per vnum procuratorem vnius ordinis, & per vnum procuratorem in curia, & per alios de auditu, publica voce & fama, & communi reputatione.

Item quòd dictus papa Ioannes indulgentias in mortis articulo, prædicationem crucis, item à pœna & culpa abſolutiones, Eccleſiarum & altariũ portatilium conceſſiones, & per Epiſcoporum cõſecrationes, & Abbatum benedictiones, reliquias ſanctorum, ordines ſacros, poteſtatem in confeſſionibus abſoluendi à peccatis actiuſq; qui per ſolas Spiritusſancti operationes ad gratiam miniſtrari debeant, pecunia vendidit numerata: per quæ de nouo Eccleſia ſancta DEI in perſonam dicti domini Ioannis papæ grauiter diffamata fuit & notoriè ſcandalizata.

Vigeſimus articulus probatur per vnũ cardinalem, per vnum Archiepiſcopum, per duos epiſcopos, & duos auditores, per vnum licentiatum in decretis, per vnum procuratorem in curia, & per plures alios de auditu, publica voce & fama atque communi reputatione.

Item quòd anno Domini milleſimo quadringẽteſimo duodecimo, & de menſe Auguſti eiuſdem anni, quidam Nicolaus de Piſtorio mercator Florentinenſis, & dicti domini Ioannis papæ aſſertus

ſecreta-

Digitized by Google

ſecretarius, laicus coniugatus, nuncius & legatus Apoſtolicus per dictum dominum Ioannem Papam tunc deputatus, venit ad partes Brabantiæ, habens ab eodem domino Papa poteſtatem exigẽdi & percipiendi quoddam ſubſidium, quod fuit decima pars fructuum omnium beneficiorum in Cameracenſi, Tornacenſi, Leodienſi & Traiectẽſi, ciuitatibus & diœceſibus. Quodq́; non ſoluentes excommunicare poſſet per certum ad hoc deputatum vel deputandum ſubdelegatum, ac ſuſpenſionem in collegia, conuentus & capitula, interdictiq́; ſui ſententias in eorum Eccleſias, qui ſibi huiuſmodi fructuum pecunias non traderent: per quod Eccleſiaſtica cenſura ad ludibrium & deriſum, & tota ſeptentrionalis Eccleſia grauiter fuit & eſt enormiter ſcandalizata.

Vigeſimusprimus articulus probatur per vnũ Cardinalem, per tres Epiſcopos, vnum auditorem, vnum procuratorem in curia, & per alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd dictus dominus Ioannes Papa ſupradicto Nicolao mercatore, vt præfertur, in legatione exiſtente, conceſſit, indulſit & commiſit, vt idem Nicolaus quibuſcunque hominibus vtriuſque ſexus ad ſua libitum voluntatis deputare poſſet confeſſores. Et quòd huiuſmodi confeſſores deputati, abſoluere poſſent à pœna & à culpa, certis tamen pecunijs taxatis mediantibus. Quas quidem prætenſas indulgentias idem mercator publicauit, & publicari fecit in certis locis, ciuitatibus & villis, vtpotè Traiecti, Mechliniæ, Antuerpia & alibì, de quibus maximas pecuniarum ſummas exhauſit & extorſit, Chriſtifideles ſeducendo, ac ſtatum & vitam totius Eccleſiæ Catholicæ enormiter ſcandalizando.

Vigeſimusſecundus articulus probatur per duos Epiſcopos, per vnum auditorem, & vnum procuratorem in curia Romana, & per plures alios de auditu, publica voci & fama & communi reputatione.

Item quòd præmiſſa omnia & ſingula fuerunt & ſunt vera, publica & notoria, atque pro veris publicis & notorijs apud clerum & populum ciuitatum & diœceſion prædictarum, cunctosq́; Chriſtifideles ibidèm aſſerta, credita, dicta, viſa, audita, palpata, & vt talia habita & reputata. Atque de ipſis & eorũ quolibet fuit & eſt publica vox & fama, fuitq́; de præmiſſis omnibus & ſingulis dictus dominus Ioannes publicè diffamatus.

Vigeſimustertius articulus refert ſe ad depoſita per eos.

Item quòd de anno Domini milleſimo quadringẽteſimo duodecimo, pontificis dicti domini Ioannis Papæ anno tertio, nonnulli ambaſiatores tam ex parte illuſtris regis Francorum & prælatorum regni Franciæ, quàm ex parte almæ Vniuerſitatis ſtudij Pariſienſis, Romæ apud ſanctum Petrum in palatio Apoſtolico & in camera magna paramentorum, & multitudine cleri & nobilium ibidèm in publica audientia congregata, dicto domino Ioãni Papæ vigeſimotertio diffamatam Simoniam, malamq́; vitam, malamq́; ſuam famam per totum * vniuerſum orbem diuulgatas expoſuerunt, aſſerentes ob id mirabiliter ſcandalizatam, * monentes ſæpè & ſæpius charitatiuè & requirentes eundem Papam Ioannem, quatenùs à Simoniæ mercibus ceſſaret, atque fructus anteſiendo, gratias & ſignaturas, & antequàm beneficiandus percepiſſet eoſdem, cameræ Apoſtolicæ ſoluendos & dandos, tolleret & reſecaret, ſeq́; in vita & moribus emendaret, cum frequenti inſtantia fuerunt exhortati. Sicq́; fuit & eſt verum, publicum &c.*

for. * Eccleſiam,

*Vigeſimusquartus articulus probatur per quinque cardinales, quatuor Epiſcopos, tres auditores, per vnum ſecretarium Papæ, per vnum clericum cameræ, per vnum licentiatum in decretis, per vnum procuratorem vnius * ordinis, & per vnum protonotarium, & quàm plures alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.*

Item quòd dictus dominus Ioannes Papa, vigeſimustertius à ſupradictis & nõnullis alijs prælatis & ambaſiatoribus, tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, quàm etiam doctoribus & magiſtris vniuerſitatum, humili & deuota monitione correptus, à criminibus prædictis & à ſcandalis prædictis non ceſſauit, immò continuauit mala prioribus accumulando. Et ſic fuit & eſt verum, publicum &c.

Vigeſimusquintus articulus probatur per quatuor Cardinales, per quatuor Epiſcopos, tres auditores, vnum epiſcopum, & vnum magnum Priorem, per vnum ſecretarium Papæ, per vnum clericum cameræ, per vnum protonotariũ, & quàm plures alios de fama & credulitate.

Item quòd idem dominus Ioannes vigeſimustertius fuit & eſt de præmiſſis omnibus & ſingulis publicè & notoriè per mundum & cuncta Chriſtianitatum regna, taliter diffamatus & promulgatus: atque pro tali & vt talis, in Romana curia & extra, vbicunquè ipſius notitia habetur, habitus, tentus, nominatus & reputatus: atque tenetur, habetur & reputatur pro tali & vt talis, palàm & publicè.

Vigeſimusſextus articulus probatur per teſtes proximè nominatos.

Item denunciant, ponunt & probare intendunt, quòd ſupradictus dominus Ioannes Papa bona temporalia Eccleſiæ Romanæ, vrbem videlicet Romanam & patrimonium Eccleſiæ in Italia, peſſimè & ſcandaloſè rexit. oppreſſiones, angarias & gabellas, vt theſaurizaret, adauxit, & aliquas de nouo adinuenit. Totamq́; ſubditorum ſubſtantiam, quantùm in eo fuit, exhauſit, & ſibi imburſauit. Ipſosq́; Eccleſiæ ſubditos depauperauit, turpia lucra vndiquè ſcandaloſè recolligens. pluresq́; terras Romanæ Eccleſiæ ſinè euidenti neceſſitate vel vtilitate hypothecauit & impignorauit, aliquas verò perpetuæ alienationis titulo diſtraxit. Et cum communi Florentinenſi de alienando Bononiam tractauit, vrbemq́; Romanam & terras patrimonij Eccleſiæ, proditoriè capi, inuadi & occupari permiſit & tacitè conſenſit. Et dum nupèr

de

de menſe Iunij, anno Domini milleſimo quadringenteſimo decimotertio ſe in craſtino Romano populo MISSAM in Eccleſia ſancti Laurentij in Damaſo, pro conſolatione pacis & victoria belli contra quendam Ladislaum Apuliæ regem, per ipſum Papam Ioannem confici ſpopondiſſet, Romanum populum deſerens, curialesq́; ſuos & oues in manibus luporum & inimicorum ſuorum tradens, ex culpa ſua receſſit ſcandaloſè. Propter quod multi curtiſani interempti, trucidati, capti, ſpoliati, & in perpetuam ſeruitutem redacti fuerant. Itaq́; fuit & eſt verum, & eſt publica vox & fama.

Vigeſimuſſeptimus articulus probatur per tres Cardinales, vnum archiepiſcopum, tres Epiſcopos, tres auditores, vnum clericum cameræ, per vnum præpoſitum, per vnum licentiatum in decretis, per vnum magnum procuratorem vnius ordinis, per vnum procuratorem in Romana curia, & per multos alios de publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd propter præmiſſa, & ipſo culpante & cauſam dante, multa crimina, videlicet ſacrilegia, adulteria, homicidia, ſpoliationes, rapinæ & furta in vrbe Romana fuerunt commiſſa. Et ità fuit & eſt verum, publica vox & fama.

Vigeſimuſoctauus articulus probatur per vnū Cardinalem, per duos epiſcopos, duos auditores, vnum præceptorem Decretorum doctorem, vnū licentiatum in decretis, & vnum procuratorem vnius magni ordinis, & per vnum procuratorem in curia Romana, & quàm plures alios de publica voce & fama &c.

Item quòd, communis & vulgata omnium hominum opinio, aſſertio, credulitas, & manifeſta fama fuit & eſt, quòd dictus dominus Ioannes Papa tam in præmiſſis, quàm in alijs innumerabilibus caſibus, & vniuerſaliter in omnibus malè & peſſimè adminiſtrauit, tam in ſpiritualibus quàm & in temporalibus. Et quòd fuit & eſt bonorum Eccleſiæ Romanę & cæterarum Eccleſiarum & rerum Eccleſiaſticarum, ac etiam temporalium ad Eccleſias pertinentium, maximus & plùs quàm de aliquo alio fuit lectum vel auditum, dilapidator & deuaſtator ac diſſipator peſſimus, & inutilis & damnoſus adminiſtrator, atque vniuerſali Eccleſiæ & toti populo Chriſtiano ſcandaloſus, veneficus, homicida, fratrum interemptor, carnis vitia per omnia colens, incontinens, & infinitis criminibus irretitus, malæ famæ & peſſimæ conditiones: adeò quòd in Italia & quaſi toto * capto vocabulo & ſimilitudine à quodam inhumaniſſimo gentium armorum capitaneo, Balderinus appellato, etiàm Papa Balderinus vocitatur. Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium.

* mundo,

Vigeſimuſnonus articulus probatur per quatuor Cardinales de mala & ſcandaloſa adminiſtratione, vita mala, & publica diffamatione: per vnum archiepiſcopum, duos Epiſcopos de notorietate: ſimiliter per duos auditores, per vnum ſecretarium Papæ, per vnum clericum cameræ, & per vnum licentiatum in decretis, & per vnū procuratorem vnius ordinis & quàm plures alios de publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd de præmiſſis omnibus idem Papa fuit & eſt publicè & notoriè diffamatus, & per totum mundum diuulgatus & infamatus, & quòd de ipſis & eorum ſingulis fuit & eſt publica vox & fama, & vt talis & pro tali fuit & eſt vbiq́; vbi de ipſo notitia habetur, dictus, tentus, creditus, & reputatus: dicitur, tenetur, creditur & reputatur palàm & publicè, communiter & notoriè, pro tali & vt talis.

Trigeſimus articulus probatur per teſtes proximè deſcriptos.

Item quòd præfatus dominus Ioannes Papa, nonnulla diuerſa bona mobilia & immobilia diuerſarum Eccleſiarum & monaſteriorum, titulorumq́; dominorum Cardinalium, tam Epiſcopatuum quàm aliarum presbyteralium & diaconatuum, collegiorum, prioratuum, Eccleſiarum parochialium, & capellarum, cæterorumq́; altariū, hoſpitalium & locorum Eccleſiaſticorum dictæ vrbis Romanæ, & præſertim Eccleſiarum principis Apoſtolorum de vrbe, ſancti Ioannis Lateranenſis, ac alijs ad canonicos & perſonas Eccleſiaſticas dictæ vrbis ſpectantibus: necnon de bonis monaſteriorum ſancti Pauli, ſancti Laurentij extra muros, ſancti Alexij, ſanctæ Sabinæ, & alijs monaſterijs tam virorum quàm mulierum, ſola auaritia cæcitate ſeductus, vendidit, alienauit, dilapidauit & diſſipauit, & aliqua eorum ad nihilum redegit adeò, quòd in pleriſque ceſſat ſeruitium diuinum: & vbì erant decem vel viginti religioſi, hodiè non ſunt niſi duo vel tres quaſi fame morientes. Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium.

Trigeſimuſprimus articulus probatur per vnū Cardinalem, per vnum Epiſcopum, per vnum clericum cameræ, per vnum magnum præpoſitum, per vnum auditorem, per vnum præceptorem decretorum doctorem, per vnum procuratorem vnius magni ordinis, & vnum literarum Apoſtolicarum ſcriptorem, & per plures alios de publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd idem dominus Ioannes Papa etiàm iura mobilia & immobilia, Eccleſiarum Cathedralium & collegiatarum, monaſteriarum, prioratuum, ſtudiorum, collegiorum, hoſpitalium, Eccleſiarum parochialium, capellarum & cæterorum beneficiorum & officiorum Eccleſiaſticorum extra dictam vrbem, tam in ciuitate & diſtrictu Bononiēſi, quàm in alijs ciuitatibus, villis & locis dicti patrimonij Romanæ Eccleſię, quàm extra vbiquè conſiſtentia, etiàm vendidit, alienauit & diſſipauit, & præſertim plura bona Epiſcopatus Bononienſis & ECCLESIAE ſancti Petronij Bononienſis, & præſertim lapides, ligna & totam materiam, de quibus debebant compleri ædificia & * fabricari dictæ Eccleſiæ. Et pecunias ad dictam fabricam ab antiquo ordinatas, recepit, & opus omninò ceſſare fecit. Similiter omnes poſſeſſiones, prædia ac bona mobilia, & immobilia, ac dotationē totalē collegij Gregoriani in dicta

for.* fabrica

ciuita-

ciuitate Bononienſi per felicis recordationis Gregorium papam vndecimum fundati, pro ſuſtentatione quinquaginta ſcholarium pauperum &c. etiàm vendidit & alienauit, ità quòd de mobilibus nihil ibì remanſit, et de immobilibus vix poſſet ſuſtentari congruè vnus ſolus ſcholaris. Et demùm Saccardis habitandum tradidit, qui totaliter eam deſtruxerunt: & eam vendidiſſet, ſi reperiſſet emptorem. Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium.

Trigeſimuſſecundus articulus probatur per vnum Cardinalem, vnum archiepiſcopum, duos Epiſcopos, vnum auditorem, vnum ſecretarium papæ, vnum ſcriptorē papæ, & per multos alios de auditu, publica voce & fama.

Item quòd dictus dominus Ioannes papa præmiſſis nō contentus, ſed etiàm literarū ſtudia per ſalarij ſubtractionē ſubtiliter extinguere conatus eſt. Doctoribus ſtudij Bononienſis per plures annos, & maximè à promotione ſua ad papatum, ſtipendia eorum ab antiquo tempore dicti ſtudij eis debita, & vndè viuere & perindè ſtudere & legere debebant, funditùs abſtulit & remouit: & taliter fecit, quòd tam nobile & ſolenne ſtudium, quaſi ad nihilum reſpectiuè deuenit, Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium.

Trigeſimuſtertius articulus probatur per duos cardinales, per duos Epiſcopos, vnum ſecretarium Papę, per duos auditores, per vnum præceptorem Decretorum doctorem, vnum licētiatum in Decretis, per vnum procuratorem in Curia Romana, & plures alios de auditu, publica voce & fama &c.

Item quòd non ſolùm dilapidauit bona & iura prædicta mobilia & immobilia Eccleſiarum, ſed etiàm ſuper perſonas Eccleſiaſticas tam vrbis Romanæ & ciuitatis Bononienſis, ac in toto patrimonio Eccleſiæ grauiſſima onera, tallias & exactiones inſupportabilia impoſuit: facultateſq́; Eccleſiarum, vndè perſonæ Eccleſiaſticæ viuere ſeruire DEO debebant, ab eis extorſit & ſibi applicauit: immò etiàm ſuper alios prælatos Eccleſiaſticos aliarum terrarum & dominorum ſecularium, diuerſa onera, tallias exactioneſq́; ſoluendas dominijs & ciuitatibus Florentinenſium, Venetorum, Senarum & pluribus alijs, cum quibus in precio participauit, impoſuit: adeò & intantùm, quòd dicti eccleſiaſtici fuerunt & ſunt tanta paupertatis anguſtia afflicti, vt poſt propriorum patrimonialium bonorum tranſſumptionem, neceſſitate famis libros, calices et ornamenta Eccleſiarum vendere ſint coacti. Sicq́; vt prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum et reputatum: diciturq́;, tenetur, creditur & reputatur palàm, publicè &c.

Trigeſimuſquartus articulus probatur per vnū cardinalem, et per teſtes proximè deſcriptos.

Item quòd propter præmiſſa tota Eccleſia Dei notoriè fuit ſcandalizata. Et ità fuit et eſt verum, publicum & notorium.

Trigeſimuſquintus articulus probatur per omnes cardinales, & per omnes alios teſtes.

Item quòd horrida & deteſtādorū criminum domini Ioannis papæ antedicti fama, immò infamia, crebris inſinuationibus & multiplicatis vicibus non ſolùm ſemèl, ſed pluriès et ſępè Chriſtianorum principū, totiuſq́; populi Chriſtiani proh dolor aures penetrauit, intantùm, quòd sereniſſimus et inuictiſſimus rex princeps dominus Sigiſmūdus Romanorum et Vngariæ rex ſemper Auguſtus, in Lombardia exiſtens, ad ciuitatem Laudenſem applicuit, dictumq́; Ioannem papam ibidem aduenientem, humili & deuota prece rogauit, quatenùs attento quòd quaſi totus mundus diſſimulare non poſſet, mores & uitā emendaret in melius, & in unionem ſanctæ matris Eccleſiæ tunc & nunc tripartitæ, ſummis vigilijs & curis intendere dignaretur, ut adſtrictus per Piſanum Concilium tenebatur, & concilium generale in aliquo ſecuro loco, cuncto populo Chriſtiano commodoſo indiceret, ſuaſit: & vt Eccleſia in capite & in membris reformaretur, etiàm deuotè ſupplicauit.

Trigeſimuſſextus articulus probatur per vnū literarum Apoſtolicarum ſcriptorem, per vnum licentiatum in decretis, per vnum procuratorem in curia Romana, & per alios de credulitate &c.

Item quòd dictus dominus Ioannes papa vigeſimuſtertius, precibꝰ dicti ſereniſſimi principis Romanorum & Vngariæ regis, in parte condeſcendens, ampliùs à vitijs huiuſmodi ſcandaloſis, & præſertim Simoniaca hæreſi, abſtinere ſpopondit: & hanc ciuitatem Conſtantienſem, pro loco multitudinis capace, & alias habili & idoneo, pro concilio generali celebrando elegit, quod anno Domini 1413. menſe Nouemb. inchoando indixit, & per mundum publicauit. Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium.

Trigeſimuſſeptimus articulus probatur, vt in bulla deſupèr confecta continetur.

Item quòd deindè dictus dominus Ioānes papa Bononiam rediens, in priſtinam et peiorem Simoniam recidiuauit: datarum anticipationes vendidit, ius quæſitum pro numerata pecunia litigatoribus abſtulit, & adſoluentium inſtantias, eorum diuerſarijs pluribus perpetuum plerìſque vicibus ſilentium impoſuit de facto, turpiter & ſcandaloſè. Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium.

Trigeſimuſoctauus articulus probatur per duos cardinales, per tres Epiſcopos, per vnum auditorem, vnum præceptorem decretorum doctorem, vnum ſecretarium papę, per vnum licentiatum in decretis, vnum magnum procuratorem vnius ordinis, & quàm plures alios de auditu, publica voce & fama.

Item & nè per viam iuſtitię oppreſſi releuarentur, idem papa Ioannes anno Domini 1414. plerìſque vicibus dominis auditoribus per ſuos referendarios, & pręſertim per dominum Iacobum de Camplo, nunc electum Pennenſem, dici fecit & mandari, nè materias anticipationis datarum admitteret in iudicio, & nè datarum regiſtratores, aut alios officiarios quouis modo comppellaret in his materijs priuationem iuris alterius concernentibus

tibus veritati teſtimonium perhibere, iuſtitiam notoriè opprimendo. Et ſic fuit et eſt verum, publicum & notorium.

Trigeſimuſnonus articulus probatur per duos auditores, & vnum procuratorem in Romana curia.

Item quòd propter præmiſſa et plura alia, reuerendus pater dominus Epiſcopus Sareſbirienſis & alij Chriſtianiſſimi principis regis Angliæ illuſtris ambaſiatores dictum dominum Ioannem papam vigeſimumtertium monuerunt & corripuerũt charitatiuè, ſupplicantes eidem, quòd Simoniam & beneficiorum venditionem deſereret, & ſe in vita & in moribus emendaret. Alioquin non dubitaret propter ſcandalum ſubtractionem obedientiæ et alia incõuenientia ſecutura. Quodq́; ipſe dominus Ioannes papa incorrigibilis factus, huiuſmodi monita ſalutaria ſpreuit. Ipſumq́; & alios prælatos duris et aſperis verbis minatus eſt, & iniuriatus eſt palàm & publicè. Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium.

Quadrageſimus articulus probatur per duos cardinales, per vnum procuratorem magni ordinis, & alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd deindè præfatus dominus Ioannes papa ad Conſtantiam veniens, poſt diuerſas perſuaſiones, exhortationes & rogamina, per hoc ſacrum Conſtantienſe generale concilium deuotè facta & facta, vt pacem Eccleſiæ daret & papatui cederet, cùm alia tutior, prõptior & ſecurior quàm via ceſſionis, non eſſet, ad vnionem perfectã in Eccleſia Dei conſequendã, attentis ſcandalis ex perſona ſua iã exortis, propter quæ exiſtẽtes in alijs obedientijs, retrahebantur ab Eccleſiæ vnitate: hoc anno Domini milleſimo quadringenteſimo decimoquinto, die ſabbati, ſecunda menſis Martij in ſeſſione generali Cõſtantienſi & in pleno Concilio generali Conſtantienſi, vniuerſalem Eccleſiam repræſentante, Eccleſiæ DEI ſponſæ ſuæ promiſit, vouit & iurauit cedere papatui, ſpontè & liberè dare pacẽ Eccleſiæ per viã ſuæ ſimplicis ceſſionis papatus, iuxta deliberationem eiuſdem Concilij, prout in quadam ſchedula conſcripta, quam ſchedulam ſuamet viua voce alta & intelligibili legit, dixit, iurauit, vouit & promiſit, & alia fecit, prout in eadem, ad quam ſe referunt promotores et procuratores antedicti, cõtinetur: Cuius tenor ſequitur & eſt talis: Ego Ioannes papa vigeſimuſtertius propter quietẽ populi Chriſtiani, profiteor, ſpondeo, voueo, iuro & promitto DEO & Eccleſiæ, ac huic ſacro Concilio, ſpontè & liberè dare pacem ipſi Eccleſię per viam meę ſimplicis ceſſionis, et eam facere et adimplere cum effectu, iuxta deliberationem præſentis Concilij, ſi et quandò Petrus de Luna Benedictus decimuſtertius, et Angel⁹ de Corario Gregorius duodecimus ſuis obedientijs nuncupati, papatui quem prętendunt, per ſe vel procuratores ſuos legitimos ſimiliter cedãt. Et etiàm in quocunque caſu ceſſionis vel deceſſus aut alio, in quo per meam ceſſionem poterit dari vnio Eccleſiæ Dei ad extirpationem præſentis ſchiſmatis.

Quadrageſimuſprimus articulus probatur per duos Cardinales, et per duos Epiſcopos, et ex ſchedula papæ.

Item denunciant, ponũt, et ſi neceſſè erit, probare intendunt dicti magiſtri Henricus & Ioannes promotores, quòd dominus Ioannes papa vigeſimuſtertius ſe huic generali Concilio ſubmiſit & eius ſententiæ, ac eius iudicio ſtare promiſit in omnibus & ſingulis, quæ pertinẽt ad reformationem Eccleſię tam in capite, quàm in membris. Et hoc eſt verum, publicum & notorium, palàm & manifeſtum, & ità ab omnibus publicè tenetur & reputatur.

Quadrageſimuſſecundus articulus probatur per vnum auditorem, & vnum decretorum doctorem, vnum magiſtrum officiorum in curiæ Romana, & quàm plures alios de notorietate.

Item quòd dictus dominus Ioannes papa, poſt quàm fuit in hac ciuitate Conſtantienſi, & poſt Concilium iam inceptum, ſępè et ſæpiùs & maximè in publica ſeſſione, omnibus audientibus, cunctos monuit, quatenùs contra ipſum dicerent, & obijcerent quicque vellent, cùm intenderet ſtare determinationi huius ſacri Concilij, quę à tempore ſui papatus geſſit & adminiſtrauit. Et hęc ſunt publica, notoria & manifeſta, & ità ab omnibus tanquàm notoria habentur, tenentur & reputantur.

Quadrageſimuſtertius articulus probatur per teſtes ſuprà proximè deſcriptos.

Item quòd deindè vt huiuſmodi profeſſio, votum & iuramentum et promiſſio iuxta deliberationem Concilij ac practicam ceſſionis papatus, et per conſequens perfectę vnionis in Eccleſia Dei conſequendę ponerentur, dictus Ioannes papa requiſitus, quatenùs procuratores aliquos ad pręmiſſa adimplendum conſtitueret, vt dictus sereniſſimus princeps et alij per hoc ſacroſanctum generale Concilium deputandi & eligendi, in ciuitate Nicienſi Petro de Luna Benedicto decimotertio in ſua obedientia nuncupato, bonam domini Ioannis papæ voluntatem oſtenderent, & vt ſimpliciter cederent, prout cum ambaſiatoribus dicti Petri de Luna et illuſtris principis domini regis Aragonum tractatum & concluſum extitit, fuit pro parte nationum & huius ſacri Concilij, humiliter & deuotè rogatus & requiſitus.

Quadrageſimuſquartus articulus probatur per duos cardinales, quatuor Epiſcopos, tres auditores, vnum ſecretarium papę, & per vnum procuratorem in Romana curia, & quàm plures alios de notorietate.

Item quòd poſt huiuſmodi requiſitionem dictus Ioannes papa doloſè cogitauit ſe abſentare, & clàm recedere velle, & ſuper his fuit publica vox & fama.

Quadrageſimuſquintus articulus probatur per duos auditores, per vnum decretorum doctõrem magnum officialem in curia Romana, & plures alios de notorietate, publica voce & fama & euidentia rei.

Item quòd fama huiuſmodi receſſus papę tunc

inſtan-

inſtantis, ad aures ſereniſſimi principis domini Sigiſmũdi Dei gratia Romanorum & Vngariæ regis deducta, idem dominus rex ante præſentiam reuerendiſſimorum in Chriſto patrũ & dominorum cardinalium, patriarchæ Antiocheni, epiſcoporum multorum, ducum et comitum atque prælatorum in multitudine copioſa, hortatus eſt & rogauit dictumq́ dominum Ioannem papam, nè à ciuitate Conſtantiæ recederet, neve ante perfectam vnionem Eccleſiæ huiuſmodi ſacroſanctum generale Concilium diſſolueret, perſuadens quantum meritum apud DEVM, *quantamq́ laudem humanam habiturus eſſet, ſi per ipſum perfecta vnio fieri poſſet, dans ei & offerens vlteriorem ſaluum conductum, atque ſaluam guardiam & pleniſſimam ſecuritatem perſonæ & bonorũ omnium, familiarium & curtiſanorum &c. Quodq́, dictus dominus Ioannes papa recedere nunquam cogitaſſet, reſpondit: ſed vtiquè remanere, perficere & implere cum effectu velle ea quæ vouit et iurauit. Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium.*

Quadrageſimusſextus articulus probatur per duos cardinales, tres auditores, per vnum præceptorem decretorum doctorem, & vnum magnũ præpoſitum, et per vnum licentiatum in decretis, per quatuor epiſcopos & multos alios.

Item quòd extunc dominus Ioannes papa videns Concilium huiuſmodi & totum mundum ad ſanctæ Dei Eccleſiæ iam 38. annis vel citrà ſciſſę & diuiſæ vnionem & redintegrationem, necnon extirpationem hæreſis & vitiorum, ac ipſius Eccleſiæ reformationem in capite et in membris anhelare, diabolico ſpiritu inſtigatus, hoc ſacroſanctum Concilium diſſoluere quærens, vt reformationem hæreſium atque ſchiſmatum extirpationem prædicta euadere & impedire poſſet, & ſuã malam vitam continuare, ad præterita vitia & ambitiones reincidens, contra vota, profeſſa, promiſſa, ac DEO *& Eccleſiæ iurata, id facere renuit. & nupèr hoc anno Domini 1415. die Mercurij 20. menſis Martij in noctis tenebris, habitu indecenti & diſſimulato; laicali more non vt Romanum decuit Pontificem, gregem ſibi commiſſum vt mercenarius deſerens, ab hoc ſacro Conſtantienſi Concilio contumaciter ſe abſentando, aufugit & receſſit, in ſcandalum totius generalis Concilij & totius populi Chriſtiani. Ità fuit & eſt verum, publicum & notorium atque manifeſtum.*

Quadrageſimusſeptimus articulis probatur per omnes teſtes, ſuum receſſum fuiſſe & eſſe notoriè ſcandaloſum.

Item quòd de pòſt dictus dominus Ioannes papa ad oppidum Schafhuſen *ſe retraxit. Et nonnullos cardinales, epiſcopos & prælatos, ac etiàm curtiſanos & principum ambaſiatores à præſenti ciuitate Conſtantienſi ad ſe venire iuſſit, mandauit & practicauit & nihilominùs ſub certis prætenſis cauſis, pœnis & cenſuris ipſos ad ſe vocauit, & venire iuſſit: & eum ſequi volentibus aut non volentibus mandauit, vt ab hoc ſacro loco recederent. Sic per ſuam fugam oues ſpargere, Concilium ſacrum diſſoluere, & ſchiſma nutrire, & perpetuò Eccleſiam Dei tenere monſtruoſam hæreſibus & vitijs deformatam propoſuit, & quantum in eo fuit, voluit & deliberauit & fecit. Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium.*

Quadrageſimusoctaus articulus probatur per vnum cardinalem, per duos epiſcopos, per duos auditores, per vnum præceptorem decretorum doctorem, per vnum ſecretarium papæ, per duos licentiatos in decretis, et quàm plures alios de notorietate.

Item q̃ pòſt de dicto oppido Schafhuſen *ipſa die Veneris ſancta, tempore diuini officij, hora tertiarum iter arripuit versùs oppidum Louffenbergenſe, & deindè ab oppido Louffenbergenſi iterùm transformato habitu turbiter vlteriùs versùs opidum Briſacum greſſus direxit, ſcandaloſè à dictis concilio & ciuitate Conſtantienſi plùs & plùs contumaciter ſe elogando, totisq́ conatibus, practica & * datis niſus eſt in Burgundiam. Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium.*

Quadrageſimusnonus articulus probatur per duos cardinales, per duos epiſcopos, duos auditores, vnum decretorum doctorem, per vnum ſecretarium papæ & quàm plures alios.

*Item quòd nupèr hoc anno Domini 1415. & de menſe Aprilis eiuſdem anni, dictus dominus, Ioannes papa per reuerendiſſimos ambaſiatores, oratores, nuncios & epiſtolas pro parte huius ſacri generalis Cõcilij ad ipſum tunc in præfato oppido Briſaco reſidentem deſtinatos & deſtinatas, quatenùs more pij paſtoris, qui animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis, cuius actionem & authoritatis præſidentiam ità vita, exemplo & doctrina inſecutor eſſe dignaretur, ad gregem ſuum deſertum rediret Conſtantiam, vel ſaltem ad vnam de tribus ciuitatibus, oppidis ſeu locis vtiquè inſignibus, videlicet ciuitatem Baſileenſem, * Olmam* fo. *Vlmã *ſeu Rauenburg, ciuitati Conſtantienſi & loco Concily vicinam, de vnione* ECCLESIAE DEI, *gratia Dei perficienda, vt ſecum in omni benignitate & charitate tractare poſſent, charitatiuè cum reuerentia debita fuit rogatus, nominatus & requiſitus. Promittentes eidem & offerentes ex parte dicti Concilij ſaluum cõductum pleniſſimum, tunc iam paratum, & ſigillo magno ſeu imperiali ſigillatum, & eidem domino Ioanni lectum, oſtenſum & donatum, ſecuritatem vitæ & ſtatus, ac prouiſionem honeſtiſſimam condecentem ſtatus ſuo, ſi reuerteretur, atque uota, iurata & promiſſa adimpleret, prout ijdem legati & ambaſiatores id à prædicto Concilio habuerunt in mandatis, obtulerunt, quemadmodùm in inſtrumentis publicis deſupèr confectis, ad quæ ſe referunt promotores & procuratores prædicti, latiùs continebatur.*

Quinquageſimus ariculus probatur per vnum cardinalem, per tres epiſcopos, & inſtrimenta publica & diuerſa breuia, per ipſum Ioãnem papam principibus & vniuerſitatibus miſſa.

Item quòd dictus dominus Ioãnes papa in reprobum ſenſum ductus, monita huiuſmòdi more aſpidis aures obturantis, nè audiat, obaudiens, ſe in craſtinum reſponſum dictis ambaſiatoribus & legatis velle dare oſſerens, ipſos eò tũc redire iuſſit. Nec craſtino expectato, poſt medium noſtis ante diluculum, non dato reſponſo, ad oppidum Nuenburg auſugiens, ſe tranſtulit hobitu transformato. Et ſic ſacrum Conciliũ diſſoluere, vnionem & reformationem Eccleſiæ, extirpationem hareſium & vitiorum impedire, & ſuam vitam deteſtandam continuare vt poſſet quaſiuit, prout continuauit, in profundum malorum deditus, peiora prioribus committere non expauit, ſupradictis monitis, precibus & requiſitionibus minimè condeſcendens. Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium.

Quinquageſimusprimus articulus probatur p teſtes ſuprà proximè nominatos.

Item quòd ſupradictas dominus Ioãnes papa fuit et eſt homo dure ceruicis, pertinax peccator, induratus, incorrigibilis, Eccleſiam DEI notoriè ſcandalizans, fautor ſchiſmatis, aliasque talis, quòd papatui & eius* adminiſtrationi ſe reddidit indignum. Et pro tali habetur, tenetur & reputatur.

*adminiſtratione.

Quinquageſimoſſecundus articulus probatur per vnum cardinalem, & per omnes teſtes ſuperiùs deſcriptos.

Item quòd dominus Ioannes Papa fuit & eſt de præmiſſis omnibus & ſingulis publicè et notoriè diuulgatus & diffamatus, atque pro tali et vt talis, in Romana curia & extra, & vbicunquè ipſius notitia habetur, habitus, tentus, nominatus & reputatus pro tali & vt talis palàm & publicè.

Item quòd de præmiſſis omnibus et ſingulis fuit, & eſt publica vox & fama.

Quinquageſimuſtertius & quartus articuli probati ſunt per omnes teſtes ſuperiùs deſcriptos publici & notorij.

Hoc loco in exemplari vndè hęc deſumpta ſunt, plùs quam latus integrum folij vnius vacuum relictum erat, tanquàm ſi plures articuli aut alia neſcio quæ addenda fuiſſent.

In primis denunciant, dicunt, aſſerunt, ponũt, et ſi neceſſe fuerit, probare intendunt, quòd dominus Ioannes papa vigeſimuſtertius à tempore iuuentutis ſuæ dum Balthazar Coſſa appellabatur, fuit homo malę indolis, inuerecundus, impudicus, mendax, parentibus ſuis rebellis & inobediens, pleriſque vitijs deditus. Ac talis & pro tali fuit communiter dictus, tentus, creditus & reputatus ab omnibus ipſius notitiam habentibus. Et adhuc dicitur, tenetur, creditur & reputatur pro tali & vt talis. Ac fuit & eſt de præmiſſis diffamatus ac palàm, manifeſtè, publicè & notoriè.

Item quòd dictus dominus Ioannes tunc Balthazar appellatus, legatus Bononiæ exiſtẽs, ad papatum illicitis medijs anhelans, in mortem bonæ memorię domini Alexandri papæ extitit machinatus, & vt tam ipſe quàm medicus ſuus magiſter Daniel de ſancta Sophia, artium & medicinæ doctor, ueneno extinguerentur, prout extincti ſunt, operam dedit. Sicq́, ut prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum, & reputatum. Diciturq́, tenetur, creditur & reputatur, atque fuit & eſt de præmiſſis in ciuitate Bononienſi & extra per totum mundum publica uox & fama, fuitq́, & eſt grauiter & notoriè diffamatus.

Item quòd dominus Ioannes papa cum uxore fratris ſui, & cum ſanctis moniolibus inceſtum, cum virginibus ſtuprum, & cum coniugatis adulterium, et alia incontinentiæ crimina, propter quę ira Dei deſcendit in filios diffidentiæ, commiſit: et de his grauiter & publicè diffamatus & ſcandalizatus eſt: Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium.

Item quòd ſupradictus papa Ioannes nouum mandatum & Simonię ſcelus perpetrando, ſex parochiales Eccleſias Bononien. & plura alia beneficia eccleſiaſtica pro pecunia numerata vendidit meris laicis, qui eas tanquàm res prophanas cum earum poſſeſſionibus, dotibus & iuribus de facto poſſident. Ponuntq́, laici huiuſmodi presbyteros ad celebrandum Miſſas pro ſuæ libito voluntatis. & plura alia enormio et maioro fecit et commiſit in illis & alijs partibus, de quibus fama publica, immò veriùs infamia contra eum diuulgata eſt per vniuerſum orbem. Sicq́, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum: diciturq́, tenetur, creditur & reputatur. Atque fuit & eſt publicum & notorium.

Item quòd dictus papa Ioãnes præceptoriam Cypri ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, cõtulit cuidam infanti in quinto anno conſtituto, baſtardo illuſtris domini regis Cypri nomine Aloyſio, pro certa pecuniæ quantitate. Necnõ fructus vacantiæ & ſpolia vltimi præceptoris defuncti, eidem Aloyſio infanti vendidit contra ipſius ordinis regularia inſtituta, pſertim cùm huiuſmodi bona ſpolij & vacantię ſint bona fiſcalia pro ſoluendis ſtipendiarijs contra infideles. Necnon eidem infanti in dicto quinto anno ætatis ſuæ conſtituto, per bullam conceſſit, vt ea ætate poſſit profiteri, & profeſſioni adſtringeretur, contra legem conſenſus qui per eum præſtari non potuit. & ſic fuit &c.

Item quòd dominus Ioannes papa nunquàm prædicta reuocare voluit, niſi cum pactis et conditionibus quæ ſequuntur: Primò, quòd reſtituerentur regi Cypri pecuniæ, quas dederat Papę pro emptione dictæ præceptoriæ pro rato.

Item quòd darentur papæ in continenti & omninò ſex millia florenorum auri de camera, quod fieri oportuit, & ſoluti fuerunt realiter pro hoſpitali per priorem Rhodi et procuratorem generalis religionis dño Nicolao de Robertis, idibus Auguſti anno quinto, & per manus Eduardi de Recijs mercatoris Florentinenſis. Pro quibus ſic ſolutis, religio hoſpitalis & prædicti remanent

Digitized by Google

manent adhuc obligati penes mercatores. Ità reſeruauit papa tunc & ante omnia pro dicto baſtardo in quinto ætatis ſuæ anno conſtituto ſuper bonis religionis penſionem duorum millium florenorum de camera.

Item reſeruauit pro dicto baſtardo cameram magiſtralem, quæ vocatur Negera & finita, quæ valet communiter duo millia florenorum annuatim. Ad quæ non

Et hic aliquantum ſpatij relictum erat in archetypo.

dicti prior & procurator. Quibus ſic peractis, papa fecit eis dari per dictum Eduardum de Recijs mercatorem bullas, qui dictas bullas reſeruabat vſque ad ſolutionem dictorum ſex millium florenorum, quas bullas eidem Eduardo dederat Epiſcopus Vulteranus, donèc ſoluerentur ſex millia florenorum ſupradictorum. Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium.*

Item quòd dictus dominus Ioannes papa fratrem Iacobum de Viriaco maiorem annis, expreſsè profeſſum religionis Hoſpitalis, à votis, regula & habitu religionis abſoluit de facto, et ad ſeculum reduxit, & contrahendi matrimonium licentiam dedit, ſexcentis ducatis primò datis. Et ſic fuit &c.

Item quòd dominus Ioannes papa prædictus caſtellaniam ſcalarum dicti hoſpitalis, quam dictus frater Iacobus tenebat, ſimul cum prædictis reſeruauit, & deinde ipſam cuidam fratri Heymaco de Veſello, pecunijs datis contulit, quæ caſtellania eſt conuentualis & regia, in qua deberēt eſſe fratres capellani numero 13. cum alijs clericis Deo ſeruientibus. Sicq; perit diuinus cultus, & ordo tranſuertitur in ſcandalum Chriſtifidelium plurimorum palàm & publicè.

Item dicto Heymaco iuueni ætatis 14. annorum vel circa, concesſerat dominus magiſter Rhodi licentiam ingrediendi religionem hoſpitalis, vt indilatè facta profeſſione & recepto habitu religionis, tranſiret ad conuentum religionis cum equis & armis ſufficientibus, Deo & religioni contra inimicos fidei Chriſtianæ militaturus. Et quòd ipſe frater Heymacus votorum ſuorum et ſalutis propriæ immemor, non ad conuentum tranſijt, ſed ſtatìm factus inobediens & rebellis, ad dictam caſtellaniam emendam ad Papam miſit. Quam caſtellaniam obtinens, omnia conuentus, tam vacātem quàm reſponſionem annuam occupauit, prout occupat, licentia per dictum dominū papam priùs vendita & conceſſa.

Item quòd ipſe dominus Ioannes papa prædictus multa grauia, inutilia & fruſtratoria onera etiam Gallicis in Auinione tyrānicè ad diuerſos fines damnatis impoſuit. Et præſertim tā in viagio facto apud Piſas cum Galeis ſub colore eundi apud Auinionem, quàm in combuſtione palatij Apoſtolici Auinionenſi per dominum Marinum nepotem ſuum, & ſuorum ſeruitorum ad hoc (vt dicitur) miſſum & conſtitutum capitaneum dicti palatij ad reparationem eius, quàm alijs diuerſis modis, ac etiàm de dictis ciuitate Auinionenſi & comitatu Veaniſſini, quos tractauit alienare diuerſimodè, & maximè in manibus dicti regis Ladiſlai ponere, mediantibus certis tractatibus contra vnionem Eccleſiæ & magna pecuniæ quantitate. Quod & feciſſet, ſi ad optatum ſuum peruenire potuiſſet. Sicq; (vt prædicitur) fuit dictum, tentum, creditum & reputatum: diciturque, tenetur, creditur & reputatur palàm, publicè & notoriè.*

* Venaycini
* Venayſini.

Item quòd dictus dominus Ioannes papa bona & dotem prædicti monaſterij ſancti Laurentij diuiſit in tres partes diſſipando, & certis ex dn̄is cardinalibus particulariter per tripartitas particulas diuidendo, quæ priùs vnite fuerunt pro ſuſtentatione monachorum multorum, Deo in religionis zelo laudabiliter priùs ſeruientium, nunc miſeria & paupertate apoſtatantium. Et ſic fuit & eſt verum &c.

Item quòd dictus dominus Ioannes papa pręmiſſis non contentus, monaſterium ſancti Alexij prædictum vendidit Baptiſtæ de Sabellis, pro quodam impubere baſtardo ſuo, monaſterium ſanctæ Sabinæ domino Nicolao de Vrſinis, & ità de cæteris. Et quod deterius eſt, caput ſancti Ioannis Baptiſtę quod erat in monaſterio monialium ſancti Silueſtri de dicta vrbe, vendiderat ſeu pactum de tradendo fecerat Florentinis pro precio quinquaginta millium ducatorum. quod & feciſſet, niſi ciuibus Romanis id per eum reuelatum fuiſſet. Et quia aliqui eorum de hoc in aperto locuti fuerunt, capti & incarcerati fuerunt, & in magnis pecuniarum ſummis redempti fuerunt & exbanniti. Et alias niſi ſe ſeu vitam ſuam redemiſſent, propterea decapitati fuiſſent eius iuſſu. Et ita vt prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum: diciturq; tenetur, creditur & reputatur. Et fuit & eſt verum, publicum & notorium, atque diuulgatum vbiquè tam in vrbe & tota Italia, quàm Gallia etiàm palàm, publicè & notoriè.

Item quòd dictus papa Ioannes decimas caſtrorum Centi & plures diœceſis Bononienſis, pertinentes ad menſam Epiſcopalem Bononienſem, alienauit laicis fautoribus ſuis in perpetuum, pro eis & eorum ſucceſſoribus, in graue diſpendium Eccleſię Bononienſis, quàm penitùs & totaliter de pauperauit palàm & publicè.

*Item quòd communis hominum opinio, aſſertio, firma credulitas, ac vera reputatio, commune dictum, rumor indubius, vulgata fama, atque verum & notorium fuit & eſt, quòd dictus dominus Ioannes papa fuit & ſit homo peccator, notoriè criminoſus de homicidio venefico, & alijs grauibus criminibus, quibus irretitus dicitur grauiter diffamatus, diſſipator bonorum Eccleſiæ, & dilapidator eorundē notorius Simoniacus, pertinax hæreticus, et Eccleſiam Chriſti notoriè ſcandalizans, incorrigibilis, & alias talis, q; ſe papatui et eiuſdem * adminiſtrationi, ac ſedis*

Apoſtolicę & vniuerſalis Eccleſię regimini reddidit indignum.

Item quòd dictus Ioannes papa vigeſimuſtertius ſępè & ſępiùs coram diuerſis prelatis & alijs honeſtis & probis viris pertinaciter, diabolo ſuadente, dixit, aſſeruit, dogmatizauit & adſtruxit, vitam ęternam non eſſe, neq; aliam poſt hanc: quinimmò dixit & pertinaciter credidit, animam hominis cum corpore humano mori & extingui ad inſtar animalium brutorum: dixitq́; mortuum ſemèl, eſſe etiàm in nouiſſimo die minimè reſurrecturum, contra articulum de reſurrectione mortuorum. Quodq́; de præmiſſis fuit & eſt dictus Ioannes papa apud clerum & populum grauiter diffamatus. Sicq́; vt prędicitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum: diciturq́;, tenetur, creditur, et reputatur palàm, publicè & notoriè.

Item quòd dictus dominus Ioannes papa ſępè & ſæpiùs publicè dixit & profeſſus eſt, ſe velle omnia facere opportuna pro vnione Eccleſię ſanctę Dei, etiàm vſque ad mortē incluſiuè. Nec in prędictis à voluntate huius Concilij aliquo modo diſcedere. Et hec ſunt vera, publica et notoria, & vt notoria habentur, tenentur & reputantur.

Hoc loco ſcriptus fuit Articulus approbationis protonotariorum, per quatuor nationes deputatorum. Hunc, quia præter rationem hic inſertus videbatur, ſubmotum hinc, ſuperiùs in ſeſſione prima ſuo correſpondenti adiunctum offendes.

Litera miſſiua domini Ioannis papæ 23. miſſa domino regi Romanorum de Cellis.

Chariſſimo in Chriſto filio Sigiſmūdo Romanorum regi ſemper Auguſto & Ungarię etc. regi. Ea ſalute quę Chriſtus & omnium vera ſalus eſt, perpetuè & feliciter adimplere. Licèt Chariſſime fili prudentiam tuam prę cęteris huius ęui regibus rex regum inſigniuerit cunctarum varietate virtutum, licuit tamen ſępè & ſępiùs &* *etiam *profuit, ad viuaciora virtutum ſtudia mentes etiàm peruigiles excitare. Propter quod & te, vt ad clemētiam, quę ſola ſolidat thronos regum, qua ex innata bonitate ad miſerendum te quantumcunquè pro tuis offenſoribus non ſolùm liberalitate, ſed vſque ad prodigalitatis ſpeciem hactenùs ſupererogaſſe dinoſceris, erga noſtram perſonam in prę ſenti, quam permittēte Domino* for. *incidiſſe *non abſque noſtra (fatemur) incuria* incidimus caſum, excitare poſſimus, quaſi confidentiſſimis ſuſurrijs duximus flagitandum, plurima eorum quę tibi per diuerſos viua voce ſignificare curauimus, prę ſentibus repetentes, vt efficaciorem vim tribuat modorum petendi multiplicatio frequentata. Quantis itaque chariſſime ac dulciſſime fili, tenerrimę dilectionis affectibus à primordio aſſumptionis noſtræ ad ſupremi pontificatus* for. * flagrauunt. *apicem, erga te noſtra* flagitarunt prę cordia, liceat quęſumus cum tua ſerenitate fabulari. Nonne vt plurima breuitatis gratia tranſeamus, defuncto felicis memoriæ rege Ruperto, te non tā propter te, ſed vniuerſitatis populi Chriſtiani ſalutem, in cordis noſtri arcano cunctis viuentibus præeligentes, prædeſtinauimus in regem Romanorum, tuam ad hoc ſerenitatem, vt onus illud aſſumere dignaretur, ſolicitudine ſupplici curauimus præuenire? Et ad eūdem effectum noſtros nuncios ad principes electuros & alios iteratis reiteratis nō piguit vicibus deſtinare. Quantaq́; vigilantia, vt diuerſa de te facta electio, conualeſceret vſque ad perfectum,* non curauimus in* for.* nos *ſudare, nouit tua ſerenitas, nouerunt etiàm tui nuncij, varijq́; ipſius negocij tractatores, deindè eùm noſtram prę ſentiam ipſa tua deſideraret ſerenitas, quanta quęſumus promptitudine mentis deſiderijs tuis ſatagebamus occurrere? Nonne viarum diſcrimina expenſarum onera, & alia nobis incūbentia peragēda, nobis pro nihilo fuerunt computata? Sed & in tractatibus huiuſmodi, quanto qualiq; ſtudio ad tui honoris* tuiq; conſolationis augmentum, noſtros conatus extendimus, non alio quàm tuiipſius teſtimonio relinquatur. Deniquè cùm cogitantibus nobis de concilio conuocando per tuos ad nos nuncios deſtinatos requireres, vt de tempore locoq́; celebrandi Concilij tuis nos votis conformaremus, cardinales miſimus, qui ſinè exceptione tuę per omnia acquieſcerent volūtati. Deniquè cùm de aduentu noſtro ad Conſtantiam quam elegeras, per nuncios tuos ſolicitaremur, nonne acceperant pro reſponſo, quòd ſanitate deſupèr nobis conceſſa, abſque dubio veniremur? infirmitate forſan grauati, geſtatorijs ferremur. Porrò ſi pedū officijs, aut etiàm elaudicantibus calcaneis id foret agendum, id idem nihilominùs ageremus. Demùm etſi ab luce nos migrare cōtingeret, in ſatisfactionem prę miſſorum perfectam, corpus noſtrum illuc perferri præciperemus. In his omnibus tuæ dilectioni plùs quàm ſaluiſconductibus & alijs quibuſcunque prę ſidijs* ſyncerrima fiduciā mittētes, ſed pauca exiſtimantes quæ fecimus de affectu locupletiſſimo quantumlibèt maiora faciendi, in noſtra poſſumus conſcientia gloriari. Et eccè negocijs in vrbis Romanę ac patrimonij ſancti Petri recuperatione prorsùs poſtpoſitis, nullis diſſuadentium receptis ſuggeſtibus ad Cōſtantiam te fili chariſſime tempore promiſſo præuenimus, tuum aduentum noſti quantum & qualiter fuimus grato animo præſtolati. Hæc fili chariſſime ex dilectione puriſſima tuæ perſonæ, hæc chariſſime fili ad tui honoris ſublimationem duximus liberaliter peragenda. Cumq́; dilectio nullis valeat mercibus comparari, nullis alijs queat quàm viciſſitudinariæ dilectionis retributionibus recompenſari, ad te tanquàm vnicum poſt* D E V M *ſpei noſtræ refugium dirigimus deſideria cordis noſtri, ad te deuotiſſimas preces pro dilectione dilectionem requirentes effundimus, obſecrantes per viſcera miſericordiæ* I E S V C H R I S T I, *memor eſto verbi tui* Pſal. 118. *in quo nobis ſpem dediſti, hæc nos conſoletur in humilitate noſtra &c. Etſi cum cauſa & ſinè* Abacu. 2. *cauſa iratus fueris, miſericordiæ recorderis. Nomenq́; egregium clementiæ nè (quæſumus)*

in

Digitized by Google

in hoc caſu pati patiaris inſtātiam. Sed qui alijs offenſoribus atrociſſimis parcendo te liberalem præbere conſueueras, parcere quoque nobis & miſereri nè ſpernas. Nè (quæſumus) pietatis tuæ præclaro titulo notam crudelitatis inferri permittas. Potes itaque, ſi velis, & vt velis depoſcimus, erga ſacrum Concilium quod tua ſapientia tuaq; potentia tanquàm firmiſſimum fundamentum cum ſuffultis tuis interceſſionibus

locus obſcurus. operari, vt tui contemplatione honoris, perſonam noſtram habeat recommendatam: & vnione Eccleſiæ ſemper ſalua, honorem, famam & ſtatum noſtros, poſt dimiſſionem papatus, quam pridèm obtulimus, atque dudùm aliquotiès in manibus tuis poſuimus, quantùm poſſibile fuerit, ſaluare & cuſtodire dignetur, & alia ſalutem noſtram reſpicientia proſequatur magnifico cum effectu. Pro quibus apud diſtrictum iudicem inter alios miſericordiȩ cultores, cùm omnes gratia egeamus & tu miſericordiam ac alia retributionum præmia vlterius conſequeris, et per vniuerſum orbē inter optimos Imperatores huiuſmodi clementiæ glorioſo titulo mereberis computari, Super quibus dilectionis virtus te cogat nobis celere piūq; remandare reſponſum. Datum Cellis Conſtantien. diœceſis, Dominica 26. menſis Maij, pontificatus noſtri anno quinto.

Inſtrumentum ratificationis articulorum factum per dominum Balthazarem olim papam Ioannem vigeſimumtertiū in oppido Cellis.

In nomine Domini, Amē. Per hoc præſens publicum inſtrumentum cunctis pateat euidenter, quòd anno à natiuitate eiuſdem milleſimo quadringenteſimo decimoquinto, & die lunæ vigeſimaſeptima menſis Maij, indictione octaua, circa horam primarum in loco de Cellis Conſtantienſis diœceſis, in camera in qua dominus Ioannes Papa vigeſimuſtertius ſtabat, per reuerendos dominos Ioannem Vaurenſem, Andream Poznanienſem epiſcopos, Thomam ſanctæ Mariæ extra muros Eboracenſes, Gaſparem ſancti Ioannis eremitæ de Peruſio monaſteriorum abbates, per ſacrum Concilium Conſtantienſe ad infraſcripta commiſſarios ſpecialiter deputatos, præſentibus infraſcriptis reuerendis patribus Iacobo Rhodini de Ianua, & Thoma Polcon ſedis Apoſtolicæ protonotarijs, & alijs notarijs publicis, venerabilibuſq; perſonis alijs inferiùs nominatis, teſtibus adhibitis &c. Inprimìs dicti reuerendi patres commiſſarij prr organum dicti Vaurenſis epiſcopi domini Ioanni papæ ſupradicto alta & intelligibili voce propoſuerunt verba, quæ ſequuntur: Pater ſancte, reuerendi domini mei domini commiſſarij & deputati hic prȩſentes, & ego vnà cum eis, ſummus tranſmiſſi ae deſtinati ad veſtram ſanctitatem ex parte ſacri Conſtantienſis concilij, ad inſinuandum primò, oſtendendumq; & realiter exhibendum veſtræ ſanctitati articulos formatos, & coram eodem ſacro concilio contra perſonam veſtram productos, ſuper criminibus nonnullis grauibus et enormibus, de et ſuper quibus contra eandem ſanctitatem, per dictum ſacrum concilium procedetur ad interrogandum et requirēdum eandem, vt ſuper eiſdem orticulis omnibus & ſingulis ſufficienter haberetis reſpondere, eos confitendo vel diffitendo, prout vobis videbitur. Ac etiàm ad videndū & ſciendum, ſi huic proceſſui velitis vos opponere, ſeu aliqua pro veſtra defenſione in hac cauſa facere, dare vel allegare. Licèt pater ſancte, et hȩc non ſint multùm neceſſaria, attento cōſideratoq; grato benignoq; reſponſo per ſanctitatem veſtrā pridiè in iſto oppido coram reuerendis patribus dominis de Vrſinis, de Salancho, de Salutijs, Cameracenſi, Florentinenſi, ſanctæ Romanæ Eccleſiȩ cardinalibus, patribuſq; reuerēdis Tholonenſi & Auguſtenſi Epiſcopis, nōnullisq; alijs prælatis et viris notabilibus præſentibus & ad hoc vocatis. Quod quidē reſponſum in ſchedula manu ſanctitatis veſtræ ſubſcripta, dicto ſacro cōcilio relatū, pleneq; notificatū extitit. Ea propter dictos articulos quos ſæpedictus Vaurenſis epiſcopus in ſuis tenebat manibus, eidem domino Ioanni papæ exhibuit, obtulit & tradere voluit. Eūq; ſuper eiſdem interrogando requiſiuit, vt corā omnibus et ſingulis ſufficienter, vt ſuperiùs exprimitur, reſponderet, diceretq; ac declarare vellet, ſi dicto proceſſui eiùſve parti ſe opponere ſeu aliqua ad ſui excuſationū vel defenſionem dare vellet, eos offerendo hæc oīa libenter ſe receptaturos. Quibus ſic, vt præmittitur, exhibitis, interrogatis, requiſitis, oblatis et propoſitis, idem dominus Ioannes Papa dixit & verbo propoſuit, ipſum pro Dei Eccleſia & eius vnione plura feciſſe, etiàm antequàm in papā fuiſſet aſſumptus, præſertim tempore errorum & circa concilium Piſanū, & ante huius ſacri concilij Conſtantienſis cōgregationē. In quo etiàm liberam ceſſionē ſui papatus obtulit, prout in ſchedula per eum in eodē Concilio in publica ſeſſione tunc lecta & publicata, pleniùs continebatur. Subiungens triſti vultu, vt apparuit, quòd à Conſtantia & dicto ſacro cōcilio poſt ipſius ſchedulæ ceſſionem turpiter receſſerat, quod benè recognoſcebat immò quòd maluiſſet illa die ſinè animȩ ſuȩ prȩiudicio mortuus eſſe, quàm ità turpiter receſſiſſe. Eapropter idē dominus Ioannes papa ſucceſſiuè reſpōdit, quòd ipſe contra ſuperiùs recitata nullam defenſionē facere volebat: immò prout per dictam ſchedulam ſua manu ſubſcriptā, quā pridiè eius ex parte ab oppido quo ſuprà cardinoles ſuperiùs recitati, ad conciliū portauerūt, cōtinebatur, volebat & præſentialiter ſtare promiſit. In omnibuſq; ſe conformare omni ordinationi, deliberationi et determinationi dicti ſacri concilij, et inſuper omnimodū proceſſum per idē conciliū cōtra eundē habitū ratificabat & ratum habebat, aſſerēs ꝙ non aliter uoluit prædictis articulis reſpondere, affirmans Conciliū Conſtantienſe ſanctiſſimū eſſe, errareq; nō poſſe, ac Piſani Cōcilij fore continuatiuū, & ꝙ ipſe ſacro Cōſtantienſi cōcilio nūquàm contradicere vellet, etiàm ſi in Bononia aut alio quouis loco ſibi magìs accepto perſonaliter iā eſ-

ſet,

ſet, cùm id ſibi minus nõ eſſet, quàm publicè ſateri ſe in papatu ius nullum habere. Inſupèr, vt intelligeret idem papa Ioanne Concilium non minùs iuſtè minùſve legitimè contra eũ in præmiſſis, aut eorum aliquo proceſſiſſe, dicta teſtiũ ſuper criminibus in quibus proceſſum ſit & fuerit contra eum productis, ſæpedictus Vaurẽſis epiſcop⁹ aperuit, & ſibi copiam dare obtulit ad finẽ, quòd ſi contra eoſdem eorùmve dicta quicquam opponere aut defenſionẽ aliquam ſuſcipere vellet, id facere atque liberè vti deberet & poſſet. Quibus per eundem Ioannem papã & omnimoda defenſione huiuſmodi, prætèrquàm vt hic ſubſequitur expreſſiùs renũciatis, pro cõcilio prædicto ſe ſubmiſit: adijciens, Volo quòd concilium ſit defenſio mea, quod ſcio errare nõ poſſe. Nec alia defenſione quacũq; vti volo, ſupplicans ſe humilimè per commiſſarios prænominatos eidẽ concilio ſynceriter recommẽdandum fore: demumq́, ſucceſſiuè poſt præmiſſa epiſcopus Vaurenſis prælidatus, ſuo & cõmiſſariorũ prædictorũ nomine aperto ore dixit: Pater ſancte, nos vltra præmiſſa in mãdatis habemus, vobis aſſignare terminum ad ſententiam diffinitiuam per dictum ſacrum conciliũ cõtra perſonam veſtram ſuper omnibus et ſingulis, in quibus iam contra eandem proceſſerat, proferendam, & prout ipſius eſſe qualitas et natura requirunt. Ideò vobis terminum aſſignamus ad huiuſmodi ſententiam audiendã in Conſtantia ad diem craſtinam hora ſeſſionis conſueta. Qui dictus Ioannes papa inibì, vt apparuit, comparere non curans, reſpondit: Summè mihi placet ſententia ipſa, quæ (ſupplico) quàm citò lata ſit, mihi deferatur, quã cũ omni reuerentia, etiàm cum birreti mei depoſitione recipiam: eamq́, quãtùm in me fuerit, confirmabo, approbabo & emologabo, prout & dictum proceſſum, ac omnia contra me (vt ſuperiùs eſt expreſſũ) in concilio geſta, exnunc prout extunc, & extunc prout exnunc ratifico, approbo & confirmo, promittoq́, cõtra eam me aliquo proceſſu temporum nõ venire. Atque ſtatìm porrectis & realiter ad manus traditis ꝑ dominum Gaſparem abbatem & commiſſarium ſuperiùs nominatum, articulis & teſtium dictis omnium ſupradictis, ſupranominatoq́, protonotario domino Thoma Polcon, epiſcopus Vaurenſis ſæpedictus, dicto Ioanne papa audiente, eundem dominum Thomam & Iacobum Rhodini protonotarios ſuperiùs expreſſos, alioſq́, publicos notarios hic inferiùs deſcriptos, ad præmiſſa & eorũ occaſione vocatos, inſtantiùs requiſiuit, vt ſuper præmiſſis oĩbus & ſingulis, vt ſuprà recitanter dictis, propoſitis, allegatis & reſponſis, aſſertis & geſtis, vnũ, duo vel plura cõficerent publicum ſeu publica, inſtrumentum ſeu inſtrumenta. Et ꝙ in his teſtes eſſent, vnuſquiſque eorum. Et reuerendi patres domini, Vitalis Tholonenſis, ac Fredericus Auguſtenſis epiſcopi, honorabileſq́, viri magiſtri Vuilhelmus Clynck in ſacra pagina profeſſor, Ioannes Fitton Saresbyrienſis Eccleſię canonicus, Petrus* Gaiecanus canonicus Conſeranenſis, Henricus Sirynck, Ioannes Nederhone notarij publici Paderbornenſis & Colonienſis diœceſum, & multi alij teſtes ſpecialiter requiſiti & rogati per Epiſcopũ Vaurenſem ſupranominatum. Conſequenterq́, ſinè mora dictus dñs Ioannes papa eoſdem protonotariòs & notarios cum inſtantia cõformiter requiſiuit, vt ſupra per eum præmittitur, dictis, reſponſis, promiſſis, habitiſq́, & geſtis teſtes ſibi fierẽt, eaq́, ſub eorum ſcriptis publicis facerent annotari, & quòd tunc adſtantes cæteri nonnulli hic ſuperiùs expreſſi, & alij intereſſentes plurimi, teſtes itaq́, ſibi fierent ad præmiſſa. Acta ſunt hæc in dicto oppido Cellis, de quo ſuprà, anno Domini milleſimo quadringenteſimo decimoquinto, indictione octaua, pontificis eiuſdem Ioannis papæ anno quinto.*

for.* ſententiæ.

Quibus ſic peractis, idem Andreas electus Poznanienſis, quoddam decretum pro approbatione ſcripturarum & deputationis legebat & publicabat, cuius tenor ſequitur, & eſt talis:

Decretum deputationis notariorum.

Item conſtituit & deputat & ordinat dicta ſancta ſynodus pro qualibet natione vnum protonotarium, videlicet pro natione Gallicana Ioannem de Trembleyo, pro natione Italica Iacobum Rhodini de Ianua, pro natione Germanica Hermannum de Duuerck, pro natione Anglicana Thomam * Poltenſem.

Item notarios nationum, videlicet pro natione Gallicana Michaelem * Bolſonis, & Ioannem * Gniardi. Pro natione Italica Bartholomæum de * Gnoſtis, & Ioannem Azel. Pro Germanica natione * Sumpertum Fabri, & * Giſeleum Fonentem. Et pro natione Anglicana Guillermum Porezell. quibus dat authoritatem & plenariam poteſtatem, omnia & ſingula in ſacro præſenti Conſtantienſi Concilio dictata, acta, actitata, promulgata, publicata, lecta, petita, & omnia alia quicunque geſta & facta, & omnia quæcunque in poſterum dicenda, agenda, actitanda, promulganda, publicanda, legenda, petenda & quæcunquè alia in & pro dicto ſacro Concilio, & ad dictum ſacrum Concilium quomodolibèt pertinentia, facienda, & peragenda, in formam publicam redigendi, & aliàs conſcribendi, Approbatque dicta ſancta ſynodus omnia & ſingula per ipſos protonotarios & notarios in dicto ſacro concilio, & ad ipſum ſacrum Concilium quomodolibèt pertinentia, conſcripta: & tam in publicam formam, quàm aliâs in ſcriptis ſeu actis quomodocunquè redacta vſque nunc, ſub quibuſcunque verbis per dictum ſacrum Concilium fuerint ſtatuta, decreta, ordinata, pronunciata, & Quomodolibèt diffioita. Quo decreto lecto, fuit petitum per procuratorem, an placeret prout pronunciatum extitit. fuitque reſponſum per præſidentem ſeſſionis huiuſmodi, & etiàm quatuor præſidentes quatuornationum, & deindè per totius ſynodi ſuppoſita, per verbum Placet.

*Girardi *Gualtis *Gumpertum.

SES-

SESSIO DVODECIMA,

In qua commiſſatij ad Ioannem Papam fecerunt relationem, & lata fuit ſententia diffinitiua contra ipſum.

DIe Mercurij vigeſimanona menſis Maij ſupradicti, fuit ſeſſio generalis in Eccleſia maiori Conſtantienſi, in qua præſidebat reuerendiſſimus pater dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis cardinalis Viuarienſis, præſente ſereniſſimo principe Sigiſmundo Romanorum rege in inſignijs regalibus, cum ſuis nobilibus in eiſdem ſibi ſeruientibus.

Cui adſtabant inter Cardinales domini Angelus epiſcopus Praneſtinus, Laudenſis, & Iordanus epiſcopus Albanenſis, de Vrſinis nuncupati. Praſentibus etiàm dominis Franciſco Florentino Lucido de Comite, Odone de Columna, Landulpho Barenſi, Ludouico de Feliſco, Raynaldo de BrancKaſij, Amadeo Saluciarum diaconis cardinalibus.*

Et fuit decantatum officium Miſſæ de Spiritu ſancto, per dominum patriarcham Antiochenũ, Quo completo, dicebantur Litaniæ, &c. vt moris eſt. Quibus peractis, fuit facta relatio à legatis & nuncijs miſſis ad Ioannẽ Papam,
Ioan.12.d per organum domini Ioannis Epiſcopi Vauren. quemadmo-
for. * ex dùm * articulis & atteſtationibus cõtẽtis in proceſſu ſacri Cõſtãtienſis Cõcilij contra ipſum dominum Ioannem Papam eidem exhibitis, offerendo ea parte Concilij ipſius, ſi quid vellet opponere, quod liberè poſſet. Item intimato eidem termino ad proferendum ſententiam, quòd reſpõdiſſet verbo, ſe ꝑ DEI Eccleſia & eius vnione plura feciſſe, etiã antequàm fuiſſet in Papã aſſumptus, & ante dicti Cõcilij Cõſtantiẽſis inchoationem, in quo etiàm obtulit liberã papatus ſui ceſſionẽ. Et quòd turpiter ab indè receſſerat, benè recognoſcebat: maluiſſetq; illa die ſine animę ſuę pręiudicio mortuus eſſę, quàm ita turpiter receſſiſſe quodque cõtra proceſſum ſacri Concilij nullam defenſionẽ facere volebat, ſed ꝓut per ſchedulã ſua manu ſubſcriptam, datã cardinalibus, qui ad eum venerant, continebatur, vouebat, & præſentialiter ꝓmittebat ſtare ac ſe in omnibus cõformare omni ordinationi, declarationi & determinationi dicti ſacri Concilij, ac inſup omnimodum proceſſum p idem Concilium contra eũdem habitum, ratificabat, aſſerens quòd non aliter voluit prædictis articulis reſpondere, affirmans concilium Cõſtantienſe ſanctiſſimum eſſe, errareque non poſſe, ac concilij Piſani continuatiuũ: & quòd ipſi ſacro Cõſtantienſi concilio nũquàm contradicere vellet, etiam ſi in Bononia, aut alias quouis loco ſibi magis accepto perſonaliter tã eſſet, cùm id ſibi minus non eſſet, quàm publicè fateri ſe ĩ papatu nullũ ius habere. De ſentẽtia autem ferenda, quòd ſumme ſibi placeret, vt quàm citò lata foret, eidem referretur, q̃ omni reuerentia, etiã cum bireti ſui depoſitione reciperet, & eã, quantùm in ſe foret, cõfirmaret, ratificaret approbaret, & emologaret, prout dictum ꝓceſſum ac omnia cõtra ipſum in concilio geſta, extunc ratificabat, approbabat & confirmabat, promittebatque contra ea ſe aliquo proceſſu temporis non venire. prędicta relatione complete, reuerendus pater

Poſt cuius quidẽ officij Miſſę pactionẽ fuerũt lecta & dicta Litaniæ cum introitu, Exaudi nos Domine et cæter. more ſolito cum Euãgelio, Nũc iudiciũ eſt mundi, nunc princeps huius mũdi eijcietur forâs, cæteriſq; collectis ac orationib⁹ et hymno, Veni creator ſpiritus. Quibus habitis, inſtãte magiſtro Hẽrico de Piro ꝓmotore et ꝓcuratore ꝓdicto, reuerẽdi patres ac honorabiles et ꝓuidi dñi Ioannes Epiſcop⁹ Vaurẽſis, Andreas elect⁹ Poznanienſis, Gaſpar abbas Peruſinus, Thomas abbas mõaſterij ſãctæ Mariæ extra muros Eboraci, Iacobus Rhodini de Ianua, Thomas Polcon ſedis Apoſtolicæ ꝓtonotarius, magiſter Ioãnes Guiardi et Vuilhelmus Porcell notarij, legati et nũcij miſſi herì ꝑ ſacrã ſynodũ et ad terrã Cellis, vbì Ioãnes papa vigeſimuſterti⁹ exiſtebat, ꝑ os dñi Ioãnis epiſcopi Vaurenſis ꝓdicti, ſibiq; ex parte ipſi⁹ ſynodi intimarũt, qualiter terminus ad ferẽdũ ſententiã fuiſſet prorogatus ĩ diẽ præſentẽ, ꝓpter beneuolã reſpõſionẽ de nõ appellãdo, ſed eã acceptãdo, et eã approbare velle: et ex hoc mota dicta ſancta ſynodus ſiue cõciliũ, attẽdendo honorẽ eius in huiuſmodi pronũciatione, vellẽt limitare et mitigare verba ſẽtentiæ. Eo nõ obſtante, ſi vellet opponere & defendere cauſam ſuã contra dictã ſententiã, poſſet & deberet ſibi dari tẽpus & hora atque locus pro ſua defenſione. Qui Ioannes ipſis nuncijs reſpondebat, ꝙ non vellet videre neq; atteſtatiões, neq; proceſſus, nec quicquã opponere ſiue excipere, ſed eã apꝓbare velle et acceptare. Et extunc approbauit. Et placeret quòd cõcilium ferret ſentẽtiam, dicens quòd ſciret cõcilium errare nõ poſſe: et lata huiuſmodi ſententia, obtulit ſe paratum ad ſubſcribendum eandem. Et vlteriùs dixerunt, quòd dicta ſententia deberet ferri die lunę proxima. Sed ex quo materia pro tũc nõ erat parata, idcircò de mandato concilij intimarũt ſibi dictam prorogationem, de quibus reddidit ſe idem Ioannes contentum, regratiando ipſis nuncijs, ſupplicãs vt recommendarẽt honorem & ſtatum ac perſonam ſuã domino regi Romanorum & cõcilio, prout in quodam publico inſtrumento in notam recepto per dictos notarios, tenoris infraſcripti, pleniùs continetur.

Qua relatione facta, idem Henricus de Piro promotor & procurator petijt pronũciari, prout & quemadmodũ in quadam papyri ſchedula, quam ibidèm in ſuis tenebat manibus,

ter

eamq;

ter Dominus Epiſcopos Attrebateñ. legebat ſententiam diffinitiuam contra Ioannem Papam XXIII. ac conſtitutiones quaſdam, quorum tenores ſequuntur hoc modo.

eamq́; de verbo ad verbum perlegebat, proteſtans, petens & dicens, vt in eadem ſchedula infraſcripti tenoris plenius contiretur. Petitione lecta, & data notarijs ibidèm nomine Concilij pſentibus, & deindè toto concilio & ſynodo mandante, reuerendi patres domini Ioannes patriarcha Antiochenus, Martinus epiſcopus Aurebatenſis, Antonius epiſcopus Concordienſis, Nicolaus Epiſcopus Mersburgenſis, & Patritius Epiſcopus Cortagenſis aſcenderunt ambouem, in quo edicta concilij & ſynodi ſanctæ prædictæ legi et publicari ſolent. Et de mandato concilij & ipſius ſynodi reuerend. pater dominus epiſcopus Attrebatenſis, Chriſti nomine inuocato, pronunciauit & legebat dictam ſententiam diffinitiuam de verbo ad verbum, prout in ſchedula, quam ſuis tenebat manibus, infraſcripti tenoris plenius continetur. Qua pronunciatione facta vt præmittitur, reuerendiſſ. in Chriſto pater & dominus, D. Ioannes epiſcopus Oſtienſis cardinalis Viuarienſis & præſidens, propoſuit, quod ſi aliquis eſſet ibidèm preſens, ſiue magnus ſiue paruus, pauper aut diues, volens cõtradicere dictæ ſententiæ, diffinitiuæ ſeu eius pronunciationi, dicat & ſurgat, cùm poteſtas libera ſit per dictum conciliũ vnicuique conceſſa ad dicendam voluntatem ſuã. Et cum caſu quo non dixerit, habebitur pro conſentiente. Tunc nomine reſpondente ſiue loquẽte, ipſe dominus epiſcopus Oſtienſis habuit reſpondere nomine collegij cardinalium quòd placet. Deindè ipſi commiſſarij, et indè quilibet pro natione ſua, videlicet Ioannes patriarcha pro natione Gallicana, Nicolaus Mersburgenſis pro natione Germanica, Antonius Cancordienſis pro natione Italica, & Patritius Cortagenſis pro natione Anglicana reſponderunt, Placet. Et ſubſequenter omnes ibidèm inſtantes in concilio, & de concilio. Subſequenter dominus Franciſcus Cardinalis Florentinenſis leuauit ſe, & voluit legere vnam ſchedulã papyream: fuitq́; dictũ per omnes, quòd non placeret, & ſic ſiluit nihil, legendo. Deindè de mandato concilij dominus Ioannes archiepiſcopus Rigenſis bullam papę portauit, & præſentauit eam concilio tanquàm eius cuſtos: qua preſentata, fuit per magiſtrum Henricum Promotorem petitum, an placeret quòd dominus vicecancellarius tanquàm ad eum pertinens, rumpi facer et arma Balthazaris: fuit reſponſum quòd ita, & placuit omnibus. Qua bulla recepta, ſiue ferro quo bulla fabricabatur, & ibidèm in præſentia omnium per magiſtrum Arnoldum aurifabrum papæ prædicti fuit rupta, & arma ipſius Ioannis deleta. Et abſolutus dominus Ioannes archiepiſcopus Rigenſis ab eius cuſtodia & pronunciatus quòd fideliter cuſtodiniſſet & præſentaſſet. Super quibus omnibus & ſingulis idem magiſter Henricus de Piro promotor, petijt ſibi fieri nomine quo ſuprà vnũ vel plura, publicum ſeu publica, inſtrumentum ſeu inſtrumenta, per protonotarios ibidem preſentes, notarios & tabelliones &c. Preſentibus ibidèm illuſtribus principibus duce Ludouico Bauariæ comite palatino Rheni, Henrico Rompolt duce Zodanenſi de Sleſia, Ioãne Iacobo comite Aqueſanenſi, filio Morchionis Mõtisferrati, comite Bertholdo de Vrſinis, Philippo comite de* Naſſabo, & Ambaſiatoribus regum Poloniæ, Noruegiæ,* Suetiæ, Daciæ, Nauarræ & Cypriæ, & alijs Chriſtifidelibus in numero copioſo.*

Suſpenſio futuri ſummi Pontificis.

Sacroſancta generalis &c.

Quòd non procedatur ad electionem Papæ, ſi contingat ſedem vacare, ſine expreſſo conſenſu Concilij.

Sacroſancta generalis Conſtantienſis ſynodus, Eccleſiam Catholicam repræſentans, ad extirpationem præſentis ſchiſmatis & errorum, Eccleſiæque reformationem io capite & in membris faciendam, in Spirituſancto legitimè cõgregata, ad faciliùs & liberiùs & vtiliùs vnionem Eccleſiæ cõſeqoendam, pronunciat, decernit, ſtatuit & ordinat, vt ſi contingat ſedem Apoſtolicam quouis modo vacare, in priſma vacatione ad electionem futuri ſummi pontificis nullo modo procedatur ſinè deliberatiooe & conſenſu huios ſacri generalis Concilij. Et ſi contrarium fieret, ſit ipſofacto irritum & inane authoritate dicti ſacri Concilij. Nullusque electum contra hoc decretom in Papam recipiat, nec illi, vt papæ quomodolibèt adhæreat vel obediat ſub pœna fautoriæ dicti ſchiſmatis & maledictionis æternæ: puoianturque hoc caſu eligentes & electus, ſi conſentiat, ac illi adhærentes, pœnis per hoc ſacrum Conciliom ordinandis. Suſpenditque dicta ſancta ſynodus pro booo vnionis Eccleſiæ, omnia iura poſitiua, etiàm io concilijs generalibus edita, & ipſorum ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones & conſoetudines, priuilegia quibuſcunque coosceſſa, & pœnas contra qooſcunque editas, ioquantùm effectum dicti decreti impedire poſſent quoquo modo.

Senteotia diffinitiua contra Ioaonem Papam vigeſimumtertium.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trioitatis, Patris & Filij & Spirituſſancti, Amen. Sacroſancta generalis ſynodos Conſtantienſis, in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, inuocato Chriſti nomine, ſalum DEVM præ oculis habens, viſis articulis in hac cauſa contra dominum Ioannem Papam vigeſimumtertium formatis & oblatis, ac probationibus eorundem factis, eiuſdem ſubmiſſione ſpõtanea, vnà cum toto proceſſu huius cauſæ habita matura deliberatione ſuper eiſdem, per hanc ſententiam diffinitiuam, quam fert in his ſcriptis, pronunciat, decernit

nit & declarat, receſſum per præfatum dominum Ioãnem papam vigeſimumtertium ab hac ciuitate Conſtantienſi & dicto ſacro Conſtantienſi Concilio Generali, clandeſtinè & de nocte, hora ſuſpecta, in habitu diſſimulato & indecenti factum, fuiſſe & eſſe illicitum, Eccleſiæ Dei & dicto concilio notoriè ſcandaloſum, pacis & vnionis Eccleſiæ turbatiuum & impeditiuum, ſchiſmatis inueterati nutritiuum, à voto, promiſſione & iuramento per ipſum dominum Ioannem papam DEO & Eccleſiæ & huic ſacro Concilio præſtitis deuiatiuum, ipſumque dominum Ioãnem Simoniacum notorium, bonorumque & iurium nedùm Romanæ, ſed aliarum Eccleſiarum plurium, & aliorum locorum piorum dilapidatorem notorium, malumque ſpiritualium & temporalium Eccleſiæ adminiſtratorem & diſpenſatorẽ fuiſſe & eſſe, ſuis deteſtabilibus inhoneſtis vita & moribus Eccleſiam DEI & populum Chriſtianum notoriè ſcandalizantem ante eius aſſumptionem ad Papatum, & poſt vſque ad iſta tempora, ipſumque per præmiſſa Eccleſiam DEI & populum Chriſtianorum notoriè ſcandalizaſſe & ſcandalizare, poſtque monitiones debitas & charitatiuas, iteratis & crebris vicibus eidem factas, in præmiſſis malis & arrogantia pertinaciter perſeueraſſe, ſeque ex hoc notoriè incorrigibilem reddidiſſe, ipſumque propter præmiſſa & alia crimina in proceſſu dictæ cauſæ contra eum deducta, & contenta, tanquàm indignum & inutilem & damnoſum à papatu, & omni eius adminiſtratione ſpirituali & temporali amouendum, priuandum, & deponendum fore. Et eum hoc dicta ſancta ſynodus amouet, priuat & deponit, vniuerſos & ſingulos Chriſticolas, cuiuſcunque ſtatus, dignitatis vel conditionis exiſtant, ab eius obedientia, & fidelitate & iuramento abſolutos declarãdo. Inhibendo inſupèr vniuerſis Chriſtifidelibus, ne eundem (vt præmittitur) à papatu ſic depoſitum, de cæterò in Papam nominent, aut illi tãquàm Papæ adhæreant, ſeu quoquo modo obediant. Et nihilominùs ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis ſupplet dicta ſancta ſynodus omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan in pręmiſſis, aut aliquo præmiſſorum interuenerunt, eumque ad ſtandum & morandum in aliquo bono loco & honeſto, ſub cuſtodia tuta ſereniſſimi principis domini Sigiſmundi Romanorum & Hungariæ &c. regis, & vniuerſalis Eccleſiæ aduocati & defenſoris deuotiſſimi, nomine dicti ſacri generalis Concilij, quandiù dicto ſacro Concilio generali pro bono vnionis Eccleſiæ DEI videbitur condemnandum fore, & eadem ſententia condemnat. Alias verò pœnas, quæ pro dictis criminibus & exceſſibus inferri deberent iuxta canonicas ſanctiones, dictum Concilium arbitrio ſuo reſeruat declarandas & infligendas, ſecundùm quod rigor iuſtitiæ vel miſericordiæ ratio ſuadebit.

Quòd neuter contendentium reeligatur in Papam.

Item ſtatuit, decernit & ordinat dicta ſancta ſynodus pro bono vnionis Eccleſiæ Dei, quòd nullo vnquàm tempore reeligatur in Papam dominus Balthaſar Coſſa, nupèr Ioannes papa 23. nec Angelus de Corario Gregorius 12. nec Petrus de Luna Benedictus 13. in ſuis obedientijs ſic nominati. Et ſi contrarium fieret, id ſit ipſo facto irritum & inane. Nullusque cuiuſcunque dignitatis vel præeminentiæ, etiàm ſi imperiali, regali, cardinalatus vel pontificali dignitate præfulgeat, eis vel eorum alteri contra hoc decretum vllo vnquàm tempore obediat, ſeu adhæreat, ſub pœna fautoriæ dicti ſchiſmatis & maledictionis æternæ, ad quas contra præſumptores, ſi qui in poſterum fuerint, etiàm cum inuocatione brachij ſecularis & aliàs rigidè procedatur. Datum Conſtantiæ prouinciæ Moguntinenſis, in ſeſſione publica in maiori Eccleſia ſolenniter celebrata, die Mercurij 29. mẽſis Maij, anno Domini 1415. indictione octaua.

Pro iudicibus, quòd vocentur prælati abſentes.

Item decernit dicta ſancta ſynodus, quòd quatuor generales iudices deputati, debeant vocare pręlatos abſentes ad ſynodum, & punire non venientes, prout eis de iure & ſecundùm Deũ videbitur expedire. Datũ &c.

Inſtrumentum ratificationis ſententiæ factæ per dominum Balthazarem, olim papam, in villa de Cellis Conſtantienſis diœceſis.

In nomine Domini, amẽ. Per hoc præſens publicũ inſtrumentum cunctis pateat euidenter, quòd anno à natiuitate eiuſdem milleſimo quadringenteſimo decimo quinto, die Veneris vltima menſis Maij indictione octaua, circa horam duodecimã in loco de Cellis Conſtantienſis diœceſis, in domo habitationis reuerẽdiſſimi ĩ Chriſto patris et dñi, domini Balthazaris Coſſæ, nupèr Ioannis papæ vigeſimitertij nuncupati, in camera ipſius Balthazaris, præſentibus infraſcriptis reuerendis patribus, dominis Iacobo Rhodini de Ianua et Thoma Polcõ ſedis Apoſtolicæ protonotarijs, alijsq; notarijs publicis & etiàm infraſcriptis teſtibus ad inferiùs recitata vocatis & rogatis, reuerendi in Chriſto patres dñi Ioannes Vaurenſis epiſcopus, Gaſpar ſancti Ioãnis eremitæ de Peruſio decretorum doctores, & Thomas ſanctæ Mariæ extra muros Eboracenſes monaſteriorũ abbates perſonaliter exiſtentes in præſentia dicti dñi Balthazaris pridiè Ioannis papæ vigeſimitertij nuncupati, per organũ dicti dñi Vaurenſis epiſcopi, ex parte ſacri generalis Conſtantienſis concilij ſibi ſignificabant & intimabant diffinitiuam ſententiã depoſitionis à papatu contra eũ die Mercurij vltimo pterito, ſcilicet vigeſimonono pſentis mẽſis

Maij

Maij per dictum generale conciliũ in ſeſſione publica latam & publicatam fuiſſe, quam quidem ſententiam ibidèm ſibi in ſcriptis exhibuerunt, et realiter tradiderunt ad finem, quòd ea pleniùs intellecta, diceret, declararetq́, an eidem ſententię eam approbando acquieſcere, ſeu eidem ſe in aliquo opponere vel contradicere vellet. Qui quidẽ dominus Balthazar ipſam ſententiam ſibi traditam per ſeipſum ad partem legit. Et deindè ad reſpondendum eiſdẽ prælatis ſuper premiſſis per eos propoſitis, ſpatium & temporis interuallum habere voluit, vt ſuper eadem ſententia & petitis deliberaret. Qui quidem prȩlati de hoc contenti, dixerunt eos habita deliberatione huiuſmodi ad ſuum beneplacitum, ad ipſum redire velle, ſuam reſponſionem in prȩmiſſis audituri. Et ſic ab eiũs prȩſentia protunc receſſerunt. Et deindè eadem die & circa horam ſecundam poſt meridiem, iidem domini prȩlati ex parte dicti domini Balthazaris & ad eius præſentiam pro audienda reſpõſione in prȩmiſſis vocati, ad eũ perſonaliter acceſſerunt. Quibus cũ ſupradictis protonotarijs, notarijs & teſtibus in eius præſentia conſtitutis, reſpondendo dixit, quòd ſuper dicta ſentẽtia per eũ viſa, lecta, benè concepta, ac pleniùs intellecta deliberauerat, & ideò quantùm poterat, & in eo erat, eandem ſententiam, cuius tenor eſt talis, In nomine Dñi, amen &c. vt ſuprà, prout per dictũ ſacrum concilium lata, et ab ipſo concilio proceſſerat & dictata erat, ex ſua certa ſcientia approbabat, ratificabat, & emologabat, ac eidẽ proceſſui contra eum ad eius depoſitionem per concilium factam, acquieſcebat & conſentiebat. Apponendoq́ manus ad pectus eius, aſſertione libera affirmabat. iurãs corporaliter ſuo proprio motu, quòd nunquàm contra eandem ſententiam cõtra ipſum ſic vt præmittitur latam, quicquã opponere, nec cõtra eam reclamare publicè vel occultè, aut ab ea appellare velle, ſeu ſuper papatu quãcũq́ controuerſiã opponere: nec aliquo vnquàm tẽpore de eodẽ papatu ſe quouis modo intromitteret, immò eidẽ papatui & iuri, ſi quod in eodẽ ſibi qualitercunq; cõpetierat, ſeu ſi quod ſibi nũc in eodẽ cõpetebat, purè, ſimpliciter et abſolute, libereq́ & ſpontè cedebat & renũciabat. Et ibidèm omni modo, via & forma, quibus meliùs potuit, reſignauit, ceſſit & renunciauit expreſſè: et in huius ſignũ iã de camera ſua crucẽ papalẽ amoueri fecerat, ac ſi imitatorẽ omnia & ſingula inſignia papalia ſicut diſpoſuerat dicta die mercurij, qua dicta ſententia fuit lata, tunc coram prȩlatis prȩdictis depoſuiſſet. Dixitq́ quòd nullo vnquàm tẽpore ſe pro Papa gereret ſeu nominaret, aut nominari faceret, voluiſſetq́ ꝙ ad ipſum papatũ nũquàm fuiſſet aſſũptus, quia expòſt nũquã habuit bonũ diẽ. Et ſi cõtingeret caſus ꝙ in futurũ reeligeretur, nũquàm ſuũ præberet aſſenſum: adijciẽs tamen, quòd ſi aliqua perſona ſingularis poſt iã facta præmiſſa, in ſui perſonam quicquam criminis vlteriùs obijcere vellet, ad vlteriorẽ proceſſũ contra eum habendum, ſeu grauiorem pęnam in ipſum infligendã, quòd in hoc ſeipſum defendere vellet ſub dicti cõcilij generalis protectione, quod pro ſuo iudice & defenſore recepit. Supplicans humiliter, quòd in hoc & in alijs concilium ſacrũ & regia ſerenitas ipſum haberent ſpecialiter recommiſſum, volens & requirens idem dominus Balthazar, quòd omnibus his & ſingulis præmiſſis fierent et retinerentur publica inſtrumẽta pro bono vnionis Eccleſiæ ſanctæ Dei ad perpetuam rei memoriam per dominos protonotarios ſedis Apoſtolicæ & alios notarios publicos ibidẽ præſentes: quod ad hoc vicibus repetitis inſtãtiùs requiſiuit. Quibus ſic per eundem dominum Balthazarem & prȩlatos ſuprà nominatos dictis, propoſitis, factis, geſtis, habitis & reſponſis, iidem domini prælati per organum dicti Vaurenſis epiſcopi petierunt & requiſierunt confici & perpetuò retineri publicum & publica inſtrumentũ & inſtrumenta per dictos protonotarios & notarios publicos infraſcriptos. Acta fuerunt hæc anno, die, menſe, indictione, loco & hora quibus ſuprà, præſentibus reuerendis in Chriſto patribus, dominis Vitale Tholonenſi & Frederico Auguſtenſi epiſcopis, ac venerabilibus religioſis & circumſpectis viris dominis & fratribus, Eymerico de Arcijs licentiato in decretis priore Prioratus ſanctæ Benignæ Auguſtenſis, Pantio Gaudæ baccalaureo in Theologia ordinis fratrum Minorũ, Begone de Rogerio in decretis licentiato Siſtaricenſis & Rigenſis Eccleſiarum canonico Officiali Viticenſi, Petro Gaietano literarum pœnitentiariæ ſcriptore canonico Conſeranenſi, Ioanne Gonſſalui baccalaureo in decretis, archipresbytero Eccleſiæ Aſtenſis, Henrico de Grauia notario publico clerico Leodienſis diœceſis, teſtibus &cæt.

Locus obſcurus.

Quibus ſic (vt prȩmittitur) lectis, dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis prȩſidens, propoſuit quòd ſi aliquis eſſet ibidèm prȩſens, dictæ ſententiæ diffinitiuæ contradicere volens, ſeu eius pronunciationi, ſurgeret & diceret: & in caſu quo non dixerit, habebitur talis pro conſentiente. Tunc nemine reſpondente, ſiue loquente, ipſe dominus Oſtienſis habuit reſpondere nomine collegij cardinalium, quòd placet. Deindè ipſi cõmiſſarij in ambone, quilibet pro natione ſua, videlicet Ioannes patriarcha Antiochenus pro natione Gallicana, Nicolaus Merſburgenſis pro natione Germanica, Antonius epiſcopus Concordienſis pro natione Italica, & Patritius Cortagienſis pro natione Anglicana, Placet, reſponderunt.

SESSIO XIII.

DIE ſabbati quintadecima menſis Iunij, anno à natiuitate Domini 1415. indictione octaua, fuit ſeſſio generalis in Eccleſia maiori Conſtantienſi, in qua fuit cantatum officium Miſſæ de beata virgine Maria, per reuerendum patrem Dominum Ioannem epiſcopum Lutomuſſenſem.

Quo cõpleto, legebantur Litaniæ &cęt. more aliarũ ſeſſionũ,

Et deindè officio Miſſæ celebrato, fuerunt lectæ litaniæ cum introitu.

Exaudi

præſente ibidèm ſereniſſimo Principe Sigiſmundo Romanorum & Hungariæ &c. Rege. Præſidebat in eadem ſeſſione Reuerendiſſimus pater Dominus Ioannes Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis Viuarienſis, Ex deputatione verò ipſius ſynodi Archiepiſcopus Mediolanẽſis legebat quaſdam ordinationes & decreta, decęterò in Romana Eccleſia tenenda & obſeruanda, quarum tenores inferiùs ſequuntur in hũc modum:

Exaudi nos domine cũ diuerſis collectis, Euangelio, hymno, Veni creator ſpiritus, iuxta conſuetudinem & ritum aliarum ſeſſionum, pręſente ibidèm sereniſſimo principe Sigiſmundo Romanorum & Hungariæ &cæt. rege. Cui adſtabant reuerendiſſimi patres domini cardinales de Vrſinis & Landẽſis. Cui ſeſſioni ſiue ſynodo inter cardinales & eorum nomine Reuerendiſſimus in Chriſto pater & dominus Ioannes Oſtienſ. cardinales Viuarienſis præſidebat, in præſentia dominorum Franciſci Venetiarum, Antonij Aquilegienſis, Branda Placentinenſis presbyterorum, Thomæ Tricaricenſis, Odonis de Columna, Landulphi Barenſis, Raynaldi de Brancaſijs, & Franciſci Florentinenſis diaconorum cardinalium. Quo officio Miſſæ & litaniarum cantato, lecto atque dicto, Henricus de Piro & Ioannes de Scribanis promotores & procuratores negociorum dictæ ſynodi comparuerunt ibidem, & propoſuerunt coram tota ſynodo, dicentes quòd in diuerſis mundi partibus incepiſſent pullulare certa hæreſes, & antiquatæ cõtinuari, & præſertim quòd ſacerdotes aliqui hodiè communicarent corpus Chriſti poſt cœnam, & non ieiuni, & ſic miniſtrarent alij: & alias dixerunt, prout & quemadmodùm in quadam petitionum papyri ſchedula infraſcripti tenoris continetur: Petenteſq́; ſibi ſuper præmiſſis prouideri, nominibus quibus ſuprà, de remedio opportuno. Qua petitione oblata & recitata, placuit domino præſidenti, omnibusq́; alijs & ſingulis ſuppoſitis huiuſmodi ſynodi, ſuper hoc remediari. Et ſtatim reuerendi patres & venerabiles viri domini Bartholomæus archiepiſcopus Mediolanenſis, Stephanus epiſcopus Dolenſis, Antonius epiſcopus Concordienſis, Andreas electus Poznanienſis, Nicolaus epiſcopus Merſburgenſis, & Patritius epiſcopus Cortagenſis decretorum doctor, aſcenderunt Ambonem nomine nationum quatuor: & dominus Bartholomæus archiepiſcopus Mediolanenſis ad hoc per ſynodum deputatus, legebat quaſdam ordinationes & decreta decætero in Eccleſia Romana obſeruandas & tenendas, quarum tenores inferiùs ſequuntur.

Tenores verò dictæ petitionis & declarationis papyri ſchedularum de quibus ſuprà ſit mentio, ſequuntur & ſunt tales.

Quia in nonnullis partibus mundi peruerſus mos pullulare incepit, vt ſacerdotes laicos ſub vtraque ſpecie panis videlicet & vini, communicare non ceſſent, cõtra Romanæ & vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudinem approbatam, vndè ſcandala & hæreſes veriſimiliter oriri ſuſpicantur: petimus nos promotores & procuratores huius ſanctæ ſynodi, in Spiritusancto legitimè cõgregata, per veſtras reuerendiſſimas paternitates prouideri ſalubriter Eccleſiæ Dei.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritusſancti, Amen. Cùm in nonnullis mundi partibus quidam temerariè aſſerere præſumant, populum Chriſtianum debere Sacramentum Euchariſtiæ ſub vtraque panis & vini ſpecie ſuſcipere, & non ſolùm ſub ſpecie panis, ſed etiàm ſub ſpecie vini, populum laicum paſſim communicent, etiàm poſt cœnam vel alias non ieiuni, & communicandum eſſe pertinaciter aſſerant, contra laudabilem Eccleſiæ conſuetudinem rationabiliter approbatam, quam tanquàm ſacrilegam damnabiliter reprobare conantur: hinc eſt, quòd hoc præſens Concilium ſacrum generale Conſtantienſe, in Spiritusancto legitime congregatum, aduersùs hunc errorem ſaluti fidelium prouidere ſatagens, matura plurium Doctorum tam diuini quàm humani iuris deliberatione præhabita, declarat, decreuit & diffinit, quod licèt Chriſtus poſt cœnam inſtituerit, & ſuis diſcipulis adminiſtrauerit ſub vtraque ſpecie panis & vini hoc venerabile ſacramentum, tamen hoc non obſtante, ſacrorum Canonum authoritas laudabilis & approbata cõſuetudo Eccleſiæ ſeruauit, & ſeruat, quòd huiuſmodi ſacramentum non debet confici poſt cœnam, neq; à fidelibus recipi non ieiunis, niſi in caſu infirmitatis aut alterius neceſſitatis à iure vel Eccleſia conceſſo vel admiſſo. Et ſicut hęc conſuetudo ad euitandum aliqua pericula & ſcandala eſt rationabiliter introducta, quòd licèt in primitiua Eccleſia huiuſmodi ſacramentum reciperetur à fidelibus ſub vtraque ſpecie, poſteà à conficientibus ſub vtraque, & à laicis tantummodò ſub ſpecie panis ſuſcipiatur, cùm firmiſſimè credendum ſit, & nullatenùs dubitandum, integrum CHRISTI corpus & ſanguinem tam ſub ſpecie panis, quàm ſub ſpecie vini veraciter contineri. Vndè cùm huiuſmodi conſuetudo ab Eccleſia & ſanctis Patribus rationabiliter introducta, & diutiſſimè obſeruata ſit, habenda eſt pro lege, quam non licet reprobare, aut ſinè Eccleſiæ authoritate pro libito mutare. Quapropter dicere, quòd hanc conſuetudinem, aut legem obſeruare, ſit ſacrilegum,

De cõmunicando ſub vna ſpecie tãtum.

Matt. 16.
Marc. 14.
Luc. 22.

Hunc locum alij ſic legunt: Et ſimiliter quòd licèt in primitiua Eccleſia huiuſmodi Sacramentum reciperetur à fidelibus ſub vtraque ſpecie, tamen hęc conſuetudo ad euitandũ aliqua pericula & ſcandala eſt rationabiliter introducta, quòd à conficientibus ſub vtraque ſpecie, & à laicis tantummodò &c.

Conſuetudo quæ pro lege habenda.

Digitized by Google

aut illicitum, cenſeri debet erroneum: & pertinaciter aſſerentes oppoſitū præmiſſorum, tanquàm hæretici arcendi ſunt & grauiter puniendi per diœceſanos locorum ſeu officiales eorom, aot inquiſitores hæreticæ prauitatis in regnis, ſeo prouincijs, io quibus contra hoc decretum aliqnid fuerit forſan attentatum, aut præſumptum, iuxta Canonicas & legitimas ſanctiones, in fauorem Catholicæ fidei contra hæreticos & eorum fautores, ſalubriter adinueotas.

Quòd nollus presbyter ſob pœna excommunicationis, communicet populum ſub vtraque ſpecie panis & vini.

Item ipſa ſancta ſynodus decernit & declarat ſuper iſta materia, reuerēdiſſ. in Chriſto patribus & dominis patriarchis, primatibus, archiepiſcopis, epiſcopis, & eorum in ſpiritualibus vicarijs vbilibèt conſtitutis, proceſſus eſſe dirigendos, in quibus eis committatur & mandetur authoritate huius ſacri Concicilij ſob pœna excommunicationis, vt effectualiter puniant eos cootra hoc decretum excedentes, qui communicando populum ſub vtraqoe ſpecie panis & vini exhortati fuerint, & ſic faciendom eſſe docuerint: & ſi ad pœnitentiam redierint, ad gremium Eccleſiæ ſuſcipiantur, iniuncta eis pro modo culpæ pęnitentia ſalotari. Qui verò ex illis ad pœnitentiam redire non curauerint aoimo indurato, per cēſuras eccleſiaſticas per eos vt hæretici ſunt coerceodi, inuocato etiā ad hoc (ſi opùs fuerit) aaxilio brachij ſecularis. Quibus lectis, magiſter Ioaones de Scribanis, & magiſter Henricus de Piro promotores, petierunt reſponderi per dominos Imperatorem, Cardinales, & cæteros prælatos, an placeret. Præſidens autem dominus Oſtieñ. reſpondit nomine collegij cardinalium, Placet. Similiter rex Romanorum. Sic ſucceſſiuè reuerendiſſ. patres domini epiſcopi, Antonius Concordienſis pro Italica, Stephanus Dolenſis pro Gallicana, Nicolaus Mersburgenſis pro Germanica, & Patriuus Cortagenſis pro Anglicana, in ambone exiſtentes, reſponderunt, Placet.

Pœnæ in communicantes vulgum ſub ſpecie vtraque.

Quibus factis, promotores & procuratores prædicti, Hērico de Piro loquente, petierunt nomine quo ſuprà, deputari per dictam ſanctam ſynodum certos commiſſarios, in cauſa hæreſis ventilata, ſeu ventilanda, & ad concilium ad præſens deuoluta vel deuoluenda, orta vel oritura, prout & quemadmodùm in quadam petitionum papyri ſchedula, cuius tenor inferiùs eſt inſertus, pleniùs continetur. Qua petitione data & intellecta, iuxta mādatum ipſius ſynodi reuerendus pater dominus Andreas electus Poznanienſis, in ambone legebat ſchedulam deputationis commiſſariorum cum eorum authoritate & poteſtate, quę inferiùs eſt inſerta. Qua lecta, fuit quęſitum & ſcrutatum per dictos promotores & procuratores per ipſius Henrici de Piro organum, an dicti iudices placerent. Reſponſum fuit per dictum dominum præſidentem nomine collegij Cardinalium & ſuo, Placet. Et ſubſequenter per dominos Antonium Concordienſem, Dolenſem, Mersburgenſem Epiſcopos & Cartagenſem prędictos, nomine nationum ſuarum prędictarum, Placet: & ſimiliter per omnes alios, præterquam per reuerendum patrem dominum Martinum Epiſcopum Attrebatenſem ambaſiatorem ducis Burgundię, qui dixit, domino, ſuo fore ſuſpectum reuerendiſſimū patrem dominum Petrum Cardinalem Cameracenſem multis de cauſis, quas ſuo loco & tempore congruo dare vellet in ſcriptis, nullo modo conſentiendo in dictum dominum cardinalem tanquàm commiſſarium, ſaltem in cauſa, quę ſperatur verti inter dominum ſuum ducem Burgundię & Pariſienſes &c. Super qua proteſtatione ſibi fieri fecit & petijt vnum vel plura, publicum ſeu publica, inſtrumentum ſeu inſtrumenta. Qua proteſtatione facta & admiſſa, promotores & procuratores prędicti petierunt ſibi nomine quo ſuprà, ſuper omnibus & ſingulis cantatis, dictis, lectis, diffinitis & declaratis fieri vnum vel plura, & tot quot eſſent neceſſaria, publicum & publica, inſtrumentum & inſtrumenta, per dominos protonotarios ſedis Apoſtolicę dictę que ſynodi, ac omnes & ſingulos notarios & tabelliones ibidèm preſentes, ad perpetuam rei memoriam. Præſentibus ibidèm illuſtribus & nobilibus viris, Ludouico duce Bauarię & comite palatino Rheni, Frederico Burgrauio Nurenbergenſi, comite Bertholdo de Vrſinis, Philippo Span de Vngaria pincerna Syndou, alijs que nobilibus in numero copioſo.

Tenores dictę petitionis & commiſſariorum deputationis papyri ſchedularum, de quibus ſuprà fit mentio, ſequuntur, & ſunt tales.

Item cùm experientia doceat, continuò propter ſciſſuram Eccleſię nouas oriri hæreſes, & aliquas antiquas renouari, difficileq́; pro ſingulis huiuſmodi cauſis primitiuarum perſonarum de hęreſi ſuſpectarum ad hoc ſacrum concurrere generale cōcilium, pro celeriori hęreſium extirpatione, petimus nos promotores et procuratores ſupradicti, aliquos ex reuerendiſſimis patribus dominis ſanctæ Romanę Eccleſię cardinalibus, & aliquos ex ſingulis nationibus iudices & commiſſarios per veſtras reuerendiſſimas paternitates delegari & deputari ad huiuſmodi cauſas hęreſium audiendum et terminandum, ſaltem vſque ad concluſionem vel ſententiam excluſiuè, cum omnibus & ſingulis emergentibus incidentibus, dependentibus & connexis.

Hęc ſancta ſynodus Conſtantienſis in Spiritu ſancto legitimè congregata vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, pro celeriori extirpatione hęreſū et Eccleſiæ reformatione ſacroſanctę ſpecialiter

cialiter deputat & eligit reuerẽdiſſimos in Chriſto patres dominos, videlicet: Iordanũ de Vrſinis Antoniũ Aquilegienſem, Petrũ Cameracẽſem, et Franciſcũ Florentinẽſem, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales. Et pro Italica natiõe reuerẽdos patres dominos Cõcordienſem, Alexandinũ, & Laudenſem epiſcopos & electũ Pennenſem: pro Gallicana epiſcopũ Gebennẽ. abbatẽ Gemeticen. abbatẽ de Claranilla, et magiſtrũ Vrſinũ de Callanãdo: Pro Anglicana magiſtrũ Vuilhelmum Corff ſacræ Theologiæ profeſſorẽ, magiſtrũ Vuilhelmũ Cline, magiſtrũ Hugonẽ Hounetz, et Ioãnẽ Vuenes decretorũ doctorũ. Pro natione Germanica electũ Poznaniẽſem, magiſtrũ Nicolaũ Dinckelſpuel, Theodoricũ de Monaſterio ſacræ Theologiæ proceſſorẽ, & Bertholdũ Vuildũgen ſacri palatij Apoſtolici cauſarũ auditorẽ, ad audiendũ & examinandũ cauſas, & in ipſis iuridicè procedendũ, quarumcunque hæreſum & errorum in fide catholica et moribus, vndecunque habuerint vel habeant originẽ, & ſalubriter extirpẽtur, & contra quaſcunque perſonas, cuiuſcunq; fuerint ſtatus aut dignitatis, etiã ſi põtificali vel alia quauis eccleſiaſtica vel ſeculari præfulgeãt dignitate, de eiſdẽ ſuſpectas, petitiões, accuſationes & declarationes eiſdẽ propoſitas & proponendas recipiendũ, partes vocandum, et in hoc ſacro concilio & extra citandũ & publicãdũ, & alias ſeruatis ſeruãdis procedendũ, prout exigentia fidei & iuris ordo poſtulabunt. Necnõ omnia & ſingula faciẽdũ & exercẽdum, quæ in pmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu etiàm quomodolibẽt oportuna, cum oĩbus incidẽtibus, emergentibus & connexis vſq; ad ipſarum cauſarum cõcluſionem excluſiuè. Sic tamen, quòd ſi omnes intereſſe non poſſint aut non velint, duæ partes ipſorum prædicta liberè exequantur.

In cauſa verò contra Ioannẽ Huſz iã diu ventilata, quæ circa cõcluſionem exiſtit, per iudices & deputatos hucuſque in ea vlterius cognoſcatur & procedatur per eoſdem.

SESSIO DECIMAQVARTA,

in qua Carolus de Malateſtis renunciauit papatui nomine domini Gregorij 12.

ANno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo XV. Apoſtolica ſede vacante, regnanteque ſereniſſimo & inuictiſſimo principe domino Sigiſmundo, Romanorum, Hungariæ &c. rege, regnorum ſuorũ anno Hungariæ xxix. Romanæ electionis quinto, coronationis verò primo, Die autem Iouis quarta menſis Iulij, fuit tenta ſeſſio generalis per ſanctam ſynodum Conſtantiẽſem ĩ Eccleſia cathedrali Cõſtantieñ. ſupradicta, pſente ibidẽ dicto ſereniſſimo Dño Sigiſmũdo Romanorum & Hũgariæ &c. rege cum inſigniis regalibus, & nobilibus ſibi in his ſeruientibus, videlicet dominis Ludouico comite Palatino Rheni in pomo ſiue mundo, Henrico Duce Bauariæ in enſe, Friderico Burgrauio Nurẽbergẽſi in ſceptro, & Andrea filio Sueualæ barone de Hũgaria, in corona miniſtrantibus, cæteriſque principibus in numero copioſo. Præſentibus ibidèm Reuerendiſſimis patribus, Ioãne epiſcopo Oſtienſi & cardinali Viuarienſi, Angelo Laudẽſi, Iordano de Vrſinis cæteriſque cardinalibus, patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, & aliis patrib⁹ in copioſa multitudine in cuius quidẽ ſeſſionis pricipio pſatus dominus Romanus rex indut⁹ veſtibus regalib⁹, receſſit de ſua ſede ſolita, & tranſiuit ad aliam ſedem poſitã in fronte altaris, tanq̃ præſidens pro tunc in cõcilio, Ioanne Dominici tituli ſãcti Sixti cardinali Raguſino, & Carolo de Malateſtis Domicello Ariminẽſi, pcuratorib⁹ dñi Angeli de corario, Gregorii XII. in ſua obediẽtia nuncupati, ad authorizandum cõcilium, & cedendum papatui nomine dicti Gregorij ſedentibus iuxta regem in quodam banco, reſpiciente verſùs congregationem

ANno et indictione quib⁹ ſuprà, ſede Apoſtolica vacãte, die verò Iouis quarta mẽſis Iulij, fuit ſeſſio gñalis. In qua ſereniſſimus Romanorũ & Vngariæ etc. rex, tanq̃ Imperator ĩ iſignijs regalib⁹ præſidebat, cui⁹ enſem geſſit dux Hẽric⁹ de Bauaria, ſceptrũ verò burgraui⁹ Nurẽbergẽſis, mũdiale ſiue pomum dñs Ludouic⁹ dux Bauariæ comes palatin⁹ Rheni. De corona autẽ eiuſdẽ ſeruiuit Comes. In qua etiã ſeſſione interfuerũt reuerẽdiſſimi in Chriſto patres dñs Ioannes Oſtienſis dictus Viuarienſis, Iordanus Albanẽſis dictus de Vrſinis, et Angelus Tuſculan⁹ dictus Laudẽſis epiſcopi, Antoni⁹ tituli ſanctæ Suſannæ Aquilegiẽſis, Petrus tituli S. Chryſogoni Cameracenſis, Frãciſc⁹ tituli S. Crucis in Hieruſalẽ Venetiarũ, Thomas tituli ſanctorum Ioannis et Pauli Tricarien. Alamãn⁹ tituli S. Euſebij Piſan⁹, Branda tituli S. Clementis Placentin⁹, Petr⁹ tituli S. Marci de ſancto Marco, Antonius tituli S. Cæciliæ de Salãcho presbyteri, Raynald⁹ tituli S. Viti in macello de Branckaſijs, Ludouicus S. Andriani de Fliſco, Lãdulph⁹ S. Nicolai Barenſis, Amade⁹ S. Mariæ ĩ Coſmedin Salutiarũ Lucid⁹ de Comitib⁹, Frãciſcus ſanctorũ Coſmæ et Damiani, Florentinenſis, diaconi communiter dicti Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales. Cantatoq; ſolenniter hymno, Veni creator ſpiritus, cum verſiculo, ſequentia & oratione, Deus qui corda fideliũ etc. per Ioannem epiſcopum Oſtienſem lecta, reuerẽd. pater domin⁹ Ioannes Dominici S. Sixti presbyter cardinalis in ſua obedientia, ac magnificus vir domin⁹ Carolus de Malateſtis, quaſdã literas bullatas ſiue certa procuratoria ſeu mãdata pro ipſo Gregorio ad conuocandum cõcilium generale, et in eo agenda & tractãda approbandum, authorizãdum, necnon ad tractãdum & practicandum, procurandum & concludendum cum Regia maieſtate, ac alijs quibus ſua prudentia videbitur expedire, et alia in ipſis pro-

ſynodi Conſtantieñ. Deindè cantatis antiphona, VENI SANCTE SPIRITVS, ac hymno, VENI CREATOR SPIRITVS, dictaq́; collecta de Pace per dictū Dominum cardinalem Vinarienſem, ſubſequēter per venerabilē virū dñm Iob' Benner protonotarium dñi Ludouici comitis Palatini, lectæ fuerunt duæ bullæ ſeqnentis tenoris.

ꝓcuratorijs, ſeu mādatis, quorū tenores inferiùs inſerūtur, exhibuerūt & ꝓduxerūt. Quas quidē literas bullatas, ſuperiùs vt ꝑmittitur, exhibitas et productas de mādato domini regis ad tūc præſidentis, venerabilis vir Iob publica & intelligibili voce perlegit. Quibus ſic lectis et pactis, reuerēdiſſimus pater dñs Ioānes Dñici Cardinalis et Carolus prædicti, procuratores dicti dñi Gregorij duodecimi in ſua obedientia nuncupati ante altare Cōcilij prope ſedē præſidentis conſtituti, dictus Carolus ꝑdicto reuerendiſſimo patri ad legēdū ſchedulam tenoris infraſcripti, maximè conuocationē concilij, approbationē, et ratificationē agendorum in eodem in ſe continentē, vices ſuas plenariè cōmiſit. Qua cōmiſſione ſic facta, ſurrexit præfatus dominus Ioannes cardinalis, ſumpto themate, oēs vnanimes in oratione eſtote, factaq́; ſuper eodē famoſa collatione, prælibatā ſchedulam publicè alta & intelligibili voce perlegit. Qua ſic vt præmittitē lecta, reuerendus in Chriſto pater dñs Bartholomæus archiepiſcopus Mediolanenſis, rogāte et exhortante præfato dño præſidente, ad inſtantem petitionem magiſtri Henrici de Piro, huius ſacri cōcilij Cōſtantiēſis promotoris, ambonē aſſcēdit, & in eo ſibi aſſiſtētibus reuerēdis patribus dñis Antonio Cōcordiēſi ꝓ natione Italica. Stephano Dolēſi pro natione Gallicana, Nicolao Merſburgenſi pro natione Germanica, & Patritio Cortagēſi ꝓ natione Anglicana, ep̄is in nationib' ꝑdictis ꝑſidētibus, quaſdā capitulorū tenoris infraſcripti ſchedulas, quarū vna in effectu cōtinebat, ꝙ conciliū memoratū dictā conuocationē, authorizationē & confirmationem, quantùm ad eundem dominum Gregoriū pertinet & attinet, eas admittit: et collegiū ipſius domini Gregorij duodecimi nūcupati, alteri collegio, videlicèt olìm Ioannis papæ vigeſimitertij, & ecōuersò, vnitas oī nò fore decernit. Altera verò continebat in effectu, quòd notarij rogati de præmiſſis, non faciant mentionem in inſtrumētis ſuis de Papa vel ſede Apoſtolica, ſed de Sigiſmundo Romanorū et Vngariæ &c. rege & regno Romanorū, vſq; ad ceſſionē per Carolum nomine dicti Gregorij faciendam. Quibus lectis, dicti epiſcopi prꝑſidentes nomine nationū ſuarum prꝑdictarum, & Ioannes epiſcopus Oſtiēſis pro ſe & collegis ſuis cardinalibus, inſtāte & petente magiſtro Henrico de Piro promotore ꝑdicto, exhortanteq́; & rogāte ſereniſſimo principe domino Sigiſmūdo Romanorū &c. rege, tunc præſidente, reſpōderūt ꝑ verbū, Placet. Sup quibus cōuocatione, authorizatione, cōfirmatione, admiſſione ac vnione, ac ſtatutis & decretis, magiſter Henricus de Piro ꝓmotor et ꝓcurator à ſanctæ ſedis Apoſtolicæ ꝓtonotarijs, per dictū conciliū deputatis, necnon à notarijs quatuor nationū, & quibuſcunque alijs tabellionibus publicis ibidèm adſtantibus, vnū vel plura fieri & confici, inſtrumentum ſeu inſtrumenta, publicum ſeu publica, tot quot eſſent neceſſaria, inſtāter requiſiuit. Præſentibus ibidem.

Hic erat locus uacuus in eo, ex quo iſta ſumpſimus, exemplari: tanquàm ſi præſentes hic nun expreſſi adhuc fuiſſent exprimendi.

Tenores verò dictarum bullarum necnō ſchedularum & capitulorum prædictorū, de quibus ſuprà fit mentio, ſequuntur & ſunt tales:

Gregorius episcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filijs Ioanni tituli S. Sixti presbytero cardinali Apoſtolicæ ſedis legato, & Ioanni in patriarcham Conſtantinopolitanum electo, noſtris & eiuſdem ſedis nuncijs, & venerabili fratri Vuernero archiepiſcopo Treuirenſi, necnon nobilibus viris Ludouico comiti Palatino Rheni, & Carolo de Malateſtis domicello Ariminenſis, in prouincia Romandiolæ pro nobis & * ſancta Romana Eccleſia rectori, Salutē & Apoſtolicam benedictionem. Terrenas affectiones humanas tenebrare * conſtat, liberandas pro modulo luminationis. Cùm lux illa q̄ dixit, Ego ſum lux mundi, ſe luminantem oſtendit: & pro quanto terreno detinentur affectu, minus illæ ſplendorem contingunt. In quo edocemur, errorem cauēdum, amoremq́; rectum ſequēdum, & noſtram omnia ad illam pacem, quæ eſt cum Deo homini mortali, feliciter conferenda, contra quam negare non poſſumus, impios errores commiſſos circa Papatum noſq́; aduerſantium aſtutijs repulſos, ad pacem & Eccleſiæ Chriſti clarum ſtatum per viam renunciationis pro progreſſu firmiter deſiderantes, vt cùm ſpes aliqua ſcintillaret, occurrimus erogando. Ex eodem igitur affectu continuato, intellecta prouidētia regia, cum affectione cōcordi ad Eccleſiæ pacē cū nationibus quas vocauit ad ciuitatem Conſtantieñ. exhilarati, libenti animo prompti ſumus, vt ſemper fuimus, pro extirpatione horrendorū ſchiſmatum, & integra vnione meritò optanda & perficienda, dimittere liberē papatū, quāuis nobis clarū ſit, tam ex titulo ſanctæ memoriæ Vrbani 6. prædeceſſoris noſtri, & canonica noſtra electione, q̄ etiàm clariſſimè ex noſtra puritate cū efficaci volūtate & recta. Quapropter potiùs & altiùs rem ipſam & effectum qui intenditur, ac ſerenitatis regiæ cor, mentem, animum, & opera poſt ſui aduentum ad Conſtantiā fructuoſa aduertentes, * quamq́ue extrinſecùs quouis artificio demonſtrauit, & confidentes exindè de eius ſerenitatis diſpoſitione Deo grata, & in eo ſperantes cuius res geritur, ꝙ ſerenitatem eandem diriget in agendis, & vos etiàm qui pro præmiſſorum effectu eſtis ibidèm. Et vt poſſitis in ꝑdictis ꝓficere meliùs & valere,

* noſtra

* videtur de eſſe mētes

Ioan. 8. b

locus obſcurus.

* quæq́ue

quo

quo efficaciorem poteſtatem à nobis conſtiterit vos habere, nobis ſeu illis ex nobis quòd vbi illi interfuerint, congregationem ipſam, inquantùm per dictam ſerenitatem regiam, & non Balthaſarem, ſe nuncupari facientem Ioannem 23. vocatam, vice noſtra ad prædictorum effectum conuocandi & authorizandi generale concilium, remota tamen omninò dicti Balthaſaris præſidentia & præſentia ab eiſdem: necnon omnia quæ poſtquàm ſic feceritis, diſponentur pro vera redintegratione ac vnione Eccleſiæ, ac præfatorũ ſchiſmatum extirpatione, per congregationem eãdem remotis (vt præmittitur) præſidentia & præſentia dicti Balthaſaris, vice noſtra ſimiliter authorizandi & confirmandi, plenam & liberam de plenitudine * poteſtatis concedimus tenore præſentium facultatem. Datum Arimini tertio Idus Martij, pontificatûs noſtri anno nono.

De curia G. de Imola

In plica M. de ſtrata in dorſo in camera.

Gregorius epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, dilecto filio nobili viro Carolo de Malateſtis, domicello Ariminenſi, in prouincia noſtra Romandiolæ pro nobis & ſancta Romana Eccleſia rectori, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm ad laudem omnipotentis Dei, & bonum Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, pro vnionis redintegratione & pace Chriſtianorum, & ſchiſmatum extirpatione, prohdolor, nunc vigentium, vltra alios nuncios noſtros te tanquàm perſonam noſtram ad maieſtatem regiam Conſtantiam perſonaliter deſtinemus, nos volentes pariter & optantes, vt eo perfectiùs perficere valeas in præmiſſis, quo maiori fueris authoritate munitus: tibi cùm ſubordinata ſit renunciatio canonicæ & cer-
locus obſcurus tæ electioni vnici futuri ſummi pontificis, & alia etiàm neceſſaria habeant interuenire, pro prædictorum effectu ſalubriter conſequendo, tibi conueniendo aut illis, cum quibus tuæ prouidentiæ videbitur expedire, modis congruis & opportunis tractandi, practicandi & concludendi, quæ tibi viſa fuerint vtilia & neceſſaria ad prædicta, etiàm ſi forent talia, quæ mandata alia & tibi data excederent, quantumcunque mandatum exigerent ſpecificum & ſpeciale, & ſi videbitur tibi, aliqua magis conuenire perſonæ eccleſiaſticæ, illa expediri faciendi per perſonam eccleſiaſticam, quam elegeris, & ei ſic electæ & iuxta tuam diſpoſitionem facturæ, præſentiũ tenore de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis plenam & liberam concedimus facultatem. Datum Arimini tertio idus Martij, pontificatûs noſtri anno nono.

De curia G. de Imola.

In plica M. de ſtrata in dorſo in camera.

Quibus bullis lectis, dominus Carolus (prout in eiſdem continebatur) habens maiorem authoritatem quàm cæteri, commiſit præfato Dño Ioãni Dominici cardinali vices ſuas ad authorizandum & approbandum dictum concilium. Quam commiſſionem in ſe recipiens facta breui collatione cum themate, Omnes vnanimes in oratione eſtote, au- 1.Pet.3.
thorizauit concilium, prout in ſchedula tenoris ſequentis continetur.

Schedula authorizationis Concilij.

QVia ſanctiſſimus dñs noſter Gregorius Papa duodecimus audiuit, intellexit, atque multipliciter eſt informatus de celebri fama huius ſanctæ congregationis pro generali Concilio Conſtantienſi in Chriſti nomine congregatæ, idcircò idem dominus noſter auidus Eccleſiaſticæ vnionis & reformationis & extirpationis hæreticæ prauitatis, commiſſionem fecit, prout in eiuſdem literis nunc lectis dinoſcitur contineri. Cuius quidem commiſſionis & mandati vigore ego Ioannes miſeratione diuina tituli S. Sixti presbyter cardinalis, Raguſinus vulgariter nuncupatus, pro me & collegis meis in hac parte hîc exiſtentibus nomine patris & filij & Spiritusſancti, Amen, authoritate domini noſtri Papæ, quantùm ad eundem ſpectat, vt prædicta ſancta vnio, reformatio, & hæreticæ prauitatis extirpatio, Deo authore, meliorem ſortiantur effectum, & vt ſub diuerſorum profeſſione paſtorum poſſidentes Chriſtiani, in vnitate ſanctæ matris Eccleſiæ & charitatis vinculo coniungantur, iſtud ſacrum Concilium generale conuoco, & omnia per ipſum agenda authorizo, & confirmo iuxta modum & formam, prout in literis domini noſtri nunc lectis pleniùs continetur.

His autem peractis, reuerendiſſimus pater dominus Bartholomæus archiepiſcopus Mediolanenſis, legebat capitula & ordinationes conceptas per concilium Conſtantienſe. Tenores verò dictorum capitulorum ſequuntur, & ſunt tales: Cùm principium cuiuſlibet rei potiſſima pars ſit, vt principium decens & amabile Deo & poſſibilis Eccleſiæ redintegratio fiat, ſacroſancta gñalis ſynodus Conſtantienſ. in Spirituſancto legitimè congregata, eccleſiã catholicã repræſentans, vt iſtæ duæ obedientiæ, videlicet illa q̃ profitetur Ioannem vigeſimumtertium olim fuiſſe Papã, & illa q̃ ꝓfitet dñm Gregorium XII. eſſe Papã, vniantur vna alteri, & altera alteri coniungantur ſub capite Chriſto, dictas Cõuocationẽ, authorizationem, approbationem & cõfirmationẽ nomine illius dñi, qui in ſua obedientia dicitur Gregorius XII. nunc factas, quantùm ad ipſum ſpectare videtur, qa abũdãs ad certitudinẽ pro bono cautela nemini nocet, ſed omnibus ꝓdeſt: in omnibus & per omnia admittit, & amodò has ſupradictas obedientias cõiunctas & vnitas eſſe decernit & declarat in vno corpore Dñi noſtri Ieſu Chriſti, & huius ſacri vniuerſalis cõcilij gñalis, in noĩe patris & filij & Spiritusſancti.

Hęc ſancta ſynodus ex certis bonis adſpectibus ſtatuit & ordinat, quòd p notarios qui de præmiſſis rogabuntur, in inſtrumentis per eos conficiendis nulla fiat mentio de Romano pontifice vel de ſede Apoſtolica, ſed de anno regnorum ſereniſſimi & inuictiſſimi principis domini Sigiſmundi Romanorum & Vngariæ &c. regis, et hoc vſque ad ceſſionem incluſiuè.

Quibus ſic factis, prædictus dominus Ioannes Dñici cardinalis, receſſit à loco vbi ante altare fuerat, ad ſcamnum ſeu locum in quo presbyteri cardinales ſedebant, per Lucidum cardinalem de Comitibus prædictum introductus, & ad oſculum fraternale receptus, & oſculo prælibato, inter reuerendiſſimos patres dominum Franciſcum Venetiarum & Antonium Aquilegiẽſem presbyteros cardinales prędictos collocatus ſedebat. Subſequẽter verò inuictiſſimus ac sereniſ. princeps domin⁹ Sigiſmũdus Romanorum & Vngariæ &c. rex, de loco quo præſidebat, ad ſedem ſuã propriã regiã, in qua ſedere ſolet in ſeſſionibus generalibus, acceſſit, & ibi ſedebat. Præmiſſis omnibus ſicut præmittitur peractis, reuerendiſſimus pater dominus Alamannus tituli ſancti Euſebij presbyter Cardinalis, Piſanus communiter dictus, Miſſam celebrauit de ſancto ſpiritu. Et venerabilis vir magiſter Theodoricus de Monaſterio ſacrę theologię profeſſor, ſermonem fecit, cuius thema fuit: Ioan. 8. *Quis ſequitur me, non ambulat in tenebris. Quo & dicta Miſſa finita, cãtatoq; reſponſorio ſeu introitu, Exaudi nos Domine, &c. dictiſq; per reuerẽdiſſimum patrẽ dominũ Ioannẽ epiſcopum Oſtienſem orationibus, lectoq; Euãgelio, Si quis venit ad me &c. hymnoq; Veni creator ſpiritus, iterùm ſolẽniter cãtato, ac alijs precibus conſuetis ad Deũ deuotè profuſis, præſidente pro tũc dño Ioãne epiſcopo Oſtienſ, memoratus Carolus quandam aliam bullã Gregorianã, ſigillo plũbeo ſigillatã, ſanã etc. tenoris infraſcripti exhibuit & produxit. Quam quidẽ bullã præfatus immediatè præſidẽs, per præfatũ dominũ Iob legi fecit publicè alta & intelligibili voce. Quibus peractis, ſurrexit præfatus dominus Carolus, & quandam papyri ſchedulam tenoris infraſcripti, quam in ſuis tenebat manibus, alta & intelligibili voce perlegit. In qua effectualiter ponebatur petitio ſua, videlicet an expediat quòd ceſſio Gregorij fiat in Conſtantia antequàm eatur Niciam, ſeu an Petrus de Luna cedere velit aut nolit experiatur. Qua lecta, pręfat⁹ reuerendus pater dominus Bartholomæus archiepiſcopus Mediolanẽſis, adhuc vt ſuprà ĩ ambone cũ præſidentibus prætactis exiſtẽs, exhortante et rogante reuerendiſſ. patre domino Ioãne præſidente præfato, quandam aliam ſchedulam certam in ſe continentem capitulum, in quo in effectu continebatur, quòd Conciliũ Conſtantienſe velut, quòd reſignatio Gregorij fiat in Cõſtantia pro vtilitate & redintegratione fidei Chriſtianæ, antequàm eatur ad Niciam, cuius tenor inferiùs ſequitur, alta & intelligibili voce legit. Ipſaq; ſic vt præmittitur lecta, ſurrexit magiſter Hẽricus de Piro prælibatus promotor, petijtq; per dictos præſidẽtes, pro ſe & nationibus ſuis prælibatis et alijs reſponderi ſuper præmiſſis, per verbũ placet, uel non placet. Et tũc memorati præſidentes pro nationibus ſuis et earũ qualibet, necnon reuerend. in Chriſto pater dominus Ioannes epiſcopus Oſtiẽſis pro ſe, & ſuis collegis Cardinalibus reſponderunt per uerbum, placet. Super quibus productis & lectis, dictus magiſter Henricus promotor et procurator petijt à reuerendis patribus ſanctæ ſedis Apoſtolicæ protonotarijs, ac à nobis per dictum concilium deputatis notarijs, & à quibuſcunque alijs notarijs & tabellionibus publicis ibidẽ adſtãtibus, vnũ uel plura, publicum ſeu publica, tot quot eſſent neceſſaria, fieri & confici inſtrumentum & inſtrumenta. Præſentibus tunc ibidèm teſtibus ſupradictis.*

Tenores uerò dictarum bullarum, necnon ſchedularum ordine quo ſuprà lectarũ, ſequuntur per ordinem, & ſunt tales:

Tolluntur proceſſus & cæteras in duabus obedientijs hinc indè decreta occaſione ſchiſmatis.

Aliud capitulum.

Sacroſancta ſynodus generalis Conſtantiẽſis &c. Pro maiori pace & ſecuritate vnionis Eccleſiæ, omnes & ſingulos proceſſus, cenſuras, pœnas & ſententias in olim vocati Ioannis, & eius qui dicitur Gregorius duodecimus, obedientijs coniunctis occaſione, vel ex cauſa ſchiſmatis hinc vel indè latas, decretas, promulgatas ſeu fulminatas, & omnem exindè cõtractam maculam ſiue notam iuris aut facti, quo ad eaſdẽ obediẽtias, tollit, abolet & irritat atque caſſat. Omnes quoque & ſingulas perſonas dictarum obedientiarum cuioſcunque conditionis vel ſexûs exiſtant, in ſtatibus, dignitatibus & officijs, quæ alîâs canonicè ſeu rationabiliter tenent, poſſideot & exercent, ad abundantem cautelam habilitat, & cum eis, quantùm opportunum fuerit, aut indigent, diſpenſat hæc ſancta ſynodus ex certis bonis reſpectibus: ſtatuitque & ordinat, quòd per notarios qui de præmiſſis rogabuntur, in inſtrumentis per eos conficiendis, nulla fiat mentio de Romano pontifice vel ſede Apoſtolica, ſed de anno regnorum ſereniſſ. & inuictiſſ. principis domini Sigiſmundi Romanorum & Hungarorum &c. regis. & hoc, vſque ad ceſſionem incluſiuè. His denique lectis, dictus dominus Ioannes Dominici cardinalis Raguſinus, per cardinales ſiſtẽtes in Concilio receptus eſt ad oſcolum pacis, & collocatus eſt inter Franciſcũ Venetiarũ & Antoniũ Aquileieñ. presbyteros cardinales. Fuitq; conſequẽter cantata Miſſa de Spirituſancto per dominũ † Almanũ cardinalẽ Piſanũ, cum ſermone ad clerum. Et poſtmodùm Miſſæ officio finito, acceſſit locũ præſidentiæ dictus dominus Ioãnes epiſcopus Oſtieo. cardinalis Viuarienſis. fuitq; dictum officiũ litaniarum, aliarũ more ſeſſionũ, cũ Euangelio, Si quis venit ad me, & non odit patrẽ ſuum &c. Et dictus dominus Iob * venner legebat bullam dicti domini Gregorij ad ceſſionem papatûs, tenoris ſequẽtis. * Benner.

Pro-

Procuratorium ad reuunciaodum. &c.

Gregorius epiſcopns ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio nobili viro Carolo de Malaeſtis, domicello Arimioi, in prouincia Romandiolæ pro nobis & ſancta Romana Eccleſia rectori, ſalutem & Apoſtolicam benedictionē. Diuina gratia dirigente, fideliter & purè conati fuimus ab ipſo initio noſtræ aſſumptionis ſchiſma extirpare, & eccleſiā deducere ad clarum & pacificum ſtatum integraliter, & vt debuimus, & voluimus, & continoè cùm potuimus aduertere opportunitatem faciendi, efficaci voluntate adhibuimus diligentiam noſtram: ſed fluxus diuerſarum cupiditatum tenebrarnm, à timore altiſſimi alienarum, multis & varijs inuolutionibus ſancto propoſito obſtiterunt, & per vias duras multiplici dilecto adſtrictos incedere compulerunt. Et cùm nupèr veriſimiliter dubitaremus grauiora pręparari, recenter recepimus de cœlo lumen aperiri, & regiam maieſtatem per maturos proceſſus pura mēte ad lucem & pacem integrā Chriſtianorū, ſchiſmatibus de eccleſia repulſis, deſideria peruenire, corruptis affectibus obuiando, & rectas vias optando. De quibus gratias altiſſimo reddimus, & ab eo lętitiam ſuſcipimus, ſinè cuius gratias nullū rectè efficitur fundamentum, à qua quidem diuina gratia non dubitamus tuam nobilitatem & animum fuiſſe & eſſe conſtanter directum. Cùm ergò deſtinauerimus Conſtantiam ad eandem regiam maieſtatem dilectos filios Ioānem tituli S. Sixti presbyterum cardinalem ſedis Apoſtolicæ legatnm, & Ioannem in patriarcham Conſtantinopolitanum electum, noſtros & eiuſdem ſedis nūcios, cum certis literis & mandatis noſtris fideliter cōceptis, ſecundùm opportunitatem quæ tunc videbatur: nunc vero ſpe bona concepta, dilatato corde, Chriſtianorum pacem & integram vnionem in Domino deſiderantes, tuā nobilitatem in qua plenè cōfidimus, & chariſſimam vt perſonam noſtrā tenemus, duce Dño ad regiam maieſtatem ipſam in Conſtantiam deſtinamus, vt animus tuus, quem ſemper inuenimus ſacræ vnionis amatorē, nobiſcum lętitia impleatur. Et propiereà ad prædicta omnia plenariè exequenda, te qui etiàm in ciuitate noſtra Ariminenſi, & in nonnullis pro nobis & eadem Eccleſia in tēporalibus es vicarius, omni modo, via, iure & forma, quibus meliùs fieri poſſit, tenore præſentium de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis procuratorē noſtrum facimus ſpecialem, dantes & concedentes tibi vt procuratori noſtro, de plenitudine dictæ Apoſtolicæ poteſtatis omnimodam, plenam & liberam facultatem noſtro & dictæ Eccleſiæ nomine tractandi, procurandi, totaliter concludendi, & effectualiter inducendi ſyncerā & integram vnionem Eccleſiæ ſanctę DEI, per omnem & quamlibet rationabilem viā coniunctìm & diuisìm, quæ tibi procuratori noſtro videbuntur accommoda ac quomodolibèt opportuna. Et ſpecialiter renunciandi & cedendi omni iuri papatûs ac titulo & poſſeſſioni, quod, quem, & quā habemus in eodem, ſi vbì & antè videbitur tibi pro vnione huiuſmodi expedire: necnon omnia & ſingula faciendi, quæ circa p̄miſſa & quodlibet eorum erunt, aut tibi aut procuratori noſtro videbuntur quomodolibèt opportuna, etiàm ſi forent maiora expreſſatis, & mandatum exigerent quantumcuuq; ſpeciale, & quæ nos ipſi facere poſſemus, ſi perſonaliter intereſſemus, promittētes Deo & Eccleſiæ ſanctæ Dei, ratum, gratum, & firmum perpetuò irreuocabiliter habituros, quicquid per te procuratorem noſtrū, actū, geſtum, ſeu factum fuerit in præmiſſis, idq; facturos, dante Domino, inuiolabiliter obſeruari, promittentes bona fide, & ſub atteſtatione diuini iudicij, quòd poteſtatem huiuſmodi tibi ſic (vt præmittitur) attributam & conceſſam reuocare non intendimus, nec reuocabimus te verbo publicè vel occultè, & ſupplentes omnem defectum, ſi quis in p̄ſenti mandato fuerit admiſſus, vel in eo aliquid eſt omiſſum. Datū Arimini, ſexto idus Maruj, pootificatûs ooſtri anno nono.

De curia *G de Imola*
In plica *M. de ſtrata in dorſo in camera.*

Qua ſchedula lecta, dńs Carolus leuans ſe, dixit hæc verba: Cùm ſanctiſſimus dominus noſter Gregorius papa duodecimus, me ſuum procuratorem cōſtituerit ad cedendū modo & forma, prout in ſuis literis lectis dinoſcitur coutineri: Ego Carolus ſuprà dictus ſciens intentionem domioi noſtri ſanctiſſimi Gregorij papæ xij. fuiſſe & eſſe totalem ad redintegrationem Chriſtianorum, ſi poſſit largiēte Dño fieri, & in hoc omnem, quantùm in eo eſt, operam præſtare per futuram papatùs ceſſionem per ſe & ſuos, & quòd ab omnibus caueatur, quæ hoc ſanctū propoſitum impedire poſſent aut differre. p hoc ſacrum concilium declarari & determinari, peto humiliter & inſtanter, vtrùm pro vnione Eccleſiæ Dei & totali redintegratione per Dei gratiam procuranda, ſacro concilio vtile & expediens videatur, quòd nomine præfati dñi noſtri papæ fiat hic Conſtantiæ ceſſio, antequàm Niciam accedator, ſeu an Petrus de Luna, qui in ſua obedientia dicitur Benedictus decimustertius, cedere velit vel nolit, experiatur. Quibus dictis, præfatus domin[9] archiepiſcopus Mediolanēſ. in ambone exiſtens, deputatus per ſynodū, reſpondit in modum qui ſequitur:

§ Concilium determinat, quòd vtile & expedieos eſt, quòd fiat hic in Cooſtantia renunciatio.

Sacro-

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtaotienſis determinat & declarat, expediens & vtile fore pro vnione Eccleſiæ ſanctæ Dei & totali redintegratione per Dei gratiam procuranda, quòd nomine illius domini qui in ſua obedientia dicimr Gregorius xij. fiat hic in Conſtantia ceſſio, antequàm Niciam accedatur, ſeo an Petrus de Luna, qui in ſua obedientia dicitur Benedictus xiij. cedere velit vel nolit, experiatur. Subſequenter dictus dominos archiepiſcopus Mediolanenſis legit capitula quæ ſequuntur.

Poſteà verò idem reuerendiſſimus pater dñs Bartholomæus archiepiſcopus Mediolanenſis, adhuc vt ſuprà in ambone vnà cũ prædictis p̄ſidentibus ſibi aſſiſtentibus exiſtens, ad inſtãtem petitionem & requiſitionem magiſtri Hẽrici de Piro promotoris prædicti, ac exhortationẽ et rogatum domini Ioãnis præſidẽtis prælibati, quædã alia capitula, quorum primum in effectu continet, quòd conciliũ ſtatuit quòd cardinales non procedãt ad electionem futuri ſummi pontificis abſque conſenſu cõcilij, nec eligendus recipiatur ſub pœna maledictionis æternæ, & quòd conciliũ ſuſpendit iura poſitiua cõtra præſens decretũ facientia. Secundum verò, quòd electio futuri ſummi pontificis valeat fieri modo & forma, loco & materia &c. per conciliũ fiendis, & quaſcunque perſonas habilitare, recipere & deputare ad electionem huiuſmodi, tamẽ non obſtãtibus & alijs in ipſa conſtitutione contentis. Et quòd cõcilium non diſſoluatur donèc electio fuerit celebrata. Et ꝙ Imperator impendat & verbo regio promittat, & literas ſuas decernat, & alia plura, prout in eiſdẽ capitulis, quorũ tenores inferiùs inſcribũtur, publicè alta & intelligibili voce perlegit. Quibus ſic lectis, magiſter Hẽricus de Piro promotor et procurator prædictus, petijt per dictos præſidentes in ambone, vt ſuprà exiſtẽtes, pro ſe & nationibus ſuis prædictis & alijs, quorum intereſt, tunc præſentibus ibidèm, reſponderi per verbum placet, vel non placet. Et tunc memorati domini preſidentes, ac Ioãnes epiſcopus Oſtiẽſis, nominibus quibus ſuprà, reſpõderũt per verbũ, placet. Sereniſſimus princeps dominus Sigiſmundus Romanorum etc. rex, reſpondit per hæc verba, Promittimus & literas decernimus. Quibus ſic factis, venerabilis & circumſpectus vir dominus Ioannes præpoſitus Quinqueeccleſienſis, quaſdã literas regias & ipſius dñi regis ſigillo magno maieſtatis ſuæ ceræ glaucæ impreſſo ſigillatas, exhibuit, & produxit, eaſq́; publicè alta & intelligibili voce tenoris infraſcripti perlegit.

Tenores verò dictorum capitulorum et literarum regiarum, de quibus ſuprà fit mentio, ſequuntur & ſunt tales:

Quòd vacante ſede, non procedatur ad electionem Romani Pontificis.

Sacroſancta generalis Conſtantieñ. ſynodus, ad faciliùs, liberiùs & vtiliùs integram vnionem Eccleſiæ conſequendã, pronunciat, ſtatuit & ordinat, ꝙ prætextu cuiuſcunque ceſſionis aut vacationis ſedis Apoſtolicæ ſiue paparum, dorante præſenti concilio factæ vel faciendæ, ad electionem futuri Romani pontificis nullatenùs procedatur ſinè deliberatione & conſenſu huius ſacri generalis cõcilij. Et ſi qoid fieret, ſit ipſo facto authoritate huius ſacri concilij irritum & inane. Nulluſq́; electũ contra hoc decretũ in papã recipiat, nec illi vt papæ quoquo modo obediat, ſub pœna maledictionis, æternæ & fautoriæ ſchiſmatis. Puniantùrque in hoc caſu eligentes & electus, ſi cõſentiat, ac illi adhęrentes, pœnis per hoc ſacrum concilium ordinandis. Suſpendit quoquè dicta ſancta ſynodus ꝓ bono vnionis Eccleſiæ omnia iura poſitiua in concilijs gñalibus edita, & ipſorũ ſtatuta, ordinationes, conſuetudines & priuilegia quibuſcunq; conceſſa, & pęnas contra quoſcunq; editas, inquãtùm dicti decreti effectũ impedire poſſunt quoquo modo.

Sacroſancta ſynodus Conſtantienſis &c. pro maiori pace & ſynceritate vnionis Eccleſiæ, omnes & ſingulos proceſſus, cenſuras, pœnas & ſententias in olìm vocati Ioannis 23. & eius qui dicitur Gregorius 12. obediẽtijs iam coniunctis: occaſione vel ex cauſa ſchiſmatis hinc vel indè latas, decretas, promulgatas ſeu fulminatas, & omnem exindè contractam maculam ſiue notam iuris vel facti, quo ad eaſdem obedientias, tollit, abolet, irritat atque caſſat. Omnes quoquè & ſingulas perſonas dictarũ obedientiarum, cuiuſcunque cõditionis vel ſexus exiſtant, in ſtatibus, dignitatibus & officijs, quæ alias canonicè ſeu rationabiliter tenent, poſſident & exercent, ad abũdantem cautelam habilitat, & cum eis, quantum opportunum fuerit, aut indigent, diſpenſat.

Quòd electio Romani pontificis fiat modo & forma per concilium ordinandis, & ꝙ concilium non diſſoluatur, donèc ſit facta electio, & quód ad hoc rex Romanorum det operam.

Sacroſancta gñalis Cõſtantieñ. ſynodus, vt Eccleſiæ ſãctæ Dei eo meliùs & ſynceriùs prouideatur, ſtatuit & ordinat, pronũciat & decernit, ꝙ proxima electio futori Romani pontificis fiat modo, forma, loco, tempore & materia per ſacrum concilium ordinandus. Et ꝙ idem conciliũ poſſit & ualeat in futurum quaſcunque perſonas, cuiuſcunq; ſtatus uel obediẽtiæ ſin, aut fuerint, ad electionem huiuſmodi actiuè & paſſiuè, & alios quoſcũq; actus eccleſiaſticos, & omnia alia opportuna, non obſtantibus quibuſcunque proceſſibus pęnis aut ſententijs, habilitare, recipere, & deputare modo & forma quib⁹ etiàm videbitur expedire. Quodq́; ſacrum conciliũ non diſſoluatur, donec electio huiuſmodi fuerit celebrata. Exhortãs dicta S. ſynodus inuictiſſimũ principem dñm Domanorũ & Hungariæ regẽ, pariter & requirens, quatenùs tanq̃ ptus Eccleſiæ aduocatus & ſacri cõcilij defenſor & ꝓtector, oẽm

ad

ad hoc operã efficaciter impendat, & verbo regio velle facere hoc* pronunciet, ac literas ſuæ maieſtatis deſupèr fieri decernat.

* promittat,

Sigiſmundus Dei gratia Romanorum etc. rex ſemper Auguſtus. Notũ facimus tenore præſentiũ quibus expedit, vniuerſis ad futuram rei memoriã. Inter varias ſolicitudines curasq́; multiplices illa maximè nos vrget anxietas, nè inter domeſticos fidei, qui Chriſtiano cẽſentur nomine, & præcipuè eccleſiaſticas perſonas, cõtrouerſia, ſeminante humani generis inimico, aliqualiter oriatur. Summoperè igitur procurãdũ eſt, vt nõ creſcãt iurgia. Sed iuxta magiſtræ bonorũ oĩum charitatem, quæ nil ſapit extraneum, nil aſperũ, nil confuſum, immò propria authoritate nutrit cõcordiam, diſſociata cõiungit, inter ſeruos Dei, quos non oportet de bono propoſito reſilire, pax & vnanimitas conſeruetur. Aequũ enim eſt, vt qui ſpiritu dirigũtur, nulla ſectione mentiũ, nulla voluntate cõtraria, nulla nouitate noxia diuidantur, nè indè diſcordia initiũ, vndè pacis fœdera & præcipuè Eccleſiæ tranquillitatis cõmoda debent ſuſcipere incrementũ. Cùm itaque ſacroſancta Cõſtantienſis ſynodus in ſpiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalẽ Eccleſiam catholicã matrem noſtram repræſentans, pro bono vnionis in Eccleſia ſancta Dei conſequenda feliciter laborans, ac celeri (inquantum occurrentiũ caſuũ qualitas aliarumq́; circunſtantiarũ neceſſitas & præſentiũ tẽporũ diſpoſitio patiuntur) vnici, veri, & indubitati ſummi pontificis electione fauente Domino celebranda, vt diũ ad ædificationẽ ſpiritualis patris filij ſponſiq́; eiuſdẽ matris ſanctæ Eccleſiæ votiuã enititur, parturientis partes experiens, conatus proſequens, & moleſtias perferẽs, acerbos dolores ſentiat ad iſtar illius, vt poſt acceptam de antiquo & peſtifero ſchiſmate victoriã, antiquæ felicitatis antidota reſumat, eiuſdem Eccleſiæ prouiſioni cũ oĩ diligentia ſolerter & ſtudioſè ac inſtanter et ſedulè ſuccurrere feſtinat. Veruntamẽ cõſultitus idoneũ pariendi tẽp* expectat, ne incõſulta feſtinãtiæ impetu partũ præcipitet in aborſum. Siuè nonnũquàm occultã forſan Dei diſpoſitione poſtponendus eligitur, et poſtponitur præferendus, prout his accidiſſe diebus ex humanorum defectum ſupponimus cõſideratione. Cùm inter cætera proindè ſtatuerit et ſalubriter ordinauerit, quòd hoc ſacrum cõciliũ non diſſoluatur donèc electio huiuſmodi futuri ſummi pontificis fuerit celebrata: Nos qui tanquàm Romanæ Eccleſiæ aduocatus, dictiq́; cõcilij protector & defenſor, ipſius Romanæ Eccleſiæ celerẽ prouiſionẽ totis præcordijs affectamus, et dictæ ſanctæ ſynodi ſtatutis et ordinationibus colla noſtra ſubmiſimus, eiſdẽq́; in omnibus parere et intendere volumus & debemus, aĩo deliberato ex certa ſcientia tenore præſentiũ verbo regio promittimus & nos obligamus, quòd oẽm ad hoc operã efficaciter impendemus, & bona fide curabimus, ac quãtum in nobis eſt, legaliter faciem*, quòd dicta S. ſynodus non diſſoluetur, ſed in ſuo robore conſeruabitur, manutenebitur et protegetur, quouſquè dicta electio largiente altiſſimo fuerit celebrata, ac ſpiritus paraclyti virtus alto ſuo, & ſecreto conſilio obumbrante, eidem ſanctæ ſynodo conceſſerit ſpiritum vnitatis ad felicem conſummationem, & reformationem Eccleſiæ ſuæ ſanctæ. Præſentium ſub noſtræ maieſtatis ſigilli appenſione teſtimonio literarum. Datum Conſtantiæ anno Dñi 1415. prima die menſis Iulij, regnorum noſtrorum anno Vngariæ etc. xxix. Romanorũ electionis quinto, coronationis verò primo.*

Locus obſcurus.

Imperator paret & vult & debet concilio.

Ad mandatum domini Regis Ioannes præpoſitus de Strigonio vicecancellarius.

Subſequenter præfatus reuerendus pater dominus Bartholomæus Archiepiſcopus Mediolanenſis prædictus, adhuc prout ſuprà in ambone cum prædictis nationum præſidentibus exiſtens, ad mandatũ & exhortationẽ dicti domini Ioannis præſidentis, inſtante primitùs et petente antedicto magiſtro Henrico promotore et procuratore, quædã alia capitula tenorũ infraſcriptorũ numero ſex, ſeriatim & ſucceſſiuè legit. Quorũ tenores ſequuntur per ordinem, & ſunt tales.

Concilium omnia per Gregorium duodecimum in ſua obedientia alias canonicè & rationabiliter geſta, approbat & ratificat.

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis &c. omnia & ſingula per illum dominum qui dicitur Gregorius XII. in ſua reali obedientia, Apoſtolica authoritate mediatè vel immediatè, aliâs canonicè vel rationabiliter hucuſquè geſta, facta, diſpenſata, ordinata, conceſſa & indulta, & etiàm vſque ad tempus notitiæ ſuæ renunciationis pro eo faciendæ, quòd tempus vltra menſem poſt huiuſmodi renunciationem nolumus extẽdi, gerenda, facienda, diſpenſanda, ordinanda, cõcedenda & indulgenda, ex certa ſcientia ratificat, & ex ſuperabundanti cautela ad certitudinem boni approbat, atque firmat, ſtatuens & ordinãs, quòd ex cauſa vel occaſione ſchiſmatis vel cuiuſcũque maculæ, vel inhabilitatis ex eo prouenientium, non valeant infringi, vel contra ea excipi, aut in dubium reuocari, non obſtãtibus diſpoſitionibus in contrarium facientibus quibuſcunque.

Decretum, quòd non reeligatur Gregorius, non eſſe factum ad ipſius Gregorij inhabilitatem.

Sacroſancta ſynodus generalis Cõſtantienſis declarat, ſtatutum ſeu ordinationẽ factã aliàs per iſtud ſacrum concilium, in quo inter alia cauetur, quòd ille dominus qui dicitur in ſua obediẽtia Gregorius duodecim*, nullo vnquàm tempore reeligatur in papã, non fuiſſe factã ad ipſius domini Gregorij inhabilitatem, tanquàm non ſit capax papatus, ſed pro bono pacis Eccleſiæ, & futuris ſcãdalis, ſcrupulis & ſuſpicionibus euitãdis.

Conciliũ reſeruat, & ſe facturum declarat, quòd prouidebit, vbi duo vel plures in eodem titulo ex diuerſis obedientijs concurrunt.

Item ſacroſancta ſynodus Cõſtantienſis, &c.

reſeruat,& ſe facturam declarat, vbi duo vel plures in eodẽ titulo ex diuerſis obedientijs concurrũt, ꝙ ſacrum concilium cum debita manſuetudine & rationabili æquitate, ità ꝙ vna pars alia deteriùs non tractabitur, vtriuſque obedientiæ honore, quantùm fieri poterit, ſaluo per ſe vel ad hoc ſpecialiter deputandos, antequàm ſeparabitur, prouidebit modo & tempore opportunis.

Concilium recipit & admittit in cardinales, cardinales domini Gregorij papæ duodecimi.

Item ſacroſancta ſynodus Conſtantienſis, ex nunc immediatè poſt ceſſionem ſeu renunciationem nomine illius domini qui dicitur Gregorius XII. de papatu per eundẽ faciendam, ipſum dominum Gregorium & reuerendiſſimos in Chriſto patres dominos Antonium epiſcopum Portueñ. Ioannem tituli S. Sixti, Gabrielem tituli S. Clementis, Angelum tituli ſanctorum Petri & Marcellini, Blãdellum tituli ſanctæ Sabinę presbyteros, & Petrum tituli S. Mariæ in Coſmedin diaconum ſuæ obedientiæ cardinales recipit & admittit, eosq; vt tales haberi vult & ab omnibus venerari, necnon dignitate, emolumento, voce & alijs cardinatium priuilegijs, vt veros cardinales vti, frui, pariter & gaudere, saluis tamen alijs conſtitutionibus & ſtatutis, in præſenti ſeſſione promulgatis, & inferiùs promulgandis, de electione Romani pontificis facientibus mentionem.

Iſte Gabriels eſt qui poſtea dict⁹ eſt Eugenius 4.

Quòd officiarij domini Gregorij gaudeant eorum officijs.

Item ſacroſancta ſynodus Conſtantienſis &c. ſtatuit & ordinat, quòd omnes officiales & curiales eiuſdem domini qui dicitur Gregorius duodecimus, in officijs & gradibus ipſorum aliàs canonicè adeptis gaudeant, & ea rationabiliter adminiſtrẽt, prout alii officiales alterius indifferenter, ſaluo vbi in aliquo officio vnicus vel certus numerus debet haberi ſecundùm conſuetudinem Romanæ curiæ, circa quod factum concilium ſibi reſeruat prouidendum cum debita manſuetudine & rationabili æquitate, ità quòd vna pars alia deteriùs non tractabitur, vtriuſq; obedientiæ honore, quantùm fieri poterit, ſemper ſaluo, per ſe vel ad hoc ſpecialiter deputandos, anteꝗ̃ ſeparabitur, prouidebit modo & tempore opportunis.

Quòd nullus decedat ſinè licentia.

Item ſacroſancta ſynodus &c. Nè ante electionem futuri Romani pontificis & aliorũ in eodem concilio agendorum, ipſum ſanctum concilium diſſoluatur, perturbetur, aut contra eius ſalutem vel proſperitatem aliquid machinetur, vel etiàm ſancta ipſius ſtatuta & ordinationes quomodolibèt moleſtentur, aut tranſgrediantur, ſtatuit, ordinat, & diffinit, ꝙ quæcunq; perſona Concilii, cuiuſcunq; ſtatûs, gradus, ordinis, aut pręminentiæ exiſtat, ab hoc ſacro concilio deincèps ſinè licentia conciliĩ vel ad hoc deputandorum receſſerit, & quæcuuque concilij, aut quæuis alia perſona ipſum conciliũ quomodolibèt perturbauerit, aut cõtra eius ſalutem vel proſperitatem quicquam machinata fuerit, vel ipſius ſacri cõcilii, præſertim in hac præſenti ſeſſione, ſtatuta aut ordinationes temerariè violauerit, infregerit, aut tranſgreſſa fuerit vllo modo, tanquàm vnionem perturbans, ſchiſma faciens, de hæreſi ſuſpecta, aut rea criminis læſæ maieſtatis, perpetuò ſit infamis, omnique dignitate, honore, ſtatu, officio & beneficio, eccleſiaſticis & ſecularibus, etiàm ſi Imperialis, regalis, cardinalatûs, aut pontificalis exiſtat, ipſo iure priuata, ſpe ꝓmotionis omninò ſublata, nec aliquatenùs aperiatur ei ianua dignitatis aut honoris, Eccleſiaſtici aut mundani.

Quòd Imperator det operam, vt concilium ſit tutum.

Item ſacroſancta ſynodus Conſtantienſis exhortatur inuictiſſimum principem dominum Sigiſmundum Romanorũ & Hungariæ regem, quatenùs placeat, petentes literas ſuæ maiſtatis ſigillis dare, & omnibus principibus, vaſſallis, & ſubditis ſacri Imperii, & præſertim ciuibus & incolis ciuitatis Conſtantienſis præcipere & mandare, quòd manutenebunt & defendent prędictum ſacrum concilium in ſyncera & totali libertate in omni euentu vſque ad electionem futuri ſummi pontificis, & aliâs quaudiù durauerit, & quòd ſi & quaudò ſacrum conciliũ deliberauerit, ad electionem Romani pontificis hìc fore procedendum, omninò ad hoc operam efficacem impendat, quòd huiuſmodi electio ſit tam libera & ſecura: hoc autem ſpecialiter iurent rectores & conſules huius ciuitatis fideliter obſeruare. Et q̃cunque iſtam libertatem, tutelam aut ſecuritatem aliqualiter impediuerit, fraudem circa eam fecerit, aut quantùm in eo fuerit non obſeruauerit, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, aut conditionis exiſtat omni ceſſante priuilegio, eo ipſo ſententiam Imperialis banni incurrat, ꝑpetuò ſit infamis, nec ei vnquàm portæ dignitatis pateant, nec ad aliquod officium publicum admittatur: quinimmò omnibus feudis, ac aliis bonis quę à Romano tenet Imperio, ſit ipſo iure priuatus. Ciuitas autem ſeu vniuerſitas Conſtantiæ, niſi cõſules & rectores prædicta obſeruauerint, aut ſi contra ea venerint, eo ipſo banno Imperiali ſubiaceat, & omnib⁹ priuilegiis & libertatibus & gratiis Imperialibus ſeu regalibus ſit penitùs deſtituta.

Quibus ſic peractis, dictus magiſter Hẽricus de Piro promotor, petijt à dictis præſidẽtibus nominibus quibus ſuprà, reſpõderi per verbũ Placet, vel non placet. Memoratiq; preſidẽtes et Ioannes epiſcopus Oſtiẽſis nominibus quibus ſuprà reſpõderũt vt priùs, per verbũ placet. Sereniſſimus

ſimus princeps dominus Sigiſmundus rex reſpon-
dit ſub iſto verborũ tenore, Promittimus et lite-
ras decernimus. Pręmiſſis ſic peractis, ſurrexit
præfatus Ioannes præpoſitus Quinque Eccleſia-
rũ, literasq́; dicti sereniſſimi principis ſuæ maie-
ſtatis ſigillo magno ceræ glaucæ impreſſo ſigilla-
tas exhibuit, easq́; legit, rogante et mãdãte pre-
libato dño Ioanne epiſcopo Oſtiẽſi proximè pſi-
dente. Quibus ſic lectis, dictus magiſter Hẽricus
promotor ſuper poteſtate cedendi et renũciandi
dicto Carolo & prefato dño, qui Gregorius duo-
decimus dicitur, tradita, ſtatutis et decretis pro-
miſſis, petyt nominibus quib⁹ ſuprà, vnũ vel plu
ra, publicũ ſeu publica, tot quot eſſent neceſſaria
fieri et confici inſtrumentũ & inſtrumenta, pſen
tibus quibus ſuprà. Sigiſmundus Dei gratia Ro
manorũ rex ſemper Auguſtus, ac Vngariæ, Dal-
matiæ, Croatiæ etc. rex. Notũ facimus tenore præ
ſentiũ, quibus expedit vniuerſis ad futurã rei me
Deut. 32. iuxta lxx. moriã. Qui ſtatuit terminos gentiũ ſecũdùm nu-
merũ angelorũ, & vtrorũque miniſteria ordine
Ephe. 1. d Col. 1. c miro diſpenſans, ſicut choros angelicos varys di-
gnitatibus, quę proprijs vocabulis (teſte Apoſto-
lo) appellantur, mirabiliter inſigniuit: ſic & Ec-
cleſiã adhuc militantẽ in terris, diuerſis tã ſpiri-
Cant. 6. b tualiũ quàm tẽporaliũ diſtinxit titulis poteſtatũ,
vt pulchra fidelibus, & infidelibus terribilis ap-
Pſal. 44. b for.* feliciter parẽs, vt caſtrorũ acies ordinata, procedat pro-
ſperè, donèc regina tandèm à dextris ſummi re-
Rom. 13. gis in veſtitu ſedeat deaurato, *fideliter in perpe-
Dan. 5. tuũ regnatura. Vndè conſtat q, omnis à Deo eſt
poteſtas, qui ſolus poteſtatẽ habet in regno homi-
nũ, & quẽcunq; vult ſuſcitat ſuper illud. Nemo
illi temerè reſiſtere videatur, quin potiùs tenetur
quilibet in operibus manum Domini exultare,
per quæ ſemper iuxta prophetã miſericordia &
iudiciũ cõſtat. Sanè cùm propter vacationẽ ſedis
Apoſtolicæ, Romani & ſummi pontificis electio
& prouiſio in noſtra Cõſtantiẽſi ciuitate, in qua
ad præſens generale conciliũ celebratur, ſuo tem
pore iuxta eiuſdẽ ſtatuta cõcily immineat facien
da, nos tanquàm Romanæ Eccleſiæ aduocatus, di-
cti concily defenſor, ac præſertim dictæ ciuitatis
Conſtantienſis dñs naturalis, volentes dictã ele-
ctionẽ fore tutã, liberã & ſecuram, omnibus &
ſingulis principibus, vaſallis et ſubditis ſacri im-
pery, & præſertim ciuibus & incolis dictæ ciui-
tatis Conſtantienſis noſtræ fidelibus noſtris dile-
ctis diſtrictè præcipimus et mãdamus, quatenùs
dictũ ſacrũ conciliũ in pura, ſyncera, pacificaq́;
libertate manuteneãt & defendãt, in oẽm euen-
tũ vſque ad electionẽ et perfectionẽ futuri ſum-
mi pontificis incluſiuè. Et q, ſi & quãdò ſacrum
conciliũ deliberauerit ad electionẽ Romani pon
tificis in eadẽ noſtra ciuitate fore procedẽdũ, oẽm
curã, diligentiã, ſolicitudinẽ & operam efficaci-
ter impendant, quòd electio huiuſmodi in plena
libertate & ſecuritate debitè defendatur. Spe-
cialiter aũt rectoribus & cõſulibus dictæ noſtræ
ciuitatis Conſtantienſis iniungimus, vt iuxta ſa-
crorum canonum inſtituta, idipſum corporaliter
iurent fideliter obſeruare. Quicunque autem iſtã
libertatẽ, tutelã aut ſecuritatẽ aliquatenùs impe-
diuerit, violauerit, fraudẽ cõtra eam fecerit, aut
quantùm in eo fuerit non obſeruauerit, cuiuſcun-
que dignitatis, ſtatus, praeminentię, aut conditio-
nis exiſtat, oĩ ceſſante priuilegio, eo ipſo ſentẽtiã
imperialis bãni icurrat, perpetuò ſit infamis, nec
ei vnquàm portæ pateant dignitatis, nec ad ali-
quod officiũ publicũ admittatur. Quinimmò om-
nibus feudis & alÿs bonis, quæ à Romano tenet
imperio, ſit ipſo iure priuatus. Ciuitas aũt, ſeu
vniuerſitas Conſtãtienſis, niſi cõſules, et rectores
prædicta obſeruauerint, aut ſi cõtra ea venerint
eo ipſo banno imperiali ſubiaceat, ac omnibus
priuilegijs, gratijs & libertatibus imperialibus,
ſiue regalibus ſit penitùs deſtituta. Præſentium
ſub noſtræ maieſtatis ſigilli appenſione teſtimo-
nio literarum. Datum Conſtantiæ anno Domini
milleſimo 415. prima die Iulÿ, regnorum no-
ſtrorũ anno, Vngariæ &c. 29. Romanæ electio-
nis quinto, coronationis verò primo.

Ad mandatum domini regis Ioannes præpoſi-
tus de Strigonio vicecancellarius.

Poſtmodùm uerò ſurrexit Carolus pnomina-
tus procurator, ſolennẽq́; & rhetoricam proſere
bat collationẽ in themate ſumpto, Facta eſt mul
titudo angelorum &c. Qua ſiquidẽ collatione fa Lucæ 2.
cta, ſæpedictus Carolus quandã ceſſionis & reſi-
gnationis ſchedulã, quã in ſuis tenebat manibus,
ibidem perlegit: factoq́; ceſſit & renunciauit, &
alia fecit, prout in ſchedula cõtinetur. Qua ſche-
dula ut pmittiẽ lecta, prætactus reuerẽdus pater
dñs Bartholomæus archiepiſcopus Mediolanen.
adhuc in ambone vnà cũ pſidẽtibus nationũ an-
tedictis ſibi aſſiſtẽtibus, rogãte, et exhortante di-
cto dño Ioãne epiſcopo Oſtiẽſi pſidente, quoddã
capitulũ, in quo effectualiter continebatur, q cõ-
ciliũ generale Cõſtantienſe pfatũ, dictã* cõceſſio- for.* ceſſionem
nẽ ſeu renunciationẽ admiſit, et nonnulla alia, vt
in ipſo capitulo tenoris infraſcripti pleniùs con-
tinetur, alta & intelligibili voce perlegit. Quo
quidẽ capitulo vt pmittitur lecto, mandãte et ro-
gante dicto dño pręſidẽte, pdictus magiſter Hẽ-
ricus petyt per huiuſmodi nationũ pſidentes &
alios ſupradictos, nominibus quibus ſuprà, reſpõ
deri per verbũ placet, vel nõ placet. Dictiq́; pſi-
dẽtes et alÿ ſuprà recitati, reſponderũt nomini-
bus qbus ſuprà, per verbũ placet, Super ceſſione,
reſignatione, ſtatutis, diffinitis et decretis & alÿs
ſuprà recitatis, præfatus Hẽricus promotor, ſiue
procurator petyt à ptonotarijs et nobis notarijs
dicti cõcilÿ, ac alijs tabellionib⁹ publicis quibuſ-
cunq;, vnũ vel plura, publicũ ſeu publica, fieri et
confici, inſtrumentũ & inſtrumenta, tot quot eſ-
ſent neceſſaria. Pręſentibus teſtibus quib⁹ ſuprà.

Tenores verò dictarum ceſſionis, ſiue renuntia-
tionis, necnon admiſſionis eiuſdem ſchedu-
larum, ſequuntur & ſunt tales:

Ego Carolus &c.

His autem perlectis, dictus dominus Ca-
rolus, facta pulchra collatione cum thema- Luc. 2.
te, Facta eſt cum angelo multitudo militiæ
cœleſtis &c. perlegit ſchedulam de renũcia-
tione papatus nomine dicti domini Grego-
rÿ in forma ſequenti.

Carolus

Digitized by Google

Carulus renunciat papatui procuratorio nomine dumini Gregorij duodecimi.

Egu Carolus de Malateſtis, Arimini, & nunnullarum aliarum terrarum in temporalibus vicarius, necnō prouinciæ Rumandiulæ rector pru ſanctiſſimo in Chriſto patre, dominu Gregurio diuina prouidentia Papa XII. & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ generalis, atq; eiuſdem ſanctiſſimi dñi nuſtri papæ procurator, habens ad infrà ſcripta plenū, ſpeciale, & irreuocabile mandatum, quemadmodùm cōſtat per bullā authenticam ſanctiſſimi dñi nuſtri prædicti pruximè, lectam nulla oppreſſus aur coactus violentia, aut nullo ductus errure, vt uibus apertè pateat per effectum, quanta ſynceritate, quantaque cordis affectione ſacram vniunem & redintegrationem Chriſtianorū in vnitate ſanctæ matris Eccleſiæ proſecutus fuit, pruſequaturq́; per viam etiàm renunciationis incluſiuè, purè & liberè & ſyncerè procuratorio numine ipſius ſanctiſſimi domini noſtri Gregorij Papæ XII. in numine Patris & Filij & Spiritusſancti renūciu & cedo expreſsè in his ſcriptis, realiter & cum effectu, iuri, titulu & puſſeſſioni, quod, quem, & quam ipſe babet in papatu, & reſignu nomine præſati dumini noſtri papatū & omne ius papatus, titulum & puſſeſſionem, quod, quem, & quā habet curā Dñu noſtru IESV Chriſtu, qui Eccleſię ſuę ſanctę eſt caput, & ſponſus in hac ſacruſancta ſynodo & vniuerſali conciliu, ſanctam Rumanam & vniuerſalem Eccleſiam repręſentāte. Qua ſchedula lecta, archiepiſcopus Mediolaneñ. reſpōdēdu ad prædicta, legebat in hūc modū:

Sacruſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, in ſpirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiā catholicam. repræſentans, ceſſionem, renunciatiunem & reſignatiunem pro parte illius dumini, qui in ſua obedientia dicebatur Gregorius XII. turi, titulu & puſſeſſioni, quod, quem, & quam habuit in papatu, vel ſi quod, quem vel quā

fo.*habet nūc * habuit in papatu, nunc per magnificū & potentem dñm Carolū de Malateſtis hic præſentem, eiusq́ue ad hoc procuraturem irreuocabilem, pru eodem dominu qui dicebatur Gregurius XII. ſactas, admitit, approbat, & collaudat in numine patris & filij & ſpirituſancti, Amen.

Poſt hæc antem cantato, Te Deum laudamus, à ſæpe dicto Archiepiſcopo Mediulanēſi legebatur ſequens capitulum:

Tādèm verò hymno angelico, Te Deum laudamus, ſolemniter cantato cum verſiculo & collectis ſequētibus, præſatus reuerendus pater dominus Bartholomęus archiepiſcopus Mediolanēſis, ad inſtātem petitionem magiſtri Hērici de Piro promotoris & procuratoris dicti ſacri concilij, necnō ad rogatū & exhortationē dicti dñi pręſidentis, legit quoddā aliud capitulū in effectu cōtinens tēpus reſignationis faciēdæ Petri de Luna poſt requiſitionē, & alia, vt in eodē capitulo cōtinentur tenoris infraſcripti, ibidèm alta et intelligibili voce perlegit. Quo quidē capitulo proximo ſuperiùs recitato, lecto, de mādato p̄ſati pręſidētis pręlibatus magiſter Henricus inſtāter petijt per nationū prædictarū pręſidentes & alios prætactos ſuper præmiſſis per verbum Placet, vel non placet, reſponderi. Et tūc dicti nationum præſidentes, & Ioānes epiſcopus Oſtienſis præſidēs p̄dictus, pro ſe & nationibus ſuis qbus ſuprà, per verbum Placet, ſolēniter reſponderūt. Necnō sereniſſimus princeps dominus Sigiſmundus Romanorū & Vngariæ etc rex promiſit, vt in capitulo continetur, & eidē præmiſſa recitata placuerūt. Super quibus omnibus & ſingulis ſic actis, habitis, geſtis, ſtatutis & diffinitis, promiſſisq́, & dictis, memoratus magiſter Henricus promotor vt ſuprà, à dominis protonotarijs ſupradictis, necnon, à nobis dicti concilij notarijs et alijs tabellionibus publicis quibuſcunque, vnum vel plura, publicum ſeu publica, tot quot eſſent neceſſaria, fieri & confici inſtrumentum ſeu inſtrumenta inſtanter requiſiuit & petijt. Præſentibus tunc ibidèm teſtibus quibus ſuprà.

Tenor verò dicti capituli, de quo ſuprà fit mentio, ſequitur & eſt talis:

Sacroſancta generalis &c.

Quòd requiratur Petrus de Luna, authuritate concilij ad cedendum.

Sacruſancta generalis ſynodus Conſtantiēſis &c. Cùm in Rumana Eccleſia dudùm grauis & peſtilēs exurta ſciſſura, humani generis inimico p̄curāte innumerabilia Chriſtiano pupulu attulerit detrimenta, quibus ubuiandis ac pru reintegratione fabricę catholicæ quanuis multa quæſita fuerint remedia immenſis laboribus, ſulicitudinibus & expenſis inter quæ præſtantius & validius tuti penè Chriſtianitati dudùm & nupèr etiam huic ſacru cōcilio viſum ſit ceſſionē & renunciationē papatus fieri per quemlibet pro papa ſeu Rumanu pontifice ſe gerentem, nec hactenùs ceſſio, ſeu renunciatio huiuſmodi facta, aut redintegratiu, aut ſchiſmatis extirpatio fuerit ſubſecuta, miſericors tamen & miſeratur Dominus ſponſam ſuam ſanctam Eccleſiā diebus pruximis reſpexit oculis pietatis, dū videlicet in hac ſancta Cunſtantienſi ſynodu præter nonnulla alia ſanctæ vnionis Eccleſiæ præparamenta, coniunctis ſub capite Chriſto in vna Eccleſia duabus, videlicet olim nuncupati Ioannis, & illius qui dicebatur Gregorius XII. obedientijs, magnificus dominus Carolus de Malateſtis pleniſſimum ad hoc habens mandatum pru pręfatu dumino qui dicebatur Gregurius duodecimu a, eiusq; numine umni iuri, titulo & peſſeſſioni, quod, quem, & quam, vel ſi quod, quem, vel quam habuit in papatu, non ſine magno ipſius dñi qui dicebatur Gregorius duodecimus, laudis præconio ceſſerit, renūciauerit expreſsè, realiter & cū effectu, & reſignauerit nomine

præ-

prædicti domini, qui dicebatur Gregorius duodecimus, papatum & omne ius papatus, titulum & poſſeſſionem, quod, quem, & quã habuit in papatu: cũque Petrus de Luna, in ſua obediẽtia Benedictus 13. nũcupatus, dudùm memoratam ceſſionis & renũciationis papatus viam acceptauerit, eamq́ue diuerſis ꝓmiſſionibus, votis & iuramentis firmauerit, nec adhuc fecerit, ſed protelauerit vſque modò, & ꝓut ferè toti Chriſtianitati eſt notorium & manifeſtum, ſancta ſynodus Conſtantieñ. ſupradicta, nihil quantùm in ea eſt, quod ad ſanctam vnionem vtile fuerit, volens relinquere improuiſum: declarat, ſtatuit & diffinit, præfatũ Petrum de Luna, ex ſuperabundanti per procuratores ſacri Concilij ad hoc specialiter conſtituendos, loco & tempore opportunis fore ſolenniter requirendum, vt infra ſpatium decem dierum, requiſitionẽ huiuſmodi immediatè ſequentium, omni iuri papatus quod ſe prætendit habere, necnon titulo & poſſeſſioni ſeu detentioni eiuſdem cedat & renunciet totaliter & abſolutè. Quod ſi nõ fecerit, dicta ſancta ſynodus ipſum dñm Petrũ ex nunc, ꝓut ex tunc, pronũciat, decernit & declarat, fuiſſe & eſſe notorium ſchiſmaticũ, antiqui ſchiſmatis nutritorem, defenſorem, fautorem, approbatorem, incorrigibilem & ptinacẽ hæreticũ, à catholica fide deuiũ, promiſſionũ, votorum & iuramẽtorum ſuorũ tranſgreſſorẽ, & Eccleſiã Dei notoriè ſcãdalizantẽ, & proptereà omni honore & dignitate, etiàm papali, ſe reddidiſſe indignum, ipſumq́; per ſacros canones fore abiectũ, eiectũ, priuatũ & præciſum ab omni iure ſeu poſſeſſione & detentione, quæ habet ſeu ſe prætendit habere in papatu, mandando, præcipiẽdo & inhibẽdo eidem, nè ſe ampliùs pro Romano pontifice gerere præſumat, omnibus Chriſti fidelibus, etiàm ſi Imperiali, regali, cardinalatus, pontificali, aut alia quauis eccleſiaſtica vel ſeculari dignitate præfulgeant, nè eidem Petro aut eius ſucceſſoribus in hac parte poſteà obediant, pareant, vel intendant, aut auxilium, conſilium vel fauorem præſtent vllo modo, ſed eum tanquàm ſchiſmaticum, eccleſiaſticæ vnionis perturbatorem & hæreticum, vitent & perſequantur toto poſſe, bona fide, realiter & cum effectu. Et huic ſacro Concilio ac futuro per Dei gratiam Romano pontifici eligendo, contra dictum Petrũ, eius ſucceſſores fautores atq; ſequaces, quos etiàm dicta ſancta ſynodus tanquàm ſchiſmaticos & hæreticos vult perſequi & haberi, aſſiſtant fideliter & cum effectu, inuictiſſimum dominum principem Sigiſmundum Romanorum & Hungariæ &c. regem exhortans ſpecialiter & requirens, quatenùs tãquàm pius Eccleſię aduocatus & ſacri concilij defenſor, hoc idẽ ſe mox tunc facturum, & ſuis & ſacri Imperij ſubditis mãdaturum promittere dignetur & fideliter obſeruare.

Qno espitulo lecto, fuit reſpõſum p deputatos quatuor nationum, placet, necnon per dñm Oſtienſem nomine collegij cardinaliũ, & demùm per regem Romanorum, placet.

SESSIO QVINTADECIMA.

SAbbati die, ſexta dicti menſis Iulij, fuit ſeſſio generalis Cõcilii & loco hora conſuetis, in qua fuit Romanorum & Hungarorum rex cum nobilibus ſuis, ſibi in inſigniis regalibus ſeruientibus, præſidente in eadem Ioanne epiſcopo Oſtienſi cardinali Viuarienſi. fuitq́ue in eo celebratum officiũ Miſſę de Domina noſtra, per reuerendiſſimum patrem dominũ Nicolaum Archiepiſcopum Guezneñ. Qua cantata, legebantur reliqua more ſeſſionum, & reuerendus pater dominus Antonius epiſcopus Concordienſis legebat quoddam ſtatutum, cuius tenor ſequitur, & eſt talis:

videlicet illuſtrib⁹ principibus, Ludouico comite Palatino Rheni in mũdo, Frederico Burgrauio Nurenburgenſi et marchione Brandenburgẽſi in ſceptro, Henrico duce Bauariæ in corona, & Stephano de Roſebon milite de Vngaria in enſe. Pręsẽtib⁹ ibidèm reuerendiſſimis patribus, dominis Ioanne epiſcopo Oſtiẽſi cardinali Viuarienſi, ibidẽ præſidente nomine collegij cardinaliũ, Iordano de Vrſinis, Angelo Laudenſi epiſcopis, aſſiſtẽtibus ipſi domino regi, Antonio Aquilegiẽſi, Franciſco Venetiarum, Antonio de Salãcho, Petro Cameracenſi, Branda Placẽtinen. preſbyteris, Amadeo Salutiarum, Ludouico de Fliſco, Landulpho Barenſi, Raynaldo de Branckaſijs, Odone de Colũna, Lucido de comitibus, et Frãciſco Florentinenſi diaconis cardinalibus. In qua quidem ſeſſione more ſolito cãtata fuit Miſſa de beata Virgine Maria per reuerendum patrem dominum Nicolaũ archiepiſcopũ Gnezuenſem. Qua Miſſa cantata, fuit peractum officiũ litaniarum cũ introitu, Exaudi nos Domine etc. collectis et orationib⁹ ad hoc requiſitis, iuxta exigẽtiam temporum & officij, & euãgelio, Attẽdite à falſis ꝓphetis &c. ac hymno, Veni creator Matt.7. *ſpiritus. Quibus Miſſa & officio litaniarum peractis, fuit introductus magiſter Ioãnes Huſſ, accuſatus & conuictus tãquàm hęreſiarcha, de regno* Iohannes Huſſ ad- *Bohemiæ ad medium concilij, vbì erat leuatus in* ducitur in *immum altũ ſcãnum pro eo ultra alia ſedilia cõmunia ordinatũ, ità ꝗ omnis homo eũ ſufficienter* Synodum. *uidere poterat. Ipſo Ioãne Huß hæretico ſiue hęreſiarcha ibidèm conſtituto, aſcendit ambonẽ reuerẽdus pater dominus epiſcopus Laudẽſ. de ordine fratrũ prædicatorũ. & fecit vnum breuẽ, cõpendioſum & laudabilẽ ſermonẽ, aſſumẽs ꝓ themate, Deſtruatur corpus peccati etc. ad Romanos 6. ca. in epiſtola ut aſſeruit, proximæ diei dominicę. Quo ſermone finito, aſcenderunt ambonẽ, in quo edicta cõcilij publicari ſolẽt & eadem approbari, reuerendi patres Antonius Cõcordien. Stephanus Dolẽ. Nicolaus Merſburgen. Guilielmus Tholonẽ. Patritius Cortagen. epiſcopi, et Bertholdus Vuildungenſis ſacri palatij Apoſtolici cauſarum auditor, deputati per nationes ad approbandum*

acta,geſta & pronunciata nomine nationum. Antonius epiſcopus Concordienſis de mandato ſibi iniuncto,legebat quoddam ſtatutum, imponendo ſilentium vniuerſis & ſingulis in ſynodo exiſtentibus,in hunc modum:

Decretum ſilentij.

Sacroſancta ſynodus Conſtantienſis &c. præcepit & mandat ſub pœna excommunicationis latæ ſententię,quam contrauenientes incurrere vult ipſo facto, & ſub pœna carceris duorum menſium & fautoriæ hæreſis, nè aliquis cuiuſcũq; ſtatus,authoritatis,gradus,ordinis, p̃eminẽtiæ,aut conditionis fuerit,etiàm ſi Imperiali,regali,cardinalatus,archiepiſcopali præfulgeat dignitate,in hac p̃ſenti ſeſſione Deo authore hodiè celebranda, ipſam ſeſſionem ſeu pronunciantes & loquentes in eadem perturbet, murmuret,impediat, aut quemuis ſtrepitum voce vel manibus aut pedibus faciat. Et quia iam materia Deo annuente tractanda per omnes nationes & sãctos patres, ſpiritu ſancto dirigẽte, vnanimiter & concorditer concluſa eſt, prout audietis: prohibet & mandat eadem ſancta ſynodus ſub ſimili pœna ac fautoriæ hæreſis, nè quis clamare, contradicere, aut etiã ſurgere,diſputare, vel defenſare, aut alta voce loqui audeat, niſi ad hoc per ipſam ſanctam ſynodum deputatus: alioquin contrafacientes decreuit eo ipſo excommunicationis vinculo innodatos, pœnas carceris & duriores expreſſatis,minimè euaſuros. Quã quidem conſtitutionẽ deputati quatuor nationũ, videlicet Antonius Concordienſis nomine Italicæ Stephanus Dolenſis nomine Gallicanæ, Nicolaus Merſburgenſis nomine Germanicæ & Patricius Carthagineñ. nomine Anglicanæ, dominus Ioannes Oſtienſis præſidens nomine collegij cardinalium, per verbum, Placet,approbarunt.

Quo quidem ſtatuto lecto & approbato,prouidus vir magiſter Henricus de Piro promotor & procurator ſurrexit,proponens qualiter articuli prædicati per magiſtrum Ioannem Huſſ in Bohemiæ regno & alias,de quibus eſt conuictus, ꝙ eſſent hæretici,ſeditioſi,captioſi, aurium piarũ offenſiui,&c. per dominum præſidentem, dominum Romanorum regem,totamq; ſynodum Conſtantienſem condemnari,libroſq; de quibus eſſent extracti,igne comburi debere, & alias ſibi fieri iuſtitiæ complementum, prout in quadam papyri petitionũ ſchedula,quam ibidèm legebat,cuius tenor inferiùs eſt inſertus, pleniùs continetur.

Tenor dictæ petitionis papyri ſchedulæ, de qua ſuprà fit mentio, ſequitur & ex talis.

Hoc loco in exẽplari ex quo hæc deſumpta ſunt, erat aliquantũ ſpatij tanq̃ pro reſtantibus relictum,

Qua petitione in ſcriptis ablata, de mandato et voluntate ipſius ſynodi Conſtantienſis, venerabilis vir dominus Bertholdus de Vuildũgen prædictus incepit legere articulos formatos & dogmatizatos per Ioannem Vuicleff in hunc modum, quorum aliquos habuit pro lectis.

Sicut Chriſtus eſt ſimul Deus & homo,ſic hoſtia conſecrata eſt ſimul corpus Chriſti ad minimum in figura, & verus panis in natura. Vel quod idem ſonat,verus panis naturaliter,& corpus Chriſti figuraliter.

Cum mendacium hæreticum de hoſtia conſecrata,inter hæreſes ſingulas teneat principatum, vt ipſa ab Eccleſia extirpetur, ſecurè denuncio modernis hæreticis, quòd non poſſunt declarare nec intelligere accidens ſinè ſubiecto. Et ideò omnes iſtæ ſectæ hæreticæ in capitulo ignorantium, Ioannis quarto, Nos adoramus quod ſcimus, audacter prænoſtico omnibus iſtis ſectis & ſuis cõplicibus, quòd non defendant fidelibus, quòd ſacramentum erit accidens ſinè ſubiecto,antequàm Chriſtus & tota triumphans Eccleſia venerit in finali iudicio equitans ſuper flatum angeli Gabrielis.

Sicut Ioannes figuraliter fuit Helias & non perſonaliter,ſic panis in altari figuraliter eſt corpus Chriſti,& abſque ambiguitate hæc eſt figuratiua locutio, Hoc eſt corpus meum: ſicut iſta, Ioannes eſt Helias.

Fructus iſtius dementiæ, qua fingitur accidens ſinè ſubiecto, foret blaſphemare in Deum, ſcandalizare ſanctos, & illudere Eccleſiæ per verba accidentis.

Diffinientes,paruulos fidelium ſinè ſacramentali baptiſmo decedentes, non fore ſaluandos ſunt in hoc ſtolidi & præſumptuoſi.

Leuis et breuis confirmatio epiſcoporũ,cùm à dictis ritibus tãtùm ſolẽnizata eſt, ex natione diaboli introducta, & vt populus in fide Eccleſiæ illudatur, & epiſcoporum ſolennitas aut neceſſitas plùs credatur.

Quãtùm ad oleum,quo epiſcopi vngunt pueros, & peplum lineum quod complexum eſt capiti, videtur quòd ſit ritus leuis, infundabilis ex ſcriptura, & quòd iſta cõfirmatio introducta ſuper apoſtolos, blaſphemat in Deum.

Confeſſio vocalis facta ſacerdoti, introducta per Innocentium, non eſt tam neceſſaria homini vt diffinit: quia ſi quis ſolùm cogitatu,verbo opere offenderit fratrem ſuum: ſolum cogitatu,verbo vel opere ſufficit pœnitere.

Graue eſt & infundabile, presbyterum audire cõfeſſionem populi modo quo Latini vtuntur.

In his verbis, Vos mundi eſtis,ſed non omnes, poſuit diabolus pedicam infidelem,qua pedem caperet Chriſtiani Introduxit enim confeſſionem priuatam & infundabilem. Et poſtquàm cõfeſſori nota fuit,vt legem ſtatuit, ꝙ non prodatur populo malitia ſic cõfeſſi. Cõiectura probabilis eſt, quòd talis qui ritè viuit, eſt diaconus vel ſacerdos. Sicut enim cognoſco ꝙ iſte eſt Ioãnes,ſic probabili cõiectura cognoſco, ꝙ iſte ſanctè viuendo, conſtitutus eſt à Deo in tali officio ſiue ſtatu.

Nõ ex teſtificatione hominis ordinãtis,ſed ex iuſtificatione operis capienda eſt probabilis euidẽtia talis ſtatus. Deus enim poteſt ſinè tali inſtrumẽto digno vel indigno,perſonã aliquã in tali ſtatu cõſtituere. Nec ẽ ꝓbabilior euidẽtia q̃ ex vita. Ideò habita vita sãcta et doctrina catholica,ſatis

Digitized by Google

eſt Eccleſię militãti. Error in principio & in fine.

Cõuerſatio mala prelati, ſubtrahit acceptationem ordinum & aliorũ ſacramentorum à ſubditis, qui tamẽ neceſſitate cogente poſſent hoc ab eis capere, ſupplicando piè, quòd Deus ſuppleat per miniſtros ſuo diabolos opus vel finem officij ad quod iurant.

Antiqui ex cupiditate temporalium, ex ſpe mutuorum iuuaminũ, aut ex cauſa excuſanda libidinis, licèt deſperent de prole, copulentur ad inuicẽ.

*Hæc verba, Accipiã te î vxorẽ, eligibiliora ſunt in contractu matrimoniali: quàm iſta, Ego te accipio in vxorem. Et quòd contrahendo cũ vna p hęc verba de futuro, & pòſt cũ alia per hęc verba de præſenti, *debẽt fruſtrari verba prima per verba ſecundaria de præſenti.*

for. *non

Papa, qui ſe falsè nominat ſeruũ ſeruorũ Dei, nullo gradu eſt in opere euangelij, ſed mũdano. Et ſi ſint in ordine aliquo, eſt in ordine dæmonũ, Deo plùs culpabiliter ſeruientium.

Papa non diſpenſat cũ Simonia vel voto temerario, cùm ipſe ſit capitalis Simoniacus, vouens temerariè ſeruare ſtatum ſummè damnabilem. error in fine.

Quòd papa, ſit ſummus pontifex, eſt ridiculũ. Et Chriſtus nec in Petro, nec in alio talem approbauit dignitatem.

Papa eſt patronus antichriſti, nõ ſolùm illa ſimplex perſona, ſed multitudo paparum à tẽpore dotationis Eccleſiæ, cardinaliũ, epiſcoporum & ſuorum complicum aliorũ, eſt antichriſti perſona cõpoſita monſtruoſa. Nõ tamen repugnat quin Gregorius & alij papę, qui in vita ſua fecerint multa bona de genere, fructuosè finaliter pœnitebant.

Petrus & Clemens cũ cæteris adiutoribus in fide, nõ fuerunt papæ, ſed Dei adiutores, ad ędificãdum Eccleſiam Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Quòd ex fide euãgelij iſta papalis præeminẽtia cepit ortum, eſt æquè falſum, ſicut quòd ex prima veritate error quilibet exortus.

Duodecim ſunt procuratores & diſcipuli antichriſti, papa, cardinales, patriarchæ, Archiepiſcopi, epiſcopi, archidiaconi, officiales, decani, monachi, biſurcati canonici, pſeudo fratres introducti iam vltimò, & quæſtores.

*Patet luce clariùs, quòd quicũq; eſt humilior Eccleſiæ, *ſeruiciníor, & in amore Chriſti quo ad ſuã Eccleſiam* amatinior, eſt in Eccleſia militanti maior, & proximus Chriſti vicarius reputandus.*

Omnis iniuſtè occupans quodcunq; bonum Dei, capit rapina furto vel latrocinio aliena.

Nec teſtium depoſitio, nec iudicis ſententiatio, nec corporalis poſſeſſio, ſicut nec diſtenſus hereditarius, nec humana commutatio ſiue donatio confert homini ſinè gratia dominium ſiue ius ad aliquod vel omnia iſta ſimul. Error, ſi intelligatur de gratia gratum faciente.

Niſi eſſet lex charitatis intrinſecùs, nemo propter chartas vel bullas habet habilitatem vel iuſtitiam plùs vel minùs.

Certè Chriſtus hic damnatur, qui aluit Iudam.

Nos non debemus præſtare aut donare aliquid peccatori dum cognoſcimus ipſum eſſe talem: quia ſic foueremus proditorem Dei noſtri.

Sicut princeps vel dominus tempore quo eſt in peccato mortali, nõ ſortitur nomen illius officij niſi nominetenùs & ſatìs æquiuoces: ſic nec papa, Epiſcopus vel ſacerdos, dum lapſus fuerit in mortali peccato.

Omnis habituatus in mortali peccato, caret quocunque dominio & vſu licito operis etiàm boni de genere.

Ex principijs fidei eſt per ſe notum, quòd quicquid homo in mortali peccato fecerit, peccat mortaliter.

Ad verum ſeculare dominium requiritur iuſtitia dominantis, ſic quòd nullus exiſtens in peccato mortali, eſt dominus alicuius rei.

Omnes religioſi moderni ſeipſos neceſſitant, vt hypocriſi maculẽtur. Ad hoc enim ſonat ſua profeſſio, vt ſic ieiunent, vt ſic induant, & vt ſic faciant, quicquid indifferenter ab alijs obſeruatur.

Omnis priuata religio ſapit, vt ſic, imperfectionem , qua homo indiſponitur ad Deo liberè ſeruiendum.

Religio ſiue regula priuata, ſapit præſumptionem blaſphemam & arrogantem ſupra Deum: & religioſi talium ordinum, per hypocriſim defenſionis ſuæ religionis, præſumũt ſe ſuper Apoſtolos exaltare.

Chriſtus in ſcriptura non docet aliquam ſpeciẽ de ordinis cap antichriſti. Et ideò nõ eſt de ſuo beneplacito quòd ſunt tales. Capitulum autẽ iſtud in iſtis ſpeciebus xij. continetur, quæ ſunt, Papa, cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, archidiaconi, officiales, decani, monachi, canonici, fratres de quatuor ordinibus, & quæſtores.

Ex fide & operibus quatuor ſectarũ, quæ ſunt clerus Cęſareus, varius monachus, vanus canonicus atque fratres, euidenter elicio, quòd nulla perſona iſtarum eſt membrum Chriſti in ſanctorũ catalogo, niſi in fine dierum deſeruerit acceptatam ſtolidè ſectam ſuam.

Paulus quondàm phariſæus, propter meliorem ſectam Chriſti, de eius licentia ſectam ſuã dereliquit. Et ob hac clauſtrales, cuiuſcunque ſectę fuerint, debent liberè ex mandato Chriſti exire iſta vincula, & induere liberè ſectam Chriſti.

Sufficit laicis, quòd dent quandoque ſeruis Dei decimas ſuorum prouentuum, & cũ iſtis paribus ſemper dant Eccleſię, licèt non ſemper Deo, clero Cęſareo à papa vel à ſuis ſubditis aſſignato. locus obſcurus

Poteſtas quę fingitur à papa & alijs quatuor nouis ſectis, ſunt fictę, & ad ſeducẽdum ſubditos diabolicè introductę, vt prelatorum Cęſareorum excommunicatio, citatio, incarceratio, & redditus pecuniarum vendicatio. locus obſcurus

Multi ſacerdotes ſimplices ſuperant prelatos in huiuſmodi poteſtate immò videtur fidelibus, quòd magnitudo poteſtatis ſpiritualis plùs conſequitur filiũ imitatoriũ Chriſti in moribus, quàm prelatũ qui per cardinales & tales apoſtatas eſt electus.

Subtrahit populus decimas, oblationes & alias priuatas eleemoſynas ab indignis antichriſti diſcipulis, cùm hoc facere debeat de lege Dei. Nec eſt timenda, ſed gaudenter acceptanda maledictio vel cenſura, quę infertur à diſcipulis antichriſti.

Dominus papa, epiſcopi, omnes religioſi uel puri clerici, titulo perpetuæ poßeſſionis dotati, debent renunciare illis in manibus brachij ſecularis. Canit bellicum. *Quòd ſi pertinaciter noluerint, per ſeculares debent cogi.*

Non eſt maior hereticus vel antichriſtus, quàm ille clericus, qui docet quod licitũ eſt ſacerdotibus & Leuitis legis gratiæ, dotari in poßeſſionibus tẽporalibus. Et ſi ſint aliqui heretici vel blaſphemi, ſunt illi clerici qui hæc docent. Non ſolùm poſſunt domini temporales auferre bona Eccleſiæ ab habitualiter delinquentibus, nec ſolùm hoc eis, ſed debent hoc facere ſub pœna damnationis eternę.

Deus non approbat quenquam damnari ciuiliter, vel ciuiliter iudicari.

Si fiat obiectio contra impugnantes dotationem Eccleſiæ, de beato Benedicto, Gregorio ac Bernardo, qui pauca tẽporalia in paupertate poſſidebãt, dicitur quod finaliter pœnitebant. Si iterùm obyciæs, quod fingo ſanctos iſtos de iſta declinatione a lege Domini finaliter pœnitere: doce tu, quod ſint ſancti, & ego docebo quòd finaliter pœnitebant.

Si ſcripturę ſacrę & rationi debemus credere, patet, quod diſcipuli Chriſti non habent poteſtatem coactè exigendi temporalia per cenſuras: ſed hæc attentantes, ſunt filij Heli, filij Belial.

Quęlibet eſſentia vnum habet ſuppoſitum, ſecundum quod producitur aliud ſuppoſitum par priori. Et iſta eſt actio remanes, perfectiſſima, poſſibilis naturę.

Quęlibet eßentia ſiue corporea ſiue incorporea; eſt communis tribus ſuppoſitis, & omnibus illis inſunt communiter proprietates, accidentia & operationes.

O portentum. *Deus nihil poteſt annihilare, nec mundum maiorare vel minorare. ſed animas vſque ad certum numerum creare, & non vltra.*

Impoſſibile eſt, duas ſubſtantias corporeas coextendi, vnam continuè quieſcentem lętaliter, & aliud corpus quieſcens continuè penetrantem.* * localiter,

Linea aliqua mathematica continua componitur ex duobus, tribus vel quatuor punctis immediatis, aut ſolùm ex punctis ſimpliciter finitis. Vel tempus eſt, fuit, vel erit compoſitum ex inſtantibus immediatis. Item non eſt poſſibile quin tempus & linea, ſi ſint, taliter componantur. ¶ Prima pas eſt error in philoſophia. Sed vltima errat circa diuinam potentiam.

Imaginandum eſt, vnam ſubſtantiam corporeã in principio ſuo ductam eſſe ex indiuiſibilibus compoſitam, & occupare omnem locũ poſſibilem.

Quodlibet eſt Deus.

Quælibet creatura eſt Deus.

Vbiq; omne ens eſt, cùm omne ens ſit Deus.

Omnia quæ eueniunt, abſolutè neceſſario eueniunt.

O blaſphemiã. *Infans præſcitus & baptizatus, neceſſariò viuet diutius, & peccabit in ſpiritumſanctũ, ratione cuius merebitur vt perpetuo condemnetur, & ità nullus ignis põt ipſum comburere pro hoc tpe vel inſtanti. Vt fidem aßero, omnia quæ eueniũt, de neceſſitate euenient ei. ſic Paulus præſcitus nõ poteſt verè pœnitere, hoc eſt, contritione peccatum finalis impœnitentiæ delere, vel ipſam non habere.*

Quibus articulis lectis, ſimilibus mandato & voluntate dominus Antonius epiſcopus Concordienſis legebat vnam ſchedulam per modum ſententiæ condemnatoriæ dictorum articulorum, huiuſmodi ſub tenore:

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, Eccleſiam catholicam repręſentãs, ad extirpationem ſchiſmatis, errorumq; & hereſum in ſpirituſancto legitimè congregata: Auditis diligenter & examinatis libris & opuſculis damnatę memorię Ioannis Vuicleff, per doctores & magiſtros ſtudij generalis Oxonienſis, qui de eiſdem libris & opuſculis ducentos & ſexaginta reprobos excerpendo collegerunt, & ſcholaſticè reprobarunt articulos. Quos omnes hæc ſancta ſynodus petijt examinari, & ſæpius recenſeri per plures patres Eccleſię Romanæ cardinales, epiſcopos, abbates, magiſtros in theologia, doctores vtriuſq; iuris, & alios plures notabiles diuerſorum & generalium ſtudiorum in multitudine copioſa. Quibus articulis ſic examinatis, fuit & eſt repertum, aliquos & plures ex ipſis fuiße & eſſe notoriè hæreticos, & dudum à ſanctis patribus reprobatos: quoſdã blaſphemos, alios erroneos, alios ſcandaloſos, quoſdam piarum aurium offenſiuos, nonnullos eorundem temerarios & ſeditioſos. Et propterea in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti hæc ſancta ſynodus prędictos articulos & eorum quemlibet hoc perpetuo decreto reprobat & condemnat, inhibens omnibus & ſingulis catholicis ſub anathematis interminatione, nè decęterò dictos articulos aut ipſorum aliquem audeat prędicare dogmatizare, offerre vel tenere. Super quibus exequendis & debitè obſeruandis mandat prędicta ſancta ſynodus ordinarijs locorũ aut inquiſitoribus hæreticæ prauitatis vigilanter intendere, prout ad quemlibet pertinet ſecundum iura & canonicas ſanctiones. Si quis verò huius ſacri concilij decreti & ſententiarum temerarius violator extiterit, animaduerſione debita per locorum ordinarios, quocunque priuilegio non obſtante, ſacri huius authoritate concilij puniatur. Præfati verò articuli hic ſequuntur, de quibus aliqui, licèt non omnes, recitabuntur ad præſens.

Tenor verò dictorum articulorum, de quibus ſupra fit mentio, ſequitur & eſt talis.

Conſequenter Epiſcopus Concordienſis legebat ſententiam contra Ioannem Huſz de regno Bohemiæ, qui fuit degradatus in præſentia Concilij, & traditus curiæ ſeculari.

¶ Sententia contra Ioannem Huſz.

Sacroſancta gñalis Conſtantiẽſis ſynodus, Eccleſiã catholicã repræſentans, in Spirituſancto legitimè congregata, ad perpetuã rei memoriã. Quia teſte veritate, arbor mala fructus malos facere cõſueuit, hinc eſt quod vir damnatæ memorię Ioan. Vuicleff, ſua mortifera doctrina non in Chriſto Ieſu per euangeliũ, vt olim ſan- Math.7.c 1.Cor.4.b

ſancti patres filios gennere, ſed cõtra Chriſti ſalutarem fidem velut radix viruléta plures genuit filios peſtiferos, quos ſui peruerſi dogmatis reliquit ſucceſſores, aduersùs quos hæc ſancta ſynodus tanquàm contra ſpurios & illegitimos filios cogitur inſurgere, & eorum errores ab agro Dominico tanquàm vepres nociuas, cura peruigili & cultro authoritatis Eccleſiaſticæ reſecare, nè vt cancer ſerpant in perniciem aliorum. Cùm itaque in ſacro generali concilio nupèr Romæ celebrato decretum fuerit, doctrinã dãnatę memorię Ioãnis Vuicleff, dãnandam eſſe, & libros eius huiuſmodi doctrinã cõtinentes, fore tanquàm hæreticos cõburendos, & doctrinã ipſam damnatã, & libros eius, tãquàm doctrinam inſanam & peſtiferam includentes, combuſtos fuiſſe cum effectu, & huiuſmodi decretum authoritate concilij fuerit approbatum: nihilominùs tamen quidam Ioannes Huſa in hoc ſacro concilio hîc perſonaliter conſtitutus, non Chriſti, ſed potiùs Ioannis Vuicleff hęreſiarchæ diſcipulus, poſt & contra damnationem & decretum huiuſmodi auſu temerario contrauenions, errores eius plures & hæreſes tam ab Eccleſia Dei, quàm etiàm à certis olìm reuerendis in Chriſto patribus, dominis archiepiſcopis & epiſcopis diuerſorum regnorum, & magiſtris in theologia plurium ſtudiorum condemnatos, dogmatizauit, aſſeruit, & prędicauit, prę́ſertim dãnationi ſcholaſticæ ipſorum articulorum Ioãnis Vuicleff factæ pluries in vniuerſitate Pragenſi, cum ſuis complicibus in ſcholis & in prædicationibus publicè reſiſtẽdo, ac ipſum Ioannem Vuicleff virum catholicum & doctorem euangelicum, in fauorẽ eius doctrinæ, coram multitudine cleri & populi declarauit, certos etiàm articulos infraſcriptos, & plures alios, & meritò dãnabiles, tanquàm catholicos eſſe aſſeruit & publicauit, qui in libris ipſius Ioãnis Huſz & opuſculis notoriè continẽtur. Quapropter habita p priùs plenaria informatione de præmiſſis, & diligenti deliberatione reuerendiſſimorum in Chriſto patrum dominorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium, patriarcharũ, archiepiſcoporum, epiſcoporũ & cæterorum prælatorũ, & doctorum ſacræ paginę & iuris vtriuſque in multitudine copioſa, hęc ſacroſancta Conſtantienſis ſynodus declarat & diffinit, articulos infraſcriptos, qui habita collatione per plures magiſtros ĩ ſacra pagina, reperti fuerunt cõtineri in eius libris & opuſculis manu propria ſcriptis, & quos etiàm idẽ Ioannes Huſz in publica audientia coram patribus & prælatis huius ſacri cõcilij cõfeſſus fuit in ſuis libris & opuſculis contineri, nõ eſſe catholicos, nec tanquàm tales eſſe dogmatizãdos, ſed ex eis plures eſſe erroneos, alios ſcandaloſos, aliquos piarum aurium offenſiuos, pluresque eorum eſſe temerarios & ſeditioſos, & nonnullos eorundem eſſe notoriè hæreticos, & iamdudùm à ſacris patribus & generalibus concilijs reprobatos, & damnatos, ipſoſque prædicare, dogmatizare, aut quomodolibèt approbare diſtrictè inhibendo. Sed cùm infraſcripti articuli expreſsè cõtineantur in libris, ſeu tractatibus ſuis, videlicet in libro quem intitulat de eccleſia, & alijs ſuis opuſculis, ideò libros prædictos & doctrinam & ſingulos alios tractatus & opuſcula in Latino, ſiue vulgari Bohemico per ipſum editos, aut in quocunque alio idiomate per alium vel alios tranſlatos, hæc ſacroſancta ſynodus reprobat atque condemnat, ipſos comburendos publicè & ſolenniter in pręſentia cleri & populi in ciuitate Conſtantienſi & alibi, decernit & diffinit: adijciens, propter præmiſſa omnem eius doctrinam meritò eſſe & fore ſuſpectam de fide, & ab omnibus Chriſtifidelibus euitandam: & vt de medio Eccleſię illa pernicioſa doctrina eliminetur, hæc ſacroſancta ſynodus prorsùs iubet, per locorum ordinarios, tractatus & opuſcula huiuſmodi per cẽſuram eccleſiaſticam, etiàm ſi opùs fuerit, cum adiectione pœnæ & fautoriæ hæreſis, diligenter inquiri: & repertos, ignibus publicè cõcremari. Si quis autem huius ſententiæ ac decreti violator, aut contemptor extiterit, ſtatuit eadem ſancta ſynodus, per locorum ordinarios & inquiſitores hæreticæ prauitatis, contra talem vel tales velutì ſuſpectũ vel ſuſpectos de hæreſi, procedendũ. Viſis inſupèr actis & actitatis in cauſa ĩquiſitiõis de & ſuper hæreſi contra prædictũ Ioannẽ Huſz habitis & factis, habita per priùs fideli & plenaria commiſſariorũ in huiuſmodi cauſa deputatorum relatione, aliorũque magiſtrorũ in theologia, ac doctorũ iuris vtriuſq; in, de, & ſuperactis, actitatis, ac dictis teſtium fide dignorum & plurimorũ, q̃ dicta, ipſi Ioanni Huſz palã & publicè lecta ſunt corã patribus & prælatis huius ſacri concilij per quorum teſtium dicta apertiſſimè cõſtat, eũdẽ Ioannẽ multa mala, ſcãdaloſa ſeditioſa, & periculoſas hæreſes dogmatizaſſe ĩ publico, & p multa annorũ curricula prædicãſſe: Chriſti nomine inuocato hæc ſacroſancta ſynodus Conſtantiẽſis, ſolum Deum præ oculis habens, per hãc diffinitiuã ſententiã quam profert in his ſcriptis, pronũciat, decernit & declarat, dictũ Ioannem Huſz, fuiſſe & eſſe verũ & manifeſtum hæreticũ, ipſumque errores & hæreſes dudùm damnatas, & plurima ſcãdaloſa, piarũ aurium offenſiua, temeraria & ſeditioſa dogmatizaſſe, & publicè prędicaſſe, in non modicam offenſam diuinæ maieſtatis, ac vniuerſalis Eccleſiæ ſcandalũ, & fidei catholicæ detrimentum, claues etiàm Eccleſiæ & cenſuras eccleſiaſticas vilipẽdiſſe,

in quibus per annos multos pſtitit animo indurato, CHRISTI fideles per ſuam pertinaciam nimiùm ſcandalizans, cùm appellationem ad Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, tanquàm ad ſummum iudicem, omiſſis Eccleſiaſticis medijs interpoſuerit, in qua multa falſa & iniurioſa po ſuit & ſcandaloſa, ipſius ſedis Apoſtolicæ, cenſurarum Eccleſiaſticarum, & clauium in contemptum. Idcircò propter præmiſſa & alia plura, præfatum Ioannem Huſz hæreticum fuiſſe & eſſe hæc ſancta ſynodus pronunciat, & tanquàm hæreticum iudicandū & condemnandum fore iudicat, & condemnat per præſentes: dictamque appellationem, tanquàm iniurioſam & ſcandaloſam & illuſoriam iuriſdictionis eccleſiaſticę reprobando, ipſumque Ioannem Huſz populum Chriſtianum, maximè in regno Bohemiæ, in prædicationibus ſuis publicis & ſcripturis per eum compilatis, ſeduxiſſe, ac eiuſdem populi Chriſtiani non veracē prędicatorem Euangelii Chriſti ſecundùm expoſitionem ſanctorum doctorum, ſed fuiſſe veriùs ſeductorē verum: quia per ea quæ hæc ſacroſancta ſynodus vidit, & audiuit, cognouit eundem Ioannem Huſz pertinacem & incorrigibilem, & adeò totaliter, ꝙ nō cupiebat ad gremium ſanctę matris Eccleſiæ redire, neque hæreſes & errores per eum publicè defenſatos & prędicatos, velle abiurare. Idcircò hoc ſacrum cōcilium conſtantienſe eundem Ioannem Huſz ab ordine ſacerdotali & aliis ordinibus quibus exiſtit inſignitus deponendum & degradandum fore declarat & decernit, committens nihilominùs reuerendis in Chriſto patribus Archiepiſcopo Mediolanenſi, Feltrēſi, Aſtenſi, Alexandrino, Bagarenſi & Vaurenſi Epiſcopis, vt in præſentia huius ſacroſanctæ ſynodi dictam degradationem, ſecundùm quod ordo iuris requirit. debitè exequantur. Hęc ſancta ſynodus Conſtantienſis Ioannem Huſz, attento quòd Eccleſia Dei non habeat vltrà quid gere valeat, iudicio ſeculari relinquere, & ipſum curiæ ſeculari relinquendum fore decernit,

ARTICVLI DAMNATI IOANNIS HVSZ, DE Quibus ſupra fit mentio

1 Vnica eſt ſancta vniuerſalis Eccleſia, quæ eſt prædeſtinatorum vniuerſitas. & infra ſequitur: Vniuerſalis ſancta Eccleſia tantùm eſt vna, ſicut tantùm eſt numerus vnus omnium prædeſtinatorum.

2 Paulus nunquàm fuit membrum diaboli, licèt fecerit actus quoſdam actibus eccleſiæ malignantium conſimiles.

3 Præſciti non ſunt partes Eccleſiæ, cùm nulla pars eius ab ea finaliter excidet, eò ꝙ prædeſtinationis charitas, quæ ipſam ligat, non excidit. 1.Cor.13 c

4 Duæ naturæ diuinitas & humanitas, ſunt vnus Chriſtus.

5 Pręſcitus etſi aliquandò ſit in gratia ſecundùm præſentem iuſtitiam, tamen nunquàm eſt pars ſanctæ Eccleſiæ: & prædeſtinatus ſemper manet membrum Eccleſiæ, licèt aliquandò excidat à gratia aduentitia, ſed non à gratia prædeſtinationis.

6 Sumendo Eccleſiam pro conuocatione prædeſtinatorum, ſiue ſint in gratia, ſiue nō ſecundùm præſentem iuſtitiam, iſto modo Eccleſia eſt articulus fidei.

7 Petrus non fuit, nec eſt caput Eccleſiæ ſanctæ Catholicæ.

8 Sacerdotes quomodolibèt criminosè viuentes, ſacerdotii polluunt poteſtatem, & ſicut filii infideles, ſentiunt infideliter de ſeptem ſacramentis Eccleſiæ, de clauibus, officiis, cenſuris, moribus, cæremoniis & ſacris rebus Eccleſiæ, veneratione reliquiarum, indulgentiis & ordinibus. Cōfitetur 7 ſacramenta.

9 Papalis dignitas à Cæſare inoleuit, & papæ præfectio & inſtitutio, à Cæſaris potentia emanauit.

10 Nullus ſinè reuelatione aſſereret rationabiliter de ſe vel de alio, quòd eſſet caput particularis ſanctæ Eccleſiæ, nec Romanus pontifex eſt caput Romanæ Eccleſiæ.

11 Non oportet credere, quòd iſte quicunque eſt particularis Romanus pontifex, ſit caput cuiuſcunque particularis Eccleſię ſanctæ, niſi Deus eum prædeſtinauerit.

12 Nemo gerit vicem Chriſti, vel Petri, niſi ſequatur eum in moribus, cùm nulla alia ſequela ſit pertinētior, nec aliter à Deo recipiat procuratoriam poteſtatem, quia ad illud officium vicarii, requiritur & morum cōformitas, & inſtituentis authoritas.

13 Papa non eſt manifeſtus & verus ſucceſſor principis Apoſtolorum Petri, ſi viuit moribus contrariis Petro: & ſi quærit auaritiam, tunc eſt vicarius Iudæ Scariothis. Et pari euidentia cardinales non ſunt manifeſti & veri ſucceſſores collegii aliorum apoſtolorum Chriſti, niſi vixerint more Apoſtolorum, ſeruantes conſilia & mādata Domini noſtri Ieſu Chriſti.

14 Doctores, ponentes quòd aliquis per cenſuram Eccleſiaſticam emendandus, ſi corrigi noluerit, iudicio ſeculari eſt tradendus, pro certo ſequuntur in hoc pontifices, ſcribas & phariſæos, qui Chriſtum nolentē eis obedire in omnibus, dicentes, Nobis nō licet interficere quenquam: ipſum ſeculari iudicio tradiderunt, eò quód tales ſunt homicidæ grauiores quàm Pilatus. Ioan. 8.

15 Obedientia eccleſiaſtica, eſt obedientia ſecundùm adinuentionem ſacerdotum Eccleſię, præter expreſſam authoritatē ſcripturę.

16 Diui-

16 Diuiſio immediatè humanorũ operũ eſt, ꝙ ſint vel virtuoſa, vel vitioſa: quia ſi homo eſt vitioſus, & agat quicquã, tũc agit vitioſè: & ſi eſt virtuoſus, & agat quicquã, tũc agit virtuoſè: quia ſicut vitium quod crimen dicitur, ſiue peccatum mortale, inficit vniuerſaliter act⁹ hominis vitioſi, ſic virtus viuificat omnes actus hominis virtuoſi.

17 Sacerdos Chriſti viuens ſecundùm legem eius, & habens notitiã ſcripturæ, & affectum ad ædificandum populũ, debet prędicare, non obſtante prætenſa excommunicatione. & infrà, Quòd ſi Papa vel aliquis prælatus mandat ſacerdoti ſic diſpoſito, nõ prædicare, non debet obedire ſubditus.

18 Quilibet prædicantis officiũ de mãdato accipit, qui ad ſacerdotium accedit, & illud mandatum debet exequi, prætenſa excommunicatione non obſtante.

19 Per cenſuras eccleſiaſticas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ad ſuî exaltationem clerus populum laicalem ſibi ſuppeditat, auaritiam multiplicat, malitiã protegit, & viam præparat Antichriſto. Signum autem euidens eſt, quòd ab Antichriſto tales procedant cenſuræ, quas vocãt in proceſſibus ſuis fulminationes, quibus clerus principaliſſimè procedit cõtra illos, qui denudant nequitiam Antichriſti, quã clerus maximè pro ſe vſurpabit.

20 Si Papa eſt malus, & præſertim ſi eſt præſcitus, tunc vt Iudas Apoſtolus eſt diabolus, fur, & filius perditionis, & non eſt caput ſanctæ militantis Eccleſiæ, cùm nec ſit membrum eius.

21 Gratia prædeſtinationis eſt vinculũ, quo corpus Eccleſiæ & quodlibet eius mẽbrum iungitur Chriſto capiti inſolubiliter.

22 Papa, vel prælatus malus & prǫſcitus, eſt æquiuocè paſtor, & verè fur & latro.

23 Papa nõ debet dici ſanctiſſim⁹ etiàm ſecũdùm officium, quia aliâs rex etiàm deberet dici ſanctiſſimus ſecũdùm officium, & tortores & præcones dicerentur ſancti, immò etiàm diabolus deberet dici ſanctus, cùm ſit officiarius Dei.

24 Si papa viuat Chriſto contrariè, etiãſi aſcẽderet per ritam & legitimam electionem ſecundùm conſtitutionem humanam vulgatam, tamẽ aliundè aſcenderet, quàm per Chriſtum, dato etiàm quòd intraret per
Matth. 10. electionem à Deo principaliter factam: nã Iudas Scarioth ritè & legitimè eſt electus à
Ioan. 10. Deo Ieſu Chriſto ad apoſtolatum, & tamen aſcendit aliundè in ouile ouium.

25 Condemnatio quadragintaquinq; articulorum Ioannis Vuicleff per doctores facta, eſt irrationabilis & iniqua & malefacta & ficta eſt cauſa, per eos allegata, videlicet ex eo quòd nullus eorum ſit catholicus, ſed quilibet eorum aut eſt hæreticus, aut erroneus, aut ſcandaloſus.

26 Non eo ipſo quo electores vel maior pars eorum conſenſerit viua voce ſecũdùm ritus hominum in perſonam aliquã, eo ipſo illa perſona eſt legitimè electa, vel eo ipſo eſt verus & manifeſtus vicarius vel ſucceſſor Petri apoſtoli, vel alterius Apoſtoli in officio eccleſiaſtico. Vndè ſiue electores benè & malè elegerint, operibus electi debemus credere. Nã eo ipſo, quo q̃s copioſiùs operatur meritoriè ad profectũ Eccleſiæ, habet à Deo ad hoc copioſiùs poteſtatem.

27 Non eſt ſcintilla apparentiæ, ꝙ oporteat eſſe vnum caput in ſpiritualibus regẽs Eccleſiam, quod ſemper cum ipſa militãte Eccleſia conuerſetur & conſeruetur.

28 Chriſtus ſinè talibus capitibus monſtruoſis, per ſuos veraces diſcipulos ſparſos per orbem terrarum, meliùs ſuam Eccleſiã regularet.

29 Apoſtoli & fideles ſacerdotes domini, ſtrenuè in neceſſarijs ad ſalutem regulârũt Eccleſiam, antequàm Papæ officium foret introductũ: ſic facerent, deficiente ꝑ ſummè poſſibile papa, vſque ad diem iudicij.

30 Nullus eſt dominus ciuilis, nullus eſt prælatus, nullus eſt epiſcopus, dum eſt in peccato mortali.

Sequuntur articuli ex proceſſibus cõtra Ioannem Huſz ſufficienter deducti, & probati per teſtes fide dignos.

Et primò articulus quartus & etiàm octauus, in quibus continetur, quòd Ioannes Huſz pertinaciter articulos erroneos Vuicleff in ciuitate Pragenſi, in ſcholis & prædicationibus publicis prædicauit & defendit.

Item articulus nonus, in quo cõtinetur, quòd ꝓpter præmiſſa, ĩ ciuitate Pragẽſi ſecuta eſt ſeditio grãdis facto, dolo, et culpa Ioãnis Huſz, intantùm quòd notabiles viri catholici & Deũ timẽtes, coacti ſunt exire & latere extra ciuitatẽ prædictã: ſtragesque, deprædationes, ſacrilegia, aliasque horribilia & execrabilia orta & executa ſunt opera, dante & procurante præfato Ioanne Huſz cum ſuis complicibus.

Item articulus decimus, in quo continetur, quòd Ioannes Huſz continuè et in dicta ciuitate Pragenſi fuit & erat ſectator, fautor & eruditor ac defenſor errorum quondàm Ioannis Vuicleff hæreſiarchæ, & vt talis & pro tali habitus, nominatus & reputatus in ciuitate Pragenſi, & in alijs partibus circunuicinis.

Itẽ articulus quintuſdecim⁹ & etiàm ſextuſdecimus, in quibus cõtinetur, quòd dominus archiepiſcopus Pragenſis, exequendo mandatum domini Alexandri felicis recordationis Papæ quinti, quo ſibi commiſit & mandauit, nè extunc in anteà aliquis auderet in locis priuatis dictæ ciuitatis, niſi in eccleſijs cathedralibus, collegiatis, parochialibus, monaſterijs & eorum cœmeterijs ad populũ ꝓdicare. Quòdque præfatus dñs archiepiſcopus continuando executionẽ literarũ Apoſtolicarũ huiuſmodi, inhibuit in generali ſynodo tunc Pragæ cõgregata. Ipſe verò Ioãnes Huſz executioni dictarũ literarũ, necnõ

ſenten-

ſententiæ & prohibitioni huiuſmodi de facto ſe oppoſuit, & poſt eandem prohibitionē de mēſe Iunij, & præſertim die 22. eiuſdē menſis et expòſt, pluribus & diuerſis vicibus in quadam capella Bethleē nuncupata, prædicauit, & ibidèm populum copioſum conuocauit, & conuocari procurauit, contra inhibitionem antedictam.

Item articulus decimuſſeptimus, in quo continetur, quòd præfatus Ioannes Huſz tam de dicto menſe Iunij anno Domini milleſimo quadringenteſimo decimo, quàm etiàm ante et poſt, in dicta capella prædicādo ad populum ibidèm collectum & etiàm in diuerſis alijs locis ciuitatis Pragenſis diuerſis vicibus, multos errores et hæreſes tam ex dictis libris dicti quondàm Ioannis Vuicleff, quàm ex ſua proteruitate & doloſitate adſtruxit, docuit, diſputauit, & pro poſſe defendit, maximè infraſcriptos, videlicet.

Quòd poſt conſecrationē hoſtiæ in altari maneat panis materialis, vel ſubſtantia panis.

Item decimuſoctauus, in quo cōtinetur, quòd ſacerdos exiſtens in mortali peccato, nō cōficit corpus Chriſti, non ordinat, non baptizat, &c.

Item decimuſnonus articulus, in quo continetur, quòd indulgentiæ papæ, ſiue epiſcoporum conceſſæ, nihil proſunt.

Item vigeſimuſprimus articulus, in quo continetur, quòd Eccleſia ſit ſynagoga ſatanæ.

Item vigeſimuſquartus, in quo continetur, quòd nulla hæreſis debet exterminari per potētiam, ſed per diſputationem in ſcholis.

Item articulus vigeſimuſſextus in quo continetur, quòd dictus Ioannes Huſz ad ſeducendū populum & ſimplices, auſu temerario dixit, quòd in Anglia multi monachi & alij magiſtri conueniſſent in quadam Eccleſia ſancti Pauli contra magiſtrum Ioannem Vuicleff, & non potuerunt eum conuincere: ſed ſtatim tonitruus &
Poſuim⁹ mdaciū ſpem noſtram. fulgur de cælo deſcēdiſſet ſuper eos, & rupiſſet oſtiū eccleſiæ, ità quòd ipſi magiſtri & monachi vix euaſiſſent ad ciuitatem Londonenſem. Et hoc dixit ad authorizandum dictum Ioannem Vuicleff. vndè prorumpendo in hæc verba dixit ad populum hæc verba: Vtinàm anima mea eſſet ibi, vbi eſt anima Ioannis Vuicleff. Et poſt hæc, literam quandam falſificatā ſub ſigillo falſo vniuerſitatis ſtudij Oxonienſis, pluriès publicauit.
Nota impoſturam In qua continebatur, licèt falsè, Ioannē Vuicleff fuiſſe virum catholicum & doctorē Euangelicum, bonæ famæ et laudabilis cōuerſationis, ab æuo ſuæ iuuentutis vſque in diem exitus ſui.

Item articulus vigeſimuſnonus, in quo continetur, quòd ſeculares debeant auferre clericis bona temporalia, quòd hoc eſſet meritorium.

Item articulus trigeſimuſſecundus & etiàm trigeſimuſſeptimus, in quibus continetur, quòd Ioannes Huſz exiſtens in excōmunicatione et aggrauatione, diuinis ſe immiſcuit, populo prædicauit, & publicè dixit, quòd nō curaret excōmunicationem: quia non poteſt excōmunicari aliquis ab homine, niſi priùs ſit excommunicatus à Deo.

Item articulus trigeſimuſoctauus, in quo cōtinetur, quòd Ioannes Huſz diuerſos errores prædicauit, ex quibus ſcandala exorta ſunt inter prælatos & populum regni Bohemiæ, & magiſtros ac ſcholares ſtudij Pragenſis, & inobedientia ſubditorum quo ad eorum prælatos, & deſtructio vniuerſitatis ſtudij Pragenſis.

Item articulus ſeptimus, in partibus in cauſa inquiſitionis corā archiepiſcopo Pragenſi dat⁹ & oblatus contra eundem Ioānem Huſz in quo continetur, qualiter Ioannes Huſz ad populum dixit: Eccè Papa nupèr defunctus, videlicet Alexander quintus, nupèr ſcripſit archiepiſcopo Pragenſi pro extirpandis erroribus Ioānis Vuicleff in Bohemia et Morauia, quòd ibi ſunt multi homines, opiniones & errores Vuicleff cōtra fidem tenentes, quorum corda ſunt hæreſi infecta. Et ego dico & regratior Deo, quòd ego nullū Bohemū vidi hæreticum, et quòd ad verba præmiſſa populus clamabat, Mentitur Mentitur.

Item articulus nonus, in quo cōtinetur, quòd idem Ioānes Huſz dixit in vulgari ad populū: Eccè completa eſt prophetia, quam prædixerat Iacobus de Theramo: Quòd anno Domini milleſimo quadringenteſimo nono ſurget vnus, qui Euangelium, Epiſtolas & fidem Chriſti perſequetur, per hæc denotando dominū Alexandrū, qui in ſuis bullis mādauit libros Vuicleff cremari.

Item articulus vndecimus, in quo cōtinetur, quòd Alexander papa nupèr defunctus, neſcio tamē ſi ſit in cælo vel in inferno, qui ſcribit in cutibus ſuis aſininis, quòd archiepiſcopus cremare deberet libros Ioānis Vuicleff, in quibus multa bona continentur.

Item articulus alius de reſponſione ſua quā fecit, in quo continetur, quòd dictus Ioannes Huſz literā poſt eius receſſum de Bohemia, reliquit ad legendū populo, quæ continet: vt penſantes laborē eius ſolicitū, quem cum eis habuit, orarēt pro eo, ſtarent in doctrina Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſcientes quia nūquàm eis errores prædicauit, quos ſibi inimici aſcribunt. Et ſi vinceretur per falſos teſtes, quòd non turbarentur, ſed ſtarent fixi in ueritate.

Primus articulus in ſe continens, qualiter Ioannes Vuicleff diuerſos libros & opuſcula in diuerſis facultatibus tam in Theologiæ, quàm in Philoſophia compoſuit, videlicet dialogū, trialogum, &c. & quadragintaquinque articulos erroneos, probatur per libros Vuicleff, per ſententiam in Romano Concilio promulgatam.

Tertius articulus in quo continetur, quòd ſupra ſcripta concluſiones & articuli ſunt erronei, ſimiliter probatur per ſententiam in Romano & Conſtantienſi Concilijs promulgatam.

Quartus articulus in quo continetur, quòd Ioannes Huſz ſæpè & ſæpiùs in diſputationib⁹ et in ſermonibus publicis cōcluſiones, articulos & libros, &c. docuit et defendit, probatur per vnū doctorē ſacræ Theologiæ, qui dicit ſe vidiſſe intimationes, in quibus continebatur, quòd Ioannes Huſz prætenſas cōcluſiones, libros et articulos, tāquam catholicos voluit defendere, &c. per vnū plebanū Pragenſis diœceſis fore verum, reddēs cauſam ſciētiæ, quia ab ore eius ſæpiùs audiuit:

per

per vnum alium plebanum, ex communi ſama ſidedignorum: per vnum vicarium cuiuſdam Eccleſiæ Pragenſis, de veritate: & reddit bonam cauſam ſcientiæ.

Quintus articulus, qui incipit, quòd præmiſſa omnia & ſingula ſunt vera, probatur per teſtes quo ad depoſita per eos.

Septimus articulus, qui incipit, quòd in ciuitate Pragenſi ſit ſtudium &c. eſt notorius.

Octauus articulus, in quo continetur, quòd Ioannes Huſz pertinaciter articulos erroneos Vuicleff in ciuitate Pragẽſi, in ſcholis publicis et prędicationibus publicis prædicauit & defendit, fore verus probatur per vnum plebanum Pragenſis diœceſis reddentem cauſam ſcientiæ, quia dicit ſe ſæpiùs ab eo audiuiſſe in diſputationibus publicis ac in prædicationibus et ſermonibus publicis prędicaſſe: per vnũ abbatem, qui dicit articulum ſore verum & notorium ex communi ſama; per vnũ doctorem in theologia, fore verum de veritate: per vnum decretorum doctorem, ex ſama multimoda: per vnum canonicum Pragenſem, ex communi ſama: per vnum alium plebanum Pragenſem, ſimiliter de veritate, & reddit diuerſas cauſas ſcientiæ: per vnum magiſtrum in artibus & ſacræ theologiæ profeſſorem, ſimiliter ex communi ſama: per vnum alium plebanum Pragenſem, etiàm ex communi ſama: & per plures alios, ex auditu & communi ſama.

Nonus articulus, in quo continetur, quòd propter pręmiſſa in ciuitate Pragenſi ſuerunt magna ſeditio & ſcandala &c. fore verum probatur per vnum plebanum Pragenſis diœceſis, & reddit diuerſas cauſas ſcientię: per unum doctorem in ſacra theologia, ſimiliter probatur fore verum: per vnũ abbatem, qui reddit ſimiliter diuerſas cauſas ſcientiæ: per vnum vicarium cuiuſdam Eccleſiæ Pragenſis, de veritate: per vnum presbyterum Pragenſis diœceſis, per vnum alium doctorem in theologia, qui optimè cauſas ſcientię reddit: per vnum decretorum doctorẽ, ex auditu fide dignorum: per vnum magiſtrum in artibus, de veritate: per vnum alium in artibus & ſacrę theologiæ magiſtrum, & reddit optimam cauſam ſcientię: per vnum presbyterum Luthomuslenſis diœceſis, ſimiliter de veritate: per vnum protonotarium, de veritate & notorietate.

Decimus articulus, in quo continetur, ꝙ præfatus Ioãnes Huſz continuè in dicta ciuitate Pragẽſi ſuit ſectator & fautor erroris Ioannis Vuicleff &c. probatur de veritate per vnum plebanũ Pragenſis diœceſis, & per alios ſupranominatos teſtes.

Vndecimus & duodecimus articuli ſunt gñales.

Tertiuſdecimus articulus, in quo continetur commiſſio facta archiepiſcopo Pragenſi per Alexandrum papam quintũ bonę memoriæ. Et quartuſdecimus, in quo narratur quòd archiepiſcopus condemnauit libros Vuicleff igne comburendos, probatur per bullam Alexandri & ſententiam archiepiſcopi Pragenſis, & per confeſſionem Ioannis Huſz, qui etiàm confitetur à ſententia huiuſmodi condemnationis & combuſtionis librorum, appellaſſe, vt patet in actis cauſæ.

Quintuſdecimus articulus, in quo continetur executio ſentẽtiæ huiuſmodi & proceſſus archiepiſcopi, ſimiliter probatur per inſtrumenta, vt in actis. Et inhibitio facta quibuſcunque, nè prædicarent concluſiones Vuicleff.

Sextuſdecimus articulus, in quo continetur, quòd Ioannes Huſz poſt executionem literarum Apoſtolicarum ac inhibitionem (vt pręmittitur) factam, diuerſis vicibus in capella de Bethleem ad populum prædicauit, probatur per vnum plebanum Pragenſem, de auditu: per vnum doctorem in theologia, de veritate: per vnum abbatem, ex communi ſama: per vnum vicarium cuiuſdam Eccleſię Pragenſis, de auditu à complicibus Ioannis Huſz: per vnum presbyterum Pragenſis diœceſis, de veritate: qui dicit ſe vidiſſe & audiuiſſe, prout articulatur: per vnum doctorem in theologia optimè, qui ſimiliter reddit bonas cauſas ſcientię: per unum doctorem in decretis, de veritate: ſimiliter per vnum magiſtrum in artibus, & per multos alios de auditu ex communi ſama.

Item confitetur Ioannes Huſz, quòd prędicauit appellationem ſuam, quòd obtinuerat vnam inhibitionem. & refert ſe ad acta cauſę.

Decimuſſeptimus articulus, in quo continetur, quòd dictus Ioannes Huſz in dicta capella & diuerſis alijs locis errores & hæreſes &c. in ciuitate Pragẽſi prędicauit & dogmatizauit &c. & pręſertim, quòd poſt conſecrationem hoſtię in altari manet panis materialis, probatur per vnum plebanum Pragenſis diœceſis fore verum, reddentẽ cauſas ſcientię, quia ità audiuit ab alijs ex communi voce & fama, & hoc etiàm eſt publicum & notorium. Etiàm quo ad ſecundam partem articuli, ſimiliter per vnum doctorẽ in theologia, qui dicit ſe audiuiſſe ab ore Huſz, quòd tenuit iſtam, quòd ſubſtantia panis poſt conſecrationem manet in ſacramento altaris. Et ſubiũxit quòd etiàm audiuit in quadam diſputatione, vbì pręſidebat quidam magiſter Richardus, quòd Ioannes Huſz conceſſit iſtam, quòd Ioãnes Huſz eſſet perſona in diuinis. Et ꝙ plures eſſent perſonę in diuinis quàm tres. Similiter per vnum doctorẽ in theologia, fore verum ex communi voce & fama: per unum abbatẽ ex communi fama: per vnum vicarium cuiuſdam Eccleſię Pragẽſis, qui dicit ſe audiuiſſe ab ore ipſius Ioannis Huſz, prout articulatur: per vnũ aliũ plebanum Pragenſis diœceſis, qui dicit ſe ſimiliter audiuiſſe ab ore ipſius Ioãnis Huſz, prout articulatur: per vnũ magiſtrum in theologia, de veritate: & per multos alios, ex cõmuni fama & credulitate fidedignorum: per vnum magiſtrum in artibus, plebanũ Pragenſis diœceſis, examinatum in partibus, per vicariũ archiepiſcopi Pragẽſis, qui dicit ſe audiuiſſe magiſtrũ Huſz prędicaſſe in capella de Bethleem de materia corporis Chriſti, & poſt multa cõcluſit, quòd dictus Ioãnes Huſz multis rationibus probabat, opinionẽ quam tenet Eccleſia de ſacramento corporis Chriſti, non fore veram. Similiter per vnum plebanũ Pragẽſem, dicens ſe audiuiſſe à dicto Ioanne Huſz, quòd poſt cõſecrationem maneat panis materialis, ſiue ſubſtãtia panis in ſacramẽto. Et cùm idẽ teſtis replicaſſet,*

eaſſet, allegãdo dicta ſanctorũ doctorum, ſcilicet
Gregorij: dixit idẽ Ioãnes Huſz, quòd beatus Gre
gorius eſſet vnus ioculator ſiue * rigmarius, & ꝙ
dicta ſua * rigmaticè compo uiſſet, per vnũ præ-
dicatorem Eccleſiæ Pragenſis, qui dicit, quòd cùm
quadam vice iſte Ioãnes Huſz, fuiſſet in collatio-
ne cum alijs magiſtris, interrogatus quid ſẽtiret de
iſto articulo, ſcilicet de ſacramẽto, dixit ꝙ Ioãnes
Huſz reſpõdit, ꝙ hoc poſſit eſſe benè, ꝙ poſt cõſe-
crationem maneat panis. Et cùm correptus fuiſſet
per teſtẽ, tunc dictus Ioannes Huſz extraxit quẽ-
dam librum de manica ſua, & nitebatur probare
quòd maneat panis poſt conſecrationem, ſicut an-
tè: quem ibì legebat, in quo error prædictus cõti-
nebatur, & inter cætera legebat in eodẽ libro, di
cens: Inuenerunt ipſi vnũ vocabulum inuſitatũ,
videlicet tranſſubſtãtiatio, vt ſimplices decipiant,
& extunc etiàm idẽ Ioãnes obtulit ſe velle omni-
bus prædictum librum concedere: per vnum præ-
poſitum, qui videtur concordare cum proximo ſu
pranominato teſte, qui ab eo audiuit, ꝙ poſt cõſe-
crationem maneat panis: per vnum miniſtrum &
pœnitẽtiarium cuiuſdam Eccleſiæ Pragenſis, qui
dixit ſe ſemèl interfuiſſe ſermonib⁹ Ioãnis Huſz,
& hoc de anno Domini milleſimo quadringẽteſi-
moſexto, in æſtate, vbì magiſter Ioannes Huſz ad
populum prædicando, dixit: Eccè ſcribitur in Bi-
blia, Ego ſum panis viuus qui de cælo deſcẽdi &c.
Ioan. 6. & hoc in vulgari Bohemico percutiendo manu li-
brum, oportet quòd hoc excidam, Ego ſum panis.
& ego dico, quòd eſt Deus & panis poſt cõſecra-
tionem, quia vides albedinem, rotunditatem, ſapo-
rem panis, & fracturam audis, &c. per vnũ præ-
dicatorem & pœnitentiariũ, qui dicit ſe audiuiſſe
in ſermone magiſtri Ioãnis Huſz ĩ capella de Beth
leem: Ego dico vobis, quòd ibì accidentia cum ſu-
biecto manẽt, vt in exẽplo, homo in tunica, & ani
ma in corpore, ſic Deus in pane: per vnũ docto-
rẽ in theologia Pragenſem, qui optimè de verita-
te de hoc depoſuit. Similiter per vnum plebanum
qui dicit articulum fore verum, quia audiuit ab
ore ipſius Ioãnis Huſz, & ſimiliter deponit de tẽ-
pore & loco, & ſubiũxit, quòd audiuiſſet ab eodẽ
Ioãne Huſz, ꝙ dicebat: Vtinã Deus vellet, ꝙ ani-
ma ſua eſſet ibì, vbì eſt anima Ioãnis Vuicleff. Si-
militer per vnũ plebanũ magiſtrũ ĩ artib⁹, qui di-
cit ſe audiuiſſe ab ore ipſi⁹ Ioãnis Huſz, ꝙ nõ eſ-
ſet determinato Eccleſię, ꝙ accidẽtia ſtarẽt ĩ ſacra
mẽto altaris ſinè ſubiecto, & multa alia depoſuit.

Decimuſoctauus articulus, in quo continetur,
quòd ſacerdos exiſtens in peccato mortali, non con
ficit corpus Chriſti &c. probatur per vnũ pleba-
num ex communi ſama: per vnum doctorẽ in ſa-
cra theologia, articulum fore verum ex communi
ſama: per vnũ abbatẽ, ex cõmuni ſama fidedigno-
rum & catholicorum: per vnum alium plebanũ,
articulum fore verũ, qui dicit ſe audiuiſſe ab ore
ipſius Ioannis Huſz: per vnum alium doctorẽ in
theologia, de veritate: per vnũ canonicum, qui di-
cit ſe audiuiſſe pręmiſſa à ſequacibus dicti Ioan-
nis Huſz: per vnũ protonotariũ de veritate, qui
dicit ſe audiuiſſe ab ore ipſius Ioãnis Huſz, prout
articulatur. Et per multos alios de communi ſama
& credulitate ac auditu, ſimiliter per vnum ali-
um plebanum Pregenſem, qui dixit, quòd magi-
ſter Ioannes Huſz dixit, Hoc teneatis, quòd ſi ſa-
cerdos eſt in peccato mortali, tunc nihil facit, ne-
que conſecrat, nec fit ibì corpus Chriſti, ſed manet
ibì ſubſtantia panis, ſicut antè, & per plures alios
teſtes in partib⁹ ꝓductos coram vicarijs archiepiſ
copi Pragẽſis, de veritate & de auditu ab eodẽ.

Decimuſnonus articulus, in quo continetur, ꝙ
indulgentiæ papæ ſeu epiſcopi conceſſæ, nihil pro-
ſunt, probatur per vnum plebanum Pragẽſis diœ-
ceſis ex communi ſama, per vnũ doctorẽ in theo-
logia eſſe notorium, prout articulatur, per vnum
abbatem, de relatu fidedignorum: per vnum vica-
rium, ex communi ſama: per vnum alium pleba-
num fore verum, ex notoria ſama fidedignorum.
Similiter per vnum plebanum de veritate, qui di-
cit ſe audiuiſſe ab ore ipſius Ioannis Huſz: ꝑ vnũ
doctorem in ſacra theologia, ſimiliter de veritate:
per vnum decretorum doctorẽ, ex cõmuni ſama:
per vnum magiſtrum artium, ſimiliter ex cõmu-
ni ſama: ꝑ vnũ canonicũ, qui dixit ſe hoc audiuiſ-
ſe ab his, qui hoc audiuerunt ab ore ipſius Ioãnis
Huſz: per vnum alium plebanum Pragenſem, ex
communi ſama: ſimiliter per vnum protonotariũ,
qui dicit ſe hoc audiuiſſe à familiaribus ſuis. Et
per plures alios teſtes, in partibus productos corã
vicario archiepiſcopi Pragenſis, qui dixerunt ſe
audiuiſſe quòd Ioannes Huſz dixiſſet, quòd indul
gentiæ papæ & epiſcopi nõ valẽt, niſì Deus indul-
geat. Et ſuper hoc etiàm eſt producta vna ſchedu-
la, quam cõfeſſus eſt ſe compoſuiſſe, prout in actis
quæ incipiunt, Pax Chriſti &c.

Vigeſimus primus articulus, in quo continetur,
quòd Romana curia vel Eccleſia ſit ſynagoga ſata
næ, probatur per vnum doctorem in theologia, qui
dicit ſibi tantùm conſtare, quòd Ioannes Huſz di-
xit, quòd Eccleſia catholica non eſſet niſì numerus
prę_deſtinatorũ: per vnũ abbatẽ, de cõmuni ſama:
per vnũ plebanũ, ex cõmuni ſama: ꝑ vnũ canoni-
cũ, hoc eſſe verũ ex auditu ab ore ipſius Ioannis
Huſz, ꝓut articulatur: per vnũ doctorẽ in theolo-
gia, de veritate: ꝑ vnũ decretorũ doctorẽ, de cõmu
ni ſama, & per multos alios, qui audiuerũt ab ore
ipſius Ioannis Huſz: per vnum magiſtrum artiũ,
qui audiuit ab ore dicti Ioannis Huſz, quòd curia
Romana eſſet ſynagoga ſatanæ.

Vigeſimuſſecundus articulus, in quo cõtinetur,
quòd præfatus Ioannes Huſz pręfatos errores te-
nuit & defendit, probatur per omnes teſtes ſupe-
riùs nominatos, per vnum doctorem in theologia,
de veritate: per vnum vicarium, articulũ fore ve-
rum, ex ſama notoria: per vnum abbatem, articu-
lum fore verum, ex cõmuni ſama: per vnum ple-
banum, articulum fore verum, qui audiuit ab ore
Ioannis Huſz, &c. per vnum doctorem in theolo-
gia, de veritate: & per multos alios, ex communi
ſama & etiàm veritate.

Vigeſimuſtertius articulus, in quo continetur,
quòd dictus Ioannes Huſz docentibus & defen-
dentibus errores huiuſmodi adſtitit in defenſioni-
bus eorundem &c. probatur per vnum plebanũ:
per vnum doctorem in theologia, qui dicit hoc pa-

tère

tere per experientiam: per vnum vicariū, articulum fore verum et notorium: per vnū plebanum fore verū, qui dicit ſe vidiſſe & audiuiſſe. Similiter per vnum doctorem in theologia, verum: per vnum magiſtrum in artibus, verū. Et per multos alios ex cōmuni voce et fama, & etiàm veritate.

Vigeſimuſquartus articulus, in quo cōtinetur, quòd nulla hæreſis debet damnari per potētiam, ſed per diſputationē in ſcholis, probatur per vnū abbatem, de auditu ab his qui audiuerunt ab ore ipſius Ioānis Huſz: per vnū vicarium, verū ex communi fama: per vnū doctorem in theologia, verum, qui reddit bonam cauſam ſcientiæ. Et per multos alios de auditu communi voce, & fama.

Vigeſimuſquintus et vigeſimuſſextus articulis omittuntur tanquàm ſuperflui.

Vigeſimuſſeptimus articulus, in quo cōtinetur, quòd populus non deberet credere bullis papæ, probatur per vnum plebanū, ex publica voce & fama: per vnum abbatem, ab auditu ab his qui audiuerunt ab ore ipſius Ioannis Huſz: per vnū vicarium probatur, vt per proximū probatum eſt: per vnum plebanum, de veritate, qui dicit ſe audiuiſſe ab ore Ioannis Huſz: per vnum doctorē in theologia, de veritate, qui reddit etiàm bonas cauſas ſcientiæ. Et per multos alios, de communi voce & fama & credulitate.

Vigeſimuſoctauus articulus, in quo cōtinetur, quòd magiſter Ioānes Huſz dixiſſet, Vtinàm anima mea eſſet ibi, vbi eſt anima Ioannis Vuicleff, probatur per vnum plebanum, qui dicit articulū veriſſimū: per vnū doctorē in ſacra theologia, qui dicit ſe audiuiſſe ab ore ipſius dūi Ioānis Huſz: per vnum alium plebanum, de veritate. Similiter. per vnum doctorem in theologia, de veritate, qui reddit optimas cauſas ſcientiæ: Per vnum alium plebanum de veritate, qui dicit ſe hoc audiuiſſet ab ore Ioannis Huſz. Et per multos alios, qui dixerunt ſe hoc audiuiſſe ab ore Huſz in ſermonibus & alias de publica voce &c.

Huiuſmodi cupedijs ineſcātur miſeri. *Vigeſimuſnonus articulus, in quo continetur, quòd ſeculares debent auferre clericis bona temporalia, et quòd hoc eſſet meritoriū, probatur per vnum abbatē, de veritate: per vnum vicarium ſimiliter, qui dicit ſe interfuiſſet ſermonibus, quādò talia prædicauit coram familia regis Bohemię. Similiter per vnum plebanum, qui ſimiliter dicit ſe hoc audiuiſſe ab ore ipſius Ioannis Huſz, quia tales concluſiones etiàm habentur in tractatibus ſuis. Et per multos alios de auditu, communi voce & fama, & etiàm veritate.*

Trigeſimus articulus omittitur, quia generalis eſt.

Trigeſimuſprimus articulus, in quo continetˀ, quòd præfatus Ioānes Huſz fuit excommunicatus, probatur per archiepiſcopum Pragenſem, et per literas archiepiſcopi, & per confeſſionem ipſius Ioannes Huſz in actis.

Trigeſimuſſecundus articulus, in quo continetur quòd Ioannes Huſz poſt huiuſmodi excōmunicationem diuinis ſe immiſcuit, et populo prędicauit, & quòd non poſſit excommunicari per aliū niſi per Deum, probatur per vnum plebanum, quo ad celebrationem: per vnum doctorē in theologia, verum, reſtringēs tamen dictum ſuum, quo ad prædicationem: per vnum abbatem, verum de auditu: per vnum alium plebanum verum: qui dicit ſe ità audiuiſſe in ſermonibus ſuis per vnum alium doctorem in theologia, verum. Similiter per vnum alium plebanum, verum: quo ad ſermones: & per plures alios, de communi voce, fama & credulitate: & per plures alios teſtes, in partibus coram vicario archiepiſcopi Pragenſis productos & examinatos.

Trigeſimuſtertius articulus eſt ſuperiùs probatus.

Trigeſimuſquartus articulus, in quo continetur, quòd Ioannes Huſz commouit populum contra clerum in ſermone, dicēs hęc verba in effectu: Verè foret neceſſarium, ꝙ quilibet, prout in lege Canit
antiqua Moiſi fuit mādatū, vt qui vellet legē Dei claſſicū p̄co
defendere, ſe gladio præcingeret, &c. probatˀ per ſāguinarius.
vnū doctorē in Theologia, uerum: per unū plebanum, uerum, ex cōmuni & notoria fama: per unum plebanum, ex communi fama: per unū protonotarium, uerum, ſubiungēs quòd uidit plures ſchedulas affixas ualuis Eccleſiarum Pragēſium, ex inſtinctu magiſtri Ioannis Huſz, ſic cauentes: Accingat ſe quilibet gladio ſuo ſuper fœmur ſuū, & non pereat. Et per multos qui audierant ab his, qui fuerant in ſermonibus Huſz.

Trigeſimuſquintus & trigeſimuſſextus articuli ſunt generales.

Trigeſimuſſeptimus articulus, in quo continetur, qualiter prædicauit, quòd nullus poteſt excōmunicari ab homine, niſi Deus excommunicaret eum, probatur per unum plebanū, qui dicit ſe hoc audiuiſſe ab ore ipſius Ioānis Huſz: per unū aliū plebanū, qui dicit ſe audiuiſſe à ſequacibus ſuis: per unum doctorem in theologia, qui dicit ꝙ iſtū articulum docuit in tractatu ſuo de Eccleſia, qui etiàm allegat multas authoritates & rationes dicti Ioannis Huſz, ad confirmandum concluſionē ſeu articulum ſuperiùs nominatum: Et per omnes teſtes ſuperiùs deſcriptos, ex communi voce & fama & credulitate.

Trigeſimuſoctauus articulus, in quo cōtinetˀ, ꝙ Ioannes Huſz diuerſos errores prędicauit, ex qbus magna diuiſio inter magiſtros & ſcholares dicti ſtudij Pragenſis, et Archiepiſcopū, clerū & populum, eſt orta, quòd etiàm exorta ſint magna ſcandala, & inobediētia populi ad Archiepiſcopū & ſuos prælatos &c. p̄batur per vnū abbatē, verū, ex cōmuni & notoria fama: per vnum vicarium, verum & notorium: per vnū plebanum, ſimiliter verum & notoriū: per vnum doctorem in theologia, verū, qui reddit optimas cauſas ſciētię. Similiter per vnum decretorum, doctorem, verum de veritate: per vnum canonicum, verum de veritate: per vnū magiſtrum in artibus, verū de veritate: per vnum protonotariū, verum & notorium: & per multos alios, ex communi fama & voce & etiàm auditu.

Trigeſimuſnonus articulus, in quo continetur, ꝙ Ioannes Huſz fuit fautor & nutritor hæreſū, & de his publicè diffamatus, probatur per unum

doctorem

doctorem in theologia:& ab omnibus,ꝑterquàm ab his qui ſuam tenent partem , pro tali tenetur: per vnum abbatem,verum:per vnum vicarium, verum et notorium: per vnum plebanum,verum de veritate:per vnum doctorē in theologia,verū de veritate: per vnum decretorū doctorem verū de veritate:per vnum canonicum,verum quo ad primam partem.Similiter per vnum aliū doctorem in theologia , verum : per vnum protonotarium, verum quo ad primam partem . Similiter per multos alios de communi voce & fama .

Quadrageſimus articulus eſt generalis,et probatus per omnes teſtes.

Super articulis in cauſa inquiſitionis contra Ioannem Huſz , oblatis & productis in partibus coram vicarijs archiepiſopi Pragenſis,& primò ſuper articulo tertio , qui incipit:

Impius cùm in profundū malorum venerit, cōtemnit.

Item ponit etc.in quo continetur in effectu,ꝙ Ioannes Huſz in cōtemptu clauium exiſtens excommunicatus, quoniam prædicabat et diuinis ſe immiſcuit etc.probatur per vnum predicatorem, qui dicit articulum fore verū , ſaluo quòd immiſcuit ſe diuinis: per vnum altariſtam cuiuſdā eccleſiæ Pragēſis, qui dicit quòd quaſi ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis prædicabat ad populū: per vnum magiſtrum in artibus,verum:per duos notarios publicos,verum:per vnum prædicatorē, verum:per vnum aliū notarium,fore verum:per vnum clericum, qui dicit articulum fore verum, qui dicit ipſum prædicare et diuinum officiū peragere.Et vlteriùs dicit , quòd idem Ioānes Huſz in ſermone ad populū circa feſtū S.Iacobi, dixit: Pueri,ſciatis quòd archiepiſcopus excommunicauit me & alios appellantes, et nō poteſt alias aliquē excōmunicare,niſì quem excōmunicat Chriſtus , & non timeatis excōmunicationem eādem. Et ꝑ multos alios teſtes de publica voce et fama.

Quartus articulus,in quo continetur,ꝙ dictus Ioannes Huſz multos errores et hæreſes docuit, etc.pro batur per vnū plebanum,verū,qui reddit bonas cauſas ſcientiæ: per vnū notariū publicū,verū , publicū & notoriū: per vnū clericum, verum:& ſubiunxit.ꝙ audiuit ꝙ pluriès collaudando ſe,dixit in ſermone ſuo:Veniant oēs magiſtri de Pariſiìs: Ego volo cū ipſis diſputare , qui libros nr̃os cremauerūt,in qbus honor totius mūdi iacuit , et ꝑ ſex alios de publica voce & fama.

Quintus articulus in quo cōtinetur in effectu, quòd dominus Ioannes Huſz populū in multitudine copioſa in capella Bethleem congregatum diuerſimodè induxit , ſeu inſtruxit & confortauit in dictis erroneis opinionibus , probatur per vnū prædicatorem , articulum fore verum, notorium & manifeſtum: per vnum clericum, de veritate, & adiungit bonas cauſas ſcientiæ, & per plures alios , de auditu , publica voce &c.

Sextus articulus omittitur , qui tractat de excluſione Teutonicorum de ciuitate Pragenſi, & expulſione eorundem , qui non tangit præciosè materiam Vuicleff, licèt videatur eſſe probatus.

Septimus articulus,in quo continetur,qualiter Ioannes Huſz ad populū dixit;Eccè papa nupèr defunctus,videlicet Alexāder qntus, nupèr ſcripſit archiepiſcopo Pragenſi,pro extirpādis erroribus magiſtri Ioānis Vuicleff,etiàm in Bohemia & Morauia:& quòd ibì ſint multi homines,opiniones & errores dicti Ioan. Vuicleff contra fidē tenentes, quorū corda ſunt hæreſi infecta:& ego dico et Deo regratior,ꝙ ego nullum Bohemū hæreticum vidi , probatur per vnum prædicatorem de veritate,per vnum altariſtam de veritate,per vnum baccalaureum in artibus de veritate , per duos notarios publicos de veritate, et per multos alios teſtes de veritate , publica voce & fama.

Octauus articulus,in quo continetur , quòd ad verba præmiſſa totus populus clamauit, Mētitur Mentitur,probatur per vnū altariſtā verus , qui dicit ſe interfuiſſe:per vnum baccalaureum , qui dicit ꝙ* Mētitur:per vnum prępoſitum,qui dicit, clamauerunt,Mentiuntur Mētiuntur.Et per plures alios numero ſex,de communi voce &c.

* videtur deeſſe , clamauerunt,

Nonus articulus,in quo continetur,quod idem Ioannes Huſz dixit, ꝙ anno 1409. ſurget vnus , qui euangeliū & epiſtolas & fidem Chriſti perſequetur,probatur per vnum altariſtam de veritate,per vnum baccalaureum in artibus,per vnū notarium publicum, & per multos alios &c.

Decimus articulus , qui incipit , item ponitur &c.denotando dominum Alexandrum , probatur per vnum altariſtam,articulum fore verum, qui dicit quòd interfuit : alij autem deponunt de publica voce & fama.

Vndecimus articulus,in quo continetur , quòd papa nupèr defunctus, neſcit tamē ſi ſit ī cęlo vel in inferno , qui ſcribit in cutibus ſuis aſininis , ꝙ archiepiſcop⁹ cremare deberet libros Ioānis Vuicleff,in quibus multa bona continentur, probatur per vnum præpoſitum de veritate,& per multos alios de publica voce & fama.

Duodecimus articulus,in quo continetur,Eccè appellaui contra mādata archiepiſcopi,et exnūc appello:vultis mihi adhærere? ad qđ totus populus clamauit in vulgari Bohemico , Volumus & adhæremus:probatur per vnum presbyterū eſſe verum: per vnum baccalaureum in artibus,eſſe verum.per vnum notarium publicū,qui dicit,ꝙ interfuit quandò dixit,ſi totus cœtus cardinalium cum papa dicerent,librorum combuſtionem iuſtā eſſe,nollem conſentire:per vnum alium notarium publicum , per vnum rectorem cuiuſdam parochialis eccleſiæ , per vnum altariſtam , & per multos alios de publica voce & fama.

Væ qui ſapiētes eſtis in oculis veſtris.

Decimuſtertius articulus non eſt multùm pertinens, ideò omittitur, licèt ſit probatus .

Decimuſquartus articulus , qui incipit , Idem dixit,ideò deberetis ſi vultis,mihi adhærere: non timeatis excommunicationem , quia ſecūdùm ritum & conſuetudinem Eccleſiæ appellaſti; mecum,&c. probatur per vnum notarium publicū, qui dixit audiuiſſe ſe à Huſz , quòd legitimè poteſt ſe ingerere in diuinis ſub tuitione appellationis,dicendo quòd illam excommunicationem voluit habere pro benedictione,& per multos alios de publica voce &c.

Decimuſquintus et decimuſſextus articuli ſunt probati in Cōſtātia ꝑ teſtes ibidèm receptos, vnà

cum

Digitized by Google

cum articulis ſequentibus coram commiſſarijs cōcilij, & per multos alios teſtes in partibus coram vicario archiepiſcopi Pragēſis, receptos ſimiliter & examinatos.

Item aduertendum quòd coram commiſſarijs ſunt nonnulli libri & opuſcula, videlicet liber de Eccleſia &c. quos libros dictus Ioannes Huſz fatetur ſe compoſuiſſe, ueruntamen quòd ad articulos extractos ex dictis libris, in ſuis reſponſionibus nō præcisè reſpondit, ſed certis modificationibus & limitationibus, vt apparet in actis.

Item ex actis apparet vna proteſtatio, quæ videtur cruda, & alia in principio articulorum, ſi benè aduertatur.

Item quo ad libros et cōtenta in eis, remitto me ad dominos theologos.

Subſequenter magiſter Henricus de Piro promotor prædictus, nomine quo ſuprà, expoſuit et dixit: ex quo proceſſus debitè ſit tentus contra Ioannem Huſz, eiusq; doctrinā & dictos articulos, nō reſtat aliud niſi concludere & ferre ſententiam:

Quapropter per cauſam huiuſmodi per ſynodū prædictam concludi & ſententiam ferri, iuxta petitionem per eum datam, debita cum inſtantia poſtulauit.

Quibus factis dominus Bertholdus de Vuildūgen auditor præfatus, loco quo ſuprà exiſtens, mādato et authoritate ſynodi narrauit totum proceſſum habitum coram dominis iudicibus & cōmiſſarijs, in huiuſmodi cauſa deputatis per cōcilium, & alias quomodò ab initio cauſæ huiuſmodi fuit in curia Romana & in partibus coram ordinario loci introducta de verbo ad verbū. Quo proceſſu recitato, idem dominus Bertholdus auditor & deputatus ad hoc, incepit articulos legere, incipiendo: Vnica eſt ſancta Eccleſia &c. & legendo quēlibet articulum, circa ipſum ſummarium teſtium, per quot, quātos, & quales perſonas, dominos, magiſtros, magnos, aut paruos, probaretur. Et vſq; ad finem articulorum.

Huſz ſubmittit ſe Concilio.

Item idem dominus Bertholdus Vuildungen dixit, qualiter ipſe Ioānes Huſz alias in caſtro Buelebenſi Cōſtantienſis diæceſis exiſtente, et ibidèm detēto, articuli memorati fuiſſent ſibi ibidèm præſentati per certos deputatos, inter quos ipſe Bertholdus extiterat vnus. Et idem magiſter Ioannes Huſz fuit interrogatus, an velles dictos articulos defenſare aut confiteri, qui magiſter Ioannes Huſz tunc ſubmiſit ſe determinationi concilij. Et ſubſequenter vno alio tempore ſimiliter inter deputatos nationum & in præſentia dominorum Cameracēſis & Florētinēſis cardinalium ſimiliter reſpōdit. Tertiò verò, vt priùs, interrogatus, reſpōdit, vt in ſchedula papyrea in hunc modum manu ſua ſcripta pleniùs continetur. Cuius ſchedulæ tenor ſequitur in hunc modum:

Ego Ioannes Huſz in ſpe ſacerdos Ieſu Chriſti, timens Deum offendere, & timens incidere periurium, nolo abiurare articulos omnes, & quemlibet ex illis, qui per falſos teſtes in atteſtationibus producti ſunt contra me: quia Deo teſte, nō prædicaui, nec aſſerui, nec eos defendi, ſicut dixerunt me eos defendiſſe, prædicaſſe & aſſeruiſſe.

Item de articulis extractis de meis libellis, ſaltē qui ſunt debitè extracti dico quòd quicūque ex illis includit aliquem falſum ſenſum, illū deteſtor. Sed timendo offendere Deum in veritate, & contra ſanctorum ſententiam dicere, non quemlibet eorum volo abiurare. Et ſi poſſibile eſſet, quòd toti mundo vox mea nunc pateret, ſicut omne mendacium et omne meum peccatum in die iudicij patebit, libentiſſimè omnem falſitatem & omnem errorem, quem vnquàm ad dicendum conceperim vel dixerim, coram toto mundo reuocarem iſta dico & ſcribo liberè et voluntariè. Scriptum manu mea propria prima die Iulij.

Hi ſunt qui fuerunt commiſſarij nomine concilij, miſſi cum articulis ad ipſum magiſtrum Ioannem Huſz vna vice, videlicet: Ioannes archiepiſcopus Rigenſis, Antonius archiepiſcopus Raguſinenſis, Bertholdus Vuildungen, Theodoricus de Monaſterio. Hi fuerunt teſtes, videlicet Ioannes de Vualden. archidiaconus Lubecenſis, Petrus Helpurg præpoſitus Vuetzflorīēſis, Hēricus Heuborch decanus ſancti Petri Traiectenſis, Petrus de Merachorepiſcopus Traiectenſis.

Subſequenter die veneris quinta Iulij, in loco congregationis dominorum deputatorum in domo fratrum Minorum, præſentibus Thoma de Amelia legum doctore, auditore ſacri Palatij, dominus Cameracenſis, dominus Florentinenſis cardinales, patriarcha Antiochenus, epiſcopus Bathonienſis, epiſcopus Sareſbirienſis, archiepiſcopus Rigenſis, archiepiſcopus Mediolanenſis epiſcopus Feltrēſis, electus Poznanienſis, dictum magiſtrum Ioannē Huſz interrogauerunt, an vellet abiurare articulos quos confitetur, & qui ſunt in libris ſuis & manu ſua ſcripti: & illos etiàm qui ſunt probati per teſtes, quos nō negat ſe dogmatizaſſe, quantū probātur per teſtes: an vellet iurare, quòd eos non tenet nec tenebit, ſed vult ſimul cum Eccleſia cauere contrariū. Reſpōdit quòd velit ſtare in eo quod ſcripſit manu ſua in præſenti parte. Et factis ſic hinciudè ſuaſionibus, quòd nō vellet inhærere ſuæ opinioni, ſed potiùs ſtare cū tota Eccleſia, et cū tot doctis viris, quot ſunt hoc ſacro concilio tandèm perſtitit in propoſito ſuo præmiſſo. Qua ſchedula ſic lecta, magiſter Hēricus de Piro promotor prędictus, nomine quo ſuprà, petijt per dominos præſidentes & ſanctam ſynodum libros ipſius Ioānis Huſz, videlicet librum intitulatum de eccleſia, & alios libros ſuos ſiue opuſcula, in quibus præfati articuli reperiuntur conſcripti, condemnari ad cōburendum, & ſibi ſuper his miniſtrari iuſtitiæ complementum.

Huſz pertinax.

Petitione ipſius magiſtri Henrici promotoris facta, reuerēdus pater dominus Antonius epiſcopus Cōcordiēſis, mandato & authoritate cōcilij et generalis ſynodi procedēdo ad ſententiā, protulit eā in ſcriptis, prout in ſchedula quam legebat de verbo ad verbū, cuius tenor inferiùs eſt inſertus, pleniùs cōtinetur. Veniēdo nanq; ad verbū ſiue dictamen, Verū quia etc. cōtinens cū ſequentibus in caſu quo abiurare nollet, veniret alia pęna et prolatio ſententiæ: reperto demùm, Ioānē remanere ī peruerſitate ſua, & dicentem quòd propter hoīes

quos docuit de oppoſito, non vellet obiurare, ſed milleſiès cõburi, quia per eius abiurationẽ generaretur ſcandalũ illis, quos docuit de oppoſito: ergò nollet aliquo modo obiurare. Et tunc dñs Antonius epiſcopus obmiſit verba illa, quæ pertinebãt ad abiurationẽ, & proceſſit ad alia verba ſequẽtia, videlicet, & ſumit ſententiã, tradẽdo per ſentẽtiã eũ iudicio ſeculari. Quibus factis, iuerũt ad ipſum Ioannem Huſz, reuerendi patres domini archiepiſcopus Mediolanẽ. ſuffraganeus domini epiſcopi Conſtantien. epiſcopus Bangoren. pro degradatione ipſius Ioãnis Huſz, ad locũ vbì ipſe Ioannes Huſz exiſtebat. authoritate & mandato ipſius ſanctæ ſynodi Conſtantien. ad finem, ꝙ curiæ ſeculari tradi poſſet, ipſum Ioãnem degradarunt, legendo verba ad hoc ordinata de libro pontificali, incipientia: O Iuda, amouendo ab eo tanquàm ab indigno calicem, & ſubſequenter ſolẽnitatibus ad quodlibet exhibitis, exuebant eum caſula, ſtola, tondẽtes ſibi crines, & ſimiliter amouendo ab eo omnia ſacerdotalia & clericalia.

Huſz degradatur.

Quibus factis, curia ſecularis recepit eum, & abduxit eum ad locum iuſtitiæ.

Super quibus omnibus Henricus de Piro petijt approbationem & executionem. Fuitq́; reſponſum per dominos deputatos omnium nationũ prædictos, ac dominum præſidentem, regemq́; Romanorum, Placet.

Subſeqnẽtet fuit lecta per eũdem epiſcopum Concordieñ. ſententia, condemnando illum Articulum. Qnilibet tyrannns &c. Et fuit reſpõſum per depntatos nationũ qnatuor, præſidentem, & Regem, Placet. Item. fuit lecta per dominũ Stephannm epiſcopũ Dolenſem. ſchednla, contra impeditores venientium ad concilia generalia.

Subſequẽter ad petitionẽ magiſtri Henrici de Piro, idẽ dñs Antonius legebat vnã aliam ſententiam, condẽnãdo articulũ illũ, videlicet, Quilibet tyrannus &c. prout ĩ ſchedula infraſcripti tenoris continẽ. Qua lecta, fuit reſponſum per deputatos prę dictos, præſidentem & regem, Placet. Præſentibus ibidẽm illuſtribus principibus, Henrico duce Bauariæ, Ludouico comite Palatino. Rheni, Frederico burggrauio Nurenburgenſi, Carolo de Malateſtis domicello Ariminẽſi, Ludouico duce Bauariæ, Frãciæ et Angliæ, Poloniæ, Noruegiæ, Sueciæ, Daciæ, Ludouici Neapolitani, ducis Mediolanẽſis ambaſiatoribus, Guntero comite Suartzpurg, Euerardo comite de Vuinſperg, comite de Friburg, & alijs nobilibus prælatis & Chriſtianis in numero copioſo. Subſequenter fuit lecta vna minuta per dominum Stephanum epiſcopum Dolen. contra impeditores venientium ad Concilium, & recedentium ab eodẽ, cuius tenor ſequitur inferiùs.

Tenores verò dictæ ſententiæ diffinitiuæ, & alterius tyrannidis ac minuta, de quibus ſuprà fit mentio, ſeriatìm ſequuntur & ſunt tales.

Condemnatio illius propoſitionis, Quilibet tyrannns.

Præcipua ſolicitudine volens hæc ſacroſancta ſynodus ad extirpationem errorum & hæreſum in diuerſis mundi partibns inualeſcentiũ prouidere, ſicut tenetur, & ad hoc collecta eſt: nnpèr accepit, ꝙ nonnullæ aſſertiones erroneæ in fide & bonis moribus ac multipliciter ſcandaloſæ, totiusque reipublicæ ſtatum & ordinem ſubuertere molientes, dogmatizatę ſnnt, inter quas hæc aſſentio delata eſt: Quilibet tyrannus poteſt & deber licitè & meritoriè occidi, per quemcunque vaſſallum ſnum vel ſubditum, etiàm per clãculares inſidias & ſubtiles blanditias vel adulationes, non obſtante qnocunque præſtito iuramento ſeu confœderatione factis cum eo, non expectata ſententia, vel mandato iudicis cuinſcunque. Aduersùs hunc errorem ſatagens hęc ſancta ſynodus inſnrgere, & ipſum funditùs tollere, præhabita deliberatione matura, declarat, decernit & definit huiuſmodi doctrinam erroneam eſſe in fide & in moribus, ipſamq́ue tanquàm hæreticam, ſcãdaloſam, & ad frandes, deceptiones, mendacia, proditiones, periuria vias dantem, reprobat & condemnat. Declarat inſupèr, decernit, & diffinit, quòd pertinaciter doctrinam hãc pernicioſiſſimam aſſerentes, ſunt hæretici, & tanquàm tales, iuxta canonicas ſanctiones puniendi.

¶ Conſtitutio Concilii contra inuaſores ſeu ſpoliatores accedentium & recedentium à Concilio.

Sacroſancta generalis Synodus Conſtantienſis. vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, in Spirituſancto ad extirpationem ſchiſmatis, hæreſnmq́ne & errorum, necnon ipſius Eccleſiæ in capite & in membris debitam reformationem legitimè congregata, ad futuram rei memoriam. Iuſtitiam & æquitatem exerceri non dnbitatur, ſi quos noxiæ voluntatis adeò captiuat peruerſa intentio, quòd proceſſibus Apoſtolicis impudenter obuiantes, authoritatem ſanctionis canonicæ contemnentes, in aliorum prolabuntur iniurias & offenſas, eccleſiaſtica cenſura percellat, & pro demerito culpæ, rigorem adiiciat iudiciariæ poteſtatis. Nam ſi qnilibet per campnm licentiæ, freno depoſito modeſtiæ, vagaretur impunè, facilè quiſque ſæuiret in proximum, & neruus diſciplinantis iuſtitiæ rumperetur. Sanè licèt nonnulli Romani põtifices, antiquos Romanæ Eccleſiæ morem & conſuetudinem obſeruantes, prout ad eos ex debito Apoſtolatus ſibi iniuncti officii ptinebat, per certos ſuos proceſſus in die Cœnæ Domini annis ſingulis ſolenniter publicantes, inter omnes alios & ſingulos, qui ad ſedem Apoſtolicã venientes vel recedẽtes ab ea, necnon in illos omnes & ſingulos, qui per ſe vel per alium ſeu alios, quaſcunqne perſonas eccleſiaſticas vel ſeculares, ad Romanam curiam ſuper eorum cauſis & negociis accedentes, illaq́ue in eadem curia proſequentes, ant procuratores, geſtores, aduocatos & promotores ipſorum, ac etiàm auditores ſeu iudices

dices

dices, qui ſuper dictis cauſis ſeu negociis deputantur, occaſione cauſarum emergentium huiuſmodi verberant, mutilant, uel occidunt, cuiuſcunque dignitatis, ordinis, conditionis aut ſtatûs forent, prædicta uel eorum aliqua committentes, excõmunicationis & anathematizationis ſententias, à quibus nullus per alium quàm Romanum pontificem poſſet, præterquàm in mortis articulo conſtitutus, abſolui: nec etiam tunc, niſi de ſtando mandatis Eccleſiæ aut ſatisfactione præſtanda, ſufficienti cautione præmiſſa, candelis accenſis, & ad terram proiectis, promulgauerãt: & eos qui taliter excommunicatis & anathematizatis uel eorum alicui præſumerent beneficium abſolutionis impendere, ſimilibus ſententiis innodauerunt: eiſque prædicationis, lectionis, adminiſtrationis ſacramentorum eccleſiaſticorum, & confeſſionem audiẽdi interdixerunt officium: necnon quicunq; iniuriatores quorumlibet ad ſacra cõcilia generalia uenientium, ſeu ſtantium in ipſis, aut recedẽtium ab eiſdem, diuerſas cenſuras Eccleſiaſticas & pœnas tam ex canonis, quàm diuini iuris diſpoſitione incurrant: tamen ſicut ad noſtrã fidedignorum multitudine ualida inſinuatione peruenit notitiam, nonnulli iniquitatis filii, perditionis alumni, huiuſmodi cenſuras uilipendentes, ac huiuſmodi ſacri concilii, extirpationis ſchiſmatis, hæreſum ac errorum, ipſiuſque Eccleſiæ reformationis perturbatores, diabolico ſpiritu inſtigante, nec dignitati nec ordini deferẽtes, Dei timore poſtpoſito, nefariis ac ſacrilegis auſibus nonnullas perſonas eccleſiaſticas & ſeculares, etiàm pontificali dignitate præditas, ad ſedem Apoſtolicam uel Romanam curiam, ſeu præſens generale concilium in ciuitate Conſtantienſi prouinciæ Moguntinenſis, ubi nunc Romana curia exiſtit, in ſpiritusancto legitimè congregatam uenientes, aut recedẽtes ab eiſdem, inuadere, capere, arreſtare, detinere, incarcerare, mutilare, occidere, ac ſpoliare bonis ſuis, uel iniuriis * afficere quàm plurimis, & aliàs malè tractare, temeritate propria præſumpſerunt, & dietim pręſumũt in Apoſtolicæ ſedis & ſacri concilii uilipendium & contemptum, ac ſeditionis ſchiſmatis, reformationis Eccleſiæ, & correctionis morum, necnon hæreſium & errorum prædictorum extirpationis diſturbium, ſuarumq; animarum periculum, & ſcandalum plurimorũ. Nos igitur uolentes in præmiſſis, necnon aduerſùs quoſcunque ad ipſum cõcilũ & quælibet alia futura generalia cõcilia accedentes, aut ſtantes in ipſis, ſeu recedentes ab eiſdẽ, nè ab aliis Deum non timẽtibus, temerariis iniuriis infeſtentur, & opprimãtur uiolentiis, & nè quibuſuis delinquendi aut exceſſus committẽdi pateat audacia, de opportuno & ſalubri remedio prouidere, huiuſmodi, necnon omnes alios & ſingulos alios proceſſus, ſententias & cenſuras aduerſùs quarumlibet perſonarum eccleſiaſticarũ uel ſecularium ad ſacra generalia concilia uenientium, aut ſtantiũ in ipſis, ſeu recedentium ab eiſdem, moleſtatores, perturbatores uel iniuriatores, authoritate Dei omnipotẽtis, patris & filij & ſpiritusſancti extendentes, omnes & ſingulos cuiuſcunque dignitatis, gradûs, ſtatûs, uel conditionis fuerint, etiamſi pontificali, Imperiali, regali, uel alia quacunque eccleſiaſtica uel mundana præfulgeant dignitate, qui quaſcunq; perſonas eccleſiaſticas uel ſeculares, quæ ad huiuſmodi ſedem Apoſtolicam Romanã curiã hoc pręſenti ſacrũ durãte concilio, uel ad ipſum & quæcunq; alia generalia concilia venientes & ſtantes in ipſis, aut ab eis recedentes, temeritate propria per ſe uel aliũ alios arreſtare, inuadere, capere, detinere, incarcerare, mutilare, occidere, aut bonis ſuis ſpoliare, uel iniuriis * afficere, ſeu ipſos ſic delinquentes receptare, aut aliàs quomodolibet impedire, ſeu ea perpetrantiũ facta & cõmiſſa, rata & grata habere, uel eis dare auxiliũ, conſilium uel fauorẽ, publicè uel occultè, directè uel indirectè pſumpſerint, uel præſument in futurum, ſimilibus excõicationis & anathematizationis ſententiis innodamus eo ipſo. Terras quoquè ipſorũ & cuiuſlibet qui in præmiſſis uel eorum aliquo tranſgreſſor uel contẽptor fuerit, dũ * tamẽ vniuſcuiuſque ſic tranſgreſſorum uel cõtemptorũ, ultra vnã diœceſim nõ cõtineat; necnõ oĩa ciuitates, uillas, caſtra, oppida, & quælibet alia loca in quibus huiuſmodi exceſſuũ patratores ſeu eorũ receptatores, uel ipſis conſentientes, fauentes, aut dantes auxiliũ, conſiliũ uel fauorẽ publicè morabuntur: necnõ illa, in quibus huiuſmodi perſonæ quæ ſic temeritate propria detentæ fuerint, quãdiù extiterint in eiſdẽ, memorata authoritate Eccleſiaſtico ſupponimus interdicto. Quòd ſi terra eiuſdem duas diœceſes uel ampliùs contineat, dominiũ domicilii principalis ipſius, & illam etiàm in qua fuerit delictum cõmiſſum, ſi ſua ſit, & duas alias quæ ſub ipſo ſunt eidem loco magis * uicinæ, interdicto ſubiacere uolumus ſupradicto, ac etiàm omnes & ſingulos huiuſmodi excommunicationis & anathematizationis ſentẽtiis ligatos, in quibuſlibet Eccleſiis, loco ubi tale delictũ fuerit perpetratum, uel terris & locis propter hoc interdictis magis conuicinis ubilibet exiſtẽtibus: omnibus diebus Dominicalibus & feſtiuis, pulſatis campanis, candelis accẽſis, publicè nunciari, ac terras, ciuitates, uillas, caſtra, oppida & loca Eccleſiaſtico interdicto prædicto ſuppoſita, donèc, ipſi ſic excommunicati, meruerint ab huiuſmodi ſentẽtiis beneficium abſolutionis obtinere, dictumque interdictum debuerit relaxari: ità tamen, ꝙ nullus ex tranſgreſſoribus ac cõtemptoribus huiuſmodi per alium, quàm per Romanum pontificem, uel ſacri cõcilii authoritate poſſit, niſi duntaxàt in mortis articulo cõſtitutus,

* affligere
* affligere
* tamẽ terra.
* vicinas.

tus, nec etiàm tunc, niſi de ſtando mandatis Eccleſiæ, ſatisfactione vel ſufficienti cautione (ſi hoc commodè facere poſſint) primitùs præſtita, abſolui, vel interdictum huiuſmodi relaxari. Eos verò cuiuſcũque dignitatis, ordinis, ſtatûs aut conditionis fuerint, etiãſi pontificali dignitate præfulgeant, qui contra tenorem præſentium proceſſum, talibus vel eorum alicui abſolutionis beneficiũ impendere præſumpſerint, volumus, ſtatuim⁹, & decernimus ſimilibus excommunicationis & anathematizationis ſententijs fore innodatos eo ipſo, ipſiſque prædicationis, lectionis, adminiſtrationis ſacramẽtorum, & audiendi confeſſiones officium, authoritate interdicimus ſupradicta, inſinuantes tranſgreſſoribus & contemptoribus in prędictis, quòd ſpiritualiter & tẽporaliter (prout eorum requirent exceſſus & demerita) grauiùs procedetur, non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus & quibuſlibet priuilegijs, indulgentijs & literis Apoſtolicis, generalibus vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, eiſdem tranſgreſſoribus & cõtemptoribus, vel quibuſuis alijs communiter vel diuiſim à dicta ſede conceſſis, etiàm quòd ſuſpendi vel excommunicari, aut eorum terræ, dominia, ciuitates, villæ, caſtra, oppida & alia loca interdici non poſſint, etiàm ſi de ipſis eorum tenoribus eſſet in ipſis proceſſibus mentio ſpecialis facienda, quę, nè contra huiuſmodi ſententias & proceſſus, quô minùs includantur in eis, per ea valeant ſe, terras, dominia, ciuitates, villas, caſtra, oppida, & loca huiuſmodi tueri, & q̃ quo ad hoc, tollimus & penitùs reuocamus. Et inſupèr mãdamus, vt huiuſmodi pręſens proceſſus ad communem omnium notitiã deducatur, chartas ſiue membranas proceſſus continentes eoſdem, in maioris & ſancti Stephani Cõſtantienſis Eccleſiarum valuis affigi, qui proceſſus ipſos ſuo quaſi ſonoro præconio & patulo indicio publicabunt, vt prædicti quos proceſſus concernent, nullam poſſint excuſationem prætendere, vel ignorantiam allegare, quòd ad eos proceſſus huiuſmodi non peruenerint, vel ignorauerint eoſdem, cùm nõ ſit veriſimile remanere incognitum, quo ad ipſos, quod tam patenter fuit publicatum. Cęterùm omnibus & ſingulis dominis patriarchis, primatibus, archiepiſcopis, epiſcopis, cęterorumq́; locorũ ordinarijs præcipimus & mãdamus, vt ipſi & eorum quilibet per ſe vel alium, ſeu alios, ſub pœna excommunicationis, quam ipſorum quemlibet qui mandatorum noſtrorũ huiuſmodi tranſgreſſor & contemptor fuerit, incurrere uolumus ipſo facto, præſentes noſtros proceſſus per eorum aut chartarum vel membranarum, ſeu tranſſumptorũ continentium eoſdẽ, quibus ſicuti noſtris proceſſibus tantam uolumus fidem adhiberi, in Eccleſiarum valuis, ſeu alijs locis affixionem publicent, & præfatos tranſgreſſores & contemptores huiuſmodi excõmunicationis & anathematizationis ſentẽtijs ligatos, ac terras, ciuitates, villas, caſtra, oppida & loca p̃fata huiuſmodi Eccleſiaſtico interdicto ſuppoſita, quamprimùm ipſis, vel eorum alicui de hoc legitimè conſtiterit, tandiù in eccleſijs Dominicis & alijs feſtiuis diebus, dum inibi maior fuerit populi multitudo, campanis pulſatis, & candelis accenſis & extinctis, denuncient, & interdictũ huiuſmodi inuiolabiliter faciant obſeruari per cenſuras Eccleſiaſticas aut alia iuris remedia, inuocato ad hoc (ſi opùs fuerit) auxilio brachij ſecularis, donèc ipſi tranſgreſſores & contẽptores meruerint ab huiuſmodi excõmunicationis & anathematizationis ſententijs abſolutionis beneficium obtinere, dictumq́ue interdictum meritò debuerit relaxari, non obſtantibus omnibus ſupradictis, ſeu ſi aliquibus coniunctìm vel diuiſìm à ſede prædicta indultum exiſtat, q̃ interdici, ſuſpẽdi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenã & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Conſtantiæ pridiè Nonas Iulij, Anno à natiuitate Domini millesimo quadringẽteſimo decimoquinto, ſede Apoſtolica vacante, regnorum sereniſſimi principis domini Sigimundi Romanorum & Hungariæ regis, videlicet electionis quinto, coronationis primo, Hungariæ verò XXIX.

Finita aũt ſeſſione, libri Ioãnis Huſz fuerũt cõbuſti ĩ platea palatij epiſcopalis, videlicet liber de eccleſia & alia opuſcula eiuſdẽ. Libri Huſz cõburũtur.

SESSIO XVI.

Die iouis 11. mẽſis Iulij ſupradicti, fuit ſeſſio generalis in maiori Eccleſia celebrata Conſtantiæ, in qua præſidebat reuerendiſſimus pater dominus Ioannes Epiſcopus Oſtienſis cardinalis Viuarienſis. Et fuit cantatum officium Miſſæ de ſpiritu ſancto per reuerendum patrem dominum Nicolaum epiſcopum Merſburgenſem. Quo completo, legebantur litaniæ &c. more aliarum ſeſſionum. & dominus Andreas electus Poznanienſis legebat certa capitula & ordinationes ſeruandas, tenoris ſubſequentis:

Die Iouis 11 menſi Iulij prędicti, fuit ſeſſio generalis in qua præſidebat reuerendiſſimus pater dominus Ioãnes epiſcopus Oſtienſis cardinalis Viuarienſis tãquàm antiquior cardinalis, Pręſentibus ibidèm reuerẽdiſſimis patribus, Angelo Laudenſi, Iordano de Urſinis, Ioanne Raguſinenſi, Antonio Aquilegiẽſi, Thoma Tricaricẽſi, Branda Placent. Frãciſco Venetiarũ, Petro cameracẽſi, Antonio de Salãcho, Alamãno Piſano presbyteris, Lãdulpho Barẽſi, Ludouico de Fliſco, Odone de Columna, Lucido de comite, Amadeo Salutiarum, Raynaldo d̃ Brãckaſijs, et Frãciſco Florẽ. diaconis cardinalib⁹. Et fuit

cantatum

Digitized by Google

*tãtatũ officiũ Miſſæ de Sanctoſpiritu per reueren
dum patrẽ dñm Nicolaum epiſcopum Merſbur-
genſem. Quo cantato, fuit factum & peractum
officium litaniarum cum introitu ſolito, videli-
cet, Exaudi nos Domine, colllectis & orationi-
Ioan.15. bus ad hoc requiſitis, ac Euangelio, Hoc eſt præ-
ceptũ meũ, vt diligatis inuicem &c. & hymno,
Veni creator ſpiritus, collectis, verſiculo, & Be-
nedicamus. Quibus habitis atque peractis, aſcẽ-
derunt ambonẽ, in quo edicta ſiue propoſita &
proponenda ſolent legi, reuerẽdi patres dominus
Andreas electus Poznanienſis, Antonius Con-
cordieñſis, Nicolaus Merſburgenſis, Vitalis Tho-
lonenſis, Patritius Cortagenſis epiſcopi, tãquam
deputati per quatuor nationes ad legendum, ap-
probandum &c. illa quæ ſynodus deliberauit.
Idem dominus Andreas electus Poznanienſis,
legebat certa capitula, ordinationes & cõſtitutio-
nem ſeruandas decæterò, huiuſmodi ſub tenore.*

Deputatio ambaſiatorum concilij
ad Aragoniam.

Sacroſancta Conſtantienſis ſynodus, ge-
nerale cõcilium faciens, in ſpiritusancto le-
gitimè congregata, ſecundùm mẽtem & ef-
fectum ordinationis ſeu decreti in vltima
ſeſſione facti ſeu lecti, ad requirendum do-
minum Petrum de Luna, Benedictum deci-
mumtertium in ſua obedientia nominatũ,
& alia faciendum quæ fuerint neceſſaria &
opportuna, facit, conſtituit & ordinat pro-
curatores generales, videlicet reuerendiſſi-
mos in Christo patres dominos, Iacobum
Turonenſem archiepiſcopum, Petrum Ri-
penſem, Iacobum Adrieñ. Ioannem Geben-
nenſem epiſcopos, Ioãnem abbatem ſancti
*Nouiomeñ. Eligij * Nouimeñ. Cõradũ de Suſato ſacræ
*Opizis theologiæ magiſtros, Ioannem de * Opzis
ſacri palatij anditorem, Petrum Paulum de
Iuſtinopoli vtriuſque iuris, Lampertum de
ſtipite Priorem prioratûs conuentualis de
Bortua Leodieñ. diœceſis, Ioanoem Vuellis,
*Holbalie Hugonem * Holbbabe, Bernardũ de Planta
decretorum, & Ioannem de Fabrica legum
doctores, præſentes & acceptantes, & Bene-
dictũ Gentiani vniuerſitatis Pariſiẽſis ſacræ
theologiæ profeſſorem, abſentem tanquàm
præſentem, ità tamen quòd ipſi omnes, aut
ipſorum quatuor, vnà tamen cum conſenſu
ſereniſſimi principis domini Sigiſmundi
Romanorum & Hungariæ regis, ſi præſens
fuerit, alijs non volẽtibus aut volẽtibus, cum
ipſo domino Benedicto XIII. in ſua obediẽ-
tia nominato, aut alijs ab eo ſuper hoc ſuf-
ficientem poteſtatem habẽtibus, tractare &
concludere, ac ipſorum quilibet in ſolidũ,
ipſum dominum Petrum Benedictum no-
minatum (vt præfertur) requirere, & alia cõ-
iunctim vel diuiſim facere poſſint, ſic &
prout in inſtrumentis publicis ſuper hoc
fiendis vel conficiendis, eiſque tradendis,
pleniùs videbitur contineri.

*Quibus lectis, idem dominus Andreas electus
Poznaniẽſis legebat certas minutas ſuper requi-
ſitione Petri de Luna fienda quorum tenores ſi-
militer ſunt inferiùs inſerti, & quas in cõtinenti
ibidem tradidit ad ingroſſandum notarijs atq;
ſcribis propter expeditionẽ celeriorem. Quibus
lectis, iuxta morem alias obſeruatum ſuper ap-
probatione illorum quæ ibì decernuntur & ſta-
tuũtur, reuerẽdus pater dñs Antonius epiſcopus
Concordienſis nomine nationis Italicę reſpondit,
Placet. Subſequẽter dñs Vitalis epiſcopus Tho-
lonẽſis ꝓ Gallicana natione, Nicolaus epiſcopus
Merſburgẽſis ꝓ natione Germanię, & Patritius
Cortagẽſis ꝓ natione Anglicana rñderũt, Placet.
Similiter dñs Ioãnes epiſcopus Oſtienſis præſi-
dẽs nomine collegij cardinaliũ reſpondit, Placet.*

*Deindè magiſter Henricus de Piro ꝓcurator
expoſuit, qualiter fuiſſent alias producta bullę ꝓ
parte domini Angeli de Corario tunc Gregorij
duodecimi in ſua obedientia nominati, videlicet
cõſtitutiones ad renunciandum & reſignandum
papatui ſuo, necnon authorizationis concilij prę-
ſentis, quibus neceſſariò ſereniſſimus princeps
dñs Sigiſmũdus Romanorũ & Vngariæ &c. rex
vnà cum alijs ſupradictis procuratoribus ꝓ con-
ciliũ deputatis, ad Petrum de Luna itteris, uti ha-
berẽt. Sed quia pericula cuncta euitari debent, q̃
euitari poſſunt, nè ergò ꝓpter dictarum bullarũ
captionẽ, deſtructionẽ aut alias malam cuſtodiã,
ipſi ſynodo Conſtãtienſi periculum ſiue damnum
generari poſſet, idcircò dictas bullas tranſſumi
mandare ꝑ protonotarios ſiue alios notarios con-
cilij per dictum Concilium, eiſq; Concilij Conſtan
tiẽſis authoritatẽ & decretum interponi taliter,
quòd hic & alibi ipſi tranſſumpto meritò fides
plenaria adhiberi poſſit. Et nihilominùs repetit is
in valuis Eccleſię executa, accuſans cõtumaciam
omniũ illorum quorũ intereſt, non cõparentium,
neque ipſas bullas tranſſumi mandare videntiũ,
ac interponi authoritatem ſynodi ſupradictæ cu-
rantium, & in eorum contumaciam dictas bullas
trãſſumi per dictã ſynodum inſtãter poſtulauit.
Et ſuper hoc reſponderi per deputatos prędictos
nomine nationum quatuor, ac pręſidentẽ, Placet.*

*Quibus ſic propoſitis, dñi deputati, videlicet
Antonius Concordienſis pro natione Italica, Vi-
talis Tholonẽſis pro natione Gallicana, Nicolaus
Merſburgẽſis pro natione Germanica, & Patri-
tius Cortagenſis ꝓ natione Anglicana, & Ioãnes
epiſcopus Oſtienſis cardinalis Viuarienſis ꝓro
collegio cardinalium reſponderunt, Placet.*

*Subſequenter magiſter Henricus de Piro ꝓ-
motor, nomine quo ſuprà, petijt per eandẽ ſyno-
dum declarari & decerni inſtrumenta depoſitio-
nis papatus, renunciationis & approbationis fa-
ctarũ ꝑ Balthazarẽ de Coſſa in Cellis, & alia in-
ſtrumẽta ibidem ꝑ eum & nomine eius confecta,
regiſtrãda & inſerẽda locis cõgruis, ꝓſentis cau-
ſa regiſtro, ità taliter, quòd authoritate ipſius ſy-
nodi ipſis inſtrumẽtis & alijs actis & habitis in
Cõcilio Conſtãtienſi & in ſeſſionibus publicis, ple
naria adhibeatur fides, & cętera alia petijt, ꝓut
inferiùs pleniùs continetur. Ad quæ reſpõderunt
ipſi domini prælati deputati & præſidẽs, Placet.*

Quibus reſpõſionibus factis et habitis reuerẽ-

dus pater dominus Andreas electus Poznanienſis, authoritate & mandato ipſius ſacroſanctæ ſynodi Conſtantienſis, pronunciauit & declarauit quædam capitula ſiue ordinationes in futurum ſeruandas huiuſmodi ſub tenore.

Item eadem ſancta ſynodus ordinat, iubet & decernit, inſtrumenta in ratificatione ſententiæ depoſitionis per hoc ſacrum concilium nupèr latæ contra dominum Balthazarem de Coſſa, olim papam vigeſimumtertium, necnon renunciationi per eum factæ de papatu ſeu iure quod in eo poterat prætendere, apud acta ipſius concilij in loco ſuo congruo regiſtrari ſeu inſeri.

Idem ordinat & decernit, bullas & inſtrumẽta olim domini Gregorij papæ duodecimi in ſua obedientia nuncupati, nupèr in ceſſione papatus per eum ſeu eius nomine facta in dicto ſacro Cõcilio producta, in formam publicã tranſſumi, ſeu de ipſis tranſſumpta publica fieri per protonotarios & notarios huius ſacri concilij. Quibus trãſſumptis decernit fidẽ plenariã adhiberi tãquam ipſis originalibus authoritate ipſius Concilij.

¶Datur iudicibus poteſtas citandi ſub pęna priuationis illos, qui clandeſtinè receſſerunt à concilio.

Item eadem ſancta ſynodus reuerendis in Chriſto patribus Saresbirienſi, Plocẽſi, Vaurenſi & Piſtoriẽſi epiſcopis, aliàs pro audiendis cauſis ad præſens ſacrum concilium deuolutis & deuoluendis, ſeu aliàs ſpectantibus, per idem concilium deputatis, citandi etiàm ſub pœna priuationis per editum in curia exequendum ſufficienti informatione præuia, omnes & ſingulos prælatos & curiæ officiales, alioſque ad ipſum Concilium vocatos, qui ab hoc ſacro concilio clandeſtinè ſinè licentia receſſerunt, vt infra certum cõpetentem terminum eis aſſignandum, perſonaliter reuertantur & redeant, plenam tribuit poteſtatem.

¶Quòd literæ de iuſtitia expediantur.

Item eadem ſancta ſynodus ordinat, vt literæ de iuſtitia, aliàs in curia expediri ſolitæ, dummodò priùs ſecundùm antiquam curiæ conſuetudinem debitum curſum ſuum faciant, ſanctæ ſynodi nomine & ſigillo per reuerendum patrem & dominum Ioannẽ epiſcopum Oſtieñ. ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalem & vicecancellariũ, expediantur.

¶Quòd præſidentes habeant poteſtatem dandi licentiam recedentibus.

Item eadem ſancta ſynodus quatuor pręſidentibus nationum, vt ipſi omnes aut eorũ tres, ſingulis ad præſens concilium vocatis ſeu vocem habẽtibus, & ab eodem recedere cupientibus (vbì rationabilis cauſa ſuberit) licentiam recedendi dare poſſint, plenam tribuit facultatem.

¶Mandatur camerario, quòd cardinalibus cæteriſque indigentibus debeat de bonis cameræ prouidere.

Item præcipit & mandat domino camerario ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, aut eius locũtenenti ſeu vicecamerario, vt dominis cardinalibus & prælatis, cęteriſq; indigẽtibus in hoc ſacro concilio exiſtentibus, de neceſſarijs & vtilibus debeat ſubuenire, & de bonis cameræ prouidere.

Subſequenter magiſter Henricus de Piro ꝓmotor, nomine quo ſuprà, expoſuit, qualiter ex plurĩũ fidedignorum relatione, etiàm hoc ſama publica deferente, ꝙ quidam Carolus de Ducil dñs loci, & Henricus de Turre, cum plurium armatorum comitiua, nõ tãquam nobiles, ſed more ꝑdonũ & turbatorũ, dominos Carcoſſonẽſem & Ebroicenſem epiſcopos, ac magiſtros Vuilhelmũ de Meda decanum Syluanectenſem domini regis Francorum conſiliarios, necnon Benedictum Gẽtiani in theologia, & Iacobũ de Spais in artibus & medicina magiſtros, ꝑ vniuerſitatem Pariſiẽſem ad concilium deſtinatos, & per ſereniſſimum principem Romanorũ regem ad dictum dominũ Carolum regẽ Francorũ trãſmiſſos, inhumaniter in ducatu Barenſi inuaſerunt, eoſq; captiuarunt, ſpoliarunt bonis, rebus, equis &c. & aliquos de eorũ familia interfecerunt, aliquos verò lętaliter vulnerarunt. Quapropter petijt ꝑ ipſam ſynodũ reformationẽ ſuper tali infamia, & cõtra eos ꝓcedere & ꝓcedendũ fore, ꝓut iuris ordo et dictamẽ rõnis id requirit atq; poſtulat, & alijs petijt, ꝓut in quadã minuta inferiùs inſerta plenius cõtinet. Et ſi placet ſynodo, ꝙ deputati reſpõdeãt, Placet.

*Qua expoſitione queruloſa (vt præmittitur) facta, domini deputati quatuor nationũ, vnus poſt alium, & ſubſequẽter dominus Ioãnes epiſcopus Oſtienſis, nomine collegij cardinaliũ, reſpõderũt, Placet. & decreuerunt proceſſus cõtra eoſdẽ & alios impeditores venientes & euntes ad conciliũ & de cõcilio, vt ſequitur in minuta, quã dominus Bertholdus de Vuildungẽ adiutor legebat, prout ſequitur inferiùs. Super quibus idem magiſter Hẽricus de Piro promotor nomine procuratorio quo ſuprà, petijt ſibi ꝑ protonotarios ac notarios cõcilij, alioſq; notarios et tabelliones ibidèm exiſtẽtes, vnũ vel plura fieri inſtrumentũ ſeu inſtrumenta, ad perpetuam rei memoriã. Præſentibus ibidèm reuerendis patribus dominis, Iacobo electo Pẽnenſ, Ioãne de Thoriarijs de Bononia auditoribus, ambaſiatoribus ducis Burgundiæ, regis Dacię, Suecię & Noruegię, omnibuſq; dictã ſanctam ſynodum Conſtãtienſem repręſentantibus, nobilibuſq; * infinitis in multitudine copioſa.* for. * alijs in

Tenor vero dictarum literarum decretarum contra ipſos Carolum de Ducil, & Henricum de Turre, de quo ſuprà fit mentio, ſequitur in hoc modum.

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantiẽſis, generale conciliũ faciens, ac vniuerſalẽ Eccleſiã catholicam repręſentans, in Spirituſancto legitimè cõgregata, venerabilibus epiſcopis Pariſiẽſi, Metenſi, Tullenſi, Leonenſi, ac eorum vicarijs, ſalutẽ in Domino ſempiternam. Nupèr ſiquidem proceſſus noſtros cõtra quoſcunq; moleſtatores, perturbatores & iniuriatores quarumcunque perſonarum Eccleſiaſticarum, & ſecularium, ad Romanã curiã & pręſens cõcilium, necnon quę-

cunque

cunq; alia concilia generalia veniētiū, ſtantium, in ipſis, aut recedentiū ab eiſdem, in publica dictis ſacri cōcilij ſeſſione fecimus & publicauimus, cuius tenorem cauſa breuitatis hic volumus inſerto haberi. Cùm autem ex pluriū fide dignorū relatione, etiam fama publica referēte, ad noſtri notitiā peruenerit, q̃ nobiles viri Carolus de Dueil, dominus de Ramouilla, et Henricus de Turre, cū plurium armatorum comitiua, nō inſequentes facta nobiliū, ſed ſuæ ſalutis immemores, tanquàm iniquitatis filij, fideiq́; catholicę ac pręſentis ſacri Concilij turbatores, Chriſtianorum inimici, prædonū et tyrannorum more venerabiles Carcoſſonēſem et Ebroicēſē epiſcopos, ac magiſtros Vuilhelmū de Meda decanū Siluanectenſem, ſereniſſimi ac Chriſtianiſſimi principis Caroli regis Frācorum conſiliarios per ipſum, necnō Benedictum Gentiani in theologia, & Iacobū de Spais in artibus et medicina magiſtros, per vniuerſitatē Pariſiēſem ad pręſens cōciliū deſtinatos: & qui per idem concilium, necnō ſereniſſimum & illuſtriſſimum principem Sigiſmundum Romanorū &c. rḡe ſemper Auguſtum, huius ſacri cōcilij aduocatū, protectorem & defenſorē, ad dominū Francorum regē pro bono vniuerſalis Eccleſię, dictiq́; ſacri cōcilij ac honore & vtilitate ipſius Frācorū regis, mittebantur cum ſua familia & alijs de huiuſmodi ſacro cōcilio & Romana curia redeūtibus, alias ignominiosè ac tyrannicè in terris Romano imperio ſubiectis, vno ex capellanis pręto & duobus ſcutiferis epiſcopi Carcoſſonenſis pdicti lætaliter vulneratis, crudeliter & ſacrilegè ceperunt, & nonnullis ex dicta familia et alijs per eoſdem nobiles & prædones, equis & bonis deſpdatis per viā afflictis, & grauiter iniuriatis dimiſſis, præfatos epiſcopos, nūcios & alios, nec pōtificali dignitati, nec clericali ordini deferēdo, ad caſtrū de Satyn in ducatu Barenſi captiuos inhumaniter duxerunt, eorū bona inter eos vt prædā diuidēdo. Et q̃ poſtmodùm dictus Carolus præfatos epiſcopos & aliquos ex militarib⁹ captiuis prędictis, volēs ipſos ducere longiùs et transferre, pęnis affligere acrioribus & tormētis, à dicto caſtro, reliquis captis ibi remanentibus, extraxit tēpore nocturno, ipſoſq́; p nemora et ſtagna, flumina pariter & deuia inhumaniter lōgè pduxit à caſtro memorato. Quib⁹ ad illuſtriū principū, videlicet Barenſis primo, & deindè Lotharingiæ ducum notitiā deductis, ipſe videlicet Barenſis, illos qui in dicto caſtro captiui remanſerāt, eodē caſtro vi armorū capto, et Lotharingiæ duces, epiſcopos & alios quos ſecū duxerat Carolus prædictus, armatorum potentia, eis ad id⁹ communitatibus Metenſi, Tullēſi & Virdunēſi ciuitatib⁹ pbentibus auxiliū, cōſilium & fauorem, reſtituerūt libertati, & per ſuas terras liberè cōduci fecerunt, eis equos, munera et victualia gratiosè cōcedendo. Nos præfatos duces et communitates de tantis p eos ipſis epiſcopis, nuncijs & alijs memoratis, ob ſacri cōcilij vniuerſalis Eccleſię ac regū prædictorū fauorem gratijs impenſis, in Domino collaudantes, volenteſq́; ſicut nec decet nec expedit, dictos ſacrilegos & quoſcunq; alios ſup huiuſmodi horrendis & deteſtandis exceſſibus, & eis præſtantes auxiliū, conſiliū vel fauorē, abſq; animaduerſione relinquere incorrectos, circūſpectioni veſtræ authoritate Dei omnipotentiſs. patris & filij & Spiritusſancti, Amen, cōmittimus, & ſub excommunicationis pœna, quam quilibet veſtrū, qui præſentibus noſtris mandatis non paruerit, legitima excuſatione ceſſāte et monitione pmiſſa incurrere volumus ipſo facto, præcipientes mādamus, quatenùs vos vel duo aut vnus veſtrum per vos vel aliū ſeu alios authoritate præſentis concilij, de omnibus & ſimul præmiſſis exceſſibus & ea contingentibus ſimpliciter & de plano, ſinè ſtrepitu & figura iudicij, ſolicita et fideli diligētia adhibita, tā in veſtris ciuitatibus & diœceſibus, quàm in locis alijs, quibus expedire videritis, vos inſtruatis, & pdictos nobiles, et oēs alios et ſingulos clericos laicos cuiuſcūque dignitatis, ſtatus vel conditionis fuerint, etiāſi regali, pontificali, vel alia quauis præfulgeāt dignitate, quos per informationē reperitis cōmiſiſſe & cōmitti feciſſe vel mandaſſe prędictos exceſſus, aut in eis cōmittēdis præſtitiſſe auxiliū, conſiliū vel fauorē, ſeu eos gratos & ratos habuiſſe, vel ipſorū exceſſuum patratores receptaſſe nominatim, necnō illos de quib⁹ vobis p informationē huiuſmodi nominatim cōſtiterit, qui quomodolibet culpabiles fuerint in pmiſſis generaliter iuxta formā ac tenorē proceſſuū prędictorū, quos pro expreſſis hic volumus haberi, tā diù excōmunicatos & anathematizatos diebus Dominicis et feſtiuis, pulſatis cāpanis & cādelis accēſis & ad terrā proiectis, in eiſdē eccleſijs atq; locis, cùm maior in eis cleri & populi fuerit multitudo, publicè nūcietis, & faciatis ab alijs publicè nūciari, et ab omnibus arctiùs euitari, dictūq́; interdictū in eccleſijs & alijs vbilibèt iuxta tenorē proceſſuum prædictorū obſeruari, donèc nobis pfatoq́; ſereniſſimo principi Romanorum regi, & prædictis epiſcopis & nūcijs, ac alijs de ſic eis commiſſis iniurijs ac dānis et intereſſe ſatisfecerint, et ablata ſeu de prędata ab ipſis reſtituerint, aut ſuper hoc cū eis concordauerint, & alias meruerint ab huiuſmodi excommunicationis & anathematis ſententijs, abſolutionis beneficiū obtinere, dictūq́; interdictum debuerit meritò relaxari: Ità tñ, q̃ id qđ fuerit per vnū ex vobis inceptū, per aliū ſeu alios valeat mediari & finiri. Quòd ſi fortè pręfati nobiles et prædones de iniurijs, dānis et intereſſe, prædictis eiſdē epiſcopis, nuncijs et alijs aut alicui eorūdē ſatisfacere, & ablata eis reſtituere ſeu ſup hoc cū ipſis concordare per mēſem poſt monitionē eis in locis inſignibus p edicta publica ſup hoc factā, diſtulerint, eos ad ſatisfaciendū de iniurijs, dānis & intereſſe huiuſmodi, et eadē ablata reſtituendi, ſeu ſup ipſis concordādi, vt pręfertur authoritate prędicta præuia rōne cōpellatis, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Et nihilominùs ad prædictorū noſtrorū proceſſuū executionē contra quoſcūq; ipſorū tranſgreſſores & contēptores, pcedatis in omnibus & per omnia iuxta ipſorū ſeriem & tenorē, contradictores p cenſurā Eccleſiaſticam, & alia

iuris

iuris remedia authoritate prędicta compeſcēdo, non obſtātibus felicis recordationis Boniſącij papę ſeptimi conſtitutionibus, in quibus canetur, nē aliquis extra ſuam ciuitatem & diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, vltra vnam diętam à fine ſuę dięceſis ad iudicium euocetur. Sed quòd iudices à ſede deputati prædicta, extra ciuitatē & diœceſim, in qbus depntati fuerint, cōtra quoſcunq; pcedere ſen alų vel alijs vices ſuas cōmittere, aut aliquē vltra vnā dietam à fine diœceſis eorundem trahere non prę ſument: & de duabus diętis in Cōcilio generali, quàm alijs quibuſcunq; conſtitutionibus à Romanis pontificibus, tam de iudicibus delegatis, quàm de perſonis vltra certum numerum ad iudicium non vocādis, & alijs editis, quę noſtrę poſſent in hac parte iuriſdictioni atq; poteſtati, eiuſq; libero exercitio quomodolibet obuiare, necnō oībus his quę in dictis noſtris pceſſibus volumus non obſtare. Datum &c.

Quibus lectis, domioi deputati, & demùm dominus Ioannes epiſcopus Oſtieñ. pręſideos reſponderunt, Placet.

¶ Mandat concilium regiſtrari inſtrumenta de ratificatinne ſententiæ contra Inannem Papam 23.

Item eadem ſancta ſynodus ordinat, iubet, & decernit inſtrumenta in ratificatinnibus ſententiæ depoſitionis per hoc conciliū nupèr latæ contra dominum Balthaſarem de Coſſa, olim Ioaonem Papam 23. necnnn renunciatinnis per eum factę de papatu, ſeu de iure quod pnterat in eo prætēdere, apud acta ipſius concilij in loco ſuo congrun regiſtrari & inſeri.

¶ Mandat tranſſumi literas de ceſſine Gregorij 12.

Item mandat & decernit bullas & inſtrumēta olim domini Gregorij Papæ 12. in ſua obedientia nuncupati, nupèr in ceſſione papatûs per eum ſeu eius nomine facta, in dicto ſacro concilio producta, in formam publicam tranſſumi, ſeu de ipſis tranſſumpta publica fieri per protonotarios & notarios huius ſacri concilij, quibus tranſſumptis decernit fidem indubiam adhiberi tanquàm originalibus ipſis, authnritate ipſius cōcilij. Deputati verò quatuor nationum, earum, & dictus domious Oſtienſis collegij cardinalium nominibus apprnbando, reſpoodenunt: Placet.

SESSIO XVII.

De receſſu domini Imperatoris, quem concilium benedixit,

DIa lunę quintadecima ſupradicti mēſis Iulij Conſtātiæ prouinciæ Moguntinenſis in eccleſia maiori fuit tēta & ſolenniter celebrata ſeſſio generalis, præſente ibi ſereniſſimo principe domino Sigiſmundi Romanorum & Hungarię &c. rege, vnà cum q̄ pluribus principib⁹, Ducibus, Comitibus, & nobilibus. In qua celebrauit officiū Miſſæ Reuerendus pater dominus Vdalricus epiſcopus Verdenſis, præſidebatq; ſeſſioni huiuſmodi reuerendiſſim⁹ pater dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis cardinalis Viuarienſis, indutus pōtificalibus: & ſingulis ordinatis, legebātur litaniæ, ac alię deuotę orationes more aliarum ſeſſionum. Ipſis aūt omnibus expletis, domin⁹ SIGISMVNDVS rex pdictus ſtetit ante altare genibus flexis io veſte non imperiali, ſed quotidiana, capite denudato, aſſiſtētibus eidem reuerendiſſimis patribus dominis Laudenſi & de Vrſinis ſanctę Romanæ eccleſiæ cardinalibus. fuitq; interìm cātata Litania, & cùm peruētum eſt ad locum, VT ECCLAIAM, dominus pręſidens, legit in hunc modum: VT ACCLESIAM tuam & regem noſtrū Imperatorem electum, hîc præſentem, Eccleſiæ tuæ aduncatū & defenſorē, ad perfectā redintegratinnē vnitatis Eccleſiæ pſatæ iter arripiētem dirigere, protegere, & conſeruare digneris. Fuit reſponſum: Ta rogam⁹, audi nos. Secūdò dixit, VT ECCLASIAM tuā & eundē regē electū, ab oibus inimicis viſibilib⁹ & inuiſibilib. pſeruare & defenſare digoeris. Tertiò dixit: VT EVNDEM IMPERATOREM ELECTVM ETIAM AD

Pietas Imp. Sigiſmūdi.

Die lunæ decimaquinta menſis Iulij ſupradicti, fuit ſeſſio generalis in eccleſia cathedrali Cōſtantienſi, manè hora cōſueta pro receſſu ac felici trāſitu ſereniſſimi principis domini Sigiſmūdi Romanorū & Vngariæ &c. regis, ac cōceſſionis fiendæ reuerēdiſſimo patri domino Angelo Corario cardinali Conſtātinopolitano, olim Gregorio papæ duodecimo in ſua obedientia nominato, nuperrimè papatui ſuo renūcianti, pręſenti ibidèm pręfato domino Sigiſmūdo Romanorū rege ī habitu quotidiano, necnō præſentibus reuerendiſſimis patribus dominis Ioanne Oſtiēſi, Angelo Praeneſtino, Iordano Albanēſi epiſcopis, Ioāne S. Sixti Raguſinenſi, Antonio Aquilegiēſi, Alamāno Piſano, Thoma Tricaricenſi, Branda Placen. Antonio de Salancho presbyteris, Amadeo Saluciarū, Rainoldo de Branckaſijs, Ludouico de Fliſco, Lādulpho Barenſi, Odone de Colūna, Lucido de comite, & Franciſco Florentienſi diaconis cardinalibus. Quib⁹ ſic exiſtētibus, vt pfertur, ibidèm fuit celebratū officiū Miſſæ p reuerendum patrē dūm Vlricum epiſcopū Verdēſem, de ſancto ſpiritu, & Sermone ad clarum facto per reuerendū patrem dominum Nicolaū Ceretēſem epiſcopū, cuius ſermonis thema fuit, Corpus noſtrę humilitatis. Officio vero Miſſę ſolenniter peracto, fuit inceptū officiū Litaniarum cū introitu, Exaudi nos domine, more ſolito cū Collectis, orationibus & euāgelio, Deſignauit dn̄s & alios ſeptuaginta duos, ac hymno, Veni creator Spiritus, His pactis, reuerēdiſſimus pater dominus Ioānes epiſcopus Oſtiēſis cardinalis Viuariēſis, prędictus præſidēs, acceſſit ad altare, ſereniſſimo domino rege Romanorū trāſeunte ad locum præſidētiæ, vbi parabaē ſedes ipſi domino regi, cum dominis Iordano Albanēſi et Angelo

Oratio pia Cōcilij p Imp. pio.

Luc. 10.

AD NOS INCOLVMEM REDVCERE DIGNERIS. Fuitque reſponſum ſecundò & tertiò, ſicut primò. Completa Litania, ipſe præſidens cõuertit ſe ad IMPERATOREM, dicẽdo preces: SALVVM fac ſeruũ tuũ Dñe, NIHIL proficiat inimicus in eo: ESTO ei Domine turris fortitudinis. Et decantata oratione pro pace Eccleſiæ, redeunteque IMPERATORE ad ſedem ſuam, dominus Antonius epiſcopus Cõcordienſis legit quandam bullam & alia capitula infraſcripta tenoris ſequentis:

Angelo Preneſtino epiſcopis cardinalibus, ipſi domino reaſſiſtẽtibus in officij ſolẽnitate. Quibus hincindè in locis prælibatis exiſtẽtibus, fuit ſecundariò inceptum officium Litaniarũ per cantores ſynodi. Quibus litanijs dictis, rege ĩ loco ſuo genibus flexis ſtãte, prelibatus reuerendiſſ. pater dominus Ioannes epiſcop° Oſtiẽſis et preſidens legebat: Vt Eccleſiam tuã et Imperatorẽ electum hic præſentem, Eccleſiæ aduocatum & defenſorẽ, ad perfectiorem redintegrationem vnitatis Eccleſiæ prefatæ iter arripientem, dirigere, protegere & cõſeruare digneris. Chor° reſpondebat: Te rogamus, audi nos. Subſequẽter legit: Vt Eccleſiam tuã & eundẽ Imperatorẽ ab omnibus inimicis viſibilibus et inuiſibilibus preſeruare & defenſare digneris. Te rogam° &c. Tertiò legebat: Vt eũdẽ regẽ Imperatorẽ ad nos incolumẽ reducere digneris. Chorus: Te rogamus &c. Tunc officiũ litaniarum vlteriùs more ſolito fuit completum per cãtores ſiue chorum. Quo finito, idẽ dominus reuoluit ſe ad Imperatorẽ, legendo preces ad verſiculum: Saluũ fac ſeruũ tuũ domine. Reſpond. Deus meus ſperantẽ in te. Subſequenter: Nihil proficiat inimicus in eo. Reſpon. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Eſto Dñe ei turris fortitudinis. reſp. A facie inimici. Domine exaudi orationem meã. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiſcũ, & cũ ſpiritu tuo. Vltimò legebat collectam ad ponendã pacẽ in Eccleſia Dei. His itaq; peractis, rex Romanorũ pſatus receſſit de illa ſede, & reuerſus fuit ad ſedẽ ſuã ſolitã, vnà cum dictis dominis cardinalibus ſibi in officio aſſiſtẽtibus. Tũc aſſcenderunt ambonẽ, in quo edicta et ordinatione ſanctæ ſynodi Conſtãtienſis ſolẽt legi & publicari, reuerẽdi patres domini Antonius Cõcordiẽſis, Vitalis Tholonẽſis, Nicolaus Merſburgẽſis, et Patricius Cortagẽſis epiſcopi nomine quatuor nationũ, ſuperueniente & aſſcendẽte poſtremò domino Ioãne patriarcha Antiocheno. Quib° ibidẽ exiſtẽtib°, dominus Antonius de mãdato et authoritate ipſius ſanctæ ſynodi legebat ſchedulã papyreã cõceſſionũ, legationũ, ſaluiducatus et aliorũ indultorũ reuerendiſſimo patri domino Angelo Corario cardinali Cõſtantinopolitano, per Conciliũ et ſynodũ cõceſſorum & donatorũ, in hũc modũ:

Sacroſancta generalis, &c.

Bulla legationis domini Angeli, olìm Gregorii duodecimi & prouiſionis eiuſdem.

Sacroſancta generalis ſyoodus Conſtantienſis, in Spiritusſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repręſentãs: Cùm Chriſti fideles piis in Domino & deuotis affectibus, multis tẽporibus, ſolicitudinibus, impenſis, laboribus atq; curis occupati fuerint circa extirpanda ſchiſmata de Eccleſia ſancta Dei, & poſt atq; inter omnia alia huius peſtiferi morbi quæſita remedia, toti penè Chriſtianitati & huic tandèm ſacro Concilio Conſtantienſi facilius & potius antidotum ad hoc exequendũ, viſum fuit, renunciationes ac ceſſiones fieri debere per quẽlibet pro Papa, ſeu Romano pontifice ſe gerentem, præcipuè quoquè propter pacem & trãquillitatem ſanctæ matris Eccleſiæ, totalis redintegrationis ordinem ad perfectionem, authore bonorũ omniũ, deducendum, laudabili humilitate proſequutus ſit dominus, videlicet reuerẽdiſſimus dominus Angelus de Corario, qui in ſua obediẽtia Gregorius duodecimus dicebatur, renunciando videlicet, cedendoq; expreſsè in ſcriptis realiter & cũ effectu, iuri, titulo & poſſeſſioni, quod, quem & quam, vel ſi quod, quem, aut quã habuit in papatu, & reſignando papatũ & omne ius papatûs, titulum & poſſeſſionẽ, quod, quem, & quam habebat, vel habere dicebatur, per manus magnifici viri domini Caroli de Malateſtis, ꝓ ſancta Romana Eccleſia Arimini & nonnullarum aliarum terrarum in tẽporalibus vicarii & rectoris ꝓuinciæ Romandiolæ generalis, plenum & ſpeciale ad hoc mandatũ habentis, quemadmodùm in geſtis ſiue actis publicis, in ſeſſione dicti ſacri Cõcilii quarta die huius menſis Iulii facta, per inſtrumenta authẽtica cõprobatur. Et attẽdens dicta ſancta ſynodus Conſtantienſis quàm ſpontè & liberaliter in præſcriptis, ceſſione, renunciatione & reſignatione per ipſum dominum Angelũ, & pro eodem proceſſum fuerit vſq; ad effectũ Deo gratum & cõmendabilem incluſiuè, & etiàm ad ipſius ſanctæ ſynodi declarationẽ, antequàm ille dominus qui in ſua obedientia dicitur Benedict°, ceſſerit, aut cedere voluerit experiretur, quantaq; bona ex his ſanctæ matri Eccleſiæ attulit, ac vniuerſo populo Chriſtiano prouenient, ſintque domino largiente prouentura, & quòd ſereniſſimus princeps & inuictiſſim° dominus Sigiſmũdus Dei gratia Romanorũ & Hungarię &c. rex, ſupradicta etiàm pia conſideratione aduertẽs, quædam capitula ſeu articulos, perſonæ ſecuritatem, ac quietem vitæ & ſtatûs condecentiam dicti Domini Angeli, olìm in ſua obedientiæ Gregorii duodecimi nũcupati, concernentia, dictę ſanctæ ſynodo exhibuit atq; porrexit, volens dicta ſancta ſynodus, ꝙ Eccleſiæ ſanctæ filij videant, quãta ſibi benefacientes ipſa mater Eccleſia gratitudine proſequatur, præcipuè tanti filii & defenſoris precibus inclinata, ſtatuit, ordinat, & decernit, ꝙ dictus Angelus inter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales ſit, & eſſe

Cõſtãtienſ. cõc. ſeſ. 14

debeat

debeat epiſcopali titulo, per preſens Concilium aut futurum Romanum pontificē ſuo tempore pro pace Eccleſiæ declarando, cum omnibus honoribus & emolumentis & alijs debitis ſeu cōſuetis perpetuò inſignitus, ſecundusq; poſt Romanum pōtificem dignitate & ordine habeatur, nec alijs ſanctę Romanæ Eccleſiæ cardinalium ſibi in hoc prȩferatur: ſaluo, ſi ille qui in ſua obedientia dicitur Benedictus, cōſimiliter renunciauerit, & ceſſerit iuri, titulo & poſſeſſioni Papatûs, quod, quem, & quam ſe prȩtendit habere, & ipſos ambos in eodem loco ſiue tractatu ſimul perſonaliter cōcurrere contingat, quod tunc in ſacri Concilij ante electionem, & futuri pontificis Romani poſt electionē poteſtate exiſtat, inter ipſos duos gratificādo quis præemineat, ordinare. Inſupèr dicta ſancta ſynodus ſtatuit, ordinat & decernit, quòd dictus dominus Angelus quoàd vixerit, ſit ſanctæ ſedis Apoſtolicæ in prouincia Marchiæ Anchonitanæ & prȩſidatûs * Farcenſis, cum prouiſione, ſalario, gagijs, muneribus & honoribus ſolitis cardinalis legatus de latere in ſpiritualibus & temporalibus, atque vicarius irreuocabiliter permanſurus, cum omnibus & ſingulis facultatibus, & authoritatibus huiuſmodi legatorum, quæ legatis talibus concedi per ſedem Apoſtolicam in forma pleniſſima conſueuerunt: quodq; eidem Angelo fauores & gratię ſedis Apoſtolicæ in præbendis beneficijs & alijs prouiſionibus largifluè impendātur. Prȩterea dicta ſancta ſynodus ſtatuit, ordinat & diffinit, ꝙ idem dominus Angelus, ratione, & occaſione ſpiritualis & temporalis adminiſtrationis papatûs verè ac putatiuè, quomodocunquè & qualitercunquè vſq; in præſentē diem, & quouſquè per formā conſtitutionis pridiè in dicta ſancta ſynodo factæ, eidē licebit, quē & quā habuit aliquādó, aut cuiuſuis legationis, vicariatûs, ſeu nūciationis ſedis Apoſtolicȩ, aut alterius geſtionis ſiue adminiſtrationis nomine Romanæ Eccleſię, & maximè in prouincia Marchiæ Anchonitanæ vel alibì, dum minori fungebatur officio, ac etiàm occaſione uel cauſa ſuę perſonę nō poſſit, neq; debeat de actis, geſtis, ordinatis, indultis, conceſſis, receptis, leuatis, habitis & erogatis, donatis & alienatis ac effuſis, quitatis, liberatis, aut alijs quibuſcunq; ſeu qualitercunquè factis ſeu peractis per eum, ſeu eius nomine, aut ad eum vel poteſtatē eius quoquo modo peruenerint, ad cuiuſcunque officij vel cuiuſcunq; perſonæ inſtantiam, cuiuſuis dignitatis, præeminētiæ, ſtatûs, gradûs, ordinis vel conditionis aut ſexûs, etiàm ſi Papalis, Imperialis, vel regalis exiſtat, de iure vel de facto, aut aliter qualitercunq; cōueniri, denunciari, accuſari, vexari, inquietari, impediri ordinariè ſiue extraordinariè, cum promotione uel ſinè, in iudicio ſiue extra, per ſe vel per aliū, Apoſtolica Concilij prȩſentis aut alia quauis authoritate ordinaria vel ſubdelegata, ſeu aliâs moleſtari, nec contra eum inquiri valeat, nec vllo vnquàm tēpore realiter vel perſonaliter, ciuiliter vel criminaliter aut mixtìm, ſeu aliâs quomodocunquè, etiamſi dolus vel fraus aut aliqua alia corruptela circa prȩmiſſa vel eorum aliquod re ipſa vel aliâs notari poſſent, aut diceretur quomodolibèt interueniſſe: quodq; idem dominus Angelus non teneatur, nec debeat cuiquam (ut præmittitur) perſonæ in iudicio vel extra de præmiſſis vel aliquo eorum, aut dependentibus, emergentibus aut cōnexis, ſiue prorsùs extraneis à ꝑmiſſis vel aliquo præmiſſorum reſpondere rationem reddere, aut calculum facere, etiam coram gētibus Apoſtolicȩ cameræ, uel alijs quouis modo, directè vel indirectè, publicè vel occultè, niſì quatenùs ſibi propria conſcientia, cui quoad hoc, totaliter relinquatur, dictauerit faciēdum. Dicta nanq; ſancta ſynodus ex ſuperabundanti liberat dictum dominū Angelū de his omnibus, vniuerſis & ſingulis, alijsq; in quibuſcunq; pōdere, numero, & menſura, cuiuſuis qualitatis, quantitatis, generis vel ſpeciei, iuris corpore compræhenſorum vel non, exiſtant, quæ omnia hîc & eorum valores, nomina, cognomina, qualitates genera ac ſpecies babere voluit, & vult pro ſpecificè & expreſsè declaratis, àc ſi de eis expreſſa mentio facta foret, etiamſi ſacra fuerint aut prophana, cōmuniter vel diuiſìm ſeu mixtìm ad quemcunque valorem aſcendant, attēta libera & ſpontanea ceſſione Papatûs per ipſum dominum Carolum de Malateſtis procuratorem eius, pridèm in huiuſmodi ſancta ſynodo facta, pro pace & unione in eccleſia ſancta Dei ꝑdicata, quantùm in eo fuerit modis omnibus promouēdis, quibus Romanæ Eccleſiæ obligatus aut obnoxius fuerit, uel dici potuerit, ſiue poſſit: exnūc quitat, liberat penitùs & abſoluit: nec non vult, & nunciat eum ab illis omnibus totaliter exemptum, quitatum, liberum, & abſolutū, eidemq; domino Angelo pro ſe vel ſuis hæredibus ac ſucceſſoribus omnia & ſingula ſanctę Romanæ Eccleſiæ & Apoſtolicæ camerę per eum qualitercunquè debita, vel aliàs pro eo plenariè, liberè & purè remittit, donat, & largitur. Tollit denìquè ex certa ſcientia quo ad præmiſſa omnia, & ſingula inualidat atq; ſuſpendit dicta ſancta ſynodus, tam reſtitutionis in integrū, quàm de vacatione ſedis, & omnia alia iura & beneficia ſiue priuilegia, per quę Romanę Eccleſiæ Apoſtolicæq; cameræ, aut futuro eius pontifici cōtra præmiſſa vel aliquod eorum ſubueniri, aut de ipſis vel earū aliquid infringi, ſeu aliqualiter poſſent trāſgredi, aut violari, decernens irritū & inane, ſi quid in contrariū à quouis, quauis authoritate vel quouis ingenio vel colore contigerit attentari, non obſtātibus quo ad omnia & ſingula ſupradicta,

*Farſeñ
*Farſeñ

prædicta, tam canonicis quàm ciuilibus iuribus, & Apoſtolicis conſtitutionibus, generalium Coociliorum* conſtitutionibus, ac alijs diſpoſitionibus contrarijs quibuſcunque. Statuens & ordinans dicta ſancta ſynodus, quòd quilibet futurus Romanus pontifex, omnia & ſingula ſupra dicta ſtudeat inuiolabiliter obſeruare, eaq; ſuis Apoſtolicis literis in forma plena, cógrua & decenti approbet, ratificet, de nouo concedat, indulgeat, atque confirmet: & quòd quicunque Romanum pontificem eligentes, quo ad hoc, ante ſui apoſtolat* inthronizationẽ ſub vinculo præſtandi iuramenti obligent efficaciter & adſtringant, mandans & præcipiẽs dicta ſancta ſynodus, quòd vltrà ſacri Concilij publica geſta ſeu munimenta ſolito more ſuper præmiſſis cõficienda, fiant ſuper p̃miſſis omnibus & quolibet eorum ad maiorem certitudinem patentes literæ, ſub ſigillo Concilij in forma pleniſſima cum omnibus & ſingulis clauſulis, non obſtantibus neceſſarijs, reuocatorijs, & derogatorijs, & alijs opportunis dicto domino Angelo, ſeu alteri vel alijs pro eo recipienti vel recipientibus aſſignandæ.

Quarum quidem ordinationum, cõceſſionum, prouiſionum et indulgentiarum ſchedula, ut præmittitur, lecta, reſponſum fuit ad contenta in eadem, primò per Dominum Antoniũ Concordienſem pro Italica, Vitalem Tholonenſem pro Gallicana, Nicolaum Merſburgenſem pro Germanica, & Patritium Cortagenſem epiſcopos pro Anglicana nationibus prædictos, & Ioannem epiſcopum Oſtienſem Cardinalem Viuarienſem pro collegio Cardinalium, Placet.

Quibus vt præmittitur factis, Ioãnes Patriarcha Antiochenus eodẽ loco exiſtens, de ſimilibus voluntate & mãdato legebat vnã ſchedulã certarum inhibitionis, cẽſuræ & excõmunicationis ſententias, ac priuationes in ſe continentes cõtra omnes & ſingulos dantes & dari faciẽtes impedimentũ dominis prælatis, ambaſiatoribus, nuncijs, procuratoribus, & alijs ad conciliũ venientibus, & de concilio recedentibus licentiatis. Necnõ dictum impedimentum regiæ maieſtati & ſecũ venientibus, ſiue itinerantibus, in eundo & redeũdo Niciã, et de Nicia ſiue alijs locis per quos tranſiuerit, & in quos interim fuerit cõuentũ de mutua viſione habenda, prout inferiùs ſequitur.

Item idem patriarcha nomine & authoritate quibus ſuprà, pro unione & felici ipſius regis trãſitu & ſuorũ, die Dñica eſſe proceſſionem generalem per prælatos ſanctæ ſynodi Conſtantienſis, et decaterò domino rege exiſtẽte foras in itinere, omnibus diebus Dñicis eſſe debere proceſſionem generalẽ. Et fuit reſponſum per dominos deputatos prędictos ac cardinalem Viuarienſem, Placet. Sup quibus venerabilis vir magiſter Hẽricus de Piro promotor, petijt ſibi fieri vnũ vel plura, ac tot quot ſufficiãt, per protonotarios ſedis, Apoſtolicæ, et notarios nationũ et cõcilij Cõſtantienſis, & alios ſingulos ibidẽm pręſẽtes, publicũ ſeu publica inſtrumentũ & inſtrumenta. Præſentibus ibidẽm illuſtribus principibus dominis Ludouico comite palatino Rheni, Frederico Burgrauio Nurẽbergẽſi, Carolo de Malateſtis domicello Arimini, & pro ſancta Romana Eccleſia in prouincia Romãdiola rectore generali, Gũtero comite de Suartzburg, magiſtro curię Romanorũ regis, Bertholdo de Vrſinis comite Suauẽſi, Ioãne de Paleſthoue, & Zauiſchio dicto Nigro, ambaſiatoribus regis Poloniæ, alijsq; regũ, principum & baronũ, ciuitatũ, vniuerſitatũ ſtudiorũ ambaſiatoribus, et cæteris Chriſtianis in multitudine copioſa.*

Tenor verò dictæ ſchedulæ, per præfatum patriarcham Antiochenum lectæ, de qua ſuprà fit mentio, ſequitur & eſt talis:

¶ Quòd impediens regem Romanorum in itinere ad rege Aragonum, ſit ipſo iure excommunicatus.

Quia dignum eſt, laborantes pro pace ſacroſanctæ Eccleſiæ plena libertate ſecuritateq; gaudere, nulliſq; impedimentis ſeu moleſtijs inquietari, hæc ſacroſancta Conſtantienſis ſynodus, Eccleſiam catholicã repræſentans, in ſpirituſancto legitimè cógregata, ſtatuit, diffinit, & ordinat, ꝙ quicunque cuiuſcunq; ſtatûs aut códitionis exiſtat, etiàm ſi regalis, cardinalatûs, patriarchalis, archiepiſcopalis, epiſcopalis, ducatus, principatûs comitatûs, marchionatûs, ſeu alterius cuiuſcunque dignitatis ſeu ſtatûs, eccleſiaſtici vel ſecularis exiſtat, qui ſereniſſimũ & Chriſtianiſſimum dominum Sigiſmundũ Romanorum & Hungariæ, &c. regem, vel alios cũ eodem, ad conueniendum cum domino rege Aragonum, pro pace Eccleſiæ ad extirpationem præſentis ſchiſmatis per hoc ſacrũ concilium ordinatos ad dictã conuentionẽ eũtes vel recedẽtes impediuerit, perturbauerit vel moleſtauerit, aut aliquod damnũ in perſonis aut bonis aut famulis eorum intulerit, aut inferri per alium ſeu alios, directè vel indirectè, clàm vel palàm, ſeu quoquo modo inferri procurauerit, ſententiã excõmunicationis authoritate huius ſacri concilij generalis ipſo facto incurrat, abſolutione eiuſdẽ ipſi ſacro concilio, ſeu futuro vnico & indubitato ſummo pontifici, præterq̃ in mortis articulo, ſpecialiter reſeruata: & vlteriùs oĩ honore & dignitate, officio, beneficio Eccleſiaſtico vel ſeculari ſit ipſo facto priuatus.

Quòd celebretur Miſſa ſingulis diebus Dominicis per concilium, & fiat proceſſio & intereſſentes habeant centum dies indulgentiarum.

Item vt Deus pręfati ſereniſſimi principis & aliorum cum eo ad dictam cõuentionem Eccleſiæ ſuæ greſſus dirigere, & corda illorũ cum quibus acturi ſunt, ad eandem pacẽ ſeu clementiam inducere, & illos cum dicta pace obtenta ad dictum ſacrum conciliũ incolumes reducere dignetur, ſtatuit, & ordinat ſãcta ſynodus, ꝙ ſingulis ſeptimanis die Dominico fiat proceſſio generalis in hac ciuitate (Quàm piè & ſtudioſè pro Imperatore peregrinante conciliũ orarit.)

tate

Digitized by Google

tate Conſtantienſi cum Miſſa ſolenni, quibus proceſſioni & Miſſę omnes prelati in hoc concilio exiſtentes, intereſſe teneantur, veſtimentis pontificalibus (vt eſt moris) induti. Concediique dicta ſancta ſynodus cuilibet præmiſſis intereſſenti centum dies indulgentiarum, & totidem cuilibet presbytero vnam Miſſam celebranti, & alijs qui deuotè ſemèl in die PATAR NOSTER ATAVE MARIA, pro dicta incolumitate orando dixerint, quadraginta dies indulgentiæ in forma Eccleſiæ conſueta. Lectis ſupradictis, per deputatos quator nationum dominum præſidentem, fuit concorditer reſponſum, Placet.

SESSIO XVIII.

ANNO & indictione quibus ſuprà, die verò Sabbati decimaſeptima menſis Augusti, fuit celebrata ſeſſio generalis in maiori Eccleſia Conſtantienſi, in qua præſidebat reuerendiſ. pater dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalis & vicecancellarius. fuitque decantantum officium MISSAE de Aſſumptione beatæ Virginis Mariæ per dominum Petrū epiſcopum Olorenſem. Quo finito, legebantur Litaniæ & alia fiebāt more aliarum ſeſſionum. Quibus expletis, dominus Antonius epiſcopus Concordien. legebat articulos inferiùs deſcriptos.

cum introitu, Gaudeamus omnes in Domino, prout in feſto Aſſumptiōis beatæ Mariæ virginis, Litanijs, oratibibus, Veni creator ſpiritus, Euangelio &c. Præſentibus ibidèm reuerendiſſimis patribus dominis Ioanne epiſcopo Oſtienſi cardinali Viuarienſi præſidēte, Iordano de Vrſinis Albanēſi. Angelo Laudenſi Præneſtino epiſcopis, Franciſco Venetiarum, Ioanne S. Sixti, Antonio Aquilegienſi, Brāda Placentinenſi, Alamāno Piſano Thoma Tricaricēſi, Guilielmo S. Marci presbyteris, Raynaldo de Branckaſijs, Amadeo Salutiarum, Landulpho Barenſi, Lucido de comite, Ludouico de Fliſco, & Frāciſco Florentinenſi diaconis cardinalibus. Quibus Miſſæ et litaniarum officijs ſolenniter peractis, aſcenderunt ambonem, in quo ſententiæ, edicta, ſtatuta et ordinationes ſynodi Cōſtantienſis publicari & legi ſolent, reuerendi patres domini Antonius epiſcopus Concordien. Andreas electus Poznanien. Nicolaus epiſcopus Merſburgen. Vitalis epiſcopus Tholonen. & Thomas abbas ſanctæ Marię extra muros Eboraci ordinis S. Benedicti. Idem Antonius epiſcopus Concordien. de mādato ipſius ſanctæ ſynodi legebat quadam capitula, ſtatuta ſiue conſtitutiones obſeruandas ad perpetuam rei memoriam huiuſmodi ſub tenore:

Datur poteſtas iudicibus diffiniendi, & cauſas per duos cognoſcendi.

Nupèr ſacroſancta & vniuerſalis ſynodus Conſtantienſis, reuerendos in Chriſto patres dominos Piſtorienſem, Vaurenſem, Plocenſem & Sareſbirienſem epiſcopos, ad audiendum cauſas & querelas ad ipſum Concilium deuolutas & deuoluendas ſeu deducendas, vſque ad ſententiam excluſiuè deputauit. Nequiēs igitur ipſa ſancta ſynodus, diuerſis alijs occupata negocijs, ipſarum cauſarum finali deciſioni intendere, nolensque eas abſque finali deciſione diù propterea remanere, prędictis dominis epiſcopis etiàm cauſas ipſas finaliter, ſummariè, ſimpliciter & de plano ſinè ſtrepitu & figura iudicij, finiendas & terminandas, aſſumptis ſibi in rimandis proceſſibus & ſententijs proferendis quatuor aſſeſſoribus de quatuor nationibus eiuſdem ſynodi per eos eligendis, partibus non ſuſpectis, ſuper quo eorum conſcientię onerentur, cauſis tantum Cathedralium Eccleſiarum & maioribus earundem cauſarū duntaxat exceptis, plenariam tribuit poteſtatem. Et ut eo faciliùs negocia, & cauſæ ad finem optatum perueniant, eadem ſancta ſynodus, ut ipſi quatuor, aut tres, aut duos ex ipſis, aliis ſtatutis horis non venientibus, terminos ipſos in ipſis cauſis occurrentes, teneri & obſeruari facere, & alias vſque ad diffinitiuam ſententiam excluſiuè in cauſis ipſis procedere poſſint & valeant, ordinat, ſtatuit & decernit.

¶ Quòd adhibeatur fides bullæ Concilii.

Item ſtatuit ordinat & decernit dicta ſancta ſynodus, quòd quibuſcunque veris literis ſub bulla ipſius ſynodi cōficiendis, in quibuſcunque cauſis, negociis & factis ſtetur firmiter in iudicio & extra, vbicunquè exhibitæ fuerint vel oſtenſæ: illaque fides ipſis exhibeatur, quæ veris literis Apoſtolicis bullatis conſueuit & debet meritò adhiberi: ac eandem vim, illudque robur habeant in omnibus & per omnia, quàm & quòd ipſæ literæ Apoſtolicæ habent, & habere debent, & poſſunt quoquo modo, ſuper cuius bullæ vſu & cuſtodia per concilium deliberabitur.

¶ Quod committentes falſum circa bullam Concilii, puniantur ſicut falſarii literarum Apoſtolicarum.

Item prędicta ſancta ſynodus ſimiliter ſtatuit, ordinat & decernit, quòd omnes & ſinguli, qui dolum & fraudem ſeu falſitatem aliquam circa huiuſmodi literas bullandas dictæ ſynodi pro tempore forſitan commiſerint: & illi etiàm qui in hoc conſenſerint, aut talia fieri procurauerint, vel literis falſis ſciēter vſi fuerint, illas cenſuras Eccleſiaſticas & pœnas incurrant, quas falſificatores literarū Apoſtolicarum, & qui illis literis ſcienter vtuntur, necnō participes illius cauſæ idē crimen incurrūt iuxta canonicas ſanctiones.

¶ Quòd literæ expediantur ſuper gratiis per olim papam Ioannem conceſſis, exceptis exorbitantibus & expectatiuis.

Item ſimiliter ſtatuit, decernit & ordinat dicta ſancta ſynodus, q literæ ſuper omnibus & ſingulis gratiis per dominum Balthaſarem tunc Ioānem papam 23. factis, vſq; ad ipſius adminiſtrationis ſuſpenſionem in ſpiritualibus & tēporalibus, ſcilicet, quę fuit die Martis 14. menſis Maii præſentis anni, ſignatis,

poſſint

Digitized by Google

poſſint & debeant per reuerendiſſimum in Chriſto patrem & dominum, dominum Ioannem epiſcopum Oſtienſem, ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalem & vice cãcellarium, & quatuor ſibi adiunctos de quatuor nationibus, videlicet dominos Concordienſem pro Italica, Ariminenſem pro Gallicana, Theodoricum * Voym pro Germanica, & dominum Robertum * Appellieñ. pro Anglicana, authoritate dictæ ſynodi ſub modis & formis, quibus ſummi pontifices literas gratiarum & conceſſionum ſuorum prędeceſſorum Romanorum pontificum & ſimilibus expedire conſueuerunt, iuxta conſtitutiones & regulas ac obſeruãtias & ſtylũ cancellariæ Apoſtolicæ, & ſub nomine & bulla dictę ſynodi expediri, expectationibus & exorbitantijs duntaxàt exceptis.

** Noyon*
** Niæm*
** Appelteñ ſot. * Saresbirienſem*

Ego Antonius epiſcopus Concordienſis, die ſabbati decimoſeptimo præſentis mẽſis Auguſti, milleſimo quadringenteſimo decimoquinto, ſupraſcriptam ſcripturam, prout iacet, de mandato omnium quatuor nationum totius generalis ſynodi Conſtantienſis, legi, recitaui, & alta voce publicaui in ſeſſione publica totius ipſius generalis ſynodi Conſtantienſis in maiori Eccleſia Conſtantienſi congregata. In cuius fidem hic manu mea ſubſcripſi.

Qua quidem ſchedula lecta, idẽ dominus Antonius epiſcopus Cõcordienſis legebat vnam aliã ſchedulam deputationis ambaſiatorum, ad Italiam nomine ſynodi prædictæ mittendorum, huiuſmodi ſub tenore.

¶ Deputantur ambaſiatores ad Italiam.

Sacroſancta ſynodus Conſtãtienſis mittit ambaſiatores ſuos ad reuerẽdiſſimum patrẽ & dominum, dominum Angelum Corariũ epiſcopum Cardinalem, olim Gregorium 12. in ſua obedientia nominatum, & dominos Cardinales ſecum exiſtentes, & ad alios patres Italiæ ſuper factis & negocijs Eccleſiæ cum inſtructionibus & facultatibus deliberatis & cõcluſis, quorum ambaſiatorum nomina ſunt hæc, videlicet dñs Archieps Mediolanenſis, Archieps Raguſinus, epiſcopus S. Flori, abbas Florẽtinẽſis, prępoſitus. Quinque Eccleſiarum, magiſter Ioannes * Scholij. Quibus lectis, fuit per deputatos & præſidẽtem concorditer reſponſum. Placet.

** Scholis Stobyn*

Ego Antonius eps Concordienſis de mandato quatuor nationum generalis ſynodi Conſtantienſis, præſentem ſchedulam legi & publicaui die decimoſeptimo menſis Auguſti, anno milleſimo quadringenteſimo decimoquinto in ſeſſione publica eiuſdem generalis ſynodi.

SESSIO XIX.

ANNO à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimoquinto, indictiõe octaua, diẽ Lunę viceſimatertia mẽſis Septembris, ſede Apoſtolica vacante, fuit celebrata ſeſſio generalis per ſynodũ Conſtantiẽſem, in qua fuit celebratũ officiũ Miſſæ per reuerendum patrem dominum Nicolaũ epiſcopum Aſſiſinatenſem. Qua miſſa, celebrata, incipiebantur Litaniæ, & alia fiebant, vt in ſeſſionibus fieri ſolitũ eſt. Præſidebat verò in eadem ſeſſione reuerendiſſ. pater dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis Cardinalis Viuarienſis. In qua ſeſſione Hieronymus de Praga per reuerendiſſ. D. Petrũ Cardinalẽ Cameracenſem & alios deputatos per Conciliũ, in materia fidei iſtructus & informatus de fide recta ſanctæ matris Eccleſiæ qui iam fuerat accuſatus de hæreſi, & per Conciliũ ſuper hoc incarceratus, quandã reuocationis ſeu abiurationis papyri ſchedulam, ſtans in ambone publicè, alta & intelligibili voce legebat, reuocans & abiurans, prout in eadem ſchedula, cuius tenor ſequitur, continetur:

¶ Abiuratio Hieronymi de Praga.

Ego Hieronymus de Praga, artium liberalium magiſter. cognoſcens verã catholicã Eccleſiam & Apoſtolicã fidem, anathematizo omnem hæreſim, præcipuè eam, de qua hactenùs infamatus fui, & quã pręteritis tẽporibus dogmatizauerũt & tenuerunt Ioannes Vuicleff & Ioannes Huſz in ſuis opuſculis, libellis ſeu ſermonibus ad clerum ad populum, propter quam cauſam prædicti cum ſuis dogmatibus & erroribus damnati ſunt ab hac Conſtantienſi ſynodo tanq̃ hæretici, & eorum doctrina prædicta ſententialiter damnata, maximè in nonnullis articulis expreſſis, in ſententijs per hoc ſacrum Concilium contra ipſos latis. Conſentio autẽ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedi & huic ſacro Concilio, & ore ac corde profiteor in omnibus & per omnia, & præſertim de clauibus, ſacramentis, ordinibus, officijs & cenſuris Eccleſiaſticis, indulgentijs, & reliquijs ſanctorum & Eccleſiaſtica libertate, ac etiàm de cæremonijs, & alijs omnibus ad religionem Chriſtianam pertinẽtibus, prout ipſa Romana Eccleſia & Apoſtolica ſedes, & hoc ſacrum Concilium profitẽtur, & ſpecialiter quòd prædictorum articulorum plures ſunt notoriè hæretici, & dudùm à ſanctis patribus reprobati, quidã verò blaſphemi, alij erronei, alij ſcandaloſi, quidã verò etiàm piarum aurium offenſiui, & ipſorum nonnulli temerarij & ſeditioſi, & pro talibus fuerunt prædicti articuli per hoc ſacrũ Concilium nupèr cõdemnati, & inhibitum omnibus & ſingulis catholicis ſub anathematis interminatione, nè decętero dictos articulos ſeu eorum aliquẽ aliquis prędicare, dogmatizare, vel tenere præſumeret.

Hieroñ. Pragenſis errores ſuos & hęreſes abiurat quas tamen nõ ita multò poſt reſũpſit.

Item ego Hieronymus antedictus, quia in nonnullis actibus ſcholaſticis ad perſuadendam opinionẽ de vniuerſalibus realibus, & quòd vna cõmunis generis eſſentia & ſpecificâſſet plura eiuſdem ſpeciei ſuppoſita & quodlibet eorum, vt Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, & ſic de ſingulis, & ad hoc inducendum velut exemplo ſenſibili deſcri-

Digitized by Google

pſi quandam triangularem figuram, quam ſcutum fidei nominaui: ideò ad excludendum intellectum erroneum & ſcandaloſum quem fortaſſis aliqui ex hoc accipere potuerunt, dico, aſſero & declaro, quod dictam figuram non feci, nec eam nominaui ſcutum fidei ea intẽtione, quòd vellem dictam opinionẽ de vniuerſalibus, extollere ſuper opinionem cõtrariam, ſic quaſi eſſet ſcutum fidei, quòd ſinè eius poſitione non poſſet fides aut catholica veritas protegi & defendi, cùm nec dictæ poſitioni velim pertinaciter adhærere: ſed hoc ideò dixi, quia in dictæ figuræ triangularis deſcriptione ponebam exemplum, quòd diuina eſſentia eſt tria differẽtia ſuppoſita & quodlibet eorum, ſcilicet Pater, & Filius, & Spiritusſanctus, qui quidẽ Trinitatis articulus, eſt præcipuum ſcutum fidei & veritatis catholicæ fundamentum. Prætereà vt cunctis pateat, quæ fuerunt cauſæ, quarè fui reputatus adhærere, & fauere dicto quondàm Ioanni Huſz, notum facio per præſentes, quòd cùm multotiès audiuiſſem eum in prædicationibus & ſcholis, credidi eum virum bonum eſſe, nec in aliquo obuiare traditionibus ſanctæ matris Eccleſię ac ſanctorum doctorũ, immo etiàm cùm nupèr in hac ciuitate mihi fuiſſent oblati articuli per eum poſiti, & per hoc ſacrũ Concilium damnati, prima fronte non credidi ſuos eſſe, ſaltem in ea forma. Cumq; ab aliquibus egregijs doctoribus ac magiſtris in ſacra pagina audiuiſſem affirmari quòd ſui erãt, poſtulaui pro mea plena informatione, mihi oſtẽdi libros manûs ſuæ, in quibus dicti articuli cõtineri dicebãtur. Quibus mihi oſtẽſis, manu propria eiuſdẽ ſcriptis, quam vt meam propriã benè cognoſco, dictos articulos omnes & ſingulos in ea forma quę dãnati ſunt, reperi eſſe cõſcriptos. Vndè nõ immeritò comprætendi & comprehendo, ipſum & ſuam doctrinã cum eorum ſequacibus per ſacrũ Cõcilium dãnatã & reprobatam fuiſſe, tanquàm hæreticam & inſanã. Et hæc omnia ſupradicta dico purè, & ſinè cõditione, vt iam plenè & ſufficienter informatus de prædictis ſententijs, latis per hoc ſacrum Cõcilium cõtra doctrinas dictorum quõdàm Ioannis Vuicleff & Ioannis Huſz, & cõtrà ipſorum perſonas quibus ſentẽtijs tanq̃ deuotus catholicus in omnibus & per omnia humiliter conſentio atq; adhæreo.

Item ego idem ſupradictus Hieronymus, qui aliàs coram reuerẽdiſſimis patribus dominis Cardinalibus, & venerandis dominis prælatis & doctoribus & alijs venerabilibus perſonis huius ſacri Concilij, in iſto eodem loco voluntariè, liberè & ſpõtaneè exponens & declarãs intentionem meam, inter alia loquens de Eccleſia, eam trifariè diſtinxi, & vt percepi poſteà, tunc a quibuſdam intellectũ eſt, quòd vellẽ dicere, quòd in Eccleſia triũphante eſſet fides, cùm tamẽ credam firmiter, quòd ibi ſit beatificata viſio, enigmaticam cognitionem excludens: nunc dico, aſſero, & declaro, quòd nonquàm fuit intentionis meæ dicere, quòd ibi eſſet fides ſub ratione fidei, ſed cognitio fidem ſubæquiualenter excedens. Et generaliter quicquid ibi vel anteà dixerim, refero & ſubijcio humili corde & determinationi huius ſacri Concilij Conſtantienſis.

Inſupèr iuro, & per ſanctam Trinitatẽ & per hæc ſacroſancta Euangelia, me in veritate Eccleſiæ catholicæ ſemper & ſinè dubio permanſurum, & omnes qui contra hanc fidem venerint, cum dogmatibus ſuis æterno anathemate dignos eos pronuncio. Et ſi ego ipſe aliquandò (quod abſit) aliquid contrà ſentire, aut prædicare præſumpſero, canonũ ſeueritati ſubiaceam, & æternæ pœnæ obligatus inueniar. Hanc autem * confeſſionem, & profeſſionis meæ paginam coram hoc ſacro Concilio generali liberè & voluntariè porrigo, & eidem me propria manu ſubſcripſi, & hæc ſingula conſcripſi. * profeſſionem

Deindè dominus Bertholdus de Vuildũg ſacri palatij Apoſtolici cauſarum auditor, legebat quandam ordinationis ſchedulã conceptam ſuper regula ſancti Franciſci, & alia infraſcripti tenoris ſubſequentis de conſenſu partium.

Dilectis Eccleſiæ filijs, Generali & prouincialibus miniſtris, cuſtodibus, cęteriſq; ordinis Minorum profeſſoribus, ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem.

Supplicationibus perſonarum, quę voto religionis ſunt adſtrictę, illis pręſertim libẽter annuimus, quas ad finem tendere conſpicimus, per quem perſonę ipſę ſub * pacata tranquillitate iuxta ſuam profeſſionẽ quieſcant, ac ſedulum & tranquillum in humilitatis ſpiritu Domino reddere valeant famulatum. Nupèr ſiquidem ſupplicatio pro parte religioſorum virorum gardianorũ & fratrum veſtri ordinis conuentuum, videlicet Sagienſis, de ſancto Audomaro Morinenſis diœceſis, de Varẽnis Rhemẽſis, de Dola Biſuntiñ. de la Valle Cenomanenſis, de Elicio Nannetenſis, de Ambaſia Turonenſis, de ſancto Ioanne Angeliacenſis, Xantonẽſis de Bercorio, de Toletu & de Fontiniaco communitatis Maleacẽſis dięceſis, infra prouincias Franciæ, Burgundię & Turonenſem, iuxta modum dicti ordinis exiſtẽtium, nobis humiliter pręſentata continebat, quòd diuina cooperante clementia, tẽporibus his nouiſſimis regularis obſeruantia veſtri iã dicti ordinis in pręfatis conuentibus inceperat vigere, ſed varijs obſtãtibus impedimentis, per miniſtros & cuſtodes illarum prouinciarum eis pręſitiis, in ipſa ſtricta obſeruantia non mediocriter impediebantur, quorum impedimentorum occaſione ſcandala multa pullulabant: humiliter & deuotè ſupplicantes, quatenùs eis de remedio opportuno proui- * placida

dere

dere dignaremur. Nos igitur eorum ſuppli-
cationibus tanquàm iuſtis benignè annuen-
tes, cupientesque multa ſcandala veſtri or-
dinis tollere, atque vnitate in eo conſeruata
*conſouere ta fratres in pacis dulcedine * cōſeruare, ſta-
tuimus & decernimus eiſdem ſupplicatio-
nibus fore prouidendum, & de facto, tenore
præſentium eis prouidemus, iuxta formam
per reuerendiſſimos patres dominos, vide-
licet Iordanum epiſcopum Albanenſem de
Vrſinis, ipſius ordinis protectorem, & Pe-
trū ſancti Chryſogoni presbyterū Cardina-
lem, Cameracenſem vulgariter nuncupatos,
ſanctæ Romanę Eccleſię Cardinales, & alios
ex parte huius ſacri Cōcilij ſuper hoc depu-
tatos, ſpecialiter auiſatā, ordinatā & traditā,
atque per religioſum virum fratrē Ioannem
* Rhota *Rhotani in ſacra pagina profeſſorem, & vi-
cariū Miniſtri Generalis antedicti, vna cum
*fratrib' alijs pluribus magiſtris & diſcretis *patrib'
ipſius ordinis ex vna parte, & fratres præno
minatos conuentus repræſentantes ex alia
concordatam, videlicet quòd fratres cōuē-
tuum prædictorum decæterò, & quouſque
aliud ſuper hoc per ſacrum Concilium Ge-
nerale fuerit ordinatum, poſſint & valeant,
quilibet in ſua prouincia, eligere de ſua ſtri-
cta obſeruātia vnum fratrem idoneum, quē
in ſcriptis Miniſtro illius prouinciæ præſen
tatum, ipſum dictus Miniſter infra triduum
poſt huiuſmodi pręſentationem ſuum vica-
rium conſtituere debeat, ad ipſos regendum
in ſolidum loco & vice eius, & eis prouiden-
dū in omnibus quibuſcunque & ipſis mo-
dis quibus ipſe Miniſter prouincialis etiàm
prouidere poſſet, ità quòd de ipſorum fra-
trum regimine in nullo poſſint ſe intromit-
tere dicti prouinciales, vel cuſtodes, ſed ad
ipſos vicarios cura & correctio eorū omni-
nò pertineat, excepto quòd ad ſuæ ſuperio-
ritatis cognitionem Miniſter prouincialis
ipſos poſſit, ſi voluerit, viſitare in propria
perſona, & tunc punire de conſenſu maio-
rum & diſcretorum conuentûs, in quo fiet
hæc viſitatio, quicquid punitione dignum
repererit: quem ſi conſtituere renuerit modo
prædicto, ex tunc conſtitutio eiuſdem præ-
ſentati, ad vicarium Miniſtri generalis infe-
riùs annotatum, deuoluatur & pertineat ab-
ſolutè. Qui quidem vicarij huiuſmodi triū
prouincialium, poſſint & debeant vnà cum
fratribus diſcretis ſibi ſubditis, forma ſoli-
ta in electionibus ordinis ſeruata, ſimul
eligere inter ſe vnum alium fratrem ad hoc
ſufficientem & idoneum pro eorundem vi-
cariorum correctione & totius ſtrictæ hu-
ius obſeruantiæ in prædictis prouincijs me-
liori regimine, quem per eos in ſcriptis Mi-
niſtro Generali ordinis qui erit pro tempore
humiliter præſentatum, ipſum Miniſter ſup
illos ſuum vicarium conſtituere infra triduū
poſt illam præſentationem benignè debeat
& charitatiuè: alioquin ipſo triduo tranſa-

cto, ſit & habeatur vicarius ipſius generalis,
authoritate ipſius ſacri Concilij cōſtitutus.
Qui quidem vicarius generalis in ſua con-
gregatione, vel aliâs ſolus debeat & poſſit
vicarios prætactos (quotiès opùs erit) puni-
re, & ipſis ac fratribus alijs ſibi ſubditis pro-
uidere in omnibus quibuſcunque caſibus,
quibus Miniſter generalis eis potuiſſet pro-
uidere, nè ipſos, vt ſæpiùs contingit, quotiès
generali Miniſtro indigēt, longiùs oporteat
euagari. Et pro hac vice primaria conſtitui-
mus in pręfatum generalis Miniſtri vicariū,
fratrem Nicolaum Rudolphi apud vos de
hac obſeruantia laudabili prouidentia ac di-
ligentia ſolerti multipliciter commendatū,
quem volumus poſſe deponi, quotiès vica-
rijs & alijs fratribus diſcretis ſæpedictis vi-
debitur expedire. Poſſit tamen Generalis Mi
niſter qui eſt, & qui erit pro tempore, ipſos
fratres & conuentus in ſua perſona, quotiès
voluerit, viſitare, prælibato vicario non ob-
ſtante, & punire, ſi quid in dicta viſitatione
puniendum repererit, ſicut moris eſt in ordi-
ne, & aliâs facere conſueuit. Veruntamen
non intendimus, quòd prædicti vicarij pro-
pter mortem, depoſitionem ſeu mutationē
illorum quorum vice funguntur, poſſint à
ſuis officijs remoueri, vel in eis impediri,
niſi ſuper hoc aſſenſus maiorum & diſcre-
torum ſibi ſubditorum priùs interuenerit,
ad quos ſemper eos deponere, & alios elige-
re, antedictis Generali prouincialibusq; Mi-
niſtris pręſentare modo & forma pręmiſſis
(quotiès fuerit opportunum) volumus & de-
cernimus pertinere. Inſuper poſſit & debeat
ipſe Generalis vicarius & ſui ſucceſſores,
conuentus ſibi pro tempore ſubditos, ad ſta
tum dictę ſtrictę obſeruantię conſonum, iux
ta declarationes & ſtatuta Sedis Apoſtolicæ
& ordinis reducere, tollendo quaſcunque
ſuperfluitates, ſiue ſint in rebus mobilibus
ſiue immobilibus, quantum fieri poterit bo-
no modo, habito ſemper conſilio maiorum
& diſcretorum ſibi obedientium, eligendo
(ſi opùs fuerit) aliquos fideles, qui ipſas ſu-
perfluitates authoritate huius ſacri Conci-
lij vendant, commutent, aut aliâs in pijs ope-
ribus conuertant. Inſupèr ſtatuimus, quòd
omnes & ſinguli conuentus pdictarum pro-
uinciarum, quotiès maiori vel ſaniori parti
fratrum in eis exiſtentium placuerit, ad hāc
ſtrictam obſeruantiā ſe reducere, & vicarijs
antedictis ſe ſubdere, hoc liberè facere poſ-
ſint. Et etiàm ſinguli fratres cuiuſlibet con-
uentûs dicti ordinis, contradictione cuiuſ-
cunque non obſtāte, à quorum vicariorum
obedientia & ſubiectione nullus exire poſ-
ſit ſinè ſpeciali licentia vicarij generalis an-
tedicti: non tamē per hoc intendimus, quin
fratres & conuentus, qui voluerint, poſſint
ſecundùm hanc ſtrictam obſeruantiam vi-
uere, manendo etiàm immediatè ſub cura
Miniſtrorum prouincialium, exceptis tan-

tùm p̄nominatis conuentibus & conuentu de Mirabello Pictanienſis diœceſis, quem volumus expreſsè & ordinamus, curæ & regimini prædictorum vicariorum ſubeſſe, & ex cauſa, vt ſicut in eo hæc ſtricta obſeruantia regularis in partibus illis ſumpſit exordium, ità in illo tanquàm in aliorum ſpeculo ſemper eluceſcat. Cæterùm cū iuxta ſententiam Sapientis, (Eccl.27.b) volatilia ad ſibi ſimilia libenter conueniant, ſtatuimus quòd quandò fratres huiuſmodi obſeruānæ, peregrinationis ſtudio vel aliâs per mundum proficiſcūtur, ad loca cōuentûs communitatis ordinis declinent, ſi voluêrint: ad alia verò loca fratrum in obſeruantia ſibi ſimiliū ſemper declinare teneantur, iuxta quod in ſtatutis ordinis cōtinetur. Inſupèr quilibet prouincialis Miniſter prouinciarum pręmiſſarum, vicario generali ſæpedicto pro præſenti duos conuentus in ſua ꝓuincia fideliter aſſignet, aptos ad manendum, munitos libris & alijs rebus pro cultu diuino, quotiès ab eodem vicario, per literas aut aliâs in ſuo ꝓuinciali capitulo fuerit requiſitus, eligendos per ipſum prouincialem, ità quòd propter hanc aſſignationem mobilia quæcunque dictis conuentibus pertinentia, quomodocunquè ſit, non debeant abigi ſeu ſegregari, ſecundùm diſpoſitionem protectoris veſtri ordinis. Et ſi contigerit, quòd Miniſtri prouinciales & cuſtodes, vel alij expulerint vel eiecerint fratres huiuſmodi obſeruātiæ ab aliquo ſeu aliquibus conuentuum prænominatorum à quindecim menſibus citra violenter, & alios loco eorum ibidèm collocauerint, vel mobilia ad ipſos conuentus ſeu aliquem ipſorum ſpectantia deportauerint: volumus & mandamus diſtrictè, prædictos fratres indilatè recedere & exire à dicto cōuentu, mandantes tenore præſentium prælibato vicario generali, quatenùs authoritate noſtra omnibus modis quibus fieri poterit honeſtè & licitè ipſos exire, & prædicta bona reſtituere cōpellat per cenſuras eccleſiaſticas, & alios fratres & ſubditos ſuos de nono ibidèm collocando, omnibùs quibuſcunque diſtrictè prohibentes, nè quis eum ſuper hoc impedire præſumat ſub excommunicationis pœna, ſed magìs ei præbeat vnuſquiſq; ſuper hoc requiſitus per ipſum, potiùs auxilium & iuuamen. Statuentes vlteriùs, nè deincèps fratres huiuſmodi ſtrictæ obſeruantiæ, fiant capellani honoris, vel maneant continuò in domibus ſecularium cauſa confeſſionis vel alia, citra tamen aliorum fratrum veſtri ordinis præiudicium, nè forſan freno obedientiæ laxato, vel prophana conuerſatione feruor deuotionis eorum tepeſcat. Præcipimus inſupèr, & mandamus diſtrictè in virtute ſanctę obedientiæ omnibus & ſingulis fratribus conuentuum prædictorum, & alijs in futurum ſub cura & regimine prætactorum vicariorum conſtitutis quatenùs ipſis firmiter obediant, & pareant cum effectu in omnibus, in quibus fratres illius ordinis ſuis generalibus & prouincialibus miniſtris obedire debēt, aut tenentur. Cæterùm cùm prædicta, ſint de voluntate partium (ſicut pręfertur) per nos ſtatuta & ordinata, diſtrictiùs īhibemus omnibus & ſingulis miniſtris & cuſtodibus, qui ſunt, & erunt in futurū, & alijs fratribus veſtri ordinis, nè occaſione controuerſiæ priùs ſuper his motæ, aut proſecutionis in pręſenti Concilio factæ, aut alia quauis cauſa fratres de hoc obſeruantia præſentes vel futuros inquietent, moleſtent, vel affligant, ſeu eorum vicarios vel de ſecta noua, vel reprobata quomodolibèt vocent. Nèc etiàm fratres dictæ obſeruātiæ, alios fratres veſtri ordinis aut eleemoſynas aut oblationes ſibi dandas impedire præſumant: quòd ſi decæterò alij alijs facto circa pręmiſſa aut eorū aliquid hincindè iniuriati fuerint, manus violentas in eis ponendo, eos incarcerando, arreſtando, libris ſpoliando, aut aliâs maculā hæreſis falſò imponendo, ſententiam excōmunicationis ipſo facto incurrant iniuriatores, à qua non poſſint, articulo mortis excepto, abſolui, niſi per eundem cardinalem q ꝓ tēpore hui⁹ ordinis erit ꝓtector. De cæteris verò leuioribus iniurijs verbalibus, oēs quicunque fuerint in hoc culpabiles deprænenſi, per eorū p̄latos puniant, circa p̄miſſa ſentētiarū fulminationibus, aut appellationibus interpoſitis, & literis felicis recordationis Alexandri Papæ V. & earum confirmatione non obſtante, quas tenore præſentium reuocamus, caſſamus, & annullamus, ac nullius roboris vel momēti declaramus, & alijs quibuſcunq; ſtatutis Apoſtolicis vel huiuſmodi ordinis in contrarium editis nō obſtantibus. Nulli ergò &c. Datum Conſtantiæ IX. calendas Octobris, Anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimoquinto, Apoſtolica ſede vacante.

¶ Quòd non obſtantibus saluis conductibus Imperatoris, regum &c. poſſit per iudicem competentem de hæretica prauitate inquiri.

Præſens ſancta ſynodus ex quouis ſaluo conductu per Imperatorē, reges & alios ſeculi principes hæreticis, vel de hæreſi diffamatis, putantes eoſdem ſic à ſuis erroribus reuocare, quocunque vinculo ſe adſtrinxerint, conceſſo, nullū fidei catholicæ vel iuriſdictioni Eccleſiaſticæ pręiudicium generari, vel impedimentum præſtari poſſe, ſeu debere declarat, quo minùs, dicto ſaluo conductu non obſtante, liceat iudici competenti & Eccleſiaſtico, de huiuſmodi perſonarum erroribus inquirere, & aliâs contra eos debitè procedere, eoſdemq́ue punire, quātùm iuſtitia ſuadebit, ſi ſuos errores reuocare pertinaciter recuſauerint, etiàm ſi de ſaluo conductu (Hæreticis ſuas hæreſes pertinaciter defendentibus, ſaluum conductū nō patrocinari.)

ductu

ductu confiſi, ad locũ venerint indicij, aliàs non venturi: nec ſic promittentem, cùm fecerint quod in ipſo eſt, ex hoc in aliquo remanſiſſe obligatum.

¶ Quòd dominus vicecancellarius expediat Carolinam ſub bulla ſacri Concilij Conſtantienſis.

Carolinã iſtã, quoniã mox in hac Seſſione expedita nõ fuit, ſed aliquantò poſt, non hic, ſed in fine huius ſynodi adiectam offendes.

Cùm in generalibus Cõcilijs, maximè Lateranenſi, prouidè quædã fuerint ſtatuta, libertatẽ Eccleſiaſticã cõcernentia, q̃ piæ memoriæ Fredericus ſecũdus in feruore deuotionis Romanæ Eccleſiæ tunc p̃ſiſtens, etiàm quædam ſtatuit & adiunxit, & demùm p felicis recordationis Honoriũ tertiũ fuit eiuſdem Frederici conſtitutio approbata, & conſequenter per diuæ memoriæ Carolũ quartum eadem fuit approbata, & quædam alia in fauorem Eccleſiaſticæ libertatis adiecta, quæ in libro cancellariæ Romanæ Eccleſiæ latiùs continentur, hæc ſancta ſynodus decernit & mãdat domino vicecãcellario eiuſdem Romanæ Eccleſiæ, vt executorias literas ſuper ipſis expediat in forma dari ſolita.

¶ Committuntur cauſæ hæreſis certis iudicibus.

Item prędicta ſynodus Cõſtantienſis oẽs & ſingulas cauſam & cauſas hæreſum, ex erronea & peruerſa doctrina dãnatę memorię Ioãnis Huſz hæretici in regno Bohemiæ & in Morauia exortas, ſapientes etiàm criminales ex eis, vel eorum occaſione cõtra quaſcunque p̃ſonas, tã Eccleſiaſticas quàm ſeculares, cuiuſcunque ſtatûs, gradûs, ordinis vel cõditionis aut p̃eminentiæ exiſtant, & quacunque p̃fulgeant dignitate, emergẽtes, dictiq́ue Ioannis Huſz & cognatũ falſorũ eiuſdem fautores, defenſores & ſequaces, reuerendis in Chriſto patribus & dñis, dominis Ioãni Patriarchæ Cõſtantinopolitano, & Ioanni ep̃o Siluanectẽſi cõiunctim & diuiſim cõmittit audiẽdas, decidendas, cognoſcendas, & fine debito terminãdas, cũ omnibus & ſingulis ſuis emergentibus, incidentibus, dependentibus & cõnexis, & cũ poteſtate citandi perſonaliter oẽs & ſingulos ſuſpectos in fide ibidèm degẽtes, & corã eis in genere & in ſpecie nominãdos coniunctìm & diuiſìm, in Romana curia per edictũ publicũ & in partibus & in locis conuicinis affigendũ & publicãdum, cùm ad eaſdem partes, præſertim ad prædictos de fide ſuſpectos, pro huiuſmodi citatione exequenda tutus non pateat acceſſus, habita tamẽ priùs informatione ſummaria in præmiſſis, non obſtante quòd aliàs præfata ſynodus certis iudicibus generaliter quarumcũque hæreſum cauſas commiſerit, vſque ad diffinitiuam ſententiam excluſiuè* cognoſcendi, & coram quibus aliquę pendent indeciſæ, & alijs cõtrarijs non obſtantibus quibuſcunque.

*cognoſcendas

Item pręfata ſancta ſynodus vult, ordinat atq; decernit, quòd in dictis alijs hæreſũ cauſis, ex iudicibus alias per Cõcilium prædictum deputatis, decem eorũ, alijs abſentibus, poſſint & valeãt in ipſis p̃cedere, & terminos in prædictis cauſis ſeruare, vt eo faciliùs, cõmodoſiùs & celeriùs cauſæ huiuſmodi terminentur, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque.

Lectori pio Bartholomæus Poin ſalutem.

¶ Atque hic finẽ habent ea, ſuis nunc locis inſerta, quæ anno Domini 1538. Conſtantieñ. Cõcilio quaſi pro auctario adiecta fuerant, tranſcripta per id tempus ex libro quodam (priores aliquot ſynodi Conſtantieñ. ſeſſiones, notarij manu exceptas, cõtinente) Henrici Bemel Decretorũ doctoris, & Coloniæ ad Apoſtolos quondàm canonici, qui librum eum facultati theologicę ſtudij Colonieñ. in vſum ſtudioſorum ibidèm Theologiæ vacantium, teſtamento reliquerat ea lege, vt poſt mortem vel ſufficientem vſum alicuius Theologiæ operã dantis, qui ſupradictum librum ad tempus vſurpaſſet, alij copiã eius voluminis audio & Theologię initiato, ſimili cõditione traderet. Vale, religioſo Petro Crab, q hęc trãſcribi p̃curauit, ipſiq́; tranſcriptori gratiã habiturus.

¶ Quòd beneficiati in Cõcilio præſentes, recipiant fructus beneficiorũ eorũ in abſentia.

Item cùm abſentes cauſa reipublicę eccleſiaſticæ perſonæ, in eccleſijs in quibus beneficiati ſunt, præſentes meritò reputantur, ideoq́ue vt omnes & ſinguli beneficiati huius ſacri Cõcilij pręſentes, & qui ad illud p tempore acceſſerint, eo cõmodiùs ipſi Concilio intereſſe, & in illo vſque ad finem valeant remanere: dictum Cõcilium ſtatuit & decernit, quòd ipſi omnes & ſinguli pro reſidentibus ſiue præſentibus interim in ſuis beneficijs ſunt habendi, ità quòd omnes & ſingulos redditus, fructus & prouentus ſuorum beneficiorum ac reſidentiæ perſonalis in ipſis beneficijs, in quibus reſidebant, aut in quibus reſiderent, ſi eiuſdem Concilij proſecutio ſeu intereſſentia eis non obſtaret: ac alij etiàm curiales beneficiati, qui de ſuis beneficijs ad præfatum Concilium non acceſſerũt, aliàs tamen præſentes in curia, in eodem Concilio laborauerunt, etiàm ſi primam non fecerint reſidentiam perſonalem conſuetam vnius tantùm beneficij p quolibet eorum vigore huius decreti eorũdem beneficiatorum abſentijs de alijs ſuis beneficijs, de iure & conſuetudine, priuilegio aut licẽtia ſuorum ſuperiorum ſemper ſaluis, etiàm ſi canonicatus, aut præbendæ, aut dignitates, aut perſonatus vel officia in cathedralibus & metropolitanis maiores poſt põtificales, ſeu collegiatis eccleſijs huiuſmodi principales fuerint, durãte ipſo Cõcilio, eiſdemque in eodem Concilio perdurantibus, etiàm à tẽpore itineris arrepti huiuſmodi ad præfatum Cõcilium, quouſquè ad eadẽ ſua beneficia ipſi Concilio finito cõmodè redire potuerint, aut quãdiù curiales prædicti in eodẽ Concilio laborauerint: cũ ea integritate percipere valeant & debeant, cum qua illos perciperent, ſi in ſuis beneficijs p̃dictis interìm perſonaliter reſiderent, & adminiſtrarẽt in eiſdem, quotidianis diſtributionibus duntaxàr exceptis, contrarijs

locus obſcurus.

non obſtantibus quibuſcunque, & cum executionibus exprimendis in cancellaria, ſi fuerit opportunum.

Quòd literæ ſuper prouiſionibus ad Patriarchales, metropolitanas & alias Eccleſias per olim Papam Ioannem vſque ad ſuſpenſionem conceſſæ, expediantur.

Itē dicta ſancta Synodus ſtatuit, ordinat & decernit, q̃ literæ ſuper quibuſcunque ꝓuiſionibus ad quaſcunq; Patriarchales, metropolitanas & alias cathedrales Eccleſias, ac etiàm monaſteria de quibuſcunque perſonis per dominum Balthaſarem tunc Ioannem Papam XXIII. vſque ad ipſius adminiſtrationis in ſpiritualibus & temporalibus ſuſpēſionem factis, de quibus per libros reuerendiſſimi Patris domini Ioannis epiſcopi Oſtien̄. ſanctæ Romanæ Eccleſiæ vicecancellarij & cancellariæ Apoſtolicæ conſtabit, per eundem Epiſcopum & cācellarium ſub nomine & bulla dictæ ſynodi poſſint & debeant expediri, quatuor deputatis nationnm ſibi aſſiſtentibus: & hoc, niſi ex libro ipſo ꝓmotionum ſecundùm ſtylum cancellariæ appareat obſtaculum, vel aliâs canonicum impedimentum. Præmiſſis verò lectis, fuit reſponſum per dominos epiſcopos deputatos nomine quatuor nationū, ac dominum Ioannem epiſcopum Oſtienſem nomine collegij Cardinalium, Placet. Contradicente tamen reuerēdo patre domino Helia Anicien̄. epiſcopo pro ſe, & domino Dominico de Ragutio, ambaſiatore & nuncio Archiepiſcopi Spalatenſis, qui duo in huiuſmodi ſtatutum ſuper prouiſionibus ad Patriarchales &c. non conſenſerunt. Et dominus Dominicus dixit ipſum ſtatutum ſecundùm omnia ſua verba non placere, & præſertim vltimam clauſulam, videlicet: Et hoc, niſi ex libro promotionum ſecundùm ſtylum curiæ appareat obſtaculum.

SESSIO VIGESIMA, SVPER monitorio contra ducem Auſtriæ pro epiſcopo Tridentinenſi.

ANNO à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimoquinto, indictione verò octaua, die Iouis vigeſima prima mēſis Nouembris, fuit celebrata Seſſio generalis in maiori Eccleſia Conſtantienſi, præſidente in eadem reuerendiſſimo in CHRISTO patre domino Ioāne epiſcopo Oſtien̄. ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali & vicecancellario. Fuitque decantata Miſſa ſolennis de glorioſa Virgine Maria, per reuerendum patrem dominum Antonium epiſcopum * Zopoluden̄. Qua completa, fiebant ſolennitates more aliarum Seſſionum. Quibus expletis, reuerēdus pater dominus Antonius epiſcopus Concordien̄. quaſdam legebat monitorij & aliarum ordinationum ſchedulas tenoris ſubſequentis.

* Zopaluden̄.

¶Decretum monitorij in cauſa Tridentina.

SAcroſancta generalis Synodus Conſtantienſis, vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem. Grauem querelam venerabilis fratris noſtri Georgij epiſcopi Tridentinenſis accepimus, cōtinentem quòd illuſtris princeps Fredericus dux Auſtriæ, ipſum in canonica poſſeſſione eccleſiæ & ciuitatis Tridentinēſis, & oppidorum, caſtrorum, villarum, terrarum & locorum, iuriumque & aliorum bonorū mobilium & immobilium, ad eandem eccleſiam & ipſum Epiſcopum pertinentium, aliàs ſexdecim annis pacificè exiſtentem, Eccleſia, ciuitate, oppidis, caſtris, terris, villis, locis ac iuribus & bonis huiuſmodi temerariè & de facto ſpoliâſſet, eaque nouem annis citrà detinuiſſet, & adhuc detinet occupatas & occupata, fructus, redditus & prouentus ſubleuando, & percipiendo ex eiſdem, ac ipſum cepiſſet, & carceribus mācipatum affeciſſet pluribus grauibus violentijs ac iniurijs, propter quæ anathematis, ſacrilegij & alias pœnas à iure contra talia perpetrantes promulgatas incurriſſet, q̃bus inſorduiſſet per lōga tempora, & inſordet de præſenti: nōnullaſque promiſſiones ac etiàm certa iuramenta & literas tempore ſuæ captiuitatis, & ante ſeu poſt, in præiudicium libertatis eccleſiaſticæ, dictæque eccleſiæ Tridentinen̄. damnum non modicum, ab eodem epiſcopo incuſſionibus & metu extorſit. Et vlteriùs idem Fredericus nupèr dum inter ſereniſſimū principem Sigiſmundum Romanorum & Hungariæ regem, ac ipſum Fredericum ducem poſt executionem iuſtitiæ contra eundem Fredericum, per dictum dominum regem factam ſubmiſſionis tractatus firmaretur, ſe iuramenti vinculo adſtrinxiſſet, qòd ſi quæ perſonæ tam eccleſiaſticę quā ſeculares dicto regi de ipſo Frederico conquererentur, & ab ipſo rege ſibi peterent iuſtitiæ complementum miniſtrari, ipſe Fredericus dux ſtare deberet ordinationi dicti regis, & facere quæ dictus rex diceret & ordinaret, quod quidem licèt rex ipſe dicto Georgio epiſcopo de præmiſſis grauiter corā eodem conquerente decreuiſſet & ordinâſſet, quòd ipſe Fredericus dux eccleſiā, ciuitatem, oppida, caſtra, villas, terras, loca & iura & bona huiuſmodi, quibus ipſum Georgiū epiſcopū notoriè ſpoliauerat, notorieq; detinet occupatas & occupata, eidē Georgio reſtitueret, ipſumq; permitteret eorum poſſeſſione in poſterum pacificè vti & gaudere, nihilominùs idē Fredericus dux pro parte dicti epiſcopi interpellatus & ſufficienter requiſitus, hoc facere non curâſſet hactenùs, nec curat de p̄ſenti. Quapropter attenta præmiſſorum exceſſuum & ſpolij notorietate & rei euidētia, idem Epiſcopus petijt per nos ſuper præmiſsis de opportuno remedio ſibi prouideri, & literas

monito-

monitoriales contra præfatum Fredericum ducem & alios forſan occupatores & detẽtores eccleſiæ, ciuitatis, oppidorum, caſtrorum, villarum, terrarum, locorum & bonorum huiuſmodi, etiàm ſi ducalis vel alterius cuiuſcunque ſtatûs, gradûs, vel præeminentiæ eſſent, decerni & concedi, ipſumque Fredericum ducem & occupatores & detentores prædictos, ſub pœnis iuris & cõſtitutionis à diuæ memoriæ Carolo quarto contra tales facinoroſos & ſacrilegos editæ, & alijs pœnis grauioribus requiri & moneri, quatenùs infra certum terminum idem Fredericus dux & occupatores ac detentores prædicti, Eccleſiam, ciuitatem, caſtra, oppida, terras, villas, iura & alia bona huiuſmodi, quibus eundem Georgium epiſcopum ſpoliâſſet, ſeu ſpoliauit, ac etiàm quæcunque caſtra & bona ante & poſt per prætactã ſpoliationem ad dictam Eccleſiam Tridentinã deuoluta, quæ detinerent ſeu detinent occupatas ſeu occupata, reſtitueret & reſtituerẽt, & aliâs ſibi circa iniurias & percepta & alia debitè ſatisfaceret, & ſatisfacerent: necnon ſe, vaſſallos & ſubditos ſuos & eccleſiæ ſuæ prædictæ à prædictis iuramentis & promiſſionibus abſolui, & prædictas literas caſſari, irritari & annullari, humiliter & cum inſtantia debita poſtulauit, & alias circa præmiſſa petijt & concluſit, ſicut in petitionibus pro parte eiuſdẽ epiſcopi verbo & ſcriptis, & in actis coram nobis inter dictas partes factis & redactis, pleniùs noſcitur contineri. Nos verò * per notorietatem facti, & aliâs practicata in cauſa huiuſmodi, coram nobis & à nobis deputatis, nobis conſtitit & conſtat, petitionem huiuſmodi fore iuſtam, * ipſumque Fredericum ducem & occupatores & detentores antedictos monendos, petitaſque literas monitoriales contra dictum Fredericum ducem & occupatores & detentores huiuſmodi, partibus ipſis auditis, & ſeruatis ſeruandis, prædictis partibus ad hoc legitimè citatis, decreuimus fore concedendas, decernimuſque & cõcedimus in forma quæ ſequitur:

* videtur deeſſe q;

* videtur legendũ, ipſum Fredericum.

¶Monitorium in forma debita contra ducem Auſtriæ.

SAcroſancta generalis ſynodus Conſtantiẽſis, vniuerſos & ſingulos venerabiles fratres Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos & dilectos Eccleſiæ filios abbates, priores, præpoſitos, decanos, cantores, ſcholaſticos tam cathedralium quàm collegiatarum canonicos, parochialiumq; rectores eccleſiarum, cæteroſque presbyteros, clericos & notarios & tabelliones publicos, per Alemaniam & Italiam & aliâs vbilibèt conſtitutos, & eorum quemlibet tenore præſentium requirimus & monemus, primò, ſecundò, tertiò & peremptoriè, cõmuniter & diuiſim, eiſque & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ & ſubſcriptis ſententiarum pœnis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenùs infra ſex dierum ſpatium poſtquàm pro parte dicti Georgij epiſcopi vigore præſentium fuerint requiſiti, vel eorum alter fuerit requiſitus, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies eis & eorum cuilibet pro tertio & peremptorio termino ac canonica monitione aſſignamus, ità quòd in his exequẽdis alter alterum non expectet, nec vnus pro alio ſe excuſet, præfatũ Fredericum ducem & quoſcunque alios Eccleſiæ & ciuitatis Tridentinenſis, necnon & oppidorum, caſtrorum, terrarũ, locorum, ac iurium & bonorum quorumcunque ad ipſam Eccleſiam pertinentium, prædictorum forſan occupatores & detentores, vaſſallos & ſubditos, etiàm ſi ducalis aut alterius cuiuſcunque dignitatis, ſtatûs, ac præeminentiæ fuerint, in eorum ꝓprijs perſonis, ſi & vbi pro præmiſſorum ac infrà ſcriptorum executione ad eorum præſentias tutus patebit acceſſus: Alioquin per edictum publicũ in audientia publica contradictarum legendum, necnõ cathedrali & ſancti Stephani Conſtantienſis, ac locis circumuicinis, videlicet Aquileieñ, Salsburgenſi, Auguſteñ. Friſingeñ. Brixineñ. Curieñ. Feltreñ. & Veroneñ. eccleſijs affigẽdum, & ibi publicandum ex parte noſtra, Fredericum ducem Auſtriæ & alios occupatores prædictos requirant & moneant, quos nos etiàm tenore præſentium ſic requirimus & monemus, ipſique Frederico duci in virtute ſanctę obedientię & ſub anathematis, ſacrilegij, priuationis omnium bonorum feudaliũ, quæ ab Eccleſia ſeu Imperio obtinet, & inhabilitationis ſuæ & filiorũ ſuorum maſculorum ad obtinendum tam feuda quam officia & beneficia vſque ad ſecundam generationem, & honoris & famæ ac communionis in conſilijs principum, quam ipſum Fredericum ducem iuxta conſtitutionem diuæ memoriæ Caroli quarti contra tales facinoroſos & ſacrilegos editam, à ſede Apoſtolica canonizatam & approbatam, quinimmò & periurij ratione iuramenti in manibus regis Romanorum per ipſum ducem præſtiti, & alijs ſecularibus perſonis ſub excommunicationis & priuationis minorum feudaliũ, quas ipſas perſonas ſeculares ſupradictas, necnõ eccleſiaſticis perſonis ſub dictæ excõmunicationis ac priuationis omniũ beneficiorũ eccleſiaſticorũ & ĩhabilitationis ad illa, & quæcunque alia beneficia in poſterum obtinenda, ac ſuſpenſionis à diuinis quo ad capitula, necnon interdicti quo ad omnia territoria prædicti ducis Frederici, & cæterorum & occupatorum & detentorum cenſuris & pœnis, quas eccleſiaſticas perſonas prædictas, ſi in p̃miſſis deliquerint, & mandatis & monitionibus huiuſmodi non paruerint, ſeu nõ paruerit, * incidere volumus ipſo facto, & quas in ipſas exnũc ꝓut extũc,

* incurrere

extunc

extunc prout exnunc, canonica monitione præmiſſa, ferimus in his ſcriptis, niſi mandatis huiuſmodi obedierint, diſtrictè præcipiendo mandent, ſeu alter eorum mandet. Quibus nos etiam tenore præſentiũ ſic mãdamus, quatenùs ipſe Fredericus dux & alij forſan occupatores & detẽtores huiuſmodi, infra triginta dierum ſpatium poſt requiſitionem & monitionem immediatè ſequentium, & quorum dierum decem pro primo, decem pro ſecundo, & reliquos decẽ dies ꝑ tertio & peremptorio terminis ac monitione canonica, eis & eorũ cuilibet aſſignamus, ab occupationibus & detentionibus eccleſię, ciuitatis, oppidorum, caſtrorum, terrarum & locorum, necnon iurium & bonorũ prædictorum & illorum, quæ ante & poſt prætactam ſpoliationem ad illam Eccleſiã Tridentinẽſem ſunt deuoluta, penitùs & omninò deſiſtant, & eorum quilibet deſiſtat, ac ipſi Georgio, aut procuratori, ſeu procuratoribus ſub eius nomine poſſeſſionem corporalem realem & actualem eccleſiæ, ciuitatis, oppidorum, caſtrorum, terrarum & locorum, necnon iurium & bonorum prædictorum efficaciter & ſinè dolo & fraude reſtituant, & reſtitui faciant, & permittant, & eorum quilibet reſtituat, & reſtitui faciat, & permittat. Ipſe quoquè Fredericus dux Georgio Epiſcopo de perceptis huiuſmodi ſatiſfaciat, inuocato etiàm ad hoc (ſi opùs fuerit) auxilio brachij ſecularis. Vaſſalli quoquè & nobiles, officiarij, capitanei & ſubditi tam eccleſiaſtici quàm ſeculares ſupradicti, infra ſex dies poſt lecturam & publicationem & affixionem præſentium, necnon lapſum dictorum triginta dierum terminũ immediatè ſequentium, quorum ſex dierum duos ꝑ primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio & peremptorio termino eis & eorum cuilibet per ſimile edictũ aſſignamus, & aſſignari præcipimus & mandamus, præfato Georgio epiſcopo tanquàm eorum vero domino, & non ipſi Frederico duci, ſeu alteri cuiquã, in omnibus (prout aliâs conſueuerunt) facere teneantur. Non obſtantibus quibuſcunque iuramentis in cõtrarium præſtitis, à quibus eos (vt præmittitur) abſoluimus, efficaciter pareãt, obediant, & intendant, & eorum quilibet pareat, obediat, & intendat. Et inſuper in caſu quo præfatus dux Fredericus & alij forſan occupatores & detentores, necnon Vaſſalli, nobiles, officiarij, capitanei & ſubditi & alij ſupradicti mãdatis huiuſmodi infra terminos ſupradictos non paruerint, extunc prout exnunc, exnunc prout extunc, omnes & ſingulos vaſallos, nobiles, officiarios, capitaneos, necnon occupatores & detentores in ciuitate & diœceſi Tridentinenſi, ſeu alibi commorantes & conſtitutos, quorum præſentia pro executione ꝑmiſſorum & infraſcriptorum facienda tutè adiri non poteſt, per ſimile edictũ pari modo & forma legendum, publicandum & affigendum, Fredericum ducẽ & alios occupatores & detentores tenore præſentiũ peremptoriè citamus, ac per delegatos noſtros ſupradictos citari volumus & mãdamus, quatenùs ipſe Fredericus dux & alij forſan occupatores & detentores huiuſmodi moniti & requiſiti, octaua die poſt lapſum dictorum triginta dierum eis aſſignatorum immediatè ſequentium, ſi iuridica fuerit, alioquin ꝑxima die iuridica extunc ſequenti: alij verò, vt nobiles, capitanei, officiarij & ſubditi edictum huiuſmodi moniti & exquiſiti, viceſima die poſt lapſum dictorum ſex dierũ eis aſſignatorum immediatè ſequentium, ſi iuridica fuerit, alioquin proxima die iuridica ſequenti, compareãt corã nobis vel iudicib⁹ per nos deputatis, ſeu interim deputandis, pœnas, cẽſuras ac ſententias huiuſmodi declarari, & ipſe Fredericus dux, ꝓcedi viſuri & audituri. Certificãtes nihilominùs eoſdẽ, ꝙ vſq; ad declarationem pęnarum ꝑdictarũ procedemus, iuſtitia mediante. Venerabilibus verò fratribus Patriarchis, Archiepis, & epiſcopis, quibus ob reuerentiam ſuarũ pontificalium dignitatum duximus meritò deferendũ, ſi in prędictis deliquerint, vel aliquis eorũ deliquerit, ſex dierũ canonica monitione pręmiſſa, ingreſſum eccleſię interdicimus in his ſcriptis. Si verò huiuſmodi interdictũ per alios ſex dies ſuſtinuerint, ſeu alter eorũ ſuſtinuerit, ipſos ſuſpendimus à diuinis. Si verò huiuſmodi interdicti & ſuſpenſionis ſententias animis (quod abſit) ſuſtinuerint, vel alter eorum (quod abſit) ſuſtinuerit indurans, ipſos exnunc prout extunc, & extunc prout exnunc, excommunicationis ſentẽtia innodamus. Inferiores verò epiſcopis, qui in præmiſſis exequendis negligentes fuerint, vel eorũ aliquis negligẽs fuerit, poſt lapſum ſex dierum terminum excommunicationis ſententiam incurrere volumus ipſo facto. Abſolutionem verò omnium & ſingulorũ, qui præfatas noſtras ſententias, aut earũ aliquam incurrerint, vel aliquis eorũ incurrerit quoquo modo, nobis aut ſummo futuro Pontifici tantummodò reſeruamus. Loca verò audientiæ & valuarum prædictarũ, tanq̃ publica & idonea ad executionem prædictorum (vt præmittitur) publicandam ad inſtar publicorum edictorum, quæ olim in albo prætorio ſcribebantur, duximus eligenda, quæ præſentes noſtras literas ſuo quaſi ſonoro præconio & patulo iudicio publicabunt, in quibus noſtras literas modo præmiſſo decernimus publicandas, nè prænominati moniti & citati, de præmiſſis aliquã ignorantiã prætendere valeant, vel etiã allegare, cùm nõ ſit veriſimile, apud dictos ſic citatos & monitos remanere incognitũ, quod tam patẽter & notoriè extitit publicatum. Volentes nihilominùs & decernẽtes, ꝙ ꝓſentes noſtræ literæ dictos monitos & citatos

tatos

tatos pindè arceant & adſtringãt,ac ſi eorum ꝓprijs perſonis publicatę fuiſſent. De executione pm iſſorum & de his quæ in p̄miſſis & quolibet præmiſſorum vos præſcripti venerabiles fratres Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, voſq̀ne alij delegati ooſtri feceritis, ſeu aliqnis eorũ fecerit, nos per inſtrumenta publica ſen alia legitima documenta legitimè certificare non obmittatis ſub pœnis ſupradictis, qbus & cuilibet veſtrûm in præmiſſis dabimus plenam fidem. Datũ Conſtantiæ vndecimo Calendas Decembris, Anno à oatiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimoquinro, Apoſtolica ſede vacante.

Quibos lectis, fuit reſponſum, dictum, & alta voca clamatum per dominos Concordienſem Italicæ, Tholonenſem Gallicanæ, Mesburgenſem Germanicæ, & * Carthagienſem Anglicanæ epiſcopos quatuor nationum, & per eorum quemlibet nomine ipſorum & cuiuſlibet eornm, Placet: & per dictum dominum Oſtienſem nomine collegij Cardinalium, Placet. Procurator verò p̄fati domini ducis, proteſtatus fuit de nullitate monitorij & de grauamine, & appellando petijt inſtrumentum.

*Cortageñ. *Cartageñ.

Congregatio ad audiendum relationem ambaſiatorum miſſorum ad Petrum de Luna, & regem Aragonum.

Anno à natinitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimoſexto, indictione nona, die verò Iouis XXX. menſis Ianuarij, fuit celebrata congregatio generalis in maiori eccleſia Conſtantienſi, pro relatione ambaſiatorum miſſorum ad Petrum de Luna, in ſua obedientia Benedictum decimumtertium nominatum, & ſereniſſimũ priocipem dominom Ferdinandum Aragonum regem: & reuerendiſſimus pater dominus Iacobus Archiepiſcopua Turonenſis, vnus de ambaſiatoribus miſſis ex parte Cõcilij, exiſtens in ambone vnà cum collegis ſuis, nomine proprio & coambaſiatorum ſuorum fecit relationẽ lagationis ſuæ. Qua facta, legit quoſdam articulos ſiue capitula per ſereniſſimum principem dominum Sigiſmundum Romanorum & Hungariæ regem ac ambaſiatores ſacri Cõcilij ex vna, & dominos de obedientia ipſius Petri de Luna Narbonæ concordata, ex altera partibus. Quorum capitulorum tenor de verbo ad verbum ſeqoitur, & eſt talis:

Die Veneria XIII. mẽſis Decembris, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo decimoquinto, indictiooe octaua, in capitulo nouæ Eccleſiæ Narbonenſis, in camera magna turris nouj palatij Epiſcopi Narbonæ, hora ſeconda poſt meridiem, aote tamen prandium, capitula ſequentia per ſereniſſimum domiſium Romanorum regẽ, & dominos legatos Concilij Cunſtantienſis, ſic per eius obedientiam nuncupati ab vna parte, & dominos ambaſiatores dominorum illuſtriſſimorum regum & potentum aliorum dominorum principum obedientiæ domini Benedicti decimitertij, ſic etiàm per eius obedientiam noncupati ab altera, pro vnione in ſancta Dei Eccleſia cõſequenda, concordata extiterunt cum Dei adiutorio modo infrà ſcripto:

Tenor capitulorum concordatorum.

Primò, quòd conuocatio fiat per prælatos cæteroſque viros eccleſiaſticos in dicto Concilio Conſtantienſi, ſic per eius obediẽtiam (vt præfertur) nuncupato exiſtentes & congregatos de regibus & principibus prædictis, cardinalibus & prælatis, cæteriſq̀ue viris de obedientia dicti domini Benedicti Papæ decimitertij, ſic etiàm per eius obedientiam (vt præfertur) nuncupati, qui ad generale Conciliũ debent & ſunt conſueti vocari per literas opportunas dictorum dominorum de Concilio Conſtantienſi, quæ emànent ab eis ſub nominibus generalibus, & ſub denominatione tituli dignitatum ſiue nominum appellatiuorum ſinè expreſſione propriorum nominum vel propriarum dignitatum, ſecundùm formam hic concordatam, & inferiùs inſertam. Et quòd dictæ literæ dirigantur nedùm ad dominos reges & Principes & Cardinales, ſed & ad alios quoſcunque prælatos obediẽtiæ prędicti domini Benedicti. Et quòd dicti domini reges & principes ipſius obedientię, ſumant onus faciendi præſentari dictas literas conuocatorias quilibet in regno & principatu ſuo prȩlatis ſuę iuriſdictionis, & ſpecialiter dominus rex Aragonum ſumat onus faciendi prȩſentari dictas literas conuocatorias regibus & principibus dictę obedientię iſta capitula firmantibus, & quòd in dictis literis conuocatorijs prȩfigatur terminus ad intereſſendum in ciuitate Conſtantienſi pro vniendo ſe, & faciendo Concilium generale vnà cum alijs ibidèm congregatis, trium menſium computandorum à die præſentationis dictarum literarum fiendę domino regi Aragonum in Perpiniano, (ſi fuerit) vel aliàs in ciuitate Barchinoneñ. (ſi fuerit prȩſens vel abſens) & in caſu abſentię ſufficiat præſentare literas antedictas vicario regis, vel conſiliarijs dictę ciuitatis, aut maiori parti eorundem. Et viceuerſa, qoòd prȩfati domini reges & principes maximè dictę obedientię domini Benedicti, facient literas conuocatorias ad prȩnominatos prȩlatos, cęteroſque dominos de Concilio Conſtantienſi ſimiles literis conuocatorijs ab illis de Concilio emanandis, vt prȩfertur, vel per ſuos ambaſiatores vel procuratores mittendos, ſufficienti poteſtate ſuffultos, ibidèm in Conſtantia cõgregatos, conuocabunt, hoc addito ac etiàm intellecto, quòd

literę

literæ conuocationis mittantur ad dominum regem Aragonum ſexaginta numero, videlicet viginti quæ dirigantur ad ſereniſſimum dominum regem Caſtellę & prçlatos regni ſui,& aliæ viginti quæ dirigantur ad ſereniſſimum dominum regem Aragonum & Siciliæ, & prælatos regnorum ſuorum,& decem quæ dirigantur ad illuſtriſſimum dominum regem Nauarræ & prælatos iurisdictionis ipſius,& quinque quæ dirigantur præpotenti domino comiti Fuxi, prout in eiſdem literis debet ſerioſiùs contineri.

Secundò,quòd dictæ conuocationes fiendæ per dominos de Concilio Conſtantienſi,& etiàm per dictos dominos reges & alios &c. necnon & congregatio & coſtitutio Concilij generalis fienda per dictos dominos reges & cæteros de obedientia dicti domini Benedicti &c. poſſint fieri & fiát generaliter, vt deferatur honori Concilij Conſtantienſis iam dicti, ſcilicet pro extirpatione ſchiſmatis & hæreſum, pro ſancta * Romana Eccleſia, pro reformatione vniuerſalis Eccleſiæ in capite & io membris, & pro vnico eligendo paſtore, & pro alijs cauſis & rationibus quæ ad generale Concilium de iure pertinent & ſpectāt. Sed ad partem promittatur & firmetur per ſereniſſimum dominum Imperatorem,& per dominos prænotatos, prælatos & cæteros ſpectabiles viros huc miſſos ex parte Dominorum de dicto Coocilio Conſtaotienſi, nomine dicti Cōcilij & etiàm proprio, mediante publico inſtrumeoto cum iuramentis,quòd in Concilio Conſtantienſi vniendo & coſtituendo(vt præfertur) non tractabuntur, ordinabuntur, ſtatuentur vel tractari,ordinari aot fieri permittentor directè vel indirectè aliqua concernentia aut tangentia dictos dominos, reges,principes, prælatos & alios de obedientia dicti domini Benedicti, vel aliquem ex eis, non ſolummodò duntaxàt cauſa eiectionis dicti domini Benedicti,& electionis futuri ſummi pontificis & reformatidnis Eccleſiæ in capite & in membris, & in cauſa hæreſum cum depeodeñ.& emergeñ. &c. Et qood dicti domini de dicto Concilio Conſtantiēſi,ratificabunt & approbabunt hoiuſmodi promiſſionem & obligationem, mediātibus publicis inſtrumentis, vt ſuprà. Et quòd oibilomioùs prædicta promiſſio, ratificatio & ſecuritas ſpecialiter confirmentur,& rata habeantur, & nouiter firmentur, & ſtatuantur per dictum formandum Cōcilium ſufficienter, prout fieri debeat, & eſt ſolitum, antequàm procedatur & procedi valeat ad aliquos actus, poſtquàm fuerint vniti. Et quòd, ſi contrarium fieret, domini reges & principes & alij de obedientia dicti Domini Benedicti ab expreſſo ex nuoc aguot & dicuot, quòd illa ſic in cootrarium facta per formandum & vniendum Concilium, habeantur pro inoalidis atqoe nullia ipſo iure, & quòd ad obſeruationem eorum, dicti domini reges & principes & cæteri de prænominata obedientia dicti domini Benedicti, minimè teneantor.

voione Eccleſiæ, pro

Tertio, quòd præfatis de obedientia dicti domini Benedicti venientibus ad Conſtantiam ſtatim fiat vnio eorundem ad dictum Concilium Conſtaotienſe, pro faciendo vnum vniuerſale Coocilium. Quo facto, dicti domini reges & principes & alij de obedientia eioſdem domini Benedicti, dicunt eſſe certiſſimum, quòd oon poſſunt licitè obedire alicui in Papam eligendo vt vero Papæ, niſi priùs vacaret Papatus morte aut renunciatione dicti domini Benedicti purè,licitè & liberè facta, prout de iure diuino pariter & humano tenetur, vel per iuſtam & legitimam ipſius depoſitionē ſeu depoſitionis declarationem ac eiectionem à Papatu per dictum Conciliū vel eius authoritate fiendam. Propterea in fauorē dictę vnioois conſequendæ, eſt concordatum inter ſereniſſimum dominum regem Romanorum & alios dominos de Concilio Conſtantienſi, quod ab eis ſacrum Concilium generale appellatur, & inter ambaſiatores & procuratores dictorum dominorum regnm & principum, qui ſunt de obedientia dicti domini Benedicti, quòd antequàm ad electionem vnici ſummi pontificis procedi valeat per dictum Conciliū, vel per alios ad quos pertineat, procedatur per dictum Concilium ſic vnitum, contra eundem dominum Beoedictum, nolentem aut ſubterfugientem renonciare purè & liberè, prout de iure diuino pariter & humano tenetor, aut etiam quomodolibèt delinquentem prour de iure diuino pariter & humano poteſt & debeat procedi per dictam iuſtam & legitimam eius depoſitiooem, ſeu depoſitionis declaratiooē, & aliâs prout præfertur. Ità tameo, quòd formetur & fiat proceſſus oouus per dictum Concilium cootra eundem dominum Benedictum iuſtè & legitimè. Ad cuius verificationem & deciſionem, nullatenùs habeatur ratio ad proceſſum Piſani Concilij vel ſententias ibidèm lataa, vt illo vel illis dictum Concilium in modum probationis vel in vim proceſsûs vel iudicati non vtatur. Et quod proceſſa,cognita & ſententiata per dictum Concilium modo prædicto, dicti domini reges & principes, & cęteri obedientiæ dicti domini Benedicti, rata & grata habebunt, & illa mioimè impugnabunt.

Item quòd Cardinales dicti domini Benedicti ſic vocati, vt ſuprà in literis coouocatorijs dum venerint ad dictum Coocilium, admittantur per idem Concilium ad omnes actus ibidèm expediendos, & etiam ad electionem futuri ſummi pootificis ſuo caſu,

& ſecun-

& ſecundùm quod alij Cardinales vocatorum Gregorij & Ioanois admittentor. Et ſi vocati vt ſuprà, non venerint perſonaliter ad iam dictum Concilium, ſed per alias perſonas ſufficiens procuratorium habentes, recipientur & admittentur perſonæ prædictæ ad omnes actus Concilij, prout procuratores dominorum cardinalium dictorum domioorum Ioannis & Gregorij admittentur & recipientur, & ſecundùm quod dictũ vniendum Concilium circa prædictos omnes cardinales duxerit ordinandum.

Quartò, quòd per dictũ vniendum Concilium, ſi & inquantùm fuerit neceſſarium vel opportunum ad vberiorem cautelam, tollantur, aboleaotur, aonullentur & irritentur quicunque proceſſus, ſententiæ, decreta, ordinationes, ſtatuta & pœnæ, p olìm Gregorium & Ioanoem & ſuos prædeceſſores, ac per Concilium conuocatum Piſis, à tempore exorti ſchiſmatis & citra, ex occaſione vel cauſa ipſi' ſchiſmatis facta & factę, prolatæ contra dominos reges, principes, & alios quoſcunque obedientiæ dicti domini Benedicti, ac etiam contra quaſuis alias perſonas, quæ dicto Benedicto non adhærent poſt dictam electionem, ſeu depoſitionis declaratiooem, & contra quaſcunque vniuerſitates, villas & loca, quatenùs tangat, & tangere poſſit dictos dominos reges & principes & alios obedientiæ dicti domini Benedicti, & omnia & ſingula indè ſecuta, omoem effectum eorum tollendo, & omnem maculam, ſiue notam, quæ contracta fuerit ob prædicta. Et idem intelligatur dictum de perſona dicti Benedicti, caſu quo renunciauerit purè & liberè & ante ſententias dictæ electionis. Intellecto tamen & declarato, quod dictum Concilium non poſſit ſe iuuare proceſſibus & ſententijs aduerſùs dictum dominum Benedictũ latis, & proceſſu & ſeotentia indè ferendis contra eundem Dominum Benedictum, de quibus in tertio articulo continetur. Et fiat ſimiliter de ſententijs latis per dictum dominum Benedictum contra obedientiam dicti Concilij, domioos reges, principes, perſonas ſiogulares, villas, loca, & quòd ſtatuatur in prima ſeſſione dicti Concilij, tempore quo fiet dicta vnio, quòd ounquàm de cætero ratione, vel occaſione dicti ſchiſmatis, aut adhæſionis dicti domini Benedicti, & ſui prædeceſſoris domini Clementis poſſit contra dominos reges, Principes, prælatos & alios de obedientia dicti domini Benedicti, quomodolibèt procedi in iudicio, vel extra.

Quintò, quòd per dictum formandum Concilium approbentur, laudentur, & confirmentur, & etiàm meliori modo, quo fieri poſſit, pleniſſimè firmentur omnes & ſingulæ conceſſiones, diſpenſationes, gratiæ, factæ per dictum domioum Benedictum quibuſuis perſonis dictæ ſuæ obedientiæ, de qoibuſuis digoitatibus, archiepiſcopatibus, epiſcopatibus & officijs, & beneficijs alijs qoibuſcunque infra ſuam obedientiam, quæ nunc eſt, de his, quæ nunc poſſident, & quæcunque infeudationes, inueſtituræ, contractus & aliæ conceſſiones, & gratiæ vſque in diem primæ requiſitionis factæ eidem Benedicto per reges & principes ſuæ obedientiæ, quibuſuis perſoois ſuæ obedientiæ infra ſuam obedientiam, quæ nuoc eſt etiàm ſecularibus, tam regibus Aragonum, Caſtellæ, Nauarræ, Comitibus Armeniaci, & Fuxi, quàm filijs, & liberis eorũ, coniunctìm & diuiſim, de his quæ nunc poſſident, & etiàm alijs cuiuſuis conditionis exiſtant. Hoc tamen intellecto, & declarato, quòd ſi ab aliquibus prælatoris, ſeu magiſterijs, dignitatibus vel beneficijs quibuſcunque durante ſchiſmate fuerint ſeparata, vel aliàs ſegregata aliqua membra, caſtra, villæ, ſeu alia bona, redditus, prouentus, ſeu emolumenta ac reſponſiones cameræ, vel alia iura quęcunque, de quibus fuerit aliquibus forſan iam prouiſum, vel facta collatio, ſeu infeudatio infra ſuam obedientiam conſtitutis, quòd prædicta ipſis prælaturis, magiſterijs, ſeu magiſtratibus, dignitatibus & beneficijs, vt capiti reſtitui & redintegrari valeant per Concilium antedictum, & cæteris de alijs dignitatibus & beneficijs prouideatur, prout prouidentiæ Concilij fuerit viſum, per dictas confirmationes & approbationes hìc contentas nullum impedimentum his præſtetur. Et idem fiat econuersò de alia obedientia.

Sextò, quòd cardinales dicti domini Benedicti, ſi forſitan voluerint ire, aut mittere ad iam dictum formandum Coocilium, ſeu ad electionem ſummi Pontificis cùm vacauerit Papatus, altero de dictis tribus modis (vt ſuprà in dicto tertio capitulo dictum eſt) faciendam, conuocati modo quo ſuprà, & adhærere volentes opinioni dictorum dominorum regum & principum obedientiæ dicti domioi Benedicti, deputentur, recipiaotur, & admittantur, vt veri cardinales ſanctæ* vniuerſalis Eccleſiæ, & vt tales habeaotur, & ab omnibus honorentur, necnon dignitatibus, emolumentis ac alijs cardinalatûs priuilegijs, præeminentijs & prærogatiuis (vt præmittitur) frui pariter & gaudere Saluis tamen alijs conſtitutionibus & ſtatutis per dictum Concilium promulgandis, de electione Romani pontificis facientibus mentionem.

* matris

Septimò, quòd prouideatur per dictum formandum Concilium circa officiales Romanæ curiæ dicti domini Benedicti, dum tamen eidem domino Benedicto non adhæreant poſt ſubtractiooem obedientiæ, (ſi eam fieri contingat) vel poſt electiooem prædictam.

Octauò,

Octauò, quòd ſi ante renunciationē ſeu eiectionem dicti domini Benedicti prænominatam, ipſum contingat decedere, promittāt dicti domini reges & principes eius obedientiæ atque iurent, quòd non permittent fieri in eorum regnis & terris electionem aliquam per cardinales ipſius vel alios ipſorum vice, immò quantùm in eis erit, modis omnibus prohibebunt. Et caſu quo fieret per illos electio, illi ſic electo per eos non adhærebunt, nec obedient quoquo modo, neque in eorum terris & regnis illū ſic electum aliquatenùs ſuſtinebunt, vel ſuſtineri permittent. Sed electionem in dicto caſu per dictum formandum Concilium permittent fieri, & electo per illud in Papā in dicto caſu, vt vero ſummo pontifici indubiè adhærebunt.

Nonò, quòd præfatum formandum Cōcilium debitè prouideat cum decenti manſuetudine & rationabili æquitate, quòd vbi duo vel plures in eodem titulo ex diuerſis obedientijs concurrunt, quilibet eorum in dicto Concilio tractabitur, honore vtriuſq; obedientiæ ſemper ſaluo, & quòd ante finem dicti Concilij idem concilium prouidebit in dictis caſibus taliter, quòd illorum quorumlibet honor & ſtatus, quandiù vixerint, debitè ſupportentur, & interim nihil innouetur contra aliquem prædictorum, quouſquè per dictum Concilium ad eundem ſummum pontificem eligendum prouiſum fuerit debitè ſuper iſtis.

Decimò, quòd dictus Dominus rex Romanorum, & domini qui ſunt præſentes ex parte dominorum de Concilio Conſtantienſi, illorum nomine & etiàm proprio; quantùm ad eos ſpectat & eorum quemlibet, bona fide aſſecurent, & aſſecurari faciant per dominum regem Franciæ, & dominos ducem Aquitaniæ, Delphinum Viennenſem, & regem Ludouicum, & dominum comitem Sabaudiæ, & per totum dominium ipſorum, dictum dominum Benedictum, ſi ire voluerit, vel mittere ad dictum Concilium, & omnes & ſingulos ambaſiatores & procuratores ipſius domini Benedicti, & dominorum regum & principū, & alias quaſuis pſonas, ſiue ſint cardinales & alij prælati, ſi accedere voluerint, ac alios quoſlibet obedientiæ dicti domini Benedicti tam clericos, quàm laicos, cuiuſuis ſtatus, gradûs, aut conditionis exiſtant, cum gentibus & familiaribus ſuis & bonis eorū cùm ſufficientibus literis de ſaluo conductu, quòd tutè & liberè poſſint ire, tranſire, & morari per itinera & loca vſque ad Conſtantiā incluſiuè, & ſtare in dicta ciuitate Conſtantienſi & in dicto Concilio, quādiù eis & cuilibet eorū placuerit, & reuerti ab illis cùm voluerint, & aliàs in omnibus & per omnia eundo, ſtando & redeundo, pleniſſima gaudeant libertate, & quòd officiales & conſules Conſtantienſes in abſentia prædicti domini regis Romanorū, & alij ad quos ſpectat, iurent, & mediante eorum iuramento promittant, quòd fideliter obſeruabūt, quātùm ad eos ſpectat, & obſeruari facient pręmiſſa omnia & ſingula, & defendent, & tuebuntur ſupradictos omnes & ſingulos in pſonis & bonis pro toto poſſe, omni fraude ceſſante, & nullam impreſſionem, aut violētiam directè vel indirectè facient, aut fieri permittēt iam dictis perſonis vel eorum ſingulis, nec bonis eorum quoquo modo, & omnia iſta firmabunt iuramentis per dictū dominum regem Romanorum per ſe, & per alios dominos pro Concilio Conſtantienſi hìc pręſentes, tam nomine dicti Concilij, quàm proprio. Quæ guidatica & aſſecuramenta mittentur domino regi Aragonū, vna cum literis conuocatorijs dicti Concilij, ad hoc vt dictus dominus rex poſſit certificare vocandos de dictis ſecuritatibus & ſaluis conductibus, nè dicti vocati, dicta occaſione ſe valeant, abeundo ſeu mittendo ad dictum Concilium, excuſare.

Vndecimò, quòd dictus dominus rex Romanorum ſuo nomine & pro ſucceſſoribus ſuis, & alij domini hìc præſentes, nomine dictorum dominorum de Concilio Conſtantienſi & proprio iurabunt ſingulariter & promittent, quòd omnia & ſingula in prædictis capitulis & eorum quolibet cōtenta facient (quantùm in eis erit) omni dolo ceſſante, per dominos Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos & alios prælatos, ambaſiatores dominorū regū & principum, & alios in dicto Cōcilio Cōſtantienſi exiſtentes, vt ſingulares per ſe, vel perſonas ad hoc ſufficienti poteſtate ſuffultas approbari, firmari, & iurari antequàm concedantur dictæ literæ conuocatoriæ. Et quòd in prima ſeſſione facta vnione ad dictum Concilium, pro dicto vniuerſali Concilio prædicta facient, concedent, ſtatuent, ordinabunt, & iurabunt. Et ſi contrarium præmiſſorum vel alicuius ipſorum fieret, vel prædicta omnia & ſingula non adimplerentur, fierent, & exequerentur prout in dictis capitulis & eorum quolibet continetur, ex nunc aiunt & dicunt dicti domini reges & principes, prelati & alij ipſius obedientiæ domini Benedicti ab expreſſo, quòd ipſo facto ſit irritum & inane, & quòd ad obſeruantiam præſentium capitulorum minimè vel etiàm alicuius eorum teneantur. Et etiàm ambaſiatores regum & principum hìc præſentes obedientiæ domini Benedicti, firment & iurent dictis nominibus dictorum regum & principum pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, tenere & obſeruare omnia & ſingula ſupradicta, quantùm in eis erit.

Duodecimò, quòd de prædictis omnibus & ſingulis firmentur, & tradantur. cui-

libet

libet partium *prædictorum tot,quot neceſſaria fuerint,publica inſtrumenta.

Anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimoſexto, indictione nona, die Martis quarta menſis Februarij, Conſtantiæ in Eccleſia maiori fuit congregatio generalis, & dominus Archiepiſcopus Iacobus Turonenſis, vnus ex ambaſiatoribus Concilij ad partes Aragoniæ,in ambone exiſtens, propoſuit, quomodò iuxta conuenta in capitulis Narbonẽſibus omnes & ſinguli domini cardinales,prælati,ambaſiatores & procuratores exiſtentes in ipſo Concilio, tenerentur medijs eorum iuramentis dicta capitula approbare, & ſupplicauit ità fieri. Domini verò de Concilio ibidèm ſtantes,nemine diſcrepante, reſponderunt,Placet.Approbaruntque dicta capitula,& iurauerunt ea fideliter obſeruare, videlicet domini Cardinales & prælati ad pectora ſua,cæteri verò domini ad ſancta Euãgelia corporale præſtitêre iuramentũ, ſcrutantibus huiuſmodi iuramenta à dextero latere Dominis Ioanne de Trembleio, ſedis Apoſtolicæ & ſacri Conſtantienſis Concilij protonotario,à ſiniſtro verò latere Galtero Graſſi,Priore Eccleſiæ Rhodi ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, cum nonnullis alijs ſacri Concilij notarijs & ſcribis.

Nomina illorum qui iurauerunt approbationem capitulorum.
Et primò Cardinales.

Ioannes Oſtienſis.
Angelus Præneſtinus Laudenſis.
Iordanus Tuſculanus de Vrſinis, epiſcopi Cardinales.
Antonius Bononienſis.
Franciſcus Venetiarum.
Ioannes Dominici Raguſinus.
Antonius Aquilegienſis.
Gabriel Senenſis.
Petrus Cameracenſis.
Branda Placentinenſis.
Angelus Veronenſis.
Guillermus tituli ſancti Marci.
Almanus Piſanus.
Antonius de * Chalanco,presbyteri Cardinales.
Rainaldus de* Branchacijs.
Amedeus Salutiarum.
Ludouicus de Fliſcho.
Odo de Columna.
Lucidus de Comitibus.
Franciſcus Floreotious, diaconi Cardinales.
Ioannes Conſtantiopolitanus.
Ioannes Antiochenus Patriarcha.
Nicolaus Goczenenſis pro Eccleſia ſua & rege Poloniæ.
Petrus Archiepiſcopus Ripenſis pro ſe & rege Daciæ,* Suetiæ & Noruegiæ.

Iacobus Placentinus pro ſe & rege Poloniæ,& duce Vuitoldo.
Nicola* Bathonienſis ꝓ ſe & rege Angliæ.
Robertus Sareſbyrienſis pro ſe & rege Angliæ.
Andreas Coloceoſis pro ſe & rege Romanorum.
Nicolaus Merſeburgenſis pro ſe & Archiepiſcopo Magdeburgenſi.
Ioannes * Silertcenſis pro ſe & rege Daciæ,Noruegiæ &c. Seleſuleēſi.
Martinus Atrebatẽſis pro ſe & duce Burgundiæ.
Iacobus Adrieoſis pro ſe & Archiepiſcopo Rauennatenſi.
Helias Anicienſis, nulli præterquàm Romanæ ſubditus Eccleſiæ.
Ioãnes Vaurenſis ꝓ ꝓuincia Tholoſana.
Fredericus Auguſtenſis.
Patritius * Carthagienſis.
Iacobus Eſinus.
Martinus Aprutineoſis.
Georgius Tridentinus.
Henricus Feltrenſis.
Antonius Coocordieoſis pro ſe & Epiſcopo Aquenſi.
Stephanus Dolenſis.
Vitalis Tolonenſis.
Ludouicus Bangorenſis.
Vlricus Verdenſis.
Alanus Leonenſis.
Ioannes Vuormatienſis.
Ioannes Firmanos pro ſe & Archiepiſcopo Brunduſino & Abbate ſancti Nicolai de Auſino.
* Vlamingus Nolanus. * Flaminus
Nicolaus Aſſiſinas pro ſe & dominis Bertholdo Maſſanenſi, & Andrea Nucerino.

* Sinonenſis Deeſt hic nomen pro ſe & Abbate ſancti Georgij de Venetijs.
Ioannes Vuarmienſis procurator Pomezanienſis. Epi aut qd aliud.
Culmenſis, & Sambienſis epiſcoporum.
Franciſcus*Tudertinus ꝓ ſe & abbatibus Marſianenſi,& ſancti Benedicti de*Gogabo de organis. * Terdonen. * Gorgaho
Epiſcopus Caſſis pro ſe & tribus epiſcopis,& Abbate Auguſtenſi in * Franconia. * Francia
Simon Anchonitanenſis.
Blaſius Cluſinus pro ſe & Peruſinenſi, Cortonenſi.
Vigilienſi,Meſſanenſi,& Caſertanẽſi ep̃is.
Ioannes Siluanectenſis ambaſiator vniuerſitatis Pariſienſis.
Thomas Senonenſis epiſcopi.
Ioannes * Rauetenſis.
Andreas Poznanienſ. ambaſiator regis Poloniæ & magni ducis Vuitoldi fratris Lithuaniæ ducis.
*Aſtrogius Militenſis,procurator dominorum * archiepiſcopi Simpratinenſis & ſuorum Suffraganeorum. * Aſtorgi * Archiepiſcoporum

Ioānes abbas Ciſtertienſis, procuraror ſpecialis pro toto ordine Ciſtertienſi.

Gaſpar Sancti Ioannis eremis de Peruſio, decretorum doctor, ambaſiator & procurator pro prouincia Burdegalenſi.

Matthæus Claræuallis ambaſiator Eccleſiæ Gallicanæ, in Theologia magiſter.

Guillermus de Precibus ordinis Ciſter-
*Venten. tienſis * Venenſis diœceſis.

Guillermus Sancti Pauli de Cornuto Turonenſis diœceſis.

* Nouiomen. Ioannes Vrſicampi * Nouomenſis diœceſis.

Guillermus Sancti Saluatoris de * manè diœceſis Magalonenſis pro prouincia Narbonenſi.

Guillermus de monaſterio de Tellis Bituricenſis diœceſis, in decretis licentiatus.

Nicolaus ſanctæ Mariæ de Columba, ordinis Ciſtertien.

Placentinenſis diœceſis, pro ſe & abbati-
* Brundulo bus de Strata de * Benedulo, de ſancto Tho-
* Celſi ma, ſanctorum Nazaræi & * Celli Veronenſis.

Siffridus de * Euagen. ordinis Sancti Benedicti Auguſtenſis diœceſis, abbas Sācti Petri Cabilonenſis.

Euerardus abbas in Lantz pro ſe & monaſterio ſuo, & tanquàm pro parte omnium abbatum ordinis ſancti Benedicti Herbipolenſis diœceſis.

Hermannus de * Argauillarij, abbas ſancti Petri ordinis Sancti Benedicti Tullenſis diœceſis.

Alexander abbas monaſterij Sanctæ Mariæ de Bellofonte, ordinis * veterum Sancti Benedicti diœceſis Maleacenſis, licentiatus in decretis, ambaſiator Eccleſiæ regni Franciæ pro prouincia Burdegalenſi, & procurator Epiſcopi * Lauconien.

Henricus abbas vtriuſq; iuris licentiatus, ambaſiator vniuerſitatis Andegauenſis.

Abbas Otto Burnenſis ordinis Sancti Benedicti.

Abbas * Rumenſis. Ioannes abbas mona-
* Bobſtoden. ſterij de * Robſtodum Ebredunenſis diœceſis.

Ioannes abbas de Fontibus * prouincia
* in * Ebricen.ſi.

* Ebroicenſi. Abbas ſancti * * * Maſſenſis pro Eccleſia regni Franciæ & Delphinatûs.

Abbas de Bolo in Anglia.

* Goldaſij Abbas ſancti * Gilſadij.

* Lāhouū Abbas de * Lanthein, Abbates.

Nomina Ambaſiatorum & procuratorum.

Stephanus de Galliaco canonicus & Archidiaconus Loſarenſis, in Eccleſia Tholoſana procurator capituli.

Magiſter Ioannes Baſiræ, procurator domini Ludouici Archiepiſcopi Rothomagenſis.

Ioannes de Trembleio ſedis Apoſtolicæ protonotarius, procurator capituli Ebredunen.

Nicolaus Verdis ſacri palatij Apoſtolici cauſarum auditor, ambaſiator Archiepiſcopi Bremenſis.

Nicolaus Augemij & Guillermus Brilleti ambaſiatores regis Cypri.

Thomas abbas Beatæ Mariæ Eboraci, ambaſiaror regis Angliæ.

Petrus Canthon ambaſiator ducis Burgundiæ.

Leo de Naſteco licentiatus in legibus, canonicus decanus Biſuntinenſis.

Theodoricus de Monaſterio pro vniuerſitate Colonienſi.

Ioannes Brum pro Epiſcopo Halberſtadenſi.

Prior de Rhodis pro hoſpitalibus Sancti Ioannis Hieroſolymitani.

Antonius Moeſſi pro Epiſcopo Gratianopolitano & ordine Prædicatorum.

Abbas * Stoxij pro rege Noruuegiæ & * Steyn
monaſterio ſuo, & Epiſcopo Lincopenſi.

Petrus de Mera pro Epiſcopo & capitulo Traiectenſi.

Paulus de Praga pro Epiſcopo * Luthomi- * Luthoſmisleo. Lutomuſlen.
ſienſi.

Iacobus Baruth pro abbate Sancti Lamperti Saltzburgenſis diœceſis.

Raimundus de Nouo bello pro Epiſcopo Bituricenſi & abbate Sancti Tiberij Agathēſis diœceſis.

Frater Angelus abbas monaſterij in * Bu- *Rama
na Saltzburgenſis diœceſis ordinis Ciſtertienſis, pro monaſterio ſuo & duce Erneſto duce Auſtriæ.

Petrus præpoſitus canonicorum regularium monaſterij in Lægingen pro monaſterio ſuo & Ioanne Burgrauio Nurbergenſi.

Magiſter Petrus de Pulchra, pro vniuerſitate ſtudij Viennenſis.

Paulus Ladaura pro vniuerſitate Craconienſi.

Ioannes Hugueneti pro vniuerſitate Auinionenſi & certis abbatibus.

Henricus de Abunden. pro vniuerſitate Oxonienſi.

Stephanus Platos pro epiſcopo * Luthoſmiſienſi & vniuerſitate Pragenſi.

Petrus Parthis ordinis Theutonicorum pro dicto ordine.

Michael * Boloſonis pro capitulis Vien- *Bloſonis
nenſi, Narbonenſi, Viuarien̄ſi, & Ebredunēſi. *Bolſonis

Andreas cantor Lubecenſis pro Epiſcopo & capitulo Lubecenſi, necnon pro Epiſcopo & capitulo Brandeburgenſi.

Ioannes de Burnen. pro Epiſcopo Monaſterienſi.

Guillermus Prothos pro Epiſcopo Ruſenſi, Arimicanenſi & Africanenſi.

Ioannes Gretz Reginæ ꝓ abbate * Mobe- * Mobedeo
deus Pragēſis diœceſis, ordinis S. Benedicti.

Matthias

Matthias de Ville pro præpoſito in Vienna Patauienſis diœceſis.

Conradus Abbas Pigamenſis ordinis ſancti Benedicti.

Ioannes Gervuer pro Henrico Epiſcopo Verdenſi.

Philippus de Lapſa pro Abbate* Pridenſi ordinis ſancti Benedicti.

Iacobus Alberu pro Archiepiſcopo Rauennatenſi.

Ferrarienſi Epiſcopn.

Parmenſi Epiſcopo,& Marchione Ferrarienſi.

Ioannes Gigari pro capitulo Venetenſi.

Fredericus de Spiritu pro Archiepiſcopo Rauennatenſi,Epiſcopo Ferrarienſi.

Parmenſi,& marchione Ferrarienſi.

Benedictus de Guillelactis clericus cameræ,pro Epiſcopo Arcuratenſi.

* Pyreto Frater Antonius de* Pecotto generalis ordinis Minorum pro toto ordine.

*Cremeñ Iacobus Contradini pro Epiſcopis * Gremenſi.

Rameguſtanenſi,& pro abbate ſancti Andreæ de ſexto Iannenſis diœceſis.

Thoalgeceñ. Ioannes Tremoſinus pro p̄poſito Thoalorenſi diœceſis Pragenſis, ordinis Præmonſtratenſis.

Aegidius Petri canonicus Columbricenſis pro epiſcopo Columbricenſi.

Colimbrienſi,& Epiſcopo Viſenſi.

Ioannes decanus Lemnuicenſis pro prouincia Bituricenſi & Epiſcopo Lemnuicenſi.

Raymundus Gregorij, pro Epiſcopo Siſtaricenſi.

Elſinus Archidiaconus Starenſi pro Epiſcopo* Starenſi.

*Scareñ. Ioannes de Fliſcn p̄poſitus Sancti Adriani de Trigandin diœceſis Ianuenſis,pro Epiſcopis Vercellenſi & Vigintimillienſi.

Laurentius Gnoda canonicus Lincopēſis pro Epiſcnpo Lincopenſi.

* Cinciberg Theodoricus * Cintemberg, cancellarius Epiſcopi Vbracenſis pro ducibus Sleſiæ &c.

Vuoalmarus Sals & Luderus rector pro Epiſcopo Hildeſheimenſi & capitulo eiuſdē.

* Coante* Amnniæ pro duce Britanniæ, rege Scotiæ, comite Norvuegiæ, & comite Sabaudiæ.

Ioannes de Pernna canonicus & procurator Eccleſiæ capituli Turonenſis.

Frater Bernardus prior domûs Carthuſię prope Argentinam procurator Prioris maioris Carthuſiæ.

Guillermus de Forliuio rector conuentûs fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini de Forliuijs, p̄curator domini Georgij de Ordelaſſe domini Forliuij.

Galterus Graſſe procurator & magiſter totius ordinis Sancti Ioannis Hieroſolymitani,vtriuſque iuris doctor.

Nicolaus officialis Brixinenſis pro Epiſcopo & clero Brixinenſi & Erneſto duce Auſtriæ.

Petrus de Holtzkyrchen pro ſe & abbate Fuldenſi, ordinis Sancti Benedicti Herbipolenſis diœceſis,& prępoſito Numbergenſi Patauienſis diœceſis.

Frater Antonius Custæ ordinis Prædicatorum.

Ioannes de* Vincellis procurator abbatis & conuentûs ac totius ordinis Cluniacenſis, & procurator abbatis Sancti Regnaudi & Prioris de Charitate.

Ioannes de Gorello ordinis Minorū conuentûs Paribenſis,ordinis antè dicti regens, necnon fratris Ioannis Quingonelli ordinis præſsu in prouincia Franciæ prouincialis miniſtri procurator.

Frater Petrus Coruilhelli,procurator abbatis Sancti Nicolai prope Andegauiam.

Ioannes Broſſandi procurator Epiſcopi & capituli Mirapicenſis.

Simon Dobetheus Archidiaoonns Vapincenſis, procurator capituli eiuſdem & Atrebatenſis.

Aymericus de* Atrijs procurator prępoſiti Montiſiouis & * ſuprà ordinis & abbatis Sanginaci. * Arcijs

Iacobus Craſſeti literarum Apoſtolicarū ſcriptor, procurator capituli Auinionenſis & Munatenſis.

Bego de Rogerijs in legibus licentiatus, procurator Epiſcopi Vricenſis, & deputatus pro prouincia Narbonenſi.

Berengarius Miſerondi procurator conuentûs Sancti Guillermi de Deſertis Lodonenſis diœceſis.

Ioannes Seneſcalli procurator domini abbatis Præmonſtratenſis & totius ordinis, & Ioannes de* Ponlexo, prior Romanæ curię & cellerarius monaſterij Sancti Antonij, * Ponleyo & præceptor de Reuerſo, ac procurator totius ordinis Sancti Antonij & Auguſtini, ac procurator Epiſcopi Taurinenſis.

Ioannes Vuipperdus pro abbate * Fiſtanenſi ordinis Sancti Benedicti Rothomagenſis diœceſis. * Fiſcanen.

Paſquerius de Vallibus baccalaureus in decretis, p̄curator abbatis S.Ricarij in * Pontio ordinis Sancti Benedicti, aliâs Ambactenſis diœceſis. * Pontino

Petrus Ginecoui literarum ſacræ pœnitentiariæ ſcriptor, & procurator Epiſcopi & capituli Conſeranenſis.

Iacobus de Gramineis de Graumicis de Padua, canonicus Concordienſis, procurator Epiſcopi Cōcordienſis prouincię Aquileienſis.

Ioannes de Boues, procurator regis Franciæ, & procurator monaſterij Sancti Auguſtini.

Oliuerius * Longnenet in artibus & medicinis magiſter, baccalaureus in decretis, procurator Epiſcopi * Treco- * Languimet

* Buſaya — nenſis, abbatum de * Buſagio, de Malareyo, de Begardo, & Rhemenſis ſancti Benedicti Ciſtertienſis ordinis, & Venetenſis & Rauẽnatenſis & * Trecorenſis diœceſis.

* Gaufridus — * Godoffredus Dauli licenoiatus io legibus, procurator epiſcopi Lemouicenſis, & abbatis ſancti Martialis Lemouicenſis diœceſis.

Petrus de Rococello prior prioratûs conuentualis beatæ Mariæ de Aurate.

Theodoricus procurator domini Archiepiſcopi Toloſanenſis, miſſus & nominatus pro prouincia Tuloſana, & Epiſcopi Agathenſis.

* Renteguerіa — Raimundus de * Remeguerria licentiatus io decretis, Prior maioris Eccleſiæ Electeñ. procurator Epiſcopi & capituli Electenſis.

Tierricus de ſancto Deodato licentiatus in legibus, & magiſter in artibus, ambaſiator vniuerſitatis Aurelianenſis, & procurator epiſcoporom Tollenſis & Xanctenſis.

Verneius militis, decanus Eccleſiæ Bambergenſis, Bremenſis diœceſis.

Henricus de Molendino csnonicus Bremeoſis, ambaſiator domini Archiepiſcopi Bremenſis.

Guillermos Votis io vtroque iure baccalaureus, caoonicus Eccleſiæ Grattanopolitanæ.

* Purtellis * Artham — Guillermus * Brucellis, domini Michaelis Archiepiſcopi * Amham primatis Hyberniç, ac domini Thomç epiſcopi Offorienſis procurator.

Guillermos de Spelunca canonicus Nolenſis, miſſus nooıne illuſtriſſimæ dominæ Ioannæ Nauarræ & Angliæ reginæ, & nomine proprio.

Robertus Prior Celſinorum, vicarius & procurator abbatis Cluniscenſis & eiuſdẽ conuentûs Mateſconienſis diœceſis, pro ipſis & ſuo Cluniaceñ. ordioe.

Simon Qoatadriorum canonici ſancti Remigij, procurator domioorum epiſcoporum Andegauenſis & Aoinionenſis.

Thomas Bonotant licentiatus in legibus, procurator epiſcopi Andegauenſis, & Omnium ſanctorum Andegauenſium, & Ioannes de Pratis monaſterij ordinis Auguſtini Maclouienſis diœceſis.

* Ermegandus — * Ermogandus de Caſſerijs liceotiatus io decretis.

Archipresbyter Narbonenſis & Prior de Capite ſtagno Narbonenſis diœceſis, ambaſiator vniuerſitatis Monoſpeſſulani Magalonenſis diœceſis.

Antonius de Zuuanenuuarde procurator præpoſiti, decani & capituli Eccleſiæ ſancti ſaluatoris Hexbeberenſis diœceſis, & decani & capituli Eccleſiç beatç Mariç, Curtracenſis diœceſis.

Hugo de Teſſeto, canonicus Eccleſiæ Catracenſis, procurator epiſcopi Catracẽſis.

Ioannes * Dolior licentiatus in legibus, archidiaconus de Sabolio, & canonicus Eccleſiç Cenomanenſis prouinciç Turonenſis, procurator decani & capituli Eccleſiç Cenomanenſis. — * Dolier

Frater Petrus de Saliente, cellelarius monaſterij Aureliaci, ſancti Flori diœceſis, licentiatus in theologia & in decretis, vicarius epiſcopi Gratianopolitaoi, & procurator Vapincenſis epiſcopi, necnon abbatis Conchenſis Ruthenenſis diœceſis.

Ioannes * Honorodiæ vtriuſque iuris licentiatus, ambaſiator vniuerſitatis Andegauenſis. — * Hourodiæ.

Hugo Fabri, magiſter in artibus & medicinis, procurator epiſcopi Cameracenſis.

Elſius ſcholaris pro abbate ſancti Laurentij Fauentinæ diœceſis.

Otto de * Milex præpoſitus Eccleſiæ Herbipoleoſis, pro ſe & epiſcopo Herbipolenſi. — * Milet.

Ioannes * Habunde pro ſe & epiſcopo Eiſtetenſi & duce Franconiæ. — * Abunde

Lampertus de Grolia, pro ſe & regno Hongariæ.

Bertholdus Ruke præpoſitus Lubecenſis, pro ſe & epiſcopis Tarbacenſi, Ozilienſi, & Coromenſi.

Petrus Storch in theologia doctor, pro voiuerſitate ſtudij Lipſenſis.

Ioannes Creſte licentiatus in vtroque iure, pro duce Guillermo Bauariæ, comite Hollandiæ.

Hanooniæ & Zelandiæ.

Magiſter Albertus de Norenberga, pro ſe & epiſcopo Bambergenſi.

Philippus de Lompreſſa literarum Apoſtolicarum ſcriptor, pro ſe & Bartholomæo abbate monaſterij ſaocti Laurentij extra muros Tridentineoſes.

* Cuntzo de Souola, auditor ſacri palatij Apoſtolici, & Albertus Varemptapp pro ſe & Archiepiſcopo Pragenſi. — * Cunco

Ioanoes & Arnoldus Forcheim, literarũ Apoſtolicarum ſcriptores, pro ſe & electo Getenſi.

Michael de Ezedal, rector parochialis Eccleſiç io Loſen Vratiſlauienſis diœceſis, pro præpoſito Marralenſi ordinis Præmooſtratenſis Cooſtantieoſis diœceſis.

Nicolaus de Ballionibus, Prior generalis ordinis ſancti ſepulcri Dominici.

Germioianus pro ſe & abbate ſanctç Trinitatis Veronenſis, ordinis Vallis Vmbroſæ.

Baſilius de Triſis, procurator epiſcopi Vicaneoſis.

Fredericus epiſcopus Folginatenſis, pro abbate mootis * Caſſanenſis, & Iacobo epiſcopo Spoletano, epiſcopo Nucerino, & pro Nicolao abbate monaſterij de cruce ſaxi viui de Fulgioeo. — * Marcani

Domious Arpinus de Alexandria, pro epiſcopo Albiganenſi.

SESSIO XXI.

ANNO à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimoſexto, die verò ſabbati trigeſima & penultima menſis Maij fuit celebrata ſeſſio generalis in maiori Eccleſia Conſtantienſi, præſidente eidem reuerendiſſimo patre domino Ioanne Epiſcopo Oſtienſi Cardinali Viuarienſi, in qua quidem ſeſſione dicebatur officiũ Miſſæ de ſpiritusancto, cum litanijs & alijs ſeſſionibus requiſitis. Quibus expletis, fiebat ſermo ad Clerum per Reuerendum patrem Iacobum epiſcopum Laudenſem, qui pro ſuo themate aſſumpſit verba hæc, videlicet:

Marc. 16. d Exprobrauit DEVS incredulitatem eorum & duritiam cordis. Et eo finito, magi-

Hieronymus à Praga relabitur in hæreſin, & ideò comburitur. ſter Hieronymus de Praga in medio exiſtẽs, aſcendens quendam bancum, replicauit contra præfatum dominum Iacobum & eius ſermonem, & alia diuerſa dixit, & allegauit. Quibus & alijs pluribus auditis, reuerendiſſimus pater dominus Patriarcha Conſtantinopolitanus, vnus de commiſſarijs ipſius ſynodi, dicto magiſtro Hieronymo præſente & audiente ſententiam diffinitiuam contra eundem Hieronymũ de Praga, alta & intelligibili voce in ſcriptis legit & promulgauit, prout & quemadmodùm in quadam ſchedula papyrea, quam in ſuis manibus tenebat, tenoris inferiùs inſerti, pleniùs continetur & habetur. Qua ſiquidem ſentẽtia lecta, & per Synodum vniuerſaliter approbata & per deputatos nationum, Antonium Cõcordieñ. Vitalem Tolonenſem, Nicolaum Merſburgenſem, & Patricium Carthagienſem epiſcopos, ac præfatum dominum Oſtienſem, per verbum Placet, idem Hieronymus traditus eſt poteſtati ſeculari, & combuſtus fuit.

Tenor ſententiæ diffinitiuæ latæ contra Hieronymum de Praga.

In nomine Domini, Amen. CHRISTVS

* vera Deus & ſaluator noſter vitis * matura, cuius pater agricola eſt, diſcipulos cæteroſque fi-

Ioã. 15. a deles ſuos in illis inſtituens, inquit: Si quis in me non manſerit, mittetur foràs ſicut palmes, & areſcet. Cuius ſummi doctoris & magiſtri doctrinam ſequens & præcepta exequens hæc ſancta Conſtantienſis ſynodus, in cauſa inquiſitionis hæreticæ prauitatis per eandem ſanctam ſynodum mota, fama publica referente & clamoroſe inſinuatione demonſtrante, contra magiſtrum Hieronymũ dictum de Praga, dictum magiſtrum in artibus, laicum, ex cuius cauſæ actis & proceſſibus conſtat, eundem Hieronymum tenuiſſe, aſſeruiſſe, & dogmatizâſſe nonnullos articulos hæreticos & erroneos, dudùm à ſanctis patribus reprobatos, quoſdam verò blaſphemos, & alios ſcandaloſos, & alios piarum aurium offenſiuos, temerarios & ſeditioſos, dudùm per damnatæ memoriæ viros Ioannem Vuicleff & Ioannem Huſz aſſertos, prædicatos & dogmatizatos, ac in nonnullis eorum libris & opuſculis inſertos. Quique doctrina & libri prædictorum Ioannis Vuicleff & Ioannis Huſz, ac Vuicleff memoria, dictique Ioannis Huſz perſona, per eandem ſanctam ſynodum & eius ſententiam de hæreſi damnati & damnatæ fuerunt. Quamque damnationis ſententiam idem Hieronymus poſtmodùm, pendente huiuſmodi inquiſitionis cauſa, in eadem ſancta ſynodo cognoſcens & profitens veram, Catholicam & Apoſtolicam fidem approbauit, & eidem conſenſit, anathematizauitque omnem hæreſim, præcipuè eam de qua erat infamatus, & ſe confitebatur infamatum, & quam præteritis temporibus dogmatizauerunt & tenuerunt Ioannes Vuicleff & Ioannes Huſz in ſuis opuſculis, ſermonibus & libellis, & propter quam ſeu quas cum ſuis dogmatibus & erroribus ab eadem ſancta ſynodo damnati fuerunt tanquàm hæretici, & eorum doctrina ſimiliter damnata, præmiſſorumque omnium damnationem profeſſus, & iurauit ſe in hac fidei veritate permanſurum. Et ſi ipſe quicquam contra ſentire, vel prædicare præſumpſerit, canonum ſeueritati ſubiacere, & æternæ pœnæ voluit obligari. Necnon ſuam profeſſionem manu ſua conſcriptam, eidem ſanctæ ſynodo obtulit, atque dedit. Poſt quas profeſſionem & abiurationem multis diebus tranſactis, ſicut canis ad vomitum rediens, vt virus peſtilentiſſimum quod in ſuo latitabat pectore, publicè euomeret, audientiam publicam ſibi dari in eadem ſancta ſynodo poſtulauit. Qua ſibi conceſſa, coram eadem ſynodo publicè congregata aſſeruit, dixit, & profeſſus eſt in effectu, quòd præfatæ ſententiæ damnationis dictorum Ioannis Vuicleff & Ioannis Huſz iniquè conſenſerat, & illam ſententiam approbando mentitus fuit. Nec verebatur ſe confiteri mentitum, quinimmò cõfeſſionem, approbationem & profeſſionem ſuas ſuper illorum damnatione reuocabat nunc & in æternum, aſſerens, ſe in libris Ioannis Vuicleff & Ioannis Huſz nullã vnquàm hæreſim vel errorem legiſſe, licèt antè fuerit confeſſus, & probatum ſit euidenter, ipſum libros eorum diligenter ſtuduiſſe, legiſſe, & dogmatizâſſe, & in quibus conſtat plures errores & hæreſes contineri. Vndè idem Hieronymus de ſacramento altaris & tranſubſtantiatione panis in corpus profeſſus eſt, ſe tenere & credere quod Eccleſia tenet, dicens ſe plùs credere Auguſtino & cæteris Eccleſiæ doctoribus, quàm Ioanni Vuicleff & Ioanni Huſz. Conſtat inſupèr ex præmiſſis, eundem Hieronymum, prædictis Vuicleff & Huſz damnatis & eo-

Suprà ſeſſione 19.

rum erroribus adhærere, illorumque fautorem fuiſſe & eſſe, propter quæ eadem ſancta ſynodus eundem Hieronymum palmitem putridum, aridum, in vite non manentem, foràs mittendum decernit, ipſumque hæreticum, & in hæreſim relapſum, excommunicatum, anathematizatum pronunciat, & declarat, atque damnat.

Hieronymi Pragēſ dānatio.

SESSIO XXII.

De vnione ambaſiatorum regis Aragonum.

DIa iouis decimaquinta menſis Octobris, anno à natiuitate Domini 1416. indictione nona, fuit celebrata ſeſſio generalis in maiori Eccleſia Cōſtantienſi, ad hoc ſpecialiter deputata, & reuerēdiſſimus pater dominus Bartholomęus Archiepiſcopus Mediolanenſis ſchedulam tenoris ſubſequentis legit & publicauit.

Decretum locationis ambaſiatorum regis Aragonum.

Sacroſancta ſynodos Conſtantienſis, conſiderans quòd ad ſuam & ſuorum ad hoc deputatorum inſtantiam, oratores chariſſimorum Eccleſiæ filiorum Iacobi & Ioannæ regis & reginæ Hieruſalem & Siciliæ illuſtrium requiſiti fuerunt, vt quoniam expectantur oratores chariſſimi Eccleſiæ filij regis Caſtellæ & Legionis illuſtris huc ad ſynodum venturi, ad perficiendum cum ipſa ſynodo Eccleſiæ vnionem, placeret eiſdem oratoribus dictorum regis & reginæ, dimittere locum, quem in loco ſeſſionis nunc tenent, tanquàm qui eiſdem oratoribus dicti regis Caſtellæ venientibus debebitur, & durante præſenti Concilio, vadant ad partē ſiniſtrā immediatè poſt ambaſiatores etiàm chariſſimi filij regis Angliæ illuſtris. Ideò eadem ſynodus decernit & ſtatuit, quòd ob hoc ſiue veniant ſiue non veniant dicti oratores regis Caſtellæ, non præiudicetur eiſdem regi & reginæ & eorum regnis, nec dictis oratoribus ſuis eorum nomine aut alijs quibuſcunque, quo ad locum & honorem, qui ſibi in hac ſynodo debentur, tam in ſeſſionibus quàm in proceſſionibus & alijs quibuſcunque. Et ſi contingat, quòd medio tempore ante aduentum Oratorum dicti regis Caſtellæ, aliquis vel aliqui oratores alterius regis ſederent in loco prædicto, ambaſiatoribus dictorum regis Iacobi & Ioannæ reginæ dimiſſo, declarat eadem ſancta ſynodus, ꝙ hoc erit de tolerantia, permiſſione & gratia, & pro hac vice dūtaxàt, & quòd per hoc illi vel illis nullum ius acquiratur ex ſeſſione prędicta, nec pręiudicetur dictis ambaſiatoribus regis & reginæ prædictorum, & regnis ac proceſſionibus vel alijs actibus, qui concurrerent in hac ſynodo.

Poſt hæc autem reuerendus dominus magiſter Antonius Taxal generalis ordinis B. Marię de mercede, in dicto ambone exiſtens, legit ſchedulam tenoris ſubſequentis:

Schedula lecta per ambaſiatores regis Aragonum.

Nos Ioannes Raymundi Floch comes Cardonæ, frater Antonius Taxal ſacræ paginæ magiſter, generalis ordinis beatæ Mariæ de mercede, Raymundus * Xatinar miles, Sperans in Deo Cardonæ iuriſperitus, Gundiſlaluus Garſſiæ de ſancta Maria decretorum, & Michael de Nauers vtriuſque iuris doctores, oratores & procuratores illuſtriſſimi principis & domini noſtri domini Alphonſi regis Aragonum &c. volentes & intendentes adimplere conuentionem Narbonæ initam inter ſereniſſimum principem & dominum, dominum Sigiſmundum Romanorum & Hungariæ regem, & procuratores nuncios & legatos præſentis congregationis Conſtantienſis ex vna, & etiàm oratores & procuratores ac nuncios dominorū regum Caſtellæ, Aragonum & Nauarræ, necnon illuſtrium principum dominorum Fuxi & Armeniaci comitum ex alia partibus, præſentauimus nos in hoc loco coram paternitatibus veſtris, offerētes nos ad exequendā dictam conuentionem, & omnia & ſingula contenta in ea: & ſic nunc attendentes quod in primo capitulo dictæ conuentionis continetur, quòd conuocatio fiat per prælatos cæteroſque viros Eccleſiaſticos huius congregationis, per literas quæ dirigantur ad dominos principes & alios de obedientia domini Benedicti Papæ XIII. quondàm nominati, & viceuerſa, quòd præfati domini reges & principes de obedientia dicti domini Benedicti faciant per literas conuocatorias ad vos prænominatos prælatos cæteroſque dominos de congregatione præſenti, vel per ſuos ambaſiatores vel procuratores mittendos, vos hic in Conſtantia congregatos conuocabunt: & attento etiàm quòd conuocatoriæ literæ pro parte veſtra dicto domino regi Aragonum præſentatæ fuerunt, volumus & nos ſatisfacere dicto capitulo, cuius tenor, quantùm ad literas conuocatorias quæ in eo continentur, talis eſt: Miſeratione diuina epiſcopi &c. Poſt lectutam verò præfatus dominus Archiepiſcopus Mediolanenſis prædictas literas conuocatorias legit alta voce, in dicto ambone exiſtens.

*Xatinar Sperās in Deo. proprium hic nomē eſt, non quid cōplexū.

Literæ conuocatoriæ.

MIſeratione diuina Epiſcopi, presbyteri, diaconi Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, prælati & cæteri in Conſtantia prouinciæ Moguntinenſis in CHRISTI nomine congregati, Illuſtri principi

Ferdinando

Ferdinando Dei gratia Aragonum, & Sici-
liæ regi, ſalutem & Eccleſiaſticam vnionem
feliciter intueri. Quanquàm miſericordiæ
Domini neque menſuram ponere, neque
eiuſdem tempora diffinire poſſumus, in-
diès attamen quos diligit, caſtigans, com-
1.Cor.10. pertum habemus, quod flagellat, vt in ten-
tatione prouentum faciat, & probatos am-
pliori retributione proſequatur. Ipſo ſi-
quidem permittente, à triginta octo annis
& amplius populus eiuſdem peculiaris qui
Chriſtiano nomine gloriamur, afflicti fui-
mus peſtifero & execrabili ſchiſmate præſen
ti, cuius occaſione omnium penè benè viuen
2.Re.24.c di modorum ſtatus confractus eſt. Vt ceſ-
ſaret Angelus percutiens, altiſſimum exora-
uimus, & indefeſsè ad id ſudores noſtros &
animos aptauimus: propicietur populo ſuo
Pſal. 102. miſericors Dominus, deprecamur, & ſecun-
dùm altitudinem cęli à terra corroboret mi-
ſericordiam ſuam ſuper timentes ſe. Vndè
quanquàm varios perpeſſi fuimus pro pace
Eccleſiæ conſequenda labores, & per anni
circulum & ultra circa hoc vacauerimus,
nondùm uenit dies domini, in qua pace frui
optabamus, verùm appropinquat, ſperamus
in eius authore, quia arras ipſius reperimus.
Nam Dominus qui Gregorius duodecimus
in ſuo obedientia dicebatur, ſua ſponte ceſ-
ſit: ſic & Dominus qui Ioannes viceſimus-
tertius dicebatur, facere uoluit, atque fecit.
Vt autem hoc idem faceret dominus Petrus
de Luna, qui Benedictus decimustertius in
ſua obedientia nominatur, legatos & nun-
cios noſtros ad ſerenitatem ueſtram, & ip-
ſum cum ſereniſſimo Romanorum rege ve-
nerabiles & reuerendos Patres, & doctiſſi-
mos viros Archiepiſcopum Turonenſem, &
alios collegas deſtinaueramus. Qui quidem
dominus Petrus admonitus, rogatus, exhor-
tatus & requiſitus humiliter, aptè, debitè &
iuridicè, ceſſionem per ipſum iure diuino
pariter & humano & aliàs multipliciter de-
bitam facere noluit, ſed hucuſque diſtulit,
atque differt in totius Eccleſiæ ſcandalum,
ac populi Chriſtiani iacturam, & animæ ſuæ
detrimentum. Quam quidem ceſſionem vt
faceret, per uos fuit dictus dominus Petrus
de Luna requiſitus pluriès per principes, &
comites notabiles obedientiæ ſuæ. Idcircò
vt filij pij matri ſuæ compatientes, nitimur,
& quantùm in nobis eſt, niſi ſumus pacem
prędictam obtinere, & animos virtuoſorum
virorũ ad hoc allicere, quatenùs in illo qui
eſt verus Eccleſiæ ſponſus, congregati in vnũ
ſimul, matrem Eccleſiam diuiſam vniamus,
& indecentia quælibet quæ dicti ſchiſmatis
occaſione pullularunt, tollamus, & de medio
Luce 1. auferamus. Hinc ſerenitatem veſtram obſe-
cramus per viſcera miſericordiæ Dei no-
ſtri, & per adſperſionem ſui precioſiſſimi
ſanguinis, & per precium redemptionis no-
ſtræ exoramus, requirimus, & monemus,
quatenùs ob Dei noſtri reuerentiam ad tra-
ctandum vnà nobiſcum ſuper infraſcriptis
veniatis, & ſubditos veſtros, qui poſſint, &
debeant concilijs generalibus intereſſe, quos
vnà uobiſcum præſentibus conuocamus, mo
neatis, inducatis, & eoſdem authoritate à
Deo uobis tradita, qua poteſtatis culmina
intra Eccleſiam principatùs proprio decore
tenetis, & de eadem reddituri eſtis ratio-
nem, iuxta diſpoſitionis uobis traditæ mo-
dum conuocetis, ut infra tres menſes imme-
diatè ſequentes, præſentationem * Perpi- *Perpiniaci
niani aut Barchinonæ de præſentibus facien
dam, concordatam in capitulis die decimo-
tertio Decembris proximè lapſi, Narbonæ Conſtantienſis cõcilij ſeſſi. 20.
ſuper materia vnionis firmatis, (de qua qui-
dem præſentatione certificabimini in Con-
ſtantia) compareatis ad ſchiſma ſedandum,
vnionem Eccleſiæ procurandam, reforma-
tionem etiam ipſius Eccleſiæ tam in capite,
quàm in membris complendam, & dele-
ctionem dicti Benedicti effectualiter facien-
dam, & ad electionem futuri Romani pon-
tificis procedendum, ac pro aliis cauſis, &
rationibus quæ ad generale concilium de iu-
re pertinent & ſpectant. Per hoc enim po-
pulum quem CHRISTVS ſuo ſanguine
precioſo acquiſiuit, in unum ouile ad glo-
riam æternam conſequendam * apta mente *æſtanertis debitũ
ac debitum DEO & Eccleſiæ matri noſtræ
reddituri, æternæque retributionis præmia
conſequi poteritis. Datum & actum Con-
ſtantiæ in Eccleſia cathedrali dicti loci, in
qua pro premiſſis fueramus congregati * ſe- *pridiè
cundo Nonas Februarij, Anno à Natiuita-
te Domini milleſimo quadringenteſimo de-
cimoſexto, Apoſtolica ſede vacante. Poſt-
quàm autẽ præfatus Archiepiſcopus ſuam
lecturam compleuiſſet, Ambaſiatores dicti
Regis Aragonum uolentes ſatisfacere dicto
capitulo, dixerunt per organum præfati ma-
giſtri Antonij Taxal, vt ſequitur.

Nos oratores, & Procuratores Illuſtriſſi-
mi Principis domini Alphonſi domini no-
ſtri Regis Aragonum, &c. conuocamus uos
omnes prælatos, & cęteros dominos de hac
congregatione, iuxta tenorem dicti capitu-
li. Deindè prælati, & cęteri in ipſa congre-
gatione exiſtentes, per organum dicti Ar-
chiepiſcopi Mediolanenſis reſponderunt in
hunc modum.

Nos miſeratione diuina Epiſcopi, presby
teri & diaconi Cardinales, Patriarchę, Ar-
chiepiſcopi, Epiſcopi, Pręlati & cęteri hic
congregati dictam conuocationem accepta-
mus, & offerimus nos paratos ſinè dilatione
quacunque ad procedendum ad ulteriora.
Et inſuper requirimus vos oratores & pro-
curatores prędictos, quatenùs ad vnionem
faciendam nobiſcum procedatis iuxta teno-
rem tertii capituli conuentionis prędictæ,
quod incipit: Tertiò, quòd præfatus de obe- Cõſtantiẽſis concilij ſeſſ. 20.
dientia domini Benedicti &c. Oratores verò

regis

ta, viſo & conſiderato capitulo ſecundo ex capitulir Narbonenſibus, inter clariſſimum Eccleſiæ filium Sigiſmúdum Romanorum & Hungariæ &c. Regem illuſtrem, & dilectos etiam Eccleſiæ filios, procuratorea nuncios dictæ ſynodi ex vna, & procuratores oratores clariſſimorum dictæ Eccleſiæ filiorum, Caſtellæ, Aragonum & Nauarræ Regum illuſtrium, & dilectorum Eccleſiæ filiorum Fuxi & Armeniaci comitum partibus ex altera concordatis, quod incipit: Secundò, quòd dictæ cõuocationes fiendę, &c. Volens in omnibus obſeruaro dictum Capitulum, promittit, ratum habet, ſecurat, & ſpecialiter confirmat, ac nouiter firmat, ac ſtatuit, & decernit in omnibus & per omnia, prout in dicto capitulo continetur. Viſo etiàm quarto capitulo dictorum capitulorum, quod incipit: Quartò, quòd per dictum vniendum Concilium &c. abolet, tollit, annullat eadem ſancta ſynodus quoſcunque proceſſus, ſententias, ordinationes, ſtatura & pœnas, vt in dicto capitulo quarto ſuprà deſcripto cõtinetur, vſque ibi, Et quòd ſtatuatur &c.

Item ſtatuit eadem ſancta ſynodus, quòd nunquàm decætero ratione vel occaſione dicti ſchiſmatis aut adhæſionis dicti domini Benedicti, & ſui prædeceſſoris domini Clementis, poſſit contra dictos reges, principes & alios de obedientia dicti Benedicti, quomodolibèt procedi in iudicio vel extra, vt in fine dicti capituli quarti ſuprà deſcripti continetur. Viſo etiàm quinto capitulo, quod incipit: Quintò, quòd per dictum formandum capitulum & Concilium &c. eadem ſancta ſynodus approbat, laudat, confirmat, & meliori modo quo fieri poteſt, pleniſſimè firmat omnes & ſingulas diſpenſationes, gratias & conceſſiones factas per dominum Benedictum prædictum quibuſuir perſonis ſuæ obedientiæ de quibuſuis dignitatibus, vt in dicto quinto capitulo continetur, vſque in diem primæ requiſitionis factæ eidem domino Benedicto per reges & principes ſuæ obedientiæ, vt in ipſo capitulo continetur. Viſo etiàm vndecimo capitulo, quod incipit: Vndecimo, quòd dictus dominus rex &c. Et attento quod dicitur in dicto vndecimo capitulo ibi, Et quòd in prima ceſſione dicta ſancta ſynodus &c. facit, concedit, ſtatuit, & ordinat in omnibus & per omnia, prout in dicto vndecimo capitulo continetur.

Omnia præmiſſa tam prælati cæterique notabiles viri ſeſſioni intereſſentes, quam oratores ſæpefati, expreſsè iurauerunt. Iuramenta autem prædicta nomine Concilij & aliorum quorum intererat, de ipſius Concilij mandato requiſiuerunt & receperunt reuerendi patres domini Iacobus Rodini à parte dextra, in qua ſedent Epiſcopi & presbyteri Cardinales, & Thomas Polrenſis Sanctæ ſedis Apoſtolicæ protonotarius à parte ſiniſtra, in qua ſedent diaconi Cardinales & cæteri.

Quibus præſtitis pręfatus dominus Mediolanenſis legit ſchedulam tenoris ſequentis: Et prædicta omnia & ſingula intelligantur, & locum habeant, ſemper attento tenore omnium & ſingulorum capitulorum Narbonæ concordatorum, quibus & eorum cuilibet dicta ſancta ſynodus ſtare intendit, nec ab eis vel eorum aliquo in toto vel in parte recedere. Ad quam ex parte nationum & dominorum Cardinaliũ fuit reſponſum, Placet. Deindè dominus Antonius Taxal legit quandam ſchedulam tenoris ſubſequentis:

Schedula acceptationis, per ambaſiatores Regis Aragonum lecta.

Nos Ioannes Raimundus Floch comes Cardonæ, frater Antonius Taxal ſacræ paginæ magiſter, generalis ordinis beatæ Mariæ de Mercede, Raimundus Zatmar miles, Sperans in DEO Cardonæ iuriſperitus, Gundiſſaluus Garſſiæ de ſancta Maria Decretorum, & Michael de Naners vtriuſque iuris Doctores, oratores, procuratores, ambaſiatores & cõſiliarij illuſtriſſimi Principis & domini noſtri Alphonſi regis Aragonum, &c. dictis nominibus & quolibet ipſorum nominum, omnibuſque alijs melioribus modo, uia, iure, forma, cauſa & nominibus quibus validiùs & efficacius poſſumus & valemus, omnia & ſingula decreta, ſtatuta & proteſtationes, necnon conuentiones ac pacta per ſacroſanctam generalem Synodum Cõſtantienſem nobiſcum dictis nominibus facta & edita, & quæ nũc ſunt ſerioſiùr lecta, ipſa habentes pro ſufficienter expreſſis & ſolenniter repetitis, vice & nomine domini noſtri Regis præfati ac omnium regnorum & terrarum ſuarum acceptamus, aſſentimus, approbamus, & ſolenniter cõfirmamus: & ſimiliter ſicut ipſa ſynodus proteſtata eſt, quòd nõ intendit recedere à capitulis in prædicta ciuitate Narbonenſi concordatis, de quibus in decreto pręſentis Concilij nunc de proximo edito, * ꝙ for* quod hie
hęc volumus habere pro expreſſo & ſpecificè declarato, facta extitit mentio ſpecialis, ità & nos dictis nominibus & quolibet eorum ſolenniter proteſtamus. Et ſuper omnibus ſuperiùs deſcriptis, promotores Concilij petiérunt inſtrumenta. Et ſimiliter ambaſiatores regis Aragonum per organum Antonij Taxal hoc idem petiérunt.

Prædictis peractis, Antonius Taxal fecit collationem ad commendationem regis & reginæ Aragonum, aſſumens pro themate, Rex tuus venit, Matthęi viceſimoprimo. Qua collatione facta, reuerendiſſimus pater dominus Franciſcus tituli Sanctorũ Coſmæ

& Da-

& Damiani Cardinalis, nomine ſynodi reſpondendo Aotonio Raxal, fecit breuem collationem, dicens: Exultemus omnes in DOMINO. Poſt huius collationem cœperunt omnes cantare hymnum, Te DEVM laudamus, &c. Et oratione dicta, fuit cantata MISSA de Spirituſancto per reuerendiſſimum patrem Cardinalem Aquileienſem vulgariter nuncupatum. Acta fuerunt hæc anno, indictione, menſe & loco quibus ſuprà, &c.

SESSIO XXIII.

IOuis die quinta menſis Nouembris, anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimoſexto, indictione nona, fuit celebrata generalis ſeſſio in maiori Eccleſia Conſtātiæ, præſidente eidem ſeſſioni reuerendiſſimo patre domino Ioanne epiſcopo Oſtienſi, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali & vicecancellario. Fuitque cantatum officium Miſſæ de Spirituſancto per dominum Ioannem Patriarcham Antiocheoum. Quo expleto, legebantur litaniæ, & alia fiebant quæ in ſeſſionibus fieri ſolent. Eiſdem completis, reuerendiſſimus pater dominus Bartholomæus Archiepiſcopus Mediolanenſis legit & publicauit ordinationem ſanctæ ſynodi ſub tenore ſequenti.

Commiſſio deputatorum, data ſuper informatione ſummaria facienda ad effectum citationis perſonalis & per edictum contra Petrum de Luna.

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, in Spirituſancto legitimè congregata, in authore pacis vno Deo noſtro Ieſu CHRISTO, qui ſibi ſponſam vnam ſanctam Eccleſiam ſui precioſi ſanguinis precio comparauit, quæ in Chriſto IESV ſummo angulari lapide creuit in templum ſanctum in Domino, iunctiſque ſimul parietibus fecit vtraque vnum, vt in pace fieret locus eius, ad tollendum pacis obſtacula, vniendamque ſciſſuram fidelium, in qua ille * CHRISTI aduerſarius caput Eccleſiæ malignantium, dolens ſatis & erubeſcēs, hominem conſtantem ex lutea materia, charitatē in terra tenere, quàm in cœlo nequiuerat habere, ipſius ſponſæ Chriſti per ſchiſma peſtiferum prohdolor ingens, & tam diuturnis, vtpotè trigintaocto annorum, temporibus iam peractis, charitatem vulnerauit, reſcidit vnitatem. Quæ licèt in magna parte Spirituſancti gratia in præſenti ſacratiſſima generali ſynodo ad hoc præcipuè inter cætera congregata, cooperante, coniuncta ſit per eiectionem & renunciationem domini Balthaſaris olim Ioannis vigeſimitertij, & renunciationem Angeli de Corario, Gregorij duodecimi in ſua obedientia nuncupati, qui inter ſe cum domino Petro de Luna, Benedicto decimotertio in ſua obedientia nuncupato, de papatu contendebant, quorū Ioannis & Gregorij DEI gratia in eadem ſancta ſynodo obedientiæ ſunt vnitæ, adhuc tamen hoſtis ille vnitatis & pacis, in reliqua parte, videlicet in ſua obedientia dicti domini Petri, Benedicti decimitertij nuncupati, ſeu eius parte per eiuſdem domini Petri duritiam, pertinaciam & contumaciam, in graue & maximum ſcandalum vniuerſalis Eccleſiæ & Chriſtiani populi atque periculum fidei Catholicæ & ruinæ fidelium animarum, ſciſſam detinet & lachrymabiliter vulneratam: idcircò eadem ſancta ſynodus inter cætera ad ipſum ſchiſma & hæreſes alias extirpandum, procurandamque ipſius Eccleſiæ vnionem, præcipuè congregata, cōſiderans quòd præmiſſis attentis, totum huius reliqui ſchiſmatis pondus in perſona dicti domini Benedicti conſiſtit, & quòd in eo ſolo ſtat, quò minùs ipſum ſchiſma radicitùs extirpetur, & per conſequens reſultet præfata vnio Eccleſiæ ſanctæ DEI: & attendens quòd tam in diuturnis temporibus quibus hoc ſchiſma peſtiferum * pertractum eſt, omnium doctiſſimorum virorum Chriſti fidelium ingenia, etiàm cū ſummis ſtudijs & laboribus, attentis maximè difficultatibus eiuſdem ſchiſmatis, nullam viam poſſibilem & ſecuram ſinè fidelium ſcandalo ad præfatum ſchiſma extirpandum reperire potuerunt, præter ceſſionem de papatu omnium contendentium, quàm viam idem dominus Benedictus vocatus à ſuis, velut multorū Chriſti fidelium vox teſtatur, antè ſuam electionem à ſuis in Papam, pro pace danda Eccleſiæ laudauerat & approbauerat, atque in ipſo conclaui quandò fuit electus, promiſit & iurauit proſequi vnionem Eccleſię per omnes vias accommodas, vſque ad ceſſionem de papatu incluſiuè, ſi ipſum in Papam eligi contingeret, vt Cardinalibus qui tunc erant, vel eorum maiori parti expedire videretur, atque poſt ſuam electionem idem promiſit & iurauit: dictaque cōditio poſtmodùm etiàm purificata extitit: & deindè pro pace danda Eccleſiæ promiſerit, & iurauerit papatui ſuo prætenſo cedere, altero videlicet Ioanne & Gregorio cum eo contendente, cedente, mortuo vel eiecto, quæ etiàm conditio in ambobus, videlicet Ioanne & Gregorio prædictis, ſolenniter impleta eſt, vt præfertur: attendens igitur quòd idem dominus, dictus à ſuis Benedictus, iam vigintiduobus annis completis, papatum ſecundùm ſe tenuit, quibus temporibus multifariè multiſque modis ex parte regum, principum, prælatorum & aliorum Chriſtianorum, tam ſuæ, quàm alteriùs obedientiæ, etiàm poſt puri-

ficationem

Ephe. 2.a

Ibidèm.c

* pacis

for. * protractum

ficationem conditionum prædictarum, fuit cum magnis & iteratis inſtantijs ſeriosè, ſolenniter, humiliter & deuotè requiſitus, quatenùs pro tollendo huiuſmodi ſchiſmate & pro vnione Eccleſiæ ſanctæ DEI vellet ſuo prætenſo papatui cedere, prout ſecundùm omnium fidelium, ſeu maioris partis illorū iudiciū tenebatur iure diuino pariter & humano, quod facere ipſe ſemper animo pertinaci atque effrenato, ſuperbiæ ac tumoris ſpiritu correptos, recuſauit, & ſubterfugia quædam adhibens, ad excuſandum excuſationes in peccatis, Eccleſiam ipſam in huiſmodi ſchiſmate, quòd ipſe tollere poterat, relinquens, nullam debitā coram aut diligentiam ſufficientem, & effectualem adhibuit ad ipſum ſchiſma tollendum, & Eccleſiæ vnionem conſequendam, ſed ad vnum terrarum angulum in caſtro munitiſſimo Paniſcholæ in littore maris, vbi ad eum non eſſet tutus acceſſus, ſe recluſit, vbi omni ſuo poſſe præfatum inueteratum ſchiſma nutrit & fouet, & impedimenta quæcunque poteſt, præſtat & procurat, nè ad dictam vnionem peruenire poſſit: quæ omnia ſecundùm ſanctorum decreta hæreſim inferunt manifeſtam. Eapropter ſuper præmiſſis & alijs declarandis in proceſſu & latiùs exprimendis, volens eadem ſancta ſynodus euacuare quod ex parte eſt, vt ſequa-
1.Cor.14. tur perfectum, & ad ipſum ſchiſma penitùs ſubmouendum procedere, licèt præmiſſa omnia, notoria & vera communiter habeantur & reputentur, & ſuper illis tota fideliū clamet multitudo, ſibi ipſi ſatagens prouidere, quaſi pro quodam huiuſmodi prouiſionis remedij fundamento, committit deuotiſſimis Eccleſiæ filijs Guillermo tituli ſancti Marci, & Franciſco tituli ſanctorum Coſmæ & Damiani, dicto Florentino, ſanctę Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, Ioanni electo Patriarchæ Conſtantinopolitano, ac venerabilibus fratribus Stephano Dolenſi, Roberto Saresbirienſi epiſcopis, ac dilectis Eccleſiæ filiis Iacobo electo Parmenſi, Guillermo Pulchri nepotis, fratri Antonio Taxal generali ordinis beatæ Mariæ de mercede, fratri Mauricio de Praga ſacræ paginæ profeſſoribus, Michaeli de Naners, Nicolao Vuordis iuris vtriuſque, & Ioanni Belles decretorum doctoribus, & eorum maiori parti, quatenùs ſupèr præmiſſis omnibus & ſingulis ac eorum circunſtantijs, dependentibus & connexis, ac alijs ad ea quomodolibèt facientibus, illorumque notorietate, fama & clamore, ac etiàm quæ loca inſignia, conſiſtant viciniora dicto caſtro Paniſcholę, ad quæ ſit tutus acceſſus, ſummariè & diligenter inquirant, teſtes & alia probationū genera recipiant, & examinent, eorumque dicta & atteſtationes & alia quæcunque inuenerint, in ſcriptis & forma publica redigant, ſeu redigi faciant, & ea etiàm ſacræ ſynodo repræſentent, & fideliter referant, vt exindè ipſa ſynodus procedat, decernat & ſtatuat, prout ad pacem & ſalutem Eccleſiæ & fidelium, extirpationem ſchiſmatis, & vnionem ipſius Eccleſiæ, ſecundùm iuſtitiā videbitur expedire. Datque eiſdē commiſſarijs & maiori ipſorum parti, teſtes per cenſuram Eccleſiaſticam compellendi veritati teſtimonium perhibere, & alios quoſcunque præſtantes ad prædicta impedimenta coercendi, & alia faciendi circa præmiſſa neceſſaria & etiàm opportuna, plenam & liberā poteſtatem. Lecta autem dicta ordinatione, dictus Patriarcha Antiochenus pro omnibus dictæ ſynodi nationibus & de ipſarum conſenſu reſpondit per verbum, Placet. Et præfatus dominus Oſtienſis, nomine collegij Cardinalium ſimiliter reſpondit, Placet.

SESSIO XXIIII.

Pro citatione decernenda contra Petrum de Luna.

DIE ſabbati viceſimaoctaua dicti menſis Nouēbris, fuit ſeſſio generalis per ſynodū Cōſtātienſem manè hora tertiarum, in Eccleſia maiori prædicta Conſtantienſi ſolenniter celebrata, in qua reuerendiſſimus pater dominus Patriarcha Antiochenus officium Miſſæ celebrauit. Quo finito, more aliarum ſeſſionum legebantur litaniæ. Præſidebat autem eidem ſeſſioni dominus Ioannes Epiſcopus Oſtiē ſis. Reuerendiſſimus autem pater Dominus Stephanus Epiſcopus Dolenſis, de mandato & ordinatione ſanctę ſynodi & ordinatione ipſorum commiſſariorum, legebat citationē decretam contra Petrum de Luna, cuius citationis tenor ſequitur, & eſt talis.

Tenor citationis contra Petrum de Luna.

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, in Spirituſancto legitimè congregata vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, vniuerſis & ſingulis venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis Eccleſiæ filijs abbatibus, prioribus, prępoſitis, decanis, Archidiaconis, tam cathedralium, quàm collegiatarum canonicis, parochialium & conuentuum ac regulariū Eccleſiarum rectoribus, cęteriſque viris Eccleſiaſticis, necnon notarijs & tabellionibus publicis quibuſcunque ac alijs Chriſtifidelibus vbilibèt conſtitutis, & cuilibet eorum in ſolidum, ad quos præſentes noſtræ literæ peruenerint, ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem, ac mādatis noſtris & Eccleſiæ diligenter obedire.

Clamat ſancta fidelium mater Eccleſia

ſponſa

ſponſa CHRISTI, clamat Chriſtiani populi multitudo, clamauerunt iam à multis annis, ad Dominum, cùm per hoc tam vrgens diuturnis temporibus ſchiſma peſtiferum tribularentur, & tribulantur, nec in totum adhuc exaudiuit eos. Attendunt enim, quanta per hoc infauſtum peſtiferumque ſchiſma & diuiſionis vulnus nefandiſſimum, eſt vniuerſalis Eccleſiæ calamitas, quàm inueterata ſciſſura, quantaque lætalis infirmitas, quamque poſtremò graues & prope caſum ruinæ iam prohdolor in dira & moribus, in ſtatu & honeſtate cleri, tam in libertatibus ſuis, & quod grauius eſt, in cultura DEI & Officijs Eccleſiaſticis, quodque grauiſſimum eſt, in religione & fide Chriſtiana, ipſa deformatur Eccleſia.

Inſurrexerunt, & pullulant in diuerſis regionibus horrendæ hæreſes à tempore huius pernicioſiſſimi ſchiſmatis, & niſi eidem Eccleſiæ de vnico ſummo paſtore & indubitato Chriſti vicario prouideatur celeriter, per cuius prouidentiam cum Dei auxilio præfatis occurratur periculis, & tam grauibus vniuerſalis Eccleſiæ morbis competens adhibeatur medela: pertimeſcendum eſt, nè labatur, prout iam ſæpè lapſus eſt omnis decor eius, deturque vniuerſis gentibus in contemptum, & ſtatus eius ſit, vt iam eſſe incepit, in opprobrium & conculcationem, ex quibus Eccleſia DEI & fidelibus populus Chriſtianus graue ſcandalum patiuntur.

Paſtor unicus idemque ſummus Eccleſię, Papa.

Et quòd licèt dominus Benedictus Papa decimustertius, à vigintiduobus annis citrà ſic in ſua obedientia nuncupatus, præ cæteris iſtud ſchiſma, quod ante eiuſdem domini Benedicti electionem iam ſedecim annis ipſo exiſtente Cardinali durauerat, totis viribus tollere etiàm vſque ad exponendum animam pro grege Dominico teneretur, & teneatur, licèt etiam eidem Benedicto Eccleſiæ prædictæ calamitates, ſciſſuræ & alia pericula & ſcandala præmiſſa incognita non fuerint, nec ſint, ſed eidem & toti populo Chriſtiano notoria: ipſeque prædictis calamitatibus & ſciſſuris, periculis & ſcandalis obuiare, ac totum prædictũ ſchiſma tollere potuerit, & adhuc poſſet, attento maximè quòd Ioannes Papa vigeſimuſtertius, ſic in ſua obedientia nuncupatus, à ſuo Papatu tam per illius canonicam eiectionem, quàm per ſuam renunciationẽ amotus ſit: & Gregorius duodecimus, ſic in ſua obedientia nuncupatus ſpontè renunciauerit, ſolo ipſo Benedicto pro Papa poſtmodùm ſe gerente, ſuper quem & in quo principaliter totum pondus dicti peſtiferi ſchiſmatis & facultas * illis ſubueniendi, & à quo pręmiſſa omnia mala & pericula prouenerunt & perdurant, conſtat & conſiſtit adhuc: licèt inſupèr idem dominus Benedictus exiſtens Cardinalis, ante ipſius electionem, ad tollendum dictum ſchiſma viam renunciationis mutuæ contendentium de papatu laudauerit, approbauerit, & dixerit eſſe vtiliorem & faciliorem, & iurauerit ſolenniter cum alijs Cardinalibus ipſius obedientiæ imminente electione ſummi pontificis Romani, in ſua obedientia per eos fienda, quòd ſi ipſum in Papam contingeret aſſumi, prout fuit aſſumptus, ipſe vnionem Eccleſiæ ſinè excuſatione, dilatione & machinatione quibuſcunque diligenter proſequeretur per omnes vias accommodas, etiàm vſque ad ceſſionem papatus incluſiuè, ſi præfatis Cardinalibus qui tunc erant, vel eorum maiori parti videretur expedire, ipſeque in Papam aſſumptus, idem iurauerat, & poſteà dictis Cardinalibus vel eorum maiori parti, immò omnibus præter vnum, viſum fuit expedire, quòd ipſe vnionem Eccleſiæ proſequeretur pro viam mutuæ ceſſionis, & quòd illam offerret.

* illud ſubmouendi.

Et hoc idem eidem Benedicto per eos in Papam aſſumpto, extitit poſtmodùm declaratum, & dicta purificata conditio. Fuitque deindè ex parte chariſſimi Eccleſię filij Caroli Francorum regis pee ſuos ſolennes legatos claræ memoriæ duces Bituricenſes * Burgundiæ patruos, & Aurelianenſem fratrem dicti regis, & alios plures ad eum propter hoc deſtinatos, necnon zelatores pacis Eccleſiæ Cardinales præfati Benedicti in ſua obedientia nominati, & poſtmodùm ex parte dicti regis Franciæ, necnon chariſſimorum Eccleſiæ filiorum Angliæ & Caſtellæ regum, per ſuos ſolennes ambaſiatores, & deindè ſpecialiter & ſingulariter ex parte eiuſdem Eccleſiæ filij chariſſimi Vuenceſlai Bohemiæ &c. tunc Romanorum regis, & conſequenter per alios plures cum magna deuotione & humilitate ſupplicatum, & etiàm in vim præſtiti iuramenti per eum requiſitus, quatenùs vellet proſequi vnionem Eccleſiæ per viam mutuæ ceſſionis ſuę & alterius contendentis cum eo de papatu, apud quem ſimiliter proſequi habebant in mandatis, & intendebant.

* for. &

Is fuit Caroli quarti filius, & Sigiſmundi frater.

Quæ via fuerat, fuit, & eſt ab omnibus Chriſti fidelibus, maximè à principibus & prælatis ac vniuerſitatibus generalium ſtudiorum, atque doctoribus & prudentibus viris diuerſarum obedientiarum prædictarum, ac à maiori parte eorundem approbata: & in tam diuturnis temporibus nulla alia accommoda, ſecura, efficax & facilis ad tollendum ſchiſma præſens, attentis difficultatibus in iure & in facto, potuit reperiri: reputatumque fuit, & eſt à doctiſſimis viris & peritis diuini & humani iuris, quòd idem Benedictus pro vnione ipſius Eccleſiæ, ac tollendo Eccleſiæ ſcandalo & ſchiſmate, ſuo papatui cedere & tenebatur & tenetur. Licèt inſupèr idem Benedictus aliquorum deuictus inſtantia, DEO & Eccleſiæ promiſerit, iurauerit & vouerit,

pro

pro vnione Eccleſiæ cedere papatui, altero de papam cum eo contendẽte, cedente, mortuo vel eiecto, & Ioannes vigeſimustertius eiectus fuerit, & ceſſerit, ac Gregorius præfatus ceſſerit, vt præfertur: fueritque idem Benedictus poſt hæc omnia, nullo pro Papa ſe gerente, niſi ipſo, ex parte principum ſuæ obedientiæ, necnon vniuerſorum ferè fidelium ſolenniter per chariſſimum Eccleſiæ filium Sigiſmundum Romanorum, qui propter hoc ad eum perſonaliter acceſſit, & claræ memoriæ Ferdinandum Aragonum reges, atque nonnullos alios principes & dominos ſuæ obedientiæ apud eum propter hoc perſonaliter accedentes, necnon legatos Franciæ, Angliæ, & Caſtellæ prædictorum, necnon chariſſimi Eccleſiæ filij Caroli Nauarræ regum, atque generalis Concilij Conſtantienſis prouinciæ Moguntinenſis, ſic per obedientias dicti Ioannis & Gregorij tunc nuncupati, cum magna deuotione, humilitate & inſtantia ſæpè requiſitus, quatenùs præmiſſis attentis, cùm non eſſet humanitùs poſſibile dictas * alias obedientias ad ſuam obedientiam reduci, & in eo principaliter conſiſtebat pondus ſchiſmaticis & facultas illud tollendi, vellet dare pacem Eccleſiæ, & ſchiſma tollere per ſuam de ſuo papatu renunciationem, ad quod tenebatur de iure diuino pariter & humano, præſertim cùm nulla alia via ſedandi ſchiſmatis prædicti per tot prudentium ingenia & labores tam diuturnis temporibus potuerit ad hoc accommoda (vt præmittitur) reperiri. Idem tamen Benedictus, tantorũ regum ac principum, quinimmò quaſi totius Eccleſiæ, huiuſmodi totiès iteratis precibus, requiſitionibus & admonitionibus contra propria iuramenta recuſatis & ſpretis ac minimè exauditis, præfatiſq; ne ipſius Eccleſiæ calamitatibus, ſcandalis atque periculis non compatiens nec prouidens, de loco * Perpiniaci, ad quem præfati reges & principes ac legati pro præmiſſis conuenerant, cum armata manu receſſit, & ad Collibericum portum maris, vbi ſuas galeas armatas habebat, ſe tranſtulit. In quo loco exiſtens, fuit adhuc de præmiſſis requiſitus, pro parte Oratorum regum Caſtellæ, Aragonum & Nauarræ ac principum prædictorum. Quam requiſitionem tunc non exaudiuit, ſed in longum protraxit, nec etiàm poſteà exaudiuit, & de dicto loco recedens, in munitiſſimo caſtro Paniſcholæ Dertuſenſis diœceſis, vbi ad eum non eſt tutus acceſſus, ſe recluſit. Vbi ex parte præfati regis Aragonum, de præmiſſa ceſſione fienda pro pace Eccleſiæ fuit iterùm & tertiò requiſitus, & iterùm recuſauit, & ſuo poſſe præfatum tam inueteratum ſchiſma nutrit & fouet, & impedimenta quæcunque poteſt, præſtitit & præſtat, procurauit & procurat, nè ad prædictam vnionem peruenire poſſit: quæ omnia ſchiſma & hæreſim inferunt, ſeu inferre cenſentur, per quæ etiàm turbatur & ſcandalizatur, læditur & periclitatur ſtatus vniuerſalis, Eccleſiæ prædictæ, diuque fuit turbatus, ſcandalizatus & læſus: Quod etiàm ſcandalum tantum eſt, quòd attento vniuerſalis Eccleſiæ ſtatu, nulla ratione poteſt de congregatione fidelium remoueri, niſi ipſo cedente, mortuo vel eiecto, etiamſi haberet verum ius in papatu. Ex quibus idem Benedictus apparuit fuiſſe & eſſe fautor ac nutritor inueterati ſchiſmatis prædicti, atque ſchiſmaticus & hæreticus eſſe cenſendus. Et ſuper his omnibus fuit & eſt publicè & diutius diffamatus, taliter quòd ſinè ſcandalo Eccleſiæ diſſimulari non poteſt, nec ſinè periculo tolerari. Super quibus clamore valido clamat & conqueritur, populus Chriſtianus, & præmiſſa quæ in facto conſiſtunt, notoria reputat atque vera. Conuenientes igitur in vnum more ſolito canonicè conuocati ac repræſentantes vniuerſalem ECCLESIAM, confidentes in DOMINO, qui cœpit in nobis bonum opus, duobus iam ipſius auxiliante gratia remotis impedimentis, & ipſe perficiet, & exurgens miſerebitur Sion, quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus: econtrà tertium, videlicet dominum Benedictum diù expectatum, ſed ad cor adhuc minimè reuertentem, decreuimus ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis fore ſummariè & de plano per nos procedendum, propter quæ ſuper fama & notorietate præmiſſorum, ſummariè & ſimpliciter mandauimus per nonnullos venerabiles viros fratres & dilectos Eccleſiæ filios, Cardinales ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & alios prælatos, & alios tam ſanctæ paginæ quàm vtriuſque iuris profeſſores, commiſſarios noſtros ad hoc ſpecialiter deputatos, inquiri, informationemque recipi, quam legitimè receptam, referri iuſſimus in publica ſeſſione noſtra totius ſacroſanctæ Conſtantienſis ſynodi. Qua plenè audita & diſcuſſa, maturo decreuimus atque digeſto conſilio in & ſuper præmiſſis, ſaltem quantùm ad officium præſentis iudicij pertinet, procedendum fore, vt in notorijs contra præfatum Benedictum, & ſi forſan attenta natura præfati proceſsûs notorij, citandus minimè iuris rigore ſeruato veniret, citandum fore ad cautelam, in hoc duntaxàt citationis articulo rigori iuris indulgendo, non intendentes ſuper hoc quouis modo formam notorij proceſsûs ſeu eius ordinem obmittere ſeu relaxare, & iudicialibus ſeu ordinarij proceſsûs eligere ſeu exquirere formam. Et quia eundem Benedictum feciſſe, & facere, quò minùs ad perſonam ſuam pateat tutus acceſſus, ſuper his recepta

* illas

*Perpiniani

Phil. 1.

Pſal. 101.

ſummaria & legitima informatione reperimus, noa ſpecialiter & ex certa ſcientia eundem Benedictum citari decreuimua per edictum publicum, ad inſtàr edictorum in albo prætorio poſitorum, citationemq́ue in audientia publica eiuſdem ſacri Concilij, quam vicem & effectum Apoſtolicæ curiæ & audientiæ Apoſtolicæ literarum decernimus & decreuimus obtinere, publicè faciendam. Vobiſque omnibus & ſingulis & cuilibet veſtûm qui ſuper his exequendis publicè fueritis requiſiti, & fuerit requiſitus, in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus & mandamus, quatenùs vigore literarum noſtrarum præſentium per vos & alium, ſeu alios citetis publicè præfatum Benedictum, qnem etiàm nos earundem literarnm tenore citamus. Ipſaſq́ue literas noſtras publicè legatis, vel legi faciatis in audientia literarum prædictarum, ac valuia maioirs Eccleſiæ Conſtantienſis affigatia, ſeu affigi faciatis. Inſuperq́ue & ex ſuperabundanti (vt nihil in hac re ſinè diligēti vigilantia videatur abſolutum) ad perſonam eiuſdē Benedicti, ſi ad ipſum vobis vel alicui veſtrûm requiſitia vel requiſito, tutua forſan fuerit acceſſus: ſin autem, ad portas dicti caſtri, villę ſeu loci Paniſcholæ, ſi etiàm illuc vobis vel veſtrûm alicui (vt præmittitur) fuerit tutus acceſſus, alioquin in Eccleſia Dertuſenſi & in valuis Eccleſiarum maioris villæ ſancti Matthæi, aut villæ
*Cettariæ aut caſtri * Certariæ eiuſdem Dertuſenſis diœceſis, aut in alijs locis circunuicinis, quę ad hoc idonea decernimus, ī ipſorum locorū Eccleſijs inter ipſum Miſſarum ſolennia eaſdem noſtras literas alta & intelligibili voce publicè legatis, & legi faciatis per vos vel alium, eundemq́ue Benedictū citetis peremptoriè, ac vno edicto peremptorio pro omnibus, quem etiàm eodem noſtro nunc per eaſdem præſentes literas citamua, ad comparendnm perſonaliter in ECCLESIA Cathedrali Conſtantienſi, & in loco ſeſſionis noſtræ ad diem centeſimum, videlicet à die lectionis earundem literarum noſtrarum in audientia poblica prædicta, vel ad diem ſeptuageſimum à die citationis factæ, ad perſonam ſuam, vel ad valuas domicilij ſui (vt præmittitur) ità fieri contingat, alioquin à die citationis factæ & publicatæ in ECCLESIA Dertuſenſi prædicta. Quem terminum pro primo, ſecundo, tertio & peremptorio terminis aſſignamus, ad vidēdum & audiendnm ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis, & maximè ſuper crimine hæreſis & ſchiſmatis prędictorum tanquàm ſuper notorijs, & aliâs procedi ad omnes & ſingulos actus & articulos iudicij ſeu cauſæ huiuſmodi, vſque ad diffinitioam ſententiā incluſiuè, ipſamq́ue ſententiam videndum proferri & audiendum, prout iuria fuerit & prout vtilitati prædictæ vniuerſalis Eccleſiæ viſum fuerit expedire: intimando eidem publicè, prout etiàm noa per eaſdem literas intimamus, quòd ſiue venerit, ſiue non, nos etiàm ipſius abſentia diuina repleta præſentia, contra eum ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis vſque ad diffinitiuam ſententiam incluſiuè procedemus, prout ad vtilitatem ipſius vniuerſalis Eccleſiæ, mediante iuſtitia, videbitur faciendum. Volumus autem & mandamus, quatenùs eaſdem noſtras literaa, quas duplicandas & triplicandas, & tot quoties opus fuerit, multiplicandas mandamus & decernimus, in valuis maioris Eccleſiæ Dertuſenſis prædictæ affigatis, vel affigi faciatis, & affixas dimittatis per duas horas. Et deindè loco ipſarum noſtrarum literarum ſic affixarum, copiam illarum ſub ſigno alicuius notarij, eiſdē literis originalibus receptis, affigatis, vel affigi faciatis, & affixam dimittatis, quatenùs tottèa & in tot locis facta earundem literarum & citationis publicatio, omnis ignorāntię & tergiuerſationis locum excludat. Decernentes, quòd citatione huiuſmodi facta in audientia publica literarum, necnon in Eccleſia Dertuſenſi præfata, cum affixionibus ad valuas Eccleſiarum prædictarum (vt præmittitur) & alterius ipſarum & quælibet earundem citationum ſic valeat, & illum arceat poſt lapſum terminorum citationom ipſarum & cuiuſlibet earundem, àc ſi ad propriam ipſius perſonam citatus extitiſſet, & eidem perſonaliter noſtræ prædictæ literæ lectæ & præſentatę extitiſſent, omnes & ſingulos reges, principes ac dominos temporales, & præcipuè chariſſimum Eccleſiæ filium Alphonſum regem Aragonum, omneſque ſecularem ac temporalem exercentes iuriſdictionem, quocūque nomine ſiue titulo nuncupentur, requirimus ī fide Chriſti & DEI, voſq́ue nihilominùs ex parte noſtra requiratis, quatenùs vobis aut veſtrûm cuilibet in exequendis præmiſſis præbeant auxilium, cōſilium & fauorem, voſq; & veſtrûm, quēlibet ab omni impedimento vel impedimētis contra præmiſſa omnia & ſingula, quantùm in eis erit, protegant & defendant, mādantes vobis & veſtrûm ſingulis, prout ad quemlibet pertinebit, quatenùs nobis in noſtra generali ſeſſione de geſtis per vos & reſponſis fideliter ſub publicis inſtrumentis intra terminos citationum ipſarum relationem faciatis, & debitè prætenietis. Datum Conſtantiæ quarto calendas Decembris, anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimoſexto, in noſtra publica ſeſſione. Qua quidem citatione ſic lecta, reuerendus pater dominus Antonius Concordienſis, Alanus Leonenſis Epiſcopi, Gundiſſaluus Garſiæ de ſancta Maria decretorum doctor, Patricius* Carthagienſis & Nicolaus Merſburgenſis Epiſcopi, nomine nationum huius ſanctæ ſynodi,

ac Ioan-

ac Ioannes Epiſcopus Oſtienſis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis & vicecancellarius, nomine ſacri collegij dominorum Cardinalium reſponderunt, & quilibet eorum reſpondit, Placet.

SESSIO XXV.

ANNO Domini milleſimo quadringenteſimo decimoſexto, indictione nona, die verò lunæ decimaquarta menſis Decembris, fuit Seſſio generalis in maiori Eccleſia Conſtantienſi ſolenniter celebrata pro vnione oratorum & procuratorum magnifici domini comitis de Fuxo, & trium ſtatuum * dominorum ſuorum, ipſius & ſuorum illorum nominibus. Fuerunt autem dicti ambaſiatores reuerendiſſimus dominus Petrus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis de Fuxo, ac reuerendi patres Saucius Olorenſis & Bernardus Adurenſis epiſcopi. Fuitque ibidem modus & ordo ſeruatus in hac ſeſſione, ſicut in vnione ambaſiatorum regis Aragonum, prout in Seſſione vigeſimaſecunda ſuprà continetur. Poſtquàm verò facta fuit vnio & incorporatio ad ſacrum Concilium, dictorum oratorum & procuratorum præfati magnifici comitis de Fuxo, triumque ſtatuum dominorum ſuorum, reuerendiſſimus in Chr̃o pater dominus Bartholomęus Archiepiſcopus Mediolanenſis legebat ſchedulam tenoris ſubſequentis:

Decretum conceſſionis Olomucenſis Eccleſiæ in commendam.

Sacroſancta Conſtantienſis ſynodus concedit & committit cuſtodiam, curam, regimen & adminiſtrationem Eccleſiæ Olomucenſis, in ſpiritualibus & temporalibus in regno Bohemiæ & marchionatu Morauiæ vacantis pro præſenti, & legitima adminiſtratione carentis per obitum bonæ memoriæ Venceſlai Patriarchæ Antiocheni, qui authoritate Apoſtolica quoad viueret, eam habebat in commendam: in fauorem fidei, & vt neceſſitati & vtilitati ipſius Eccleſiæ occurratur, venerabili fratri Ioanni epiſcopo Lutomuſlenſi, vſq; ad electionem futuri ſummi Pontificis Romani, & expòſt ad tres menſes immediatè ſequentes, mandans & committens venerabili fratri Ioanni Epiſcopo Oſtienſi, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali & vicecancellario, literas ſuper hoc opportunas in forma debita & gratis de mandato expedire. Et poſt hæc de mandato Concilij prædicti fuit reſponſum per dominos ad hoc deputatos, videlicet reuerendos patres dominos Antonium Epiſcopum Concordienſem pro Italica, Ioannem protonotarium de Trembleio pro Gallicana, Gundiſſaluum de ſancta Maria pro Hiſpanica, Patricium Epiſcopum * Carthagienſem pro Anglicana, Nicolaum Epiſcopum Merſburgenſem pro Germanica nationibus & Ioannem Epiſcopum Oſtienſem Cardinalem Viuarienſem nomine Cardinalium per verbum, Placet.

SESSIO XXVI.

Pro vnione ambaſiatorum regis Nauarræ.

DIE Iouis vigeſimaquarta menſis Decembris, fuit Seſſio generalis in maiori Eccleſia Conſtantienſi ſolenniter celebrata, in qua fuit facta vnio ad ſacrum Conſtantienſe Concilium nomine illuſtriſſimi principis domini Caroli regis Nauarrę per ſuos ſolennes ambaſiatores, videlicet Guillermum Arnoldi Baionenſem, & Nicolaum Aquenſem epiſcopos, Eximium * Ayner canonicum & archidiaconum in Eccleſia Pampilonẽſi, in ſacra pagina magiſtrum, & Ioannem de Letoua legum Doctorem. Fuit autem in hac vnione Oratorum Regis Aragonum. Antequàm verò ſuprà nominati regis fieret dicta vnio & incorporatio, reuerendus pater dominus Franciſcus epiſcopus Aretinus legit quandam ſchedulam certorum ordinationis & decreti. Cuius tenor de verbo ad verbum ſequitur talis:

* Auor

Decretum de non derogando iuri alicuius nationis de prioritate votorum.

Sacroſancta generalis Conſtantienſis Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, pro bono eccleſiaſticæ vnionis, pacis & concordiæ nationũ, ex certa ſcientia declarat, ſtatuit, ordinat & decernit, quòd ſaluis ſemper honoribus, locis, prærogatiuis & excellentijs ſecundùm morem laudabilem & conſuetudinem Romanæ Eccleſiæ matris omnium Chriſti fidelium, ab antiquis debitis & conſuetis regibus ſingulis & principibus orthodoxis, & eorum ambaſiatoribus & nuncijs, tam in præſentia ſummi Pontificis, quàm alibi etiàm in hoc præſenti, & alijs quibuſcunque Concilijs generalibus, ratione ordinis in hoc ſacro Concilio obſeruati hactenùs, vel in poſterum obſeruandi inter nationes, ſiue in reſpondendo, ſiue in ſcribendo, aut ſigillando, vel aliâs per quaſcunque ſcripturas, ſigillationes, proteſtationes, ſeu collationes, aut aliqua huiuſmodi geſta ab ipſis, aut eorum præſidentibus, communiter vel diuiſim in ipſo ſacro Concilio, ſiue aliâs in congregationibus generalibus, ſiue ſpecialibus, ſeu locis alijs quibuſcunque & qualitercunque, ni-

hil omninò excellentiæ ſeu præeminentiæ aut cuiuſcunque alterius iuris, proprietatis aut poſſeſſionis, vel quaſi alicui nationi per præmiſſa, vel aliquod eorum acquiratur, ſeu acquiſitum ſit, ſeu quouis modo accreſcat, ſeu accreuiſſe cenſeatur circa prioritatem vel poſterioritatem, aut aliâs circa præmiſſa, illaque pŕohiber in ſutrum ad præmiſſa aut præmiſſorum aliquod quomodolibèt allegari. Et inſupèr ex ſuperabundanti cautela & ex certa ſcientia eadem ſacroſancta ſynodus omnia & ſingula, ex quibuſcunque, qualitercunquè, quomodocunquè, & vbicunquè in præmiſſis habita ſiue geſta aliqua, per quæ poſſit aliqua prioritas vel poſterioritas inter nationes eaſdem quomodolibèt argui vel notari, omninò pro infectis habent, quantùm ad effectum huiuſmodi, nullius efficaciæ, roboris vel momenti eſſe decernit, reſeruans ipſis nationibus & cuilibet earum ante præſens Cõcilium Conſtantienſe aliâs competentes & competentia, prouiſo quòd per præſentem ordinationem decretis, ſtatutis, ordinationibus & conſtitutionibus in prædicta ſancta ſynodo Conſtantienſi editis & promulgatis, non intendit aliâs in aliquo derogare, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque.

SESSIO XXVII.

In cauſa Tridentinenſi.

ANno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimoſeptimo, indictione decima, die verò ſabbati vigeſima menſis Februarij, fuit celebrata ſeſſio generalis in maiori Eccleſia Cõſtantienſi, præſidente in eadem reuerendiſſimo patre dño Ioanne epiſcopo Oſtienſi, ſanctæ Romanę Eccleſię Cardinali & vicecãcellario. Fuitq; peractũ officiũ Miſſæ per reuerẽdiſſimum patrem dominum Ioannem Patriarcham Antiochenum. Et ipſo officio Miſſæ expleto, legebantur litaniæ & aliæ deuotæ orationes more aliarum ſeſſionũ. His verò peractis, fuit accuſata contumscia Frederici ducis Auſtriæ, & aliorum in monitorio nominatorum, non curantium audire relationem fiendam per epiſcopos commiſſarios dictæ ſynodi ſuper executionis validitudine. Et deindè reuerẽdus pater dominus Martinus epiſcopus Aprutinus, vnus ex cõmiſſarijs in huiuſmodi cauſa, legit, quandã relationis papyri ſchedulam tenoris infraſcripti:

Relatio facta per commiſſarios in cauſa Tridentinenſi ſuper executione monitorij.

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis: Deuoti commiſſarij noſtri in cauſa Eccleſiæ Tridentinenſis dudùm per hanc ſanctam ſynodum deputati, vt ſe informarent ſimpliciter & de plano ac ſinè figura ac ſtrepitu iudicij, an monitorium aliâs per eandem ſanctam ſynodum contra illuſtrem Principem dominum Fredericum ducem Auſtriæ & alios quoſcunque occupatores & detentores Eccleſiæ & ciuitatis Tridentinenſis, necnon oppidorum, caſtrorum, terrarum & locorum, ac bonorum & iurium ad dictam ECCLESIAM Tridentinenſem pertinentium decretum, ſit debitè executum, & cum poteſtate citandi dictum dominum Fredericum ducem & alios quoſcũque detentores & occupatores ſupradictos, per edictum publicum in curia Romana, in valuis Eccleſiarum maioris & ſancti Stephani Conſtantienſis affigendum, ad dicendum & opponendum quicquid * voce vel in ſcriptis dicere, vel opponere voluerint contra dicti monitorij executionem, in dicta curia & in partibus factam, ac etiàm propter non apparitionem huiuſmodi monitorij, ad videndum & audiendum ſe declarari per dictam ſanctam ſynodum in pœnas in dicto monitorio contentas incidiſſe, & poſteà per eãdem ſanctam ſynodum commiſſum extitit, quòd præfati commiſſarij vel maior pars ipſorum præmiſſa facerent & exequerentur, & quæ ſuper his reperiſſent eidem ſanctæ ſynodo fideliter referrent: Dicunt, & referunt eidem ſacræ ſynodo, quòd coram ipſis pro tribunali ſedentibus, vocato dicto domino duce & alijs pro parte dicti domini epiſcopi, inſtrumenta & alia probationum genera dictarum executionum monitorij, tam in hac ciuitate Conſtantienſi, quàm in partibus in omnibus locis in ipſo monitorio deputatis per edictum publicum, cùm conſtet de non tuto acceſſu, fuerunt producta, & ſeruatis ſeruandis per eos ſecundùm formam eis traditam, auditoque procuratore & defenſore dicti domini ducis ad ſingulos actus citato, conſtet eiſdem ex productis dictas executiones & monitiones, fuiſſe & eſſe debitè in locis debitis factas & executas, ſecundùm formam prædicti monitorii, non obſtantibus exceptionibus pro parte aduerſa propoſitis, & terminum in dicto monitorio dicto domino duci & occupatoribus prædictis conſtitutum, dudùm lapſum eſſe, nec eoſdem monitos docuiſſe ſatiſfactum, aut paritum monitioni. * verbo

SESSIO XXVIII.

In cauſa Tridentinenſi.

DIe Mercurij tertia menſis Martij fuit ſeſſio gñalis in maiori Eccleſia Conſtantienſi ſolenniter celebrata, præſidente in eadem domino Ioanne epiſcopo Oſtienſi.

Fuitque

Digitized by Google

Ezec 39. Fuitque celebratum in ea Officium Miſſæ cum introitu, Cùm ſanctificatus fuero, &c. per reuerendiſſimum patrem dominum Ioannem Patriarcham Antiochenũ. Et prædicto officio completo, ſuperuenit ibidem ſereniſſimus princeps dominus Sigiſmundus Romanorum & Hungariæ &c. rex, cum ſuis nobilibus. Deindè verò legebantur Litaniæ & aliæ orationes, quæ in ſeſſionibus legi ſolent. Prædictis verò peractis, accuſata priùs cõtumacia domini Frederici ducis Auſtriæ & aliorum non audientium ſe declarari incidiſſe pœnas contentas in monitorio, reuerendus pater dominus Nicolaus epiſcopus Merſeburgenſis in contumaciam dictorum ducis Auſtriæ & aliorum, pronũciauit eoſdem incidiſſe in pœnas contentas in monitorio, prout in ſchedula quam manibus tenebat, & legebat de verbo, ad verbum, cuius tenor eſt inferiùs inſertus, continetur. Et veniendo in eadem ſchedula ad inſertionẽ monitorij, propter prolixitatem & laborem dominus Petrus de Lomburga, aliàs de Polonia, legebat monitorium, aliàs decretum: & eo finito, dominus Nicolaus epiſcopus præfatus continuauit * ſententiam declarationis vſque ad finem.

*lectutam

DECLARATIO IN CAVSA Tridentinenſi.

Sacroſancta generalis Conſtantienſis ſynodus, Eccleſiam Catholicam repræſentans, in Spirituſancto legitimè congregata, ad futuram rei memoriam. Decet ſanctam matrem Eccleſiam, eos qui ſalutis monita obſtinata elatione contemnunt, non dimittere incorrectos, neque impiorum proteruiam ſinè digna caſtigatione præterire. Sanè cùm dudùm de anno Domini milleſimo quadringenteſimo decimoquinto & menſe Auguſti, grauis querela venerabilis fratris Georgij epiſcopi Tridentinenſis ad nos perueniſſet, quòd nobilis Fredericus dux Auſtriæ, ipſum in canonica poſſeſſione Eccleſiæ ciuitatis Tridentinenſis, ac oppidorum, caſtrorum, terrarum, villarum, locorum, iurium, & aliorum bonorum ad eandem Eccleſiam pertinentium, aliàs ſexdecim annis pacificè exiſtentem, temerè & de facto ſpoliaſſet, ac eandem per nouem annos detinuiſſet, ac detineret indebitè occupatam, ac ipſum cepiſſet & in carceribus mancipatum, pluribus grauibus violentijs affeciſſet, literaſque quaſdam promiſſionis & iuramenta metu & impreſſionibus extorſiſſet contra ſuam & Eccleſiaſticam libertatem ab eodem: quodque idem Fredericus chariſſimo Eccleſiæ filio Sigiſmundo Romanorum Regi ſemper Auguſto; cui ſuper hoc per ipſum Georgium Epiſcopum fuerat delata querela, vinculo iuramenti ſe adſtrinxiſſet, eiuſdem ſereniſſimi regis ſuper his ſtare præceptis, dictoque rege per ſententiam declarante & præcipiente Eccleſiam & bona ſpoliata ac prefata occupata eidem Georgio per ipſum ducem reſtituenda fore, facere prætermiſit, notam periurij manifeſtè incurrens. Quapropter hæc ſancta Synodus, vocato dicto duce, qui tunc in dicta ciuitate Conſtantienſi aderat, auditiſque ſuis defenſionibus per ſuos aduocatos & procuratores tam in Seſſionibus publicis, quàm alijs congregationibus ſtatutis & deputatis ad eandem cauſam, quæ iura & munimenta partium receperunt hincindè producta, cùm inſtaret dictus Georgius epiſcopus per literas monitorias prefatum Fredericum ducem, & alios occupatores & detentores, necnon vaſſallos, nobiles, capitaneos, officiales & ſubditos Eccleſiæ Tridentinenſis, & ciuitatis & aliorum bonorum prædictorum, ſub penis, ſententijs & conſtitutionibus diuę memoriç Caroli Quarti contra tales facinoroſos & ſacrilegos editis, & alijs grauioribus, requiri & moneri pro reſtitutione dictæ Eccleſiæ & bonorum prędictorum, ac plenaria ſatisfactione, & aliàs ſibi de opportuno remedio prouideri. Quapropter eadem ſacroſancta ſynodus ſuper notorietate & alijs ſeruatis ſeruandis in cauſa huiuſmodi certinrata ad plenum, eandem notorietatem & facti euidentiam & alia in ipſa cauſa agitata attendens, volens indemnitati Eccleſiæ prouidere, nec minùs animarum ſaluti dicti ducis & aliorum occupatorum & detentorum, necnon vaſſallorum, nobilium, capitaneorum, officiariorum & ſubditorum prædictorum conſulere, pręhabita, deliberatione matura, vndecimo Calendas Decembris ſequentis eiuſdem anni monitoriũ decreuit, cuius tenor ſic incipit:

Decretum monitorij.

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, vniuerſis & ſingulis Christi fidelibus ſalutem & omnipotentis Dei benedictionẽ. In Cõſtātien. Cõc. Seſſ. 20.

Grauem querelam venerabilis fratris noſtri epiſcopi Tridentinenſis, &c. & ſic finit, Literas monitoriales contra dictum Fredericum ducem & occupatores & detentores huiuſmodi, partibus ipſis auditis, & ſeruatis ſeruandis, prædictis partibus ad hoc legitimè citatis, decreuimus fore concedẽdas, decernimus, & concedimus in forma quę ſequitur, quæ quidem forma, ſic incipit:

Monitorium decretum in forma.

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, vniuerſos & ſingulos venerabiles fratres Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, &c. ſic finit, Quibus & cuilibet veſtrum in pręmiſſis dabimus plenam fidem. Datum Conſtantię vndecimo Calendas Decembris, anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimodecimoquinto, Apoſtolica ſede vacante. In Cõſtātien. Cõc. Seſſ. 20.

Poſt hæc de anno Domini milleſimo quadringenteſimo decimnſexto, cùm iam dictus Fredericus dux per anteà de hac ciuitate Conſtantienſi receſſiſſet, ipſa ſynodo inconſulta, præfatumque monitorium in eius præſentia & ſuorum aduocatorum & procuratorum præſentia decretum, propter quendam tractatum concordiæ, quem ſperabat in actis cauſæ plenè conſtare, in eius perſonam legitimam non potuerit habere executionem, per edictum ſecundùm formam monitorij antedicti. Et quia per eandem ſanctam ſynodum cõſtituti fuerunt commiſſatij tam de collegio reuerendiſſimorum patrum dominorum ſanctę Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, quàm de nationibus ſingulis ad cognoſcendum, videndum & examinandum, an antedictum monitorium eſſet debitè executum: Dictiſque commiſſarijs referentibus, ex productis cõſtare, dictum monitorium fuiſſe debitè & in locis deputatis executum, conſtetque notoriè dictum Fredericum ducem & alios occupatores & detentores, necnon vaſſallos nobiles, capitaneos, officiarios, & ſubditos ſuptadictos, nullatenùs præceptis in dicto monitorio contentis paruiſſe, ſed eundem Fredericum ducem & alios occupatores & detentores ſupradictos, dictam Eccleſiam Tridentinenſem, ciuitatem terras, oppida, caſtra, villas & alia iura & bona prædicta tenere indebitè & contumaciter occupatas & occupata, contra ſententiam & præceptum ſereniſſimi regis Romanorum, cui iureiurando ſtare promiſit, de quo & eius obligatione conſtat publicis documentis: ideò volens præfata ſynodus tantam inobedientiã & rebellationem notoriam vlciſci cum Apo-

1.Tim. 1. d

2.Tim. 4. c

ſtolo, nè tanti mali peruerſitas tranſeat præſumptoribus in exemplũ, per hanc ſententiam quam fert in his ſcriptis, pronunciat, decernit & declarat, dictum Fredericum ducem Auſtriæ, anathematis & ſacrilegij vinculis innodatũ, perintijq; * reũ, necnon pœnas priuationis & inhabilitationis in conſtitutione Carolina prædicta contentas, eundem Fredericũ ducem & alios occupatores & detentores, tã eccleſiaſticos q̃ ſeculares, vaſſallos, nobiles, capitaneos, officiarios & ſubditos inobedientes & rebelles eccleſiæ & ciuitatis Tridentinenſis, ac oppidorum, caſtrorũ, terrarũ, villarum & locorum, necnon iurium & bonorũ dictæ Eccleſiæ, cuiuſcunq; ſtatûs, gradûs, conditionis, dignitatis, aut præeminentiæ, etiàm ſi ducalis fuerint, pœnas, ſententias & cenſuras alias in dicto monitorio cõpræhenſas & expreſſas incidiſſe, ipſiusq; Frederici ducis Auſtriæ & aliorum occupatorum, detentorum, & alia loca quæcunque eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto. Vndè eadẽ ſacroſancta ſynodus diuerſos & ſingulos venerabiles fratres Patriarchas, Archiepiſcopos, epiſcopos, ac dilectos eccleſiæ filios abbates, priores, præpoſitos, decanos, archidiaconos, ſcholaſticos, cantores, theſaurarios & canonicos tã cathedralium q̃ collegiatarum, parochialiumque Eccleſiarum rectores, & loca tenentes eorundem, cæteroſque * plebanos curatos & non curatos, clericos, notarios & tabelliones publicos per Italiã & Alemaniã conſtitutos, & aliâs vbilibèt & eorum quemlibet in ſolidum, ad quẽ, vel ad quos p̃ſentes noſtræ literę peruenerint, tenore pręſentium requirit, atque monet primo, ſecundo, tertio & perẽptorio terminis, communiter & diuiſim, eiſque & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub excommunicationis pœna latæ ſentẽtiæ diſtrictè præcipiendo mandat, quatenùs ſtatim viſis præſentibus, dictum Fredericum ducem Auſtriæ anathematis & ſacrilegij vinculis innodatum, periurijque * reatum, necnon pœnas priuationis & inhabilitationis prædictas, ac eorundem & occupatores ac detentores, vaſallos, nobiles, capitaneos, officiarios & ſubditos inobedientes, & rebelles, prædictas pœnas, cenſuras & ſententias alias in dicto monitorio contentas, incidiſſe, ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis in eorum Eccleſijs monaſterijs & capellis infra MISSARVM ſolennia, dum ibidèm populi multitudo ad diuina audiendum, aut aliâs congregata fuerit, etiàm aliâs vbi & quandò & quotiès expediens fuerit. Et poſtquàm vigore præſentium ipſi, ſeu aliquis eorũ requiſiti fuerint, ſeu fuerit requiſitus, pulſatis campanis, candelis accenſis, & demùm extinctis & in terram proiectis, publicè denuncient & euitent, & ab alijs publicè, quantùm in eis erit, denunciari & euitari ab omnibus Chriſti fidelibus faciant & permittant. Et præſentem noſtram declarationem, ſeu ſententiam, & omnia, & ſingula in eis contenta, publicent, inſinuent, & ad intellectum Chriſti fidelium adſtantium exponant, & plenariè exequantur, donèc & quouſquè ſuper præmiſſis abſolutionis beneficium meruerint obtinere, & à prædictis rebellionibus deſtiterint, & debitè ſatisfecerint, aut aliud à dicta ſacroſancta ſynodo vel futuro ſummo Pontifice habueritis in mandatis. Et quia idem Fredericus dux Auſtriæ, Pharaonis imitatus duritiem, morè aſpidis ſurdæ obturauit aures ſuas, huius ſanctæ Synodi preces & monita, ſuorumque amicorum & præfati regis ſententiam & iuſiurãdum deſpiciens, tanta exigente duritia, cogitur hæc ſancta ſynodus de finali remedio prouidere, cùm nihil proſit ſententias ferre, niſi ſit qui eas debitę executioni demandet. Committit ergò præfata ſancta Synodus præfato chariſſimo filio Eccleſiæ defenſori & aduocato Sigiſmundo regi Romanorũ ſemper Auguſto, cuius ſpecialiter intereſt, ad requiſitionẽ Eccleſiæ contritas & oppreſ-

ſas

Marginal notes: *reatum — * presbyteros — *reum

ſas eccleſias reſtaurare, & eccleſiaſticas perſonas à violentijs & iniurij defenſare, & eãdem ſententiam executioni demandare, & cæteris principibus ac Chriſtifidelibus, vt ad reſtitutionem dictæ Eccleſiæ & ciuitatis Tridentinæ & omnium bonorum & iurium ipſius, & eius integram libertatem & indemnitatem ſeruandam, contra dictum Fredericum Auſtriæ ducem & alios occupatores & detentores præfatos, vt noſtrum præfatum monitorium realem executionẽ obtineat, brachium impendant fauorem & auxilium gladij & potentiæ omnimodæ ſecularis. Decernit inſupèr hæc ſancta ſynodus ad pleniorem executionem habendam, proceſſum cõtra omnes intruſos & intrudẽdos in dicta Eccleſia & ciuitate Tridẽtina, ac caſtris, oppidis, terris, villis, locis, poſſeſſionibus, iuribus & bonis einſdem, & cõtra adhęrentes idem duci Frederico & occupatoribus & detentoribus ac intruſis & intrudendis, ac contra dantes auxilium, cõſilium aut fauorem. Quem quidem proceſſum etiàm omnes & ſingulos proceſſus neceſſarios & opportunos committit venerabili Petro Epiſcopo Straguriensi, cum poteſtate ſubdelegandi, & alijs clauſulis in forma debita & conſueta, ſupplens quoque eadem ſynodus omnem ſolennitatis defectum, ſi quis forſan fuerit in præmiſſis. Lectis autem his, reuerẽdiſſimus dominus Ioannes epiſcopus Oſtiẽſis Cardinalis Viuarienſis, iuxta conſenſum & voluntatem omnium nationum, & aliàs propter diſcordiam nationum quo ad ordinem, reſpondit pro vice præſenti per verbũ, Placet.

SESSIO XXIX.

ANno & indictione quibus ſuprà, die verò Lunæ octaua mẽſis Martij, fuit celebrata ſeſſio generalis in Eccleſia Conſtantienſi, pro accuſatione contumaciæ domini Petri de Luna, Benedicti decimitertij in ſua obedientia nuncupati, in qua reuerẽdus pater dominus Nicolaus epiſcopus Aquenſis, Miſſam de Spirituſancto celebrauit, & reuerendiſſimus pater domin⁹ Ioannes epiſcopus Oſtienſis, ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalis & vicecancellarius, præſedit. Litanijs autem alijsque orationi-
Mat.18.b bus cum Euãgelio, Dixit Ieſus Petro, Si pec-
Luc.17.a cauerit in te frater tuus, &c. cõpletis, fuit ſeruatus iſte ordo: Primò fuit lecta per dominũ Stephanum epiſcopum Dolenſem ſchedula, cuius tenor ſequitur in hunc modum:

Deputatio procuratorum & notariorum in cauſa contra Petrum de Luna.

Sacroſancta generalis Conſtantienſis ſynodus conſtituit & deputat dilectos Eccleſiæ filios, magiſtros Ioannem de Scribanis, & Henricum de Piro, & eorum quemlibet in ſolidum ità quòd non ſit melior conditio occupãtis, promotores, proſecutores & miniſtros cauſæ & proceſſus inquiſitionis contra dominum Benedictum decimumtertium à ſibi obedientibus nominatum, & inſupèr omnes & ſingulos ſedis Apoſtolicæ, & alios nationum in eadem ſancta ſynodo exiſtentium notarios, & eorum quemlibet in ſolidum, notarios atque ſcribas in cauſa & proceſſu prædictis. Qua lecta, dominus Cardinalis præſidens reſpondit pro toto Concilio, Placet. Quo facto, aduocatus conſiſtorialis inſtantibus dominis proſecutoribus & miniſtris, propoſuit decretum citationis per edictum, & illius executionem ad diem centeſimum, qui illa die incidebat, & produxit bullam Decreti citationis & inſtrumentum executionis, aſſerens ſigna notariorum in inſtrumento poſita, eſſe ſigna illorum quorum eſſe inſcribuntur in illis. Et accuſauit contumaciam dicti domini Petri, & petijt illum alta voce vocari ad valuas Eccleſiæ, & ad hoc deputari duos vltimos Cardinales diaconos, videlicet de Comitibus & Florentinum, duos ſedis Apoſtolicæ & alios Concilij notarios, & reſpondit præſidens pro toto Concilio, Placet. Tunc dicti Cardinales & notarij iuerunt ad valuas Eccleſiæ, & reuerſi retulerunt per Cardinalem Florentinum, illũ vocâſſe trina vice alta voce, & neminẽ comparuiſſe. Et aduocatus conſiſtorialis facta relatione, petiit iterùm dominum Petrũ reputari contumacem. Tunc Cardinalibus p̃ſidens, mandauit legi per Epiſcopum Dolẽſem ſchedulam infra ſcripti tenoris.

Ordinatio lecta ſuper contumacia domini Petri de Luna.

Hæc ſacroſancta ſynodus, præmiſſa, propoſita & petita per aduocatum conſiſtorialem admittit, ſi & inquantùm ſint admittenda de iure, & mandat notarijs einſdem ſynodi & cauſæ præſentis, propoſita, petita & producta huiuſmodi, atque vocationem & relationem præmiſſas: Et quòd idem dominus Benedictus ſic vocatus & ſufficienter expectatus, minimè comparuit, nec compáret, redigi inter acta. Et de præmiſſis fieri publica inſtrumenta, quotquot fuerint opportuna, vt eadem ſynodus ſuper præmiſſis deliberet, iudicet & decernat, prout de iure fuerit faciendum, quam deliberationem dicta ſynodus ſibi retinet faciendam quandò ſibi viſum fuerit opportunum.

Qua lecta, idem dominus præſidens pro toto Concilio reſpondit, Placet. Et quòd vox præſidentis ſit vox totius Concilij, q̃ñ primò de conſenſu omnium nationum conſtiterit. Nanque propter diſcordiam nationum Hiſpanicæ & Anglicanæ, quæ prior reſponderet pro toto Concilio, Placet & de alijs prærogatiuis, fuit per nationes & Car- Diſſenſio inter Hiſpanos & Anglos ob præcedentiam.

dinales

Digitized by Google

dinales ordinatum, quòd præſidens reſponderet pro toto Concilio, Placet. Et ad hoc ſuper quolibet actu fiendo haberet conſenſum Cardinalium, & ſchedulam illius actûs ſignatam per notarios nationum, & conferret cum lectura quæ fieret.

SESSIO XXX.

In qua Concilium approbat ſubtractionem obedientiæ factam per regem Aragonum ipſi Petro de Luna.

DIe Mercurij decima ſupradicti menſis Martij, fuit ſeſſio generalis in maiori Eccleſia Conſtantienſi ſolenniter celebrata. In qua quidem ſeſſione reuerendus pater dominus * Stephanus epiſcopus Cephaludenſis, officiū Miſſæ de Spirituſancto deuotè decantauit: & reuerendiſſimus in Christo pater dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis & vicecancellarius, huiuſmodi ſeſſioni præſedit. Interfuit etiàm ſereniſſimus princeps dominus Sigiſmundus Romanorum & Hungariæ rex, cum multis ſibi adſtantibus principibus. Et lectis Litanijs, ac alijs deuotis orationibus cum Euangelio, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Quoniam oportet ſemper orare, & non deficere, &c. nuncij & oratores Concilij, qui fuerāt per Cōcilium ad hoc deſtinati, fecerunt relationem per organum domini Bernardi de * Planca decretorum doctoris, quomodò in caſtro Paniſcholæ Dertuſenſis diœceſis cum fauore & auxilio illuſtriſſimi principis domini Alphonſi regis Aragonum fuerant, & Petrum de Luna Benedictum decimumtertium in ſua obedientiam nuncupatum, in propria perſona apprehenderāt, ac quòd ipſum citauerat iuxta formam & tenorem citatorij ab ipſo Concilio decreti. Ipſeque Petrus de Luna reſponſionem dederat, prout hæc & alia in ipſis inſtrumentis per dictum dominum Bernardū exhibitis, ac de verbo ad verbum perlectis, pleniùs continētur. Promotores verò Concilij petiērunt apud acta regiſtrari. Poſt hæc autem venerabilis vir dominus Petrus de Lompurga in decretis licentiatus, quandam decreti ſchedulam perlegit tenoris ſubſequentis.

* Antoni⁹

Luc. 18. a

* Plāthea
* Plāchea

Concilium approbat ſubtractionem obedientiæ factam per regem Aragonum.

Sacroſancta Cōſtantienſis ſynodus generalis, in Spirituſancto legitimè congregata:

Quoniam inter alia virtuoſa & laude digna, quæ piæ memoriæ quondàm Ferdinādus rex Aragonum & Siciliæ pro extirpatione execrandi ſchiſmatis, quod ab octo ferè luſtris citra non permiſit Eccleſiam catholicam ſub vnico gubernari paſtore, dinoſcitur peregiſſe ordinationem quandam aduersùs idem ſchiſma, & pro vnione Eccleſiæ catholicæ feliciùs conſequenda eum promulgâſſe cognouimus, eadem ſacroſancta ſynodus Conſtantienſis cauſis & motiuis in præfata ordinatione expreſſis plenè inſpectis & diligenter examinatis, de quorum veritate facta extitit eidem ſynodo plena fides, & attento præcipuè tunc atque nūc vniuerſalis Eccleſiæ ſtatu, & quòd ſinè regia prouiſione præfata perpetuandi ſchiſmatis imminebat & immineret periculum, ac præſtabatur, & præſtaretur ſacro præfato Concilio, & conſequenter vnioni Eccleſiæ periculum manifeſtum, eò præſertim, quòd idem dominus Benedictus ſic in ſua obedientia nominatus, conabatur per ſibi adhibitam obedientiam, iam dictum priùs Cōcilium multipliciter impedire, & impediuiſſet de facto, ſi mandatis eius obtemperatum fuiſſet. Quod inter alia ex eo ſatis appàret, quòd etiàm * cùm obedientia ſibi ſubtracta fuerat, per literas ſuas prælatis & capitulis, nè ad dictum ſacrum Concilium accederent, inhibere præſumpſit. Ideò eadem ſacroſancta ſynodus ex certa ſcientia & cauſa debitè cognita, ad perpetuam rei memoriam, & vt cunctis clareat rei veritas benè geſta, declarat ordinationem prædictam à prædicto Ferdinando quondam rege iuſtè & legitimè editam & promulgatam fuiſſe, & per eum ac illuſtrem principem dominum Alphonſum, eiuſdem domini Ferdinandi primogenitum & regem modernum, ſeruatam. Ipſamque præſenti decreto dictis ex cauſis approbat & confirmat, decernitque illam per omnia debuiſſe & debere ab omnibus fidelibus obſeruari, iuxta ipſius ſeriem ac tenorem.

* vbi

Concilium reuocat quandam conſtitutionem Petri de Luna, quę incipit, Ad futuram.

Eadem quoquè ſancta ſynodus Conſtantienſis, quandam conſtitutionem dudùm (vt dicitur) à dicto domino Benedicto ſic in ſua obedientia nuncupato, editam, quæ incipit, Ad futuram rei memoriam. In dierum ſucceſſu creſcente malitia ſic videmus mundum, &c. & finit, Datum Maſſiliæ apud ſanctum Victorem decimoquarto Calendas Iunij, Pontificatûs noſtri anno decimotertio: declarat nullatenùs comprehendere caſum regiæ ordinationis prædictæ, conſequenter reges ipſos dictam ordinationem condendo, promulgando, obſeruando vel obſeruari faciendo, etiàm alios obſeruatores eiuſdem cōtra dictam conſtitutionem in aliquo non veniſſe, ipſamque ſi & inquantùm regiæ ordinationi præfatæ in caſu præmiſſo factæ, aut promulgatæ, aut obſeruatoribus eius quomodolibèt obuiaret, tanquàm impeditiuam in hac parte vnionis Eccleſiæ, inueteratique ſchiſmatis nutritiuam,

nutritiuam, omniaque indè ſequuta decernit & prouinciat nullius fuiſſe aut eſſe roboris, efficaciæ vel momenti. Poſt prædicta dictus reuerendiſſimus dominus Cardinalis vicecancellarius, nomine totius ſynodi reſpondit, Placet.

SESSIO XXXI.

Die Mercurij vltima ſupradicti menſis Martij, in Eccleſia maiori Conſtantienſi fuit Seſſio generalis celebrata, & in eadem ſeſſione fuit dictum officium Miſſæ de Spirituſancto per reuerendiſſimum patrem dominum Martinum Epiſcopum Aprutinenſem Reuerendiſſimus verò pater dominus Ioannes epiſcopus Oſtieñ. ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, huiuſmodi ſeſſioni præſidebat. Litanijs autem & alijs orationibus expletis per dictum dominum præſidentem, more ſolito pontificalibus indutum, legebantur per dominum Antoniũ epiſcopum Concordienſem, & Petrum de Polonia, ſucceſſiuè ea quæ ſequuntur.

Monitorium contra comitem Virtutum.

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, vniuerſis Chriſti fidelibus ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem. Dudum cùm
*perueniſſet ad audientiam noſtram * peruenerit, fama publica referente, quòd nobilis vir Philippus comes Virtutum, nonnullique alij in hac parte commiſſarij & officiales ſui ipſius de mandato & aſſenſu, ac ratum & gratum
for.* fratrem noſtrum habendo, contra venerabilem * fratrem Albertum epiſcopum Aſtenſem, patrem & paſtorem animarum ſuarum, cui obedientiam & reuerentiam debitas facere tenebantur, & qui vnà nobiſcum in hoc ſacroſancto Concilio generali onera humiliter ſupportauit, ac de ſpeciali licentia noſtra ad ſuam ſe tranſtulit Aſtenſem Eccleſiam, nulla ſumpta occaſione iuſta, temerariè & iniuſtè in dictum dominum Epiſcopũ vi armata, auſu ſacrilego manus inijcientes violentas, eundem ignominioſè ad caſtrum, quod Vetus dicitur, dictæ ciuitatis Aſtenſis perduxerunt, ibique carceribus manciparunt & detinuerunt, prout detinent etiàm incarceratum de præſenti, ſacrilegium & excommunicationem aliaſque cenſuras eccleſiaſticas & pœnas iuris & conſtitutionis prouinciæ Mediolanenſis Eccleſiæ (cuius dicta Aſtenſis Eccleſia ſuffraganea exiſtit) circa hoc editas & prolatas, & in partibus per ordinarios declaratas, damnabiliter incurrendo: Nos de tantis tamque grauibus exceſſibus (vt ſuprà fertur) nobis relatis, qui inter cætera ad vniuerſalis Eccleſiæ reformationem ſumus hic congregati, ad quos ſuper quibuſcunque queſtionibus (ſi quas intentare volebat contra Epiſcopum præfatum) habere poterat recurſum, non immeritò dolentes, volentes ſuper his inquirere veritatem, ipſo comite (vt dicebatur) procurante per ſuos nũcios, venerabilibus fratribus Papienſi & Nouarienſi epiſcopis dari conceſſimus in mandatis, vt ſuper obiectis per ipſum comitem aduerſùs ipſum Epiſcopum diligenter inquirerent veritatem, & vocatis præfato Philippo Comite & qui forent euocandi, de præmiſſis omnibus & ſingulis ac eorum circunſtantijs vniuerſis ſimpliciter & de plano ſinè ſtrepitu & figura iudicij ſe diligentiùs informarent. Et ſi dictum Epiſcopum in aliquo culpabilem reperirent, ipſum ſub fida cuſtodia retinerent, ac retineri facerent, donèc aliud à nobis, ſeu Romano futuro pontifice haberent in mandatis, necnon informationem huiuſmodi in ſcriptis fideliter redactam, ſub eorum clauſis ſigillis, ad noſtram præſentiam tranſmitterent, vt indè ſuper hoc conſultiùs agere valeremus. Si verò per informationem eandem dictum Epiſcopum minimè culpabilem reperirent, ipſum facerent plena libertate gaudere. Cuius quidem conceſſionis mandati tenorem hîc haberi volumus pro ſufficienter expreſſo. Verùm poſtmodùm nonullorum fidedignorum relatione percepimus, quòd literæ noſtræ ſuper huiuſmodi conceſſionis mandato executæ non fuerunt, dictique Epiſcopi propterea ſuper præmiſſis procedere minimè valuerunt. Nos igitur, ſuper præmiſſis priùs ſummaria informatione authoritate noſtra facta, attendentes quòd ſubditi in eorum prælatos, & laici in clericos nullam habent iuriſdictionem & poteſtatem, & quòd præmiſſa in libertatis eccleſiaſticæ & paſtoralis dignitatis vilipendium non modicum & ſcandalum plurimorum redundare dignoſcuntur, nolentes huiuſmodi offenſam (ſicut nec debemus) ſub diſſimulatione tranſire, & licèt contra prædictos comitem eiuſque commiſſarios & officiales, in præmiſſis poſſemus iuris ſeueritatem exercere, tamen ad eos magis conuincendos mitiùs agere volentes, committimus infraſcriptis fratribus noſtris vel eorũ alteri, quòd ſi per ſummariam informationem, quòd ipſum comitem eiuſque commiſſarios & officiales tutus non pateat acceſſus, conſtiterit, nè propterea tanti tamq; graues exceſſus noſtris conniuentibus oculis remaneant impuniti, per hoc præſens publicum edictum legendum & publicãdum, ac in valuis maioris Papienſis & Nouarienſis & Aſtenſis Eccleſiarum cathedralium affigendum, dictum Philippum comitem, eiuſque commiſſarios, officiales & quoſcunque alios, qui culpabiles fuerint in præmiſſis,

miſſis, in eos & eorum quemlibet ſub excommunicationis & interdicti, & in eiſdem eccleſijs, ciuitate Aſtenſi ac cæteris terris & locis dictæ ciuitati & eidem comiti ſubiectis quocunque titulo, pœnis quas ferimus in his ſcriptis, (ſi monitioni huiuſmodi non paruerint cum effectu) primò, ſecundò, tertiò requiratis & moneatis, quem & quos tenore præſentium requirimus & monemus, quatenùs infra duodecim dies poſt lectionem, publicationem & affixionem præſentium, vt ſuprà faciendas, immediatè ſequentes, quorum duodecim dierum quatuor pro primo, quatuor pro ſecundo, & reliquos quatuor dies pro tertio & peremptorio termino ac canonica monitione prædicta, Philippo comiti eiuſque commiſſarijs & officialibus huiuſmodi præfigimus & aſſignamus, præfatum epiſcopum abſque quolibet contradictionis obſtaculo infra tres menſes à die relaxationis ipſius coram nobis perſonaliter acceſſurum, & ibidèm iuri pariturum, libertati ſuæ priſtinæ reſtituat, cum familia vniuerſiſq; bonis ſuis abſque diminutione aliqua, realiter & cum effectu, offerentes dicto comiti & cuilibet poſcenti bonum & breue iuſtitiæ complementum de perſona præfati epiſcopi miniſtrare. Quòd ſi forſan huiuſmodi noſtris monitioni & requiſitioni in dicto termino parére contempſerint, nè propter viarū diſcrimina dicti Epiſcopi Aſtenſis differatur libertas, & ni parcatur laboribus & expenſis, præfatis venerabilibus fratribus Papienſi & Nouarienſi epiſcopis, ſtantibus prope dictam ciuitatem Aſtenſem ad duas diætas, ſecundùm conſuetudinem patriæ committimus & mandamus, quatenùs ſimul aut ipſorū alter qui primò fuerit requiſitus, poſt eiuſdem termini lapſum, authoritate noſtra eandem ciuitatem Aſtenſem & terras, dominia & loca ad dictam ciuitatem ſpectantia & pertinentia, interdicti ſententias incurriſſe, dictumq; comitem eiuſque commiſſarios, officiales & ipſius perſonam excōmunicationis ſententiam eadem authoritate incidiſſe declarent: Eccleſiam verò ac etiàm ciuitatem & communitatem, ac terras, dominia & loca prædictas, & prædicta, eccleſiaſtico ſubiacere interdicto, iuxta conſtitutionem Viennenſis Concilij, quæ incipit, Si quis ſuadente, vocatis euocandis, in eorumque Papienſi & Nouarienſi & alijs quibuſcunque eccleſijs, tam cathedralibus quàm collegiatis vniuerſis, infra Miſſarum ſolennia, alijſque eccleſijs populum, ibidèm ad diuina audiendum congregato, publicè per ſe vel alios denuncient & euitent, & ab alijs ità denunciari & euitari faciant, & permittant tandiù, donèc à nobis vel futuro Romano pontifice aliud deſupèr habuerint in mandatis. Et ſi (quod abſit) prædictas pœnas interdicti & excommunicationis dictus Philippus comes ac commiſſarij & officiales pdicti animis ſuſtinuerint induratis, ad omnes alias pœnas ſpirituales & temporales authoritate præſentium procedere valeant, quibuſcunq; alijs pœnis eis à iure vel ab homine occaſione prædicta ibidèm illatis & inferendis in ſuo robore permanſuris, necab aliquo abſolutionis beneficium, niſi à futuro Romano pontifice, vel à nobis præterquàm in mortis articulo, valeant obtinere. Volentes nihilominùs & hæc ſacra ſynodali authoritate decernētes, quòd huiuſmodi literæ noſtræ modo & forma præmiſſis executæ, dictos ſic requiſitos & monitos, & quemlibet eorum arceant taliter & adſtringant, ac perindè valeant, plenamq; obtineant roboris firmitatem, ac ſi eiſdem & eorum cuilibet in propria perſona lectæ & inſinuatæ fuerint ac præſentaliter publicatæ, non obſtante quòd eidē Philippo comiti vel quibuſuis alijs communiter vel diuiſim à ſede Apoſtolica indultum exiſtat, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mētionem, contradictores cenſura ſimili, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, non obſtantibus etiàm cōſtitutionibus ſeu alijs editis in contrarium quibuſcunque. Datū Conſtantiæ ſecundo Calendas Aprilis, anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimoſeptimo, indictione decima, Apoſtolica ſede vacante.

DECRETVM SVPER REDINTEgratione Eccleſiæ * Bayonenſis. *Baioneñ.

SACROSANCTA generalis Cōſtantienſis ſynodus, &c. Attendens ad reformationem & redintegrationem vniuerſalis ac etiàm omnium cathedraliū eccleſiarum, quæ ſchiſmate præſenti durante habebant vel habent epiſcopos diuerſarum obedientiarum, per quos ipſæ cathedrales eccleſiæ monſtruosè in capite & in membris videbantur & videntur gubernari, ſtatuit & ordinat, quòd Eccleſia Bayonenſis, quæ etiàm duos ſimul per plures annos habuit epos, & inter alios bonę memoriæ Petrū, qui fuit de obediētia Balthaſaris, tunc Ioānis Papæ vigeſimitertij in ſua obediētia nūcupati, nouiter defunctū, & ſuperſtitē venerabilem fratrem Guillelmū hic pſentem, qui fuit creatus per Petrum de Luna, Benedictum decimūtertiū in eius obedientia nūcupatum, deincèps per Guillermum epiſcopum regatur ac verus epiſcopus ipſius eccleſiæ, necnon epiſcopatus Bayonenſis vnicus cenſeatur, & illi clerus & populus ciuitatis & diœceſis Bayonenſis in omnibus cōſuetis, licitis & honeſtis, vt eorum vero epiſcopo & paſtori obediant, & ipſe eos benignè viceuerſa pertractet, prout ad eius pontificale officium pertinet de conſuetudine vel de iure

iure. Inhibentes nihilominùs venerabili capitulo ipſius eccleſiæ, oē ad electionem alicuius loco ipſius defuncti Epiſcopi vllatenùs procedant, ſed in illa ſuperſedeant, prout etiàm iuxta quędam capitula dudùm per oratores noſtros ex vna, & quoſdam alios tunc de prædicta obedientia præfati Petri exiſtentis in regno Aragoniæ fuit definitum & concluſum, quæ quidem capitula per nos ſolenniter approbata fuerunt. Quodque etiàm venerabilis frater Archiepiſcopus Auxitanenſis, cui prædicta eccleſia metropolitano iure ſubeſt, ad confirmationē alicuius electionis forſitan factæ, vel fiendæ, ad prouiſionem alicuius in Epiſcopum eccleſiæ prædictæ non procedat. Et quia etiàm prædictus Petrus, ſeu Clemens ſeptimus etiàm in eadem obedientia nominatus, eius prædeceſſor, quatuor alijs de quatuor canonicatibus & præbendis eiuſdem Eccleſiæ, licèt in dicta Eccleſia pro parte obedientię dicti Balthaſaris numerus canonicorum ab antiquo inſtitutus completus fuiſſet, prout de præſenti, prouidit, quibus quidem Domino Guillermo epiſcopo & canonicis quatuor aſſignauit,* quòd bona immobilia, necnon iura, fructus, redditus, prouentus & emolumenta ad capitularem menſam dictæ Eccleſiæ pertinentia, in Caſtellæ & Nauarræ regnis exiſtentia, & illa etiàm ad ius & proprietatem ipſius menſę reducimus, ità quòd ipſi quatuor canonici deincèps poſſint apud eandem Eccleſiam perſonaliter reſidere, ac horis conſuetis & diuinis officijs intereſſe, ac ſtallum in choro & locum in capitulo cum ipſis alijs canonicis dictis habere, ac in omnibus fructibus, redditibus &c. prædictæ menſæ vt veri canonici ipſius eccleſiæ participare, dicto canonicorum numero non obſtante, quodque nullus in locum alicuius decedentis, aut aliter canonicatus & præbendas ſuas ipſius Eccleſiæ quomodolibèt, præterquàm per ſpontaneum ceſſum dimittentium ipſius Eccleſiæ canonici Apoſtolica, vel ordinaria authoritate admittantur, quouſquè ad dictum numerum ſit deuentū: ac decreuit dicta ſancta Synodus irritum & inane, ſi ſecùs ſuper his factum fuerit, aut fieret in futurum.

for.* quoque

SESSIO XXXII.

ANNO & indictione quibus ſuprà, die verò Iouis prima menſis Aprilis, Conſtantiæ in Eccleſia maiori in loco Seſſionis ſolito prælatis exiſtentibus in * pluuialibus & cum mitris, fuit generalis huius ſanctæ ſynodi Conſtantiēſis Seſſio celebrata: pro cuius introitu reuerendiſſimus pater dominus Ioannes Patriarcha Antiochenus Miſſam de beata Virgine celebrauit. Reuerendiſſimus verò pater dominus epiſcopus Oſtienſis, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis & vicecancellarius, indutus pontificalibus, huiuſmodi Seſſioni præſedit. Ac demùm litanijs & orationibus conſuetis cum debità ſolennitate cōpletis, inſtantibus promotoribus Concilij, fuit accuſata contumacia Petri de Luna per dominum Ardecinum aduocatum. Et iuxta petitionem ipſius dictus dominus Ioannes Epiſcopus Oſtienſis huiuſmodi Seſſioni præſidens, nomine Concilij deputauit reuerendiſſimos patres dominos Odonem de Columna, & Lucidum de comitibus diaconos Cardinales, tunc in ordine Cardinaliū poſtremos, reuerendosq́; patres Feltrenſem & Merſburgenſem epiſcopos, quibus dedit in mandatis, vt ipſi vnà cum protonotarijs, & notarijs, atque ſcribis huius cauſæ cum curſore Sedis Apoſtolicæ, dictum Petrum de Luna, ad valuas Eccleſiæ iuxta mores antiquos uocarent, & ipſi ſynodo vocationem referrēt. Qui quidem domini deputati, vnà cum Iacobo Rhodini & Thoma Poltenſi protonotarijs Apoſtolicę ſedis & huiuſmodi cauſæ notarijs, ac Franciſco de Mediolano Apoſtolicæ ſedis curſore, locum ſeſſionis exeuntes, acceſſerunt ad valuas eiuſdem eccleſiæ. Et præfatus Franciſcus curſor ipſum Petrum de Luna alta voce vocauit ſub his verbis: Eſtne hìc dominus Petrus de Luna, Benedictus XIII. in ſua obedientia nūcupatus, vel aliquis pro eo qui compareat, reſponſurus coram ſacro Concilio in cauſa ſchiſmatis & hæreſis contra ipſum mota? Cumque nec ipſe nec aliquis pro eo comparuiſſet, aut reſponſum dediſſet, dicta vocatione trina vice facta, ipſius ſynodi promotores & vnà cum eis Benedictus de Guildelotis de Peruſio, cameræ APOSTOLICÆ clericus, nomine huius ſanctæ Synodi ſuper huiuſmodi vocatione & non comparitione, & non reſponſione, petiêrunt inſtrumētum & inſtrumenta. Quibus ſic peractis, Cardinalis de Colūna vnus ex deputatis pręmiſſis, commiſſionē eis factam, à dicto Cōcilio adimpleuiſſe, dictumq́; Petrum de Luna modo præmiſſo per curſorem trina vice vocâſſe, nec ipſum Petrum, vel aliquem pro eo ibidèm comparuiſſe, aut reſponſum dediſſe, dictæ ſanctæ ſynodo remſit: & deindè Franciſcus de Mediolano curſor præfatus, de præmiſſa vocatione fecit relationem. His ſic peractis, dominus Ardecinus aduocatus prædictus, vocationem & relationem huiuſmodi petijt inter acta huiuſmodi cauſæ regiſtrari. Et deincèps reproducta bulla citationis, aliâs contra ipſum Petrum de Luna decreta & executa, dominus Bernardus de *Planchea, vnus de executoribus dictę citationis per Concilium deputatis, de his quę circa ſępedictę citationis executionem feciſſet, fecit relationem, dicens in effectu, quòd ab ipſo Concilio receperant ipſe & collegę ſui in mandatis, vt Petrum de Luna Benedictum decimumtertium in ſua obedientia

* plumalibus

Odo iſte paulopòſt fit Papa Martinus quintus.

Odo ſpòſt factus Martin' quintus.

* Plāthea

Digitized by Google

dientia nuncupatum, citarent iuxta formam & tenorem literarum citatoriarum. Quas quidem literas citatorias iam de nouo factas & in ſcriptis reproduxit, adiungens quòd nupèr vigore illarum literarum ipſe & egregius vir Lambertus de Stipite ſuus collega, ad caſtrum Paniſcholæ Dertuſenſis diœceſis acceſſerent, & eundem dominum Benedictum decimumtertium, à ſibi obedientibus ſic nominatum, perſonaliter appræhenſum, præſentibus pluribus ſuis Cardinalibus & alijs prælatis, clericis, ac hominum multitudine copioſa, ſecundùm formam & tenorem literarum citatoriarum ad perſonam ſuam citârunt, eaſdem de verbo ad verbum in ſua præſentia legerunt, ipſaſque & contenta in eiſdem executioni demandârunt, prout in quodam executionis inſtrumento publico etiàm die relationis aliàs per eum & ſuos collegas factæ exhibito, dixit pleniùs contineri, quod inſtrumentum iterùm facto reproduxit & depòſt publicè idem executionis inſtrumentum fuit lectum, & ſufficienter per teſtes recognitum. Quæ omnia præmiſſa dominus Ardecinus aduocatus petijt inter acta regiſtrari, & præfati Petri de Luna, ſic (vt præmittitur) citati contumaciam accuſauit. Ipſumque, quoniam nec in primo termino, qui erat octaua die Martij, nec etiàm in præſenti termino comparuit, contumacem reputari, & in cauſa huiuſmodi ad vlteriora procedi per ipſam Synodum, inſtantiſſimè poſtulauit. Iſtis ſucceſſiuè (vt præmittitur) factis reuerendiſſimus pater dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis, huiuſmodi ſeſſionis præſidens, fecit legi quoddam decretum per reuerendum patrem dominum Stephanũ epiſcopũ Dolẽſem tenoris ſequẽtis:

Hæc ſacroſancta Synodus, auditis & conſideratis relatis, propoſitis, productis & petitis, præfatum Benedictum ſic in ſua obedientia nuncupatum, legitimè citatum, vocatum & expectatum, non comparentem, & qui in octaua Martij, ad quam etiàm citatus extiterat, non comparuit, pronunciat, reputat & declarat contumacem, decernitque in eius contumaciam, eius abſentia Dei repleta præſentia non obſtante, fore in cauſa huiuſmodi vlteriùs etiàm vſq; ad diffinitiuam ſententiam incluſiuè procedendum. Volens autem in eadem cauſa matuiè & cum ſumma grauitate procedere, committit dilectiſſimis Eccleſiæ filijs Guillermo tituli ſancti Marci presbytero, & Franciſco tituli ſanctorum Coſmæ & Damiani, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, atque Ioanni electo patriarchæ Conſtantinopolitano, necnon venerabilibus fratribus Roberto Saresbirienſi, Ioanni Lichfeldenſi, & Stephano Dolenſi epiſcopis, ac dilectis Eccleſiæ filijs Guillermo Pulchri nepotis Franciæ, Ioanni de *Podemitis generali ordinis Prædicatorum, in obedientia Petri de Luna, Benedicti decimitertij nuncupati in ſua obedientia, magiſtris in ſacra pagina, Michaeli de Nauers vtriuſque iuris Aragonum, & Ioanni de Ledena legum, Nauarræ regum illuſtrium oratoribus, Iacobo electo Parmenſi, Hermanno de Dwerck ſedis Apoſtolicæ protonotario, Roberto abbati Cluniacenſi, Nicolao Vuordis vtriuſque iuris, Petro Nardi, Henrico Fleckel, decretorum, ſedis Apoſtolicæ capellanis & auditoribus cauſarum palatij Apoſtolici, & Ioanni *Rellis decretorum doctoribus, quatenùs ipſi vel eorum maior pars examinent articulos, quos offerri contigerit, coram dicta ſynodo, vel coram dictis commiſſarijs, & eis examinatis, ſup illis qui ipſis vel eorum maiori parti admittendi videbuntur, de quorum articulorum receptione & eorundem admiſſione, præfata ſynodus dictis commiſſarijs, vel eorum maiori parti plenam confert & committit poteſtatem. Ipſi autem duo ex eis ad minùs, ſuper articulis prędictis, & alijs offerendis & eorum veritate & notorietate teſtes & alia probationum genera recipiant, iurariq; faciant, & examinent diligenter, ità quòd occupantium conditio melior non exiſtat, neque per aliquorum inchoationem, aliorum derogetur poteſtati: ſed duobus aut pluribus negocium huiuſmodi examinationis & receptionis teſtium inchoantibus, cęteri & quilibet duo ſiue bini ex illis, etiàm ſeorſùm & ſeparatìm, ac eodem vel diuerſis temporibus teſtes & alia probationum genera etiàm ſuper articulis & alijs inchoatis recipere, examinare, ac mandatum huiuſmodi valeāt exequi, teſtiumque atteſtationes & probationes alias vel *eorum effectum eidem ſacræ ſynodi fideliter referant, vt exindè eadem ſancta ſynodus ſuper præmiſſis procedat, decernat, & iudicet, prout ſecundùm Deum, iuſtitia & æquitatem fuerit faciendum. Mandat inſupèr & committit eadem ſancta ſynodus præfatis cõmiſſarijs, & duobus (vt præmittitur) ex illis, quatenùs ad dies, horas, & loca opportuna eũdem Benedictum ſic (vt præmittitur) nominatum, citent, & citari faciant peremptoriè publicè coram ipſis in locis prædictis ad videndum, etiàm recipi, produci, iurare teſtes, & alia probationum genera in cauſa huiuſmodi quatenùs opùs erit, cum poteſtate citandi & cogendi teſtes pręfatos quoſcunque, ſi qui forſan à dicta depoſitione ſe ſubtraxerint. Proteſtatur etiàm eadem ſancta Synodus, quòd per quoſcunque actus, ordinem, ſeu terminos iudiciarios ſeruatos vel ſeruandos in hac cauſa, formæ proceſſùs, quę de iure ſeruanda eſt, aut ſeruari ſufficit in notorijs, renunciare non intendit, neq; ad ſeruandũ iudiciarium ordinem *ſe obſeruare adſtringit quouis modo. Qua ſchedula lecta, reuerendiſſi-

*Pedemõtis

*Vallis

*earum

*ſe adſtringere quouis

rendiſſimus pater dominus Oſtienſis præſidens, nomine huius ſanctæ ſynodi ſuper dicta ſchedula & cõtentis in ea, reſpondit per verbum, Placet.

SESSIO XXXIII.

ANno & indictione quibus ſuprà, die verò Mercurij, duodecima menſis Maij, fuit celebrata ſeſſio generalis in maiori Eccleſia Conſtantienſi. In qua reuerendiſſimus pater dominus Nicolaus Archiepiſcopus Gneznēſis Miſſam celebrauit. Fuitque præſidens huic ſeſſioni reuerendiſſimus pater dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis, vicecancellarius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Et intererat huiuſmodi ſeſſioni sereniſſimus princeps dominus Sigiſmundus Romanorum & Hungariæ rex, indutus veſtimentis Imperialibus, coronam in capite habens, adſtantibus ſibi reuerēdiſſimis in Christo patribus & dominis, domino Angelo Pręneſtino & Iordano Albaneñ. epiſcopis, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, illuſtriſſimis principibus Rodolpho Saxoniæ in enſe, Ludouico Bauariæ ducibus in pomo, & Frederico Marchione Brādeburgenſi in ſceptru, & habitibus conſuetis ſibi ſeruientibus. Demùm lectis Litanijs vnà cum alijs deuotis orationibus, vt moris eſt, aſcenderunt ambonem deputati & commiſſarij in cauſa hæreſis &c. contra Petrum de Luna, in qua reuerendiſſimus pater dominus Guillermus tituli ſancti Marci, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter Cardinalis fecit relationem, dicens in effectu quòd ipſi commiſſarij proceſſiſſent in cauſa, ad ea quæ eis fuiſſent commiſſa, quia primò ipſum Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium in ſua obedientia nominatum, ad dandum & dari videndum articulos vocaſſent, & deindè certos articulos per procuratores cauſę oblatos recepiſſent, eosque ad probandum admiſiſſent, teſteſq; 38. Cardinales, Archiepiſcopos, Epiſcopos, prælatos, doctores & alios ſuper eiſdem recepiſſent, iurareq; feciſſent, ac eos diligenter examinâſſent. Inſuper dicto Petro de Luna ſic ſufficienter vocato, nonnulla iura per procuratores producta in modum probationis recepiſſent, eaque probari feciſſent, & probata eſſe decreuiſſent, & hæc omnia & alia per eos in hac cauſa acta, in actis redigi feciſſent, prout in regiſtro in hac cauſa per eos fieri mandato pleniùs continentur, offerētes ſe pleniùs & explicitè magis relaturos, quādò ſynodus duxerit mandandum. Relatione autem huiuſmodi facta, accuſabatur contumacia Petri de Luna, non videntis aperiri dicta teſtium in huiuſmodi cauſa productorum, & in contumaciam petebatur iterùm in valuis maioris Eccleſię vocari, & ad vocandum aliquos deputari, atque extunc reuerendiſſimus pater dominus Ioannes Oſtienſis huiuſmodi ſeſſioni præſidens, nomine ſynodi deputauit reuerendiſſimos patres & dominos ad vocandum præfatum Petrum de Luna, videlicet Odonem de Columna, Lucidum de Comitibus Cardinales, Viennenſem archiepiſcopum, Feltrenſem, Tridentinenſem & Lichfeldenſem epiſcopos, & Antonium Taxal generalem ordinis ſanctæ Mariæ de Mercede, Thomam Polienſem, & Iacobum Rhodini ſedis Apoſtolicæ protonotarios, vnà cū præſentis cauſę ſcribis, & Franciſcū de Mediolano ſanctæ Apoſtolicæ ſedis curſorem. Qui deputati, vocârūt & citârūt præfatū Benedictū per curſorē antedictum, in hunc modū; Eſt hic Petrus de Luna, Benedictus decimustertius in ſua obedientia nūcupatus, vel aliquis pro eo qui compareat pro eo, ad videndum aperiri dicta teſtium &c. Deindè dictis deputatis de valuis reuertentibus, dominus Lucidus Cardinalis de Comitibus, nomine condeputatorum retulit, ipſam vocationē per curſorem antedictum trina vice fuiſſe factā, neminemq; ibi comparuiſſe, aut aliquod verbū reſpondiſſe. Quo facto, & iterùm petito publicari dicta teſtiū; & decerni terminum ad dicendū contra dicta huiuſmodi, reuerendus pater & dominus, dominus Stephanus epiſcopus Dolenſis legebat quandam decreti papyri ſchedulam tenoris ſubſequentis:

Decretum de publicatione atteſtationum & citatione ad contrà obijciendum.

HÆc ſacroſancta generalis ſynodus Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium in ſua obedientia nuncupatū, vocatum legitimè & non comparentē, reputat cōtumacē, & in illius cōtumaciam teſtes, atteſtationes & dicta teſtiū in præſenti cauſa inquiſitionis mota & pendente contra eundem Petrū de Luna, Benedictum decimumtertium à nonnullis nūcupatum, productorum & examinatorum, publicat, ac pro publicatis habet, & decernit eidem Petro de Luna Benedicto copiam dictarum atteſtationū & totius præſentis proceſsûs fieri, & aſſignat eidem Petro de Luna, Benedicto (vt præmittitur) vocato, terminum peremptorium ad diem Sabbati proximum manè hora ſeptima in præſenti Eccleſia & loco ſuperiori prope altare ſeſſionis ad dicendum, obijciēdum, & proponendum coram commiſſarijs nupèr ad teſtes recipiendos & examinandos & cætera per eandem ſynodum deputatis, quicquid dicere, obijcere, vel proponere voluerit contra teſtes in hac cauſa productos, & eorum dicta, necnon contra inſtrumenta, *regiſtralia, & alia quęcunque producta & in tota ipſa cauſa & ſingulis eius regiſtra

diſcurſibus, & ad hoc ipſum peremptoriè ci-
tar, præfatiſq́; commiſſarijs & eorum maio-
ri parti, cæteriſq́; etiàm minimè impeditis
* audiẽdi ad * audiendum & * recipiendum omnia,
* incipiẽdi quicquid dicere, obijcere & proponere vo-
* cogno-ſcendi luẽrit, & ſuper illis * cognoſcendum, atque
* faciendi omnia & ſingula * faciẽdum, quæ ad cauſam
& proceſſum huiuſmodi pertinent & perti-
nebunt, vſque ad ſententiam diffinitiuã ex-
cluſiuè, ac ſuper eorum dependẽtibus, emer-
gentibus & connexis, dat eadem ſancta ſyno-
dûs plenam & liberam poteſtatem. Proteſta-
tur autem eadem ſancta ſynodus, ꝙ per hũc
proceſſum aut alium quemcunq́; in futurum
fiendum in huiuſmodi cauſa, à forma pro-
ceſsûs ſuper notorijs, quam ſufficit ſeruare
de iure, recedere non intendit. Qua itaq́; de-
creti ſchedula lecta, per reuerendiſſimum
in Chriſto patrem & dominum, dominum
Ioannem Epiſcopum Oſtienſem, ſanctæ Ro-
manæ Eccleſiæ Cardinalem & vicecancella-
rium, huiuſmodi ſeſſioni præſidentem, no-
mine ſynodi fuit reſponſum, Placet.

SESSIO XXXIIII.

DIE Sabbati quinta menſis
Iunij, anno à natiuitate
Domini milleſimo qua-
dringenteſimo decimoſe-
ptimo, indictione decima,
fuit ſeſſio generalis p ſan-
ctam ſynodum Conſtantienſem in maiori
Eccleſia Conſtantiæ ſolenniter celebrata. In
* Cino-men. qua reuerẽdus pater dominus Thomas * Se-
nonenſis Epiſcopus, Miſſam de tempore ce-
lebrauit. Præſedit autem reuerẽdiſſimus do-
minus Ioannes Epiſcopus Oſtienſis Cardina
lis & vicecancellarius, & dictis demùm Lita-
nijs & orationibus cõſuetis, cum Euangelio
Luc. 14 d ſecundùm Lucam, Homo quidam fecit cœ-
nam magnam, domini commiſſarij in cauſa
contra Petrum de Luna, aſcenderunt ambo-
nem: & reuerẽdiſſ. pater dñs Guillermus Car
dinalis tituli Sancti Marci, de ſuorum colle-
garum conſenſu ſibi aſſiſtentium pro themate
* incipiat te aſſumens, Tempus eſt vt * veniat iudiciũ
1. Pet. 4. d à domo Dei, &c. quod per pulchrè deducẽs,
proceſſum per ipſum & ſuos collegas con-
tra Petrum de Luna, à quibuſdam Benedi-
ctum decimumtertium nuncupatum, iuxta
commiſſionem eis deſupèr factam, habitam
integrè narrauit & recitauit, vnà cũ proba-
tionibus articulorum ſimpliciter in huiuſ-
modi cauſa productis. Et facta dicta relatio-
ne, reuerendi patres dñi Dolenſis & Lich-
feldenſis Epiſcopi, reſpondẽdo articulos le-
gerunt, videlicet ſummam probationẽ ſcri-
ptam, ſuper quolibet articulo dicendo poſt
lecturam articuli: Iſte articulus de veritate
& notorietate probatur per tot teſtes & ta-
les, declarando dignitates & gradus teſtium.
Et his peractis, reuerendus pater & dominus
Epiſcopus Concordienſis legebat quoddam
decretum, cuius tenor ſequitur:

Hæc ſacroſancta ſynodus, audita relatio-
ne proceſsûs & probationum & aliorũ acto-
rum in cauſa inquiſitionis pendente coram
eadem ſancta ſynodo contra Petrum de Lu-
na, Benedictum decimumtertium à nonnul-
lis nuncupatum, ſuper ferenda ſententia &
alijs in cauſa huiuſmodi fiendis deliberabit:
poteſtatem autem aliâs cõceſſam commiſſa-
rijs in dicta cauſa, præterquàm ad citandũ
eundem Petrum de Luna ad audiendũ ſen-
tentiam per eandem ſynodum ferẽdam, nõ
intendit reuocare, ſuper qua citatione atque
ſententia nullam dictos commiſſarios vult
habere poteſtatem. Super præmiſſis domi-
nus Ioannes Epiſcopus Oſtienſis huiuſmodi
ſeſſioni præſidens, nomine ſynodi reſpon-
dit, Placet.

SESSIO XXXV.

Vnio ambaſiatorum domini regis Caſtellæ & Legionis.

DIE Veneris decimaoctaua mẽ-
ſis Iunij ſupradicti, ſeſſio ge-
neralis in maiori Eccleſia Cõ
ſtantienſi fuit ſolenniter cele-
brata cui interfuit ſereniſſi-
mus princeps Sigiſmundus Romanorum &
Hungariæ &c. rex, cum inſignijs regalibus,
& multis principibus & nobilibus ſibi adſtã-
tibus & ſibi ſeruientibus. Et ante iſtius ſeſſio-
nis officium ſiue orationes ſolitas & cõſue-
tas, prælati pluuialibus induti, mitras capiti-
bus impoſuerunt. Conſequenter reuerendi
patres & domini, nobiles & ſtrenui viri ſe-
reniſſimi principis domini Ioannis regis Ca
ſtellæ & Legionis ambaſiatores, & cũ eis Pe-
trus de Lomburga de Polonia, ambonẽ aſcẽ-
derunt, ac ipſi ambaſiatores tria in effectu fa
cere pro præſenti ſeſſione propoſuerunt, vi-
delicet primò Concilium Conſtantienſe cõ-
uocare, ſecundo præſenti congregationi in
Conſtantia ſe vnire, tertiò ſubiectionem obe
dientiæ factã in Narbona iuxta capitula ibi-
dèm cõcordata approbare. Et deindè Petrus
de Lomburga, legit quoddam procuratoriũ
regis Caſtellæ. Quo lecto, frater Ludouicus
de Valle Oleti, vnus de ambaſiatoribus dicti
regis, de conſenſu ſuorum coambaſiatorum
legit quandam ſchedulam cõuocationis, vnà
cum bulla Concilij conuocatoria, domino
regi Caſtellę prędicto per ſynodũ miſſa, iux-
ta capitula concordata Narbonæ, cuius ſche-
dulæ conuocationis tenor talis eſt:

Schedula conuocationis.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinita-
tis: Nos Didacus Conchenſis Epiſcopus, &
Ferdinãdus Petri de Ayala maior pręfectus
Guiſpuſtræ, ſereniſſimi dñi regis Caſtellæ
conſiliarij, Ioannes Epiſcopus Pacẽn. Mar-
tinus

tinus Ferdinandi domicellorum præſes, Ferdinandus Martini de * Danabeñ. Segobienſis, & Didacus Ferdinandi Palentineñ. Eccleſiarum Decani, Decretorum doctores, frater Ludouicus de Valle Oleti ordinis prædicatorum, in theologia magiſter Pariſienſis, Ioannes Ferdinandi de Rupeſtore Decretorum doctor, oratores & procuratores præfati ſereniſſimi domini Ioannis regis Caſtellæ & Legionis, ac ſereniſſimæ dominæ reginæ Caſtellæ, & omnium quorum intereſt & intereſſe poteſt. Ad pacem & vnionem ſanctæ matris Eccleſiæ puris ac ſynceris affectibus anhelantes, volenteſque & intendentes adimplere conuentionem in Narbona initam inter ſereniſſimum principem & dominum, Sigiſmundum Romanorum & Hungariæ regem ſemper Auguſtum, ac reuerendos patres procuratores, nuncios & legatos præſentis congregationis Conſtantienſis ex vna, & oratores ac procuratores ſereniſſimi principis domini Ferdinandi claræ memoriæ Aragonum & Siciliæ regis, tam ſuo proprio nomine, quàm tutorio & tutoris nomine præfati ſereniſſimi domini regis Nauarræ, necnon illuſtris principis Ioannis comitis Fuxi ex alia partibus, præſentamus nos in hoc loco coram paternitatibus veſtris, offerentes nos ad exequendum dictam conuentionem ac omnia & ſingula in ea contenta, & ſumus nunc attendentes, quod in primo capitulo dictæ conuentionis continetur, quòd conuocatio dictarum obedientiarum fiat per prælatos cæteroſq; viros eccleſiaſticos huius congregationis per literas directas ad reges, principes, prælatos ac alias perſonas de obedientia dicti domini Benedicti ſic nuncupati. Quòd viceuerſa præfati domini reges, principes, prælati & aliæ perſonæ dictæ obedientiæ domini Benedicti ſic nuncupati, debeant vos præfatos dominos prælatos & cæteros de congregatione præſenti per ſuos ambaſiatores aut literas hic in Conſtantia conuocare. Et attento etiàm quòd literæ conuocatoriæ pro parte veſtra domino noſtro regi Caſtellæ iam præſentatæ fuerunt, quas etiàm ipſe omnibus prælatis & alijs perſonis quibus dirigebantur, intimari fecit modo debito, prout per inſtrumenta indè confecta patebit, cùm fuerit opportunum, volumus & nos ſatisfacere dicto capitulo, cuius tenor quantùm ad literas conuocatorias quæ in eis continetur, talis eſt:

Miſeratione diuina Epiſcopi, presbyteri & diaconi Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, prælati & cæteri in Conſtantia prouinciæ Moguntinenſis in Chriſti nomine congregati, illuſtri principi, prout ſuperiùs continetur, &c. Qua ad finem lecta, idem frater Ludouicus legit, vt ſequitur: Cui quidem capitulo ſatisfacere volentes, conuocamus vos omnes prælatos & cæteros dominos de hac congregatione iuxta tenorem dicti capituli.

* Danabs

Conſtan. Conc. ſeſſ. 20.

Conſtantieñ. Cõc. ſeſſ. 20.

His ſic lectis, reuerendiſſimus pater dominus Bartholomæus Archiepiſcopus Mediolanenſis aſcendens in ambonem, legit in hæc verba.

Schedula acceptationis conuocationis.

Nos miſeratione diuina Epiſcopi, presbyteri & diaconi Cardinales, Patriarchę, Archiepiſcopi, Epiſcopi, prælati & cæteri hîc congregati, dictam conuocationem acceptamus, & offerimus nos paratos ſinè dilatione quacunque ad procedendum ad vlteriora.

Et inſupèr requirimus vos oratores & procuratores prædictos, quatenùs ad vnionem faciendam nobiſcum procedatis iuxta tenorem tertij capituli conuocationis prædictę, quæ talis eſt: Tertiò, quòd præfatus de obedientia dicti domini Benedicti decimitertij per quoſdam &c. vt ſuperiùs continetur, cuius tamen totum tenorem legebant. Et expòſt frater Ludouicus de Valle Oleti præfatus, quo ad ſecundum principale, quandam vnionis ſchedulam legebat in hæc verba:

In Cõſtãt. Conc. ſeſſ. 20.

Schedula vnionis.

Nos oratores & procuratores præfati, dictis nominibus vnimus nos vobis iuxta tenorem capituli Narbonenſis prædicti, approbãtes & laudantes omnia quæ poſt vnionem Aragonenſem, contra dominum Benedictum agitata ſunt & proceſſa pridèm, & eodem modo àc ſi per hanc vnionem noſtrã ab hac ſancta ſynodo nobis intereſſentibus facta foret. Qua vnione facta, præfatus dominus Archiepiſcopus Mediolanenſis legebat in hunc modum:

Schedula acceptionis vnionis.

Nos prælati & cæteri congregati vt ſuprà, dictam vnionem* noſtram acceptamus, profitentes vos vice & nomine præfati ſereniſſimi domini regis Caſtellæ per omnia debitis modo & forma ac tempore contentis in dicto capitulo tertio, ſatisfeciſſe, & econuersò nos vobis oratoribus & procuratoribus prędictis nominibus iuxta tenorem eiuſdẽ capituli vnimus. Quibus ſic factis, reuerendiſſimus pater dñs Ioannes Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis & vicecancellarius, nomine totius ſynodi reſpondit, per verbum, Placet.

for. * veſtram

Subſequenter oratores & procuratores illuſtriſſimi domini INFANTIS Henrici ac ordinis ſacrę militiæ Sancti Iacobi de Spata generalis magiſtri, ambonem aſcendentes, omniaque & ſingula facta & acta per dominos ambaſiatores & oratores regis Caſtellæ prædictos approbantes & laudantes, conuocationem fecerunt ſimili modo vt ipſius regis Caſtellæ ambaſiatores, & ſimiliter ſe huic congregationi veniêrunt, prout ſuper iſtis conuocatione & vnione frater Ioannes de ſancto Iacobo, ordinis Minorũ, vnus de

ambaſiatoribus prædictis, de ſuorum ambaſiatorum conſenſu quandam papyri ſchedulam legebat ſub huiuſmodi tenore:

Schedula conuocationis Ioſaotis Henrici.

Nos Vitalis de Scoto miles commendator de * Camata, frater Ioannes de ſancto Iacobo ſacræ paginæ profeſſor, Gatſias de Vergara miles, Ioannes Alphonſi decretorum baccalaurei, procuratores & oratores illuſtriſſimi domini Infantis Henrici ac ordinis ſacræ militiæ Sancti Iacobi de Spata generalis magiſtri, ſimili modo conuocamus vos omnes prælatos & cæteros dominos de hac congregatione iuxta tenorem dicti capituli. Deinde idem frater Ioannes legit, vt ſequitur:

*Carnata,

Schedula vnionis eioſdem.

Nos oratores ſupradicti, dicto nomine vnimus nos vobis iuxta tenorem capituli prædicti. Super quibus omnibus & ſingulis promotores Concilij petiêrunt inſtrumentum & inſtrumenta, & depòſt fuit cantatũ, Te Deum laudamus. Quo finito, reuerendiſſimus pater, dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis Cardinalis ad præſidendum iuit, & officium ſeſſionis ſolitum ſolenniter incipiebatur. Et lectis Litanijs alijſq́ue conſuetis, præfatus Archiepiſcopus Mediolanenſis vnà cum ambaſiatoribus regis Caſtellæ ambonem aſcendit, & legit ſchedulam ſequentem, legendo etiàm illa capitula concordata Narbonæ, de quibus ſuprà faciebat mẽtionem, quæ ſuperiùs inſerta fuerunt, vbi agebatur de confirmatione eorum.

Confirmatio capitulorum,

Cõſtãtieñ. Conc. ſeſſ. 20.

Sacroſancta generalis Conſtantienſis ſynodus in Spirituſancto legitimè congregata viſo & conſiderato capitulo ſecundo ex capitulis Narbonenſibus inter chariſſimũ Eccleſiæ filium Sigiſmundum Romanorum & Hungariæ regem illuſtrem, & dilectos ipſius eccleſiæ filios promotores & nuncios dictæ ſynodi ex vna, & procuratores ac oratores chariſſimorum dictæ Eccleſiæ filiorũ dominorum, Ferdinandi claræ memoriæ Aragonum & Siciliæ regis, tam ſuo proprio nomine, quàm tutorio & tutoris nomine, Ioannis Caſtellæ & Legionis, necnon oratores Nauarræ regum, & illuſtrium & dilectorum eiuſdem Eccleſiæ filiorum Fuxi & Armeniaci comitum partibus ex altera concordatis, cuius quidem ſecundi capituli tenor ſequitur ſub his verbis: Secũdò, quatenùs dictę conuentionis &c. volens in omnibus obſeruare dictũ capitulũ, promittit, ratũ habet, ſecurat ſpecialiter, cõfirmat, & nouiter firmat, & ſtatuit, & decernit in omnibus & per omnia, prout in dicto capitulo pleniùs continetur. Viſo etiàm quarto capitulo incipiente, Quartò, quòd per dictum voiendum Concilium &c. abolet, tollit, & irritat quoſcunque proceſſus, ſententias, decreta, ordinationes, ſtatuta & pœnas, &c. vt in dicto cap. cõtinet, vſq; ibi, & q ſtatuat. Itẽ ſtatuit, q nunq̃ decęterò ratione vel occaſione dicti ſchiſmatis aut adhęſionis dicti dñi Bñdicti & ſui prędeceſſoris dñi Clemẽtis, poſſit cõtra dictos dños reges, principes, prę́latos & alios de obediẽtia dicti dñi Bñdicti quomodolibèt procedi in iudicio, vel extra, vt in fine dicti capituli cõtinetur. Viſo etiàm quinto dictorũ capitulorũ incipiẽte, Quintò, q per dictũ formandũ Cõciliũ &c. approbat, laudat, firmat, & meliori modo quo fieri poteſt, pleniſſimè confirmat oẽs & ſingulas cõceſſiones, diſpenſationes & gratias, factas per dominum Benedictum prædictum quibuſuis perſonis ſuæ obedientię de quibuſuis dignitatibus, &c. vt in dicto capitulo continetur. Viſo etiàm vndecimo dictorum capitulorum incipiente, Vndecimò, quòd dictus dominus rex Romanorum &c. & attento quòd dicitur ibi, & q in primo ſeſſione &c. dicta ſancta ſynodus facit, concedit, ſtatuit & ordinat in omnibus & per omnia, prout in dicto capitulo continetur. Quibus ſic lectis & completis, reuerẽdi patres Iacobus Rhodini ſedis Apoſtolicę protonotarius, & Ioannes literarum Apoſtolicarũ corrector, tenens librũ euangeliorum à parte dextra, & à parte ſiniſtra dominus Thomas Poltẽſis dictę ſedis protonotarius, & venerabilis dominus Iacobus Moreſini, ſacri palatij Apoſtolici cauſarum auditor, tenentes libros ſanctorum euangeliorum, acceſſerunt ad dominos in hac ſeſſione pręſentes, recipientes ab eis iuramenta. Et primò ſereniſſimus dominus Sigiſmundus Romanorum & Hungarię rex, cõſequenter verò & domini Cardinales, archiepiſcopi, epiſcopi, cęterique prę́lati & ambaſiatores omnia & ſingula capitula Narbonę concordata, in omnibus & per omnia obſeruare iurauerunt, & quilibet eorum iurauit, ac ea, quantùm in eis fuit, receperunt.

Cõſtãtieñ. Conc. ſeſſ. 20.

Cõſtãtieñ. Conc. ſeſſ. 10.

Cõſtãtieñ. Conc. ſeſſ. 10.

Quibus iuramentis ſic pręſtitis, Henricus de Piro promotor nomine pręfati ſereniſſimi principis domini Sigiſmundi ſurgens, publicè dixit & requiſiuit: Si aliquis eſſet in prædicta ſeſſione, qui haberet mandatum ſufficiens illuſtris principis comitis Armeniaci, quòd illud exhiberet. Cãcellarius autem ſtudij Pariſienſis ſurgens dixit, ambaſiatores Chriſtianiſſimi regi Francorum certa habuiſſe ſcripta, quòd dictus dominus Comes ſequi vellet veſtigia prędicti domini regis. Tunc dictus dominus Henricus nomine quo ſuprà dixit, Ex quo non apparet mãdatum ſufficiens pro ipſo domino comite, nullo modò per iuramẽtum ſuprà per eum præſtitum, ad obſeruationem dictorum capitulorum in Narbona cõcordatorum, quo ad præfatum dominum comitem Armeniaci, vellet arctari, publicè & ſolenniter fuit proteſtatus.

His

Conſtantieñ. Côc. ſeſſ.20.

His aoté ſic peractis, præfatus Archiepiſcopus Mediolanenſis legit quandam papyri ſchedulam teooris ſubſequentis:

Item domini Cardinales, Patriarchę, Archiepiſcopi, Epiſcopi & alij prælati ambaſiatores dominorum regum & principum, & alij in dicto Concilio exiſtentes, & ſingulares perſonæ & tâquàm perſonæ ſuffultæ ad hoc ſufficienti poteſtate, iorent, prout ſufficienter in dicto 11. capitulo continetur.

Quæ prædicta omnia & ſingula, iotelligantur & locum habeant, retento tenore omnium & ſingulorom capitulorum prædictorum Narbonæ concordatorum, quibus & eorum ſingulis dicta ſyoodus ſtare iotendit, nec ab eis vel eorum aliquo in toto vel in parte recedere.

Ad quæ omnia & ſiogula dominus Epiſcopus Oſtienſis vicecaocellarius & huius ſeſſionis præſidens præfatus, nomine totius Concilij reſpondit per verbum, Placet.

Subſequenter dominus & frater Ludouicus de Valle Oleti prædictus, exiſtens io ambone, legit ſchedulam ſequentem:

Schedula approbationis capitulorum Narbonæ, factæ per oratores regis Caſtellæ.

Nos Didacus Conchenſis Epiſcopus, & Ferdinâdus Petri de Ayala maior præfectus Guiſpoſtæ, sereniſſimi Domini regis Caſtellæ conſiliarij, Ioannes Epiſcopus Paceñ. Martinus Ferdinandi domicellorum præſes, Ferdinandus Martini de Claualos Segobieñ. & Didacus Ferdinandi Palentineñ. eccleſiarũ decani, decretorum doctores, frater Lodouicus de Valle Oleti ordioia Prædicatorum in theologia magiſter Pariſieñ. Ioannes Ferdinandi de Rupeflore decretorum doctor, oratores & procuratores ſereoiſſimi Dñi Ioannis Caſtellæ regis ac Legionis, ac ſereniſſimę dominæ reginæ matris & tutricis eiuſdem regnorũ gubernatricis, ibic præſentes & perſonaliter cõſtituti, dictis nominibos quibus validiùs & efficaciùs poſſumus, iure videlicet, forma, modo, via, caoſa melioribus omnia & ſingula decreta, ſtatuta, proteſtationes per ſacroſanctam & generalem ſynodũ Cõſtantieñ. nunc facta & edita, & quæ nũc ſunt ſerioſiùs lecta, ipſa habentes pro ſufficienter expreſſis & repetitis ſolenoiter, vice & oomine regis & reginæ noſtrorum præfatorum omnium regnorum & terrarum ſuarum acceptamus, approbamus, aſſentimus, & ſolenniter affirmamos. Et ſimiliter ſicut ipſa ſancta ſynodus proteſtata eſt, ꝙ non velit recedere à capitulis in dicta ciuitate Narboneñ. concordatis, ità & nos dictis nominibus ſolenniter proteſtamor. Ad qoæ tunc reuerendiſſimus pater & dominus Epiſcopꝰ Oſtieñ. huius ſeſſionis præſideos, nomioe totius ſynodi reſpoodit, Placet. Et cooſequenter prę̨fatns Archiepiſcopus Mediolanenſis, legit decretum teooris inſraſcripti:

Qoòd non obſtantibus iuramentis, licuit ab eius obedientia recedere.

Sacroſancta generalis ſynodos Conſtantienſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, pro bono vnionis Eccleſiæ ſacroſanctæ autore Deo feliciùs conſummandæ, conſiderans quòd per chariſſimam eccleſiæ filiam Catharinam reginam illuſtrem, chariſſimi ipſius Eccleſiæ filij Ioanois regis Caſtellæ & Legionis matrem atque tutricem, regnorumq́; & terrarum illius gubernatricem, atque per nonnullos prælatos, barones & notabiles perſonas regnorũ & terrarum regis præſati, requiſita & pręſtita fuerunt iuramẽta & promiſſiones de nõ recedendo ab obedientia domini Petri de Lona, Benedicti decimitertij à nonoullis ſic ooncupati, ſub certis formis, de qoibus in actis & inſtrumeotis indè confectis latiùs contioetur, quæ quidem acta & ioſtrumenta & alias quaſcunq; probationes pręedictorum, præfata ſynodus de ipſis plenè certificata, vult hîc habere pro ſufficienter expreſſis: quodq́; huiuſmodi iuramenta & promiſſiooes requiſita & præſtita, fuerunt impedimentum præfatę voionis, propter quæ & illa nulla & irrita eſſe cẽſentur: ſtatuit, decernit, atque declarat, præfata omnia iuramenta & promiſſiones ac omnia & ſingula indè ſecuta, foiſſe & eſſe caſſa, irrita & oulla, nulliusq́ue efficaciæ, roboris vel momenti. Et nihilominùs ad cautelam quatenùs de facto proceſſeruot, ea relaxat & caſſat, irritat ac reuocat, declarans præfatos (vt præmittitur) iurantes & promittentes, ad obſeruantiam prædictorum minimè teneri & obligari. Quo decreto lecto, fuit per dictum dominum præſidentem nomioe totius ſynodi reſponſum, per verbum, Placet. Et depòſt præfatus frater Ludouicus legit, vt ſequitur:

¶Schedula ſobtractioois obedientiæ confirmatioois, per vnum de ambaſiatoribus ſegis Caſtellæ lecta.

Nos Didacus &c. ambaſiatores & procuratores præfati, nomioe procuratorio quo ſuprà, confirmamus, & etiàm approbamus ſubtractionem obedientiæ dudùm factam in Perpioiaoo domioo Papæ Benedicto decimotertio, per felicis memoriæ dominum Ferdinandum Aragonum & Siciliæ regem, nomine ſereniſſimi regis Caſtellæ & Legionis domini noſtri, & per ſuas literas, ſicut in eiſdem latiùs continetur: etiàm ex ſoperabuodanti caotela eam, oomine qoo ſuprà, de oouo facimos, ſicut in dictis literis contioetur, & alio meliori & firmiori modo quo fieri poteſt & debet, de quo offerimus

for.* nos literas

literas præfati domini regis & matris inualida & expedienti forma daturos. Deindè dominus Petrus de Grado, vnus etiàm de ambaſiatoribus regis Caſtellæ & Legionis prædicti, quandam ſchedulam ſubtractionis obedientiæ per præfatum regem dicto Benedicto in Caſtella factam, in vulgari Caſtellano ſcriptã, publicè legit. Et quia à multis non intelligebatur, pręſentibus igitur nõ eſt inſerta. Deindè frater Ludouicus præfatus ſolenniter fecit collationem, & facta collatione, pro complemẽto huius ſeſſionis reuerendiſſimus pater dominus Ioannes Patriarcha Antiochenus Miſſam de Spiritu-ſancto celebrauit.

for.* factę

SESSIO XXXVI.

Anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimoſeptimo, die verò iouis vigeſimaſecunda menſis Iulij, fuit celebrata ſeſſio generalis in maiori Eccleſia Conſtantienſi. Pro cuius introductione reuerendiſſimus pater Epiſcopus Atrebatenſis Miſſam de Sancto ſpiritu celebrauit, pręſidebatq; in eadem ſeſſione dominus reuerendiſſimus Epiſcopus Oſtienſis, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis & vicecancellarius: & lectis litanijs alijsque deuotis orationibus ſolitis, dominus Antonius Epiſcopus Concordienſis legit quandam citationem contra Petrum de Luna factam, ad audiendum ſe priuari & ſententiam ferri, cuius tenor ſequitur:

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, venerabilibus fratribus Henrico Feltrenſi, Stephano Dolenſi, Ioanni Pacenſi, Iacobo Placentino & Patricio Carthagienſi Epiſcopis ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem. Fruſtrà iudicium cognoſcendo geritur, niſi quod cognitum eſt, iudiciali calculo terminetur. Cùm itaque eadem ſancta ſynodus de meritis cauſę inquiſitionis pendentis, coram eadem ſancta ſynodo cõtra Petrum de Luna, à quibuſdam Benedictum decimumtertium nuncupatum, plenè cognouerit, & in eadem cauſa ad omnes actus & terminos requiſitos, ritè & canonicè proceſſerit, decernit & mandat eadem ſancta ſynodus, eundem Petrum de Luna, Benedictum decimumtertiũ (vt præmittitur) nuncupatum, citari publicè in valuis eccleſiæ Conſtantienſ. alta & intelligibili voce dum in eadem Eccleſia diuina* celebrantur officia, & cum affixione præſentiũ literarum eiſdem valuis, cùm de præſenti audientia literarum contradictarum minimè teneatur, atque citat peremptoriè & vno edicto peremptorio pro omnibus, ad diem lunæ 26. huius menſis Iulij ad comparendum in Eccleſia Conſtantienſi manè, hora qua dicta ſancta ſynodus ſedebit, & ſedere conſueuit, ad audiendum ius & diffinitiuã ſententiam per eandem ſynodum proferri, & pronunciari in cauſa prædicta. Quocircà paternitatibus veſtris eadem ſancta ſynodus mandat & committit quatenùs vos aut duo veſtrûm, vocatis ad hoc aliquibus ex notarijs & ſcribis in dicta cauſa deputatis vel alijs, pręſentis citationis literas in valuis eiuſdem eccleſiæ per alterum ex dictis notarijs, vobis aut duobus veſtrûm præſentibus, publicè alta voce & intelligibili legi faciatis, ac eundem Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium (vt præmittitur) nuncupatum, in forma præmiſſa citari, literasq; præſentes eiſdẽ valuis affigi, ità quòd citatio huiuſmodi veniat in publicam vocationem, & eidem ſacræ ſynodo tempore ſeſſionis proximè futuræ, de geſtis per vos in præmiſſis faciatis relationem fidelem. Datum Conſtantiæ, præfata ſynodo ſedente in dicta Conſtantienſi eccleſia, vndecimo Calendas Auguſti, anno natiuitatis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo decimoſeptimo.

* celebrabuntur

Lecta autem præſcripta citatione, idem dominus Antonius adhuc in ambone exiſtens, de mandato ſanctę ſynodi dixit in effectu: Nè propter feſtum hodiernum, quod tamen in corpore iuris minimè reperitur, aliqui dubitarent præſentem diem feriatã eſſe, tunc ipſa ſancta ſynodus prædicta omnẽ in præmiſſis ſuppleat defectum, ſi interueniſſet. Super huiuſmodi lectis & propoſitis dominus Oſtienſis huiuſmodi ſeſſionis præſidẽs, nomine Cõcilij reſpondit p verbũ, Placet.

Quibus ſic factis, reuerendi patres Stephanus Dolenſis & Henricus Feltreñ. epiſcopi, vnà cum notarijs præſentis cauſæ, ad tres ianuas maioris eccleſię Conſtantienſis acceſſerunt, & in ipſarum qualibet ſupradictam citationem infra Miſſarũ ſolennia per Ioannem Guiardi præſentis cauſæ notarium, alta voce legi fecerunt, dictumq; Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium à quibuſdam nuncupatum, iuxta tenorem citationis citârunt, & citari fecerunt.

Lecta verò huiuſmodi citatione, vt præmittitur, ipſi eandem citationem per bullam triplicatam in qualibet dictarum portarum vnam affigi per eundem Ioannem Guiardi fecerunt, ſuper quibus lectione & affixione ipſi commiſſarij petiêrunt fieri inſtrumentũ ac inſtrumẽta. Deindè venerabilis vir Petrus de Lomburga Licentiatus decretorum, in ambone ad hoc ordinato exiſtens, legit decretum ſequentis tenoris:

Decretum caſſationis pœnarum factarum per Petrum de Luna, vigore cuiuſdam conſtitutionis pro ambaſiatoribus regis Caſtellæ.

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, in Spiritu-ſancto legitimè congrega-

ta, vni-

Digitized by Google

ta, vniuerſalem eccleſiam repræſentans, ex certis & iuſtiſſimis cauſis ad hoc eandem ſynodum mouentibus & inducentibus, annullat, irritat, atque caſſat, irritataſque, nullas & caſſas eſſe decernit atq; declarat omnes priuationes ſiue pœnas, aut priuationum ſiue pœnarum declarationes, per dominum Benedictum decimumtertium in ſua obedientia nuncupatum, à die nona menſis * Nouẽbris anni à natiuitate Dñi milleſimi quadringenteſimi decimiquinti citrà factas, ꝓmulgatas, fulminatas ſeu pronunciatas, tam virtute cuiuſdam prætenſæ conſtitutionis per eundem dominum Benedictum dudùm promulgatæ, ſub dato, Maſſiliæ apud ſanctũ Victorem, decimotertio Calendas Iunij, pontificatûs ſui anno decimotertio, quæ incipit, Benedictus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram & perpetuã rei memoriam, In dierum ſucceſſus creſcente malitia ſic videmus mundũ &c. q̃ ex quacunque alia cauſa, occaſione, colore aut ratione priuationis ſiue pœnæ aut declarationis prædictæ fuerint de beneficijs eccleſiaſticis, dignitatibus feudis, iuribus, ſtatibus, honoribus, ſiue de quibuſcunque alijs rebus temporalibus ſiue ſpiritualibus, & de quibuſcunque perſonis regularibus aut ſecularibus, regibus ſiue principibus, archiepiſcopis, epiſcopis & alijs Eccleſiarum prælatis, magiſtris ordinum, communitatibus, congregationibus, collegijs, vniuerſitatibus, & quibuſcunque alijs perſonis laicis ſiue eccleſiaſticis, omneſque alios proceſſus excommunicationis aut interdicti, ſiue ſuſpenſionis aut cuiuſcunque tenoris ſententias ſuper huiuſmodi priuationibus aut pœnis factos ſiue factas, promulgatos ſeu promulgatas, & omnia indè vel ob id ſecuta, vnà cùm eadem conſtitutione, & eandẽ tãquam cõtrariam & impeditiuam vnionis ſanctæ matris Eccleſiæ, ſimili modo irritat atq; caſſat, & irritas ſiue irrita eſſe decernit atq; declarat, etiàm ſi ſuper p̃miſſis vel aliquo præmiſſorum appareant quęcunque literæ ſiue bullæ ſub anteriori data, quę tamen ante diem prædictũ non fuerint plenariæ executioni mandatæ. Et nihilominùs ad cautelam abſoluit, & abſolutos * decernit omnes & ſingulos ſupradictos, & quoſcunq; alios à prædictis ſententijs excõmunicationis, ſuſpenſionis & interdicti ſeu priuationis (ſi quas virtute dictæ cõſtitutionis, vel aliàs quouis modo ex ſupradictis cauſis & alijs in prædicta conſtitutione contentis, contraxerint) necnon omnes proceſſus tam ſuper proprietate q̃ poſſeſſione, priuationes etiam beneficiorũ quæ poſſidebant, & collationes de eiſdem alijs factas, aut excommunicationis, ſuſpẽſionis vel quaſcunque alias ſententias in ſeu contra venerabiles fratres & dilectos Eccleſiæ filios, Didacum Conchenſem epiſcopum, nobilem virum Ferdinandũ Petri de Ayala militẽ, chariſſimi Eccleſiæ filij Ioannis regis Caſtellę & Legionis cõſiliarios, Ioannem epiſcopũ Pacenſem, & Martinũ Ferdinandi militem, prępoſitũ domicellorum dicti regis Caſtellæ & Legionis, & religioſorum virum fratrem Ferdinandũ de Illeſcis ordinis Minorum, eiuſdem regis conſiliarium, Ferdinandum Martini Segobienſis, & Didacum Ferdinandi Palentinenſis eccleſiarum decanos & decretorum doctores, fratrẽ Ludouicum de Valle Oleti in theologia magiſtrum Pariſienſem, & Ioannem Ferdinandi de Rupeſtore decretorum doctorem, ambaſiatores & procuratores p̃fati regis Caſtellę, & Petrum Ferdinandi archidiaconum de Grado in eccleſia Oueten. ipſius regis ſecretariũ, cõſanguineos & familiares eorũ à die prima menſis Aprilis annò Dñi milleſimo quadringẽteſimo * decimoquarto, citrà factos & ꝓmulgatos, irritat, caſſat, irrita atq; caſſa eſſe denũciat, ſtatuitque & decernit ambaſiatores prædictos, conſanguineos, necnõ eorum familiares &c. perindè ad ſtatum priſtinum reducendos, ac ſi priuationes, collationes, proceſſus & aliæ ſententiæ prædictæ minimè fuiſſent latæ, factæ aut promulgatæ, etiàm ſi ſuper proceſſibus, priuationibus aut collationibus vel ſententijs prædictis aliquæ literæ vel bullæ appareant ſub anteriori data, quæ tamen ante diem prædictam non fuerint in partibus præſentatæ, & plenariæ executioni demandatæ. Eadem quoquè ſancta ſynodus omnes prouiſiones, promotiones & tranſlationes de quibuſcunque Eccleſiis cathedralibus ſiue collegiatis, ſeu ad quaſcunque Eccleſias cathedrales ſiue collegiatas, & generaliter omnes conceſſiones beneficiorum ſeu dignitatum quarumcunque, etiàm per priuationes dominorum Cardinalium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ per præfatum dominum Benedictum ſic (vt præmittitur) nuncupatum factas, aut morte, ceſſione, vel quouis alio modo vacantium, omneſque & ſingulas conceſſiones, gratias, & diſpenſationes tam ſuper matrimoniis contrahendis, quàm etiàm ſuper beneficiis & quibuſcunque aliis regibus, principibus aut prælatis, ſeu etiàm quibuſcunque aliis perſonis, communitatibus & collegiis, & generaliter omnia alia per eundem dominum Benedictum ſic nuncupatum, infra limites ſeu dominia aut terras præſati chariſſimi eccleſiæ filii Ioannis regis Caſtellæ & Legionis ſubiectas aut ſubiecta, vſque ad diem decimamoctauam menſis Iunii tunc currẽtis, acta, conceſſa & diſpenſata, quæ per præſens decretum non ſint aut fuerint caſſata, caſſáve denunciata, ſuper quibus bullæ ſeu quæcunque aliæ literæ ante diem prædictum non fuerint confectæ, præſentatæ & executæ, pro bono quietis & pacis laudat, approbat, & confirmat, atque approbata & laudata eſſe declarat, ità tamen, quòd per

approba-

* Octobris

* declarat

* decimoſexto,

approbationem ſeu confirmationem præ-
dictas nullum præiudicium fiat chariſſimo
Eccleſiæ filio Alphonſo Aragonum regi il-
luſtri, nec ipſius regis matri, vxori aut fra-
tribus, vel familiaribus ſiue conſiliarijs ali-
cuius eorum, nec contra eorum aliquem va-
leat in iudicio vel extra præfata confirma-
tio vel approbatio allegari. Vult etiàm ea-
dem ſancta ſynodus atque ſtatuit, quòd per
præmiſſa chariſſimo Eccleſiæ filio Carolo
Nauarræ regi, liberíſve eius, aut magiſtro
hoſpitali & conuentui Rhodi nullum præ-
iudicium generetur: hoc tamen declarato &
intellecto, q ſi ab aliquibus p̄laturis, magi-
ſterijs ſeu magiſtratibus, dignitatibus vel
beneficijs quibuſcunque durante ſchiſma-
te fuerint ſeparata, vel aliâs diſgregata ali-
quo membra, caſtra, villæ ſeu alia bona, red-
ditus, prouentus vel emolumenta ac reſpon-
ſiones cameræ, vel alia iura quæcunq;, de q-
bus fuerit aliquibus iam prouiſum, vel facta
collatio vel infeudatio infra limites, domi-
nia ſeu terras præfati chariſſimi Eccleſiæ fi-
lij regis Caſtellæ ſupradicti conſtituta, quin
prædicta ipſis prælaturis & magiſterijs ſeu
magiſtratibus, dignitatibus vel beneficijs,
vt capiti reſtitui & redintegrari valeant per
Concilium antedictum, & in quacunq; par-
te p̄iudicaretur alicui de cardinalibus ſan-
ctæ Romanæ Eccleſiæ, dicta ſancta ſynodus
prouidebit, vt meliùs expedire videbitur.
Per præmiſſa autem ſancta ſynodus capitu-
lis Narbonenſibus non intendit in aliquo
contrauenire. Quo decreto lecto, dominus
præſidens nomine ſynodi reſpōdit per ver-
bum, Placet.

SESSIO XXXVII.

Die vigeſimaſexta ſupradicti
menſis Iulij, Conſtantię in
Eccleſia maiori loco ſolito
fuit publica ſeſſio ſolenni-
ter celebrata, pro cuius in-
troductione reuerendiſſi-
mus pater dominus Guillermus tituli ſancti
Marci S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis pre-
sbyter, Miſſam de ſpirituſancto deuotiſſimè
celebrauit. Seſſioni autem interfuit ſereniſ-
ſimus princeps dominus Sigiſmundus Ro-
manorum & Hungariæ &c. rex, cū inſignijs
regalibus & ſuis nobilibus in eiſdē ſibi ſer-
uientibus. Præſidebatq; ſeſſioni huiuſmodi
pontificalibus inſignitus reuerendiſſimus
pater dominus Ioannes epiſcopus Oſtien-
ſis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis &
vicecācellarius. Lectis deindè litanijs alijsq;
orationibus conſoetis, ſermoneque cuius
Ioan. 7. c thema erat, Iuſtum iudicium iudicate, per
reuerendum patrem dominum electum in
Patriarcham Conſtantinopolitanū finito,
contumacia fuit accuſata Petri de Luna, non
comparentis neque diffinitiuam ſententiam
* audientis: & indè fiebat relatio executio- * ſentētiā ferri eu[illegible]
nis citationis in vltima ſeſſione decretæ per
dominum Henricum Feltrenſem Epiſcopū,
vnum de commiſſarijs deputatis pro exe-
cutione citationis huiuſmodi. Facta autem
relatione, ac iterùm contumacia ipſius dicti
Petri de Luna accuſata, reuerēdiſſimi patres
dn̄i de comitibus & de Fuxo Cardinales, per
ſanctam ſynodum ad hoc ſpecialiter depu-
tati, de eiuſdem ſynodi mandato vnà cum
protonotarijs & præſentis cauſæ notarijs,
& Ioanne Snepper ſedis Apoſtolicæ curſo-
re, locum ſeſſionis exeuntes, acceſſerunt ad
valuas Eccleſiæ, & ibidèm per organum cur-
ſoris interdicti præfatū Petrū de Luna trina
vice vocârūt, dicendo: Eſt hic Petrus de Lu-
na, ab aliquibus Bn̄dictus XIII. nūcupatus,
vel aliq̄s pro eo, qui cōpareat coram ſancta
ſynodo ad audiendū in ſcriptis ferri ſentēt ā
diffinitiuā in cauſa ſchiſmatis & hęreſis con-
tra eum mota? Ipſe autē nec aliquis pro eo
cōparuit ibidem, aut reſpondit, de quo fece-
runt relationem. Facta autem relatione hu-
iuſmodi, iteratò accuſabat̄ cōtumacia ipſius
Petri de Luna per magiſtrum Henricū pro-
motorem Concilij, inſtantiſſimè poſtulādo
ipſum reputari contumacē. Et tunc dn̄s Ste-
phanus ep̄s Dolēſis, quoddam decretum ſi-
ue quandam ſchedulam legit in hæc verba:

Hæc ſacroſancta ſynodus Petrum de Lu-
na, Benedictum tredecimum à nonnullis
nuncupatū, legitimè citatum, vocatum, non
comparentem, declarat & reputat contuma-
cem, decernitque in eius abſentia Dei reple-
ta præſentia, fore in præſenti cauſa inquiſi-
tionis contra eum coram eadem pendente,
per eandem ſynodum ad diffinitiuam ſen-
tentiam procedendum.

Iſta ſchedula ſic lecta, reuerēdiſſimus pa-
ter dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis
huiuſmodi ſeſſionis prǽſidēs, nomine ipſius
ſynodi per verbum, Placet, reſpondit. Et ex-
tunc reuerendiſſimus pater dn̄s Guillermus
tituli ſancti Marci presbyter Cardinalis,
quandam diffinitiuæ ſententiæ ſchedulam
legit huiuſmodi ſub tenore:

¶ Sententia contra Benedictum Papam tre- Pſalm. 16.
decimum in ſua obedientia Apoc. 11. b
nuncupatum. Ibidē 19. c

De vultu eius hoc iudicium prodeat, qui Leuit. 19. g
ſedet in throno, & ex eius ore procedit gla-
dius bis acutus, cuius ſtatera iuſta eſt, & ęqua
ſunt pondera, qui venturus eſt iudicare vi-
uos & mortuos, Dn̄i noſtri IESV Chriſti,' Pſalm. 10.
Amen. Iuſtus eſt Dominus, & iuſtitias dile- Ibidē 33.
xit, ęquitatem vidit vultus eius. Vultus qui-
dem Domini ſuper facientes mala, vt per-
dat de terra memoriam eorum. Pereat, inqt Pſal. 108.
ſanctus propheta, memoria illius, qui non
eſt recordatus facere miſericordiam, & qui
perſecutus eſt hominem inopem & mendi-
cum: quanto magìs pereat illius, qui omnes
homines & Eccleſiam vniuerſalem perſecu-
tus

tus eſt, & perturbauit, Petri de Luna Benedicti tredecimi a nonnullis nuncupati, me memoriæ? Qui quàtùm in Eccleſiam DEI & vniuerſum populum Chriſtianum peccauerit, ſchiſma & diuiſionem Eccleſiæ fouens, nutriens atq; continuans: quantis, quamq; frequentibus, deuotis & humilibus regum, principum & prælatorum precibus, exhortationibus & requiſitionibus charitatiuè iu-
Matt. 18. Lucæ 17.a xta doctrinam Euangelicam admonitus fuerit, vt pacem daret Eccleſiæ, & illius ſanaret vulnera, ac eius partes diuiſas in vnam compaginem & corpus vnũ reficeret, quemadmodùm ipſe iurauerat, & diù fuit in ſua poteſtate, quos tamen charitatiuè corripientes nullatenùs voluit exaudire; quot ſint poſtmodùm teſtes adhibiti, quibus etiàm minimè exauditis, neceſsè fuit ſecũdùm pͣ-
Matt.18.b dictam Chriſti Euangelicam doctrinam dicere Eccleſiæ: quam quia etiàm non audiuit, habendus ſit tanquàm ethnicus & publicanus: capitula in cauſa inquiſitionis fidei & ſchiſmatis coram præſenti ſancta ſynodo generali ſuper præmiſſis & alijs contra eum edita, ac eorum veritas & notorietas, declarant manifeſtè. Super quibus ritè ac canonicè proceſſo, & omnibus ritè actis & diligenter inſpectis, habitaque ſuper illis deliberatione matura, eadem ſancta ſynodus generalis vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, in dicta inquiſitionis cauſa pro tribunali ſedens, pronunciat, decernit & declarat per hanc diffinitiuam ſententiam in his ſcriptis, eundem Petrum de Luna: Benedictum decimumtertium (vt præmittitur) nuncupatum, fuiſſe & eſſe periurum, vniuerſalis eccleſiæ ſcandalizatorem, fautorem & nutriorem inueterati ſchiſmatis & inueteratæ ſciſſuræ & diuiſionis Eccleſiæ ſanctæ DEI, pacis & vnionis eiuſdem Eccleſiæ impeditorem & turbatorem, ſchiſmaticum & hæreticum, ac à fide deuium, & articuli fidei, vnam ſanctam Catholicam Eccleſiam, violatorem pertinacem, cum ſcandalo Eccleſiæ DEI incorrigibilem, notorium & manifeſtum, ac omni titulo, gradu, honore, & dignitate ſe reddidiſſe indignum, à Deo eiectum & præciſum, & omni iure eidem in papatu & Romano pontifici ac Romanæ Eccleſiæ quomodolibèt competente, ipſo iure priuatum, & ab Eccleſia Catholica tanquàm membrum aridum præciſum. Ipſumque Petrum, quatenùs de facto Papatum ſecundùm ſe tenet, eadem ſancta ſynodus Papatu & ſummo Eccleſiæ Romanæ pontificio, omnique titulo, gradu, honore, dignitate, beneficiis & officiis quibuſcunque ad omnem cautelam priuat, deponit, & abiicit, eidemque inhibet, nè deincèps pro Papa aut Romano & ſummo Pontifice ſe gerat. Omneſque Chriſticolas ab eius obedientia & omni debito obedientiæ ipſius atque iuramentis & obligationibus eidem quomodolibèt præſtitis, abſoluit, & abſolutos eſſe declarat, ac omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus inhibet, ſub pœna fautoriæ ſchiſmatis & hæreſis atque priuationis omnium beneficiorum, dignitatum & honorũ Eccleſiaſticorum & mundanorum & alijs pœnis iuris, etiàm ſi epiſcopalis & Patriarchalis, cardinalatûs, regalis ſit dignitatis aut imperialis, quibus ſi contra hanc inhibitionem fecerint, ſint authoritate huius decreti ac ſententiæ ipſo facto priuati, & alias iuris incurrant pœnas, nè eidem Petro de Luna ſchiſmatico & hæretico incorrigibili, notorio declarato & depoſito, tanquàm Papæ obediant pareant, vel intendant, aut eum quouis modo contra præmiſſa ſuſtineant, vel receptent, ſibique præſtent auxilium, conſilium vel fauorem. Declarat inſupèr, & decernit omnes & ſingulas inhibitiones, omneſque proceſſus & ſententias, conſtitutiones & cenſuras, & alia quæcunque, per ipſum factos, factas, & facta, quę poſſent pręmiſſis obuiare, irritos, irritas, irrita, atque irritat, reuocat, & annullat: cæteriſq; pœnis, quas in præmiſſis caſibus iura ſtatuunt, ſemper ſaluis.

Hac ſchedula ſiue ſententia lecta, prædictus Stephanus epiſcopus Dolenſis, ex parte ipſius ſynodi dixit in effectu: Quamuis in proceſſu cauſæ huiuſmodi nullus poſſet defectus allegari, tamen ſancta ſynodus prędicta ad ſuperabundantem cautelam omnes ſupplet defectus, ſi qui interueniſſent. Ad q̃ omnia & ſingula dominus præſidens nomine totius Concilij reſpondit, Placet.

SESSIO XXXVIII.

DIE mercurij vigeſimaoctaua ſupradicti menſis Iulij, Conſtantiæ in Eccleſia maiori fuit ſeſſio publica ſolenniter celebrata. Et reuerendus pater dominus Nicolaus Aſſiſinatenſis, Miſſam de beata Virgine Maria celebrauit: reuerendus verò pater dominus Ioannes Epiſcopus Oſtienſis, ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalis & vicecancellarius huiuſmodi ſeſſioni præſedit: & litaniis & aliis orationibus & ſolennitatibus ſolitis lectis atque peractis, venerabilis vir dominus Petrus de Lõburga, legit quædam decreta tenoris ſubſequentis:

Decretum, irritans pœnas latas contra ambaſiatores infantis Henrici.

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, in ſpirituſancto legitimè congregata, ex certis & iuſtiſſimis cauſis eandem ſanctam ſynodum mouentibus, nupèr omnes proceſſus tam ſuper proprietate quàm poſſeſſione, priuationes etiàm beneficiorum Cõſtãtienſis Cõcil. Seſſ. 36.

quæ

quæ puſſidebant, & collationes alias de eiſdem factas, aut excommunicationis vel ſuſpenſionis vel quaſcunque alias ſententias, in ſeu contra venerabiles fratres & dilectos Eccleſiæ filios ambaſiatores & procuratores chariſſimi Eccleſiæ filij Ioãnis regis Caſtellæ, conſanguineos & familiares eorum, à die primu menſis Aprilis anni Domini milleſimi quadringenteſimi decimiſexti, citrà factas aut promulgatas, irritauit & caſſauit, irritaque & caſſa denunciauit: ſtatuitque & decreuit ambaſiatures prædictos, conſanguineos vel familiares ipſorum, perindè ad ſtatum priſtinum reducendos, àc ſi priuationes, cullatiunes, proceſſus & aliæ ſententiæ prædictæ, latæ aut promulgatæ minimè fuiſſent, etiàm ſi ſuper proceſſibus, prouiſionibus ac collationibus & ſententijs prædictis aliquæ bullæ ſiue literæ appareant ſub anteriori data, quæ tamen ante diem prædictam non fuerant in partibus præſentatæ, & plenariæ executioni demandatæ. Vulens itaque eadem ſancta ſynudus ex ſimilibus cauſis mota, dilectos eccleſiæ filios Vitalem de Scoto commendatorem de Caranaqua, & fratrem Ioannem de ſancto Iacobo ordinis fratrum Minorum, in Theologia magiſtrum, & Barſiam de Vergara militem urdinis ſancti Iacobi de Spata, ac Ioannem Alphonſi baccalaureum in decretis, ambaſiatures & procuratores dilecti Eccleſiæ filij illuſtris Henrici Infantis Aragoniæ, Siciliæ, &c. ac dicti urdinis ſancti Iacobi de Spata Magiſtri, ſimili fauure proſequi, ac eadem, quo ad præmiſſa, prærogatiua gaudere, ſtatutum & decretum, irritationes & caſſationes prædictas ad præfatos ambaſiatures p̃dictorum Infantis Henrici & Magiſtri, & ad conſanguineus & familiares ipſurum, decernit perindè extendi, àc ſi in ſupradicto decreto aut ſtatuto fuiſſent vnà cum prædictis ambaſiatoribus regis Caſtellæ ac ſpecialiter nominati.

Decretum reuocatiunis vocum, ambaſiatoribus regis Aragonum conceſſarum.

Conſtantiẽſi cõc. ſeſ. 20. cap. 2.

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis. Cùm nupèr in capitulis Narbonæ concordatis inter cætera cautum fuerit, ꝙ nuu urdinarentur, ſtatuerentur, vel fierent aliqua directè vel indirectè concernentia aut tangentia dominos reges, principes, prælatos & alios de obedientia Petri de Luna, olìm Benedicti decimitertij nuncupari, vel aliquem ipſurum, & pòſt per hãc ſynudum conceſſum fuerit ambaſiatoribus & oratoribus chariſſimi eccleſiç filij regis Aragonum præſentibus tunc & alijs venturis, etiàm per modum conuentionis & pacti, quòd dicti oratores in natione Hiſpanica huc durante Concilio haberent vucem tantæ virtutis & autoritatis, quantæ eſſent voces omnium prælatorum & Eccleſiaſticarum perſonarũ regnorum & terrarum dicti regis, quæ pòſſidet citra & vltra mare, quæ ad generale Cõcilium ſunt aſſuetæ vocari, cum prureſtatione tamen hincindè facta, quòd præmiſſa intelligerentur cunceſſa ſinè præiudiciu dictorũ capitulorũ, prout in decreto deſupèr cõfecto latiùs continetur. Verùm cùm ambaſiatores chariſſimi eccleſiæ filij regis Portugaliæ illuſtris, publicè cunceſſioni huiuſmodi ſe uppoſuerint, & cùm de huiuſmodi conceſſione tractaretur & timeretur, quòd aduenientibus ambaſiatoribus chariſſimi eccleſiæ filij regis Caſtellæ, ipſi veriſimiliter de huiuſmodi conceſſione ſiue decreto turbarentur & conquerentur, prout iam ſuper hoc grauem expoſuere querelam, aſſerentes huiuſmodi conceſſiunis obſeruantiam in eorum tendere læſionem, ac ſui honoris nõ modicum præiudicium, & fore contra capitula prædicta concordata: pendenteque huiuſmodi tractatu, præfati ambaſiatores regis Aragonum ſæpiùs in effectu dixerũt, & aſſeruerũt, quòd dictus ambaſiatores regis Caſtellæ redderent contentos, & cum eiſdem ſuper hoc benè concordarent, & cõtra eorũ voluntates dictis vocibus vti nollẽt: prupter hoc & ratiunabiles alias cauſas, attento etiàm quòd ex hac quæſtiune agenda in hac ſynodu differri & impediri poſſent, prout hactenùs nonnulla bonum vniunis Eccleſiæ cõcernentia, retardata & dilata fuerunt: eademque ſancta ſynudus volens omnibus & per omnia eiſdem capitulis inhærere, & vnumquenque in ſua iuſtitia confouere, pro bono pacis & concordiæ partium prædictarum ac natiunis Hiſpanicæ & ſuppoſitorum eiuſdem, ex certa ſcientia decernit & declarat, quòd ambaſiatores regis Aragunum prædictis vocibus prælatorum & aliorum abſentium, qui ad Concilium conſueuerunt euocari, quæ eiſdem conceſſæ fuerunt, extra Hiſpaniam (vt præfertur) vti nullu modo poſſint, nec debeant in natione Hiſpanica ſupradicta, ſed quòd ſingulæ ambaſiatæ regum Caſtellæ, Aragoniç, Purtugalliç & Nauarrç, habeant & reprçſentent in natione prçdicta voces omnium prçlatorum & aliurum abſentium, qui conſueuerant ad Concilium euocari ſolùm, & regnorum duntaxàt & dominiorum ſuorum quç habent in * Hiſpanica natione.

Conſtantien. cõc. ſeſ. 20. titulo; Cõceſſio vocũ ambaſiatorum &c.

* Hiſpania.

Quu lecto decreto, Sperans in Deo, vnus de ambaſiatoribus regis Aragonum, in medio ſurgens, dictumque decretum in nationibus nõ fuiſſe poſitũ allegans, de nullitate ipſius decreti fuit pruteſtatus: & expòſt natiunũ quatuor prçſidẽtes expreſsè dixerunt, & retulerũt, huiuſmodi decretũ in natiunibus fore lectũ, & ipſius nationibus placuiſſe vt legeret. Et tũc reuerendiſſimus pater dominus Ioannes epiſcopus Oſtiẽſis huiuſmodi ſeſſiunis prçſidẽs, nomine totius ſynodi ſuper omnibus prçmiſſis, Placet, reſpondit.

SESSIO XXXIX.

ANno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimoſeptimo, indictione decima, die verò ſabbati nona menſis Octobris, Conſtantiæ in eccleſia maiori in loco ſolito fuit tenta & celebrata ſeſſio publica, in qua reuerendiſſimus pater dominus archiepiſcopus Viennenſis Miſſá & ſpiritu ſancto celebrauit, reuerendiſſimus verò pater & dominus, dominus Ioánes epiſcopus Oſtienſis, ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalis & vicecancellarius, huiuſmodi ſeſſioni præſedit. Lectiſque litanijs & alijs deuotis orationibus legi ſolitis, cum euange-

Luc. 6. c lio ſecundùm Lucam, Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt, reuerendiſſimus pater dominus Bartholomæus archiepiſcopus Mediolanenſis ambonem aſcendit, legit & publicauit decreta quæ ſequuntur.

De Concilijs generalibus, & prouiſione erga futura ſchiſmata.

Frequens generalium Conciliorum celebratio, agri Dominici cultura eſt præcipua, quæ vepres, ſpinas & tribulos hæreſum & errorum & ſchiſmatum extirpat, exceſſus corrigit, deformata reformat, & vineã Domini ad frugem vberrimæ fertilitatis adducit. Illorum verò neglectus, prædicta diſſeminat atque fouet: hæc præteritorum temporum recordatio & præſentium conſideratio, ante oculos noſtros ponunt. Ea propter hoc edicto perpetuo ſancimus, decernimus & ordinamus, vt amodo Concilia generalia celebrentur, ità quòd primum à fine huius Concilij in quinquennium immedia-

Cócilium Generaliú poſt Conſtantienſe certis temporibus celebranda. tè ſequens, ſecundum verò à fine illius immediatè ſequentis Concilij in ſeptennium, & deincèps de decennio in decennium perpetuò celebrentur, in locis quæ ſummus pontifex per menſem ante finem cuiuſlibet Concilij, approbante & conſentiente Concilio, vel in eius defectum, ipſum Cócilium deputare & aſſignare teneatur, vt ſic per quandam continuationem ſemper aut Cócilium vigeat, aut per termini pendentiam expectetur: quem terminum liceat ſummo pontifici de fratrum ſuorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, ob emergẽtes fortè caſus abbreuiare: ſed nullatenùs prorogetur. Locum autem pro futuro celebrando Concilio deputatum, abſq; euidenti neceſſitate non mutet. Sed ſi fortè caſus aliquis occurreret, quo neceſſarium videretur, ipſum locum mutari, putà obſidionis, guerrarum, peſtis aut ſimilis, tũc liceat ſummo pontifici de prædictorum fratrum ſuorum aut duarum partium ipſorum conſenſu atq; ſubſcriptione, alium locum priùs deputato loco viciniorem & aptum, ſub eadem tamen natione, ſurrogare, niſi idẽ vel ſimile impedimentum per totam iſtam nationem vigeret, tunc ad aliquẽ alium viciniorem locum alterius nationis aptum, huiuſmodi Concilium poterit conuocari: ad quem prælati & alij qui ad Concilium ſolent conuocari, accedere teneantur, àc ſi à principio locus ille fuiſſet deputatus: quam tamen loci mutationem vel termini abbreuiationẽ per annum ante præfixum terminum teneatur ſummus pontifex legitimè & ſolenniter publicare & intimare, vt ad ipſum Concilium celebrandum prædicti poſſint ſtatuto termino conuenire.

Prouiſio aduersùs ſchiſmata futura.

Si verò (quòd abſit) in futurum ſchiſma oriri contingeret, ità quòd duo vel plures ꝓ ſummis pontificibus ſe gererent, à die qua ipſi duo vel plures inſignia pontificatûs publicè aſſumpſeriot, ſeu miniſtrare cęperint, intelligatur ipſo iure terminus Concilij tũc fortè vltra annum pendens, ad annum proximum abbreuiatus. Ad quod omnes prælati & cæteri qui ad Concilium ire tenẽtur, ſub pœnis iuris & alijs per Concilium imponendis, abſque alia vocatione conueniant, necnon Imperator cæterique reges & principes vel perſonaliter, vel per ſolennes nuncios, tanquàm ad commune incendium extinguendum per viſcera miſericordiæ Domini noſtri Ieſu Chriſti ex nunc exhortati, concurrant. & quilibet ipſorum pro Romano Pontifice ſe gerentium infra menſem à die qua ſcientiam habere potuit, alium vel alios aſſumpſiſſe papatûs inſignia, vel in papatu adminiſtrâſſe, teneatur ſub interminatione maledictionis æternæ & amiſſione iuris, ſi quod fortè ſibi quæſitum eſſet in papatu, quàm ipſo facto incurrat, & vltra hoc ad quaſlibet dignitates actiuè & paſſiuè ſit inhabilis, Concilium ipſum ad terminum anni prędictum in loco deputato priùs indicere, & poblicare ad celebrandum, & per ſuas literas competitori vel competitoribus ipſum vel ipſos prouocando ad cauſam, & cæteris prælatis ac principibus, quantùm in eo fuerit, intimare, necnon termino præfixo ſub pœnis prædictis ad Concilij locum perſonaliter ſe transferre, nec indè diſcedere, donèc per Concilium cauſa ſchiſmatis plenariè ſit finita: hoc adiuncto, quòd nullus ipſorum contendentium de papatu, in ipſo Concilio vt Papa præſideat: quinimmò vt tanto liberiùs & citiùs Eccleſia vnico & indubitato paſtore gaudeat, ſint ipſi omnes de papatu contendentes, poſtquàm ipſum Concilium inceptũ fuerit, authoritate huius ſynodi ipſo iure ab adminiſtratione ſuſpenſi, nec eis aut eorum alteri, donèc cauſa ipſa per Concilium terminata fuerit, quomodolibèt à quoquam ſub pœna fautoriæ ſchiſmatis obediatur. Quòd ſi fortè electionem Romani pontificis per metum (qui ca-

deret

deret in conſtantem virum) ſeu impreſſionẽ decætero fieri contingat, ipſum decernimus nullius efficaciæ vel momenti, nec poſſe per ſequentem conſenſum, etiàm metu prędicto ceſſante, ratificari vel approbari: non tamen liceat cardinalibus ad aliam electionem procedere, niſi ille ſic electus fortè renunciet, vel decedat, donèc per generale Concilium de electione illa fuerit iudicatum. Et ſi procedant, nulla ſit electio ipſo iure. ſintq; ſecundò eligentes & electus (ſi ipſe papatui ſe ingeſſerit) omni dignitate & ſtatu etiàm Cardinalatûs & pontificali ipſo iure priuati, & inhabiles decætero ad eoſdem, ac etiàm ad papalem. Nec etiàm in aliquo eidem ſecundo electo, vt Papæ, ſub pœna fautoriæ ſchiſmatis obediant quoquo modo: & eo caſu Concilium de electione Papæ prouideat illa vice, ſed liceat, immò teneantur electores omnes, aut maior pars ipſorum, quàm citò ſinè perſonarum periculo poterunt, (etiàm ſi periculum omnium bonorum immineat) transferre ſe ad locum tutum, & metum prędictum allegare coram notarijs publicis & notabilibus perſonis ac multitudine populi in loco inſigni: ità tamen, quòd allegantes metum huiuſmodi, habeant in ipſius metûs allegatione exprimere ſpeciem & qualitatẽ dicti metûs, & iurare ſolenniter, quòd metus taliter allegatus ſit verus, & credunt ſe ipſum poſſe probare, & quòd per malitiam ſeu calumniam, huiuſmodi metum non proponunt, nec vltra proximum futurum Conciliũ vllo modo poſſit differri allegatio dicti metûs. Teneantur inſupèr poſtquàm ſe tranſtulerint, & metum allegauerint, modo prædicto prouocare ſic electum ad Concilium, quod Concilium ſi vltra annum pendeat à die prouocationis huiuſmodi, intelligatur ad annum, vt ſuprà, ipſo iure terminus breuiatus. Et nihilominùs electus ipſe ſub pœnis prædictis, & cardinales prouocantes ſub pœna amiſſionis Cardinalatûs & omnium beneficiorum ſuorum, quam ipſo facto incurrant, infra menſem à die prouocationis Concilium ipſum (vt ſuprà dicitur) indicere & publicare, & quàm citiùs poterunt intimare, ac Cardinales ipſi cæteriq; electores ad locum Concilij tempore cõuenienti perſonaliter ſe transferre, & vſq; ad finem cauſæ expectare. Teneantur quoq; prælati cęteriq;, vt ſuprà, ad conuocationem Cardinaliũ tantùm, ſi fortè ſic electus cõuocare ceſſaret, accedere: qui ſic electus, in Concilio ipſo nõ præſideat, quinimmò ſit à termino initiandi Concilij ipſo iure ab omnia adminiſtratione papatus ſuſpẽſus, nec ſibi à quoquam ſub pœna fautoriæ ſchiſmatis quomodolibèt obediatur. Quòd ſi infra annum ante diem indicti Concilij contingant ſupradicti caſus, videlicèr quòd plures gerant ſe pro Papa, vel quòd vnus per metum vel impreſſionem eligatur, cenſeantur ipſo iure tam ſe gerentes pro Papa, quàm electus per metum ſeu impreſſionem, & Cardinales ad dictum Concilium prouocati, teneanturque in ipſo Concilio cõparere perſonaliter cauſam exponere, & iudicium Concilij expectare. Sed ſi dictis caſibus occurrentibus, contingat fortè caſus aliquis, quo neceſſarium ſit locum Concilij mutare, vt obſidionis, guerræ aut peſtis vel ſimilis, teneantur nihilominùs tam omnes ſupradicti, quàm omnes prælati cæterique qui ad Concilium ire tenentur, ad locum proximiorem (vt præmittitur) qui ſit habilis ad Concilium, conuenire. Poſſitq; maior pars prælatorum, qui infra menſem ad locum certum declinauerint, illum ſibi & alijs pro loco Concilij deputare. Concilium autem (vt præfertur) conuocatũ & cõgregatum, de huiuſmodi ſchiſmatis cauſa cognoſcens, & in contumacia electorum ſeu gerentium ſe pro Papa vel Cardinalium, (ſi fortè venire neglexerint) litem dirimat, atq; cauſam diffiniat, ac culpabiles in ſchiſmate procurando ſeu nutriendo, vel in adminiſtrando ſeu obediendo, & adminiſtrantibus fauendo, ſeu contra interdictum ſuperius eligendo, vel calumnioſè allegando metum, etiàm vltra prædictas pœnas, cuiuſcunque ſtatûs, gradûs aut præeminentiæ exiſtant, eccleſiaſticæ vel mũdanæ, ſic puniat, vt vindictæ rigor luceat cæteris in exemplum. Vt autem metûs ſeu impreſſionis moleſtia in electione Papæ eo formidoloſiùs euitetur, quo toti Chriſtianitati lamentabiliùs eorum incuſſio ſeu factio perpetratur: vltra pdicta duximus ſpecialiter ſtatuendum, ꝙ ſi quis huiuſmodi metum vel impreſſionẽ aut violentiam electoribus ipſis aut alicui ipſorum in electione Papæ intulerit, ſeu fecerit, aut fieri procurauerit, vel factum ratum habuerit, aut in hoc conſilium dederit vel fauorem, facientes ſcienter receptauerit, vel defenſauerit, aut negligens in executione pœnarum inferiùs comminatarum extiterit cuiuſcunque ſtatûs, gradûs aut præeminentiæ fuerit, etiàm ſi Imperiali, regali, pontificali vel alia quauis Eccleſiaſtica aut ſeculari pręfulgeat dignitate, illas pœnas ipſo facto incurrat, quæ in conſtitutione felicis recordationis Bonifacij Papæ octaui, quæ incipit, Felicis, continentur, illiſque effectualiter puniatur. Ciuitas verò (quod abſit) etiàm ſi vrbs Romana fuerit, ſeu alia quæuis vniuerſitas, quæ talia facienti auxilium vel conſilium dederit aut fauorem, vel infra menſem ſaltem taliter delinquentem (prout tanti facinoris enormitas exegerit, & facultas ei affuerit) non duxerit puniendum, eo ipſo eccleſiaſtica ſubiaceat interdicto. Et nihilominùs præter dictam vrbem, pontificali (vt ſuprà) ſit dignitate priuatus, non obſtantibus priuilegijs quibuſcunque. Volumus inſupèr, ꝙ in fine cuiuſlibet generalis Concilij hoc decretum ſolenniter publicetur, necnõ

quando-

quandocunquè & vbicunquè Romani pontificis electio imminebit facienda, ante ingreſſum conclauis legatur, & publicè intimetur.

Forma de profeſſione Papæ facienda.

Quanto Romanus pontifex eminentiori inter mortales fungitur poteſtate, tanto clarioribus ipſum decet fulciri fidei vinculis, & ſacramentorum eccleſiaſticorum obſeruandis ritibus alligari. Ea propter, vt in futurum Romanis pontificibus in ſuæ creationis primordijs & ſingulari ſplendore luceat plena fides, ſtatuimus & ordinamus, quòd deincèps quilibet in Romanum pontificem eligendus, antequàm ſua electio publicetur, coram ſuis electoribus publicè confeſſionem & profeſſionem faciat infraſcriptas:

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritus ſancti, Amen. Anno à natiuitate Domini milleſimo &c. ego N. electus in Papam, omnipotenti Deo cuius Eccleſiam ſuo pręſidio regendam ſuſcipio, & beato Petro Apoſtolorum principi corde & ore profiteor, quàm diù in hac fragili vita conſtitutus fuero, me firmiter credere & tenere ſanctam fidem catholicã, ſecundùm traditiones Apoſtolorum, generalium Conciliorum, & aliorum ſanctorum patrum, maximè autem ſanctorũ octo Conciliorum vniuerſalium, videlicet primi Nicęni, ſecundi Conſtantinopolitani, tertij Epheſini, quarti Chalcedonenſis, quinti & ſexti Conſtantinopolitanorum, ſeptimi itẽ Nicęni, octaui quoq; Conſtantinopolitani, necnon Lateranenſis, Lugdunenſis & Vienenſis generalium etiàm Conciliorum. Et illam fidem vſque ad vnum apicem immutilatam ſeruare, & vſque ad animam & ſanguinem confirmare, defenſare, & prędicare, ritum quoq; pariter ſacramentorum eccleſiaſticorum catholicæ Eccleſiæ traditũ, omnimodè proſequi & obſeruare. Hanc autem profeſſionem & confeſſionem meam per notarium ſcriniarium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ me iubente ſcriptam, propria manu ſubſcripſi, & tibi omnipotenti Deo pura mente & deuota conſcientia ſuper tali altari &c. ſynceriter offero ĩ pręſentia taliũ &c. Datum &c.

¶ Nè prælati transferantur inuiti.

Cùm ex p̄latorum trãſlationibus eccleſię ipſæ de q̄bus transferuntur, plerunq; grauibus in ſpiritualibus & temporalibus ſubiaceant diſpendijs & iacturis, prælati quoquè nonnunquàm iura & libertates eccleſiarum ſuarum tranſlationis formidine nõ adeò ſolerter vt aliâs proſequantur, nè ad importunitatem quorundam, quæ ſua & non quæ

Phil. 2. c. Ieſu Chriſti quærentium, Romanus pontifex fortan vt homo facti neſcius, in huiuſmodi circunueniatur, aut aliàs leniter inclinetur, præſentibus ſtatuimus & ordinamus, inuitorũ epiſcoporum & ſuperiorum trãſlationes abſque magna & rationabili cauſa, quæ vocata parte cognita fuerit, & deciſa de conſilio ſanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinalium, vel maioris partis eorundem & cum ſubſcriptione, decætero fieri non debere: Inferiores verò, vt abbates, alijque perpetuò beneficiati, inuiti abſq; iuſta & rationabili cauſa cognita, amoueri ſeu priuari non debeant. Adijcientes, quòd in mutationibus abbatum, ſubſcriptio Cardinalium interueniat, ſicut in epiſcopis eſt p̃miſſum, ſaluis conſtitutionibus, conſuetudinibus & priuilegijs Eccleſiarum, monaſteriorum & ordinum quorumcunque.

De ſpolijs & procurationibus.

Cùm per Papam facta reſeruatio & executio & perceptio procurationum, ordinarijs & alijs inferioribus prælatis debitarum ratione viſitationis, necnon & ſpoliorum decedentium prælatorum aliorumque clericorum, grauia Eccleſijs monaſterijs & alijs beneficijs Eccleſiaſticiſque perſonis afferãt detrimenta, præſenti declaramus edicto, rationi fore conſentaneum & reipublicę accommodũ, tales per Papam reſeruationes, ac per collectores & alios authoritate Apoſtolica deputatos ſiue deputandos, exactiones ſeu perceptiones decætero nullo modo fieri ſeu attentari, quinimmò procurationes huiuſmodi quorumcunque prælatorum, Cardinalium etiàm vel ipſius Papæ familiarium, officialium & aliorum quorumnis clericorum, in curia Romana vel extra, vbicunquè & quandocunquè decedentium, ſpolia ſeu bona eorum mortis tempore reperta, plenè & liberè pertineant illis, & per illos recipiantur, quibus aliâs, præfatis reſeruationibus, mandatis & exactionibus ceſſantibus, competerent & pertinere deberent, prælatis etiàm inferiorib⁹ & alijs huiuſmodi ſpoliorum exactiones præter & contra iuris communis formam fieri interdicimus, conſtitutione tamen felicis recordationis Bonifacij Papæ octaui, quæ incipit, Præſenti, ſuper hoc edita ſpecialiter, in ſuo robore duratura. Poſt hæc autem venerabilis vir magiſter Petrus de Lomburga, legit decretum tenoris ſubſequentis:

Poteſtas diffiniendi poſſeſſorium cauſæ epiſcopatûs Cumanenſis.

Sacroſancta & generalis ſynodus Conſtantienſis, vniuerſalem Dei Eccleſiam repſentans, venerabilibus fratribus Placenſi, Piſtorienſi & Vaurenſi epiſcopis, quos aliâs ad audiendum cauſam & cauſas ac querelas ad nos deuolutas ſeu deductas, & deuoluendas ſeu deducendas deputauimus etiàm eccleſiarum cathedralium, vſq; ad diffinitiuã ſententiam excluſiuè, quam in cauſis ipſarũ Eccleſiarum cathedralium nobis reſerua-

uimus, vt cauſam ſuper poſſeſſorio iudicio Eccleſiæ Cumanenſis, & pertinentibus ad eandem, inter venerabilem fratrem Antonium epiſcopum Cumanenſem agentem ex vna, & dilectos Eccleſiæ filios canonicos & capitulum & fratrem Franciſcum de * Crinellis ordinis Minorum, pro electo dictæ Eccleſiæ ſe gerentem defendentes partibus ex altera, quæ coram ipſis pendet indeciſa, habentes ſtatum cauſæ huiuſmodi pro ſufficienter expreſſo, ac non valentes diuerſis occupati negocijs finali deciſioni eiuſdem intendere finali ſententia, vocatis ſecum aliquibus, terminare valeant, plenariam concedimus facultatem. Quibus ſic lectis, dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis Cardinalis præſidens, nomine totius Concilij reſpondit per verbum, Placet.

*Cunellis

SESSIO XL.

Die Sabbati trigeſima ſupradicti menſis Octobris, fuit celebrata generalis ſeſſio in maiori Eccleſia Conſtantienſ. Pro cuius quidem ſeſſionis introductione reuerendiſſimus pater dominus Iordanus epiſcopus Albanenſis ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalis, de Vrſinis vulgariter nũcupatus, Miſſam de Spirituſancto celebrauit: reuerendiſſimus vero dñs Ioannes epiſcopus Oſtiẽſis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis & vicecancellarius, pontificalibus indutus, huiuſmodi ſeſſioni p̃ſedit. Lectiſque litanijs & alijs orationibus in ſeſſionibus legi ſolitis, reuerendiſſimus pater dominus Guillermus tituli ſancti Marci p̃sbyter Cardinalis, quædam decreta publicè legit ſub his verbis:

Reformationes fiendæ per Papam vnà cum Concilio, antequàm Concilium diſſoluatur.

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ſtatuit & decernit, ꝙ futurus Romanus Pontifex per Dei gratiam de proximo aſſumendus, cum hoc ſacro Concilio vel deputandis per ſingulas nationes, debeat reformare Eccleſiam in capite & in membris, & curiã Romanam ſecundùm æquitatem & bonum regimen Eccleſiæ, antequàm hoc Concilium diſſoluatur, ſuper materijs articulorum aliàs per nationes in reformatorio oblatorum, quæ ſequuntur.

1 Primò, de numero, qualitate & natione dominorum Cardinalium.

2 Itẽ de reſeruationibus ſedis Apoſtolicę.

3 Item de annatis, communibus ſeruitijs & minutis.

4 Item de collationibus beneficiorum & gratijs expectatiuis.

5 Item de confirmationibus electionum.

6 Item de cauſis in Romana curia tractandis vel non.

7 Item de appellationibus ad Romanam curiam.

8 Item de officijs cancellariæ & pœnitentiariæ.

9 Item de exemptionibus & incorporationibus tempore ſchiſmatis factis.

10 Item de commendis.

11 Item de fructibus medij temporis.

12 Item de non alienandis bonis Romanæ eccleſiæ.

13 Item propter quę & quomodo Papa poſſit corrigi & deponi.

14 Item de extirpatione Simonię.

15 Item de diſpenſationibus.

16 Item de prouiſione Papę & cardinaliũ.

17 Item de indulgentijs.

18 Item de decimis.

Hoc adiecto, quòd factis per nationes deputatione prędicta, liceat alijs de licẽtia Papæ liberè ad propria remeare.

¶ Quòd procedatur ad electionem Romani Pontificis, abſentia Cardinalium Petri de Luna, non obſtante.

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, attendens ea, quæ iamdudùm Narbonæ pro vnione eccleſię de admittendis in eadem ſynodo cardinalibus obedientiæ Petri de Luna, olìm Benedicti decimiterrij in ſua obedientia nuncupati, concordata fuerunt, quòdq; poſt notoriam electionem dicti Petri de Luna, pręfati cardinales dudùm ſecundùm eadem concordata ante electionem huiuſmodi vocati, infra tres menſes & ampliùs à die electionis prędictę expectati non venerunt, ſtatuit & decernit fore ad electionem Romani Pontificis iuxta decernenda per eandem ſynodum, eiuſdem ſynodi authoritate procedendum, ipſorum abſentia non obſtante: quos, ſi ante cõſummatam electionem ſumri ſummi Pontificis venerint, & eidem Concilio adhæſerint iuxta diſpoſitionem iuris & decernenda per Cõcilium, vnà cum alijs ad electionem prędictam admittendos eſſe declarat.

¶ De modo & forma eligendi Papam.

Ad laudem, gloriam & honorem omnipotentis Dei, & ad pacem & vnitatem vniuerſalis Eccleſię ac totius populi Chriſtiani, vt electio futuri Romani & ſummi Pontificis proximè celebranda, firmiori authoritati & plurium roboretur aſſenſu, & nè, attento ſtatu Eccleſię ſuper dicta electione, in poſterum vlla retractio, vllúsve ſcrupulus in mentibus hominum reſideat, ſed ex illa ſequatur vnio certa, vera, pleniſſima & perfecta fidelium: ſacroſancta ſynodus Conſtantienſis, communi vtilitate penſata, de ſpeciali & expreſſo conſenſu & voluntate concordi

concordi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium in eadem ſynodo perſonaliter exiſtentium & collegij eorundem ac omnium nationum præſentis Cõcilij, ordinat, ſtatuit & decernit, quòd hac vice duntaxàt ad eligẽdum Romanum & ſummum Põtificem, vnà cum Cardinalibus ſex prælati, vel aliæ honorabiles perſonæ eccleſiaſticæ in ſacris ordinibus conſtitutę, de qualibet natione in eadem ſynodo pro tunc exiſtentes, quos ſeu quas quælibet ipſarum nationum pro ſe ad hoc infra decem dies duxerit eligendas, ipſis Cardinalibus adiungantur. Quibus omnibus eadem Synodus eligendi Romanum Pontificem ſecundùm formam hîc expreſſam (quatenùs opùs eſt) tribuit poteſtatem, videlicet quòd ille abſque vlla exceptione ab vniuerſali Eccleſia Romanus Pontifex habeatur, qui à duabus partibus Cardinalium in conclaui exiſtentium, & à cuiuſlibet nationis duabus partibus eiſdẽ Cardinalibus adiungendorum & tunc adiunctorum, electus fuerit & receptus, quódque non valeat electio, nec electus pro ſummo Pontifice habeatur, niſi duæ partes cum Cardinalibus ad eligendum adiungendorum & tunc adiunctorum, conſentiant & conſenſerint in Romanum Pontificem eligendum. Statuit inſupèr, ordinàt & decernit, quòd vota quorumcunque in electione huiuſmodi emittẽda, ſint nulla, niſi (vt præmittitur) duæ partes Cardinalium & duæ partes cuiuſlibet nationis adiungẽdorum, & tunc adiunctorum prædictorum, præſentialiter ſeu per acceſſionem in vnum concurrant. Hoc etiàm adiecto, quòd prælati & alij cum Cardinalibus ipſis ad electionem huiuſmodi adiungendi & tunc adiuncti, omnes & ſingulas conſtitutiones Apoſtolicas etiàm pœnales, circa electionem Romani Pontificis editas, atque conſuetudines obſeruari conſuetas, quemadmodum ipſi Cardinales obſeruare teneantur, & ad illorum obſeruantiam adſtringantur. Teneantur inſupèr iurare, & iurent dicti electores & Cardinales & alij, antequàm ad electionem procedant, quòd in huiuſmodi electionis negocio attendant, quòd eis imminebit (cùm de creatione agitur vicarij Ieſu Chriſti, ſucceſſoris B. Petri, vniuerſalis rectoris Eccleſiæ, gregis Dominici directoris) puris & ſynceris mentibus (& quantùm credant publicæ vtilitati vniuerſalis Eccleſiæ proficere, omni cuiuſcunq; nationis perſonæ vel alio inordinato affectu, odio, gratia vel fauore abiectis) procedere, vt eorum miniſterio de vtili & idoneo vniuerſali eccleſiæ paſtore prouideatur. Ordinàt inſupèr, ſtatuit & decernit eadem ſancta Synodus, ꝙ infra decem dies ex nunc continuè numerandos, quos decem dies omnibus & ſingulis ſanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinalibus præſentibus & abſentibus & cæteris electoribus ſupradictis, attenta Romanæ Eccleſiæ notoria vacatione, ad intrandum conclaue in hac ciuitate Conſtantienſi in maiori domo communitatis eiuſdem ciuitatis ad hoc iam ordinata, præfigit & aſſignat, præfati electores, cardinales & alij ſupradicti intrent ipſum conclaue ad electionem huiuſmodi celebrandam, cæteraque faciendum, obſeruandum & proſequendum, quẽadmodùm in cæteris, præter præmiſſa, de cardinalibus & alijs in electione Romani Pontificis iura ſtatuunt & decernunt, quæ omnia, præmiſſis obſeruatis, vult eadem ſancta Synodus in ſuo robore permanere. Hanc autem formam & hunc modum electionis approbat, ordinat, ſtatuit ac decernit pro hac vice, & ad omnem ſcrupulum ſubmouẽdum eadem ſancta ſynodus omnes & ſingulos in eadem Synodo præſentes & venturos, qui eidem ſynodo adhærebunt, ad omnes actus legitimos in eadem ſynodo agendos, actiuè & paſſiuè (quatenùs opùs eſt) habilitat & habiles eſſe declarat, cæteris eiuſdem Cõcilij decretis ſemper ſaluis, ſupplens omnes defectus (ſi qui forſan interuenerint) in pręmiſſis, Apoſtolicis etiàm & generalibus Concilijs editis, & alijs conſtitutionibus nõ obſtantibus quibuſcunque. Quibus decretis ſic lectis, dominus Ioannes Epiſcopus Oſtienſis cardinalis huiuſmodi ſeſſionis pręſidens, ipſius Synodi nomine reſpondit, Placet.

SESSIO QVADRAGESIMA PRIMA.

DIE Lunę octaua menſis Nouembris, anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimoſeptimo, indictione decima, fuit tertia ſeſſio generalis in maiori Eccleſia Conſtantienſi. Pro cuius ſeſſionis introductione reuerendiſſimus pater dominus Guillermus tituli ſancti Marci, ſanctę Romanę Eccleſię presbyter Cardinalis, Miſsã de Spiritusancto, sereniſſimo principe domino Sigiſmundo Romanorum rege cum inſignijs regalibus interueniẽte, deuotè celebrauit. Et miſſa finita, dominus Iacobus Epiſcopus Laudenſis, ſolennem fecit ſermonem ad ſynodum, aſſumens pro themate, Eligite meliorem. Reuerẽdiſſimus ve- 4.Re.10.c
rò pater dominus Ioannes Epiſcopus Oſtienſis, ſanctę Romanę Eccleſię Cardinalis, huic ſeſſioni pręſedit. Litanijs igitur lectis, alijſque in ſeſſionibus legi ſolitis, cum Euãgelio ſecundùm Ioannem, Si diligitis me, manda- Ioã.14.b
ta mea ſeruate: dominus Petrus de Lomburga licentiatus in decretis, ſtans in ambone ſolito, quandam cõſtitutionem felicis recordationis Clementis Papę ſexti, & alia quę ſequuntur, legit huiuſmodi ſub tenore.

¶ Conſtitutio Clementis Papæ ſexti, ſuper modo & forma tenendis ſuper victualibus Cardinalium in conclsui exiſtentium.

Clemẽs epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam: Licèt in conſtitutione à ſelicis rec. Gregorio Papa decimo prædeceſſore noſtro ſuper electione Romani pontificis edita in Concilio Lugdunẽſi, inter cætera caueatur expreſsè, quòd ſi eũdem pontificem in ciuitate, in qua cum ſua curia reſidebit, diem claudere contingat extremum, Cardinales in palatio in qoo idem põtifex habitabat, omnes conueniant, & in eo ſinguli ſingulis tãtummodò, niſi illi quibus ex patẽti neceſſitate duo permittuntur haberi, contenti ſeruientibus clericis vel laicis, (prout elegerint) vnum conclaue, nullo intermedio pariete vel alio velamine, inhabitent in communi: Et quòd diebus certis, non facta prouiſione de paſtore, decurſis, panis, vinum & aqua tantùm eiſdem Cardinalibus, donèc ſubſequetur prouiſio, miniſtretur: Quia tamen, ſicut frequenti multorum aſſertione & in Cardinalatu cõſtitutorum percepimus, nonnulli ex cardinalibus in obſeruatione conſtitutionis ipſius grauati aliâs nimirùm extiterũt, multi quoquè ex ipſis duos in conclaui prædicto habuerint ſeruientes, non abſque ſcrupulo conſcientiæ propter ambiguitatem dictorum verborum, videlicet, Quibus ex patenti neceſſitate duo permittuntur haberi, in dicta conſtitutione (vt præmittitur) contentorum, nos prouidere ſuper his cupientes, ex his & certis alijs cauſis rationabilibus, quæ noſtrum ad id animum induxerunt, rigorem conſtitutionis ipſius & etiàm ad fratrum noſtrorum ſupplicationem, in his prouidimus temperandum, authoritate Apoſtolica ſtatuentes, quòd Cardinales poſtquàm conclaue huiuſmodi ſeu clauſuram pro dicta celebranda electione intrauerint, ſinguli duos ſeruientes tantùm clericos vel laicos, prout duxerint eligendos, ac etiàm ſingulis præter panem, vinum & aquam in prandio & in cœna duntaxàt vnũ ferculum ſeu miſſum carnium vni' ſpeciei tantummodò, aut piſcium ſeu ouorum, cum vno potagio de piſcibus vel carnibus principaliter non confectis & decentibus ſalſamentis habere valeant, vltra carnes ſalſas, & herbas crudas, ac caſeum, fructus ſiue electuaria, ex quibus tamen nullum ſpecialiter ferculum conficiatur, niſi ad condimentũm fieret, vel ſaporem. Nullus verò eorũ de alterius ferculo veſci poſſit. Liceat etiàm eis ex decentia honeſtatis habere in clauſura huiuſmodi, cùm in lectis cauſa quieſcendi vel dormiendi eſſe voluerint duntaxàt, intermedia ſeu velamina ſimplicium tantummodò cortinarum, prędictis & ſelicis recordationis Clementis papæ quinti prædeceſſoris noſtri & alijs conſtitutionibus Apoſtolicis contrarijs, quibus per hoc in alijs derogare nolumus, non obſtantibus quibuſcunq;. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Auinione, octauo Idus Decembris, pontificatûs noſtri anno decimo.

CAPITVLA IVRANDA per electores Romani pontificis & cuſtodes conclauis.

Iſta ſunt, quę cardinales & alij electores Romani Pontificis in Concilio generali Conſtantieñ. obſeruare, & cuſtodes iurare & facere obſeruari tenentur, & ad quæ non vltrà compelli poſſint per cuſtodes conclauis.

Primò, quòd infra decem dies à die iam lati per Concilium decreti intrent cõclaue, videlicet hodiè Lunæ octaua menſis Nouẽbris infra occaſium ſolis.

Secundò, quòd quilibet non habeat vltra duos ſeruientes clericos vel laicos, quos duxerit eligendos, & ſimpliciter permittantur duos habere per conſtitutionem Clementis ſexti, licèt in conſtitutione, Vbi maius, non liceret habere duos, niſi ex patenti neceſſitate.

Tertiò, quòd in conclaui ſimul inhabitent nullo medio pariete vel alio velamine, niſi quandò dormient vel quieſcent, & tunc licet habere intermedia ſeu velamina duntaxàt ſimplicium cortinarum, quæ cortinæ conceduntur per dictam conſtitutionem Clementis ſexti.

Quartò, ità claudatur conclaue, reſeruato aditu ad ſecretam cameram, quòd nullus, poſtquàm incluſi fuerint, intrare valeat vel exire. Nullus ad eoſdem electores aditus pateat, vel facultas ſecretè loquendi aliquid cum eis, nec ipſi aliquos ad ſe venientes admittant, niſi de conſenſu omnium aliqui pro his quæ ad electionem pertinẽt, vocarentur.

Quintò, quòd nulli liceat ad ipſos electores nuncium vel ſcripturam mittere.

Sextò, quòd in ipſo conclaui competens ſit feneſtra, perquam electoribus & ſeruitoribus vitæ neceſſaria miniſtrentur, per quã tamen nulli patẽre poſſit acceſſus.

Septimò, quòd in ſingulis diebus poſtquàm conclaue intrauerint, præter panem, vinum & aquam, in prandio vnum duntaxàt ferculum carnium vnius ſpeciei tantùm aut piſcium ſeu ouorum, cum vno potagio de piſcibus ſeu carnibus principaliter non

confectis

coofectis & decentibus ſalſamentis habere valeaot vlira carnes ſalitas,& herbas crudas ac caſeum, fructos ſeu electuaria, ex quibos tamen nullom ſpecialitet ferculum cōficiatur,niſi ad condimentum fieret, vel ad ſaporem. Et in iſtis cibis reſtringitur per Clementem ſexium conſtiiutio. Vbi maios, pro tribus primis diebus,quibus oulla ciborum etat limitatio, & pro ſequentibus moderatur.

Octauò, quod eſt de mente conſtitutionis, Vbi maius,per Clemeotinam, Nè Romañ. quòd oullus intrare compellitur conclaue,niſi omnes recuſarent, qoia tunc cogendi ſuot.

Nonò, quòd volentibus exire permittitur: ſed ſi omnes exirent,Papa non electo,reintrare compellantur,niſi quos excuſat infirmitas: ſed qui ſinè cauſa infirmitatis exiuerit ampliùs non admittitur,niſi omoes (vt præmittitor) exirent.

Decimò, quòd exiens pro caoſa infirmitatis,ac etiàm abſentes,ſi ſuperuenerint re integra,videlicet antequàm de Papa ſit prouiſum,admittantur io conclaui,in ſtatu in quo erit electionis negocium.

Cuſtodes conclauis iurēt, quòd præmiſſa omnia ſioè fraude & dolo inuiolabiliter faciant obſeruati, neque Cardinales & alios electores vltra præmiſſa coarctabuot, nec permittent, aut aliquatenùs ſinent per alios coarctari. Item quòd eadem die omoes cuſtodes, & maximè qui addentur vltra illos, quibus de iure competit, nominatim deputentur per Cōcilium,& iurent præmiſſa. Item videtur, quòd ſi dominus rex eſt præſens,debeat pro ſuæ maieſtatis reuerentia ab eo ſedente io ſede ſua,per duos Cardinales recipi iuramentum.

Nomioa iurandorum.

Fredericus Marchio Brandeborgenſis, Guillermus comes de Hennenberg, Philippus magiſter Rhodi, Bronoros de la Scala, Dominus Veronenſis miles, Ioannes Raymundi Floch comes de Cardona, Ferdinandus Petri de Ayala miles de Caſtella, Martinos Ferdinandi miles, Raymundus * Ayirmar miles, Bertholdus comes de Vrſinis, Guntherus comes de Schuuartzburg, Ludouicus comes de Oettingen, Humbertus de Sabaudia baſtardus miles, Hugo comes de Hauugheberg, Saucius miles, Staniſlaus miles, Ambaſiatores Regis Poloniæ. Quibus omnibus ſic lectis, venerabilis & egregius vir dominus Petrus * Clanrigerdecretorum doctor, omnibus & ſingulis perſonis ſupradictis præſentibus, & intelligentibus, alta voce capitula ſupradicta per eos iuranda, de verbo ad verbum in Teutonico ſermooe ad intellectum expoſuit. Quibus capitulis ſic ad iotellectū expoſitis, duo ex reuerendiſſimis dominis Cardinalibus (proui ordinatum fuerat) ad ſereniſſimum Principem dominum Sigiſmundum Romanorum regem, io ſede ſua regia exiſtentem, vnà cum libro Euangeliorum & Cruce ſancta acceſſerunt. Ipſeque dominus Sigiſmundus Romanorum rex, tactis Cruce & Euangelio prædictis,in manibus dictorum dominorum Cardinalium prædicta capitula obſeruare iurauit. Quo iuramento prçſtito, omoes & ſinguli prædicti ſingulatim ad pedes dicti domioi præſidentis acceſſerunt,ibique tactis corporaliter & Cruce & Euangelijs, in manibus eiuſdem præſidentis (vt præmittitur) dicta capitula firmiter obſeruare iuraoeruot. Deiodè reuerendus pater dominus Antonios epiſcopus Concordienſis,& Ludouicus de Palude Abbas Treuotchienſis pro collegio Cardinalium,Pandulfus protonotarius de Albiano pro Italica,Theobaldus Archiepiſcopus Biſuotinenſis pro Gallicana, Nicolaus epiſcopus Merſeburgenſis pro Germanica, Petrus epiſcopus Olorenſis pro Anglicana, decanus Segobienſis pro Hiſpanica natiooibus,pro cuſtodia cooclauis deputati, in manibus dicti præſidentis tactis Cruce & Euágelijs prædictis(vt præmittitur) iurauerunt. Quibus iuramentis ſic(vt præmittitur) præſtitis & receptis,reuerendus pater dominus Bartholomæus Archiepiſcopus Mediolaoenſis, legit ſequens decretum ſub his verbis:

* Aymar

*Clactiger

Decretum de electoribus Romani Pontificis pro hac vice.

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, exequendo eiuſdem ſynodi ordinationem, decretum & ſtatutum nupèr editum ſuper modo & forma electionis hac vice Romani Pontificis, ad eligendum eadem vice Romanom Pontificem, adiongit reuerendiſſimis in Chriſto patribus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ex eorum voluntate & conſenſu expreſſis, venerabiles Ioanoem Patriarcham Cooſtantinopolitanū, Ioanoem Rigenſem Germanicæ, Guillermum Bituricenſem Gallicanæ, Nicolaum Goeznenſem Germanicæ, Bartholomæum Mediolanenſem Italicæ, Iacobum Turonenſem Gallicanæ Archiepiſcopos, Ricardum Londonienſem, Nicolaum Bathonienſem Anglicanæ,Didacum Conchenſem, Ioannē Pacenſem Hiſpanicæ, Ioannem Gebenneñ. Gallicanæ,Franciſcum Melfitenſem, Henricum Feltrēſem Italicç, Nicolaum Aqueñ. Hiſpanicç, Simooem Traguerienſem Germanicæ,Ioannem Lichfeldenſem, Ioannem Noruicenſem Anglicanæ epiſcopos, ac dilectos eccleſiæ filios Iacobum Penoenſem electum Italicæ, Robertum Cluoiacenſem Gallicanæ, Thomam ſanctæ Mariæ * Eboracenſem Anglicanæ monaſteriorum Ab-

bates, Leonardum generalem ordinis Prædicatorum ſacræ paginæ Italicæ, Thomam decanom Eboracenſem Sedis Apoſtolicæ notarium Anglicanæ, Pandulphum de Malateſtis archidiaconum Bononienſem Italicæ, †Vualterum Graſſi priorem Rhodi decretorum Gallicanæ, Philippum de Madalia archidiaconum pœnitētiarum in Eccleſia Barchinonenſi ſacræ paginæ Hiſpanicæ, Lambertum de Stipite priorem de Berckenyo, Gundiſſaluum Garſliæ archidiaconum de Bruneſta decretorum, Vualaſchum Petri vtriuſque iuris Hiſpanicæ, Nicolaum de Dinckelſpuel, Conradum de Suſato ſacræ paginæ doctores Germanicæ, nationum p̄dictarum in eadem ſynodo exiſtentium & nominatorum, & per eaſdē nationes quemlibet per ſe ad hoc electorum, præfatiſque ſic (vt præmittitur) electis & adiunctis, eligendi cum ipſis Cardinalibus de eorum voluntate & conſenſu expreſſis, Romanom & ſummum Pontificem ſecundùm formam ordinationis & decreti pręmiſſorum tribuit poteſtatem, ſupplens omnem defectum, ſi quis forſan in electione prędictorum adiunctoru m interuenerit. Quo decreto lecto, idē dominus Bartholomæus Archiepiſcopus Mediolaneſi. continoauit ſub his verbis:

Decretum de non ſpoliando eligendum in Papatu.

Gen. 6.b Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, ad perpetuam rei memoriā. Omnis ætas ab adoleſcentia ſua prona eſt ad malum, ad id præſertim, ad quod cupiditatis & auaritiæ ſtimulis incitatur. Fiunt autem & factæ ſunt leges, vt earum metu humana refrenetur audacia, tutaque ſit inter impro-

* nocendi facultas. bos innocentia, & refrenetur * licentia, nocendique facultas. Cùm itaque nonnūquàm euenille comperimus, quòd electo Romano Pontifice: nonnulli ſub prętextu cuiuſdam abuſiuæ licentię, res & bona ſic electi, quaſi culmine diuitiarum adepto, falsò prętendentes occupanti concedi, nedùm illius ſic electi, immò aliquandò nonnullorum, quos electos eſſe mendaciter confingunt, domos, res & bona illorum, necnon & aliquandò bona Cardinalium aut electorum Romani Pontificis, & aliorum in loco conclauis exiſtentiū, etiàm violenter inuadunt, recipiunt, occupant, & tranſportant, lucrifacta exiſtimantes, ex quibus (ſi permitterentur) plura pericula, ſcandala, rapinę, furta & nonnunquàm homicidia ſequerētur. Nos igitur tam ſcelaratę temeritatis & audacię viam præcludere, & huiuſmodi periculis & ſcandalis obuiare volentes, pręfatum damnantes ſceleratum abuſum, talia fieri hoc edicto p̄hibemus, ſtatuentes quòd quicunque cuiuſcunque ſtatûs aut conditionis exiſtat, contra hoc pręſumpſerit attentare, aut ad hoc auxilium, conſilium vel fauorem prębere, pręter pœnas quas in violentos raptores & occupatores huiuſmodi, iura atque Apoſtolicę & Imperiales conſtitutiones ſtatuunt, eo ipſo excommunicationis ſententiam incurrat, à qua niſi per iſtam ſanctam Synodum aut futurum Romanum Pontificem, pręterquam in mortis articulo & ſatisfactione, abſolui nequeat. & omni officio, beneficio, priuilegijs ac dignitate eccleſiaſtica & mundana, feudiſque & rebus alijs, ſi quę, aut quas in Romana vel alijs eccleſijs obtinebit, ſit priuatus, & inteſtabilis actiuè & paſſiuè exiſtat: ciuitas verò quę in pręmiſſis culpabilis fuerit, eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto, huic adijcientes ſanctioni, vt domini temporales, rectoreſque & officiales ciuitatis vel loci, vbi electionem Romani Pontificis contigerit celebrari, illa imminente, pręmiſſa fieri ſub grauioribus pęnis publicè & realiter prohibeant, & prohibitionem diligēter faciant obſeruari, cęteris conſtitutionibus

*citra talia editis, in ſuo robore duraturis. * circa

Decretum annullationis proteſtationum, conuentionum, necnon ſuſpenſionum cauſarum & audientię litium.

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, vt purius, ſyncerius, & liberius ad electionem Romani Pontificis proximè celebrandam procedatur, omnes & ſingulas proteſtationes, quę poſſunt puritati, ſynceritati, libertati & efficacię electionis huiuſmodi obuiare, necnon cōuentiones, pactiones, promiſſiones, obligationes, iuramenta, condicta & intendimenta circa materiam electionis huiuſmodi factas & facta, fiendas & fienda, ex abūdanti damnat, reprobat, annullat & execratur, prout etiàm de iure ſunt nullà, mandans ſub obteſtatione diuini iudicij & ſub excommunicationis pęna, quam in contrariū facientes, vult & ſtatuit eo ipſo incurrere, & pręcipiens, nè quis (ſi quis forſitan talia fecerit) illis vtatur, aut illas vel illa obſeruet, cùm plùs Deo placeant talium tranſgreſſores, quàm obſeruatores: illoſque ab illorum, vel illarum obſeruatione abſoluit & liberat, ac liberos & abſolutos eſſe declarat. Pręterea ut ad tam neceſſarium & ſalubre electionis negocium attentiùs procedatur, audientiam & omne malum cauſarū & litium exercitium in eadem ſancta ſynodo & illius authoritate conſtitutam & conſtitutum, pręter audientiam curię camerę Apoſtolicę vſque ad aſſumptionem Romani Pontificis incluſiuè ſuſpendit, & prohibet, irritum decernens & inane, quicquid in contrarium fuerit attentatum. Quibus decretis ac omnibus & ſingulis (vt pręmittitur) lectis & peractis, dominus pręſidens totius Cōcilij nomine, per verbum Placet, reſpondit. Deindè verò de mandato ſacræ

ſynodi

ſynodi idem reuerendiſſimus dominus præſidens voluit habere decretum de ſecuritate præſentis ciuitatis Conſtantiæ, aliàs ſtatutum & ordinatum, pro lecto & repetito in eadem ſeſſione.

Introitus conclauis.

Eadem die hora tertia vel quaſi poſt meridiem, reuerendiſſimi reuerendique patres & domini ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Patriarcha Cõſtantinopolitanus, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, venerabileſq; domini priores, decani archidiaconi, doctores, cæterique electores prædicti domini, communitatis ciuitatis Conſtantienſis domum pro conclaui paratam, pro electione Romani pontificis celebranda, more ſolito intrauerunt.

Electio Papæ.

Die Iouis in feſto S. põtificis Martini epiſcopi, vndecima ſupradicti menſis Nouembris, reuerẽdiſſimi reuerẽdiq; patres & domini ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales Patriarchę, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates aliiq; electores prædicti in cõclaui p̄dicto exiſtentes, reuerendiſſimum in Chriſto patrem & dominũ, dominum Odonem
*velabrũ de Columna, S. Georgij ad velum aureum diaconum Cardinalem, de Columna vulgariter nuncupatum, natione Romanum, cõcorditer in Romanum Pontificem elegerũt, qui Martinus Papa V. nominari voluit. Et ſic per ſereniſſimum & inuictiſſimum principem dñm Sigiſmundum Romanorum regem, vnà cum ſancta ſynodo, apud p̄dictam Eccleſiã maiorem huius ciuitatis Conſtantienſis maximis cum ſolennitatibus & lætitia fuit inthronizatus.

Coronatio Papæ.

Pontificatûs ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, dñi Martini diuina prouidentia Papæ quinti anno primo, die Dñica 21. ſupradicti menſis Nouembris, idem ſanctiſſimus dñs noſter more ſolito & in coronationibus Romanorum Pontificum hactenùs obſeruari conſueto fuit apud eccleſiam Conſtantieñ. honorificè coronatus, & demùm per dños ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, alioſq; p̄latos, ambaſiatores, & Romanæ curię officiales in ſacroſancta ſynodo prędicta pręſentes, necnõ illuſtriſſimum principem dominum Sigiſmundum Romanorum regem &c. à dextero, & illuſtriſſimum Principẽ dñm Fredericum marchionẽ Brãdeburgeñ. ſacri Romani Imperij archicamerariũ & electorẽ, à ſiniſtro lateribus eiuſdem dñi noſtri Papæ p̄ equi frenum in quo ſedebat, vnà cum populoſa multitudine proceſſionaliter ab eccleſia Conſtantieñ. prædicta vſq; ad monaſterium S. Auguſtini conductus, & per circuitum ad Conſtantieñ. eccleſiã prædictam fuit ſolenniſſimè reductus.

SESSIO XLII.

ANno Dñi milleſimo quadringenteſimo decimoſeptimo, indictione 11. die verò Martis 28. menſis Decembris, pontificatûs ſanctiſſimi in Chriſto patris & dñi, dñi Martini diuina p̄uidentia Papæ V. anno primo, fuit ſeſſio generalis in eccleſia maiori Conſtantię, ſanctiſſ. dño noſtro Papa prædicto perſonaliter præſente ibidèm & præſidente. In qua reuerendiſſimus pater dominus Antonius epiſcopus Concordienſis Miſſam de ſanctis innocentibus deuotè celebrauit. Qua celebrata, reuerendiſſimus pater dñs Guillermus tituli S. Marci, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter Cardinalis, de mandato ſanctiſſimi dñi noſtri ac ſanctę ſynodi prędictorum, in ambone ſolito ſtans, quandam bullam infrà ſcripti tenoris publicè legit.

Bulla liberationis factæ dño Imperatori de cuſtodia olìm Ioannis XXIII. Papæ & traditione domino noſtro Papæ factis.

Martinus epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, chariſſimo in Chriſto filio Sigiſmũdo regi Romanorum illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dudùm præfatum generale Concilium Conſtantienſe perſonam Balthaſaris Coſſa, olìm Ioannis Papę vigeſimitertij in ſua obedientia nuncupati, poſt illius à papatu p̄ diffinitiuã ſententiã eiuſdẽ Concilij canonicã depoſitionem, per eandẽ ſententiam ad ſtandum & morandum in aliquo bono & honeſto loco ſub cuſtodia tuta nomine dicti ſacri Concilij, quandiù eidem ſacro Concilio pro bono vnionis Eccleſiæ Dei videretur, condemnauit: quem hucuſquè fideliter & diligenter tam per te, quàm per dilectum filium nobilem virum Ludouicum ducem Baoariæ & comitem Palatinum Rheni, tuo nomine ſub fide & tuta cuſtodia, honeſtè & debitè, tanquàm vnionis & pacis zelator deuotus conſeruâſti.

Cùm autem nuper nos & nonnullos nationum in eodem Concilio exiſtentium deputatos, inſtanter & ſępè ręquiſiueris, quatenùs perſonã dicti Balthaſaris prędictam de tua cuſtodia recipere, teque & eundem ducem de eiuſdem Balthaſaris prędicta cuſtodia liberare, & exonerare vellemus: Nos attendẽtes quantis laboribus & ſtudijs pacem & vnionem Eccleſię omnipotentis Dei noſtri fueris proſequutus, ſatiſque eſſe, quòd tu onus dictę cuſtodiæ iam per biennium & penè ſex menſes laborioſè (quod pro magno habemus beneficio) ſubijſti, volentes te ac eundem ducem (vt iuſtum eſt) ab omni onere liberare, (eodem ſacro approbante Concilio) decernimus & ordinamus, perſonã eãdem dicti Balthaſaris nobis

ant deputandis à nobis fore tradendam & aſſignandam, decernentes & declarantes, ac volentes (eodem ſacro approbante Cócilin) per traditionem & aſſignationem huiuſmodi deputádis à nobis, per te aut dictum ducem vel alium, ſeu alios tuo nomine faciendam, eo ipſo quòd illas fieri continger, te & ducem eundem ab omni onere, debito & obligatione dictæ cuſtodiæ & aliàs occaſione illius contradictis apud nos & idem ſacrum Cócilium ac Eccleſiam vniuerſalem, eſſe ac perpetuò remanere liberos, ſolutos penitùs & immunes. Si quis autem hanc paginam decreti, ordinatinnis, declarationis & voluntatis noſtræ inſtingere præſumpſerit, aut ei auſu temerario contraire, indignationem omnipotentis Dei, & beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Conſtantiæ in Conci-
* quinto lio generali * ſexto Calendas Ianuarij, pontificatûs noſtri anno primo.

Quo decreto lecto, dominus Ioánes epiſcnpus Oſtienſis, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis & vicecancellarius, totius ſynodi nomine per verbum Placet, reſpondit.

SESSIO XLIII.

1418. ANno & indictione qnibus ſuprà, die verò Lunæ vigeſimaprima menſis Martij, pontificatús ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri Martini dinina prouidentia Papæ quinti anno primo, Conſtantiæ in Eccleſia maiori fuit tenta & celebrata ipſius ſacro ſanctæ & vniuerſalis ſynodi Conſtantienſis ſeſſio publica, ſanctiſſimo domino noſtro Papa prædicto præſidente. Pro cuius ſeſſionis introductione reuerendiſſimus pater dominus Guillermus tituli ſancti Marci ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter Cardinalis Miſſam de Spirituſancto celebrauit. Ex iuxta ritum ſolitum Litanijs & alijs deuotis orationibus lectis, idem reuerendiſſimus pater dominus Guillerm⁹ Cardinalis nonnulla decreta, ſiue ſtatuta per dominum noſtrum Papam ac ſynodum eoſdem facta, publicè perlegit ſub his verbis:

De exemptionibus.

Decreta Martini Pontificis V. Mattinus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei: Attendentes, quòd à tempore obitûs felicis recordationis Gregorij Papæ vndecimi prædeceſſoris noſtri, nonnulli Romani pontifices, aut pro Romanis pontificibus ſe gerentes, & in ſuis diuerſis obedientijs reputati, pro ſua voluntate, aut per importunitatem petentium nonnullas eccleſias, monaſteria, capitula, conuentus, prioratus, beneficia, loca & perſonas à iuriſdictioni bus ordinatiorum tempore dicti Gregorij nullatenùs exemptos, vel exempta, de nuuo à dictorum ordinatiorũ iuriſdictionis exemerunt, in graue ipſorum ordinariorum præiudicium, nos volentes huiuſmodi præiudicio obuiare, omnes exemptiones eccleſiarum cathedralium, monaſteriorum, capitulorum, conuentuum, prioratuum, beneficiorum, locorum, perſonarum, quarumcunque, etiàm ſi ex prædictis aliquod monaſterium fuerit exemptum, & poſteà ſubiectum monaſterio diuerſi habitûs, vel coloris, à tempore obitûs dicti Gregorij vndecimi per quoſcunq; pro Romanis Pontificibus ſe gerentes, etiàm ſi per nos forſan approbatæ fuerint ex certa ſcientia, vel innouata parte non vocata de nouo factas, quæ tamen ante exemptionem huiuſmodi nulla exemptione gaudebant, ſed ſimpliciter ſubijciebantur ordinatiæ iuriſdictioni, nullumque ante illud tempus habuerũt, initium, exceptis etiàm exemptionibus, quæ vni toti ordini & quæ eccleſijs, monaſterijs, capitulis, conuentibus, beneficijs ſiue locis, à prędicto tempore ſub modo exemptionis aut conditione* feudatis, aut contemplatio- *fundatis,
nenouæ * feudationis, ſeu vniuerſitatibus *fundationis
ſtudiorum generalium aut collegijs * ſcholarium, aut per modum confirmationis, augmenti aut additionis factæ fuerint, aut conceſſæ, aut ſuper quibus præſentibus & auditis (quorum intererat) authoritate competente ordinatum fuerit, ſeu in quibus ordinarij conſenſerint, & omnes exemptiones perpetuas per inferiores à Papa factas, ſacro approbante Concilio reuocamus, etiàm ſi ſuper ipſis lis pendeat indeciſa, ipſam penitùs extinguentes, Eccleſias, monaſteria, & alia loca prædicta in priſtinam ordinariorum iuriſdictionem reducimus. Cæteris autem exemptionibus ante obitum dicti Gregorij habitis vel conceſſis, nullum volumus per hoc præiudicium generari. Inſupèr nó intendimus exemptiones decæterò facere, niſi cauſa cognita, & vocatis quorum intereſt. *ſcholarum

¶De vnionibus.

Martinus epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei: Vniones & incorporationes à tempore obitûs Gregorij vndecimi factas, ſeu conceſſas, cùm certa regula dari non poſſit ad querelas eorum, quorum intereſt, niſi fuerint impetrantes beneficia ſic vnita, ſi non ex rationabilibus cauſis & veris factæ fuerint, licèt Apoſtolicæ ſedis authoritas interuenerit, reuocabimus iuſtitia mediante.

¶De fructibus percipiendis.

Martinus &c. Fructus & prouentus Eccleſiarum, monaſteriũ, beneficiorum vacationis tempore obuenientes, iuris & conſuetudinis vel priuilegij diſpoſitioni relinquimus, illoſque nobis vel Apoſtolicæ cameræ prohibemus applicari.

¶De Simonia.

Martinus &c. Multæ contra Simoniacã prauitatem ab olim factæ ſunt conſtitutiones, quibus morbus ille non potuit compe-

tenter

tenter extirpari : Nos volentes decæterò (vt poſſumus) attétiùs prouidere, ſacto approbante Concilio declaramus , quòd ordinati ſimoniacè, ab executione ſuorum ordinom ſint eo ipſo ſuſpenſi. Electiones autem, poſtulationes, confirmatinnes & quæuis prouiſiones ſimoniacę Eccleſiarũ, monaſteriorum, dignitatum, perſonarum, officiorum, & heneficiorum eccleſiaſticorum quorumcunque deincèps factæ, nullæ ſint ipſo iure, nullumq́; per illas ius cuiqoam acquiratur, nec promoti, confirmati aut prouiſi faciant fructus ſuos, ſed ad illorum reſtitutionem, tanquàm iniquè ablata percipientes, teneantur. Statuentes inſupèr, quòd dantes & recipientes, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, etiàm ſi pontificali aut cardinalatûs præſulgeant dignitate.

¶ De diſpenſationibus.

Martinus &c. Quoniam beneficia propter officia conceduntur, reputamus abſurdum, vt qui heneficia obtinent, recuſent aor negligant officium exercere : Nos igitur ſacro approbante Cõcilio omnes diſpenſationes à quihuſcunque pro Romanis pontificibus ſe gerentibus conceſſas quihuſcunque electis, cõfirmatis, ſeu prouiſis ad Eccleſias, monaſteria, prioratus connentuales, decanatus, archidiaconatus, & alia quæcunque beneficia, quibus certus ordo debitus eſt vel annexus, nè munus conſecrationis epiſcopi ſine benedictionem abbatis aut cæteros debitos aut annexos ordines ſuſcipiant præter illas quæ ſecundùm formam conſtitutionis Bonifacij octauj, quæ incipit, Cùm ex eo ſactæ ſunt, reuocamus : ſtatuentes, vt qui de præſenti illos vel illa obtinént, infra ſex meoſes à die publicationis huiuſmodi conſtitutionis noſtræ, & qui in poſterũ obtinebunt, infra terntinum iuris ſe faciant conſecrari, aut benedici, ſeu ad alium debitum ordinẽ promoueri. Alioquin ſint ipſis monaſterijs, eccleſijs, dignitaubus, perſonatibus, officijs & beneficijs pro ipſo iure priuati, & alijs liberè conferantur, aut prouideatur de illis, cæteris conſtitutionibus circa hoc editis, ſuo robore duraturis.

¶ De decimis & alijs oneribus eccleſiaſticis.

Martinus &c. Præcipimns & mandamus, iura, quæ prohibent inferioribus à Papa decima & alia onera eccleſijs & perſonis eccleſiaſticis imponi, diſtrictiùs obſeruari. Per nos autem nullatenùs imponatur generaliter ſuper torum clerum, niſi ex magna & ardua cauſa & vtilitate, vniuerſalem Eccleſiam concernente, & de conſilio & conſenſu & ſubſcriptione fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium, & prælatorum quorum conſilium commodè haberi poterit. Nec ſpecialiter in aliquo regno vel prouincia, io conſultis prælatis ipſius regni vel prouinciæ, & ipſis non conſentientibus, vel eorum maiori parte, & eo caſu per perſonas eccleſiaſticas & authoritate Apoſtolica duntaxàt leuentur.

¶ De vita & honeſtate clericorum.

Martinus &c. Inter cæteros prælatorum & clericorum exceſſus hoc maximè inoleuit, quòd ſpreta in veſtibus forma eccleſiaſticæ honeſtatis, plurimi delectantur eſſe deformes, & cupiunt laicis cõformari, quodq́; mente gerunt, habitu confitentur. Vndè præter cætera quæ circa veſtes, tonſuram & habitus clericorum, tam in formis quàm in coloribus, atque comam ſeu capillos, vitamq́ue & honeſtatem clericorum iura ſtatuunt, & quæ nimiùm collapſa ſunt tam in ſecularibus quàm in regularibus, ſacto approbante Concilio innouamus, & præcipimus diligentiùs obſeruari : illum ſpecialiter abuſum (eodem approbante Concilio) decernimus penitùs abolendum, quòd in quibuſdam partibus nonnulli clerici & perſonæ eccleſiaſticę ſeculares & regulares, etiàm (quod magis execramur) pręlati eccleſiarũ, manicas ad cubitum pendentes, & longas cum magna ſumptuoſa ſuperfluitate veſtes, etiàm fiſſas retrò & in lateribus cum* fodraturis vltra oram excedentibus etiàm in fiſſuris deferunt, & cum talibus in eccleſijs cũ ſuperpellicijs ac alijs veſtibus ad cultum & officium eccleſiaſticum ordinatis, etiàm intra eccleſias ipſas, in quibus beneficiati exiſtunt, non verentur diuinis officijs intereſſe. Hanc veſtium deformitatem in quibuſcunque perſonis eccleſiaſticis reprobamus, ac vſum talium inhibemus : contrarium autem facientes, vt tranſgreſſores canonum puniantur : ſpecialiter ſtatuentes, vt quicunque beneficiatus aut officium in Eccleſia gerens, in habitu huiuſmodi diuinis officijs præſumpſerit intereſſe, pro qualibet vice à participatione prouentuum eccleſiaſticorũ per menſem nouerit ſe ſuſpenſum, fructuſq́ue illi, fabricæ illius Eccleſiæ applicentur.

* fordaturis *ſtodaturis

Martinus, &c. Decernim⁹ & declaramus, ſacro approbante Concilio, per decreta, ſtatuta & ordinata, tam lecta in pręſenti ſeſſione, quàm concordata cum ſingulis nationibus eiuſdem Concilij, & quæ in noſtra cancellaria poni volumus & literas ĩ forma publica ſub ſingulo vicecancellarij volentibus literas confici, atque tradi huic ſacro Concilio, ſuper articulis contentis in decreto ſup reformatione fienda, die Sabbati trigeſima menſis Octobris proximè pteriti promulgata, fuiſſe & eſſe iam ſatiſfactum. Quibus decretis ac ſtatutis ſic (vt præmittitur) lectis, reuerendiſſimus pater dominus Ioãnes epiſcopus Oſtienſis, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis & vicecancellarius, de voluntate nationum ac ipſius ſynodi & eorum nominibus (vt aſſeruit) reſpondit in hunc modũ,

De

De mandato nationum reſpondeo, quòd placent nationibus decreta recitata, & cuilibet nationi placet concordia cum ipſa per dominum noſtrum facta, & per præmiſſa fatentur dicto decreto iam eſſe ſatisfactũ, non intendentes propterea, quòd concordata cũ vna natione, in aliquo alteri nationi afferãt præiudicium.

SESSIO XLIIII.

1418. ANno, indictione & pontificatu quibus ſuprà, die tertiò Martis decimanona menſis Aprilis, Conſtantiæ in ipſius Eccleſia maiori ſanctiſſimo domino noſtro Papa Martino præſidente, more ſolito publica ſeſſio ſolenniter celebrata fuit, ſereniſſimo Principe domino Sigiſmundo Romanorum &c. rege, inſignijs regalibus induto intereſſente, pro cuius ſeſſionis introductione reuerendiſſimus pater dominus Nicolaus Aſſiſinatenſis Miſſam de Spirituſancto celebrauit, & huiuſmodi Miſſa finita, lectiſque Litanijs & alijs orationibus legi conſuetis, debitè peractis, reuerẽdiſſimus pater dominus Antonius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter Cardinalis, de Calancho vulgariter nuncupatus, quoddam Decretum ſiue ſtatutum alta voce legit in hæc verba:

¶ Decretum de loco futuri Concilij proximè celebrandi.

Martinus epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, ad futuram rei memoriam. Cupientes ac volentes Decreto huius generalis Concilij ſatisfacere, inter alia diſponenti, quòd omnimodò generalia Concilia celebrentur in loco quem ſummus pontifex per menſem ante finem huius Concilij, approbante & conſentiente Cõcilio, deputare & deſignare teneatur, pro loco dicti proximè futuri Cõcilij celebrandi ſupradicti, eodẽ conſentiente & approbante Concilio, ciuitatem Papienſem tenore præſentium deputam⁹, & etiàm aſſignamus, ſtatuentes & etiàm decernẽtes, quod prælati & etiàm alij qui ad generalia Concilia debent conuocari, tempore prędicto ciuitatem ipſam Papienſem accedere teneantur. Nulli ergò omninò hominũ liceat hanc paginam noſtræ deputationis & etiàm aſſignationis, ſtatuti, decreti & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotẽtis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum & actum Conſtantiæ in loco ſeſſionis publicæ, decimotertio Calendas Maij, pontificatûs noſtri anno primo. Quo decreto lecto, Dominus epiſcopus Oſtienſis Cardinalis Viuarienſis, nomine totius ſynodi reſpondit. Placet. Et ſubſequenter dominus Ardecinus de Nouaria, ex parte ſereniſſimi principis Sigiſmundi Romanorũ regis ibidèm præſentis, & eius nomine, idem decretum approbauit & laudauit. Et ſubſequenter dominus Auguſtinus de Lance de Piſis legum doctor, ſacri conſiſtorij aduocatus, nomine domini noſtri Papæ dictum locum ſiue ciuitatem Papiẽſem approbauit, laudauit, & ad Cõcilium huiuſmodi celebrandum habilem eſſe dixit.

SESSIO XLV. ET VLTIMA.

De diſſolutione Concilij.

VEneris die vigeſimaſecũda mẽſis ſupradicti Aprilis, fuit celebrata ſeſſio generalis in maiori Eccleſia Conſtantienſi, ſanctiſſ. in Chriſto patre & domino, domino noſtro Martino diuina prouidentia Papa quinto in eadem præſidente, ſereniſſimo Principe domino Sigiſmũdo Romanorum &c. rege, inſignijs imperialibus induto intereſſente: pro cuius ſeſſionis introductione reuerẽdiſſimus pater dominus Antonius tituli ſanctæ Suſannæ, Romanæ eccleſiæ presbeter Cardinalis, Aquileienſis vulgariter nũcupatus, Miſſam de Spirituſancto deuotiſſimè celebrauit. Qua finita, & Litanijs cum ſolitis orationibus finitis & peractis, reuerẽdiſſimus pater dominus* Vmbaldus miſeratione diuina tituli S. Viti in macello diaconus Cardinalis, *Ymbaldus de mãdato ipſius dñi noſtri, totiuſque ſacri Concilij, prout aſſeruit, alta & intelligibili voce pronunciauit hæc verba, videlicet:

§ Abſolutio Concilij.

Domini, ire in pace. Et reſponſum fuit ꝑ adſtantes, Amen. Quo facto, reuerendus pater Ioannes de * Podimitis epiſcopus *Cathanienſis, frater ordinis Prædicatorum, ſacræ theologiæ profeſſor, de mãdato domini noſtri Papæ & conſenſu ſacri Cõcilij (vt aſſeruit) ambonem aſcendit. *Podyomitis for. *Catanẽn. Antequàm autem ad talia ſe diuerteret, ſeu ꝓcederet, ambaſiatores ſereniſſimi Principis Vladiſlai Poloniæ regis, & illuſtriſſimi Principis domini Alexandri, aliâs Vuitoldi magni ducis Lituaniæ, petiêrunt nomine dictorum dominorum, quendam libellum & in eo contenta cuiuſdam fratris Ioannis Falkenberg, notoriè crudeliſſimos errores & hæreſes (vt dixerunt) continentem, ritè damnatum tanquàm hæreticum per deputatos in cauſa fidei, ac etiàm per omnes nationes Cõcilij, ac per collegium Cardinaliũ concluſum (ꝓut dixerunt) conſtare publicis inſtrumentis, in ſeſſione publica per ſacrum Cõcilium dãnari, ſeu publicè damnatum pronunciari, antequàm præſens Concilium diſſolueretur, ſanctiſſimo domino noſtro Papæ ꝑfato humiliter ſupplicârunt: alioquin nomine quo ſuprà, proteſtabant de grauamine, & de appellando ad futurum Cõcilium. Quibus ſic factis, ſanctiſſimus dominus noſter Papa dixit reſpondendo ad prædicta, quòd omnia & ſingula determinata, concluſa & decreta

in

in materijs fidei per præſens Cōcilium, cōciliariter tenere & inuiolabiliter obſeruare volebat, & nūquàm contraire quoquo modo: Ipſaque ſic cōciliariter facta approbat, & ratificat, & non aliter nec alio modo. Et illud idem iteratò fecit dici per organū domini Auguſtini de Piſis, fiſcalis & ſacri conſiſtorij aduocati prædicti, qui nomine Papę à protonotarijs & notarijs ad ſcribendum acta Cōcilij ordinatis & deputatis, petijt īſtrumenta publica fieri. Et extunc prælibatus dominus epiſcopus Cathanienſis fecit collationem ſolennem, aſſumendo pro themate hæc verba, videlicet: Vos nunc triſti- Ioan.16.a
tiam habetis: Iterùm autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum. Qua quidem facta collatione, reuerendiſſimus pater dominus Antonius tituli ſanctæ Cæciliæ, ſanctæ Romanæ Eccleſię presbyter Cardinalis, de Calancho vulgariter nuncupatus, de mandato ipſius domini noſtri Papę & voluntate Cōcilij (vt aſſeruit) quædam decreta publicè legit huius tenoris.

Martinus epiſcopus ſeruus ſeruorū Dei, ad perpetuam rei memoriam. Hoc etiàm requirente præſente ſacro Concilio, ex certis & rationabilibus ac iuſtis cauſis ipſum Concilium abſoluimus, omnibusque & ſingulis in eo exiſtentibus ad propria remeandi, ipſo approbante Concilio, licentiam impartimur. Item authoritate Dei omnipotentis & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius & noſtra, cōcedimus omnibus & ſingulis, qui in hoc ſacro Concilio & cauſa ipſius interfuerunt, abſolutionem plenariam ſemèl in vita, ità quòd quilibet de prædictis infra duos menſes poſtquàm ad eius notitiam conceſſio huiuſmodi peruenerit, poſſit dictum beneficium abſolutionis aſſequi in forma, ſimilem conceſſionem fecimus in mortis articulo. Et intelligimus tam de dominis quàm de familiaribus eorundem, ſic tamen, quod à die notitiæ præſentium pro abſolutione in vita ieiunent per annum ſexta feria, & pro abſolutione in mortis articulo per alium annum, niſi legitimè fuerint impediti, quo caſu habeāt alia pietatis opera peragere. Poſt ſecundum verò annum debeant etiàm vſque ad finem vitæ feria ſexta ieiunare, vel aliqua opera pietatis peragere. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attētare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorū Petri & Pauli apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum & actum Conſtantiæ in loco ſeſſionis publicæ dicti Concilij, decimo Calēdas Iunij, pontificatûs noſtri anno primo. Quibus decretis & ſtatutis & alijs (vt præmittitur) lectis & pactis, reuerēdiſſimus in Chriſto pater & dominus, dominus Ioannes miſeratione diuina epiſcopus Oſtiēſis, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis & vicecancellarius, Viuarienſis vulgariter nuncupatus, nomine ſacri Cōcilij prędicti (ſicut aſſeruit) reſpondit, Placet. Et per dominum Auguſtinum de Lance de Piſis, aduocatum ſacri cōſiſtorij fiſcique & * prædicti nomine Papæ prædictis
& Concilij (vt aſſeruit) petitū eſt inſtrumenta publica fieri ad perpetuam rei memoriā à protonotarijs ſedis Apoſtolicæ, notarijs ac ſcribis dicti ſacri generalis Concilij.

ERRORES IOANNIS VVICLEFF de Anglia, & Ioannis Huſz de Bohemia, damnati in hoc ſacro generali Conſtantienſi concilio.

MARTINVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopis & epiſcopis, ac inquiſitoribus hæreticæ prauitatis vbilibèt conſtitutis, ad quos literæ præſentes peruenerint, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Inter cunctas paſtoralis curæ ſolicitudines, quibus premimur inceſſanter, illa potiſſimè fortiùs nos angit, vt hæreticis de finibus Chriſticolarum expulſis, ſuiſque falſis doctrinis & erroribus peruerſis penitùs, quantùm nobis ex alto conceditur, extirpatis, orthodoxa & catholica fides integra & illibata permaneat, ac populus Chriſtianus in eiuſdem fidei ſynceritate, quolibet obſcurationis ſemoto velamine, immobilis & inuiolatus perſiſtat. Sanè dudùm plùs quàm omnibus retroactis temporibus in nonnullis regionibus & dominijs, præſertim in regno Bohemiæ & marchionatu Morauię, ac locis & diſtrictibus illis vicinis, aduersùs fidei catholicæ dogmata & ſanctæ matris Eccleſię traditiones, non ſolùm contra vnum, quinimmò cōtra plura fidei catholicæ dogmata inſurrexerunt quidam hæreſiarchę, circuncelliones, ſchiſmatici & ſeditioſi, Luciferina ſuperbia & rabie lupina enecti, dęmoniorū fraudibus illuti, de vanitate in idipſum (licèt forent de diuerſis mundi partibus oriundi) conuenientes, & caudas colligatas habentes, damnatæ videlicet memorię Ioannes Vuicleff de Anglia, Ioannes Huſz de Bohemia, & Hieronymus de Praga, qui vtinàm alios ſecum ad infidelitatis interitū nō traxiſſent. Nā vbi huiuſmodi peſtilētes perſonæ peruerſa dogmata pertinaciter ſeminabant, in ſuæ doctrinæ peſtiferæ primordio pręlati & alij iudiciarię poteſtatis regimina exercentes, tanquàm canes muti non valentes latrare, nec vlciſcentes cum Apoſtolo in 1.Tim.1.d
promptu omnem inobedientiam, hæreſiarchas ipſos peſtiferos & doloſos, eorum lupinam rabiem truculētam ſtatim (vt adſtricti fuerant) canonicè coercere, eosq; de domo

Epiſtola Martini quinti, dānationem errorum Vuicleff & Huſz, à Concilio Conſtanień. factā, approbās.

mo Domini corporaliter eijcere oon curârunt, ſed ſacrilegam, falſam & pernicioſam ipſorum doctrinã, per longas moras negligenter connalere permiſerunt: populorum multitudo, illorum opinionibus falſis decepta, pro veris accepit, quæ diù mendaciter & pernicioſè ac damnabiliter ſeminauerũt, eiſque credendo, à recta fide cecidit turba multa, & errore denio inuoluitur prohdolor paganorum, adeò quòd per diuerſa illarum, eiſdemque conniciatarum partium climata, oues Chriſti catholicas hæreſiarchæ ipſi ſucceſſiuè infecerunt, & in ſtercore mendaciorum fecerunt putreſcere.

Auguſt. ad Feitu epiſtola 167. Et 23. q. 4. Quid tacet.

Quapropter generalis Conſtantienſis ſynodus tantam fidelium & fidei orthodoxæ plagam & ruinam videns, exclamare compulſa eſt cum Auguſtino: Quid faciet Eccleſiæ medicina, ſalutem omnium materna charitate conquirens, tãqnàm inter phreneticos & lethargicos æſtuans? nunqoid contemnere, nunquid deſiſtere vel debet vel poteſt? certè non, ſecundùm eundem, immò virisq; ſit neceſſè eſt moleſta, quæ neutris eſt inimica.

Auguſt. de correctione Donatiſtarũ ad Bonifaciũ cap. 5. Et 23. q. 4. Ipſa pietas.

Nam & moleſtus eſt medicus furenti phrenetico, & pater indiſciplinato filio, ille ligando, iſte cædendo, ſed ambo diligendo. Si autem negligant, & eos perire permittant, (inquit Auguſtin⁹) iſta mãſuetudo potiùs falſa crudelitas eſt. Proindè ſynodus præfata ad omnipotentis Dei gloriam, ipſiuſque catholicæ fidei ac Chriſtianæ religionis conſeruationem, augmentum & animarum ſalutem & præſeruationem, eoſdem Ioannem Vuicleff & Ioannem Hoſz & Hieronymum, qui inter cætera de ſacro Euchariſtiæ ſacramento, & alijs ſacramentis Eccleſiæ & articulis fidei, aliter quàm ſancta Romana Eccleſia credit & tenet & prædicat & docet, quamplurima temerè & damnabiliter credere ac tenere, prædicare, atque docere pertinaciter attentabant, velut hæreticos & pertinaces ac obſtinatos iam à communione fideliũ ſeparatos, de domo Dei corporaliter eiecit, & ſpiritualiter eiectos declarauit, & alia nõnulla circa præmiſſa vtilia & ſalubria ſtatuit & decreuit, per quæ alij, qui cauſantibus hæreſiarchis eorumque falſis doctrinis huiuſmodi ſpiritualiter de domo Dei exiêrunt, per vias canonicas reducerentur ad ſemitas veritatis. Et quia (ſicut dolenter accepimus) non ſolùm in regno Bohemiæ & marchionatus dominijs & locis ſupradictis, verùm etiàm in quibuſdam partibus & prouincijs contiguis ſeu vicinis eiſdem, etiã nonnulli ex ſectatoribus & ſequacibus hæreſum ac errorum hæreſiarcharum prædictorum, timore diuino & pudore humano prorſùs abiectis, nec de ipſorum & præſertim Ioannis Huſz & Hieronymi interitu miſerabili ſumentes conuerſionis & pœnitentiæ fructum, ſed tanq̃ in profundũ preſſi peccatorũ, Dñm Deũ blaſphemare nõ ceſſant, ducẽtes in irriſũ nomen eius, quorum men tes pater mendacij ſic damnabiliter excęcauit, vt p̃dictos libros, codices & opuſcula, hæreſes & errores continentes ſeu continentia, dudùm etiàm p ſynodum p̃fatam dãnatos & damnata, ac ignibus concremanda deputata & concremata, legunt, ſtudent, ac es eis in ſuî & multorum ſimpliciũ periculum, nedùm contra ſtatota, decreta & ordinata in ſynodo ſupradicta, ſed etiàm contra canonicas ſanctiones dogmatizare præſumunt, in animarum periculum, ac puritatis fidei denigrationem, & ſcãdalum plurimorum.

Ioan. 8. f

Nos igitur attẽdentes, quòd error cui non reſiſtitur, approbari videtur, ac malis & pernicioſis erroribus huiuſmodi reſiſtere, ac eos de medio Chriſti fidelium & præſertim de ſupradictis Bohemiæ & Morauiæ dominijs & diſtrictibus ac confinibus & vicinijs eorum, nè ampliùs & latiùs ſe extendant, funditùs euellere cupientes: diſcretioni veſtræ, ſacro approbante Concilio Conſtantienſi, per Apoſtolica ſcripta committimus & mãdamus, quatenùs vos Archiep̃i & epiſcopi ac electi, & quilibet veſtrûm per ſe, ſeu alium vel alios, quos graues & idoneas perſonas ſpiritualem iuriſdictionẽ habentes eſſe volumus, oẽs & ſingulos, cuiuſcunque dignitatis, officij, præeminentiæ, ſtatûs vel conditionis exiſtant, & quibuſcunque nominibus cenſeãtur, qui de præexcelſo, ſalutifero & ſupermirabili ſacramẽto corporis & ſanguinis Dñi noſtri Ieſu Chriſti, vel de baptiſmate ſeu peccatorũ cõfeſſione, pœnitentiæ pro peccatis iniunctione, vel reliquis eccleſiaſticis ſacramentis ſeu fidei articulis, aliter ſentire aut docere, quàm ſacroſancta Romana Eccleſia & vniuerſalis docet, pręedicat & obſeruat, aut articulos ſeu libros & doctrinas p̃fatorum hæreſiarcharũ Ioannis Vuicleff & Ioannis Huſz & Hieronymi, p eandem Conſtantienſem ſynodum cum ſuis authoribus (vt prædicitur) damnatos & damnatas, tenere, credere & dogmatizare, ac vitæ finem ipſorum hęreſiarcharũ publicè vel occultè pertinaciter quomodolibèt laudare vel approbare præſumpſerint, eorumque receptatores, defenſores & fautores quoſlibet etiàm contemplatione prædictorum errorum, necnon credentes & adhærentes eiſdem, tanquàm hæreticos iudicetis, & velut hæreticos ſeculari curiæ relinquatis. Receptatores quoſquè, fautores & defenſores huiuſmodi peſtiferarũ pſonarũ, quæ erroribus ipſis crediderunt, nec fauore aut contemplatione errorũ ipſorũ, ſed fortè carnalis amoris cauſa, vel occaſione alia huiuſmodi pſonas peſtiferas receptauerint, præter pœnas ab vtroque iure talibus inflictas, per iudices cõpetentes tanta ſeueritate pœnarum in tam enormi ſcelere vltionẽ accipiant, quòd cedat cæteris craſſantibus in exemplũ, vt quos Dei timor à malo oon reuocat,

uocat, ſaltem coerceat ſeueritas diſciplinæ. Cum reliquis verò, huiuſmodi ſecta damnabili quomodolibèt infectis, qui poſt competentem monitionem ac frequentem exhortationem, qua piè erga eos, ſpe correctionis & emendationis ac ad melioris vitæ frugem conuerſionis, vſum eſt, à prędictis erroribus & ſecta noluerint reſipiſcere, & ad gremium vnitatemque ſanctæ matris Eccleſiæ, ac fidē Catholicā, quæ ſola ſaluare poteſt, ſiuè qua nulli veræ ſalutis ſubſidium contingit, plenè recognoſcere & confiteri, iuſtitiæ ſeueritas (prout facti popoſcerit qualitas) dulcore miſericordiæ temperetur. Et nihilominùs omnes Chriſtianæ & Catholicæ fidei profeſſores, Imperatorē, reges, duces, principes, marchiones, comites, barones, milites, poteſtates, rectores, conſules, proconſules, ſcabinos, communitates, & vniuerſitates regnorum prouinciarum, ciuitatum, oppidorum, caſtrorum, villarū, terrarū, aliorumque locorum huiuſmodi, necnon cæteros iuriſdictionem temporalem exercentes, iuxta iuris formam & exigentiam authoritate Apoſtolica exhortando moneatis & requiratis, vt de regnis, ꝓuincijs, ciuitatibus, oppidis, caſtris, villis, terris & omnibus alijs locis ac dominijs ſupradictis, omnes & ſingulos hęreticos huiuſmodi ſecundùm tenorem Lateranenſis Concilij, quod incipit, Sicut ait, ad inſtar etiàm irretitorum crimine vſurarum, quos publicè vel manifeſtè per facti euidentiam cognouerint eſſe tales, tanquàm oues morbidas gregem Domini inficientes expellant, donèc & quouſque à nobis ſeu vobis, vel alijs iudicibus eccleſiaſticis vel inquiſitoribus, fidem & communionem Romanæ eccleſiæ tenentibus, aliud recipiant in mandatis: nec eoſdem in ſuis diſtrictibus prædicare, domicilia tenere, larem fouere, contractus inire, negociationes & mercantias quaſlibet exercere, aut humanitatis ſolatia cum Chriſtifidelibus habere permittant. Et ſi tales hæretici publici ac manifeſti, licèt nondùm per Eccleſiam declarati, in hoc tā graui crimine deceſſerint, eccleſiaſtica careant ſepultura, nec oblationes fiant aut recipiantur pro eiſdem: bona tamen ipſorum à tempore commiſſi criminis ſecundùm canonicas ſanctiones confiſcata, non occupentur per illos ad quos aliâs pertinerent, donèc ꝑ huiuſmodi iudices eccleſiaſticos ſuper hoc poteſtatem habentes, ſententia declaratoria ſuper ipſo hæreſis crimine fuerit promulgata. Qui autem de hęreſi per iudicem competentem eccleſiaſticum inuenti fuerint ſola ſuſpicione notati ſeu ſuſpecti, niſi iuxta cōſiderationem & exigētiam ſuſpicionis qualitatemque perſonæ, ad arbitriū iudicis huiuſmodi propriam innocētiam congrua denotione mōſtrauerint, in purgatione eis canonicè * indicta deficientes, & ſe canonicè purgare non valentes, aut pro huiuſmodi purgatione facienda, obſtinatione damnabili iurare renuentes, tanquàm hæretici cōdemnentur. Qui verò dictam innocentiam monſtrare ex quadam negligentia ſeu deſidia, & purgationem huiuſmodi facere omiſerint, anathematis gladio feriantur, & vſq; ad ſatisfactionem condignam ab omnibus euitentur, ità quod ſi per annum in excommunicatione huiuſmodi perſtiterint, extūc velut hæretici condemnentur. Si quis verò ſuper aliquo ſæpedictæ peſtiferæ doctrinæ hæreſiarcharum prędictorum, vel aliquibus articulis duntaxàt ſcandaloſis, temerarijs, ſeditioſis, vel piarum auriū offenſiuis, culpabilis repertus fuerit, canonicè puniatur. Si verò propter ſolam infamiam aut ſuſpicionem dictorum articulorū, vel alicuius ipſorū, quis repertus fuerit ſuſpectus, & in purgatione canonica propter hoc ſibi indicta deficeret, pro conuicto habeat, & tanquàm canonicè conuictus puniatur. Et inſupèr felicis recordationis Bonifacij Papæ octaui ꝑdeceſſoris noſtri, quæ incipit, Vt inquiſitionis negocium, renouātes & etiàm exequentes, vniuerſas poteſtates & dominos temporales & iudices antedictos, quibuſcunque dignitatibus vel officijs ſeu nominibus cēſeantur, exhortando requirimus, & mandamus eiſdem, vt ſicut reputari cupiunt & haberi fideles, ac filii Eccleſiæ nuncupari, & in Chriſti nomine gloriari, ità pro defenſione fidei vobis Archiepiſcopis epiſcopis & electis, ac inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, & alijs iudicibus ſeu perſonis eccleſiaſticis per vos ad hoc (vt præmittitur) deputandis, fidē & communionem ſanctæ matris Eccleſiæ tenentibus, pareant & intendant, præbeantque auxilium & fauorem in hæreticorum, necnon credentium, fautorum, receptatorum, & defenſorum ipſorum inueſtigatione, captione, cuſtodia diligenti, cùm ab eiſdem fuerint requiſiti, vt præfatas perſonas peſtiferas alios ſecum perdere molientes, in poteſtatem ſeu carcerem per vos Archiepiſcopos, Epiſcopos, electos, & inquiſitores prædictos aut deputandos à vobis vel ad locum de quo vos vel ipſi mandabitis, infra eorundem dominorum poteſtatem, rectorum ſeu iudicum diſtrictum ducant, vel duci faciant ſinè mora, vbi per viros catholicos à vobis Archiepiſcopis vel Epiſcopis, electis ſeu inquiſitoribus, ſeu deputandis perſonis huiuſmodi, vel veſtrûm aliquo deputato, ſub * exacta & diligenti cuſtodia, nè fugiant, ponendo eos, etiàm compedibus & manicis ferreis teneant, donèc eorum negocium per Eccleſiæ iudicium terminetur, & quòd de hæreſi à iudice Eccleſiaſtico competenti, qui fidem & communionem dictæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ teneat, condemnentur, præfati domini temporales ſeu rectores, iudices vel eorum officiales ſeu nuncii, ſibi relictos re-

Heb. 6. a

Lateranēſe Concilium.

*indita

*arcta

cipiant indilatè, animaduerſione debita puniendos. Verùm ne præiudicium & ſcandalum præfatæ fidei orthodoxæ religionis Chriſtianæ, prætextu ignorantiæ quenquā in hoc circumuenire, aut verſutos homines ſub friuolæ excuſationis velamine in hac materia palliare contingat, & vt de conuincendis ſeu cognoſcendis hæreticis, receptatoribus, defenſoribus, fautoribus, credentibus, & adhærentibus, necnon de hæreſi ſuſpectis & alijs huiuſmodi peruerſa doctrina quomodolibèt maculatis, plenior habeatur in futurum inſtructio, tam ad regnū Bohemiæ & conuicinas illi, quàm alias quaſlibet partes, in quibus hæc ſuperſtitioſa doctrina quomodolibèt pullulauerit, articulos infrà ſcriptos ſectam dictorum hæreſiarcharum concernentes, pro directione dictæ fidei decernimus tranſmittendos & etiàm deſtinādos: ſuper quibus vobis & alijs omnibus archiepiſcopis, epiſcopis, & electis, ac cōmiſſarijs & inquiſitoribus in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus, vt quilibet eorum infra limites & loca ſuæ iuriſdictionis, necnon regno & marchionatu & locis eis vicinis prędictis, etiàm ſi loca ipſa extra iuriſdictionem eādem vltra duas diætas conſiſtant, circa extirpationem & correctionem errorum ac hæreſium & huiuſmodi ſectæ peſtiferæ, in fauorem ipſius fidei orthodoxæ diligenter inuigilent, & omnes infamatos ſeu ſuſpectos de tā peſtifera labe ſub confeſſati criminis, excommunicationis, ſuſpēſionis, interdicti aut alia formidabili pęna canonica vel legali, prout, quādò, & quēadmodùm eis videatur expedire, & facti requireret qualitas, ad ſingulos huiuſmodi articulos per iuramentum corporaliter præſtitum, tactis ſacroſanctis Euāgelijs ſeu ſanctorum reliquijs, imagine crucifixi, ſecundùm quorundam locorum obſeruantiam, iuxta infrà ſcripta interrogatoria, ad quemlibet articulum conuenienda, reſpondere compellant. Nos enim contra omnes & ſingulos archiepiſcopos, epiſcopos & electos & inquiſitores, qui ſuper extirpando hæreticæ prauitatis fermento, & expurgando ſuū territorium, diſtrictum ſeu locum de talibus malis & ſceleratis hominibus, negligentes fuerint ſeu remiſsè egerint, vſque ad priuationem ſeu depoſitionem pontificalis dignitatis procedere intendimus, & procedemus, ac procedi faciemus, aliosq́ue loco illorum ſubſtituemus, qui prauitatem hæreticā poſſint & valeant confundere, & ad alias pœnas contra tales à iure inflictas, & alias grauiores (ſi expediat) infligendas, procedemus, procediq́ue faciemus, iuxta iuris & facti exigentiam, ac huiuſmodi culpæ & criminis fęditatem. Tenores verò eorundem articulorum ſeu capitulorum, de quibus ſuprà fit mentio, ſequuntur per ordinem in hæc verba.

ET PRIMO SEQVITVR Tenor articulorum Ioannis Vuicleff. Conſtantieñ. Cōc. ſeſſ. 8.

1 Subſtantia panis materialis, & ſimiliter ſubſtantia vini materialis, remanent in ſacramento altaris.

2 Accidentia panis non manent ſinè ſubiecto in eodem ſacramento.

3 Chriſtus non eſt in eodem ſacramento identicè & realiter in propria præſentia corporali.

4 Si epiſcopus vel ſacerdos exiſtat in peccato mortali, non ordinat, non conſecrat, nō conficit, non baptizat.

5 Non eſt fundatum in Euangelio, quòd Chriſtus Miſſam ordinauerit.

6 Deus debet obedire diabolo.

7 Si homo fuerit debitè contritus, omnis confeſſio exterior eſt ſibi ſuperflua & inutilis.

8 Si Papa ſit præſcitus & malus, & per conſequens membrum diaboli, non habet poteſtatem ſuper fideles ſibi ab aliquo datam, niſi fortè à Cæſare.

9 Poſt Vrbanum ſextum non eſt aliquis recipiendus in Papam, ſed viuendum eſt more Græcorum ſub legibus proprijs.

10 Contra ſcripturam ſacram eſt, quòd viri Eccleſiaſtici habeant poſſeſſiones.

11 Nullus prælatus debet aliquem excommunicare, niſi priùs ſciat eum excommunicatum à Deo: & qui ſic excommunicat, fit ex hoc hæreticus vel excommunicatus.

12 Prælatus excommunicans clericum, qui appellauit ad regem vel ad Conciliū regni, eo ipſo traditor eſt regis & regni.

13 Illi qui dimittunt prædicare ſiue audire verbum Dei, propter excommunicationem hominū, ſunt excommunicati, & in Dei iudicio traditores Chriſti habebuntur.

14 Licet alicui diacono vel presbytero prędicare verbum Dei, abſque authoritate ſedis Apoſtolicæ, ſiue epiſcopi Catholici.

15 Nullus eſt dominus ciuilis, nullus eſt prælatus, nullus eſt epiſcopus, dum eſt in peccato mortali.

16 Domini temporales poſſunt ad arbitriū ſuum auferre bona temporalia ab Eccleſia, poſſeſſionatis habitualiter delinquentibus, id eſt, ex habitu non ſolùm actu, delinquentibus.

17 Populares poſſunt ad ſuum arbitrium dominos delinquentes corrigere.

18 Decimæ ſunt puræ eleemoſynæ, & poſſunt, parochiani, propter peccata ſuorum prælatorum, ad libitum ſuum eas auferre.

19 Speciales orationes applicatę vni perſonæ per prælatos, vel religioſos, non plùs proſunt eidem quam generales, cæteris paribus.

20 Conferens eleemoſynam fratribus, eſt excommunicatus eo facto.

21 Si

21 Si aliquis ingreditur religionem priuatam qualemcunque, tam poſſeſſionatorum quàm medicantium, redditur ineptior & inhabilior ad obſeruationem mandatorum Dei.

22 Sancti inſtituentes religiones priuatas, ſic inſtituendo peccauerunt.

23 Religioſi viuentes in religionibus priuatis, non ſunt de religione Chriſtiana.

24 Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, & non per mendicitatem.

Prima pars eſt ſcandaloſa & præſumptuoſè aſſerta, pro quanto ſic generaliter & indiſtinctè loquitur: & ſecunda erronea, pro quanto aſſerit mẽdicitatem fratribus non licere.

25 Omnes ſunt Simoniaci, qui ſe obligant orare pro alijs, eis in temporalibus ſubuenientibus.

26 Oratio præſciti, nulli valet.

27 Omnia de neceſſitate abſoluta eueniũt.

28 Confirmatio iuuenum, clericorũ ordinatio, locorum conſecratio, reſeruantur Papæ & Epiſcopis propter cupiditatem lucri temporalis & honoris.

29 Vniuerſitates, ſtudia, collegia, graduationes & magiſteria in eiſdem, ſunt vana gentilitate introducta, & tantùm proſunt Eccleſiæ ſicut diabolus.

30 Excommunicatio Papæ vel cuiuſcunq; prælati non eſt timenda, quia eſt cenſura Antichriſti.

31 Peccant fundantes clauſtra, & ingredientes, ſunt viri diabolici.

32 Ditare clerum, eſt cõtra regulã Chriſti.

33 Siluester Papa & Cõſtãtinus Imperator errauerunt Eccleſiam dotando.

34 Omnes de ordine mendicantium, ſunt hæretici: & dantes eis eleemoſynam, ſunt excommunicati.

35 Ingrediẽtes religionem aut aliquem ordinem, eo ipſo inhabiles ſunt ad obſeruanda diuina præcepta, & per conſequens ad perueniendum ad regnum cœlorum, niſi apoſtatauerint ab eiſdem.

36 Papa cum omnibus clericis ſuis poſſeſſionem habentibus, ſunt hæretici, eò q poſſeſſiones habent: & conſentientes eis, omnes videlicet domini ſeculares & cæteri laici.

37 Eccleſia Romana eſt ſynagoga ſatanæ, nec Papa eſt proximus & immediatus vicarius Chriſti & Apoſtolorum.

38 Decretales epiſtolæ ſunt apocryphæ, & ſeducunt à fide Chriſti, & clerici ſunt ſtulti, qui ſtudent eas.

39 Imperator & domini ſeculares, ſunt ſeducti à diabolo, vt Eccleſiam dotarent bonis temporalibus.

40 Electio Papæ à Cardinalibus, à diabolo eſt introducta.

41 Non eſt de neceſſitate ſalutis, credere Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam inter alias Eccleſias.

Error eſt, ſi per Romanam Eccleſiam intelligat vniuerſalem Eccleſiam aut Cõciliũ generale, aut pro quanto negaret primatum ſummi pontificis ſuper alias eccleſias particulares.

42 Fatuum eſt credere indulgentijs Papę & Epiſcoporum.

43 Iuramẽta illicita ſunt, quæ fiunt ad corroborandum humanos contractus & commercia ciuilia.

44 Auguſtinus, Benedictus & Bernardus damnati ſunt, niſi pœnituerint de hoc, ꝙ habuerunt poſſeſſiones, & inſtituerunt, & intrauerunt religiones: & ſic à Papa vſque ad vltimum religioſum, omnes ſunt hæretici.

45 Omnes religiones indifferenter introductę ſunt à diabolo.

TENOR AVTEM ARTICVLORVM Ioannis Huſz, ſequitur & eſt talis: Conſtantien. Cõc. ſeſſ. 8.

1 Vnica eſt ſancta vniuerſalis Eccleſia, quæ eſt prædeſtinatorum vniuerſitas. & infrà ſequitur: Vniuerſalis ſancta Eccleſia tantùm eſt vna, ſicut tantùm vnus eſt numerus omnium prædeſtinatorum.

2 Paulus nunquàm fuit membrum diaboli, licèt fecit quoſdam actus actibus Eccleſiæ malignantium conſimiles.

3 Præſciti, non ſunt partes Eccleſiæ, cùm nulla pars eius finaliter excidat ab ea, eò ꝙ prædeſtinationis charitas, quæ ipſam ligat, non excidet.

4 Duæ naturæ diuinitas & humanitas, ſunt vnus Chriſtus.

5 Præſcitus etſi aliquandò eſt in gratia ſecundùm præſentem iuſtitiam, tamen nunquàm eſt pars ſanctæ Eccleſiæ: & prædeſtinatus ſemper manet membrum Eccleſiæ, licèt aliquandò excidat à gratia aduentitia, ſed non à gratia prædeſtinationis.

6 Sumendo Eccleſiam pro conuocatione prædeſtinatorum, ſiue fuerint in gratia, ſiue non ſecundùm præſentem iuſtitiam, iſto modo Eccleſia eſt articulus fidei.

7 Petrus non eſt, nec fuit caput Eccleſię ſanctæ Catholicæ.

8 Sacerdotes quomodolibèt criminosè viuentes, ſacerdotij polluunt poteſtatem: & ſic, vt filij infideles, ſentiunt infideliter de ſeptem ſacramentis Eccleſiæ, de clauibus, officijs, cenſuris, moribus, cęremonijs & ſacris rebus Eccleſiæ, veneratione reliquiarũ, indulgentijs & ordinibus.

9 Papalis dignitas à Cæſare inoleuit, & Papæ perfectio & inſtitutio, à Cæſaris potentia emanauit.

10 Null⁹ ſinè reuelatione aſſereret rationabiliter de ſe vel alio, quòd eſſet caput Eccleſiæ particularis, nec Romanus pontifex eſt caput Romanæ Eccleſiæ particularis.

11 Non oportet credere, quòd iſte quicunq; eſt Romanus pontifex, ſit caput cuiuſcunq; particularis Eccleſiæ ſanctæ, niſi Deus eum prædeſtinauerit.

12 Nemo gerit vicem Chriſti vel Petri, niſi ſequatur eum in moribus, cùm nulla alia ſequela ſit pertinentior, nec aliter recipiat à Deo procuratoriã poteſtatem: quia ad illud officium vicariatûs requiritur & morũ conformitas, & inſtituentis authoritas.

13 Papa non eſt verus & manifeſtus ſucceſſor Apoſtolorum principis Petri, ſi viuit moribus contrarijs Petro: & ſi quærit auaritiã, tunc eſt vicarius Iudæ Scarioth. Et pari euidentia Cardinales non ſint veri & manifeſti ſucceſſores collegij aliorum Apoſtolorum Chriſti, niſi vixerint more Apoſtolorum, ſeruantes mandata & cõſilia Domini noſtri Ieſu Chriſti.

14 Doctores, ponentes quòd aliquis per cenſuram Eccleſiaſticam emendandus, ſi corrigi noluerit, ſeculari iudicio eſt tradendus, pro certo ſequũtur in hoc põtifices, ſcribas & phariſæos, qui Chriſtum non volen- Ioan. 18.f tem eis obedire in omnibus, dicentes, Nobis non licet interficere quenquam, ipſum ſeculari iudicio tradiderunt, & quòd tales ſint homicidæ grauiores quàm Pilatus.

15 Obedientia eccleſiaſtica, eſt obedientia ſecundùm adinuentionẽ ſacerdotũ Eccleſię, præter expreſſam authoritatem ſcripturæ.

16 Diuiſio immediata humanorum operũ eſt, ꝙ ſunt vel virtuoſa vel vitioſa: quia ſi homo eſt vitioſus, & agit quicquam, tunc agit vitioſè: & ſi eſt virtuoſus, & agit quicquam, tunc agit virtuoſè: quia ſicut vitiũ quod crimẽ dicitur ſeu mortale peccatũ, inficit vniuerſaliter actus hominis vitioſi, ſic virtus viuificat omnes actus hominis virtuoſi.

17 Sacerdotes Chriſti viuentes ſecundùm legem eius, & habentes ſcripturæ notitiam, & affectum ad ædificandum populum, debẽt prædicare, non obſtante prætenſa excõmunicatione. & infrà, Quòd ſi Papa vel aliquis prælatus mandat ſacerdoti ſic diſpoſito, nõ prædicare, non debet ſubditus obedire.

18 Quilibet prædicantis officium de mandato accipit, qui ad ſacerdotium accedit: & illud mandatum debet exequi, prætenſa excommunicatione non obſtante.

19 Per cenſuras eccleſiaſticas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ad ſuã exaltationem clerus populũ laicalẽ ſibi ſuppeditat, auaritiam multiplicat, malitiam ꝓtegit, & viam præparat Antichriſto. Signum autem euidẽs eſt, quòd ab Antichriſto tales procedunt cenſuræ, quas vocãt in ſuis proceſſibus fulminationes, quibus clerus principaliſſimè procedit contra illos qui denudant nequitiam Antichriſti, qui clerum pro ſe maximè vſurpabit.

20 Si Papa eſt malus, & præſertim ſi eſt pręſcitus, tunc ut Iudas Apoſtolus eſt diabolus, fur & filius perditionis, & non eſt caput ſanctæ militantis Eccleſiæ, cùm nec ſit membrum eius.

21 Gratia prædeſtinationis eſt vinculũ, quo corpus Eccleſiæ, & quodlibet eius membrũ iungitur Chriſto capiti inſolubiliter.

22 Papa vel prælatus malus & pręſcitus, eſt æquiuocè paſtor, & verè fur & latro.

23 Papa non debet dici ſanctiſſimus, etiàm ſecundùm officium, quia aliàs rex deberet etiàm dici ſanctiſſimus ſecundùm officium, & tortores & præcones dicerentur ſancti, immò etiàm diabolus deberet dici ſanctus, cùm ſit officiarius Dei.

24 Si Papa viuat Chriſto contrariè, etiàm ſi aſcẽderet per ritam & legitimam electionem ſecundùm conſtitutionem humanam vulgatam, tamen aliundè aſcenderet, quàm per Chriſtum, dato etiàm quòd intraret per electionem à Deo principaliter factam: nam Iudas Scarioth, ritè & legitimè eſt electus à Deo Chriſto Ieſu ad epiſcopatum, & tamen aſcendit aliundè in ouile ouium.

25 Condemnatio quadragintaquinq; articulorum Ioãnis Vuiclef per doctores facta, eſt irrationabilis & iniqua & malefacta, & ficta eſt cauſa per eos allegata, videlicet ex eo, quòd nullus eorum ſit Catholicus, ſed q̃libet eorum aut eſt hæreticus, aut erroneus, aut ſcandaloſus.

26 Nõ eo ipſo quo electores vel maior pars eorum conſenſerit viua voce ſecundùm ritus hominum in perſonam aliquam, eo ipſo illa perſona eſt legitimè electa, vel eo ipſo eſt verus & manifeſtus ſucceſſor vel vicarius Petri Apoſtoli vel alterius Apoſtoli in officio Eccleſiaſtico: vndè ſiue electores benè, ſiue malè elegerint, operibus electi debemus credere. Nã eo ipſo quo quis copioſiùs operatur meritoriè ad profectũ Eccleſiæ, habet à Deo ad hoc copioſiùs poteſtatem.

27 Non eſt ſcintilla apparẽtiæ, ꝙ oporteat eſſe vnum caput in ſpiritualibus regens Eccleſiam, quod ſemper cum ipſa Eccleſia militãte conuerſetur, & conſeruetur.

28 Chriſtus ſinè talibus monſtruoſis capitibus per ſuos veraces diſcipulos ſparſos per orbem terrarum, meliùs ſuam Eccleſiam regularet.

29 Apoſtoli & fideles ſacerdotes Dñi ſtrenuè in neceſſarijs ad ſalutem regulârunt Eccleſiam, antequã Papæ officiũ foret introductum: ſic facerẽt, deficiente per ſummè poſſibile Papa vſque ad diem iudicij.

Nullus eſt dominus ciuilis, nullus eſt prælatus, nullus eſt epiſcopus dum eſt in peccato mortali.

Super præmiſſis autem articulis, quilibet de eis ſuſpectus, ſeu in eorum aſſertione depræhenſus, iuxta modum interrogetur infrà ſcriptum: In primis, vtrùm cognouerit Ioãnem Vuicleff de Anglia, Ioannem Huſz de Bohemia, Hieronymũ de Praga, ſeu aliquem

eorum,& vndè habuerit eorum notitiam,& vtrùm cùm eis vel eorum aliquo,dum viuerent,conuerſationē vel amicitiam habuerit.

Item,vtrùm ſciens ipſos ſeu aliquem ipſorum excommunicatos, ſcienter participauerit cùm illis,reputans & dicēs talem participationem non eſſe peccatum.

Item,vtrùm poſt mortem eorū pro eiſdē ſeu aliquo eorū orauerit, & publicè vel occultè opera pietatis exercuerit, aſſerens eos fore beatos & ſaluos.

Item,vtrùm eos vel aliquem eorum ſanctos reputauerit & dixerit, & eis venerationes velut ſanctis exhibuerit.

Itē,vtrùm credat,teneat & aſſerat ,quòd quodlibet Concilium generale & etiā Conſtantiēſe, vniuerſalem Eccleſiā repræſentet.

Item,vtrùm credat, quòd illud quod ſacrum Concilium Conſtantienſe, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, approbauit & approbat in fauorem fidei & ad ſalutē animarum,quòd hoc eſt ab vniuerſis Chriſtifidelibus approbandum & tenendum: Et quod condemnauit & condemnat eſſe fidei vel bonis moribus contrarium,hoc ab eiſdē eſſe tenendum pro condemnato, credendū & aſſerendum.

Item,vtrùm credat quòd condemnationes Ioannis Vuicleff, Ioannis Huſz, & Hieronymi de Praga,factæ de perſonis eorum, libris & documentis per ſacrū generale Cōſtantienſe Concilium,fuerint ritè & iuſtè factæ,& à quolibet Catholico pro talibus tenendæ & firmiter aſſerendæ.

Item,vtrùm credat,teneat, aſſerat Ioannē Vuicleff de Anglia,Ioannem Huſz de Bohemia,& Hieronymū de Praga, fuiſſe hæreticos & pro hęreticis nominandos ac deputādos,& libros & doctrinas eorum fuiſſe & eſſe peruerſos,propter quos & quas & eorū pertinacias,per ſacrum Concilium Conſtātieñ.pro hæreticis ſunt condemnati.

Itē,vtrùm habeat in ſua poteſtate aliquos tractatus,opuſcula,epiſtolas, vel quęcunque alia ſcripta in quocunq; idiomate per Ioannem Vuicleff, Ioannē Huſz, & Hieronymū hæreticos,ſeu eorū pſeudo diſcipulos & ſequaces editos vel tranſlatos,edita vel tranſlata,q̄ illos vel illa ordinario loci,vel eius commiſſario,ſeu inquiſitori ſub iuramento pręſentet.

Quòd ſi apud ſe ſcripta huiuſmodi ſe habere nō cognouerit,ſed alibi,quòd iuret illa circa ſuum ordinarium, vel alios ſupradictos infra certum terminum ſibi præfigendum deponere.

Item,vtrùm ſciat aliquem vel aliquos habentes præfatorum tractatus,opuſcula, epiſtolas,vel quæcūq; alia ſcripta io quocunq; idiomate compoſita ſiue tranſlata, quòd illum vel illos detegat vel manifeſtet, pro purificatione fidei ſiue executione iuſtitiæ.

Itē ſpecialiter literatus interrogetur,vtrū credat ſententiā ſacri Conſtantieñ.Concilij ſuper quadragintaquinq; Ioānis Vuicleff, & Ioannis Huſz triginta articulis ſuperiùs deſcriptis,latam,fore veram & Catholicā, ſcilicet quòd ſupradicti quadrintaquinque articuli Ioannis Vuicleff, & Ioannis Huſz triginta,nō ſunt Catholici,ſed quidā ex eis ſūt notoriè hæretici,quidā erronei,alij temerarij & ſeditioſi,alij piarum aurium offenſiui.

Item,vtrùm credat & aſſerat,quòd in nullo caſu ſit licitum iurare.

Itē,vtrū credat,q̄ ad mandatū iudicis iuramētum de veritate dicenda, vel quodlibet aliud ad cauſam opportunū,etiàm pro purificatione infamiæ faciendum,ſit licitum.

Item,vtrùm credat; quòd periuriū ſcienter cōmiſſum, ex quacunque cauſa vel occaſione,pro conſeruatione vitæ corporalis ꝓpriæ vel alterius,etiàm in fauorem fidei, ſit mortale peccatum.

Item,vtrùm credat, quòd deliberato animo cōtemnens ritum Eccleſiæ, ceremonias exorciſmi & catechiſmi aquæ baptiſmatis conſecratæ,peccet mortaliter.

Item,vtrùm credat, quòd poſt conſecrationem ſacerdotis io ſacramento altaris ſub velamento panis & vini, non ſit panis materialis & vinum materiale,ſed idem per omnia Chriſtus,qui fuit in cruce paſſus, & ſedet ad dexteram patris.

Item,vtrùm credat & aſſerat, quòd facta conſecratione per ſacerdotem, ſub ſola ſpecie panis tantùm,& præter ſpeciem vini, ſit vera caro Chriſti & ſanguis & anima & deitas & totus Chriſtus,ac idem corpus abſolutè & ſub vna qualibet illarum ſpecierum ſingulariter.

Item,vtrùm credat, quòd cōſuetudo cōmunicādi perſonas laicales ſub ſpecie panis tantùm,ab Eccleſia vniuerſali obſeruata, & per ſacrum Concilium Conſtantiæ approbata,ſit ſeruanda ſic, quòd non liceat eam reprobare,aut ſinè Eccleſiæ authoritate pro libito immutare. Et q̄ dicentes pertinaciter oppoſitum præmiſſorum, tanquàm hæretici vel ſapientes hæreſim, ſint arcendi: & puniendi.

Item,vtrùm credat,quò Chriſtianus contemnens ſuſceptionem ſacramentorū Confirmationis vel Extremę Vnctionis,aut ſolēnizationis matrimonij,peccet mortaliter.

Item,vtrùm credat quod Chriſtianus vltra contritionem cordis,habita copia ſacerdotis idonei,ſoli ſacerdoti de neceſſitate ſalutis confiteri teneatur,& non laico, ſeu laicis quantumcunquè bonis & deuotis.

Item,vtrùm credat,quod ſacerdos in caſibus ſibi permiſſis,poſſit peccatorem confeſſum & contritum à peccatis abſoluere, & ſibi pœnitentiam iniungere.

Item,vtrùm credat quod malus ſacerdos cum debita materia & forma & cum intentione faciendi quod facit Eccleſia, verè con-

ficiat, verè abſoluat, verè baptizet, & verè conferat alia ſacramenta.

Item, vtrùm credat quòd beatus Petrus fuerit vicarius Chriſti, habens poteſtatem ligandi & ſoluendi ſuper terram.

Item, vtrùm credat quòd Papa canonicè electus, qui pro tempore fuerit, eius nomine proprio expreſſo, ſit ſucceſſor beati Petri habens ſupremam authoritatem in Eccleſia Dei.

Item, vtrùm credat authoritatem iuriſdictionis Papæ, archiepiſcopi, & epiſcopi in ſoluendo & ligando, eſſe maiorem authoritate ſimplicis ſacerdotis, etiàm ſi curã animarum habeat.

Item, vtrùm credat quòd Papa omnibus Chriſtianis verè contritis & cõfeſſis, ex cauſa pia & iuſta poſſit concedere indulgentias in remiſſionem peccatorũ, maximè pia loca viſitantibus, & ipſis manus ſuas porrigentibus adiutrices. Et vtrùm credat, ꝙ ex tali cõceſſione viſitantes eccleſias ipſas & manus adiutrices eis porrigentes, huiuſmodi indulgentias conſequi poſſint.

Item, vtrùm credat, quòd ſinguli epiſcopi ſuis ſubditis ſecundùm limitationem ſacrorum canonum, huiuſmodi indulgentias concedere poſſint.

Item, vtrùm credat & aſſerat, licitum eſſe, ſanctorum reliquias & imagines à Chriſtifidelibus venerari.

Item, vtrùm credat quòd Papa vel alius p̃latus proprijs nominibus Papæ pro tempore expreſſis, vel ipſorum vicarij, poſſint ſuum ſubditum eccleſiaſticum ſiue ſecularem propter inobedientiam ſiue contumaciam excommunicare, ità quòd talis pro excommunicato ſit habendus.

Item, vtrùm credat, quòd inobedientia ſiue contumacia excommunicatorum creſcẽte, prælati vel eorũ vicarij in ſpiritualibus, habeant poteſtatem aggrauandi & reaggrauandi, interdictum ponẽdi, & brachium ſeculare inuocandi, & quòd illis cenſuris per inferiores ſit obediendum.

Item, vtrùm credat quòd Papa vel alij prælati & eorum vicarij in ſpiritualibus, habeant poteſtatem ſacerdotes & laicos inobedientes & contumaces excommunicãdi, ab officio, beneficio, ingreſſu eccleſiæ & adminiſtratione eccleſiaſticorum ſacramentorum ſuſpendendi.

Item, vtrùm credat, quòd liceat perſonis eccleſiaſticis abſq; peccato, huius mundi habere poſſeſſiones & bona temporalia.

Item, vtrùm credat, quòd laicis ipſa ab eis auferre poteſtãte propria non liceat, immò quòd ſic auferentes, tollentes & inuadentes bona ipſa eccleſiaſtica, ſit tanquàm ſacrilegi puniendi, etiàm ſi malè viuerent perſonę eccleſiaſticæ bona huiuſmodi poſſidentes.

Item, vtrùm credat, quòd huiuſmodi ablatio & inuaſio cuicunque ſacerdoti, etiàm malè viuenti, temerè vel violenter facta vel illata, inducant ſacrilegium.

Item, vtrùm credat, quòd liceat laicis vtriuſque ſexûs, viris ſcilicet & mulieribus, liberè prædicare verbum Dei.

Item, vtrùm credat, quòd ſingulis ſacerdotibus liberè liceat prædicare verbum Dei, vbicunquè, quandocunquè, & quibuſcunq; placuerit, etiàm ſi non ſint miſſi.

Item, vtrùm credat, quòd omnia peccata mortalia, & ſpecialiter manifeſta, ſint publicè corrigenda & extirpanda. Volumus inſupèr ac ſtatuimus & decernimus, quòd ſi quis per ſecretam informationẽ per vos recipiẽdam, vel aliâs repertus fuerit infamatus ſeu ſuſpectus de quacunq; ſpecie hæreſis peſtiferæ ſectæ vel doctrinæ peſtilentium Ioãnis Vuicleff, Ioãnis Huſz & Hieronymi de Praga, hæreſiarcharum prædictorũ, aut de fouẽdo, receptando, defendendo præfatos dãnatos homines, dum viuerent in humanis, vel ipſorum perfidos ſequaces & pſeudo diſcipulos, aut ipſorum erroribus credendo, pro ipſis defunctis vel aliquo ipſorum poſt obitum orando, vel inter Catholicos nominãdo & defendendo, vel ipſos vt ſanctos colendo, prædicando vel adorando, vel aliâs circa eos ſuſpectè agendo, citetur per vos ſeu alterum veſtrum, perſonaliter coram vobis ſeu altero veſtrûm cõparitur us, ſemotis ꝓcuratore & aduocato, reſponſurus medio iuramẽto per ipſum ſic (vt prędictũ eſt) corporaliter præſtito de plena & mera veritate dicenda ſuper prædictis articulis ſeu eorum ſingulis vel alijs opportunis, ſecundùm exigẽtiam caſûs & occurrentium circumſtantiarum ad arbitrium veſtrum, & prout vobis ſeu alteri veſtrûm videbitur expedire, vel alias cõtra eoſdem ipſorum ſingulos, (prout præſentibus exprimit, vel alias) canonicè ꝓcedatis, necnõ p̃ſentes literas excluſis articulis & interrogatorijs ſuperiùs poſitis atq; obmiſſis, in ciuitatibus, diœceſibus, terris & locis alijs, vbi tutè fieri poterit, authoritate noſtra ſolẽniter publicetis & publicari faciatis, omnes & ſingulos hæreticos huiuſmodi, necnõ ſectatores ipſarum hæreſium & errorum vtriuſque ſexus, tenentes & etiàm defendentes eoſdem, aut hæreticis ipſis quomodolibèt publicè vel occultè in diuinis vel aliâs participantes, etiàm ſi Patriarchali, Archiepiſcopali, epiſcopali, regali, reginali, ducali aut alia quauis eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate, necnon aduocatos & procuratores quoſlibet, qui hæreticos huiuſmodi aut eorum credentes, ſequaces, fautores, defenſores & receptatores ſuper crimine hæreſis aut credulitatis, ſequelæ, fautoriæ, defenſionis & receptationis huiuſmodi defenderint, excommunicatos ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis in præſentia populi nuncietis, & per alios nunciari faciatis. Et nihilominùs cõtra eoſdem omnes

& ſin-

& ſingulos vtriuſque ſexûs, huiuſmodi errores tenentes, approbantes, defendentes, dogmatizãtes, ac fautores & receptatores & defenſores eorundem, exemptos & non exemptos, & quemlibet ipſorum, cuiuſcunque dignitatis, ſtatûs, præeminentiæ, gradûs, ordinis vel conditionis (vt præfertur) exiſtant, authoritate noſtra diligenter inquirere ſtudeatis, & eos quos per inquiſitionem huiuſmodi diffamatos, vel per confeſſionem eorum ſeu per facti euidentiam, vel aliâs huiuſmodi hæreſis & erroris labe reſperſos reperietis, authoritate prædicta etiàm per excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, necnon priuationis dignitatum, perſonatuum & officiorum, aliorumq; beneficiorum Eccleſiaſticorum ac feudorum, quæ à quibuſcunque eccleſijs, monaſterijs ac alijs locis Eccleſiaſticis obtinent, ac etiàm bonorum & dignitatum ſecularium, ac graduum ſcientiarũ quarumcunq; facultatum, & per alias pœnas, ſententias, & cenſuras Eccleſiaſticas ac vias & modos, quos ad hoc expedire ſeu opportunos eſſe videritis, etiàm per captiones & incarcerationes perſonarum, & alias pœnas corporales, quibus hæretici puniuntur ſeu puniri iubentur, aut ſolent iuxta canonicas ſanctiones. Similiter & clericos ipſos & Eccleſiaſticas perſonas, vſque ad degradationem incluſiuè, ſi eorũ culpa ac pertinacia vel rebellio id exigat aut requirat, corrigatis & puniatis, ac diligẽter corrigi & puniri faciatis, necnon contra eoſdem, ipſorũ, laicorumq; bona ſecundùm canonicas ſanctiones & legales, contra hæreticos & eorũ ſequaces editas, quibus eoſdem ſectatores ſiue ſequaces ſubiacere decernimus, animoſè conſurgatis iuxta modum & formam ſupradictos. Et qui de præmiſſis hæreſibus vel articulis vel aliquo præmiſſorum infamati fuerint, ad arbitrium veſtrum ſe purgare teneantur. Alij verò qui per teſtes ſeu propriã cõfeſſionem vel alias legitimas probationes conuicti fuerint de prædictis hæreſibus vel articulis vel aliquo præmiſſorum, eoſdem articulos & errores ſolenniter & publicè reuocare, abiurare, pœnitentiam condignam, etiàm ad immurationem (ſi delictum exegerit) ſubire cogantur, necnon quòd errores & hæreſes huiuſmodi cuiuſcunque generis vel ſpeciei cenſeantur, decæterò verbo, nutu vel facto non fouebunt, ſeu alios ad credendum illis verbo vel facto, publicè vel occultè, directè vel indirectè, aut alio quouis modo inducent, ſufficientem & idoneam cautionem præſtare teneantur. Quòd ſi forſan eoſdem articulos ſolenniter & publicè reuocare & abiurare, & pœnitentiam condignam, etiàm ad immurationem perpetuam vel temporalem iuxta veſtræ diſcretionis arbitrium ſinè dilatione ſubire, ac ſufficientem cautionem quòd errores & hæreſes ipſas decæterò non tenebunt nec ſouebunt, nec alios ad credendum vel verbo vel facto, publicè & occultè, directè vel indirectè, vel quouis quæſito colore inducant, præſtare, ſeu aliquid præmiſſorum facere voluerint, extunc contra ipſos iuxta qualitatem errorum ac delictorũ ſuorum (etiàm ſi expediat) tanquàm contra hæreticos aut hæretica labe reſperſos, authoritate noſtra iuxta canonicas & legales ſanctiones ſummariè & ſimpliciter ac de plano ſinè ſtrepitu & figura iudicij, & etiàm ex officio, appellatione ſeu appellationibus quibuſcũque ceſſantibus, procedatis, ac ipſos iuxta eaſdem canonicas traditiones puniatis, etiàm ſi opùs fuerit curiæ ſeculari relinquendo; Cõtradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato ad hoc (ſi opùs fuerit) auxilio eiuſdem brachij ſecularis, non obſtantibus tam felicis recordationis Bonifacij Papæ octaui prędeceſſoris noſtri, qua cauetur, nè quis extra ciuitatem & diœceſim ſuam, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietã, à fine ſuę diœceſis ad iudicium euocetur, ſeu nè iudices à ſede Apoſtolica deputati extra ciuitatẽ & diœceſim in quibus deputati fuerint, contra quoſcunq; procedere, ſiue alij vel alijs vices ſuas committere, aut aliquos vltra vnam diætam à fine diœceſium eorundẽ trahere præſumant, & de duabus diætis in Concilio Generali, quàm alijs quibuſcunq; conſtitutionibus Romanorum pontificum, tam à iudicibus delegatis, quàm perſonis vltra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut alijs editis, quæ poſſint in hac parte veſtræ iuriſdictioni aut poteſtati, eiuſque libero exercitio quomodolibèt obuiare, ſeu ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultũ, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, ſeu vltra vel extra loca ad iudicium euocari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi & eorum perſonis, locis & ordinibus & nominibus proprijs mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali vel ſpeciali, cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus nó expreſſam vel totaliter non inſertam, veſtræ iuriſdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibèt impediri, & de qua cuiuſq; toto tenore de verbo ad verbum in noſtris literis habenda ſit mentio ſpecialis.

Datum Conſtantiæ octauo Calendas Martij, pontificatus noſtri anno primo.

CONFIRMATIO CONSTITVTIONVM

Frederici Secondi,

Et Carolinæ, cum multis adiectionibus per Concilium Conſtantienſe in decimanona ſeſſione, quibus libertati Eccleſiaſticæ plurimùm fauetur, & ob id adijciendam præfato operi conſtituimus, vt ex illa, quantum deferendum ſit Eccleſiæ, quiſque agnoſcat.

forte legendo in ſpecula ſe conſiderationis

Sacroſancta ſynodos Conſtantienſis * in ſpeculum ſuæ conſiderationis extollēs, quàm grauiſſima diſpēdia Eccleſiæ, monaſteria, hoſpitalia, xenodochia, & alia pia loca, ac perſonæ eccleſiaſticæ ſic tempore guerrarum & lugubris ſchiſmatis, prohdolor cauſante malitia & ambitione mentium humanarum, ad talia diuerſis coloribus, modis & titulis inhiantium improbè, hactenùs pertulerint, maximè à tempore felicis recordationis Vrbani Papæ Sexti incluſiuè citrà, ac perferant inceſſanter in tallijs, collectis, exactionibus, occupationibus, inuaſionibus, detentionibus, diſtractionibus, conceſſionibus, venditionibus, infeudationibus emphyteoticis, & alijs locationibus, donationibus, dimembrationibus, dationibus, permutationibus, & alijs varijs & diuerſis alienationibus regnorum, prouinciarum, comitatuum, dominiorum, territoriorum, diſtrictuum, ciuitatum, caſtrorum, villarum, & aliorum locorum, bonorum, iurium etiam ſpiritualiū, ac iuriſdictionum ad Romanam & Eccleſias alias, monaſteria, hoſpitalia, xenodochia, & pia loca ac perſonas huiuſmodi communiter vel diuiſim ſpectātium, alijsq; grauaminibus hactenùs à dicto tempore citrà, & per ipſum tempus, ſeu ipſo tempore vſq; in præſentem diem, præter ſeu contra diſpoſitionem iuris ſcripti quomodocunque & qualitercunque impoſitis, illatis, factis, ſeu præſumptis, aut attentatis: Ac intendens & cupiens circa reformationem immonitatis Eccleſiarum & Eccleſiaſticarum perſonatum, ac recuperationem bonorum & iurium ſuorum diligenter intendere, quanuis dudùm contra ſeculares poteſtates, necnon conſules ciuitatum, ac alios qui eccleſias & viros Eccleſiaſticos tallijs, collectis & exactionibus alijs aggrauare nitebantur, in Lateranenſi Concilio immunitati Eccleſiæ prouiſum fuit, per quod huiuſmodi præſumptio ſub anathematis diſtrictione prohibita fuit, & illius fautores & tranſgreſſores excommunicationi ſubiacere præcepit huiuſmodi Concilium, donèc ſatisfactionem earundem impenderent competenter, ac etiàm conſtitutiones & ſententiæ, quæ à talibus vel de ipſorum mandato forent promulgatæ, inanes & irritæ haberentur, nullo tempore valituræ. Et vt nullus vano in hoc deciperetur errore, vt infra tēpus ſui regiminis huiuſmodi anathema ſuſtineat, quaſi poſt illud non eſſet ad ſatisfactionem debitam compellendus, decretum fuit in eodem Concilio, & ipſum qui ſatisfacere recuſaret, & ſucceſſorem illius, niſi ſatisfaceret infra menſem, manere debere eccleſiaſtica cenſura concluſum, donèc ſatisfaceret competenter, cùm etiàm ſuccedere debeat in onere, qui ſubſtituitur in honore. Et licèt etiàm in ſacris legibus pro libertate & immunitate Eccleſiaſtica, ſiue Eccleſiarum & eccleſiaſticarum perſonarum, multa ſalubria & fauorabilia ſtatuta fuerint, dudùm felicis recordationis Honorius Papa Tertius attentè conſiderans, quòd quondàm Fredericus Secundus olim Romanorum Imperator, tunc ſub obedientia & deuotione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ perſiſtens, ad laudem eiuſdem Eccleſiæ & ſacri decus Romani Imperij, cupiens, vt expurgatis quorundā erroribus, & iniquis ſtatutis penitùs deſtitutis decætero Eccleſiæ & Eccleſiaſticæ perſonæ plena vigerent quiete, & ſecura libertate gauderent: ac piè & iuſtè attendens, q; quorundam peruerſorum iniquitas adeò abundauerat, vt non dubitarent contra Eccleſiaſticam diſciplinam & ſacros canones, ſtatuta ſua confingere aduerſùs Eccleſiaſticas perſonas & Eccleſiaſticam libertatem, edictali lege huiuſmodi ſtatuta iniqua irritauerat, & præceperat irrita annunciari, & omnia ſtatuta & conſuetudines* contra ciuitates & loca, poteſtates vel conſules, aut quæcunque aliæ perſonæ contra libertatem Eccleſię & eccleſiaſticas perſonas huiuſmodi edere, aut conſeruare tentauerint contra canonicas & imperiales ſanctiones, de ipſorum capitularibus infra duos menſes poſt huiuſmodi legis publicationem penitùs aboleri facerent: & ſi decętero talia attentarent, illa ipſo iure decreuit eſſe nulla, & eos ſua iuriſdictione priuatos: necnon locum vbì talia deincèps præſumpta fuiſſent, banno mille marcarum auri fiſco imperiali præceperat ſubiacere: poteſtates verò, cōſules, ſtatutarij & ſcriptores ſtatutorum prædictorum, necnon conſiliarij locorum ipſorum, qui ſecundùm ſtatuta & cōſuetudines memoratas iudicarent, extunc eſſent ipſo iure infames, quorum ſententias & actus legitimos ſtatuerat aliqualiter non tenere: quodque ſi per annum præfatarum conſtitutionum inuenti forent contemptores, bona eorum per totum ſuum imperium mandauit impunè ab omnibus occupari, ſaluis nihilominùs alijs pœnis contra tales in Generali Concilio promulgatis.

Cap. 46. Et extra. de immunitate eccleſię capite 6.

**pro contra, videtur legendum, quę*

Er

Et inſupèr voluerat tunc idem Imperator, q̃ nulla communitas vel publica perſona ſeu priuata collectas ſeu exactiones, angarias vel perangarias, eccleſijs vel alijs pijs locis, aut eccleſiaſticis perſonis huiuſmodi imponeret, aut inuadere Eccleſiaſtica bona præſumeret: q̃ ſi ſecùs faceret, & requiſita ab Eccleſia vel imperio huiuſmodi emendare cõtemneret, tripliciter refunderet, & nihilominùs banno imperiali ſubiaceret, quòd ſinè ſatisfactione nullatenùs remitteretur. Statuerat inſupèr, quòd quęcunque communitas vel perſona per annum in excommunicatione propter libertatem Eccleſiæ violatam perſiſteret, ipſo iure banno imperiali ſubiaceret, à quo nullatenùs extraheretur, niſi priùs ab Eccleſia beneficio abſolutionis obtento. Et inſupèr ordinauerat, vt nullus eccleſiaſticam perſonam in criminali * quęſtione vel ciuili ad iudicium ſeculare pręſumeret trahere contra canonicas ſanctiones, & contra conſtitutiones imperiales: quòd ſi ſecùs faceret, actor à ſuo iure caderet, & iudicatum non teneret, & iudex foret ex tunc iudicandi authoritate priuatus: q̃que iudices temporales, qui clericis & perſonis eccleſiaſticis iuſtitiam denegare præſumerẽt, tertiò requiſiti, ſuam iuriſdictionem amitterent, prout dicta imperiali edictali conſtitutione pleniùs continetur. Dictuſq; Honorius conſtitutionem ipſam de conſilio etiàm fratrum ſanctę Romanæ Eccleſię Cardinalium, qui tunc erant, authoritate Apoſtolica approbans & confirmans, ipſam mãdauit inuiolabiliter obſeruari: necnõ ſtatutarios & ſcriptores prædictos, excommunicatos eadem authoritate nunciari.

* q̃ſtione

Et deindè ad euidentiam diuæ memoriæ Caroli quarti etiàm Romanorum Imperatoris ſemper Augusti deducto, quòd nonnullæ ſeculares perſonæ in poteſtatibus & officijs publicis conſtitutæ, videlicet duces, marchiones, comites, & alij domini temporales, necnon conſules ciuitatum, oppidorum, villarum & locorum rectores, in eorũdem prouincijs, Dei timore poſtpoſito, ſtatuta ſingularia & iniquas ordinationes motu proprio, & de facto, contra perſonas Eccleſiaſticas & eccleſiarum libertates, & harum priuilegia condiderant: illiſque de facto & publice vtebantur contra canonicas & legitimas ſanctiones, vtpotè quòd nulla bona temporalia in vim & poteſtatem eccleſiaſticam transferantur, & nè clerici in ſacris cõſtituti, ad agendum & teſtificandum in ciuilibus, & maximè in pijs cauſis, aliquatenùs admitterentur, q̃que excommunicati laici & publicè denunciati, in foro ciuili minimè repellerentur. Et inſupèr cùm prædicti domini temporales, cõſules & rectores per ſecularem poteſtatem res ac bona clericorum occuparent, arreſtarent, & oblationẽ Chriſti fidelibus minuerent atque reſtringerent, exactiones & tallias indebitas de bonis & redditibus eccleſiarum exigerent & extorquerent, poſſeſſiones Eccleſiarum & perſonarum earundem deuaſtarent incendijs & rapinis, contractus inter clericos & laicos factos legitimos, ac libros ciuitatũ, caſtrorum, villarum & aliorum locorum prædictorum inſcribere & ſigillare recuſarent, donataque & legata ad ſabricas & eccleſiarum ſtructuras, contra dictorum & præfatorum voluntatem & aliorum quorum intererat, contra iuſtitiam vſurpare præſumerent, ac in fraudem & odium clericorum de bonis Eccleſiæ rebus clericorum, quæ non cauſa negociationis, ſed pro eorũ proprijs vſibus per eorum terras & dominia ducebant, & duci faciebant, teloneũ exigere & recipere non verebantur, & confugientes atque currentes ad Eccleſias & earum cœmeteria, indè extrahere cõtra canonicas & imperiales ſanctiones præſumpſerant: Idem Carolus Imperator tanquàm Chriſtianiſſimus princeps, volens in præmiſſis prouidere de remedio ſalutari, etiàm de quorundam principum, ducũ, comitum, baronum, fideliumq; aliorum conſilio, authoritate imperiali quæcunq; ſtatuta & conſuetudines prædictas, tanquàm per canonicas & ciuiles ſanctiones expreſsè reprobata, caſſauit, irritauit & annullauit, ac caſſa & irrita nulliuſq; roboris eſſe voluit penitùs & momenti, præcipiens ſub indignatione bãni imperialis, vniuerſis & ſingulis principibus ac dominis temporalibus, conſulibus, poteſtatibus, & alijs in officijs publicis conſtitutis, quatenùs extunc ipſorum ſtatuta & ordinationes, ſicut in præiudicium eccleſiaſticæ libertatis edicta fuerant, omnia reuocarent & de luce tollerent: quòdq; ſecũdum ea non iudicarẽt ampliùs, nec ſententias ferrent, aut eiſdem in iudicio vel extra iudiciũ quomodolibèt pro & contra eccleſiaſticam libertatem potirentur. Pronunciauitque inſupèr & eadem decreuit authoritate, quòd quicunque laicus, cuiuſcunque ſtatûs, gradûs aut conditionis exiſteret, auſu ſacrilego & propria temeritatis audacia ſacerdotem vel clericum ſecularem vel religioſum diffidaret, proſcriberet, captiuaret, ſpoliaret, occideret, mutilaret, aut in carcere detineret, ac huiuſmodi maleficia perpetrantes & facientes ſcienter receptaret, uel eis fauorem præſtaret, præter pœnas à ſacris canonibus, imperialibus & legalibus ſanctionibus in tales promulgatas, eoipſo redderetur infamis, ac omni honore priuatus, nec ad placita vel cõſilia nobilium admitteretur quouis modo. Hortans inſupèr in Domino & requirẽs eccleſiaſticos prælatos, in illis partibus, in quibus committerentur talia, conſtitutos, vt legem imperialem huiuſmodi per eorum Eccleſias & ſynodos publicarent, nè tranſgreſſores huiuſmodi per ſimulatam ignorãtiam ſuas in hac parte valeant malitias excuſare,

prout in edictali lege prædicta pleniùs continetur. Qnia non tantùm in prouincijs & regnis, quæ Romanum profiterentur imperium, ſed ferè modernis temporibus vbiquè in rotn Chriſtiano orbe neglectis huiuſmodi Lateranenſis Concilij conſtitutionibus, imperialibns, ac ſacris ſanctionibus quibuſcunque, ab impiorum malitia aduersùs eccleſias & clericos nulla reuerētia, nullo Dei timnre, nulloque animarum intetitu penſatis, eorundem temerè audacia creuit inſolenter. igitur authoritate Dei omnipotētis prædicta omnia innouat, ſtatuit & confirmat, perpetuisque futuris temporibus ab omnibus Chriſti fidelibus vbilibèr in omnibus & per omnia, iuxta ipſarum conſtitutionum tenores, ſub bannis alijsque pœnis & cenſuris ſuprà in eiſdem compræhenſis inuiolabiliter obſeruandis.

Cæterùm in eodem Lateranenſi Concilio ſtatutum & ordinatum fuit, quòd Epiſcopns ſiue ordinarius cum conſenſu ſui cleri ad releuandas communes vtilitates & neceſſitates, vbì laicorum non ſuppetunt facultates, abſq; vlla coercitione poſſit Eccleſiaſticas perſonas compellere ad aliqua ſubſidia laicis conferenda, priùs Romano pontifice conſulto: & hac ſumpta occaſione, laici in quampluribus partibus, minis vel terroribus ſeu aliquibus alijs modis aut coloribus diuerſis ducunt, vt tallias, collectas, ſubſidia, impoſitiones vel alia quæuis onera, quocunque vocabulo ſeu nomine nuncupentur, eccleſijs vel clericis imponant, aut imponi cōſentiant, vel permittant cum facultate interdùm per ipſoſmet laicos aut alios exigendi. Ex quo conſtitutio Lateranenſis, quæ ob pietatem laicorum fuit ordinata, in impietatem & graue damnum & iacturam Eccleſiarum & eccleſiaſticarum perſonarum vertitur. Ideò dicta ſancta ſynodus hoc perpetuò ſtatuit & ordinat, quòd nulla perſona ſecularis cuiuſcunque dignitatis aut ſtatûs & conditionis exiſtat, etiàm ſi imperiali, regali vel quacunq; præſulgeat dignitate, ſub prętextu conſensûs Epiſcopi, clero tallias, impoſitiones & onera vel ſubſidia imponat, exigat vel recipiat, niſi priùs Romano pontifice conſulto, ſub pœnis, bannis, & cenſuris eiſdem.

Idem per omnia, Romano pontifice dictas tallias vel collectas imponente, vel imponi mandante, conſenſu Epiſcopi vel cleri non accedente. Epiſcopi verò, qui contra prędictum Concilium Lateranenſe vel hanc conſtitutionem, imponendo vel imponi conſentiendo vel exigendo conſenſerint, eis ingreſſus Eccleſiæ ipſo facto ſit tandiù interdictus, donèc læſis eccleſijs & clericis ac eccleſiaſticis perſonis plenariam fecerint ſatisfactionem. Prælati quoquè qui contra ſacrorum canonum diſpoſitionem, & contra conſtitutionem Bonifacij octaui, quæ incipit, Vas electionis, viſitando, vel charitatiuum ſubſidium, necnon tallias & collectas imponendo, Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas quocunque modo grauant, ipſo facto ab omni adminiſtratione temporalium & ſpiritualium (etiàm ſi in pontificali vel alia dignitate exiſtant) ſint priuati, alijs quidem pœnis in iure expreſſis in ſuo robore permanſuris.

Item conſiderans quòd nonnulli ſummi pontifices ex captata opportunitate nonnullorum regum, dominorum, comitū, & aliarum quarumuis perſonarum temporalium, aut ad ipſorum beneuolentiam captandam, vel alio ſpiritu ducti, conceſſerunt & licentiam dederunt eiſdem tallias, collectas, ſubſidia, impoſitiones, datias, pedagia, aut alia quæuis onera huiuſmodi imponēdi vel exigendi ab Eccleſijs, clero vel eccleſiaſticis perſonis in eorundem dominio vel diſtrictu aut alibì conſtitutis & commorantibus, aliâs ad tempus, aliâs ad certam ſummam, ſub diuerſis modis, formis vel conditionibus, in confectis literis Apoſtolicis vel alijs huiuſmodi licentiæ compręhenſis, idcircò omnes & ſingulas conceſſiones & licentias huiuſmodi, etiàm ſi de plenitudine poteſtatis Romanorum pontificum aut Apoſtolicæ ſedis, quouis modo & quibuſuis perſonis ſub quibuſcunque verborum tenoribus conceſſas, reuocat, caſſat, annullat & irritat. Dictisque dominis, comitibus & alijs, vt ſuprà expreſſis, mādat & iubet in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub pœnis, bannis & cenſuris, necnon in triplum reſtitutionibus ſuprà expreſſis, quas incurrent ipſo facto, quòd abindè in anteà dictis conceſſionibus, licentijs, aliqua & aliquibus ex ipſis nullo modo per ſe vel alium aut alios, directè vel indirectè, palàm, publicè vel occultè, imponendo vel exigendo, quoquo modo vtantur: quinimmò priuilegia, conceſſiones & ſcripturas huiuſmodi ſuper dictis conceſſionibus & licentijs confectas, de luce aboleri faciant.

Item eadem authoritate ſtatuit, ordinat, decernit & declarat, quòd regna, prouinciæ, comitatus, dominia, territoria, ciuitates, diſtrictus, terræ, villæ, caſtra, fortalicia, poſſeſſiones, ædificia, grangiæ & quæuis alia bona, res, iura, iuriſdictiones, actiones reales & perſonales, ſpirituales & temporales, ac patronatus & pertinentiæ eorundem, & eccleſiarum cathedralium diœceſes, quæ Romanæ ſeu patriarchalibus, metropolitanis, cathedralibus, abbatialibus & quibuſuis alijs collegiaris ſecularibus vel regularibus eccleſijs, monaſterijs, prioratibus, menſiſque cathedralibus & abbatialibus, capitulis, collegijs ſeu conuentibus, hoſpitalibus, xenodochijs, & quibuſuis alijs pijs locis, alicui vel aliquibus ex ipſis temeritate vel audacia, dolo, vi vel fraude, quomodocunquè & qualitercunq; per quaſuis perſonas eccleſiaſticas

vel

vel laicales, capitula, collegia, dominos, comitatus & vniuerſitates, etiam ſi imperiali, regali, cardinalatu, pontificali vel alia quauis eccleſiaſtica vel laicali præeminentia & dignitate præfulgerent, à tempore fe. re. Gregorij vndecimi incluſiuè citrà (poſt cuius quidem Gregorij deceſſum ſchiſma præſens prohdolor in Dei Eccleſia ortum habuit) quauis occaſione ſeu colore quæſito fuerint inuaſa, occupata, vſurpata, captata ſeu detenta, huiuſmodi eccleſijs, monaſterijs, prioratibus, menſiſque cathedralibus & abbatialibus, capitulis, collegijs, ſeu conuentibus, hoſpitalibus, xenodochijs & pijs locis, videlicet illi & illis, cuius, quorum vel quarum tempus & in tempore inuaſionis, occupationis, vſurpationis, captionis, ſeu detentionis huiuſmodi erant & nunc ſunt, dummodò tempore inuaſionis, occupationis, vſurpationis, ſeu detentionis prædictæ vel priùs, ¤ poſſeſſio, eccleſias, monaſteria, prioratus, menſas cathedrales & abbatiales, capitula, conuentus, hoſpitalia, xenodochia, & pia loca aut per aliquem vel aliquod ex ipſis, coram aliquo de executoribus, ſiue conſeruatoribus, de quibus infrà fit mentio, probetur infra tempus quadrimeſtre à die probationis prædictæ continuè currendum, vel ſi fama de dicta poſſeſſione, aut ſecuta inuaſione, occupatione, vſurpatione, captione, ſeu detentione huiuſmodi erit in diœceſi eccleſiæ, monaſterij, prioratûs, menſarum cathedralium, abbatialium, capituli, collegij, conuentûs, hoſpitalis, xenodochij, vel pij loci huiuſmodi, ſimiliter infra ſimile quadrimeſtre continuandum à die legitimæ citationis, monitionis ſeu requiſitionis perſonaliter factæ, vel ſi poſſeſſoris copia commodè haberi, aut benè tutè ac legitimè citari non poſſit, tunc & eo caſu moneri & requiri valeat per edictum in aliquo loco diœceſis, vel ipſi diœceſi propinquo, vbi inuaſor, occupator, vſurpator, captor ſeu detentor habitare conſueuerat, ad habitandum vacua & expedita, plenariè, realiter & cum effectu, omni ceſſante excuſatione & exceptione, reſtituantur, reddantur & redintegrentur, ac pacificè dimittantur ſub pœnis, bannis & cenſuris, & ſub alijs vt ſuprà, & ſub triplicata reſtitutione, & ſub infamia & occupatione & iuris amiſſione ſuperiùs nominatis: quas negligentes, inobedientes, tranſgreſſores, rebelles & contrà facientes, incurrent ipſo facto, à quibus pœnis & cenſuris & alijs prædictis non poſſint abſolui, niſi priùs factis (vt præfertur) plenis & integris reſtitutionibus. Et nihilominùs ex abundanti cautela ipſa ſancta ſynodus ex certa ſcientia prædicta bona, regna, ciuitates & cætera vt ſuprà, illis quibus erant (vt præfertur) reſtituit, reddit & redintegrat per præſentes. Et inſupèr liceat prælatis, capitulis, cõuentibus, & rectoribus eccleſiarum, monaſteriorum & locorum huiuſmodi, quorum talia regna, bona, & cætera erãt, & nunc ſunt, eorumq; ſucceſſoribus, aut eorum procuratoribus & ſyndicis, authoritate propria, alicuius conſenſu vel licentia minimè requiſita, poſſeſſionem illorum intrare, capere aut detinere liberè & impunè, conſtitutionibus & priuilegijs Apoſtolicis & Imperialibus, & alijs quarumuis perſonarum, nequaquàm obſtantibus. Rurſùs, quia contractus celebrati, necnon conceſſiones ſuper regnis, prouincijs, ciuitatibus, caſtris, villis, & alijs bonis, ſuprà expreſſis viro non purgato, veriſimiliter ad vexationes redimendas facti vel factæ præſumerentur: ea propter ipſa ſancta ſynodus ex certa ſcientia omnes & ſingulas conceſſiones, donationes, venditiones, alienationes, pignorationes, diuiſiones, ſeparationes, dimẽbrationes, diſtractiones, extenuationes, permutationes, obligationes, declarationes, reuocationes, infeudationes, reinfeudationes, pacta, prouiſiones, promiſſiones, ſententias & alios cõtractus quoſq;, etiàm ſi iuramentis fuerint conualidatæ & conualidari, etiàm per viam aut modum cuiuſcunq; contractûs, etiàm in illis contenta, ſub quacunq; verborum conceptione appareant, poſt inuaſiones, occupationes, vſurpationes, captiones vel detentiones regnorum, prouinciarum, ciuitatum, & aliorum alicuius vel aliquorum bonorum huiuſmodi, & ante eorũdem bonorum plenariam reſtitutionem, de, in, pro, & aut ſuper eiſdem alicui vel aliquibus ex regnis, & alijs bonis huiuſmodi, vel ipſorum aut eorum aliquibus iuribus, iuriſdictionibus, actionibus, & pertinentijs realibus & perſonalibus, atque mixtis, ſpiritualibus & temporalibus quibuſcunque, quibuſuis dominis, dominijs, comitatibus, vniuerſitatibus, capitulis, collegijs, patriarchalibus, vel alijs eccleſijs, quibuſuis, ſiue eorum menſis, aut alijs perſonis quibuſcunque eccleſiaſticis vel laicalibus, etiàm ſi Imperiali, regali, pontificali, vel alia eccleſiaſtica & temporali præfulgeant dignitate, quauis occaſione, à dicto tempore Gregorij incluſiuè citrà, quomodocunquè & qualitercunquè factis & conceſſis, faciendis, concedẽdis per Romanos pontifices motu proprio ex certa ſcientia de plenitudine poteſtatis, cum omnium defectuum ſupplemento, ac de & cum conſenſu & conſilio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ſiue per modũ aut viam contractuum quorumcunque, vel aliâs & quauis authoritate, etiàm Apoſtolica, imperiali, regali, legatorum, nunciorum, aut vicariorum ſedis Apoſtolicæ, ſiue ordinariè legata vel delegata, etiàm ſi factum & conceſſum fuerit per illas perſonas, aut de & cum conſenſu illarum, ad quas in talibus de iure & de conſuetudine facere, concedere & conſentire pertinuerit, nullas & nullos, nulliusque iuris, efficaciæ, firmitatis, roboris & momẽti, atq; viribus euacuatos & euacuatas

fuiſſe

Digitized by Google

fuiſſe & eſſe decreuit & declarauit. Et nihilominùs ex abundati cautela, ipſas & ipſos reuocat, caſſat, abolet, irritat & annullat, ac viribus euacuat. ipſaq; regna & prouincias, ciuitates & alia bona cum iuribus & omnibus alijs ſupradictis, tenore præſentium illis, quorum vel quarum (vt præſertur) erant & ſunt, reddit, reſtituit, & redintegrat. Statuens quoque & præcipiens, decernens & declarans, ipſa omnia & ſingula reddenda, reſtituenda & redintegranda, quibus (vt præſertur) erant & ſunt, vacua & expedita plenariè, realiter & cum effectu, omni ceſſante excuſatione, infra dictum quadrimeſtre, ſub eiſdem pœnis, bannis & cenſuris, & alijs quas incurrent ipſo facto, & à quibus non poſſint abſolui, niſi vt ſuprà cõtinetur, alijs tamen iuris remedijs pro prędictis executioni demandandis in ſuo robore permãſuris. Et nihilominùs liceat prælatis & alijs, quorum talia bona (vt præſertur) erant & ſunt, poſſeſſiones intrare & cætera, vt ſuprà continetur.

Item dicta ſancta ſynodus eadem authoritate ex certa ſcientia decernit & declarat, omnes & ſingulas conceſſiones, donationes, obligationes, venditiones, extenuationes, pignorationes, diuiſiones, ſeparationes, dimembrationes, diſtractiones, permutationes, obligationea, declarationes, reuocationes, infeudationes, reinfeudationes, ac cenſuum, fructuum, ſeu reſponſionum aliarum quocunque nomine ſeu vocabulo nuncupétur, extenuationẽ, extinctionem, pacta, promiſſiones, prouiſiones, ſententias, & alios contractus quoſcunque, etiamſi iuramentis fuerit, inualidatæ & conualidati, etiàm per viam aut modum cuiuſcunq; contractûs, & in illis contenta ſub quacunq; verborũ conceptione appareant, quibuſuis patriarchis, primatibus, archiepiſcopis, epiſcopis, eorũq; eccleſijs cathedralibus ſiue antiquis, ſiue poſt dictum ſchiſma erectis, aut eorum mẽſis, capitulisque, collegijs, *comitatibus, ſeu vniuerſitatibus & perſonis, etiàm imperialis, regalis, reginalis, pontificalis, Cardinalatûs aut cuiuſuis eccleſiaſticæ vel mundanæ fuerint dignitatis, præeminentiæ, ſtatûs vel conditionis, de, in, pro, aut ſuper regnis, prouincijs, comitatibus, dominijs, territorijs, ciuitatibus, diſtrictibus, terris, villis, caſtris, fortalicijs, poſſeſſionibus, ædificijs, grangiis, & quibuſuis alijs bonis, rebus ac pertinentiis ſuis, iuribusq;, iuriſdictionibus & actionibus realibus & perſonalibus atq; mixtis, cathedraliumque eccleſiarum diœceſibus, ac patronatuum iuribus, & quibuſuis aliis tam ſpiritualibus quàm temporalibus ſinè aliquo vel aliquibus prædictorum ad Romanam, patriarchales, metropolitanas, cathedrales, abbatiales, & quaſuis alias collegiatas & non collegiatas, regulares & ſeculares eccleſias, monaſteria, prioratus, menſasque ipſarum eccleſiarum, capitula ſeu conuentus eorum, aliquos vel aliquas ex ipſis factas & factos, præter vel contra diſpoſitionem iuris ſcripti, à dicto tempore Vrbani Papę ſexti incluſiuè citrà, quomodocunque & qualitercunq;, vſque in præſentem diem, ſub quibuſuis titulis, iuribus, actionibus, cauſis, modis, conditionibus, vijs ſiue formis, & quauis occaſione etiàm motu proprio, ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis, ac cum ſuppletione omnium defectuum, etiàm de & cum conſilio & conſenſu Sanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium, ſiue per viam aut modum contractuum quorumcunque, vel aliàs & authoritate quacunq;, etiàm Apoſtolica, imperiali, regali, reginali, legatorum, nunciorum, aut vicariorum ſedis Apoſtolicæ, ſiue ordinaria, delegata vel ſubdelegata, vel quacunq; alia, etiàm ſi factum & conceſſum fuerit per illas perſonas, aut de & cũ cõſenſu illarum, ad quas in talibus de iure & conſuetudine facere, concedere, & conſentire pertinuerit, fuiſſe & eſſe ipſo iure nullos & nullas, ac nullius efficaciæ, roboris & momenti, viribusq; euacuatos & euacuatas, & perindè cenſeri & haberi, ſub & cum modificationibus infrà ſcriptis, ac ſi facti & factę non fuiſſent. Conceſſioneſque donationes & cętera huiuſmodi, & alias quaſuis, quę cũ detrimento vel lęſione Eccleſiarum, monaſteriorum, menſarum, capitulorum, conuentuum, locorum ſeu perſonarum alicuius vel aliquarum huiuſmodi factæ à dicto tempore Vrbani Papæ ſexti citrà, ex certa ſcientia, & authoritate prædicta hac edictali conſtitutione, ſub & cum ſuprà & infrà dictis modificationibus reuocat, caſſat, irritat & annullat. Et nihilominùs ad abundantiorem cautelam, tollit & penitùs viribus euacuat, dictaq; regna, loca, territoria, diſtrictus, iura, iuriſdictiones &c. ac bona huiuſmodi ad ius & proprietatem Eccleſiarum, monaſteriorum, locorum, menſarum, capitulorum, conuentuum, & perſonarum huiuſmodi, ad quæ ſeu quas ſpectabant & nunc ſpectant & pertinent, ſub & cum ſuprà & infrà ſcriptis modificationibus reſtituit, reddit & reincorporat penitùs per præſentes, quorum omnium poſſeſſionem vacuam, liberam, expeditam nihilominùs illi qui talia bona tenuerint & tunc tenebant, debeant ac etiàm teneantur infra dictum quadrimeſtre à die probationis vel citationis, monitionis ſeu requiſitionis vt ſuprà fiendæ, liberè, totaliter & cum effectu vacua & expedita relaxáſſe, & dimiſiſſe eccleſiis, menſis, monaſteriis, hoſpitalibus, locis, & alijs perſonis huiuſmodi, ad quas ante conceſſiones prædictas ſpectabant & pertinebant & nunc ſpectant & pertinent, ſeu ſpectare & pertinere poſſunt, ſub pœnis, bannis & cenſuris, & alijs vt ſuprà, quas incurrẽt ipſo facto, & à quibus abſolui non poſſint, niſi priùs ſatisfecerint & reſti-

Digitized by Google

reſtituerint, vt ſuprà continetur. Et nihilominùs liceat prælatis, capitulis, conuentibus ac rectoribus Eccleſiarum, monaſteriorum & aliorum locorum huiuſmodi, quorum talia bona fuerunt, & nunc ſunt, eorumque ſucceſſoribus & ſyndicis authoritate propria, alicuius conſenſu vel licentia minimè requiſitis, cautione tamen priùs præſtita, vt inferiùs denotatur, poſſeſſionem illorū intrare, capere & recipere liberè & impunè, non obſtantibus conſtitutionibus, priuilegijs ſedis Apoſtolicæ eius authoritate conceſſis, factis, concedendis & faciendis, ac impetrationibus ſub quacūq; verborū expreſſione & tenoribus conceſſis, & etiàm ſi de ipſorum tenoribus expediret facere mentionem ſpecialem de verbo ad verbum, in totum vel in partem, quorum & quarum omnium ipſa ſancta Synodus hîc pro expreſſis, lectis & inſertis haberi vult & decernit, necnon præſcriptionibus, conſuetudinibus & alijs contrarijs & repugnantibus, aut quouis modo huic conſtitutioni decçterò nequaquàm obſtantibus quibuſcunque.

Prædicta quoquè, quæ de declarationibus ac reuocationibus huiuſmodi dicta sūt, non vendicent ſibi locum in infeudationibus, reinfeudationibus, conceſſionibus & locationibus quibuſuis perpetuis, ſolitis ante dictum tempus domini Gregorij Papæ vndecimi fieri & dari in feudum, reuiſendū vicariatū, aut emphyteoſim, & regnis, prouincijs, ciuitatibus, terris, caſtris, villis, locis, territorijs, diſtrictibus, & alijs bonis ſeu iuribus huiuſmodi, aliquo vel aliquibus eorundem, dummodò vtile dominium eorundem per pacificam * tenuatā corporalis poſſeſſionis ante huiuſmodi infeudationem, reinfeudationem, conceſſionem, non fuerit cum directo dominio incorporatum & ſolidatum, ac etiàm quòd canon & cenſus antiquitùs ante tempus domini Gregorij Papę vndecimi pro illis præſtari & dari ſoliti, cōſueti ſeu admiſſi, ſi qui pręſtabantur, debitè perſoluēt: nec etiàm locum habeant in venditionibus bonorum, quorum iuſta precia apparebunt & probabuntur, conuentuum & locorum huiuſmodi, quorum (vt præfertur) erant dūtaxàt, verſa eſſe in permutationibus factis, verſis in euidentem vtilitatem Eccleſiarum, monaſteriorum & aliorum huiuſmodi: nec locum ſibi vendicent in cōceſſionibus per Romanos Pontifices pro dotatione in totum vel in partem, ac pro alia quauis ſubuentione aliquarum eccleſiarum cathedralium & aliarum indigentium quarumcunque ciuitatum factis de aliquibus Eccleſijs inferioribus & bonis earum, dummodò huiuſmodi ciuitates ab antiquo & ante dictum ſchiſma habuerint famam, titulum & nomen ciuitatis, & dummodò etiàm huiuſmodi conceſſa non fuerint alicuius Eccleſiæ cathedralis, ſed ab abbatialibus inferiorum Eccleſiarum: nec etiàm ſibi ſortientur effectum in venditionibus, & alijs alienationibus bonorum hoſpitalium, xenodochiorum & aliorum piorum locorum quorumlibet, quæ hoſpitalia, xenodochia, & pia loca, vt ſunt, Ad ſancta Sanctorum, Sancti ſpiritùs in ſaxia de vrbe, beatæ Mariæ noua de Florentia, de ſcala, de ſeminis, ac de miſericordia, de Paradiſo, & ſimilia pro ſuſtentatione pauperum & hoſpitalitate conſeruanda conſueuerunt ab antiquo bona eorum vendere, aut taliter alieuare, locare, aut vſumfructum concedere, ſecundùm eorum ſtatuta ſeu laudabiles & antiquas conſuetudines pacificè hactenùs obſeruatas, priuilegijs etiàm antiquitùs à Romanis Pontificibus quibuſuis religioſorum ordinibus bonorum & rerum huiuſmodi indultis, ac etiàm ſuis conſuetudinibus in talibus ab antiquo obſeruatis, in ſuo robore permanſuris: nec etiàm in vicariatibus, gubernatibus & miniſtrationibus, ſeu locationibus, aut feudis prouinciarum, terrarum, caſtrorum, locorum, ſeu bonorum huiuſmodi ad tempus nouem annorum, vel abindè infra duntaxàt duraturis, prædictis tamen modificationibus, non ſe ad prędicta inuaſa, occupata, vſurpata, capta ſeu (vt præfertur) detenta, aliqualiter extendentibus. Cęterùm decreuit præfata ſancta ſynod⁹ eadem authoritate, quòd quicunq; ex iuſtis & rationabilibus cauſis ꝓbauerit legitimè ſede aut ſuper regnis, prouincijs, ciuitatibus, terris, caſtris, locis, vel bonis huiuſmodi, vel eorum aliquo, pro precijs perſolutis, vel ex cauſa depoſiti, ſiue mutui, aut aliâs ex iuſtis cauſis recipere debere à Romana ſeu alijs eccleſijs, monaſterijs, prioratibus, hoſpitalibus vel locis ipſis, ſeu eorum aliquo, aut ex prælatis, ſeu rectoribus eorūdem, occaſione duntaxàt Eccleſiarum, hoſpitalium ſeu locorum pręfatorum, ad quæ ipſa bona pertinuiſſent, vel pertinerent, aliquas florenorū, ſeu pecuniarū ſummas, aut res alias, ac illas verſas eſſe in vtilitatem euidentem Eccleſiarum, ſeu monaſteriorum, aut locorum huiuſmodi, quòd facta coram loci ordinario deductione, aut defalcatione fructuum, aut prouentuum perceptorum arbitrio dicti ordinarij loci, ſiue rerum, & bonorum de quibus ageretur, ſuper quo ipſius ordinarij cōſcientiam onerauerit & onerat, non obſtantibus quibuſcunq; conuentionibus, ſeu pactis initis, vel adiectis, etiàm authoritate Apoſtolica, vel alia quomodolibèt roboratis, ac iuramento vallatis, maximè quo ad probandum precia, res vel pecunias, verſa eſſe in euidentem vtilitatem, vel quorum talia bona fuiſſent, ſeu vt fructus in ſortem cōputare quis minimè teneretur, aut quod faceret fructus ſuos, ſeu alijs contrarijs & aliter diſponentibus quouis modo Eccleſia, ſeu monaſterium, hoſpitale, vel locus huiuſmodi

huiuſmodi reſiduum quod declaratur ad reſtituendũ illi qui ſoluiſſet, aut eius hæredibus, ſeu ius vel cauſam aut titulum ſuũ habentibus, infra annũ à die talis declarationis cõtinuè computandum, vel ad huiuſmodi bona obligata vſq; ad ſatisfactionem vt infrà declaratur, ipſis creditoribus reſtituendum, ꝑ dicto reſiduo declarato. eo ipſo prælatus, capitulum, cõuentus ac rectores talis Eccleſiæ, monaſterij, hoſpitalis vel loci, cuius vel quorum (vt præfertur) ipſa bona erant, ſub pœnis excommunicationis ſint adſtricti. Et nihilominùs pro ſecuritate creditorum ſuper ſatisfactione huiuſmodi: nullus ex prælatis & alijs ſupradictis poſſit aut debeat per ſe, aut per alium poſſeſſionem talium bonorum intrare, capere vel retinere, niſi idonea cautione prius per ipſos præſtita coram loci ordinario, ipſius vel ipſorum creditorum, & huiuſmodi ordinario recuſante, coram loci ordinario debitoris de eo quod ab eccleſijs, monaſterijs, hoſpitalibus, vel locis alijs ſeu perſonis ſupradictis ratione declarationis huiuſmodi tenerentur habere creditores ipſi infra dictum annum perſoluendo, bona quoquè talibus vendita, pignorata, ſeu aliter obligata, alienata, vel vt ſuprà conceſſa, illis vſque ad ſatisfactionem ſpecialiter obligata remaneant & exiſtant. Si autem infra dictum annum ſatisfactio quantitatis declaratæ facta non fuerit, vt præmittitur, præuijs tribus proteſtationibus, diuerſis diebus per creditores ſeu eorum procuratores factis, præfatis capitulis, conuentibus, aut rectoribus huiuſmodi ſuper dicta ſatisfactione ſaltem infra menſem à die primæ proteſtationis facienda: tunc lapſo dicto menſe liceat huiuſmodi creditoribus, aut hæredibus, ius vel cauſam, ſeu titulũ habẽtibus ab illis, per ſe vel ꝓcuratores ſuos authoritate ꝓpria poſſeſſionem bonorum huiuſmodi intrare, capere, ac illa tenere & poſſidere, fructuſque & emolumenta ex illis percipere. Deducendo tamen de ſorte ipſius debiti, quouſquè eiſdem fuerit de quantitate huiuſmodi debiti, vt præfertur, declarata integraliter ſatisfactum, ita tamen prouiſo circa præmiſſa & quodlibet prædictorum, quòd pro debito Romanæ vel alterius cathedralis, vel inferioris Eccleſiæ hoſpitalis, aut pij loci, prælatus, rector, ſiue alia perſona huiuſmodi, niſi ſolitum pro ſua Eccleſia, hoſpitali, & pro loco in cuius euidentem vtilitatem duntaxàt probabiliter, vt præfertur, precium & valorem verſum eſſe fideiubere, vel aliâs cautionem de debitis declaratis, vel aliàs minimè præſtare teneatur: nec huiuſmodi bona pro alijs debitis quoquo modo remaneant obligata, nec etiàm de ipſis reſtitutio & redintegratio, vt ſuprà eſt declaratum, quouis modo valeat nec debeat retardari. Cæterùm quia lex ſalubris præteritis intendit & futuris caſibus prouidere, decernit ipſa ſancta ſynodus eadem authoritate, quòd de cæterò præmiſſis & infraſcriptis nulla feudatio, locatio, donatio, venditio, permutatio, pignoratio, obligatio, ſiue quæuis alienatio, aut declaratio, de aut ſuper regnis, prouincijs, ciuitatibus, terris, caſtris, locis, iuribus, ac iuriſdictionibus, ſeu bonis prædictis, aut aliquo eorundem authoritatibus huiuſmodi, ſeu earum aliqua vel aliâs ſinè expreſſa deliberatione Cõcilij generalis, vel ſaltem prouincialis, cum euidenti tamen vtilitate Eccleſiæ & pij loci huiuſmodi fieri poſſit, vel debeat quouis colore quæſito, ſeu iam facta cõfirmari, extẽdi vel prorogari, aut de nouo concedi quouis modo. Saluo, quòd locationes vſque ad prædictum tempus nouem annorum, vel abindè infrà, & non vltra, tam Apoſtolica quàm odinaria authoritate valeant celebrari, cũ dicta præſtatione tamen cenſûs ſoliti ſiue rationabilis: Ità tamen, quòd fiant cum euidenti vtilitate huiuſmodi tam per Romanum pontificem, quàm per prælatos & rectores ſecundùm iuris ſcripti formam, etiàm infeudationes, emphyteoticęque conceſſiones, occupationes, & reuocationes de bonis feudalibus ac emphyteoticis ante dictum tempus Gregorij vndecimi infeudari ſolitis, ad eccleſias, monaſteria, hoſpitalia, vel pia loca huiuſmodi quomodolibèt deuolutis & deuoluendis in poſterum, cum modificationibus infraſcriptis pro cenſu & canone ſolitis, aut adauctis ante præfatum tempus Gregorij vndecimi & non de alijs, aut aliter vllo modo poſſint etiàm fieri conceſſiones vicariatuum, gubernationum & adminiſtrationum, regnorum, prouinciarũ, ciuitatum, terrarum, caſtrorum, locorum præfatę Eccleſiæ Romanæ, quæ ante huiuſmodi tempus concedi in vicariatum, ſeu adminiſtrationem per Romanam Eccleſiam conſueuerũt per Romanos pontifices ad tempora nouem annorum, & abindè infra, & non vltra, cum reſponſionibus, canonibus & cenſibus conſuetis, melioratis ſeu adauctis ante tempus præfatum, hoc addito, declarato, ac reſeruato, quòd vicarijs non ſoluentibus eidem Romanæ eccleſiæ cenſum ac canonem debitum in terminis appoſitis, vel ſaltem infra menſem poſt lapſum terminum eo ipſo abſque aliqua declaratione ad cenſum & canonem duplicatos perſoluendos præfatæ Romanæ Eccleſię teneantur ac adſtricti ſint. Et ſi primum & duplicatum cenſum, ſeu canonem prędictos infra alium menſem ſequentem non ſoluerint ipſo facto ſententias, banna, & pœnas huiuſmodi, incurrent. Si autem infra ſemeſtre à lapſu primi termini prę̨fati ſolutionem huiuſmodi non fecerint de cenſu & canone, vt prę̨fertur, ipſo iure cadant ab omni poſſeſſione vicariatûs,

tùs, gubernationis & adminiſtrationis huiuſmodi, & conceſſa ad liberam ordinationem Romani Pontificis & Romanæ Eccleſiæ præfatæ deuoluantur, & deuoluta ipſo facto intelligantur eſſe, & ſint cum omni rerum integritate & cauſa. Et illud idem intelligatur ſeruari, & fiat in & de vicarijs, gubernationibus & adminiſtrationibus prouinciarum, ciuitatum, terrarum, caſtrorum & locorum aliorum quorumuis, Eccleſiarum, monaſteriorum, hoſpitalium, & locorum aliorum prædictorum. & cuiuſlibet eorundem. Præmiſſa quoquè extendantur ad ſolutionem feudorum, bonorum emphyteoticorum, & aliorum locatorum reſponſiones quouis titulo, tam ad Romanam quàm ad alias Eccleſias, monaſteria & loca alia ſupraſcripta, communiter vel diuiſim, prout de cenſibus & canonibus vicariatuum prædictorum ſuperiùs continetur. Diſtrictiùs nihilominùs inhibens, nè qua prorogatio ſeu noua conceſſio vicariatuum, gubernationum ſeu adminiſtrationum huiuſmodi de regnis, prouincijs, ciuitatibus, terris, caſtris, & locis dictæ Romanæ Eccleſiæ, fieri poſſit aut debeat, niſi de conſilio & aſſenſu Romanorum Pontificum & dominorum collegij ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, eorum ſcrutatis votis, vel ſaltem per duas partes dicti collegij in concordia, & non niſi pro euidenti cauſa, ſtatu & honore Eccleſiæ præfatæ: Ità tamen, quòd debeant ipſi Cardinales in literis Apoſtolicis, vel cōtractibus deſupèr factis, vnà cum Romano Pontifice proprijs manibus ſe ſubſcribere, ad inſtar antiquorum priuilegiorum Apoſtolicorum in perpetuum. Et ſi aliter, ſecùs, ſeu alio modo in præmiſſis & infraſcriptis omnibus, & contentis in præſenti capitulo, vel circa ea facta, ſeu declarata etiàm motu proprio, & de Cardinalium conſilio ſeu conſenſu, ſeu alias & Apoſtolica vel quauis alia authoritate, non teneant ipſo iure, & nullum ius contrahentibus vel recipientibus aliter acquiratur. Et nihilominus vicarij ipſi, gubernatores, & adminiſtratores, & alij recipientes, quouis nomine nuncupentur, vel titulo, vel modo, etiàm ſi ſpontè concederentur, vel aliàs contrarium facientes, ipſos proceſſus, banna, ſententias & pœnas ipſo facto ſe nouerint incurriſſe: conceſſionibus, conſtitutionibus, priuilegijs Apoſtolicis, ac alijs quarumcunque perſonarum, necnon conſuetudinibus & alijs quibuſuis in contrarium facientibus, nequaquàm obſtantibus. Hoc ſanè intellecto, quòd modificationes ipſę ſupraſcriptę, & ipſarum aliqua alijs qui tenent & tenuerunt regna, prouincias, ciuitates, terras, caſtra, ſiue alia bona, vt in alio infraſcripto capitulo continetur, ſcilicet inuaſa, occupata, capta ſeu (vt pręfertur) detenta, non valeant in aliquo ſuffragari: quinimmò ad plenariè reſtituendum, reddendum, & ad alia faciendum (vt in eodem capitulo continetur) protinùs ſint adſtricti.

EX EODEM CONCILIO Conſtantienſi, quandò ſoluenda ſit, ſiue deneganda decima.

CVM paterna pietas filijs hominum prouidere debeat, licèt in caſu neceſſitatis vrgentis valeat viciſſitudo laudabilis, declarat ſancta Synodus non licere Romano Pontifici indictiones ſiue exactiones quaſcunque ſuper Eccleſiam vel eccleſiaſticas perſonas imponere per modum decimę vel alio quouis modo. Si verò cùm neceſſitas acciderit Papę, qua eſſet eidem debitè ſubueniendum, vocato generali Concilio, ſecundùm quod expediens videbitur & vtile, ſecundùm Decretum Concilij prouideatur eidem.

MODVS OBSERVANDVS
IN PVBLICA SESSIONE
Conciliorum Generalium,

Practicatus & obſeruatus in Concilio Generali Conſtantienſi.

PRimò in loco vbi tenetur Seſſio, celebrabitur Miſſa ſolennis de Spiritusſancto quocunque tempore per Cardinales, vel alium Prælatum ad hoc deputatum. Qua Miſſa durante, omnes Prȩlati ſuis habitibus cõſuetis ſunt induti, & ſedent in loco dictæ Seſſionis, ſecundùm ſuas Dignitates & Prærogatiuas. Prædicta autem Miſſa finita, omnes Prælati in eadem Seſſione exiſtentes, induunt ſe * pluuialibus, & habent mitras albas, ſolo Præſidente vel celebrante in Cõcilio, excepto, qui habet mitram * aut phrygiatam & gemmatam ac notabiliter ornatam. Qui quidem Præſidens vel celebrans, aſſociatis Diacono & Subdiacono, ac alijs multis in habitibus Eccleſiaſticis, ſedet in cathedra in medio chori, habens dorſum ad altare, & vultum ad alios Prælatos. Prælatis igitur ſic indutis & ornatis, Cantores cantant Antiphonam: Exaudi nos Domine, quoniam benigna eſt Miſericordia tua, ſecundum multitudinem miſerationum tuarum reſpice nos Domine. Verſus: Saluum me fac Domine, quoniam intrauerunt aquæ vſq; ad animam meam. Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto. Qua Antiphona cantata, Diaconus clamat alta voce. ORATE: Quo dicto, omnes Prælati flectunt genua. & per aliquod interuallum orant ſub ſilentio ſecundùm deuotiones ſuas. Et poſtquàm in illa oratione per aliquod competens interuallum ſteterunt, idem Diaconus iterum clamat alta voce: Erigite vos. Et tunc omnibus Prælatis ſurgentibus, & ſtantibus, ipſe Præſidens vel celebrans etiam erectus, etiam hanc dicit orationem alta voce: Oremus. ORATIO: Adſumus Domine ſancte Spiritus, adſumus, peccati quidem * immanitate detenti, ſed in nomine tuo ſpecialiter aggregati. Veni ad nos, & eſto nobiſcum, & dignare illabi cordibus noſtris, & doce nos quid agamus, quò gradiamur, & oſtende quid efficere debeamus, vt te auxiliante, tibi in omnibus complacere valeamus. Eſto ſalus, ſuggeſtor & effector iudiciorum noſtrorum, qui ſolus cum Deo Patre & eius Filio nomen poſſides glorioſum. Non nos patiaris perturbatores eſſe iuſtitiæ, qui ſummam diligis æquitatem, non in ſiniſtram nos ignorantia trahat, non fauor inflectat, non acceptio muneris vel perſonæ corrumpat: ſed iunge nos efficaciter ſolius tuæ gratiæ dono, vt ſimus in te vnum, & in nullo deuiemus à vero, quatenùs in nomine tuo collecti, ſic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iuſtitiã, vt hic à te non diſſentiat ſententia noſtra, & in futuro pro benè geſtis conſequamur præmia ſempiterna. Amen. Prædicta verò oratione finita, Cantores Concilij incipiũt Antiphonam, Exaudi nos Domine, qm̃ benigna eſt Miſericordia tua, ſecundum multitudinem miſerationum tuarum &c. vt ſuprà. Qua Antiphona cantata, omnes (vt præmiſſum eſt) flexis genibus orant. Et facto paruo interuallo, Diaconus iterum dicit alta voce: Erigite vos. Tunc omnibus erectis, Præſidens vel Celebrans dicit iterum hãc orationem: Oremus. ORATIO: Mentibus noſtris, quæſumus Dñe, Spiritum ſanctum benignus infunde, quatenus in nomine tuo collecti, ſic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iuſtitiã, vt hic à te in nullo diſſentiat volũtas noſtra, ſed ſemper rõnabilia meditãtes, quȩ tibi ſunt placita, exequamur ĩ factis. Per Dñm &c.

*auriferatam *auriferã &

*immenſitate

Quibus

Digitized by Google

Quibus ſic peractis,omnes flectant genua.& Diaconus & Subdiaconus,vel a-
lij duo ad hoc deputati,ante altare ſtantes,incipiunt Litaniam, Cantoribus
& alijs reſpondentibus,Et quando venitur ad illum locum, vt Dominũ Apo
ſtolicum,Præſidens vel Celebrans,qui cum alijs ſtabat flexis genibus, ſurgit:
& vertens ſe ad congregationem,& dando benedictionem, cantando ter di-
cit : Vt hanc ſanctam Synodum & omnes gradus Eccleſiaſticos benedicere,
regere,& conſeruare digneris,Cantoribus reſpondẽtibus qualibet vice præ-
dicta,Te rogamus,audi nos.Completa verò Litania,Præſidens vel Celebrãs
dicit:Oremus. Quo dicto,Diaconus dicit: Flectamus genua.& Subdiaconus
dicit,Leuate.Deinde celebrans dicit hãc orationem:Da,quæſumus,Eccleſiæ
tuæ miſericors Deus,vt Spiritusſancto congregata, hoſtili nullatenus incur-
ſione turbetur. Per Dominum &c.His verò completis, Diaconus habens li-
brum ſupra pulpitum,inter altare & celebrantem diſpoſitum, accenſis duo-
bus cereis circa ipſum pulpitum,incipit Euangelium,Vos eſtis ſal terræ, vel Matt.5.b
quod ad legendum ſibi eſt ordinatum. Quo Euangelio perlecto, Celebrans
primò facit collationem,exhortando omnes & ſingulos ad ſolicitam medi-
tationem & curam Dei & ſuper omnibus cauſis, propter quas ſacroſancta
Synodus eſt congregata. Deinde flexis genibus, incipit alta voce, hymnum,
Veni Creator Spiritus, quem hymnum cantant alternatim exiſtẽtes in Seſ-
ſione cum Cantoribus.Quo hymno ſolenniter & deuotè decantato,duo cle-
rici induti ſuperpellicijs & adſtantes Præſidenti,dicunt verſiculum. Emitte Pſal. 103.
ſpiritum tuum,& creabuntur. Et cantores reſpondent, Et renouabis faciem
terræ.Poſteà Celebrans dicit hanc orationem: Oremus:Deus qui corda fide-
liũ ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodẽ Spiritu recta ſape-
re,& de eius ſemper conſolatione gaudere.Per Dominũ noſtrum Ieſum Chri
ſtum filium tuum,qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritusſancti Deus,per
omnia ſecula ſeculorum.Amen.Poſtmodùm duo prædicti clerici, vel Diaco
nus,vel Subdiaconus dicunt:Benedicamus Domino.Et adſtantes reſpondẽt,
Deo gratias. His autem omnibus completis, idem Præſidens, vel Celebrans
& omnes alij Prælati ſedent,& ponunt mitras in capitibus ſuis. Et tunc vnus
Prælatorum ad hoc deputatus,legit Decreta in illa Seſſione expedienda. Et
in eodem ambone cum dicto Prælato legente ipſa Decreta, erant Præſiden-
tes Nationum tempore Concilij Conſtantiẽſis,& reſpondebat quilibet Præ-
ſidens,Placet,pro natione ſua. Præſidens verò generalis in dicta Seſſione,re-
ſpondebat etiam,Placet,etiam pro ſacro Concilio & collegio generali. De-
cretis verò perlectis,& reſponſo Placet,& dicto,Te Deum laudamus,cum o-
ratione de Spiritusſancto, omnes depoſitis * pluuialibus & mitris, reſumunt
habitus ſuos conſuetos,& recedunt.

Nos igitur præinſerta geſta ac decreta, ne cuiuſuis impugnationis iaculis
ſubiaceant tempore procedente,authoritate vniuerſalis Eccleſiæ volumus,
ſtatuimus,ac decernimus & mandamus,quatenùs præfatis Decretis & geſtis
ſuperiùs inſertis,in iudicijs & extra vbicũque producta exhibitaque fuerint
vel oſtenſa,in manibus & per omnia ſtetur, ac fides plenaria adhibeatur, pe-
rindè,ac ſi Bulla eiuſdem Conſtantienſis Synodi bullata forent, nec ad illo-
rum probationem aliud adminiculum quomodolibèt requiratur.Nulli ergo
omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis,ſtatuti, decreti &
mandati infringere,vel ei auſu temerario contraire.Si quis autem hoc attẽ-
tare præſumpſerit,indignationem omnipotentis Dei & vniuerſalis Eccleſiæ
ſe nouerit incurſurum.Datum Baſileæ,pridiè Nonas Februarij, Anno à Na-
tiuitate Domini M.CCCC.XLII.

Subſcripta Geſta & Decreta ſacri Concilij Conſtantienſis,* concordatis *cõcordãt
cum volumine & tenore ſub Bulla ſacri Concilij Baſileenſis plumbea bulla-
tis,& manibus proprijs dictorum Dominorum deputatorum ſubſcriptis, fa-
cta collatione per me Michaelem Galteri, notarium ipſius ſacri Concilij

Baſileenſis,redacta in nonagintaocto chartis ſeu folijs, præſenti in numero huiuſmodi computato.

Ego Ioannes Huober ex Nederdorff, quam alias Villam baſſam vocant, *Brixien. * Bixnenſis Diœceſis, Artium liberalium Magiſter, & ſacræ Theologiæ Baccalaureus, Seſſiones & Decreta ſacroſancti magni & generalis Concilij Conſtantienſis præſcripta, ab exemplari authentico collationato, & Bulla plumbea pendente in chordula ſerici roborato, in vno miſſionis Spiritusſancti in ſpecie Columbæ, in altero verò lateribus horum verborum, Sacroſancta generalis Synodus Baſileenſis, ſculpturas ſuprà in principio depictas continente, & præfata chordula Sericea per omnes chartas inferioris marginis tranſeunte, manu propria deſcripſi atque conſummaui, decimo Kalendas Iulij, Anno à Natiuitate Domini M.CCCC.*XC.

CONCILIVM BASILEENSE

Sub Eugenio IIII. Celebratum.

BAſileæ ciuitatis veterum ſcriptorum nemo meminit, niſi ſob priſca appellatione, qua vocata eſt Auguſta Rauricum. Ptolomæus enim Geographiæ ſuæ libro 2.cap.9.titulo, Belgicæ ſitus, ita dicit: Rauricum ſcilicet populorum, Auguſta Rauricũ, Argentuaria &c. Et Plinius lib.4.cap.12.titulo, Inſulæ iacet eas terras, inter quas Creta &c. ait: Indè oſtia Iſtri. Ortus hic in Germaniæ iugis montis Arnobæ ex aduerſo Raurici Galliæ oppidi, multis vltra alpes * milibus, & idem ca.17.titulo Gallia, inquiens: Mediomatrici, Sequani, Raurici, Heluetij, Colonia equeſtris, & Rauriaca.

INCHOATIO CONCILII Baſileenſis.

DIe Iouis decimanona Iulij, de Anno Dñi M.CCCC.XXXI. applicuerunt Baſileæ Domini, ſcilicet Ioannes Polmar capellanus Summi Pontificis & auditor ſacri palatij, & magiſter Ioannes de Raguſio doctor in Theologia Pariſienſis, procurator generalis ordinis Prædicatorum, delegati ad præſidendũ Cõcilio à Domino Iuliano cardinali ſancti Angeli legato Apoſtolico, literas ſaluorum conductuum domini Imperatoris deſcriptas habentes. Remanſitque dominus Dionyſius expectans ambaſiatam præſati domini Imperatoris. Qui quidem præſidentes, vigeſimatertia Iulij conuocatis omnibus eccleſiaſticis perſonis tam extraneis quàm intraneis, in capitulo maioris Eccleſiæ Baſileenſis inchoauerunt Concilium, legitima poteſtate eidem Cardinali à felicis recordationis domino Martino & domino Eugenio præſenti, & deinde eorũ ſubſcriptione facta à p̃dicto legato, quorum prædictus fecit collationem ſolennem ſuper themate, Venit Angelus teſtamẽti quẽ vos vultis, Malachiæ tertio. In quo oſtendit poteſtatem domini legati, & eorum legationem & omnimodam voluntatem ad Concilium, quod tunc inchoauerunt & ſtabilierunt, prout etiã reſcripſerunt ambaſiatores vniuerſitatis Pariſienſis, & decreuerunt Miſſam ſolennem ſextis ferijs poſt petitionem celebrari.

DECRETA ET ACTA CONCILII BASILEEN.

Deſumpta ex authenticis exemplaribus, plumbo eiuſdem ſacroſancti Concilij firmatis.

SESSIO PRIMA.

IN nomine ſanctæ & ĩdiuiduæ Trinitatis feliciter, Añ. Cenſet vtiq; dignũ & congruũ, prout id ſingulariter expoſcit nimiũ labilis hominũ memoria, vt ea quæ per ſacrorũ generaliũ Conciliorum ſanctiones ad Dei laudẽ & cõmunem reipublicæ vtilitatẽ fore noſcuntur inſtituta, illa debitè ſcripturæ cõmendent̃, vt per hanc iugis eorum ẽt ad poſteros trãſeat recordatio. Hinc eſt igitur, q̃ in ſubſcriptis continentur, & ſunt de verbo ad verbũ ĩſerta decreta, cõſtitutiones, acta & ordinationes, cęteraq; geſta in hoc ſacro generali Baſileenſi Cõcilio, p̃ſidente in eodẽ authoritate apoſtolica reuerendiſſimo in Chr̃o patre dño Iuliano miſeratione diuina ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ ſancti Angeli diacono cardinali, Apoſtolicæ ſedis legato, collecta, viſa, ordinata p nos ꝓtonotarios, notarios & ſcribas infraſcriptos, ad id p dictũ dñm p̃ſidentẽ, ſacro eodẽ approbante Concilio, deputatos, ſub annis, indictionibus, diebus, horis, menſibus & põtificatu inferiùs annotatis pariter & deſcriptis.

Anno

Anno ſiquidem à natiuitate domini milleſimo quadringẽteſimo trigeſimoprimo, indictione nona, die autẽ Veneris ſeptima menſis Decembris, põtificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini Eugenij diuina prouidẽtia Papæ quarti anno primo, pręfato reuerẽdiſſimo patre domino Cardinali præſidente & legato, iã per menſes aliquot in ciuitate Baſileenſi nationis Germanicæ, prouinciæ Biſuntinæ, prędicti generalis Concilii adiuuante domino congregatione & celebratione inibi iuxta mãdatum apoſtolicum aliàs ſibi ſuper hoc directum, & infrà pleniùs definitum legitimè faciendum, perſonaliter exiſtente. Conuocatis itaq; iã per eum dicta authoritate huius rei cauſa ad dictã ciuitatem Baſileenſem de diuerſis mũdi partibus, pluribus dominis, prælatis, nec nõ perſonis alijs & viris eccleſiaſticis, quæ de iure vel conſuetudine ad Coocilium generale venire tenentur, ac etiam quàm pluribus aliis ad dictum Cõcilium conuocatis, eiſque vnà cum dicto domino præſidente legato in certa aula domus eccleſiæ ſancti Leonardi Baſileenſi, in qua ſoliti ſunt pro Conciliis tenendis in vnum conuenire, ad hæc ſpecialiter congregatis, vnanimi inter eos inito conſenſu, extitit ordinatum & decretum, primã dicti generalis Cõcilij Baſileenſis ſeſſionem, tenendam fore authore domino atq; celebrandam die Veneris ex tunc proximè ſecutura, quartadecima dicti menſis Decembris in eccleſia cathedrali Baſileenſi, proot in ſchedula cuius tenor inferiùs primo loco deſcribitur, pleniùs continetur: quam ſchedulã in multis duplicatam & tranſſumptam, iuſſit idem dominus præſidens ob dictæ primæ ſeſſionis publicationem faciendam, in pluribus dictæ ciuitatis Eccleſiarum valuis affigi pariter & apponi, cuius tenor ſequitur, & eſt talis:

Ad laudem omnipotentis Dei, exaltationemq; fidei catholicæ, nec non tranquillitatẽ & pacem totius Chriſtianitatis, reformationem quoq; vniuerſalis eccleſię & populi Chriſtiani, ex parte reuerendiſſimi in Chriſto patris & domini, domini Iuliani miſeratione diuina ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ ſancti Angeli diaconi Cardinalis, ĩ præſenti ſacro generali Concilio Baſileenſi authoritate apoſtolica præſidentis ſpecialiter deputati, approbatione dicti ſacri generalis Cõcilii intimatur per pręſentes omnibus & ſingulis in hocipſo generali Concilio Baſileẽſi intereſſentibus, & intereſſe debentibus, quòd authore Deo die Veneris proxima poſt inſtans feſtum ſanctæ Luciæ, quæ erit quartadecima mẽſis huius Decembris, prima eiuſdem ſacri generalis Cõcilij ſeſſio celebrabitur in eccleſia cathedrali ciuitatis huius Baſileenſis, hora nona eiuſdem diei à media nocte in anteà computando. Ideoque præcipitur & mandatur omnibus & ſingulis in prædicta ciuitate Baſileenſi ad cauſam dicti ſacri Cõcilii iam exiſtentibus, cæteriſq́ue ad quorum notitiam præſentes deuenerint, in dicto Cõcilio intereſſe debentibus, qui tunc commodè perſonaliter intereſſe poterunt in eodem, quatenus dictis die & hora in eccleſia prędicta perſonaliter & debitè compareant ſub pœnis iuris, niſi legitimo prępediti fuerint impedimẽto. Datum Baſileæ die ſeptimo dicti menſis Decemb. Anno à natiuitate domini milleſimo quadringẽteſimo trigeſimoprimo, pontificatus ſanctiſs. domini noſtri Papæ Eugenii quarti anno primo, ſub ſigillo cõſueto dicti domini præſidentis in teſtimoniũ præmiſſorum.

Dicta die Veneris quartadecima ꝑdicti menſis Decembris, anno, indictione, hora & pontificatu quibus proximè ſuprà, ſacroſancta gñrali ſynodo Baſileenſi prædicta, dicto dño Cardinali legato authoritate qua ſoprà præſidente, legitimè vbi ſuprà cõgregata, celebrataq; ibidẽ ſolenni Miſſa de Spiritu ſancto per reuerendũ in Chriſto patrẽ dñm Philibertũ Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia epũm Conſtãtienſem prouinciæ Rothomagẽſis, inſuper cãtatis & perlectis litanijs, antiphonis, alijſq́; deuotis orationibus in talibus ordinatis, Deoq́; ſuppliciter & deuotè exhibitis, idem dñs Cardinalis præſidẽs, in põtificalibus ſedẽs ſuper cathedrã ad hoc ſibi præparatã, alijſq́; ſingulis prælatis tunc ad ꝑmiſſa aſtantibus in pontificali habitu, ſimul cũ mitris planis capitibus eorũ impoſitis exiſtẽtibus, gratum ſermonẽ ad ſynodum ꝑdictam ſacroſanctã habuit, ſumens ꝓ themate ſuo, Mundamini qui fertis vaſa dñi, Eſaiæ quinquageſimoſecundo, io quo plerunq; ſalubri exhortatione ac ſm quod tali conueniebat eximiæ cõgregationi, & in primordio talis actus decuit, oẽs de puritate, munditia & vitæ integritate ſolerter in charitate nõ ficta admonuit, ꝑcipueq́; exhortatus eſt, vt in celebratiooe Deo grata ꝑſentis ſacri Cõcilij, eccleſiæ vniuerſali tã neceſſario & vtili, vt verè decet viros eccleſiaſticos, conſtanti & bono animo iugiter adeſſent, vigilarentq́; ac diligẽtius intenderent ad profectũ & vtilitatem reipublicæ Chriſtianę religionis feliciter peragendũ. Quoquidem ſermone per eum finito, tandem memoratus dominus Philibertus Epiſcopus Conſtantienſis eminentem thalamum aſcendit, ibiq́; de mandato dictæ ſacræ ſynodi perlegit alta & intelligibili voce, vt ab omnibus aſtantibus audiretur, hæcq́; infra de verbo ad verbum inſeruntur, aſtantibus ibidem nõnullis venerabilibus & egregijs viris, dominis ambaſiatoribꝰ ſereniſſimi & illuſtriſſimi principum dominorum regis Romanorum ſemper Auguſti, & Amedei ducis Sabaudię, nec non viris illuſtribus dominis alijs quàmplurimis.

Eſaiæ 52.

DECRE-

DECRETA ET CAETERA LECTA IN prima ſeſsione ſacri generalis Concilij Baſileenſis.

AD omnipotentis Dei gloriā, fidei catholicæ exaltationem, Chriſtianęque religionis profectū, iaciens fundamentum
Ephe. 2. in ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in domino, ſacroſancta ſynodus Baſileenſis vniuerſalem eccleſiam repræſentans, in Spiritu ſancto legitimè cōgregata, præſidente reuerēdiſſimo in Chriſto patre domino Iuliano, ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſancti Angeli diacono Cardinali, apoſtolicæ ſedis legato, attendens quòd ſacra generalis ſynodus Cōſtantienſis in Spiritu ſancto celebrata, ſalubre exiſtimans & multimodè fructuoſum, in ſancta Dei eccleſia generalia Concilia frequentari, hoc ſuo decreto conſtituit huiuſmodi ſub tenore.

Decretum Conſtantienſe de celebratione Conciliorum.

In Cōſtātienſis Cōcilij ſeſſ. 39. Frequens generalium Conciliorum celebratio, agri dominici præcipua cultura eſt, quæ vepres, ſpinas & tribulos hæreſum, errorum & ſchiſmatum extirpat, exceſſus corrigit, deformata reformat, & vineam Domini ad frugem vberrimæ fertilitatis adducit: illorum verò neglectus, præmiſſa diſſeminat atq; fouet: hæc præteritorum temporum recordatio, & præſentium conſideratio, ante oculos noſtros ponunt. Quapropter hoc edicto perpetuo ſancimus, decernimus atq; ordinamus, vt amodò concilia generalia celebrentur, ita quòd primùm à fine huius Concilij in quinquennium immediatè ſequens, ſecundum verò à fine illius immediatè ſequentis Concilij in ſeptēnium, & deinceps de decennio in decennium perpetuò celebrentur, in locis quæ ſummus pontifex per menſem ante finem cuiuſlibet Concilij, approbante vel conſentiente Concilio, vel in eius defectum, ipſum Concilium deputare & aſſignare teneatur, vt ſic per quandam continuationem ſemper aut Concilium vigeat, aut per termini pendentiam expectetur, quem terminum liceat ſummo pontifici de fratrum ſuorum ſanctæ Romanę eccleſiæ Cardinalium conſilio, ob emergentes fortè caſus abbreuiare, ſed nullatenus prorogetur. Locum autem pro futuro Concilio celebrando deputatum, abſq; euidenti neceſſitate non mutet.
*alius Sed ſi fortè caſus * aliquis occurrerit, quo neceſſarium videretur, ipſum locum mutari, putà obſidionis, guerrarum, peſtis aut ſimilis, tunc liceat ſummo pontifici de prædictorum fratrum ſuorum, aut duarū partium ipſorum conſenſu atq; ſubſcriptione, alium locum prius deputato loco viciniorem & aptum, ſub eadem tamen natione, ſubrogare: niſi idem vel ſimile impedimentum per totam illam nationē vigeret, tunc ad aliquem alium viciniorem alterius nationis locum aptum, huiuſmodi Concilium poterit conuocari, ad quem prælati & alij qui ad Concilium ſolent conuocari, accedere teneantur, ac ſi à principio locus ille fuiſſet electus & deputatus. Quam tamen loci mutationem vel termini abbreuiationem per annum ante præfixum terminum teneatur ſummus pontifex legitimè & ſolenniter publicare & intimare, vt ad ipſum Concilium celebrandum prædicti poſſint ſtatuto termino conuenire.

Atq; pro ipſius executione decreti, ciuitas Papiæ apud Italiam fuit electa pro generali Concilio in fine tūc proximè ſequentis quinquennij celebrando. Quod quidem Concilium ſuo decreto tempore in dicta ciuitate Papiēſi celebrari extitit inchoatum, & inde certis ex cauſis ad ciuitatem Senenſem tranſlatum. In quo quidem generali Concilio Papiæ inchoato, & in Senenſi ciuitate celebrato, hæc Baſileenſi ciuitas pro celebratione tunc futuri generalis Cōcilii poſt ſeptennium à fine ipſius Senenſis Concilii celebrandi, fuit electa & debitè aſſignata, vt conſtat in inſtrumento publico indè confecto huiuſmodi ſeriei.

Inſtrumentum electionis ciuitatis Baſileenſis, pro generali Concilio celebrando.

In nomine domini, Amen. Tenore præſentis publici inſtrumenti cunctis pateat euidenter & ſit notum, quod anno à natiuitate eiuſdem domini milleſimo quadringenteſimo vigeſimoquarto, indictione ſecunda, die verò ſabbati 19. menſis Februarii, hora tertiarum vel quaſi, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini Martini diuina prouidentia Papæ quinti anno ſeptimo, vigente & durante ſacroſancto generali Concilio Senenſi in ciuitate Senarum, ac præſidentibus eidem Concilio vice & nomine præfati domini noſtri Papæ & pro eo, reuerendiſſimis in Chriſto patribus & dominis, dominis Dei & apoſtolicæ ſedis gratia Petro Archiepiſcopo Cretenſi, Iacobo epiſcopo Spoletano, Petro abbate de Roſatio Aquileienſis diœceſis, ac Leonardo de Florentia magiſtro & generali ordinis Prædicatorum, per eundem dominum noſtrum Papam ad infrà ſcripta ſpecialiter deputatis & ordinatis, iidem domini præſidentes quadam conuocationem deputatorum omnium inclytarum nationum præſentis Concilii Senenſis, ſuper electione loci futuri Concilii fecerunt. In qua affuerunt prædicti domini pręſidentes Cōcilii vnà cum reuerendis patribus ac venerabilibus & circunſpectis viris omnium quinq; nationum, videlicet pro Italica pro parte prælatorum & aliorum de extra territorium

Digitized by Google

torium Senen. domini Petrus † ſanctus epiſcopus Craſtenſis, & Dominicus de ſancto Geminiano decretorum doctor, cameræ apoſtolicæ auditor. Pro parte prælatorum & aliorum habentium titulos in territorio Senenſi, dominus Nicolaus abbas ſancti Donati, ordinis vallis vmbrotæ, ſe non habere mandatum ad actum infrà ſcriptum faciendum dicens, ſed ad audiendum & referendum, quorum quilibet ſe dictam Italicam nationẽ repræſentare aſſerebat. Pro natione Gallicana reuerendi patres & domini, domini Guillermus epiſcopus Caualicenſis, Ludouicus de Palude regalis Trenorchienſis, ordinis ſancti Benedicti, Cabilonenſis diœceſis, & Ioannes Vrſicampi ordinis Ciſtercienſis, Nouiomenſis diœceſis abbates. Pro natione Germanica reuerendus pater dominus Hartungus de Cappel decretorũ doctor, ſacri palatij Apoſtolici cauſarum auditor, ac venerabilis & religioſus vir frater Theodericus de Andel, monachus ordinis Præmonſtratenſis, in decretis licentiatus, ac eiuſdem ordinis procurator. Pro natione Hiſpanica, Petrus Alfonſi abbas ſancti Vincentij, & canonicus Eccleſiæ Toletanæ, qui tamen dixit, ſe non habere * aliquod mandatum à natione ſua ad hunc actum faciendum, niſi ſolùm ad audiendum & referendum, de quo etiam ſolenniter fuit proteſtatus. Pro natione Angliæ reuerendus pater & dominus, dominus Franciſcus Epiſcopus Aquenſis, & venerabilis vir magiſter Thomas de Merdona canonicus * Aſcolanenſis, in ſacra pagina baccalaureus. Qui deputati ſupradicti, ſingulariter ſinguli, ad infrà ſcripta mãdata ſua in publicam formam, illis de territorio Senenſi, & natione Hiſpaniæ exceptis, Senis in Capella domus operarij maioris eccleſiæ Senen. prope eandem Eccleſia ſita produxerunt, & quilibet eorum produxit. Quibus ſic congregatis, ac Miſſarum ſolennijs aliiſque cęremoniis debitis & conſuetis ibidem completis, ſupradicti domini deputati ſingularum nationum, ad infrà ſcripta ſingularia mandata, de quibus per inſtrumenta publica ſignis & ſubſcriptionibus notariorum publicorum tunc ibidem præſentium ſignata & ſubſcripta, legitimam fecerunt fidem, ad huiuſmodi electionem loci per ordinem proceſſerunt. Et inter cætera quàm plurimis allegationibus, propoſitionibus, altercationibus & diſſenſionibus diuerſorum locorum & prouinciarum hinc inde inter ipſos deputatos habitis atq; factis, demum pro loco futuri & tunc celebrandi Concilii proximè ſecuturi, iuxta formam & tenorem decreti ſiue conſtitutionis Concilii Conſtantienſis deſuper facti, ciuitatem Baſileenſem in natione Germanica conſiſtentem, & in prouincia Biſuntina, tanquam habilem ſufficientem & idoneam, ex ipſorum certa ſcientia vna, in iter & concorditer nominauerunt, & elegerũt, dictis tamẽ Nicolao ſancti Donati, & Petro Alfonſi abbatibus, pro tunc expreſſe non conſentientibus. Quo loco ſic per ipſos dominos deputatos electo, ſupradicti domini quatuor præſidentes Concilii ex parte domini noſtri Papę dictum decretum ſiue conſtitutionem Concilii Conſtantienſis, in quo continetur de modo eligendi loca Conciliorum, nec non literas Apoſtolicas domini noſtri Papę prędicti, eius vera bulla plumbea (vt prima facie apparebat) more Romanæ curiæ munitas, ſuper poteſtate dictis dominis præſidentibus ad præſentem actũ à domino noſtro Papa prędicto conceſſa, per venerabilem virum dominum Michaelem de Piſis decretorum doctorem, & pręfati domini noſtri Papę ſecretarium, ibidem pręſentem, publicè alta & intelligibili voce coram dominis præſidentibus ac deputatis nationum, aliiſq; ſupradictis, infrà ſcriptorum tenorum legi & publicari fecerunt. Tenor verò decreti ſequitur, & eſt talis:

* aliud

* Aſtolẽſis

Frequens generalium Cõciliorum celebratio, agri dominici &c. ſicut ſuprà in hac eadem ſeſſione habetur, & aliàs integrius in Concilii Conſtantienſis ſeſſione 39.

Conſtantienſis Cõcilij ſeſſ. 39.

Tenor bullæ talis eſt:

Martinus epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, venerabilibus fratribus Petro Archiepiſcopo Cretenſi, & Iacobo Epiſcopo Spoletano, ac dilectis filiis Petro abbati de Roſatio ſancti Petri Aquileienſis diœceſis, nec non Leonardo de Florentia ordinis fratrũ Prædicatorum & ſacræ paginæ profeſſori, ac eiuſdem ordinis generali magiſtro, noſtris & Apoſtolicæ ſedis nunciis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Nuper ſiquidem cupientes generale Concilium iuxta deliberationem & ordinationem ſanctæ ſynodi Conſtantienſis, ad deputationem loci olim eadem approbante ſynodo per nos factam, in ciuitate Papienſi authore domino celebrari, vt illa in eo ſtatuerentur & fierẽt, quæ cederent ad laudem Dei & bonum publicum eccleſiæ ſuæ ſanctæ, vos ad ciuitatem prædictam pro futuro ibidem tenendo & celebrando Concilio generali, noſtros & Apoſtolicæ ſedis nuncios, de fratrum noſtrorum conſilio prouidimus deſtinandos, vobis inter cætera nomine & authoritate noſtris ipſi Concilio præſidendi, & inhibi pro veſtra ſapientia illa prouidendi, deliberandi, ſtatuendi, decernendi & concludendi, quæ ad conſeruationem & augmentum religionis & fidei Chriſtianæ & reformationem cleri & ſtatus Eccleſiaſtici pertinent, poteſtatem plenariam concedentes, prout in aliis noſtris literis pleniùs continetur. Nos igitur attendentes, vt in benè gerendis rebus dicti Concilii eo vtiliùs & perfectiùs

proficere

proficere valeatis, quo ampliori fueritis per nos authoritate muniti, & ne propter aliquem caſum qui ſolet quandoque contingere, celebratio & continuatio eiuſdem Cõcilij retardetur: opportunè prouidere volentes, diſcretioni veſtræ vbi legitima cauſa ſubſiſtat, ipſum Concilium de ciuitate prædicta ad quamcunque ciuitatem aliam eiuſdem nationis ad hoc liberam, habilem, & ſufficientem, de qua vobis videbitur, authoritate noſtra transferendi, illudque prorogandi, mutandi & diſſoluendi: ipſumque Concilium in huiuſmodi alia ciuitate, ad quam id forſan transferri & mutari contigerit, continuandi, tenendi & celebrandi, & ad illud prælatos & alios euocandi, eique nomine & authoritate prædictis præſidendi, & quæcunque in eo decreta, eodem approbante Concilio, ordinandi, ſtatuendi & decernendi, illaque in publicis ſeſſionibus iuxta morem ſolenniter publicandi & approbandi, vt nihilominùs ante diſſolutionem præſentis Concilij, locum pro alio futuro Concilio indè ad ſeptennium celebrádo, iuxta deliberationem, declarationem & ordinationem prædictas etiam ante menſem, vbi rationabilis cauſa eſſet, ne aliquo modo huiuſmodi loci deputatio differatur, nominandi, deputandi, & aſſignandi, & alia in præmiſſis omnibus agendi, diſponendi, ſtatuendi & exequendi ac concludendi, quæ pro ſtatu honoreque noſtris & Romanæ eccleſiæ ac tranquillitate & pace reipublicæ Chriſtianæ noueritis profutura, plenam & liberam de dictorum fratrum conſilio authoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem, ratum & gratum habituri, quicquid per vos ſuper præmiſſis in eodem Concilio propoſitum, deliberatum, ſtatutum & decretum fuerit ac concluſum. Idque faciemus, authore domino, vſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari. Datum Romæ apud ſanctum Petrum octauo Kalendas Martij, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Quibus quidem decretis & literis Apoſtolicis ſic lectis & publicatis, prædicti Domini quatuor Præſidentes ibidem præſentes, per organum dicti reuerendiſſimi Patris domini Petri Archiepiſcopi Cretenſis, vnius ex ipſis præſidentibus, in ipſum locum, videlicet ciuitatem Baſileenſem, ſic (vt præmittitur) per ipſos dominos deputatos electam, conſenſerunt, ac eandem ciuitatem Baſileẽſem, in prouincia Biſuntina conſiſtentem, vnà cum dictis dominis deputatis nationum & ipſi deputati nationum, videlicet Italicæ de extra territorium Senenſe, Gallicanæ, Germanicæ & Anglicanæ, iuxta dicti decreti Conſtantienſis Concilij vim, formam & tenorem, ac poteſtatis à domino noſtro Papa prædicto eis traditæ (vt præmittitur) & conceſſæ, elegerunt & nominauerunt, ac ciuitatem ipſam habilem & idoneam pro loco futuri proximè celebrandi Concilij deputârunt, aſſignârunt, & pronunciarunt. Proteſtantes tamen, quòd propter hoc ipſum Cõcilium Senenſe non cenſeatur diſſolutum eſſe, ſed quòd ipſi præſidentes cum inclytis nationibus ad omnem reformationem hîc poſſibilem concurrere vellent. Et hoc idem præfati deputati per ordinem ſimiliter fuerunt proteſtati, quilibet pro natione ſua, quòd ad reformationem hîc poſſibilem attendere vellent. Quo loco taliter electo & pronunciato, ac aſſignato & deputato, vocati fuerunt in locum dictæ congregationis reuerendiſſimi patres & domini, domini Ioannes Archiepiſcopus Toletanus nationis Hiſpanicæ præſidens, Ioãnes Archiepiſcopus Rothomagenſis nationis Gallicanæ pręſidens, Ricardus electus Eboracenſis Anglicanæ nationis præſidens, & Andreas Epiſcopus * Pocznanienſis, nationis Germanicæ præſidens. In quorum præſentia dicti loci electio fuit ſolenniter publicata, & per ipſos dominos Archiepiſcopos & epiſcopos approbata & confirmata. Excepto, quòd dictus reuerendiſſimus pater dominus Ioannes Archiepiſcopus Toletanus, Hiſpaniarum primas, regnique Caſtellæ maior cancellarius, & ſupradictæ nationis Hiſpanicæ præſidens, ad dictam electionem reſpondit ſe habere duas voces: vnam, vt præſidens nationis ſuæ Hiſpanicæ: aliam verò, vt Archiepiſcopus & primas Hiſpaniarum. Quantum ad primam vocem, non poſſet conſentire, niſi requiſita & conſentiente natione ſua prædicta. Quantum verò ad ſecundam vocem, videlicet vt Archiepiſcop⁹ & primas, dixit ſe cõſentire, & expreſsè conſenſit. De & ſuper quibus omnibus & ſingulis præmiſſis ſic actis, factis & geſtis, pręfati domini pręſidentes domini noſtri Papæ, nec non deputati ſupradicti per ordinem, ac honorabilis vir magiſter Martinus Vuelle clericus Sambienſis diœceſis in decretis baccalaureus, ac domini noſtri Papæ præfati procurator fiſcalis, & huiuſmodi ſacri Senẽſis Concilij procurator, ſibi à me notario publico infrà ſcripto, & aliarum nationum notarijs ibidem tunc præſentibus, fieri petierunt, & quilibet eorum fieri petiit, atque tradi vnum vel plura, publicum ſeu publica, inſtrumentum aut inſtrumenta. Acta fuerunt hęc Senis ſub anno, indictione, menſe, die, hora, loco & pontificatu quibus ſuprà, præſentibus ibidem venerabilibus ac honorabilibus & diſcretis viris, dominis Dominico de * Crapanica Apoſtolicę camerę clerico, Michaele de Piſis ſupradicto, decretorum doctoribus, nec non magiſtris Antonio * olim Michaele de ſancto Geminiano curię cauſarum camerę Apoſtolicę & Italicę de extra territorium Senenſe, Hermanno Vucy-

*Poxanienſis

* Crapalica

Locus obſcurus.

uen de Bocken, clerica Monaſterienſis diœceſis, Apoſtolica & Imperiali authoritatibus ac inclytæ nationis Germanicæ in prædicto Concilio Senenſi notario, nec non Laurentio Stafforde Anglicanæ nationum prædictarum notarijs clericis, Florentiuenſis, Monaſterienſis, ac Lincolnienſis diœceſum, ac Franciſco de Bononia, ſeruiente armorum domini noſtri Papæ, prædictis teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Subſcriptiones Notariorum.

Et ego Petrus clerici, clericus Ambianẽſis diœceſis, magiſter in artibus, publicus authoritate Apoſtolica & inclytæ nationis Gallicanæ in prædicto ſacro Concilio Senenſi notarius, quia huiuſmodi electioni, pronunciationi, aſſignationi & deputationi loci futuri Concilij (vt præmittitur) proximè celebrandi, præſens fui, eaque ſic fieri vidi & audiui, ideoq́ue hoc pręſens publicũ inſtrumentum manu mea propria ſcriptum exinde cõfeci, ſubſcripſi, & publicaui, ſignoq́ue & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignaui, in fidẽ & teſtimonium omniũ & ſingulorum præmiſſorũ requiſitus & rogatus.

Subſcriptio alterius notarij.

Et ego Laurentius Stafforde clericus Lincolnienſis diœceſis, publicus authoritate Apoſtolica & inclytę nationis Anglicanæ in prædicto ſacro Senenſi Concilio notarius, præmiſſis omnibus & ſingulis vnà cum pręnominatis teſtibus & notario præſens fui, eaq; ſic fieri vidi & audiui, & exinde hoc inſtrumentum per alium fideliter ſcriptum, ſigno meo ſolito cum dicto notario requiſitus ſignaui in teſtimonium omnium præmiſſorum.

Initium & approbatio Concilij Baſileenſis.

Cùm verò finis inſtaret ſeptennij, quod eſt tempus ex præinſerto Concilij Conſtantienſis decreto celebrationi huius Concilij præfinitum, felicis recordationis dominus Martinus Papa qointus, ſanctæ Romanæ ac vniuerſalis Eccleſiæ tunc præſidens pontifex, volens celebrationem generalis Concilij fieri iuxta pręmemoratum decretum, cùm tamen propter ætatem decrepitam & multiplices ſui corporis morbos in perſona propria non poterat præſidere, dictum dominum Iulianum ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſancti Angeli diaconum Cardinalẽ, de fratrum ſuorum conſilio, ad celebrandum ipſum Concilium, ac eidem vice & loco ipſius ſummi pontificis præſidendi, ſuum ac ſedis Apoſtolicæ deſtinauit legatũ per ſuas Apoſtolicas literas, prout eccè:

MARTINVS EPISCOPVS SERuus ſeruorum Dei, dilecto filio Iuliano ſancti Angeli diacono Cardinali, Apoſtolicæ ſedis legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dum onus vniuerſalis gregis dominici ſuperna diſpoſitione nobis iniunctum diligenter attendimus, & quòd ſingulis Chriſtianæ reipublicæ occurentibus per nos ipſos debitum Apoſtolicæ ſeruitutis, exequi non poſſumus, animo noſtro reuoluimus: nonnunqnam viros fide feruentes, dignitate ac ſcientia præditos, & rerum agendarum experientia conſpicuos, in partem noſtrorum & eccleſiæ Romanæ negociorum aſſumimus, vt dum tempus poſtulat, eorum operationibus vices noſtras ſupplentes, miniſterium nobis commiſſum, diuina aſſiſtente gratia, iuxta vires nobis ex alto conceſſas, exequi valeamus. Dudum ſiquidem ſacrum generale Conſtantienſe Concilium ex certis cauſis tunc expreſſis, ſtatuit & decreuit, primum generale Concilium in quinquennium ex tunc proximè futurum, ſecundum verò à fine illum immediatè ſequentis Concilij in ſeptennium, & deinceps de decennio in decennium perpetuò fore celebrandum, in locis per Romanum pontificem per menſem ante finem cuiuſlibet Concilij, approbante & conſentiente Concilio, vel in defectum ipſius per ipſum Concilium deputandis ac aſſignandis, vt illa quæ circa ſtatum & bonum publicum Eccleſiæ ſanctæ Dei agenda & expedienda reſtabant, matura poſſent deliberatione compleri, prout quantum in nobis fuit, in Concilio Senis vltimò celebrato factum extitit, in quo per noſtros & ſedis Apoſtolicæ nuncios tunc in dicto Concilio Senenſi præſidentes, eodem approbante Concilio ciuitas Baſileenſis pro loco proximè futuri tunc in ſeptennium celebrandi Concilij deputata extitit, prout in decreto præfati Senenſis Concili & alijs noſtris literis deſuper confectis pleniùs continetur. Cùm autem finis huiuſmodi ſeptennij, quo, Concilium ipſum in eadem ciuitate Baſileenſi tenendum & celebrandum fore, ſtatutum fuit, inſtare noſcatur, cumq́ue propter notoriam ægritudinem noſtram in ipſo futuro Baſileenſi Concilio, Deo authore celebrando, iuxta deſiderium cordis noſtri intereſſe non poſſimus, te virtę integritate & ſapientia pręclarum, & magnitudine conſilij conſpicuum, ac in maximis noſtris & præfatę Eccleſiæ negocijs diuturna experientia comprobatum, legatum cum plena & omnimoda poteſtate legati de latere, de fratrum noſtrorum conſilio authoritate Apoſtolica tenore pręſentium facimus, conſtituimus, & etiàm ordinamus, teq́ue ad ciuitatem Baſileenſem pręd ictam, pro futuro ibidem, authore domino, tenendo & celebrando Concilio generali, iuxta deliberationem & ordinationem pręfatas, tanquam Angelum pacis deſtinandum prouidimus. Et cùm ſuper omnia in ipſo futuro Concilio ad reformandum

dom ſtatum ecclesiaſticum, qui hoc tem- (Mat.24.b) pore indigere videtur, abundante nequitia & frigeſcente charitate hominum, ſuſcitatis inter fideles bellis & diſcordijs, ac inualeſcente in pluribus mundi partibus hæretica prauitate, ad huiuſmodi hæreſes extirpandas, & pacem inter catholicos principes & cæteros Chriſtianos componendam, animum efficaciter intendamus: ſuper qua re, quantum in nobis fuit, dedimus operam efficacem, tibi nomine & authoritate noſtris ipſi Concilio præſidendi, ac in illo pro tua ſapientia illa proponendi, deliberandi, ordinandi, ſtatuendi, & decernendi quæ ad laudem & honorem Dei & conſeruationem & augmentum religionis fidei Chriſtianæ, ſtatum eccleſię, reformationem quoque totius cleri & eccleſiaſtici ſtatus in moribus & vita, nec non reductionem Orientalis eccleſiæ, & quorumlibet aliorum oberrantium ad gremium eccleſiæ militantis, ac conſeruationem eccleſiaſticæ libertatis, ſalutem quoque, quietem & pacem regnorum, regum, ducum, principum & quorumlibet fidelium populorum noueris pertinere, ac etiam ibidem cum debita maturitate & deliberatione, prout in tanta re conuenit, ea omnia proponendi, decernendi, concludendi & exequendi, per quæ hæreſes & errores tam de Bohemia, quàm de alijs quibuſcunque regnis, prouincijs, terris & locis, in quibus ſunt, penitus extirpentur. Et nihilominùs de præmiſſis hæreſum & quibuſcunque alijs cauſis, fidem catholicam concernentibus, quomodolibet cum conſilio dicti Concilij cognoſcendi, aliaq́ue per te vel per alium ſeu alios à te deputandos, audiendi, decidendi, & fine debito cum præfato Concilio terminandi. Et contradictores quoslibet & rebelles, cuiuſcunque ſtatus, gradus, præeminentiæ vel conditionis exiſtant, & quauis eccleſiaſtica vel mundana, etiam ſi regali vel pontificali præfulgeant dignitate, authoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam, & alia iuris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendi, & ſuper his quoties opus fuerit, auxilium brachij ſecularis inuocandi, omniaq́ue alia & ſingula in eodem Baſileenſi Concilio agendi, tractandi, diſponendi, ſtatuendi, declarandi, decernendi & concludendi, quę in præmiſſis & circa ea pro ſtatu noſtro & eiuſdem eccleſiæ, ac ſalute animarum fidelium, extirpatione hæreſum & errorum de agro dominico, reductione quoque oberrantium populorum & conſeruatione eccleſiaſticæ libertatis, ac pro quieto ſtatu reipublicę Chriſtianæ, nec non reformatione in omnibus membris ſuis, noueris profutura, plenam & liberam authoritate prædicta tenore præſentium concedimus poteſtatem, ratum & gratum habituri, quicquid ſuper præmiſſis per te vnà cum eodem Baſileenſi Concilio ordinatum, ſtatutum, deliberatum & decretum fuerit, & concluſum: idq́ue faciemus authore Domino, vſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari. Quocirca circunſpectioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus tibi iniunctum miniſterium laboris huiuſmodi pro diuina & dictæ ſedis ac noſtra reuerentia, ſic in eodem futuro Concilio dicto nomine pro tempore præſidens, ad honorem Dei, eccleſiæ atque noſtram, ſalutem quoque & pacem populorum fidelium, iuxta datam tibi à domino prudentiam, laudabiliter exequaris, quòd ex tuis fructuoſis operibus fructus optati proueniant, quos ſperamus: tuq́ue deindè illam, quæ pias cauſas agentibus ſuperna retributione impenditur, gloriam cõſequi merearis felicitatis æternæ.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos, Calend. Februarij, pontificatus noſtri anno decimoquarto.

LITERÆ DOMINI EVGENII PAPÆ quarti, directæ domino Iuliano legato, quæ quidem bulla non eſt decretata.

EVGENIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio Iuliano ſancti Angeli diacono Cardinali, apoſtolicæ ſedis legato ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Certificati tam per literas tuas, quàm alias de ſolicitudine & circumſpecta diligentia, quam habes in proſequendo cauſam fidei contra Bohemos hæreticos, tuam prudentiã commendamus, & te ad perſeuerandum hortamur, quantùm cum decentia fieri poteſt. Præterea cùm felicis record. Martinus Papa quintus prædeceſſor noſter inter cætera tibi iniunxerit, præſidere debere authoritate apoſtolica in Cõcilio generali in Baſileenſi ciuitate celebrando, ſi talis eſſet concurſus & congregatio prælatorum, quòd meritò & rationabiliter celebrari debuiſſet & deberet, & (ſicuti accepimus) vſque nunc pauci aut nulli conuenerunt, & propterea non ſit opus alium deſtinare, ſed ſit potiùs expectandum, placet nobis, & volumus, tibiq́ue mãdamus, quatenus expedito negocio Bohemorum, cuius finis expectatur in breui, tuos greſſus dirigas ad prędictam ciuitatem Baſileenſem, & ibi (prout opus videris eſſe) iuxta tibi iniuncta & ordinata in Concilio Conſtantienſi, optimè prouideas, prout in tua prudentia & circunſpectione plenè confidimus. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimoprimo, *ſecundo Calẽd. Iunij, põtificatus noſtri anno primo. (for. *pridiè)

Stabilimentum ſacri Concilij Baſileenſis.

Ipſe autem reuerendiſſimus dominus legatus mandatum Apoſtolicum exequi cupiens, cùm tempore quo iam inſtabat celebrationem

brationem Concilij inchoari, circa expeditionem aduerſus peſtiferã hæreſim Huſſitarum eſſet pro cauſa fidei admodum occupatus ſuos ad hanc ciuitatem vices gerentes deſtinare curauit, ac poſtmodum, quàm citiùs fuit poſſibile, ad præſentem ciuitatem acceſſit, vt iniunctum legationis officium poſſit in celebratione huius generalis Concilij, præſtante diuini numinis gratia, adimplere, prout etiam ſanctiſſimus dominus noſter, dominus Eugenius diuina prouidentia Papa quartus, repetitis ſuæ ſanctitatis literis, ſibi mandauit. In qua ciuitate iam per tres menſes & vltrà cum prælatis & cæteris, qui ad ipſam ciuitatem cauſa celebrationis dicti generalis Concilij aduenerunt, quàmplurimas congregationes fecit, habuitque tractatus ſuper ipſius ſtabilimento & celebratione Concilij. Tandem decretum eſt, præſentem ſolennem fieri ſeſſionem, in qua primùm cùm ex præmiſſis conſtet apertè, quòd hæc ciuitas ſit locus celebratione generalis Concilij deputatus, & adſit à iamdiu citra tempus ipſius Concilij celebrandi, ſacroſanctæque ſedis Apoſtolicæ non deſit authoritas, decernit, diffinit & declarat, in hac ciuitate & loco eſſe generale Concilium ſtabilitum canonicè & fundatum, & quòd ad eius celebrationem tenentur accedere omnes tam prælati, quàm cæteri qui de iure vel conſuetudine ad generalia Concilia accedere ſunt adſtricti.

Intentio Concilij Baſileenſis.

Cæterùm cùm vnumquodque eo directiùs atque intenſiùs ſuas dirigat actiones, quo ipſarum deſtinatum finem agnoſcit: idcirco hæc ſancta ſynodus neceſſitates Chriſtianæ religionis ſedula meditatione recogitans, matura & digeſta deliberatione decernit, ad hæc tria, eo, à quo cuncta bona procedunt, authore Deo, toto ſolicitudinis ſtudio operam dare. (Iaco. 1. c) Primò, vt omnium hæreſum à Chriſtiani populi finibus tenebris profulgatis, lumen Catholicæ veritatis, Chriſto vera luce largiente, refulgeat. Secundò, vt bellorum rabie, qua, ſatore zizaniæ ſeminante, in diuerſis partibus mundi affligitur & diſſipatur populus Chriſtianus, congrua meditatione ſedata, pacis authore præſtante, in ſtatum reducatur pacificum & tranquillum. Tertiò, vt cùm multiplicibus vitiorum tribulis & ſpinis Chriſti vinea iam quaſi ſylueſcat præ nimia denſitate, vt illis debitæ culturæ ſtudio reſecatis, (Ioan. 15. a) euangelico agricola cælitus operante, refloreat, honeſtatiſque fructus & honoris felicis vbertate producat. Et quoniam abſque cœleſtis influxu gratiæ, hæc tam grãdia bona ſperari non poſſunt, omnes Chriſtifideles in domino propenſiùs exhortatur, vt ad obtinendam præmiſſorum conſummationem felicem, deuotis rationibus, ieiunijs & eleemoſynis apud maieſtatem diuinam diligẽter inſiſtant, vt pius & miſericors Deus humilibus placatus obſequijs, optatam rerum conſummationem huic ſacro Concilio ſua pietate ſolita præſtare dignetur, eis in remiſſionem ſuorum peccaminum hoc iniungens.

Exhortatio ſuppoſitorum Concilij.

Præterea cùm præmiſſa, ad quæ huius ſacri Concilij tendit tentatio, ſint plurimùm ardua, & accuratum ſtudium exigant, multaq; ſint ſolicitudine & cura peruigili pertractanda, exhortatur omnes in hoc ſacro Concilio * perſiſtentes, & ad ipſum venientes, vt diligenter ſecum illa cogitent, atque cum alijs excogitata pertractent, quæ eis videbuntur ad eadem vtilia vel etiam opportuna, vt indè communi debitoque ſuper eis tractatu habito & matura deliberatione digeſto, meliùs & vtiliùs per ſacrum Concilium in præmiſſis queat, aſſiſtente Spiritus ſancti gratia, prouideri. In hac nanque ſacra ſynodo congregatis, plena & libera ſit omnibus & ſingulis loquendi & conſulendi facultas, eorum quæ ad agenda eſſe videbuntur accommoda, iuxta materias in ipſius Concilij deliberatione propoſitas.

(* pſentes)

De modo ſeu geſtu in Concilio & Seſſione.

Vt autem qua morum & geſtus venuſtate vnuſquiſque in ſeſſionibus & congregationibus huius ſacri Concilij debeat ſe habere, ex antiquorum patrum iam diu inſtitutis regulis innoteſcat, decretum Toletani Cõcilij præſentibus duximus inſerendum. (Tolet. 11. cap. 1.)

Decretum Toletani Concilij.

In loco benedictionis conſidentes Domini ſacerdotes, nullus debet aut indiſcretis vocibus perſtrepere, aut quibuſlibet tumultibus perturbare, nullus etiam * vanis fabulis vel riſibus, vel (quod eſt deterius) obſtinatis diſceptationibus tumultuoſas voces effundere. Si quis enim (vt ait Apoſtolus) putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio. Cultum enim ſuum iuſtitia perdit, quum ſilentia iudicij, obſtrepentium turba confundit, dicente Propheta: Erit enim cultus iuſtitiæ, ſilentium. Debet ergo quicquid aut conſidentium conſultationibus agitur, aut ab accuſantium parte proponitur, ſic mitiſſima verborum relatione proferri, vt nec contentioſis vocibus ſenſus audientium turbet, nec iudicij vigorem * in tumultu eneruet. Quicunque ergo in conuentu Concilij hæc quę pręmiſſa ſunt, violanda crediderit, & contra hæc interdicta aut tumultu, aut

(5 q 4. In loco benedictionis. * varijs. Iaco. 1. d * quando ſilentium perit, & iudiciũ. Eſa. 32. d * præ)

cootumelijs, vel riſibus ipſum Concilium perturbaoerit, iuxta diuioæ legis edictum, Prou. 22. qno præcipitur, *Eijce deriſorem, & exibit cum eo iurgium, cum omni dedecore à conſeſſione abſtractus, à communi cœtu recedat, & trium dierum ſententiam excommunicationis ferat.

De honoribus.

Ad obuiandum controuerſijs, quæ ſolent ex huiuſmodi in Coocilijs & publicis congregationibus ſuboriri, & nonnunquam ipſorum progreſſum per longa tempora impedire, hæc ſacra ſyoodus ordioat, ſtatnit & decernit, quòd per quoſcunque actus, nominationes, iotitulationes, hoooris exhibitiones tam in ſede, quàm in alijs quibuſcunq; dictis aut dicendis, factis aut faciẽdis in hoc Cõcilio, per quoſcunq; prælatos, principes, vel eorum aut vniuerſitatum & communitatum quarumcunqne ouncios, vel legatos, ſeu ipſis vel de ipſis, vel eorum altero in eodem Concilio nullùm ius de nouo acquiratur, nulliq; præiudicium generetur, nulliuſqoe ius in proprietate vel poſſeſſione lædatur. Et per præmiſſa, vel huiuſmodi legatorum admiſſionem, ius vel titulus alicuius approbari oollatenus cenſeatur, vel etiam reprobari, aut ius vel poſſeſſio generali Cõcilio intereſſendi, vel taliter vocem dandi cuiquam acquiri, ſed in omoibus & per omnia vnumquenque in eodem ſtatu poſt hoc Concilium remanere, in quo ante ipſius Cõcilij celebrationem permaoebat.

De impedimento venientium ad Concilium.

Sanè quoniam opus aliquod Intendenti non ſatis eſt ædificationi operam dare, ſi ex aduerſo impedientibus oon reſiſtat, idcirco decretum io ſacro Conſtantienſi Concilio editum aduerſus eos, qui venientes ad Conciliũ, ſtantes, vel redeuntes impediunt, iniuriantur vel moleſtãt; ex ſuperabundanti cautela contra eos, qui venientes, ſtantes aut recedentes ab hac ſancta ſyoodo, in perſona vel bonis impedire, iniuriari, vel moleſtare præſumpſerint, locum habere declarat ac decernit, iuxta ipſius (qui talis eſt) ſeriem & tenorem.

Proceſſus contra inoaſores, ſeu ſpoliatores accedentium ad Concilium, vel recedentium de illo.

Conſtantien. Cõc. Seſſ. 15. Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, vniuerſalem eccleſiam repræſentans, in Spiritusancto ad extirpationem ſchiſmatis, hæreſumque & errorum, nec non ipſius eccleſiæ in capite & in membris debitam reformatiooem legitimè coogregata, ad futuram rei memoriam.

Iuſtitiam & æquitatem exerceri non dubitatur, ſi qnos noxiæ voluntatis adeò captiuat peruerſa intentio, quòd proceſſibus Apoſtolicis impudeoter obuiare, authoritatem ſanctiones canooicæ contemnentes, in aliorum prolabuotur iniurias, & offeoſas, eccleſiaſtica cenſura percellat, & pro demerito culpæ, rigorem adijciat iudiciariæ poteſtatis. Nam ſi quilibet per campum licentiæ, freno depoſito modeſtiæ, vagaretur impunè, facilè quiſq; ſæuiret in proximum, & neruus diſciplinaotis iuſtitiæ rumperetur. Sanè licet nonnulli Romani Pontifices, antiquos Romanæ eccleſiæ morem & conſuetudinem obſeruantes, prout ad eos ex debito apoſtolatus ſibi iniuncti officij pertinebat, per certos ſuos proceſſus in die cœnæ domini annis ſingulis ſolenoiter publicantes, inter alios omnes & ſiogulos, qui ad ſedem Apoſtolicam venientes, vel recedentes ab ea, nec non in illos omnes & ſingulos, qui per ſe vel per aliũ ſeu alios, quaſcunque perſonas eccleſiaſticas vel ſeculares, ad Romanam curiam ſuper eorum cauſis & negotijs accedentes, illaque in eadem curia proſequentes, aut procuratores, geſtores, aduocatos & promotores ipſorum, ac etiam auditores ſeu iudices, qui ſuper dictis cauſis, ſeu negocijs deputantur, occaſiooe cauſarum emergentium huiuſmodi verberant, mutilant, vel occidunt, cuiuſcunque dignitatis, ordinis, conditionis aut ſtatus forent, prædicta vel eorum aliqua committentes, excommunicationis & anathematizatioois ſententias, à quibus nullus per alium quàm Romaoum pontificem poſſet, præterquam in mortis articulo conſtitutus, abſolui, nec etiam tunc niſi de ſtando mandatis eccleſiæ ac ſatisfactione præſtanda, ſufficiẽti cautione præmiſſa, candelis accenſis, & ad terram proiectis, promulgauerant, & eos qui taliter excommuoicatis & anathematizatis, vel eorum alicui præſumerent abſolutionis beneficium impendere, ſimilibus ſententijs innodauerunt, eiſque prædicationis, lectionis, admioiſtrationis ſacramentorum eccleſiaſticorum & confeſſionem audiendi interdixerunt officium, nec non quicunque iniuriatores quorumlibet ad ſacra generalia Concilia venientium, ſeu ſtantium in ipſis, aut recedentium ab eiſdem, diuerſas cenſuras eccleſiaſticas & pœnas tam ex canonis, quàm diuini iuris diſpoſitione incurrant: Tamen, ſicut ad noſtram fide dignorum † multitudine valida (f* multorum.) inſinuatione peruenit notitiam, nonnulli iniquitatis filij, perditionis alumni, huiuſmodi ceoſuras vilipendentes, ac huiuſmodi ſacri Concilij, extirpationis ſchiſmatis, hæreſum ac errorum, ipſiusque eccleſiæ reformationis perturbatores, diabolico ſpiritu inſtigante, nec dignitati nec ordini deferentes, Dei timore poſtpoſito, nefarijs ac ſacrilegis auſibus nooonullas perſonas eccleſiaſticas & ſeculares, etiam pontificali digni-

tate

tate prędiras,ad ſedem Apoſtolicam vel Romanam curiam ſeu præſens generale Concilium in ciuitate Conſtantienſi prouinciæ Maguntinenſis, vbi nunc Romana curia exiſtit, in Spiritusſancto legitimè congregata, venientes aut recedentes ab eiſdem, inuadere, capere, arreſtare, detinere, incarcerare, mutilare, occidere ac ſpoliare bonis ſuis, vel iniurijs affligere quamplurimis, & aliàs malè tractare, temeritate propria præſumpſerunt, & dietim præſumunt, in Apoſtolicæ Sedis & ſacri Concilij vilipendium & contemptum, ac ſedationis ſchiſmatis, reformationis eccleſiæ & correctionis morum, nec non hæreſum & errorum prædictorum extirpationis diſturbium, ſuarumque animarum periculum, & ſcandalum plurimorum. Nos igitur volentes in præmiſſis, nec non aduerſus quoſcunque ad ipſum Concilium & quælibet alia futura generalia Concilia accedentes, aut ſtantes in ipſis, ſeu recedentes ab eiſdem, ne ab alijs Deum non timentibus, temerarijs iniurijs infeſtentur & opprimantur violentijs, & ne quibuſuis delinquendi, aut exceſſus committendi pateat audacia, de opportuno & ſalubri remedio prouidere huiuſmodi, nec non omnes alios & ſingulos alios proceſſus, ſententias & cenſuras aduerſus quarumlibet, perſonarum eccleſiaſticarum, vel ſecularium, ad ſacra generalia Concilia venientium, vel ſtantium in ipſis, ſeu recedentium ab eiſdem, moleſtatores, perturbatores vel iniuriatores, authoritate Dei omnipotentis, Patris & Filij & Spiritusſancti extendentes, omnes & ſingulos, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus vel conditionis fuerint, etiam ſi pontificali, imperiali, regali, vel alia quacunque eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate, qui quaſcunque perſonas eccleſiaſticas vel ſeculares, quæ ad huiuſmodi Sedem Apoſtolicam Romanam curiam hoc præſenti ſacro durante Concilio, vel ad ipſum & quæcunque alia generalia Concilia venientes, aut ſtantes in ipſis, aut ab eis recedentes, temeritate propria per ſe vel alium ſeu alios arreſtare, inuadere, capere, detinere, incarcerare, mutilare, occidere, aut bonis ſuis ſpoliare, vel iniurijs affligere, ſeu ipſos ſic delinquentes receptare, aut aliàs quomodo libet impedire, ſeu ea perpetrantium facta & commiſſa, rata & grata habere, vel eis dare auxilium, conſilium vel fauorem, publicè vel occultè, directè vel indirectè præſumpſerint, vel præſument in futurum, ſimilibus excommunicationis & anathematizationis ſententijs innodamus eo ipſo. Terras quoque ipſorum & cuiuſlibet, qui in præmiſſis vel eorum aliquo tranſgreſſor vel contemptor fuerit, dum tamen vniuſcuiuſque ſic tranſgreſſorum vel contemptorum vltra vnam diœceſim non contineat, nec non omnia, ciuitates, villas, caſtra, oppida & quælibet alia loca, in quibus huiuſmodi exceſſuum patratores ſeu eorum receptatores, vel ipſis conſentientes, fauentes, aut dantes auxilium, conſilium vel fauorem, publicè morabuntur, nec non illa in quibus huiuſmodi perſonæ, quæ ſic temeritate propria detentæ fuerint, quandiu extiterint in eiſdem, memorata authoritate eccleſiaſtico ſupponimus interdicto. Quod ſi terra eiuſdem duas diœceſes vel ampliùs contineat, dominio domicilij principalis ipſius, & illam etiam in qua fuerit delictum commiſſum, ſi ſua ſit, & duas alias quæ ſub ipſo ſunt, eidem loco magis vicinas, interdicto ſubiacere volumus ſupradicto, & etiam omnes & ſingulos huiuſmodi excommunicationis & anathematizationis ſententijs ligatos, in quibuſlibet eccleſijs, loco vbi tale delictum fuerit perpetratum, vel terris & locis propter hoc interdictis magis conuicinis vbilibet exiſtentibus, omnibus diebus dominicalibus & feſtiuis, pulſatis campanis, candelis accenſis, publicè nunciari, ac terras, ciuitates, villas, caſtra, oppida & loca * Eccleſiaſtico interdicto prædicto ſuppoſita, donec ſic excommunicati, meruerint ab huiuſmodi ſententijs beneficium abſolutionis obtinere, dictumque interdictum debuerit relaxari: ita tamen, quòd nullus ex tranſgreſſoribus ac contemptoribus huiuſmodi per alium, quàm per Romanum pontificem vel ſacri Cōcilij authoritate poſſit, niſi duntaxat in mortis articulo conſtitutus, nec etiā tunc, niſi de ſtando mandatis eccleſiæ, ſatiſfactione vel ſufficienti cautione (ſi hoc commodè facere poſſint) primitus præſtita, abſolui, vel interdictum huiuſmodi relaxari. Eos verò, cuiuſcunq; dignitatis, ordinis, ſtatus vel conditionis fuerint, etiamſi pontificali dignitate præfulgeant, qui contra tenorem præſentium proceſſuum, talibus vel eorum alicui abſolutionis beneficium impendere præſumpſerint, volumus, ſtatuimus & decernimus, ſimilibus excommunicationis & anathematizationis ſententijs forè innodatos eo ipſo, ipſiſque prædicationis, lectionis, adminiſtrationis ſacramentorum & cōfeſſiones audiendi officium, authoritate interdicimus ſupradicta, inſinuantes tranſgreſſoribus & contemptoribus in prædictis, quòd ſpiritualiter & tēporaliter (prout eorum requirent exceſſus & demerita) grauiùs procedetur, non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus & quibuſlibet priuilegijs, indulgentijs & literis Apoſtolicis, generalibus vel ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, eiſdem tranſgreſſoribus aut cōtemptoribus vel quibuſuis alijs, communiter vel diuiſim à dicta ſede conceſſis, etiam quòd ſuſpendi vel excommunicari, aut eorum terræ, dominia, ciuitates, villæ, caſtra, oppida & alia loca interdici non poſ-

* eccleſiaſtica.

ſint, etiam ſi de ipſis & eorũ tenoribus eſſet in ipſis proceſſibus mentio facienda ſpecialis, qoæ ne contra huiuſmodi ſententias & proceſſus, quo minus includãtur in eis, per ea valcãt ſe, terras, dominia, ciuitates, villas, caſtra, oppida & loca huiuſmodi tueri, & quæ quo ad hoc, tollimus & penitus reuocamus. Et inſuper mandamus, vt huiuſmodi præſeos proceſſus ad communem omnium ootitiam deducatur, chartas ſiue membranas proceſſus continentes eoſdẽ, in maiori & ſancti Stephani Conſtantienſis eccleſiarũ valuis affigi, qui proceſſus ipſo ſuo quaſi ſonoro præcooio & patulo iudicio publicabunt, vt prædicti quos proceſſus concernent, nullam poſſint excuſationem prætendere, vel ignorantiam allegarc, quòd ad eos proceſſus huiuſmodi non peruenerint, vel ignorauetint eoſdem, cùm non ſit veriſimile, remanerc incognitũ, quo ad ipſos, quod tam patenter fuit publicatũ. Cæterùm omnibus & ſingulis dominis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſque locorum ordinarijs pręcipimus & mandamus, vt ipſi & eorum quilibet per ſe vel per alium ſeu alios, ſub pœna excommunicationis, quàm ipſorum quemlibet, qui mandatorum noſtrorum huiuſmodi tranſgreſſor & contemptor fuerit, incurrerc volumus ipſo facto, præſentes ooſtros proceſſus per eorum aut chortarum vel membranarum ſeu tranſumptorum continentiam, eoſdem quibus ſicuti noſtris proceſſibus tantam volumus fidem adhiberi, in eccleſiarum valuis ſeu alijs locis affixione publicent, & præfatos tranſgreſſores & contemptores huiuſmodi, excommunicationis & anathematizationis ſententijs ligatos, ac terras, ciuitates, caſtra, villas, oppida & loca præfata huiuſmodi eccleſiaſtico interdicto ſuppoſita, quàm primùm ipſis vel eorum alicui de hoc legitimè cooſtiterit, tam diu
* feſtiuis io eccleſijs, dominicis & alijs * feſtis diebus dum inhibi fuerit maior populi multitudo, campanis pulſatis, & candelis acceoſis & extinctis denuncient, & interdictum huiuſmodi inuiolabiliter obſeruari faciant per cenſuras eccleſiaſticas, & alia iuris remedia, inuocato ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis, donec ipſi traoſgreſſores & contemptores meruerint ab huiuſmodi excõmunicationis & anathematizationis ſententijs abſolutionis beneficium obtinere, dictumq; interdictum meritò debuerit relaxari, non obſtantibus omnibus ſupradictis, ſeu ſi aliquibus coniuoctim vel diuiſim à ſedc prædicta indultum exiſtat, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac dc verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem.
for. * pridie Datum Conſtaotiæ * ſecundo nonas Iulij, anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo decimoquinto, ſedc Apoſtolica vacante, regnorum ſereniſſimi principis domini SIOISMVNDI Romanorũ & Hungariæ &c. regis, videlicet electionis quinto, coronationis primo, Hungariæ verò vigeſimonono.

De impedientibus Concilium.

Porrò, quia oonnunquam lingua ſubdola plurimùm impedit & perturbat, falſa vel detractoria ſeminando, quodque cùm nimis grauc ſit, tam grandem Chriſtianitatis impedire profectum, omni aoimaduerſione ſit dignum, idcirco malignorum conatibus cupiens obuiare dicta ſancta ſynodus, omnes & ſingulos ſub obteſtaoone diuini iudicij admonet, nè impedimentum, perturbationem, prorogationem vel diſſolutionem huius ſacri Concilij moliantur. Si quis autem ſcienter animo impediendi vel perturbandi hoc ſacrũ generalc Concilium verbo, facto, vel literis, palàm vel occultè impedimenta, perturbationem, prorogatiooem vel diſſolutionem fieri procurauerit, experietur vltione pęnali perpetrati facinoris grauitatem. Et contra eum tanquam communis pacis perturbatorẽ, rigidè procedetur, cùm ex hoc hæreſum extirpationẽ, pacis procurationem, & morum reformationem impedirc videatur.

DE FRVCTIBVS BENEFICIORVM percipiendis per ſuppoſita Concilij.

CVM hi qui interſunt in hoc ſacro generali Concilio, pro cõmuni bono totius eccleſiæ congregato, nõ debeant minori prærogatiua gaudere, quàm quicunque alij quarumuis eccleſiarum negocijs quibuslibet vel vtilitatibus intendentes, ideoq; tanquam cauſa Reipublicæ abſentes, debent pro præſentibus meritò reputari ad inſtar ſacri Cooſtantienſis Concilii, in quo, modo conſimili extitit ordinatum: præſens Conciliũ ſtatuit, ordinat, & decernit, quòd omoes & ſinguli qui in eodem Concilio tãquàm ipſius ſuppoſita ſunt recepti, vel recipientur io poſterum, ab eo die quo iter arripuerint ad dictum Cõcilium veniendi, & quàm diu permanſeriot in eodem, & etiam recedentes per tantum tempus, quo ad ſuum poſſint domicilium reuerti, fructus omnium beneficiorum ſuorum cum ea integritate percipiant, cum qua eos perciperent, ſi in ipſis beneficiis reſiderent, non obſtantibus in contrarium quibuſcunque.

De officialibus Concilii.

Quia verò ad proſecutionem huius ſacri Coocilii requiruntur Officiales & miniſtri, ideo deputat & ordinat ootarios ad Notarij. ſcribendum acta ipſius Coocilii, Lucam de

* Vuiſſo

* Viſſo

* Vnilſo ſecretarium dicti domini legati, & Rodulphum Sapientis diœceſis Gebennenſis. Et vt omnia eo decentiùs ordinentur, quo maiori fuerint directa conſilio, deputat & ordinat venerabiles Henricum Nithart decretorum doctorem, & Ludouicum Pariſij licentiatum in decretis, decanum Eccleſiæ beatæ Mariæ lętæ de Ancſſiaco dictæ Geſiennenſis diœceſis, qui acta Concilij vniuerſa per dictos notarius ſcripta adſpiciant, debitéque (ſi opus ſit) corrigant & emendét.

Notariorum præfecti.

Promotores quoque ipſius Concilij deputat Magiſtrum Nicolaum Amici, magiſtrũ in artibus & licentiatum in Theologia, & Henricum Aneſter licentiatum in decretis, præpoſitum Turicenſem Conſtantienſis diœceſis, ſediomque ordinatores, qui exiſtentes in Concilio, in locis & ſedibus debitis collocent, quorum ordinationi omnes obedire teneantur, Henricum Stater artium & medicinæ * doctorem, decanum Tratectenſem, & Sanderum de * Marthuſen in legibus baccalaureum, & canonicum Eccleſiæ ſancti Petri Maguntinenſis. Lectis ſiquidem (vt præſertur) decretis, bulla & inſtrumento præinſertis, memoratus dominus Epiſcopus Conſtantienſis conſimili voce, alta videlicet & intelligibili interrogans, ſciſcitatus eſt, an omnia & ſingula per eum ſic (vt præfertur) lecta, ipſi ſacræ ſynodo placerent. Ad cuius interrogationem prælibatus reuerendiſſimus pater dominus Cardinalis præſidens, primo, & deinde cæteri omnes & ſinguli domini prælati, in eadem ſeſſione ac ſacra ſynodo tunc præſentes, concorditer nullo diſcrepante reſponderunt viua voce, Placet. Quibus præmiſſis ſic peractis præfati dictæ ſacroſanctæ ſynodi promotores, ſiue procuratores ſuprà deputati, petierunt, & quilibet ipſorum petijt, per nos protonotarios, notarios, & ſcribas, ad hoc ſuprà deputatos, fieri & confici de præmiſſis omnibus & ſingulis vnum vel plura publica inſtrumenta, in teſtimonium veritatis præmiſſorum & ad perpetuam rei memoriam. Datum Baſileæ decimonono Calendas Ianuarij, anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoprimo.

Promotores.

Ordinatores ſedium.

* Medicinæ magiſtrum.

* Martſhuſen.

SESSIO SECVNDA.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, eccleſiam militantem repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. Ad laudem Dei omnipotentis, ac benedictæ indiuiduæq; Trinitatis gloriam & honorem, pro hæreſum atq; errorũ extirpatione, morum in capite & in membris Eccleſiæ Dei reformatione, ac regum & regnorum cæterorumque Chriſticolarum adinuicèm, authore diſcordiarum procurante, diſſidentium pacificatione, in Spiritu ſancto legitimè congregata, decernit, ſtatuit, diffinit, declarat, & ordinat, vt ſequitur:

Decretum, quòd Concilium Baſileenſe eſt legitimè inchoatum.

Et primò, quòd eadem ſacra Baſileenſis ſynodus, ſacris Conſtantienſi & Senenſi Cõcilijs generalibus decernentibus atque ordinantibus, & authoritate Apoſtolica interueniente, fuit & eſt in hoc loco Baſileenſi debitè legitiméque ac rite initiata & congregata. Et ne de eiuſdem ſacræ Baſileenſis ſynodi poteſtate à quoquam dubitetur; ipſa eadem ſynodus duas declarationes ex decretis ſynodi Conſtantienſis in præſenti ſeſſione, alijs ſuis decretis editis ſeu edendis inferendas, ordinat & decernit, quarum quidem declarationũ tenor primæ ſequitur, & eſt talis:

Decretum, quòd Concilium Generale eſt ſuper Papam in his, quæ fidei, & ſchiſmatis ſunt. &c.

Et primò declarat, quòd ipſa ſynodus in Spiritu ſancto legitimè congregata, generale Concilium faciens, & Eccleſiam militantem repræſentans, poteſtatem immediatè à Chriſto habet, cui quilibet cuiuſcunque ſtatus vel dignitatis, etiá ſi papalis exiſtat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem & extirpationem dicti ſchiſmatis, & ad generalem reformationem eccleſiæ Dei in capite & in membris. Alterius verò tenor ſequitur in hæc verba.

Quomodo, cur, & q̃n hoc verificetur vide præſertim D. Turrecrematam in ſua ſumma de Eccleſia lib. 2. & ob id incipit à Conciliorum natura deuiare, & in errores labi, & meritò à Leone X. Conuenticulus nuncupatur.

Quòd inobedientes Concilio, puniantur.

Item, declarat, quòd quicunq; cuiuſcunque ſtatus vel dignitatis, etiam ſi papalis exiſtat, qui mandatis, ſtatutis ſeu ordinationibus aut præceptis huius ſacræ ſynodi & cuiuſcunque alterius Concilij generalis legitimè congregati, ſuper præmiſſis ſeu ad ea pertinentibus, factis vel faciendis, obedire contumaciter contempſerit, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubijciatur, & debitè puniatur, etiam ad alia iuris ſubſidia (ſi opus fuerit) recurrendo. Præmiſſis igitur & nonnullis alijs Conſtantienſis Concilij, præſertim capituli quod incipit, Frequens, in priori huius ſacræ ſynodi Baſileenſis ſeſſione recitati, decretis attentis, prælibata ſynodus Baſileenſis decernit & declarat, quòd ipſa pro hæreſum extirpatione ac morum generali reformatione eccleſiæ in capite & in membris, necnon pace inter Chriſtianos procuranda (vt præmittitur) in Spiritu ſancto legitimè congregata, per nullum quauis authoritate, etiá ſi papali dignitate præfulgeat, diſſolui, aut ad alium locum transferri, ſed ad aliud tempus prorogari debuit, aut potuit, debet aut poteſt, debebit aut poterit in futurum, abſque eiuſdem ſynodi Baſileẽſis deliberatione & conſenſu.

Erronea declaratio.

Obſtinata erroris proſequutio.

Quòd perſonæ Concilij non debeant extra Concilium trahi, vel impediri.

Item diffinit, ordinat & decernit hęc ſancta ſynodus, quòd nulla perſona, cuiuſcunque ſtatus dignitatis ſeu conditionis fuerit, io eadem ſynodo actu exiſtens aut futura, eidem incorporata vel incorporanda, à tempore arrepti itineris ad ipſam ſanctam ſynodum ſine fraude continuati, ad recedendum ab eadem, à quoquam quauis authoritate, etiamſi papali dignitate præfulgeat, directè vel indirectè in læſionem ſeu perturbationem dictæ ſanctæ ſynodi, inuita ſioe deliberatione & conſenſu ipſius ſanctæ ſynodi requiri, moneri, compelli, citari, euocari ad alium locum, etiam curiam Romanam valeat, ſeu ne ad eandem ſanctã ſynodum veniat, poſſit aut debeat quomodolibet impediri. Si autem à quoquam quauis authoritate, etiam ſi papali dignitate præſulgeat, (vt præmittitur) in contrarium attentatum fuerit, ſeu attentaretur in futurum, aut proceſſus pœnales vel mandata, etiam cenſuras eccleſiaſticas ſeu traoſlationes prælatorum inuitorum, vel priuationes aut inhabilitationes eorundem ſeu aliorum beneficiatorũ quorumcunq;, aliasve quaſcunque pœnas coonenentes, vt ab eadem ſancta ſynodo recedant, vel noo accedant ad eandem, aut eidem non adhæreãt, fulminati fuerint, fulminentur, aut fulminarentur in futurum, totum ſit irritum & inane, oec eiſdem proceſſibos, cenſuris ac pœnis, tanquam irritis & inanibus quomodolibet obediendum fore, prædictosque proceſſus & cenſoras, cum omnibus inde ſecutis & ſecuturis, quatenus de facto proceſſiſſeot aut procederent in futurũ, caſſat, & irritat, & annullas, & pro caſſis, irritis atque nullis habendos decernit, diffinit, ordinat & declarat.

Irritum, & inane eſt quod hic decernitur rationibus ſupradictis, ſtructura quaslibet nãq; ſuper arenam labitur poſita.

Quòd hi qui teoentur intereſſe Concilio, non recedant ſine licentia.

Item, decretis ſacri Concilij Cõſtantienſis inhærendo, ſtatuit, ordinat & decernis, quòd prælati & alij qui renentur huic ſacro Coocilio intereſſe, ab hoc loco ante finitum Concilium, niſi ex cauſa rationabili per deputatos ſeu ab hoc ſacro Concilio deputandos examinaoda, non recedant. Qua quidem cauſa examioata & legitimè approbata, poſſint recedere de licentia illius vel illorum, qui pro tempore habent vel habebunt authoritatem. Et tunc taliter recedens, teneatur dimittero alijs in loco remanentibus ſuam poteſtatem, ſub pęnis iuris per hoc ſacrum Concilium indicendis, & io facientes contrarium exequendis.

Promotores alij.

Item quia plures promorores in eadem ſancta ſynodo, & etiam notarij ad conſcribendum acta eiuſdem ſunt neceſſarij, citra aliorum per ipſam ſanctam ſynodum in ipſius prima ſeſſione depntaiorum reuocationem, magiſtros * Ademarium de Roſſilione licentiatum in decretis, Archipreſbyterum Viuarienſem & canonicum Lugduoenſem, Henricum de Behenheym licentiatũ in decretis, officialem Baſileenſem promotores, & Petrum Bruneti baccalaureum in decretis, canonicum Atrebatenſem, ontariũ eiuſdem ordinat & deputat. Datum in ſeſſione publica einſdem ſanctæ ſynodi io Eccleſia maiore Baſileenſi ſolenniter celebrata, decimoquinto Calendas Martij, anno à oatiuitate domini milleſimo quadringenteſimo triceſimoſecundo.

* Ademarum

SESSIO TERTIA.

SAcroſancta geoeralis ſynodus Baſileenſis, io Spiritusancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repręſentans. Olim ſacrum Conſtanrienſe Concilium volens futuris Eccleſiæ neceſſitatibos prouidere, matura deliberatione ſtatuit & decreuit, vt poſt finẽ ipſios Cõcilij in quioquẽnium, deinde in ſeptenoium, & poſteà perpetuò futuris temporibus de decẽnio in decennium, generale Concilium celebretur, cuius decreti vigore felicis recordatioois Martinos Papa Quintus, ipſo Conſtaotienſi approbante Coocilio, ſtatuit in ciuitate Papienſi proximum tunc Coocilium celebrari, quod ibidèm cęptum fuit, & de conſenſu & approbatione ipſius Concilij, ad ciuitatẽ Senenſem tranſlatum. Io quo Senenſi Concilio fuit electa hæc Baſileenſis ciuitatis, pro fumto tunc Concilio in ſeptẽnium celebrãdo. Appropinquante autem fine ipſius ſeptennij, præfatus Papa Martinus volens decreto Conſtaotienſis & ordinationi Senenſis Conciliorum ſatisfacere, vt debebat, reuerẽdiſſimum in Chriſto patrem & dominum, dominum Iulianom ſanctæ Romanæ Eccleſię ſancti Angeli diaconum Cardinalem, ſedis Apoſtolicæ deſtinauit legatum, cũ plena poteſtare eidem Concilio vice & authoritate ſedis Apoſtolicæ præſideodi. Quod etiam ſanctiſſimus dominus Papa Eugenius Quartus ratum habuit & approbauit. Proinde hoc ſacrum generale Concilium in Spiritusancto legitimè congregatũ, prouida & matura deliberatione conſiderans, hæreticam peſtem in partibus Bohemię nimis ſeuire crudeliter, quę Dei occulto iodicio, bello pluriès attentato nõ potuit ſuperari, atq; quòd in diuerſis mundi partibus clàm hæretica peſtis pullulat atque ſerpit, quodq; proh dolor multas Chriſtianas prooincias bellorũ deſecat rabies & deuaſtat, morũq; nimia deformatio diuinã maieſtatẽ offendit tantis & tam peſtiferis malis, omnipotentis

Hæreſis. Huſſitica.

Bella. Mores deprauati.

Dei

Dei gratia largiente, ad extirpationem hæreſum, pacemq; in Chriſtiano populo cōponendam, & reformationem generalem Eccleſiæ Dei in capite & in membris ſtudioſe occurrere, & ſalutaribus remedijs prouidere, diſpoſuit, & vt hæc ad optatos fines commodiùs duci poſſent, conſiderans hæc ſancta ſynodus præſentiam ſummi pontificis, reuerendiſſimorumque Sanctę Romanę Eccleſiæ Cardinalium in ipſo Concilio eſſe accommodam & multimodè fructuoſam, venerabilem virum magiſtrum Ioannem Pulchripatria, ſacræ Theologiæ profeſſorem, ad ſanctiſſimum Dominum Eugenium ſummum pontificem deſtinauit, atque ad pręfatos reuerendiſſimos dominos Cardinales, præfatum ſanctiſſimum dominum Papam exorando & ſupplicando, vt huc (ſi commodè poſſet) perſonaliter accederet, ipſique ſacro Concilio fauoribus & auxilijs aſſiſteret opportunis. Denuoque venerabiles viros Iacobum Sitik ſcholaſticum Treuirenſem, & Thomam * Fieno decretorum doctoré, ſuos pro eadem cauſa Oratores ad eundem dominum Papā & dominos Cardinales tranſmiſit.

Fiene Oratores ad Papā deſtinati.

Cùm autem ad notitiam ipſius Concilij perueniſſet, præfatum dominum Papā ex ſiniſtra informatione motum, diſſolutionem ipſius Concilij attentaſſe, quæ quidem diſſolutio in periculum euerſionis fidei cederet euidenter, necnon Eccleſiæ Dei graue ſcandalum, ad eundem dominum Papam atque reuerendiſſimos dominos Cardinales, ſuos deſtinauit protinus oratores, reuerendum patrem Dominum Ludouicū de Palude Epiſcopum Lauſanenſem, & magiſtrum Henricum Stater decanum Traiectenſem, ad ſupplicandum, inſtandum & requirendū præfatum dominum Papam, vt ipſam diſſolutionem reuocare dignaretur, huicq; ſacro Concilio in tam laudabilibus operibus ſuffragaretur auxilijs & conſilijs opportunis.

Oratores alij.

Decernitur, diſſolutionem Concilij nullatenus fieri poſſe.

Conſiderans que hęc ſancta ſynodus, pręfatam diſſolutionem Concilij contra decreta Conſtantienſis Concilij eſſe factam, tenderéq; in euerſionis fidei graue periculum, & ſtatus eccleſiaſtici turbationem & detrimentum, atq; ſcandalum totius populi Chriſtiani, eandem diſſolutionem decreuit nullatenus fieri potuiſſe: quinimò, ipſa minimè obſiſtente, ad proſequutionem eorum quæ pro fidei ſtabilitate & ſalute Chriſtiani populi laudabiliter ſunt incepta, eſſe cum Spiritusſancti gratia procedendum. Verùm cùm redeuntibus præfatis Epiſcopo Lauſanenſi & decano Traiectenſi, optata reſponſio à ſanctiſſimo Domino Papa non fuerit reportata, licet non ſolum à prædictis Concilij oratoribus ipſius Concilij nomine, ſed etiàm à ſereniſſimo domino Sigiſmundo rege Romanorum fideli Eccleſiæ aduocato, prefatus ſanctiſſimus dominus Papa ſupplicatus, interpellatus, requiſitus, rogatus fuerit, & totis niſibus, multiplicatis vicibus obſecratus, idcirco hæc ſancta ſynodus innitens decretis ſacri Conſtantienſis Concilij, quorum verba ſunt hæc: Quòd ſancta ſynodus in Spiritusſancto legitimè congregata, generale Concilium faciens, Eccleſiam Catholicam militantem repræſentans, poteſtatem à CHRISTO immediatè habet, cui quilibet cuiuſcunq; ſtatus vel dignitatis, etiam ſi papalis exiſtat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem & extirpationem dicti ſchiſmatis, & ad generalem reformationem Eccleſiæ Dei in capite & in membris.

Monitio contra Papam.

Item declarat, quòd quicunq;, cuiuſcunque ſtatus vel dignitatis, etiam ſi papalis exiſtat, qui mandatis, ſtatutis ſeu ordinationibus aut præceptis huius ſanctæ ſynodi aut cuiuſcunque alterius Cōcilij generalis legitimè congregati ſuper præmiſſis, ſeu ad ea pertinentibus, factis vel faciendis, obedire contumaciter contempſerit, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubijciatur, & debitè puniatur, etiam ad alia iuris ſubſidia (ſi opus fuerit) recurrendo. In hac ſolenni ſeſſione ipſum ſanctiſſimum dominum Papā, nec non reuerendiſſimos dominos Cardinales modo & forma infrà ſcriptis interpellare decreuit. Hæc igit. ſancta ſynodus in Spiritusſancto legitimè congregata, prædictum beatiſſimum dominum Papam Eugenium cum omni reuerentia & inſtantia ſupplicat, & per viſcera miſericordiæ IESV CHRISTI exorat, requirit, & obteſtatur, ac monet, quatenus prætenſam diſſolutionem, ſicut de facto proceſſit, de facto reuocet, & ipſam reuocationem, quemadmodum & diſſolutionem fecit, per diuerſas mundi partes tranſmittat & publicet, ab omnique impedimento dicti Concilij penitus deſiſtat. Quinimò eidem (vt debet) faueat & aſſiſtat, omniaque præbeat ſubſidia & auxilia opportuna, necnon infra trium menſium ſpatium, quod ad hoc pro termino peremptorio præfigit & aſſignat, ſi corporalis ipſius diſpoſitio patiatur, perſonaliter veniat. Sin autem, perſonam vel perſonas loco & vice ſui deſtinet & tranſmittat cum plenaria poteſtate, ad omnia & ſingula in hoc Concilio peragenda vſq; ad totalem ipſius concluſionem, per omnes & ſingulos actus gradatim & ſucceſſiuè. Alioquin ſi hæc ſanctitas ſua facere neglexerit, quod de Chriſti vicario non eſt aliqualiter ſperandum, ſancta ſynodus (prout iuſtum fuerit, & Spiritusſanctus dictauerit) neceſſitatibus Eccleſiæ prouidere curabit, & procedet, ſecundum quod iuris fuerit diuini pariter & humani. Similiter pręfatos reuerēdiſſimos dominos Cardinales, qui tanquam principales Eccleſiæ Dei cardines ad hæc feruentiùs intendere debent,

debent, exorat, requirit, obteſtatur & admonet, quatenus cum præfato domino Papa ſuper prædictis ſolicita inſtantiam faciant, huicque ſacro Concilio faueant, aſſiſtant, & auxilientur modis omnibus opportunis. Et cùm præſentia ipſorum, pro eorum authoritate magnaque prudentia & experientia rerum, ſit huic ſacro Concilio plurimùm opportuna, ipſos dominos Cardinales & quemlibet eorum requirit, monet, & citat, quatenus infra ſpatium trium menſium ab intimatione præſentium (quem terminum pro trina ac canonica monitione præciſe & peremptoriè præfigit & aſſignat) ad dictum ſacrum Concilium Generale veniant, canonico impedimento ceſſante: alioquin, cùm eorum negligentia ad ipſum ſacrum Generale Concilium veniendi, vt tantis neceſſitatibus Eccleſiæ ſuccurratur, in periculũ grauis iacturę fidei Catholicæ, totiusq; Eccleſię detrimentum cenſeatur proculdubiò redundare: hæc ſancta ſynodus, lapſo termino ſupradicto, contra eos qui venire neglexerint, eorum exigente cõtumacia, procedet, prout diuini pariter & humani dictauerit & permiſerit ordo iuris, & neceſſitatibus Eccleſiæ altiſſimo largiẽte prouidere curabit. In præmiſſis autem dicta ſynodus reuerendiſſimũ dominum Cardinalem ſanctę Crucis, quandiu tractatibus pacis regnorum Franciæ & Angliæ inſiſtet, includere non intendit, atq; quo ad reuendiſſimos dominos Cardinales, Placentinum & de Fuxo vulgariter nominatos, & Cardinalem Sancti Euſtachij, cùm in propinquioribus locis exiſtant, ad duorum ſpatium menſium reſtringit terminum ſupradictum. Mandat inſuper hęc ſancta ſynodus vniuerſis & ſingulis dominis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs eccleſiarum prælatis, clericiſque, notarijs & perſonis eccleſiaſticis, nec non alijs Chriſti fidelibus, cuiuſcunque ſtatus, dignitatis, gradus & conditionis exiſtant, omneſque & ſingulos principes & dominos, etiãſi imperiali, regali, ducali, ſeu quauis alia præfulgeant poteſtate, requirit & rogat, qui pro præmiſſis fuerint requiſiti, ſeu requiſitus, in virtute ſanctæ obedientię ac obteſtatione diuini iudicij, & ſub pœna excommunicationis, quatenus prædicta omnia & ſingula dicto ſanctiſſimo domino Papæ, atque reuerẽdiſſimis dominis Cardinalibus inſinuent, intimẽt, & notificent, ac intimari & inſinuari, ſeu notificari faciant perſonaliter eiſdem, ſi ad eos totus & accommodus pateat acceſſus. Sin autem, ei vel illis ad quos perſonaliter accedendi facultas non ſit, in eorum habitationibus, nec non in porta palatij Apoſtolici & in Eccleſijs Sancti Ioannis Lateranenſis, Sancti Petri, & Sanctæ Mariæ Maioris de vrbe, copias per publicum notarium confectas affigendo, ſi hoc tutè fieri poſſit. Sin autem, in principalibus eccleſijs ciuitatum Sutrinæ, Viterbij & Senenſis, vel aliarũ trium ciuitatum vicinarum, de quibus fuerit benè viſum. Quę quidem loca hęc ſancta ſynodus decernit, eſſe idonea pro executione omnium præmiſſorum. Et nihilominùs hęc ſancta ſynodus futuris cupiens obuiare caſibus, vt omnis euitetur diſpendioſus circuitus, cùm rebus de quibus agitur, ſupra modũ periculoſa ſit, mora, ordinat & decernit, huiuſmodi admonitionis & citationis decretum, poſtquam in hac ſolenni ſeſſione lectum fuerit & publicatum, eccleſiæ cathedralis Baſileenſis valuis affigi, vt ſi fortè contingat ipſius intimationem exequi non poſſe modo aliquo præmiſſorum, eo caſu ex nunc tanquam publico edicto, ad quatuor menſiũ ſpatium ab hac die in anteà computandum, cenſeatur quo ad omnes eius effectus facta inſinuatio, monitio & citatio, ſicq; ſuos omnes effectus ſortiri & arctare eos quibus dirigitur, decernit, ac ſi perſonaliter inſinuatum & præſentatum fuiſſet, viribus peremptorijs & comminationibus ſupraſcriptis hîc habitis pro inſertis. Inſuper hæc ſancta ſynodus declarat & proteſtatur, quòd nihilominus prædictis dilationibus pendentibus, cùm iam præceſſerit à iure vocatio ex decreto Concilij Conſtantienſis rerumque neceſſitas id ſuadeat, & qualitas agendorum in vlteriore proſecutione Concilij & agendis in eo, procedere intendit ordinatè, debitè ac maturè, nec propterea ſuperſedere aliqualiter in proceſſu. Tandem hæc ſancta ſynodus decernit citationes contra omnes prę latos & alios, qui ad Generale Cõcilium venire tenentur, omneſque & ſingulos Generales ordinum quorumcunque, ac etiam inquiſitores hæreticæ prauitatis, ſub dilatione termini, ſeu terminorum de quibus deputatis fuerit benè viſum, cum pœnis & cenſuris & clauſulis opportunis. Datum Baſileæ in ſeſſione publica ſanctæ ſynodi Baſileenſis, celebrata in Eccleſia maiori huius ciuitatis, ſub ſigillo eiuſdem ſanctæ ſynodi, ſub anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſecundo, indictione decima, die verò Martis 29. Menſis Aprilis, præſentibus notarijs & ſcribis huius ſanctæ ſynodi ſupraſcriptis.

Item quia plures notarij & ſcribæ ad cõſcribendum acta huius ſacri Concilij ſunt neceſſarij, hæc ſancta ſynodus, citra tamen aliorum notariorum per ipſam aliâs conſtitutorũ reuocationem, venerabiles viros magiſtros Bartholomæum de * Lucgniano ciuem Senenſem, & Thomam Cheſneloti baccalaureum in decretis Rhemenſis diœceſis, notarios eiuſdem deputat & ordinat. Datum Baſileæ in &c. vt ſtatim ſuprà.

Notarij alij naui.

*Lutignis

SESSIO QVARTA.

Saluus conductus Bohemorum.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans. Tenore præſentium ſignificamus vniuerſis, quòd omnibus & ſingulis ſacerdotibus, baronibus, nobilibus, militaribus, popularibus & alijs quibuſcunque viris, cuiuſcunque ſtatus, conditionis aut qualitatis exiſtãt, de regno Bohemiæ & Marchionatu Morauiæ, de Praga & ciuitatibus ac alijs locis eorundem, & omnibus alijs eccleſiaſticis & ſecularibus perſonis, qui aut quæ vnà cum ipſis ad generale Baſileenſe Cõcilium mittentur, ac profecturi exiſtunt, omnibus eorum perſonis, quocunq; nomine cenſeantur, aut valeant nuncupari, infra tamen numerum ducentarum perſonarum, tenore præſentiũ, noſtrum pleniſſimum ac perfectum ſaluum conductum concedimus atque damus, veriſſimamq́ue ſecuritatem veniendi ad hanc ciuitatem Baſileenſem: ibidemq́ue manendi, ſtandi, morandi, nobiſcumq́ue de quibuſuis negocijs opportunis ipſis commiſſis tractãdi, placitandi, diſponendi, concludendi & terminandi impartimur: ac in loco vel in locis hoſpitiorum ſuorum diuina officia ſine impedimento noſtrorum peragere permittimus, ſic etiam, vt propter illorum præſentiam neque in itinere, neque in aliquo loco itineris in eundo, manendo aut redeundo, neq; in ipſa ciuitate Baſileenſi à diuinis officijs ceſſetur, quouis modo per modum interdicti. Cæterùm in Generali Cõcilio ſeu ſynodo Baſileenſi articulos quatuor, ꝓ quorum claritate inſtãt, oretenus aut in ſcriptis liberè poterunt offerre, aut propalare, ſcripturis ſacris beatorumq́; doctorum verbis, ſentẽtijs & rationibus eos declarare, adſtruere, & perſuadere, & ſi opus fuerit, etiam ad obiecta Concilij Generalis reſpondere, aut cum aliquo vel aliquibus de Concilio ſuper eiſdem diſputare, aut charitatiuè abſque omni impedimento conferre, opprobrio, conuicio aut contumelijs procùl motis, ſeruatis forma & modis inter noſtros legatos & nuncios prædictorum regni & Marchionatus in Egreni ciuitate ſpecificatis & vniformiter concluſis: & ſignanter, quòd in cauſa quatuor articulorum per eos attentorum, lex diuina, praxis Chriſti Apoſtolica & Eccleſię primitiuæ vnà cum Concilijs doctoribuſq́; fundantibus ſe veraciter in eadem, pro veriſſimo & indifferente iudice in hoc Baſileenſi Concilio admittẽtur. Et illis peractis vel non peractis, quandocunque de mandato aut cõſenſu ſuorum maiorum ad propria reuerti optabunt, aut aliquis eorum optabit, mox abſque vlla renitentia, occaſione & mora, ſaluis rebus illorum & ſuorum pariter honore & perſonis, viceuerſa poterunt vel poterit iuxta beneplacitum liberè & ſecurè redire, de ſcitu tamen deputãdorum per Concilium, vt pro tunc opportunè ſecuritati eorũ prouideatur ſine dolo & fraude. Nihilominùs in hoc eorum ſaluo conductu omnes quaſcunque clauſulas includi ac contineri volumus, ac pro incluſis haberi, quæ pro plena & efficaci & ſufficienti ſecuritate in eundo, ſtando ac redeundo neceſſariæ ſunt & opportunæ, hæc notanter propter bonum pacis procurandum & obſeruandum luculenter expreſſantes. Quòd ſi quiſpiam aut aliqui ex illis, ſiue in itinere ad nos in Baſileam veniendo, ſiue ibidem demorando aut redeundo, aliquod enorme (quod abſit) egerit aut egerint, per quod poſſet aſſecurationis eorum beneficium eis aut eorum alicui conceſſum, annullari aut caſſari: volumus etiam, ac admittimus, & concedimus, vt talis vel tales in facinore huiuſmodi deprehenſi vel deprehenſus ab ipſis duntaxat, & non ab alijs, condigna animaduerſione cum emenda ſufficienti, per partem noſtram meritò approbanda & laudanda, mox puniatur aut puniantur, illorum aſſecurationis forma, conditionibus & modis omnino manentibus illibatis. Et pariformiter, ſi quiſpiam vel aliqui ex noſtris, ſiue in itinere ad nos in Baſileam veniendo, ſiue ibidem demorando, aut redeundo, aliquod enorme (quod abſit) egerit aut egerint, per quod poſſet aſſecurationis ipſorum beneficium eis aut alicui eorum conceſſum, annullari aut caſſari: volumus, vt talis vel tales in facinore huiuſmodi deprehenſi, à nobis aut à noſtris duntaxat, & non ab aliis, condigna animaduerſione, cum emenda ſufficienti, per partem dominorum ambaſiatorum & nunciorum meritò approbanda & laudanda, mox puniatur aut puniantur, præſenti aſſecurationis forma, conditionibus & modis omnino manentibus illibatis. Volumus etiam, quòd liceat ipſis ambaſiatoribus omnibus & ſingulis, toties quotieſcunque opportunum fuerit ſeu neceſſarium, ad auram capiendam exire de ciuitate Baſileenſi, & reuerti ad eandem, necnon nuncium vel nuncios ſuos ad quæcunque loca pro ſuis neceſſariis negociis ordinandis liberè mittere ſeu deſtinare, ac ipſo miſſos ſeu deſtinatos, ſeu miſſum & deſtinatum ſuſcipere toties quoties eis videbitur expedire, ita quòd aliqui vel aliquis per deputandos Concilii ſocientur, qui eorum ſecuritati prouideant, vel prouideat. Inſupèr nec in ſermonibus, ſeu prædicationibus publicis aut aliis collationibus, in præiudicium, derogationem ſeu deteriorationem cauſæ ipſorum quatuor articulorum, pars noſtra terminis quibuſlibet, in confuſio-

nem

nem vergentibus, poterit aot debebit vti & potiri in loco ciuitas Baſileenſis. Qui quidem ſaluus conductus & ſecuritates ſtare ac durare debent & à tempore & per tempus, quo in noſtræ & noſtrorum tuitionis curam ipſos ſuſcipi contigerit, & vſque ad Baſileam perduci, ac toto tempore manſionis eorom ibidèm, & rurſum poſt ſufficientem audientiam habitam, ſpatio vigino dierum præmiſſo, cùm ipſi petierint, aut Conciliom habita huinſmodi audientia, ipſis receſſum indixerit, à Baſilea vſque in Toſtan', *Tatoniam, aut Engliſpurg, io qoem ex locis iſtis maluerint, Deo fauente reſtituemus, dolo & fraude prorſus excluſis. Etiam pro vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, & ſpecialiter pro ſanctiſſimo domino Romano pontifice, pro ſereniſſimo principe domino Sigiſmundo Romanorum &c. rege, ac venerabilibus dominis cardinalibus, Archiepiſcopis & epiſcopis, ac dominis abbatibus, prælatis & clericis, necnon illuſtriſſimis principibus, regibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus & oobilibus militibus, vnioerſitatibus & commuoitatibus ciuitatum, caſtrorum & villarum, earumque conſulibus, ſcabinis, officialibos & alijs cuiuſcunque conditionis & ſtatus, eccleſiaſtici vel ſecularis exiſtant, qoocunq; nomine cenſeantur, & pro ſubditis omoiom præmiſſorum, & pro tota parte eoruodem promittimus bona fide & ſpondemus, quòd oos omnes & ſinguli prædicti præſcriptam aſſecurationem & ſalui conductus eorũ formam, in omnibus ſois conditionibus, punctis & clauſulis ſoperiùs expreſſatis, inoiolabiliter & inconcuſsè bona fide & puro corde obſeruabimus & cuſtodiemus, obſeruabunt & cuſtodient. Inſupèr promittentes ſine fraude & quolibet dolo, quòd nolumus, neque debemos occultè vel manifeſtè, quacunque occaſione prætenſa, vti aliqua authoritate vel potentia, iure', ſtatuto vel priuilegio legum vel canonum, & qudrumcunque Conciliorum, ſpecialiter Conſtantienſis & Senẽſis quacunque forma verborum expreſſa, in aliquod præiudicium ſaluoconductui, ſeu aſſecurationi ac publicæ audientiæ, ipſis per nos conceſſæ vel conceſſo. Quòd ſi nos aut aliquis ex nobis, vel noſtris, cuiuſcunque cnnditionis vel ſtatus aut præeminentiæ exiſtens, præſcriptræ aſſecúrationis & ſaluiconductus formam & modum, in quocunque puncto vel clauſula violauerit, (quod tamen auertere dignetur omnipotens) & ſufficiens emenda non fuerit mox ſubſecuta, & ipſorum arbitrio meritò approbanda & laudanda, habeant nos & habere poterunt incidiſſe in omnes pœnas, quas iore diuino & humano, aut conſuetudine, huiuſmodi ſaluorum condoctuum violatores incurrere poſſunt, abſque omni excuſatione, aut quauis in hac parte cootradictione. Datum in ſeſſione publica eioſdem ſanctæ ſynodi, in eccleſia maiori Baſileenſi celebrata, duodecimo Calendas Iulij, anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſecundo.

*Taconiã

EPISTOLA BOHEMIS MISSA ſuper concluſione in Egra facta, in quarta publica ſeſſione lecta.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repręſentans, vniuerſis viris eccleſiaſticis, nobilibus & toti populo regni Bohemiæ, vnitatem & pacem in Chriſto Ieſu noſtro domino. Pridiè oratores noſtri ex oppido Egra ad oos reuerſi, & ibidèm cum nuncijs veſtris concluſa ſerioſe referentes, magno gaudio hanc ſanctam ſynodum repleueruot. Aſſerunt enim, cum tanta charitate & manſuetudine, hoc ſacrum vnionis negociom fuiſſe tractatum, vt non aliud exiſtimemos, quàm Spiritumſanctum pacis & vnitatis authorem in medio interueniſſe. Concepimus ex his, quæ referunt, magnam ſpem futuræ vnionis & iodiſſolubilis inter nos charitatis. Pro qua re (ſicut dignum eſt) ipſi Spirituiſancto, cuius munere hoc factum eſſe non dubitamos, gratias ex toto corde retulimus, eleemoſynas, ieiuniaque & orationes ſolennes iodiximus, & vbique vſque ad rem optato fine concluſam, iodici faciemus. Laudamos & benedicimus dominum, qui tam lætam nobis præbuit diem, qua nullam adhuc ſeoſimos lætiorem, poſtquàm hunc locum attigimus. Parari enim ſemitam videmus ad magnam Dei gloriam & grandem populi Chriſtiani profectum. Nemo noſtrum fuit, dum ipſi oratures ſingula vobiſcum acta recenſebant, qui vel oculis vel corde non fleret. Commouebantur inoſitato gaudio viſcera audientium, rem tam concorditer fuiſſe concluſam, ſperantiumque poſt hanc aliã multo lætiorem diem adhuc ſucceſſuram. Exultemus igitur, & iubilemus inoicem Deo ſalutari noſtro, qui recordatus miſericordiæ ſoæ, incipit plebem ſuam tanta cum lætitia viſitare. Leuemus manos noſtras ad cœlum, glorificantes dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quia pacem, quam quotidiè diebus noſtris eccleſiæ dari petimos, iam apptopinquare videmus. Magnificemus Spiritum paracletum, qoi animos paulo antè diſſidentes, in hanc ſpem pacis repeotè conuertit. Sed ſi pro hac ſpe tantum gaudij ſuſcepimus, quàm magna & inenarrabilis erit illa lætitia tam noſtra quàm veſtra, quando optatum pacis & vnitatis finem re ipſa intuebimur? Vt autem recognoſcatis, quantum hæc res nobis eſt cordi, ipſis noſtris nuncijs io communi congregatione auditis,

Epiſtola Cõcilij ad Bohemos.

Pſal. 94.

auditis, formam ſaluiconductus & ea, quę cum veſtris ambaſiatoribus concluſerunt, nihil addito vel retracto, hæc ſancta ſynodus vnanimi omnium conſenſu approbauit. Et eccè ipſum ſaluum conductum in publica ſeſſione decretum, de verbo ad verbum, quemadmodùm in Egra * conditus (*condictū) fuerat, ad vos deſtinamus. Miſimus etiam, vt nil ex parte noſtra deſit, fratrem Ioannem de Mulbruno, vnum ex nuncijs noſtris, qui in Egra fuerāt, ad ſereniſſimum principem dominum regem Romanorum, vt ab eo ſaluum conductum, in ea qua optatis, forma obtineat. Quem vt primùm habuerimus, ad vos ſine mora tranſmittemus, parati ſemper agere omnia, quæ pro veſtra tutela & libera audientia neceſſaria videbuntur. Vtinam ſicut fas eſt nobis verba exprimere, ita mentes noſtras in publicum exhibere poſſemus. Vtinam ſicut hanc epiſtolam lecturi eſtis, ita corda noſtra palàm inſpicere poſſetis. Profectò non dubitamus, quin cognita noſtra in vos ſumma charitate, mox ſine vlteriori tractatu in vnitate ſpiritus connecteremur. Et quoniam ſaluatoris noſtri ſententia eſt, non qui inceperit, ſed qui perſeuerauerit vſque in finem, ſaluus erit: (Matth. 10. & 24. b) vos omnes per Spiritumſanctum huius ſacri negocij directorem hortamur & obſecramus, vt quemadmodùm rem ipſam feruenter inchoaſtis, ita firmiter conſtanterque vſque ad veræ vnionis complementum perſeueretis. Speramus in Chriſto Ieſu videre diem, & iam propè eſt fortè, quo alter alterum fraterna charitate nos inuicèm complectemur, & vnanimes in eadem Sanctæ Matris Eccleſiæ domo cum iocunditate perpetuò habitabimus. Confidimus in Domino tantam adhuc inuicèm futuram dilectionem, vt nullum inter nos fuiſſe olim diſpendium videatur. Et quanquam nondum hæc ſancta vnio, pro qua laboramus, completa ſit, tamen ipſe Spirituſſanctus tantam huius rei ſpem & affectum cordibus noſtris impreſſit, vt quod futurum eſt, iam quodammodo in foribus adeſſe credamus. Vos corpore abſentes eſtis, ſed ob hanc ſpem in viſceribus charitatis, & vinculo veræ dilectionis, quaſi præſentes amplectimur, & præ gaudio noſipſi flentes, tanquam mater filium ex longinqua patria redeuntem, vos tenerrimè oſculamur. Iam igitur quaſi arram proximæ mutuę vnitatis pepigiſſe videmur, & vos dudum futuros, noſtros dilectiſſimos fratres iam eſſe exiſtimamus. Talia enim ipſe Spirituſſanctus initia dedit, vt non aliud quam pacem, charitatem & vnitatem hinc *attingere (*contingere) ſperemus. Læto ergo animo vtrique ſimus, & iocunda mente inuicèm viuamus, cùm propè in ianuis gaudium, quod nemo tollet à nobis per Spiritumſanctum accepturi ſimus. Sed vt citiùs faciliuſque conſequamur, vigilemus ſupplices in orationibus, & continuis precibus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum deuotis mentibus exoremus, vt quod operari incepit, confirmet atque perficiat. Hora iam eſt, vt ſancta mater Eccleſia, quæ pro tam duro filiorum ſuorum diſſidio diu * conſternata (*conſtata) eſt, pro pace & vnitate lætari & exultare incipiat, luctumque præteriti temporis conuertat in gaudium. Tempus iam aduenit, vt qui eodem Chriſti charactere inſigniti ſunt, & eodem baptiſmatis fonte renati, depoſita omni diſſenſione, eundem charitatis, & vnitatis Spiritum induant, & ad augmentum gloriamq; nominis Chriſtiani totis viribus intendant, fidemque orthodoxam protegere curent, quam infideles pagani multis in locis ignominioſe pollundant, & extinguere moliuntur. Eia igitur cùm noſtræ dilectionis & ſyncerę voluntatis iam certi ſitis, amodò veſtros legatos præparate, quales in primis literis poſtulauimus, vt cùm regius ſaluus conductus aduenerit, cum pleno mandato ad hoc ſacrum Concilium proficiſcantur. Quos ita gratè benigneque ſuſcipiemus, vt à parentibus filij ſuſcipi conſueuerunt. Spiritusſanctus paraclitus, in cuius nomine hæc ſancta ſynodus eſt congregata, nobis & vobis & toti populo Chriſtiano hîc veram dilectionem & pacem, ac in futuro ſeculo vitam æternam donare dignetur, qui cum patre & filio regnat benedictus in ſecula, Amen.

Datum in ſeſſione publica ſolenniter celebrata in eccleſia maiore Baſileenſi, die Veneris, vigeſima menſis Iunij, Anno à natiuitate domini milleſimo quadringētesimo trigeſimoſecundo.

IN EADEM SESSIONE Quarta, decreta Concilij Baſileenſis.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, attendens quòd ad prouidentiæ ſpectat officium, perſpicaci conſideratione futura proſpicere, & aduerſus ea quæ reipublicæ poſſent inferre diſpendia, ſalubriter prouidere. Cùm itaque eadem ſancta ſynodus ad extirpationem hæreſum, pacem in Chriſti populo & morum reformationem cum Spiritusſancti gratia, prout ſtatu rerum & temporum conſiderato, eſt admodùm neceſſarium, ſit intenta, & propterea venerabiles in CHRISTO patres Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ad ipſum ſacrum Concilium euocauerit, exiſtimans eorum in ſacro Concilio præſentiam pro eorum authoritate, ſapientia, rerumque notitia, multimodè fructuoſam: eiſque tanquam veris obedientiæ filijs ad ſacrum Concilium venientibus, ſi alibi contingeret Apoſtolicæ Sedis vacatio,

Locus obſcurus.

vacatio, in iacturam eorum qui obedientes vacationi ſacri Concilij deſeruirent, vtilitati Eccleſiæ poſſet redundare. cùm tamē vt obedientia non iacturam afferat, ſed potiùs vtilitatis & honoris augmentnm, ratio cunctis nota ſuadeat. Et ne aliquibus forſitan venire negligentibus prodeſſe inobedientia videatur, hæc & alia quæ animum cuiuſcunq; prudentis ad hoc mouere pòſſent & deberent, prouida attentione proſpiciēs hæc ſancta ſynodus, ſtatuit, decernit, atque diffinit, quòd in euentum vacationis Sedis Apoſtolicæ, hoc ſacro generali durante Concilio, electio ſummi Pontificis in loco iſtius Sacri Cōcilij fiat, & interdicit, ne alibi celebretur. In contrarium attentata quauis aothoritate, etiam ſi Papali, noo obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus editis vel edendis, aut alijs in contrarium facientibus, ac ſi de ipſis eſſet de verbo ad verbum facienda mentio ſpecialis, aut iuramento firmata exiſtant, quibus ex certa ſcientia derogat & decernit, nulla & irrita eſſe, nulliusq; roboris vel momenu ipſo iure: cootrariom verò attentantes, ſint tam actiuè quàm paſſiuè, quo ad electionem Romani pontificis & ad quaſcunque alias dignitates inhabiles, & omnibus habitis dignitatibus perpetnò priuati, & infamiæ notam ac etiam excommunicationis ſententiam incurrant ipſo facto. Quòd ſi forſan aliqua de facto prætenſa electio præſumeretur, tam electus prætenſus, quàm illi adhærentes, & eum pro tali gerentes, ſupradictas pœnas incurrant pari modo. Abſolutionem verò omnium & ſingulorum, qui præmiſſas ſententias aut earum aliquam incurrerint quoquo modo, dicta ſynodus tantummodò, præterqnàm in mortis articulo, ſibi reſeruat. Decernens præſens decretum ligare, afficere, vim & effectum habere atque ſortiri, poſt quadraginta dies continuos proximè ſecuturos à die publicationis eiuſdem.

Ne vi iuramenti aut promiſſionis alicui factæ, aliqui aſtrictos ſe putent, vt ad Concilium venire non poſſint.

Item ordinat, ſtatuit, decernit & declarat, quòd quicunque & ſinguli Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Prælati, Reges, Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, vicarij Eccleſiæ Romanæ, vaſalli, communitates, Romanæ curię officiales, ſummi Pontificis familiares, ſiue alij cuiuſcunque conditionis exiſtant, ſiue quibuſcunque nominibus cenſeantur, propter iuramenta, promiſſiones vel quaſlibet alias obligationes, præfato ſummo pontifici ſeo alteri ad hoc eius mandato deputato aot depntando, ſeu qnibuſuis alijs quomodolibet ſuper quacunq; re vel cauſa, & ſub quacunqne verborom forma præſtita ſeu præſtanda, nullatenus obligantur & aſtringuntur, aut ſe impeditos à veniendo ad hoc ſacroſanctum Cōcilium occaſione dictorum iuramentorum, promiſſionum vel aliarum obligationum prætendere poſſunt, aut poterunt in futurum, quo minùs abſqoe periurij ſeu infamiæ nota ad ipſam ſynodum teneantor accedere, qui de iure aut conſuetudine ſunt aſtricti. Cæteri verò, qui vocati & requiſiti fuerint, & omnium prædictorum procnratores, obedire & adhærere ipſi Concilio, & liberè accedere poſſint, & teneantur, & eidem licitè intereſſe. Proceſſos verò quoſcunque ſuſpenſionis & excommonicationis, interdicti, necnon priuationis dignitatum, beneficiorum ſeu officiorum qnorumcunque & commendarum reuocationes, ac inhabilitationis ſentētias ſeu periurij aliáſve pœnas, molestas & cenſoras in ſe continētes, in ipſos occaſiooe pręmiſſorū per qocmcunque quaois, etiam Romani pontificis, autboritate fulminatos ſeu fulminandos, cum omnibus indè ſecutis aut ſecuturis, eadem ſacra ſyoodus nullos, caſſos & irritos, ac onllios roboris ſeu momenti exiſtere pronunciat, declarat & diffinit: & quatenus de facto proceſſerūt ſeu proceſſerint, reuocat, caſſat, irritat, & annullat, & pro caſſis, irritis & nullis habendos ſtatuit & decernit.

De bolla plumbea.

Item vt geſta in ipſa ſynodo durabiliori teſtimonio roborentnr, ſtatuit & ordinat ipſa ſynodus, quòd de cæterò in literis ſuis authenticis vtatur bnlla plumbea pendente cum chordula canabis aut ſerici, prout varietas cauſarum & rerum, ſuper quibus literæ eædem conficientur, poſtulabit, in vno miſſionis Spiritusſancti in ſpecie columbæ, in alio verò lateribus, horum verborum, Sacroſancta generalis ſynodos Baſileenſis, ſeulpturas continente, decernens eiſdem plenam & omnimodam fidem adhibendam fore.

Quòd Papa, durante Concilio, non poſſit creare Cardinales, nec creatos publicare.

Item cùm multiplicatio Cardinalium ſit Eccleſiæ diſpendioſa & oneroſa, propterea & ex alijs rationabilibus & legitimis cauſis eandem ſanctam ſynodum mouentibus, ſtatuit, ordinat, atque ex certa ſcientia hoc irrefragabili decreto decernit ipſa ſancta ſynodus, quòd durante hoc ſacro Cōcilio, Romanus pontifex à loco iſtius ſacri Concilij abſens perſonaliter, non debeat nec poſſit aliquem vel aliquos cuiuſcunque dignitatis, conditionis, gradus ſeu ſtatus exiſtant, in ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem vel Cardinales, quouis modo aut quocunqne quæſito colore vel cauſa aſſumere, pronunciare

ciare

Digitized by Google

ciate ſecretè aut publicè, aut pronunciatos ſeu aſſumptos ſecretò publicare. Et ſi ſecùs attentatum fuerit, ex nunc in anteà irritum ſit & inane, nulliuſque roboris vel momenti. Quòd ſi forſan taliter de facto aſſumpti aut pronunciati, ſe pro cardinalibus gerere aut nominare præſumpſerint, quibuſcunque dignitatibus priuati, & ad omnes & ſingulas futuras inhabiles, ac quicunque eos pro cardinalibus gerentes & reputantes, ex nunc prout ex tunc ſententia excommunicationis innodati ſint ipſo facto, à qua præterquàm in mortis articulo, niſi à præfata ſynodo abſolutionis ſiue habilitationis beneficium obtinere non poſſint. Datum in ſeſſione publica * eiuſdem ſynodi in eccleſia maiori Baſileēſi ſolenniter celebrata, duodecimo Calendas Iulij, Anno domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſecundo.

* celebrata in eccleſia maiori Baſileēſi die Veneris 20. menſis Iunij. Anno à natiuitate &c.

COMMISSIO FACTA PER Concilium in eadem ſeſſione domino cardinali ſancti Euſtachij, ſuper regimine ciuitatis Auinionenſis & comitatus Venayſini.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, dilecto Eccleſiæ filio Alphonſo, ſancti Euſtachij ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diacono Cardinali, Apoſtolicæ ſedis legato, ciuitatis Auinionenſis & comitatus * Venaycini in ſpiritualibus & temporalibus pro nobis & ſancta matre Eccleſia vicario generali, ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem. In pacis authore hæc ſancta ſynodus cōgregata, cùm vniuerſi populi Chriſtiani pacem & tranquillitatem exoptans, per diuerſas mundi partes ad procurandum ea quæ pacis ſunt, & ſcandalis obuiandum, ſuæ ſolicitudinis opus impendat, Eccleſiæ proprium patrimoniū ab hoc procurandæ pacis & tranquillitatis ſtudio expers eſſe nullatenùs decuit, quinimo ipſam debet ſpecialis intuitus cura fouere. Cùm itaque ad ipſius ſacræ ſynodi notitiam fide dignorum ſit relatione deductum, quòd ciuitas Auinionenſis, quæ ſanctæ Dei Eccleſiæ ſemper fideliſſima & obſequentiſſima fuit, certis vrgentibus rationibus & cauſis neceſſarijs, vicarium per ſummum pontificem ad ipſius regimen deſtinatum, ſe admittere non debere prætendat, atque ad eundem ſummum pontificem plures ambaſiatas deſtinauerit, pro vtili & ſalubri gubernatione ciuitatis eiuſdem ac comitatus * Venaycini eidem adiacentis, ſuppliciter poſtulans, vt de alio vtili eis prouideretur vicario, quod hucuſque

* Venayſini

* Venayſini

obtinere nequiuit, nec ſperat: poſſe obtinere, quinimo is qui pro vicario deſtinatus eſt, intendit & nititur ſuſcipere gubernationis officium inuita ciuitate, congregare ſatagens multitudinem gentium armatarum. Vndè ſuper præmiſſis informatione recepta ex his & alijs, quæ honeſtas cenſet calamo non promenda, de turbatione & periculo graui ſtatus ciuitatis illius & patriæ eſt ex veriſimilibus & vrgentibus rationibus dubitandum, eſſetque nimis graue diſpendium, ſi fortè (quod auertere dignetur Altiſſimus) Eccleſia perderet illud tam nobile patrimonij ſui membrum, aut guerrarum inquietudine turbaretur. Idcirco hæc ſancta ſynodus huiuſmodi periculis cupiens obuiare, ciuitatemque illam & comitatū in pace & quiete fouere, regimen & gubernationem ciuitatis ipſius & comitatus vſquequò cum ſummo pontifice per ipſam ſanctam ſynodum, vel aliquo eius nomine habito pleniori tractatu, fuerit aliter ordinatum, maximè attento, quòd propter locorum diſtantiam & viarum diſcrimina non poteſt facilè haberi recurſus ad dictum ſummum pontificem, & periculum ſit in mora: tibi cuius futuræ vtili & fideli gubernationi fidem facit aliarum terrarum Eccleſiæ regimen, per te hactenus fideliſſimè plurimumque vtiliter geſtum, duxit ad honorem Dei, ſanctæ matris Eccleſię, ac huius ſacræ ſynodi, tenore præſentium plenariè committendum, cum plenaria poteſtate regendi & gubernandi dictam ciuitatem Auinionenſem & comitatum * Venaycini, omnemque in eiſdem iuriſdictionem, merum & mixtum imperium, per te vel alium ſeu alios exercendi, officiales amouendi, etiam ſi pontificali præfulgeant dignitate, & alios vel eoſdem inſtituendi, iuramenta ſeu promiſſiones recipiendi, ac illa relaxandi cum quibuſcunque ſemel vel pluries, quoties viſum tibi fuerit opportunum. Quaſcunque pecunias, fructus, prouentus & emolumenta in illis ciuitate & comitatu, ratione iuris Papalis vel ſanctæ Romanæ Eccleſiæ aut quocunque iure vel titulo, pro tempore præterito, præſenti & futuro cameræ Apoſtolicæ debitas & debita, recipiendi & exigendi, ac recipi & exigi faciendi, contradictores quoſlibet vel inobedientes cenſuris eccleſiaſticis & alijs compeſcendi remedijs opportunis. Et generaliter cum * omnibus illis poteſtatibus & facultatibus, quas bonæ memoriæ Franciſcus archiepiſcopus Narbonenſis ſanctæ Romanę Eccleſiæ camerarius, à felicis recordationis domino Martino papa quinto & aliàs habuit, dū ageret in humanis, licèt etiā hic ſpecificè nō exprimantur. Mandans tibi in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub pœnis iuris, quatenus curam & regimen prædictum humeris tuis impoſitum reuerenter ſuſcipias,

* Venayſini.

ac diligenter & fideliter exequaris, utilitatē publicam, tranquillumq́ue & pacificum ſtatum ciuitatis illius & comitatus ſic procurare ſolicitè ſtudeas, ipſumq́ue regimen & gubernationem pro modo tuę ſapiētiæ ſic vtiliter gerere, ut apud Deum æternæ uitæ merita, & apud mandatum fama tua laudis & gloriæ ſuſcipiat incrementa. Mādat inſupèr omnibus officialibus, ciuibus, incolis & habitatoribus dictę ciuitatis & comitatus capitaneis, necnon caſtrorum caſtellanis, * balliuis, & aliis officialibus quibuſcunque quouis nomine cenſeantur, & aliis vniuerſis, quatenus tibi & per te deputandis officialibus ad regimen eorundem, & nulli alteri pareāt, obediant, & ītēdāt, in omnibus & per omnia, quemadmodùm præfato archiepiſcopo Narbonenſi dum uiueret, & pro Eccleſia Romana dictæ ciuitatis & comitatus regimen & gubernationem gereret, faciebāt, & facere tenebantur, quibuſcunque promiſſionibus, iuramentis, obligationibus & aliis quibuſcunque diſpoſitionibus in contrariū facientibus, non obſtantibus ullo modo. Hęc nanque ſancta ſynodus, omnium quorumcūque prædictis obuiantium uim & effectū, præſentium authoritate ſuſpendit. Et quicquid per te ritè, ſpiritualiter & temporaliter geſtum & ordinatum, actum uel ſententiatum fuerit uel prouiſum, hæc ſancta ſynodus ratum & gratum habebit, ac faciet authore domino inuiolabiliter obſeruari. Datum in ſeſſione publica eiuſdem ſanctæ ſynodi in Eccleſia maiori Baſileenſi die Veneris * uigeſima menſis Iunij, Anno domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſecundo.

* Balliuis

* 12. mēſis Iulij.

SESSIO QVINTA.

Hæc ſeſſio habita eſt in uigilia S. Laurētij.

De cauſis fidei.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileēſis, in Spiritusancto legitimè cōgregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, conſiderans quòd ipſa inter alia fructuoſa opera ad hęreſes extirpandum, & à fide deuios ad eiuſdem fidei orthodoxæ vnionem reducendos, in Spiritusancto principaliter cōgregata dinoſcitur, & propterea conſtituit accommodum fore, imò neceſſarium pro cauſis fidem concernentibus, in hoc ſacro concilio tractādis & examinandis, de perſonis idoneis prouidere: eapropter conſtituit & deputat iudices, ad audiendum omnes & ſingulas cauſas fidem quomodolibet concernentes, uenerabiles Franciſcum Papienſem, Cōradum Ratiſponenſem epiſcopos, & dilectum filiū Eccleſiæ Ioannem abbatem Ciſtertiēſem, quibus in cauſis huiuſmodi per deputatus ad hoc, priùs examinatis, ipſiſq́ue deſignatis & remiſſis, dat poteſtatem in prædictis cauſis in hoc loco Concilij & extrà, citandi ac audiendi, cognoſcendi, decidendi & alia faciēdi, quæ ad dictas cauſas pertinent, & pertinebunt, uſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiuè. Et ut eo faciliùs cauſæ prædictæ ſuum finem debitum conſequantur, eadem ſancta ſynodus, ut ipſi iudices prædicti aut duo ex eis, tertio ſtatutis horis nō ueniente, terminos in cauſis huiuſmodi tunc occurrentes, tenere & obſeruari facere, & aliâs ſummariè, ſimpliciter & de plano ac ſine ſtrepitu & figura iudicii procedere ualeant, ſtatuit & decernit.

Cauſarū fidei iudices.

De procuratore fidei.

Item ſancta ſynodus prædicta deputat & conſtituit dilectum Eccleſiæ filium Nicolaum Amici, licentiatum in theologia, in cauſis fidei præmiſſis procuratorem generalem hoc durante concilio, cum poteſtate ſubſtituendi de conſenſu & authoritate iudicum prædictorum, qui nullam cauſam promoueat, niſi primùm per deputationem fidei fuerit examinata & admiſſa.

Procurator.

Deputantur iudices ad examinandum cauſas generaliter.

Item dicta ſancta ſynodus, ne inter cæteros uberes fructus pro quibus procurandis ſummoperè deſudat, iuſtitia indebite grauatis, pro qua ad eandem confluunt, miniſtrādo deficiat, aut ipſius executio plùs debito negligatur, uolens in præmiſſis opportunis remediis prouidere, conſtituit, ordinat, & deputat iudices ſeu commiſſarios ad audiendum omnes cauſas, ad dictam ſanctam ſynodum deuolutas ſeu deuoluendas, deductas ſeu deducendas, cauſis concernentibus fidem exceptis, uenerabiles Berengarium Petragoricenſem, Petrum Auguſtenſem prouinciæ Maguntinæ, & Delphinum Parmenſem epiſcopos, quibus in cauſis pręmiſſis per deputatos ad hoc priùs examinatis, ipſiſque remiſſis & deſignatis dat poteſtatem, non obſtantibus feriis, in loco Concilii & extrà citandi, audiendi, cognoſcendi, referendi & diffiniendi, & alia faciendi quæ ad dictas cauſas pertinent & pertinebunt. Et vt eo faciliùs cauſæ ſeu negocia ad debitum finem perueniant, eadem ſacra ſynodus, ut tres aut duo ex ipſis, tertio ſtatutis horis non ueniente, terminos in cauſis huiuſmodi tunc occurrentes, tenere & obſeruari facere, & aliâs ſecundum qualitatem cauſarum procedere valeant, ſtatuit & decernit, cauſis tamē Eccleſiarum cathedralium maioribus earundem, dictæ ſacræ ſynodu reſeruatis, de quibus ſe non impediant, niſi de generalis congregationis patrum & ſuppoſitorum eiuſdem, etiam citra ceſſionem publicam commiſſione ſpeciali. Ratificatque nihilominùs hæc ſancta ſynodus, & approbat omnes commiſſiones quarumcunque cauſarum, etiam cathedralium & maiorum,

Iudices alij.

sub

Digitized by Google

ſub quacunque poteſtate in generali congregatione dictis iudicibus ſeu aliis commiſſariis hactenus factas, necnon proceſſus exinde ſecutos, ac etiam in anteà per eoſdem continuandos.

Ordinatio Præcognitorum.

Item ne iudices prædicti quaſlibet cauſas ad hoc ſacrum concilium delatas ſeu deferendas, paſſim & indiſtinctè importunitate petentium deuicti, audiendas recipiãt, ſed potiùs de qualitate ipſarum ratio habeatur, hæc ſancta ſynodus conſtituit & deputat dilectos Eccleſiæ filios, Iulianum Apoſtolicæ ſedis legatum ſancti Angeli, & Dominicum ſanctæ Mariæ in uia lata, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconos cardinales, & quemuis præſidentem nunc & in futurum pro tempore exiſtentem, & uenerabilẽ Franciſcum Gebennenſem Epiſcopum, ad dilectũ Eccleſiæ filium Henricum Fleckel, palatij Apoſtolici cauſarum auditorem, dictarum cauſarum præcognitores, dans & concedens quinque prædictis uel maiori parti, aliis ſe abſentantibus vel non conſenentibus, poteſtatem cauſas huiuſmodi primùm diligenter examinandi & diſcernendi, quæ aut qualis illarum in hoc ſacro concilio tractari, audiri, cognoſci decenter poſſint, ſeu diffiniri debeant, & quas tractandas ſeu in generali congregatione * referandas, aut abſque relatione, præmiſſa cognitione decidendas iudicauerint, ad ipſos iudices remittere habeant deſignatos, ſub modificatione procedendi prædicta. Et niſi ad eos ſic (vt præmittitur) remiſſæ fuerint, de illis ſe non impediat quouis modo.

Præcognitores cauſarum.

* for. referendas.

Quòd vltra tres menſes poteſtas iudicum non duret.

Item decernit hæc ſancta ſynodus, quòd poſt tres menſes continuos à die præſentis publicationis computandos, tam iudicum pro fide, quàm pro aliis cauſis prædictis audiendis, deputatorum pariter & præcognitorum poteſtas finiatur. Sit tamen in poteſtate dictæ generalis congregationis, in locum quorumlibet prædictorum, etiam citra ſeſſionem publicam, quos decreuerit, deputare.

Ne incorporati trahantur ad iudicium extra locum huius concilij.

Item ſtatuit & diffinit, quòd nullus huic ſacro concilio per ſe uel ſuum procuratorẽ legitimè admiſſum incorporatus, etiam procurator ipſe aut incorporandus, in futurum à tempore arrepti itineris ſine fraude continuati, animo ad hanc Baſileenſem ſynodum ueniendi, pro quacunque cauſa ſeu lite, mota ſeu mouenda, aut quauis alia occaſione, ad Romanam curiam ſeu coram quocunque iudice ordinario uel delegato, extra locum Concilii, illo durante, inuitus trahi ſeu euocari, aut contra ipſos inuitos aut aliquem eorundem procedi poſſit. Si quid uerò in contrarium attentatum fuerit, quouis modo per *quæcunque, quauis, etiam ſummi pontificis, authoritate, decernit irritum & inane, nullusque roboris exiſtere ſeu momenti. Nihilominùs hæc ſancta ſynodus offert ſe paratam de omnibus ſuppoſitis eiuſdem aut aliquo eorum, querulantibus ſeu actionem mouere uolentibus, miniſtrare iuſtitiæ complementum.

* quemcunque.

Ordinatur auditor ordinarius cameræ.

Item hæc ſancta ſynodus deputat & conſtituit dilectum Eccleſiæ filium Henricum Fleckel Apoſtolici palatii cauſarum auditorem, huius ſacri concilii iudicem & auditorem ordinarium, dans & concedens eidem omnem poteſtatem ſeu iuriſdictionem, quã in Romana curia de iure ſeu conſuetudine exercet, ſeu exercere habet Apoſtolicæ cameræ auditor.

Soldanus conſtituitur.

Item conſtituit & deputat dilectum Eccleſiæ filium Tinanum de Laude ſoldanum, cum poteſtate quam habet ſoldanus curiæ Romanæ.

De alijs officiarijs.

Itẽ de cæteris officiariis in hac ſacra ſynodo neceſſariis, ordinetur & diſponatur in cõgregatione generali, & quæcunque ibidèm ſuper deputationa eorundem officialiũ acta, ſeu ordinata fuerint, eiuſdem firmitatis & authoritatis exiſtãt, ac ſi facta fuiſſent in publica ſeſſione.

Deputantur notarij.

Item quia plures notarii & ſcribæ in eadẽ ſancta ſynodo ad conſcribendum acta eiuſdem ſunt nèceſſarii, citra aliorem per ipſam ſanctam ſynodum in aliis ſeſſionibus deputatorum reuocationem, magiſtros Enſelinum de Guiſcardis de Blenſaco iuris canonici profeſſorẽ, Gerhardum Rouſelli, Georgium Frey de Vilshouen, Conradum Kneulin de Dyepurgh, Petrum de Noxeto clericos Vercellenſis, Nouiomenſis, Patauienſis, Maguntinenſis & Placentinenſis diœceſis, notarius & ſcribas eiuſdem ordinat & deputat. Datũ Baſileæ in ſeſſione publica eiuſdem ſanctæ ſynodi, in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata, quinto idus Auguſti, Anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſecundo.

Notarij ſeu ſcribæ alij.

SESSIO SEXTA,

celebrata die ſexta menſis ſeptembris.

ANNO, dñi milleſimo quadringẽteſimo trigeſimoſecũdo, die ſabbati ſexta mẽſis. Septẽbris in eccleſia maiori Baſileenſi, in qua ſeſſiones celebrari ſolent, ſexta huius ſacræ

ſynodi Baſileenſis ſeſſio celebrata hoc mo-
do: Primò uidelicet Miſſa ſolennis de beata
uirgine Maria, per dominum Philibertum
epiſcopum Conſtantienſem præſidentem ce-
lebrata, & demum ſuffragiis, antiphona
Exaudi, ac litaniis cum euangelio ſecundum
Luc. 10. c Lucam, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Qui vos au
dit, me audit: & qui uos ſpernit, me ſpernit:
ac hymno, Veni creator ſpiritus &c. cum
verſiculo & collecta decantatis, aſſiſtenti-
bus dominis legata Placentino & Firmano
cardinalibus, cum trigintaduobus aliis præ-
* Pluma- latis in eorum mitris planis & * pluuiali-
libus. bus exiſtentibus, & domino duce Vuilhel-
mo Bauariæ protectore huius ſacri concilij,
venerabiles uiri magiſtri Nicolaus Amici, &
* Barardi Hugo * Berardi, promotores huius ſa-
cri Concilii, per organum magiſtri Hu-
gonis ſuam petitionem fecerunt in ſcriptis,
vt ſequitur.

Promotores concilij dant petitionem.

Reuerendiſſimi patres & uos alii domi-
ni mei præſtantiſſimi, ſacroſanctum generale
concilium in ſpirituſancto legitimè congre-
gatum celebrantes, ac vniuerſalem Eccleſiam
repræſentantes, cùm ex decreto tertiæ ſeſſio-
nis huius ſacri concilii ſanctiſſimus dominus
noſter Papa Eugenius cum omni reuerentia
& inſtantia fuerit per uiſcera miſericordiæ
Ieſu Chriſti exhortatus, requiſitus ac mo-
nitus, quatenus prætenſam diſſolutionem
huius ſacri concilij de facto reuocaret, ſicut
de facto proceſſerat, quæ notoriè vniuer-
ſalem ſcandalizat Eccleſiam & populum
Chriſtianum, & ipſam reuocationem, quē-
admodùm & diſſolutionem fecerat, per di-
uerſas mundi partes tranſmitteret & publi-
caret, ab omnique impedimento dicti conci-
lij penitus deſiſteret, quinimo eidem (vt de-
bebat) faueret & aſſiſteret, omniaque præbe-
ret ſubſidia & auxilia opportuna, necnon
infra trium menſium ſpatium peremptoriè
præfixum & aſſignatum (ſi corporalis ipſius
diſpoſitio pateretur) perſonaliter ueniret;
ſin autem, perſonam uel perſonas loco & vi-
ceſui deſtinaret & tranſmitteret cum plena-
ria poteſtate ad omnia & ſingula in hoc cō-
cilio peragenda, uſque ad totalem concluſio-
nem ipſius, per omnes & ſingulos actus gra-
datim & ſucceſſiuè. Et dictus dominus Euge-
nius Papa quartus, ea ſuper quibus monitus
fuit, facere non curauerit, ſed in ſua præ-
tenſa diſſolutione perſeuerauerit, & etiam
perſeueret, ac omnem perturbationem &
euerſionem huius ſacri concilij multipliciter
moliatur, nec infra terminum præfixum ve-
nerit aut miſerit, idcirco nos promotores
huius ſacri concilij producētes memoratum
decretum monitionis & citationis, ac execu-
tionem legitimè & debitè factam, petimus,
ſupplicamus inſtantiſſimè & requirimus, di-
ctum dominum Eugenium Papam quartum,
per hanc ſacram ſynodum decerni & decla-
rari contumacem in prædictis, atque ad vl-
teriora debitè, procedi, prout neceſſitates ec-
cleſiæ Dei exigunt & requirunt, ac prout eſt
diuini iuris pariter & humani. Deinde pro-
ductis per eos monitione & citatione con-
tra dominum noſtrum Papam Eugenium
modernum & dominos cardinales cū duo-
bus inſtrumentis executionis eiuſdem, etiam
petito & inſtanter requiſito, per ſacroſan-
ctum concilium præfatum dominum no-
ſtrum Papam contumacem reputari, & ad
vlteriora procedi, prædictus dominus epiſ-
copus Conſtantienſis præſidens, de manda-
to concilii iniunxit reuerēdis in Chriſto pa-
tribus & dominis, dominis Petragoricenſi &
Ratiſponenſi epiſcopis, vt interrogarent, ſi
dominus noſter Papa aut aliquis pro eo po-
teſtatem uel mandatum ſufficiens habens,
eſſet in dicta ſeſſione, ſe repræſentaret. Qui
quidē domini ambo epiſcopi, uidelicet Pe-
tragoricenſis & Ratiſponenſis, primò ſuper
gradus ante altare dictæ ſeſſionis ter eundē
dominum noſtrum Papam uocauerunt alta
& intelligibili uoce ſub his uerbis: Eſt ne ali-
quis hîc pro domino Eugenio Papa quarto
cum legitima poteſtate, cuius contumacia
nunc accuſata eſt? Compareat in hac ſeſſio-
ne publica. Similiter hoc idem fecerunt ter
ante maius portale dictæ eccleſiæ. Deinde
facta relatione per eoſdem dominos epiſco-
pos domino epiſcopo præſidenti, quòd ne-
minem pro præfato domino noſtro Papa re-
pererant, acceſſerunt ad dictam ſeſſionem
nuncij & oratores ipſius domini noſtri Pa-
pæ, uidelicet domini Tarētinus & Coloſſen-
ſis archiepiſcopi, epiſcopus Magalonenſis, &
dominus Antonius de ſancto Vito, ſacri pa-
latii cauſarum auditor. Et ipſis ſedentibus in
eadem iuxta dominum ducem protectorē,
dictus magiſter Hugo alter promotorum,
alio ſibi aſſiſtente, trina uice cum inſtantia
petiit ab eiſdem dominis nunciis & oratori-
bus, an haberent aliquod mandatum uel po-
teſtatem à domino noſtro Eugenio Papa
quarto. Qui reſponderunt, quòd erant ſim-
plices nuncii & oratores domini noſtri Pa-
pæ. Et tunc ipſe promotor, attento quòd di-
cti oratores nullam faciebant fidem de mā-
dato, nomine concilii proteſtatus eſt de nul-
litate actorum & agendorum per eoſdē. His
itaq; peractis, dominus Magdalonenſis epiſ-
copus, alter dictorum nunciorum, narrauit
ſe aliâs in principio ſui aduentus literas cre-
dentiales dominis hîc in Baſilea cōgregatis,
exhibuiſſe & præſentaſſe. Et ꝙ illa quæ di-
cere intendebant, in eorum credentia conti-
nebantur. Deinde dominus archiepiſcopus
Tarentinus ibidèm quandam fecit ſuppli-
cationem exhortatoriā, ſumens pro themate
Obſecro uos in domino, ut dignè ambuletis Ephe. 4.
vocatione qua uocati eſtis &c. ſupplicando
iterum, quòd pro bono & vtilitate Eccleſiæ
ſanctæ Dei, & ad euitandū ſcandala, domini
digna-

dignarentur ſuperſedere in negocio proceſſus contra dominum noſtrum Papam & cardinales. Qua ſupplicatione & requiſitione facta, & habita inter dominos aliquali deliberatione, dominus præſidens eiſdem dominis oratoribus reſpondit, quòd ſuper propoſitis per promotorem concilij, & per eoſdem dominos petitis, domini de ſacro concilio deliberarent, & tantum facerent, quod totus mundus meritò de concilio prædicto deberet contentari. Et tunc dominus Coloſſenſis archiepiſcopus, de huiuſmodi gratioſa reſponſione regratiatus eſt. Et his ſic peractis, domini nuncij & oratores prædicti à loco publicæ ſeſſionis receſſerunt, & ſe abſentârunt. Demum promotores concilij prædicti per organum magiſtri Hugonis (prout ſuprà) accuſarunt contumaciam dominorum cardinalium, vt in ſchedula quam in ſuis tenebat manibus, continetur, videlicet: Item conſimili modo accuſamus contumaciam reuerendiſſimorum dominorum cardinalium, qui vigore dicti decreti moniti & citati fuerunt, procedi petentes ad vlteriora, vt ſuprà, Iordani epiſcopi Sabinenſis, de Vrſinis vulgariter nominati, Antonij epiſcopi Oſtienſis, Bononienſis vulgariter nuncupati, Hugonis epiſcopi Præneſtini, de Cypro vulgariter nominati; Petri tituli ſancti Laurentij in Cœlio monte presbyteri cardinalis, de Fuxo vulgariter nominati, Ioannis tituli ſancti Laurentij in Lucina presbyteri cardinalis Rothomagenſis, Ludouici tituli ſanctæ Cæciliæ presbyteri cardinalis Arelatenſis, Henrici ſancti Euſebij presbyteri cardinalis de Anglia, Antonij tituli ſancti Marcelli presbyteri cardinalis, Dominici tituli ſanctorum Ioannis & Pauli presbyteri cardinalis Ilerdenſis, Ioannis tituli ſancti Petri ad Vincula presbyteri cardinalis, Ioannis tituli ſancti Sixti presbyteri cardinalis, Vilhelmi ſanctæ Anaſtaſiæ presbyteri cardinalis de Monte forti, Angeloti tituli ſancti Marci presbyteri cardinalis, Franciſci tituli ſancti Clementis presbyteri cardinalis Venetiarum, Alphõſi ſancti Euſtachij diaconi cardinalis, Lucidi ſanctæ Mariæ in Coſmedin diaconi cardinalis de Comite, Ardecini ſanctorum Coſmæ & Damiani cardinalis Nouarienſis, Proſperi ſancti Geordij ad uelum aureum diaconi cardinalis de Columna. Tunc uero dicti domini Petragoricẽſis & Ratiſponenſis epiſcopi, de mandato ſacri concilij, ut ſuprà, ante altare ter, & ante ualuas eccleſiæ etiam ter, eoſdem dominos cardinales aut aliquos pro ipſis uocauerunt. Et facta eorum relatione de præmiſſis, quòd neminem inuenerunt, dominus auditor * domini legati ſurrexit in medium, & dixit, quòd paratum ſe offerebat, exhibere mandatum ſufficiens coram dominis à concilio deputandis, pro quinque dominis cardinalibus uocatis, uidelicet dominis de Cypro, Arelatenſi, ſancti Sixti, Rothomagenſi, & de Monte forti ſimiliter allegare cauſas rationabiles, propter quas domini, Ilerdenſis qui iam habitus eſt, in congregatione generali excuſatus, nec non ſancti Petri ad uincula, ſancti Euſtachij, de Fuxo, & de Anglia cardinales, meritò pro excuſatis habebuntur. Præterea magiſtri Simon de Valle, & Ioannes de Raguſio ordinis Prædicatorum, pro & nomine domini cardinalis Bononienſis, dixerunt ſe habere mandatum ſufficiens, & obtulerunt, ſe coram eiſdẽ dominis deputatis producere velle. Similiter magiſter Laurentius de Rotella, obtulit ſe rationabilibus de cauſis excuſaturum dominum cardinalem de Columna. Et tandem his peractis, concilium per organum domini præſidentis deputauit dominos Friſingenſem & Bellicenſem epiſcopos, qui uiderent & examinarent producta per promotores & petita, nec non mandata dominorum cardinalium, ac huiuſmodi excuſationes audirent, & omnia concilio referrent. De quibus omnibus & ſingulis præmiſſis, præfati promotores nomine concilij petierũt, & quilibet eorum petijt, ad perpetuam rei memoriam, ſibi fieri à nobis notarijs & alijs vnum uel plura, inſtrumẽtũ & inſtrumenta. Datũ in ſeſſione publica eiuſdem ſanctæ &c. vt ſuprà.

* Cardinalis.

SESSIO SEPTIMA.

Quòd ſedente concilio, vacante ſede Apoſtolica, extra concilium non procedatur ad electionem.

Seſſio iſta habita eſt die 6. Nouembris, tunc feria 4. anno 1432.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in ſpirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. Dudum hæc ſancta ſynodus ſuper electione Romani pontificis, in caſu uacationis ſedis Apoſtolicæ hoc ſacro durante concilio, quoddam edidit decretum huiuſmodi ſub tenore: Ad prouidentiæ ſpectat officium, perſpicaci conſideratione futura proſpicere &c. vt habetur in quarta ſeſſione, ideo non eſt neceſſe hic inſerere.

Prorogatio temporis cardinalium veniendi ad concilium tempore vacationis Papatus.

Cùm autem ex eodem decreto apud aliquos exorta ſit dubitationis occaſio, ne tempus decem dierum ad intrandum conclaue præfinitum, ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalibus, per conſtitutionem editam in generali concilio Lugdunenſi, ſaltem à tempore notæ vacationis in loco huius concilij curreret & arctaret, quòd nimis rigidum videretur, & terminus nimis breuis propter multos ex eiſdem cardinalibus, qui à loco ipſius concilij eſſe poſſent in remotis locis abſentes: hæc ſancta ſynodus cupiens om-

nem dubitationis materiam amputare, & ea quæ ad pacem & vnitatem eccleſiæ Dei ſanctæ accommoda ſunt, vigilanti ſtudio prouidere, & tam in his quâm in omnibus quæ fidei catholicæ esaltationem, generalemque reformationem & pacem populi Chriſtiani concernere dinoſcuntur, pro quibus eſt in Spiritusſancto legitimè congregata, cum omni modeſtia debitaque maturitate procedere, pręſentis decreti tenore decernit, quòd in caſu uacationis ſedis Apoſtolicæ pſente durante cõcilio, ante ſexaginta dies à die uacationis continuè computandos, ad electionẽ Romani pontificis minimè procedatur.

Quòd Papa non diſponat de beneficijs cardinalium.

Statuit quoque hæc ſancta ſynodus, quòd de beneficijs cardinalium, qui contra præinſertum decretum aliquid præſumpſerint attentare, ſtatim poſsit per eos ad quos de iure communi ſpectat liberè diſponi per uiã collationis, præſentationis, electionis ſeu cuiuſlibet alterius prouiſionis, etiam ſi eſſent eccleſiæ metropolitanæ, cathedrales, aut alia quæcunque beneficia quocunque nomine cenſeantur, quæ in titulum uel commendam à prædictis cardinalibus tenentur, reſeruationibus Apoſtolicis ſpecialibus, aut generalibus, & alijs in contrarium facientibus, minimè obſiſtentibus. Datum in ſeſsione publica eiuſdem ſanctæ ſynodi in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata, * octano idus Nouembris, Anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſecundo.

* Die Iouis 8. mẽſis Nouẽbris.

SESSIO OCTAVA.

Habita 18. Decẽbris, 1432

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileẽſis, in Spiritu ſancto legitimè cõgregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans.

Baſileenſis cõcilij ſeſsio. 3.

Cum iamdudum de menſe Aprilis in huius ſacri concilij ſeſsione ſolenni editum & publicatum fuerit decretũ huiuſmodi ſeriei, Sacroſancta &c. Olim &c. quod quidem vocationis decretum debitè extitit executum, & in termino conſtituto ſolenni ſeſsione celebrata ſexta die menſis Septembris, per promotores huius ſacri concilij fuerit ipſius domini Papæ & cardinalium abſentium contumacia debitè accuſata, ambaſiatoribus ipſius ſummi pontificis tunc in hac ciuitate perſonaliter conſtitutis, qui quidem ambaſiatores ad locum ipſius ſeſsionis uenientes, magnis precibus à dicto ſacro concilio petierunt, in procedendo contra dictum dominum Eugenium Papam & cardinales ſuperſederi: & licet ſecundum iuris ordinem, attenta magna dicti domini Eugenij & dictorum cardinaliũ contumacia, & multis ſupplicationibus & inſtantiis in dicto decreto memoratis, procedẽdum fuiſſet ad declarandum ipſos eſſe contumaces, & alia iuris remedia opportuna: uolẽs tamen agere cum omni manſuetudine & lenitate, & ſi fortè reſipiſceret expectare, maximè attendens quòd chariſſimus Eccleſiæ filius Romanorum rex illuſtris & fidelis Eccleſię aduocatus, iugiter apud eundem dominum Eugenium & cardinales inſtabat ambaſiatis, literis & tractatibus, vſque in præſens ſuperſedit ab ulteriùs procedendo. Cùm autem à die dictæ accuſationis contumaciæ ſint lapſi tres menſes & ultrà, & etiam à die ſuæ prætenſæ diſſolutionis annus effluxit, ipſeq; Dominus Eugenius monitionibus ſupradictis ſanctæ matris Eccleſiæ renuat obedire, ſed in ſua prætenſa diſſolutione huius ſacri concilii perſeuerer, ipſum euertere, & diſperdere uariis modis ſatagens, & aliam congregationem ſub nomine generalis concilii indicere, in graue ſcandalum & damnum totius Eccleſiæ boniqne publici perturbationem, & decretorum ſacri Conſtantienſis concilii cõtemptum & eneruationem, ac etiam fidei catholicæ detrimentum, cùm hoc ſacrum concilium ad extirpationem hæreſim per Dei gratiam ſolicitudinem & operam prębuerit & præbeat, ex qua fructus optimus in proxima diſpoſitione uidetur idcircò ad omnem ſuperabundantem cautelam, ſuique omnem manſuetudinem & grauitatem oſtendendum, & ipſum dominum Eugenium Papam in magis manifeſta contumacia conſtituendum, eundem per uiſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti & ſub obteſtatione diuini iudicii admonet, exhortatur, & eidem ex parte omnipotentis Dei præcipit, atque mandat, quatenus infra ſexaginta dies ab hac die, præſentiſque decreti in valuis eccleſiæ Baſileenſis affixione, continuè ſubſequentes, dictas prętenſas diſſolutionem & conuocationem congregationis ſub nomine concilii generalis publicè reuocet, & huię ſacro concilio etiam purè & ſimpliciter adhæreat realiter & cum effectu, & deinde cætera in præinſerto decreto contenta adimpleat cum effectu. Alioquin ſi infra prædictum terminum prædictas prætenſas diſſolutionem & conuocationem non reuocauerit publicè, & ipſi ſacro concilio purè & ſimpliciter (vt præmittitur) non adhæſerit, dicta ſancta ſynodus abſque vlteriori monitione, requiſitione, uocatione, ſeu citatione contra ipsũ ſuper pręmiſſis & omnibus aliis in concilio peragendis vſque ad finem debitum incluſiuè procedet, prout Spiritusſanctus dictauerit, & tã de iure diuino quàm humano fuerit procedendum: adiiciẽs, quòd ſi dictus dominus Eugenius Papa præmiſſis parére contempſerit, & dicto termino ſexaginta dierum pendente, aliquas promotiones fecerit ad cathedrales eccleſias uel eccleſiaſticas dignitates, uel alia quæcunque beneficia vel officia in fomentum dictæ ſuæ prætenſæ diſſolutionis, & eneruationem, diminutionẽ ſeu impedimentum huius ſacri concilii, de quo ipſius ſacri concilii arbitrio iudicabitur,

an

an factæ fuerint in fomentum, tales promotiones hęc ſancta ſynodus caſſat, irritat, & annullat. Mandat præterea in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub pœna priuationis, quam ipſo facto incurrãt, omnium ſuorum beneficiorũ & officiorum, commendarum, penſionum & gratiarum quarumcunque, etiam expectatiuarum, omnibus & ſingulis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalibus, patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis ac alijs eccleſiarum prælatis, officiarijs curiæ & clericis quibuſcunque in Romana curia exiſtentibus, cuiuſcunque ſtatus & conditionis exiſtant, quatenus in caſu prædicto poſt lapſum dicti termini infra viginti dies proximè & immediatè ſequẽtes, à curia Romana recedant, & deinde cardinales omnino ſub pœna prædicta ad hoc ſacrũ concilium, omni mora poſtpoſita, ueniant. Patriarchæ verò, archiepiſcopi, epiſcopi ac alij eccleſiaſtici, prout de iure vel conſuetudine qui ad generale concilium ire tenẽtur, ſub pœnis iuris iter ſuum ſine fraude continuando, ad hoc ſacrum concilium veniant: reliqui verò qui ad generale concilium non tenentur venire, ad reſidendum & Deo ſeruiendũ maneant in proprijs beneficijs: uel ad hoc ſacrũ generale concilium, ſine moræ diſpendio & omni fraude ceſſante, ſe transferant, & accedant. Decernit tandem hæc ſancta ſynodus, huius decreti publicationem in præſenti ſeſſione factam, eiuſque affixionẽ in valuis maioris Eccleſiæ Baſileẽſis habere vim monitionis, citationis & executionis, & ita vniuerſos arctare, ac ſi perſonaliter apprehenſi & eis intimatum fuiſſet. Inſupèr, prout in prioris monitionis edicto continetur, hæc ſancta ſynodus declarat & proteſtatur, quòd nihilominùs huiuſmodi dilatione ſexaginta dierum pendente, cùm id rerum neceſſitas ſuadeat & qualitas agendorum, in vlteriori proſecutione concilij & agendorum in eo, procedere intẽdit ordinate, debitè & maturè, nec ꝓpterea ſuperſedere aliqualiter in proceſſu. Datum in ſeſſione publica eiuſdem ſanctæ ſynodi, in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata, * decimoquinto Calendas Ianuarij, Anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſecundo.

* Die Iouis 18. Decembris.

DECRETVM QVOD VNICVM debet eſſe conſilium.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſalẽ Eccleſiã repræſentãs, ad ꝑpetuã rei memoriam. Sicut vnica eſt Eccleſia S. catholica, Chriſto ipſius ſponſo dicente, Vna eſt colũba
Cant. 6. c mea, dilecta mea, & fidei articulo hoc ꝓfitẽte, cùm vnitas diuiſionem non capiat: ſic eſſe nõ poteſt, niſi vnicum generale concilium, ipſam ſanctam Eccleſiam catholicam repræſentans. Cùm ergo in hac ciuitate Baſileenſi decretis ſacrorum generalium conciliorum Conſtantienſis & Senenſis, & duorum Romanorum approbatione Pontificum, ſcilicet felicis recordationis Martini quinti, & Eugenij quarti, generale concilium inſtitutum & ſtabilitũ ſit, & in Spirituſancto legitimè congregatum, iſto durante concilio, conſtat aliud generale concilium alibi eſſe non poſſe. Quicunque igitur hoc ſacro durante concilio, aliam congregationem ſub nomine generalis concilij erigere, aut facere præſumpſerit, non catholicæ Eccleſiæ concilium, ſed ſchiſmaticorum conuenticulum erigere, aut facere conuincitur. Idcircò hæc ſancta ſynodus omnes Chriſtifideles, cuiuſcunque ſtatus, aut dignitatis, etiam ſi Papalis, imperialis uel regalis exiſtãt, ſub obteſtatione diuini iudicij, qđ in Chore, Dathan & Abirõ authoribus ſchiſmatis ſcriptura ſacra cõmemorat, admonet & hortatꝰ, & Nu. 16. c
in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub pœnis cõ Pſal. 105.
tra ſchiſmaticos à iure indictis, diſtrictè præcipit atque mandat, ne hoc ſacro durante concilio, aliam congregationem ſub nomine generalis concilij, quę reuerà non eſſet conciliũ facere, aut congregare, nec ad ipſam tanquàm ad generale concilium, etiam prætextu cuiuſcunque promiſſionis, aut iuramenti, accedere uel intereſſe, aut recurrere quoquo modo, neque pro concilio generali habere, reputare, aut etiam nominare præſumant, etiam ſi iam indictum prætendatur, ſiue in futurum indici attentetur: Si qua verò perſona eccleſiaſtica, etiam ſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalis, aut alia quæcunque cuiuſuis ſtatus, gradus, aut conditionis exiſtat, Bononiam vel ad aliquem locum ſub nomine generalis concilij, iſto durante, præſumat accedere, vel ibi manere, ſententiam excõmunicationis & priuationis omnium beneficiorum, dignitatum, & officiorum & inhabilitationis ad ipſa, incurrat ipſo facto: Et de dignitatibus, officijs & beneficijs talium, per eos ad quos de iure ſpectat, etiam ſi cathedrales, aut metropolitanæ eccleſiæ fuerint, liberè diſponatur.

Decretum pro incorporatis, quòd eorum beneficia conferri non poſſunt per Papam vel alium.

Ambitioſorum accenſa cupiditas, non cõtenta de acceptis beneficijs gratias non agere, & humanitatis in ſe iura uiolare, interdum adeò exardeſcit, vt eos qui credita ſibi officia diligenter obſeruant, & ita cuncta agunt, vt omni laude ſint digni, ſubuertere moliatur, & à ſuis deijcere beneficijs, cùm tamen pro eorum bonis actionibus, ut extollerentur, ampliùs dignum eſſe. Ideo opus eſt iuris prouidere remedijs, vt tuta ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis formidato ſupplicio refrenetur audacia, & nocẽdi facultas. Quiſquis igitur tantæ ambitionis fuerit, vt eccleſiam cathedralem, dignitatem, officium aut beneficium, penſionem, vel commendam alicuius ex incorporatis, ſeu incorporandis, poſtquàm fuerint incorporati.

ſeu adhærentibus huic ſacro concilio, attentauerint à Romano pontifice uel quouis alio impetrare, aut etiam acceptare, ſi motu proprio conferatur, non ſolùm iure, quod in tali eccleſiæ, dignitate, officio ſeu beneficio habere prætēdit, ſed etiam omnibus beneficijs ſit ipſo iure priuatus, & ad obtinēdum in futurum inhabilis. Si qui uerò ante huiuſmodi editionem decreti tales impetrationes aut attentationes habuerint, careant gratiis etiā proprio motu conceſſis.

Quòd Papa non poteſt imponere nouas gabellas in terras Romanæ Eccleſiæ, & de non alienandis terris Eccleſiæ.

Cæterùm cùm ad notitiam huius ſacræ ſynodi fide dignorum ſit relatione deductū, quòd dictus dominus Eugenius Papa ſuper alienandis nonnullis ciuitatibus, caſtris & terris Eccleſiæ Romanæ & aliarum eccleſiarum, habuit & habet diuerſos uariosque tractatus, quæ quidem alienationes in fomentum dictæ prætenſæ huius ſacri concilij diſſolutionis, & ipſius concilij eneruationem fieri moliuntur, & in damnum & iacturam patrimonij beati Petri aliarumque eccleſiarum cederent manifeſtè: idcircò his & aliâs ex bonis & iuſtis cauſis, quæ ad hoc cuiuſlibet rectè ſentientis animum inducere debent, hæc ſancta ſynodus eidē domino Eugenio omne alienationis, infeudationis & impignorationis genus bonorum immobilium, ac etiam mobilium precioſorum & iurium Eccleſiæ Romanæ, & aliarum eccleſiarum quarumcunque, necnon authorizationem alienationum bonorum immobilium & iurium aliarum eccleſiarum, omnemque indictionem ſeu impoſitionem nouarū gabellarum, & aliorum onerum in alma urbe Romana & aliis terris Eccleſiæ Romanæ, necnon impoſitionem cuiuſcunque grauaminis ſeu ſubſidii ſub nomine decimæ vel quocunque alio nomine cenſeantur, penitus interdicit, omnesq; alienationes, infeudationes & impignorationes de eiſdē bonis immobilibus, & iuribus Eccleſiæ Romanæ & aliarum eccleſiarum, & authorizationem huiuſmodi per dictum dominum Eugenium factas & fiendas, ac gabellas & alia onera per eūdem dominum Eugenium impoſitas ſeu impoſita caſſat, reuocat, irritat, & annullat adeò, ut nec ius aliquod tribuant, nec præſcribendi etiam cauſam pariant. Datum in ſeſſione publica eiuſdem ſanctæ ſynodi in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata, decimoquinto Calendas Ianuarij, Anno à natiuitate dōi milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſecundo.

SESSIO NONA.

In qua conciliū recipit Sigiſmundū Imperatorē.

Ianuarij, Die 22. an. 1433. SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriā. Inter iuſtitiæ opera nil iuſtius, nilque dignius eſſe conſtat, quàm eos, qui pro vniuerſalis Eccleſiæ vtilitate ſolicitudinis ſtudia vtilesq; labores impendunt, ac puro mentis affectu ſolertibuſque uigiliis eccleſiaſtica iura tuentur, ipſius Eccleſiæ munire præſidiis, aduerſus ea præſertim incommoda, quæ in eos pro impenſis Eccleſiæ Dei obſequiis moliuntur. Cùm itaque chariſſimus Eccleſiæ filius & eiuſdē fideliſſimus aduocatus Sigiſmundus, Romanorum, Hūgariæ, Bohemiæ &c. rex, pro vniuerſalis Eccleſiæ vtilitate, huius ſacri concilij generalis ipſam repræſentantis protectionem in ſe ſuſcipiens, ipſique conſtanter adhærens, ſuæ laudabilis ſolicitudinis ſtudiis virtuoſisque laboribus, tam cum domino Eugenio Papa quarto, ut attentatam diſſolutionem ipſius concilij reuocando, ipſi concilio adhæreret, quàm etiam cum Chriſtianitatis principibus & prælatis, dominisque & communitatibus, ipſius ſacri concilij fauorem & augmentum ſtuduerit & ſtudeat multiſariè promouere: idcircò dignæ gratitudinis uicem rependens hæc ſancta ſynodus, eundem ſub ſpecialis protectionis ſuæ munimine ſuſcipit, necnon quoſcunque proceſſus, etiam priuationem regnorum, prouinciarum, dominiorum, honorum & quarumlibet dignitatum forſan continentes, contra præfatum Romanorum regem factos, aut etiam ſub cenſuris & pœnis eccleſiaſticis aut aliis quibuſcunque, per ipſum dominū Eugenium Papam aut alium eius nomine prolatos, uel in poſterum quouis modo faciendos, aut etiam proferendos, authoritate omnipotentis Dei caſſat, irritat, & annullat, ac, ſi decæterò attententur, fieri nunc pro tunc caſſos & nullos eſſe decernit, ac nullius exiſtere roboris uel momenti. Vniuerſis autem Chriſtifidelibus, etiam ſub pœnis latæ ſententiæ excommunicationis & priuationis dignitatis cuiuſlibet eccleſiaſticæ uel mondanę interdicit, ne quiſpiam ipſi domino Eugenio Papæ aut alteri eius nomine, circa proceſſus huiuſmodi factos uel fiendos, aut eorū executioni quouis modo obedire uel parére præſumat. Quinimo præfato regi quilibet obediat, & parére teneatur, ſicut prius de iure tenebatur, ac ſi dicti proceſſus nunquam emanaſſent, vel etiam emanarent.

In eadem ſeſſione caſſat ſynodus proceſſus contra ducem Vuilhelmum protectorem concilij, & alios adhærentes concilio.

Et inſuper pari modo quoſlibet proceſſus per præfatum dominum Eugenium Papam aut alium eius nomine, cōtra quaſlibet alias perſonas cuiuſuis gradus, ſtatus, præeminentiæ & honoris exuterint, etiam ſi regali, reginali,

ginali, ducali ant alia quauis præfulgeāt dignitate, & præſertim contra dilectum Eccleſiæ filium nobilem uirum Vuilhelmum ducem Bauariæ, huius ſacri cōcilij nomine pręfati regis Romanorum potectorem, necnō ciuitates, vniuerſitates quarumcunque ciuitatum & terrarum, & maximè Romanæ Eccleſiæ mediatè uel immediatè ſubiectas, uicarios quoque, rectores gentium, armigerorū & capitaneos officiales & ſingulares perſonas earundem, huic ſanctæ ſynodo adhærentes factos & prolatos, vel in poſterum faciendos aut proferendos, etiam contra ſimiles perſonas, ciuitates & vniuerſitates, quæ in futurum adhærebunt, poſtquàm ad hæſerint, hæc ſancta ſynodus caſſat, irritat & annullat: & ſi in futurum fieri attententur, nūc pro tūc caſſos & nullos eſſe decernit, ac nullius exiſtere roboris vel momenti. Vniuerſis quoque Chriſtifidelibus, etiā ſub ſimili pœna latæ ſentētiæ excommunicationis, & priuationis dignitatis cuiuſlibet eccleſiaſticæ vel mundanæ interdicit, ne quiſpiā ipſi domino Eugenio Papæ aut alteri eius nomine, circa proceſſus huiuſmodi factos uel fiēdos, aut eorum executioni quouis modo obedire uel parēre præſumat. Celebrata fuit hæc ſeſſio die uigeſimaſecunda Ianuarij, Anno domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimotertio. Lecta & publicata per reuerendum patrem & dominum, dominū Franciſcum Epiſcopum Cumanum, celebrante reuerendo domino patriarcha Antiocheno.

SESSIO DECIMA.

Die 19. Februarij, 1432. ANNO domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimotertio, in dictione vndecima, die uerò Iouis decimanona menſis Februarij, celebrata fuit ſeſſio decima in naui eccleſiæ Baſileenſis. In qua poſt miſſam de Spiritusancto per reuerendū in Chriſto patrem dominum Mathæum epiſcopum Albinganenſem ſolenniter decantatam, orationibusq́ue, litaniis, euangelio ſecundum
Matt.19.d Matthæum, Dixit Simon Petros ad Ieſum, Eccè nos reliquimus omnia &c. aliisq; ſuffragiis cum hymno, Veni creator ſpiritus, decantatis, aſſiſtentibus & præſentibus in eadem quadragintaſex prælatis in mitris eorū planis, de quorum numero tres presbyteri & duo diaconi cardinales in utriſque lateribus collocati extiterunt. Necnon illuſtriſſimo principe dn̄o Vuilhelmo duce Bauariæ &c. huius ſacri concilij protectore, vnà cū aliis quàmplurimis honorabilibus utriuſque tam ſpiritualis quàm ſecularis ſtatus perſonis, ex iniuncto ſibi mandato pro parte ipſius ſacrę ſynodi, reuerendus in Chriſto pater domi-
* Germanus. nus ſcilicet * Crimanus epiſcopus ambonem
* Cumanus. ad hoc ordinatum aſcendens, decreta infraſcripta, de uerbo ad uerbum alta & intelligibili uoce legit, & ſolenniter publicauit.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritusancto legitimè congregata vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. Pridem in octaua ſeſſione huius ſacri concilii in decreto citationis domini Eugenii Papæ quarti, clauſula quædam infraſcripti tenoris adiecta fuit, uidelicet adiiciēs, quod ſi dictus dominus Eugenius Papa præmiſſis parēre contempſerit & dicto tempore ſexaginta dierum pendente, aliquas promotiones fecerit ad cathedrales eccleſias uel eccleſiaſticas dignitates, vel alia quæcunque beneficia uel officia, in fomentum dictæ ſuæ prætenſæ diſſolutionis, & eneruationem, diminutionem ſeu impedimentum huius ſacri concilii, de quo ipſius ſacri concilii arbitrio iudicabitur, an factæ fuerint in fomentum, tales promotiones, hęc ſancta ſynodus caſſat, irritat, & annullat. Hāc autem clauſulam pro tuitione huius ſacri concilii & perſonarum eidem adhærētium, hæc ſancta ſynodus extendit, & uires habere vult, uſquequò per ipſam ſanctam ſynodum ſuper hoc aliter fuerit ordinatum.

Extenſio decreti quod incipit, Ambitioſorum.

Ex eadem etiam cauſa decretum illud, qđ incipit, Ambitioſorum &c. in eadem ſeſſione promulgatum, hæc ſancta ſynodus extendit ad perſonas collegiorum, capitulorum, monaſteriorū & conuentuum ſeu alias quaſcunque, quæ aliquem admittere ſeu recipere præſumpſerint in poſſeſſionem dignitatum, officiorum uel beneficiorum perſonarum, quæ in dicto decreto exprimuntur,

Accuſatio contumaciæ Papæ.

Deinde dictis decretis pronunciatis, promotores præfatæ ſanctę ſynodi, per oraculū magiſtri Henrici de Behenheym officialis curiæ Baſileenſis &c. contumaciam domini noſtri Papę Eugenij quarti accuſarunt, prout in ſchedula continetur, cuius tenor ſequitur, & eſt talis: Reuerendiſſimi reuerendique patres & domini, cùm iādudum de mēſe Aprilis proximè pręterito, in publica ſeſſione hęc ſancta ſynodus exoraſſet, monuiſſet, ac debitè omni cum inſtantia humiliter requiſiuiſſet dominum Eugenium Papam quartum, ut illam ſuam prętenſam diſſolutionem huius ſacri concilij aliâs per ipſum factam, ſicut de facto proceſſerat, de facto etiā reuocare deberet, ac ipſam etiam reuocationem, quemadmodùm & diſſolutionem huiuſmodi prętenſam, per diuerſas mundi partes tranſmitteret & publicaret, ac ipſi ſacro concilio Baſileenſi (ſicut tenebatur) aſſiſteret fauoribus opportunis, fuerit quoque ſtatutus exinde ſibi terminus quatuor menſium ad ueniēdum perſonaliter, uel alias perſonas idoneas mittendum

Digitized by Google

teodum ad hoc ſacrum concilium cum plena poteſtate ad omnia & ſingula peragenda in hoc ſacro concilio, prout hæc latiùs in decretis ipſius ſanctæ ſynodi cõtioentur, & dicto termino quatuor menſium adueniente, fuerit per nos ſæpedictæ ſacræ ſynodi promotores & procuratores, ac nomine eiuſdẽ coram ueſtris reuerendiſſimis paternitatibus ipſius domini Eugenii, nullatenus in p̃miſſis parenus, contumacia debitè accuſata, petitũque ipſum contumacem declarari. Et licet tunc ſancta ſynodus ſolita utens manſuetudine, huiuſmodi petitionem noſtram non ſpreuerit, neq; contumaciam petitam declarauerit, producta tamen noſtra aſſumens, interloquẽdo ſe deliberare uelle decreuit. Quæ quidem deliberatio per tres menſes exinde ſubſequentes perdurauit, per quos hæc ſancta ſynodus ad omnem eius grauitatẽ & mãſuetudineni in procedendo clarè oſtendendum, ipſi domino Eugenio expectato, ſi fortè reſipiſceret in præmiſſis, nec tamen adhuc patente, die decimooctauo menſis Decẽbris proximè p̃teriti in publica ſeſſione cùm adhuc uiderent præfatum dominum Eugeniũ in priori ſua cuntumacia perdurare, ac etiã quod longè deterius erat, hoc ſacrum concilium ſubuertere uariis modis ſatagere, necnon quandam congregationem ſub nomine generalis concilij in præiudicium & euerſionem huius ſacræ ſynodi indicere, ipſum per ſuum decretum ſolẽne iteratò ad ſuperabũdantem caotelam, & ut in magis manifeſta conſtitueretur contumacia, omni cum reuerẽtia admonuit, exhortata eſt, ac eidẽ ex parte omnipotentis Dei præcepit atque mandauit, quatenus infra ſexaginta dies à dicta die decimaoctaua menſis Decembris ſubſequẽtes, prædictas prætenſas diſſolutionem & conuocationem congregationis ſub nomine generalis concilii publicè reuocaret, huicque ſacro cõcilio publicè purè & ſimpliciter adhæreret, realiter & cum effectu: alioquin hęc ſancta ſynodus abſque ulteriori monitione ſeu citatione contra ipſum ſuper præmiſſis & omnibus aliis in ipſo ſacro concilio peragendis uſque ad finem debitum incluſiuè procederet, prout Spiritusſanctus dictaret, & tam de iure diuino quàm humano foret procedendum. Verùm reuerendiſſimi reuerendique patres & domini, cùm præfatus dominus Eugenius, dictis ſexaginta diebus iã elapſis pro ultimo & peremptorio termino ſibi quoad p̃miſſa aſſignatis, circa omnia & ſingula ſibi per hanc ſacram ſynodum (ut eſt præmiſſum) præcepta & mandata negligentem ſe reddiderit, & minimè paruerit, imò in eius priori contumacia (quod dolenter referimus) adhuc perſeueret & perduret, nos duo, magiſter Hugo & ego, promotores & procuratores prædicti, ad probationem & iuſtificationem omnium & ſingulorum præmiſſorum pridiè in generali coogregatione in domo Prædicatorum decimaſeptima huius menſis habita producentes & repetentes omnia & ſingula inſtrumẽta & decreta, acta * actitata, & munimenta in præmiſſis facientia, & maximè primæ monitionis & requiſitionis cum executione earundem debitè facta, necnon eiuſdẽ domini Eugenij cõtumaciam aliàs accuſatam, ac decretũ huius ſecũdæ citationis cum eius debita publicatione & executiune, prout hæc omnia latiùs apud acta huius ſanctæ ſynodi ſunt conſcripta, p̃fati domini Papæ contumaciam accuſauerimus, debita cum inſtantia requirentes, ut eũdem ueſtræ reuerendiſſimæ paternitates pro contumace haberi uellent & reputari: contraq; eũdem ſuper præmiſſis & omnibus in hoc ſacro concilio peragendis uſq; ad finem debitum incluſiuè, ſine vlteriori citatione, prout Spiritus ſanctus dictaret, procedere: necnon certam diem profeſſione publica habenda ad huiuſmodi contumaciam ſolenniter accuſandam deputare, & locum congregationis generalis fore habilem pro huiuſmodi actu contumaciæ accuſatæ, declarare dignarentur: ueſtræq; reuerẽdiſſimæ paternitates poſt nonnullas deliberationes dictũ locũ congregationis ad hoc habilem & idoneum ad præmiſſa decernentes & declarantes, pro præmiſſa contumacia per nos accuſanda, hanc diem necnon & ſeſſionem publicam præſentem nobis miſericorditer ſtatuere & aſſignare decreuiſtis, prout hæc omnia in ſupradictis actis huius ſacri concilij pleniùs cõtinentur, ad q̃, quo ad hoc, nos referimus. Vndè reuerendiſſimi reuerendique patres & domini, iuxta prædictam ſeſſionis publicæ aſſignationem, nobis (ut præfertur) gratioſiùs cõceſſam, nos prædicti p̃motores iteratò cum ea qua poſſumus & debemus inſtantia, apud reuerendiſſimas dominationes ueſtras & coram hoc ſacro concilio, præfati domini Eugenij Papæ ſuper omnibus & ſingulis in dictis citationum decretis cõtentis, contumaciam accuſamus, petentes & eadem cum inſtantia requirentes, ut reuerendiſſimę paternitates ueſtræ (prout iuſtitia ſuadet, & ordo iuris poſtulat & rationis) declarent ipſum dominum Eugenium in præmiſſis cõtumacem, ac pro tali eum habeant & reputent. & inſuper contra ipſum ſuper præmiſſis & omnibus aliis in hoc ſacro cõcilio peragẽdis uſque ad finem debitum incluſiuè, ſine vlteriori citatione (prout Spiritusſanctus dictauerit) & de iure diuino paritèr & homano fuerit procedendum, procedi, ac prout in huius ſacræ ſynodi clericis decretis pleniùs continetur. Qua ſiquidem contumacia (ſicut præfertur) in ſcriptis accuſata, reuerendiſſimus pater dominus cardinalis legatus * pro & nomine ſacri concilii iniunxit reuerendis patribus dñis Vticenſi & Nouarienſi epiſcopis, quatenus ad ualuas eiuſdem eccleſiæ irent, ad inquirendum vtrùm ſanctiſſimus

[margin: for. ſtita, &]

[margin: for. ſe &]

mus dñs noſter Eugenius Papa quartus, cuius cõtumacia nũc p ꝓmotores fuit accuſata, aut aliquis alius eius noĩe eſſet ibidẽ, q vellet cõparere coram ſacroſancta ſynodo ibidem exiſtẽte, facturus & adimpleturus illa ad quę per duas citationes ſeu monitiones citatus ſeu monitus fuit. Qui quidem duo dñi epiſcopi de mãdato quo ſuprà, aſſomptis etiam nobis notariis infraſcriptis, ad eaſdem ualuas iuerunt, altaq; & intelligibili uoce p organũ præfati dñi epiſcopi Nouarienſis trina uice proclamauerunt, inquirentes prout eiſdem per dictum dominum legatũ noĩe dicti ſacri concilij fuerat iniunctum, petentes à nobis notariis publicum inſtrumentum ad perpetuã rei memoriã, &c. Qua ſic facta trina proclamatione, nemineq; pro dicto dño Eugenio cõparente, ad præſentiam eiuſdem ſacri concilii in eadem eccleſia conſtituti, redeuntes, retulerunt, prout ſuprà, proclamaſſe, nec aliquẽ nomine prædicti dñi Eugenij coram eis comparuiſſe. Poſt quam quidẽ relationem promotores ſacri concilij per organum domini officialis Baſileenſis proponentes, dixerũt in effectu ſimilia uerba: Reuerendiſſimi reuerendiq; patres & domini, audiuerunt ueſtræ reuerendiſſimæ paternitates relationem per dños Vticenſem & Nouarienſem epiſcopos factam, & quia præfatus dñs Eugenius, licet debitè uocatus & expectatus, per ſe uel alium non cõparuit, ꝓut neque comparet, eius contumaciam iterum & ex ſuperabundanti accuſarunt, trina uice petentes ipſum per ſacrum conciliũ pro cõtumace reputari, & declarari, reproducentes & repetentes acta & decreta huius ſacri concilij Baſileenſis, necnõ duas citationes & earum executiones unà cum omnibus actis & actitatis in huiuſmodi cauſa, petenteſq; diẽ certam pro ſeſſione publica ſuper huiuſmodi declaratione fienda, eiſdẽ aſſignari. Quibus petitis, dominus cardinalis legatus & p̄ſidens generalis dicti ſacri concilij & nomine eiuſdem, uerba ſua dirigens ad ipſos promotores, dixit: Venerabiles promotores audiuit hæc ſancta ſynodus relationem factam per præfatos dominos epiſcopos & petitionem ueſtrã, idcircò hæc ſancta ſynodus iudices huius ſacri cõcilii deputat & ordinat ad uidendum & ad examinandum ꝓceſſum factum contra eundem dominũ Eugenium, & referant in congregatione generali. Qua facta relatione, ſacrum conciliũ deliberabit ſuper declaratione contumaciæ & aliis in huiuſmodi cauſa peragẽdis, ac in ſeſſione ſuper hoc decernenda uobis reſpõdebit. De & ſuper quibus omnibus & ſingulis ſupradicti promotores & eorũ quilibet, ad perpetuam rei memoriam, petierunt & petiit à nobis notariis fieri vnum uel plura, publicũ* & publica inſtra. Datũ in ſeſſione publica eiuſdẽ ſanctæ ſynodi in eccleſia maiori Baſileenſi ſolẽniter celebrata, die Iouis 19. menſis Februarii, anno à natiuitate domini 1433.

*for. * uel publica, inſtrumentum uel

SESSIO XI.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis in Spiritu ſancto legitimè congregata vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. Quoniam frequens generalium conciliorum celebratio tanquam agri dominici præcipua cultura, vniuerſalem Eccleſiæ ſtatum concernit, ideo ſumma cum diligentia intendendum eſt, vt cunctis obſtaculis quæ tam ſalubrem inſtitutionem impedire poſſent, accuratè obuietur. Inhærens igitur hæc ſancta ſynodus ordinationi decreti concilij Conſtantienſis, qđ incipit, FREQVENS, cupienſq;, ne ſcandala quæ (prohdolor) diebus noſtris contigerũt, futuris temporibus in perniciem Eccleſiæ repullulent, ſtatuit & decernit, ut Romanus pontifex, qui primus in uinea domini laborare, & alios ſuo exemplo ad laborãdum trahere tenetur, per ſe uel legatum de latere aut legatos, eligendum uel eligendos de conſilio & aſſenſu non auriculari duarũ partium cardinalium, in conciliis generalibus debeat intereſſe: necnõ omnes & ſingulæ perſonæ eccleſiaſticæ, quæ de iure uel cõſuetudine generalibus conciliis adeſſe debent, deinceps ad ipſa generalia concilia tam uigore ipſius cõſtitutionis, FREQVENS, iã dicta, quàm huius ſacri concilij Baſileenſis, uel alterius futuri legitimè cõgregati authoritate indicenda, ſine alia uocatione uenire perſonaliter aſtringantur, niſi legitimo detineantur impedimento: quo caſu, perſonas idoneas cum ſufficienti mandato deſtinare teneantur. Quòd ſi ipſe Romanus pontifex, & aliæ p̄dictæ perſonæ hoc facere neglexerint, aut ipſum concilium quoquo modo de facto impedire, morare, ꝓrogare, diſſoluere, operam dederint, & infra quatuor menſes cum reali ſatisfactione non reſipuerint, ex tunc Romanus pontifex à Papali, & prædictæ perſonæ à ſuarum dignitatum adminiſtratione ſint ipſo facto ſuſpenſi. Quæ quidem Papalis adminiſtratio ad ſacrũ concilium ipſo iure deuoluatur. Quòd ſi pœnas prædictas per duos menſes poſt dictos quatuor animo ſuſtinuerint indurato, contra tã Romanum pontificem quàm prędictas perſonas, uſque ad priuationem incluſiuè, per concilium generale procedatur.

Constantienſis cõcilij ſeſſ. 39.

Quòd liberum ſit cuilibet venire ad concilium.

Statuit quoque hæc ſancta ſynodus, ut nõ obſtante quacunque, etiam Romani pontificis prohibitione, omnibus quibuſcunque cuiuſcunque ſtatus & conditionis exiſtant, etiam ſi ſint ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales, liberum ſit ad generalia proficiſci. Quodque ipſe Romanus pontifex ad ipſa concilia generalia accedere uolentibus, & p̄ſertim prædictis cardinalibus, licentiam (ſi petierint) impartiri teneatur.

Decla-

Hancq; profeſsionem tam ipſe quàm collegium cardinalium inſerant literis, quas de nnua aſſumptione Papæ per orbem de more tranſmittent.

Quòd publicetur hoc decretum in ſynodis.

Vt tam ſalutaris ac neceſſarij decreti nullus poſſit ignorantiam prætendere, mandat hæc ſancta ſynodus in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus metropolitanis epiſcopis, vt in prouincialibus & ſynodalibus Cõcilijs prælatis religionum in ſuis capitulis generalibus huiuſmodi decretum legi faciant & publicari.

Concilium caſſat iuriſdictionem factam curialibus Romanæ curię, ne veniant ad ipſum Concilium.

Cùm liberũ eſſe debeat omnibus, ad hoc ſacrum Concilium generale, quod vniuerſalem repræſentat Eccleſiam, proficiſci, & conſequenter quicquid in contrarium quacunq; authoritate etiam ſi Papali, ſtatuatur, irritũ ſit cenſendum: ideo hæc ſancta ſynodus caſſat, irritat, & annullat quæcunque mandata, etiam ſub cenſuris, priuationibus beneficiorum & officiorum, inhabilitationibus ad eadem, & alijs quibuſcunq; pœnis facta & fienda, tam per dominum Eugeniũ Papam quartum, quàm eius camerarium vel alium eorum authoritate, curialibus & officialibus Romanæ curię, vel alijs quibuſcunque perſonis cuiuſcunque ſtatus & dignitatis exiſtant, ne de curia Romana recedant, per quæ facultas ad hoc ſacrum Concilium veniendi, tolli, impediri, vel reſtringi quomodolibet poſſet. Datum Baſileæ in ſeſſione publica celebrata in eccleſia maiori Baſileenſi, quinto Kalendas Maij, Anno à natiuitate domini 1433.

SESSIO DVODECIMA.

Die 14. Iulij, tunc feria tertia, 1433.

Decretum citationis contra Papam.

SAcroſancta Baſileenſis generalis ſynodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans ad perpetuam rei memoriam. Sancta catholica Eccleſia in ſacro Conſtantienſi Cõcilio conueniens, cùm animaduerteret neglectũ ſacrorum Conciliorum, præteritis temporibus occaſionem fuiſſe hæreſum, errorum, ſchiſmatum ac plurimarum deformitatum in populo Chriſtiano, ipſorumq; Conciliorum frequentationem, optimum fore dictarum peſtium ac malorum antidotum, diuina inſpiratione inſtituit, deinceps certis modo & tempore generalia Concilia celebrari. Prius autem ne quiſquam de ipſorum Conciliorum poteſtate hæſitaret, declarauit Cõcilium generale catholicam Eccleſiam repræſentans, poteſtatem è Chriſto immediatè habere, cui quilibet cuiuſcunque ſtatus vel dignitatis, etiam ſi Papalis exiſtat, obedire teneatur in his, quæ pertinent ad fidem & extirpationem ſchiſmatis, atque ad generalem reformationem Eccleſiæ in capite & in membris. Quodque eius mandatis, ſtatutis, ordinationibus & præceptis ſuper præmiſſis ſeu ad ea pertinentibus, quicunque etiam ſi Papalis fuerit dignitatis, obedire cõtumaciter contemnens, niſi reſipuerit, condigne pœnitentiæ ſubijciendus eſt & debitè puniendus, etiàm ad alia iuris ſubſidia (ſi opus fuerit) recurrendo. Authoritate igitur memorati Conſtantienſis Concilij, ac deinde ex inſtituto ſacri Cõcilij Senenſis, approbationeq; felicis recordationis Martini papæ quinti, & moderni domini Eugenij Papæ quarti, hęc ſancta ſynodus Baſileẽſis legitimè congregata, ad opus generalis reformationis Eccleſię in capite & in membris, necnon ad extirpationem hæreſum, omni cum diligentia in ſuo primordio procedere decreuit. Sed quoniam abſque pace Chriſtianorum principum hæc duo ſanctiſſima opera non facilem executionem habere poterant, profeſſa eſt etiã m ad pacem concordiamq; Chriſtiani populi velle totis viribus laborare, quemadmodùm hactenus fecit, feciſſetq; vberiùs ac fortè feliciùs, niſi grauib[9] fuiſſet per præfatum dominum Eugenium obſtaculis impedita. Et quoniã inter Chriſtianos nemo eſt, cuius pro ſua dignitate magis interſit quàm ſummi pontificis, huiuſmodi ſacris operibus intendere, hæc ſancta ſynodus à ſuæ congregationis initio dominum Eugenium per binas ambaſiatas cum magna inſtantia deprecata eſt, vt ſuas operas conſiliaque & auxilia ad ipſam ſynodũ fouendam & promouendã vellet impendere. Cùm verò ab ipſo domino Eugenio Papa pro ſuo paſtorali officio omne genus ſubſidij & ſuffragij ſperaremus, lugubri nuncio ad nos perlatum eſt, hoc ſacrum Concilium tam ſolenniter inſtitutum, & pro tam neceſſarijs negocijs congregatũ, in publico conſiſtorio de facto, cùm de iure non poſſet, tentaſſe diſſoluere. Quod nos audientes, triſtitia conſternati, magnoque mœrore confecti ſumus. Nec modò nos ſacrum Cõcilium celebrantes huiuſmodi prętenſa diſſolutio ſupra modũ ſcandalizauit, ſed & omnem populum Chriſtianũ, qui tam ſanctorum operum felicem exitũ magno cum deſiderio expectabat. Exiſtimans tũc hæc ſancta ſynod[9], ſiniſtris informationib[9] ipſum dominũ Eugenium fuiſſe circumuentũ, mox ad eum venerabilem epiſcopũ Lauſanen. & decanum Traiecten. oratore deſtinauit, eidem oſtenſuros cauſas præſenſę diſſolutionis à veritate procul eſſe, ſupplicaturosq; vt cùm huiuſmodi res grauiter ac notoriè Eccleſiam perturbaret, plurimæq; in Chriſtiano populo exindè calamitates ſecuturæ eſſent, ipſam diſſolutionem tam ſcandaloſe factam, omnino reuocaret, & huic ſanctæ ſynodo, ſicut digni-

Conſtantienſis Cõcilij, ſeſſ. 39.

Conſtantienſis Cõcilij ſeſſ. 4. & 5.

Conſtantienſis Cõcilij ſeſſ. 5.

dignitatem ſuam decebat, cum effectu adhæreret. Sed ipſorum oratorum rationibus ac precibus nequaquam motus, eos ad oos vacuos remiſit. Quod tam graue ac notoriũ ſcandalum hæc ſancta ſynodus fere non valens, ipſum dominum Eugenium in publica ſeſſione monuit, vt infra quatuor menſes prætenſam diſſolutionem rot ſcandalorum cauſam, penitus aboleret. Interim antem & poſt chariſſimus Eccleſiæ filius Sigiſmundus Romanorũ Imperator illuſtris tanquá Eccleſiæ fidelis aduocatus, pluribus notabilibus ambaſiatis ac crebris literis ipſum do minum Eugeniũ humilimè deprecatus eſt, vt ab huiuſmodi eccleſiæ perturbatione omnino deſiſteret. Idipſum etiam zelo fidei & eccleſiæ ſuccenſi quã plures reges & principes, Cardinales ac prçlati, tã in curia Romana quàm extra, rogando, obſecrãdo, monendo, ſedula cum inſtantia fecerunt. Et quidẽ tot preces & requiſitiones vndiq; ſibi porrectç ſunt tã piè, humiliter & deuotè, vt (quod dolenter referimus) ſi pax & trãquillitas eccleſiæ ſibi fuiſſet cordi, nullatenus diſſentire potuiſſet. Circa autem ipſorum quatuor menſium exitom ad nos quatuor oratores tranſmiſit, non vt emendarent, ſed errata defendereut, noſq; increparẽt, quod mox ſuæ prætenſæ nõ paruiſſemus diſſolutioni. Quibus per reſponſiones huius ſacri Cõcilij, veritas tam iuris diuini & bumani, quod ſine conſenſu Cõcilij diſſoluere nequiuerat, quá facti, quòd cauſæ prçtenſæ diſſolutionis veræ non fuerãt, extitit luce clariùs pateſacta. Tranſactis his quatuor mẽſibus, cùm in publica ſeſſione promotores ſacri Cõcilij ipſi⁹ domini Eugenij contumaciam accuſantes, eum contumacem declarari peterent, ſancta ſynodus à dictis oratoribus exorata, vt ſuperſedere dignaretur pro tũc, & vſq; ad tres menſes poſteà diſtulit. Er cùm interim nulla ſuæ emendationis indicia appaterẽt, imò quotidiè in ſoo ꝓpoſito duriùs perſeuerãs, inoomeris modis quos honeſtatis cauſa reticemus, ipſam ſanctã ſynodum diſſipare & euertere conaretur: nos licet ſuadente iuſtitia acrioribus remedijs vti potuiſſemus, nihilominùs manſuetudinis noſtræ non immemores, iterũ ipſum monuimus, & ex parte omnipotentis Dei præcepimus, vt infra ſexaginta dies diſſolutionẽ prætẽſam prorſus reuocaret, & ſacro Cõcilio purè, ſimpliciter, & cum effectu adhæreret. Quibus exactis, iterum per promotores Cõcilij ipſius domini Eugenij contumaciã fortius accuſantes inſtantiùs interpellati ſumus, vt ad declarationem contumaciæ & ad pœnas, quas tanta contumacia exigebat, procederemus. Er oihilominùs aliquaodiu differre decreuimus, ſi fortè tantã ſacri Cõcilij pietatem videns, ipſe quoq; ad pietatem flecteretur. Ioterea quatuor alij ſui oratores ad nos ſuperuenerunt, varias ſecum facultates, imò veriùs difficultates & inuolutiones afferentes, per quas monitioni noſtræ nullatenus parebatur, nec prætẽſa irritabatur, ſed potiùs firmabatur diſſolutio. Multa etiam alia in his continebantur non mediocriter abſurda, & ſacro prçiudicialia Cõcilio, quibus, ſine Dei offenſa & graui iactura Eccleſiæ, nullatenus aſſentire poteramus, pront hæc in reſponſione dictis ambaſiatoribus ſextadecima die Iunij tradita, diffuſe deſcribuntur. Poſt itaq; duos menſes, qui decima nona Februarij expirârunt, vſq; ad præſentem diem patienter diſtulimus, ſperantes ipſum dominum Eugenium plenam tandem adhærentiã præbiturum, ſed (vt rei euidentia iam demonſtrat) quo magis pulſatur, eo ampliùs ſuas obturat aures. Et quanto ſecũ benignius ac modeſtius agitur, eo tenaciùs in ſuæ diſſolutionis propoſito perſeuerat: & quãtùm ex eius verbis factiſq; colligi poteſt, nil aliud prçtendere videtur, niſi vt eccleſiã peſſundet, iuſq; ſibi & ſucceſſoribus faciat, non ſolùm abrogandi ritũ ſacrorum Conciliorum & ea pro libito diſſoluendi, ſed & ipſorum ſacratiſſima decreta ſpiritu Dei promulgata, à quibus ſtatus pendet vniuerſalis Eccleſiæ, irritandi & abolendi, & præſertim declarationem illam, quòd in his quæ ad fidem, extirpationem ſchiſmatis, & generalem Eccleſiæ reformationem in capite & in membris pertinent, quilibet, etiã Papalis dignitatis, decretis generalis concilij ſubijcitur. Ex quibus quot quantaque mala ac ſcandala ex nũc & in futurom ſuccedere poſſiot, ſatis omnibus liquet, & in præfata reſponſione latè exprimitur. Cùm ergo iam vltra annum & dimidium, in caſſum apud eum laborauerimus, nec noſtris aut aliorum precibus & monitionibus flecti velit, nec eum quantacunq; manſuetudine ac patiẽtia ad ea quæ pacis & rationis ſunt, mouere queant, quid ampliùs fruſtrà immorandum eſt? Forſan noſtram patientiam putat aſſenſum, & ex lõga dilatione fiduciam perſeuerandi aſſumit, quaſi arbitretor ſe rectè feciſſe, nec eccleſiã in eum quicquam poſſe, cui nullam irrogare pçnam auſa eſt. Veremur, ne facilitas veniæ, incentiuũ ſibi tribuat delinquẽdi. Timemus, ne ſi delicta notoria intacta dimittamus, fouere ipſa iudicemur. Christus Deus ooſter cùm in Hieruſalem pergeret, opus noſtræ redẽptionis impleturus, & Petrus eum prohibere vellet, compeſcuit eum, dicens: Vade poſt me ſatana, ſcandalum mibi es, quia nõ ſapis quæ Dei ſuot, ſed ea quæ hominum. Beatus Paulus cùm vidiſſet B. Petrum Apoſtolorũ principem circa obſeruationem legaliũ reprehenſibilem fore, & non ambulare ad veritatem euangelij, reſtitit ei coram omnibus in faciem, & eum à ſimulatione, in quam alios deducebat, veritatis zelo repreſſit. Eccleſia catholica ſæpenumerò ſummos pontifices,

Hęc, ſicut & alia pleraque, nimis acerbè in Pontificem dicuntur.

Mat. 16. d & Mar. 8. d

Gal. 2. e

ces, ſiue à fide delirantes, ſiue prauis moribus notoriè Eccleſiam ſcandalizantes, correxit & iudicauit, neq; vbi de fidei periculo aut ſcãdalo religionis Chriſtianæ agebatur, Romanis pontificibus pepercit. His exemplis ac rationibus hæc ſancta ſynodus excitata habens, à Deo authoritatem animaduertendi in eos qui ipſam non audierint, conſiderãſque expedire iam ſaluti animę ipſius domini Eugenij, quàm ſtatui vniuerſalis Eccleſię modernis futuriſq; temporibus, amodò in dictum dominũ Eugeniũ acrioribus remedijs, quoniam quidẽ leniora non proſunt, ꝓcedere decreuit. Et quanquã in tam notoriè & incorrigibiliter ſcandalizantẽ Eccleſiam, ſtatim poſſet finalem ferre ſententiam, neſciens tamen maternæ pietatis obliuiſci, intuitu etiã præfati ſereniſſimi Imperatoris, qui p ſuas literas ſuper hoc nos exactè rogauit, adhuc ipſum dominum Eugenium tertiò monere ac etiam tertiã ei indulgere dilationem proponit, vt in ſua poteſtate ſit, ſi velit pęnam euitare: idcirco hęc ſancta ſynodus præfatum dominum Eugeniũ, cum quanta poteſt inſtãtia & affectu per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti rogat, orat, obſecrat, monet, citat & requirit, & ex parte omnipotẽtis Dei vltimò & peremptoriè mãdat & præcipit, vt prædictam prætẽſam notoriè ſcãdaloſam diſſolutionem penitus reuocet, & hoc ſacrũ Baſileẽſe Concilium, per generalium Conſtantieñ. & Seneñ. Cõciliorum ſtatuta, approbationemq; felicis recorda. Martini Papę quinti, & ipſi⁹ domini Eugenij, legitimè inchoatũ, declaret à tempore huiuſmodi inchoationis continuatũ fuiſſe & eſſe, ꝓſecutionemq; ſemper habuiſſe, cõtinuariq; ac proſecutionẽ habere debere, & ipſi purè & ſimpliciter adhęreat, & cũ effectu, & huiuſmodi reuocationem declarationemq; & puram adhęſionem, per ſuas literas more Romanæ curię bullatas huic ſacro Cõcilio notificet infrà ſexaginta dies, à die pſentis publicę ſeſſionis immediatè ſequentes. Quòd ſi dicta omnia & ſingula infra præfatos dies adimpleuerit cum effectu, hæc ſancta ſynodus ex ſua ſolita benignitate & clementia ipſum dominum Eugeniũ, quantùm cum Deo poterit, honorare & honorari facere intendit. Si verò (quod abſit) in pertinacia perdurauerit, omnia & ſingula prędicta infra pręlatos lx. dies realiter & cũ effectu non adimpleuerit, elapſis dictis lx. diebus, ex nunc prout extunc, & extũc prout ex nunc, hæc ſancta ſynodus in virtute omnipotẽtis Dei, à quo ſuper omnes Chriſtifideles immediate poteſtatem vendicat, prædictum dominum Eugenium manifeſtè contumacẽ, notoriè incorrigibiliterq; ſcandalizantem Eccleſiam, ab omni adminiſtratione papatus in ſpiritualibus & temporalibus ipſo facto ſuſpendit, & ſuſpenſum eſſe declarat, proceſſura tandem ad vlteriora, vſque ad ſententiã finalem incluſiuè, ſi opùs fuerit, ipſo domino Eugenio ampliùs nõ citato, ꝓut Spiritusſanctus dictauerit: omnẽ autem ipſius Papatus adminiſtrationem in his omnibus, quę in ſpiritualibus & temporalibus ad ſolum Papã, vel ad ſolam ſedem Apoſtolicã de iure pertinere noſcuntur, eadem ſancta ſynodus poſt dictũ terminum ad ſeipsã decernit & declarat ipſo facto eſſe deuolutam. Quicquid autem in caſu prędicto per ipſum dominum Eugeniũ, lapſo dicto termino, ratione Papatus factum fuerit & attentatum, decernit irritũ & inane. Quo caſu omnes reges, principes, communitates, & alios quoſcunq; cuiuſuis ſtatus & dignitatis exiſtant, hæc ſancta ſynodus monet & requirit, & eiſdẽ in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub diuini obteſtatione iudicij mandat, eccleſiaſticis verò perſonis, quacunque dignitate, etiã ſi Cardinalatus, patriarchali aut pontificali præfulgeant, ſub pœnis quas ipſo facto incurrant excommunicationis & ſuſpenſionis ab omnibus dignitatibus, beneficijs & officijs, quocunq; nomine nũcupentur, etiam ſi forent metropolitanæ aut cathedrales eccleſiæ, ſiue in titulum ſiue in commendam obtineant. Vicarijs autem gubernatoribus, vaſallis feudatarijs & ſubditis Romanæ Eccleſiæ, ſub pœna priuationis ipſo facto omniũ feudorum & aliorum quorumcunq; iurium & priuilegiorum, quæ ab ipſa Romana Eccleſia obtinẽt, diſtrictè pręcipit, vt præfato domino Eugenio, durante prædicta ſuſpenſione, prætextu cuiuſuis iuramenti, ſubiectionis aut promiſſæ fidelitatis, nullatenus ratione Papat⁹ obediãt. Adijcit quoq; hæc ſancta ſynodus, quod ſi præfatus dominus Eugenius, dicto termino lx. dierũ pendente, aliquas promotiones fecerit ad cathedrales eccleſias vel eccleſiaſticas dignitates, vel alia quæcũq; beneficia vel officia in fomentum dictę ſuæ prætenſę diſſolutionis, & eneruationem, diminutionem, ſeu impedimentum huius ſacri Cõcilij, de quo ipſius ſacri Cõcilij arbitrio iudicabitur, an factę fuerint in fomẽtum, eodem ſancta ſynodus huiuſmodi ſic factas promotiones caſſat, irritat, & annulat. Mandat pręterea in virtute ſanctę obedientię & ſub pœna priuationis, quã ipſo facto incurrãt, omnium ſuorum beneficiorum & officiorum, commendarum, penſionum & gratiarum quarumcunque, etiam expectatiuarum, omnibus & ſingulis ſanctę Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, epiſcopis & alijs eccleſiarum prælatis, officiarijs curiæ & clericis quibuſcunq; in Romana curia exiſtentibus, cuiuſuis ſtatus aut conditionis exiſtant, quatenus in caſu prædicto poſt lapſum dicti termini infra xxx. dies proximè & immediatè ſequentes, à curia Romana recedant, & deinde Cardinales omnino ſub pœna prædicta ad hoc ſacrum

Cócilium, omni mora poſtpoſita, veniant: patriarchæ verò, archiepiſcopi, epiſcopi & alij eccleſiaſtici, prout de iure vel conſuetudine ad generale Cócilium ire tenẽtur, ſub pœnis iuris iter ſuum ſine fraude continoãdo, ad ſacrum Concilium atripiant. Reliqui verò qui ad generale Concilium non tenentur venire, ad reſidendum & Deo ſeruiendum in proprijs beneficijs, vel ad hoc ſacrum Concilium ſine moræ diſpendio & omni fraude ceſſante, ſe transferant, & accedant. Omnes autem cauſas tam eccleſiaſticas quàm profanas, ciuiles & criminales, inter quaſcunque perſonas, cuiuſcunq; ſtatus, conditionis aut dignitatis exiſtant, in curia Romana pendentes, lapſo dicto termino lx. dierum, in caſu prædicto ab ipſa curia Romana eadem ſancta ſynodos ad ſe aduocat, & aduocatas eſſe vult, expreſsè inhibens ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ omnibus iudicibus, auditoribus & commiſſarijs quibuſcunq; prædictæ curiæ, ne poſt dictos dies in præfatis cauſis ꝓcedere, aut quicquam agere quoquo modo præſomant. Quicquid autem contra hanc aduocationem & inhibitionẽ attentari contigerit, ipſo iure decernit irritum & inane. Decernit tandẽ hæc ſancta ſynodus, huius decreti publicationem in præſenti ſeſſione factam, eiuſq; affixionem in valuis maioris eccleſię Baſileenſis, vim habere monitionis, citationis & executionis, & ita vniuerſos arctare, ac ſi perſonaliter apprehenſi & eis intimatum fuiſſet. Inſuper hæc ſancta ſynodus declarat & proteſtatur, quòd nihilominùs huiuſmodi dilatione lx. dierum pendente, cùm id rerum neceſſitas ſuadeat, aut qualitas agendorum, in vlteriori proſecutione Concilij & agẽdorum in eo procedere intendit ordinatè, debitè & maturè, nec proptetea ſuperſedere aliqualiter in proceſſu. Datum in ſeſſione publica eiuſdem ſanctæ ſynodi in eccleſia maiori Baſileenſi 3. Idus Iulij, anno à natiuitate domini 1433.

DECRETVM DE ELECTIONIBVS & confirmationibus epiſcoporum & prælatorum, ſub eadem duodecima ſeſſione expeditum.

*Ad perpetuam rei memoria &c. Sicut in

QVemadmodum in conſtruenda domo pręcipua eſt architectoris cura, vt tale iaciat fundamentum, ſuper quo firmũ perduret ædificium: ita in generali Eccleſiæ reformatione potiſſimum eſt huius ſanctæ ſynodi ſtudium, vt tales eccleſijs præficiantur paſtores, qui tanquam columnæ & baſes ipſam Eccleſiam doctrinæ & meritorum viribus firmiter ſuſtentent. Quanta autem in eligendis prælatis diligẽtia adhibenda ſit, officium eis iniunctum euidenter oſtendit. Ad regimen enim aſſumuntur animarum, pro quibus dominus noſter Ieſus Chriſtus mortuus eſt, & ſanguis eius ꝓcioſus effuſus. Propterea ſacri canones ſpiritu Dei promulgati, prouidè ſtatuerunt, vt vnaquæq; eccleſia ac collegium ſeu conuentus ſibi prælatum eligant. Quibus hæc ſancta ſynodus eodem ſpiritu congregata inhærẽs, ſtatuit & diffinit, generalem reſeruationem omnium eccleſiarum metropolitanarum, cathedralium, collegiatarum & monaſteriorum ac dignitatum electiuarum, per Romanum pontificem de cæterò fieri, aut facta vti non debere, reſeruationibus in corpore iuris clauſis, & his quas ĩ terris Romanæ Eccleſiæ ratione directi ſeu vtilis dominij mediatè vel immediatè ſubiectis fieri cõtigerit, ſemper exceptis: ſed quòd per electiones & confirmationes canonicas, ſecundum iuris communis diſpoſitionem, prædictis metropolitanis, cathedralibus, monaſterijs & collegiatis eccleſijs ac dignitatibus electiuis vacantibus, debitè ꝓuideatur, non derogando propterea ſtatutis, priuilegijs & conſuetudinibus rationabilibus, quibuſcunq; poſtulationibus in diſpoſitione iuris communis remanentibus. Decernitq́ue hęc ſancta ſynodus rationi fore conſentaneum & reipublicæ accommodum, vt contra hoc ſalutare decretum Romanus pontifex nihil attentet, niſi ex magna rationabili ac euidenti cauſa, in literis Apoſtolicis nominatim exprimenda. Et vt eo firmiùs hoc ſalubre decretum cuſtodiatur, vult eadem ſancta ſynodus, vt inter alia quæ Romanus põtifex in ſua aſſumptione profitebitur, iuret decretum hoc inuiolabiliter obſeruare. Et quoniam tales (vt prædictum eſt) oportet eſſe prælatos, hi ad quos ius pertinet eligendi, omnem curam adhibeant, vt dignam coram Deo & hominibus electionem faciant, exactamq́; proinde apponant ſolicitudinẽ, vt tales eligant, qui tanto officio valeant ſatisfacere. Scientes quòd ſi vel doloſe vel negligẽter ac timore domini poſtpoſito, in re tam graui ſe geſſerint, ſicut authores erũt & cauſa malorum paſtorũ, ita participes fient pœnarũ, quas ipſi mali paſtores in diſtricto Dei iudicio patientur. Et cùm humanæ fragilitatis conatus nihil ſine omnipotentis Dei ſuffragio queat efficere, à quo omne datum optimum & omne donum perfectum deſcendit, adueniente die electionis, hi ad quos põtificis vel abbatis ſpectat electio, in eccleſia conueniant, magna cum deuotione Miſsã de ſpũ ſancto audituri, quẽ humiliter exorabunt, vt eos ad dignum eligendum paſtorem inſpirare dignetur. Et vt eò faciliùs hanc gratiam obtinere mereantur, quò deuotiùs ad actum electionis accedant, contriti & confeſſi ſacramentum euchariſtię reuerenter ſuſcipient. Ad locum verò electionis ingreſſi pro quocunq; prælato, qui per electionem aſſumitur, iurabunt in manibus

Iac. 1. c

eius,

eius qui capitulo præſidebit, & ipſe præſidens in manibus cum immediatè ſequẽtis, ſub hac forma: Ego N. iuro, & promitto omnipotenti Deo & tali ſancto vel ſanctæ, ſub cuius vocabulo dedicata eſt eccleſia, eum eligere, quem credam futurũ eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus viliorẽ, nec illi vocem dare, quẽ veriſimiliter ſciuero promiſſione aut datione alicuius rei temporalis, ſeu prece per ſe aut aliam interpoſita, aut aliàs qualitercunque directè vel indirectè, pro ſe electionem procurare. Idem iuramẽtum præſtet, confiteaturq; & communicet, qui conſtituit procuratorem ad eligendum certam perſonam. Necnõ & procurator generaliter ad eligendum conſtitutus in caſibus, in quibus ſecundum iuris communis diſpoſitionem in huiuſmodi electionis negocio procurator conſtitui poteſt.* Quod etiam iuramentum præſtetur, ab his, in quos contingет ſuper electione futuri prælati fieri compromiſſum, qui etiam confiteri & communicare teneantur. Quòd ſi prædicta non fecerint, pro illa vice eligendi ſint ipſo iure poteſtate priuati. Deinde eligant in præfatum prælatum virum ætatis legitimę, moribus grauem, literarum ſcientia præditum, in ſacris ordinibus conſtitutũ, & aliâs idoneum ſecundum canonicas ſanctiones. Quòd ſi aliter & de alia perſona, quã vt prędictum eſt, aut per Simoniacam prauitatem electionem fieri contigerit, electio ſit ipſo iure irrita & inanis. Et ſic Simoniacè eligentes, præter alias pęnas, perpetuò ſint ipſo facto iure eligendi priuati. Alij verò canonicis pœnis ſubiaceant. Simoniacè autem electi, & qui huiuſmodi Simoniacæ electionis participes fuerint, taliterq; eligentes & confirmati, in horrorem tanti criminis pœnam ipſo facto excommunicationis incurrant, nec a tali reatu & excommunicatione electi & confirmati abſolui poſſint, niſi eccleſias & dignitates, ad quas turpiter aſſumpti ſunt, liberè reſignauerint, & ad eas obtinendas, quas nefario ingreſſu adepti ſunt, perpetuò reddantur inhabiles. Ad tollendam autem omnem ambitionis radicem, obſecrat per viſcera miſericordię Ieſu Chriſti hęc ſancta ſynodus, ac inſtantiſſimę exhortatur reges & principes, cõmunitates & alios cuiuſcunque gradus & dignitatis exiſtant, eccleſiaſticæ vel mundanæ, ne electoribus literas ſcribant, aut preces porrigant pro eo, qui per ſe vel per alium tales preces ſeu literas procurabit, multoq; minùs comminationes, impreſſiones aut aliud faciant, quo minùs liberè ad electionem procedatur. Similiter in virtutę ſanctę obedientię ipſius electoribus præcipitur, ne ad huiuſmodi literas vel pręces, cõminationes vel impreſſiones (vt præmittitur) quenquam eligere præſumant.* Facta autẽ electione, & ei ad quem ius pertinet confirmandi, præſentata, ſi appareat

*ſimile iuramentũ ſubeat, confiteat atque cõmunicet, vt pmittitur.

*vel accepτent.

coelectus, vel ſe opponent electioni, nominatim vocetur, ad videndum diſcuti electionis negocium. Et nihilominùs generaliter edictum publicum in eccleſia, in qua facta eſt electio, proponatur, iuxta conſtitutionẽ felicis recor. Bonifacij octaui.* Comparentibus autem aliquibus vel non, nihilominùs ipſe confirmator ex officio tanquam in negocio inquiſitionis procedat, omnem adhibiturus diligentiam, vt tam forma electionis, quàm merita electi & omnes circũſtantię debitè examinentur & diſcutiantur. Et ſi electio confirmanda ſit vel infirmãda, iudicialiter confirmetur vel infirmetur. Et vt omnia mundè & ſine labe ac labis ſuſpicione procedant, nõ ſolùm exigere aliquid quantumcunq; paruum, ſed etiã gratis oblata, confirmator ratione cõfirmationis ſub nomine ſubiectionis, ſubſidij, gratitudinis aut alio colore, prætextu cuiuſuis conſuetudinis aut priuilegij, per ſe vel alium nullatenus recipere præſumat. Notarijs autẽ & his qui ſcripſerunt in huiuſmodi cauſis, emolumentum aliquod moderatè taxetur, habendo reſpectum ad laborem & operã ſcripturæ, non ad fructuum prælaturæ valorẽ. Si verò confirmatores prædicti, electiones non ſeruatis ſuperiùs ordinatis, & de perſonis non idoneis (vt præmittitur) factas, vel aliâs per Simoniacam prauitatem cõfirmauerint, eoipſo confirmationes huiuſmodi ſint nullæ. Confirmantes * autem alias perſonas, quàm vt ſupradictum eſt, pro ea vice: per Simoniacã aũt *labẽ, ſi eam commiſerint, & ſentẽtiam excommunicationis incurrãt eo ipſo, à qua niſi per Romanum pontificem, præterquàm in mortis articulo, abſolutionis beneficium obtinere non poſſint. Summũ verò pontificem hæc ſancta ſynodus exhortatur, vt eùm ſpeculũ & norma omnis ſanctitatis & mundititię eſſe debeat, pro confirmatione earum electionum, quas ad eum deferri contigerit, nihil penitùs exigat aut recipiat: alioquin, ſi ſecùs faciendo notoriè & incorrigibiliter ex hoc Eccleſiam ſcandalizet, futuro Concilio deferatur. Pro oneribus autem quæ ipſum pro regimine vniuerſalis Eccleſiæ ſubire oportet, proq; ſuſtentatione ſanctæ Romanę Eccleſię Cardinalium & aliorũ neceſſariorum officialium, hoc ſacrum Cõcilium ante ſui diſſolutionem omnino debitè & congruenter prouideat. Quòd ſi contingat aliquam circa hæc prouiſionem non facere, tunc illæ eccleſiæ & beneficia, quæ vſq; nunc ex noui prælati aſſumptione certã taxam ſoluerint, deinceps medietatẽ huiuſmodi capere per annum poſt adeptam pacificam poſſeſſionem ſoluere in partibus teneantur, duratura huiuſmodi prouiſione, donec prædictis Papæ & ſuſtentationi Cardinalium fuerit

*quę incipit, Et.

*labem, perpetuo (ipſo facto) iure confirmandi ſint priuati, & nihilominùs propter iſtam Simoniacam labem, ſi

*autem, iure confirmãdi ſint perpetuò priuari: & nihilominus propter iſtã Simoniacam labẽ ſi

aliter prouiſum. Per hæc eadem ſancta ſynodus non intendit io aliquu præiudicare ſanctæ Romanæ & vniuerſali Eccleſiæ, nec alteri cuicunque. Datum in ſeſſione publica eiuſdem ſanctę ſynodi in eccleſia maiori Baſileenſis ſolenniter celebrata die lunæ 13. Iu-
3. Idus Septembris. lij, anno domini 1433.

SESSIO XIII.

Accuſatio cõtumaciæ Papę, facta per promotores ſacri Concilij in xiij. dicti Concilij ſeſſione celebrata.

DIE Veneris 11. menſis Septembris, Anno domini 1433. in Eccleſia maiori Baſileēſi fuit celebrata 13. huius ſacræ ſynodi Baſileenſia ſeſſio hoc modo, ſcilicet Miſſa de Spiritusſancto per reuerēdum patrem dominum Matthæum Epiſcopum Albinganenſem Italicæ nationis celebrata, antiphonis, litanijs & ſuffragijs vt in alijs ſeſſionibus dictis, lectoque euangelio ſecundũ
Mat. 18. b Matthæum, In illo tempore: Reſpiciens Ie-
Luc. 17. a ſus in diſcipulos ſuos, dixit Simoni Petro: Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum, &c. ac hymno, Veni creator ſpiritus &c. decantato cum verſiculo & collecta, ſeptem dominis Cardinalibus & alijs dominis pręlatis & patribus
*pluuialibus in eorum mitris planis & * plouialibus exiſtentibus in multitudine copioſa, aſſiſtente domino Guilhelmo duce Bauarię, ſacri Cõcilij nomine ſereniſſimi principis domini Imperatoris protectore, promotores ſacri Concilij per organũ venerabilis viri domini Stephani de Nouaria legum doctoris, alterius promotorum huius ſacri Concilij, accuſarunt contumaciam ſanctiſſimi domini noſtri Eugenij Papæ quarti, prout in quadam ſchedula, quam ipſe magiſter Stephanus ꝓmotor in ſuis tenebat manib⁹, quamq́ue de verbo ad verbum alta & intelligibili voce legit, latiùs continetur, cuius tenor ſequitur & eſt talis: Reuerendiſſimi reuerendiq́; patres & cęteri domini metuēdiſſimi, quia nuper de menſe Iulij proximè præterito & die 13. eiuſdem, hæc ſancta Baſileenſis ſynodus in publica ſeſſione in præſenti eccleſia Baſileenſi celebrata, attentè conſiderans, ſanctiſſimom dominum Eugeniũ Papam quartũ exhortationes, obſecrationes, requiſitiones, citationes & monitiones per eandem ſacram ſynodum ſibi repetitis vicibus factas, vt huic ſacro ſancto Concilio adhęreret, & eidem fauores (proot tenetur) impenderet, aure ſurda pertranſire, nec ipſum aliquatenus ad vota (prout tamen ipſum ſacra ſynodus ſperabat) inclinari, & quanquã ex tũc ipſa ſacra ſynodus propter ipſius domini Eugenij manifeſtam contumaciam, ad huiuſmodi contumaciæ declarationem contra ipſum procedere non immeritò potuiſſet, quemadmodum etiam pro tuoc per promotores & procuratores dicti ſacroſancti Cõcilij Baſileēſis, licet immeritò debita fuit cum inſtantia poſtulatum, volens ſolita ſua manſuetudine aduerſus eundem dominom Eugenium vti, & iteratò ipſum ex ſuperabundanti charitatiuè reqoirere & monere, certum decretum monitorium edidit & decreuit, quo idem dominus Eugenius exoratùs, requiſitos, monitus, & interpellatus, ac in virtute omnipotentis Dei, ſub certis pœnis, modis & qualitatibus eidem mandatũ extitit, vt infra ſexaginta dies à dicta ſeſſione habita computandos, purè, ſimpliciter & liberè huic ſacroſancto Baſileenſi Cõcilio adhæreret, necnon prætenſam diſſolutionem eiuſdem ſacri Concilij per ipſum aliàs attentatam, reuocaret, & alia in huiuſmodi decreto contenta cum effectu adimpleret, alioquin pœnas in huiuſmodi decreto contentas, ipſo facto incurreret, prout hæc in dicto decreto latiùs continentur, ad quod nos promotores prædicti nos referimus in hac parte, & hîc pro repetito cum alijs omnibus actis ſacri Concilij ad cauſam facientibus, haberi volumus & repetimus. Cùm autem finis pręfatorum ſexaginta dierum inſtet de præſenti, & nec ipſe dominus Eugenius per ſe, neq; per alium hãc ſacram Synodum de huiuſmodi ſua adhæſione pura, ſimplici & libera, ac reuocatione dictæ prætenſæ diſſolutionis, aliorumq́; io dicto decreto contentorum adimpletione, aliquatenus certificaoerit, nec de præſenti certificet, ſed eidē decreto & contentis io eo contumaciter ſatisfacere cootemnat, in nõ modicum vniuerſalis Eccleſiæ damnum, Chriſti fidelium ſcandalum, atq; huius ſacri Cõcilij Baſileenſis vniuerſalem Eccleſiam repręſentantis contemptum: idcirco nos promotores & procuratores antedicti, ex officio nobis incumbenti, coram hac ſacroſancta ſynodo debita cum inſtantia humiliter requirimus, quatenus eundem dominum Eugeniom cootomacem (prout eſt) declarare, ipſumq́ue pœnas in decreto contentas incidiſſe, decernere, ac ipſius contumacia exigente, ad vlteriora (prout Spiritusſanctus dabit, & ord o iuris & rationis exigit) procedere dignetur, ſoper huiuſmodi requiſitione & cootumaciæ accuſatione & alijs, requirētes per vos dominos notarios publica fieri inſtrumenta. Prædictis autem vt præmittitur factis, & contumacia accuſata, illuſtris princeps dominus dux Guilhelmus per organum venerabilis fratris Petri ordinis canonicorum regulariom, nomine & ex parte ſereniſſimi domini Imperatoris & ſuorum, & dominus Ioannes Offenburg nuncius præfati domini Imperatoris, repetierunt illa quæ aliâs, videlicet die Lunæ proximè ꝓterita

terita dixerant, & promiſerant in congregatione generali, pro dilatione & prorogatione triginta dierum conſequenda, eadem iterum dicentes, repetentes & promittentes. Similiter magiſter ciuium & nonnulli alij, nomine Concilij & ciuitatis Baſileēſis, pro huiuſmodi dilatione inſtiterunt, & quòd ampliùs pro vlteriori dilatione nunquam facerent inſtantiam, ſunt proteſtati, de quibus ſimiliter petita ſunt per promotores inſtrumenta publica. Poſt hæc contumacia dicti domini noſtri Papæ in ſcriptis (vt præfertur) accuſata, & deducta ad notitiam dominorum prætenſorum Archiepiſcopi Spalatenſis & epiſcopi Ceruienſis, ambaſiatorum eiuſdem domini noſtri Papæ, mox ipſi ad dictam congregationem acceſſerunt, & lecturam decretorum, quam reuerendus pater dominus Martinus epiſcopus Lectorenſis Gallicanæ nationis, de mādato ſacri Concilij iam inceperat, interruperunt, quique quædam verba intermiſcentes, duas bullas clauſas ſub bulla dicti domini noſtri Papæ Eugenij credentiam in effectu continentes exhibuerunt & obtulerunt: quibus apertis & deinde lectis, vt moris eſt, præfati dominus noſter Archiepiſcopus Spalatenſis, & epiſcopus Ceruienſis, propoſuerunt in effectu, quòd ipſi ad iſtud ſacrum Conciliũ turbationis cauſa nullo modo accedebant, ſed ſolùm ex eo, quia ipſis relatum erat per aliquem ex ſuis commenſalibus, quod in dicta generali ſeſſione ipſius domini noſtri Papæ contumacia fuerat accuſata, ac ſi contra præfatum dominum noſtrum Papā procederetur, vel procedi peteretur. Et quoniā (vt aſſerebant ipſi ambaſiatores) terminus citationis decreti Concilij, quem lx. dierum dicebant, hac die hodierna nō cadebat, nec iuxta illum terminum præfixum citationis dominus noſter Papa præfatus eadē die per ſe vel alium comparere tenebatur: ideo ſolùm pro ſui informatione, & ne contra præfatum dominum noſtrum Papam quoquo modo ſaltem * debitè procederetur, illuc acceſſerant, prout accedebant, proteſtantes de huiuſmodi termino & nullitate proceſſus antè dicti, petentes de his à nobis notarijs inſtrumenta. Quibus auditis, reuerendiſſimus in Chriſto pater dominus Cardinalis S. Angeli legatus, & huius ſacri Cōcilij generalis p̄ſidens, verba ſuprà dictorum archiepiſcopi Spalatenſis, & Ceruiēſis epiſcopi in effectu reſumens, eiſdem nomine ſacri Concilij effectualiter reſpondit, qualiter ſacrum Concilium propoſita per præfatũ Archiepiſcopum Spalatenſem, & epiſcopum Ceruienſem, benignè & cum manſuetudine audiuit: ſed quia aſſerebant ſe audiuiſſe, ſacrũ Concilium contra præfatum dominum noſtrum Papam procedere, ideo dixit ſe malè informatos fuiſſe. Sed benè verũ erat, quòd hodiè terminus lx. dierum aliàs per decretũ ſacri Concilij præfato domino noſtro Papæ præfixus, de adhærendo præfato Concilio purè & ſimpliciter, prætenſamque diſſolutionem dicti Concilij reuocando, hodiè inſtabat, idcirco promotores ſacri Concilij volentes termino prædicto ſatisfacere, ipſius domini noſtri Papæ contumaciā accuſauerunt, petendo, & requirēdo, cùm nullus pro domino Papa adeſſet, volens decreto monitorio prædicto ipſius domini noſtri Papæ nomine ſatisfacere, quatenus eum contumacem & in pœnas in decreto cōtentas incidiſſe declararēt, p̄cederentq́; ad vlteriora, prout daret Spiritusſanct⁹, & dictaret ordo rōnis. Quapropter petijt ipſe dominus Cardinalis legatus & p̄ſidens nomine ſacri Concilij, quatenus ſi dictā adhæſionem ipſius domini Papæ haberēt, ipſeq́; dominus Papa p̄fato Cōcilij decreto ſatisfeciſſet, aut ipſi eius nomine debitè ſatisfacere vellēt, de præmiſſis adheſione & ſatisfactione fidem facerent cum effectu. Nam ſic faciendo, domini & patres de Concilio illam adhæſionem cum magno gaudio, decantātes, Te Deũ laudamus, ſuſciperent. Alioquin venerabiles patres ipſius ſacri Concilij citiùs mortem eligerent, quàm eccleſiam Dei prætextu talis diſſolutionis periclitari permitterent, adijciens q̄ benè verum erat, quòd ad ſereniſſimi Principis domini Imperatoris ſupplicationem & inſtantiam, ſacrum Concilium, præfatum lx. dierum terminum domino Papæ præfixum, vſq; ad xxx. dies ab hac die computandos, prorogandum duxerat, & prorogare intendebat ſub * modis & formis in decreto primo contentis. Et nihilominùs, quia dictæ bullæ ſimplicem credentiam continebant, dixit idem dominus legatus, quòd ſi aliquid exponere volebant, quòd libenter à patribus Concilij audirentur. De quibus ipſe reuerendiſſimus pater dominus Cardinalis legatus & præſidens, nomine ſacri Cōcilij petijt à nobis notarijs inſtrumentum: & hoc idem nomine ſacri Concilij petierunt promotores. Poſtque præſatus magiſter Stephanus alter ex promotoribus, reſpondens his quæ priùs dixerant dicti oratores Papæ, dixit, quòd quantum ad ipſum & alios promotores, ſatis erat, quòd tunc contumaciam Papæ accuſarent, & alia facerent & peterēt, vt in ſua ſchedula ſuprascripta continetur, & quòd prædicta facere poterant de iure, quia tunc expirabat terminus, cùm tempus deberet de momento in momentum computari, & ſi vlterius expectarent, non haberent dominos congregatos, coram quibus facerent ea quæ eſſent neceſſaria facienda pro præmiſſis: & quantum ad ipſos promotores pertinebat, officium eorum erat ita facere, deliberatio verò ad ipſam ſynodũ pertinebat, petens de his omnibus publica inſtrumenta. Tandem cùm non conſtaret de adhæſione prædicta vel aliàs ſatisfactione

efficaci

*indebitè

* modo & forma

efficaci ipſius domini Eugenij, ipſiſque archiepiſcopo Spalatenſi, & Ceruienſi epõ per illuſtriſſimum dominum Vuilhelmum ducem Bauariæ, ſacri Cõcilij nomine dicti
*vicegerẽtem
Imperatoris protectorem &* vices gerentẽ, per organum diſcreti viri ſtatris Petri ordinis canonicorum regularium S. Auguſtini, gratioſe requiſitis, vt ſi adhæſionem huiuſmodi haberent, illã ſacro Concilio offerrẽt, & ob hoc totus mundus letaretur: alioquin ſacrum Conciliũ in ſuis agendis nullo modo perturbarent, & ad vlteriorem dictorum decretorum prouinciationẽ & publicationem procedere permitterent, & tandẽ neq; ad requiſitionem pręfati domini legati, neq; ad requiſitionem ipſius domini ducis præfati, ambaſiatores Papæ aliquã adhæſionem offerrent, ſiue aliquam credentiam exponere vellent, placuit dictis dominis ambaſiatorib⁹ ipſius domini noſtri Papæ, dicti decreti prorogatio. Quibus quidem ſic peractis, & dictis ambaſiatoribus à loco ſeſſionis recedẽtibus, & ſe abſentantibus, præfatus reuerendiſſimus pater dominus epiſcopus Lectorenſis, de mandato ſacri Cõcilij, publicè alta & intelligibili voce, loco ad hoc deputato, huiuſmodi decreta de verbo ad verbum legit, & pronunciauit ſub his verbis:

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileẽſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans. Dudum ſiquidem hæc ſancta ſynodus volens periculis & grauiſſimis ſcãdalis, quæ ex prætenſa huius ſacri Concilij diſſolutione per dominum Eugenium Papam quartum ſacta, vniuerſali Eccleſię notoriè imminebant ſalubriter prouidere, poſtquàm reiteratæ exhortationes ac requiſitiones ſynodi præfatæ & multorum principum ac dominorũ, ſpecialiter chariſſimi Eccleſię filij Sigiſmondi Romanorũ Imperatoris illuſtris, & einſdem Eccleſiæ aduocati, vt dictam diſſolutionem reuocaret, & puram ac ſimplicem adhæſionem præfatæ ſynodo faceret, minimè profuerunt: tandem iuſtitiæ zelo compulſa,
Baſileẽſis Concilij Seſſione 12.
& ne morbus huiuſmodi in exitium & ſcandalum intolerabile militantis Eccleſiæ perduraret, die xiij. menſis Iulij proxime pręteriti, in ſolenni ſeſſione decretum monitorium ſub certis pœnis & alijs in eo contentia, aduerſus dictum dominum Eugenium Papã decreuit, cuius tenor de verbo ad verbum ſubijcitur; & eſt talis Sacroſancta catholica Eccleſia in ſacro Conſtantienſi Concilio &c. vt ſuprà eſt totaliter ſcriptũ. Cùm autem die termini aduenente, ſolenniter in maiori eccleſia Baſileenſi publicam tenentes ſeſſionem ſederemus, ſeruatis ſeruandis, vt ſi ipſe dominus Eugenius aut alius pro parte eiuſdem comparere, & ſacrum concilium de paritione contentorum in decreto
* Stephanus de
prædicto certificare vellet, facultatem haberet, dilecti Eccleſiæ filij * Hugo † Barardi de Vercellis, & Stephanus de Nouaria legum doctor, huius ſacri cõcilii promotores, præfati domini Eugenii Papæ contumaciã, nec per ſe nec per alium, de adhæſione ſua pura & ſimplici, necnon de paritione omnium & ſingulorum contentorum in dicto decreto, quæ facere tenebatur accuſarunt, & cum inſtantia poſtularunt, ut ad ulteriora aduerſum eum (prout exigeret iuſtitia) procederemus. Cùm autẽ circa proceſſum huiuſmodi intenderemus, dilecti Eccleſiæ filii Vuilhelmus Bauarię dux, huius ſacri cõcilii protector, & Ioannes Offenburg miles & ciuis Baſileenſis, literas credentiales in eorũ perſonis pro parte dicti chariſſimi Eccleſiæ filii Sigiſmundi Romanorum Imperatoris, huic ſacræ ſynodo directas, alias in ſacra generali congregatione exhibitas, & in vim* earum explicata repetierunt. Quorum expoſitorum tenor in effectu talis extitit: Reuerendiſſimi in Chriſto patres & domini, mandat nobis illuſtriſſimus, & inuictiſſimus Romanorum Imperator, vt ſolitas recommendationes & oblationes ſacratiſſimo huic cœtui exhibeamus ſui parte, necnon perſeuerantiam animi ſui circa adhæſionem continuò eidem Cõcilio faciendã nunciemus. Quodque licet notiſſimum ſit, ſuam ſerenitatem varijs nuncijs & oratoribus ac literis continuò dictum dominum Eugenium Papam ſuper adhæſione plenaria ſacri Concilij ſollicitaſſe, & excitaſſe, etiam ſe ad ipſum perſonaliter transferendo, non ſine maximis periculis, incommodis & expenſis: tamen poſt habitam notitiam per literas ſibi præſentatas ſacri Cõcilij, de decreto monitorio cum ſuſpenſionis pœna contra ipſum, eum ſummã feciſſe diligentiam Romæ, dum ibi fuit, vt ad parendum iniunctis per ſacrum Concilium inclinaret, ſignificaremus: & cùm ſperaret, in ea re ſe poſſe proficere, cùmque (vt aſſerit) immemores exiſtere non debetis de his, quæ in ſacro Conſtantienſi Concilio fecit pro vnione Eccleſiæ & de periculis & incommodis quæ ſubiuit, & quæ etiam paſſus extitit paiturq; pro iſto, ſpem non mediocrem eum in veſtra beneficentia recipere, debetis meritò exiſtimare. nam exploratiſſimi ſunt commeatus per eum facti ad Cathaloniam & Gallias Angliamq;, pro dicta ſanctiſſima Eccleſiæ vnione; & nouiſſimè ad Italiam pro iſtius ſacratiſſimę ſynodi felici progreſſu, vndè hac fiducia fretus, nobis iniunxit, vt cum maxima inſtantia pro eiuſdem parte, eaſdem veſtras reuerendiſſimas dominationes rogaremus & deprecaremur, vt terminum alias lx. dierum domino Eugenio Papa præfixum, in proxima præcedenti ſeſſione, per xxx. dies in eiſdem modis & qualitatibus, prout eſt, prorogare ob ſuam contemplationem & ſingularem complacentiam dignaremini: quodq; ſacrũ Cõcilium certificaremus, quòd decętero nullam

Nouaria legum doctor, & Hugo Berardi de Forcellis.
†Berardi
* eorum explicato

lam

Digitized by Google

lam aliam circa proceſſum Papę ipſins peteret dilationẽ, ſed liberè permitteret per ſacrum Concilium procedi, prout dictauerit & ordinauerit faciendum,& cunctis per ſacrum Cõcilium ordinatis & ordinandis acquieſcet & obtemperabit, & quantum petetir, inuiolabiliter facit obſeruari. Et vt in maiori robore hæc ſancta ſynodus perſeueret, indicamus ſuam exiſtere inteutionem, snſta iſtos xxx. dies qoos petimus, vbi huiuſmodi prorogatio concedatur, dictam ſuã ſerenitatem huc profecturam. Statimque habita nootia prorogationis eiuſdem, omnes Alemaniæ principes conuocaturum ad hunc locum, & cum eis efficaciter inſiſtere, vt eidem Concilio debeant adhærere. Et inſuper,ne huiuſmodi dilatio ſacro Concilio vel eius ſuppoſitis aut ipſorum familiatibus poſſit eſſe damnoſa, contentatur idem Imperator, quod durante huiuſmodi xxx. dierum prorogatione, ſi quid Papa attentauerit contra aliquem prædictorum, ex nunc illud & alia quæ anteà attẽtauerit, per ſacrũ Conciliom irritentur & annullentur. Cùm autem inter noſtra pectora reuolueremus eiuſdem Sigiſmundi Romanorum Imperatoris grandia obſequta vniuerſali Eccleſiæ impenſa, & qoæ in futurum impendi non dubitamus, quanquam huiuſmodi dilatio nonnullis ex multis cauſis vniuerſali Eccleſiæ onerosa videator,tamen dictorum obſequiorum intuitu, ac etiam à certo tenentes, quæ per dictos Vuihelmum ducem illuſtrẽ, & Ioannem Offenburg millitem, pro dicti Imperatoris parte expoſita & oblata fuere, ſyncerè obſeruabuntur, petitioni huiuſmodi annuendum decernimus. Spiritusſancti ergo oomine inuocato, cuius notu dirigitur in agendis hæc ſacra ſynodus,& per eius gratiam ſperat omnia feliciter producere ad optatum dictum terminum lx.dierum,aliàs dicto domino Eugenio Papę quarto in proxima (vt præmittitur) ſolenni ſeſſione præcedenti aſſignatũ, ad certificandum ſacrum Concilium de ſua pura,ſimplici & libera adhæſiooe, & dictæ prætẽſæ diſſolutionis Cõcilij reuocatione,& alijs qoę in dicto decreto cuotinentur, cum omnibus qualitatibus, pœnis ac modis,& quibuſcunq; alijs dependentibus ab eiſdem, in eo inſeros,ad xxx. dies proximè futuros hæc ſancta ſynodus prorogat, & hnnc terminum prorogatum, eandem vim,executionem & modum,quem habebat terminus lx.dierũ, recipere decernit, ordinat & declarat,ac ex nunc ſtatuens & decernens, quòd ſi infra hoc ſpatiũ xxx. dierum plenariè idem dominus Eugenius non adimpleuerit omnia & ſingula, in præfato decreto monitorio contenta (vt præmittitur (abſq; alia declaratione faciẽda ſuper dicta non paritione, & alia quacuoque ſolennitate requiſita,ad vlteriora procedet, vt in dicto monitorio decreto continetur.

Et proinde omnibus ſuper præfata ſuſpenſione,quam durare vult, quouſq; aliter per Concilium fuerit ordinatum, & alijs in huiuſmodi proceſſibus contentis, literas opportunas ſub bulla ſacri Concilij poſtulauribus,per dilectos Eccleſię filios Iulianum S. Angeli ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconum cardinalem, Apoſtolicæ ſedis legatum, & huius ſacri Cõcilij,necnoo & alios ſacrarum deputationum præſidentes, vel duos ex eis,eſſe tradendas, decernentes quòd decæterò nulla alia dilatio ad cuiuſcunque inſtantiam concedatur. Datum Baſileæ in publica ſeſſione ipſius ſacræ ſynodi, in eccleſia maioti Baſileenſi ſolenniter celebrata tertio idus Septembris, anno à natiuitate domini 1433.

Aliud decretum pro ſuppoſitorum tuitione.

Sacroſancta Baſileẽſis generalis ſynodus, in Spiritu ſancto legitime congregata, vniuerſalem Eccleſiam præſentans, ad perpetuam rei memoriam. Vt ſacri Cõcilij & ſuppoſitorum eiuſdem indemnitati congruè prouideatur, ſtatuit & decernit hæc ſancta ſynodus, quòd quæcunqoe per dominum Eugenium papam quartum vel aliũ ſua authoritate in præiudicium, læſionem, derogationem ſeu iouriam ſacri Cõcilij vel incorporatorum ſeu incorporãdorum eidem, per ſe vel per procuratorem,& familiarium ipſorum, ſeu in eorum ſeruitijs vbicuoqoe exiſtentium, facta ſeu diſpoſita fuerint, à die inchoatioois concilij prælibati, fientque & diſponentur forſitan io fumrum, titulum vel poſſeſſionem quomodocuoque tangentia, ſiue in cardinalatus & patriarchatus dignitatibus, aut in prælaturis etiam cathedralium & metropolitanarum eccleſiarum & etiam monaſteriorum, vel alijs eccleſiaſticis beneficijs, præſtimonijs, commendis, vnionibus, penſionibos, officijs & rebus eccleſiaſticis vel temporalibus,& circa ipſa aut alias quomodocunq; & qualitercunque, etiam ſi motu proprio directè vel indirectè, per ſe vel aliũ, ſint ipſo iore irrita & inania,& pro infectis penitus habeantur. Et ex nunc hæc ſancta ſynodus partes lęſas in priſtinum ſtatum integrè reponit, & mandat per quemlibet iudicem competentem, aodita querela partis læſe, & probata, incorporatione & nouitate prædictis ipſo facto omni exceptione remota, ſtrepitu & figura iudicij ceſſantibos, omnia reponi in eum ſtatom, in quo fuerãt ante dictam factam nouitatem. Quòd ſi dictus iudex in tali repoſitione doloſe vel aliâs perperam ſe habuerit, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat, à qua niſi per ſacrum concilium, eo durante, ooo valeat abſolutionis beneficium, niſi io mortis articulo, obtinere. Et vt pœnæ formidine arceantur, qoi ambitioſe ſeu temerè aliorum prælaturas, dignitates & beneficia eccleſia-

ſtica

Digitized by Google

ſtica & vniones, commendas, præſtimonia vel penſiones ſeu officia, necnon bona & iura qualiacunq; fuerint, occupare procurarunt & attentarunt, ſeu in futurum procurabunt& attentabunt: ſtatnit & decernit dicta ſancta ſynodus, quòd quicunq; clericus ſiue laicus, quacunq; dignitate eccleſiaſtica vel mundana, etiam ſi cardinalatus præfulgeat, ſiue ſit collegium aut vniuerſitas vel monaſterium, ab eodem domino Eugenio ſiue alio ſua authoritate impetrauerit ſeu obtinuerit, ſeu impetrabit & obtinebit, etiamſi motu proprio aliquid quod in præiudiciũ, læſionem, derogationem ſeu iniuriam alicuius ex pdictis incorporatis, vel incorporandis, aut ſuorum familiarium& in eorum ſeruitijs vbicunq; exiſtentium, vel adhærentium huic ſacro Concilio per ſe vel procuratorem, valeat redundare, ſi virtute huiuſmodi conceſſionis ad aliquam occupationem deuentum ſit, niſi infra decem dies, elapſis ſexaginta diebus à die publicationis decreti huiuſmodi, vel poſtquàm ipſius verá & indubitatam notitiam habuerit, & per partem fuerit requiſims, à tali occupatione & turbatione realiter & purè non deſtiterit, & ſiue occupatio ſecuta fuerit, ſiue non, præfatæ conceſſioni & omnibus ſecutis ex ea coram notario & teſtibus renũciauerit, & rem dimiſerit cum effectu, & parti læſæ de perceptis poſt conceſſionem huiuſmodi ſatiſfecerit: omni iure, qnod in dictis prælaturis, dignitatibus, beneficijs, eccleſiaſticis officijs, penſionibus, præſtimonijs & commendis, bonis temporalibus & iuribns ſeu eorũ altero habere prætenderit, ſit priuatus, ac etiam alijs officijs & beneficijs quibuſcunq;, quæ tempore huiuſmodi impetrationis obtinebat, & eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrat, à qua niſi per dictum ſacrum Concilium, eó durante, vel eius authoritate, niſi in mortis articulo, abſolui nequeat quoquo modo: & nihilominus ad obtinenda prædicta & quæcunque alia beneficia ſeu officia, perpetuò ſit iohabilis. Taliũ etiam conceſſionum executores prædictis pœnis volumus ſubiacere. Vt autem fraudibus quę excogitari poſſent, obuietur, quia cum datarum anticipationibus in præiudicium aliorum literę Papales, vel aliorũ ipſius Papæ authoritate, ſub data ante diſſolutionem huius ſacri Concilij in præiudicium alicuius prædictorũ tendentes, produci poſſeot, niſi ante dctã Concilij diſſolutionem fuerint publicatæ, eis nnlla fides debeat adhiberi, & pro nullis penitus habeantur. Datum in ſeſſione publica eiuſdẽ ſanctæ ſynodi, in Eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata tertio idus Septembris, anno à natiuitate Domini 1433. Quibus ſic lectis & pronunciatis, petitoque per eundem dominum epiſcopum, an huiuſmodi decreta præfatis dominis de Concilio placerẽt, generaliter reſponſnm extitit, per verbum, Placet, nemine ſe ad hoc oppoeente vel reclamante: tunc præſati magiſter Stephanus & alij promotores ſacri Coocilij, de præmiſſis omnibus & ſingulis modo quo ſuprà acta & facta ſunt, à reuerendis patribus dominis ſanctæ ſedis Apoſtolicæ pronotarijs & nobis notarijs & alijs in ſeſſione præſentibus, ad perpetuam rei memoriam petierunt inſtrumentum, aſſiſtentes in teſtimonium præmiſſorum inuocando. Poſtremò verò præfatus dominus dux, protector nomine dicti domini Imperatoris atq; ſuo, de præfata termini prorogatione modo quo per decretum factum eſt, dominis de ſacro Concilio regratiatus eſt, & ſimiliter magiſter ciuium & nonnulli alij nomine Concilij & ciuitatis Baſileenſis, aſſerens & affirmãs idem dominus dux, quòd de omnibus quæ in ipſis decretis modò lectis continentur, contentiſſimus erat. Et quòd ex huiuſmodi dilatione nouiter data, fecerat ſacrum Concilium maximam complacentiam domino noſtro Imperatori. De quibus etiam præſati magiſter Stephanus & alij pmotores ſimiliter petierunt à nobis notarijs publica inſtrumenta. Subſequenter verò his peractis, inſtante ſupradicto magiſtro Stephano de Nouaria promotore, Alexander præſati domini Cardinalis legati & præſidentis ac ſacri Cõcilij curſor, huiuſmodi decreta tam pro prorogatione termini, quàm etiam pro tuitione ſuppoſitorum eiuſdem ſacri Concilij, ſub bulla dicti ſacri Concilij confecta, in valuis eccleſiæ maioris Baſileenſis cunctis intuentibus more ſolito affixit, & per ſpatiũ vnius horæ vel circa, affixam dimiſit. De quibus ipſe magiſter Stephanus nomine promotorio à nobis notarijs petijt inſtrumentum.

SESSIO XIIII.

Decreta eiuſdẽ ſeſſionis celebrata in eccleſia Baſileenſi, aſſiſtente domino Imperatore in habitu imperiali. Alia prorogatio monitionis Papæ ad nonaginta dies.

SACROSANCTA generalis Synodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repręſentans. 8. Idus Nouembris. Terminũ ſexaginta dierum datũ ſanctiſſimo domino Eugenio Papæ quarto, iuxta formam monitorij, citationis & ſuſpẽſionis in ſeſſione duodecima promulgati, ac deinde ad trigiuta dies, & poſteà pluribus vicibus vſq; in præſeotem diem prorogatum, hæc ſancta ſynodus volens erga ipſum dominum Eugeniũ omni manſuetudine & benignitate vti, tenore præſentium ad nonaginta dies ab hac

die

die immediatè ſequenter, cũ omnibus clauſulis, qualitatibus & conditionibus in decretis tam monitorij ſexaginta dierũ, quàm protogationis ad triginta dies inſertis, prorogat, & prorogatum eſſe ſtatuit, ita tamen, quòd ſi infra prędictos nonaginta dies omnia & ſingula contenta in quadam ſchedula, cuius tenor inferiùs deſcribitur, realiter & cum effectu præfatus dominus Eugenius non adimpleuerit, pœnæ in dictis decretis monitorij ac prorogationis contentæ, eo ipſo inflictæ ſint, & eſſe intelligantur. Tenor autem prædictæ ſchedulę ſequitur, & eſt talis:

Formulæ adhæſionis tres, Eugenio Papæ à cõcilio præſcriptæ.

EVgenius epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, ad perpetuam rei memoriam: Vt mentis noſtræ integritas ac deuotio, quam ad vniuerſalem Eccleſiam & ad ſacrum generale Concilium Baſileenſe gerimus, omnibus conſtet euidenter, ideo tres literas noſtras, quarum tenor de verbo ad verbum inferiùs deſcribitur, & alias quaſcunque & quicquid per nos aut noſtro nomine in præiudicium aut derogationem prædicti ſacri Baſileenſis Concilij, ſeu contra eius authoritatẽ factum & attentatum ſeu aſſertum eſt, caſſamus, reuocamus, irritamus & annullamus, caſſas, nullas & irritas fuiſſe & eſſe declaram⁹. Vel ſic. pridem tres noſtras literas in palatio Apoſtolico promulgari fecimus, quarum tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis. Verùm cùm ex* prædictis literis nonnulla ſcandala orta ſint, & oriri poſſint, ideo ipſas & alias quaſcunque ac quicquid per nos aut noſtro nomine in præiudicium aut derogationem prædicti ſacri Baſileẽſis Concilij ſeu contra eius authoritatem factũ & attentatum ſeu aſſertum eſt, caſſamus, reuocamus, irritamus & annullamus, caſſas, nullas & irritas fuiſſe & eſſe declaramus. Vel ſic, in fine literæ adhæſionis: Qua propter tres literas noſtras pridem in palatio Apoſtolico promulgatas, quarũ tenor de verbo ad verbum inferiùs deſcribitur, & alias quaſcũq;, aut quicquid per nos aut noſtro nomine in præiudicium aut derogationem prædicti ſacri Baſileenſis Cõcilij ſeu contra eius authoritatem factum & attentatum ſeu aſſertũ eſt, caſſamus, reuocamus, irritamus & annullamus, caſſas, nullas, & irritas fuiſſe & eſſe declaramus. Poterit præfatus dominus Eugenius eligere vnã de prædictis, formis, quæ ſibi magis placuerit.

* dictis noſtris

Forma adhæſionis.

Forma adhæſionis, à Cõcilio Papæ præſcripta.

EVgenius epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dudum ſacrum generale Concilium Baſileenſe, per generaliũ Conſtantienſis & Senenſis Cõciliorum ſtatuta, approbationemq́; felicis recordationis Martini Ppæ quinti ac noſtram, pro extirpatione hęreſum ac generali reformatione Eccleſiæ in capite & in membris, & pertinentibus ad ea legitimè inchoatum, ex certis cauſis in alijs noſtris literis expreſſis, de fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium conſilio diſſoluimus. Verùm cùm ex dicta diſſolutione ortæ ſint graues diſſenſiones, & grauiores oriri poſſent, nihilq́; magis optem⁹, quàm quòd prędicta ſancta opera ſuum debitũ ſortiantur effectum, decernimus & declaramus præfatum generale Concilium Baſileenſe à tempore prædictę inchoationis ſuę legitimè cõtinuatum fuiſſe & eſſe, proſecutionemq́ue ſemper habuiſſe, continuari ac proſecutionem habere debere ad prędicta & pertinentia ad ea, perinde ac ſi nulla diſſolutio facta fuiſſet. Quinimò præfatam diſſolutionem irritam & inanem declarantes, ipſum ſacrũ Baſileenſe Cõcilium purè ſimpliciter & cũ effectu ac omni deuotione & fauore proſequimur, & proſequi intendimus.

Item præfatus dominus Eugenius reuocabit quoſcunque proceſſus quarumcunque cenſurarum, priuationum & ſuſpenſionum factus contra ſuppoſita huius ſacri Concilij Baſileenſis & adhærentes eidem, necnõ omnia geſta & facta in præiudicum, leſionem & derogationem eorundem, eis legitimè nõ citatis, nec legitimè defenſis, de quibuſcunque dignitatibus, beneficij, commendis & officijs, etiã ſi Cardinalatus, patriarchatus, archiepiſcopatus, epiſcopatus, abbatiæ &c. exiſtant iuribus & bonis quibuſcunque, & ſpecialiter cõtra reuerendiſſimos dominos cardinales de Cypro, ſancti Sixti, & Firmanum, ac omnia in priſtinum ſtatum per ſuas literas reducet, ac ſi nõ emanaſſent cũ clauſulis opportunis mandando ſub pœnis formidabilibus omnibus, qui ſe de dictis dignitatibus, beneficijs, commendis & officijs, iuribus & bonis intromiſiſſent, vel ratione dictarum priuationum ſeu ſuarũ ordinationum quarumcunq; ſe vellent intromittere, vt ab ipſa intromiſſione & omni moleſtia penitus deſiſtant. Vtrùm autẽ fuerit legitima citatio & defenſio, ſtabitur iudicio ipſius ſacri Cõcilij, Quodq́; deinceps à nouitatibus & grauaminibus, ſeu præiudicijs inferendis ipſi ſacro Cõcilio, vel ſuppoſitis eius & adhærentibus eidem, realiter & cum effectu deſiſtet, vt ſit vera charitas inter ſacrum Cõcilium & ſuam ſanctitatẽ ad Dei honorem & vtilitatem vniuerſalis Eccleſiæ, ac ſine aliquo rancore aut ſuſpicione conſiſtere valeat: & vt ipſe domin⁹ Eugenius poſſit agnoſcere puram ac rectam ſacri Cõcilij intentionem, ac veram charitatem, quam erga ipſum habet, & habere in futurũ intendit, oblationem aliâs factam in reſponſione data primis ambaſiatoribus ipſius domini Eugenij, quæ incipit, Cogitanti &c. iterum hæc ſancta ſynodus, etiam alia addendo, repetit in hunc modum: Eccè ſi quid culpæ commiſſum eſt attentando diſſolutionem, aut in confectione & publicatione triũ bullarum

Digitized by Google

larum in reuocatione per ipſum dominum Engenium fienda contentarũ, ſacrum Conciltum penitus abolet, dummodò ipſe dominus Eugenius omnia & ſingula ſuperiùs contenta, realiter & cum effectu adimpleuerit, & infra terminũ in præſenti decreto noſtræ prorogationis ſtatutum, huic ſacro Cõcilio per ſuas anthenticas literas ſignificauerit. Quod ſi fecerit, nemo erit noſtrum, qui pedes eius vt beati Petri non oſculetur, qui vt vicarium Chriſti non honoret: Erit Concilij caput, omnes ad eum reſpicient, omnes ei complacere, obſequi, & quantùm cũ Deo poterunt, deſeruire curabunt. Offerimus etiam, quicquid dici, aut cogitari poteſt, nos fideliſſimè facturos, quantùm cum Deo fieri poterit pro omni honore & ſtatu tam ſuę ſauctitatis, quàm omnium ſuorum. Datum in ſeſſione pnblica eiuſdem ſanctæ ſynodi in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata, ſeptimo idus Nouembris, anoo à natiuitate domini 1433.

Papa, caput Concilij.

SESSIO XV.

De Concilijs Prouincialibus & Synodalibus.

Huic Seſſioni interfuit Imperator cũ inſignijs.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, io Spiritu ſancto legitimè congregata, vnioerſalem Eccleſiam repræſeotans, ad futuram rei memoriã. Pridem hæc ſancta Syoodus quoddam ſaluberrimũ ꝓmulgauit decretum, pro ſtabilitate & robore generalium Coociliorum, quorum frequens celebratio præcipua eſt agri dominici cultura. Verùm cùm ad eandem culturam non dubium ſit pertinere, epiſcopales ſynodos & Concilia prouincialia, prout veteres canones decreuerunt, frequentari: ideo eadem ſancta Synodus antiquos & laudabiles mores noſtris cupiens temporibus obſeruari, ſtatuit atq; præcipit, ſynodum epiſcopalem in qualibet diœceſi poſt octauas dominicæ reſurrectionis vel alia die ſecundum conſuetudinem diœceſum ad minus ſemel in anno, vbi non eſt conſuetudo bis, annuatim celebrari per diœceſanũ propria in perſona, niſi canonico impedimẽto fuerit præpeditus, & tunc per vicarium ad hoc idoneum. Qoæ ſyoodus ſaltẽ bidno vel triduo duret, vel prout neceſſariũ epiſcopis viſum fuerit.

Prima aotem die conuenientibus diœceſano & omnibus alijs, qui huiuſmodi ſynodo intereſſe tenentur, infra Miſſarum ſolennia vel poſt, diœceſanus vel alius eius nomine verbum Dei proponat, exhortando omnes ad bonos mores ſectandum, abſtinendum à vitijs, & ad ea quæ pertinent ad eccleſiaſticã diſciplinam & officia ſingulorum, & præſertim vt hi qnibus animarum cura cõmiſſa eſt, diebus dominicis & alijs ſolennibus plebem ſubiectam doctrinis & monitis ſalutaribus inſtruant. Poſtea legantur ſtatuta prouincialia & ſynodalia, & inter alia aliquis compendioſus tractatus, docens quomodò ſacramenta miniſtrari debeant, & alia vtilia pro inſtructione ſacerdotum. Deinde ipſe diœceſanns de vita & moribus ſubditorum ſolerter inquirat, labẽ Simoniacę prauitatis, contractus vſurarios, cõcubinatum, fornicationem & alia quęuis crimina & exceſſus debita correctione cohibeat. Alienationes rerum eccleſiaſticarũ à iure prohibitas reuocet, clericorũ abuſus & aliorũ ſubiectorũ, qui circa diuinum officium & delationem debiti habitus defecerint, in melius reſnrmet & emendet. Et quoniã multa ſcandala ſæpè contingunt, eo qnòd conſtitutio Bonifacij Papæ octaui, quæ incipit, Periculoſa, edita ſuper clauſura monialiũ, non ſeruatur: ſtudeat ipſe diœceſanus, vt omnino iuxta ipſius conſtitutionis tenorem executioni demandetur: necnon vt quicunque religioſi diœceſano ſnbiecti, regulas & conſtitutiones ſuarum religionũ, præſertim vt ab eis omnis proprietas abdicetur, inoiolabiliter obſeruent. Ne etiam in receptione ipſorũ ad religionem, quicquam per Simoniam exigatur. Pręcipua autem in ipſa ſynodo epiſcopi cura ſit, inquirere ac debitis remedijs occurrere, ne aliquod dogma hæreticũ, erroneum, aut ſcandaloſum, ſeu piarum aurium offenſiuum, ſortilegia, diuinationes, incantatiooes, ſuperſtitiones & quæuis diabolica figmenta diœceſim ſuã inficiant. Inſtituantur q; præterea teſtes ſynodales, viri graues, prouidi, & honeſti, legis Dei zelũ habentes, iuxta diœceſum latitudinẽ in numero competenti, aut alij eorum poteſtatẽ habentes, vbi alij nõ ſunt ad hoc inſtituti, qui ſi diœceſano minùs idonei videantur, eos amouendo, alios (ꝓut ei videbitur expedire) inſtituat. Hi autẽ in manibus ipſius diœceſani vel ſni vicarij iurare teneãtur, vt tradit canon, Epiſcopus in ſynodo, q per anni circulũ luſtrantes ipſam diœceſim, quæ corrigenda vel reformanda viderint, his ad quos talia corrigere vel reformare pertinet, referant. Quæ niſi correcta vel reformata iã fuerint, ad ſynodnm ſubſequentem perferant, in qua debitis remedijs occurratur. Sed & præter illa, q̃ à teſtibus ſynodalibus vel alijs eorum officia exercentibus, diœceſanus audierit, inquirat & ipſe diligenter de cunctis ſubditorum ſuorum exceſſibus, & taliter in delinquentes inſurgat correctionis debitæ diſciplina, vt alijs malignari volẽtibus tranſeat in exemplum.

Libro 6.

De regularibus.

De hæreſibus.

Celebretur qnoq; in ſingulis prouinciis ſaltem infra biennium à fine Concilii generalis, & deinde ad minus ſemel de triennio in triennium, prouinciale Concilium in lo-

co

Digitized by Google

eo tuto. In quo tam Archiepiſcopus quàm ſuffraganei omnes & alij, qui in huiuſmodi Concilijs prouincialibus intereſſe tenẽtur, debitè vocati interſint. Quòd ſi epiſcopus canonico fuerit impedimento detẽtus, procuratorem ſuum deſtinet, non ſolùm ad excuſandum & probandum abſentiæ cauſas, ſed etiam ipſius nomine in Concilio intereſſendum, ſuſcipiendumque quicquid Concilium duxerit ſtatuendum. Alioquin ipſe epiſcopus à perceptione medietatis fructuũ vnius anni ſuę eccleſię, qui per perſonam in ipſo Concilio deputandã, in ipſius eccleſiæ ſuæ fabricam effectualiter conuertantur, eo ipſo ſit ſuſpenſus. Alij verò venire negligentes, Concilij arbitrio puniãtur, alijs iuris pę nis in ſuo robore duraturis. Concilio autem generali durante, & per ſex menſes antè, huiuſmodi prouincialia Cõcilia non celebrentur. Porrò in huius inchoatione Concilij ipſe metropolitanus vel alius eius nomine, infra Miſſarum ſolennia vel poſt, exhortatorium ſermonem faciat, ea quæ ad ſtatum eccleſiaſticũ, & præcipuè ad pontificale officium pertinent, ſeriosè memorando, com-
Ezech. 3. e minandoq; ſingulis, quòd iuxta Prophetæ ſententiam, ſi eorum culpa cuiuſuis anima perierit, illius ſanguis de manibus eorum à Domino exigetur. Præcipuè autẽ fiat tunc monitio exacta, vt dignis & benè meritis, quorum vita ſufficienti teſtimonio nota ſit, ordines & beneficia ſine vlla Simoniaca labe cõferantur. Et ſuper omnia, vt in animarum cura committenda, ſumma diligentia & matura inquiſitio adhibeatur. Et vt bona eccleſiaſtica nullatenus ad vſus illicitos, quin imò ad honorem Dei, eccleſiarum conſeruationem (habendo ſecundum ſacros canones pręcipuam curam pauperum & indigẽtium) laudabiliter conuertantur, ſcientes quòd de his omnibus apud tribunal ęterni
Matth. 5. iudicis vſque ad minimum quadrantẽ rationem reddituri ſunt. In quibus quidem concilijs de corrigendis exceſſibus, moribusque ſubditorum reformandis, & pręcipuè qualiter Epiſcopi in conferendis beneficijs & confirmandis electionibus, miniſtrãdis ordinibus, deputandis confeſſoribus, pręͅdicando ad populum, & puniendo exceſſus ſubditorum, obſeruationeque epiſcopalium ſynodorum, cęteriſq; ad officium epiſcopale ac iuriſdictionẽ & adminiſtrationem eorum in ſpiritualibus & temporalibus quomodolibet ſpectantibus, ſe geſſerint, & pręſertim an à Simoniaca labe manus innoxias ſeruent, diligens inquiſitio ſecundum iuris diſpoſitionem fiat, vt omnes qui in præmiſſis deliquiſſe cõperti fuerint, per ipſum Concilium corrigãtur & puniantur. Simili modo de ipſo metropolitano circa omnia ſupradicta diligenter inquiratur, cuius exceſſus & defectus ipſum Concilium eidem ſpecialiter exprimat, ipſum admonendo & obſecrando, vt cùm aliorum pater vocetur, & eſſe debeat, à talibus omnino deſiſtat. Et nihilominùs inquiſitionem de ipſo habitam, in ſcriptis redactam, ad Romanum pontificem vel alium eius ſuperiorem, ſi quem habeat, ſine mora tranſmittat, vt ab eo punitionem & reformationẽ ſuſcipiat condecentem. Inter cætera, ſi quæ diſcordiæ, contentiones & inimicitiæ inter quoſcunq; viguerint, quæ quietem & tranquillitatẽ prouinciæ poſſent perturbare, curet omni ſtudio ſacrũ Conciliũ illa ſedare, & more piorum patrum ad pacem concordiamque filiorum vigilanter intẽdat. Et ſi inter regna, prouincias & principatus, huiuſmodi diſcordias ſuſcitari contingat, mox ſancti Dei antiſtites Concilia prouinciarum ſuarum ſimul congregari procurent, & ſibi inuicem Conciliũ & auxilium impendentes, cuncta diſcordiarum fomenta amputare ſtudeant: neq; hoc alicuius amore vel odio prætermittant, ſed ad Deum ſolum & ſalutem populi mentis oculos erigentes, ad ſanctum pacis opus, omni tepiditate ſemota, inuigilent.

Cogitentur inſuper in prouinciali ſynodo, quæ immediatè generale Cõcilium ſubſequens antecedit, omnia quæ in eodem generali Cõcilio viſa fuerint proſequenda, ad Dei gloriam & prouinciæ commodum, ſalutemq; Chriſtiani populi. Ibidemq; eligãtur in numero competenti, qui ad proximum generale Concilium vice totius prouinciæ debeant proficiſci, quibus per ſubſidium vel aliàs prouideatur, prout de iure & Cõcilio prouinciali fuerit viſum expedire, ita tamen, quòd illi qui vltra perſonas (vt prædictum eſt) deputatas ad ipſum Concilium generale accedere voluerint, aut eorum clerus nullatenus propterea grauẽtur. Relegantur quoque in vnoquoq; prouinciali Concilio, quæ ſecundũ canonicas ſanctiones in eiſdem legi præcipiuntur, vt ea & inuiolabiliter obſeruentur, & tranſgreſſoribus pœnæ debitæ inferantur. Quòd ſi metropolitani vel diœceſani prædictis terminis in celebrandis prouincialibus & epiſcopalibus ſynodis, ceſſante legitimo impedimento, fuerint negligentes, medietatẽ omnium fructuum & obuentionum ratione ſuarum eccleſiarum ad eos pertinentiũ, fabricæ ipſarum eccleſiarum applicãdam eo ipſo amittant. Qui ſi in eadem negligentia per tres proximos menſes perſeuerauerint, ab officijs & beneficijs ſint ipſo facto ſuſpẽſi. Quibus tranſactis temporibus ſub anteſcriptis pœnis, antiquior in prouincia ordine epiſcopus ipſius metropolitani epiſcopi, aut maior in dignitate poſt pontificalem in ſacris conſtitutus, niſi ad alios forſan de cõſuetudine vel priuilegio pertineat, negligentiam in celebrãdis prædictis prouincialibus & epiſcopalibus ſynodis ſupplere teneatur. Iubet inſuper hæc ſancta ſynodus omni-

omnibus prælatis religionum & ordinum quorumcunque, ad quos celebrare capitula pertinet, quòd illa ſtatutis temporibus ſub prædictis pœnis ſeruent, & ſeruari faciant, in quibus ſecundum canonicas ſanctiones & religinnum conſtitutiones, cum omni ſtudin & diligentia ad veram ſingularum religionum & ordinum reformationem intendant, ita vt deinceps in ſingulis monaſterijs iuxta proprias regulas & conſtitutiones, debitè regularis vigeat obſeruantia: & præcipuè, vt tria ſubſtantialia profeſſionis vota omnino obſeruentur. Per præmiſſa autem hæc ſancta ſynodus non intendit iuribus quorũcunque quomodolibet derogare. Datum Baſileæ in ſeſſione publica, celebrata in eccleſia maiori Baſileenſi, ſexto Kalẽdas Decembris, anno à natiuitate domini milleſimo quadringentesimo trigeſimotertio.

SESSIO XVI.

Per quam declarat, Papam Eugenium Concilio adhærere, celebratis cæremonijs conſuetis, & in ea incorporantur bullæ Eugenij.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuã rei memoriam. Literis ſanctiſſimi domini Eugenij Papæ quarti more curiæ Romanæ bullatis, ac per nonnullos ſanctæ Romanę Eccleſię Cardinales ſubſcriptis, quarum tenor de verbo ad verbum inferiùs deſcribitur, huic ſacro Concilio in generali congregatione per venerabiles Ioannem archiepiſcopum Tarentinum & Chriſtophorum Ceruienſem epiſcopum oratores ſuos præſentatis, lectis, examinatis & diligenter inſpectis, eadẽ ſancta ſynodus decernit & declarat, præfatum dominum Eugenium per prædictas literas ſatisfeciſſe plenariè monitioni, citationi & requiſitioni huius ſacri Cõcilij, prout in decreto in xiiij. ſeſſione promulgato, & in ſchedula in eodem decreto inſerta, continetur. Ipſaſque literas approbat, acceptat, & admittit, ratasq; habet & gratas, & ſic ab omnibus haberi vult, mandans dictarum literarum tranſumpta ſub bulla ſacri Concilij dari debere omnibus habere volentibus, quibus trãſumptis eandem fidem dari decernit, quæ ipſis literis originalibus daretur. Tenor verò dictarum literarum ſequitur, & eſt talis:

Huic ſeſſioni interfuiſſe aſſeritur etiam Imperator in habitu imperiali, & plati 90. omnes ſedentes cũ mitris albis, planis capitibus eorũ ſuperpoſitis.

Eugenius epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dudum ſacrum generale Baſileenſe Concilium, per generalium Conſtantienſis & Senenſis Conciliorum ſtatuta, ordinationeſque felicis recordationis Martini Papæ quinti ac noſtras, pro extirpatione hæreſum, pace pnpuli Chriſtiani ac generali reformatione Eccleſiæ in capite & in membris & pertinentibus ad ea, legitimè inchoatum, ex certis cauſis in alijs noſtris literis expreſſis, de fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio & aſſenſu diſſoluimus. Verùm cùm ex dicta diſſolutione ortæ ſint graues diſſenſiones, & grauiores oriri poſſent, nihilque magis optemus, quàm quòd prædicta ſancta opera debitum ſortiantur effectum, de conſilio & aſſenſu venerabilis fratris Iordani epiſcopi Sabinenſis, & dilectorum filiorum noſtrorum Antonij ſancti Marcelli, Franciſci ſancti Clementis, Angeloti tituli ſancti Marci presbyterorum, ac Lucidi ſanctæ Mariæ in Coſmedin, & Ardecini ſanctorum Coſmæ & Damiani diaconorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, decernimus & declaramus, præfatũ generale Concilium Baſileenſe à tempore prædictæ inchoationis ſuæ legitimè continuatum fuiſſe & eſſe, proſecutionemq; ſemper habuiſſe, continuari, ac proſecutionem habere debere ad prædicta & pertinentia ad ea, perinde ac ſi nulla diſſolutio facta fuiſſet. Quinimo præfatam diſſolutionem irritam & inanem de conſilio & aſſenſu ſimili declarantes, ipſum ſacrum generale Concilium Baſileenſe purè, ſimpliciter & cùm effectu ac omni deuotione & fauore proſequimur, & proſequi intendimus. Præterea, vt mentis noſtræ integritas ac deuotio, quam ad vniuerſalem Eccleſiam & ſacrum generale Concilium Baſileenſe gerimus, omnibus conſtet euidenter, duas noſtras literas pridem in palatio Apoſtolico promulgatas, nam tertias, quarum tenor de verbo ad verbum inferiùs deſcribitur, quæ dicuntur incipere, Deus nouit, cùm à nobis aut de ſcitu noſtro nunquam emanârint, licet ſuperfluũ videatur, quod non extat, reuocare, tamen quia petitum eſt, & ad cautelam, ſi vllo vnquam tempore apparérent, & alias quaſcunque, & quicquid per nos aut noſtro nomine in præiudicium aut derogationem prædicti ſacri Concilij Baſileenſis, ſeu contra eius authoritatem factum & attentatum ſeu aſſertum eſt, caſſamus, reuocamus, irritamus & annullamus, nullas & irritas fuiſſe & eſſe declaramus. Item reuocamus quoſcunque proceſſus quarumcunque cenſurarum, priuationum & ſuſpenſionum factos contra ſuppoſita huius ſacri Concilij Baſileenſis, & adhærentes eidem, necnon omnia geſta & facta in præiudicium, læſionem & derogationem eorundem, eis non legitimè citatis, nec legitimè defenſis, de quibuſcunq; dignitatibus, beneficijs, commendis & officijs, etiam ſi cardinalatus, Patriarchatus, archiepiſcopatus, epiſcopatus, abbatię &c. exiſtant, iuribus & bonis quibuſcunque, & ſpecialiter

Literę Eugenij pōtificis.

cialiter

Digitized by Google

cialiter contra Cardinales de Cypro, ſancti Sixti & Firmanum, ac omnia in priſtinum ſtatum per præſentes reducimus, perinde ac ſi non emanaſſent, cum clauſulis opportunis. Mandantes ſub pœnis formidabilibus omnibus, qui ſe de dictis dignitatibus, beneficijs, commendis, officijs, iuribus & bonis intromiſiſſent, vel ratione dictarum priuationum ſeu noſtratum ordinationũ quarumcunque ſe vellent intromittere, vt ab ipſa intromiſſione & omni moleſtia penitus deſiſtant. Vtrùm autem fuerit legitima citatio & defenſio, ſtabitur iudicio ipſius ſacri Concilij. Nos autem deinceps à nouitatibus & grauaminibus ſeu præiudicijs inferendis ipſi ſacro Concilio vel ſuppoſitis eius & adhærentibus eidem, realiter & cum effectu deſiſtemus. Tenor verò præfatarum literarũ ſequitur, & eſt talis:

Prima bulla reuocata.

Eugenius epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, ad futuram rei memoriam. Inſcrutabilis diuinæ prouidentiæ altitudo ad hoc nos, maximæ poteſtatis deſuper plenitudine nobis tradita, ſuper vniuerſum gregem dominicum in præſulem conſtituit, vt ad remouendum atque extirpandum de agro dominico vepres, ex quibus poſſent Eccleſiæ ſuæ ſanctæ & Chriſtianæ reipublicæ diſſenſiones & ſcãdala prouenire, cura aſſidua & peruigili intendamus. Sanè cum dudum ex certis & rationabilibus cauſis Concilium, quod nonnulli Baſileæ congregatum eſſe dicebant, diſſoluentes, illud ad ciuitatẽ noſtram Bononienſem duxerimus commutandum, poſtmodùm ceſſantibus dictis cauſis, præfatum Concilium in ipſa ciuitate Baſileenſi decreuimus per noſtros legatos, qui ibidem noſtro nomine præſiderent, continuari debere, prout in diuerſis deſuper confectis noſtris literis pleniùs continetur. Cùm autem qui Baſileæ congregati erant, prout ſunt, etiam poſt diſſolutionem & decretũ huiuſmodi, ac etiam ante aduentum dictorum legatorum, nõ ad communem vtilitatem, ſed ad priuatas paſſiones intenti, nullaq́; authoritate ſedis Apoſtolicę ſuffulti, multa & grauia, etiam præter illa tria, propter quæ fuerat ibi principaliter Concilium à principio conſtitutum, tanquam haberent generalis ſynodi, nobis etiam contradicentibus, poteſtatem, diſponere, ordinare, ſtatuere, ſancire, declarare, & mandare præſumpſerint, in noſtrum & ſedis Apoſtolicæ ac venerabilium fratrum noſtrorum Cardinalium, & aliorum nobis adhærentium graue præiudicium, præter & cõtra ſanctorum patrum decreta & canonicas ſanctiones: Nos attendẽtes, quòd ea, quæ per eos ſic perperã ſtatuta, facta & ordinata exiſtũt, ſi ſub diſſimulatione & ſilentio præterirent, in magnum atque euidens præiudicium Eccleſiæ atq; Apoſtolicæ ſedis, & graue ſcandalum plurimorum veriſimiliter redundare poſſent, cùm nõ ad reformationẽ, ſed deformationẽ, non ad vnitatem, ſed ſciſſuram Eccleſię, non ad hæreſes tollendas, ſed nutriẽdas, nõ ad pacẽ fidelium, ſed diſcordiã ſeminandi ſpectare videntur: ac propterea volẽtes, prout ex debito paſtoralis officij tenemur, quãtum altiſſimus permiſerit, futuris ſcãdalis celeri remedio prouidere, omnia & ſingula geſta, facta & ordinata, ſancita, decreta & declarata per præfatos Baſileæ congregatos & exiſtentes, videlicet citationes, proceſſus & ſententias, ſtatuta & decreta, quæ de nobis ſeu contra nos, iura & libertatẽ noſtram & ſedis Apoſtolicæ vel venerabiles fratres noſtros ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſeu ipſorum aliquem, aut prælatos quoſcunque, ſiue curiales aut Romanam curiã ſequentes, vſq; ad præſentem diem facere, ſtatuere, attentare, & ordinare nimiùm præſumpſerũt, & quæ vſq; ad acceſſum ipſorum legatorũ ad ſupraſcriptã ciuitatẽ Baſileenſem, & in ipſo Concilio pręſidentium, quomodolibet per eos in futurũ fient, agentur, ordinabuntur, ſancientur, ſtatuentur, attentabuntur, & mandabuntur, exceptis his, in quibus eis per noſtras literas facultatẽ conceſſimus, irrita eſſe & inania, nullumq́; effectũ debuiſſe aut debere ſortiri, authoritate Apoſtolica de conſilio & aſſenſu præfatorum fratrum noſtrorum ſanctę Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, tenore pręſentium declaramus, decernimus, & pro infectis haberi volumus & mandamus. Ipſaq́; & maximè legationes in terris Eccleſiæ, creationes & ordinationes officialiũ, beneficiorum collationes, ac omnia & ſingula indè ſecuta, vel quæ in poſterum ſequi poſſent, ex nunc pręfata authoritate, cùm de facto proceſſerint, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine caſſamus, irritamus, & annullamus, ac nullius eſſe decernimus roboris vel momenti, diſtrictiùs inhibentes vniuerſis Chriſtifidelibus, ne decretis, ordinationibus, mandatis, factis & geſtis huiuſmodi aliquo modo pareant vel intendent, aut pro talibus reputẽt, declarantes omnes & ſingulos, cuiuſcunque ſtatus, gradus & præeminentiæ exiſtant, etiã ſi imperiali, regali, cardinalatus, ſiue quacũque alia eccleſiaſtica ſiue ſeculari pręfulgeãt dignitate, nullo vinculo iuramẽti, promiſſionis, facti, aut conuentionis prædictis factæ, quomodolibet ſe teneri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã noſtræ declarationis, conſtitutionis, voluntatis, mandati, caſſationis, irritationis, annullationis & inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem, omnipotentis Dei & beatorum apoſtolorũ Petri & Pauli eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romę apud ſanctum Petrum, anno incarnationis

nis dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimotertio, quarto Calendas Auguſti, pontificatus noſtri anno tertio.

Secunda bulla reuocata.

Eugenius epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, ad futuram rei memoriam. In arcano noſtrę mentis ſæpiſſimè cogitantes, quòd niſi ſuperinualeſcenti hominum malitiæ, qui Eccleſiam Dei varijs quæſitis coloribus perturbare conati ſunt, authoritas Romanorũ pontificũ reſtitiſſet, diuerſa in Eccleſia Dei ſcandala emerſiſſent: non ſolùm debitum, ſed etiã neceſſarium reputamus, vt nos quoque ea quæ in Eccleſiæ ſcandalũ, noſtrumq; & ſedis Apoſtolicæ cõtemptum & dedecus fieri conſpicimus, debitis remedijs comprimamus. Sanè cùm ad noſtram notitiam nuper peruenit, quoddã prętenſum decretũ, datum tertio idus Iulij anno domini 1433. emanaſſe, in quo inter cætera cõtineri videtur, nos infra lx. dierum ſpatium dictis congregatis purè & ſimpliciter adhærere debere: venerabilibus autẽ fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, necnõ quibuſcunq; in Romana curia exiſtentibus mandari dicebatur, vt poſt ipſum terminum lapſum, infra viginti dies proximè ſequẽtes, ſub pœna priuationis omnium beneficiorũ ſuorum, commendarũ, pẽſionum, officiorũ & gratiarum quarũcunq;, quam incurrerẽt ipſo facto, Romanam curiam relinquerent: omnes inſuper cauſas in ipſa curia pendentes, ad ſe eo caſu aduocabant, prout hæc & nonnulla alia in ipſo prætenſo decreto dicuntur pleniùs contineri: nos ex incumbẽti nobis cura officij paſtoralis aſtricti ad tuendam noſtrã ſediſq; Apoſtolicæ authoritatẽ, Cardinaliũ quoq;, patriarcharum, archiepiſcoporum, epiſcoporum, prælatorũ, officiariorum & aliorũ curialiũ prædictorũ, aſſerentium ipſius decreti * ex defectu poteſtatis condentiũ, ac in hac parte ſupplicantiũ, vt ſuper præmiſſis prouidere vellemus, graui querela cõmoti, authoritate domini noſtri Ieſu Chriſti, qui nos ſuum in terris vicariũ cõſtituit, ac de poteſtatis noſtræ plenitudine pronunciamus, decernimus, ac etiã declaramus, prẹmiſſum aſſertũ decretũ, ac omnia & ſingula in eo contenta, nullũ & inane penitus extitiſſe, & exiſtere, nulliuſq; authoritatis, valoris vel momẽti: ipſumq; & quæcunq; in ea cõprehenſa eadẽ authoritate reuocamus, caſſamus, irritamus, & pro infectis haberi volumus, & mandamus, decernentes inſuper & etiã ſtatuentes, proceſſus omniũ beneficiorũ, officiorũ, dignitatũ, penſionum, commendarum ſeu titulorũ quorumcunq; collationes & diſpoſitiones quaſcunque, in vim eiuſdẽ decreti quomodocunq; & qualitercunq; factas & fiẽdas, & omnia indè ſecuta notoriè, nullius extitiſſe vel exiſtere firmitatis.

Fortè deeſt,* defectum ſeu *nullitatẽ

Mandamus inſuper omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus, eccleſiaſticis & ſecularibus, cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus ſeu conditionis exiſtant, etiam ſi imperiali, regali, reginali, cardinalatus, patriarchali vel quauis alia prẹfulgeãt dignitate, ſub anathematis pœna & priuationis, quam contrafacientes incurrere volumus ipſo facto, dignitatũ, officiorum & beneficiorum ſuorũ quorumcunq;, & inhabilitationis ad illa, ſeu alia in poſterum obtinenda, ne cardinales, patriarchas, archiepiſcopos, epiſcopos, prẹlatos, officiarios, clericos ſeu alios Romanam curiã ſequentes, in eorũ perſonis ſeu rebus eccleſiaſticis, beneficialibus, ſpiritualibus vel prophanis, occaſione præfati decreti turbent, quomodolibet vel moleſtent, nec ea facientibus præſtent auxilium, conſilium vel fauorem. Pari quoq; pœna illos, qui authoritate ſeu occaſione quacunque, ea aut eorũ aliqua auſi fuerint attẽtare, volumus ſubiacere, inhabilitantes eos ad quaſcunque dignitates, honores, officia & beneficia in poſterũ obtinenda, ſupplentes ex eadem poteſtatis plenitudine omnes defectus, ſi qui forſan interuenerint in præmiſſis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ pronunciationis, conſtitutionis, declarationis, reuocationis, caſſationis, irritationis, voluntatis, mãdati, ſtatuti, inhabilitationis & ſuppletionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorũ eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Laurentium in Damaſo, anno incarnationis dominicæ milleſimo, quadringenteſimo, triceſimotertio, idibus Septembris, pontificatus noſtri anno tertio.

Tertia bulla reuocata.

Eugenius epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, vniuerſis Chriſtifidelibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Deus nouit ſecretorum omnium optimus perſcrutator, quòd vſqueadeò ſummopere atq; diligenti ſtudio procurauimus, ne ſacrilegum ſchiſma in Dei Eccleſia naſceretur, quod pauci etiàm ſanctæ Romanæ Eccleſię Cardinales Baſileæ conuenientes, ipſum poſſent veriſimiliter (ſi ab incepto non deſiſterent) inducere, nos etiam ad illa humiliando, vt ſcandala vitarentur, ac ipſis plurima permittendo, ad quæ de iure minimè tenebamur, credentes vt exinde pacati, pax & tranquillitas inter nos & ipſos, imò veriùs in Chriſtiana religione oriretur. Sed nõ profuerunt, ſiue prodeſſe poſſunt, per nos piè, manſuetè ac modeſtè cum ipſis dicta & geſta, vt poteſt notoriè animaduertere Chriſticola quilibet orthodoxus, quin ipſi velint ſe à ſancta ſede Apoſtolica ſcindere, & diuinum corpus

Hãc bullã Eugenius pontifex negat ſe ſciẽte confectam.

pus

pus dominicum, id eſt, ſanctam matrem Eccleſiam, Chriſti tunicam inconſutilem, lacerare, ac ſciſſuram peſtiferam in ipſa conficere, noſq; Petri ſucceſſorem legitimum, licet immeritum, pro poſſe confundere, quas res hactenus Chriſtianæ religionis principibus pateſacere non curauimus, ſperantes noſtra cum manſuetudine & patientia omnia ad debitæ iuſtitiæ ſemitas poſſe deducere, ac ipſos ab eorum conatibus & erroribus reuocare. Sed prohdolor nimiùm iſte morbus eorum canceroſus inualuit, & quotidiè conualeſcit, quia noſtra clementia & nimia benignitas ipſos contra nos quotidiè reddit magis elatos. Et quamuis eorum deſiderijs condeſcendentes, mandauerimus iterũ debere Baſileæ Concilium celebrari, ipſi tamen quoniam nobis oppidò ſunt inſeſti, & quos toleraſſe, & ipſia ſuarum contra ſedem Apoſtolicam rebellionum indulgentiã obtuliſſe, non profuit: eorum tamen intentionem executioni gaudent & cupiunt præcipuè demandare, nos falſo de varijs criminibus impetentes, vt valeant inhumaniter omni põtificali poteſtate nos perturbare, quorum callidè dicta & geſta opus eſt refellere, ne falſis detractionibus de nobis confictis, valeant Chriſtianam circumuenire religionem, ac omnibus Chriſtifidelibus eorum geſta, dicta & facta horrenda ſapere poſſe in futurum ſchiſma & peſtiferã hæreſim oſtendamus, noſtris his literis ſingulariter eorũ obiectis reſpondentes. Obijciunt igitur primùm de nobis obloquentes, quòd ſcandali & perturbationis cauſa in Eccleſia Dei introducẽdi perperàm conati ſumus ſacrum Baſileenſe diſſoluere Concilium, quodque ex hoc vniuerſalem Eccleſiam conturbauimus, nec ſine conſenſu Concilij diſſolutionem illam facere valuimus: quæ cuncta veritati iuris & facti penitus ſunt aduerſa. Quoniam primùm noſtra nunquàm fuit aut erit intentio, ſacrum diſſoluẽdo exinanire Concilium, ac nolle ſecundum Conſtantienſis & Senenſis ſtatuta Cõciliorũ ipſam ſacram ſynodum celebrari, in qua perfidæ hæreſes euellerentur, & Deo militantium in Eccleſia reformarẽtur mores improbi, ac alta pax & dulcis tranquillitas Chriſtiano populo traderetur: quin potiùs hoc tam ſalubre negocium ſemper inſedit, & reſidet cordi noſtro. Et his de rebus cupientes vt ipſum per Apoſtolicæ noſtræ ſolertiæ ſtudium finem debitum conſequeretur, in noſtræ aſſumptionis principio ad ſummi Apoſtolatus apicem mandauimus, per dilectum filium Iulianum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſancti Angeli diaconum Cardinalem, ibidem Baſileæ ſanctam ſynodũ celebrari. Verùm quoniam poſtmodùm, vt alijs noſtris literis curauimus Chriſticolis palàm facere, iuſtis de cauſis ex parte ipſius Iuliani, & nonnullorum tunc Baſileæ conuenientium, per dilectum filiũ Ioannem Pulchri patris ipſorum oratorem, ad nos ſpecialiter deputatum, nos informati veridica relatione percepimus, quòd Baſileæ pro tunc ſine magno temporis interuallo ipſius ſanctæ ſynodi celebratio non eſſet poſſibilis, Cõcilium ipſum penitus non diſſoluimus, vt ipſi non benè interpretati ſunt, ſed ad noſtram Bononiẽſem ciuitatem commutauimus, ſic quòd ipſum in ſua eſſentia conſiſtere voluimus, ac à Baſileenſi ciuitate ſolùm exoluimus. Quare nos indebitè criminantur, quòd ſcandala in Eccleſia Dei introducendi cauſa Concilium diſſipauimus, cùm ipſum à Baſilea cõmutare, neceſſitatibus vrgẽtibus, coacti fuerimus. Et quamuis nunc nobis ipſas cauſas per præfatum oratorem intimatas, inficiari non vereantur, orbi tamen toti notiſſimum eſt, illas cauſas celebrandi Concilij impeditiuas, extitiſſe veras. Nam ferè octo menſes effluxerãt, poſtquàm ipſa initiari debuit ſancta ſynodus, nec adhuc Baſileæ conuenerant tres epiſcopi, aut alij in toto numero decem prælati, regumque & principum procuratores, ſiue nuncij pauci, ſiue nulli aderant, cum quibus de Chriſtianorum pacatione, ſiue concordia poſſent aliqua pertractari, vt in Concilijs primùm eſt decẽs inquirere. Doctorum & magiſtrorum ferè nulli intererant, qui hæreticorum verſutijs reſiſtere poſſent, ac argumenta eorum ſophiſtica ſcirẽt refellere & confutare. Locus etiam ipſe Baſileenſis ciuitatis minime tutus videbatur, tum propter armatam finitimam hæreſim Bohemorum, tum propter ſubortam guerram inter dilectos filios viros illuſtres Burgundiæ & Auſtriæ duces. His igitur & alijs iuſtis & legitimis de cauſis, non ſcandalizandi clerum, ſiue errores ſtudio conficiẽdi, de ipſorum Cardinalium plurimorum conſilio & aſſenſu, qui nunc Baſileæ conueniunt, & hanc commutationem damnant, illam fecimus, præſertim his etiam de cauſis moti, quia ſperabamus, quod in Italia conſiſtente chariſſimo in Chriſto filio noſtro Sigiſmondo Romanorum tunc rege, nos faciliùs ambo potuiſſemus Bononiæ conuenire, adeſſentq; ibidem Bononiæ tunc celeriùs prȩlati & principes in numero copioſo, ſiue ipſorum procuratores & nuncij, cum quibus meliùs & grauiori maturitate ſingula in Concilijs agenda expedirentur, & maiori cum reuerentia ab omnibus Chriſtifidelibus reciperẽtur, quàm illa quæ per paucos Baſileæ conuenientes fieri forſitan contigiſſent. Neſcimus ergo, quomodo ipſam audent commutationem reprobare, cuius ipſi plurimi fuerũt authores præcipui, damnant nanque eorum geſta, non noſtra, quia tunc eramus grauiſſima corporali infirmitate grauati, cùm ipſi diſſolutionem & tranſlationem ipſam promouebant, ſuadebant, & efficere ſtuduerãt, nobis præcipuè ad me-

moriam reducentes, & his rationibus compellentes, quòd dum eramus in minoribus conſtituti, vnà cum ipſis & alijs fratribus noſtris ſanctæ Romanę Eccleſię Cardinalibus, voto & iuramento nos aſtrinximus, quòd illo in loco Concilium teneremus, in quo maiori parti Cardinalium magis expediens videretur, cùm Baſileę non ſperaretur poſſe Concilium celebrari temporibus à iure decretis, iam fine temporis inſtante, & impedimentis ſubſiſtentibus anteà enarratis, ſicque ipſi mutationem ſiue tranſlationem neceſſariam eſſe dicêtes, & vt alio in loco transferremus, ſedulò requirentes. Tandem fuit cauſa finalis, vt ipſam tranſlationê ſiue commutationem faceremus, quam tamen & iuſtam fuiſſe, & nobis ſoli cum venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus facere licuiſſe (prout egimus) etiam abſq; alterius conſenſu Concilij, nemo ſanæ mentis ambigere debet. Nam etſi canon Conſtantienſis Concilij, qui incipit, Frequens, ab ipſo Concilio editus, & à felicis recordationis Martino prædeceſſore noſtro non improbatus, locum mutare, vel tempus inceptionis Concilij prorogare nobis ſine Concilij conſenſu prohibere videatur, non tamen debet ſic abuſiuè interpretari, vt, cauſa imminente, nobis etiam ſoli adempta fuerit circa loci mutationem, temporis prorogationem diſpenſandi facultas, cum etiam ſi à Martino editus extitiſſet, illa non fuiſſet, ſiue eſſe debuiſſet prohibentis intentio, quæ ſucceſſoribus ſuis nullum potuit in hac parte præiudicium generare, pari poſt ipſum, quinimo eadem poteſtate functuris, & infertur (prout eſt ſecundum omnia iura) in hac parte Concilium inferius ſummo pontifice, papamq; ipſis priorem nequeunt ſoluere vel ligare, ſed nos in his Concilio ſuperiores, ipſum poſſemus pro libitu regulare. Nam hoc de iure notiſſimum eſt, quòd poſſumus quæcunque ſtatuta, decreta, declarata, ſiue ſancita per quoſcunq; prædeceſſores noſtros, vel per quæcunq; Concilia, dummodò in ipſis fidei fundamenta non exiſtant, ſine ex hoc vniuerſalis Eccleſiæ bonum principaliter non turbetur, vt vicarius Chriſti & irreprehenſibiliter pro noſtro amouere & corrigere pro libitu voluntatis: & cõtrà ſentire non eſſet longæuum ab hæreſi, velle ligare manus vicarij Ieſu Chriſti, & in terris Dei legati, ſiue ipſius geſta iudicare vel improbare, quod ſacrilegij crimen habet. Sed quæſumus, nobis dicant, qui nobis detrahunt, quæ hæreſis, quæ vniuerſalis Eccleſiæ turbatio ex hac tranſlatione loci ſurgere poterat, ſi nos ſanctã ſynodum Bononiæ commutauimus, vt eius bonum non fruſtraretur vlteriùs, quod iam menſibus octo ſine fructu aliquo extiterat prorogatũ, & ipſius initiandi poſtmodùm Baſileæ veſtigia commoda nulla videbantur? Profectò nullus per

Conſtantienſis Cõcilij ſeſſ. 39.

iuris tramites ambulans & non paſſione ſeductus aſſereret, quòd Eccleſiæ fecerimus perturbationẽ, ſed ſalutem: nec celebrationem Concilij fruſtrauimus, ſed id accelerare concupiuimus. Taceant ergo hi, qui ſic nobis inhumaniter detrahunt: quoniã non ad Chriſtianorum & Eccleſiæ noxam, commutationem fecimus, ſed pro ſalute tutiſſima, vt citiùs quæ in Concilio forent agẽda, finem debitum ſortirentur. Fuit igitur à Baſileenſi ciuitate legitima pro tũc noſtra Cõcilij diſſolutio, ac ipſius ad Bononiã iuſtiſſima trãſlatio, & aſſerentes contrà ſunt penitus ab omni veritate ac fide catholica alieni. Nos inſuper criminantur & diffamãt, quòd ſacro Concilio purè & ſimpliciter non adhę remus, ſed quotidiè magis & magis cõtemnimus & deſpicimus, quodq; ne nos modeſtè & manſuetè monere curauerint, vt ſcandaloſam diſſolutionẽ & Eccleſiæ Chriſti perturbationem amouere deberemus, quas res inquiunt nos pertinaciter recuſare, & has ob cauſas nos citare & monere non ſunt veriti, & tandem (quod eſt deterius) ſi eorum vota infra ſexaginta dies non adimpleuerimus, nos ab omni pontificali dignitate ſuſpendiſſe profitentur: quæ quantùm contra omnia ſint diuina iura pariter & humana, ac hæreſim manifeſtè nutrientia, breuiter oſtendemus: nam diſſolutionem, quam ſcandaloſam & Eccleſiã perturbantem eſſe dicunt, legitimis de cauſis & neceſſarijs iure fecimus, vt antè retulimus. Quod igitur ſcandalum, quod iuſtè, honeſtè & vrgente neceſſitate factum extitit, potuit generare? Profectò nullum, cùm omnia quæ ad ſalutem Chriſtianæ religionis debuiſſent in Baſileenſi Concilio expediri, & quæ pro tunc cùm ipſam ſanctam ſynodum commutauimus, ibidem Baſileæ fieri non poterant: meliùs, celeriùs & commodiùs in ipſa Bononienſi ſynodo perfici valuiſſent. Quam etiam Eccleſiæ turbationem fecimus, cùm (vt paulò antè narrauimus) illo in tẽpore, quo Cõcilium commutauimus, ferè nulli prælati conuenerant? Non poterant igitur perturbari, qui nõ aderant: quia qnod Concilium Baſileę fieret, non curabant. Nam ſi affectaſſent, ibidem in tempore conueniſſent. Nec quo ad illos qui conuenerant, quia ita pauci numero erant, qnòd ſine noſtra authoritate Eccleſiã vniuerſalem repræſentare non poterant, quamuis ipſi eam repræſentare ſe dixerint. Concilio igitur ad ipſam Bononienſem ciuitatem legitimè tranſlato, ibidem poſtmodum Baſileæ conuenientes velut locultæ acephali, canonicum ſine noſtris præſidentibus non fecere Concilium, cùm authoritate caterent Apoſtolicæ ſedis. Nec veræ ſunt, quas faciunt excuſationes, quòd Conſtantienſis, Senenſiſq; atq; felicis recordationis Martini ac noſtra authoritate, ipſorum Cõcilium vires habuerit, & habeat. Nã nos

nos prædictis veris cauſis ſubſiſtentibus, & noſtram & piæ memoriæ Martini, & ipſorũ Conciliorum authoritates, vt iure fecimus, reuocare potuimus, vt patulè ſuprà inſinuauimus. quare poſt ipſam canonicam diſſolutionem & authoritatum prædictarum reuocationem, abſque vlla Apoſtolica authoritate conueniebant, ſiue conueniunt. Vndè verum non eſt dicere, eorum canonicum poſt noſtram diſſolutionem & ſine noſtris præſidentibus fuiſſe vel eſſe Concilium, quoniam nulla rata eſt vel vnquam erit ſynodus generalis, quæ ſummi pontificis non fuerit authoritate ſuffulta. Nec etiam eorum Spiritus Sãctus eſt caput, cùm miſericors Ieſus Chriſtus ſuper omnia ſummum pontificem † eccleſiæ poſt tranſitum verbi ad patrem, caput & principem ab ipſo Chriſto & Eccleſia cõſtitutũ Eccleſiæ inſtituerit, nos videlicet, qui locum retinemus ipſius vicarij Ieſu Chriſti, quamuis immeriti. Sacrilegum igitur à nobis poſtulant & hæreticum, vt declarare velimus, retroactis temporibus Baſileæ continuè fuiſſe Concilium, cùm poſt noſtram diſſolutionem ſine noſtris præſidentibus regulare non fecere Concilium: quia eorum dicta, geſta & facta omnia, contra diuina iura pariter & humana perperam ſunt confecta, & quæ per nos nullatenus ſunt debita comprobari. Et in hoc eſt quòd Chriſtianam religionem circumuenire cupiunt, vt ſub colore, quòd continuè Baſileæ Concilium fuiſſe declaremus, omnia eorum geſta & facta comprobemus, quæ adeò ſunt minùs benè compoſita, vt etiam ſi ab habentibus poteſtatẽ promulgata fuiſſent, eſſent irritatione, annullatione & reuocatione digniſſima.

Denotat Cardinalẽ S. Euſtachij qui obijt poſtmodũ in eodem Concilio.

Nam quod nunquam eſt lectum, ipſi in ciuitate noſtra Auinionenſi, & contra noſtram voluntatem conſtituere legatum auſi ſunt, illam tyrannidi vnius Cardinalis, nuper cum eis conuenientis ſubijciendo, ſpreto verò legato de latere, per nos & ſedem Apoſtolicam conſtituto: vndè tot guerrarum ſtrages, tot rapinæ, tot homicidia, tot incendia ſuborta ſunt. Sed tãdem clementiſſimus Deus ſua miſericordia fauit parti iuſtiorem cauſam habenti, quia noſtro vero dominio, & ſub noſtro legato ipſa ciuitas eſt ſubiecta. Ipſi inſuper de ſingulis Romanæ curiæ officijs inter ſeipſos diſponere non ſunt veriti, præſidentes, ad præſidendum in eorum generali Concilio, deputando, noſtris penitus præſidentibus ſpretis, cum quibus potuiſſent ac debuiſſent canonicam ſynodum facere & firmare. Cauſarum etiam auditores à ſeipſis conſtituerũt, quod nuſquã viſum eſt, pontifice ſummo Romanam curiam tenente, dum ad ipſam extirpationem hæreſum, reformationem morum, pacemque Chriſticolarum vniuerſam intenti eſſe deberent, ſingulorum cauſas particulares ſtudent potiùs ventilare.

Denotat Cardinalẽ Rothomagenſem, q fuit vicecancellarius tẽpore Cõcilij.

Exercitium etiam vicecancellariatus officij, vni ex ipſis contra noſtram voluntatẽ tribuere præſumpſerunt, ac etiam generalia ſine publica conſiſtoria celebrare, omniaque attentare non formidant, quæ tantum ſunt nobis & ſedi Apoſtolicæ ſpecialiter reſeruata, perinde ac ſi vniuerſæ carnis viam eſſemus ingreſſi, vel ſi omnis pontificalis ſummæ dignitatis poteſtas eſſet nobis adhuc viuentibus & in Petri ſede legitimè conſtitutis, apud ipſos deuoluta: quod aſſeuerare eſt hæreticũ & prophanum, cùm poteſtas apud nos & ipſos, & ſic duos, in ſolidum eſſe nõ poſſit: quia imaginari nõ poſſumus, qua authoritate, quo iure nobis in ſede Apoſtolica conſiſtentibus, beneficia conferant, niſi quòd vſurpant contra iuſtitiam iura noſtra. Et quod deteſtabilius eſt, illa quæ in noſtris prædeceſſoribus malefacta damnant, monaſteriorum religioſorum ſecularibus clericis adminiſtrationes conceſſas, ipſi ad inſtantiam cuiuſdam principis ſecularis fecerunt. Nam officium Generalis Humiliatorum, & illius ordinis principale monaſterium, cuidam ſeculari clerico in commẽdam ſiue adminiſtrationem conceſſerunt: quam rem, exemplo veluti pernicioſam, nos per anteà facere recuſauimus. Ipſi verò vt Epiſcopos habeant, cõtinuù cognita contraria voluntate facere tentauerũt, & ſub tali eorũ colorato titulo clericus antedictus in dicta adminiſtratione intruſus eſt, ita vt dici poſſit, quòd ferè centum monaſteria regularia, quæ ſub officio Generalis dicti ordinis regulari debuiſſent, ſub vnius clerici ſecularis ſunt adminiſtratione ſuppoſita: quæ quantùm iuri, quantùm honeſtati, quantùm bonis moribus conueniant, quiſq; prudens animaduertere poteſt. Poſtremo tandem vltra aliud, quòd nos & plurimos fratres noſtros Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales citare conati ſunt, etiam poſtquã decreuimus iterum ibidem Baſileæ debere Concilium agitari, nos etiam ab adminiſtratione ſummi pontificatus ſuſpendere freti ſunt, vt ad ipſos poſſent ſaltem de facto, ipſam noſtram ſummi pontificis poteſtatem aduocare, & eius adminiſtrationem exercere, conferendo beneficia vel officia, & alia faciendo quæ nobis tantùm ſunt à iure conceſſa ſiue permiſſa. Iſtæ ſunt ergo cauſæ, quare continuè Baſileæ fuiſſe Cõcilium per nos declarari cupiunt. Iſti ſunt, qui, quoniam eorum vota pati nõ volumus, de nobis tot mẽdacia confingunt. Iſtæ ſunt hæreſes quas extirpare cupiunt. Iſtæ ſunt reformationes debitæ, quas in Eccleſia Dei introducũt, & pax & tranquillitas, quas vniuerſis Chriſti fidelibus diſponunt, quia inter ſeipſos poteſtatem noſtram diuidunt, & ſibijpſis aſcribere cupiunt, vt quæ beneficia vel officia ſiue honores, quos à nobis conſequi non valuerũt, ſcindendo Dei Eccleſiam conſequantur. Abſit igitur à nobis, abſit, vt talem declarationẽ faciamus, & quòd talia geſta comprobemus.

Prius

Prius eſt enim, vt non ſolùm pontificatum vel partem eius, ſed animam tollant, quàm fidem Catbolicam nobis auferant. *Locus obſcurus.* De boc autem verò ad oſtendendam noſtram ſynceram & puriſſimam intentionem, quam habemus, vt Concilium fiat, & quòd omnia ad finem debitum perducantur, cõtenti ſumus, & volumus purè & ſimpliciter cõtinuè fuiſſe Concilium, ita tamen, quòd omnia geſta & attentata contra nos, ſiue ſedis Apoſtolicæ libertatem vel priuilegia, ſanctæque Romanę Eccleſiæ Cardinales ac nobis adhærentes, prout de facto fecerunt, ſic de facto ante omnia reuocent, noſtroſque legatos iuxta iuris regulas præſidentes admittant. Obijciunt etiam nobis, & admirari videntur, quòd Baſileæ iuſſimus ſacram ſynodum celebrari, ac mandauimus cum Concilij conſilio, agenda per præſidentes perfici. Dicimus, quòd Concilium duntaxat potens eſt, ipſos autem pręſidentes ſequi neceſſe eſt: & ideo ſi Conciliũ dictaret, ſiue conſuleret aliquid Eccleſiæ expedire, præſidentibus verò nõ placeret, hoc ipſum minimè fieri poſſet, ſic quòd de iudice Concilium conſiliarius formaretur. Sed hi ſic dicentes, ſi nulla iura vidiſſent, ſatis eſſet. Nam ſi * ipſi omnia mundi iura percontentur, omnia volunt, quòd quæ Concilio ſtatuuntur, declarantur, ſeu ſanciuntur, à Papa vel eius legato conſtituantur atq; promulgentur, ſacro Concilio conſulente, ſiue etiã approbante. ** ipſa* Nam ſi Papa vel legatus eiuſdẽ, nollet diſponere aliqua, contrà Concilium affectaret. Papæ ſententia, vel eius legati, perſonam ſummi pontificis repręſentantis, non Concilij voluntas, ſequenda foret, cùm ſuper omnia Concilia habeat poteſtatem Papa, niſi fortè quæ ſtatuenda forent, Catholicam fidem reſpicerent, vel ſi non fierent, ſtatum vniuerſalis Eccleſiæ principaliter perturbarent, quia tunc Concilij ſententia eſſet potiùs attendenda. Verba igitur noſtrarum literarum ſecũdum iuris formam interpretanda ſunt, vt quæ ad ſolum Concilium ſpectarent, quæ ſunt numero plurima, cũ Concilio expediantur & fiant, alij verò iuris tramitem imitentur. Et hoc eſt, in quo potiſſimè falluntur, qui Baſileæ conueniunt. Nam credunt in ſingulis agẽdis eſſe iudices ſupra pontificem, quod eorum actiones demonſtrant. Nam in ſingulis ſe nobis ſuperiores reputant, quod tamen aſſeuerare eſt hæreticum & prophanum. Obmuteſcant igitur, & noſcant, quod etiam ſic cum Concilio fieri mãdauit fe. re. Martinus noſter proximus prædeceſſor, nec velint noſtram puram intentionem in ſingulis lacerare, quam etiam cum alijs laceſſere conantur, aſſeuerantes noſtram ad ſummi Apoſtolatus apicẽ non fuiſſe canonicam electionem. Sed ô miſericors Deus, cur oculos tuę pię iuſtitiæ contra pręfatos non conuertis? Nam plurimi ex his qui talia proferunt, ſunt, qui nos in Petri cathedram dirigentes inthronizauerunt, iſti nos conſecrauerunt, iſti nos coronauerunt, & aliqui ex eis, vt à vero Chriſti vicario pontificatus inſignia ſuſceperunt, alij verò ex eis ferè omnes gratias, ſiue beneficia plurima ſunt adepti, & nos annis plurimis pro ſummo vero pontifice venerati ſunt. Igitur imaginari non poſſumus, qua fronte, qua audacia, quo colore poſſint noſtram Catholicam electionem in dubium reuocare, præſertim cùm ipſorum allegent maximam turpitudinem. Quare principes Chriſtiani religioſiſſimi, voſque alij Chriſticolę orthodoxi, per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti præfatos Baſileæ conuenientes adhortemini, vt deſiſtentes ab inceptis, velint noſtros præſidẽtes admittere, vt canonicam ſynodum facientes, poſſint bona illa propter quæ ſacrum Concilium eſt inſtitutum, debitæ executioni demandare. Quòd ſi ſecus (quod abſit) fecerint, & Dei Eccleſiam ſcindere (vt hactenus ſunt conati) concupiuerint, nec cum præſidentibus intendere reformationi Eccleſiæ ſtuduerint, tunc vos Chriſticolas Principes iterum per eiuſdem miſericordiam obſecramus, qui pro nobis mortem ſubijt temporalem, vt velitis eorum improbis conatibus pro poſſe reſiſtere, præſertim ne ſchiſma nefandiſſimum in Dei Eccleſia oriatur. Nam hoc ad principes pertinet ſeculi Chriſtianos, vt eorum temporibus pacatam velint eſſe matrem Eccleſiam, vndè ſunt ſpiritualiter nati. Quod Pſalmographi verbum oſtendit, *Pſalm. 2* cùm inquit: Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore &c. Sed quomodò ſeruiunt principes in timore, niſi ea quæ contra ſanctam matrem Eccleſiam & iuſſa domini ſunt, religioſa ſeueritate prohibendo atque plectendo? Agite igitur, viriliter agite, aduerſus Chriſti vineã & agrum dominicum deuaſtare cupientes, nec permittere velitis, quòd ſine authoritate pontificis conciliabula, non Concilia, fiant: quomodo in futurum poſſet eſſe exemplum perniciosiſſimum, vt decem ſine plures ad libitum ſine ſedis Apoſtolicæ authoritate aliquo in loco prælati conuenirent, ſcandalizarentque populum Chriſtianum orthodoxũ, ac contra Chriſti vicarium pro libitu reſilirent, vt reſiſtentes malis actionibus, ęternam gloriam mereamini. Datum Romæ apud Sanctum Laurentium in Damaſo, anno incarnationis dominicæ 1433. Idibus Septembris, pontificatus noſtri anno tertio. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conſtitutionis, declarationis, proſecutionis, intentionis, caſſationis, reuocationis, irritationis, annullationis, voluntatis, reductionis & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum

Digitized by Google

ſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ 1433. xviij. Calendas Ianuarij, pontificatus noſtri anno tertio. Ego Iotdanus epiſcopus Sabinenſis manu propria ſubſcripſi. Ego Antonius tituli ſancti Marcelli, manu propria ſubſcripſi. Ego Lucidus Cardinalis de * Comite, manu propria ſubſcripſi. Ioannes de Nurſia. Poggius. Datum in ſeſſione publica in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata, Nonis Februarij, Anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquarto.

* de Comitibus. Nurſienſis iſte fuit ſcriptor Eugenij: Poggius ſecretari*, Poggijq; nomen à tergo bullæ ſcriptū fuit.

Die Sabbati xxiiij. Aprilis, 1434. in congregatione generali domini legati ſanctiſſimi domini noſtri incorporati ſunt ſacro Concilio nominibus priuatis, vt ſequitur, videlicet reuerendiſſimi reuerendique patres domini, Cardinalis ſanctæ Crucis, Archiepiſcopus Tarentinus, epiſcopus Paduanus, & abbas ſanctæ Iuſtinæ, &c.

Oratores ſanctiſſimi domini Eugenij Papæ quarti in eorum incorporatione iurabūt nominibus proprijs, fideliter laborare pro ſtatu & honore huius ſacri Concilij & eius decreta defendere, & manu tenere, & ſpecialiter decretum ſacri Concilij Conſtantienſis, cuius tenor ſequitur, & eſt talis: Primò, quòd generalis ſynodus in Spirituſancto legitimè congregata, generale Concilium faciens, Eccleſiam Catholicam militantem repræſentans, poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui quilibet cuiuſcunque ſtatus vel dignitatis, etiam ſi Papalis exiſtat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem & extirpationem ſchiſmatis, & ad generalem reformationem Eccleſiæ in capite & in membris. Item declarat, quòd quicunq; cuiuſcunque ſtatus vel dignitatis etiam ſi Papalis exiſtat, qui mandatis, ſtatutis, ſiue ordinationibus aut præceptis huius ſanctæ ſynodi & cuiuſcunq; alterius Concilij generalis legitimè congregati, ſuper præmiſſis ſeu ad ea pertinentibus, factis vel faciendis obedire contumaciter contempſerit, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubiiciatur, & debitè puniatur, etiā ad alia iuris ſubſidia (ſi opus fuerit) recurrendo. Item iurabunt dare ſanum & ſalubre conſilium ſecundum Deum & conſcientias ſuas, & non reuelare vota ſingulorum, in quantùm ex huiuſmodi reuelatione veriſimiliter poſſet oriri aliquod odium vel ſcandalum, &c.

Conſtantienſis Cōcilij ſeſ. 4.

Et non recedere à loco huius ſacri Concilij, ſine licentia obtenta à deputatis eiuſdem.

SESSIO XVII.

Super admiſſione præſidentium in Concilio nomine domini Eugenij Papæ quarti.

SACROSANCTA generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè cōgregata, vniuerſalem Eccleſiā repræſentans, dilectos Eccleſiæ filios Nicolaum tituli ſanctæ Crucis in Hieruſalem presbyterum, Iulianum ſancti Angeli diaconum, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & venerabiles Ioannem Archiepiſcopum Tarētinum, & Petrum epiſcopum Paduanum, ac dilectum Eccleſiæ filium Ludouicum abbatem ſanctæ Iuſtinæ Paduanæ, tantùm admittit in præſidentes in hoc ſacro Cōcilio, nomine, vice & loco ſanctiſſimi domini Eugenij Papæ quarti cum infrà ſcriptis cōditionibus & clauſulis, pleniſſimum robur & effectum per omnia habituris, videlicet, ſine * omni iuriſdictione coactiua, ſaluo etiam modo procedendi in hoc ſacro Cōcilio hactenus obſeruato, præſertim qui continetur in ordinationibus huius ſacri Concilij, quæ incipiunt: Primò ſint quatuor deputationes, ſicut ſunt, inter quas omnes de Cōcilio diſtribuantur æqualiter, quantùm fieri poterit, &c. Ordinat etiam, quòd præter feriam ſextam, in qua ordinaria eſt congregatio generalis, non poſſit fieri alia, niſi fuerit concluſum priùs per tres deputationes ad minùs. Et tunc intimetur ipſis præſidentibus vel alteri ex eis, quòd ponant ſchedulas. Et ſi non fecerint, vnus ex promotoribus Concilij, vel vnus ex deputationibus quicunque ſint, ponat ſchedulas. Et omnes de Cōcilio veniant ad congregationē. Aliâs ſi non fuerit concluſum per tres deputationes, nullus ad ipſam congregationem accedat. Et quicquid ibi factū fuerit, nullius ſit roboris. Et idē de ſeſſione. Item, quòd lectis in congregatione generali his quæ concluſa ſunt per deputationes, primus inter præſidentes ibidem præſentes, etiam alijs vel alio ex eis abſentibus, concludat iuxta ordinationes ſacri Concilij. Quòd ſi nolit ipſe aut alius de præſidentibus ibidem præſentibus facere, tunc proximior prælatus ſubſequens in ordine conſidendi, concludat. Et ipſo nolente, alius ſucceſſiuè faciat. Et ſi fortè nullus de pſidentibus veniat ad congregationē, vel ad ſeſſionem generalis Concilij, tunc * primus prælatus (vt præmittitur) pro illo die faciat officiū præſidentis. Item, quòd omnia acta huius ſacri Cōcilij (ſicut hactenus eſt obſeruatum) fiant, & expediantur ſub nomine & bulla ipſius Cōcilij. Datum in ſeſſione publica ipſius ſanctæ ſynodi, in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata, ſexto calendas Maij, Anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquarto.

* vlla

* proxim* * proximior

In hac

In hac 17. ſeſſione tam ſolẽniter celebrata, interfuit Sigſmundus Romanorum Imperator ſedens coronatus cum alijs nobilibus ſibi aſtantibus. Vnus dux à dextro, tenens enſem euaginatum in manu, iuxta quem dux Vuilhelmus Bauariæ, habens & tenem pomum rotundum deauratum cum cruce in ſignum mundi, & à ſiniſtro dominus Marchio Brãdenburgenſis, vnus Electorum Imperij, habens ſeu tenens ſceptrum regale deauratum, &c. Et benè centum prælati, ſedentes cum mitris albis, vt moris eſt, &c.

SESSIO XVIII.

Super innouatione decreti Concilij Conſtantienſis de authoritate & poteſtate Conciliorum Generalium, abſentibus dominis legatis Papæ.

Huic ſeſſioni 18. nõ interfuit Imperator, iam antè Baſilea digreſſus.

SAcroſancta generalis Synodus Baſileenſis, in Spiritusſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam.

Ad magnam Eccleſiæ Catholicæ vtilitatem pertinere dinoſcitur, vt ipſius authoritas (cui omnes ſubeſſe tenẽtur) in ſacro olim Conſtantienſi Concilio declarata, ſępiùs manifeſtetur, & ad omnium notitiam perducatur. Et quemadmodum nonnulla concilia præcedentium ſynodorum ſalubres inſtitutiones & declarationes renouare conſueuerunt, ita & hæc ſancta ſynodus neceſſariam illam declarationem de Generalium Conciliorum authoritate, in dicto Conſtantienſi Concilio promulgatam, ſub eodem qui ſequitur tenore innouat: Primò, quòd generalis ſynodus in Spiritusſancto legitimè congregata, generale Concilium faciens, Eccleſiam Catholicam militantem repræſentans, poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui quilibet cuiuſcunque ſtatus vel dignitatis, etiam ſi Papalis exiſtat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem & extirpationẽ ſchiſmatis, & ad generalem reformationem Eccleſiæ in capite & in membris. Item declarat, quòd quicunque cuiuſcunque ſtatus vel dignitatis, etiã ſi Papalis exiſtat, qui mandatis, ſtatutis ſiue ordinationibus aut præceptis huius ſanctæ ſynodi aut cuiuſcunque alterius Concilij Generalis legitimè congregati, ſuper pręmiſſis ſeu ad ea pertinentibus, factis vel faciendis obedire cõtumaciter cõtempſerit, niſi reſipuerit, condignę pęnitentiæ ſubijciatur, & debitè puniatur, etiam ad alia iuris ſubſidia (ſi opus fuerit) recurrẽdo. Datum in ſeſſione publica ipſius ſanctæ ſynodi, in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata, ſexto Calendas Iulij, Anno domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quarto.

Conſtantienſis Cõcilij ſeſ. 4. Et ſuprà in hoc Baſileẽſi, ſeſſione 16.

Conſtantienſis Cõcilij ſeſ. 5.

SESSIO XIX.

In qua fuerunt pronunciata decreta in materia Græcorum, necnon Iudæorum & Neophytorum.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritusſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuã rei memoriam.

Sicut pia mater pro filiorum ſalute ſemper anxia eſt, nec vnquam quieſcit, donec ſi qua inter ipſos diſſenſio ſit, ſopita fuerit: ſic & multo ampliùs ſancta mater Eccleſia, quę filios ad perpetuam vitam regenerat, omni conatu laborare cõſueuit, vt omnes qui Chriſtiano nomine cenſentur, ſublato omni diſſidio, eandem fidei vnitatem, ſine qua ſalus eſſe non poteſt, fraterna charitate cuſtodiãt. Quamobrem huius ſanctæ ſynodi ab initio ſuæ congregationis, præcipua cura fuit, illud recens Bohemorum, antiquumque Græcorum diſſidium prorſus extinguere, & eos nobiſcum in eodem fidei & charitatis vinculo perpetuo copulare. Bohemos igitur viciniores primò, deinde Græcos per noſtras literas & oratores pro ſancta vnione facienda, cum omni charitate ad hoc ſacrum Concilium vocauimus. Et quanquam Bohemorum negocium multi ab initio non ſolùm difficile, ſed penè impoſſibile æſtimarent, noſtroſque tanquam ſuperuacuos & inutiles iudicarent labores, attamen dominus noſter Ieſus Chriſtus, cui nihil impoſſibile eſt, ſic ſalubriter rem ipſam vſque ad hanc diem direxit, vt multo ampliùs hæc ipſa Bohemorum vocatio Eccleſiæ ſanctæ profuerit, quàm multi potentiſſimi exercitus, qui ſæpè Bohemiam armata manu ingreſſi ſunt. Quæ res eo ampliorem ſpem nobis præbet, vt hanc Græcorum vnionem cum omni fiducia & conſtantia proſequamur. Quod quidem eo libentiùs aggredimur, quo ipſos ad hãc vnionem plurimùm affectos conſpicimus. Vt primùm enim sereniſſimus Græcorum Imperator & Patriarcha Conſtantinopolitanus per noſtros requiſiti ſunt oratores, mox tres inſignes viros de his qui apud eos magnæ videntur authoritatis, (quorum primus ipſum Imperatorem conſanguinitate attinet) ad hanc ſanctam ſynodum deſtinârunt, ſufficienti ipſius Imperatoris mandato cum bulla aurea & eius manu propria ſubſcripta, ac Patriarchæ literis munitos, qui tam in generali congregatione, quàm coram commiſſarijs noſtris feruentiſſimum Imperatoris & Patriarchæ, totiuſque eccleſiæ Orientalis ad hanc vnionem deſiderium exponentes, nos mirum in modum ad tam ſancti operis proſecutionem pulſant, ac quotidiè excitant, duo inter alia firmiter conſtanterque aſſeren-

Digitized by Google

aſſerentes, vnionem ipſam niſi in ſynodo vniuerſali, in qua tam Eccleſia Occidentalis q̃ Orientalis conueniat, fieri nullatenus poſſe, & in ea ſynodo ſi fiat, (vt infrà conuentum eſt) omnino ipſam vnionem ſecuturam. His auditis, ſumma nobis lætitia ac iocunditas nimirum acceſſit. Quid enim Catholicæ Eccleſiæ felicius glorioſiusque contingere vnquam poſſet, quàm quòd tot Orientales populi, qui numero hominum ab his qui noſtræ fidei ſunt, nõ multùm diſtare videntur, in eadem nobiſcum fidei vnitate coniungantur? Quid vtilius aut fructuoſius ab exordio naſcentis Eccleſiæ populus Chriſtianus vidit vel audiuit, quàm quòd tam diuturnum pernicioſumq; ſchiſma penitus extirpetur? Vndè & aliam reipublicæ Chriſtianæ Deo propicio, vtilitatem accreſcere confidimus, quoniam ex hac vnione, cùm facta fuerit, plurimos ex nefanda Mahumeti ſecta ad fidem Catholicam conuerti, ſperandum eſt. Quid igitur pro tam pijs ac ſalutaribus rebus, per Chriſtifideles tentandũ faciendumque non eſſet? Quis catholicus pro tanto nominis Chriſtiani & orthodoxę fidei incremento, non modo caducã huius mundi ſubſtantiam, ſed & corpus & animam exponere non deberet? Quocirca omnem cogitatum
Pſal. 54.c 71.c.135.a noſtrum iactantes in Deum, qui facit mirabilia magna ſolus, venerabiles Sanctę Romanæ Eccleſiæ Cardinales, præſidentes ſedis Apoſtolicæ, Patriarcham Antiochenum, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, magiſtroſque & doctores in numero competenti deputauimus, vt vnà cum ipſis Græcorum ambaſiatoribus rem iſtam tractare, & quo ordine ad executionem deducẽda eſſet, proſpicere deberent. Qui tam inter ſe, quàm cũ ipſis oratoribus ſæpenumerò conuenientes, habito inter ſe digeſto conſilio, ad infraſcripta cum ipſis deuenerunt capitula, quæ poſteà ſecundum morem huius ſacri Concilij per ſacras deputationes maturè deliberata, ac deinde per generalem congregationem concluſa firmataque ſolenniter extiterunt. Quorum tenor vnà cum mandato ipſius domini Imperatoris ſub bulla aurea ſequitur, & eſt talis:

Ambaſiatores ſereniſſimi domini Imperatoris Græcorũ, & domini Patriarchæ Conſtantinopolitani, videlicet dominus Demetrius * protonoſtiarius Palæologus Mæotides, venerabilis Iſidorus Abbas monaſterij Sancti Demetrij, & dominus Ioannes Diſſipatus, eiuſdem Imperatoris familiaris, conuenientes cum dominis deputatis ſacri Concilij, primò expoſuerunt, ꝙ ſi Eccleſiæ Occidentali placeret, vt hæc ſynodus Conſtantinopoli celebraretur, Eccleſia Orientalis proprijs expenſis ibidem conueniret, nec oporteret, vt Eccleſia Occidentalis prælatis Orientalibus aliquas expenſas faceret. Quinimò ipſe dominus Imperator, in quibus poſſet, prælatis Latinis Conſtantinopolim venturis ſubueniret. Sin autem placeret, vt prælati Eccleſiæ Orientalis ad terras Latinorum pro prædicta ſynodo accederent, neceſſariũ fore propter legitimas cauſas, vt expenſis Eccleſiæ Occidentalis ſubuenirent. Et cùm dictis dominis deputatis videretur multis de cauſis, hanc vnionem commodiùs fieri poſſe in hac ciuitate Baſileenſi, vbi actu Concilium congregatum eſt, ſæpè ac multùm apud ipſos dominos oratores inſtiterunt, vt hic locus pro hac ſancta vnione eligeratur, offerentes impenſas ad hoc neceſſarias. Sed ipſis oratoribus reſpondentibus, ꝙ cùm eorum inſtructiones limitatæ de certis locis per ipſos Imperatorem & Patriarchã eis datæ ſint, non hunc locum eligere qui in ipſis inſtructionibus nominatus non eſſet, Domini deputati ſacri Concilij, cognoſcentes ſanctam ac perfectam ipſius Concilij intentionem, quæ eſt, vt pro honore Dei & profectu fidei Catholicæ nullis parcatur laboribus & impenſis, iudicârunt non expedire, vt propter locum duntaxat tantum bonum negligeretur. Acceptârunt igitur, ſi placeat ſacro Concilio, vnũ de locis inferiùs nominandis, cùm hoc, ꝙ (ſicut inferiùs eſt conuentum) mittantur aliqui vel aliqois ad ipſum dominum Imperatorem, Patriarcham & alios, qoibus perſuadeant per efficaces rationes, vt in hác ciuitatem Baſileenſem velint aſſentire. Loca nominata ſunt, Calabria, Anchona, vel alia terra maritima, Bononia, Mediolanum, vel alia ciuitas in Italia. Extra Italiam Buda in Hungaria, Vienna in Auſtria, & ad vltimum Sabaudia. Conuenerunt tandem dicti domini deputati cum ipſis dominis ambaſiatoribus, in his quæ ſequuntur, ſi ſacro Concilio placeant. Primo dicti ambaſiatores promiſerunt, quòd ad huiuſmodi ſynodum conuenient Imperator Græcorum & Patriarcha Conſtantinopolitanus, & cæteri tres Patriarchæ & Archiepiſcopi & Epiſcopi & alij Eccleſiaſtici, qui commodè venire poterunt. Similiter quòd venient ab omnibus regois & dominijs, quę ſubijciuntur eccleſijs Græcorum, cum plena poteſtate & mandato vallato iuramento & alijs clauſulis opportunis, tam ex parte ſecularium dominorum quàm prælatorum. Item, quòd mittatur vnus vel plures ambaſiatores, ex parte ſacri Concilij cum octo millibus ducatorum, pro facienda congregatione prælatorum Eccleſiæ Orientalis ad Conſtantinopolim, quæ octo millia expedientur ab ipſis ambaſiatoribus ſacri Cõcilij, prout ipſi domino Imperatori & ipſis ambaſiatoribus ſacri Concilij videbitur. Ita tamẽ, quòd ſi dicti prælati nollent Conſtantinopolim venire, vel poſtquàm Conſtantinopolim venerint, nollent ad ſynodum prædictam accedere, tunc teneatur dictus Imperator reddere dictis ambaſiatoribus Sacri Concilij, quic-

* protonoſtiarius for * protoſpatarius

quicquid pro ea re expenderint. Item, quòd Eccleſia Occidentalis ſoluat expenſas quatuor galearum groſſarum, quarum duæ ſint de Conſtantinopoli, & duæ aliundè, pro conducendo dum tempus erit ad portum noſtrum, & reducendo Conſtantinopolim dominum Imperatorem & Patriarchas & prælatos Eccleſiæ Orientalis cum ſuis, vſque ad numerum ſeptingentarum perſonarum. Quibus ipſa Occidentalis Eccleſia impenſas faciet hoc modo: Quia pro expenſis ipſius Imperatoris & ipſarum ſeptingentarum perſonarum, à Conſtantinopoli vſque ad portum noſtrum vltimum, dabit ipſi Imperatori quindecim millia ducatorum. A dicto autem vltimo portu vſque ad locum dictæ ſynodi, & deinde, quandiu manebunt in ſynodo, & vſque ad reuerſionem ipſorum ad Conſtantinopolim, faciet dicto Imperatori cum dictis ſeptingentis perſonis impenſas honeſtas. Item, quòd infra decem menſes incipiendos à menſe Nouembris proximè ſequenti, teneatur ſacrum Concilium mittere duas galeas groſſas, & duas ſubtiles verſus Conſtantinopolim cum trecentis baliſtarijs. Super quibus galeis erunt ambaſiatores ſacri Concilij, & dominus Demetrius* protonoſtiarius Palæologus, primus de ipſis ambaſiatoribus domini Imperatoris. Qui quidem ambaſiatores ſacri Cõcilij, habebunt ſecum quindecim millia ducatorum, dando domino Imperatori pro expenſis ſuis & Patriarcharum & prælatorum, ac aliorum venientium vſque ad numerum ſeptingentarum perſonarum, faciendis à Conſtantinopoli vſque ad portum vltimum, ad quem debebunt applicare, vt ſuprà. Item prædicti ambaſiatores ſacri Concilij, ituri cum prædictis galeis, ordinabunt, quòd decem millia ducatorum erunt parata ad exponendum, ſi neceſſarium fuerit, pro cuſtodia ciuitatis Conſtantinopolitanæ, propter periculum quod poſſet interuenire à Turcis ciuitati tẽpore abſentiæ dicti domini Imperatoris, quæ pecuniæ exponentur per aliquem à dictis ambaſiatoribus ſacri Concilij *deputandis, prout neceſſitas fuerit. Item, ordinabunt prædicti ambaſiatores ſacri Concilij, de expenſis duarum galearum ſubtilium & trecentorum baliſtariorum, pro cuſtodia ciuitatis Conſtantinopolitanæ tempore abſentiæ domini Imperatoris, & quòd gentes dictarum galearum & ipſi baliſtarij iurabunt in manibus Imperatoris, fideliter ſe habere. Et capitanei eorum ſint, quos Imperator inſtituerit. Item, quòd prædicti ambaſiatores habeant expenſas duarum galearũ groſſarum, tot quot expendi conſueuerunt in armando tales galeas. Item, quòd huiuſmodi ambaſiatores ſacri Concilij ituri cum prædictis galeis Conſtantinopolim, nominabunt domino Imperatori portum, ad quem vltimò debebit applicare, & locum vnum de prænominatis, in quo eſſe debeat dicta vniuerſalis ſynodus. Laborabunt tamen cum omni inſtantia, vt ciuitas iſta Baſileenſis eligatur, prout ſperandum eſt. Item, quòd hoc ſacrum Baſileenſe Concilium interim ſtabit firmiter in Baſilea, nec diſſoluetur legitimo impedimento ceſſante, quo interueniente (quod Deus auertat) pro continuatione ſui iuxta diſpoſitionem capituli, Frequens, ad aliam ciuitatem ſe transferet. Et in caſu quo dominus Imperator non contentaretur de iſto loco, tunc infra menſem, poſtquàm præfatus dominus Imperator applicuerit ad dictum portum vltimum, ſacrum Concilium ſe transferet ad vnum de prædictis locis nominatis, per ipſum ſacrum Concilium (vt ſuprà dictum eſt) eligendum. Item, quòd in omnem euentum prædicta omnia vtrinque adimpleantur. Item, quòd prædicta omnia fient firmiori modo, & cum maiori robore & ſecuritate, quo fieri poſſunt per ſacrum Concilium, videlicet per decretum & ſub bulla. Item, quòd prædictis omnibus concluſis & concordatis, ac (vt præmittitur) firmiter roboratis, ſummus pontifex expreſſum præbeat aſſenſum per ſuas patentes bullas. Et quòd prædicta omnia & ſingula intelligi debeant bona fide, ſine dolo & fraude, & abſque impedimento legitimo & manifeſto. His omnibus adimpletis, dicunt ſupradicti ambaſiatores Græcorum, & promittunt, quòd omnino venient, etiam ſi bellum foret, & inſtaret ciuitati. Et ob earum omnium rerum confirmationem tradent mandatum præfati Imperatoris ſub bulla aurea ſacro Concilio, & pro prædicto Imperatore ipſi & alij iurabunt, ſcribendo & ſubſcribendo propter firmam & veram fidem, quòd fieri debeat cum Deo vniuerſalis ſancta ſynodus, ſi mors Imperatoris non interuenerit, aut impedimentum aliquod manifeſtum & verum, quod fugi vitarique non poſſet. Poſtremò petitum eſt ab ipſis ambaſiatoribus Græcorum, vt exponerent quædam nomina, in eorum inſtructionibus contenta. Et primò, quid intelligunt per verbum, ſynodus vniuerſalis. Reſponderunt, quòd Papa & Patriarchę ſint in dicta ſynodo per ſe vel procuratores ſuos, ſimiliter & alij prælati ſint ibidem verè vel repræſentatiue, promittentes (vt ſuprà) quòd dominus Imperator Græcorum & patriarcha Conſtantinopolitanus intererunt perſonaliter *liberi & inuiolenti, hoc eſt, quòd vnicuique liceat liberè dicere iudicium ſuum ſine cuiuſquam impedimento vel violentia, ſine contentione, hoc eſt, ſine contentione rixoſa & contumelioſa. Non tamen excluduntur diſputationes & collationes neceſſariæ, pacificæ, honeſtæ, & charitatiuæ. Apoſtolica & canonica hęc omnia quomo-

*protoueſtiarius for. *protonotarius, aut *protoſpatarius.

for. *deputandũ

In Cõſtantienſis Concilij ſeſſione 39. Et in proœmio huius Baſileẽſis.

*libera & inuiolẽta

quomodò intelligi debeāt, & de modo procedendi in ſynodo, remittunt ſe ad ea, quæ ipſa vniuerſalis ſynodus declarabit & ordinabit. Item quòd Imperator Græcorum & eorum Eccleſia habeat honores ſuos, hoc eſt, quos habebat tempore exorti præſentis ſchiſmatis, ſaluis ſemper iuribus, honoribus, priuilegijs & dignitatibus ſummi pontificis, & Romanæ eccleſiæ & Imperatoris Romanorum. Et quòd ſi qua dubitatio oriatur, detur declarationi vniuerſalis Concilij præfati.

Sequitur tenor mandati dicti Imperatoris ſub Bulla aurea, de Græco in Latinum tranſlati.

Quoniā miſſi fuerunt ad ſacroſanctum Concilium generale Baſileenſe noſtri & Imperij noſtri ambaſiatores, familiaris noſter * protonoſtiarius Demetrius Palæologus Mæotides, & honorandiſſimus in ſacris monachis abbas ſacri monaſterij ſancti Demetrij, & familiaris noſter Ioannes diſſipatus, ad conſtitutionem à nobis ſolicitati generalis & œcumenici Concilij, pro vnione præmeditata eccleſiarum Chriſti, & dedimus eis ambaſiatoribus perfectam & plenā poteſtatem & * bayliam ſuper & in prædictis, mandat, diffinit, & ordinat Imperium noſtrum per præſens chryſobulum ſuū, quod omnia & ſingula illa, quæ ordinauerint, promiſerint, iurauerint, fecerint, & conſtituerint per ſcripturam ſiue ſcripturas ſuper prædictis præfati noſtri ambaſiatores, reputentur à noſtro imperio, & affirmata ſint, tanquam ſi à perſona noſtra præſentialiter facta, ordinata, promiſſa & iurata forent. Et ſi contingeret impedimentum aliquod, vel mors in aliquo dictorum ambaſiatorum, tunc quod factum eſt, & promiſſum erit per duos ex eis, firmum & validum ſit, tanquam ſi per omnes tres factum foret. Et in robur & firmitatem prædictorum, iurat Imperiū noſtrum per iuramentum debitum, & condecens nobis, tanquam Chriſtiano fideli Imperatori, & per orationem & benedictionem ſancti mei Imperatoris domini & patris noſtri felicis memoriæ, & per animam meam. Factumq́; eſt præſens chryſobulum Imperij noſtri, à mundi creatione ſexies millesimo nongenteſimo quadrageſimoſecundo, & à domini noſtri IESV CHRISTI natiuitate milleſimo quadringenteſimo trigeſimotertio, die vndecimo Nouembris, Conſtantinopoli in palatio noſtro Imperiali. Et ſubſcriptum literis rubeis manu noſtra propria more Imperiali, cum pendenti aurea bulla.

Litera domini Patriarchæ Conſtantinopolitani de Græco in Latinum tranſlata ſub bulla plumbea, & eſt talis:

Ioſeph Dei gratia Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, nouæ Romæ vniuerſalis Patriarcha, reuerendiſſimis Cardinalibus Romanæ Eccleſię & reuerendis epiſcopis & omnibus alijs deuotis congregatis in ſynodo Baſileenſi, condignam & condecentem mitto vobis omnibus ea, qua teneor, charitate & amicitia ſpirituali ſalutem. Literas Reuerentiæ veſtræ recepimus per reuerendum Antonium epiſcopum Sudenſem, & fratrem Albertum de Criſpis, ſacræ theologiæ magiſtrum, oratores veſtros, ex quibus & etiam relationibus præfatorum benè notauimus optimam diſpoſitionem atque intentionem Deo amabilem, quam veſtra Reuerentia pro tota Chriſtianitate gerit, & ſpecialiter pro nobis, id eſt, pro vnitate Eccleſiæ ſanctæ CHRISTI. Et ſuper hoc lætati fuimus maximè, quoniam hortamini nos pro illis, pro quibus & nos iam diu hortati fuimus inſtanter Eccleſiam Romanā. Multoties enim ſcripſimus, & miſimus illuc pro vnitate prædicta, vt omnibus patet. Tantis autem legationibus ex parte noſtra factis, & tanta ſolicitudine oſtenſa, non permiſerunt tamen circumſtantiæ rerum, vt finem acciperet noſtra voluntas & tractatus. Ad præſens igitur de iſtis & eiſdem & conſimili & eadem diſpoſitione, veſtræ Reuerentię ſcribimus, quærentes fieri Concilium œcumenicum, ſub præſentia omnium perſonarum debentium neceſſariò adeſſe, ſecundum antiquum ordinem & conſuetudinē, & tale Concilium fieri canonicum, liberū, inuiolatum, & ſimpliciter ſecundum formas antiquorum œcumenicorum Cōciliorum: & illud omne, quod DEO dante in tali Concilio vnanimiter & cōcorditer concluſum fuerit, hoc firmum haberi indubitanter & ſine contradictione & lite quacunque. Quæ omnia dicta fuerunt, & conceſſa, & confirmata à ſancta Romana Eccleſia, per plures legationes ad eam noſtri parte factas. Impedita verò fuit iſtorum concluſio & effectus, propter temporales circumſtantias, vt ſuprà dictum eſt. Sed quoniam veſtra Reuerentia in præſenti tempore tantam promptitudinem ſuper iſtis oſtendit, per legationem ſpecialem quam fecit pro iſtis, & hortata fuit nos literis & relationib⁹ ſuorum oratorum, propter hoc & nos miſimus ambaſiatores noſtros familiarem imperij * protonoſtiarium Demetrium Palæologum Mæotidem, & honorandiſſimum in ſacris monachis abbatem ſacri monaſterij ſancti Demetrij Iſidorum, & Ioannem Diſſipatum, per quos petimus & rogamus V. R. quòd ad hoc Deo amabile opus vnionis conferatis omnem curam & ſolicitudinem, vt fiat & concludatur dictum laudabile opus, veſtris ſtudio & diligētia, noſtris correſpondentibus. Cum verò ſint aliqua neceſſaria ad hoc & eius operis executiua, cōmiſimus de iſtis prædictis noſtris ambaſiatoribus, qui V. R. latiùs & clarius omnia referent,

* protonoſtiarius

* protonoſtiarium

referent,& manifeſtabunt,placeatque V.R. eiſdem plenam fidem adhibere. Datum in vrbe Conſtantinopoli, milleſimo quadringẽteſimo trigeſimotertio, die decimoquinto menſis Octobris.

Sequitur confirmatio ſupradictorum capitulorum.

Supraſcripta igitur capitula & conuentiones hæc ſancta ſynodus authoritate vniuerſalis Eccleſię pręſenti decreto approbat, ratificat & confirmat,ſtatuitq́; ac decernit, & pollicetur ea & eorum quodlibet ſeruare,& inconcuſſa tenere,vt præmittitur.Quę cum ad incrementum fidei orthodoxæ, vtilitatemq́; Eccleſiæ catholicæ & totius populi Chriſtiani pertinent, omnibus fidem CHRISTI diligẽtibus grata plurimùm & accepta eſſe debent.Et quoniam (vt præſcriptum eſt)ipſi Græci propter nonnullas cauſas poſtulant, vt ſanctiſſimus dominus Eugenius Papa quartus,dictis capitulis & conuentionibus expreſsè cõſentiat, ne propter hoc tantum bonum negligatur, ipſum Eugenium hæc ſancta ſynodus cum omni charitate obſecrat & deprecatur, ac per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti, cum quanta poteſt inſtantia exorat ac requirit, vt in fauorem fidei & eccleſiaſticæ vnitatis,pręfatis capitulis & conuentionibus ſynodali decreto approbatis & ratificatis,per ſuas literas more Romanæ curiæ bullatas,expreſſum aſſenſum præbeat. Datum in ſeſſione publica, in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata,ſeptimo idus Septembris, anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquarto.

Aliud decretum de Iudæis & neophytis, in eadem ſeſſione promulgatum.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis,in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repręſentans,ad perpetuam rei memoriam. Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti ſequens veſtigia hæc ſancta Synodus,illud gerit potiſſime in viſcerib⁹ charitatis,vt omnes euangelicam veritatẽ agnoſcant,& in ea,poſtquàm agnouerint, fideliter perſeuerent. Proinde,vt Iudæi alijq́; infideles ad orthodoxã conuertantur fidem, quiq́; ad ipſam conuerſi fuerint, in illa conſtanter permaneant, his ſalubribus inſtitutis prouidere decernens,in primis ſtatuit,vt omnes diœceſani quoſdam in literis diuinis benè eruditos,aliquot vicibus annuatim deputent in locis, vbi Iudæi, aut alij infideles degunt,ad prædicandũ & explanandum taliter catholicæ fidei veritatem,vt ipſi infideles qui audiunt, ſuos valeant errores recognoſcere. Ad quam prædicationem ſub pœnis tam cõmercij per fideles illis interdicẽdi, quàm alijs ad hoc opportunis ipſos infideles cuiuſcunq; ſexus in annis diſcretionis conſtitutos,accedere compellãt. Ipſi autem diœceſani ac prædicantes,ita ſe erga illos ꝓpicios ac charitate plenos exhibeãt, vt non ſolum propalatione veritatis, ſed & alijs humanitatis officijs ipſos Chriſto lucriſaciant. Chriſtianos autem cuiuſcunque dignitatis aut ſtatus, quomodolibet impedientes,ne Iudæi ad huiuſmodi prædicationem conueniant,aut arceantur, notam fautoriæ infidelitatis incurrere ipſo facto decernit. Vt autem hæc prædicatio eò ſit fructuoſior, * quo prædicantes linguarum habuerint peritiam, omnibus modis ſeruari præcipimus conſtitutionem editam in Concilio Viennenſi, de duobus docere debentibus in ſtudijs ibidẽ expreſſis, linguas Hebraicam,Arabicam,Græcam & Chaldæam: quæ vt efficaciùs obſeruetur, rectores ipſorum ſtudiorum inter alia quę in aſſumptione Rectoratus iurant, hoc etiam addi volumus, operam ſe pro ipſius conſtitutionis obſeruatione daturos.In Concilijs etiam illarum prouinciarum, in quibus huiuſmodi ſtudia conſtituta ſunt,omnino diſponatur, vt hi qui prædictas linguas docturi ſunt, ſtipendia debita percipere valeant. Sacros inſuper canones renouantes,præcipimus tam diœceſanis, quàm poteſtatibus ſecularibus, vt modis omnibus prohibeãt, ne Iudæi aut alij infideles,aut Chriſtianos, aut Chriſtianas in familiares,ſeu ſeruientes,aut filiorum ſuorum nutrices habeant, ac ne Chriſtiani cum ipſis in eorum feſtiuitatibus, nuptijs & conuiuijs,aut balneis, ſeu nimia conuerſatione communicent, aut medicos, vel matrimoniorum proxenetas, ſeu aliorum contractuum mediatores de publico conſtitutos aſſumant, nec alijs publicis præponant officijs, aut ad gradus quoſcunq; ſcholaſticos admittant, nec eis locentur pręda vel alij redditus eccleſiaſtici. Prohibeantur etiã, libros eccleſiaſticos,calices,cruces & alia eccleſiarum ornamenta ſub pœna perditionis rei emere, aut pignori ſub pœna amiſſionis pecuniæ mutuatæ accipere. Sub grauibus quoque pœnis cogantur aliquem deferre habitum, per quem à Chriſtianis euidenter diſcerni poſſint.Quorum vt euitetur nimia conuerſatio, in aliquibus ciuitatum & oppidorum locis, à Chriſtianorum cohabitatione ſeparatis,habitare compellantur,& ab eccleſijs longiùs quantùm fieri poteſt. Nec diebus dominicis & alijs ſolennibus feſtiuitatibus apothecas apertas tenere, vel in publico laborare præſumant.

for. *quo maiorem.

De his qui volunt ad fidem conuerti.

Si quis eorum ad fidem catholicam conuerti uoluerit, bona ſua quæcunque habet mobilia & immobilia, ei intacta illæſaque permaneant. Quòd ſi huiuſmodi bona ex vſura, aut illicito quæſtu fuerint acquiſita, ac notæ ſint perſonæ, quibus foret de iure reſtitutio facienda,(quia nõ dimittitur peccatum,niſi reſtituatur ablatum) illis reſtitui

omnino

omnino oportet. His verò perſonis non extantibus, quia talia per manus Eccleſiæ impios eſſent vſus conuertẽda, hæc ſancta ſynodus vicem gerens vniuerſalis Eccleſiæ, in fauorem concedit ſuſcepti baptiſmatis, tanquam in pium vſum apud ipſos remanere debere, ſub pœna diuini anathematis tam eccleſiaſticis quàm ſecularibus interdicens, vt nullam ſuper his, quouis quæſito colore, moleſtiam inferãt, aut inferri patiantur, ſed magnum ſe feciſſe lucrum exiſtiment, dum tales Chriſto lucrati fuerint. Et quoniam

1. Ioan. 3. c

(vt ſcriptum eſt) qui habuerit ſubſtantiam mũdi huius, & viderit fratrem ſuum neceſſitatẽ habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodò charitas Dei manet in ipſo? ſi ipſi conuerſionis tempore inopes, aut indigentes fuerint, per viſcera miſericordiæ Dei noſtri omnes tam eccleſiaſticos, quàm ſeculares hæc ſancta ſynodus exhortatur, vt ipſis conuerſis manus porrigant adiutrices. Ipſi quoq; diœceſani non ſolùm Chriſtianos ad ſubueniendum illis exhortentur, ſed tam de redditibus eccleſiarum, prout poterunt, quàm de his quæ ad pauperũ vſus per ipſos conuertenda deuoluuntur, huiuſmodi neophytos ſuſtentare non negligant, ipſoſque à detractionibus, contumelijs, paterna affe-

Ephe. 2. d

ctione defendant. Et quoniam per gratiam baptiſmi ciues ſanctorum & domeſtici Dei efficiuntur, longeque dignius ſit regenerari

* editali

ſpiritu, quàm naſci carne, hac * edictali lege ſtatuimus, vt ciuitatum & locorum, in quibus ſacro baptiſmate regenerantur, priuilegijs, libertatibus & immunitatibus gaudeant, quæ ratione dũtaxat natiuitatis & originis alij conſequuntur. Curent inſuper ſacerdotes baptizantes, & hi qui de ſacro fonte ſuſcipiunt, tam ante baptiſmũ quàm poſt, illos in articulis fidei ac legis nouæ p̃ceptis, catholicæq; Eccleſiæ ritibus diligenter inſtruere. Et tam ipſi quàm diœceſani operam dent, ne cum Iudæis ſeu infidelibus, ſaltem per longum tempus, penitus conuerſentur, ne ſicut nonnunquam contingit ab infirmitate curaos, modica occaſio ad priſtinam perditionem recidiuos efficiat. & quoniam (experientia teſte) mutuam inter ſe neophytorum conuerſationem ipſos in fide noſtra fragiliores reddere, ac ſalun ipſorum plurimùm officere compertum eſt, exhortatur hæc ſancta ſynodus locorum ordinarios, vt quantùm pro incremẽto fidei viderint expedire, curent & ſtudeant, neophytos ipſos cũ originarijs Chriſtianis matrimonio copulare. Prohibeatur & his neophytis ſub grauibus pœnis, ne mortuos more Iudæorum ſepeliant, aut ſabbata aliaſq; ſolẽnitates & antiquæ ſectę ritus quoquo modo obſeruent. Sed & eccleſias & prædicationes noſtras, prout alij catholici frequentent, & in omnibus ſe Chriſtianorum moribus conformes reddant. Contemptores autem prædictorum, per ſacerdotes in quorum parochijs ſiti ſunt, aut alios ad quos de iure vel antiqua conſuetudine de talibus inquirere ſpectat, ac etiam per alios quoſcunque, diœceſanis, ſeu inquiſitoribus hæreticæ prauitatis deferantur: & inuocato, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, per eos taliter puniantur, quòd & alijs trãſeat in exemplum. De his omnibus in Cõcilijs Prouincialibus & ſynodalibus diligẽs fiat inquiſitio. & tam circa Epiſcopos & ſacerdotes in præmiſſis negligentes, quàm ipſos neophytos & infideles prædictorum contemptores, opportunum adhibeatur remedium. Si quis autem cuiuſcunque gradus vel præeminentię, huiuſmodi neophytos, ne ad obſeruationem ritus Chriſtiani ſeu alicuius præmiſſorum compellantur, foueat atque defendat, pœnas contra fautores hæreticorum promulgatas incurrat. Neophyti verò ſi ſe corrigere poſt canonicam monitionem neglexerint, quin ad vomitum Iudaizantes redire comperti ſint, contra eos tanquam perfidos hæreticos, ſecundum ſacrorum canonum inſtituta procedatur. Si qua verò ipſis Iudæis vel infidelibus indulta ſeu priuilegia per quoſcunque eccleſiaſticos ſeu ſeculares cuiuſcunque ſtatus ſeu dignitatis, etiam ſi Papalis vel Imperialis exiſtant, conceſſa iam ſint, vel in futurum concedi cõtingat, vergentia quoquo modo in detrimentum catholicæ fidei, aut nominis Chriſtiani, ſeu quorumcunque præmiſſorum, hæc ſancta Synodus caſſa, & irrita eſſe decernit, decretis & conſtitutionibus Apoſtolicis ac ſynodalibus, quæ ſuper præmiſſis condita ſunt, in ſuo robore duraturis. Et vt huiuſmodi ſanctæ conſtitutionis iugis memoria habeatur, & ne quiſquam ipſius ignorantiam prætendere poſſit, iubet hęc ſancta ſynodus, vt p ſingulas cathedrales & collegiatas eccleſias, aliaque pia loca, in quibus vberior eſt fidelium concurſus, ſemel in anno ad minùs infra diuina promulgetur. Datum in ſeſſione ipſius ſanctæ ſynodi, in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata, ſeptimo idus Septẽbris, Anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquarto.

SESSIO XX.

Decretum de concubinarijs in ſeſſione vigeſima promulgatum.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentãs, ad perpetuam rei memoriam.

Tanto ſumus ad concedendum petentibus laudabili per nos ordinatione ſtatuta

& decreta ſub forma authentica proniores, quanto ex hoc ſtatutis & decretis huiuſmodi circa eorum obſeruationem valeat fides certior adhiberi. Hinc eſt, quòd nos tenores conſtitutionum inferiùs deſcriptarum, per nos dudum editarum, & in ſeſſione publica per nos in maiori eccleſia Baſileēſi vndecimo Calendas Februarij, anno domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquinto celebrata publicatarū, & apud acta noſtra de mandato noſtro deſcriptarum, ad dilectorū eccleſię filiorum &c. N. & N. qui tenores huiuſmodi ſe in iudicio & extra aſſerunt indigere, ſupplicationis inſtrumentum de actis ipſis extrahi & pręſentibus annotari fecimus, quæ ſequuntur in hæc verba: Quicunque clericus, cuiuſcunq; ſtatus, conditionis, religionis, dignitatis, etiam ſi pontificalis vel alterius præeminentiæ exiſtat, qui poſt huius cōſtitutionis notitiam, quam habere pręſumatur, per duos menſes poſt publicationem eiuſdem in eccleſijs cathedralibus, quam ipſi diœceſani omnino facere teneantur, poſtquàm eadem conſtitutio ad eorum notitiam peruenerit, fuerit publicus concubinarius, à perceptione fructuum omnium ſuorum beneficiorum, triū menſium ſpatio ſit ipſo facto ſuſpenſus, quos ſuus ſuperior in fabricam vel aliam euidentem eccleſiarum vtilitatem, ex quibus hi fructus percipiuntur, conuertat: necnon & huiuſmodi publicum concubinarium, vt primùm talem eſſe innotuerit, mox ſuus ſuperior monere teneatur, vt infra breuiſſimum terminum concubinā dimittat. Quā ſi non dimiſerit, vel dimiſſam aut aliam publicè reſumpſerit, iubet hęc ſancta ſynodus, vt ipſum ſuis omnibus beneficijs omnino priuet. Et nihilominùs hi publici concubinarij, vſquequò cum eis per ſuos ſuperiores, poſt ipſarum concubinarum dimiſſionem, manifeſtamq; vitę emendationem fuerit diſpenſatum, ad ſuſceptionem quorumcunque bonorum, dignitatum, beneficiorum vel officiorum ſint inhabiles. Qui ſi poſt diſpenſationē recidiuo vomitu ad huiuſmodi publicum concubinatum redierint, ſine ſpe alicuius diſpenſationis ad prędicta prorſus inhabiles exiſtant. Quòd ſi hi, ad quos talium correctio pertinet, eos (vt prædictum eſt) punire neglexerint, eorum ſuperiores tam in ipſo de neglectu, quàm in illos pro concubinatu, modis omnibus digna punitione animaduertant. In Concilijs etiam prouincialibus & ſynodalibus aduerſus tales punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos, etiam per ſuſpenſionē à collatione beneficiorum vel alia cōdigna pœna ſeueriter procedatur. Et ſi hi, quorū deſtitutio ad ſummum pontificem ſpectat, per Concilia prouincialia aut ſuos ſuperiores, propter publicum concubinatum reperiantur priuatione digni, ſtatim cum proceſſu inquiſitionis ipſi ſummo pontifici deferantur. Eadem diligentia & inquiſitio in quibuſcunque capitulis generalibus & prouincialibus, quo ad ſuos ſeruetur, pœnis alijs contra prædictos & alios non publicos concubinarios ſtatutis, in ſuo robore permanſuris. Publici autem intelligendi ſunt non ſolùm hi, quorum concubinatus per ſententiam aut confeſſionem in iure factā, ſeu per rei euidentiam, quæ nulla poſſit tergiuerſatione celari, notorius eſt, ſed qui mulierem de incontinentia ſuſpectam & infamatam tenet, & per ſuum ſuperiorē admonitus, ipſam cum effectu non dimittit. Quia verò in quibuſdam regionibus nonnulli iuriſdictionem eccleſiaſticam habentes, pecuniarios quæſtus à concubinarijs percipere non erubeſcunt, patiendo eos in tali fœditate ſordeſcere: ſub pœna maledictionis æternæ præcipit, ne deinceps ſub pacto, compoſitione aut ſpe alicuius quęſtus, talia quouis modo tolerent aut diſſimulēt: alioquin vltra præmiſſam negligentiæ pœnam, duplum eius quod propterea acceperint, reſtituere ad pios vſus omnino teneātur & compellantur. Ipſas autem concubinas ſeu mulieres ſuſpectas, prælati modis omnibus curent à ſuis ſubditis, etiam per brachij ſecularis auxilium (ſi opus fuerit) penitus arcere: qui etiam ex tali concubinatu procreatos filios, apud patres ſuos cohabitare non permittant. Iubet inſuper hæc ſancta ſynodus, vt etiā in prædictis ſynodis & capitulis hæc conſtitutio publicetur, & quilibet ſuos ſubditos ad ipſarum concubinarum dimiſſionem moneat diligenter. Iniungit præterea omnibus ſecularibus viris, etiā ſi regali pręfulgeant dignitate, ne vllum qualecunque inferant impedimentum, quocunq; quæſito colore, prælatis qui ratione ſui officij aduerſus ſuos ſubditos pro huiuſmodi concubinatu procedunt. Et cùm omne fornicationis crimen lege diuina prohibitum ſit, & ſub peccati mortalis pœna neceſſariò euitandum, monet omnes laicos tam vxoratos quàm ſolutos, vt ſimiliter à cōcubinatu abſtineant. Nimis enim reprehēſibilis eſt, qui vxorem habet, & ad alienam mulierem accedit: qui verò ſolutus eſt, ſi continere non lit, iuxta Apoſtoli conſilium vxorem ducat. Pro huius autem diuini obſeruatione præcepti, hi ad quos pertinet, tam ſalutaribus monitis, quàm alijs canonicis remedijs omni ſtudio laborent.

Publici cōcubinarij qui.

1. Cor. 7. b

De excommunicatis non vitandis, certo modo non vocatis.

Ad vitādum ſcandala & multa pericula, ſubueniendumque conſcientijs timoratis, ſtatuit etiam, quòd nemo deinceps à communione alicuius in ſacramentorum adminiſtratione vel receptione, aut alijs quibuſcunq; diuinis vel extra, prætextu cuiuſcunque ſententiæ aut cenſuræ eccleſiaſticæ

ſeu

ſeu ſuſpenſionis, aut prohibitionis, ab homine vel à iure generaliter promulgatæ, teneatur abſtinere, vel aliquem vitare, aut interdictum eccleſiaſticũ obſeruare, niſi ſententia, prohibitio, ſuſpenſio vel cenſura huiuſmodi fuerit in vel contra perſonam, collegium, vniuerſitatem, eccleſiam aut locum certum aut certam, à iudice publicata vel denunciata ſpecialiter & expreſsè: aut ſi aliquẽ ita notoriè excommunicationis ſententiam conſtiterit incidiſſe, quòd nulla poſſit tergiuerſatione celari, aut aliquo modo iuris ſuffragio excuſari. Nam à communione illius abſtineri vult iuxta canonicas ſanctiones. Per hoc tamen huiuſmodi excommunicatos, ſuſpenſos, interdictos, ſeu prohibitos non intendit in aliquo releuare, nec eis quomodolibet ſuffragari.

De interdictis non leuiter ponendis.

Quoniam ex indiſcreta interdictorum promulgatione multa conſueuerunt ſcandala euenire, ſtatuit hæc ſancta ſynodus, quòd nulla ciuitas, oppidum, caſtrum, villa aut locus, eccleſiaſtico ſupponi poſſint interdicto, niſi ex cauſa, ſeu culpa ipſorum locorum aut domini ſeu rectorum vel officialium. Propter culpam autem, ſeu cauſam alterius cuiuſcunque priuatæ perſonæ, huiuſmodi loca interdici nequaquam poſſint authoritate quacunque ordinaria vel delegata, niſi talis perſona priùs fuerit excommunicata ac denunciata ſeu in eccleſia publicata, ac domini ſeu rectores vel officiales ipſorum locorum, authoritate iudicis requiſiti, huiuſmodi perſonam excommunicatam infra biduum indè cum effectu nõ eiecerint, aut ad ſatisfaciendum compulerint: qua etiam poſt biduũ eiecta, recedente, vel ſatiſfaciente, mox diuina reſumi poſſint. Quod etiam in pendentibus locum habeat.

Contrà friuolè appellantes.

Vt lites citiùs terminentur, ſuper eodem grauamine, aut ſuper eadem interlocutoria vim diffinitiuæ non habente, nullatenus liceat ſecundò appellare. Quodque ante diffinitiuam friuolè vel iniuſtè appellans, vltra condemnationem expenſarum, damnorum & intereſſe, in quindecim florenis auri de camera parti appellatæ per appellationis iudicem condemnetur. Datum in ſeſſione publica ipſius ſanctæ ſynodi, in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata, vndecimo Calendas Februarij, Anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquinto.

Requiſitio.

Lectis & pronũciatis ſupraſcriptis decretis, de mandatis ſacri Concilij per reuerendum patrem dominum epiſcopum Lectorenſem inclytæ nationis Gallicanæ, ipſe reuerendus pater dominus Lectorẽſis epiſcopus requiſiuit omnes dominos Archiepiſcopos & epiſcopos in Cõcilio & ſeſſione prædicta præſentes, vt prædicta decreta, præſertim de concubinarijs, mittant ad eccleſias ſuas, & faciant ſolenniter publicari. Item quòd Archiepiſcopi hic exiſtentes, mittant ſuffraganeis ſuis abſentibus, quòd ſpecialiter publicent. Item prælati qui ſunt ex parte alicuius regni, intiment prælatis abſentibus. Item quòd procuratores Archiepiſcoporũ & epiſcoporum intiment iſta ſuis dominis.

SESSIO XXI.

De Annatis.

SActoſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam.

In nomine Spiritusſancti paracleti ſtatuit hæc ſancta ſynodus, quòd tam in curia Romana quàm alibi, pro ſeu in confirmatione electionum, admiſſionum, poſtulationum, præſentationum prouiſione, collatione, diſpoſitione, electione, poſtulatione, præſentatione etiam à laicis facienda, inſtitutione, inſtallatione & inueſtitura, de eccleſijs etiã cathedralibus & metropolitanis, monaſterijs, dignitatibus, beneficijs, officijsq́; eccleſiaſticis quibuſcunq; necnon ordinibus ſacris & benedictione ac pallio, de cæterò nihil penitus antè vel poſt exigatur ratione literarum bullæ ſigilli, annatarum communium, & minutorum ſeruitiorũ, primorum fructuum, deportuum, aut ſub quocunque alio titulo, colore vel nomine, prætextu cuiuſuis conſuetudinis, priuilegij vel ſtatuti, aut alia quauis cauſa vel occaſione, directè vel indirectè, ſolùm ſcriptoribus, abbreuiatoribusq́ue & regiſtratoribus literarum ſeu minutarum, pro ipſorum labore competenti ſalario ſoluendo. Huic autem ſacro canoni, ſi quis exigendo, dando, vel promittendo contraire præſumpſerit, pœnam incurrat aduerſus Simoniacos inflictã, & in ipſis dignitatibus ac beneficijs taliter obtentis, nullum ius ac titulum acquirat. Obligationes quoq;, promiſſiones & cenſuræ ac mandata, & quicquid in præiudicium decreti huius ſaluberrimi fieri continget, nullas obtinere vires, atq; irrita cenſeantur. Et ſi (quod abſit) Romanus pontifex, qui præ cæteris vniuerſalium Conciliorum exequi & cuſtodire canones debet, aduerſus hanc ſanctionem aliquid faciendo Eccleſiam ſcandalizet, generali Cõcilio deferatur. Cæteri verò pro modo culpæ iuxta canonicas ſanctiones per ſuos ſuperiores digna vltione puniantur.

De pacificis poſſeſſoribus.

Quicunque non violentus, ſed habens coloratum titulum, pacificè & ſine lite prælaturam, dignitatem, beneficium vel officium

triennio proximo hactenus poſſedit, vel in futurum poſſidebit, non poſſit poſteà in petitorio vel poſſeſſorio à quoquam etiam ratione iuris nouiter impetrati, moleſtari, excepto hoſtilitatis caſu vel alterius legitimi impedimẽti, de quo proteſtari, & iuxta Cõcilium Viennenſe, illud intimare teneatur.

Viennẽſe Conciliũ.

Lis autem hoc caſu quo ad futuras controuerſias intelligatur, ſi ad executionem citationis, iuriſq; ſui in iudicio exhibitionem, ac terminorum omnium obſeruationem, proceſſum fuerit. Ordinarij autem diligenter inquirãt, ne quis ſine titulo beneficium poſſideat. Quòd ſi talem quandocunque repererint, declarent ius illi non competere, vel huic (ſi ſibi videatur) niſi ſit intruſus ſeu violentus aut aliâs indignus, vel alteri idoneo prouideant.

Quomodò diuinum officium in eccleſia celebrandum ſit.

Si quis principem ſeculi rogaturus, habitu honeſto, geſtu decenti, prolatione non præcipiti, ſed diſtincta, attenta quoq; mente, ſeipſum verba ſtudet componere, quanto diligentiùs in ſacro loco omnipotentem oraturus Deum, hæc omnino facere* curare debet? Statuit igitur ſancta ſynodus, vt in cũctis cathedralibus ac collegiatis eccleſijs, horis debitis, ſignis cõgrua pulſatione præmiſſis, laudes diuinæ per ſingulas horas nõ curſim ac feſtinãter, ſed* aſiatim ac tractim & cum pauſa decenti, præſertim in medio cuiuſlibet verſiculi pſalmorum, debitam faciendo inter ſolenne ac feriale officium differentiam, reuerenter ab omnibus perſoluantur.

* curabit?

* vadeatim

Horas canonicas dicturi, cum tunica talari ac ſuperpellicijs mundis vltra medias tibias longis vel cappis, iuxta temporum ac regionum diuerſitatem, eccleſias ingrediantur, non caputia, ſed almucias vel byrreta tenentes in capite. Qui cùm in choro fuerint, grauitatem ſeruent, quam & locus & officium exigunt, non inſimul aut cum alijs confabulantes ſeu colloquentes, aut literas ſeu ſcripturas alias legẽtes. Et cũ pſallendi gratia ibidem conueniant, iuncta ac clauſa labia tenere non debent, ſed omnes, præſertim qui maiori funguntur honore, in pſalmis, hymnis & cãticis Deo alacriter modulentur. Cùm dicitur, Gloria patri & filio & ſpirituiſancto, omnes conſurgant. Cùm nominatur glorioſum illud nomen I E S V S, in quo omne genu flectitur cœleſtium, terreſtrium & infernorum, omnes caput inclinent.

Philip. 2. b

Nemo ibidem, dum Horæ in communi publicè cantantur, legat vel dicat priuatim officium. Nam non ſolùm obſequium quo obnoxius eſt choro, ſubtrahit, ſed alios pſallentes perturbat. Super his debitè obſeruandis, alijſque ad diuini officij proſecutionem ac chori diſciplinã ſpectantibus, decanus vel cui onus incumbit, diligenter inuigilet, hincinde ne quid inordinatè fiat, circumſpiciens. Horum autẽ trãſgreſſores, illius horæ in qua circa prædicta exceſſerint, vel alia maiori, prout tranſgreſſionis grauitas exigit, plectentur pœna.

Quo tempore quiſque debet eſſe in choro.

Qui in matutinis ante finem Pſalmi, Venite exultemus, in alijs horis ante finem primi pſalmi, in Miſſa ante vltimum Kyrieeleiſon, vſque in finem diuini officij non interfuerit, niſi fortè neceſſitate cogente, ac petita & obtenta à præſidente chori licentia, diſcedere oporteat, pro illa hora abſens cenſeatur, ſaluis eccleſiarum conſuetudinibus, ſi quæ fortè circa hoc arctiores exiſtãt. Idem in his obſeruetur, qui à principio vſque in finem in proceſſionibus non permanſerint. Pro cuius executione deputetur aliquis, onus habens notandi perſonas ſingulas ſtatuto tempore non conuenientes, iuramento adſtrictus agere fideliter & nulli parcere. Iubet etiã hęc ſancta ſynodus, quòd in illis eccleſijs in quibus ſingulis horis certæ diſtributiones ſtatutæ non ſunt, omnino etiam de groſſis fructibus (ſi opus ſit) deputentur, vt iuxta menſuram laboris plùs minúſve quiſq; capiat emolumenti, tollens prorſus abuſum illum, quo in vna duntaxat hora præſens, totius diei diſtributionem vſurpat: & illum, quo præpoſiti vel decani aut alij officiales, ex hoc ſolũ quòd officiales ſunt, licet actualiter pro vtilitate eccleſiæ non abſint, quotidianas diſtributiones percipiunt.

Qualiter horæ canonicæ extra chorum dicendæ ſint.

Quoſcunq; etiam alibi beneficiatos ſeu in ſacris conſtitutos, cùm ad horas canonicas teneantur, admonet hęc ſancta ſynodus, ſi orationes ſuas Deo acceptas fore cupiũt, vt non in gutture vel inter dentes ſeu degluttiendo aut ſyncopando dictiones, nec colloquia vel riſus intermiſcendo, ſed ſiue ſoli, ſiue aſſociati, diurnum nocturnumq; officium reuerenter verbiſq; diſtinctis peragant: ac tali in loco, vnde à deuotione non retrahantur, ad quam ſe diſponere & præparare debent, Iuxta id qđ ſcriptum eſt: Ante orationem præpara animam tuam, ne ſis quaſi qui tentat Deum. Eccl. 18. c

De his qui tempore diuinorum vagantur per eccleſiam.

Quicunque in eccleſia beneficiatus, præſertim de maioribus, diuinorum tempore per eccleſiam vel foris circa ipſam deambulando, aut cum alijs colloquendo, vagari viſus fuerit, non ſolùm illius horæ, ſed totius diei præſentiam ipſo facto amittat. Qui ſi ſemel correctus, non deſtiterit, per menſem diſtributionibus careat, vel grauiori (ſi pertinacia exegerit) pœnæ ſubiaceat, ita vt tandem deſiſtere cogatur. Prohibeatur etiam, ne diuina officia tumultuoſi quorumcun-

que

que per eccleſiam diſcurſus impediant aut perturbent. Regulares qui in conuentualibus eccleſijs circa prædicta exceſſerint, graui ſuperioris arbitrio caſtigentur.

De regularibus.

De tabula pendente in choro.

Vt cuncta in domo Dei ordinatè procedant, & quilibet ſciat quid ſibi agẽdum imminet, ſtatuatur tabella aliqua, continuè pendens in choro, in qua quid per vnumquenq; ex canonicis vel alijs beneficiatis in ſingulis horis per hebdomadam aut maius tempus, legendum cantandúmve ſit, ſcribatur. Qui autem, ſecundum quod ibi deſcriptus fuerit, facere per ſe vel alium neglexerit, pro qualibet hora diſtributionem vnius diei amittat.

De his qui in Miſſa non complent, Credo, vel cantant cantilenas, vel nimis baſsè Miſſam legunt, aut ſine miniſtro.

Abuſum aliquarum eccleſiarum, in quibus, Credo in vnum Deum, quod eſt ſymbolum & confeſſio fidei noſtræ, non complètè vſque ad finem cantatur, aut Præfatio ſeu Oratio dominica obmittitur, vel in eccleſijs cantilenæ ſeculares voce admiſcẽtur, ſeu Miſſa etiã priuata ſine miniſtro, aut per ſecretas orationes ita ſubmiſſa voce dicitur, quòd à circunſtantibus audiri non poteſt, abolentes, ſtatuimus, vt qui in his trãſgreſſor inuentus fuerit, à ſuo ſuperiore debitè caſtigetur.

De pignorantibus cultum diuinum.

Abuſum etiam illum, cultui diuino manifeſtè derogantem, quo nonnulli eccleſiarum canonici contrahentes debita, ſic ſe creditoribus obligant, vt niſi ſtatuto tempore ſatisfaciant, à diuinis ceſſetur officijs, abolentes, & obligationem huiuſmodi, etiam ſi iureiurando firmata ſit, irritam decernentes, ſtatuimus, vt qui talem illicitum contractum fecerint, trium menſium fructus ipſi eccleſię applicandos, ipſo facto amittant. Et quandiu diuina non reſumpſerint, nullos ex ipſa eccleſia prouentus percipiant.

De tenentibus capitula tempore Miſſæ maioris.

Prohibet hęc ſancta ſynodus, vt tempore Miſſæ maioris, præſertim ſolennibus diebus, capitula ſeu actus capitulares, aut alij tractatus per canonicos non celebrentur, niſi fortè vrgens & euidẽs ingrueret neceſſitas. Qui verò ad talem horam capitulum indixerit, à diſtributionibus quotidianis p hebdomadam ſit ſuſpenſus, neque ipſi canonici pro illa hora diſtributiones ipſas lucrentur.

De ſpectaculis in eccleſia non faciendis.

Turpem etiam illum abuſum in quibuſdam frequentatum eccleſijs, quo certis anni celebritatibus nonnulli cum mitra, baculo ac veſtibus pontificalibus, more epiſcoporum benedicunt, alij vt reges ac duces induti, quod feſtum fatuorum vel innocentum ſeu puerorum in quibuſdam regionibus nuncupatur, alij laruales & theatrales iocos, alij choreas & tripudia mariũ ac mulierum facientes, homines ad ſpectacula & cachinnationes mouent, alij comeſſationes & conuiuia ibidem præparant: hæc ſancta ſynodus deteſtans, ſtatuit & iubet tam ordinarijs quàm eccleſiarũ decanis & rectoribus, ſub pœna ſuſpenſionis omnium prouentuum eccleſiaſticorum trium menſium ſpatio, ne hæc aut ſimilia ludibria, neq; etiã mercantias ſeu negociationes nundinarum in eccleſia, quę domus orationis eſſe debet, ac etiam cœmeterio exerceri ampliùs permittant, tranſgreſſoresq; per cenſuram eccleſiaſticam, aliaq; iuris remedia punire nõ negligant. Omnes autem conſuetudines, ſtatuta ac priuilegia, quæ his non concordant circa hæc decretis, niſi fortè maiores adijcerent pœnas, irritas eſſe hæc ſancta ſynodus decernit. Datum in ſeſſione publica in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata * die Iouis nona mẽſis Iunij, Anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquinto.

Matt. 21. b Marc. 11. e Luc. 19 g

* quinto idus

SESSIO XXII.

De condemnatione libelli fratris Auguſtini de Roma, Archiepiſcopi Nazareni.

SACROSANCTA generalis Synodus Baſileenſis, in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repręſentans, ad perpetuam rei memoriam.

Cùm inter cætera pietatis opera, ad conſeruandam fidei catholicæ veritatem, extirpandosq; errores & hæreſes hæc ſancta ſynodus potiſſimè conuenerit, noſtræ ſolicitudinis pręcipuum ſtudium eſt, ilicò vt pullulare aliquid non erimus, quod fidei Chriſtianæ puritatem offendere, & ſplendorem luminis in mentibus fidelium quomodolibet obnubilare poſſit, penitus reſcindere, agrumq; dominicũ à noxijs zizanijs & vepribus cum omni diligẽtia expurgare. Proinde quendam libellum editum à magiſtro Auguſtino, vulgariter dicto de Roma, Archiepiſcopo Nazareno, cuius primus tractatus de Sacramento vnitatis Ieſu Chriſti & Eccleſię, ſiue de Chriſto integro intitulatur, ſecundus de Chriſto capite & eius inclyto principatu, alius de charitate Chriſti circa electos & eius infinito amore, tanquã non ſanam & erroneam in fide doctrinam continentem, cum ſuis defenſorija damnat & repro-

Digitized by Google

& reprobat. Et potiſſimè ſcandaloſam illam aſſertionem, erroneam in fide, io ipſo libello contentam, quam piæ fidelium aures ſine horrore audire oon poſſunt, videlicet, Chriſtꝰ quotidiè peccat, & ex quo fuit Chriſtus, quotidiè peccauit, quanuis * de capite Eccleſiæ Chriſto Ieſu Saluatore noſtro dicat ſe non intelligere, ſed ad membra ſua, quæ cum Chriſto capite vnũ eſſe Chriſtum aſſeruit, intelligentiam eius eſſe referendam dicat. Necnon & propoſitiones iſtas, & eis in ſententia ſimiles, quas in articulos damnatos in ſacro Conſtantienſi Concilio incidere declarat, videlicet: Non omnes fideles iuſtificati, ſunt membra Chriſti, ſed ſoli electi, finaliter io perpetuum regnaturi cum Chriſto. Secundum ineffabilem præſcientiam Dei ſumũtur membra Chriſti, ex quibus conſtat Eccleſia, quæ tamen non conſtat niſi ex eis, qui ſecundum propoſitum electionis vocati ſunt. Non ſufficit, Chriſto vniri vinculo charitatis, vt aliqui efficiantur mẽbra Chriſti, ſed requiritur alia vnio. Has etiam quæ ſequuntur: Humana natura in Chriſto, verè eſt Chriſtus: Humana natura in Chriſto, eſt perſona Chriſti: Ratio ſuppoſitalis determinans humanam naturam in Chriſto, non realiter diſtinguitur ab ipſa natura determinata: Natura humana ĩ Chriſto, proculdubiò eſt perſona verbi: & verbum in Chriſto natura aſſumpta, eſt realiter perſona aſſumens: Natura humana aſſumpta à verbo ex vnione perſonali, eſt veraciter Deus naturalis & proprius: Chriſtus ſecundum voluntatem creatam, tantùm diligit naturam humanam vnitã perſonæ verbi, quantùm diligit naturam diuinam: Sicut duæ perſonæ in diuinis ſunt æqualiter diligibiles, ita duæ naturæ in Chriſto, humana & diuina, ſunt æqualiter diligibiles propter perſonam communem: Anima Chriſti videt Deum tam clarè & intẽſe, quantùm clarè & intenſe Deus videt ſeipſum. Quas quidem propoſitiones & alias ex eadem radice procedentes, io prædicto libello contentas, tanquam erroneas in fide, damnat & reprobat hęc ſancta ſynodus. Ne igitur per huiuſmodi doctrinam in errorem quempiam fidelium prolabi contingat, diſtrictè præcipit, ne quiſquam præfati libelli doctrinã, & præſertim ſupraſcriptas propoſitiones (vt præmittitur) damnatas & reprobatas, ac etiam eius tractatus defenſorios, docere, prædicare, defendere, aut approbare præſumat. Eos autem qui ſecùs egerint, tanquam hæreticos & aliàs animaduerſione canonica puniendos decernit. In nullo autem per hæc derogare intendit dictis, aut ſcriptis ſanctorum Doctorum, in prænominatis materijs loquentium, quinimò ea recipit, & amplectitur iuxta eorum veram intelligentiam, per eos aut alios catholicos doctores in theologica ſchola cõmuniter expoſitam & declaratam. Nec per hanc ſententiam perſonæ præfati authoris præiudicare iotendit hæc eadem ſancta Synodus, quia etſi debitè vocatus fuerit, cauſas tamen abſentiæ allegauit, & in aliquibus ſuis ſcriptis & aliàs doctrinam ſuam determinationi Eccleſiæ ſubmiſit. Cæterùm hæc ſancta Synodus mandat & præcipit omnibus Archiepiſcopis, epiſcopis, cancellarijs vniuerſitatum & inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, ad quorum ſpectat officiũ, quatenus diligentiam ſolertem adhibeant & prouideant, ne aliquis dictos librum & libellos defenſorios habeat, aut præſumat penes ſe conſeruare, aut tenere, imò ipſos prædictis aſſignare habeat, vt de illis faciant, prout iura diſponunt: aliàs contra tales canonica animaduerſione procedatur. Datum in ſeſſione publica, in eccleſia maiori Baſileenſi ſolẽniter celebrata idibus Octobris, Anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquinto.

* pro

SESSIO XXIII.

De electione ſummi Pontificis.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, io Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuã rei memoriam.

Quoniã ſalus populi paſtor bonus, meritò hanc ſanctam ſynodũ, quantùm * pro humanæ legis fieri poteſt induſtria, oiti decet, vt Romanus Pontifex, qui gregis dominici primus & ſummus eſt paſtor, talis fiat, taliſque perſeueret, qui cunctarum animarum ſaluti ac totius Chriſtiani orbis vtilitati prouideat, & tanto officio dignè ſatisfaciat: proinde conſtitutiones tam ſacrorum Conciliorum, quàm ſummorum Pontificum, ſuper Romani electione Pontificis editas, innouans hæc ſancta Synodus & eis quædam ſalubria adijciens, ſtatuit vt quotieſcunq; ſedem Apoſtolicam vacare contigerit, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales præſentes in loco, quo ſummi Pontificis electio celebranda eſt, decima die poſtquàm ſedes vacauerit, omnes in capellam aliquam vel locum prope conclaue conueniant. Indè præcedente Cruce, bini cum deuotione cantando, Veni creator Spiritus, incedentes, locum conclauis ingrediantur: quò non niſi duos familiares neceſſarios quilibet introducat. Cæremoniarum autem gratia, duo clerici, quorum ſaltem vnus ſit notarius, etiam admitti poſſint. Camerarius verò, cum his quibus conclauis cuſtodia commiſſa fuerit, curet, ne quis præter prædictos conclaue ingrediatur. Ipſe autem poſt ingreſſum Cardinalium, clauſis foribus, cum deputatis iniret, & ſingulorũ Cardinalium

* per &c. induſtriam

cellas

cellas diligenter perquirat. Exceptiſque infirmorum aut debilium medicinalibus, ſi qua ibidem victualia vel confectiones reperiantur, amoueat. Exiens indè, claudenſque conclauis oſtium, cuſtodiam ſolicitè obſeruet, ac ſingulis diebus cibaria quæ Cardinalibus deferũtur, accuratè perquirat, nec introferri permittat, niſi quod pro moderata refectione neceſſariũ videatur, decretia huius ſacri Concilij, * quæ promulgantur in quarta & ſeptima ſeſſionibus, in ſuo robore firmiter permanſuris. Sequenti die Cardinales omnes coram his, qui in conclaui fuerint, audita Miſſa de Sanctoſpiritu, ſacram ſumant eucharistiam. Et antequàm ſcrutinium inchoent, ante poſitis ſanctis euangelijs, iurent ſuper hac forma: Ego N. talis Cardinalis iuro & promitto omnipotenti Deo, Patri & Filio & Spirituiſancto, ac beato Petro apoſtolorum Principi, eum eligere in Pontificem, quem credam Eccleſiæ vniuerſali in ſpiritualibus & temporalibus vtilem, & tantæ dignitati idoneum: nec illi vocem dare, quem veriſimiliter ſciuero, promiſſione aut datione alicuius rei temporalis, ſeu prece per ſe vel alium interpoſita, aut aliàs qualitercunque directè vel indirectè, pro ſe electionem procurare, electoque in pontificem non priùs obedientiam facere, quàm iuret iuxta formam decreti ſacri Baſileenſis Concilij, ita me Deus adiuuet, cui in die tremendi iudicij redditurus ſum de hoc & cunctis operibus meis rationem.

*promulgatis in

Poſt hæc quilibet eorum ſchedolam dabit, in qua vltra tres nõ nominet, inter quos ſi vltra vnum nominauerit aliquis, ſit extra Cardinalium collegium. Neq; vna die niſi vnum fiat ſcrutiniũ, & immediatè poſt Miſſam. Lectis ſchedulis, niſi duarum partium in vnum vota concurrant, mox comburantur. Ante autem ſex completa ſcrutinia, acceſſus ad quenquam fieri non poſſit. Recogitent eo tempore Cardinales, & attẽta mẽte conſiderent, quantum ſibij pſis meritum vel demeritum, quantomque populo Chriſtiano fructum vel præiudicium, bonum vel malũ eligendo pontificem, facturi ſunt. In nulla profectò re magis domini noſtri Ieſu Chriſti gratiã vel iram aſſequi poſſunt, quàm cum de Vicario eius ſtatuendo agitur, quas ita dilexit, vt pro ipſis & mori, & crucis tormentum pati dignatus fuerit.

DE PROFESSIONE EIVSDEM ſummi Pontificis.

ſtatuit hęc

D*Ecernit ſancta ſynodos, vt electus in Papam, electioni de ſe factæ per infraſcripti modi expreſſionem conſentire teneatur. Quam expreſſionem ſi præſens in curia per Cardinales, vel extra per eorũ aliquem, vel alium ab ipſis ad hoc habeotem mandatum, in præſentia notarij & decem ſaltem perſonarum fieri conoenit, qui præſentata ſibi electione, requiſitus infra diem naturalem ab hora requiſitionis, ſi non fecerit, electio ſua pro infecta habeatur, & ad aliam in nomine domini Cardinales procedere teneantur. Expreſſo autem (vt prædicitur) huiuſmodi conſenſu, Cardinales eidem vt ſummo pontifici mox obedientiam debitam exhibeant. Poſtquàm verò per cardinales obedientia præſtita fuerit, nulli de eius pontificatu ambigere fas ſit.

FORMA CONSENSVS.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, patris & filij & Spirituſancti. Ego N. electus in Papam, omnipotenti Deo, cuius Eccleſiam ſuo præſidio regulam ſuſcipio, & beato apoſtolorum principi corde & ore confiteor & profiteor, quòd quãdiu in hac fragili vita conſtitutus fuero, me firmiter credere & tenere fidem catholicam, ſecundum traditionem Apoſtolorum, generaliũ Conciliorum & aliorum ſanctorum patrum, maximè autem ſanctorum octo Conciliorum vniuerſalium, videlicet primi Niceni, ſecundi Conſtantinopolitani, tertij Epheſini, primi & quarti Chalcedonenſis, quinti & ſexti item Conſtantinopolitani, ſeptimi Niceni, octaui quoq; Conſtantinopolitani, necnon Lateranenſis, Lugdunenſis, Viennenſis, Conſtantienſis & Baſileenſis generalium etiam Conciliorum, & illam fidem vſque ad vnum apicem immutilatam ſeruare, & vſq; ad animam & ſanguinem defendere & prædicare, ritumq; pariter ſacramentorum eccleſiaſticorum Eccleſiæ traditum, omnimodè proſequi & obſeruare. Polliceor etiam fideliter laborare pro tuitione fidei catholicæ, & extirpatione hæreſum & errorum, reformatione morum, ac pace in populo Chriſtiano. Iuro etiam proſequi celebrationem Conciliorum generaliũ, & cõfirmationem electionum, iuxta decreta ſacri Baſileenſis Cõcilij. Hanc autem profeſſionem mea manu ſubſcripſi, & tibi omnipotenti Deo, cui in die tremendi iudicij redditurus ſum de hoc & cũctis operibus meis rationem, pura mente ſuper altare offero, quam in primo publico conſiſtorio ſolenniter repetam.

Ne lapſo temporis hæc tam ſalubris inſtitutio de memoria ſummi Pontificis elabatur, ſingulis annis die quo anniuerſarium celebratur electionis vel coronationis ſuæ, intra Miſſarum ſolennia primus Cardinalis qui ibidem affuerit, publice & alta voce coram ſummo pontifice legat ſic: Sanctiſſime pater, attẽdat ſanctitas tua, & diligenter cõſideret promiſſionem hanc, quam die electionis tuæ Deo feciſti. Poſteà eam legens, in fine dicat: Curet igitur ſanctitas tua, pro honore

honore Dei,& ſalute animæ tuæ, & vtilitate
vniuerſalis Eccleſiæ,prædicta omnia pro vi
ribus obſeruare bona fide ſine dolo & fran-
de.Recogites etiam, cuius vicem geras in
Ioan. 10. b,c terris,illius videlicet,qui animam ſuam pro
ouibus ſuis poſuit, qui ter antequàm oues
ſuas beato Petro committeret, petijt, an ip
Ioan. vlti. d ſum diligeret: quiq; ſicut iuſtus index, &
quem nullum latet ſecretum, rationem exi-
Matt. 5. d get à te de omnibus vſq; ad minimum qua-
drantem. Memineris quid beatus Petrus,
alijque ſibi ſuccedentes Pontifices fecerũt,
qui nil aliud cogitabant niſi honorem Dei,
propagationem fidei, publicum Eccleſiæ
bonum, ſalutemque & vtilitatem filiorum
ſuorum: & tandem imitantes magiſtrum &
dominum, animas ſuas pro ſibi commen-
datis ouibus exponere nõ dubitârunt. Noli
Matt. 6. c tibi aut tuis theſaurizare interris, vbi tinea
& ærugo demolitur,vbi fures & latrones ef-
fodiunt,ſed theſauriza tibi in cœlis. Non ſis
acceptor perſonarum,nec ſanguinis,nec pa-
triæ, aut nationis. Omnes filij Dei ſunt, &
tuæ curæ ac cuſtodie pariter commiſſi. Di-
Mat. 12. g cas exemplo Chriſti: Qui fecerit volunta-
Marc. 3. d tem patris mei,qui eſt in cælis,ille meus fra-
ter,mater & ſoror eſt. In diſtribuendis di-
gnitatibus & beneficijs, non carnem, non
munera, non quid aliud temporale, ſed ſo-
lum Deum & virtutes atque hominum me-
rita tibi proponas. In corrigendis exceſſi-
bus eccleſiaſticam exerce diſciplinam, me-
Pſal. 105. mor quam gratiam Phinees, quámve pœ-
nam Heli, alter iniurias Dei vlciſcendo, al-
ter diſſimulando, meruerunt. Pauperes au-
tem ac miſerabiles perſonas defende, iuua
& ſuſtenta. Ad omnes autem paternam ha-
be charitatem.

Poſt expleta coronationis ſolénia, ac ſin-
gulis annis poſt electionis anniuerſarium,
cum fratribus ſuis octo ſaltem cõtinuis die-
bus ſummus pontifex vigili cura pertractet
exequi, quod tam ſolenniter Deo pollicitus
eſt.In primis igitur perſcrutetur, in qua or-
bis parte Chriſtiana religio vexatur à Tur-
cis,Sarracenis, Tartaris & alijs infidelibus:
In qua regione viget hæreſis, ſchiſma vel
qualibet ſuperſtitionis ſpecies: In quibus
prouincijs mores & diuinorum obſeruan-
tia mandatorum, rectaq; viuendi norma tã
in ſtatu eccleſiaſtico quâm ſeculari dilabun-
tur: Vbi ét libertas eccleſiaſtica conculcatur:
Inter quos reges principesq; & populos vi-
geãt odia vel bella,vel bellorũ metus,& vbi-
q; ſicut pius pater cũ fratribus ſuis remedijs
opportunis diligẽter prouidere ſtudeat.His
vniuerſalibus expeditis negocijs, ad ea quæ
ꝓximiora ſunt.manum apponens, mox do-
mum,familiam & curiam Romanam,vbi &
prout neceſſarium fuerit, exemplariter cõ-
ponere, veraciterq; reformare îcipiat, vt ab
eius oculata reformatione, quæ cæterarum
eſt eccleſiarũ caput, inferiores eccleſiæ mo-
rum hauriant puritatem: nec aliquibus ca-
lumniandi ac maledicentiæ præſtetur occa-
ſio: & tam circa magnos quàm paruos in-
quirens vigilantiſſimè, & inquiri faciens,
quicquid emendatione dignum repererit,
corrigere nullatenus differat aut diſſimu-
let,ſciens duplex eſſe peccatũ, vnum quod
ibi perpetratur, aliud longè grauius quod
indè ſequitur. Quicquid enim ibidem agi-
tur,facilè trahitur in exemplum. Vndè fit,
vt langueſcente capite,reliquum poſteà cor
pus morbus inuadat. Pontificalis domus ac
curia tanquam ſpeculum mundum eſſe de-
bet,in quo omnes proſpicientes,ad eius exẽ-
plum ſe componant, & viuant. Proinde
ab ea penitus diſſipet & euellat, quicquid
Simoniacæ labis, quicquid concubinariæ
ſordis, quicquid deniq; vel Deum offende-
re,vel homines ſcandalizare poteſt. Caueat,
ne officiales perperam officia ſua admini-
ſtrent, ne quenquam grauent, nec per con-
cuſſionem aut illicitè quicquã extorqueãt,
& vt hi qui officialibus præpoſiti ſunt, ip-
ſorum exceſſibus inultos non patiátur. Ne-
minem permittãt veſtibus & coloribus per
ſacros canones prohibitis vti, Clerum Ro-
manum qui ſibi principaliter & immediatè
ſubiectus eſt, principaliter î omni eccleſia-
ſtica honeſtate inſtruat, monens, non in
veſtimentorum pompis & nitore conſiſtere
beneplacitum Dei,ſed in humilitate,decen-
tia,mentis puritate, ſimplicitate cordis, in
morum caſtimonia & reliquarum virtutum
ornatu, quæ habentem Deo & hominibus
commendant: ſed reformet, & præſertim,
vt cultus diuinus in Eccleſijs Vrbis cum ea
qua decet veneratione & diſciplina obſer-
uetur. Populum quoq; Vrbis, quæ peculia-
ris eius eſt parochia,doceat,inſtruat, & in
via ſalutis dirigat. Imperet Cardinalibus, vt
titulos ac parochias ſuas, prout eorum in-
cumbit officio, viſitent & reforment. Præ-
latum aliquem magnæ ſcientiæ, probatæq;
& exemplaris vitæ in Vrbe vicarium conſti-
tuat, qui vice ſua cleri & populi Epiſcopa-
lem curam gerat, de quo an oneri ſuo dili-
genter incumbat, ſæpè perquirat. Poſt hæc
cum eiſdem fratribus de temporalitate Ec-
cleſiæ Romanæ benè ſalubriterque regẽda,
accuratè cogitans, prouideat, vt prouinciæ,
ciuitates, oppida, caſtra, terræ ipſi Eccleſiæ
ſubiectæ, iuſtè ac pacificè gubernentur, tali
quidem moderamine, vt inter regimen ec-
cleſiaſticorum ac ſecularium principum ſic
diſter, ſicut inter patrem & dominum. Non
quæſtui, ſed protectioni ac tutelæ intendat,
& paterna charitate cunctos fouens, nõ tam
ſubditos quàm filios exiſtimet. Et quoniam
ſpiritualem temporalemque ipſorum cu-
ram habet, inuigilet omnes partialitates ac
ſeditiones indè amouere, præſertim Guel-
forum & Gibellinorũ, & quæcunq; his ſimi-
lia pernicioſa nomina, animas corporaque
pariter

pariter perimentia, omnem det, operam pœnis ſpiritualibus & temporalibus & quibuſcunque poteſt modis, ſublatis indè cunctis diſſenſionum fomentis, eos vnanimes ad deuotionem Eccleſiæ conſeruare. Ad regendum prouincias ac ciuitates, principales deſtinet Cardinales, vel prælatos integræ & incorruptæ famæ, quos non inhiare pecunijs, ſed iuſtitiæ ac paci ſubditorum intendere, veriſimile ſit: quorum legatio biennio, aut ad plus triennio elapſo, expiret. Et quia di-
Lucæ 16. a gnum eſt, vt quilibet ſuæ villicationis rationem reddat, deputetur expleta legatione aliquis vel aliqui inſignes viri, qui ſuæ adminiſtrationis rationem, necnon querelas ac petitiones prouincialium audiant, & iuſtitiam exibeant, & quod ipſi facere commodè nequeunt, Papæ deferant, qui omnino geſta eorum ſcire ſtudeat: & ſi quid illicitè perpetraſſe ipſos conſtiterit, nullatenus inultum dimittat, vt & ſucceſſores ſui, quæ nō licent, ſuo exemplo facere formident. Et ne officiales manus forſitan ad illicita apponant, competens ſalarium, vndè viuere honeſtè poſſint, eis conſtituatur. Sæpè etiam ſummus pontifex inquirat, quomodò tam legati gubernatores & commiſſarij, quã Romanæ Eccleſiæ vicarij ac feudatarij ſubditos regant, & an nouis gabellis & exactionibus grauent. Quicquid autem auſteritatis ſeu iniuſti oneris ſuper ceruices ſubditorum fieri cognouerit, nequaquam toleret. Pati enim impiũ eſt, vt hi quos Papa per ſe paternè regeret, per alios tyrannicè tractentur. Statuta & conſtitutiones antiquas, quibus prouinciæ ac terræ ſalubriter regi conſueuerũt, inuiolata ſeruari faciat. Quòd ſi qua poſteà irrationabiliter vel ad æmulationem ſeu partialiter edita ſint, cauſa cognita, retractētur & reformentur. Infra annum ab electionis die Romanus pōtifex ad ſe oratores ſeu procuratores prouinciarũ ac principalium ciuitatũ Eccleſiæ Romanæ accerſat, & oſtendēs erga eos paternæ charitatis affectum, ab ipſis de ſtatu & conditione patriarum, & quemadmodùm prædeceſſoris ſui tempore recti ſint, num etiam aliquo iniuſto grauentur onere, & quid pro ſalubri ipſorum regimine faciendum ſit, perſcrutetur: & tandem in omnibus vtilitati & indemnitati ipſorum ac bono publico, prouiſionis remedia tanquam filijs adhibeat. Hoc idem ſaltem de biennio in biennium repetere non pigeat. Inter cætera quæ feudatarij, capitanei, gubernatores, ſenatores, caſtellani; alijq́; præcipui officiales vrbis & terrarum Eccleſiæ iurare ſolent, hoc etiã adijciatur, vt in eorum inſtitutione iurent, quòd ſede vacante, ad mandatum Cardinaliũ ciuitates, terras, loca, arces & caſtra ac gentes nomine Romanę Eccleſiæ tenebunt, ac tradent liberè & ſine contradictione. Ne ſummus pontifex carnalitatis trahi videatur affectu magis quàm iudicio rationis, atq; vt ſcandalis obuietur, quæ (experientia teſte) ſæpè ſecuta ſunt, nullum decætero conſanguineum vel affinem Conſanguinei quomodò Papæ ſui habendi. vſq; ad tertium gradum incluſiuè, ducem, marchionem, comitem, feudatarium, emphyteotam, vicarium, gubernatorem, officialem, caſtellanum alicuius prouinciæ, ciuitatis, oppidi, caſtri, fortalicij aut loci Romanæ Eccleſiæ, nec ſuper his iuriſdictionē, ſeu poteſtatem aliquam habere, nec capitaneum, ſeu conductorem gentium * armo- for. * armatarum. rum faciat, aut eſſe permittat. Ipſi quoque Cardinales ſummo pontifici ſecus agere volenti, nequaquam aſſentiant: Quodq́ue ſuccedens pontifex, aliter facta prorſus retractet ac reuocet. Iuxta Nicolai Papæ quarti conſtitutionem ſtatuit ſancta ſynodus, vt ad ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales omnium fructuum, redditnum, prouentuum, mulctarum, condemnationum ac cenſuum, de quibuſconq; terris & locis Romanę Eccleſiæ ſubiectis prouenientium, medietas pertineat, inſtitutioque & deſtitutio omnium rectorum, gubernatorumq́; & cuſtodum, quocunque nomine cenſeantur, qui præerunt dictis terris & locis, ac etiã dictorum fructuum collectorum, de conſilio & conſenſu ipſorũ Cardinalium fieri debeat. Ipſos igitur Cardinales admonet ſancta ſynodus, vt terras & ſubditos Romanæ Eccleſiæ ab iniuris & oppreſſionibus protegant, de paceq; ac laute & bono ipſorum regimine cogitantes, apud ſummum pontificem & vbi opus fuerit, ipſos omni fauore promoueant. Et ſi de omnibus Romanæ Eccleſiæ terris magna cura ſummo pontifici ac Cardinalibus eſſe debeat, ad vrbem tamen Romanam mentis intuitum ſedulò conuertere, & ad ipſam tanquam peculiarem filiã & principalem eorum parochiam, in qua beatorum Petri & Pauli ac innumerabiliũ Chriſti martyrum & ſanctorũ ſacra corpora requieſcunt, vbi ſedes eſt Romani pontificis, vndè & ipſe ac Romanum denominatur imperium, & ad quam omnes Chriſticolæ deuotionis cauſa confluere ſolent, ſingularem quandam charitatem & præcipuum affectũ gerere tenentur, vt in pace, tranquillitate ac iuſtitia gubernetur, in ſuiſq́; Eccleſijs, mœnibus, vijs & ſecuritate ſtratarũ detrimentum non patiatur. Quocirca ſtatuit hæc ſancta ſynodus, vt de quibuſcunque ipſius vrbis redditibus & prouentibus, aliqua competens portio ad conſeruationem eccleſiarum, mœnium, viarum, pontium, ſecuritatiſq́; itinerũ ipſius vrbis & diſtrictus, per aliquos viros probatæ famæ de cōſilio Cardinalium eligendos, reipſa exponatur. Sicut ſeruum ſeruorum Dei ſummus pontifex ſe profitetur, ita opere comprobet. Et cùm ad ipſum tanquam communē patrem, vndiq; homines confugiant, adiri ſe ab omnibus facilè permittat. Vnam ergo ſaltem in hebdo-

hebdomada diem pro publica ſtatuat audientia, í qua omnes, pręſertim pauperes & oppreſſos, patienter & benignè audiat, & quantùm cum Deo poteſt, exaudiat, cunctisq́; ſicut pater filijs, prout cuiq; opus fuerit, iuxta vires Conſilio & auxilio prouideat benignè. Et ſi corporali neceſſitate impeditus fuerit, alicui vel Cardinali vel alieri inſigni viro omnia ſibi relaturo, committat, omnibusque curiæ officialibus iubeat, præſertim vicecancellario, pœnitentiario, & camerario, vt ipſos pauperes citò gratisq́; expediant, memor Apoſtolicæ charitatis, qua

Gal. 2. b Petrus & Paulus inuicem dexteras dederũt, vt pauperum memores eſſent. Diebus verò dominicis & feſtiuis ad Miſſam exeat publicam, poſt quam aliquanto temporis ſpatio indigentibus audientiam præbeat. Singulis hebdomadis, vel ſaltem in menſe bis, conſiſtoria publica teneat, in quibus negocia eccleſiarum cathedralium ac monaſteriorum ſeu principum ac vniuerſitatum, aliaq́; magni ponderis audiat. Lites autem & cauſas minores remittat ad vicecancellarium. Ipſe autem quanto ampliùs poteſt, litigijs ac minoribus negocijs ſe eximat, vt maiorib[9] intendat liberius. Quoniam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, pars corporis Romani pontificis eſſe cenſentur, reipublicæ admodùm expediens eſt, vt iuxta vetuſtum morem grauia & ardua negocia, de ipſorũ conſilio, directione, cauſa quoque maturè cognita, deinceps fiant, præſertim cauſarum fidei deciſiones, ſanctorum canonizationes, erecttones, ſeu ſuppreſſiones, diuiſiones, ſubiectiones, vniones Eccleſiarum cathedralium & monaſteriorum, promotiones Cardinalium confirmationes ac prouiſiones de eccleſijs cathedralibus & monaſterijs priuationesq́; & tranſlationes abbatum, Epiſcoporum, & ſuperiorum leges, ſeu conſtitutiones, legationes de latere, ſeu vicariorum ac nunciorum authoritate legatorum de latere fungentium commiſſiones, nouæ religionis inſtitutiò exemptiones nouæ eccleſijs, monaſterijs ſeu capellis, aut ipſarum iam factarũ reuocationes, ſaluo decreto ſacri Conſtantienſis Concilij, de prælatis non transferendis inuitis.

Conſtantienſis Cõcilij, ſeſſ. 39.

De numero & qualitate Cardinalium.

Cùm ſummo pontifici ſanctæ Romanæ Eccleſię Cardinales, in dirigenda Chriſtiana republica collaterales aſſiſtant, neceſſe eſt vt tales inſtituantur, qui ſicut nomine, ita re ipſa cardines ſint, ſup quos oſtia vniuerſalis verſentur & ſuſtententur Eccleſiæ. Statuit igitur ſancta ſynodus, vt deinceps eorum numerus adeò ſit moderatus, quod nec ſit grauis Eccleſiæ, (quæ nunc ob temporum malitiam pleriſque grauibus affligitur incommodis) nec ſuperflua numeroſitate vileſcat. Qui de omnibus Chriſtianitatis regionibus, quantùm commodè fieri poterit, aſſumantur, vt notitia rerum in Eccleſia emergentiũ faciliùs haberi, & ſuper his maturiùs deliberari poſſit, ſic tamen, quod numerum vigintiquatuor inter hos qui nunc ſunt & aſſumendos, non excedant, ita quod de vna natione vltra tertiam partem reſpectu Cardinalium pro tempore exiſtentium, ac de vna ciuitate & diœceſi vltra vnum indè oriundum, & de ea natione quæ nunc vltra tertiam partem habet, vſq; ad ipſius tertiæ partis reductionem, eſſe nequeant. Sint viri in ſcientia moribusq́; ac rerum experiẽtia excellentes, non minores triginta annis, magiſtri doctores, ſeu licentiati, cum rigore examinis in iure diuino vel humano. Sit ſaltẽ tertia, vel quarta pars de magiſtris aut licentiatis in ſacra ſcriptura. Inter hos autem vigintiquatuor, eſſe aliqui poterunt admodũ pauci, filij, fratres aut nepotes regum ſeu magnorum principum, in quibus cum circunſpectione & maturitate morum competens literatura ſufficiat.

Nõ fiãt Cardinales nepotes ex fratre vel ſorore Romani pontificis, aut alicuius Cardinalis viuentis, non illegitimè nati, non corpore vitiati, nec alicuius criminis aut infamiæ nota reſperſi. Prædicto autem numęro vigintiquatuor, pro magna eccleſiæ neceſſitate vel vtilitate, duo alij in quibus vitæ ſanctitas vel eximiæ virtutes refulgeant, quanquam memoratos gradus non habeãt, ac de Græcis (cùm Romanæ Eccleſiæ vniti fuerint) inſignes aliqui viri adijci poterunt.

Non fiat Cardinalium electio ſolùm per auricularia vota, ſed illi ſolùm aſſumi poſſint, in quos, facto vero ſcrutinio ac publicato, maiorem partẽ Cardinalium per ſubſcriptionem manus propriæ conſtiterit collegialiter conſenſiſſe. Deſuper etiam Apoſtolicæ literæ cum ſubſcriptione Cardinalium conficiantur, decreto huius ſacri Concilij in quarta ſeſſione ſolenniter publicato, quod incipit, Item cùm multiplicatio cardinalium &c. in ſuo robore inuiolabiliter permanſuro. Cùm recipient Cardinales ſuę dignitatis inſignia, quorũ ſignificatio eſt, vt pro bono vniuerſalis Eccleſiæ ſanguinem proprium (ſi opus ſit) non vereantur effundere, iurabunt in publico conſiſtorio (ſi ſint in curia: ſi verò abſentes, in manibus alicuius epiſcopi & publicè, cui per literas apoſtolicas, in quibus forma iuramenti inſerta ſit, commiſſum fuerit) in hunc modum: Ego N. nuper aſſumptus in ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalẽ, ab hac hora in anteà ero fidelis beato Petro, vniuerſalique & Romanæ Eccleſiæ ac ſummo pontifici, eiusque ſucceſſoribus canonicè intrantibus, laborabo fideliter pro defenſione fidei catholicæ, extirpationeq́; hęreſium & errorum ac ſchiſmatum, reformatione morũ, ac pace in populo

Seſſione 4. huius Concilij.

Iuramentum Cardinalis recens electi.

pul o Chriſtiano. In alienationibus rerum & bonorum eccleſiæ Romanæ, aut aliarum eccleſiarum & beneficiorum quorumcunque, non conſentiam, niſi in caſibus à iure permiſſis, & pro alienatis ab eccleſia Romana recuperandis, pro poſſe operam dabo. Non conſulam quicquam ſummo pontifici, nec ſubſcribam me, niſi ſecundum Deum & conſcientiam meam. Quæ mihi per ſedē Apoſtolicam commiſſa fuerint, fideliter exequar. Cultū diuinū in eccleſia tituli mei, & eius bona cōſeruabo, ſic me Deus adiuuet.

Pro conſeruandis Cardinalium titulis, quorum aliqui tam in diuino cultu quàm ædificijs nimium proh dolor in opprobriū ſedis Apoſtolicæ & ipſorum Cardinalium collapſi ſunt, ſtatuit hæc ſancta ſynodus, vt de redditibus ſeu prouentibus terrarum Romanæ eccleſiæ, quarum medietas iuxta conſtitutionem Nicolai Papæ ad cardinales (vt prædictum eſt) pertineat, decima pars eius, quod ſpectat ad quemlibet Cardinalium, proprio titulo ſingulis annis applicetur. Et nihilominùs vel in vita vel in morte quilibet Cardinalis tantùm proprio titulo relinquat, vndè communiter vna perſona ſuſtentari poſſit. Quod ſi non fecerit, tam pro hoc quàm pro dicta decima parte, bona omnia ipſius Cardinalis obligata ſint vſque ad debitam ſatisfactionem. Et ad executionem huius, oneramus primum Cardinalem illius ordinis, de quo ille defunctus erat. Viſitet per ſe quilibet Cardinalis præſens in curia, abſens verò per vicarium idoneum ſingulis annis titulum ſuum, clericoſque & populum eccleſiarum ſubiectarū, & cum diligentia inquirat, & ſalubriter prouideat, ſuper cultu diuino bonisq; ipſarum eccleſiarum, ac vita & moribus clericorum & parochianorū, de quibus, cùm ſuæ ſint oues, in diſtricto Dei iudicio rationem redditurus eſt. Et tam quo ad tēpus viſitandi, quàm quo ad alia, ſeruet quæ inſtituta ſunt in decreto noſtro de Concilijs ſynodalibus. Etſi
Cardinalibus quid maximè curandum.
quemlibet Cardinalium tam ipſa dignitas quàm propria perurgeat pollicitatio, pro memoratis ſanctis laborare operibus, nihilominus vt eo efficaciùs res fiant, quo ſingulis quaſi peculiariter diſtribuuntur, epiſcopi Cardinales indagare curēt, quæ regiones hæreſibus, erroribus, ſuperſtitionibus nouis aut veteribus infectæ ſint: presbyteri, vbi mores & diuinorum mandatorum obſeruantia ac eccleſiaſtica diſciplina deficiant: diaconi, qui reges & principes ſeu populi bellis agitentur, vel agitari timeantur: & tanquam apes argumentoſæ tam apud ſummū Pontificem, quàm inter ſe ipſos diligenter ac accuratè negocia hæc ſancta promoueāt, operam dantes, vt vbi neceſſarium fuerit, ſalubri remedio prouideatur. Ipſe autem ſummus pontifex, tanquam communis omnium pater & paſtor, non ſolùm rogatus ac ſolicitatus, ſed proprio motu vbiq; inueſtiget, inueſtigarique faciat & quàm poteſt, omnibus filiorum morbis ſalutarem conferat medicinam. Si quando Papam (quod abſit) negligentem aut remiſſum, ſeu agentem quæ ſtatum illius non decent, ipſi Cardinales inſpexerint, filiali reuerentia & charitate tanquam patrem obſecrent, vt officio paſtorali honoriq; ac debito ſuo ſatiſfaciat. Et primò quidē aliquis vel aliqui de per ſe, deinde ſi ſe non corrigat, omnes collegialiter accerſitis quibuſdam notabilibus prælatis, prædicentes quòd ſi non abſtinuerit, proximo generali concilio deferent: nec pro ſalute ipſius ſummi pontificis & bono publico, eius odium vel quicquam aliud timeant, dum tamē reuerenter & charitatiuè id agant. Multo magis, ſi quem ex Cardinalibus aliquid perperam ſeu reprehenſione dignum facientem Papa cognouerit, paterna ſemper charitate & iuxta doctrinam euangelicam corrigat, vt ſic alter in alterum, pater in filios, & filij in patrem charitatis opera exercentes, eccleſiam Dei exemplari ac ſalubri moderamine gubernent. Prælatos & quoſcunque alios, inſignes præſertim viros, ad curiam Romanā proficiſcentes, cardinales benignè & honorificè tam publicè quā *priuatè pertractent, & apud ſummum pontificem eorum negocia gratis ac liberaliter recommiſſa faciant. *priuatim
Et cùm ei qui communis eſt omnium pater, cardinales aſſiſtant, perſonarum acceptores fieri vel aduocatos, valdè indecens eſt. Propterea interdicit hæc ſancta ſynodus, vt tanquam iudicis collaterales, partialitatem nullam accipiant, etiam ſi de terra partiali originē ducant. Nec ſint principum aut communitatū, ſeu aliorum contra quenquam, cum precio vel ſine, partiales protectores, aut defenſores: ſed exuti omnem paſſionem, in ſedandis concordia vel iuſtitia litibus, Papæ aſſiſtant. Principum autem & quorumcunque præſertim pauperum ac religioſorum, gratis, & ſine vllo quæſtu promouere iuſta negocia, tanquam charitatis opus, perſuadet ſancta ſynodus, & commendat. Cum affabilitate & benignitate ſeruēt Cardinales grauitatē ac modeſtiā, quæ huic congruunt dignitati: pietatem autem, quæ (ſecundum Apoſtolum) ad omnia vtilis eſt, ſeruēt ad omnes. 2. Tim. 4.
Affines ſuos, præſertim benè meritos ac pauperes, quanquā negligere non debeant, non tamen ita ipſos opum aut beneficiorum multitudine accumulent, vt alij indè ſcandalum patiantur. Caueant ne bona ab eccleſijs profecta, vltrà quàm neceſſitatis ratio poſtulat, in carnem & ſanguinem effundant. Cùm tales ſic ambulare in magnis pontifex inſpexerit, arguat atq; obuiet, vt decet. neq; enim culpæ erit expers, ſi iuxta officium ſuum corrigenda nō corrigat. Familia, menſa, ſupellex rerum & equorum tam Papæ quàm Cardinalium,

nec numeroſitate, nec faſtu, aut pompis, neque aliquo exceſſu reprehenſibilis ſit. Ita domum & quæ in domo ſunt, moderatè componat, vt alij non ſcandalum, ſed ſrugalitatis capere exemplum poſſint. Tam ſummus pontifex & Cardinales, quàm cæteri Epiſcopi conſtitutionem Beati Gregorij in generali ſynodo editam ſeruare ſtudeant, cuius tenor hic eſt, quã hæc ſancta ſynodus innouat.

*exemplũ

Habetur infrà, cui* initiũ eſt, Regnãte &c. in ſancta hac

Cùm paſtoris vita *exemplo debeat eſſe diſcipulis, plerunque clerici, qualis in ſecreto ſit vita ſui pontificis neſciunt, quam tamẽ ſeculares pueri ſciunt: de qua re præſenti decreto ſtatuimus, vt quidam ex clericis vel etiam ex monachis electi, in miniſterio cubiculo pontificali obſequantur, vt is qui in loco regiminis eſt, tales habeat teſtes, qui veram eius in ſecreto conuerſationem *videant, & ex ſedula viſione exemplum profectus ſomant.

Paſchalis etiam Papę verbo adortant, dicentis: Epiſcopi lectioni & orationi vacent, & ſemper presbyteros & diaconos, aut alios boni teſtimonij clericos habeant, vt ſecundũ

Tim. 13. c.

Apoſtolum & ſanctorum patrum inſtituta, poſſint irreprehenſibiles inueniri. Non expedit rei publicæ, vt Cardinalibus, quos rebus arduis vniuerſalis Eccleſię intentos fore oportet, aliæ cauſæ, quàm electionum eccleſiarum cathedralium, aut monaſteriorum, vel principum, aut vniuerſitatum, ſeu ſimiles, per Papam, aut *cancellariam delegentur. Minores igitur litigioſæ cauſæ in auditorio Rotæ, quod ad hoc inſtitutum eſt, committantur. Neque Papa, neque Cardinales familiares ſuos, quaſi munera accepturos, ad confirmatos vel prouiſos prælatos decæterò mittant, ne, quod per ſe facere non decet, per alios fieri patiantur. Quod aliquando factum eſt, vt pro anulo in aſſignatione tituli Cardinalibus tradito, poſt mortem eius aliqua pecuniæ ſumma, *vel res alia de bonis ſuis arripiatur, decæterò non fiat, cùm labores eorum pro republica impenſi, exequias, ſi pauperes forent, potiùs de publico mereantur*.

*cancellarium.

De electionibus.

Licet dudum hæc ſancta ſynodus, abolita per eam generali omnium eccleſiarum & dignitatum electiuarum reſeruatione, prouidè decreuerit, vt prædictis eccleſijs & dignitatibus per canonicas electiones, & cõfirmationes prouideri deberet, volens etiam ſpeciales ſeu particulares ipſarum eccleſiarum & dignitatum electiuarum prohibere reſeruationes, per quas libera in eiſdem eligendi & confirmandi facultas impediri poſſet, quodque aduerſus hoc decretum Romanus pontifex nihil attentaret, niſi ex magna, rationabili & euidenti cauſa, in literis Apoſtolicis nominatim exprimenda: quia tamen contra ipſius decreti mentem non pauca ſine huiuſmodi cauſa geſta ſunt, vndè grauia hactenus ſucceſſerunt, & grauiora indies timentur ſcandala, cupiens hæc ſacroſancta ſynodus his obuiare, nolensque vt ipſius decreti mens, quæ fuit, omne obſtaculum à canonicis electionibus & confirmationibus tollere, ſuo fruſtretur effectu: ſtatuit, vt electiones in dictis eccleſijs ſine impedimento, aut obſtaculo omnino fiant, quę cauſa cognita, iuxta iuris communis & dicti noſtri decreti diſpoſitionem confirmentur, vel infirmentur. Verumtamen ſi forte aliquando cõtingat, electionem aliquam etiam aliàs canonicam fieri, quæ in perturbationem eccleſiæ, aut patriæ vel boni publici vergere timeatur, ſummus pontifex, cùm ad ipſum confirmatio delata fuerit, ſi talem vrgentiſſimam cauſam adeſſe manifeſtè cognouerit, ea priùs maturè diſcuſſa, ac parte plenè defenſa, accedente poſteà Romanæ Eccleſiæ Cardinaliũ, aut maioris partis ſubſcriptione, huiuſmodi cauſam veram ſufficientemque fore atteſtantium, reiecta tali electione, ad capitulum, vel conuentum remittat, *vt vel infra tempus iuris vel aliud, iuxta loci diſtantiam, ad aliam, ex qua euenire talia non formidentur, electionem procedant.

De reſeruationibus.

Et quia multiplices eccleſiarum & beneficiorum hactenus factæ per ſummos pontifices reſeruationes, nõ parum eccleſijs oneroſæ extiterunt, ipſas omnes tam generales quàm ſpeciales, ſiue particulares, de quibuſcunque eccleſijs & beneficijs, quibus tam per electionem, quàm collationem, aut aliã diſpoſitionem prouideri ſolet, ſiue per extrauagantes, Ad regimen, & Execrabilis, ſiue per regulas cancellarię, aut alias Apoſtolicas conſtitutiones introductas, hęc ſancta ſynodus abolet, ſtatuens vt decæterò nequaquam fiãt, reſeruationibus in corpore iuris expreſsè clauſis, & his quas in terris Romanæ Eccleſiæ, ratione directi, ſeu vtilis dominij mediatè vel immediatè ſubiectis fieri contigerit, duntaxat exceptis.

De Clementina, literis.

Licet in Apoſtolicis *vel alijs literis quibuſcunque aliquem dignitati, beneficio, aut iuri cuicunque renunciaſſe, aut priuatum eſſe, ſeu aliquid aliud egiſſe, per quod ius proprium auferatur, narratum ſit, huiuſmodi literæ in his non præiudicent, etiam ſi ſuper ipſis gratia vel intentio narrantis fundetur, niſi per teſtes, aut alia legitima conſtiterit documenta. Datum in ſeſſione publica huius ſacræ ſynodi, in eccleſia maiori Baſileenſi, ſolenniter celebrata, octauo Calendas Aprilis, Anno domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſexto.

SESSIO

SESSIO XXIIII.

De Actis quibuſdam cum Græcis; & de Indulgentijs &c.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans. Quia ambaſiatores noſtri ad Conſtantinopolim tranſmiſſi, vice & nomine eiuſdem ſanctę ſynodi ſereniſſimo Imperatori Romeorum, & reuerendiſſimo domino Patriarchæ Cōſtantinopolitano, propter nonnullas cauſas promiſerūt, capitula alias in hac ſancta ſynodo ſuper modo vniuerſalis & œcumenici & vtrinſq; eccleſiæ Concilij celebrandi, hinc & indè cōcluſa & firmata, dare, & cum effectu exhibere, ſub conſueta huius ſanctæ ſynodi bulla plumbea data præſenti, & ſub tenore de verbo ad verbum ſubſequenti, nolens hæc ſancta ſynodus obmittere aliquid eorum, quæ pro vnione eccleſiarum Chriſti fieri poſſunt, dictam ſuorum ambaſiatorum promiſſionem præſenti decreto acceptat, approbat, ratificat, & cōfirmat, & præfata capitula de verbo ad verbū, prout per pręfatos ambaſiatores promiſſum eſt, præſentibus inſerit, ſub tenore qui ſequitur: Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. Cùm inter cætera toti populo Chriſtiano neceſſaria opera, propter quæ hoc præſens ſanctum Concilium extitit congregatum, vnio Occidentalis & Orientalis eccleſiarum Chriſti præcipuum & maximum ſit, meritò pro hac perficienda ab initio ſuæ congregationis omni conatu laborauit. Etenim quamprimum potuit, ad ſereniſſimum Imperatorem Græcorum & reuerendiſſimum Patriarcham Conſtantinopolitanum cum literis ſuos trāſmiſit ambaſiatores, ad ipſos cum omni charitate & inſtantia exhortandum, quatenus & ipſi cū plena poteſtate mitterent aliquos, qui nobiſcum tractarent de modo dictā ſanctā vnionem conſequendi: qui mox vt requiſiti fuerunt, tres inſignes viros de his, qui apud eos magnæ videntur authoritatis, quorum primus ipſum Imperatorem cōſanguinitate attinet, ad hanc ſanctam ſynodum deſtinârūt, ſufficienti ipſius Imperatoris mandato, cum bulla aurea & eius propria manu ſubſcripto, ac Patriarchæ literis munitos; qui tam in generali congregatione, quàm coram commiſſarijs noſtris feruentiſſimum ipſius Imperatoris & Patriarchæ, totiuſq; eccleſiæ Orientalis ad hanc vnionem deſiderium exponentes, nos mirum in modum ad tam ſancti operis proſecutionem pulſant, ac quotidiè excitant, duo inter alia firmiter conſtanterq; aſſerentes, vnionem ipſam niſi in ſynodo vniuerſali, in qua tam Eccleſia Occidentalis q̄ Orientalis conueniat, fieri nullatenus poſſe, & in ea ſynodo (ſi fiat, vt infrà conuentū eſt) ipſam vnionē ſecuturā ſperari. His auditis, ſumma nobis lætitia & iocunditas nimirùm acceſſit. Quamobrem omnem cogitatū noſtrum iactantes in Deum, qui facit mirabilia magna ſolus, venerabiles ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales pręſidentes ſedis Apoſtolicę, Patriarcham Antiochenū, Archiepiſcopos, Epiſcopos, abbates, magiſtroſq; & doctores in numero competenti deputauimus, vt vnà cum ipſis Græcorum ambaſiatoribus rem iſtam tractare, & quo ordine ad executionem deducenda eſſet, proſpicere deberēt: qui tam inter ſe, q̄ cum ipſis * ambaſiatoribus ſæpenumerò conuenientes, habito inter ſe maturo & digeſto cōſilio, ad infrà ſcripta cum ipſis deuenerunt capitula, quæ poſteà ſecundum morem huius ſacri Concilij per ſacras deputationes maturè deliberata, ac deinde per generalem congregationem cōcluſa firmataq; ſolenniter extiterunt: quorū tenor vnà cum mandato ipſius domini Imperatoris, ſub bulla aurea, ſequitur, & eſt talis: Ambaſiatores ſereniſſimi domini Imperatoris &c. vt decreto Concilij ſuperiùs inſerto latiùs cōtinetur. Et quia tempus ſuperiùs expreſſum, infra quod prędicta debebāt adimpleri, effluxit, non propter defectū alicuius partium, ſed quia ita contigit varijs interuenientibus tractatibus: hæc ſancta ſynodus tempus per præfatos ſereniſſimum Imperatorem Græcorum & reuerendiſſimum Patriarcham Conſtantinopolitanum parte ex vna, & ambaſiatores huius ſacræ ſynodi parte ex altera ſtatutum & firmatū, quod eſt à menſe Maio immediatè ſequenti ad annū, ita q; per totum menſem Maij ad annum ſequentem vtraque partium ſit parata ad exequendum ſupradicta, quantùm ad quamlibet partium attinet, acceptat & promittit ſe impleturam, quantùm ad ipſam pertinet, infra dictum tempus quicquid in ſupradictis capitulis continetur. Datum Baſileæ in ſeſſione publica huius ſanctę ſynodi, ſolenniter celebrata decimooctauo Calendas Maij, anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſexto.

* oratoribus

Seſſio. 19.

Saluuſconductus Græcorum, datus domino Imperatori Græcorum & Patriarchæ Conſtantinopolitano à ſacro Concilio Baſileenſi.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſam Eccleſiam repręſentans. Quia authore Deo in regione noſtra Occidentali & obedientia Eccleſiæ Romanæ, eſt vniuerſalis & œcumenica ſynodus celebranda, in qua iuxta concordata in hac ſancta ſynodo, & in Conſtantinopoli denuò ratificata, tam Occidentalis quàm Orientalis Eccleſia conueniet, vt cunctis erga eandem Eccleſiam

Oriētalem, noſtræ intentionis ſynceritas pateat, & omnis ſuſpicio, quæ circa ſecuritatē ac libertatem venientiū oriri poſſet, de medio auferatur, tenore præſentis decreti hæc ſancta ſynodus Baſileenſis, nomine & vice totius Eccleſiæ Occidentalis, & omnium de eadem Eccleſia cuiuſcunque ſtatus, etiam ſi papali, imperiali, regali, pontificali vel quacunque alia inferiori ſpirituali vel ſeculari præfulgeant dignitate, poteſtate vel officio, decernit, dat & concedit ſereniſſimo Imperatori Græcorum, reuerendiſſimis Patriarchis Conſtantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno & Hieroſolymitano, cæteriſque vſque ad numerum ſeptingentarum perſonarum, etiam ſi Imperiali, regali, Archiepiſcopali, Epiſcopali & cuiuſcunque alterius ſtatus, dignitatis aut cōditionis fuerint, ad prædictum vniuerſale & œcumenicum Concilium in regione Occidentali (vt pręmittitur) celebrandum, venientibus aut venturis, plenum & liberum ſaluum conductum, omneſque prędictos & quemlibet ipſorum, tam in perſonis quàm in honoribus & rebus quibuſcunque, ipſorum dominibus, regnis, prouincijs, dominijs, territorijs, communitatibus, ciuitatibus, caſtris, oppidis, villis, & omnibus locis obedientiæ noſtræ Eccleſiæ Occidentalis, per quæ ſiue eundo, ſiue ſtando, ſiue etiam redeundo tranſituri ſunt, aut eos tranſire contigerit: in ſuam tutam ſecuramq; ſaluiguardiam recepit, & recipit per præſentes, promittens & concedens omnibus & ſingulis ex ipſis hoc præſenti edicto ſynodali, tutam & liberam facultatem accedendi & veniendi in & ad ciuitatem ſeu locum, in qua vel in quo erit dictum ſacroſanctum vniuerſale Concilium celebrandum: ibique ſtandi, morandi, reſidendi, habitandi, cum omnibus immunitatibus, libertatibus & ſecuritatibus, quibus illi qui erunt de obedientia Eccleſiæ Romanæ, habitabunt: diſputandi etiam & ratiocinandi, iura & authoritates allegandi, & omnia alia liberè & ſine cuiuſcunque impedimento dicendi, faciendi, & tractandi, quæ pro vnione Eccleſiarum Chriſti eis expedire videbitur & opportunum. Indè etiam ſemel & pluries, & toties quoties eis & cuilibet eorum videbitur, & placebit, ſimul & ſeparatim, & cum eorum bonis, rebus & pecunijs & ſine, pro libitu recedendi & redeundi tutè, liberè & impunè, omni impedimento reali & perſonali ceſſante, penitusque remoto, etiam ſi talis vnio (quod abſit) non ſequeretur, nec effectum haberet: quo caſu & in omnem alium euentum, præfati ſereniſſimus Imperator, domini Patriarchæ & alij ſuprà nominati, noſtris duntaxat expenſis & galeis, abſque aliqua dilatione temporis, omnique remoto impedimēto, cum eiſdem honoribus, beneuolentia & amicitia, quibus ad præfatum vniuerſale celebrandum Conciliū deducentur, etiam in & ad Conſtantinopolim reducentur, ſiue vnio ſequatur in dicta celebranda ſynodo œcumenica, ſiue non. Nō obſtantibus in prædictis vel aliquo prædictorum quibuſcunq; differentijs, diſcordijs & diſſenſionibus ad præſens vigentibus, & quæ in futurum oriri & vigere poſſent inter dictas Eccleſias Occidentalem & Orientalem, ſeu inter ipſam Eccleſiam Romanā & ei ſubiectos & aggregatos, & præfatum ſereniſſimum Imperatorem, & alios Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ aggregatos, & non obſtantibus aliquibus ſententijs, decretis, cōdemnationibus, iuribus & decretalibus, quomodocunque & qualitercunq; factis & prolatis ſeu fiendis: Et etiam non obſtantibus aliquibus repręſalijs & debitis publicis vel priuatis: Et non obſtantibus aliquibus criminibus, exceſſibus, culpis & delictis, ſi qua per prædictos vel alterum eorum quomodocunque & qualitercunq; commiſſa & perpetrata forent: Et generaliter non obſtantibus quibuſcunq; alijs, etiam ſi talia forent, de quibus neceſſarium eſſet, ſpecialem in præſentibus facere mentionem. Et ſi contingat aliquem vel aliquos ex noſtris, eis vel alicui ipſorum iniuriari (quod abſit) vel aliquam moleſtiam inferre in peſona, honore, rebus & alijs quibuſcunque, taliter excedens, iudicabitur per nos aut noſtros, vſque ad condignam & rationabilem ſatisfactionem parti læſæ. Et econuerſo, ſi aliquis ipſorum alicui ex noſtris aliquam (vt præmittitur) iniuriam inferat, iudicabitur per eos vſque ad cōdignam & rationalem ſatisfactionem ei, qui iniuriam paſſus eſt, ſecundum morem & conſuetudinem vtriuſque partis. De alijs autem criminibus, exceſſibus & culpis quibuſcunque, quælibet partium cognoſcet & iudicabit de ſuis.

Hortatur autem hęc ſacroſancta ſynodus vniuerſos Chriſti fideles, & nihilominùs authoritate vniuerſalis Eccleſiæ in virtute ſpiritusſancti & ſanctæ obedientiæ mandat, & præcipit omnibus & ſingulis prælatis, regibus, ducibus, principibus, officialibus, communitatibus & alijs ſingularibus perſonis, *cuiuſuis ſtatus, conditionis & dignitatis exiſtant, noſtræ Occidentali Eccleſiæ aggregatis, quatenus prædicta omnia & ſingula inuiolabiliter obſeruent, & quantum in eis eſt, obſeruari faciant: dictoſque ſereniſſimum Imperatorem, Patriarchas & alios omnes & ſingulos antedictos, ad dictū ſacrum celebrandum Concilium accedentes, & indè recedentes, ſimul & diuiſim fauorabiliter & reuerenter honorent & tractēt, ac honorari & tractari faciant. Si qua verò dubitatio circa dictum ſaluum conductū & contenta in eo oriri contigerit, ſtabitur declarationi præfatæ vniuerſalis ſynodi celebrandæ. Vult autem hæc ſancta ſynodus præſentem ſaluum conductum valere, & in

* cuiuſcunque

ſuo

ſuo robore permanere, quouſq; ad vltimũ, dicti ſereniſſimus Imperator, Patriarchæ, & alij ſupradicti, cum ſuis nobilibus & famulis, vſq; ad numerum (vt præmittitur) ſeptingentarum perſonarum, alijſque rebus & bonis, ſint reuerſi in & ad ciuitatem Conſtantinopolitanam. Si quis autem contra prædicta aut aliquod ipſorum aliquid facere quo quo modo tentauerit, indignationem omnipotẽtis Dei & dictæ ſanctæ ſynodi ſe nouerit incurſurum. Datum Baſileæ in ſeſſione publica huius ſanctæ ſynodi ſolenniter celebrata xviij. Caleudas Maij, Anno à natiuitate domini 1436.

Aurea bulla domini Imperatotis Græcorum, lecta in ſeſſione publica & congregatione generali.

Quoniam deſtinatæ fuerunt ab imperio * noſtro & ſanctiſſimo domino œcumenico Patriarcha ambaſiatæ ad ſacroſanctam Eccleſiam Romanam, videlicet ad beatiſſimum Papam dominum Martinum Quintum, & ad modernum ſimiliter ſanctiſſimum Papã dominum Eugenium quartum, ſimiliter & ab ipſis tranſmiſſæ fuerunt multoties ad nos pro vnione eccleſiarum Chriſti, & multis laboribus cum multa diligentia vtrinq; factis, tamen propter aliquas circunſtantias temporaneas non peruenit ad finem tale bonũ & ſanctum opus vnionis. Poſt hæc autem deſtinauit ad nos de hac ipſa re ambaſiatores ſuos ſacra ſynodus in Baſilea congregata, ſacroſanctam Eccleſiam Romanam repræſentans, propter quod & nos noſtros ad eam deſtinauimus, videlicet familiarem imperij noſtri Demetrium Palæologum Mæotidem, & honorandiſſimum in ſacris monachis abbatem ſacri monaſterij ſancti Demetrij Iſidorum, & familiarem imperij *noſtri Ioannem Laſcari Diſſipatum, qui illuc accedentes oſtenderunt, in ipſam quædam neceſſariò ab eo tractari in præparationem & conſtitutionem vniuerſalis & œcumenici Concilij, in quo neceſſe eſt tractari & celebrari & perfici (Deo duce) prædictam ſanctam vnionem, quæ quidem hæc ipſa ſynodus Baſileenſis acceptauit, & promiſit illa adimplere. Vndè & ambaſiatores ſuos ad nos deſtinauit, fratrem Ioannem de Raguſio, ordinis Prædicatorum profeſſorem, & in ſacra pagina magiſtrum, Henricum Menger decretorum doctorem, canonicum Conſtantiẽſem, & Simonem* Freron ſacræ theologiæ baccalaureum, canonicum Aurelianẽſem, cum decreto ipſius generali, in quo de his continebatur particulariter in capitulis. Perlecto itaque tali decreto apud nos, quædam ex his quæ continebantur in eo, nõ placuerunt nobis, vt in ipſo iacebant, proœmiũ videlicet talis decreti, & capitulum in quo ſcribebatur de modo reuerſionis noſtræ à loco celebrandi Concilij ad Conſtantinopolim, ſi permittente Deo (quod abſit) non ſequeret vnio eccleſiarum Chriſti in tali ſynodo, quia nõ exprimebatur in eo de hoc determinatè & manifeſtè. prædicti autem ambaſiatores videntes diſplicentiam & reſiſtentiam noſtram, nec aliter rem ipſam poſſe habere progreſſum, conceſſerunt, & promiſerunt curare in prædictis, videlicet quod dicta ſancta ſynodus dabit, & exhibebit nobis capitula in dicto decreto contenta, cum proœmio, modo & forma, quibus in literis ipſorum promiſſorijs continetur. Et circa reuerſionem noſtram de ſynodo in Conſtantinopolim, in caſu quo non ſequeretur dicta vnio, (quod abſit) facere & adimplere, prout habetur in forma ſaluiconductus prædicti. His itaque ſic progreſſis, & inter nos concordatis, petierunt & ipſi ambaſiatores, vt promittamus & nos abſque contradictione, ire & accedere ad locum, in quo celebrabitur (Deo concedente) vtrinq; Catholica & œcumenica ſynodus. Qui quidem locus eſſe debet vnus ex nominatis in * decteus, quicunque ordinabitur per dictum ſacrum Concilium Baſileenſe, ſicut in ſupradicto decreto ipſius ſacri Concilij † continentur. Etiam ꝙ exire debeamus hinc à Conſtantinopoli, in accedendo verſus locum celebrandi œcumenici Concilij, à principio ſequentis Iunij, indictionis decimæquintæ, ſicut conuentum eſt inter nos & ipſos ambaſiatores ſacri Cõcilij. Et quia etiam ad maiorem cautelam & firmitatem horum omnium, petierunt fieri literam chryſobuli imperij† noſtri, Imperium † noſtrum grato animo rationabili petitioni eorum annuens, præſens chryſobulum largitur & concedit: per quod acceptat, determinat & promittit, quòd ſi dicta ſacra ſynodus Baſileenſis remedium appoſuerit in prædictis, videlicet ſi prædicta capitula in ſupradicto decreto contenta, cum proœmio in forma, ſicut hîc per ambaſiatores ipſius ſynodi concordatum eſt, nobis direxerit, & compleuerit omnia in eiſdem capitulis ſcripta opportunè, ſimiliter & fecerit ſaluum conductum cum capitulis de modo reuerſionis noſtræ ad Conſtantinopolim, vt prædicitur: reliquaq; etiam, vt ambaſiatores ipſius nobis promiſerunt, & nobiſcum conuenerunt: exibit &c. † imperium noſtrum cum Deo ſine contradictione à Conſtantinopoli ſecundum prædictum tempus, cum præſtantiſſimo domino œcumenico Patriarcha Conſtantinopolitano, & cæteris debentibus intereſſe, ad accedendum ad locum vbi celebrabitur Sanctum catholicũ & œcumenicum Concilium, abſque impedimento rationabili, vero & manifeſto, etiam ſi bellum (quod abſit) ab infidelibus foret, & inſtaret ciuitati noſtræ Conſtantinopolitanæ. Et in robur & confirmationem & conſeruationem inuiolabilem ſupraſcriptorum, iurat Imperium † noſtrum, per debitum † nobis iuramentum tanquam Chriſtiano & fi-

Marginal notes: * meo; * mei; * Freron; * decreto; † continetur; † mei; † meum; † ad imperiũ meũ; † meum; † mihi

deli Impera:ori, & per orationē ſancti mei domini & Imperatoris patris imperij mei famoſiſſimi & felicis memoriæ & per animā meā: factumq́; eſt ſuper iſtis præſens chryſobulum imperij * noſtri, io anno ſexmilleſimo nongenteſimo quadrageſimoquarto, in meuſe Nouembris, indictione decimaquarta, à natiuitate verò domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquinto, die vigeſimoſexto meoſis Nouembris.

* mei

Bulla plumbea domini Patriarchę Conſtantinopolitani, miſſa ſacro Concilio Baſileenſi.

Quoniam deſtinatæ fuerunt ab humilitate noſtra, & potentiſſimo & ſancto meo Imperatore ambaſiatæ ad ſacroſanctam Eccleſiam Romanā, videlicet ad beatiſſimum Papam dominum Martinum quintū, & ad modernum ſimiliter ſanctiſſimum Papam dominum Eugenium quartum, ſimiliter & ab ipſis tranſmiſſæ fuerūt multoties ad nos pro vnione eccleſiarum Chriſti, & multis laboribus cum multa diligentia vtrinque factis, tamen propter aliquas circunſtantias temporaneas non peruenit ad finem tale bonum & ſanctum opus vnionis. Poſt hæc autē deſtinauit ad nos de hac ipſa re ambaſiatores ſuos ſacra ſynodus in Baſilea congregata, ſacroſanctam Eccleſiam Romanam repræſentans, propter quod & nos noſtros ad eam deſtinauimus, videlicet familiares potentiſſimi & ſancti mei Imperatoris, in Spiritusſancto dilectos filios noſtræ humilitatis, videlicet Demetrium Palæologum Metochitem, & honorandiſſimum in ſacris monachis abbatem ſacri monaſterij ſancti Demetrij Iſidorum, & Ioānem Laſcari Diſſipatū, qui illuc accedentes, oſtenderunt in ipſam quædam neceſſariò ab ea tractari in præparationem & conſtitutionem vniuerſalis & œcumenici Concilij, in quo neceſſe eſt tractari & celebrari & perfici (Deo *duce) prædictam ſanctam vnionem. Quæ quidem hęc ipſa ſynodus Baſileenſis acceptauit, & illa promiſit adimplere. Vndè & ambaſiatores ſuos ad nos deſtinauit, fratrem Ioannem de Raguſio, ordinis Prædicatorum profeſſorem, in ſacra pagina magiſtrom, Henricum Menger decretorum doctorem canonicum Conſtantienſem, & Simonem Freron ſacræ theologiæ baccalaureum canonicum Aurelianenſem, cum decreto ipſius generali, in quo de his continebantur particulariter in capitulis. Perlecto itaque tali decreto apud nos, quædam ex his quæ continebantur in eo, nō placuerunt nobis, vt in ipſo iacebant, prooemium videlicet talis decreti, & capitulum in quo ſcribebatur de modo reuerſionis noſtræ à loco celebrādi Concilij ad Conſtantinopolim, ſi permittēte Deo (quod abſit) non fieret vnio eccleſiarū Chriſti in tali ſynodo, quia nō exprimebatur in eo de hoc determinatè & manifeſtè. Prædicti autem ambaſiatores videntes diſplicentiam & reſiſtentiam noſtram, nec aliter rem ipſam poſſe habere progreſſum, conceſſerunt, & promiſerūt curare in prædictis, videlicet quòd dicta ſancta ſynodus dabit, & exhibebit nobis capitula in dicto decreto contenta, cum prooemio, modo & forma, quibus in literis ipſorum promiſſorijs continetur. Et circa reuerſionem noſtrā de ſynodo in Conſtantinopolim, in caſu quo non ſequeretur dicta vnio, (quod abſit) facere & adimplere, prout habetur io forma ſaluicōductus prædicti. His itaque ſic progreſſis, & inter nos concordatis, petierunt & ipſi ambaſiatores, vt & promittamus & nos abſque contradictione, ire & accedere ad locum, in quo celebrabitur (Deo concedente) vtrinq; Catholica & œcumenica ſynodus. Qui quidem locus eſſe debet vnus ex nominatis in decreto, quicunque nominabitur per dictum ſacrum Concilium Baſileenſe, ſicut in ſupradicto decreto ipſius ſacri Concilij continetur. Etiā quòd exire debeamus hinc à Conſtantinopoli, in accedendo verſus locum celebrandi œcumenici Concilij, à principio ſequentis Iunij, indictionis decimæquintæ, ſicut conuentum eſt inter nos & ipſos ambaſiatores ſacri Concilij. Et quia etiā ad maiorem cautelam & firmitatem horum omnium petierunt fieri ſigillum noſtræ humilitatis, humilitas noſtra grato animo rationabili petitioni eorum annoens, præſens ſigillum largitur & concedit, per quod in Spiritusſancto diſponit, quòd ſi dicta ſacra ſynodus Baſileenſis remedium appoſuerit in prædictis, videlicet, ſi capitula in prædicto decreto contenta cum prooemio, in forma ſicut hic per ambaſiatores ipſius ſynodi cōcordatum eſt, nobis direxerit, & compleuerit omnia in eiſdem capitulis ſcripta opportunè, ſimiliter & fecerit ſaluum conductum cum capitulo de modo reuerſionis noſtræ ad Conſtantinopolim, vt prædicitur: reliqua etiam, vt ambaſiatores ipſius nobis promiſerunt, & nobiſcum conuenerunt: exibit humilitas noſtra cum potentiſſimo & ſancto meo Imperatore cum Deo ſine contradictione à Conſtantinopoli ſecundum prædictum tempus, & cum cæteris debentibus intereſſe, ad accedendum ad locum vbi celebrabitur ſanctum Catholicum & œcumenicum Concilium, abſque impedimēto rationabili, vero & manifeſto, etiam ſi bellum (quod abſit) ab infidelibus foret, & inſtaret ciuitati noſtræ Conſtantinopolitanæ. Et in robur & confirmationem ſupradictorum, factum eſt præſens ſigillum noſtræ humilitatis in menſe Nouembris, indictionis decimæquartæ, anno ab Adā ſeu mundi conſtitutione *ſexmilleſimo nōgēteſimo quadrageſimoquarto, à natiuitate verò domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquinto.

* dante

* ſexies

Bulla

Bulla indulgentiarum remiſſionis omnium peccatorum ſemel in vita, & ſemel in morte, in fauorem ſubſidij pro reductione Græcorum procurandi.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè cógregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, vniuerſis Chriſtifidelibus ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem. Vox illa iocunditatis & lætitiæ ad populum Iſraeliticum olim de cęlo lapſa, eadem nunc per os huius ſanctæ ſynodi in auribus populi Chriſtiani inſonans,
Eſa. 40.a clamat: Conſolamini conſolamini popule meus, dicit dominus Deus veſter. Loquimini ad cor Hieruſalem, & aduocate eam, quoniam completa eſt malitia eius, & dimiſſa eſt iniquitas illius. Meritò lætari & conſolari te debes plebs Chriſtiana, cùm his nouiſſimis diebus tanta lætitiæ cauſa offertur, quantam vix vnquam experta es. Vno enim eodemq; tempore plenariam omnium peccatorũ veniam cõſequeris, & fratres tuos, quorum innumerabilis eſt multitudo, quingentis fermè annis à tuo conſortio ſegregatos, tibi proximè reuniri ſperas. O quanta erit iſta iubilatio? O quàm ſuaue cordibus Chriſtianorum orietur gaudiũ, cùm primùm homines Deo, & ipſi inter ſe fraterna charitate conciliabuntur? Quas igitur Chriſto noſtro pro hac duplici lætitia, qua nulla maior deſiderari po-
Pſal. 88. teſt, gratias agemus? Quis domini miſericordias ad plenum enarrabit, qui populũ Chriſtianum varijs vndique calamitatibus hoc tempore afflictum, tanta gaudij nouitate cõſolatur? Eccè popule Dei, adeſt tibi annus iubileus, annus remiſſionis omnium peccatorũ, annus generalis vnionis Eccleſiæ. Proinde loquimini omnibus Chriſtifidelibus, qui in ſancta habitant Hieruſalem peregrinante in terris, ad cor eos conſolando, & aduocate eos ad hanc duplicem lætitiam, quoniam malitia tam diuturni ſchiſmatis, quod innumerabilia Eccleſiæ ſanctæ Dei mala intulit, auxiliante domino (vt confidimus) citò complebitur, & finem accipiet. Iniquitas quoque peccatorum, quæ huius ſchiſmatis & iræ Dei cauſa fuit, diuina clementia remittitur. Conſurge igitur, conſurge, induere for-
Eſa. 51.e & 52.a titudine tua Sion, induere veſtimentis gloriæ tuæ Hieruſalẽ ciuitas ſancta. Quàm fortis & glorioſa eris tunc mater Eccleſia, cùm omnes qui Chriſtum colunt, ab Occidente in Orientem eodem fidei & charitatis vinculo vnitos conſpicies? Ingemuiſti hactenus nimio dolore afflicta, cùm à ſæuiſſimis Turcis & Sarracenis, alijsque Chriſtiani nominis inimicis, innumeras patereris iniurias, iacturas, perſecutiones & opprobria, & nemo te conſolari poterat. Cùm paſſim videres filios tuos omnis ſexus, ætatis & dignitatis in ſeruitutem trahi, & (quod ſeruitute deterius eſt) plurimos ab vberibus tuis abſtractos, ad impium Mahumeti cultum perduci. Harum autem calamitatum quid aliud, q̃ hoc diuturnum ac peſtiferum ſchiſma, cauſa extitit? Sed diuino munere appropinquat iã tempus, vt omni penitus extincto diſſidio, vnitas ſancta fiat. Quæ cùm impleta fuerit, atq; hi magni populi Occidentales & Orientales fraternum fœdus ſimul inierint, nemo tunc fortitudini tuæ reſiſtere poterit. Tunc abiectis lugubribus, conſurges regina Eccle- Pſal. 44.
ſia in veſtitu deaurato, circundata varietate: & qui te olim perſequentes conculcabant, procident coram te: & venient ad te qui de- Eſa. 60.c
trahebant tibi, & adorabunt veſtigia pedum tuorum. O vos omnes qui Chriſtiano nomine cenſemini, expergiſcimini iam talia audientes, plaudite manibus, & iubilate Chriſto ſalutari noſtro. Eccè enim nunc tempus 2 Cor. 6.a
acceptabile, eccè nunc dies ſalutis: Eccè iam pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, viſitat nos in abundantia gratiæ & felicitatis. Aſſurgite, & occurrite illi in humilitate ſpiritus, in orationibus atq; eleemoſynarum largitate, vt qui pro peccatis veſtris iuſtè iratus, tamdiu hoc ſchiſma durare paſſus eſt, & multis perſecutionum flagellis ab his qui intus, & ab his qui foris ſunt, vos cædi permiſit, nunc purgatis & emendatis indulgẽs, ſanctam inter vos vnionem inſpiret, vnitisq; non ſolùm perdita reſtauret, ſed & vobis veſtros ſubijciat inimicos. Audiſtis pridem ſolennes ambaſiatores ſereniſſimi Imperatoris Græcorum ac Patriarchæ Conſtantinopolitani, ab hac ſancta ſynodo accerſitos, Baſileam aduenisse, & tandẽ Deo propicio, concluſiſſe nobiſcum modum huius ſanctæ vnionis perficiendæ, aſſenſu ſanctiſſimi domini Eugenij Papæ accedente, vt videlicet ad locum ſynodi vniuerſalis tã noſtri, quàm ſui Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ipſeq; Imperator & Patriarcha Conſtantinopolitanus, alijq; Orientalis Eccleſiæ Patriarchæ accedant. Vt autem tantũ opus certiùs firmaretur, tres noſtros oratores poſteà Conſtantinopolim deſtinauimus, vt ab ipſis Imperatore & Patriarcha ratificationem eorũ, quæ hic ſui concluſerant ambaſiatores, obtinerent. Quæ omnia ipſi Imperator & Patriarcha iuxta noſtri decreti capitula, ratificârunt, & approbârunt, ac literas Latino Gręcoq; ſermone ſcriptas, & eorũ manibus ſubſcriptas, bulliſq; aurea & plumbea munitas, per vnũ ex tribus noſtris oratoribus ad nos nuper reuerſum tranſmiſerunt. Et cùm ad ipſam ſynodum proprijs expenſis tam procul de partibus Orientalibus Græci proficiſci nequeant, opus fuit vt expenſas in veniendo ſtandoq; & redeundo neceſſarias, & quaſdam alias pro tuitione ciuitatis Conſtantinopolitanæ, ne Imperatore abſente, à Turcis forſitan expugnari poſſet, polliceremur. Et quanquã huiuſmodi impenſæ nonnullis

nullis graues viderentur, nos tamen animaduertentes, quantus Dei honor & profectus Eccleſiæ, quanta exaltatio fidei orthodoxæ, quantum incrementũ nominis Chriſtiani, quot millium animarum ſalus, quantaq́; vtilitas & innumerabilia bona populo Chriſtiano hinc forent prouentura, non ſolùm ipſas impẽſas, ſed & perſonas proprias fore exponendas, dignum eſſe iudicauimus, ſpem ponentes in domino, cuius negocium agitur, & in charitate ac deuotione fideliũ, qui dum talia intellexerint, ſubſidijs & auxilijs opportunis non deerunt. Si Chriſtus Deus noſter ſanguinem ſuum toto precioſiorem mundo, pro noſtra redemptione effudit: ſi eius veſtigia ſecuti Apoſtoli, atque alij ſancti viri, ꝓ ſalute proximorum & incremento fidei corpora ſua libenter morti obiecerunt: quid nos facere oportet, à quibus non niſi caduca huius mundi ſubſtantia efflagitatur? Si reges & principes pro recuperandis expugnandisq́ue ciuitatibus & oppidis multo ampliorem ſummam exponere ſoliti ſunt, ſi deniq́; pro augẽdis facultatibus & vanitatibus ſeculi, ſe & ſua multis periculis homines ſubijciunt, & vt exemplo vtamur ſaluatoris, quærens aliquis precio-

Matt. 13. f ſam margaritam, cùm inuenerit ipſam, vendit omnia bona ſua, & emit illam: nónne Eccleſia Dei & vniuerſus populus Chriſtianus facere hanc impenſam poterit, & debebit, ex qua nihil terrenum, nihil caducum, ſed omnia quæ ſuprà memorauimus bona, ſuccedent? Si vna duntaxat anima Chriſto charior eſt, quàm totum mundi aurum: nos vbi millia millium ſaluanda ſunt, auari aut negligentes videbimur? Conſueuit aliquando Eccleſia ad liberandum de manibus infidelium terram ſanctã, ſeu pro debellandis hæreticis indicere generale paſſagium, conuocareq́; reges & principes & alios bellatores, vt armis iſta peragerent, necnon & pro alijs iuſtis cauſis ab omnibus Chriſtianis ſubſidium poſtulare, ad quæ vt promptiores efficeret, donis ſpiritualibus plenariæ remiſſionis peccatorum inuitauit. Profectò ſi veterum reuoluantur hiſtoriæ, nulla vnquam affuit cauſa iuſtior, quàm iſta eſt, nec pro qua Chriſticolæ omnes ſe & ſua libentiùs exponere deberent. Hîc enim non ſolùm ad recuperandam terram intenditur, ſed etiam millia millium animarum, pro quibus mediocre ſubſidiũ petitur, vndè impenſæ Græcis promiſſæ, ſine quibus tam ſanctum opus perfici nequit, inueniri poſſint. Quis igitur pro tanto vniuerſæ Eccleſiæ bono, proq́ue tanto animæ ſuæ merito portiunculã rerum ſuarum, quas dono Dei obtinet, denegare audebit? O felicem & precioſam eleemoſynam, quæ regnum cœlorum promerebitur, & quę tantam fidei catholicę vtilitatem dabit. O beatum illum hominem, quem dominus ad tam ſanctum opus inſpirauerit. Hunc quidem (ſicut ſcriptum eſt) in die mala liberabit dominus. Licet autem ex debito Pſal. 40.
Chriſtianæ profeſſionis quiſq; ad hoc ſanctum negocium pro viribus contribuere, ac ſubuenire obnoxius ſit, nihilominùs, vt eo libentiùs omnes faciant, quo ſe hîc & in futuro ſeculo perampliùs remunerandos fore intellexerint, decreuit hæc ſancta ſynodus vniuerſam Eccleſiã repræſentans, ſponſam Chriſti, affluẽter aperire ſpirituales theſauros, quos ipſe ſaluator aſcendens in cœlum, ſibi reliquit. Omnibus igitur Chriſtifidelibus vtriuſq; ſexus, qui ad hoc ſanctum opus tantum contribuerint, quantũ quiſque vna integra hebdomada pro ſuæ perſonæ ac familię, ſi eam habuerit, refectione exponit, vel ſi de proprijs viueret, exponeret, religioſis quoque pro quibus ſuus conuentus aut ſuperior vel alius iuxta prædictã rationem erogauerit, omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti & ore confeſſi fuerint, authoritate omnipotentis Dei & de eius miſericordia confiſa, illam plenariam remiſſionẽ impartitur ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo, quam Eccleſia concedere ſolet omnibus euntibus Romam tempore Iubilei, vel cruce ſignatis ad recuperationem terræ ſanctæ tempore paſſagij generalis, & in retributione iuſtorum ſalutis æternæ pollicetur augmentum. Ita tamen, quòd per annum integrum (ſi vixerint) ſingulis ſextis ferijs, impedimento ceſſante, aut ſi dictis ſextis ferijs ex præcepto Eccleſiæ, regulari obſeruantia, iniuncta pœnitentia, voto vel aliàs ieiunare teneantur, vna alia die ſingularem ſeptimanarum eiuſdem anni, qua ad ieiunandum non ſint aſtricti, ieiunent, aut ad iudicium ſui confeſſoris in alia pietatis opera commutent. Ac etiam eadem die qua ieiunabunt, vel (vt præmittitur) ieiunare deberent, ſi ſint clerici, ſeptem Pſalmos vel Miſſam: ſi laici, ſeptem Pater noſter & ſepties Aue Maria, dicere ſint aſtricti, vel alia pietatis opera iudicio ſui confeſſoris agant. Quòd ſi conuentus tales ſint, qui nihil in communi poſſideant, vel aliæ perſonæ victum vera mendicitate quærentes, ſeu aliâs contribuere non valentes, ne huius ſpiritualis muneris ſint expertes, ſi vltra ieiunium (vt prædicitur) obſeruandum ſingulis diebus vnius anni, prædictos pſalmos & Miſſas, ſi clerici: ſi laici, prædictas orationes, ceſſante legitimo impedimento, eo modo quo ſuprà exprimitur, ſupplendo dixerint, vel alia pietatis opera ſui confeſſoris iudicio (vt præmittitur) exercuerint, ac pro felici huius negocij conſummatione Deum ſuppliciter exorauerint, eandem plenariã remiſſionem conſequantur. Erogantibus autem ad idem opus, quantum vna die pro ſe ſuaq́; familiæ expenſis expenderent, vel ſi de proprijs viuerent, exponerent, ſeptem annos & totidem quadragenas de iniũctis ſibi pœnitentijs elar-

tijs elargitur. Et vt hi omnes ad huiuſmodi indulgentiæ gratiam aptiores exiſtant, omnibus ſacerdotibus ſecularibus & regularibus aliâs diſcretis, quos in confeſſores pro huiuſmodi conſequenda indulgentia elegerint, indulget, vt confeſſionibus eorum auditis, ipſas à quacunq; excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti ſententia, à iure vel conſtitutione, ſeu etiam non nominatim, ſed generaliter ab homine lata, & à quibuſcunq; alijs propter quę etiam ſedes Apoſtolica meritò eſſet conſulenda, impoſita ſatisfactione & reſtitutione his quorum intereſt facienda, ſalutarem iniungant pœnitentiam, & debitæ abſolutionis in foro pœnitentiali duntaxat in forma Eccleſiæ beneficium impendant. Quam ſatisfactionem ac reſtitutionem, ſi infra terminum à confeſſore ſtatutum facere neglexerint, huiuſmodi indulgentia in nullo ſuffragetur. At cum clericis ſuper irregularitate occulta, aliàs, quàm ex bigamiæ vel homicidij voluntaria cauſa, contracta, diſpenſent. Super votis verò peregrinationis, ſeu abſtinentiæ aut alijs ſimilibus, quæ ipſi fideles emiſerint, etiam ſi vltramarina, aut alia loca, ſeu limina ſanctorũ Petri & Pauli ac Iacobi Apoſtolorum viſitare vouerint, ſeu aliâs non impletis, diſpenſandi eiſdem confeſſoribus etiam facultaté concedit: ita tamen, quòd ipſi cum quibus taliter diſpenſari continget, expenſas quas ad loca huiuſmodi vel pro alijs votis implendis, iuxta ipſorum confeſſorum taxationem feciſſent, ad hanc cauſam contribuant. Et vt nulla cuiquam peccati rubigo remaneat, vult & indulget hæc ſancta ſynodus, vt quicunq; ex vſurario vel non debito quæſtu, ſeu qualitercunque illicitè aut indebitè aliquid percepiſſet, ſeu bona ablata aut quæuis incerta poſſideat, ſi non extent, vel ignorentur perſonæ, quibus facienda eſſet reſtitutio, aut res quaſcunque tenentes, cuiuſcunque ſtatus ſeu religionis exiſtant, in quorum detentione conſciẽtiæ eorum grauantur, vel quæ de iure ad pias cauſas per eccleſiam deberent exponi, huiuſmodi res & bona ſeu valorem, necnon & qui arma vel alia prohibita infidelibus ſeu hęreticis portauerint, lucrum quod indè perceperunt, ad hoc opus iuxta ſuam & ſui confeſſoris conſcientiam & æſtimationem tradere teneantur. Iubet inſuper eadem ſancta ſynodus, vt habita huius decreti notitia, omnes diœceſani in cathedralibus, collegiatis & parochialibus, in quibus eis viſum fuerit, ac etiã generales ordinum mendicantium in conuentualibus eccleſijs eis ſubiectis, mox diſponant, quatenus verbum Dei per prędicatores idoneos ad populum annũcietur, prędictas indulgentias publicando, & fideliter exhortando ad ſubſidium in tam piiſſima cauſa impendendum, quibus prędicatoribus & prædicationem audientibus, ac etiam omnibus alijs, qui circa prædictam æſtimationem ſubſidium aliquod vel auxilium in hac re dederint, centũ dies de iniunctis pœnitentijs ſingulis vicibus in forma Eccleſiæ relaxat. Ne autem in colligendis ac conſeruandis pecunijs fraus aliqua committatur, ordinat ſancta ſynodus, quòd in qualibet cathedrali in ciuitatibus, in oppidis verò & alijs locis in principali eccleſia vnus cippus, truncus vel capſa ponatur, vbi tanquam in gazophylacio domini, quilibet pecunias erogãdas ac incerta & ablata ſeu illicitè quęſita, reponere poſſit & debeat. Cuius ſint tres claues, quarum vnam teneat epiſcopus, vel cui voluerit ipſe committere, pro quolibet trunco in omnibus locis ciuitatis &* dię- * diœceſis
ceſibus, capitulum aliam in cathedrali, prælatus ſeu rector in principali, tertiam timoratus aliquis vir, quem ciuitas, oppidum ſeu locus deputare voluerit, qui diebus per eos ſtatuendis, talem cippum, truncum vel capſam corã notario vel duabus fide dignis aperiant perſonis, & pecunias ad fidas manus deponant, eas ſine fraude, diminutione vel contradictione illi vel illis aſſignaturi, quas hæc ſancta ſynodus ad hoc deputauerit. Quòd ſi in campeſtribus locis vel alibi periculum ſeu detrimentum in cõſeruatione pecuniarum, per modum ſuperiùs expreſſum veriſimiliter timeretur, diœceſani vel ad colligendum huiuſmodi pecunias ab hoc Concilio deputandi, (prout magis expediens viſum fuerit) vtiliter prouideant. Quicunque autem, etiam ſi pontificali aut regali pręfulgeat dignitate, fraudem, furtum ſiue rapinã circa prędictas pecunias ſeu impedimentũ ex propoſito & malitioſe in hoc ſanctiſſimo opere fecerit, vltra indignationem omnipotentis Dei & reatum ſupremi ſacrilegii, ſententiam excommunicationis incurrat, à qua niſi priùs plenaria facta reſtitutione & impedimento ſublato, abſolui non poſſit. Vult autem hæc ſancta ſynodus, quòd elapſo biennio à die præſentis decreti, prædictæ indulgentiæ ac facultates nemini concedi valeant, præterquàm in mortis articulo, quo ad illos qui infra biennium (vt ſuprà dictum eſt) contribuerint. Quodque perſonis illis quę ſub ſpe huius gratię & indulgentiæ aliquid commiſerint, in nullo huiuſmodi gratia ac ſpecialis conceſſio ſuffragetur. Et quia difficile foret, præſentes literas ſingulis exhibere, decernit hæc ſancta ſynodus, vt earũ tranſſumpto manu publica authoritate Archiepiſcopi in tota prouincia, & ordinarii in ſua diœceſi proprio ſigillo munito, tanquam literis originalibus plena fides in omnibus adhibeatur. Datum in ſeſſione publica huius ſanctæ ſynodi ſolenniter celebrata in maiori eccleſia Baſileenſi, decimooctauo Calendas Maii, anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſexto.

SESSIO

SESSIO XXV.

De locis futuri & œcumenici Concilij pro Græcis.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spirituſancto legitimè cõgregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam.

Nuper hæc ſacroſancta ſynodus inter varias ſolicitudines, quibus inſcrutabilis diuinæ altitudinis prouidentia eam inuocatione ſui ſpiritus paracleti, ad excolendum dominici gregis agrum adunari, operariq; dignata eſt, internæ mentis oculos more agricolæ peruigilis reuulens, & attentè proſpiciens, quam deflendè diutina Occidentalis & Orientalis Eccleſiarum in eiuſdem fidei profeſſione diuiſio in Dei perſtitit & durauit Eccleſia, de clementiſſima eius bonitate, apud quem nihil eſt impoſſibile, quique dignè poſtulantibus affluenter dat & largè, ſpem ſuſcipiens & fiduciam, ad procurandam inter ipſas Eccleſias Catholicæ fidei vnitatem, ſuæ diligentię curas tanto accuratiùs, non parcendo laboribus vel impenſæ, adhibere decreuit, quanto ex hoc ad omnipotentis Dei laudem & gloriam, vberiorem animarum ſalutem, maiusq; ipſius fidei incrementũ prouenire cognouit. Cupienſque propterea, ſuffragante ſpiritusſancti gratia, tam ſaluberrimum vnionis negocium aggredi & amplecti, ad illud ſereniſſimum Romeorum Imperatorẽ & venerabilem Patriarcham Conſtantinopolitanum, cæteroſque prælatos & alium Græcorum populum per diuerſos oratores & literas duxit inuitãdos pariter & exhortandos. Qui quidem Imperator & Patriarcha & alij Græci, volente & eorum corda Altiſſimo inflãmante, exhortationes huiuſmodi alacribus animis ſuſcipientes, ipſumq; vnionis negocium aggredi ſynceris affectibus perhibentes, ſuos ſolennes oratores & nuncios ſufficienti mandato bulla aurea & proprię manus ſubſcriptione Imperatoris, bullaque plumbea Patriarchæ prædictorum munito ſuffultos, feruentiſſimum eorundem ad hanc fidei vnitatem zelum deuotiſſimè explicantes, ad eandem ſacroſanctam ſynodum duxerunt deſtinandos, cum quibus ipſa ſancta ſynodus diuerſis tractatibus & deliberationibus præuijs, pro executione & cõſummatione felici tam ſalutaris operis, nonnulla decreta & capitula ad hoc ſummoperè neceſſaria & vtilia, ſuperiùs inſerta, & dudum in certa ſeſſione ipſius ſanctæ ſynodi in maiori eccleſia Baſileenſi celebrata, publicata, animo concordi concluſit. Volenſque deinde hæc ſancta ſynodus, decreta & capitula huiuſmodi vijs & modis omnibus neceſſarijs & opportunis proſequi, ac iuxta illa ad electionem loci pro futuro œcumenico Concilio, in quo Imperator & Patriarcha prędicti, alijq; Gręci, cõuenire poſſent & deberent, celebrando, maturè procedere, habitiſque ſuper his & alijs hanc piam rem concernentibus, in diuerſis ipſius ſanctæ ſynodi deputationibus multiplicibus propoſitionibus & tractatibus, illiſque cum votorum ſuppoſitorum eorundem ſcrutinio diligenti recenſitis, demum in generali congregatione ad hoc in maiori eccleſia prædicta (vt moris eſt) indicta, & iterum votis ſingulorum in eadem ſcrutatis, repertoq; duplo maiorem partẽ & multo plùs vota ſua direxiſſe in Baſileam, Auinionem vel Sabaudiam, inuocata ſpiritusſancti gratia, poſt Miſſarum ſolennia concluſum fuit & conuentum, quòd apud Imperatorem, patriarcham & alios Gręcos prędictos, diligens & debita fieret inſtãtia, cum allegationibus & expoſitionibus plurimorum rationum, quæ ad id allegari & adduci poſſent, vt ex diuerſis bonis reſpectibus ciuitatem Baſileenſem acceptarent pro dicto œcumenico Concilio ibidem celebrando: quam ſi eos omnino recuſare contingeret, extunc ciuitas Auinionẽſis locus eſſet ipſius œcumenici Concilij ibidem celebrandi. Si tamen illud in eadem celebrari non poſſet, extunc in Sabaudia Concilium celebraretur antedictum. Vt igitur præmiſſa omnia & ſingula debitum & votiuum ſortiantur effectum, cum omni ſolennitate aliâs in hoc ſacro Baſileenſi Cõcilio in rebus arduis expediendis adhiberi ſolita, patribus in maiori eccleſia Baſileenſi poſt Miſſarum ſolennia conſidentibus, hæc ſancta ſynodus decernit, vult, ſtatuit, ordinat & declarat, futurum œcumenicum Concilium in Baſileenſi, aut illa recuſata, in Auinionenſi ciuitatibus, alioquin in Sabaudia iuxta concluſionẽ ſupradictam, debitis & conuentis temporibus debere celebrari. Quodque Imperator & Patriarcha & alij Græci prædicti, iuxta capitulata & decretata huiuſmodi, necnon omnes & ſinguli alij, cuiuſcunq; gradus, ſtatus, dignitatis vel præeminentiæ exiſtant, qui generalibus Concilijs de iure vel conſuetudine intereſſe debent, etiam ſi pontificali dignitate præfulgeant, ad illud debeant & teneantur, maximè pro conſummatione tam ſalutaris operis, accedere & etiam conueniſſe. Et hanc præmiſſam nominationem & electionem vult, ſtatuit & decernit hæc ſancta ſynodus, vt ſit firma, inconcuſſa & inuiolabilis, quacunque alia modificatione, ordinatione, diſpoſitione, nominatione ſeu electione per ipſum ſacrum Concilium ſeu alium vel alios, quacunq; authoritate, etiam papali fungentes, in contrarium facta ſeu factis, minimè valitura ſeu valituris, quam ſeu quas hæc ſancta ſynodus ex certa ſcientia ex nunc irritat, caſſat, reuocat, & annullat, ſeu

caſſa,

Digitized by Google

caſſa, nulla & irrita nunciat, & pro infectis illã, ſeu illas habere vult, & præſentibus habet, quatenus in totum vel in partem præmiſſæ electioni obuiant vel repugnant. Supplet etiam hæc ſancta ſynodus ex certa ſciẽtia omnem defectum, ſi quis in præmiſſis vel aliquo præmiſſorum forſitan interuenerit. Et inſuper cùm res tam ardua plurimum in Dei Eccleſia fructum allatura, ſine grauibus expenſarum ſarcinis conſummari, & Græci prædicti adduci, addoctiq; ſuſtentari non valeant, dignumq́ue & debitum exiſtat, vt pro conſummatione tam felicis operis Chriſtifideles vniuerſi, maximè eccleſiaſticæ perſonæ, de commiſſi ſibi patrimonij domini noſtri Ieſo Chriſti ſubſtantijs liberali diſpenſatione miniſtrent, hæc ſancta ſynodus vniuerſis & ſingulis eccleſiaſticis perſonis, exemptis & nõ exemptis, ſub quacunq; verborum forma, etiam ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, cuiuſcunque ſtatus, dignitatis, gradus, ordinis vel conditionis exiſtant, etiam ſi cardinalatus vel pontificali præfulgeant dignitate, generalẽ omnium & ſingulorum ſuorum eccleſiaſticorum fructuum & prouentuum, quotidianis diſtributionibus duntaxat exceptis, decimam de ſuis eccleſijs, monaſterijs, dignitatibus & officijs, cæteriſq; eccleſiaſticis beneficiis in ſua generali congregatione iam impoſitam & concluſam, perſoluendam & exigendam, decernit, ſtatuit & declarat imponendam, eamq́ue imponit per præſentes. Prçterea dicta ſancta ſynodus decernit, vult, ordinat, & declarat, quòd venerabiles Ioannes Lubecenſis, Ludouicus Viſenſis, Delphinus Parmenſis, Ludouicus Lauſanenſis epiſcopi, ipſius ſacroſanctæ ſynodi oratores, ad conducendum Græcos ad locum œcumenici Concilij, eorumq́ue maior pars tũc prçſens, portum Latinum locis ſuprà electis & nominatis aptiorem & propinquiorem, ad quem dicti Grçci vltimò debeant applicare, eligendi & nominandi plenam habeãt poteſtatem, illamq́ue eiſdem concedit per præſentes, iuxta formam aliarum literarum eis ſuperindè datarum. Poſtremò eadem ſancta ſynodus vult, ordinat & decernit, quòd pro præmiſſorum & ex eis dependentium debita & ocius executione, dictorumq; ſyndicorũ & Concilij ſecuritate pleniori, ad omnem eorum, aut ſuorum procuratorum vel nunciorum petitionem & inſtantiam, eis quæuis aliæ literç opportunç, vtiles & neceſſariæ, ſub bulla eiuſdem ſanctæ ſynodi per ipſius cancellariam in forma debita & honeſta concedantur, conficiantur, & etiam expediantur. Datum Baſileæ in ſeſſione publica huius ſanctæ ſynodi, in eccleſia maiori Baſileenſi ſolẽniter celebrata, nonis Maij, Anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſeptimo.

ALIUD DECRETUM LECTUM in eadem ſeſſione pro cautione Auinionenſi.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritusſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriã. Cùm nuper dilecti Eccleſiæ filij ſyndici & Conciliũ ciuitatis Auinionenſis, ſummam ſeptuaginta milliũ florenorũ auri de camera, pro conductione ſereniſſimi * Græcorum Imperatoris & venerabilis patriarchæ Cõſtantinopolitani, aliorumq; Græcorum ad œcumenicum Concilium, dante domino, venturorum iuxta concordata & concloſa cum eorum ambaſiatoribus, neceſſariam huic ſacroſanctæ ſynodo & vniuerſali Eccleſiæ liberaliter mutuare obtulerint, iamq́; eius partem exoluerint, ac reſtantem, expeditis nonnullis pro eorũ cautione ab ipſa ſancta ſynodo petitis, in pecunia numerata exoluere paratos ſe offerant: eadem ſancta ſynodus cupiens (prout decẽs eſt & debitum) dictorum ſyndicorum & Cõcilij, ne ex ſua liberalitate damnũ patiantur, indẽnitati legaliter prouidere, omnes & ſingulas pecuniarum quantitas, quæ ex indulgentijs per ipſam ſanctam ſynodum vniuerſis Chriſtifidelibus de bonis ſibi à Deo collatis, pro proſecutione vnionis Occidẽtalis & Orientalis eccleſiarum, ad eandem Chriſtianæ fidei profeſſionẽ in dicto Cõcilio, domino largiente, procurandæ & perficiendç largientibus, per eius literas ad diuerſas mũdi partes directas, & iam in pleriſq; locis ſolenniter publicatas, conceſſas, necnon ex decima generali per eandem ſanctam ſynodum cauſam ob præmiſſam impoſita & concluſa, hactenus prouenerunt ac prouenient in futurum, ſyndicis & Concilio præfatis vſq; ad ſummam ſupradictam exnunc obligando, hypothecando & aſſignando, vult, ſtatuit, & decernit, quòd ijdem ſyndici & Conciliũ in omnibus & ſingulis, quibus maluerint, & quæ eligenda duxerint, & præſertim Frãciæ, Aragoniæ, Delphinatus, Britanniæ, Sabaudiæ & Burgundiæ regnis, ducatibus, terris, prouincijs, ciuitatibus & diœceſibus, authoritate eiuſdem ſanctæ ſynodi & vniuerſalis Eccleſiæ ad leuandum, exigendum & recipiendum de pecunijs ex indulgentijs & decima prædictis (vt prçmittitur) prouenientibus vſque ad ſummam prædictam, & quouſq; illa eiſdem integraliter fuerit perſoluta, quaſcunque perſonas idoneas ad hoc eis vtiles & accõmodas, in ſuos collectores nominare, eligere, deputare & ordinare, quodque perſonæ ipſæ ſic per eos nominatæ, electæ & deputatæ, de pecunijs huiuſmodi vſque ad ſummam prædictam nomine ſyndicorum & Cõcilij prædictorum, petere, exigere & leuare poſſint & debeãt, perinde ac ſi per ipſam ſanctam ſynodum ad hoc deputatæ

* Romeorum

tatæ

tatæ & nominatæ fuiſſent, necnon illos ſoluentes quoſcunq; debita aſſignata quitantia, à ſolutis ſint liberi penitus & immunes. Promittit inſuper & pollicetur hæc ſancta ſynodus, q̃ ipſa collectores ipſos ſic p̃ dictos ſyndicos & Concilium deputatos, quibuſuis colore vel occaſione captatis, directè vel indirectè, ſine expreſſa ſyndicorum & Concilij prædictorum volũtate atq; conſenſu nullatenus reuocabit, nec pecunias huiuſmodi per alios in eligendis per dictos ſyndicos & Concilium regnis, ducatibus, terris, prouinciis, ciuitatibus & diœceſibus prædictis ſine cõſenſu ſimili exigi, colligi, vel leuari faciet, aut eorum collectoribus huiuſmodi, quo minùs illas vſq; ad ſummam prædictã pro ſyndicis & Concilio prædictis liberè colligere & leuare valeant, impedimentum aliquod præſtabit, ſeu præſtari patietur quoquo modo: quinimò regum, principum & aliorum dominorum, in quorum regnis, territorijs & dominijs eoſdem ſyndicos & Cõcilium electionem antedictam facere contigerit, ſuper libera exactione & collectione pecuniarum ex indulgẽtijs & decima huiuſmodi (vt præfertur) prouenientium, fauorem & conſenſum, coercitionem quoq; (ſi opus fuerit) & brachij ſecularis auxilium procurabit & ordinabit, aliaſq; eoſdem ſyndicos & Conciliũ ſuper integra & reali reſtitutione & ſatisfactione dictæ ſummæ omnino reddet indemnes. Præterea eadem ſancta ſynodus vult, ſtatuit & decernit, q̃ ſuper exactione pecuniarum huiuſmodi ſyndicis & Concilio prædictis, quæcunq; literæ & proceſſus compulſoriales & pœnales, cum omnibus & ſingulis clauſulis neceſſarijs & opportunis cõcedantur, conficiantur, & etiam per ipſius cancellariam expediantur, alijs literis in præmiſſis & circa præmiſſa iam conceſſis, in ſuo robore duraturis. Datum Baſileæ in ſeſſione noſtra publica huius ſanctæ ſynodi, in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata, nonis Maij, Anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſeptimo.

SESSIO XXVI.

Et eſt monitorium & citatio contra dominum Eugenium Papam & Cardinales.

Multa in hac ſynodo ſparſim habẽtur, q̃ pontifi.i & ei authoritati derogẽt quæ ſunt cautè legẽda. Videatur de his bulla retractationũ Pij II. Pontificis maximi, quæ infrà habetur.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. Cùm Chriſti Eccleſia varijs & acerrimis languoribus ſubiaceret, hominumq́ue peccata & præuaricationes diuinæ legis magis ac magis indies pernicioſo creſcerent augmento, dignatus eſt omnipotens Deus fidelium inſpirare cordibus, vt in Baſileam ciuitatem, profectò vndique integerrimam, ſacroſancta generalis ſynodus conueniret, quæ præſertim in reformandis moribus tam in capite quàm in membris, & excitandis cordibus in obſeruatione legis Dei, vigilantem impenderet operã, vt & diuinus honor refloreret in terris, & repreſſis enormitatibus peccatorum, ad procurandam animarum ſalutem efficaciùs conuerteretur hominum ſolicitudo. Iã verò pluribus annis in ea re per ipſam ſynodum exhibiti ſunt indefeſſi labores: commemorata frequentiùs extitit regnantium ſcelerum multitudo, quæ vniuerſam Chriſtianitatem in multas clades, multaq́; diſcrimina adducere cõſpicitur. Eccleſia in Chriſti nomine congregata, cunctis palàm curauit ingerere monita ſalutis, die ac nocte clamitans, vt redirent præuaricatores ad cor, & Eſa.46.c obſeruarent legem Domini Dei ſui. Deniq; ſalubria decreta & ſacros canones inſtituit, quibus peſtis auaritiæ, Simoniæ, ambitionis & aliorum vitiorum (quæ multorum corda nimiùm incẽdebant) arcerentur à grege domini, & iuxta præcepta Chriſti atq; ſanctorum patrum inſtituta, dignitates eccleſiaſticæ atque beneficia dignis & idoneis paſtoribus ac miniſtris gratuita collatione, iuſtiſq́ue & canonicis electionibus ac inſtitutionibus diſtribuerentur, quorum medio vniuerſus clerus & populus ſalubriter regeretur, ac perduceretur in ſalutẽ. Sed (quod heu dolentiſſimè referimus) ille qui primus hæc exequi debuerat, quemq́ue & Chriſti præcepta & canones ſacrorum Conciliorum præ cæteris ſeruare oportuerat: imò & cæteros ad horum obſeruantiam efficaciter inducere, nulla vnquam monitione, nulla exhortatione induci iam longo tempore potuit, vt aliquam morum emendationem Chriſto placentem, aut notiſſimorum abuſuum correctionem in Eccleſia ſancta Dei efficere ſatageret. Quin potiùs conſpicit vniuerſus orbis, ſub eius regimine maiora ſemper ſcãdala grauioraq́; exoriri, (ſanctiſſimum dominum Eugenium Papam quartũ loquimur) quem frequentibus monitis hæc ſancta ſynodus cum plurima charitate & benignitate, tum per ipſius ſynodi oratores, tum per literas, tum etiam per eiuſdẽ domini Eugenij nuncios inducere curauit, atq; etiam per aliquorum regum & principum ambaſiatores hortata eſt, vt pro Chriſti reuerentia & animarum ſalute, ſalutari animarum gubernationi operam daret, electiones proborum paſtorum fieri aſſentiret, beneficia à Chriſto gratis accepta, gratis diſtribueret, cæteraque in ædificationem Eccleſiæ ageret, quæ iuxta canones ſanctorũ patrum eadẽ ſynodus pro animarũ ſalute & vniuerſalis Eccleſiæ ordinauerat, & quemadmodùm ſacroſanctũ generale Conſtantienſe Conciliũ irrefragabili Conſtantien. Cõc. ſeſſ.39. Catholicę veritatis declaratione diffiniuit in his rebus, quæ ad reformationẽ vniuerſalis

Eccleſiæ in capite & in membris pertinent, obediret. Pariter quoq; notum ſit, quòd ſacra generalia Cōcilia iuriſdictione ſuper Papam vti poſſint, cùm clamoroſa inſinnatione: vel alias ipſe, vt ſcādalizator Eccleſię, ſacro Concilio defertur. Monuit quoque hæc ſancta ſynodus ipſum dominū Eugenium, quatenus dignaretur ambulare vnanimiter cum conſenſu eiuſdem in domo Dei, & adhæſionem, quam literarum ſuarū teſtimonio ſolenniter huic eidē ſynodo exhibuit, factis & operibus adimpleret, vt pax & tranquillitas ſalutaris per vniuerſam vigeret Eccleſiā. Sed in aduerſum prohdolor electiones pontificum & paſtorū ſedulò perturbare viſus eſt, translationes prælatorum, eis inuitis, cōtra ſanctorū patrum & ſacrorum

Constantienſis Cō cili, ſeſſ. 39.

canonum atq; facti Concilij Conſtantienſis ſtatutorum formam & tenorem facere, diuiſiones, ſcandala & ſchiſmata per ſingulas ferè vacantes eccleſias ingerere. vt plurimùm enim vnus eligitur, alteri verò per ipſum, ſuis reſeruationibus iam ſublatis, innitenē ꝓuidetur, ipſa electione reiecta: imò & aduerſus filios obedientiæ, qui decretis huius ſanctæ ſynodi obedire voluerunt, graues compertus eſt fulminare ſententias, ipſos ꝓ libito volūtatis à beneficijs & dignitatibus mandando priuari, inhabilitari, & excōmunicari. In collatione præterea ſeu expeditione dignitatum & beneficiorū, & aliarum rerum diſpenſatione, etiam more inconſueto graues ſummas pecuniarum exigere, abuſus peſtiferes deteſtabili & horrenda ſpecie Simoniacæ labis reſperſos, aduerſus iura diuina & humana in animarum perniciem & eccleſiarū orbis non mediocre præiudiciū, ac prouinciarum, regnorum & ſingularum patriarum depauperationem & exinanitionem, cum pluribus fouere incrementis, dignitatibus etiam ſeu vacantibus beneficijs prouidendo carnalitatis affectu, nō iudicio rationis, nec eos erigēdo qui in eccleſijs ꝓficere poſſunt, ſed quorum vel precibus delinitus extitit, vel pro quibus quiſpiam maiorum rogaſſe compertus eſt, aut (quod deterius eſt) qui vt beneficiati fierent, muneribus impetrârunt, non aduertent, nihil eſſe quod Eccleſiæ Dei magis afficiat, quàm ꝙ indigni aſſumantur prælati ad regimen animarum. Sententijs inſuper ſynodalibus ſpretis, quas olim ſummi pōtifices maxima cum veneratione proſequebātur, prætenſas appellationes ab eiſdem interpoſitas admittit, ſententias huiuſmodi expreſſè reuocando. ipſe inſuper illos, quos hæc ſancta ſynodus pro cauſis iuſtiſſimis alligauit, ſoluere de facto conatus eſt, nulla ſatisfactione peracta. Cæterùm cùm deceat Romanum pontificem iuxta ſacrorum canonū & ſummorum pontificū inſtituta per fratres ſuos ſanctæ Romanæ Eccleſię cardinales, qui ſibi in executione ſui officij coadiutores exiſtunt, ſua exercere conſilia, vt ipſorum ſalubribus & prudētibus conſultis ſtatus Eccleſiæ tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus rationabiliter dirigatur, ipſe dominus Eugenius etiā in rebus grauiſſimis minimè eorūdem conſilia requirere fertur, qui ſunt pars corporis ſui, ſed aliorum extraneorum conſultationem ſectatur, quod non ex rationis iudicio, ſed ex carnali affectu nōnunquā prouenire videtur. Diſpēſatione quoq; ſibi credita abutitur, eam in diſſipationem conuertendo, & poteſtatem ſibi datā in ædificationem, vertendo in deſtructionē. Plura verò grauia nobis obmittentibus, nouiſſima occurrunt conſideratione miſeranda. Audiuimus quidem nuper, ciuitatem Pręneſtinam, cuius epiſcopali titulo vnus ex Romanæ Eccleſiæ cardinalibus conſueuit inſigniri, per tolerantiam eius & ſuorum domeſticorū ac ſtipendijs Romanæ Eccleſiæ militāriū opera, in ruinam mirabiliter decidiſſe. Oppida inſuper pluima, in eiuſdē ſanctæ Romanæ Eccleſiæ patrimonio conſiſtentia, aliquādo prædæ expoſita, vt oppidū Butrij Bononiæ proximum, aliquando ſolo æquata. Et qui augmentū efficere debuerat, operatus eſt diminutionem, cùm tamen ex dignitate ſummi pontificatus nō peccandi licentiam, ſed benè viuendi neceſſitatem aſſecutus eſſe noſcatur. In operibus præterea fidem concernentib⁹, cùm hoc tempore pro œcumenico Cōcilio cum Græcis celebrādo Eccleſia indigeret, ꝓut & de præſenti indiget, ſubuentionibus fidelium populorum, ipſe ſubſtantiam eorum alìorſum diuertere ſatagens, & ſubſidia fidei catholicæ multipliciter impediens, indulgētias plenarias per loca diuerſa multiplicaſſe dicitur, abſq; cauſis vrgentibus eas diſſeminando, in grauem perturbationē ſanctiſſimi operis pro ipſa fide orthodoxa per hāc ſynodū inchoati, aliaq; plurima hucuſq; peregiſſe atq; ꝓcuraſſe dicitur, quæ proſecutioni rerum ad bonum fidei, orthodoxæ & eius promotionem pertinentiū, magnum impedimentum & multam retardationem attulerunt. Illud quoque multa reprehenſione in tanto paſtore dignum eſt, quòd iuramentum in aſſumptione ſui ad Apoſtolatus apicem, ſuper certis ordinationibus præſtitum, ac deinde poſt ipſius aſſumptionem ſub bulla ſua ſolenniter confirmatū, minimè ſeruaſſe dicitur, ſed quod dolenter referimus, (vt a plurimis aſſeritur, & fama publica laborat) ipſum notoriè trāſgreſſus eſt. Denique eum ita agere conſpicit vniuerſus orbis, (nam hæc quæ notoria eſſe dicuntur, Eccleſiā vniuerſalem ſcandalizātia, recēſemus) vt occaſione ſui vniuerſa Eccleſia grauiſſimis turbationibus ſubiaceat, quibus niſi diuina miſeratio prouideat, ruina priorib⁹ inaudita ſeculis Chriſtiano populo proſpiciatur imminere. Nō autem ſolùm in rerum ſpiritualium regimine hanc

ipſam ruinam conſideramus, ſed & in gubernatione temporalium dominiorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ notorios defectus attendimus, quorum alienatores honorē perdere felicis recordationis Symmachus Papa decreuit. Quātas enim tetras ipſe dominus Eugenius alienauerit, quantęque eius incuria & inſulerti regimine deperditę & occupatę ſint, quantas ſtrages ſubditorum Romanę Eccleſię, quos etiā, vt Bononienſis ciuitas in ſuis ſuppoſitis atteſtari poteſt, peremptos audinimus, ſine pœnitentię & Euchariſtiæ ſacramentis, quàm etiam miſeranda vaſtatio ſuo tēpore ſubſecuta fuerit, notoria facta teſtari videntur. Expectauit autem iam plurimis annis hæc ſancta ſynodus cum multa patientia, vt hęc omnia ipſe dominus Eugenius corrigeret, atq; in melius emendaret, ac veluti vices gerentem Chriſti & Petri ſucceſſorem decet, totum orbem exemplo bonarum actionū in viā ſalutis dirigere ſtuderet. Dum verò videmus cuncta iugiter in peius ruere, & omnia magis conturbari, plurimis anxiamur doloribus, ac vehemēter gregi dominico compatimur, quē in totalem ferè deſolationem per incrementa ſcandalorum, diuiſionum ac vitioſarum, deformitatū decidere formidamus, niſi debito regimini Eccleſiæ Dei conueniens prouiſio apponatur, & conſulatur publicæ ſaluti. Videns itaque hæc ſancta ſynodos, quæ per ſummariā informationem ex abundanti factam, ipſum dominum Eugenium in prædictis publicè & notoriè diffamatū comperit, neceſſitatem prouidendi debito regimini Eccleſiæ imminere, vt ſi Conciliū congregatum non eſſet, ſummè neceſſarium foret pro his rebus ipſum congregari: attendens præterea in iudicio Dei oportere reddere rationem ſuper tantorum diſſimulatione malorum & ſcādalorum, quibus corrigendis pro ſalute totius Chriſtianæ plebis ex officio ſuo totis viribus incumbere tenetur, & ex poteſtate quam ſuper cunctos fideles cuiuſcunq; authoritatis, etiam ſi papalis exiſtant, à Chriſto accepit, iuxta ſupradictam declarationem * in Concilio Conſtantienſi habitam, & in hoc præſenti dudum renouatam, cùm etiam coram Deo & hominibus grauiſſimè reprehendenda veniret, ſi in hac vrgentiſſima Eccleſiæ neceſſitatē ſuum officium (prout tenetur) etiā nemine poſtulante exequi negligeret: decernit, vt itra ſexaginta dies à die præſentis ſeſſionis & affixionis numerandos, quem terminum præfato domino Eugenio peremptoriè præfigit, vt ſi qua interim coram hac ſancta ſynodo ſuper præmiſſis & alijs proponendis, pro ſui defenſione, aut excuſatione allegāda vel ꝓponēda duxerit, per ſe vel alium ad hoc legitimè deputatum, corā eadem ſynodo Baſileæ compareat. Dicto autem elapſo termino, ſiue dictus domin⁹ Eugenius per ſe vel alium cōparuerit, ſiue non, hæc ſancta ſynodus ad vlteriora procedet, cognoſcendo & terminando, prout Eccleſiæ ſanctæ Dei, Spiritu ſancto dictante, conſpexerit expedire. Vniuerſis inſuper ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalibus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna aliàs præſtiti huic ſacro Cōcilio per ſe vel alium nomine ſuo iuramēti, & quo ad eos qui iuramentum nō præſtiterunt, ſub pœna priuationis fructuum ſuorum beneficiorum mandat & præcipit, vt infra eundem terminum in hac ciuitate Baſileenſi compareant, ſaluti ſanctę matris Eccleſię cum ceteris in ſynodo congregatis conſulturi & opportunè prouiſuri, prout Spiritus ſanctus dictauerit. Hoc ipſum quoq; vniuerſis principibus & populis Chriſtianis innoteſcere voluimus, vt videntes ſanctæ matris Eccleſiæ & vniuerſæ Chriſtianitatis anguſtias, in vnā ſententiam pro honore Dei creatoris noſtri, & animarū ſalute pariter conueniant, & quod toti orbi ſalutare fuerit, communi conſenſu amplexentur. Decernit tandem hæc ſancta ſynodus, huius decreti publicationē in præſenti ſeſſione factam, eiusq; affixionem in valuis maioris eccleſię Baſileēſis, vim habere monitionis & citationis, quoad omnes & ſingulos actus in hac re fieri neceſſarios, vſque ad finalem terminationem, etiam ad ſententiam diffinitiuam audiendum, & eius executionem faciendum incluſiuè, & ita vniuerſos arctare, ac ſi perſonaliter apprehenſi, & eis intimatum fuiſſet. Datum Baſileæ in noſtra ſeſſione publica, ſolenniter in eccleſia maiori Baſileenſi celebrata, pridiè calendas Auguſti, anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſeptimo.

In ſynodo 5. cuius initium, Benè quidem fraternitas.

* Conſtantienſis Cōcilij. Conſtantienſis Cōcilij ſeſſ. 4. & 5.

SESSIO XXVII.

In qua caſſatur nominatio & creatio Cardinalium, per dominum Eugenium Papam quartum facta.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentās, ad perpetuam rei memoriam.

Tantam reuerētiam ſacris canonibus generalium Conciliorū ſancti patres cenſuerunt adhibendā, vt violatores eorū voluntarios grauiſſimè vindicarēt, & vnumquenq; in ſuijpſius deſtructione agere arbitrarentur, ea deſtruere conantem, quæ vniuerſali conſenſu fuerunt inſtituta. Grauis quoque exindè iactura toti eccleſiaſtico immineret ordini, ſi decreta ſynodalia Cōciliorū generalium, quibus neruus regulæ eccleſiaſticæ ac diſciplinæ ſalutaris innititur, per cuiuſpiam voluntatem, & maximè ſedente adhuc ipſa vniuerſali ſynodo, abrumpi finerentur.

Dudum

Baſileēſis Concilij ſeſſione 4.

Dudum autē hæc ſancta ſynodus ſuper cardinalibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ aſſumēdis, inter cætera duo ſalubria edidit decreta, quorū tenores ad lucidiorem vniuerſorum informationem, de verbo ad verbum hic inſerere, & innouare decreuimus.

Tenor primi decreti.

Baſileēſis Concilij ſeſſione 4.

Item, Cùm multiplicatio cardinalium ſit Eccleſiæ diſpendioſa & oneroſa, propterea & ex alijs rationabilibus & legitimis cauſis eandem ſanctam ſynodum mouentibus, ſtatuit, ordinat, atq; ex certa ſcientia hoc irrefragabili decreto decernit ipſa ſancta ſynodus, quòd durante hoc ſacro Concilio, Romanus Pontifex à loco iſtius ſacri Concilij abſens perſonaliter, non debeat neq; poſſit aliquem vel aliquos, cuiuſcunq; dignitatis, conditionis, gradus ſeu ſtatus exiſtant, in ſanctę Romanæ Eccleſię cardinalem vel cardinales, quouis modo, aut quocunque quæſito colore vel cauſa aſſumere, pronunciare ſecretè aut publicè, aut pronunciatos ſeu aſſumptos ſecretè, publicare. Et ſi ſecùs attentatum fuerit, exnunc in anteà irritum ſit & inane, nulliusq; roboris vel momēti. Quòd ſi forſan taliter de facto aſſumpti, aut pronunciati, ſe pro cardinalibus gerere, aut nominare præſumpſerint, quibuſcunq; dignitatibus priuati, & ad omnes & ſingulas futuras inhabiles. Et quicunq; eos pro cardinalibus gerentes & reputantes, exnunc prout extunc ſententia excommunicationis innodati ſint ipſo facto, à qua prӕterquàm in mortis articulo, niſi à præfata ſynodo abſolutionis ſiue habilitationis beneficium obtinere non poſſint.

Tenor ſecundi decreti.

Baſileēſis Concilij ſeſſione 23.

Cùm ſummo pontifici ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales in dirigenda Chriſtiana republica collaterales aſſiſtant, neceſſe eſt vt tales inſtituātur, qui ſicut nomine, ita re ipſa cardines ſint, ſuper quos oſtia vniuerſalis verſentur & ſuſtententur Eccleſiæ. Statuit igitur ſancta ſynodus, vt deinceps eorū numerus adeò ſit moderatus, quòd nec ſit grauis Eccleſiæ, nec ſuperflua numeroſitate viloſcat. Qui de omnibus Chriſtianitatis regionibus, quantum fieri poterit commodè, aſſumantur, vt notitia rerū in Eccleſia emergentium faciliùs haberi, & ſuper his maturiùs deliberari poſſit: ſic tamen, quòd numerum viginti quatuor inter hos qui nunc ſunt, & aſſumendos, non excedat: ita quòd de vna natione vltrà tertiā partem reſpectu cardinalium pro tempore exiſtentiū, ac de vna ciuitate & diœceſi vltra vnū indè oriundum & de ea natione quæ nūc vltra tertiam partem habet, vſq; ad ipſius tertiæ partis reductionē eſſe nequeant. Sint viri in ſcientia moribuſq; ac rerum experientia excellētes, non minores triginta annis, magiſtri doctores ſeu licentiati cum rigore examinis in iure diuino vel humano. Sit ſaltem tertia vel quarta pars de magiſtris, aut licentiatis in ſacra ſcriptura. Inter hos autē vigintiquatuor eſſe aliqui poterunt admodùm pauci, filij, fratres aut nepotes regū ſeu magnorū principum, in quibus cum circūſpectione & maturitate morum competens literatura ſufficiat. Non fiant cardinales nepotes ex fratre vel ſorore Romani Pontificis, aut alicuius cardinalis viuentis, non illegitimè nati, non corpore vitiati, nec alicuius criminis, aut infamiæ nota reſperſi. Prædicto autē numero vigintiquatuor, pro magna Eccleſiæ neceſſitate vel vtilitate duo alij, in quibus vitę ſanctitas vel eximiæ virtutes refulgeant, quanquam memoratos gradus nō habeant, ac de Græcis cùm Romanę Eccleſię vniti fuerint, inſignes aliqui viri adijci poterunt. Nō fiat cardinalium electio ſolùm per auricularia vota, ſed illi ſoli aſſumi poſſint, in quos facto vero ſcrutinio ac publicato, maiorē partem cardinalium per ſubſcriptionē manus propriæ conſtiterit collegialiter conſenſiſſe. Deſuper etiā Apoſtolicæ literæ cum ſubſcriptione cardinalium conficiantur, decreto huius ſacri Concilij in quarta ſeſſione ſolenniter publicato quod incipit: Item, cùm multiplicatio cardinalium, &c. in ſuo robore inuiolabiliter permanſuro. Baſileēſis Concilij ſeſſione 4.

Aduerſus autem prӕmiſſorū decretorum mentem & tenorem, nuper non ſine graui dolore comperimus, venerabilem Ioannem Patriarcham Alexandrinum in ſacroſanctæ Romanæ Eccleſię cardinalem (licet de facto & nulliter) per dominū Eugenium Papam fuiſſe aſſumptum, cùm nec ſummus Pontifex abſens à loco huius ſacri Concilij, ipſum in cardinalem creare debuerat, contra primum decretum in ſua adhæſione ſolenniter approbatum, neq; proportionem ſingulis nationibus conuenientem, & qualitates in ſecūdo decreto deſcriptas omittere, ſicut in promotione dicti Patriarchæ factum eſſe comperitur. Et cùm fruſtrà hęc ſancta ſynodus iura conderet, niſi ſua authoritate quā ex Chriſti dono immediatè ſuſcepit, eadem tueretur: vtque Gelaſius Papa profitetur, & nullum iam veraciter Chriſtianū ignorare credit, vniuſcuiuſcunq; ſynodi conſtitutum quod vniuerſalis Eccleſiæ probauit aſſenſus, nullam magis exequi ſedem, ac præ cæteris oportere, quàm primam: neceſſitaſque vrgeat illis tranſgreſſoribus initiū occurrere, ex quibus complures illaqueationes animarū & grauia in futurum ſchiſmata prouenire valerent, (nam & qui talem, cardinalem reputāt, iuxta ſupradicti decreti tenorē, vinculo excōmunicationis eo ipſo innodantur) & in futuris electionibus Romanorū pōtificum varia ſchiſmata poterūt exoriri, ſi prętenſi cardinales, quorū irrita & inanis promotio decreta exiterit, huiuſmodi electionibus ſe voluerint immiſcere. ad obuiandū itaq; tantis diſcriminib᷒, admonet & exhortatur

In epiſtola ad epiſcopos Dardanię, cuius initium eſt: Valdè mirati ſum᷒.

Digitized by Google

tatur hæc ſancta ſynodus præfatum dominum Eugenium, ſub obteſtatione diuini iudicij & per viſcera miſericordię domini noſtri Ieſu Chriſti, & eidẽ ex parte Dei omnipotentis præcipit atq; mandat, vt pro futurorum ſchiſmatum & ſcandalorũ euitatione, prædictam & alias quaſcunque vocationes per eum factas ad cardinalatus honorẽ, contra prædictorum decretorum formam & tenorem, ſicut de facto proceſſerunt, eas reuocet, caſſet publicè & annullet, nullaſq́; fuiſſe & eſſe decernat, prout hæc ſancta ſynodus hoc ſynodali decreto, ſicut de facto proceſſerũt, eas caſſat, irritat & annullat, nullaſq́;, caſſas & irritas decernit atq; declarat, vlteriuſq́; à talibus uocationibus abſtineat. alias prouidebit hæc ſancta ſynodus, prout Spirituſancto dictante, vtilitati Eccleſiæ uiderit expedire. Declarat inſuper hæc ſancta ſynodus, vniuerſos qui præfatum Ioannem Patriarchã aut alios taliter de facto promoſos, pro Cardinalibus geſſerint & reputauerint, pœnas in præfatis decretis annotatas, eo ipſo incurrere. Datum in ſeſſione noſtra publica, in maiori eccleſia Baſileenſi ſolenniter celebrata, vj. Calendas Octobris, anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo triceſimoſeptimo.

DECRETVM CASSATIONIS literarum falſo bullatarum, in eadem ſeſſione lectum.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. Cùm dudum ex ordinatione noſtra concorditer concluſa, literæ ſub bulla huius ſacri Cõcilij ſuper nominatione locorum Baſileæ, Auinionis & Sabaudiæ pro celebrando œcumnico Concilio in aduentu Gręcorum fuerint expeditæ, & deinde ad notitiam noſtram peruenerit, quaſdã alias literas nominationem Florentiæ & Vtini continentes, clandeſtinè & contra ordinationẽ huius ſacri Cõcilij fuiſſe bullatas, cupiens hæc ſancta ſynodus vnumquenque de his rebus veraciter informari, ne quempiam falſa pro veris recipiendo decipi cõtingat: decernit & declarat, omnes literas continentes nominationem quorumcunq; aliorum locorum pro antedicto Cõcilio celebrando, propter iam dicta loca Baſileæ, Auinioni & Sabaudiæ, quibus bulla ſacri Concilij inueniretur appenſa, fuiſſe falſo bullatas & contra huius ſanctę ſynodi ordinationẽ, nec literis talibus vllam fidem eſſe adhibendam, aut ipſis ſeu earum tranſſumptis, quacunq; authoritate, etiã ſi papali tranſſumptæ fuerint, eſſe vtendũ: huiuſmodiq́; literas ſic falſo bullata caſſat, irritat & dãnat, ac caſſas & irritas eſſe decernit, inhibens omnibus & ſingulis, quauis dignitate præfulgeant, etiam ſi legatione papali de latere, diſpoſitione, mandato vel quauis alia ſeu alio fungerentur, ſub pœnis excommunicationis, quàm ipſo facto incurrant, ac inhabilitationis actiuæ & paſſiuę ad quaſcunque pontificales, aut alias dignitates eccleſiaſticas vel ſeculares, & ad beneficia obtẽta & obtinenda, ne præfatis literis falſo bullatis aut eorum tranſſumptis vtantur, aut vtentibus auxilium, conſilium vel fauorem in his præſtare præſumant. Datum in ſeſſione noſtra publica, in maiori eccleſia Baſileẽſi ſolenniter celebrata, vj. calendas Octobris, anno à natiuitate domini 1437.

Aliud decretum in eadem ſeſſione lectum, quòd ciuitas Auinionenſis non poſſit alienari, & recipitur in ſaluogardiam Concilij.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriam. Cùm noſtra ſolicitudo ad hæc inter alia iugiter aſpiret, vt ſancta præſertim Romana Eccleſia feliciter in ſpiritualibus gubernetur, ſimul quoq; cum virtutum ornatu, temporalium rerũ obtineat vbertatem, ſine quibus ſpiritualium adminiſtratio diu ſubſiſtere non valeret: priſci quoque patres hac conſideratione permoti, largam prædiorum, dominiorum & poſſeſſionum amplitudinem ipſi Eccleſiæ acquirere curauerunt, quorum alienationem ſub grauibus pœnis cenſuerunt, prohibendam, adeò vt Symmachus Papa ſpiritu Dei repletus, in ſuo canone decreuerit, etiã Papæ non licere prædia Eccleſiæ alienare aliquo modo pro aliqua neceſſitate, nec in vſufructum rura tradere, niſi tantummodò domus, quæ in quibuſdam vrbibus non modica impẽſa ſuſtẽtantur, qua lege omnes cuſtodes & prælatos aſtringi voluit, vt donator, alienator, venditor honorẽ perderet, & qui ſubſcriberet cũ eo, qui reciperet, niſi reſtitueret, anathema foret. licere etiam voluit, quibuſlibet eccleſiaſticis perſonis contradicere, & cum fructibus alienata repoſcere, quod non tantùm in Apoſtolica eccleſia ſeruandũ eſſe dixit, verumetiã vniuerſis eccleſijs per prouincias arbitratus eſt conuenire. nos eorũ veſtigia imitando vigilanter curare conuenit, ne quicquam terrarum & poſſeſſionũ (quę iam Deo & ipſi Romanæ Eccleſię in ſuſtentationem ſummi pontificis & miniſtrorum ſuorũ dedicatæ ſunt) diſtrahi à quoquã vel alienari patiamur, illa præſertim loca inſignia, in quibus neceſſitatis tempore liberè valeat Romanus pontifex cũ ſua curia cõmorari, vbi nullus ſecularius poteſtatis metus exterreat, nullus temporalis fauor abſorbeat, nullus terror immineat, nihil ſuam ſanctitatẽ & venerabiles ſanctę Romanæ Eccleſię Cardinales à verò & veri conſilij ſoliditate remoueat, cùm nõ abſq; prouiſione diuina ipſa loca

In 5. Synodo Romana, cuius initiũ eſt, Flauio, &c.

Benè quidem fraternitas.

Apoſto-

Apoſtolicæ ſedi prouenisse credantur. Ex his autem cauſis & alijs nos iuſtè & meritò mouentibus, prouiſione congrua occurrere duximus, nec inclyta ciuitas Auinionis, quæ ſe ſemper deuotiſſimam & fideliſſimã Eccleſiæ exhibuit, & nouiſſimè in fidei catholicæ obſequium, de ſuis facultatibus copioſiſſimam ſubuentionẽ pro vnione Græcorum cum Latinis proſequenda, miniſtrauit, quoquo pacto ab ipſius Romanæ Eccleſiæ dominio alienetur, aut ad manus alienas transferatur, cùm ex his & alijs Eccleſiæ vniuerſali per ipſam inclytam ciuitatem impenſis obſequijs, non impeti, non damnificari, non in alios vſus alienari, ſed beneficijs attolli meritò debeat. Eccleſiaſticis enim vtilitatibus inſudantes, eccleſiaſtica dignum eſt remuneratione gaudere. Decernit igitur hæc ſancta ſynodus, vt nullus cuiuſcunque dignitatis vel præeminentiæ fuerit, etiam ſi papalis, ciuitatem prędictam & etiam comitatum Venayſini cum terris & dominijs ſibi adiacentibus, audeat vel præſumat quouis modo ſeu iuris colore quæſito, vendere ſeu pignori obligare, aut in feudum vel cenſum dare, aut quouis modo alienare. Quod ſi ſecùs per Romanũ pontificem vel aliũ quemuis actum ſit de præſenti, vel in futurum agi contingat, hæc ſancta ſynodus totum id & quicquid indè ſequatur, exnunc prout extunc caſſat, irritat & annullat, & omni carere decernit robore firmitatis. Atq; etiam ſtatuit, quòd ipſe Romanus pontifex vel alius quiuis, ſi quicquam contra huiuſmodi decretum attentauerit, ſacro generali Concilio deferatur. Recipientes quoque, etiam ſi cardinalatus, patriarchali, pontificali, imperiali, regali, ducali vel alia quauis eccleſiaſtica vel ſeculari præfulgeant dignitate, vel etiam ſic communitas fuerit decernit hæc ſancta ſynodus pœnis excommunicationis, priuationis cuiuſcunque dignitatis eccleſiaſticæ vel ſecularis, etiam omnium feudorum, ſpecialiter quæ à Romana vel alia tenent eccleſia, ſubiacere, necnon perpetuæ inhabilitationis ad quaſcunque dignitates eccleſiaſticas vel ſeculares, & quæcunque beneficia & officia in poſterum obtinenda. Communitas verò eccleſiaſtico interdicto, vltra pœnas ſuprà expreſſas ſibi conuenientes, eo ipſo ſubiaceat, quas pœnas ſingulariter ſinguli, qui aliquid prædictorum attẽtauerint, ipſo facto incurrant. Inſuper ciuitatem prædictam Auinionenſem, quæ magnam mercedem ab vniuerſali promeretur Eccleſia, cuique indigniſſimũ eſſet pro eius optimis meritis, mala quæuis per aliquem irrogari, pręſertim cùm multa cõtra ipſius ciuitatis ſtatum in eneruationem, diſturbium & diſſolutionem huius ſanctæ ſynodi & ſuorũ ſanctorum operum, attẽtari & machinari poſſent, quibus hæc ſancta ſynodus non valeret ex poſt facto ſaltẽ commodè & ſine grani damno prouidere, cumq; iam ipſi ciuitati & ciuibus grauia comminata ſint, veluti ex informatione ſummaria cõperimus, eadem ſancta ſynodus ciuitatẽ ipſam & ſuppoſita eiuſdem in ſuam & Eccleſiæ vniuerſalis quam repręſentat, ſpecialem protectionem & ſaluaguardiam ſuſcipit ac reponit, prohibens ſub pœnis prædictis omnibus & ſingulis, quacunque dignitate vel præeminentia eccleſiaſticas vel ſeculari, etiam ſi cardinalatus, patriarchali, pontificali, imperiali, regali, ducali vel alia qualibet præfulgeãt dignitate, vel etiã ſi communitas fuerit, ne ipſi aut ipſorũ aliquis directè vel indirectè ciuitatem prædictam diffidare, perturbare, inuadere, vel inquietare tẽporaliter vel ſpiritualiter, aut eius habitatores violenter capere, aut in perſonis vel bonis eorum damnificare atq; moleſtare præſumant. Quod ſi quis fecerit, pœnas ſuperiùs expreſſas ipſo facto incurrat. Romanus verò pontifex ſi aliquod prædictorũ attentauerit, ſacro Concilio deferatur, & ipſa attẽtata nullitati ipſo facto ſubiaceant. Et quoniam id quoq; pariter indignum eſſet, vt venerabilis Petrus epiſcopus Albanenſis, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, de Fuxo vulgariter nuncupatus, & Apoſtolicæ ſedis legatus, qui ad ipſius ciuitatis Auinionenſis & comitatus Venayſini prædicti gubernationem deputatus eſt, quique pro expeditione ſubſidiorũ ſanctæ matri Eccleſiæ præſtitorũ, in eadem ciuitate Auinionenſi, ad proſequendam vnionem Gręcorum fideliter & efficaciter laborauit, huic ſanctæ ſynodo ſe obſequentiſſimum exhibendo, per quempiam vexaretur, inquietaretur, aut moleſtaretur, cuius etiã perturbatio & moleſtatio in magnum diſpendium & in grauem calamitatẽ ipſius ciuitatis Auinionenſis veriſimiliter prouenirent, idcirco ſub eadem protectione ex præmiſſis cauſis recipit hęc ſancta ſynodus eundem venerabilem Petrum epiſcopum Albanenſem, & ſuos familiares domeſticos & cõtinuos commenſales, decretoq; pariter prohibet eadem ſancta ſynodus ſub pœnis antedictis, ne quiſquam cuiuſcunque dignitatis (etiam ſi cardinalatus, patriarchalis, pontificalis, imperialis, regalis, ducalis aut alterius, vel etiam communitas) ipſum & ſuos prædictos inuadere, diffidare, moleſtare, aut de facto in ſuis beneficijs, bonis & rebꝰ quibuſcunq; perturbare pręſumat, vel ſpiritualiter vel temporaliter quoquo modo contra eundem & eoſdẽ procedere. Si verò Romanus pontifex aliquid prędictorum attentauerit, ſacro Concilio deferatur, ſimilique nullitatis vitio in cõtrarium attentata eo ipſo ſubiaceant. Quodque abſolutio & relaxatio à prædictarum excommunicationum (præterquam in mortis articulo) ac interdicti, & inhabilitationis, & cæterarum pœnarum ſententijs, ſacro generali Cõcilio reſer-

nata intelligatur. Datum in ſeſſione noſtra publica, in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata vj. calendas Octobris, anno à natiuitate domini 1437.

SESSIO XXVIII.

In qua accuſatur contumacia Papæ, & declaratur contumax.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentãs, ad perpetuam rei memoriam.

Die Martis prima menſis Octobris anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſeptimo, in eccleſia maiori Baſileenſi, in qua ſeſsiones præſentis ſacroſanctæ generalis ſynodi Baſileenſis celebrari ſolent, vigeſimaoctaua ipſius ſanctæ Synodi ſeſſio hoc modo extitit celebrata, videlicet Miſſa ſolẽni de Spiritusancto per reuerendum patrem dominum Georgium epiſcopũ Viſenſem nationis inclytæ Hiſpanicę celebrata, & demum ſuffragijs, Antiphona Exaudi &c. litanijs, Euangelio ſecundũ

Matt. 18. a Matthæum, Acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Quis putas maior eſt in regno cęlorum? Et aduocãs Ieſus paruulũ &c. ac hymno, VENI CREATOR SPIRITVS, cũ verſiculo & collecta & oratione, DEVS QVI CORDA, decantatis, præſidente in eadem ſeſſione præfata reuerẽdo patre dño epiſcopo Viſenſi ante maius altare, vbi dicta Miſſa celebrata extitit, in pontificalibus cũ mitra aurifabrata & pluuiali, ĩ cathedra & ſede eminentiori, pluribusque alijs dominis prælatis cum mitris planis & pluuialibus, vt in talibus in eadem ſynodo fieri ſolitum eſt, ſuperioribus & eminentioribus ſedibus ſuis locis tã à dextris quàm à ſiniſtris conſidentibus in multitudine copioſa: cõpluribusq; dñis eccleſiaſticis diuini & humani iuris magiſtris, doctoribus & ſcientificis viris principum ſpiritualiũ & temporaliũ, ac almarum vniuerſitatum ſtudiorum generalium nuncijs & ambaſiatoribus, ac alijs de diuerſis mundi partibus ibidem aſtantibus in magno numero & multitudine copioſa, eandem ſanctam ſynodum vniuerſalem Eccleſiam repræſentantem celebrantibus, cõſtitutui in iure coram eadem ſynodo pro tribunali ſedẽte, venerabiles viri domini promotores & procurator fiſcalis eiuſdem ſanctæ ſynodi, per organum dicti promotoris fiſcalis ſua verba eidẽ ſynodo in perſonam dicti domini epiſcopi Viſenſis præſidentis dirigentes, audientiam publicam ibidem tunc ſibi dari & concedi ad hanc horam, humilimè & inſtanter petierunt, ſupplicarũt, & poſtularunt, cui ſupplicationi eadem ſancta ſynodus per organũ ipſius domini præſidentis annuit. Tunc ijdẽ domini promotores & procurator fiſcalis decretum originale monitorij ſiue citatorij ab eadem ſancta ſynodo emanatũ, contra ſanctiſſimum dominum noſtrum Papam Eugeniũ quartum, eius ſynodi vera bulla plumbea impẽdenti bullatum, de quo in ſchedula infraſcripta fit mentio, necnon inſtrumentum publicum executionis eiuſdem per affixionem in valuis prædictæ eccleſiæ Baſileenſis die datę ipſius decreti facti, vnà cũ ſchedula accuſationis contumaciæ ipſius domini noſtri Papæ, quam accuſarunt, atq; petierunt, vt in eadem per ipſum procuratorem alta & intelligibili voce lecta continetur, cuius ſchedulæ tenor ſequitur in hæc verba:

Reuerendiſſimi reuerendiq; in Chriſto patres ac metuẽdi domini, ac cæteri vniuerſi domini noſtri pręſtantiſſimi, hanc ſacroſanctam generalem Synodum Baſileẽſem, vniuerſalem Eccleſiam repræſentantẽ, conſtituentes & celebrantes, cùm iamdudum, videlicet pridiè calendas Auguſti anni præſentis milleſimi quadringenteſimi trigeſimiſeptimi, hęc ſancta ſynodus conſiderans mala, deformitates, & ſcandala ac pericula, quæ in Eccleſia Dei hactenus viguerũt, prout adhuc vigent, (quibus corrigendis pro ſalute tot9 Chriſtianæ plebis ex officio ſuo totis viribus ſuis incumbere tenetur, etiam ex poteſtate quam ſuper cunctos fideles cuiuſcunque authoritatis, etiam ſi papalis exiſtant, à Chriſto accepit, cõtra ſanctiſſimum dominum noſtrum Eugenium Papã quartum) quoddã citatorium per edictum, quatenus per ſe vel alium ad hoc legitimè deputatum, coram eadem ſancta ſynodo de & ſuper contentis in dicto citatorij decreto & alijs proponendis, infra ſexaginta dierũ ſpatium pro ſui defenſione, aut excuſatione allleganda, vel proponenda compareret, terminum peremptorium eidem ſtatuendo (vt in eo latiùs continetur) decreuerit, quod quidem citatorium in præſenti ciuitate & in valuis huius maioris eccleſiæ Baſileenſis, iuxta illius formã & tenorem, per edictum executum fuerit, & debitę executioni demandatum: nos Bartholomęus de Fraxino, & Ioãnes * Slitznerode promotores, & ego Ioannes * Spaſſerij procurator fiſcalis, ac officiarij huius ſacroſanctę ſynodi, bullam citatorij dictę ſanctę ſynodi vera bulla plumbea bullatam, vnà cum inſtrumento executionis eiuſdem citatorij (vt pręmittitur) factę realiter, facto & in ſcriptis offerimus, repręſentamus, & producimus, ac pręfati ſanctiſſimi domini Eugenij per ſe aut aliũ cum ſufficienti mandato infra dictos ſexaginta dies in ipſo citatorio ſibi pręfixos, per ſe aut alium non comparentis, neq; comparere curantis, (licet ſępiſſimè ipſa ſancta Synodus quàmplures celebrauerit congregationes,

Digitized by Google

tiones, in quibus aut ipſarũ aliqua ipſe dominus Eugenius comparere infra dictum terminum potuiſſet) contumaciam accuſamus, ipſumq́ue contumacem reputari, ac in cõtumacia & defectu poni & declarari per hanc ſanctam ſynodum, petimus cum inſtantia atq; poſtulamus. Necnon eundem dominum Eugeniũ alta voce ad valuas huius maioris Eccleſiæ Baſileẽſis per duos reuerẽdos in Chriſto patres dominos epiſcopos, vnà cum notarijs huius ſacri Concilij, iuxta mores antiquos vocari, & relationem vocationis fieri inſtãter requirimus, de quibus omnibus per nos promotores & procuratorem fiſcalem, antedictos, dictis, propoſitis & requiſitis, nomine quo ſuprà, à vobis reuerendis patribus dominis protonotarijs ac etiam huius ſacri Concilij notaris & ſcribis, petimus ad futuram rei memoriam vnum vel plura, publicum vel publica confici inſtrumenta. Ad quorum petitionem & mandatum ipſius ſanctę ſynodi, lecto priùs prædicto executionis inſtrumento, & dicto monitorij ſeu citatorij decreto, cùm in eodem loco dum edictum fuit emanatum, aliâs lectum fuiſſet, habito pro lecto, reuerendi i Chriſto patres & domini, domini Matthæus Albinganenſis & Aymo Gratianopolitanus epiſcopi, de mandato dictæ ſanctæ ſynodi per organũ dicti domini præſidentis eis facto, prędictum dominum noſtrum Papam primò ſuper gradus ante dictũ maius altare alta & intelligibili voce per organum ipſius domini epiſcopi Albinganenſis vocârunt, & proclamârunt clamoroſa inſinuatione ſub his verbis: Ex parte ſacroſanctæ ſynodi publicè & ſolenniter requiritur ſanctiſſimus domin⁹ Eugenius Papa quartus, quatenus ſi vigore citationis contra eũ nouiſſimè per eandem ſanctam ſynodum decretæ, duxerit ſe conſpectui huius ſanctæ ſynodi præſentandum, ad ſe defendendum & excuſandũ ſuper his, de quibus huic ſanctæ ſynodo delatus eſt, compareat corã hac ſancta ſynodo, ad hunc actum pro tribunali ſedente, quæ eidem pollicetur gratam & debitam audientiam. Similiter ex parte eiuſdẽ ſanctæ ſynodi omnibus intimatur, quatenus ſi quis ſit, qui mandatum habeat ſufficiens ad comparendum pro eodem domino Eugenio, compareat coram eadem ſedente, vt ſupra. Hæc autem ſancta ſynodus pollicetur cuilibet, exigente iuſtitia, audientiam gratam, &c. Qui dominus noſter Papa ſic vocatus & ꝓclamatus, nec aliquis pro eo comparuit, nec reſpondit. Vndè ipſi duo domini epiſcopi ante valuas ſeu portas ipſius eccleſiæ acceſſerunt, & iterum & cũ pauſata intermedia inſtantia, trina vice alta & intelligibili voce & clamoroſa inſinuatione præfatum dominum noſtrum Papã vocârunt & proclamârunt per organũ cuius ſuprà, ſub eiſdem verbis ſupraſcriptis, prout etiam prouidi viri Arnoldus Amici, Ioannes Kempener, & Gotfridus Dorſten, ipſius ſanctæ ſynodi curſores, vocibus eleuatis, reiteratis vicibus, vocarunt & proclamârunt. Qui dominus noſter Papa Eugenius nec aliquis pro eodem ibidem comparuit, neque reſpondit. Quibus ſic factis, ipſi duo domini epiſcopi ante conſpectum ipſius ſanctæ ſynodi & in medium reuerſi, ſe prædictum dominum noſtrum Papã (vt ſuprà ſcriptum eſt) vocaſſe & proclamaſſe, & per dictos curſores vocatum & proclamatũ fuiſſe, quodq́; ipſe nec aliquis pro eo comparuerat, neque reſponderat, eidem ſanctæ ſynodo retulerunt. Præterea præfati promotores & procurator fiſcalis, per organum ipſius procuratoris, contumaciam prænominati domini noſtri Papæ iteratò accuſarunt, ipſumq́ue ſuper omnibus & ſingulis in dicto citatorij decreto contentis, contumacem reputari, & ad vlteriora procedi, & aliâs decerni & fieri, vt in quadã alia ſchedula per ipſum procuratorẽ etiam alta & intelligibili voce ibidem lecta, continetur, cuius tenor talis eſt: Nos promotores & procurator fiſcalis antedicti, quò ſupra nomine iſtam vocationem & relationem (vt præmittitur) factas, inter acta huius cauſæ & ſacri Concilij petimus regiſtrari: dictamq́; citatorij bullam & inſtrumentum executionis (prout ſuperiùs producta ſunt) iteratò repetimus, & reproducimus, & apud acta ſacri Cõcilij, & cauſæ huiuſmodi inſeri & regiſtrari petimus. Et quia præfatus dominus Eugenius de & ſuper contentis in dicto citatorij decreto legitimè citatus, ſufficienterq́; expectatus, nec per ſe nec per alium infra dictos ſexaginta dies curauit, atque curat comparere, ipſius contumaciam accuſamus. Ipſumq́ue ſuper omnibus & ſingulis in* dicti citatorij decreto contentis, prout iuſtitia ſuadet, & iuris ordo poſtulat atque rationis, contumacem reputari, in cauſaq́; huiuſmodi in eius contumaciam, eius abſentia diuina repleta præſentia vt ipſi ſanctæ ſynodo videbitur expedire, & vniuerſali Eccleſiæ ſanctæ Dei neceſſarium fuerit & vtile, ad vlteriora procedi, ac proceſſum per audientiam contradictarum aut aliâs (prout videbitur) decerni per ipſam ſanctam ſynodum, inſtantiſſimè poſtulamus: requirentes dominos protonotarios & notarios huius ſanctæ ſynodi, vt omnia in cauſa huiuſmodi acta & producta ac ordinata, apud acta ſacri Cõcilij & cauſæ huiuſmodi regiſtretis: necnon quo ſuprà nomine, à vobis dominis protonotarijs & notarijs petimus, ad futuram rei memoriam, vnum vel plura, publicum vel publica confici inſtrumenta. Huiuſmodiq́ue ſchedula ſic lecta, & per eãdem ſanctã ſynodum audita, ipſa ſancta ſynodus per organum prædicti domini præſidentis præcepit & iniunxit præfato domino epiſcopo Al-

* dicto

bingaoenſis, vt ambooem (in quo decreta ipſius ſanctæ ſynodi, per eandem ſaoctam Synodum pronunciari & legi ſoleot, dum eduntur) aſcenderet, declarationemq; contumaciæ prænominati domini noſtri Papæ alta & intelligibili voce, nomine ipſius ſacroſanctæ ſynodi legeret & pronunciaret, prout infrà. Qui quidem domious epiſcopus Albinganenſis, mandatis ipſius ſynodi obediens, dictum ambonem aſcendit, dictamq; ipſius domini noſtri Papæ cõtumaciæ & proceſſus ad vlteriora declarationem, in ſcriptis alta & intelligibili voce nomine ipſius ſacroſanctæ ſynodi legit, & pronunciauit, vt in eadem ſchedula per eum lecta cõtinetur. Cuins tenor ſequitur ſub his verbis: Hæc ſancta ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè coogregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentaos, & ad huiuſmodi actum legitimè congregata, & pto tribunali ſedens, audita petitiooe promotorum & procuratoris fiſcalis eiuſdem ſaoctę ſynodi, * vt ex eorum relatione & productione instrumentosum viſa eiuſdem domini Eugenij Papæ conmmacia in non parendo citatorio eiuſdem ſacri Cõcilij, recepta etiam ſuper hoc ad maiorem cautelam per depotaios eiuſdem ſynodi informatione tam de prædictis, quàm de notitia eiuſdem citatorij ĩ Romana curia, decernit, declarat, & reputat dictum dominum Eugenium legitimè citatum, ſufficienterque expectatũ, fuiſſe & eſſe contumacem, & eius abſentia non obſtante, diuina * eadem repleta præſentia, contra eundem dominum Eugenium Papam ad vlteriora fore procedendum, prout ſacro Concilio videbitur, cõſideratis neceſſitatibus & vtilitatibus vniuerſalis Eccleſię. Qua ſiquidem contumaciæ declaratione & proceſſus decreto ſic lecto, præſatus dominus epiſcopus Albinganenſis petijt eidem ſacroſanctæ ſynodo, an huiuſmodi declarationis & decreti pronunciatio, per eum de mandato ſaoctæ ſynodi (vt præfertur) facta & lecta, ipſi ſanctæ ſynodo placeat. Quæ ſacroſancta ſynodus alta voce reſpondit per verbum, Placet. De quibus omoibus & ſingulis præmiſſis, præfati domini promotores, nomine promotorio eiuſdem, petierunt à dominis ſanctæ ſedis Apoſtolicę protonotarijs & nobis notarijs & ſcribis ipſius ſynodi, ad perpetuam rei memoriam fieri vnum vel plura publicum vel publica, inſtrumentum vel inſtrumenta. * Celebrata ſiquidem ſolẽniter extitit prædicta ſeſſio, & acta fuerunt hæc omnia ſupradicta, vbi & prout ſupraſcripta ſunt. Et interfuerunt teſtes præſentes, venerabiles & circũſpecti viri domini & magiſtri, Ægidius Camineũ in medicina Pariſiẽſis, & Ioannes de Segobia in theologia magiſtri Salamantineoſis almarũ vniuerſitatum ſtudiorom generaliom, in dicta ſancta Syoodo ambaſiatores, Gulhelmus Kircher dictus de Conſtantia, & Ioannes de Comitibus archipreſbyter Papienſis decretorũ, & Stephanus de Nouaria legum doctores, & Robertus Auelon licentiatus in decretis canonicus Cameracenſis, cum pluſibus alijs rogatis & requiſitis.

for. & ea

*eiuſdem replente pręſentiã.

*loco illorum. Acta ſunt hęc Baſileæ in eccleſia maiori, Baſileenſi, in ſeſſione publica eiuſdem ſynodi ſolẽniter celebrata, calendis Octobris, anno à natiuitate domini 1437.

SESSIO XXIX.

De reuocatione prætenſæ bullæ Papæ ſuper tranſlatione Concilij factæ.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repręſentans, ad perpetuam rei memoriam. Cõpatiens hæc ſancta Synodus miſerabilibus Eccleſiæ ruinis, & languoribus capitis atque membrorum ex intimis condolens viſceribus, poſt editionem ſaluberrimorum decretorum in obſeruationẽ legis domini & antiquorum canonum, poſt benignas & charitatiuas admooitiones, ſummo Pontifici per oratores plurimos directas, poſt anoorum plurium expectationem cum multa patientia deductam, cùm & decreta contemni, & admonitiooes paruipẽdi, & indè ſcandala, diuiſiones & ſchiſmata creſcere videret, vitiaq; & peccata maioribus adoleſcere incrementis, compulſa eſt tandem ſynodus ipſa, regimini eccleſiaſtico prouiſionẽ quærere ſalutarem, & ſummum Pontificem ad hoc vehementiùs excitare, vt ea quæ ad ipſius & vniuerſæ Eccleſię ſalutem erant, efficaciter ageret curaret, cuius exemplum ſubditi facilè imitantur. Et quoniã (vt ſapiens loquitur.) melior eſt manifeſta correctio, quàm amor abſconditus: meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta blandiẽtis oſcula, defectus aliquos debiti regiminis (qui Eccleſiæ dicti fuerunt) flebili querela cummemorauit, vt in melius emendarentur, nec ipſius ſummi pontificis aut aliorum valerent diutius obeſſe ſaluti. Et vt omnis patiẽtia exhiberetur, nulla poſita eſt pęnarum adiectio, ſed tantùm terminus conueniens præfixus extitit, vt infra illum aut per ſe, aut per aliom ipſe in hac ſancta ſynodo compareret, atq; ſic debito regimini Eccleſiæ (prout publica neceſſitas maximè impellebat) opportunè prouideretur, veluti forma citationis editę apertiùs indicauit, quod & maximè hęc ſaocta Synodus agere vrgebatur, dum poteſtatem habet immediatè à Chriſto ſuper vniuerſos Chriſtifideles cuiuſcuoq; ſtatus etiam ſi papalis exiſtant, in his pręſertim, quę ad reformationẽ pertineot. Dumque ob ipſam cauſam reformationis congregata eſt, quę nullatenus perfici poteſt, niſi ſummus Pontifex ad eam reformationem cum effectu capeſſendam, ſuum inclinauerit animum, cùm etiã experientia Prou. 27. a

docue-

*q̃ ſalutẽ affer. e docuerit, ex editione decretorum, *ea qua ſalus effici debuerat, in locis pluribus turbationem fuiſſe ſubſecutã, dum ea per ſummum pontificem infringuntur, cuius authoritate ſe tuentur, qui huiuſmodi decretis aduerſari volunt. Difficilè quoque cęteri corriguntur, ſi regimen ipſius ac curiæ ſuæ non viderint emendatum, quod ab ipſis trahitur in exemplum. Verùm ſummus ipſe pontifex præfatam citationem pro tanta neceſſitate publicæ ſalutis emanatam, quæ etſi non placentia tamen ſalubria continebat, aliquantulùm moleſtiùs primò aſpectu ferens, quandam ſuæ ordinationis paginam in aduerſum promulgaſſe dicitur. In qua *vnionis primùm de proſecutione* reductionis Gręcorum varia recitans, ad impugnationem electionis loci pro œcumenico Cõcilio per hanc ſanctam ſynodum factæ, ſe conuertit, ſolam Auinionenſem ciuitatem commemorans, quæ rebus vtiq; gerendis commodiſſima eſſe dinoſcitur, omniq; pace & ſecuritate gaudere, tacita veritate de Baſilea & Sabaudia in eadẽ electione cõiunctis. Verùm cùm noſtram illam electionem & decreto *de *cum Græcis edito plenè ſatisfacere cõſtet, atq; loca rebus agẽdis commodiſſima, omni quoq; nationi opportuna manifeſtè continere, non neceſſe eſt, vt de hac re longiorem ſermonem protrahamus: nec ſummus ipſe pontifex laborẽ declinandi in alterum locorum illorum recuſare debet, ſi bonum rei huius tãto affectu deſiderat, ſicut in ſuis literis prædicauit. Refert prætereà diuiſionem, in huius electionis locorum negocio prohdolor ſuſcitatã, quam & ſe confirmaſſe oſtendit, quam vtinã potiùs extinguere curaſſet. Nam & poſtquàm galeę & pecunię in Auinione pro locis per hanc ſanctam ſynodum electis expeditæ fuerant, ipſe alias galeas in Conſtantinopolim mittere curauit, diuiſionem Latinæ Eccleſiæ coram Græcis ea duplici legationis miſſione demonſtraturus: quæ quantùm honori Eccleſiæ Latinæ, quantùm vnioni Græcorum proſequẽdæ diſconueniant, nemo eſt qui nõ videat. Inſuper iuſtificare nititur, quòd per venerabilem Ioannem Archiepiſcopum Tarentinum oratorem ſuum, in miſſione certarum literarum ſuper huiuſmodi diuiſione electionis tranſmiſſarum factum eſt, quod ſubticere honeſtius fuiſſet, ne nos pro tuenda noſtra iuſtitia, rem illã magis aperire cogeremur. Nam & literas illas clãdeſtinè & falſo bullatas fuiſſe, iam notoriũ eſt. Et ſi ſummus pontifex de confeſſione ipſius Archiepiſcopi & alijs circonſtantijs verã informationem acceperit, non impinget in huius ſacri Cõcilij libertatem, quòd ipſe Archiepiſcopus in cauſam propter eam rem tractus ſit, aut in domo propria arreſtatus. Sed ad impugnandum eandem libertatem, cuiuſdam procuratoris ipſius Archiepiſcopi captionem nobis obijcit, quam iuſſu noſtro conſtat nullatenus fuiſſe peractam, imò procuratorẽ ipſum iuſſu cuiuſdam prælati, ſcãdaloſæ turbationi obuiare volentis, quam procurator ipſæ per appellationem emittẽdam ab hoc ſacro Concilio, veriſimiliter videbatur eſſe facturus, per publicum officialem capiũ hæc ſancta ſynodus pro ſua mãſuetudine ilicò iuſſit expediri, qui & procurator adhuc nobiſcũ in plena libertate verſatur. Nec præterea verũ eſt, per hoc ſacrum Cõcilium aut iuſſionẽ ipſius, aliquod ſpolium priori Furnenſi (velut memoratæ literæ prætendunt) fuiſſe irrogatum, licet literę aliquæ, plurima ſcandaloſa aduerſus hanc ſanctam ſynodum & ſuppoſita eiuſdẽ continentes, abſq; tamen noſtro ſcitu, longè ab hac ciuitate eidem dicãtur ereptæ. Nec tam leues colores ad impugnationem libertatis huius ſacri Concilij quærere oportuit, cùm & iam toti mundo conſtare poſſit, tantæ libertatis & ſecuritatis plenitudinem hic adeſſe, vt nullum locum vberiorem aut ſecuriorem, quàm ipſam ciuitatem Baſileenſem ſub imperiali protectione conſtitutam, & optima politia gubernatam, credamus inueniri. Cæterùm aduerſus citationem emanatam plurima proferre conatur, quæ omnia ex ſuperioribus rationibus euidentiſſimè confutauimus. Et ſperandum eſt, vbi re ipſa plenius digeſta, ſummus pontifex effectum citationis huiuſmodi animaduerterit, in quærenda ipſius & aliorum ſalute verſari, vt languor acerrimus à corpore myſtico Eccleſiæ depellatur, non adeò aduerſus citationẽ ipſam ſucceuſebit. Quæ etſi aliquid amaritudinis, more ſalubris medicinæ, in primo guſtu ferre videatur, eam tamen in nouiſſimis iucundã & ſalutiferam eſſe (Deo aſpirante) perſentiet, nec eam bono publico aut charitati aduerſam, imò potiùs ſuæ ſaluti ac Eccleſiæ neceſſitati accommodam fuiſſe cognoſcet. Quòd verò tale aliquid priora ignoraſſe ſecula commemorat, ſi rerum geſtarum percurrat hiſtorias, non tantùm ſummos pontifices de corrigendis defectibus fuiſſe admonitos conſpiciet, ſed etiam depoſitos à papatu, ac etiam nonnullis obediẽtiam ex multis cauſis fuiſſe ſubtractam. Sed ſi abuſuum incrementa nunc vigentia, ſi lõgam & fortem aduerſus ſanctam ſynodum & reformationem Eccleſiæ reſiſtentiam perſeuerãtem, quæ priora ſecula ignorârunt, animaduertat, nihil admirabitur huius citationis nunc repertum fuiſſe antidotum. Omittimus verba, quæ aduerſum nos grauia proferuntur, receuſere, omnia manſuetis & mitibus animis ſuſtinentes, dũ ſalutem Eccleſiæ proſequamur. Sed denique ſummus pontifex talibus qualibus ſupradictis coloribus ſuffultus, dum huic ſanctæ ſynodo in his præſertim, quę ad reformationem pertinent, obedire tenetur, & ad eandem

dem euocatus, aut ſuper rebus propoſitis in eum, excuſationẽ afferre, aut cunctis in melius emẽdatis, regimini eccleſiaſtico donare ſalutem, ipſe hanc ſanctam ſynodum diſſoluere, ac in ciuitatem Ferrarienſem transferre conatur, cum plurium adiectione cenſuratum, ſi virtute præfati citatorij in aliquo proceſſum fuerit aut aduerſus eum, ſeu ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales, aut pręſidẽtes oratores ſuos, qui in hoc Concilio fuerunt, vel aliquem ipſorum, aliqua nouitas illata fuerit, vel etiam quicquam à die citatorij factum, continuatum vel ſeruatum extiterit. Eſt ne hæc obedientia, quam Concilijs generalibus per ſummos põtifices & alios quoſcunq; ſacra Conſtantienſis ſynodus, in bis præſertim quæ ad reformationẽ pertinent, declarauit exhibendam? memor

Mat. 18. a

verborum Chriſti, qui poſtquã Simoni Petro dixerat, ſi te non audierit, dic Eccleſiæ: ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam ethnicus & publicanus, continuò ſubiecit: Amen dico vobis, quæcunq; ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: quam & Eccleſiæ authoritatem à Chriſto donatam, eſſe etiam ſupra Papã, ſi quis priùs ambigeret, iam hoc ipſius magnæ ſynodi Conſtan-

Conſtantienſis Cõcilij ſeſſ. 4. & 5.

tiẽſis authoritas apertè declarauit, cuius hęc verba ſunt: Ipſa ſynodus in ſpirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui quilibet cuiuſcunq; ſtatus vel dignitatis, etiam ſi papalis exiſtat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem & extirpationem prædicti ſchiſmatis, ad generalem reformationem Eccleſiæ Dei in capite & in membris. Item declarat, quòd qui-

Conſtantienſis Cõcilij ſeſſ. 5.

cunq; cuiuſcunq; ſtatus, etiam ſi papalis exiſtat, qui mandatis, ſtatutis ſeu ordinationibus huius ſanctæ ſynodi & cuiuſlibet alterius legitimè congregatæ ſeu pertinentibus ad ea, factis & faciendis, contumaciter obedire contempſerit, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubijciatur, & debitè puniatur, etiàm ad alia iuris ſubſidia recurrẽdo. quorum virtute decretorum ſubſecuta fuit felicis recordationis Papę Martini electio, cui ipſe dominus Eugenius ſuccedit, qui etiam ipſi Conſtantienſi Cõcilio, cùm eſſet in minoribus præſens interfuit. Iam verò ipſe nõ ſolùm non obedit ſynodo generali, ſed & ſuper illam in reformationis proprio negocio, ſe iudicẽ conſtituere molitur, eam propria voluntate diſſoluere volens, atque in alium locum ſuæ origini propinquum, euo-

Baſileẽſis Concilij ſeſſ. 11.

care, vbi (ſicut veriſimiliter creditur) ita dominari ſperat, vt reſiſti ſuæ nõ poſſit voluntati. Sed nec eũ decuit obliuiſci, quòd iam altera vice diſſolutionem ſynodi facere attentauerit, quam deinceps reuocare & inanem atq; irritam fateri oportuit. Scire inſuper debuit, iamdudũ in hac ſancta ſynodo fuiſſe ſolenniter decretatum, aſſentientibus plurimis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalibus quorũ aliqui adhuc de præſenti cum eo ſunt, vt hoc Concilium per Papam ſine expreſſo conſenſu duarũ partium eiuſdem Concilij, votis ſingulorum per deputationes & in generali congregatione ſcrutatis, poſteà ſolenni ſeſſione ſubſecuta, diſſolui non poſſit, aut de loco ad locum tranſmutari, pœnis omnibus atq; cenſuris ferendis in aduerſum, extunc caſſatis & irritatis. formidare prætereà debuit, aliud Conciliũ in Ferraria erigere, cùm alio decreto pãteà

Baſileẽſis Concilij ſeſſ. 11.

edito declaratum ſit, omne Conciliũ quod iſto durante alibi contigerit eligi, non fore Cõcilium, ſed ſchiſmaticorum conuenticulum. Intelligitur autem durare hoc Concilium iuxta præmiſſi decreti ſeriem, donec ex conſenſu duarum partiũ eius fuerit diſſolutum, quæ decreta ipſius domini Eugenij ſubſequẽti adhæſione corroborata ſunt, ac per ſuos oratores præſidentes ſaltem nominibus proprijs iurata. Sed & anteà in de-

Conſtantienſis Cõcilij ſeſſ. 4. 5. & 39.

creto Concilij Cõſtantienſis quod incipit, Frequens, fuerat ordinatum, vt locus futuri Concilij cum conſenſu ipſius Cõcilij cõgregati eligi deberet, & ſi Concilio diſſoluto locum illum mutari oporteret ex cauſis legitimis, tunc alius locus eiuſdem nationis eligi deberet. Si verò cauſæ illæ totam nationem concernerent, locus vicinior aſſumeretur. Quòd ſi locum futuri Cõcilij alio tempore celebrandi, ſine conſenſu Concilij actu congregati aſſignare, & niſi ad loca ibidem declarata, mutare nõ poteſt, multo minùs Concilium congregatum incontinenti ſine ipſius conſenſu ad locum alium ſua voluntate transferre. Denique non de-

Baſileẽſis Concilij ſeſſ. 19.

buit obliuiſci decreti ſuper conuentione Græcorum per ipſum approbati, quo cauetur, Concilium in Baſilea firmiter eſſe permanſurum, donec Græci ad portũ per hanc ſanctam ſynodum eis nominandum, peruenerint. Quo pacto igitur, quóve conſilio nunc huius Concilij, diſſolutionẽ aut tranſlationem efficere fruſtrà conatur? Sed quis vſus ille eſt plenitudinis ſuæ poteſtatis, dũ ſi contra aliquem oratorum ſuorum, vtpotè Archiepiſcopum Tarentinum, (de quo mentionem fecerat) quicquam agatur pro debito iuſtitiæ, ob eam cauſam vult etiam Cõcilium diſſolui? Deniq; vnionem Bohemorum, quam tantis laboribus hæc ſancta ſynodus perquiſiuit, dum pro vltimato eius complemento inſtamus, conturbare nititur huius prætenſæ ordinationis ſeries, quæ vltra triginta dies hanc ſanctam ſynodum huic negocia prohibet intendere. O admiranda conſilia, quæ ad eneruationem authoritatis Eccleſiæ & ſuiipſius deſtructionem ſummo pontifici ſuggeruntur, quæ ſi cõniuentibus oculis pertranſiret hæc ſancta ſynodus, tota cõfundi timeretur Eccleſiæ authoritas: & qui in papatũ aſſumptus,

poſſet

Digitized by Google

poſſet vniuerſam Chriſtianitatem pro ſua voluntate decolorare, nec vlla eſſet reſiſtentia. Quinimò & accuſat⁹ de hæreſi aut quouis crimine, conſeſtim ſynodum accuſantem & corripientem diſſoluere tentaret, ne ſubiret iudicium. Nunc quoque dolentiſſimè ferendum eſt, tale exemplum à domino Eugenio donari poſteris, vt iudicium ſubterfugiendo, ad deteſtabile refugium prætenſæ diſſolutionis Cōcilij ſe cōuertat. Qui & non rectè de authoritate Eccleſiæ ſentire videtur, dum ipſius Eccleſiæ congregatæ cui (vti declaratum eſt) obedire tenetur, ipſe ſe iudicem conſtituit, & aduerſus tot decreta, tot ſanctiones Conciliorum, eam conatur diſſoluere, qui tamen dudum in adhæſione ſua cùm de reuocatione literarum incipientium, Deus nouit, mentio haberetur, ipſe

Baſileēſis Concilij ſeſſ. 16. quicquid per eum aut ſuo nomine in præiudicium aut derogationem huius Baſileenſis Cōcilij ſeu contra eius authoritatem factum, attentatum ſeu aſſertum erat, caſſauit, irritauit, & annullauit, nullaq; & irrita fuiſſe & eſſe declarauit, & ſe deinceps à nouitatibus & grauaminibus ſeu præiudicijs inferendis huic ſacro Concilio, aut ſuppoſitis eius & adhærentibus eidem, realiter & cum effectu deſiſtere pollicitus eſt. Cùm igitur talia in aduerſum perpetrata, quæ vniuerſis fidelib⁹ deteſtanda & abhorrenda ſunt, nullatenus ſub diſſimulatione pertranſire valeamus, volens hæc ſancta ſynodus (ſicut tenetur) de opportunis remedijs prouidere, declarat huiuſmodi prætenſam diſſolutionem huius Concilij, ac translationem in ciuitatem Ferrarienſem, per dominum Eugenium Papam quartū factas, cum omnibus cenſuris, pœnis & alijs indè ſecutis, nullas eſſe, penitusq; irritas & inanes, mandans, obſecrans, & præcipiens eidem, vt hæc (ſicut de facto processerunt) reuocare habeat, & aduertat ipſe pœnas, quæ dudum in decreto

Baſileēſis Concilij ſeſſ. 11. huius ſanctæ ſynodi, quod incipit, Quoniam frequens, etiam ante ipſius adhæſionē in vndecima ſeſſione promulgato, contra Romanum pontificem ad Concilium generale quoquo modo diſſoluendum, mutandum, prorogandum operam dantem, prolatæ fuerunt: vbi expreſsè cauetur, quòd ſi Romanus pontifex talia agens, infra quatuor menſes cū reali ſatisfactione non reſipuerit, ex tunc à papali adminiſtratione ſit ipſo facto ſuſpenſus, quæ quidē papalis adminiſtratio ad ſacrum generale Concilium ipſo iure deuoluatur. Quòd ſi pœnā ipſam per duos menſes poſt prædictos quatuor menſes ſuſtinuerit animo indurato, contra ipſum vſq; ad priuationē incluſiuè per Cōcilium generale procedatur: quas quidem pœnas hæc ſancta ſynodus ipſum dominū Eugenium, niſi reſipuerit, decernit & declarat incurſurum, iuxta terminos in prædicto decreto vndecimæ ſeſſionis præfixos, ad quarum pœnarum executionem, niſi reſipuerit, (vt prælibatum eſt) meritò procedemus. Inſuper hæc ſancta ſynodus omnem nominationem, electionem, aſſumptionem loci Ferrarienſis factam, tanquā decretis ipſius ſynodi repugnantem, ſicut de facto proceſſit, caſſat & irritat, imò veriùs caſſam & irritam eſſe declarat. Et caſu quo in eadē ciuitate aut alibi aduerſus præfatorum decretorum noſtrorum tenorem ſummus ipſe pontifex Cōcilium erigere inceperit, vel incipiet in futurum, mandat & præcipit hæc ſancta ſynodus vniuerſis ſanctæ Romanæ Eccleſię Cardinalibus, patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, & alijs quibuſcunq; in curia dicti domini Eugenij exiſtentibus, qui ſynodis generalibus de iure vel conſuetudine intereſſe tenentur, vt ad hoc ſacrum Cōciliū Baſileenſe, cæteri verò ad loca ſuorum beneficiorum vel alibi extra curiam ſe transferant, ſub pœnis excommunicationis, priuationis omnium beneficiorum, dignitatum & officiorum, & inhabilitationis perpetuæ, quas, ſi contrà fecerint, ipſo facto incurrant. Inhibet præterea ſub eiſdem pœnis hæc ſancta ſynodus, ne quiſquam, cuiuſuis ſtatus & dignitatis, etiā ſi Cardinalis, Patriarcha, Archiepiſcopus, vel epiſcopus fuerit, ab hac ſancta ſynodo vigore ſeu prætextu diſſolutionis aut tranſlationis per ipſum dominum Eugenium factę recedere audeat, vel ab actibus conciliaribus vllo pacto deſiſtere, ſeu huiuſmodi tranſlationi vel diſſolutioni quomodolibet obedire. Decernit quoq; hæc ſancta ſynodus, vt omnes & ſinguli ad hoc Concilium liberè accedere poſſint, ac ſi præfatę diſſolutio & tranſlatio prętenſæ nullatenus emanaſſent, nec quiſquam venientes ad hoc ſacrum Concilium quouis modo habeat impedire. Vniuerſis quoque Chriſtifidelibus ſub pœnis excommunicationis inhibet, quacunq; dignitate eccleſiaſtica vel ſeculari, etiam ſi Cardinalatus, patriarchali, Archiepiſcopali, pontificali, imperiali, regali vel alia quacunq; pręfulgeāt, ne ad tale prætenſum Concilium per ipſum dominum Eugenium (vt præmittitur) erectum vel erigendum, accedere vel mittere præſumant, neq; etiā vniuerſitates, collegia, capitula, communitates ad tale prætenſum Concilium mittant. Quod ſi fecerint, ipſo facto eccleſiaſtico ſubiaceant interdicto.

Denique ne ipſe dominus Eugenius iugiter grauiora grauioribus addere præſumat, noua ſchimata & ſcandala ſuſcitando, authoritatemq; vniuerſalis Eccleſię vehementiùs impugnando, inhibet eidem hæc ſancta ſynodus, ne deinceps aduerſus ipſam quicquam innouet, eandem vel eius ſuppoſita & eidem adhærentes perturbando vel moleſtando, ſeu iam attentata continuet, ac etiam vniuerſos qui beneficia, dignitates, perſonatus & officia ſuppoſitorum huius

ſacri

ſacri Concilij, ſen eidem Concilio adhęrentiũ impetrauerint, ſeu obtinnerint, ſeu impetrare rentauerint vel obtinere, etiã ſi motu proprio conceſſa fuerinr, & omnes qui huiuſmodi impetrationi vel prouiſioni beneficiorum, dignitatum, perſonatuum & officiorum quorumcunque, aſſenſum, fauorem vel * auxilium dederint, quacunque

*conſiliũ

præſulgeant dignitate (vt præmittitur) eccleſiaſtica vel ſecnlari, etiam ſi vniuerſitates, communitates, collegia vel capitula fuerint aliquod ſeu aliqua ſuppoſitorũ hnius Concilij & eidem adhærentium, vigore ſeu prætexiu prætenſæ ordinationis per ipſum dominum Engenium factæ, in ſuis beneficijs ac alijs rebus moleſtaoetinr vel perturbauerint, quacunq; authoritate ordinaria vel delegata. Decernit eadem ſancta ſynodus, pœnis excommunicationis, priuationis ab omnibus beneficijs, officijs & dignitatibus, ac inhabilitationis ad eadem, quantum ad ſingulares perſonas, & ſi vniuerſitates, cõmuniates, vel collegia aut capitula fuerint, interdicto eccleſiaſtico ipſo facto ſnbiacere, decreris hnius ſanctæ ſynodi, quæ incipiũt, Ambitioſorum: &, Vt ſacri: &, Cùm Chriſti eccleſia, & alijs quibuſcunq; ipſius decretis & ordinationibus in ſoo robore dnraturis.

Baſileẽſis Concilij ſeſſinne 8. & ſeſſ. 13. & ſeſſ. 26.

Inſuper vniuerſis prælatis, etiam pontificali dignitate præſulgentibus, capitulis, vniuerſitatibus, communitatibus, & collegijs, ac alijs quibuſcunq; perſonis eccleſiaſticis, ſub pœnis prædictis quo ad ſingulares perſonas, & quo ad communitates, vniuerſitates, collegia, capitula, ſnb pœnis ceſſationis à diuinis & interdicti, quas (ſi contrafecerint) incurrant ipſo facto, prohibet hæc ſancta ſynodus, ne aliquem qui præſata beneficia, dignitates, perſonatus, & officia ſuppoſitorum huius ſacri Concilij & eidem adhęrentium (ſicut præmittitur) obtinoerint, recipere ſeu admittere ad poſſeſſionem, vel inueſtire quouis modo audeant: literis quoque * prouiſionibus & mandatis papalibus vel alijs quibuſeunq;, quacunq; authoritate ordinaria vel delegata, ſnb quibuſcunque cenſuris vel pœnis emanatis, ſuper huiuſmodi priuationibus ac præſatorum beneficiorum, dignitatum, perſonatuum & officiorum collationibus, hæc ſancta ſynodus decernit nullatenus fore obediendũ, quodque aduerſns pœnas ſuperiits pręmiſſas nullus reſtitui, etiam ad diuinorum celebrationem rehabilitari, reintegrari, ſed nec à ſententia excommunicationis (excepto duntaxar in mortis articulo) abſolui, vel etiam quo ad communitates & capitula ac vniuerſitates & collegia interdicta, relaxari, niſi per hanc ſanctam ſynodum, poſſint. Vt autem nullus huius noſtræ ordinationis & decreti poſſit quouis modo prætendere ignorantiam, volumus mandamus, hanc præſentem paginam valuis huius eccleſię cathedralis Baſileenſis ſub noſtra bulla affigi atque publicari, & per affixionẽ ipſam eidem domino Eugenio ac vniuerſis & ſingulis intimari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, decreti, mandati, caſſationis, irritationis, inhibitionis, inhabilitationis, priuationis, excommunicationis, interdicti, à diuinis ceſſationis declarationis, affixionis & intimationis infringere, vel ei auſu temerario contrarire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & vniuerſalis Eccleſię ſe nouerit incurſurum. Datum in ſeſſione noſtra publica in eccleſia maiori Baſileenſi quarto Idus Octobris celebrata, anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſeptimo.

* prouiſionum

SESSIO XXX.

Super modo communionis.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repręſentans, ad perpetuam rei memoriam. Vt lucidiùs videatur pro declaratione catholicæ veritatis, quid circa perceptionem ſacræ Euchariſtiæ tenendum ſit, & agendum pro vtilitate & ſalute populi Chriſtiani, poſt diligentem perſcrutationem diuinarum ſcripturarum ſacrorumq; canonum & doctrinarum à ſanctis patribus & doctoribus traditarum, in hac ſancta ſynodo longis temporibus habitam, conſideratiſque omnibus quæ pro declaratione huius rei conſideranda fuerunt, decernit & declarat eadem ſancta ſynodus, quòd fideles laici ſiue clerici communicantes, & non conficientes, non aſtringuntur ex præcepto domini ad ſuſcipiendum ſub vtraq; ſpecie, panis ſcilicet & vini, ſacrum Euchariſtiæ ſacramentum. Sed Eccleſia quæ regitur ſpiritu veritatis ſecum manente in æternum, & cum qua Chriſtus manet vſq; ad conſummationem ſeculi, (ſicut ait diuina ſcriptura) ordinare habet, quomodò ipſis non conficientibus miniſtretur, prout pro reuerentia ipſius ſacramenti & ſalute fidelium viderit expedire. ſiue autem ſob vna ſpecie, ſiue ſub duplici quis communicet, ſecundum ordinationem ſeu obſeruantiam Eccleſiæ proficit dignè communicantibus ad ſalutem. Nec vllatenus ambigendum eſt, quòd non ſub ſpecie panis caro tantùm, nec ſub ſpecie vini ſangnis tantùm, ſed ſub qualibet ſpecie eſt integrè totus Chriſtus. Laudabilis quoque conſuetudo communicandi laicum populum ſub vna ſpecie, ab Eccleſia & ſanctis patribus rationabiliter introducta, & hactenus diutiſſimè obſeruata, & à doctoribus diuinæ legis ſacrarum ſcripturarum atque

De ſumptione corporis Chriſti ſub vna tantum ſpecie.

Mat. 28. d

cano-

canonum multam peritiã habentibus, iam à longæuo tempore commendata, pro lege habenda eſt, nec alicui licitũ eſt eam reprobare, aut ſine authoritate Eccleſiæ ipſam immutare. Datum Baſileæ in noſtra ſolenni & publica ſeſſione, decimo Calendas Ianuarii, anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſeptimo.

SESSIO XXXI.

De cauſis.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſalẽ Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriam.

Eccleſiaſticæ ſolicitudinis ſtudium iugiter inuigilare conuenit, vt fraterna charitas in clero ac populo Chriſtiano vigeat, nec quiſquam per vexationes & afflictiones indebitas proximum ſuum opprimere permittatur: ſicque iuſtitia ordine debito cuilibet miniſtretur, vt & viris doloſis auferatur nocendi licentia, & quies ac tranquillitas rectorum non facilè perturbetur. Inoleuerunt autem hactenus intolerabilium vexationũ abuſus permulti, dum nimiùm frequenter à remotiſſimis etiam partibus ad Romanam curiam, & interdum pro paruis & minutis rebus ac negociis quàm plurimi citari & euocari conſueuerunt, atq; ita expenſis & laboribus fatigari, vt nonnunquam commodiùs arbitrentur iuri ſuo cedere, aut vexationem ſuam graui damno redimere, quàm in tam longinqua regione litium ſubire diſpendia. Sic facilè extitit calumnioſis opprimere pauperes, ſic beneficia eccleſiaſtica plerunq; minùs iuſtè per litium anfractus obtenta ſunt, dum iuſtis poſſeſſoribus eorum, ſeu quibus illa de iure competebant, neque opes, neq; facultates ad illos ſumptus ſufficere poterant, quos longinqua profectio ad Romanam curiam & litis agitatio in eadem depoſcebant. Confunditur etiam exinde ordo eccleſiaſticus, dum ordinariis iudicibus ſua iuriſdictio minimè ſeruatur, pecuniæ & facultates regnorum ac prouinciarum hoc pacto non parùm diminutæ ſunt. Et quod vniuerſo eccleſiaſtico ordini admodùm nocere compertum eſt, hi quos ad ſumma negocia Chriſtianæ religionis ſublimitas dignitatis euocabat, minùs illis reddebantur intenti, dum ipſorum mentes nimiùm occupabat aſſidua cauſarũ multitudo. Quæ attẽdẽs hæc ſãcta ſynodus, & pro reformatione Eccleſiæ Dei in capite, & in mẽbris, iuxta poteſtatẽ ſibi à dño cõceſſam euigilãs, vt oĩa deinceps ordine cõgruo peragãtur, ad ſalutẽ animarũ & pacẽ ac quietẽ cunctorũ, ſtatuit & decernit, ꝙ in partibus vltra quatuor diætas à Romana curia diſtãtibus, oẽs quęcũque cauſæ, exceptis maioribus in iure expreſsè enumeratis, & electionum eccleſiarum cathedralium & monaſteriorum, quas immediata ſubiecto ad ſedem Apoſtolicam deuoluit, apud illos iudices in partibus, qui de iure aut conſuetudine præſcripta vel priuilegio cognitionem habent, terminentur & finiantur. Et ne ſub vmbra appellationũ, quæ nimiùm leuiter & nonnunquam friuolè hactenus interponi viſæ ſunt, atq; etiam in eadem inſtantia ad prorogationẽ litium ſæpè multiplicari, materia fouendis iniuſtis vexationibus relinquatur, ſtatuit eadem ſancta ſynodus, quòd ſi quis offenſus corã ſuo iudice, habere nõ poſſit iuſtitiæ complementum, ad immediatum ſuperiorem per appellationẽ recurſum habeat: nec ad quemcunque, etiam ad Papam, obmiſſo medio, neque à grauamine in quacunq; inſtantia ante diffinitiuam ſententiam quomodolibet appelletur, niſi forſitan tale grauamen extiterit, quòd in diffinitiua ſententia reparari nequiret: quo caſu, non aliàs, ad immediatum ſuperiorem liceat appellare. Si verò quiſpiam a ſedis Apoſtolicæ immediatè ſubiecto ad ipſam ſedem duxerit appellandũ, cauſa per reſcriptum vſq; ad finẽ litis incluſiuè in partibus committatur, niſi fortè propter defectum iuſtitiæ, aut iuſtum metũ etiam in partibus conuincinis, de quibus in commiſſione exprimendis, legitimo priùs documento aliâs quàm per iuramentũ ſummariè conſtiterit, apud ipſam ſedẽ foret meritò retinenda. Et quicquid in contrariũ huius ſaluberrimi decreti attentatũ, factum vel obtentum fuerit, ſit nullum ipſo facto. Litigantes, qui contra fecerint, in expenſis condemnentur. Romanæ verè Eccleſiæ Cardinales, vicecancellarium camerarium, magnũ pœnitentiarium, protonotarios & alios ſedis Apoſtolicæ officiales, actu in Romana curia ſuis officijs inſiſtentes, hoc decreto non intendimus comprehendi. Ne tamen in diſſolutionem vel tranſlationẽ pręſentis Concilij, aut erectionem conuenticuli apud Ferrariam, vel alibi ſub nomine Cõcilij generalis, quas dominus Eugenius Papa Quartus efficere conatus eſt, vel conaretur in futurum, cauſas illas, & maximè incorporatorum aut incorporandorũ in hoc ſacro Concilio, quas hæc ſancta ſynodus remitteret, aut nõ reciperet, in curiam ipſius domini Eugenij, aut pręfatum conuenticulum Ferrarienſe vel aliud de facto trahi contingeret in fomentũ diſſolutionis, tranſlationis & erectionis prædictarũ, voluit eadẽ ſancta ſynodus, cauſas quaſcunq; pendentes & cõmiſſas, aut etiã quaſcunq; cauſas incorporatorũ atque incorporandorum, atq; alias per appellationem deuolutas aut deuoluendas, necnon illas quæ obſeruationem decretorum ipſius ſanctæ ſynodi concernunt, apud eandem ſanctam ſynodum, ipſa durante, ſeu donec aliter fuerit or-

Digitized by Google

rit ordinatum, tractari, ſaluis etiam aduocationibus cauſarum pendentium in Romana curia, per quæcunque noſtra decreta factis aut faciendis, decretis etiam alijs & ordinationibus eiuſdem ſanctæ ſynodi in ſuo robore remanentibus. Datum in ſeſſione noſtra publica in maiori eccleſia Baſileenſi ſolenniter celebrata, nono Calendas Februarij, Anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimooctauo.

ALIVD DECRETVM DE collationibus beneficiorum, in eadem ſeſſione publicatum.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritiuſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. Placuit diuinæ pietati, hoc tempore animos hominum, qui varijs abuſibus irretiri cœperant, vehementiùs excitare, vt ſalus quæreretur cunctorũ, & per ſynodum vniuerſalem mores Eccleſię in melius reformarentur, cum ſalutari directione capitis & membrorum in viam iuſtitiæ & ſanctitatis. Quod vt faciliùs atq; ordinatiùs fieret, & ne ſub prætextu variarũ opinionum aut Romani pontifices, aut alij quicunq; non ſatis vniuerſalibus Concilijs obedirent, prædiſpoſuit eadem diuina pietas, in ſacro Conſtantienſi Concilio ſynodorũ vniuerſalium iuriſdictionem ita declarari, vt nulli relinqueretur ambigendi occaſio, cùm decreto ſolenni diffinitum extitit, vniuerſale Cõcilium habere authoritatem immediatè à Chriſto, cui quilibet cuiuſcunq; ſtatus & dignitatis, etiam ſi papalis fuerit, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem, ad extirpationem ſchiſmatis, & reformationem Eccleſiæ Dei in capite & in membris ac pertinentibus ad ea. Dum autem hæc cura reformandæ Eccleſiæ huic ſanctæ vniuerſali ſynodo Baſileenſi incumbit, hoc vnum ſingulari ſolicitudine proſequendum arbitratur, vt p ſingulas eccleſias miniſtri inſtituantur idonei, qui ſcientijs & virtutibus effulgeant, ad Chriſti gloriam & vniuerſi populi Chriſtiani ædificationem ſalutarem, cui rei graue impedimentum hactenus afferre viſa eſt gratiarum expectatiuarum multitudo, quæ grauẽ ordini & ſtatui eccleſiaſtico perturbationem, variaſq; inordinationes ac plurima diſcrimina comperitur inieciſſe. Ex his enim frequentiùs dati ſunt eccleſijs miniſtri non probati, nec cogniti, vacaturorumq; beneficiorum expectatio, quæ ſicut antiqua iura teſtantur, occaſionem deſiderandæ mortis alienæ pręſtare ſolet, quod plurimùm præiudicat animarum ſaluti; ſed & inſuper lites innumeræ & contentiones inter ſeruos Dei excitantur, rancores & iurgia nutriuntur, pluralitatis beneficiorum fouetur ambitio, facultates ac pecuniæ regnorum & prouinciarum mirũ in modum exhauriuntur, pauperes diſcurrendo ad Romanam curiam, innumerabiles vexationes ſubeũt, & inter viarum diſcrimina nonnunquam ſpoliantur, occiduntur, ac varijs affliguntur peſtibus: atque etiã ſuis patrimonijs ac parentum opibus exhauſtis, graui egeſtati ſubiacere coguntur. Plurimi abſque iuſto titulo beneficia ſibi vendicant, & non quibus de iure debentur, illa obtinent, ſed nonnunqoam hi quibus aut circunueniendi proximum maior aſtutia, aut ad litigandum facultas ſuppetit vberior: ſub inuolutionibus quoque prærogatiuarum, antelationum, aliorumque huiuſmodi gratias concomitantium, fraudes plurimas & deceptiones contingit inueniri. Iuuenibus etiam, qui ſtudio literarum & virtuoſis operibus intẽdere deberent, datur materia euagandi, qui ſæpiùs per litium anfractus & varios diſcurſus, ratione gratiarum ipſarum turbantur, & inquietantur. Ordinarijs collatoribus ſuum miniſterium ſubtrahitur, & confunditur ordo eccleſiaſticus, dum vnicuique ſua iuriſdictio non ſeruatur. Romaniq́ue pontifices dum officia inferiorum nimiùm ſibi vendicant, à maioribus & magis fructuoſis operibus vniuerſale bonum concernentibus retrahũtur, nec inferiorum directioni atque correctioni inuigilant, ſicuti publica vtilitas expoſcit. Quæ omnia grauem confuſionem ſtatui clericali & ſacerdotali, in diſpendium diuini cultus & præiudicium publicæ ſalutis afferunt, poſſentq́ue grauiorem in futurum afferre ruinam, rebus his in deteriora iugiter prolabentibus, niſi prouideretur in aduerſum. Volens itaq; hęc ſancta ſynodus ſuper his opportunum remedium adhibere, ſtatuit & decernit, vt Romanus pontifex qui pro tempore fuerit, eas deinceps gratias expectatiuas aut nominationes, nullo modo nullave ex cauſa concedat, cùm ipſe præ cæteris, ne ſit tantorum occaſio malorum, abſtinere debeat. Fruſtrà enim inferioribus inhiberetur, ſi ipſe, qui alijs debet eſſe omnium bonorum & virtutum exemplar, non abſtineret. Vt enim ille ſanctiſſimus & doctiſſimus Leo Papa inquit, Totius familiæ domini ſtatus & ordo mutabitur, ſi quod inquiritur in corpore, non inuenitur in capite. Integritas etiam pręſidentium, ſalus dinoſcitur eſſe inferiorum. Ceſſentq; decætero iam factæ, & tam ipſę quàm etiam fiendę, ſi quæ fiant, nullæ ſint ipſo facto, exceptis illis gratijs & nominationibus, ſuper quibus proceſſus iã ſint expediti, quas ex certis rationabilibus cauſis in octo menſibus, quibus hactenus curſum conſueuerunt habere, tolerandas duximus, donec aliter fuerit ordinatum. Reſeruationes etiam particulares, quæcunq; fuerint, beneficiorum vacaturorum, tam per Romanos Põtifices, quam per legatos ſedis Apoſtolicæ, decætero nullæ

ſint

Digitized by Google

ſint ipſo facto. Non tameo intendit, prohibere hæc ſancta ſynodus hoc præſenti decreto, quo minùs ſuturi Romaoi pontifices tempore pontificatus ſui modo honeſto & conuenienti, de vno beneficio ad collationem, in qua fueriot decem beneficia, & de duobus vbi fueriot quinquagioia, & vltrà, diſponant, ita tamen, vt in eadem eccleſia cathedrali vel collegiata, duas præbendas ſuo tempore non conferant, vt qualificationes graduatorũ inferiùs deſignatæ, in ipſis præbendis ſuum valeant ſortiri effectum. Neq; etiam collationes per præueotionem fiendas, intendit impedire, decreto noſtro de reſeruationibus, quo ad cætera, & alijs decretis huius ſanctæ ſynodi in ſuo robore duraturis. Vt verò cæteri, ad quos beneficiorum, dignitatum, perſonatuum, officiorum & adminiſtrationum collatio, ſeu quæuis diſpoſitio ſpectat, ad prouidendum literatis viris & ſcientia perornatis ſpecialiùs aſtringantur, voluit eadẽ ſancta ſynodus certas qualitates virorum literatorum & graduatorum deſignari, quibus certo ordioe debeat prouideri, prout inferiùs annotatur, adijciens quòd ſi per prȩlatos & doctores alicuius nationis in hoc Concilio conſiſtentes, pro bono ſuæ nationis aliter circa huiuſmodi qualificationes diſponendum videatur in futurum, quicquid per illos fuerit ordinatum & in generali congregatione præſentis Concilij concluſum, exnunc prout extunc ratum & firmum habeatur, & vim decreti habeat, ac ſi in præſenti decreto de verbo ad verbũ expreſſum foret. Quòd ſi quis cuiuſcuoque ſtatus, etiamſi cardinalatus, Patriarchalis, pontificalis aut alterius cuiuſlibet dignitatis, contra prædictum ordinem & qualificationes (vt præmittitur) deſignatas vel deſignãdas, de ipſis beneficijs, dignitatibus, perſonatibus, officijs & adminiſtrationibus quouis modo diſpoſuerit, eo ipſo ſit irritum & inane. Collatioque huiuſmodi ac prouiſio, ſeu quæuis diſpoſitio ad ſuperiorem proximum deuoluatur, q ſimiliter habeat prouidere: quod ſi non fecerit, ad alium ſuperiorem proximum deuoluatur, gradatim vſque ad ſummum pontificem acendendo.

Noo volumus tamen ordinarios collatores, & eos ad qoos præſentatio ſeu alia quæuis diſpoſitio beneficiorum ſpectat, in quatuor menſibus, quibus præfatæ gratiæ expectatiuæ vel nominationes curſum non habent, donec ipſę gratię & nominatiooes ad eorum collationem, prouiſiooem, præſentationem ſeu diſpoſitionem cooceſſæ ceſſauerint, ad qualificationes infraſcriptas obſeruandas aſtringi.

Sequuntur qualificationes, & ordo in conferendis beneficijs per ordinarios, de quibus ſuprà tactum eſt.

Primò, cùm per generalis Concilij ſtatuta ſanctè ordinatum exiſtat, quòd quælibet eccleſia metropolitica teneatur & debeat vnum habere theologum, qui ſua doctrina & prædicationibus fructum ſalutis afferat, ordinat hæc ſancta ſynodus, quòd extendatur etiam huiuſmodi ordinatio ad eccleſias cathedrales, taliter videlicet, quòd quilibet collator ipſarum præbendarum teneatur & debeat canonicatum & præbendam, quàmprimum facultas ſe obtulerit, & inuentus poterit, vni magiſtro licentiato vel in theologia baccalaureo formato conferre, qui per decennium in vniuerſitate priuilegiata ſtuduerit, & onus reſidentiæ ac lecturæ & prędicationis ſubire voluerit, quique bis aut ſemel ad minùs per ſingulas hebdomadas, ceſſante legitimo impedimento, legere habeat: & quoties ipſum in huiuſmodi lectura deficere contigerit, ad arbitrium capituli in ſubtractione diſtributionum totius hebdomadæ puniri poſſit. Et ſi reſidentiam deſeruerit, de alio prouideatur. Veruntamen vt liberiùs ſtudio vacare poſſit, nihil perdat, cùm abſens fuerit à diuinis. Inſuper quòd in qualibet eccleſia cathedrali vel collegiata, vltra prædictam præbendam theologo (vt præmittitur) aſſignandam, tertia pars præbendarum cõferatur graduatis aliâs idoneis modo & forma infraſcriptis, ſic quòd prima vacatura huiuſmodi graduato, & deinde poſt alias duas ſequens eo modo conferatur, & ſic deinceps, videlicet magiſtris aut licentiatis ſeu baccalaureis formatis in theologia, qui per decennium in aliqua vniuerſitate priuilegiata, doctoribus ſeu licentiatis in altero iurium vel medicina, qui per ſeptem annos in ſua facultate ſtuduerint in vniuerſitate, vt ſuprà, magiſtris ſeu licentiatis in artibus, cum rigore examinis, qui per quinquennium in aliqua vniuerſitate à logicalibus incluſiuè & ſuprà in artibus, vel in alia ſuperiori facultate ſtuduerint, necnon in theologia, qui per ſex annos vel in vtroq; aut in altero iurium, baccalaureis qui per triennium, ſi nobiles ex vtroque parente, & ex antiquo genere, aliâs autem per quinquẽnium conſimiliter io aliqua vniuerſitate priuilegiata ad minùs ſuum ſtudium fecerint, qui de prædictis gradibus, tempore & nobilitate ſupradictis fidem facere teneãtur collatori per legitima documenta. Exhortamur tamen ordinarios collatores, quòd in conferendis beneficijs huiuſmodi, præſertim quo ad dignitates, reſpectum habeant ſingulariter ad magiſtros, necoon licentiatos & baccalaureos formatos in theologia. In dignitatibus verò non electiuis, perſooatibus, adminiſtrationibus & officijs dictarum eccleſiarũ, idem ordo, modus & forma in omnibus obſeruentur. Quòd ſi quis ex dictis qualificatis, tempore vacationis præbendæ ſeo dignitatis huiuſmodi, alias duas obtineat præbendas, ſeu dignitates & præbendas, vel aliud ſeu alia beneficiũ aut beneficia, quod

Theologũ in cathedralibus collegijs cur ad minus vnũ eſſe oporteat.

vel quæ reſidendo in alteto ipſorum, & horis diuinis intereſſendo, valeret ſeu valerent vſque ad ſummam ſeu æſtimationem ducētorum florenotum cameræ, ſimiliter quicunq; duas præbendas cathedrales obtinuerit, nullatenus in ipſa tertia parte includi ſeu comprehendi cenſeatur. In eccleſijs autem patochialibus, quæ in ciuitatibus aut villis muratis exiſtunt, inſtituantur perſonæ ſic, vt ſuprà, qualificatæ, aut ad minus qui per tres annos in theologia, vel in altero iurium, ſeu magiſtri in artibus, qui in aliqua vniuerſitate priuilegiata ſtudētes fuerint, & huiuſmodi gradum adepti fuerint, ſi tales potuerint inueniri, qui voluerint huiuſmodi beneficijs deſernire. Et vt faciliùs inueniri poſſint, ſtatuit hæc ſancta ſynodus, quòd quolibet anno, durante tempore quadrageſimæ, omnes & ſinguli hoc modo qualificati, de ipſa diœceſi & alij qui voluerint, habeant per ſe vel per procuratorem ſua nomina exhibere illis, ad quos beneficiorum curatorum collatio vel præſentatio ſpectat, ſeu eorum vicarijs. Quod ſi non fecerint, collatio ſeu præſentatio vel diſpoſitio aliter quàm (vt præmittitur) facta, non propter hoc irrita cenſeatur. Et ſimiliter in collatione tertiæ partis præbeodarum ſuperiùs memorata, intelligatur, ſi tot graduati ſeu qualificati modo præmiſſo potuerint inueniri, teneanturque (vt præmittitur) ipſi graduati & qualificati ſua nomina tempore prędicto ipſis, ad quos beneficiorum diſpoſitio ſpectat, ſeu eorum vicarijs exhibere per ſe vel per procuratorem. Quod ſi non fecerint, collatio ſeu præſentatio vel diſpoſitio aliter quàm (vt præmittitur) facta, non propter hoc irrita cenſeatur. Si autem illi ad quos beneficiorum quæuis diſpoſitio ſpectat, contra ſupradictarum qoalificationum deſignationem & ordinem aliquod beneficium contulerint, ſeu ad ipſum præſentauerint, vel quomodolibet diſpoſuerint, ſit ipſo facto irritum & inane, velut ſuperiùs præmiſſum eſt. Et nihilominùs per concilia prouincialia cùm in his defecerint, aut etiam perſonis non idoneis quoquo modo prouiderint, iuxta tenorem conſtitutionis Concilij Generalis, quæ incipit, Graue de præbendis, corrigantur & debitè puniantur. Illi verò, ad quos beneficiorum regularium ſpectat collatio ſeu diſpoſitio, prætermiſſis indignis, eadem religioſis idoneis conferant & aſſignent. Quod ſi aliter fecerint, per eorum ſuperiores & capitula prouincialia corrigantur, & debitè puniantur. Datum in ſeſſione noſtra publica in maiori eccleſia Baſileēſi ſolenniter celebrata, nono Calendas Februarii, Anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimooctauo.

DECRETVM TERTIVM promulgatum in eadem ſeſſione, de ſuſpenſione domini Eugenij Papæ Quarti.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriam. Audiuit omnis Eccleſia iam à plurimo tempore, quo pacto hæc ſancta ſynodus inter cętera ob reformationē ipſius Eccleſię Dei in capite & in membris ſpecialiter congregata, cùm ſua decreta ſalubria paſſim contemni proſpiceret, abuſuumque deformitatem continuati, atque etiam plùs ſolito inualeſcere in diuinæ maieſtatis offenſam, & vniuerſi ſacerdotij atque totius Chriſtianæ religionis ruinam miſerabilem, videretque periculoſiſſimum ſchiſma per erectionem alterius prætenſi Concilij iſto durante, & alia plurima ſcandala imminere populo Dei, & vniuerſo orbi perturbationem non modicam ex reſiſtentia, quam aduerſus debitam reformationem Eccleſiæ & ſalubria huius ſanctæ ſynodi opera, dominus Eugenius Papa Quartus diuiſionem aſſiduam fouendo, & libitū propriæ voluntatis decretis & ordinationibus ſynodalibus præferendo, præſtare videbatur: impulſa eſt poſt longam plurium annorum expectationem, ſuper regimine eccleſiaſtico ſalubrem prouiſionem quærere, & ipſum dominum Eugenium inducere, vt ea quæ ſaluti ſui ipſius & vniuerſæ Eccleſiæ congruebant, in tantis tamque vrgentibus neceſſitatibus agere curaret, cùm hoc ipſum eidem ſanctæ ſynodo maximè liceret, atque incumberet ex ea authoritate, quam à Chriſto immediatè accepit, cui vniuerſi fideles cuiuſcunque ſtatus, etiam ſi papalis exiſtāt, obedire tenentur in his, quæ pertinent ad fidem, extirpationem ſchiſmatis & reformationem Eccleſiæ in capite & in membris, veluti determinatio vniuerſalis Eccleſiæ in ſacris ſcripturis fundata, & in celeberrimo Concilio Conſtantienſi promulgata, diffiniuit, adiiciens quòd quicunq; contumaciter ipſi vniuerſali Concilio obedire cōtempſerit in prędictis & pertinentibus ad ea, cōdignæ pœnitentiæ ſubiiciatur, & debitè puniatur, ad alia iuris remedia, ſi opus fuerit, recurrendo. Et tandem pridie Calendas mēſis Auguſti nouiſſimè prętetiti, decreuit hæc ſancta ſynodus, terminum ſexaginta dierum peremptoriè præfigere, infra quem præfatus dominus Eugenius coram eadem ſynodo per ſe vel per alium compareret, ſuper prędictis ac alijs in dicto monitorio expreſſis, cæteriſque in futurum proponendis, quæ tunc non ſine rationabili cauſa tacebantur, pro ſui excuſatione vel defenſione duceret proponenda. Quo termino elapſo, ſiue ductus dominus Eugenius compareret, ſiue non, hæc ſancta ſynodus ad vlte-

Conſtantieñ. Cōc. ſeſ. 4. & 5.

Baſileenſis Concilij ſeſ. 26.

ad vlteriora procedere decreuit, cognoſcendo & terminādo, prout Eccleſiæ ſanctæ Dei, Spirituſancto dictante, videretur expedire. Sed (quod cum dolore referimus) ipſe dominus Eugenius infra aſſignatum terminū neq; per ſe, neq; per aliū comparêre voluit, aut minimam excuſationem ſi quam haberet, tranſmittere: imo correctionem effugere volens, diſſolutionem tranſlationem Concilij, quam de iure non poterat, de facto, pendente termino, attentauit: cùm tamen iam altera vice diſſolutionem huius Concilij per eum attentatam, reuocaſſet, declarans eam irritam & inanem, dicenſq; ipſum Cōcilium pro reformatione Eccleſiæ in capite & in membris legitimè inchoatum, continuatum fuiſſe, & proſecutionem habere debere, perinde ac ſi nulla diſſolutio facta fuiſſet. Quibus attentis, elapſo dictæ citationis termino, ſuam contumaciam in publica ſeſſione promotores & procurator fiſcalis huius ſacri Concilij accuſarunt. Exigenteq́ue iuſtitia, hæc ſancta ſynodus in eadem ſeſſione contumaciam ipſam domini Eugenij ſufficienter accuſatam declarauit, ipſumq; contumacem reputauit, decernens, eius abſentia non obſtante, ad vlteriora procedendum fore, prout ipſi ſanctæ ſynodo videretur, conſideratis neceſſitatibus & vtilitatibus vniuerſalis Eccleſiæ. Et quanquam attenta contumaciæ magnitudine, eadem ſancta ſynodus abſque vlteriori expectatione in ea re procedere potuiſſet, volens tamen nihilominùs cū omni manſuetudine & benignitate procedere, ad inſtantiam inclytæ memoriæ Sigiſmundi Romanorum Imperatoris, & venerabilium Archiepiſcoporum cæterorumq́ue illuſtrium principum electorum ſacri Imperij, per ſexaginta dies adhuc cēſuit differendum, vt per huius ſanctæ ſynodi patiētiam probaretur, ſi ipſius domini Eugenij animus ad ſalutem ſui ipſius & vniuerſalis Eccleſiæ inclinari valeret. Confeſtim autem pleniùs innotuerunt ea, quæ aduerſus hāc ſanctam ſynodum & eius ſuppoſita, in prętenſa diſſolutione iam attentata, ipſe dominus Eugenius perpetrauerat, transferendo hoc ſacrum Concilium in ciuitatem Ferrarienſem, ſi contra ipſum aut aliquem oratorum ſuorum vlteriùs procederetur. Et pręcipiendo ſub pœnis & cenſuris grauiſſimis, quas tamen inferre non poterat, ſuppoſitis huius ſacri Concilij, vt ab eo diſcederēt: qua in re decreta ſacræ ſynodi Conſtantienſis & iſtius manifeſtè violabat, transferendo Concilium pro libito voluntatis, præter conſenſum ipſius, ac etiam vſurpando ſibi authoritatem ſupra ſanctam ſynodum, de reformatione Eccleſiæ in capite agentem, non rectè ſentiens (vt videbatur) de authoritate ſacrorum Conciliorum & determinationibus vniuerſalis Eccleſiæ fidem concernentibus, tā in ipſo Conſtantienſi Concilio, quàm in iſto promulgatis ſuper obedientia, quam ſummi pontifices ſynodis vniuerſalibus exhibere tenentur, ac etiam ſchiſma introducens, & aliud Concilium iſto durante erigēs, quod non fore Concilium, ſed conuenticulum ſchiſmaticorum, iam præcedentibus decretis fuerat declaratum, ad diſſolutionem Concilij iam ſemel per ipſum reuocatam, iterum redeundo, & ex modo diſſolutionis ac pœnarum adiectionis, ſupra Concilium iuriſdictionem in facto reformationis aſſumendo, ſe non Concilio, ſed Concilium ſibi obedire teneri, factis ſuis proteſtando. Merebaturq́ue tantarum tamque grauium offenſarum in Eccleſiam Dei & ſcandalum ipſius iam pluriès attentatum ac præiudiciū fidei multitudo, vt ilico in ipſum dominum Eugenium iuſti iudicij ſequeretur vltio pro ipſius & vniuerſalis Eccleſiæ ſalute. Sed non immemor hæc ſancta ſynodus maternę pietatis, adhuc expectare voluit, ſi fortè ipſe dominus Eugenius à tanta inobedientia reſipiſcens, conuerteretur ad cor, euidentiſſimiſq́ue iuribus & rationibus declarauit, hanc diſſolutionem & tranſlationem nullas penitus eſſe, nulliuſq́ue roboris & momenti cum omnibus indè ſecutis. Intermiſſa quoque celeriori condignatum inflictione pœnarum, hæc ſancta ſynodus eas duntaxat pœnas aduerſus præfatum dominum Eugenium eo tunc promulgare duxit, quæ aduerſus Romanos pontifices ſacra generalia Concilia diſſoluere, & perturbare tentates, ordinatæ fuerant, vt videlicet niſi infra quatuor menſes à die diſſolutionis & tranſlationis per eum attentatarum, reſipiſceret cum ſatisfactione reali, ab omni adminiſtratione papali eſſet ipſo facto ſuſpenſus. Quæ quidem papalis adminiſtratio ad generale Concilium deuolueretur. Et ſi hanc pœnam per duos mēſes ſuſtineret animo indurato, poſt quatuor prędictos menſes contra ipſum vſque ad priuationem incluſiuè per Conciliū generale procederetur, quas pœnas hæc ſancta ſynodus ipſum dominum Eugenium, ſi non reſipiſceret cum ſatisfactione reali (vt præmittitur) declarauit, & non ſolùm declarauit, ſed etiam expreſsè decreuit incurſurum. Cùm verò iam & prior terminus ſexaginta dierum indultorum poſt contumaciā accuſatam, & alius quatuor menſium poſt diem prætenſæ diſſolutionis & tranſlationis huius Concilij per ipſum dominum Eugenium attentatarum, elapſi ſint, & pendentibus ipſis dilationibus, nulla correctio aut emendatio conſpiciatur proueniſſe, imo potiùs continuatio abuſuum & deformitatum in offenſam diuinæ maieſtatis & interitum animarum, rebellioq́ue & inobedientia domini Eugenij aduerſus ſanctam ſynodum vniuerſalem & decreta ipſius, procuratio inſuper aſſidua erectionis illius prętenſi Cōcilij Ferrarienſis per tranſmiſſionē literatum ad di-

Suprà ſeſſione 16.

Hæc & id genꝰ alia huius ſynodi cautè legenda ſunt ob multas grauiſſimas rationes, quibꝰ authoritas Papæ adſtruit͛, quæ his eleuatur.

ad diuerſas regiones, & conuocationem plurimorum ad idem Concilium, quod fore conuenticulum ſchiſmaticorum, iam declaratum commemorauimus. Ex quibus & authoritatis ſanctorum Conciliorum pellundatio, & reformationis Eccleſiæ Dei extinctio, & inductio ſchiſmatis inauditi per erectionem alterius prætenſi Concilij, iſto durante Concilio, ac deniq; determinationum Eccleſiæ vniuerſalis paruipenſio, in læſionẽ irreparabilem Catholicæ fidei ſequeretur, niſi diuina pietas ſuæ Eccleſiæ in tantis languoribus ſubueniret. Vrgetur tandem hæc ſancta ſynodus, ne tanta mala diſſimulando, aſſenſum illis præſtare videatur, & ne facilitas veniæ, incentiuũ tribuat delinquendi ſeu malè agendi, cùm leuiora remedia non proficiunt, vtiliorem & ſalubriorem adhibere medicinam, atque poſt varias expectationes tãdẽ ſaluti vniuerſalis Eccleſię prouidere, & ad ſuſpenſionem ipſius domini Eugenij ab adminiſtratione papali, quam pœnam ſacra Conſtantienſis ſynodus Romanis pontificibus in varijs caſibus cenſuit inferendam, procedere, alias pœnas duriores adhuc pro ſua manſuetudine differendo, vt ſaltem per compulſionem iuſtitiæ cum temperamẽto miſericordiæ, ipſius Romani Põtificis animus ad ea quæ ſunt ſalutis & pacis, in reformationem debitam Eccleſiæ vniuerſalis & animæ ſuæ & totius populi Chriſtiani ſalutiferam ædificationem, ipſiuſque Eccleſiæ futuris temporibus pacificationem gratiſſimam, & authoritatis ſacrorum conciliorum conſeruationem valeat inclinari. In virtute igitur omnipotentis Dei, in cuius nomine hæc ſancta ſynodus congregata exiſtit, & à quo immediatè poteſtatem ſuper vniuerſos fideles cuiuſcunque dignitatis, etiã ſi papalis exiſtant, (vt præmiſſum eſt) accepit, eadem ſancta ſynodus prædictum dominum Eugenium Papã quartum, manifeſtum contumacem, & in aperta rebellione perſiſtentem, ac notoriè incorrigibiliterque Eccleſiam Dei ſcandalizantẽ, omnibus præmiſſis tam coniunctim quàm diuiſim attentis, ab omni adminiſtratione papatus in ſpiritualibus & temporalibus ſuſpendit, ac ſuſpenſum eſſe declarat, proceſſura tandem ad vlteriora vſq; ad ſententiam finalem incluſiuè, ſi opus fuerit, ipſo domino Eugenio ampliùs non vocato, prout vtilitati & neceſſitati Eccleſiæ, ſpiritusſancto dictante, conſpexerit expedire. Omnem autem ipſius papatus adminiſtrationẽ in his omnibus, quæ in ſpiritualibus & temporalibus ad ſolum Papam & ſedem Apoſtolicam de iure pertinere noſcuntur, eadem ſancta ſynodus ad ſe ipſam decernit ac declarat eſſe deuolutã, ne propter gubernationis defectum, Eccleſia interim varia diſcrimina pati poſſit, decernens irritum & inane, quicquid durante hac ſuſpenſione, per ipſum dominum Eugenium ratione papatus factum fuerit vel attentatum.

Suſpenditur Eugenius 4. à Papatu.

Omnes quoq; reges, principes, communitates & alios quoſcunq;, cuiuſuis ſtatus & dignitatis exiſtant, hæc ſancta ſynodus monet & requirit, & eiſdem in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub diuini obteſtatione iudicij mandat, eccleſiaſticis verò perſonis quacunque dignitate, etiam, ſi Cardinalatus, patriarchali aut pontificali præfulgeãt, ſub pœnis quas ipſo facto incurrant excommunicationis & ſuſpenſionis ab omnibus dignitatibus, & beneficijs & officijs, quocunque nomine nuncupentur, etiam ſi forent metropolitanæ aut cathedrales eccleſię, ſiue in titulum, ſiue in commendam obtineant. Vicarijs autem, gubernatoribus, vaſallis, feudatarijs & ſubditis Romanæ Eccleſiæ ſub pœna priuationis ipſo facto omnium feudorum & aliorum quorumcunque iurium & priuilegiorum, quæ ab ipſa Romana Eccleſia obtinent, diſtrictè præcipit, vt durante hac ſuſpenſione, prætextu cuiuſuis iuramenti, ſubiectionis aut promiſſæ fidelitatis, eidem domino Eugenio nullatenus obediant. Ipſos quoque ad huiuſmodi iuramenta & promiſſiones, durante ipſa ſuſpenſione, nullatenus aſtringi declaramus, ſed ad hoc ſacrum Concilium in omnibus recurrant, pro quibus ad Romanum Pontificem recurrere ſoliti ſunt. Intendit enim hæc ſancta ſynodus mundè, iuſtè ac ſanctè neceſſitatibus quorumcunque prouidere. Mandat prætereà in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna priuationis, quam ipſo facto incurrant, omnium ſuorum beneficiorum, dignitatum, officiorum, commendarum penſionum & gratiarũ quarumcunque etiam expectatiuarum, omnibus & ſingulis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalibus, archiepiſcopis, epiſcopis & aliarum Eccleſiarum prælatis, officiarijs curię, & clericis quibuſcunq; in Romana curia exiſtentibus, cuiuſuis ſtatus & conditionis exiſtant, quatenus infra quadraginta dies proximè ſequentes poſt diem præſentis ſeſſionis, à Romana curia recedant. Et deinde Cardinales, Patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi & alij eccleſiaſtici (prout de iure vel cõſuetudine ad generale Concilium ire tenẽtur) ſub pœnis iuris iter ſuum ſine fraude continuando, ad hoc ſacrum Concilium arripiant: reliqui verò qui ad generale Concilium non tenentur venire, ad reſidendum & Deo ſeruiendum in proprijs beneficijs, vel ad hoc ſacrum generale Cõcliũ ſine moræ diſpendio & omni fraude ceſſante, ſe transferant, & accedãt, decreto noſtro quod incipit, Compatiens, & alijs quibuſcunq; huius ſanctæ ſynodi, in ſuo robore duraturis. Omnes autem cauſas tam eccleſiaſticas ſpirituales, quàm etiã profanas ciuiles & criminales atque mixtas, inter quaſcunq; perſonas, cuiuſcunque ſtatus aut conditionis exiſtant, in Romana curia

Baſileẽſis Concilij ſeſſ. 19.

penden-

pendentes, ab ipſa Romana curia hęc ſancta ſynodus in eo ſtatu in quo ſunt, ad ſe aduocat, & aduocatas eſſe vult, & declarat expreſſe, inhibens omnibus iudicibus, auditoribus & commiſſarijs quibuſcunque prædictæ curiæ, etiam ſi Cardinalatus, Patriarchali, pontificali aut alia quauis dignitate præfulgeât, ne in præfatis cauſis procedere aut quicquā agere quouis modo præſumāt. Quòd ſi poſt notitiam huius decreti noſtri quicquam fecerint, pœnas excommunicationis ipſo facto incurrant, ab ipſius excommunicationis ſententia huic ſanctæ ſynodo duntaxat, ipſa durante, abſolutione reſeruata, aut cognitione iuſti impedimenti (ſi quod allegaretur) quare à Romana curia ad hanc ſanctam ſynodum accedere debentes, non acceſſerunt: aut recedere debentes, non receſſerunt. Cuius quidem impedimenti allegatas cauſas intendit hæc ſancta ſynodus diligenter cum benignitate ſcrutari. Quicquid autem contra hanc aduocationem & inhibitionem attentari contigerit, ipſo iure decernit irritum & inane. Et vt fraudibus quę excogitari poſſent, obuietur, quia cum datarum anticipationibus in prætenſus* ſuſpenſionis ac huius decreti noſtri eluſionem, literæ papales vel aliorum ipſius authoritate ſublata, ante ipſam ſuſpenſionem produci poſſent, niſi ante huius decreti noſtri promulgationē fuerint intimatæ & publicatæ, eis nulla fides adhibeatur, & pro nullis habeantur. Decernit tandem hæc ſancta ſynodus, huius decreti publicationem in præſenti ſeſſione factam, eiusque affixionem in valuis maioris eccleſię Baſileenſis, vim habere monitionis, citationis & executionis, & ita vniuerſos arctare, ac ſi perſonaliter apprehenſi & eis intimatum fuiſſet. Datum in ſeſſione publica in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata, nono Calendas Februarij, Anno à natiuitate Domini 1438.

* ſeſſionis

SESSIO XXXII.

De caſſatione prætenſi electionis loci à minori parte facti.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. Pridem in decreto vigeſimæ nonæ ſeſſionis huius ſanctæ ſynodi, quod incipit, Cum pateſ, lucidè extitit declaratum, diſſolutionem huius ſanctæ ſynodi & tranſlationem eius in ciuitatem Ferrarienſem per Dominum Eugenium Papam Quartum de facto attentatas, tam in eo caſu quo contra ipſum virtute citatorij in noſtra vigeſimaſexta ſeſſione promulgati, aut contra quempiam præſidentiū in Concilio oratorum ſuorū in aliquo procederetur, q̃ in eo caſu quo Græcos contingeret aduenire, nullas eſſe, penituſq; irritas & inanes, huiuſmodiq; diſſolutionem ac tranſlationem repugnare veritati declaratæ per ſacram ſynodum Conſtantienſem dicenti, q generale Concilium vniuerſalem Eccleſiam militantem repræſentans, poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui quilibet cuiuſcunq; ſtatus & dignitatis fuerit, etiam ſi papalis, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, extirpationem ſchiſmatis, & generalem reformationem Eccleſiæ in capite & in mēbris: quodq; ſi in his & pertinentibus ad ea obedire contumaciter contempſerit, condignæ pœnitentiæ ſubijcitur. Quæ veritas in verbis Chriſti fundata eſt, dicentis Simoni Petro: Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Quæcunq; alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cęlo: & quæcunq; ſolueritis ſuper terram, erūt ſoluta & in cœlo. Et poſt pauca ſubdit: Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Eademq; ſacrorū Conciliorum authoritas ſuper Romanum pontificem & quemlibet alterū, in Actibus Apoſtolorum, declarationibus vniuerſaliū Conciliorum, & doctrinis ſanctorum multipliciter inuenitur pateſacta. Repugnabat quoq; talis diſſolutio & tranſlatio veritati, in hac ſancta ſynodo dudum multiplicitèr declaratæ, q Papa Concilium vniuerſale ſine conſenſu ipſius diſſoluere non poteſt, aut de loco ad locum transferre. Cui dominus Eugenius poſt longam reſiſtentiam, quam eidem veritati in prima prætenſa diſſolutione huius Concilij, & tranſlatione in Bononiam olim factis, & per vniuerſum orbem publicatis, ſub colore reductionis Græcorū, quam etiam veluti cauſam neceſſariam protunc allegabat, tandem aſſenſit, reuocans huiuſmodi diſſolutionem & tranſlationem, & dicens, ea non obſtante, Concilium à tempore ſuæ inchoationis legitimè continuatum fuiſſe, & decernens ac declarans irritam & inanem, ac etiam reuocans, quicquid per eum aut ſuo nomine factū, attentatum ſeu aſſertum erat contra ipſum Baſileenſe Concilium ſeu eius authoritatem: & deinceps à grauaminibus eidē inferendis abſtinere pollicitus eſt, prout per quartamdecimam ſeſſionem huius ſanctæ ſynodi, præſente ſedis Apoſtolicæ legato, & pluribus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus aſſentientibus, etiam inclytæ memoriæ Sigiſmundo Romanorum Imperatore, ſibi fuerat indictum. In qua ſeſſione forma præfatæ reuocationis & confeſſionis veritatis per ipſum dominū Eugenium faciendæ, decreta fuerat. In hac quoq; veritate conquieuit vniuerſa Catholica Eccleſia, reputans ipſam diſſolutionem per eum, ſine conſenſu Concilij minimè fieri potuiſſe. Nec vllatenus aduerſus veritatem

repu-

Conſtantien. Cōc. ſeſ. 4. & 5.

Matt 18.c

Ibidèm.

Vide Epiſtolam retractatoriam Pij II.

Baſileenſis Conc. ſeſ. 11.

repugoandi,& ad errorem ſemel dimiſſum
redeundi, cauſam aſſumere potuit ipſe do-
minus Eugenius ex prædicto citatorio. In
quo poſt plurimas admonitiones ſibi factas,
vt aliquam emendationē poneret efficacem
in eccleſiaſtico regimine miſerabiliter de-
fluente,& decreta ſalubria per hãc ſanctam
ſynodum edita ſuſciperet,alijsq́ue exempla
bonorum operum præſtaret,ſeipſum & cæ-
teros dirigendo in viam ſalutis,cùm ipſe ex
aduerſo in contemptum huius ſanctæ ſyno-
di & totius Eccleſiæ deſolationem, pluri-
marumq́ue diuiſionum ſuſcitationem,ſalu-
berrimæ reformationi ipſius corporis Eccle
ſiæ longo tempore reſiſteret: vniuerſalis Ec-
cleſia congregata ipſum dominum Eugeniũ,
ſicut mater filium delinquentem, in viam
ſalutis dirigere ſatagens: & ſicut Paulus
reprehendit Petrum coram omnibus, cùm
Gala. 2. e non ambularet ad veritatē Euangelij: eun-
dem dominum Eugenium arguēs, atque ex
authoritate à Chriſto eidem Eccleſiæ data
corripiens, defectus notorios, in quibus
animam ſuam & vniuerſam rempublicam
nimium grauabat, commemorauit, vocans
ipſum & alios cõuocans, vt in regimine Ec-
cleſiæ ſalutaris apponeretur prouiſio. Quòd
poſt longam tolerantiam tandem id agere
*cõpulſa * impulſa fuit hæc ſancta ſynodus, dum poſt
contemptũ reformationis ſalutaris, ad ſuſci-
tationem grauiſſimi ſchiſmatis & læſionem
veritatis, ipſius matris Eccleſiæ vulneratio-
nem grauiſſimam idem dominus Eugenius
realiter procedebat,cui per prædictum cita-
torium ſummè neceſſarium erat obuiare,
dum ſub coloribus exquiſitis eandem ſan-
ctam ſynodum & eius opera diſſipare,atque
quoddam conuenticulum in loco ſuæ vo-
luntati dedito,nulliter ac de facto erigere,
in ſciſſuram Eccleſiæ diſpoſuerat, cuius rei
perficiendæ gratia iam triremes & oratores
in Græciã tranſmittebat, ad impediendum
aduentum Græcorum in locum per hanc
ſanctam ſynodum nominatum, & pertur-
bandum effectũ noſtræ legationis in Con-
ſtantinopolim tranſmiſſæ,atq; rumpendum
ea quæ inter ipſam ſynodum & Græcos con-
cordata erant,in quibus etiam ipſe dominus
Eugenius expreſsè conſenſerat. Sed nec vl-
lum colorem diſſoluendi hoc ſacrum Baſi-
leenſe Concilium,& ipſum in Ferrariã trãſ-
ferendi,in caſu aduentus Græcorum præfa-
tus dominus Eugenius potuit aſſumere ex
ſchedula per quandã prætenſam ſeſſionem
conuenticuli Ferrarienſis (vt dicitur) com-
memorata,quam ſchedulam illi conuentio-
nalem dixerunt ſuper termino Auinionen-
ſibus præfixo in expeditione pecuniarum
facienda, quam ſi non facerent, alium lo-
cum nominare,ſeu eligere poſſemus, & te-
neremur,atque aliundè vniuerſali Eccleſiæ
prouidere. Vel ex quadam alia ſchedula,
quam temerariè decretum appellant, inci-
piente, Hæc ſacroſancta ſynodus inter ſuæ
congregationis exordia, quod in vigeſima-
quinta ſeſſione huius ſanctæ ſynodi pro-
mulgatum allegárunt, cùm ex rationabili-
bus & neceſſarijs cauſis in ipſa noſtra ſeſſio-
ne vigeſimaquinta nominationē trium lo-
corum Baſileæ,Auinionis & Sabaudiæ pro
œcumenico Concilio celebrando, ſolenni
decreto noſtro incipiente, Nuper hæc ſa-
croſancta ſynodus, publicauerimus, volen-
tes eam inconcuſſam & inuiolatam perma-
nere,omnemq́ue aliam nominationem ſeu
electionem cuiuſcunque alterius loci decer-
nentes irritam & inanem: vniuerſique facilè
conſpiciunt, dominum Eugenium ex his
rebus nullum fundamentũ erectionis præ-
fati conuenticuli aſſumere potuiſſe, qui ve-
ritatem geſtorum conſiderant. Quanquam
enim inter deputatos quoſdam noſtræ con-
gregationis actum fuerit,vt niſi per Auinio-
nenſes infra præfixum terminum fieret pe-
cuniæ expeditio, ad aliam nominationem
procedendum foret, atq; in noſtra generali
congregatione concluſum, non tamen di-
ci poteſt, hanc ſynodum per viam contra-
ctus cum aliquo conueniſſe: nullus enim
tunc aderat, cum quo contractũ huiuſmo-
di celebraret. Nec venit in dubium, quen-
quam cum ſeipſo nõ poſſe contrahere, cùm
inter ſpondentem recipientemq́ue ſpon-
ſionem, debeat eſſe diſtinctio perſonarum.
Ipſius autem noſtræ concluſionis interpre-
tatio, declaratio, moderatio, mutatio iuxta
cauſas occurrentes,atque omnimoda diſpo-
ſitio ad ipſum Concilium pertinebat,maxi-
mè cùm non ageretur de facto priuato cu-
iuſcunque perſonæ,ſed de rebus ſtatum vni-
uerſalis Eccleſiæ concernentibus, quarum
diſpoſitio ab vniuerſali Concilio ſub dire-
ctione ſpiritus paracleti conſtituto, per cu-
iuſcunque aut quarũcunque perſonarũ ar-
bitrium non tollitur. Superuenit autem pro-
teſtatio legatorum ſedis Apoſtolicæ aduer-
ſus decretationem loci Auinionenſis, qui
pariter cum Baſilea & Sabaudia in ipſa con-
cluſione concorditer capta, iunctus erat.
Quæ proteſtatio non modicam occaſionem
retrahendi animos Auinionenſium à præ-
dicta expeditione pecuniarum præſtabat:
fueruntq́ue ex alia parte per dominum Eu-
genium & ſuos, aduerſus hanc expeditio-
nem, pendente termino aſſignato, grauia
impedimenta in Auinione præſtita. Idq́ue
accidit, vt oratoribus noſtris in Auinionem
venientibus, præcipui gubernatores ciuita-
tis tunc abſentes eſſent, ſine quibus res non
poterant tractari. Quibus deinceps adue-
nientibus, ita actũ eſt, vt Auinionenſes ipſi
circa terminum præfixum capitaneum tri-
remium noſtrarum de triginta millibus &
octingentis florenis auri de camera conten-
tarent,& oratores noſtros de reſiduo totius
pecuniæ expetitæ, cautos ac ſecuros facerẽt,
pruut

Digitized by Google

prout ipſi oratores noſtri hoc idem ſuis literis nobis intimauerunt. Requirebant autem ipſi Auinionenſes, vt decretationem electionis ſeu nominationis loci per nos factæ, expediremus. Quæ nos attentiùs conſiderantes, & intentioni huius ſanctæ ſynodi ſatisfactum eſſe iudicantes, per talem expeditionem pecuniarum, attentis maximè impedimentis interea appoſitis, (quoniam legitima impedimenta in omni concluſione rerum agendarum intelliguntur excepta) cùm & per hunc modum longè meliùs prouidebatur vniuerſali Eccleſiæ, quàm dimittendo omnia quæ parata erant pro legatione mittenda in Græciam, & intrando magnas difficultates electionis alterius loci in turbationem rerum agendarum, maximè quoniam vrgebamur conuentiones noſtras cum capitaneo claſſis triremiũ Eccleſiæ initas ſeruare, (cui dilectus Eccleſiæ filius Iulianus tituli ſanctæ Sabinæ presbyter Cardinalis, legatus ſedis Apoſtolicæ, vexillum Eccleſiæ & baculum peregrinationis in noſtra congregatione generali nomine noſtro tradiderat, cuiq; iam grandis ſumma pecuniæ per Auinionenſes aſſignata erat) concluſimus ad ipſam decretationem locorũ priùs electorum, videlicet Baſileæ, Auinionis & Sabaudiæ, procedendum fore, & duæ partes huius ſacri Concilij & ampliùs in eandem ſententiam conuenerunt, licet pauci de hoc non contenti, alium locum pro celebratione œcumenici Concilij nominare, & deputare præſumpſerunt, abſque hoc quod talis poteſtas eis cõpetere declarata fuiſſet. Quibus nec competebat de ſtatu totius Concilij & vniuerſalis Eccleſię, factiſq; fidei ſeu pertinentibus ad ea, contra conſenſum duarum partium Concilij, & morem per maximè in generalibus Concilijs à principio naſcentis Eccleſiæ obſeruatum diſponere: qui tamen adhuc in nominando loca non concordes extiterunt, pauciſſimique fuerunt, qui tandem in hoc reſediſſe dicuntur, quòd nominationem facerent Vtini & Florentiæ, aut alterius loci, qui tutus eſſet, ac Papæ & Græcis accommodus, quiq; galeas & pecunias primò expediret. In aliqua quoque noſtrarum quatuor deputationum, in qua octoginta perſonæ erant, vnus ſolus formam talis nominationis, veluti decretandam, propria voluntate produxiſſe, ſolus deliberaſſe, & concluſiſſe dicitur. In aliiſque deputationibus valdè pauci hoc idem egiſſe dicuntur aduerſus ordinationes huius ſanctæ ſynodi. Et demum, cùm ſeſſionem noſtram ſuper decretatione locorum Baſileæ, Auinionis & Sabaudiæ celebraremus, legereturque noſtrum decretum in ambone maioris eccleſiæ Baſilienſis iuxta morem conſuetum, vnus ex illis pauciſſimis in loco inferiori & inſolito, quandã ſchedulam legere præſumpſit, à paucis vel nullis intellectam, quæ nominationem locorũ Vtini & Florentiæ aut alteri⁹ loci (vt præmittitur) per pauciſſimos factam, continere dicebatur, qui etiam in eam ſynodũ generalem contra conſenſum duarum partium Cõcilij & ampliùs ſe (vt dicitur) appellare præſumebant, licet nulliter & de facto. Sed non propterea dimiſimus decreti noſtri præfati publicationẽ ſuper nominatione Baſileæ, Auinionis & Sabaudiæ continuare, quod aliam nominationem locorum irritam declarauit. Nam & ſi ita permitteretur, vt longè minor pars in Cõcilijs generalibus aduerſus partem multo maiorem aliqua decretaret, ſibique authoritatem totius Concilij aſſumeret, ingreſſus periculoſiſſimus ad multas diuiſiones excitandas in futurum, & deſtructionem ipſorum Cõciliorum præberetur. Neq; literas ſuper illo prætenſo decreto, ſic per nos irrito declarato, bulla huius ſanctæ ſynodi bullari tolerauimus, licet quidam falſo & clandeſtinè aliquas bullauerint, ſicut eas falſo bullatas fuiſſe declarauimus, per ſolenne decretum in vigeſimaſeptima ſeſſione huius ſanctæ ſynodi promulgatum. Sed nec ipſius prætenſi decreti tenorem obſeruauit dominus Eugenius, imo effectum eiuſdem (ſi quis fuiſſet) euacuauit, dum Florentiam, quæ in illo (vt dicitur) nominata erat, & pecunias atq; galeas diſponebat, per eũ acceptatam reiecit, & deinde Bononiam, ſicut fertur, poſtremò Ferrariam pro libito ſuæ voluntatis elegit, ac etiã priuſquàm Græci ad portum aliquẽ citramarinum applicuiſſent, conciliabulum in ipſa ciuitate Ferrariẽſi erexit. Neq; ad ipſum arbitrari ſpectabat, quis locus tutus erat pro Concilio celebrando, cùm ipſe talem locum tutum iudicare poterat, quem ſancta ſynod⁹ minimè tutum reputaſſet. Nec aſſerere poteſt, ſibi facultatem per præfatũ prętenſum decretum attributam, vt nũc in vno loco, nunc in altero (prout vellet) Conciliũ fieri ordinaret, ac de eius ſecuritate iudicaret, quod nec illi pauci fecerunt, nec ſub nomine generalis ſynodi aduerſus ſynodũ ipſam, & eius libertatem atq; authoritatem tale aliquid faciendi, ipſamq; voluntati Papæ ſubijciendi, colorem aliquẽ habuerunt. Neq; etiam in Concilio vnquam conuenerunt ad iudicandum, vel declarationem faciendũ ſuper ſecuritate loci Ferrarienſis, aut adimpletione primò facta ex parte loci illius in expeditione galearũ & pecuniarum, de quibus in ipſo prætenſo decreto agi dicebatur. Denique nec per eos qui illud condidiſſe dicuntur, hoc obſeruatum eſt, vt firmiter in Baſilea ſteterint, donec Græci ad portum applicuiſſent. Quodq; deinde infra menſem receſſerint ad locum ipſis Græcis per oratores Concilij nominatum, neq; in hoc conuentiones cum Græcis concordatas obſeruârunt, itcq; tametſi prætenſum illud decretum aliquam apparentiam priùs habuiſſet,

Cõcilium Ferrariẽſe & Latina & Græca eccleſia reuerẽter agnoſcit.

habuiſſet, quam tamẽ veraciter non habuit, fuit ex conſequentibus effectibus euacuatum: ipſumq́; caſſum, nullum & irritum penitus eſſe & fuiſſe, nulliusq́; roboris & momenti, decernit & declarat hæc ſancta ſynodus, inhibens ne quis quacunq; dignitate, etiam ſi papali præfulgeat, dictum prætenſum decretum ſub nomine legitimi & ſynodalis decreti audeat nominare, nec illius executioni fauores quomodolibet impendere, ſub pœnis & cenſuris contra violatores & turbatores vnitatis ac pacis eccleſiaſticæ à iure impoſitis, in quas decernit hęc ſancta ſynodus eos incidere ipſo facto, notum faciens vniuerſis, ſuum verum decretum legitimè concluſum, ex aſſenſu duarum partium & ampliùs iuxta decreta & ordinationes ipſius, & ex communi omnium ſuppoſitorum Concilij concordia, nemine diſcrepante, vera eius bulla plumbea bullatum, veraciter per eam fuiſſe obſeruatum, & in executionem deductum, conuentionesq́ue initas cum Græcis ex parte ſua, quantum in ſe fuit, adimpletas extitiſſe. Quæ quidem ſancta ſynodus oratores ſuos venerabiles epiſcopos Viſenſem & Lauſanenſem ac Nicolaum de Mentnne militem, cum galeis & pecunijs in Græciam miſit, qui coram Imperatore Romeorum, & Patriarcha Conſtantinopolitano omnia ex integro adimplere obtulerunt, quæ ipſis promiſſa fuerant, ſicut ſua relatio cum atteſtatione publicorũ notariorum nobis facta indicauit, locumq́; œcumenici Concilij celebrandi nominauerunt, qui anteà per ipſos Græcos in ſuis conuentionibus expreſsè acceptatus fuerat & concordatus. Portum etiam tali loco aptiorem aſſignauerunt, requirentes eoſdem Imperatorem & Patriarchã, vt pariter ſua promiſſa adimplerent. Qui ſe excuſauerunt ſuper non aduentu eorum, allegantes tempus adimplendarum promiſſionum elapſum fuiſſe, prout per literas ſuas nobis reſcripſerunt, quanquam tamen huic reſponſioni fuerit plenè ſatisfactũ per oratores noſtros, quoniam ipſi conuenienti tempore, menſe ſcilicet Februarij, anno præterito ab hoc ſacro Concilio receſſerant pro veniendo illuc ante terminum aſſignatum, ſi non fuiſſent multiplicia impedimenta ſibi deinceps obiecta, quæ notoria ſunt: quoniam in conuentionibus cum Græcis per nos initis expreſſe cantum erat, omnia intelligi debere bona fide, ſine fraude & dolo & abſque impedimento legitimo & manifeſto. Sed vltra hæc etiam præfatus Imperator alteri oratorum noſtrorum Ioanni de Raguſio in ſacra theologia magiſtro, ordinis Prædicatorum apud eum exiſtenti, dixerat ſe eſſe contentum, vt oratores ipſi & galeę ante menſem Octobris in Conſtantinopolim non venirent. Plurimas verò practicas in Græcia factas accepimus per eos, qui ex parte domini Eugenij transmiſſi fuerũt, vt aduentum ipſorum Gręcorum ad alterum locorum per nos nominatorũ, impedirent, atq; ipſos in locum, quẽ vellet dominus Eugenius, attraherent. Et in vna triremi, in qua principalis oratorum ſuorum præſens erat, nuncius quidam, quem noſtri oratores præmiſerant cum literis huius ſacri Concilij & plurium principum Chriſtianorum, captus eſt, veluti per debitam informationem cognouimus, nec deinceps de vita eius quicquam nobis aut noſtris oratoribus compertum extitit. Domus quoq; præfati Ioannis de Raguſio oratoris noſtri in Conſtantinopoli, inuaſione baliſtariorum fuit impetita: aliquaque ibidem facta ſunt, quæ non eſt neceſſarium recitare per ſingula, vt ſic ad fines ſuos pertingere poſſent quos miſerat dominus Eugenius, ita vt noſtri oratores ſine Græcis ipſis, proteſtatione tamen ſolenni contra eoſdem priùs facta, redire oportuerit. Quæ omnia prævalere non potuerunt aduerſus veritatem. Sic hæc ſancta ſynodus cuncta cũ Græcis concordata ex parte ſua adimpleuit, nec per ipſam remanſit, quo minùs Cõcilij œcumenici celebratio cum Græcis in loco etiam per eos nominato, habita fuerit, iuxta ea quę cum ipſis cõuenta erant, ſi illi promiſſa ſua ſeruaſſent, aut per alios non fuiſſent impediti ſeu retracti.

Intenditq́; & proponit eadem ſancta ſynodus, Deo adſpirante, authoritatem & veritatẽ Catholicæ & vniuerſalis Eccleſiæ, quã ipſa repræſentat, ac integritatẽ fidei orthodoxæ iugiter illæſas conſeruare, pro honore ipſius omnipotentis Dei & ſalute animarum: nec bono ipſius vniuerſalis Eccleſiæ conueniens exiſtimat, per quaſcunque practicas aut exquiſitos colores, etiam ſub ſpe dubia proſequendi, modis aliundè excogitatis, alia negocia quorum euentus incerti ſunt, authoritatem Conciliorum vniuerſalium conculcari, veritates declaratas per Eccleſiam, & fidem orthodoxam concernentes, proſterni, viam aperiri Romanis pontificibus ad diſſoluẽda Concilia generalia per varios modos ſine ipſorũ conſenſu, ex quo facilè poteſtatem datam ad ædificationem, in deſtructionem verti contingeret, reformationemq́ue eccleſiaſtici ſtatus, pro qua iam tot ſunt adhibiti labores, fruſtrari, atq; ipſius Eccleſiæ ſtabilitatem & decorem hoc modo deperire, in perditionem animarum & totius populi Chriſtiani lamentabile detrimentum. Sic enim poſſemus & illa bona maxima ex nunc perdere, & illa alia non acquirere, atque ſic totam Eccleſiam in confuſione relinquere. Primùm quidem nobis incumbit, Eccleſiæ fidem, veritatem & authoritatem conſeruare, & deinceps cunctos ad eius vnitatem redire volentes, ſynceta charitate amplecti, prout & nos ſemper parati ſumus & erimus. Cùm itaque ea nulla eſſe &

penitus

penitus inualida, quæ dominus Eugenius
aduerſus hanc ſanctam ſynodum, in ipſius
prætenſa diſſolutione & tranſlatione in Fer-
rariam, notorie conſtet, ipſumq; conuenti-
culum Ferrarienſe non fore Concilium, ſed
ſchiſmaticorum conuenticulum, dudum
præfato decreto vigeſimænonæ ſeſſionis hu-
ius ſanctæ ſynodi declarauimus, meritoque
pœnam ſuſpenſionis ab adminiſtratione pa-
pali in ſpiritualibus & temporalibus iam-
dudum contra Romanum pontificem, Con-
cilium vniuerſale ſine ipſius conſenſu diſ-
ſoluere aut transferre attentantem, ordina-
tam, in ipſum dominum Eugenium tulerit,
& latã eſſe declarauerit hæc ſancta ſynodus,
ac etiam quaſcunq; ſententias, pœnas & cẽ-
ſuras excommunicationis, priuationis, in-
habilitationis, interdicti, & alias contra hu-
ius ſanctæ ſynodi ſuppoſita & eidem adhæ-
rentes, per ipſum dominum Eugenium la-
tas & ferendas, caſſas & nullas fuiſſe & eſſe
declarauerimus: non neceſſe arbitramur, vt
denuò ad ea caſſandum & irritandum pro-
cedamus, quæcunq; per ipſum dominũ Eu-
genium aut præfatum Ferrarienſe conuen-
ticulum facta ſunt aduerſus eandem ſyno-
dum, quæcunq; eius ſuppoſita, & quoſcun-
que ipſis adhærentes, etiã ante ipſius domi-
ni Eugenij ſuſpenſionem ab adminiſtratio-
ne papali, & quæ durãte ipſius ſuſpenſione
aut præfato conuenticulo, facta ſunt, fiunt,
aut fient in futurum, in quibuſcunque per
ipſum videlicet dominum Eugeniũ ratione
papatus, aut ipſum conuenticulum ſub ge-
neralis aut œcumenici Concilij nomine, qui
etiam victualia ſuppoſitis huius ſanctæ ſy-
nodi auferri, & portãtes ea ſpoliari, eorum-
que ſpolia primò capientium occupanti ce-
dere * mandauit: quæ quàm grauia ſint ad- *Mandarunt*
uerſus vniuerſalem Eccleſiam, & quanta re-
prehenſione digni ſint qui talia agunt, cun-
cti cõſpicere poſſunt. Nos quoque omnibus
& ſingulis manifeſtantes veritatem, declara-
mus omnia prædicta per ipſum dominum
Eugenium, aut ipſum conuenticulum facta
& facienda, etiam contra dictos Eccleſiæ fi-
lios ciues Baſileenſes & eorum ciuitatẽ, nul-
la penitus, caſſa & irrita fuiſſe & eſſe, nec ali-
quẽ ipſius domini Eugenij, præfatique con-
uenticuli præceptis, mandatis aut prohibi-
tionibus, etiam prætextu cuiuſcunque iura-
menti aut obligationis, in quibuslibet præ-
dictis teneri obedire, imo potiùs ad nõ obe-
diendum illis omnes & ſingulos Catholi-
cos ex præcepto domini & Eccleſiæ ſponſæ
eius, quam ab omnibus audiri iubet, eſſe ad-
ſtrictos. Requirimusq; & monemus vniuer-
ſos Chriſtifideles, vt eccleſiæ Catholicę (quę
à directore dirigitur ſapientiſſimo & infal-
libili) per hanc ſanctam ſynodum repręſen-
tatæ firmiter adhęreant vſq; in finem, nec vl-
lis tentationibus p voluntatem cuioſcunque
ſuſcitatis aut ſuſcitandis, ab ipſius Eccleſię
firmitate & veritate ſuos animos dimoueãt
confidentes in ſuperno ſaluatoris noſtri au-
xilio, qui ad Eccleſiã ſuam dixit, Ego vobiſ- Mat.vlt.d
cum ſum omnibus diebuſque ad conſum-
mationem ſeculi; manenteſq; perſeuerãter
in ipſa Eccleſiæ domo, quæ vt ait B. Hiero-
nymus, declarans ſacræ ſcripturæ veritatem
dicitur ædificari ſupra firmam petram, quæ Matt.7.d
vnica columba appellatur, quæ ſponſa pul- Cant.6.b
chra ſine ruga & macula, quæ domus etiam
claues accepit & poteſtatẽ ligandi & ſoluen
di: Hanc domũ ſi quis corrigentẽ corripien-
temq; cõtempſerit, ſit tibi (inquit) ſicut eth- Matt.18.
nicus & publicanus) ſoliditatẽq; fidei ſem- c
per teneant, memorantes etiã dictum illud
beati Cypriani: Alienus eſt, prophanus eſt,
hoſtis eſt, habere non poteſt Deum patrem,
qui vniuerſalis Eccleſiæ non tenet vnitatem.

Inſuper quoniam in ſupradicto decreto
vigeſimænonæ noſtræ ſeſſionis, pœnas &
cenſuras iuſtiſſimas promulgauit hæc ſancta
ſynodus aduerſus omnes, qui ad pręfatum
conuenticulum Ferrarienſe accederent, aut
miterent, præcepitque ſub eiſdem pœnis &
cenſuris omnibus & ſingulis in curia, quam
dominus Eugenius quondam tenebat, aut
etiam actu de facto tenet exiſtentibus, vt ſi
conuenticulũ Ferrarienſe per eum erigi cõ-
tingeret, ab eius curia recederẽt, & deinceps
declarata ſuſpenſione ipſius ab adminiſtra-
tione papali, etiam ſub pœnis & cenſuris in
decreto noſtræ vigeſimænonæ ſeſſionis con-
tentis, mandauimus, vt infra quadraginta
dierum ſpatium ab eadem curia recederent:
ideo omnes & ſingulos in cõuenticulo Fer-
rarienſi aut prętenſa ipſius domini Eugenij
curia exiſtẽtes, & in prædictis noſtris decre-
tis comprehenſos, qui eorundem decreto-
rum monitionibus nõ paruerunt, citat hæc
ſancta ſynodus, vt trigeſimo die à data præ-
ſentis decreti computando, in noſtra gene-
rali congregatione (ſi tunc eã celebrari con-
tingat) alioquin in proxima ſubſequente,
compareant coram eadẽ ſancta ſynodo, vi-
ſuri ſe declarari in pœnas prædictas incidiſ-
ſe, aut iuſtas cauſas (ſi quas habeant) allega-
turi: quem terminum ipſis peremptoriè &
vna vice pro omnibus hæc ſancta ſynodus
duxit aſſignandũ, & aſſignat, decernens vl-
teriùs contra eos procedendum fore, & de-
clarandũ, prout iuris & rationis fuerit, quo-
rum omnium nomina & cognomina haberi
vult pro ſufficienter expreſſis. Inſuper cum
in prima ſeſſione huius ſanctæ ſynodi pœ-
næ excommunicationis, anathematizatio-
nis & interdicti decretæ fuerint aduerſus
omnes & ſingulos, qui quaſcunq; perſonas
eccleſiaſticas vel ſeculares, ad hoc ſacrũ Cõ-
ciliũ venientes, ſeu in eo ſtantes, aut ab eo-
dem recedẽtes, temeritate propria p ſe vel
aliũ ſeu alios arreſtare, inuadere, capere, de-
tinere, incarcerare, mutilare, occidere, vel
bonis ſuis ſpoliare, vel iniurijs affligere, ſeu

ipſos

ipſos ſic delinquentes receptare, aut aliâs quomodolibet impedire, ſeu ea perpetrantium facta & commiſſa, rata & grata habere, vel eis dare conſilium, auxilium vel fauorẽ, publicè vel occultè, directè vel indirectè pręſumpſerint, vel præſument in futurum, quæ pœnę ſolenni decreto Cõcilij Conſtantienſis aduerſus prædictos fuerunt ordinatæ, vltra eaſdem pœnas & cenſuras, quas omnes & ſingulos qui mandato pręfati domini Eugenij, vel præfati conuenticuli Ferrarienſis, quicquam prędictorum fecerint, aut facient in futurum, expreſsè incurriſſe, & incurſuros eſſe decernimus ac declaramus. Etiam cõtra eoſdem, tanquã contra fautores ſchiſmatis, ad grauiora procedendum fore decernit hęc ſancta ſynodus, omnibus alijs decretis & ordinationibus eiuſdem ſanctæ ſynodi in ſuo robore duraturis. Decernit tandem hæc ſancta ſynodus omnes & ſingulos ſupradictos per publicationẽ præſentis decreti in valuis maioris Eccleſiæ Baſileenſis affigendi, perinde arctari ac arctatos intelligi, ac ſi dictę citationis, ordinationis & declarationis executio ad eorum proprias perſonas facta fuiſſet. Datum in ſeſſione noſtra publica in maiori eccleſia Baſileenſi ſolenniter celebrata, nono Calendas Aprilis, Anno à natiuitate domini millesimo quadringenteſimo trigeſimooctauo.

SESSIO XXXIII.

De veritate fidei Catholicæ per tres veritates.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriam.

Sicut vna eſt Chriſti Eccleſia, quæ (vt ait Tim. 3. c Apoſtolus) eſt columna & firmamentum veritatis, ſic omnia Eccleſię membra vnitatem ſemper obſeruare neceſſe eſt in profeſſione catholicæ veritatis, atque fideliter & firmiter credere, quicquid per ipſam Eccleſiam de veritate fidei fuerit declaratũ, vt nõ ſicut Ephe. 4. c paruuli fluctantes circumferantur omni vẽto doctrinæ, aut per repugnantium dogmatum varietatem in diuiſiones & ſchiſmata prolabantur. Dudum autem in ſacra generali Conſtantienſi ſynodo conueniens catholica Eccleſia, veritatem de generalium Conciliorum authoritate ſolenniter declarauit. Deinde in hac ſacra generali Baſileẽſi ſynodo, eandem neceſſariam declarationem ſub eodem qui ſequitur tenore, innouauit. Primò, ꝙ generalis ſynodus in Spiritu ſancto legitimè congregata, generale Cõciliũ faciens, Eccleſiam catholicã militantem repræſentans, poteſtatẽ à Chriſto immediatè habet, cui quilibet cuiuſcunq; ſtatus vel dignitatis, etiam ſi papalis exiſtat, obedire tenet in his, quæ pertinent fidẽ, ad extirpationẽ ſchiſmatis, & ad generalem reformationẽ Eccleſię in capite & in membris. Item declarat, ꝙ quicunque cuiuſcunq; dignitatis, etiã ſi papalis exiſtat, qui mandatis, ſtatutis ſiue ordinationibus aut præceptis huius ſanctæ ſynodi & cuiuſcunq; alterius Cõcilij generalis legitimè congregati, ſuper pręmiſſis ſeu ad ea pertinentibus, factis vel fiendis, obedire contumaciter contempſerit, niſi reſipuerit, condignæ pęnitentiæ ſubijciatur & debitè puniatur, etiam ad alia iuris ſubſidia (ſi opus fuerit) recurrendo. Cumq; (ſicut prefertur) quilibet cuiuſcunq; dignitatis etiam ſi papalis exiſtat, Concilio generali in *præmiſſis obedire teneatur, declaratum etiam fuit frequẽter ac dilucidè, quòd ipſum generale Concilium pro præmiſſis eaq; concernentibus, aut aliquo pręmiſſorum actu congregatum, ſine ipſius conſenſu per nullum quauis authoritate, etiam ſi papali dignitate pręfulgeat, diſſolui, transferri, aut ad aliud tempus prorogari poteſt. Et licet has eſſe veritates fidei catholicæ, ſatis conſtet ex pluribus declarationibus præcedentibus, tam in præfato Conſtantienſi Concilio, quam in hoc Baſileenſi factis, ad maiorem tamen ſoliditatem & firmitatem omnium catholicorum in vnanimi profeſſione veritatum ipſarum, hæc ſancta ſynodus definit, declarat, prout ſequitur: *prędictis

Veritas de poteſtate Concilij generalis vniuerſalem Eccleſiam repræſentãtis, ſupra Papam & quemlibet alterum, declarata per Conſtantienſe & hoc Baſileenſe generalia Concilia, eſt veritas fidei catholicæ. Quemadmodũ has veritates damnarit Eugenius 4. vide infra Seſſione 38.

Veritas hæc, quòd Papa Cõciliũ generale vniuerſalem Eccleſiam repręſentans, actu legitimè congregatũ ſuper declaratis in præfata veritate aut aliquo eorũ, ſine eius cõſenſu nullatenus authoritatiuè poteſt diſſoluere, aut ad aliud tẽpus prorogare, aut de loco ad locũ transferre, eſt veritas fidei catholicæ.

Veritatibus duabus prędictis pertinaciter repugnans, eſt cenſendus hæreticus. Datum in ſeſſione noſtra publica, in maiori eccleſia Baſileenſi ſolenniter celebrata, xvij. Calẽdas Iunij, anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimonono.

SESSIO XXXIIII.

De depoſitione Eugenij Papæ Quarti.

Nota, ꝙ eſt conciliabulũ ac illegitimum, & ob id omnia ſancita nullius eſſe valoris. Vide Schol. fol. 740. i calce.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repręſentans, ad futuram rei memoriam.

Pſa. 102. Proſpexit dominus de excelſo ſancto ſuo, de cœlo in terram adſpexit, vt audiret gemi-

tus

Digitized by Google

tus plorantis Eccleſiæ ſuper perditionibus animarum pretioſo Ieſu Chriſti ſanguine redemptarum, & malis innumeris, quæ in

Pſalm. 10.

religionem Chriſtianam irruerunt. Et quoniam iuſtus eſt ipſe dominus, & iuſtitias dilexit, in vnum hominem, per quem ſcandalū venit vniuerſo orbi, & quo grauiter peccāte, atq; correctionem ſpernente, ira ſuper omnem populum venire videtur, iudicium facere diſpoſuit, per miniſterium Eccleſiæ ſuæ cōgregatæ in nomine ipſius Chriſti Sal-

Mat. 18.c

uatoris omnium, qui ait: Vbicunque fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum, & qui de pecca-

Ibidem.

tore nolente Eccleſiam audire, dixit: Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Eiuſdem quoque diuina prouidentia præuidens reſiſtentias & oppugnationes, quas aduerſus reformationē Eccleſiæ Dei & authoritatem ſacrorum generalium Conciliorum ipſam Eccleſiā repræſentātium, ac bonum publicum totius religionis Chriſtianæ, ſuſcitaturus erat in tempore ſuo Eugenius Papa quartus, quantaque ſcandala, diuiſiones & ſchiſmata facturus in orbe, ſacram ſynodum Conſtantienſem excitauit per Spiritum ſanctum, vt declarationem veritatis fidei catholicæ toti orbi explicaret dicentem, quòd Cōcilium generale vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui quilibet cuiuſcunq; dignitatis, etiam ſi papalis exiſtat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem, extirpationē ſchiſmatis, & reformationem generalem Eccleſiæ in capite & in membris. Item quòd ſi quis cuiuſcunque ſtatus vel dignitatis, etiam ſi papalis exiſtat, qui mandatis, ſtatutis, ſiue, ordinationibus, aut præceptis ipſius Cōcilii generalis in prædictis & pertinentibus ad ea contumaciter obedire contempſerit, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubijciatur, & debitè puniatur, etiam ad alia iuris ſubſidia (ſi opus fuerit) recurrendo. Qua ſiquidem declaratione vitam parauit miſerator dominus, per quam Eccleſia Dei in præfatum Eugenium, multiplices exceſſus, qui adeo notorii ſunt, quòd nulla tergiuerſatione celari poſſunt, perpetrantem & cōtumaciter Eccleſiam audire, ac præceptis, ſtatutis & ordinationibus ſynodalibus obedire contemnentem, iuſtum iudicium ferre haberet, iuxta cuius veritatis declaratæ diſpoſitionem, hæc ſancta ſynodus Baſileenſis in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiā repræſentans, neceſſarium eſſe iudicans, vt cui pia nō prodeſt correctio, debita nō pateat abciſio: poſtquàm in multa longanimitate, patientia & manſuetudine poſt plures admonitiones expectauit eundem Eugenium, vt ſalutarem emendationem & exceſſuum prædictorum correctionem efficeret, tandē cùm ampliùs differri non poſſit, quo minùs catholicæ fidei & ſaluti vniuerſæ Chriſtianæ religionis ſub auxilio ſpiritus paracleti prouideatur, ne ex vlteriori protelatione iuſtitiæ ſanguis pereuntium animarū de noſtris manibus requiratur, ſed cum diligentia ſalubre regimen gregi dominico præbeatur,

vt poſtquàm veritas de terra militātis Eccle- Pſal. 84.

ſiæ orta eſt, & iuſtitia de cœlo proſpexit, Deus ipſe donet benignitatem, & terra no-

ſtra proferat fructum ſalutatem, oriaturq; Pſal. 71.

ſimul noſtris diebus iuſtitia & abundantia pacis: eadem ſancta ſynodus pro tribunali ſedens, per hanc ſuam ſententiam diffinitiuam, quam fert in his ſcriptis, pronunciat, decernit & declarat, Gabrielem priùs nominatum Eugenium Papam quartum fuiſſe & eſſe notorium & manifeſtum contumacem, mandatis ſeu preceptis Eccleſiæ vniuerſalis inobedientem, & in aperta rebellione perſiſtentem, violatorem aſſiduū atq; contemptorem ſacrorum canonum ſynodalium, pacis & vnitatis Eccleſiæ Dei perturbatorem notorium, vniuerſalis Eccleſiæ ſcandalizatorem notorium, Simoniacum, periurum, incorrigibilem, ſchiſmaticū, à fide deuium, pertinacem hæreticum, dilapidatorem iurium & bonorū Eccleſiæ, inutilem ac damnoſum ad adminiſtrationem Romani pontificii, omni titulo, gradu, honore & dignitate ſe reddidiſſe indignum. Quempropterea eadē ſancta ſynodus à papatu & Romano pontificio ipſo iure priuatum eſſe declarat & pronunciat, ac ipſum ab eiſdem amouet, deponit, priuat & abijcit, decernando nihilominùs contra eundem ad executionem etiam aliarum iuris pœnarum, ad quas hæc eadem ſancta ſynodus, ac eadē ſua ſententia ipſum condemnat, vlteriùs fore procedendum. Ac eidem inhibet, ne deinceps pro Papa vel Romano pontifice ſe quouis modo nominet ſeu gerat. Omneſque Chriſticolas ab ipſius obedientia, fidelitate ac iuramentis & obligationibus, eidem quomodolibet præſtitis, abſoluit & abſolutos eſſe declarat, ac omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus inhibet, ſub pœnis fautoriæ ſchiſmatis & hæreſis ac priuationis omnium beneficiorum, dignitatum, & honorum eccleſiaſticorum & mundanorū, & aliis pœnis iuris, etiā ſi Imperialis, regalis, Cardinalatus, patriarchalis, archiepiſcopalis aut epiſcopalis dignitatis, aut etiā ſi communitates, vniuerſitates, & collegia exiſtant, qui ſi contra hanc inhibitionem fecerint, ſint authoritate huius decreti ac ſententiæ ipſo facto priuati, & alias iuris incurrant pœnas, eidem Gabrieli notorio ſchiſmatico, periuro, hæretico, ſcandalizatori, incorrigibili, pertinaci, priuato, depoſito, amoto, & taliter declarato, tanquā ſummo pontifici obediant, pareant, vel intendant, aut eum quouis modo ſuſtineant vel receptent, aut ſi ſibi auxilium, conſilium vel fauorem præſtent. Necnon

Pius II. Pontifex maximus Eugeniū hūc vocat virū bonum & ſanctum, & cum de multis falſo accuſatū dicit. Vide eius bullam retractatoriam.

Xx pro-

pronunciat, decernit, & declarat eadem ſancta Synodus, omnes & ſingulos proceſſus, inhibitiones, ſententias, cenſuras, conſtitutiooes, ordinationes, & alia quæcunque per eum, aut alios quoſcũq; ſactos & facta, quæ poſſent præmiſſis obuiare, irritos & inanes, ac irrita & inania, nulliusque fuiſſe, aut fore roboris vel momenti.

Datum in ſeſſione noſtra poblica, io maiori eccleſia Baſileenſi ſolenniter celebrata, ſeptimo Calendas Iulij, Anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimooono.

SESSIO XXXV.

De ſtabilitate Concilij Baſileenſis.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileeuſis, in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſalẽ Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriam. Diligentibus Deum nihil in hoc ſeculo tam graue videri debet, quod ab operibus charitatis, in eios gloriam & animarum ſalutem explendis, aoimos eorum retrahat, cùm & bea-
Rom. 8.g tus Paulus apoſtolus dixerit, neq; mors, neque vita poterit nos ſeparare à charitate Dei quæ eſt in Chriſto Ieſu domioo noſtro. Idcirco hæc ſaucta ſynodus in nomine ipſius Chriſti ſaluatoris congregata, non obſtantibus quiboſcunque impedimentis, opera ſancta reformationis Eccleſiæ ſanctæ Dei & ſalutis vniuerſorum, quantum conceſſerit diuina pietas, & conſtanter & perſeueranter proſequi deſiderans, atque iam ſemoto per iuſtitiæ rectiudinem præcipuo obſtaculo, quod per In uilẽ & damnoſam adminiſtrationem Romani Pontificis maximè obetat vnitati, paci & debitæ gubernationi ipſius Eccleſiæ, pacem cuuctorum quantum fieri poteſt, perquirere cupiens, cùm io decreto vndecimæ ſeſſionis eiuſdem ſanctæ ſynodi ſtatutum fuerit, qoòd hoc præſens Baſileẽſe Conciliom non poſſit diſſolui, oiſi conſentientibus duabus partibus eiuſdem Concilij, ſcrutatis votis ſingulorom, primò io ſiogulis deputationibus, & deinde in congregatione generali, ac demum in ſeſſione publica decretatione ſubſequuta, & deinceps ſuper modo ponendi materiam diſſolutionis Concilij, in deliberatione per deputatos duodecim fuerit certa cõcluſio recepta, pridiè idus Decẽbris, anno à natiuitate Domini 1438. ſtatuit, decernit & declarat, quòd per receſſum cuiuſcunque, aut quorumcunque, cuiuſcunq; ſtatus, aut dignitatis, ab hac ciuitate Baſileenſi, etiam ſi cardinalatus, patriarchalis, aut pontificalis exiſtaot, non ſit, neq; cenſeatur Concilium diſſolutum, niſi iuxta formam & modum prædictorum decreti & concluſionis proceſſum fuerit. Et quoniam hac ſoliditate ſtabilis permanentiæ Concilij debitè obſeruata, res arduę quę in manibus ſunt, poteruot maturiùs & ordinatiùs tractari, & præcipuè circa electionem futuri ſummi Pootificis, quæ maiorem attentionem requirit, non inteudit hæc ſancta ſynodus ante terminum ſexaginta dierum, in decreto ſeptimæ ſeſſionis eiuſdem ſuper ipſa electiooe in hoc Concilio fienda præfiſum, computandorum à die depoſitionis Gabrielis, olim dicti Eugeuij Papæ quarti, quæ fuit ſeptimo Caleudas Iulij, ad huiuſmodi electiooem procedere. Effluxo autem huiuſmodi termino, decernit, ad eandem electionem in ſacro Concilio fore procedendum, modis & formis per ipſum Concilium declarandis. Vt autem ſub virtuoſo & idoueo paſtore, quem à Domino dari ſperamus, fiat omnium Chriſtianorum vnio & abundantia pacis, volens hæc ſancta ſyoodus cum reali affectu cunctos, quantum in ſe eſt, inuitare ad pacem, omnes & ſingulos ſequentes curiã prætenſam præfati Gabrielis olim dicti Eugenij Papæ, ac in eadem exiſtentes, cuiuſcunque ſtatus, gradus, aut conditionis, etiam ſi cardinalatus, patriarchalis, epiſcopalis fuerint, qui ipſius Gabrielis olim Eugenij obedientiam & adhęrentiam iu totum dimiſerint, huic ſacro Cõcilio realiter & cum effectu, infrà terminum huiuſmodi ſexaginta dierum, à tempore prędictę depoſitionis computaudorum, adhæſerint, atq; de his coram eodem Cõcilio per ſe vel per alios legitimè docuerint, ioſrà terminũ prædictum, intendit benignè amplecti & recipere, ac eorum ſtatui & indemnitati cõuenienter prouidere. Datum Baſileæ iu ſeſſione noſtra publica, in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata, ſexto idus Iulij, Anno à natiuitate Domini milleſimo quadriogenteſimo trigeſimonono, Apoſtolica ſede vacaute.

SESSIO XXXVI.

De Conceptione glorioſiſſimæ Virginis
MARIAE

SAcroſancta geoeralis ſynodus Baſileenſis, iu Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repręſentans, ad perpetuã rei memoriam.

Elucidaotibus diuinæ gratiæ myſteria, mercedem glorioſam repromiſit ęterna Dei patris ſapientia, dum ait: Qui elucidant me, vitam ęternam habebunt, quod etiam de glorioſa Virgioe, quę ipſam patris ſapientiã Dei filium æternum in vtero pertulit, ac mondo peperit, ſacroſaucta legit Eccleſia. Nam quicquid de dignitate & ſublimitate Virginis matris educitur in lucem, hoc non dubium eſt, ad laudem & hoororem filij ſui pertinere.

Digitized by Google

pertinetē. Et qui honorificant gratiam & ſanctitatem matris, honorificant & elucidant glorioſum nomen filij eius, qui ipſam ſanctificauit repleuit gratia. Vndè ſi in cæteris rebus elucidatio veritatis, quæ à Domino Deo eſt, præclara merita parturit, in ea re ſpecialiter fructus vberrimos afferre ſperanda eſt, quæ ſanctificationē & dedicationem templi illius concernit, in quo ante ſecula, ante quàm terra fieret, & ab æterno ſibi manſionem ordinauit prima & æterna veritas. Id quoque maximè congruit, vt pax habeatur in quæſtionibus concernentibus ſanctitatem illius, per quam pax diffuſa eſt in terra. Hactenus verò difficilis quæſtio in diuerſis partibus & coram hac ſancta ſynodo ſuper Conceptione ipſius glorioſę Virginis MARIÆ matris & exordio ſanctificationis eius facta eſt, quibuſdam dicentibus ipſam Virginem & eius animā per aliquod tempus, aut inſtans temporis ſubiacuiſſe actualiter originali culpæ aliis autem econuerſo dicentibus, à principio creationis ſuæ Deum ipſam diligendo, gratiam eidem contuliſſe, per quam à macula originali illam beatiſſimam perſonam liberans & præſeruans, ſubliminri ſanctificationis genere redemit, cùm fundaret, eā Altiſſimus ipſe, & ipſam fabricaret filius Dei patris, vt eſſet mater eius in terris. Nos verò diligenter inſpectis auctoritatibus & rationibus, quę iam à pluribus annis in publicis relationibus ex parte vtriuſque doctrinæ coram hac ſancta ſynodo allegatæ ſunt, alijſque etiā plurimis ſuper hac re viſis, & matura conſideratione penſatis, doctrinam illam aſſerentem glorioſam Virginē Dei genetricē MARIAM, præueniēte & operante diuini numinis gratia ſingulari, nunquam actualiter ſubiacuiſſe originali peccato, ſed immunem ſemper fuiſſe ab omni originali & actuali culpa, ſanctamque & immaculatam, tanquam piam & conſonam cultui eccleſiaſtico, fidei catholicę, rectę rationi & ſacrę ſcripturæ, ab omnibus catholicis approbandam fore, tenendam & amplectendam, diffinimus & declaramus, nulliq; ue deceterò licitum eſſe in contrarium prædicare & docere. Renouantes prætereà inſtitutionē de celebranda ſancta eius Conceptione, quæ iam per Romanam, quàm per alias Eccleſias ſexto idus Decembris antiqua & laudabili conſuetudine celebratur, ſtatuimus & ordinamus, eandem celebritatem præfata die in omnibus eccleſijs, monaſterijs, & conuentibus Chriſtianæ religionis, ſub nomine Cōceptionis feſtiuis laudibus colendam eſſe, cunctiſque fidelibus verè pœnitentibus & confeſſis, ea die Miſſarum ſolennijs centum, primis autem vel ſecundis Veſperis totidem, ſermoni verò verbi diuini de ea feſtiuitate intereſſentibus centum quinquaginta dies, conceſſione perpetuis temporibus duratura, de iniunctis ſibi pœnitentijs hæc ſancta ſynodus elargitur.

Nō celebratur feſtum conceptionis B. Mariæ ob hanc renouationem, cum eſſet Cōciliabuli, ſed quia antea celebrabatur cōſeruatur cōſuetudo illa.

Datum Baſileæ in ſeſſione noſtra publica, in maiori Eccleſia Baſileenſi ſolenniter celebrata, decimoquinto Calendas Octobris, Anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimonono.

SESSIO XXXVII.

Et eſt reuocatio proteſtationum, conuentionum, iuramentorum obuiantium electioni Papæ fienda.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriam.

Quoniam in opere neceſſario, quod fauente ſuperna gratia aggreſſuri ſumus, in eligendo ſummum Pontificem, & prouidendo ſaluti Eccleſiæ in gloriam omnipotentis Dei, non ſolùm quærere oportet, quæ ad ipſius operis conſummationē promouent, verumetiam impedimenta tollere, quæ felici progreſſui rerum agendarum aduerſari, aut officere poſſunt, vel quomodolibet contraire: vt purius, ſyncerius & liberiùs ipſa electio ſummi Pontificis fiat, omnes & ſingulas proteſtationes, quæ poſſunt puritati, ſynceritati & libertati & efficaciæ eiuſdem electionis & eligendi per ſacrum Cōcilium ſummi Pontifici obedientię plenarię obuiare, necnon conuentiones, pactiones, promiſſiones, obligationes, iuramenta, condicta, intelligentias, & intendimenta, vbicunque, qualitercūque & per quoſcūque, cuiuſcunque ſtatus, gradus, conditionis & præeminentiæ, etiam ſi Imperiali, regali, cardinalatus, archiepiſcopali, ducali, aut alia quacunque eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate, in aduerſum huius electionis factas & facta, fiendas, & fienda, ex abundanti damnat, reprobat, & annullat, prout etiam de ſe ipſis nulla nulliuſq; roboris vel momenti exiſtunt, mandans ſub obteſtatione diuini iudicij, & ſub excommunicationis pœna, quam in contrarium facientes ipſo facto incurrant, & præcipiens, ne quis talia facere, vel iam factis vti, aut eadem obſeruare quouis modo præſumat. Omneſq; & ſingulos ab huiuſmodi promiſſionibus & obligationibus quibuſcunque, etiam iuramento vallatis, eadem ſancta ſynodus ad cautelam & ex abundanti abſoluit & relaxat, & prout hęc de facto proceſſerunt, & abſolutos & relaxatos eſſe declarat. Datum Baſileæ in ſeſſione noſtra publica, in maiori Eccleſia Baſileenſi ſolenniter celebrata, nono Calendas * Decembris, anno à natiuitate Domini milleſimo quadringēteſimo trigeſimonono. * Nouēbris.

ALIVD DECRETVM EIVSDEM *ſeſſionis de modo eligendi ſummum pontificem, & numero.*

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritusſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repręſentans, ad futuram rei memoriam. Conſolabitur dominus Sion, & conſulabitur omnes ruinas eius, ait Eſaias Propheta, & ponet deſertum eius quaſi delicias ſolitudinem eius quaſi hortum domini. gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis. quod iam aſpirante ſingulari gratia ſpiritus paracleti, in eccleſia conſpicere ſperamus, & videre paſtorem bonum conſtituendum à domino ſuper familiam ſuam, qui ſapienti & fideli regimine releuet ipſam Eccleſiam à languoribus ſuis, quos ex inutili & damnoſa adminiſtratione hactenus perpeſſa eſt. Et licet diuerſis temporibus diuerſi modi ſuper electione Romanorum pontificum obſeruati ſint, prout neceſſitas & vtilitas Eccleſiæ expoſcebat, nunc tamen cura rei huius ſua directioni omnipotentis Dei incumbit huic ſanctæ ſynodo congregatæ pro reformatione Eccleſiæ & ſalute omnium fidelium in nomine Chriſti Saluatoris, qui ait: Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorũ. Et iam poſt editionem ſalubrium decretorum & ſacrorum canonum, atque iuſtam depoſitionẽ illius, qui ipſos canones & decreta ſpernebat ac paruipendebat, ſanctæ reformationi & reſtaurationi legis diuinæ ac publicæ ſaluti vehementer obſiſtens, ſupereſt, virum talem quærere à domino, & cum beneplacito ſuæ benignitatis eligere, per quem deſiderata cunctis gentibus ipſa reformatio atq; ſalutaris gubernatio Eccleſiæ Dei in ſalutarem reducantur effectum. Nam & ſingulariter futuro paſtori incumbet benè regendi neceſſitas, dum recens exemplum ſui prędeceſſoris ob eius damnoſum regimen electi ante oculos poſitum habebit. Dudum quoque in quarta ſeſſione huius ſanctæ ſynodi, celebrata duodecimo Calendas Iulij, anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſecundo, ſtatutum fuit, de electione Romani pontificis, ſi ſedem Apoſtolicam hoc ſedente Concilio, vacare contigeret, in hunc modum: Hæc ſancta ſynodus decernit, ſtatuit, atque diffinit, quòd in euentum vacationis ſedis Apoſtolicæ, hoc ſacro generali Concilio durante, electio ſummi pontificis in loco iſtius ſacri Cõcilij fiat, & interdicit, ne alibi celebretur. In contrarium attentata quauis authoritate, etiam ſi papali, non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus editis vel edendis, aut alijs in contrarium facientibus, ac ſi de ipſis de verbo ad verbum, eſſet faciẽda mentio ſpecialis, aut iuramento firmata exiſtant, quibus ex certa ſcientia derogat, & decernit nulla & irrita eſſe & nullius roboris vel momenti ipſo iure. Contrarium verò attentantes ſint tam actiuè quam paſſiuè, quo ad electionem Romani pontificis, & ad quaſcunque alias dignitates inhabiles, & omnibus habitis dignitatibus perpetuo priuati, & infamiæ notam & etiã excommunicationis ſententiam incurrant ipſo facto. Quòd ſi forſitan aliqua de facto prætenſa electio præſumeretur, tam electus prætenſus, quàm illi adhærentes & eum pro tali gerentes, ſupradictas pœnas incurrant. Abſolutionem verò omnium & ſingulorum, qui pręmiſſas ſententias aut aliquam earum incurrerint quoquo modo, dicta ſancta ſynodus tantum modò præter quàm in mortis articulo ſibi reſeruat, decernens præſens decretum ligare, afficare, vim & effectũ habere & ſortiri, poſt quadraginta dies continuò proximè ſecuturos à die publicationis eiuſdem. Deinceps autem in noſtro decreto ſeptimæ ſeſſionis ordinatum fuit, quòd in euentum prædictum vacationis ſedis Apoſtolicæ, hoc ſedente generali Concilio, ante ſexaginta dies à tempore ipſius vacationis continuè computandos, ad electionem Romani pontificis minimè procederetur, quem terminum ſexaginta dierum, poſtquam vacauit ipſa ſedes per depoſitionem Gabrielis, olim Eugenij Papæ quarti, hæc ſancta ſynodus duxit expectandum. Decreuitque, effluxo illo termino, electionem Romani pontificis in hoc ſacro Concilio eſſe fiendam, modis & formis per ipſum Conciliũ declarandis, prout in decreto noſtro trigeſimęquintę ſeſſionis plenius continetur. Cùm autem iam per eiuſdem termini lapſum, adhuc per plures dies ad electionem præfatam procedere diſtulerimus, Eccleſiaque acerrimos dolores patiatur, dum protelatur ſedis Apoſtolicæ diuturna vacatio, & differtur noui paſtoris electio, ipſe quoq; qui iuſtiſſimè depoſitus eſt, varijs artibus Eccleſiam conturbare conatur, & Apoſtolicæ ſedis primatum nefanda præſumptione tenere & occupare, in graue ſcandalum Eccleſiæ & magnum periculum fidei & religionis Chriſtianæ, (qui pertinaciam ſuam indies magis ac magis hominibus manifeſtando, menſe Septembris proximè præterito horrendam inuectiuã aduerſus veritates fidei in hanc ſanctam ſynodum, eiuſq; fautores & defenſores promulgauit, non correctionem ſeu emendationẽ proferens, ſed omnem incorrigibilitatem & pertinaciã oſtendens, atque proprijs factis toti mundo manifeſtans) neceſſe eſt Eccleſiæ catholicæ de prudenti & fideli paſtore prouidere, qui eam à perſecutionibus tam reprobi hominis defendat, fidemque conſeruet, ac iuſtitiam & veritatem tueatur, animasque precioſo Chriſti ſanguine redẽptas, quas pręfatus Gabriel ſeducere

nititur,

Eſaiæ 1. a

Mat. 18. b

Digitized by Google

nititur, dirigat in viam ſalutis. Nam ſicut res ipſa indicat, plura & maiora ſcandala indies euenirent, niſi per auxilium gratiæ Dei de remedio prouideretur opportuno. Ad quod quærendum, & de idoneo paſtore prouidendum, neceſſitas fidei maximè nos impellit. Volens itaque tandè hæc ſancta ſynodus poſt maturam & longam expectationē exoluere debitum obſequium domino Deo ſuo; & ſaluti atque neceſſitati ipſius Eccleſiæ (vt tenetur) prouidere, ad laudem & gloriam beatiſſimæ trinitatis Patris & Filij & Spiritus ſancti, ſtatuit, decernit & declarat, electionem Romani pontificis fiendam & celebrandam eſſe pro hac vice per hoc ſacrum Concilium Baſileenſe ſeu eius authoritate, modis & formis infrà ſcriptis.

Iſte Cardinalis Arelatenſis fuit Eugenio infenſiſſimus: hinc iſtæ tot acerbitates, vt videtur.

Et primò, quòd vnà cum dilectiſſimo Eccleſiæ filio Ludouico tituli ſanctæ Cæciliæ ſanctę Romanæ Eccleſiæ presbytero Cardinali, Arelatenſi vulgariter nūcupato, præſente & præſidente in ſacro Cōcilio; & alijs ipſius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ſi qui ante conſummatam electionem futuri ſummi pontificis aduenerint, & adhærentes huic ſacro Cōcilio, eidem electioni intereſſe voluerint, alij tam de prælatis, quàm cæteris honorabilibus eccleſiaſticis viris, in ſacerdotio aut ſaltē diaconatus ordine conſtituti, vſque ad numerum triginta & duorum, per eandem ſynodum ad prædictam electionem faciendam, in noſtra generali cōgregatione ac in ſeſſione publica nominandi & deputandi, poteſtatem habeant, prout ſecundum Deum & conſcientias ſuas eiſdem videbitur, hac vice liberè eligendi ſummum pontificem authoritate huius ſanctæ ſynodi, ita vt ille abſq; vlla exceptione ab vniuerſali Eccleſia ſummus pontifex habeatur, qui ab omnibus prædictis ſic debentibus pro hac vice eligere, aut ſaltem à duabus partibus ipſorum fuerit electus, & conſenſum (vt infrà dicitur) præſtiterit. Nec valeat electio, niſi duæ partes prædictorum in ipſum electum conſenſerint, & conuenerint. Qui omnes pro hac vice eligere debentes, tanto attentius ſynceris mentibus & expurgatis conſcientijs idoneum & perutilem paſtorem eligere curent, quanto Eccleſiam in maioribus neceſſitatibus poſitam conſpiciunt, ad ſolū Deum oculos dirigentes, qui in diſtrictiſſimo examine de tāto & tam arduo negocio (ex quo pendet ſalus vniuerſalis Eccleſiæ) reddituri ſunt rationem. Ordinat inſuper, ſtatuit & decernit hæc ſancta ſynodus, quòd ſupradicti eligere debentes, die ſequente poſt nominationem eorum in congregatione generali, conueniant omnes in maiori eccleſia Baſileenſi, in qua Miſſa & ſermo ſolennes celebrentur & fiant (prout eſt de more fieri) in die quādo intratur conclaue, tenebiturq; eodem die publica ſeſſio, & ibi omnes ſuſcipiāt euchariſtię ſacramentum, ac iuramentum pręſtent, quod in vigeſimatertia ſeſſione huius ſanctæ ſynodi exiuit ordinatum. Quibus peractis, ſine redeundo in domos ſuas, intrent conclaue ad hoc ordinatum in domo huius ciuitatis Baſileenſis, in qua ſacra deputatio pro cōmunibus teneri conſueuit, ad electionem huiuſmodi celebrandam, & conſequenter præſentandum ac intimandum, cæteraq; faciendum, obſeruandum & proſequendum, quæ in præſenti decreto expreſſa ſunt, & quæ in cæteris hic non expreſſis, alia decreta huius ſanctæ ſynodi, necnon aliæ conſtitutiones & ordinationes, videlicèt tam in corpore iuris clauſæ, quàm extrauagantes (quæ hactenus obſeruari conſueuerunt) de Cardinalibus & alijs electoribus Romani pontificis ſtatuunt & decernunt; quæ omnia, ſaluis expreſſis in prædicto decreto, volumus in ſuo robore permanere, & etiam in prædictis ad eligendum pro hac vice deputatis & deputandis, locum habere, quemadmodùm de Cardinalibus in prędictis decretis, conſtitutionibus & ordinationibus ſtatutum & ordinatum reperitur, ſed nullum eiſdem expreſsis quouis modo pręiudiciū generare.

Electus autem in papam, præſentata ſibi electione, ſi præſens in hac ciuitate fuerit, per aliquos ex ipſis electoribus, etiamſi cardinales non fuerint, vel extra ciuitatem per aliquos ex ipſis, vel alios ad hoc habentes mandatum ab eis, in pręſentia notarij & ſaltem decem perſonarum requiſitus, teneatur infra diem naturalē ab hora requiſitionis, conſentire ac iurare modo & forma inferiùs deſcriptis alioquin eius electio pro infecta habeatur. Volumus autem, quòd ſi contingeret ipſum electū huiuſmodi electionem non acceptare, ſeu ei non conſentire modo & forma & in tempore ordinatis, quòd pręfati ad eligendum ordinati, ad alterius electionem procedant, priuſquàm exeant conclaue, ſi præfatus electus in hac ciuitate fuerit. Si verò fuerit extra ciuitatem, eo caſu infra triduum poſt notitiam habitam in Concilio, & per ipſum Concilium in congregatione generali declaratam, de recuſatione per electum facta, iterum intrent conclaue pro electione alterius facienda omnib⁹ modis & formis, ſicut ſuperiùs dictum eſt. Et ſi quis ipſorum electorū à tempore primi ingreſſus conclauis, in anteà recederet à Concilio, vel decederet, aut impedimentum haberet, per quod non poſſet electioni intereſſe, vel etiam conclaue intrare nollet, alius loco eius ſubrogetur de eadem natione per ipſos ad eligendum deputatos, aut per maiorem partem ipſorū, qui habebit communicare & iurare, prout præfati deputati, aut maior pars ipſorum ordinauerit. Duretque poteſtas omnium & ſingulorum prædictorum abſq; alia noua deputatione electorū, donec electio per eos facienda, realiter per

conſenſum electi ſortita fuerit effectū. Hāc autem formam & modum electionis approbat, ſtatuit ordinat & decernit hæc ſancta ſynodus pro hac vice. Et ad omnem ſcrupulum ſubmouendum, omnes & ſingulos in eadem ſynodo præſentes & venturos, & qui ei adhærebunt, quantum ad huiuſmodi electionis opus & totalem effectum, ab omnibus ſententijs excommunicationis (ſi quas forſitan incurrerint) & quibuſcunq; cenſuris à iure vel ab homine generaliter vel ſpecialiter, etiā à Cōcilijs generalibus vel ſummis pontificibus promulgatis, abſoluit, ipſoſq́ue ad omnes actus in eadem ſynodo agendos, actiuè & paſſiuè, quatenus opus eſt, habilitat, & habiles eſſe declarat, volens etiā, vt ſpecialiter in omnibus ad eligendum deputatis aut deputandis (vt præmittitur) locum habeat conſtitutio Clementis quinti, quę ordinat, vt nullus ex cardinalibus cuiuslibet excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti prætextu, à dicta electione repelli valeat, cæteris eiuſdem Concilij decretis in his quæ ſuperiùs expreſſa, nō ſunt, ſemper ſaluis, ſupplens ex certa ſciētia & ex plenitudine poteſtatis omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſitā interuenerint in præmiſſis, ac etiam ſuſpendēs omnia iura poſitiua in Concilijs generalibus & à ſummis pōtificibus edita & ſtatuta, & ordinationes, conſuetudines & priuilegia quibuſcunq; conceſſa, & pœnas contra quoſcunq; ordinatas, & eis derogans, inquantum effectum præſentia decreti impedire poſsēt, quoquo modo in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. Præterea cùm neceſſitas rerum & circunſtantiæ tēporis id expoſcant, vt hæc ſacra ſynodus & ipſe ſummus pontifex per Dei gratiam in proximo aſſumendus, quàm maximè vnum ſint eadem charitate & vnanimi conſenſu, quàmpluribus ad hæc vrgentibus rationibus ordinat & decernit, vt electus in ſummum pontificem, priuſquàm aliquid graue in his quæ pertinent ad adminiſtrationē papatus, exerceat, inſignia coronationis ſuæ aſſumere debeat in loco huius ſacri Cōcilij, ad quem, ſi abſens fuerit, infra terminū ſibi aſſignandum per deputatos ad eligendum, vel maiorem partem eorundem, venire teneatur.

Sequitur forma conſenſus, profeſſionis & iuramenti præſtandi per ipſum electum in ſummum pontificem.

In nomine domini, Amen. In nomine ſanctæ & indiuiduæ trinitatis, Patris & Filij & Spiritusſancti, ego N. electus in Papā, omnipotenti Deo, cuius Eccleſiā, suo præſidio regendam ſuſcipio, & beato Petro Apoſtolorū principi corde & ore profiteor, quandiu in hac fragili vita conſtitutus fuero, me firmiter credere & tenere fidē catholicam, ſecundum traditionem Apoſtolorum, generalium Conciliorū & aliorum ſanctorū patrum, maximè autem ſanctorū octo Conciliorum vniuerſalium, videlicet primi Nicęni, ſecundi Conſtantinopolitani, tertij Epheſini, quarti Chalcedonenſis, quinti & ſexti itē Conſtantinopolitani, ſeptimi item Nicæni, octaui quoq; Conſtantinopolitani, necnon Lateranenſis, Lugdunenſis, Viennenſis, Conſtantienſis & Baſileenſis generalium etiam Conciliorum, & illam fidem vſq; ad vnum apicem immutilatam ſeruare, & vſq; ad animam & ſanguinem confirmare, defenſare & prædicare, ritumq́; pariter ſacramentorū eccleſiaſticorum Eccleſiæ traditum, omnimodè proſequi & obſeruare. Polliceor etiā fideliter laborare pro tuitione fidei catholicę & extirpatione hæreſum & errorum, reformatione morū, executione & obſeruatione decretorum Conſtantienſis & Baſileenſis Cōciliorum, ac pace in populo Chriſtiano. Iuro etiam proſequi celebrationem Conciliorū generalium ac cōfirmationem electionum, iuxta decreta ſacri Baſileenſis Concilij. Hanc autem profeſſionem mea manu ſubſcripſi, & tibi omnipotenti Deo cui in die tremendi iudicij redditurus ſum de hoc & alijs meis operib^9 rationē, pura mente ſuper altare offero, quam in primo publico conſiſtorio ſolenniter repetam. Datum vt ſuprà.

Decretum inhibitionis, ne bona electi & eligentium rapiantur.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, ad perpetuam rei memoriam. Cùm ea quæ laudabiliter pro reprimendo conatus malignantiū ordinata ſunt, nullatenus negligi deceat, ſed potiùs diligenti ſeruari ſtudio, ſacrum canonem dudum in Concilio Conſtantienſi editū aduerſus illos, qui bona electorum ſeu etiam eorū qui ſamabantur de nouo electi in ſummos pontifices, rapere vellent, innouat hæc ſancta ſynodus ſub huiuſmodi tenore: Omnis ætas ab adoleſcentia ſua prona eſt ad malum, ad id præſertim, ad quod cupiditatis & auaritiæ * ſtimulis incitatur. Fiunt autem & factæ ſunt leges, vt earum metu humana refrenetur audacia, tutaq; ſit inter improbos innocentia, & refrenetur nocendi facultas. Cum itaque nonnunquam eueniſſe comperimus, quòd electo Romano pontifice, nōnulli ſub prætextu prætenſæ cuiuſdam abuſiuæ licentiæ, res & bona ſic electi, quaſi culmine diuitiarum adepto, falſo prætendentes occupanti concedi, nedū illius ſic electi, imo aliquando nonnullorum quos electos eſſe mendaciter confingunt, domos, res & bona Cardinalium, aut electorum Romani pontificis, & aliorum in loco conclauis exiſtentium, etiam violenter inuadunt, recipiunt, occupant, & tranſportant, lucri facta exiſtimantes, ex quibus (ſi permitterentur) plura pericula, ſcādala, rapinæ, furta & nonnunquam humi-

Conſtantienſis Cōcilij ſeſſ. 41.
* ſtimulo

Digitized by Google

homicidia ſequerentur. Nos igitur tam ſceleratæ temeritatis & audaciç viam prçcludere,& huiuſmodi periculis & ſcãdalis obuiare volentes, præfatum damnantes ſceleratum abuſum,talia fieri hoc edicto prohibemus,ſtatuẽtes quòd quicunq;, cuiuſcunque ſtatus, aut conditionis exiſtant, contra hoc præſumpſerint attentare, aut ad hoc auxilium,conſilium vel fauorem præbere, pçnas quas in violentos raptores & occupatores huiuſmodi,iura atque Apoſtolicæ & Imperiales conſtitutiones ſtatuunt, & eo ipſo excommunicationis ſententiam incurrant, à qua niſi per hanc ſanctam ſynodũ,aut futurum Romanũ Pontificem, præterq̃ in mortis articulo,& facta ſatisfactione,abſolui nequeant,& omni officio, beneficio, priuilegijs ac dignitate Eccleſiaſtica & mundana, feudisq; & rebus alijs,ſi quæ aut quas i Romana vel alijs eccleſijs obtinebunt, ſint priuati; & inteſtabiles actiuè & paſſiuè exiſtãt: ciuitas verò quæ in præmiſſis culpabilis fuerit, eccleſiaſtico ſubiaceat interdictu, huic adijcientes ſanctioni, vt domini temporales,rectoresq; & officiales ciuitatis vel loci, vbi electionem Romani Pontificis contigerit celebrari,illa imminente, præmiſſa fieri ſub grauibus pœnis publicè & realiter prohibeant, & prohibitionẽ diligenter faciant obſeruari, cæteris conſtitutionibus circa talia editis,in ſuo robore duraturis. Et quia nunc imminet electio Romani Pontificis, per hanc ſanctam ſynodum ſeu eius authoritate celebranda, vbi obſeruatione & executione præfatæ cõſtitutionis opus eſt, nos omnia & ſingula prædicta agẽdi & exequendi, illis perſonis tam eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, quæ poſtmodùm in noſtra cancellaria nominabuntur, plenam & liberam committimus & concedimus facultatem & poteſtatem, decernentes literas ſuper hoc fieri cum cenſuris & alijs remedijs iuris, et cum inuocatione brachij ſecularis & clauſulis opportunis. Datum vt ſuprà.

Ne tempore electionis fiat audientia.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis,ad futuram rei memoriam.Ne variarum rerũ occupatio actum ſalubrem electionis futuri Pontificis impediat, aut perturbet, decernit hæc ſancta Synodus, vt ad tam neceſſarium & tam ſalubre electionis negocium attentiùs procedatur,audientiã & omne cauſarum & litium exercitium,in hoc ſacro Concilio præter audientiã cameræ,à die quo deputati ad eligendum ſummum Pontificem intrabunt conclaue, & deinceps vſque ad publicationẽ electionis ipſius ſummi Pontificis incluſiuè, ſuſpendenda eſſe, eademq; hoc præſenti decreto ſuſpendit & prohibet,irritum decernens & inane, quicquid in contrarium fuerit attentatum. Datum vt ſuprà.

SESSIO XXXVIII.

Contra inuectiuam.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentãs, ad perpetuam rei memoriam.

In Eſdra ſcriptum eſt, Veritas magna & fortior præ omnibus. Omnis terra veritatẽ inuocat. Cçlum etiam ipſam benedicit, Veritas manet,& inualeſcit in çternũ, & viuit & obtinet in ſecula ſeculorum. Nõ eſt apud eam accipere perſonas neq; differentias,ſed quæ iuſta ſunt,facit omnibus iniuſtis. Cuius quidem veritatis fortitudinem dum impugnare conatur Gabriel, quondam dictus Eugenius Papa quartus, iuſto iudicio à papatu depoſitus, ſeipſum magis deijcit & proſternit. Qui nuper apud Florentiam (prout per ſummariam informatiõnẽ accepimus) libellum quendam,qui incipit, Moſes ſeruus Dei,promulgauit, in quo prætenſam translationem præfatam huius ſacri Concilij in Ferrariam,quam erroneam in fide pluribus decretis & epiſtolis noſtris lucidiſſimè declarauimus, necnõ erectionem ſchiſmaticam conuenticuli Ferrarienſis ſub nomine generalis Concilij, hoc ſacro durante Concilio,in vim præfatç tranſlationis attentatam,maiori ſemper cum pertinacia defendere & approbare conatur, adijciens quòd à recta linea per anfractus erroris exorbitauimus, quodq́ue Concilium Conſtantienſe in malignum ſenſum,& à ſana doctrina penitus alienum pertraximus, in hoc, quòd declarauimus per ſeſſionem noſtram, decimuſeptimo Calendas Iunij proximè prçteriti celebratam,tres veritates,quarum tenor ſequitur:

3.Eſd.4. d

Baſileẽſis Concilij ſeſſ.33. quæ incipit, Sicut vna eſt. Conſtantienſis Cõcilij ſeſſ. 4 & 5. Baſileẽſis ſeſſ.2.

Veritas de poteſtate Concilij generalis, vniuerſalem Eccleſiam reprçſentãtis, ſuper Papam & quemlibet alterum, declarata per Conſtantienſe & hoc Baſileenſe generalia Concilia,eſt veritas fidei catholicæ.

Veritas hæc,quòd Papa Concilium generale vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, actu legitimè congregatum, ſuper declaratis in præfata veritate aut aliquo eorum, ſine eius conſenſu nullatenus authoritatiuè poteſt diſſoluere, aut ad aliud tempus prorogare, aut de loco ad locum transferre, eſt veritas fidei catholicæ.

Veritatibus duabus prædictis pertinaciter repugnans,eſt cenſendus hæreticus.

Conatur quoq; ipſe Gabriel poſt prædicta per eum ſic aſſerta, ſub obſcuritatibus verborum mundum inuoluere, dicens ſe dãnare & reprobare veritates prçdictas ad ſenſum Baſileenſem,quem inquit, facto demonſtrauit: neq; illũ ſenſum explicans, nec i quo ſenſu eas approbare velit,manifeſtãs;

quæ

quæ fortaſſis ideò ſubticet, quoniam maniféſtè videt, verba dictarum veritatum ita clara eſſe & aperta, ſicut ſunt, quòd de nulla obſcuritate notari meritò poſſunt, nec ad multiplices ptrahunt ſenſus: & per conſequēs, quòd ille primus ſenſus, iuxta quem ſe dicit reprobare dictas veritates, nullatenus allegari poteſt. Hoc autem notum facimus vniuerſis catholicis, quòd nullum ſenſum in his habet hæc ſancta ſynodus, nec habere vult, niſi quem ſacra ſynodus Conſtantienſis habuit in declarationibus ſuis, ſenſum verum & catholicum, quemq́ue ſemper habuimus in declarationibus per nos factis, ī ſecunda, vndecima, duodecima, vigeſimanona & alijs ſeſſionibus noſtris ac epiſtolis ſynodalibus, pariter cum cardinalibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, oratoribus Principum, abbatibus, doctoribus, qui in noſtro cœtu affuerunt, fideliter & vnanimiter credentibus, quòd Concilium habet poteſtatem immediatè à Chriſto, cui Papa obedire tenetur, prout veritas præfata in Concilio Conſtantienſi declarata, diffiniuit, quodq́ue hæc veritas eſt iuris diuini, quòd Papa ipſe Concilium generale vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, legitimè congregatum, eo modo quo frequenter declaratum eſt, ſine eius conſenſu diſſoluere, aut de loco ad locum transferre non poteſt: neq; aduerſus has veritates præualere potuit Gabriel ipſe, qui prætenſam diſſolutionem huius ſacri Concilij, ſine eius conſenſu prima vice per eundem Gabrielem attentatam, hoc ſacro Concilio eidem ex parte Dei omnipotentis præcipiente atque mandante, iudicialiter reuocare compulſus eſt, ac in ſua adheſione eam declarauit nullā, irritam & inanem, ipſaq; non obſtante, Conciliū legitimè continuatum fuiſſe, & proſecutionem habuiſſe, & habere debere, reuocando etiam expreſsè literas incipientes, Deus nouit, quæ ſuo nomine factæ dicebantur, & aduerſus huius ſacri Concilij & aliorum Cōciliorum authoritatem, varios errores continebant: item duas literas ſuas incipientes, Inſcrutabilis, & In arcano, alias etiam quaſcunq;, ac quicquid per ipſum, aut ſuo nomine in præiudicium, aut derogationem huius ſacri Concilij Baſileenſis ſeu contra eius authoritatem, factū & attentatum ſeu aſſertum erat. Eccleſia catholica tunc in pace conquieuit, tenens firmiter eſſe verum & catholicum, quòd Papa abſq; conſenſu Cōcilij ipſum diſſoluere, aut transferre non poteſt, cognoueruntq́ue cuncti fideles, quòd acquieſcere oportet iudicio generalis Concilij ſummum Pōtificem, cùm poſt tam diuturnam reſiſtentiam duorum annorum, quibus ipſam diſſolutionem idem Gabriel iuſtificare conabatur, acquieuit iudicio ſacri generalis Concilij, præſentans iudicialiter coram eodem formam ſuæ

Sed plerique cardinales ad Eugeniū venia petita redierunt, ſolo Arelatenſi Baſileæ manente.

confeſſionis, quemadmodum ſacrum Concilium ordinauit, reuocando expreſsè (vt dictum eſt) quæcunq; aſſerta per eum, aut nomine ſuo in contrarium. Poſſuntq́ue omnes catholici nunc videre, quanta plaga inferretur Eccleſiæ Dei, ſi reuocaretur in dubium illa declaratio facta in Concilio Conſtantiēſi, vigore cuius & ineffabili ac inexpugnabili authoritate, depoſitio Ioannis vigeſimi tertij, & priuatio Benedicti à iure papatus (ſi quod habebant) ſic in ſuis obedientijs nuncupatorum, ac etiā electio Martini, cui ſucceſſit olim Eugenius, factæ ſunt, & à quibus conſequenter omnes creationes cardinaliū, promotiones prælatorū & aliorum ordinum & graduum eccleſiaſticorū factæ ſunt, quantumq; declarationis eiuſdem & authoritatis datæ à Chriſto Concilijs generalibus vigor deperiret, ſi ſummi Pontifices poſſent concilia, dum congregata eſſent, transferre de regione in regionem ſine conſenſu ipſorum, & eiſdem Cōcilijs præcipere, vt diſſoluerentur aut diſcederent, etiam ſi nollent, quotiès liberet ipſis pontificibus. Verùm in hac reprobatione dictarum veritatum, quā idem Gabriel facit in præfato libello, intelligere poſſunt omnes fideles, quomodò iam id verificatur, quod à ſeptem annis in ſua duodecima ſeſſione ipſius de ipſo Gabriele prædixit hæc ſancta ſynodus, cùm ait: Et quantum ex eius verbis factiſq; colligi poteſt, nil aliud prætendere videtur, niſi vt Eccleſiam peſſundet, iusq́ue ſibi & ſucceſſoribus faciat, non ſolùm abrogandi ritum ſacrorum Cōciliorum, & ea pro libito diſſoluendi, ſed & ipſorum ſacratiſſima decreta ſpiritu Dei promulgata, à quibus ſtatus pendet vniuerſalis Eccleſiæ, irritandi & abolendi, & præſertim declarationem illam, quòd in his quæ ad fidem, extirpationē ſchiſmatis, & generalem reformationem Eccleſiæ in capite & in membris pertinent, quilibet etiam papalis dignitatis, decretis generalis Concilij ſubijcitur. Hæc in præfata duodecima ſeſſione habentur, quæ nunc idem Gabriel apertè manifeſtat. Vndè omnes intelligere poſſunt, quàm iuſtè hæc ſancta ſynodus huc uſq; eidem reſtitit. Conſpiciunt animum obduratum, quo authoritati generalium Conciliorum factis & verbis reſiſtebat, contemnendo etiam & violando voluntariè ſacros canones pro ſalute animarum editos. De quibus ait Damaſus Papa: Violatores canonū voluntariè, à ſanctis patribus grauiter iudicātur, & à Spirituſancto, inſtinctu cuius ac dono dictati ſunt, damnantur: quoniam blaſphemare in Spiritumſanctum non incongruè videtur, qui contra eoſdem canones non neceſſitate cōpulſi, ſed libenter (vt præmiſſum eſt) aliquid aut proteruè agunt, aut loqui præſumunt, aut facere volentibus ſponte conſentiunt. Talis enim præſumptio manifeſtè vnum genus eſt blaſphe-

Conſtantienſis Cōcilij ſeſſ. 12.

25. q. 1. Violatores.

ſphemantium ſpiritumſanctum . Repro-
bat inſuper præfatus Gabriel,& damnat ſuã
diſpoſitionẽ, ad quam hęc ſancta ſynodus
iuxta diſpoſitionẽ pręfatæ veritatis in con-
cilio Conſtantienſi declaratæ, poſt longam
expectationem & maturã examinationem
iudicialiter proceſſit,propter hęreſim,ſchi-
ſma,Simoniacam notoriam prauitatẽ, per-
iurium, & contemptum ac violationem aſ-
ſiduam ſynodalium decretorum concernẽ-
tium reformationem Eccleſiæ generalem in
capite & in membris, quibus incorrigibili-
ter ſcandalizabat Eccleſiam Dei, à quibus
quidem nequaquã ſe in præfato libello ex-
purgat,ſed conuicia & maledicta in hoc ſa-
crum Cõcilium & ſuppoſita eius referre co-
natur, & ſententiam in iudicem ferre,à quo
legitimè condemnatus extitit. Et poſtquam
per Eccleſiam hæreticus iudicatus eſt, veros
catholicos doctrinam ipſius Eccleſiæ inua-
riabiliter tenentes,hæreticos appellare præ-
ſumit,ſicut mos eſt condemnatorum de hæ-
reſi, vt ſuis iudicibus maledicere,& hęreſim
obijcere ſoleant, cùm veritate fuerint ma-
nifeſtiſſima ſuperati. ad quæ omnia plenio-
rem reſponſionem fecimus in reſponſione
ſynodali, data in noſtra generali congrega-
tione Nonis huius menſis Octobris. Reno-
uat etiam pœnas, quas aduerſus ſuppoſita
huius ſanctę ſynodi, eo quòd ſuę prætenſæ
& erroneę tranſlationi non parcebant,iam-
dudũ anno pręterito in conuenticulo Fer-
rarienſi promulgauit. Cùm itaq; ex dicto li-
bello omnibus conſtare poſſit, quomodo
præfatus Gabriel in crimine hęreſis ac ſchi-
ſmate,de quibus condemnatus eſt, ſe perti-
nacius obduratũ reddebat, & magis ac ma-
gis ſe hęreticum comprobet, vniuerſis & ſin-
gulis Chriſti fidelibus hęc ſancta ſynodus
pręcipit atq; mandat, vt iuxta verbum Mo-
Num. 16. d ſis ſerui Dei dicentis, Recedite à tabernacu-
Pſal. 105. lis hominum impiorũ,à tabernaculo & cõ-
ſortio ac omni adhęrentia ipſius Gabrielis,
tanquam à Chore, Dathã & Abiron autho-
ribus ſchiſmatis recedãt cum effectu, illum-
que omnino deuitent, iuxta præceptum A-
Tit. 3. c poſtoli in epiſtola ad Titum, qui dicit: Hę-
reticum hominem poſt primã & ſecundam
correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus
eſt,qui eiuſmodi eſt,& delinquit,cũ ſit pro-
prio iudicio condemnatus. Nam etiã iuxta
doctrinã Ioannis in ſecunda canonica ſua,
Non habenti doctrinam Eccleſię nec eſt di-
cendum, Aue. Omneſq; huic diuinę ſenten-
tiæ non acquieſcentes, meritò pertimeſcere
habent,quoniam in diſtricto examine diui-
ni iudicij reddituri ſunt rationem, ſi parti-
cipationem,adhærentiam & fauorem dicto
Gabriel, per generale Concilium condemna-
to tanquam hæretico, præſtent. Et quoniam
(vt ait beatus Gregorius) illa capitula recipi
nõ debent, quorum damnantur authores,
ne ex doctrina pręfati libelli, quem in con-
firmationẽ ſuæ hæreſis & ſchiſmatis, dictus
Gabriel poſt ſuam condemnationem effe-
ciſſe dicitur, quempiam fidelium in hac re
ſeduci contingat, hæc ſancta ſynodus diſtri-
ctiùs inhibet, præcipit atq; mãdat omnibus
& ſingulis Chriſtifidelibus, cuiuſcunque di-
gnitatis, etiã ſi Cardinalatus, patriarchalis,
põtificalis, aut alterius cuiuſcunq; eccleſia-
ſticæ vel ſecularis, etiã ſi vniuerſitates, com-
munitates vel collegia fuerint, ne prædictum
libellũ publicare, prædicare, approbare, ſeu
defendere præſumant, ſeu eidẽ quouis mo-
do aſſentire, credere, aut fauere, vel eo vti,
ſeu vtentibus eo conſilium, auxilium vel fa-
uorem præſtare, neque etiam prætenſis cen-
ſuris, ſeu ſententijs innouationis, declara-
tionis, damnationis, reprobationis, nuncia-
tionis, confirmationis & diſpoſitionis in
eodẽ libello quomodolibet contentis, quas
nullas ac nullius penitus roboris vel mo-
menti eſſe decernimus & declaramus, obe-
dire, attendere, ſeu eas obſeruare, aut vigore
earundem ſeu aliorum quorumcunq; man-
datorum vel confeſſionum aut indultorum
quaſcunq; dignitates, etiam ſi cardinalatus,
Patriarchales, archiepiſcopales, Epiſcopales
fuerint, vel beneficia, aut alia quæcunq; bo-
na ſuppoſitorum huius ſanctæ ſynodi & ei-
dem adhærentium, quouis modo impetra-
re, occupare aut detinere, etiã ſi motu pro-
prio eis conceſſa dicantur, vel ipſos ſic im-
petrantes, occupãtes, vel detinentes, in poſ-
ſeſſionem eorundem recipere vel admitte-
re, ſeu eos in eiſdem ſuſtinere quouis modo
præſumant, ſub pœnis fautoriæ ſchiſmatis
& hæreſis, necnon alijs pœnis excommuni-
cationis, priuationis, ab omnibus dignita-
tibus, etiã ſi (vt præmittitur) Cardinalatus,
patriarchales, archiepiſcopales, epiſcopales
aut pontificales fuerint, beneficijs & officijs,
& inhabilitationibus ad eaſdem, & interdi-
cti, dudum in octaua terriadecima, & vige-
ſimanona, ac alijs ſeſſionibus huius ſanctæ
ſynodi, in talia * facientibus, promulgatis, *facientes
quas hæc ſancta ſynodus innouat, & quas
omnes & ſinguli prædicti ipſo facto incur-
rant, nec ab alio quã ab hac ſancta ſynodo,
præterquam in mortis articulo valeant de
prædictis abſolui. Et ſi qui huic ſacro Con-
cilio incorporati, aut ei adhærente, vigore
mandatorum pręfati Gabrielis, olim Euge-
nij poſt eius ſuſpenſionem ab adminiſtra-
tione papali emanatorum, ſuis dignitatibus
aut beneficijs quibuſcunq; ſpoliati eſſent,
aut ſpoliarentur in futurum, poſſint nihilo-
minus ſine * alię cauſæ cognitione aut re-
quiſitione alterius authoritatis, poſſeſſio-
nes huiuſmodi dignitatum & beneficiorum
per ſe vel per alios reintrare & recuperare,
alijs pœnis contentis in decretis noſtris ſem-
per in ſuo robore duraturis. Datum in ſeſ-
ſione noſtra publica in maiori eccleſia Ba-
ſileenſi ſolenniter celebrata, tertio calendas
Nouem-

Digitized by Google

Nouēbris, anno à natiuitate domini 1439. Apoſtolica ſede vacante.

Aliud decretum de electionibus.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in ſpiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. Magna nobis eſt ſolicitudo, vt electionis paſtorum, quibus incumbit regere gregem dominicum, ritè celebrentur, & quantum poſſibile eſt, cuncta remoueantur quæ ipſarum puritati obuiare poſſunt. Quia verò ſæpiùs cōtigit hactenus, monaſteriorum & eccleſiarum prælatis decedentibus, & eorū corporibus tumulatis, propter expectationem abſentium vocādorum ex locis longinquis, Eccleſias ipſas & monaſteria vacantia interim diſpendia plurima ſuſcepiſſe, & propter diuturni interim expectati temporis ſpatium, varia rogamina & precum ſubornationes factas fuiſſe, vndè eccleſijs ſæpiùs magnæ iacturæ proueniſſe noſcūtur: ſtatuit & ordinat hæc ſancta ſynodus, quòd decæterò ad electiones de perſonis ad Eccleſiarum & monaſteriorum regimina faciēdas, vbi abſentes hactenus vocari conſueuerunt, non teneatur ille de capitulo vel conuentu, in quo electio facienda fuerit, aliquos vocare abſentes in locis vltra duas diætas ab ipſa Eccleſia vel monaſterio diſtantibus exiſtentes, canonibus aliter diſponentibus non obſtātibus quibuſcunque, Et idem in electionibus ad quaſcunq; dignitates faciendas intelligatur. Per hoc tamen priuilegijs, ſtatutis & conſuetudinibus illarum eccleſiarum & monaſteriorum, in quibus ad ipſas electiones faciendas prælati religioſi aut de alijs eccleſijs, aut monaſterijs vocandi ſunt, non intendimus in aliquo derogare. Prædicta quoque in caſu electionum duntaxat volumus intelligi, alijs caſibus, in quibus abſentes vocandi ſunt, in diſpoſitione iuris communis remanentibus. Inſuper, quoniā in modo & forma eligendi eccleſijs & monaſterijs prælatos, maximè cùm in eorum electionibus per viā ſcrutinij proceditur, multa requiruntur à iure obſeruanda, quorum omiſſio huiuſmodi electiones nullas reddit vel ſaltem annullandas, vnde diſpendia & quàm plurima diſcrimina eiſdem eccleſijs & monaſterijs hactenus ſæpenumerò euenerunt, & continuò in poſterum euenire poſſent, ad obuiandū eiſdem diſcriminibus & diſpendijs, ſtatuit hæc ſancta ſynodus, quòd ſuperiores, ad quos earūdem electionū ſpectat cōfirmatio, electiones quaſlibet huiuſmodi, dummodo illas alias à maiori parte capitulorum ſeu cōuentuū, eccleſiarum & monaſteriorū huiuſmodi, priùs tamen vocatis vocandis, & communione ſuſcepta & iuramētis præſtitis primitus, iuxta formam decreti noſtri deſuper editi de perſonis idonei celebratas cognouerint, ſuper reliquis formā concernentibus, iuxta traditionem canonum, abſque tamē malitia & fraude omiſſis, ad confirmationes huiuſmodi electionum procedere, & cum taliter electis, cùm ipſarum qualitas & eccleſiarum vtilitas perſuaſerit, vt ijdē in eccleſijs & monaſterijs eiſdem præeſſe, ipſaſq; in ſpiritualibus & temporalibus regere & gubernare, ac diſpenſare poſſint & valeant. In poſtulationibus tamen quorumcunque nullatenus iuramenta & cōmunio, ſicut nec in electionibus obmittantur, conſtitutionibus eiſdem in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunque. Datum Baſileæ in ſeſſione publica ipſius ſanctæ ſynodi, in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata tertio calendas Nouembris, Anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimonono, Apoſtolica ſede vacante.

Aliud decretum confirmationis nominatorum ad eligendum papam & deputatorum in conclaui.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriam. Nuper in decreto noſtræ 37. ſeſſionis ſuper electione Romani pontificis promulgato, inter cætera ſtatuimus, quòd vnà cū dilecto Eccleſiæ filio Ludouico tituli S. Cæciliæ Cardinali Arelatenſi vulgariter nūcupato, & alijs Cardinalib' ipſius ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſi qui ante conſummatam electionem aduenirent, & ipſi electioni intereſſe vellent, alij triginta duo tam de prælatis, quàm de cæteris honorabilibus eccleſiaſticis viris aſſumerētur, qui ꝑ hac vice authoritate huius ſanctæ ſynodi ipſum Romanum pontificē eligere haberent, ita vt ille ab vniuerſali Eccleſia ſummus pontifex habeatur, qui à duabus partibus omniū prædictorū fuerit electus, prout hæc omnia in prædicto decreto latiùs cōtinentur, inter quos triginta duos nominauimus & elegimus dilectos Eccleſiæ filios Thomā abbatem de Dondraina ordinis Ciſtertienſis, diœceſis Candidæ caſæ, Ioannem de Segobia archidiaconū de Villaniſoza in Eccleſia *Oueteoſi, Thomam de Courcellis canonicū Ambianenſem, in ſacra theologia magiſtros, committentes eiſdem plenariam facultatem eligendi, ſi vellent, ac aſſumendi ſecum vnum, duos aut tres alios, (prout eis videretur) qui aſſumpti & electi ſimilem & eandem ſecū poteſtatem haberent & facultatem, mādato, vice & authoritate huius ſacri Baſileenſis Cōcilij, nominādi & eligendi reſtantes electores ipſius futuri Romani pontificis, & etiam alios officiarios pro cōclaui neceſſarios, ita quòd nullus per eos eligendus aut nominādus, cenſeretur eſſe electus & nominatus, niſi à maiori parte ꝑdictorū eligentiū nominatus eſſet & electus. Quibus iniunximus, vt reciperent, & nominarent ipſos reſtantes electores ex toto corpore

*Oueteñſi

pore

pore Concilij, habẽdo reſpectum ad nationes & deputationes in hoc ſacro Concilio exiſtentes, quantùm fieri poſſet. Recepimusque ab ipſis tribus prænominatis iuramentum, quod eligerent viros timoratos & idoneos, quodque non reuelarent electos per ipſos, vſq; ad publicationem eorundem in generali congregatione ant ſeſſione, ſed ipſam electionem ſic per eos factam, clauſam ſub eorum ſigillis reponerent in aliquo loco tuto ſub fida cuſtodia, vſque ad illam diem publicationis. Volentes autem tres prædicti deputati noſtri commiſſionem ſibi per nos factam exequi, coaſſumpto ſibi dilecto Eccleſiæ filio Chriſtiano de Gretzregine in theologia magiſtro, præpoſito Eccleſiæ ſancti Petri in Bruna Olomucenſis diœceſis, die quinto Calendas Nouembris in domo fratrũ Minorum Baſileenſiũ conuenientes, elegerunt & nominârunt tàm de prælatis, quàm de cæteris vſque ad complementum numeri trigintaduorum, ipſis in eodem numero ex noſtra ordinatione comprehenſis, quos in certa ſchedula deſcripſerunt, & eandem clauſam ſub ſigillis eorum, in loco tuto ſub fida cuſtodia repoſuerunt, vſq; ad diem publicationis fiendæ. Subſequenter verò die quarto Calendas einſdem menſis Nouembris in noſtra generali congregatione in hoc ſpecialiter indicta, præfatam ſchedulam aperientes, nominationem & electionem ſic per eos factam publicauerunt, in qua perſonæ infraſcriptæ, nominatæ & deputatæ ſunt ab eiſdem pro electoribus futuri Romani pontificis: Ioannes Archiepiſcopus Tarentaſienſis, Otho Dertuſienſis, Georgius Vicẽſis, Franciſcus Gebennenſis, Ludouicus Vicenſis, Bernardus Aquenſis, Guilhelmus Vercellenſis, Georgius Auguſtenſis, Ioannes Eporedienſis, Fredericus Baſileenſis, Ludouicus Taurianenſis Eccleſiarum epiſcopi, * Alerannus S. Benigni Fructuarienſis ordinis ſancti Benedicti Eporedienſis diœceſis, Iacobus de * Seguſio ordinis ſancti Benedicti Taurinenſis diœceſis, Conradus de Lucella Ciſtercienſis ordinis Baſileenſis diœceſis, Raymũdus Cõchenſis ordinis ſancti Benedicti Ruthenenſis diœceſis, Petrus ſancti Cucufatis eiuſdẽ ordinis Barchinonenſis diœceſis, Thomas de Dondraina ordinis Ciſtercienſis Candidæ caſæ diœceſis, Antonius Arularum ordinis ſancti Benedicti Elnẽſis diœceſis monaſteriorũ abbates, Ioannes de Segobia archidiaconus de Villauiſoza in eccleſia Onetenſi, Chriſtianus de Gretzregine præpoſitus ſancti Petri in Bruna Olomucenſis diœceſis, Nicolaus Thibout pœnitẽtiarius Cõſtantienſis Rothomagenſis prouinciæ, Thomas de Concellis canonicus Ambianenſis, Ioannes de Valle rector parochialis Eccleſiæ de pleneor Leonenſis diœceſis in theologia magiſtri Guilhelmus Hugonis archidiaconus Metenſis legum doctor, frater Ioannes de Monte Canuto præceptor domus ſancti Antonij de Rennerſo Taurinenſis diœceceſis, Derzlaus archidiaconus Cracouiẽſis, Bernardus de Boſco canonicus Ilerdenſis, fater Bartholomæus de Prouanis præceptor domus ſancti Antonij de Clauaſio Eporedienſis diœceſis, Ioannes Vuiler decanus eccleſiæ Baſileenſis, Raymundus Albioli canonicus Turiaſſonenſis decretorum, Henricus de Iudæis legum doctores, Iacobus de Salzburga licentiatus in iure canonico canonicus Ratiſponenſis. omnes ſupraſcripti ſunt in ſacerdotio conſtituti.

*Aleram⁹ / * Peguti*

Nomina verò perſonarum, quas in alijs officijs neceſſarijs pro conclaui deputauerunt, ſunt hæc: Ludouicus epiſcopus Lauſanenſis, pro locum tenente camerarij durante ipſo conclaui.

Pro cuſtodibus conclauis, Perceuallus Bellicenſis, Nicolaus Groſſetanus epiſcopi, Ioannis ſancti Michaelis de Cluſa, ordinis ſancti Benedicti Taurinenſis diœceſis, Franciſcus Abundantiæ ordinis ſancti Auguſtini Gebennenſis diœceſis monaſteriorum abbates, Franciſcus de Fuſce ordinis Minorum magiſter in theologia, Vuilhelmus de Conſtantia legum doctor canonicus Spirenſis, Ioannes de Turicella decanus Segobricenſis, Theodoricus Nagel canonicus Rigenſis.

Pro clericis cæremoniarũ gratia, Aeneas de Senis Tridentinenſis, Michael Brumenſis Beluacenſis Eccleſiarum canonici notarij Apoſtolici. Pro promotoribus, Hugo Berardi, Ioannes Sletzenrode. Pro procuratore fiſcali, Robertus Maynani. Pro ſoldano, Petrus de atrio. Deinceps autem loco Bernardi Epiſcopi Aquẽſis, qui allegatis per eum pluribus cauſis, ab ingreſſu conclauis & officio electionis ad quod deputatus erat, ſe excuſauit, habitis deliberationibus in ſacris deputationibus, loco eius in noſtra generali congregatione nominauimus & deputauimus Ludouicum epiſcopum Maſſilienſem. Hanc itaq; nominationem, electionem & deputationem tam debentium eligere ſummum pontificem, quàm officiariorum neceſſariorum pro conclaui, præſenti decreto eadem ſancta ſynodus approbat & confirmat, eamq; validam eſſe, atque in omnibus vim, robur, & effectum habere decernit & declarat, ſupplens ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis, omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenerint in præmiſſis.

Aeneas iſte poſtea fit Pi⁹ ſecũdus, & damnat acta contra Eugenium.

Datum in ſeſſione noſtra publica, In maiori Eccleſia Baſileenſi ſolemniter celebrata tertio Calendas Nouembris, Anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimonono.

SES-

SESSIO XXXIX.

Confirmatio electionis Papæ electi.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriam. Deus patrum noſtrorum & dominus miſericordiæ, qui fecit omnia verbo ſuo, etſi de omnibus à ſe creatis prouidentiam gerat, cuncta certo gubernas ordine, ſpeciali tamen cura dilectam ſuam Eccleſiam ſemper dirigit, pro quam vnigenitum ſuum dedit, conſolans eã iugiter per ſpiritum paracletum, qui ipſam in afflictionibus adiuuat, in perſecutionibus confortat, in tribulationibus lætificat, nec eam quibuſlibet tentationibus ſeculi huius vinci, aut ſuperari permittit. In cuius glorioſo nomine congregata hæc ſancta ſynodus, authoritate duorum præcedentiũ Conciliorum & duorum Romanorum pontificum, dum reſtaurationem legis * diuinæ & ſacrorum canonum, reformationemq; morum ſolicito perquiſitis ſtudio, ſimul etiam extirpationem hæreſum, pacificationemque Chriſtianorum principũ multis proſequens laborib⁹, varias aduerſitates pertulit, & propter veritatem & iuſtitiã plurimas perſecutiones perpeſſa eſt. Adiuuante tamen virtute Dei, ſedulò perſeuerauit in proſecutione ſanctæ reformationis Eccleſiæ pro honore Dei & ſalute omnium animarum. Cùm autem hoc opus felices progreſſus habere non poſſet, propter aduerſitates & reſiſtẽtias plurimas, quas Gabriel, olim dictus Eugenius Papa quartus in contrarium opponebat, decreta ſalubria & ſacros canones contemnẽs & paruipendens, authoritatemq; ſacrorum Conciliorũ verbis & factis conculcans, determinationes fidei catholicæ per Eccleſiam factas pertinaciter impugnando, & abuſibus varijs atq; criminibus Eccleſiã Dei notoriè & incorrigibiliter ſcandalizando, prout in proceſſibus ſuper hoc deductis, latiùs continetur: vbi tandẽ apud eum nulla proficiebat admonitio, oportuit ad alia iuris remedia recurrere, & à ſummo pontificio, quod nimium damnoſe & inutiliter adminiſtrabat, eundem deponere. Poſt quam depoſitionẽ cùm quatuor menſes & ampliùs eſſent effluxi, conſiderantes quàm grauibus ſit * circundata diſpendijs, quos & quantis ſit plena periculis Eccleſiæ Romanæ prolixa vacatio, ſicut exacti conſideratio temporis edocet, ad electionẽ noui pontificis procedere duximus, repetitis priùs in noſtra publica ſeſſione trigeſimaſeptima illis, quæ dudũ de electione ſummi pontificis in hoc Concilio fienda, in euentum vacationis ſedis Apoſtolicæ ipſo Cõcilio durãte, in quarta & ſeptima ſeſſionibus eiuſdẽ ſanctę ſynodi ſtatuta & ordinata fuerant. Et facta ſolenni declaratione, quòd pro hac vice electio Romani pontificis fienda & celebranda erat per hoc ſacrũ Baſileenſe Cõcilium, ſeu eius authoritate, atque etiam ordinatione per decretum præfatæ trigeſimæſeptimę ſeſſionis, quod vnà cum dilectiſſimo Eccleſiæ filio Ludouico tituli ſanctæ Cæcilię Romanæ Eccleſiæ preſbytero Cardinali, Arelatenſi vulgariter nuncupato, præſente & præſidente in hoc ſacro Concilio, & alijs ipſius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ſi qui ante conſummatam electionem futuri Romani põtificis aduenirent, & huic ſacro Concilio adhærentes, eidem electioni intereſſe vellent, alij tam de prælatis, quàm de cæteris honorabilibus eccleſiaſticis viris in ſacerdotio, aut ſaltem in diaconatus ordine conſtituti vſque ad numerum trigintaduorum, per eandem ſanctam ſynodum ad prædictam electionem faciendam, in generali ſua congregatione ac in ſeſſione publica nominandi & deputandi, poteſtatem haberent, prout ſecundum Deum & ſuas conſciẽtias eiſdem videretur, hac vice liberè eligendi ſummum pontificem authoritate huius ſanctæ ſynodi: ita vt ille abſq; vlla exceptione ab vniuerſali Eccleſia ſummus pontifex haberetur, qui ab omnibus prædictis ſic debentibus pro hac vice eligere, aut ſaltem à duabus partibus ipſorum eſſet electus, & conſenſum ſuum iuxta formam in eodem decreto ordinatam præſtaret, ſecundum cuius decreti diſpoſitionem triginta duo Archiepiſcopali, epiſcopali, abbatiali dignitatibus, & graduum ac ſcientiarum titulis inſigniti, nominati & deputati in noſtra generali congregatione ac demum in ſeſſione publica, quorum nomina, dignitates, gradus & ordines hîc haberi volumus pro ſufficiẽter expreſſis, die tertio Calendas huius menſis Nouembris, celebrata Miſſa ſolenni per præfatum Cardinalẽ Arelatenſem, ac per ſingulos ipſorũ ſuſcepto diuinæ Euchariſtiæ ſacramento de manu eiuſdem Cardinalis, in præſentia totius cleri & populi & iuramentis ſolennibus præſtitis, ipſi pariter cum eodem Cardinali conclaue intrauerunt, in ea domo ciuitatis Baſileenſis, in qua deputatio pro communibus teneri conſueuit. Vbi cum magna deuotione ſeptem diebus inſiſtentes, quinque ſcrutinia ſucceſſiuè de manè diuerſis diebus celebrata Miſſa, & inuocata Spiritusſancti gratia peregerunt. Et tandẽ facto quinto ſcrutinio ea hora, qua proceſſio huius ſacri Cõcilij domũ præfatam circuibat, cantãdo hymnum, Veni creator ſpiritus &c. compertum eſt, religioſum & nobilem virum Amedeum ducem Sabaudiæ in ſolitudine Ripaliæ Gebennenſis diœceſis, iam à pluribus annis in virtute continentiæ honeſtè conuerſantem, & vir-

Marginal notes:

* domini

* onuſta

Hic ſolus cardinalis Arelatenſis Baſileẽſium adiutor fuit cõtra Eugeniũ.

Hic Amedeus poſtea ſpontè ſe abdicauit pontificatu, rogatus ab Imperatore Friderico III.

& virtutum Domino in ſpiritu humilitatis ac ſimplici & humili habitu deſeruientem, in ſummum pontificem vniuerſalis & Romanæ Eccleſiæ eſſe electum, iuxta præfati decreti noſtri 37. ſeſſionis diſpoſitionem. Quæ quidem electio poſtmodùm, aperta feneſtra conclauis, fuit per prædictum dominum Cardinalem Arelatenſem publicè nunciata, decantatoq́; Te Deum laudamus, per omnes ſuprà dictos ad eligendum deputatos, concorditer ſuper electione ipſa Deum glorificantes, & orationibus cõuenientibus ſubiunctis, ipſi à conclaui exierunt in pluuialibus & mitris, alijsq́ue habitibus condecentibus, prout ſtatui vniuſcuiuſque competebat, concomitantibusq́ue prælatis & alijs ſuppoſitis huius ſacri Concilij, ac proceſſionibus omnium collegiorum & conuentuum huius ciuitatis Baſileenſis, cum reliquijs & decentibus ornamentis, populiq́ue multitudine copioſa, Eccleſiam maiorem Baſileẽſem adierunt, vbi ipſi prælati & alij de ſacro Concilio vnanimiter Deo gratias retulerunt. Iteratoq́ue ſæpedictus dominus Cardinalis Arelatenſis in ambone, præſentibus omnibus electoribus deputatis, & in hoc conſentientibus, atq; idipſum approbantibus, retulit, quomodo ipſa electio ritè & canonicè fuerat celebrata, notarijs Apoſtolicis, qui in conclaui fuerant, etiam idem atteſtantibus. Quæ omnia conſiderans hæc ſancta ſynodus, & ſpem magnam gerens in domino, quòd præfatus Amedeus pro ſapientia, experientia, iuſtitia, clementia & cæteris virtutibus ſuis plurimos fructus ſalutis efficiet in populo Dei, fidem conſeruando, mores reformando, pacemq́; componendo inter principes Chriſtianos atque populos, velut ſanctitatis amator & pacis cultor, qui cum omnibus pacem, & cum nullo differentiam aut diſcordiam habere ſamatur, domui ſuæ benè & laudabiliter præpoſitus, grandiumq́; populorum prudẽtiſſimus gubernator, & in rebus eccleſiaſticis & ſpiritualibus non mediocriter exercitatus, habita ſuper hoc in quatuor deputationibus omnium ſuppoſitorum huius ſacri Concilij cõcordi & vnanimi deliberatione, & demum in generali congregatione concluſione ſubſecuta, ipsã electionem laudat, recipit & approbat, & ex abundanti & ex certa ſcientia hoc præſenti decreto ratificat & confirmat, declarans eundem Amedeum abſque vlla exceptione ab vniuerſali Eccleſia teneri, haberi & reputari debere, electum in verum & legitimum ſummum & Romanum pontificem. Et hoc ipſum per præſentis decreti publicationem ad notitiam volumus deduci cunctorum.

Datum in ſeſſione noſtra publica in maiori eccleſia Baſileenſi ſolenniter celebrata xv. Calendas Decembris, Anno à natiuitate Domini 1439.

SESSIO XL.

De conſenſu Felicis Quinti electi in Papam, tunc Ducis Sabaudiæ.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam.

Cùm (ſicut ait Beatus Hilarius) proprium Eccleſiæ eſſe ſoleat, vt tunc vincat, cùm læditur: tunc intelligat, cùm arguitur: tunc ſecura ſit, cùm ſuperata videtur: arca enim per Gen. 7. quam Eccleſia deſignatur, eleuata eſt in ſublime: confidit hæc ſancta ſynodus, quòd ille qui poſt nubilum dat ſerenum, inclytam ſponſam ſuam ſuccedentibus turbationum fluctibus agitatam, oculo clementiori ex alto reſpiciet, non ferens eam in ſui nominis iniuriam diutiùs conculcari. Ipſa etenim ſynodus poſuit in domino ſpem ſuã, & factus eſt protector eius, nec miſericordiam ſuam abſtulit, qui varijs aduerſitatum generibus congrua appoſuit remedia, premẽtibus quidem grauibus calamitatibus, & irruentibus perſecutionibus aduerſus Eccleſiam ipſam & authoritatem eius, excitauit eandem ſanctam ſynodum ſpiritus paracletus, vt ad electionem noui paſtoris & Romani procederet pontificis, qui ſe opponeret murum pro domo Iſrael. Quæ quidem electio tandem cum ſolennitate congrua in eadem ſynodo ritè & canonicè celebrata extitit, de perſona ſanctiſſimi Felicis Quinti, tũc Amedei Ducis Sabaudiæ, ac decani militum in ſolitudine Ripaliæ Gebennenſis diœceſis, in humilitatis ſpiritu domino famulantium, prout decreto 39. ſeſſionis dictæ ſynodi ſuper hoc confecto pleniùs continetur. Cuius tenor talis eſt:

Sacroſancta &c. ad perpetuã rei memoriam.

Deus patrum noſtrorum &c. Poſt cuius quidem decreti publicationem præfata ſynodus dilectiſſimum Eccleſiæ filium Ludouicum tituli S. Cæciliæ presbyterum Cardinalem, Arelatẽſem vulgariter nuncupatum, & de latere & alios legatos & oratores ſuos, videlicet pleroſque Epiſcopos, Abbates, magiſtros & doctores iuris diuini & humani, nobilem virum Ioannem comitẽ in Tyerſteyn, protectoris dictæ ſynodi Imperiali authoritate deputati vicegerentem, & certos milites ad eundem electum trãſmittendos duxit, vt ipſi, lectionem præfatã præſentarent & conſenſum eius expoſcerent & requirerent, iuxta formam in decreto trigeſimæſeptimæ ſeſſionis præfatæ ſynodi ſtatutam & ordinatã. Quibus quidẽ legatis & oratoribus in præfati electi præſentia conſtitutis, ipſumq́ue præſentato ſibi die, videlicet Iouis, decimoſeptimo menſis Decembris, Anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo

trigeſimonono, decreto electionis prædictę ex parte eiuſdem ſynodi ſupplici precum inſtantia repetitis vicibus requirentibus, quatenus pro conſolatione Eccleſiæ Dei, in maximis his temporibus aduerſitatibus & tribulationibus conſtitutæ, electioni huiuſmodi acquieſcere, & conſenſum præſtare, aliaq; ad quæ iuxta decretum trigeſimæſeptimæ ſeſſionis huiuſmodi tenebatur, ſacere & adimplere dignaretur, idem electus tunc in magna (vt cernebatur) ſpiritus anxietate conſtitutus, mœrore compreſſus, cùm hinc deſiderium quietis, cui ſub ſuaui contemplatione, depoſita temporalium negociorum cura, vacare delegerat in ſolitudine prædicta, retraheret, & humanæ conditionis infirmitas oneris & laboris magnitudinem refugeret, hincque vniuerſalis Eccleſiæ authoritas & Reipublicæ neceſſitas impelleret: & licet diutiùs trepidauerit, ignorans, quid conſultiùs ageret in præmiſſis, poſt multiplices ſeorſum cum grauibus perſonis habitas conſultationes, metuens etiam (vt dicebat) ne ipſius ſic ad vniuerſalis Eccleſiæ & Reipublicæ miniſterium neceſſitate cogente vocati, contradictionis reluctatio diuinam contra ſe indignationem prouocaret, & grauioris forſan diſpendij in Eccleſia Dei occaſionem induceret, non honoris aut temporalium rerum cupidine ductus, ſed obſequendi neceſſitate impulſus, & affectu publicæ ſalutis procurandæ, in humilitatis ſpiritum tanti oneris ſarcinæ humeros ſuppoſuit, & ſe Apoſtolicæ ſolicitudinis iugo ſubmiſit, electioniq; de eo factæ, genibus flexis, exortiſque lachrymis, etiam infra ſtatutum ad hoc in decreto 37. ſeſſionis huiuſmodi terminum, ad laudem Dei omnipotētis deuotè conſenſit, & humiliter acquieuit, ac per dictum Cardinalem, quo vocari vellet nomine, interrogatus, (prout moris eſt in Romanum pro tempore pontificem electo) Felix nomen duxit ſibi eligendum, chlamyde & caputio, quibus tunc vtebatur, depoſitis, etiam genibus flexis, profeſſionem, iuxta præfatæ 37. ſeſſionis continentiam atq; formam, emiſit, & propria manu ſubſcripſit, die & anno ſuperiùs expreſſis, cuius quidem profeſſionis tenor talis eſt:

Felix quintus

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritusſancti, ego Felix electus in Papam, omnipotenti Deo, cuius Eccleſiam ſuo præſidio regendam ſuſcipio, & Beato Petro Apoſtolorum principi, corde & ore profiteor, quandiu in hac fragili vita conſtitutus fuero, me firmiter credere & tenere fidem catholicam ſecundum traditionem Apoſtolorum & generalium Conciliorum & aliorum ſanctorum patrum, maximè autem ſanctorum octo Conciliorum vniuerſalium, videlicet primi Nicęni, ſecundi Conſtantinopolitani, tertij Epheſini, quarti Chalcedonenſis, quinti & ſexti item Conſtantinopolitani, ſeptimi item Nicęni, octaui quoq; Conſtantinopolitani, necnon Lateranenſis, Lugdunenſis, Vienenſis, Conſtantienſis & Baſileenſis generalium etiam Conciliorum, & illam fidem vſq; ad vnum apicē inuiolatam ſeruare, & vſq; animam & ſanguinem confirmare, defenſare, & prædicare, ritumq; pariter ſacramētorum eccleſiaſticorum Eccleſię traditum, omnimodè proſequi & obſeruare. Polliceor etiā fideliter laborare pro tuitione fidei catholicę, & extirpatione hæreſum & errorum, reformatione morum, executione & obſeruatione decretorū Conſtantienſis & Baſileenſis Conciliorum, ac pace in populo Chriſtiano. Iuro etiā proſequi celebrationem Conciliorum Generalium & confirmationem electionum, iuxta decreta ſacri Baſileenſis Concilij. Hanc autē profeſſionē mea manu ſubſcripſi, & tibi omnipotēti Deo, cui in die tremēdi iudicij redditurus ſum de hoc & alijs meis operibus rationem, pura mēte ſuper altare offero, quam in primo publico conſiſtorio ſolenniter repetam.

Quibus peractis, Cardinalis alijq; legati & oratores prædicti iuxta commiſſionem & poteſtatem eis traditam, ipſum electum, depoſitis ſibi indumentis conſuetis, per traditionem veſtis albi coloris & annuli de papatu inueſtierunt, & alba pluuiali cæteriſq; ornamentis papalibus congruentibus induerunt, & in cathedra poſuerunt. Ipſe Cardinalis, alijq; Epiſcopi, Prælati, Principes, Comites, Barones, & nobiles reuerentiam & obedientiam Romanis pontificibus exhiberi ſolitas ſibi exhibentes, in proceſſione ſolenni cruce præcedente, more papali (vt decuit) ad Eccleſiam monaſterij S. Mauricii ordinis S. Auguſtini in dicta ſolitudine conſtitutam, proceſſerunt. Et dū ipſe electus fuit ante altare proſtratus, diu orauit, & hymni, Te Deū laudamus, decātatione finita, & Pater noſter, & aliis ſuffragiis & collecta conſuetis per dictum Cardinalem dictis, eundem electū inthronizauerūt, ipſum ſuper altare maius dictæ Eccleſiæ eleuātes. Demū ipſe electus adſtantibus ibidem ſolennem benedictionē dedit, & indulgentias conceſſit, in his omnibus decentibus & congruis ſolēnitatibus obſeruatis. Quæ quidem præmiſſa omnia ſex notariis publicis & decem ad hoc ſpecialiter requiſitis teſtibus, pleriſq; pręlatis, principibus, comitibus, baronibus, nobilibus, magiſtris, doctoribus & alijs inſignibus & notabilibus viris ibidem præſentibus, & iſta atteſtantibus, geſta fuere, prout in inſtrumentis publicis, quorum tenores ipſa ſynodus præſenti decreto habet, & haberi vult pro ſufficienti expreſſis, pleniùs continetur.

Declaratio quòd domino Felici ſit obediendum.

Præſata igitur ſacra ſynodus, quę electionem Felicis, tunc Amedei, huiuſmodi eius

ſolenni decreto cunctis Chriſtifidelibus publicari curauit, conſenſum per eundem electum dictæ electioni præſtitum, ac ſummi Apoſtolatus acceptationem hoc præſenti decreto publicat, & ad notitiam deducit, & deduci vult ſingulorum, ipſasq; electionem, acceptationem, conſenſus præſtationem, profeſſionem, inueſtitutam & inthronizationẽ gratas & ratas habens, authoritate vniuerſalis Eccleſiæ ex certa ſcientia approbat, roborat, & confirmat, decernens & declarans eidem electo tanquam vnico, vero & indubitato Eccleſiæ Romanæ paſtori, ab omnibus Chriſtifidelibus de neceſſitate ſalutis obediendum fore & debere obediri, ac eiſdem Chriſtifidelibus, quacunque etiam ſi Imperiali, Cardinalatus, Patriarchali, Regali, Pontificali, Abbatiali, ſeu alia quauis eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate, aut Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus ſeu cuiuſuis alterius dominij titulo potiantur, necnon ciuitatum communitatibus, oppidorum, villarum & locorum ac ſtudiorum quorumcunq; vniuerſitatibus, & eccleſiarum tam metropolitanarum aliarum cathedralium, quàm collegiatarum capitulis & monaſteriorum conuentibus, necnon ordinum mẽdicantium generalibus miniſtris & prouincialibus, ac quibuſcunq; alijs cuiuſcunq; dignitatis, præeminentiæ, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, ſub obteſtatione diuini iudicij, necnon excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, ac priuationis omnium dignitatum, bonorum & officiorum eccleſiaſticorum & temporaliũ, iuriumq́; feudorum & beneficiorum eccleſiaſticorum quorumcunque pœnis, quas & alias iuris pęnas, Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Generales miniſtri & prouinciales magiſtri & doctores, capitula, conuentus, cæteriq́ue ſupranominati & alij eccleſiaſtici quicunque mandatis huiuſmodi inobedientes, ſeu in aliquo contrauenientes, ipſo facto incurrant. Ad ipſas verò pœnas contra Reges, Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, milites & alios dominos temporales & ſeculares perſonas quaſcunq;, quæ ſimiliter inobedientes & rebelles fuerunt, ipſa ſancta ſynodus vniuerſalis Eccleſiæ, ſeu ipſe Felix ſua Apoſtolica authoritate procedere curabit, iuſtitia mediante, authoritate Dei omnipotentis & eiuſdem vniuerſalis Eccleſiæ diſtrictè præcipit atque mandat, quatenus eidem electo, vero & indubitato dictæ Romanæ Eccleſiæ paſtori reuerenter (vt tenentur) obediant & intendant. Et inſuper omnia & ſingula indulta, literas, proceſſus, ſententias, cenſuras & mandata prætenſa per Gabrielem, olim Eugenium Papam Quartum, qui tanquam ſchiſmaticus, hæreticus & alijs diuerſis criminibus, quibus Eccleſiam Dei incorrigibiliter ſcandalizabat, irretitus, ab omni gradu, honore & dignitate papali per pręfatam ſynodum iuſto iudicio depoſitus & amotus extitit, ſeu eius authoritate quomodolibet conceſſa, promulgata de facto, quæ præmiſſis obuiare poſſint, prout ſunt, caſſa, irrita & inania, nulliusque roboris vel momenti fore decernens pariter & declarans, vniuerſis Chriſtifidelibus ſupradictis ſub prænominatis & alijs in decreto depoſitionis & admonitionis dicti Gabrielis, quod incipit: Proſpexit dominus de excelſo ſancto ſuo, contentis, vtpotè fautoriæ ſchiſmatis & hæreſis, & alijs etiam iuris pęnis, quas contrafacientes & rebelles ipſo facto incurrant, inhibet ne præfato Gabrieli ſic depoſito & amoto, eiusq́; mandatis, nuncijs & literis, aut exinde ſecutis proceſſibus, ſententijs & cenſuris pr̨ętenſis quomodolibet obediant, pareant, ſeu ea exequantur, aut exequi faciant ſeu procurent eidem Gabrieli ſeu nuncijs, mandatis, literis & prætẽſis proceſſibus, ſententijs & cenſuris ſuis huiuſmodi vtentibus, vel ea exequentibus aſſiſtentiam, auxilium, conſilium vel fauorem præſtare præſumant, decretis alijs eiuſdem ſynodi in ſuo robore nihilominùs duraturis. Datum Baſileæ in ſeſſione noſtra publica, in maiori eccleſia Baſileenſi ſolenniter celebrata, quarto Calendas Martij, anno à natiuitate domini 1440.

Baſileenſis Concilij ſeſ. 34.

SESSIO XLI.

In qua condemnantur quidam libelli ſcandaloſi &c. per Gabrielem olim Eugenium Papam Quartum editi.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuã rei memoriam.

Licet (vt ſacrorum canonum apertè teſtatur authoritas) condemnatis de hæreſi & ab Eccleſia Dei * ſeiunctis, nulla ſuper catholicos iudicandi ſit attributa vel permiſſa poteſtas, ac fidelibus Chriſticolis quæuis illorum communio ſub grauiſſimis iuris diuini pariter & humani pęnis ſit penitus interdicta: quia tamen inualeſcente hominum malitia ac humani generis inimico, omnium hæreſum ſatore procurante, plerunque nonnulli taliter damnati, ſic ſuos obdurant animos, in ſua pertinacia gloriantes, & vniuerſalem Eccleſiam ac ſibi deuotos ſub prætenſo colore iudicialis ſententiæ libellis ſcandalis & contemptibus plenis, in vniuerſo afficere & perturbare non verentur: non ſolum debitum, ſed & neceſſarium reputamus, vt contra damnabiles huiuſmodi auſus debita ordinemus antidota, dignaque animaduerſione contra talium fautores arctiùs exurgamus.

* præciſis

Nuper ſiquidem dum Gabriel, olim Eugenius papa quartus nuncupatus, multiplicia & enormia crimina vniuerſalem Eccleſiam Dei ſcandalizantia, quæ adeò notoria erant, quòd nulla tergiuerſatione celari poterant, perpetrauerat, & Eccleſiam audire, ac præceptis, ſtatutis & ordinationibus ſynodalibus obedire contemneret, hæc ſancta ſynodus neceſſarium eſſe iudicans, vt cui pia nõ proderat correctio, debita non parceret abciſio, poſtquam in multa longanimitate, patientia & manſuetudine poſt plures admonitiones expectauerat eundem, vt ſalutarẽ emendationem & criminum prædictorum correctionem efficeret, tandem cùm ampliùs differre non poſſet, quo minùs fidei Catholicæ & ſaluti vniuerſæ Chriſtianæ religionis ſub auxilio ſpiritus paracleti prouideretur, eadem ſancta ſynodus in ſeſſione publica Baſileę 7. Calendas Iulij, anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimonono ſolenniter celebrata, per ſuam ſententiam inter alia dictum Gabrielem fuiſſe & eſſe notorium & manifeſtũ ſchiſmaticum & hæreticum, ac diuerſis alijs criminibus vniuerſalem Eccleſiam ſcãdalizantibus, irretitũ, eumq́; propterea à papatu & Romano pontificio ipſo iure priuatum eſſe declarauit, pronunciauit, ac ipſum ab eiſdẽ amouit & depoſuit, inhibendo ſingulis fidelibus ſub grauibus pęnis tunc expreſſis, ne eidem Gabrieli ſic priuato & depoſito, tanquam ſummo pontifici obedirẽt, parérent, vel intenderent, aut eum quouis modo ſuſtinerent, aut receptarent, aut auxiliũ, conſilium vel fauorem præſtarent, prout in ſententia & decreto noſtris deſuper confectis, pleniùs continetur. Cùm autem (ſicut accepimus) nuper quædam famoſa ſcripta, ſcandaloſa, iniurioſa, ſchiſmatica, à fide deuia, & hæretica, quam ipſe ſententiam diffinitiuam appellat, quę incipit: Quoniam ſanctorum patrum ſententia &c. per quam dictus Gabriel

Sententia Eugenij 4. contra Felicẽ & eius ſtudioſos &c.

inter alia ſanctiſſimo domino noſtro Felici quinto in Romanum pontificem electo, vero, vnico & indubitato Chriſti vicario, & eius Felicis quinti electoribus, per hoc ſacrũ Concilium cum debita maturitate & prouidentia circumſpecta ad hoc tunc ordinatis, ac alijs qui conclaue pro electione Romani pontificis in hac ſancta ſynodo ingreſſi fuerunt, & in ea interuenerunt, eisq́ue credentibus & adhærẽtibus conuicia plurima & turbationes in ſuis perſonis, dignitatibus, beneficijs & rebus temerè & calũnioſe inferre molitus eſt, decernendo & declarãdo eos fuiſſe & eſſe dignitatibus & beneficijs ac officijs ſuis priuatos, & inhabiles ad eadem, licet de facto nomine ipſius Gabrielis emanauerit, & publicata fuerit in vniuerſalis Eccleſiæ & dicti Felicis quinti ludibrium, dedecus & contemptũ: nos attendentes quòd illorum ſcripta recipi non debent, quorum damnantur authores, & ne ex dicta ſcriptura prætenſa, per quam idem Gabriel ſe pertinaciùs obduratum, ac magis & magis hæreticum, & omni crudelitate repletum comprobat, quempiam fidelium in hac re ſeduci ac turbari cõtingat, hæc ſacroſancta ſynodus volens (vt tenetur) ſuper hoc ſalubriter prouidere, prætenſam ſcripturam ac quicquid ex ea ſecutum eſt, declarat fuiſſe & eſſe omnino irrita & inania, nullumq́; debuiſſe ac debere ſortiri effectũ, ſeu nocumentum vel * damnum afferre cuiquam, vel quomodolibet attuliſſe, ipſaq́; quatenus proceſſerunt de facto, & quæ in poſterũ ſequi poſſent, in irritũ reuocat, caſſat & annullat. Inhibet quoq́; mandat, atq; præcipit vniuerſis & ſingulis Chriſtifidelibus, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis vel conditionis fuerint, etiam ſi imperiali, regali, ducali, cardinalatus, patriarchali, pontificali ſeu alia quauis eccleſiaſtica vel mundana dignitate præfulgeant, ac ciuitatibus, vniuerſitatibus, communitatibꝰ, villis, oppidis, caſtris & collegijs quibuſcunque ſub fautoriæ ſchiſmatis & hæreſis ac excõmunicationis, quo ad ſingulares, interdicti verò quo ad ciuitates, vniuerſitates, communitates, villas, oppida, caſtra & collegia prædicta, necnon priuationis omnium & ſingulorum dignitatum, beneficiorum, officiorum, priuilegiorum & bonorum eccleſiaſticorum & mundanorũ, ac inhabilitationis ad eadẽ, alijsq́; in dicto & cæteris noſtris decretis contentis pęnis, quas cõtrafacientes & rebelles ipſo facto incurrere volumus, ne ſcripturam & in ea contenta huiuſmodi acceptare, publicare, prædicare, approbare ſeu defendere, aut eiſdem quouis modo conſentire, vel fauere, nec eis obedire, ſeu ea attendere, vel obſeruare, ſeu aliarum quarumcunque prætenſarum (priuationum ac proceſſuum inde ſecutorum, etiam quaſcunq; cenſuras cõtinentium, per ipſum Gabrielem damnatum factorum, aut in poſterum forſan faciendorum) prætextu, dignitates, beneficia, perſonas, res & bona Felicis quinti, electorum & aliorum in eadem prætenſa ſcriptura quoquo modo comprehenſorũ, quouis modo impetrare, occupare, inuadere, perturbare, vel detinere, aut ipſos impetrãtes, inuadentes, perturbantes, capientes, vel detinẽtes ad poſſeſſionem eorundem, ſeu alias recipere, admittere, ſeu eos in illis, ſuſtinere, aliaſq́ue ipſis ac dictæ ſcripturæ ac in eis contẽtis, alijsq́; præmiſſis aſſentientibus & illis vtentibus, ſeu ea publicantibus & defendentibus, auxilium, conſilium vel fauorem præſtare quoquo modo audeant vel præſumãt, nec præmiſſa (quantũ in eis eſt) executioni demandari permittant. Datum Baſileæ in ſeſſione noſtra publica, in maiori Eccleſia Baſileenſi ſolenniter celebrata x. Calendas Auguſti, anno à natiuitate domini 1440.

* notam

SES-

SESSIO XLII.

De prouiſione Felicis Papæ Quinti.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriam.

Inſcrutabili diuinæ altitudinis prouidentia ad *extollendum & cõſeruandũ dominici
*excolendum gregis agrum, in inuocatione ſpiritusſancti adunatus, inter multiplices nobis incũbẽtes ſolicitudines, illa nos cura propenſiùs angit & vrget, vt quæ pro Chriſtianæ religionis incremento & reipublicæ vtilitate per nos ſummo ſtudio edita ſunt & decreta, votiuè dirigi & firmiter valeant adimpleri, & vt Romanus pontifex decretorũ huiuſmodi executor & conſeruator præcipuus, illa tanto ampliùs, tantoq́; liberiùs exequi poſſit & manutenere, ac aliâs felici regimini Eccleſiæ Dei ardentiùs intẽdere, quo congruæ prouiſionis auxilio iuxta ſui ſtatus exigentiam ab vniuerſali Eccleſia ſuffultus, incumbentia ſibi & ſuis onera expenſarum grauiſſima, commodiùs & faciliùs cõſpexerit poſſe ſupportare. Cùm itaque ſanctiſſimus dominus Felix Papa quintus, ad ſummi apoſtolatus apicem aſſumptus, non mundanarum rerum cupidine ductus, cùm patrimonium beati Petri & terras Romanę Eccleſię prohdolor per alias tyrannides cerneret occupatas, allectus, ſed diuinæ voluntati reſiſtere non volens, & Eccleſiæ Dei in tam graui fluctuatione conſtitutæ, piè compatiens, iugũ tanti oneris pro Dei reuerentia, fidei conſeruationis, & vniuerſalis Eccleſiæ conſolatione ſuis humeris ſuſcipiens, proprijs derelictis, decreta huiuſmodi cũ omni humilitate ſuſceperit, eaq́; & fidem catholicã obſeruare, & manutenere purè & ſimpliciter iuxta mentem & tenorem eorundem profeſſus fuerit, & ad proſecutionem totius boni reipublicæ & religionis Chriſtianæ, necnon ad defenſionem authoritatis generaliũ Cõciliorum & decretorum prædictorum affectibus ſynceris anhelans, grauiaq́; & importabilia expenſarum onera in diuerſis & magnis Eccleſiæ Dei ingruentibus negocijs, præſertim pro executione illorum ſanctorum operum, propter quę eadẽ ſancta ſynodus congregata eſt, cùm de patrimonio beati Petri aut aliundè nullam adhuc ſubuentionem habuerit, hactenus ſubierit & pertulerit, ac grauiora neceſſariò dietim ſubire & perferre habeat, per quæ (vt confidimus & ſperamus) idem Felix Papa patrimoniũ huiuſmodi & terras Eccleſiæ recuperare, pacẽ-
Spiritualia ſine temporalibus ſubſiſtere diu nequire. que Eccleſiæ dare poterit, domino concedẽte: attendens itaque ſancta ſynodus, quòd ſpiritualia ſine temporalibus diu ſubſiſtere nequeunt, præmiſſis & alijs diuerſis rationabilibus & euidentibus cauſis permota, volens etiam quod in decreto ſuæ ſeſſionis 12. 5. Idus Iulij anno à natiuitate domini 1435. celebratæ, quod incipit, Sicut in conſtruenda domo, ordinatum eſt, laudabiliter adimplere, hoc irrefragabili decreto vſq; ad quinquennium à die datæ præſentiũ computandum, quintũ: & deinde ad aliud quinquennium extunc proximè ſubſecuturum, decimum denariũ veri valoris annui ſecũdum communem æſtimationem quorumcunque fructuum, redditũum & prouentuũ primi anni omnium & ſingulorũ canonicatuum & præbendarum, dignitatũ, perſonatuum, adminiſtrationum, præſtimoniorum, præſtimonialium portionum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum, cum cura & ſine cura, ſecularium & regularium, cuiuſcunque conditionis, ordinis aut religionis fuerint, & quocunq; nomine cenſeantur, etiam ſi dignitates ipſæ patriarchales, Archiepiſcopales, epiſcopales, abbatiale, prioratus, cõuentuales ac in metropolitanis ſeu alijs Cathedralibus maiores poſt põtificales, aut in collegiatis eccleſijs principales & electiuæ fuerint, à dicta die in antea, ſiue per obitum aut liberam ſeu ex cauſa permutationis reſignationem, vel aliâs quouis modo & qualitercunq;, præterquàm per priuationem cauſa reformationis, aut reſignationem ſimplicem in foro conſcientiæ, ſeu per optionem præbendarum in eccleſijs, vbi illarum optiones fieri conſueuerũt, vbicunq; in Romana curia vel extra, vacantium oneribus neceſſarijs illis pro tempore incumbentibus deductis, & quotidianis diſtributionibus, necnon xenodochijs pauperũ, hoſpitalibus in quibus hoſpitalitas actu tenetur, leproſarijs quoq́; & alijs in titulum beneficij concedi non ſolitis, duntaxat exceptis, à quibuſuis capitulis, collegijs, conuentibus & perſonis eccleſiaſticis & ſecularibus, exẽptis & non exemptis, cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis ſeu conditionis exiſtant, illa pro tempore poſſidentibus, aut fructus, redditus & prouentus huiuſmodi ex ſtatutis vel conſuetudinibus, commendis ſeu aliâs quouis modo percipientibus, pro vna infra ſex, & alia medietatibus infra alios ſex mẽſes eiuſdem primi anni, ſanctiſſimo domino Felici papæ quinto, ſuiſq́; collectoribus & ſubcollectoribus per eum deputandis, realiter & cum effectu perſoluendum, & per eos exigẽdum, leuandum, colligendum & recipiendum, eidem domino Felici papæ pro ſua ac cardinalium & officialium prædictorum prouiſione, authoritate vniuerſalis Eccleſiæ tenore præſentium reſeruat, conſtituit, deputat & aſſignat, ſtatuens & decernens, capitula, cõuentus, collegia & perſonas ipſas ad ſolutionem quinti & decimi denarij huiuſmodi dicto dño Felici papæ, eiusque collectoribus & ſubcollectoribus modo præmiſſo faciendam,

dam, fore efficaciter obligatos. Quodque ſi infra vnum menſem à die quo collectores vel ſubcollectores huiuſmodi in Eccleſia cathedrali ſe quintum vel decimum denariũ huiuſmodi ab illius debitoribus recipere paratos obtulerint, & publicauerint, quemlibet terminorum prædictorum ſequentium in ſolutione huiuſmodi, defecerint, negligentes ſeu remiſſi fuerint: ſingulares perſonæ, excommunicationis: capitula verò, conuentus & collegia, huiuſmodi ſuſpenſionis à diuinis ſentẽtias eo ipſo incurrant, à qua quidem excommunicationis ſententia ab alio, quàm à nobis aut dicto domino Felice Papa, ſeu cui ille id duxerit committendum, præterquam in mortis articulo conſtituti, (niſi priùs de tunc debito, vt præmittitur, denario eidem domino Felici Papæ quinto, eiúsve collectoribus & ſubcollectoribus ſatisfecerint, aut deſuper cum eis concordauerint) abſolutionis beneficium nequeant obtinere: & ſi capitula, conuentus, collegia & perſonæ prædictæ excommunicationis & ſuſpenſionis ſententias huiuſmodi per tres menſes, dictum menſem immediatè ſequentes, animo (quod abſit) ſuſtinuerint indurato, extunc eorum eccleſiæ, monaſteria, & loca eccleſiaſtico ſint ſuppoſita interdicto, tam diu & quouſque à ſententijs (vt profertur) abſolui, & interdictum huiuſmodi meruerint relaxari, nõ obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ac ſtatutis, vſibus & conſuetudinibus Eccleſiarum, monaſteriorum, prioratuum, locorum & ordinum quorumcunque iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacũque alia firmitate vallatis, literis quoque, gratijs, priuilegijs, libertatibus, exemptionibus, indultis & conceſſionibus, capitulis, conuentibus & collegijs prædictis, eorumq; eccleſijs, monaſterijs, prioratibus, dignitatib⁹, locis & perſonis, in genere vel ſpecie, ſub quacunq; verborum forma, vniuerſalis Eccleſiæ Apoſtolica vel alia quauis authoritate factis & conceſſis, etiam ſi de eis & eorũ totis tenoribus in præſentibus ſpecialis & expreſſa mentio fienda foret, & quæ, quo ad hæc, eis nullatenus ſuffragari volumus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq;, aut ſi capitulis, conuentibus, collegijs & perſonis prædictis communiter vel diuiſim, quomodolibet indultum exiſtat, aut interim indulgeri contingat, quòd ad ſolutionem ſeu præſtationem denarij huiuſmodi, aut cuiuſcunq; alterius oneris vel ſubſidij non teneantur, & ad id compelli, aut quòd interdici, ſuſpendi vel excommunicari, ſeu ipſi vel eorum loca interdici non poſſint, per literas non facientes plenã & expreſſam, ac de verbo ad verbũ, de indulto huiuſmodi eorumque eccleſijs, monaſterijs, dignitatibus, beneficijs, locis, perſonis & ordinibus proprijs mentionem. Vult tamen & aſſentit hæc ſancta ſynodus, quòd ſi aliqua natio, regnum vel prouincia modũ prouiſionis huiuſmodi ſibi non conuenire ſenſerit, aut allegauerit oneroſum, præfatus dominus Felix Papa, auditis illius rationibus, & cõſiderandis debitè ponderatis, cum eadẽ natione aut eius perſonis (prout rationabiliter expedire videbitur) conuenire, & cum eis concordare poſſit: & quicquid cum eo in hoc ſit conuentum, aut concordatũ fuerit, id ipſa ſancta ſynodus gratum & ratum perindè haberi decernit & declarat, ac ſi de hoc in præſenti decreto plena & expreſſa mentio haberetur. Quodq; denarius prædictus, vacatione prædicta quotieſcunq; infra primum annũ huiuſmodi in quacunq; natione occurrente, & eo durante, vltra ſemel nullatenus exigatur, nec quiſquam ad illum ſoluendũ amplius teneatur. Inſuper vult & decernit hæc ſancta ſynodus, quòd ſi qua capitula, collegia & cõuentus, ac eccleſiaſticæ ſeculareſve perſonæ cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, ordinis ſeu conditionis exiſtant, fructus, redditus & prouentus primi anni huiuſmodi, aut aliquam illorum quotam ſiue partem ex ſtatutis, conſuetudinibus ſeu priuilegijs aut alias quouis modo leuare & percipere conſueuerunt, per hoc præfato domino Felici Papæ in exactione huiuſmodi denarij nullatenùs præiudicetur, diſtrictiùs inhibendo capitulis, collegijs, conuentibus & perſonis ipſis ſub ſententijs & pœnis ſupradictis, ne illos vel illam in præiudicium dicti denarij pro eo anno quoquo modo petere vel exigere audeant ſeu præſumant. Per hoc tamen hæc ſancta ſynodus capitulis, collegijs, conuentibus & perſonis prædictis, quo minùs annis dictum primum vacationis annum ſequentibus illos & illam pro ea parte, quę ob impoſitionem denarij huiuſmodi eis defecerit, petere & exigere valeant, non vult nec intendit præiudicium generari. Præterea cùm nonnulli nationis Germanicæ, apud nos conſtituti, nationem ipſam præ cæteris plùs fore grauatam, coram nobis allegauerint, ſi in ea denarius huiuſmodi abſque alia moderatione exigi deberet & leuari: hęc ſancta ſynodus his & alijs rationabilibus cauſis mota, beneficia quæcunque & qualiacũque infra dictum nationẽ conſiſtentia, valorem quinq; marcarum argenti ſecundum communem æſtimationẽ eorũ neceſſarijs oneribus deductis non excedentia, hoc decreto nullatenùs includi, nec de illorum fructibus, redditibus & prouentibus denarium huiuſmodi ſolui, leuarique ſeu exigi debere, decernit & declarat, volẽs & ſtatuens, quòd ſi de verò valore in præmiſſis quandoq; hæſitari contigerit aut contendi, collectores & ſubcollectores huiuſmodi vnam, & is cui ſolutio denarij huiuſmodi pro tempore incumbit, aliam perſonas pro diſcuſſione dubij & contentionis huiuſmodi eligere: & ſi

illas

illos diſcordare contingeret, loci ordinarius aut eiuſdem in ſpiritualibus vicarius, ſeu officialis generalis: ſi verò occaſione metropolitanæ vel cathedralis Eccleſiæ dubium, aut contentio exorta fuerit, caſu diſcordiæ huiuſmodi capitulum cum altera perſonarum ſic electarum, dubium huiuſmodi habeant terminare. Quarum quidem perſonarum ac in caſu diſcordiæ huiuſmodi ordinarij ſeu eius vicarij & capituli prædictorum, ſententiæ & determinationi partes hincinde ſtare, & parére ſine omni contradictione debeant & teneantur. Cæterùm hæc ſancta ſynodus collectoribus & ſubcollectoribus denarij præfati pro tempore deputatis, ſub obteſtatione diuini iudicij & excommunicationis pœna, quam contrafacientes incurrere vult ipſo facto, diſtrictiùs inhibet, ne quicquam vltra denarium huiuſmodi à perſonis pro tempore ſoluentibus & debentibus, prætextu ſchedulæ, quietantiæ ſeu liberationis per ipſum de eo quod ſibi ſolutum fuerit, factæ, petere vel exigere audeant ſeu præſumant: ſed quòd de competenti ſalario eis per cameram dicti domini Felicis Papæ aſſignando, côtenti remanere debeât, decernit, vult & ordinat: quodq; collectores & ſubcollectores ipſi ſic in exigendo denarium huiuſmodi, modum obſeruent, quòd perſonæ de indebito grauamine non immeritò querulari cogantur, ac propterea calices, libri, iocalia & alia ornamenta eccleſiaſtica nullatenus impignorentur, diſtrahantur, vel alienentur. Vult tamen & decernit eadem ſancta ſynodus, ne perſonas ſententijs prædictis pro tempore illaqueatas, vltra modum in abſolutione obtinenda, ad curiam veniendo, grauari contingat, quòd præfatus dominus Felix Papa Quintus collectoribus & ſubcollectoribus ipſis vel alijs (prout opus & expediens videbitur) perſonas ſic ligatas, a cenſuris huiuſmodi abſoluendi, & interdicta relaxandi & tollendi, plenam & liberam concedat facultatē. Teneanturque ipſi collectores & ſubcollectores, ſolutione dicti denarij facta, capitula, conuentus & collegia, ac perſonas prædictas à ſententijs & cenſuris prædictis gratis & ſine aliqua difficultate abſoluere, interdictumque forſan poſitum ſimiliter tollere & relaxare. Pro cuius quidem abſolutionis, ſublationis & relaxationis literis etiam ſigillatis, ſi prædicti eas habere voluerint, etiam ſi per notarium fuerint ſubſcriptæ, ad ſoluendum vltra ſextam partem vnius floreni de camera, nullatenus conſtringi valeant vel compelli. Eos autem qui contrafecerint, excommunicationis ſententiam incurrere voluit ipſo facto. Quodque poſt decennium à dicta die computandum, aſſignatio prouiſionis huiuſmodi ceſſet penitus & expiret, capitulaque, conuentus, collegia & perſonæ prædictæ ad ſolutionem denarij huiuſmodi ratione dignitatum & aliorum beneficiorū prædictorum, extunc in antea vacaturorum, decætero nullatenùs teneantur. Decernit quoque, omnes & ſingulos proceſſus, pœnas, ſententias & cenſuras, quos & quas contra capitula, conuentus, collegia & perſonas huiuſmodi ob non ſolutionem ratione beneficiorum poſt decennium vacaturorum huiuſmodi, per quemcunq;, etiam ſi papali dignitate præfulgeat, quauis authoritate fieri, ferri, & promulgari contigerit, irritos & irritas, ac irritum & inane, quicquid in contrarium ſcienter vel ignoranter fuerit attentatum. Datum Baſileæ in ſeſſione noſtra publica, in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata, pridie Nonas Auguſti, anno à natiuitate domini 1440.

SESSIO XLIII.

De viſitatione Beatæ Mariæ Virginis.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuā rei memoriam.

Inter aſſiduas militantis Eccleſiæ turbationes & procellas, quibus ipſa dietim affligitur, illa ſingularis iucunditas & egregia exultatio communitati fidelium reiecta eſt, vt dominum creatorem noſtrū intimis præcordijs diligētes, eundem in ſanctis ſuis deuotè glorificent. Per hoc enim & ipſe dominus, qui gratiam illis præſtitit, digne collaudatur, & ipſorum ſanctorum promptiora erga nos reddimus patrocinia. Quod quidē ſingulariter eſt agendum, cùm calamitates irruunt, quæ abſq; demeritis hominum nō contingunt, vt per ipſorum ſanctorum preces & merita, miſericordia dñi ſuper peccatis hominū imploretur, & humanum genus ab imminentibus malis & innumeris periculis preſeruetur. Inter autem omnes qui cœleſtem regem pro nobis interpellent, præcipuè ad glorioſiſſimam illam & omni laude digniſſimam Dei genitricem Mariam eſt recurrendum, quæ quanto altior exiſtit, tanto humiliùs ad nos reſpicit, oēs ad ſe trahere cupiens pro quibus in vtero geſtauit ſaluatorē. Hæc apud Deū quē ipſa peperit, ſedula pro nobis aduocata, nos iuuat, nos tuet, nos protegit, nos exaltat: hæc omnibus qui ad eam recurrunt, promptiſſimum exhibet patrocinium. Huic igitur ſanctiſſimæ Virgini, etſi plures feſtiuitates veneranda ſanctorum patrū antiquitas conſecrauit, irruentibus tamē dietim maioribus mundi calamitatibus & anguſtijs, quæ ad expetenda eiuſdē Virginis auxilia vehementiùs vrgent, iucunditatem illā ſibi cœlitus datā, non immeritò conuenit celebrari, dum virgo eadē beatiſſima cœleſti

edocta

G1c232

edocta nuncio & Spirituſancto doce, aſcendens cum feſtinatione in montana, humilem Zachariæ domum intrauit. Ieſus enim qui in vtero illius erat, feſtinabat adhoc in ventre matris Ioannem poſitum ſanctificare. Lucæ 1. Et ipſa virgo glorioſiſſima cognatam Elizabeth viſitans, nõ minùs illam ſuaui quàm fructuoſo ſalutauit alloquio. Maximam nãque lætitiam fidelium mentibus debet ingerere excellens illud myſterium, quo matres illæ glorioſæ, totius ſalutis noſtræ ferentes primordia, tam familiariter inter ſe exultãrunt, cùm Virgo excellentiſſima de ſtirpe Dauid Maria, & veneranda inter filias Aaron Elizabeth inuicem colloquuntur: quarum altera Creatorem omnium & Saluatorem noſtrum, altera præcurſorem Ioannem geſtat in vtero: & ſanctæ illæ miraculo matres effectę, diuina inter ſe beneficia commemorant. Felix quidem illa conuentio, & magnis diuinæ gratiæ ſplendoribus illuſtrata, qua tales & tantæ in vnum matres pariter affuerunt, quarum altera Virgo ex Spirituſancto, altera ſterilis & in ſenectute conceperat, & vtriuſque partum cœleſtis Angelus prænunciauit: Qua Ioañes adhuc maternis recluſus clauſtris, veniẽtem ad ſe dominum in Mariæ vtero veneratur. Qua repleta Spirituſancto Elizabeth, conceptui filij Dei & ſaluatoris hominum gratulatur: qua & ipſa Prophetans, beatiſſimam dixit Mariam quæ credidit, & reuelata ſibi myſteria pãdit: Qua denique repleta ineffabili gaudio mater Domini Msria, omnia in corde ſuo conferens, quæ vel priùs ab Angelo, vel tunc ab Elizabeth perceperat, in canticum & laudem domini prorumpit. Núc admirabilem Dei potentiam, qui reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ, collaudat: nunc magnitudinem operum eius glorificat, nunc refert miſericordiam, quæ à progenie in progenies ſuper ſe timentes diffunditur: nunc iuſtitiam, qua ſuperbi deijciuntur, & humiles exaltantur, magnificat: nunc promiſſionem Abrææ & ſemini eius factam, & iam tunc completam commemorat, ac quòd ſe Beatam omnes generationes vſque ad conſummationem ſeculi dicerent, diuina inſpiratione prophetauit. Eandemq́ue prophetiam ſic manifeſtè videmus iugiter adimpleri, vt ſuperuenientes generationes ipſam Virginem Beatam & Beatiſſimam magis ac magis meritò dicere conentur. Quis igitur tantam lætitiam ſatis poterit explicare? Quis tanta myſteria condignis laudibus proſequatur? Quis hęc gaudia ſufficienter exponat, dum Ioannes nondum natus exultat, Elizabeth aduentu Virginis collætatur, Maria in myſterijs gaudet, clauſus in vtero Saluator, à ſuo recognoſcitur præcurſore, lætantur Angeli, Cęlum & terra iucundantur, & tota Trinitas nouis laudibus glorificatur? Hæc igitur gaudiorum magnitudo, ſpecialibus eſt extollenda præconijs. Hęc ſingularibus ſolennitatibus celebranda, in qua & dominũ qui geſtatur in vtero, & Virginem quæ portat, & ſterilem quæ concepit, & præcurſorem qui viſitatur, condecẽtibus proſequi debemus honoribus. In cuius commemoratione, qui tribulati ſunt, Mariam implorant, quæ gaudiorum huiuſmodi memor (vt ſperandum eſt) non ſolùm ſupplicantes exaudiet, ſed ſicuti ex ſua clementia conſueuit, etiam ſupplicare volentium preces præueniet. Quæ conſiderans hæc ſancta ſynodus, cùm in hoc tempore tota prohdolor Chriſtianitas in laboribus & anguſtijs conſtituta cernatur, cumq́ue ferè vbiq́ue diuiſiones & bella per humani generis hoſtem introducta vigeant, & ipſa etiam Eccleſia militans non mediocribus agitetur procellis, dignum eſſe iudicauit, ſolennitatẽ hanc quæ congruè viſitatio Beatiſſimæ Virginis appellatur, in ſingulis Chriſtianorum eccleſijs celebrari, vt honorata in hac celebritate per pias & deuotas fidelium mentes mater gratiæ & omnis conſolationis ſacratiſſima Virgo Maria, Benedictum Filium ſuum iam multis hominum peccatis offenſum, ſua interceſſione concilians, pacem & vnitatem fidelibus largiatur. Ideoq́ue ſtatuit & decernit eadem ſancta ſynodus, ad honorem ipſius Virginis Dei genitricis, vt poſt expleta reſurrectionis dominicę, pentecoſtes, glorioſæ Trinitatis, ſacri corporis Chriſti, beatorum Ioannis Baptiſtæ, ac Apoſtolorum Petri & Pauli ſolennia, in quibus Eccleſia poſt ſolennitatem Annunciationis Dominicæ, quam pręfata viſitatio temporis ordine confeſtim ſequebatur, eſt occupata, per ſingulas Chriſtianorum eccleſias quolibet anno ſexto nonas Iulii feſtum huiuſmodi viſitationis glorioſæ Virginis celebretur. Hoc igitur ſolenne feſtum amplectantur Chriſtifideles, & omnes qui Beatam Virginem ſingulari deuotione proſequuntur, ſecum in hac ſolennitate ſuæ exultationis congaudeant. Quam vt eo libentiùs in diuinis honorent officiis, quo magis ſpiritualibus fuerint excitati muneribus, ipſa ſancta ſynodus omnibus Chriſtifidelibus, qui matutinis, proceſſioni, ſermoni, Miſſarum ſolenniis, vel primis aut ſecundis veſperis huius Glorioſę Virginis feſtiuitatis interfuerint, pro vnoquoque officiorum prædictorum centum dies de iniunctis pœnitentiis miſericorditer elargitur.

Datum in ſeſſione noſtra publica in eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata, Calendis Iulij, Anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo primo.

SESSIO XLIII.

De tuitione ſuppoſitorum huius ſacri Concilij.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. Catholicæ Eccleſiæ ſanctis operibus continuè intenti, ſicut cunctis fidelibus in miniſtranda iuſtitia nos deceat eſſe fauorabiles & benignos, illos non immeritò, qui pro fidei orthodoxæ atq; generaliũ Cõciliorum authoritatis defenſione fideles labores impenderunt & impendunt, iuſtitiæ fauoribus attollere debemus & munire præſidijs, quibus per nos maturè facta decreta
*prætenſis inſequendo, à * peruerſis ambitioſorum illatis ſubleuari, & inferendis moleſtationibus præſeruari valeant, & ſic eorundem decretorum tranſgreſſorum, illorum præſertim, qui nobis incorporati & huius ſanctę ſynodi decreta manutenere & defendere iurauerunt, contemptum puniri facere, ſicque erga ſingulos iuſtitiam ordine debito exercere, vt alter in alterius iniuriam non facilè proſiliat: & formidata in reprobis vltione impiorum, nocendi temeritas compeſcatur, & inter eos tuta ſit innocẽtium tranquillitas. Poſtquàm dudum omnipotens dominus nimiùm afflictam Eccleſiam ſuam ſponſam pietatis oculo reſpicere, & fidelium cordibus inſpirare dignatus fuerat, vt ſynodus vniuerſalis duorum etiam generalium Conciliorum authoritate, & duorum ſummorum pontificum ſucceſſiuè approbatione pro errorum hæreſumque extirpatione, ac generali Eccleſiæ in capite & in membris reformatione, atque regum & principum aliorumque catholicorum adinuicem diſſidentium pacificatione, in hanc ciuitatem Baſileenſem conuenire, & nos tunc occurrentia, quæ nonnulli aduerſus opera prædicta inferre conabantur, ac etiam futura, quæ veriſimiliter inferri poſſent, impedimenta circumſpicientes, & vt illa pro quibus conueneramus, communem Chriſtianorum ſalutem concernentia, ad fines optatos perducis, ac eis per quę directè & indirectè impediri, ipſiq; incorporati ab eis retrahi poſſent, obuiare cupientes, per nonnulla ſalubria decreta ſtatuendo diffiniuimus: Primò, quòd nullus eidem ſynodo per ſe vel procuratorem incorporatus aut incorporandus, etiam procurator ipſe, à tempore arrepti itineris animo veniendi ad ipſam ſynodum ſine fraude continuati, pro quacunque cauſa tunc mota vel in anteà mouenda, aut alia quauis occaſione, ad Romanam curiam ſeu coram quocunq; iudice ordinario vel delegato, extra locum dictæ ſynodi eâ durante inuitus trahi ſeu euocari, aut contra eum inuitum procedi poſſet, decernentes extunc irritum & inane, nulliusq; roboris exiſtere vel momenti, quicquid in contrarium per quemcunq; etiam Romani pontificis authoritate, attentari contigerit in futurum. Deinde verò, vt ſi quis Eccleſiam cathedralem, dignitatem, beneficium, officium, penſionem, vel commendam alicuius ex incorporatis vel incorporandis, ſeu adhærentibus eidem ſynodo, à Romano pontifice vel quouis alio impetrare, aut etiã motu proprio conceſſum acceptare attentaret, non ſolùm iure, quod in tali Eccleſia, dignitate, beneficio ſeu officio habere prætenderet, ſed etiam omnibus beneficiis eſſet ipſo iure priuatus, & ad obtinendum beneficia in futurum inhabilis. Et ſucceſſiuè, videlicet tertio Idus Septembris, anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimotertio decreuimus, quòd quicunq; etiam per Romanum pontificem, vel eius authoritate, in præiudicium, læſionem vel derogationẽ, ſeu iniuriam dictæ ſynodi, vel incorporatorum ſeu incorporandorum eidẽ per ſe vel procuratorem aut familiarium ſuorũ ſeu in eorum ſeruitijs vbicunq; exiſtentium, facta ſeu diſpoſita erant, fierentque & diſponerentur forſitan in futurum, titulũ vel poſſeſſionem quomodocunque tangentia, ſiue in Cardinalatus & Patriarchatus dignitatibus, aut in prælaturis cathedralium etiã metropolitarum eccleſiarum, monaſterijs vel alijs beneficijs eccleſiaſticis, præſtimonijs, commendis, vnionibus, penſionibus, officiis & rebus eccleſiaſticis vel temporalibus, & circa ipſa aut aliàs quomodocunq; & qualitercunq;, etiam ſi motu proprio, directè vel indirectè, eſſent ipſo iure irrita & inania & pro infectis penitus haberentur, partes læſas extunc in priſtinum ſtatum reponẽdo, & per quemlibet iudicem competentem reponi mandando: adijcientes, quòd ſi prætextu talis conceſſionis ad aliquam occupationem deueniretur, niſi occupans infra decem dies, elapſis ſexaginta diebus à dicto die tertio Idus Septembris, ſi per partem lęſam foret requiſitus, & à tali occupatione & turbatione realiter & purè deſiſteret, ac parti lęſæ de perceptis poſt conceſſionẽ huiuſmodi ſatiſfaceret, vltra pœnas prædictas excommunicationis ſententiam incurrat eo ipſo, talium etiam conceſſionum executores eiſdem pœnis ſubiacere decernentes, prout in ipſis decretis, quorum tenores & effectus haberi volumus pro expreſſis, plenius continetur. Verùm quia, ſicut clamoſa dictorum ſuppoſitorũ querela didicimus, pleriq; ambitioſi, quorum effrenata cupiditas modum habere neſcit, ad dignitates, beneficia & honores modis improbis aſpirantes, ac per exquiſitas vexationes dictorum incorporatorum, illos ab huiuſmodi ſanctis operibus retrahere ſatagentes, nonnullorum ex eiſdem incor-

poratis

poratis & ſuppoſitis Eccleſias parochiales, metropolitanas, epiſcopales, atq; monaſteria, aliaſq; dignitates, commendas, penſiones, canonicatus & præbendas, officia & beneficia eccleſiaſtica, necnon iuriſdictiones eiſdem incorporatis & ſuppoſitis ratione eccleſiarum, dignitatum & beneficiorum huiuſmodi cōpetentes, ac alias res & bona contra definitiones & prædicta ac alia decreta noſtra, quorum tenores & effectus ſimiliter haberi volumus pro expreſſis, in authoritatis Eccleſiæ & Cōciliorum prædictorum vilipendium, dictorumq; ſuppoſitorum graue præiudicium, non ſine manifeſta diuinæ maieſtatis offenſa impetrare, extorquere, inuadere, acceptare, aut occupare ſeu in illis propria temeritate ſe intrudere, dictaq; ſuppoſita illorum poſſeſſionibus & rebus ſpoliare & priuare, ac proceſſus etiam pœnales contra eos facere, & fieri procurare, penſiones etiam nonnullas ex dictis incorporatis ſuper eccleſijs cathedralibus alijſq; dignitatibus & beneficijs eccleſiaſticis aſſignatas, alioſq; fructus beneficiorũ quæ ipſi incorporati obtinebunt & obtinent, retinere, ſubtrahere, vſurpare, & de illis ſatisfacere recuſare & denegare, alijſque diuerſis iniuriis in perſonis, bonis ac rebus prædictis illos affligere, atq; conceſſiones, impetrationes & acceptationes huiuſmodi in ſuarum perditionem animarum exequi non erubuerunt, prout adhuc non erubeſcunt: nos, quorum intereſt in præmiſſis opportunæ prouiſionis remedia adhibere, volẽtes ſtatui vniuerſalis Eccleſiæ & ſuppoſitorum prædictorum indemnitati & quieti ſalubriter prouidere, decretis & diffinitionibus prædictis inhærentes, illaq; innouantes, ac eis adijcientes, hoc perpetuo ſynodali decreto authoritate vniuerſalis Eccleſiæ decernimus & declaramus, impetrationes, electiones, collationes,

*diſpenſationes *prouiſionibus

&*diſpoſitiones quaſlibet de dictis eccleſijs cathedralibus, monaſterijs, dignitatibus, commendis, *penſionibus, officijs & beneficijs, iuriſdictionibus cæteriſq; rebus & bonis prædictis, necnon proceſſus prætenſos omnes & ſingulos, qualcunq; etiam ſuſpenſionum, excommunicationum, interdicti, priuationum, inhabilitationum, inhibitionum, aliáſve ſententias, cenſuras & pœnas ſeu proceſſus alios cuiuſcunq; qualitatis exiſtant, in ſe continentes, aduerſus ipſa ſuppoſita ac in eorum præiudicium, læſionem vel derogationem aut odium, ac contra prædicta & alia decreta noſtra quomodocunq; & & qualitercunq; promulgatos & factos, ac omnia indè ſecuta, tanquam de facto attentata, (prout ſunt) irrita, nulla & inania, nulliuſq; roboris vel momẽti fuiſſe & exiſtere, ac pro infectis haberi debere: nullum quoque ex eiſdem ſuppoſitis, vel quemcunque alium illis innodatum fuiſſe, aut in anteà innodari poſſe: impetrantes verò ſeu detentores & occupatores prætextu collationum, diſpoſitionum, etiã motu proprio factarum, aut detentionum vel occupationum de huiuſmodi eccleſijs, dignitatibus, beneficijs, officijs, iuriſdictionibus, & bonis, in illis etiã in quibus ſeu ad quæ ipſa ſuppoſita ex noſtris vel Apoſtolicis alijſve canonicis collationibus & prouiſionibus, aut aliâs quomodolibet ius habuerunt, prout habent, quæ obſtantibus obedientiæ diuerſitatibus, vel alijs legitimis impedimentis, contra ſuos aduerſarios cauſas inchoare, ſeu proſequi cōmodè non potuerunt, etiam ſi Eccleſiæ, dignitates, beneficia & officia vel res & bona huiuſmodi trium annorum, vel alterius cuiuſuis longioris tẽporis ſpatio occupata fuerunt, aut coloratus prætendatur titulus prætextu etiã decreti noſtri de pacificis poſſeſſoribus, quod incipit: Quicunque non violentus, quod contra ipſa ſuppoſita in caſibus præmiſſis locum habere non volumus, nul- Baſileẽſis Concilij ſeſſione. 21.
lum titulũ vel ius quodcunque acquiſiuiſſe, ſeu acquirere: ipſos etiam incorporatos nullum ius, titulum vel poſſeſſionem perdidiſſe, aut aliquod in iure eis competenti præiudicium generari potuiſſe, quo minùs ipſi, quotieſcunque opportunitas ad id ſe obtulerit, poſſeſſionum eccleſiarum cathedralium, dignitatum, beneficiorum vel aliorum prædictorum, quibus ſpoliati extiterunt, per ſe vel alium ſeu alios abſq; alia cauſæ cognitione, ſeu alterius authoritatis requiſitione continuare, eorũ quoq; ſuper quibus ſententiam vel ſententias, quæ partibus per ſe vel procuratorem præſentibus, & vſq; ad finem ſe defendentibus, in rem tranſiuerint iudicatam, apud nos contra ſuos aduerſarios obtinuerint, illorum & præſentis decreti vigore poſſeſſionem adipiſci & intrare, & ſuper illis de quibus poſſeſſionem nondum habuerunt, actionẽ intentare, & ius ſuum proſequi valeãt. Spoliatos inſuper, aliorum & præſentis decretorum noſtrorum authoritate in illum ſtatum priſtinũ, in quo ante ſpolium, occupationem ſeu nouitatem huiuſmodi erant, perindè ac ſi factæ non fuiſſent, repoſitos & reſtitutos eſſe. Impetrationes autem & conceſſiones etiã motu proprio de eccleſijs cathedralibus, monaſterijs, dignitatibus, commendis, penſionibus ſeu cuiuſuis qualitatis beneficijs, aut alijs rebus vel bonis (vt præfertur) factas, viribus vacuas: necnon illos qui eas acceptare præſumpſerunt, cuiuſcunque ſtatus, etiam ſi cardinalatus, patriarchali, archiepiſcopali, epiſcopali, aliáve eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate, iure quod in eis habere prætendebant, & alijs beneficijs omnibus priuatos, ac ad alia in poſterum obtinenda inhabiles fore. Illos verò ex eis, qui prætextu taliumconceſſionum & impetrationum ad aliquam occupationem proceſſerunt, & vt ab huiuſmodi occupationibus & perturbationibus deſiſterent, iuxta

tenorem

Baſileẽſis Concilij ſeſſ. 13.

tenorem decreti noſtri quod incipit, Vt ſacri: requiſiti, talibus requiſitionibus non paruerint, vltra prędictas, excommunicationis: necnon earundem impetrationum & cõceſſionum receptores & executores, quo ad ſingulares perſonas, eaſdem ſententias & pœnas: quo verò ad nobis incorporatos, qui (vt præfertur) huius ſanctæ ſynodo iurauerunt, & in præmiſſis auxilium, conſilium vel fauorem præbuerunt, periurij reatũ incurriſſe, & de beneficijs quibus ratione præmiſſorum (vt præfertur) priuati exiſtunt, per eos ad quos ſpectat, huius decreti authoritate liberè diſponi poſſe, ſimiliter decernimus & etiam declaramus. Et vt metus pœnæ, meta ſit præſumptionis, omnibus & ſingulis cuiuſcunque dignitatis (vt prædictum eſt) exiſtant, qui aliquam Eccleſiam cathedralem, etiã metropolitanam, aliámve prælaturam, dignitatem, commendam, penſionem, officium aut beneficium eccleſiaſticũ, ſeu etiam vt ſupra deſignata iuriſdictionem, res & bona prædicta quæcunque, cuiuſcunq; qualitatis exiſtant, eorundem incorporatorum & ſuppoſitorum, omnibus & ſingulis cuiuſcũque dignitatis (vt prædictum eſt) exiſtant, qui occupant & detinent, ſeu etiam occupabunt & detinebunt forſitan in futurum, vltra prædictas & alias tam per noſtra, quàm aliorum generalium Conciliorum decreta, ſanctioneſque canonicas, inflictas (quas occaſione præmiſſorum incurriſſe noſcuntur) pœnas, ſub Excommunicationis, necnon perpetuæ infamiæ pœnis, quas quemlibet contrafacientem incurrere volumus ipſo facto, præcipimus atque mandamus, vt infra duorum menſium à data præſentis decreti, vel etiam interim infra duodecim dierum ſpatium, à tempore quo illius notitiam habuerint, computando, ab omnibus & ſingulis occupationibus & perturbationibus per eos ſic factis, penitus deſiſtant, ac eccleſias, dignitates, commendas, penſiones, officia & beneficia atq; res & bona prædicta, quibus dicti incorporati ſpoliati fuerint, aut ſuper quibus ſententiam vel ſentẽtias, quæ partibus p ſe vel per procuratorem præſentibus, & vſque ad finem ſe defendentibus, in rem tranſiuerunt iudicatam, obtinuerint, illorum poſſeſſionem liberam & vacuam dimittant: necnon de perceptis, & qui durante occupatione huiuſmodi percipi potuiſſent, fructibus, expenſis & intereſſe propterea paſſis, partibus læſis ac etiam penſionibus (vt præfertur) aſſignatis, necnon beneficiorum eorundem incorporatorũ fructibus, ac alijs rebus & bonis prædictis integrè & realiter ſatisfaciant, aut cum eis amicabiliter concordent. Quod ſi facere contempſerint, ac pœnas prædictas damnabiliter incurrere, illiſq; per aliũ mẽſem duobus menſibus lapſis, aut duodecim diebus prędictis inſordeſcere non formidauerint, extunc vltimo menſe huiuſmodi lapſo (cùm creſcente contemptu, creſcere debeat & pœna, & Eccleſia nõ habeat, quid vlterius faciat) ſingularis perſona, decẽ: ſi verò vniuerſitas aut capitulum, aut aliud collegiũ ſeu communitas fuerit, triginta marcarum auri pro vna cameræ Apoſtolicæ, ac pro alia parti læſæ, & pro tertia æqualibus partibus mediato vel immediato domino ciuitatis vel loci, in qua ſeu quo Eccleſia, dignitas, beneficium, commenda officium vel res huiuſmodi extiterit, ſi vices ſuas impẽdere voluerit, alioquin cuicunq; alteri, operam efficacem ad id præſtanti pro labore applicandarum, pœnas incurrat eo ipſo. Interim verò non minùs patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, cæteriq; ordinarij ſeu collatores, etiã ſi capitula, vniuerſitates vel collegia fuerint, aliæq; perſonæ ad quas eccleſiarum cathedralium electio, necnon dignitatum, beneficiorum, officiorum & aliorũ prædictorum collatio, præſentatio, prouiſio ſeu quæuis alia diſpoſitio communiter vel diuiſim pertinet, intra ſimile duorum menſium vel duodecim dierum & vnius alterius menſis à fine duorum mẽſium vel duodecim prædictorum dierum computandum ſpatium, poſtquã pro parte illorum quorũ intereſt, fuerint requiſiti, ſub omnibus & ſingulis ſuperiùs deſignatis & pecuniarijs pœnis, quas contrafacientes & rebelles etiam ipſo facto incurrere volumus, omnibus etiam maioris excõmunicationis vel defectus tituli, alijſq; exceptionibus, oppoſitionibus, appellationibus & ſubterfugijs ceſſantibus & reiectis, & abſq; quarumcunq; cauſarũ cognitione, quam eis & alijs quibuſcunq; iudicibus eccleſiaſticis & ſecularibus ſub eiſdem pœnis & caſibus p̃miſſis penitus interdicimus, electiones, collationes, * p̃ſentationes & quaſuis alias diſpoſitiones modis præmiſſis præſumptas, præſentis decreti authoritate, ſicuti de facto proceſſerunt, de facto retractent, & annullent, impedimenta præſtita ſubmoueant, occupatores ab occupatis expellant, & de perceptis fructibus, & qui percipi potuiſſent, necnon expenſis & intereſſe prædictis, etiam per incarcerationem perſonarũ occupantium, ſi opus fuerit, ſatisfieri ac partes læſas in eum ſtatum, in quo ante occupationem ſeu factam nouitatẽ huiuſmodi fuerant, reponere & reintegrare procurent, vaſſalli inſuper & quicũq; debitores & ſubditi eccleſiarum cathedralium, dignitatũ, beneficiorum, commendarũ & aliorũ prædictorum, nullatenus occupatoribus p̃dictis, ſed eiſdẽ incorporatis & ſuppoſitis ſpoliatis, vt prius, obediãt & pareãt in omnibus, ipſiſq; debitores de fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus & obuentionibus eccleſiarũ, dignitatum, beneficiorum ac aliorũ huiuſmodi ſub excommunicationis pœna, quam contrafacientes incurrere volumus ipſo facto.

* reſeruationes

ĉto, reſpondeant, & integrè ſatisfaciant, vel cum eis amicabiliter concordẽt. Quod ſi facere neglexerint, & intruſis de fructibus & iuribus huiuſmodi reſpondere præſumpſerint, tales à debito nullo modo liberatos fore, ſed incorporatis (vt præfertur) ſpoliatis realiter teneri decernimus. Præterea ſi archiepiſcopi cæteriq; prænominati præmiſſa nõ adimpleuerint, eiſq; nõ paruerint cum effectu, extunc lapſis duobus menſibus vel duodecim diebus, & adhuc alio mẽſe prædictis, eccleſię, ciuitates & alia loca, in quibus talia, Eccleſiæ, dignitates, beneficia, aliaq; prædicta fuerint (vt præmittitur) occupata, tandiu eccleſiaſtico ſubiaceãt interdicto, quouſque rebelles prædicti per eccleſiaſticã vel ſecularem fuerint potentiã à ciuitate vel loco expulſi, aut mandatis noſtris huiuſmodi fuerit ſatisfactũ, quibus expulſis, vel vt præfertur ſatisfacto, diuina poſſint officia reſumi & continuari. Quæ omnia & ſingula etiam in pendentibus per appellationem, vel aliâs locum habere volumus & decernimus. Porrò in caſu non paritionis, liceat interim dictis incorporatis & ſuppoſitis poſt lapſum duorum menſium aut duodecim dierum prædictorum, brachij ſecularis, necnon rectorum & officiariorũ ciuitatis vel loci huiuſmodi auxilium inuocare, quos etiam in ſubſidium iuſtitię, pręſentis decreti tenore inuocamus, requirimus & monemus, vt ipſi poſt ſimile duodecim dierum ſpatiũ, à tempore requiſitionis ſuper hoc eis factæ computandorũ, auxilium, conſilium, potentiam & fauores poſſibiles, ſub excommunicationis & priuationis priuilegiorum, quæ ab eccleſijs obtinent, pœnis, quas eos, niſi fecerint quæ mandamus, incurrere volumus ipſo facto, præſtare non poſtponant, quorum potentia & auxilio prætatis ſpoliatis eccleſiarũ, dignitatum, beneficiorum & officiorum, rerum & bonorum prædictorum poſſeſſionem, tam eiuſdem decreti quàm propria authoritate, ac etiã per potentiã intrandi & continuandi, ac intruſos ſuos expellendi, plenariã concedimus poteſtatem & facultatem. Omnes autem Chriſtifideles quacunq;, etiam ſi cardinalatus, patriarchali, archiepiſcopali, epiſcopali vel alia eccleſiaſtica ſeu mũdana pręfulgeant dignitate, qui præſens decretum temerè violare, aut illius executionẽ denegare, ſeu directè vel indirectè impedire, ac partibus aduerſis adhærere vel fauere ſeu eorũ aliquem receptare, defendere, aut tueri præſumpſerint: quo ad ſingulares perſonas, excommunicationis, necnon trium: quo autem ad capitula, vniuerſitates & collegia, eccleſiaſtici interdicti & decem marcarũ auri (vt ſupradictum eſt) applicandarum, pœnas incurrere decernimus eo ipſo. Cæterũ, quia præterita nos commonent, futuris cautiùs obuiare periculis, præſentis decreti tenore ſub interminatione diuini iudicij, & ſub excommunicationis, priuationis, inhabilitationis, pecuniarijs & alijs ſuperiùs expreſſatis pœnis, quas ipſo facto quemlibet contra facientem incurrere volumus, diſtrictiùs inhibemus, ne aliquis cuiuſcunq; conditionis & excellentiæ fuerit, eccleſiaſticæ vel mundanæ, etiam ſi cardinalatus, patriarchali, archiepiſcopali, epiſcopali vel alia quacunque præfulgeat dignitate, quaſuis Eccleſias, patriarchales, metropolitanas, vel alias cathedrales, monaſteria, prælaturas, dignitates, officia, commendas, penſiones, iuriſdictiones, vel alia cuiuſcunq; qualitatis beneficia, ſiue res & bona quibuſcunq; nominibus cẽſeantur, ad ipſos pro tempore incorporatos & incorporandos huic ſacro Baſileenſi, aut alteri vniuerſali legitimè congregando Cõcilio, vel ipſorum familiares pertinentia, eodem Cõcilio durante, & in eo * præſentialiter exiſtentes, in præiudicium, læſionem, derogationẽ ſeu odium Concilij, ſeu incorporatorum vel incorporandorum huiuſmodi, à quocunq; etiam Romano pontifice impetrare, vel motu ꝓprio collata acceptare, aut in illis ſe intrudere, ſeu in eorundem incorporatorum odiũ ſiue præiudiciũ ſuos conſanguineos, ꝓcuratores aut fautores in perſonis vel bonis affligere ſeu moleſtare, vel eoſdem incorporatos pro tempore inuitos alibi quam in eodem Concilio ſuper re quacunque trahere, aut ad reſpõdendum ſeu iudicium ſubeundum compellere præſumat: quoſcunq; proceſſus, etiam quaſcunque pœnas in ſe continentes, & quicquid in contrarium forſitan attẽtari contigerit, irritum & inane, nulliuſq; roboris vel momenti exiſtere, extũc prout extunc nunciantes & decernentes. Non intendimus tamen, aliquos ex incorporandis in futurum, qui ante eorum incorporationẽ ſuper aliquibus criminibus apud ſuos ſuperiores delati fuerent & legitimè præuenti, hoc decreto tueri, quin poſſit contra eos ſuper criminibus huiuſmodi etiã vſque ad diffinitiuam ſententiam incluſiuè procedi: abſolutionem verò omnium & ſingulorum, qui præfatas ſentẽtias, cenſuras & pœnas, vel earũ aliquã incurrerint quoquo modo, ſynodo pro tempore ſedenti, & illa diſſoluta, Romano pontifici tantummodò, præterquàm in mortis articulo reſeruamus. Poſtremò, vt nullus ipſius decreti ignorantiã prætendere valeat, decernimus illud per publicationẽ in præſenti ſeſſione factã, vim habere, & ita vniuerſos & ſingulos lapſis duobus mẽſibus aut duodecim diebus prędictis, adſtringere & arctare, ac ſi eis perſonaliter apprehẽſis intimatũ foret. Quocirca vobis venerabilibus patriarchis, primatib⁹, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, prioribus, præpoſitis, decanis, cantoribus, archidiaconis, cæteriſq; in dignitatibus quibuſcunque conſtitutis, ac cathedralium eccleſiarũ canonicis, diſtrictè præcipiẽdo mãdamus, quatenus

*perſonaliter

nus

nos vos aut vnus veſtrum per vos vel alium ſeu alios, præmiſſa omnia & ſingula, vbi & quando expedire videritis, ſolenniter publicantes, ſi & poſtquàm ſuper præmiſſis vel aliquo corũ pro parte alicuius ex incorporatis ſuppoſitis prædictis vel alterius promotorum negociorum noſtrorum, aut noſtri vel Romani põtificis procuratoris fiſcalis, quibus ſuper his omnimodã atq; plenariam concedimus poteſtatem, requiſiti fueritis, vel ſueris requiſitus, & vobis quòd aliquis vel aliqui ex perturbatoribus prędictis aliquã vel aliquas ex ſententijs & pœnis ſuperiùs expreſſatis incurrerit, fuerit facta fides, ad earundem pœnarum declarationem contra eos procedẽtes, illos tandiu in eccleſijs veſtris ac alijs locis, dominicis alijsq; feſtiuis diebus eaſdem pœnas ĩcurriſſe publicetis, & publicari faciatis, ac vt tales euitetis, & ab alijs euitari faciatis, ac aliâs ad plenariã pœnarum prædictarum executionẽ procedere curetis, donec ſuper his ſatisfactione prævia debitè meruerint abſolutionis beneficiũ obtinere. Et nihilominùs legitimis ſuper his per vos habendis, ſeruatis proceſſibus, eos quoties opus fuerit, aggrauare curetis, contradictores authoritate noſtra, appellationes poſtpoſita, compeſcendo, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Nos enim vobis & veſtrum ſingulis, omnes & ſingulos, qui ſententias & pœnas huiuſmodi vel earum aliquã incurrerint quoquo modo, in loco noſtrę ſacræ congregationis, ea durãte, ipſa verò diſſoluta, in loco Romanæ curiæ & extra etiã ad partes: illos verò ex eis, ad quos tutus non patebit acceſſus, ſeu in locis in quibus libera mandatorũ noſtrorum executio fieri non poterit, ſuper quo partis læſæ vel promotorum aut procuratoris prædictorum iuramento ſtari volumus, in audientia literarum contradictarũ, & in valuis maioris eccleſiæ ciuitatis vel loci, in qua vel quo hanc vel aliam generalem ſynodũ pro tempore ſedere, vel ea diſſoluta aut nõ ſedente Romanum pontificem cum ſua curia reſidere contigerit, ſi in ea vel apud nos: ſi verò extra ſuper his ꝓcedi contigerit, in loco eccleſiæ, dignitatis vel rei, ſuper qua vel quo agetur, aut alio viciniori, in quo partis læſæ commoditas ſe obtulerit, in valuis maioris eccleſiæ ciuitatis vel loci huiuſmodi, ad inſtar edictorum publicorum monendi, requirendi & citandi, plenam & liberã authoritate vniuerſalis Eccleſiæ concedimus tenore præſentium facultatem, volentes & eadem authoritate decernẽtes, monitiones, requiſitiones & citationes ſic factas, vim habere, ac eoſdem ſic monitos, requiſitos & citatos arctare perinde, ac ſi eis perſonaliter apprehenſis factæ forent. Non obſtantibus noſtris atq; Apoſtolicis conſtitutionibus & ordinationibus, quibus quo ad præmiſſa derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq;.

Datum Baſileæ in ſeſſione noſtra publica, in maiori Eccleſia Baſileenſi ſolenniter celebrata, quinto idus Auguſti, Anno à natiuitate domini 1442.

SESSIO XLV. ſeu vltima.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritusſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. Deſiderauit Ezechias rex, vt fieret pax & veritas in diebus ſuis: & nos deſiderio deſiderauimus, vt pax & vnio Eccleſiæ in diebus noſtris, hoc ſacro durante Baſileenſi Concilio, daretur. 4.Re.20.d Verùm cùm ex plurimis impedimentis quæ dietim ingeruntur, & in futurũ ſuccreſcere poſſent, formidetur, ne pax & vnio huiuſmodi deſideratæ in hac ciuitate Baſileenſi fieri aut actus conciliares liberè exerceri valeant, volentes ꝓpterea caſibus futuris prouidere, ac vt fides & authoritas generalium Conciliorum vniuerſalem Eccleſiam repręſentantium, illibatę permaneant, quodq́ue vnio & pax vera Eccleſiæ dentur, necnon vt continuetur celebratio generaliũ Conciliorum, attento quòd iam ſanctiſſimus dominus Felix papa Quintus præuidens neceſſitatis caſum, pro futuro Concilio nominauit inclytam ciuitatem Lugdunenſem in partibus Galliarum, in hocq; ſatisfaciendo decretis ſacrorũ Conſtantienſis & Baſileenſis huius generalium Conciliorum, dictam ciuitatem Lugdunenſem, quã experientia docente generalium ſynodorũ hactenus in ea celebratarum, accommodam & idoneã reputamus, tenore præſentiũ in nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, ꝓ futuro proximo celebrando Cõcilio nominauimus, deputamus & aſſignamus. Cumq; immineant vrgentiſſimæ, cauſę, vt breui fiat alterius generalis Cõcilij celebratio, propterea ſtatuimus & ordinamus, vt infra trienniũ à datis præſentium computandũ, generale Concilium in præfata ciuitate Lugdunenſi celebretur, decernẽtes quòd Cardinales, patriarchæ, Archiepiſcopi, epiſcopi, prælati ſeu quicunque alij, qui ad generalia cõcilia de iure vel conſuetudine cõuenire debent, in termino præmiſſo ad dictum locum accedere teneantur, dummodò poſt diſſolutionem huius Concilij hoc vel alio in loco cõtinuati, reſtet vnus annus ante huiuſmodi triennij finẽ. Volumus etiam, & ſpecialiter concedimus, quòd prædictũ terminum futuri celebrandi Concilij abbreuiare valeat præfatus papa Felix. Per pręmiſſa autem etſi rectè inſpicientibus aliud videri nõ debeat, ad maiorẽ tamen veritatis manifeſtationem declaramus, quòd nõ intendimus, neq; volumus, hoc ſacrum

generale Cõciliũ Baſileenſe diſſoluere, aut diſſolutum quomodolibet cenſendum eſſe, quinimo in hoc loco continuandum fore, & continuari debere, dum tamen integra & plena libertas atq; ſecuritas, necnon ſaluuſconductus, per inclytam ciuitatem Baſileenſem nobis & eidem ſynodo concesſi, ſeruentur illæſi. Adijcientes, quòd ſi aliquod fieret impedimentum, quo minùs in hac ciuitate Baſileenſi iuxta ritum conſuetum actus conciliares liberè exerceri, aut libertas ſeu ſecuritas & ſaluuſconductus huiuſmodi non ſeruarentur: quibus caſibus ſeu eorum aliquo (quod Deus auertat) aduenientibus, ſuper quo ſtari volumus arbitrio ſeu atteſtationi dilectiſſimorum Cardinalium & venerabilium epiſcoporum, aliorumque dilectorum Eccleſiæ filiorum, per nos hodiè deputatorum, aut maioris partis eorum pro tempore præſentium, cum ſubſcriptione eorum, indè ſuper conficiendo publico inſtrumento & ſingulis eorundem imminendo, extunc prout exnunc, exnunc prout extunc, hanc ſanctam ſynodũ pro ipſius continuatione, ab hac ciuitate Baſileenſi ad ciuitatem Lauſanenſem, vtiq; prouinciæ Biſuntinæ locum habilem, tutum & idoneũ ad generalis Cõcilij celebrationem, in nomine Patris & Filij & Spiritusſancti tenore præſentium trãsferimus, ac tranſlatum eſſe decernimus, cum eiſdem modis, formis, qualitatibus & ordinationibus, & cum quibus in hoc loco Baſileenſi continuata fuit, & ſtat de præſenti,

Datum Baſileæ in noſtra publica ſeſſione, in Eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata, xvij. Calendas Iunij, anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimoſecundo.

Indulgentiæ incorporatis conceſſæ.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſi, in Spirituſancto legitimè congregata, &c. Dilecto Eccleſiæ filio, &c. Grata per te nobis & vniuerſali, quam in Spiritusſancto legitimè congregatam repræſentamus, Eccleſiæ hactenus impenſa, & quæ adhuc impendere nõ deſiſtis, condignè perſtringentes obſequia, illis reddimur intenti non immeritò, per quæ obſequia fructuoſa tibi ſint, & ad maius cedere valeant animæ ſalutis incrementum. Dudum ſiquidẽ omnibus & ſingulis, qui tantùm noſtræ cõgregationi incorporati fuerunt, & etiã vſque ad feſtum aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis tunc futurũ incorporarentur, ac nobiſcum in vinea Domini per ſex menſes laborãrũt, & inanteà laborarent, huiuſmodi eorum labores & obſequia condignis ſalutarium retributionum præmijs compenſare cupientes, literas noſtras cõceſſimus in hæc verba;

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriam. Benigna vniuerſalis Eccleſiæ prouidentia, theſauros ſpiritualium gratiarum à Chriſto ſibi conceſſos, laborantibus in vinea domini meritò diſpenſare curat, quo magis labores ac ſolicita ſtudia in proſecutione ſalutis animarũ & publici boni Chriſtianæ religionis & exaltationi fidei catholicæ conferant, vt ſic fructuoſis eorum operibus digna rependantur præmia, & ad vberiora meritorum incrementa ferueutiùs excitemur. Virtuoſum igitur atque laudabilem zelum ſuppoſitorum huius ſanctæ ſynodi, fidelia obſequia Chriſti Eccleſiæ in ſuis neceſſitatibus & aduerſitatibus exhibentium, & pro inchoatis ſanctis operibus communem Chriſtianorum vtilitatem concernentibus aſſiduè laborantium, attenta conſideratione penſantes, & laboribus eorum digna ſalutarium retributionum munera elargiri cupientes, vt omnes & ſinguli qui huic ſanctæ ſynodo incorporati, reſident perſonaliter in eadem, & anteà per ſex menſes reſederunt, ac etiam qui hucuſque ad feſtum aſſumptionis Mariæ Virginis eidem ſanctæ ſynodo incorporati fuerunt, poſtquàm per totidem mẽſes in eadem reſederunt, necnon & illi qui in noſtris & ipſius Eccleſiæ negocijs extra locum huius ſacri Cõcilij per nos miſſi ſunt, ac (vt præfertur) nobiſcum per totidem menſes laborârunt, cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, etiam cardinalatus, patriarchali, archiepiſcopali, epiſcopali, abbatiali præemineant dignitate, ſingulos confeſſores idoneos, ſeculares & regulares presbyteros eligere, qui toties quoties opportunum fuerit, ipſorum ſingulorum confeſſionibus diligenter auditis, ipſis ſingulis in ſynceritate fidei, vnitate, obedientia & deuotione ſanctæ vniuerſalis & Romanæ Eccleſiæ atq; noſtram & ſummi pontificis pro tempore legitimam adminiſtrationem papatus habentis perſiſtentibus, pro pœnis & cenſuris à iuris conſtitutione vniuerſalis Concilij vel Apoſtolica aut alia quauis, vel ab homine generaliter promulgatis omnibus debitam abſolutionem impendere, atque iniungere valeant pœnitentiam ſalutarem, niſi forſitan talia fuerint, propter quæ ſedes Apoſtolica fuerit meritò conſulenda, necnon etiam vota peregrinationis, abſtinentiæ & ſimilia per eos emiſſa, exceptis tamen votis peregrinationis Romanæ, Hieroſolymitanæ, & S. Iacobi in Compoſtella, in alia pietatis opera cõmutare. Quodq; prætereà prædicti vel alij ſimiles cõfeſſores per ſimiles eorum incorporatorum & incorporandorum eligendi ſingulos ſemel in vita & ſemel in mortis articulo ipſorum ſingulorum ſimilibus confeſſionibus auditis, eis ſingulis præterquã in homicidij voluntarij caſu, alijs pro peccatis omnib⁹, etiam ſi talia

fuerint,

Digitized by Google

fuerint, propter quæ ſedes ipſa meritò conſulenda exiſteret, authoritate vniuerſalis eccleſiæ & noſtra debitæ abſolutionis beneficium impendere, ac pœnitentiã ſalutarem iniungere, plenariam remiſſionem omniũ peccatorum ſuorum concedentes, ipſoſque & ipſorum quemlibet à quibuſuis excommunicationum, ſuſpenſionum & interdicti ſingulis alijſq; eccleſiaſticis cenſuris & pœnis à iure vel ab homine generaliter, etiam per legatorum vel delegatorum ſedis prędictæ, aut vniuerſalium Conciliorum vel Apoſtolicæ ſedis, aut prouincialis, vel quaslibet ſynodales conſtitutiones, ſiue iuxta regularia quorumlibet ordinum inſtituta incurriſſe quomodolibet cenſebuntur, etiam ſi propterea ad ſedem ipſam vel alium quemcunq; ſpecialis habendus foret recurſus, ſi id humiliter petierint, iniuncta eis indè pro modo culpæ ſimili pœnitentia, necnon alijs quæ fuerint iniungenda, authoritatæ prædicta etiã abſq; cuiuſuis alterius ſuper hoc requiſita licentia, abſoluere, atque etiam ſemel (vt præmittitur) in vita quæcunq; vota peregrinationis, abſtinentiæ, & ſimilia in alia pietatis opera commutare, etiam ſi talia ſint, propter quæ ſedes Apoſtolica meritò foret conſulenda. Et cum eis & eorum quolibet ſuper irregularitate, ſi quam huiuſmodi ſententijs aut earum aliqua ligati, Miſſas & alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium celebrando, vel ſe illis immiſcendo, vel aliâs qualitercunq;, præterquàm in bigamia vel homicidio voluntario contraxerint abolendo. Etiam omnem inhabilitationis, irregularitatis & infamiæ maculam ſiue notam, per ipſorũ quemlibet præmiſſorum occaſione contractam, eadem authoritate diſpenſare, ipſoſq; & eorũ quemlibet, ad quaſcunq; dignitates, etiam ſi cardinalatꝰ, patriarchalis, archiepiſcopalis, epiſcopalis, & alias quaſcunque necnon perſonatus, adminiſtrationis, officia & beneficia quæcunq; eccleſiaſtica & curam animarum habentia, quæ indebitè ac minùs canonicè, aliâs tamen colorato titulo, etiam ſi per Simoniæ labem, non tamen per violentiàm aut prætextu literarum & inſtrumentorum falſo fabricatorum adepti ſunt & poſſident, ipſis tamen dignitatibus, beneficijs, officijs, in quorum adeptione labes Simoniæ interuenerit, in ſuis manibus prædictorum confeſſorum liberè reſignatis, rehabilitare, aliaque eis poſt rehabilitationem huiuſmodi denuò abſq; alicuius iuris præiudicio conferre, & de illis prouidere, & aliâs deſup ipſorum ſtatui & indemnitatibus conſulere, etiam ad alias quaſcunq; dignitates (vt præmittitur) & beneficia illis canonicè conferendas aut conferenda rehabilitando, ac in omnibꝰ & per omnia liberè & licitè poſſint & valeãt, prout Romanus põtifex pro tempore in legitima adminiſtratione papatus conſtitutus, quomodolibet facere poſſet. Ita tamen, quòd ipſorum ſinguli de fructibus per eos ex dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officijs & beneficijs huiuſmodi indebitè perceptis, aliqualem portionem pro fabricis & ornamentis eccleſiarum ſeu pro alijs vſibus iuxta voluntatem & diſcretionem confeſſorum prædictorum exponere debeant, ac etiam teneantur. Et quibus quidem abſolutionibus, abolitionibus, diſpenſationibus & prouiſionibus, etiã in iudicio & extra (vbi opus fuerit) ſtari volumus perſonis incorporatis & incorporãdis prædictis, authoritate ipſius vniuerſalis Cõcilij tenore præſentiũ indulgemus. Volumus autem, quòd confeſſores ipſi de his, quibus ratione præmiſſorum fuerit impendenda ſatisfactio, etiam ſimilis incorporatis prædictis pro tempore confitentibus, per ſe, ſi ſuperuixerint, vel per hęredes ſuos, aut * alios, ſi tunc fortè tranſierint, faciendã [* alias] iniungant, quam ipſi abſoluti vel hæredes aut alij pręmiſſa facere, & adimplere teneãtur, vt pręfertur. Et ne (quod abſit) aliqui propter huiuſmodi gratiam reddantur procliuiores ad illicita in poſterum committẽda, volumus quòd ſi ex confidentia remiſſionis huiuſmodi, aliquis vel aliqui incorporatorum prędictorum aliqua fortè committerent, quo ad illa, remiſſio eis nullatenus ſuffragetur: * quoniam etiam ad eos qui à nobis receſſerunt, & ad diſſolutionem ſeu derogationem authoritatis pręſentis ſacri Concilij improbis auſibus machinati ſunt, *volumus aliquatenus extendi. [for.* nolumus] Nulli ergo hominum omnino liceat hanc paginã noſtrę conceſſionis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attẽtare pręſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & vniuerſalis Eccleſię ſe nouerit incurſurum. Datum Baſileę quinto calendas Iulij, anno à natiuitate domini 1439. Apoſtolica ſede vacante. Nos igitur (vt tu qui ante datam literarum prędictarum noſtrę cõgregationi incorporatus fuiſti, & nobiſcum ipſius Eccleſię cauſis & negocijs proſequendis per ſex menſes & ampliùs ſolicitis ſtudijs laboraſti, literarum prędictarum pleno gaudeas effectu, & ne eundem effectum ſuper eo quod incorporatus fueris, & per huiuſmodi menſes nobiſcũ laboraueris, vt pręfertur, cuiuſuis hęſitationis ſuperſit ſcrupulus, tempore pręcedente (vt præfertur) incorporatum fuiſſe, ac per huiuſmodi menſes nobiſcum realiter & veraciter laboraſſe) harum ſerie literarum atteſtamur, & cunctis notum relinquimus, volentes & authoritate vniuerſalis Eccleſiæ decernentes, quòd præſentes literæ ad probandum plenè huius rei ſeu facti exiſtentiam ſiue certitudinem vbiq; ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum li-

ceat hanc paginam noſtræ atteſtationis, voluntatis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & vniuerſalis Eccleſię ſe nouerit incurſurum.

Datum Baſileæ quinto Calendas Iulij, anno à natiuitate domini 1439. Apoſtolica ſede vacante.

DECRETVM QVINQVE conclusionum.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, ad perpetuam rei memoriam. Solicitudinẽ generalium cõciliorum, quorũ frequẽs celebratio, agri dominici præcipua cultura eſt, maximè fieri decet, vt euellant & deſtruant vepres & tribolos errorum, ædificentque & plantent ſuam doctrinã veritatis, per quam animæ hominum nutriantur in ſalutẽ. Quod attendens hæc ſancta ſynodus, voléſque errores varios aduerſus euãgelicam veritatem & determinationes Eccleſiæ pullulantes extinguere, tres catholicæ fidei veritates cordibus omnium Chriſtianorum per ſolenne decretum ſuæ ſeſſionis firmiùs inſerere curauit, cuius decreti tenor talis eſt, Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, &c. ad perpetuam rei memoriam: Sicut vna eſt Chriſti Eccleſia, ita &c. vt habetur in triceſimatertia ſeſſione. His autem ſic præmiſſis, prouidendum inſuper fuit, vt ea reſcinderentur ſarculo eccleſiaſticæ ſolicitudinis, quæ in aduerſum errata ſunt. Et potiſſimè dum error in illo deprehenditur, qui animabus Chriſtianorum grauius poſſet afferre nocumentum, aliosq; ad errandum faciliùs inducere. Tanta enim nobis cura eſſe debet conſeruandæ Chriſtianæ fidei, vt nec in minimo permittatur violari, quam pertinaciter offendentes in aliquo, totam offendere cenſentur, dum doctrinã eccleſiæ catholicæ in his quæ fidei ſunt, nõ ſequuntur velut infallibilem regulam, ſed iudicium proprium in aduerſum obduratis animis ſequi volũt. Verùm præcipuè cauendum eſt, ne is qui aliorum doctor in via veritatis eſſe debet, alios in foueam & præcipitium erroris abducat, & potiſſimè talis erroris, qui vniuerſalium Conciliorum authoritatem eneruet, quorum iudicium* ſummum eſt in terris in extirpatione errorum & conſeruatione rectę fidei. Nec vnquam aliquis peritorum dubitauit, ſummum pontificem in his quæ fidem concernunt, iudicio eorundem Conciliorum vniuerſalium eſſe ſubiectum. Conquieſcat autem Chriſtiana religio in præmiſſa declaratione catholicæ fidei circa ipſorum Conciliorum authoritatem, explicata in ſacra Conſtantienſi ſynodo. Et deinceps cùm olim Eugenius papa Quartus, hãc ſynodum Baſileenſem ſine ipſius conſenſu attentaſſet prima vice diſſoluere, declaratum ſibi fuit, hoc ipſum præmiſſæ declarationi repugnare, quodque nõ poterat diſſoluere, aut in alium locum transferre, vel in aliud tempus prorogare generale Cõcilium vniuerſalem Eccleſiã repræſentans, ſine conſenſu ipſius: ac etiam quòd hæc erat veritas iuris diuini, & articulus fidem concernens, quæ ſine interitu ſalutis negligi non poteſt. Tandem poſt longam reſiſtentiam, quam aduerſus veritatẽ fecerat, & multiplices admonitiones atque informationes ſibi per hanc ſanctam ſynodum factas, diſſolutionem ipſam reuocauit, illamq; declarauit fuiſſe irritam & inanem, reuocans etiam quicquid contra huius ſacri Cõcilij Baſileenſis authoritatem per ipſum aut ſuo nomine aſſertũ erat. Sicq; rurſum vniuerſa Eccleſia & Chriſtiana religio in hac fidei veritate conquieuit, firmiter credens nõ poſſe fieri diſſolutionẽ Concilij ſine conſenſu eius. Spes autem omniũ erat, ipſum dominum Eugenium, attenta maxima adhæſione huic ſanctæ ſynodo per eum ſolenniter præſtita deinceps in vnitate fidei cum tota Eccleſia permanere, à qua iterum prohdolor ſe grauiùs per attẽtatam ſecundam diſſolutionem huius ſacri Cõcilij ſine conſenſu ipſius, ſeparauit. Et cùm fuiſſet iterum admonitus, vt hoc ipſum reuocaret, expectatoque diuturno tempore, vt rurſum errorem dimitteret, pertinaciùs in eo permanſit, authoritatem Conciliorũ generalium & veritates fidei circa eam declaratas, aſſiduè conculcans. Quod conſiderans hæc ſancta ſynodus & videns ſe nihil apud eum per admonitiones & expectationem proficere, omnibus Chriſtianis rei huius veritatẽ manifeſtare debuit, ne aliquos deinceps in ſuos errores attrahere poſſit, qui per ignorantiã laqueos perditionis incurrant, ſed potiùs lumen doctrinæ Eccleſiæ catholicæ iugiter ſequentes faciant rectos greſſus ſuos in acquiſitione æternæ ſalutis, ſitque omnium vna fides, vna ſocietas ſpiritus in vinculo pacis. Et vt clariùs rei ſeries ipſius innoteſcat, poſſintq; cuncti plenius veritatem ab errore, lumen à tenebris diſcernere, quinq; concluſiones in ſua congregatione generali concluſit hæc ſancta ſynodus nono Calẽdas Iulij proximè præteriti, declaratiuas eorũ quæ aduerſus duas veritates in decreto ſuprà memorato poſitas, præfatus Gabriel, dictus tunc Eugenius papa Quartus, attentauit. Quarum quidem concluſionum tenor talis eſt:

Veritatibus duabus prædictis repugnat prima huius ſacri Baſileenſis Concilij prætenſa diſſolutio ſeu tranſlatio, per Eugenium papam modernum de plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ (vt aſſerit) attentata.

Verita-

Baſileẽſis Concilij ſeſſ. 33.

* ſupremũ

Conſtantienſis Cõcilij ſeſſ. 4. & 5.

Pius II. ſcribit nõ ſine ratione Eugenium voluiſſe in Italia Cõcilium habere.

Baſileẽſis Concilij ſeſſ. 38. cuius initium eſt. In Eſdra ſcriptum.

Veritatibus duabus prædictis repugnantes errores Eugenius Papa modernus poſt primam prætenſam diſſolutionẽ ſiue tranſlationem ſynodali monitus ac iuſſus ſententia, & in forma ſibi oblata, iudicialiter reuocauit.

Veritatibus duabus prædictis repugnans ſacri huius Baſileenſis Concilij prætẽſa diſſolutio ſiue tranſlatio, per Eugenium modernum citatum ſuper facto reformationis, attentata de plenitudine poteſtatis, vt aſſerit, caſu quo contra ipſum aut aliquem de ſuis præſidentibus procederetur, inexcuſabilem in fide continet errorem.

Veritatibus duabus prædictis repugnans huius ſacri Concilij Baſileẽſis iterata diſſolutio ſeu translatio prætenſa, ipſum modernum Eugenium diſſoluentem ſeu transferentem, in reuocatum errorem probat iterum eſſe prolapſum.

Veritatibus duabus prædictis repugnans iterata diſſolutio ſeu translatio, necnon ipſius Eugenij poſt eius monitionem ſynodalem, vt ipſam diſſolutionem ſeu translationem prætenſam (vt præmittitur) factam reuocaret, declarataque contumacia, ac in eadem longa permanentia, apertaq; ſua rebellio, & alterius congregationis in vim prætenſæ diſſolutionis ſub nomine Concilij generalis erectio, hoc ſacro durante Baſileenſi Concilio, ſunt de eiuſdem Eugenij pertinacia euidentia teſtimonia, quæ clamore accuſatoris non indigent.

Quæ quidem omnia deduci voluit hæc ſancta ſynodus in notitiam cunctorum per præſentes, vt euulſis erroribus de agro domini, vnitas fidei refloreat, & omnibus amplexantibus veritatem, Eccleſia Dei conſequatur ſalutem & pacem, quę per huiuſmodi diſſolutiones & impugnationes per præfatum Gabrielem, tunc dictum Eugenium Papam Quartum, aduerſus ſanctam ſynodũ ſuſcitatas, quàm plurima pericula & detrimenta hucuſq; ſuſtinuiſſe dinoſcitur. Et ſicut in errore ſuſcitata ſcandala & ſchiſmata ſuccreuerunt, ſic ex agnitione veritatis pax & tranquillitas oriatur, ipſaq; Chriſti Eccleſia, deſtructis aduerſitatibus vniuerſis, ſecuritate gaudeat & ſalute. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis & notificationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & vniuerſalis Eccleſiæ ſe nouerit incurſurũ. Datum Baſileæ in ſeſſione noſtra publica, ſexto nonas Iulij, Anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimonono, Apoſtolica ſede vacante.

BVLLA NICOLAI PAPÆ QVINTI

Super approbatione actorum & geſtorum in Concilio Baſileenſi.

NICOLAVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriã. Vt pacis, qua nihil deſiderabilius, in vniuerſali Eccleſia ampliſſimè diffundatur & perduret ſerenitas, & omnium corda quæ exagitauit & defatigauit diuiſio, vnitas integra ad cuiuslibet ſtatus & honoris proſperitatem conſolidet, libenter ſecundum noſtræ & Apoſtolicæ authoritatis plenitudinem magnitudinemq; voluntatis, omnia amplectimur, per quæ nõ ſolùm ſuper præſentibus & futuris, ſed & ſuper præteritis, vt illibata permaneant, debitæ prouiſionis adhibetur remedium. Cùm itaq; poſt crebras variasque conturbationes, quibus multis ab annis ſancta Dei ſubiacuit Eccleſia, cauſantibus diuiſionibus, quæ inter felicis recordationis Eugenium Papam Quartum prædeceſſorem noſtrum, & tunc Baſileenſe Concilium viguerunt, hoc in noſtro tempore, & ex Altiſſimi Dei prouidentia ineffabili interpoſitas, tractatuq; oratorum chariſſimorum in Chriſto filiorum, Francorum, Angliæ & Renati Siciliæ Regum, necnon Delphini Viennenſis primogeniti Francorum Regis illuſtris, pacem Eccleſiæ redditam videbamus, dum percepimus venerabilem & chariſſimum fratrem noſtrum Amedeum primum Cardinalem epiſcopum Sabinenſem, in nonnullis prouincijs Apoſtolicæ ſedis legatum, vicariumq; perpetuũ, Felicem Papam Quintum tunc in ſua obedientia nominatum, iuri quod in papatu aſſerebat ſe habere, ad huiuſmodi pacem Eccleſiæ obtinendam, ceſſiſſe: eos verò qui Baſileæ, poſtmodũ Lauſanæ ſub nomine generalis Concilij hactenus congregati permanſerunt, ordinaſſe & publicaſſe nobis tanquam vnico ac indubitato ſummo pontifici obediẽdum eſſe à cunctis fidelibus, & præfatam Lauſanenſem diſſoluiſſe congregationem: Deſiderãtes igitur toto affectu ea perficere, quibus Chriſtifideles ſuppreſſis & extinctis diſſenſionum & differentiarũ ſeminarijs, communi fruantur concordia, cuiuslibet eorum ſtatus, honoris, reputationis & quietis ſtabilitate firmata, quaſcunque promotiones, electiones, confirmationes, poſtulationes, admiſſiones, translationes, commendas, adminiſtrationes & prouiſiones ad quaſcunque patriarchales, metropolitanas & cathedrales eccleſias, necnon abbatiales dignitates ac monaſteriorum regimina quorumcunque, exemptorum & non exemptorum: necnon quaſcunq; collationes, prouiſiones & diſpoſitiones quorumcunque beneficiorum Ec-

Amedeus nõ Papa, ſed Cardinalis.

Obſerua Baſileẽſes tãdem ad Nicolaũ acceſſiſſe.

ecclesiaſticorum, regularium & ſecularium, de iure patronatus etiam laicorum, cum cura vel ſine cura, etiam ſi eccleſiæ parochiales fuerint, aut canonicatus & præbédæ, dignitates maiores poſt pontificales in cathedralibus, vel principales in collegiatis exiſtant, perſonatusq́; perpetuę adminiſtrationes vel officia, etiam curata vel electiua, io quibuſcuoque Eccleſijs prioratus conuentuales, aut cuiuſcunque conditioois, qualitatis vel naturæ fuerint, etiam alterius generis, quàm expreſſa, paris vel maioris, etiam ſi ex quauis cauſa tunc diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter vel generaliter reſeruata, fuerint litigioſa, aut aliâs affecta, vel ad ſedem Apoſtolicam quomodolibet deuoluta, in vim quorum ſeu prætextu collationum, prouiſiooum, reſeruatiooum, aut aliarum diſpoſitionum huiuſmodi, ſeu alicuius pręmiſſorum, aliâs quàm ex titulo priuationis ſactarum, præmiſſarum occaſionum, diuiſionum ipſarum eccleſiarum, beneficiorum, dignitatum, officiorum, perſonatuum, adminiſtrationum, canonicatuũ & præbendarum habita ſeu adepta ſit poſſeſſio, & poſſidentur de præſenti: admiſſiones etiam reſignationum quorumcunque beneficiorum, dignitatum, Eccleſiarũ, ſimpliciter vel ex cauſa permutationis factarum authorizationũ & inſtitutionum, penſionum item quarumcunque ſuper quorumcunq; beoeficiorum eccleſiaſticorum fructibus, reſeruationibus & aſſignationibus, cum proceſſibus & fulminationibus indè ſecutis, necnõ vniones, annexiones, incorporationes quarumcunque dignitatum & beneficiorum Eccleſiaſticorũ, ſecularium & regularium, quibuſcunq; Patriarchalibus, Archiepiſcopalibus, abbatialibus, vel capitularibus menſis, aut monaſterijs, conuentibus, digoitatibus, canonicatibus & præbendis vel beoeficijs, ſeu ad inuicem ſub quibuſuis verborũ formis, dimembrationes etiam *eccleſiaſticarum & beneficiorum quorumcunque, eccleſiarum quoq;, monaſteriorum ſtudiorumq́ue generalium fundationes, erectiones, ſuppreſſiones & ſubiectiones, & quorumcunq; beneficiorum creationes, exemptiones, item reuocationes, pallij dationes, conſecrationes, benedictiones, perſonarũ de ordine ad ordinem tranſlationes, infeudationes, ioſtitutiones, contractuum confirmationes, facultatis teſtãdi conceſſiones, abſolutiones, liberationes, quitantias ſuper quibuſcũque debitis ratione decimarum, ſemidecimarũ, indulgentiarum, annatarum, communium & minutorum ſeruitiorũ, vel aliâs quomodolibet, diſpẽſationes tã ſuper ætatis quàm natalium & aliarum inhabilitatum defectibus, ſuper incompatibilibus in quocunque numero, etiam ſi ad curas parochiales, matrimonijs, iuramento, ordinibus & voto etiam tranſmarino & rebus alijs quibuſcunque, necnon abſolutiones à quibuſcunque excommunicationũ, anathematizationum, & alijs cẽſuris eccleſiaſticis, interdictorum tam generalium, quàm ſpecialiũ relaxationes, ac etiam illarum fulminationes & appoſitiones iuramentorum, etiã fidelitatum relaxationes, rehabilitationes ab omni macula irregularitatis, aut alia inhabilitate vndecunq; proceſſerit, reſtitutiones etiam ad famam & honores gratiarum, indultorum, indulgentiarum & priuilegiorum, & quaſcunque alias cõceſſiones, ac omnia & ſingula, tam iuſtitiam quàm gratiam concernentia, ſiue in foro conſcientiæ, aut contentioſo, in perſonis aut locis, quæ tempore conceſſionum & aliorum præmiſſorum obediuerunt præfato venerabili ac chariſſimo fratri noſtro Amedeo cardinali Epiſcopo, legato & vicario ſupradicto, tunc Felici Papæ Quinto nominato, ac congregatis antedictis ſeu eorum alteri, tam per ipſum tunc Baſileenſe Coocilium & Amedeum in ſua obedieotia Felicẽ Quintum ouncupatum, quam illos qui io Baſileenſi & Lauſanenſi ciuitatibus ſub nomine generalis Concilij congregati remanſerũt, aut alium ſeu alios, ſua aut alterius eorum authoritate etiam de latere legatos, delegatos, ſiue alios quoſcunque ab eis vel eorum altero poteſtatẽ habentes coniunctim vel diuiſim, qualitercunque facta, geſta, conceſſa, data, indulta, diſpoſita & ordinata, etiam ſi maiora & grauiora, aut alterius cuiuſcunq; naturæ à pmiſſis exiſtant, & ſpecialem requirant expreſſionem, quæ volumus & decernimus pro expreſſis ſpecificè haberi, cum omnibus & ſingulis iodè ſecutis. Ac etiam omnia & ſingula per ordinarios in dictis locis facta, pro bono pacis & vnionis Eccleſiæ, motu proprio ex certa ſciẽtia & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, de conſilio & aſſenſu venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium, pręſentium ſerie approbamus ratificamus, & etiam confirmamus, rataq́ue & firma haberi volumus. Necnon potiori pro cautela de perſoois Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporũ & Abbatum, quibuſcunque Eccleſijs & monaſterijs, quarum & quorum aſſecuti ſuot poſſeſſiones, & poſſident de præſenti, necnon de dignitatibus, prioratibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officijs, canonicatibus & præbendis, commendis & beneficijs quibuſcunque etiam ſedi Apoſtolicæ ſpecialiter vel generaliter reſeruatis, deuolutis, vel quomodolibet affectis, eorum poſſeſſoribus quibuſlibet de nouo prouidemus, ac ipſorum omniũ fructus, redditus & proueotus, necnon emolumenta ſingula in quibuſcunque & vbicunque, etiam extra diœceſim, in quibus Eccleſia, monaſterium, prioratus, dignitas, ſeu beneficium huiuſmodi fuerit, conſiſtentia, ad eorũ poſſeſſores ſpectare & pertinere.

* eccleſiarum

tinere. Et quòd ipſi in ſuarum eccleſiarum, monaſteriorum, prioratuum, dignitatum & beneficiorum (prout eorũ ſingulos concernit) poſſeſſionibus, pro huiuſmodi bono pacis & vnionis, pacifici remaneant & quieti, decernimus & declaramus, gratis & abſque ſolutione communium vel minutorum ſeruitiorum, annatarum, aut vacantiæ tam noſtræ cameræ, quàm venerabiliũ fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium collegio facienda, nomina & cognomina, valoreſque ipſorum beneficiorum & dignitatum, ac non obſtantias ipſorum poſſeſſorũ pro expreſſis habentes, conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis non obſtantibus quibuſcunqoe. Inſuper quaſcunq; obligationes ſeu debita de & ſuper annatis ſeu communibus & minotis ſeruitijs iuxta curiæ noſtræ conſuetudinem, cæteriſq; iuribus nobis & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium collegio cæteriſq; officialibus debitis, ſi quæ deberi dicerentur, occaſione quarumcunq; metropolitanarum & cathedralium eccleſiarum, monaſteriorum, dignitatum, prioratuum, etiã conuentualium beneficiorum & officiorum huiuſmodi, vſq; ad præſentẽ diem poſſeſſoribus antedictis ex ſimili ſciẽtia remittimus & relaxamus, pariter & donamus: eoſq; qui huiuſmodi debitis obligati eſſent, ab omni eorum ſolutione abſoluimus & liberamus, & ſuper illis dari quitantias petẽtibus aut volentibus demandamus in forma plena, debita & opportuna, fructus etiam illos, quos durãte huiuſmodi diuiſione, ex dictis eccleſijs, dignitatibus, beneficijs & officijs perceperunt, etiam ſi nobis & cameræ Apoſtolicæ debiti eſſent, penitus ipſis & cuilibet ipſorum remittimus de dictæ ſedis munificentia liberali, camerario, theſaurario, clericis cameræ, collectoribus & ſubcollectoribus noſtris quibuſcunq; inhibentes ſub excommunicationis ſententia & alijs cenſuris eccleſiaſticis atq; pœnis, quas remiſſioni & inhibitioni noſtris huiuſmodi contrauenientes incurrere volumus ipſo facto, ne fructus prædictos occaſione præmiſſa, dicta diuiſione durãte perceptos, & per nos remiſſos, vt præfertur, à quoquã quomodolibet exigere ſeu extorquere præſumant. Dictorum rurſus poſſeſſorum ſingulis aduerſarijs ſuper præfatis eccleſijs, monaſterijs, prioratibus, dignitatibus, officijs & beneficijs perpetuum ſilentium imponentes, quaſcunque promotiones, impetrationes, conceſſiones, prouiſiones, declarationes & literas deſuper pro ipſis aduerſarijs & alijs quibuſcunq;, in præiudicium ipſorum poſſeſſorum vel derogationem huiuſmodi per nos confirmatorum, quomodolibet etiam ſi motu proprio, ex certa ſcientia aut plenitudine poteſtatis, & de venerabilium fratrũ noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium conſilio & aſſenſo, tam per dictũ noſtrum prædeceſſorem, quàm nos ſiue alium quemcũque, illius aut noſtra authoritate, ſiue alia quacunq; factas, datas, conceſſas & habitas, etiam ſi in vim earum ipſis aut alicui eorum in re vel ad rem ius quæſitum foret: necnon diffinitiuas & alias etiam, quę in rem tranſierunt iudicatam, ſuper eccleſijs & alijs præmiſſis in Romana curia vel aliâs vbicunque contra dictos poſſeſſores promulgatas ſententias & quæcunq; indè ſecuta, prædictis motu & ſcientia ac plenitudine pro bono pacis & vnionis prædictarum caſſamus, irritamus & annullam⁹, ac caſſa, irrita, infecta, nullaq; & inania ac viribus vacua declaramus & denunciamus. Illas verò ex ſententijs, quæ pro prædictis poſſeſſionibus ſuper præmiſſis, ac etiam quaſcunq; alias ſententias & ſobrogationes, quæ ꝓ quibuſuis perſonis, partibus ſe defendentibus, illarũ omnium nominibus & cognominibus pro expreſſis habentes, & quę in rem tranſiuerunt iudicatam, in Baſileenſi ſeu Lauſanenſi ciuitatibus, ſeu in curia præfati venerabilis ac chariſſimi fratris noſtri Amedei primi cardinalis, (vt præmittitur) legati vicarijq; perpetui, Felicis Quinti in ſua obediẽtia nominati, vſq; in hodiernum diẽ prolatæ ac ſubrogationes pro altero ex collitigãtibus mutuò ſe defendentibus factæ ſunt, validas & ratas decernentes, necnó quaſcunq; lites & cauſas deſuper in noſtra curia vel alibi contra ipſos poſſeſſores ſuper prædictis eccleſijs, dignitatibus, beneficijs, officijs quomodolibet pendentibus, quorum omnium, etiã ſi vna vel duę ſeu plures diffinitiuæ vel aliæ ſententiæ prolatæ ſint, ſtatus præſentibus pro expreſſis habentes, ad nos aduocamus, & totaliter extinguimus. Et pro maiori omnium & ſingulorũ ſecuritate & roboris validitate, quibuſcunq; perſonis tam eccleſiaſticis quàm ſecularibus, cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis vel præeminentiæ exiſtant, etiam ſi cardinalatus, patriarchatus, archiepiſcopali, epiſcopali aut alia quacunq; præfulgeant dignitate, necnó quarumcunque tam cathedraliũ quàm collegiatarum & aliarũ eccleſiarum & monaſteriorum capitulis, collegijs & cõuentibus, ac ſingularibus perſonis earundẽ, illiq́ue vel illis, ad quem ſeu ad quos dictarum eccleſiarum, beneficiorum eccleſiaſticorum & officiorum electio, collatio, ꝓuiſio, præſentatio ſeu quæuis alia diſpoſitio communiter vel diuiſim pertinet, ac huiuſmodi poſſeſſorum aduerſarijs, quibus per nos ac noſtrum prædeceſſorem ſeu alium quẽcunq; factæ ſunt conceſſiones & prouiſiones de huiuſmodi eccleſijs, beneficijs & officijs poſſeſſis, omnibus & ſingulis alijs, quorum intereſt vel intererit quomodolibet in futurũ, mandamus expreſsè inhibentes, videlicet patriarchis, archiepiſcopis & epiſco-

Digitized by Google

epiſcopis ſub ſuſpēſionis ab ingreſſu eccle-
ſiæ, minoribus verò perſonis ſingularibus
ſub excommunicationis, necnon dictorum
poſſeſſorū aduerſarijs ſub ſimili excommu-
nicationis ac priuationis omnium & ſingu-
lorum beneficiorum ſuorum quæ obtinent,
& inhabilitationis ad illa, & ad alia in poſte
rum obtinenda, perpetuæq; infamiæ: colle-
gijs verò, capitulis & conuentibus ſub ſu-
ſpenſionis à diuinis, pœnis, ſententijs & cen
ſuris, quas cōtrafacientes & rebelles (prout
quemlibet ipſorū concernit) exnunc prout
extunc, & extunc prout exnunc, incurrere
volumus ipſo facto, ne ipſi ſeu eorum alter
publicè vel occultè, directè vel indirectè,
quouis quæſito colore vel ingenio, contra
declarationes, conceſſiones, approbationes,
ratificationes, confirmationes & alia prædi-
cta vel eorum aliquod in præiudicium, dam
num & grauamen dictorum poſſeſſorum &
derogationem præmiſſorum per nos con-
firmatorum, aut alicuius eorum, facere, di-
cere & attentare, ſeu ipſi prænominati, ad
quos ſpectat huiuſmodi electio, collatio,
prouiſio, præſentatio ſeu quæuis alia diſpo-
ſitio, quenquam alium ad Eccleſias, digni-
tates, beneficia & officia ſeu alia præmiſſa,
hactenus ſic poſſeſſa recipere & admittere,
neq; poſſeſſores huiuſmodi ſuper pręmiſſis
in aliquo vexare, perturbare, moleſtare, ſeu
inquietare quomodolibet præſumant, aut
præſumat, ſed ea omnia & ſingula inuiola-
biliter & ſine contradictione quacunque,
quantum in eis eſt, manu teneant & obſer-
uent, dictoſq; poſſeſſores in poſſeſſione ſua
huiuſmodi teneant & defendant. Si quæ
etiam (quod abſit) per quempiam quacunq;
etiā authoritate noſtra, contra præmiſſa ſeu
eorum aliqua, aut in præiudicium dictorū
poſſeſſorum ſeu alicuius eorum, nouitates
factæ fuerint ſeu fierent, illas ac quęcunque
indè ſecuta exnunc prout extunc habemus
& haberi volumus ꝓ infectis. Et nihilomi-
nùs contrauenientes & rebelles huiuſmo-
di, ſiue Patriarchę, archiepiſcopi, aut epiſco-
pi fuerint, ab ingreſſu Eccleſiæ: minores ve-
rò perſonas ſingulares, excommunicatos:
necnon dictos aduerſarios & eis auxilium
dantes, vltra communicationis pœnam be-
neficijs & officijs ſuis priuatos, inhabiles &
infames: capitula verò, collegia & conuen-
tus, à diuinis ſuſpenſos per quemlibet ordi-
narium loci, aut alterum in dignitate con-
ſtitutum, ſiue canonicum alicuius Eccleſiæ
cathedralis, per quemcunque ex huiuſmodi
poſſeſſoribus eligendum & requirendum,
ſeu executionem dandum ſuper huiuſmo-
di noſtra voluntate in Romana curia ſiue ex-
tra, declarari & denunciari volumus & mā-
damus. Super quibus omnibus & ſingulis,
ipſis & eorum cuilibet authoritate Apoſto-
lica damus atq; concedimus facultatem, re-
iectis in præmiſſis omnibus & ſingulis cau-
telis & appellationibus quibuſcunq;, in prę-
iudicium præmiſſorum interpoſitis ſeu in-
terponendis, quas tanquam friuolas & ina-
nes cū indè ſecutis & ſecuturis, extunc pro-
ut exnunc, & exnunc prout extūc caſſamus,
irritamus, annullamus, & pro infectis habe-
ri volumus: vicecancellario & quibuſuis
alijs officialibus noſtris expreſsè inhibentes,
ne ad cuiuſuis inſtantiam ſuper cauſis præ-
tenſarum appellationum huiuſmodi, aut
aliâs via ſimplicis querelæ ſeu reſtitutionis
in integrū aliquam commiſſionem ſignare,
ſiue reſcriptum etiam extra Romanam cu-
riam cōcedere, nec auditores cauſarum pa-
latij noſtri, ſine ordinarij loci aut quicunque
alij commiſſiones ſiue reſcripta huiuſmodi
recipere, ſeu cauſas deſuper motas & mouē-
das audire præſumant, ſeu attentent. Adij-
cientes, quòd ſi vllo vnquam tempore appa-
reret, de aliqua conceſſione ſeu declaratio-
ne per nos aut noſtros ſeu dicti prædeceſ-
ſoris literas, quaſcūq; clauſulas, etiam dero-
gatorias, generales vel ſpeciales ſub quacun-
que verborum forma in ſe continentes, licet
in illis dicatur, nō obſtantibus clauſulis di-
centibus quòd illis non derogetur, niſi de
eis ſpecialis mentio fiat, aut quòd de verbo
ad verbum & cum toto tenore illarum inſe-
ri debeat, facta ſeu fienda, per quam dictos
poſſeſſores ſeu eorum aliquē in huiuſmodi
ſuorum beneficiorum poſſeſſione ſeu aliâs
turbari, vexari, moleſtari, ſeu inquietari, aut
contra huiuſmodi noſtras cōceſſiones, pro-
uiſiones & alia per nos approbata fieri, atq;
contrauentiri poſſit, etiam ſi motu proprio,
ex certa ſciētia, ſiue de plenitudine poteſta-
tis & de ipſorum venerabilium fratrum no-
ſtrorum Cardinaliū conſilio & aſſenſu ema-
narent, ſeu emanaſſent tales declarationes
aut conceſſiones pro bono pacis & vnionis
Eccleſiæ, nullatenus effectum ſortiri, ſed pro
infectis exnunc prout extunc haberi volu-
mus. Verùm ſi in obedientia prædictorum
tunc nuncupati Felicis, & illorum qui Baſi-
leæ & Lauſanæ ſub nomine generalis Cōci-
lij tunc permanſerunt, duo vel plures ſuper
vno vel pluribus beneficijs litigarēt, poſſeſ-
ſio non poſſidenti non afferat præiudicium,
ſed cuilibet ius ſuū ſemper ſaluū conſeruen-
tur, ac etiā vnicuiq; maneat ius, quod ante
huiuſmodi diuiſionem ſibi quæſitum erat.
Et ſi fuerint aliquæ Eccleſiæ ſeu beneficia,
quarum ſeu quorum caput in vna obedien-
tia, & membra in altera exiſtant, membra re-
ducantur ad caput. Saluo tamen, quòd mem-
brum obtinens in illius remaneat poſſeſſio-
ne, ſi ius eidem competebat ante huiuſmodi
diuiſionē. Cęterum, quia difficile foret præ-
ſentes literas ad ſingula, ī quibus eis forſan
fides facienda fuerit, loca deferre, dicta au-
thoritate Apoſtolica decernimus, quòd illa-
rum tranſumpto manu publica & ſigillo
alicuius epiſcopi aut illius vicarij, ſeu curiæ
aut

Digitized by Google

aot ſuperioris eccleſiaſtici ſignato & munito, perinde ac ſi originales literæ huiuſmodi exhiberentur, fides plenaria adhibeatur, & ſtetur. Mandantes nihilominùs literas in ſimili forma pro quibuſcunque particularibus perſonis eas petentibus & habere volentibus, illorum nominibus & cognominibus ſpecificè expreſſis, cum deſignatione eccleſiæ, dignitatis, beneficij ſiue beneficiorum, aliarumq; conceſſionum ſuperiùs deſignatarum, in cancellaria noſtra & alibi gratis & ſine ſolutione alicuius taxæ, ſaluo moderato ſalario ſcriptorum, expediri; & irritũ decernimus & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quauis authoritate, ſcienter vel ignoraoter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, ratificationis, confirmationis, prouiſionis, decreti, voluntatis, impoſitionis, caſſationis, remiſſionis, relaxationis, donationis, abſolutioois, liberationis, inhibitionis, impoſitionis, irritationis, annullationis, declarationis, deoudciationis, aduocationis, extinctionis, voluntatis, mandationis, conceſſionis, adiectionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si qois autem hæc attentare præſumpſerit, indignationẽ omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorũ eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Spoleti anno incarnationis dominicæ, 1449. decimoquarto Calendas Iulij, Pontificatus noſtri anno tertio.

P. de Noxeto, Marcellos de curia. regiſtrata io camera Apoſtolici Concilij.

EPISTOLÆ ET RESPONSIONES SYNODALES Sacri Generalis Concilij Baſileenſis.

EPISTOLA SYNODALIS DE CONVOcatione Bohemorum ad Concilium.

SAcroſancta generalis ſyoodos Baſileenſis, in Spiritusſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſenrans, voiuerſis viris eccleſiaſticis, nobilibus, & toti populo regni Bohemiæ, vnitatem & pacem in Chriſto Ieſu dño noſtro.

Compulit nos charitas Chriſti egredi de terra ooſtrà & cognatione ooſtra, & venire ad locum quẽ oſtendit oobis domious pro pace Eccleſiæ & ſalute populi Chriſtiani. Et quid mirũ quòd pro Chriſto in terra aliena peregrinari decreuimos, cùm ipſe dominus noſter pro oobis duriſſimã vſq; ad mortem Crucis peregrinationẽ pati dignatus ſit? Si
Ioan. 3. Deus ita dilexit mundum, vt filiom ſuũ vnigenitum daret: & nos meritò ita ipſum diligere debemus, vt pro ouibus ſuis, ſi oporteat animas noſtras libenter exponamos. Quod quidem, quantom diuina gratia nos ioſpiraoit, erga omnes prompto animo ſacere parati ſumus, & ob hoc ex omoi oatione ad ſacrum generale Concilium huc conuenimus, vt expulſis de populo Chriſtiano erroribus, ſedatis bellis, & extinctis uitiorũ illecebris, fidei unitas, animorum concordia, & ſanctorum morum diſciplina vbiq; ſeruentur: & ipſa mater Eccleſia, toto orbe terrarũ diffuſa, io pace ſanctorum & unitate reſloreat. Et quanquã plurima io hoc ſacro Cõcilio immioeant, quibus oeceſſariò prouidendum eſt, oihil tamen aote oculos noſtros tam ſedulò verſatur, quàm vt vos in eadem vnitate nobiſcom coniungamini. Si ſciretis quanto affectu ſalutem & pacẽ veſtram optamus, ſi corda noſtra charitate erga vos ardentia intueremini, obmiſſis omnibus, ſine mora hinc properaretis vos io vlnas noſtras, confidentes quòd à nobis qui vos propter Chriſtum vt oosmetipſos amamus, requiem aoimabus veſtris inuenire poſſetis. Et ſorſan diſſidium noſtrum aliquandiu io Eccleſia Deus permiſit, vt per experientiam cogooſcentes quanta mala ex diuiſiooe fraterna oriuntur, poſteà alter alterum perfectiùs diligamus: & vnitas, qoa nibil inter homines reperitur meliùs, cautiùs deinceps coſtodiatur. Ieſus Chriſtus orauit, vt non ſolum A- Ioan. 17.
poſtoli, ſed omnes qui per verbum eorum crediturí erant, vnum eſſent, ſicut ipſi ſunt vnum Pater & Filius: & io hoc dixit cognoſci diſcipulos ſuos, ſi dilectionem inuicem Ioan. 13.
haberent. Si cupimos Chriſto placere, ſi eius diſcipuli eſſe & videri volumus, laboremus pro viribus, vt vnum ſimos, dilectionemq́ue & concordiam, ſicut Chriſtifideles decet, inuicem habeamus. Oſtendamus ſecundum primitias Eccleſiæ multitudinis credentiũ, vt ſit cot vnum & anima vna: ſicut vnus eſt Acto. 4.
nobis Deus, vna Fides & vnus Baptiſmus: ita Ephe. 4.
nos eiuſdem Patris filij ſimus vnanimes, & habitare vnios moris nos dignos faciat ĩ domo ſua. Quàm booum & quàm iocundum Pſal. 132.
tunc erit, cùm in eadem ſanctæ matris Eccleſiæ domo coocorditer habitabunt fratres in vnum? Quanta lætitia erit in cœlis, ſi vos qui aliquandiu à nobis dioiſi fuiſtis, iterum in charitate & vnitate nobiſcum reconciliemini? Eccè Spiritusſanctus ex omni natione congregat fratres, vt ſicut ipſe charitas eſt, ita in charitate viuat, & iuxta promiſſionem Chriſti, omnem doceat veritatem, qoæ ad ſalutem eſt neceſſaria. Scimus qoia no- Matth.
ſter cœleſtis paterfamiliâs bonom fidei ſemẽ in terra veſtra ſeminaoerat, ſed venit inimicus ho-

ens homo, & ſuperſeminauit zizaniam. Putamus multum boni ſeminis adhuc ſupereſſe, nec radicem omninò aruiſſe. Speramus adhuc terram eſſe idoneam ad fructificandum in domo domini, dommodò patiamini infundi rorem Spirituſſancti, qui illam fœcundet, & herbas noxias exuret. Credim⁹ admodum vobis moleſtum fore, tot ſtrages, incendia, depopulationes & infinita mala cõſpicere, quæ ex huiuſmodi diſſidio quotidiè contingunt, voſq; optare pacẽ patriæ ac quietem, vt tandem fides catholica vbiq; terrarum debitè colatur. Ijs nuſquã meliùs prouideri poteſt, quàm in hoc ſacro Concilio, vbi vniuerſalis conuenit Eccleſia: hîc quicquid pertinet ad fidei veritatem, quicquid ad pacem & concordiam, quicquid ad vitæ puritatem & diuinorum mandatorum obſeruantiam, omni cum diligẽtia & libertate tractabitur. Licebit liberè omnibus exponere, quicquid Chriſtianę religioni expedire iudicauerit: licebit conſulere & procurare remedia. Aderit planè Spirituſſanctus, in cuius nomine cõgregata eſt hæc ſancta ſynodus. Ipſe erit dux & rector Concilij, perfectè illuminaturus corda hominum, vt viam ambulent veritatis & pacis. fiduciã in Chriſto habemus, quòd ſi huc puro corde & bona intẽtione acceſſeritis, proculdubiò læti & conſulati in patriam redibitis, genti veſtræ pacem, quietẽ gratiamq; Dei & hominum, vobiſcum deferentes. Audiuimus quod ſæpè conqueſti eſtis, nõ eſſe vobis traditam, qualem voluiſſetis, liberam audientiam. Iam ceſſabit omnis querelæ occaſio. Eccè iam locus & facultas plenæ audientiæ præbetur. Iam inuitamini non coram paucis, ſed vniuerſaliter audiemini, quantumlibet audiri volueritis. Ipſe Spirituſſanctus adſtabit medius iudex & arbiter, quid ĩ Eccleſia tenendum & agendum ſit. Erimus ſimul in oratione perſeuerantes, & tam diu & tam feruenter ſuam pietatẽ gemitibus, ieiunijs, precibus, obſecrationibus ac ſanctis operibus ĩterpellabimus, vſquequò ipſe charitatis author & veritatis doctor, corda vniuerſi populi illuſtrabit ad cognoſcendam amplectendamq; veritatis & vnitatis ſemitam. Ob hoc potiſſimè in Eccleſia Spirituſſanctus introduxit concilia, vt ſi qua circa fidẽ inter Chriſtianos diſſenſio orta fuerit, omnibus in vnum conuenientibus, per inuocationem nominis ſui veritatis euidẽter appareat. Sæpenumerò in Chriſtiana religione pullulârunt errores, opiniones & ſchiſmata: ſed interuentu ipſorum Conciliorũ Spirituſſanctus illa procul effugauit & penitus extinxit. Si veritatem fidei diligitis, ſi pacem optatis, ſi honor Chriſti penitus vobis curæ eſt, iam re ipſa oſtendite. nullo vnquã loco vel tempore efficaciùs & accommodoſiùs, quàm hic eſt modò, iſta omnia fieri poſſunt. Proindè vos ex toto corde & tota anima per ipſum Spiritum ſanctum hortamur, rogamus & obſecramus, vt poſtquàm oſtiũ ad tale ac tantum bonum apertum videtis, non differatis introire, & ad hoc ſacroſanctum Concilium in nomine Ieſu Chriſti cõfidenter accedere, vt vnanimiter audiamus verbum hoc, quod Spirituſſanctus in Eccleſia Dei facturus eſt. Et licet hunc locum ſecurum & liberum omnibus venientibus ſtatuerimus, ne tamen aliqua forſitan occaſione retrahi poſſitis, nos paratos offerim⁹ plenum ac ſufficientem ſaluumconductum veniendi, ſtandi & redeundi ijs, quos deſtinare volueritis, nomine vniuerſalis Eccleſiæ concedere, ac omnia facere quæ pro tutela & ſecuritate ipſorum expedire videbuntur. Rogamus autem vos, vt viros tales mittatis, ſuper quos Spiritus domini requieſcere ſperetur, mites videlicet, timoratos, humiles corde pacem optantes, & non quæ ſua ſunt quærentes, ſed quæ Ieſu Chriſti, qui nobis & vobis & toti populo Chriſtiano hîc pacem, & in futuro ſeculo vitam æternam donare dignetur, qui viuit benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.

Datum Baſileæ die decimaquinta menſis Octobris, anno domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoprimo, indictione decima, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini Eugenij, diuina prouidentia papæ Quarti anno primo.

QVOD PATRES INTENDVNT *manere in Baſilea, & quòd non credatur literis aut mandatis in contrarium.*

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repręſentãs, vniuerſis Chriſtifidelibus ſalutẽ & omnipotentis Dei benedictionem. Zelus domus Dei quæ eſt Eccleſia, extra quam non eſt ſalus, nos inuita atq; charitatiuè compellit, aduerſus hæreſes vaſtatrices tunicæ inconſutilis Chriſti, quæ fides eſt orthodoxa, viriliter inſurgere, & non minùs peruerſis moribus, quibus prohdolor infectus eſt populus Chriſtianus, & indies in omni ſtatu ampliùs inficitur, ſalubriter obuiare, necnon bellicis cladibus penè vbique terrarum fidelem populum deſtruẽtibus, & quaſi ad nullitatẽ miſerabiliter producẽtibus, quantum vires noſtrę gratia diuina adiutę valuerint, finem ac remedia opportuna adhibere: pro quibus cauſis euidenter neceſſarijs & maximè arduis hîc in Spirituſancto conuenimus, tam generalium Conciliorũ Conſtantienſis & Senenſis quàm expreſſis mandatis felicis recordationis domini Martini papæ Quinti, necnon & ſanctiſſimi domini noſtri moderni Eugenij quarti authoritati-

bus

Hic Iulianus poſtea relictis Baſileenſibus, Eugenio adhæſit, cũ multis alijs.

bus expreſſis, & ſpecialibus repetitis mãdatis reuerendiſſimo in Chriſto patri domino Iuliano ſancti Angeli diacono Cardinali, Apoſtolicæ ſedis legato, atq; huius ſacri Cõcilij præſidenti. Verùm antiquus humani generis hoſtis, inſidias more ſuo parare volens tot tãtisq; bonis, quæ ex hoc ſacro Concilio prouenire ſpetantur, famam (vt audiuimus) per diuerſa loca diffundere conatur, quòd hæc ſacroſancta ſynodus Chriſtianæ religioni tam vtilis & neceſſaria, diſſolui aut prorogari vel in aliquem alium locum trãſferri debeat, ex quo cùm veriſimiliter timeamus, nonnullos huiuſmodi rumoribus à ſancto eorum propoſito huc forſan ventẽdi retrahendos, ideo tenore præſentium ſignificamus, nos omnino decreuiſſe in hoc ſancto Concilio firmiter permanere: & accedente gratia Spiritusſancti, diligentiſſimè laborare ad prædicta ſancta opera, quæ inchoamos, perficienda: nec vlla ex cauſa vel occaſione hinc recedere, antequàm aliquod efficax remedium circa prædicta adhibitum fuerit, cùm euidenter conſtare poſſit ex diſſolutione huius ſacri Concilij ſecutura fidei catholicæ, ſtatus eccleſiaſtici, & totius Chriſtianæ religionis ruina. Speramus & pro certo tenemus, attẽta integritatis & vitæ & ſanctitatis vitæ ſama, qua hucuſque nunc vixit ſanctiſſimus dominus noſter Eugenius Papa Quartus, ipſum omnem ſaoorem & auxilium daturum ad conſeruandũ hoc ſacrum Concilium, quod authoritate præcedẽtium Conciliorum & ſui anteceſſoris, & ipſius, inchoatum ac ſtabilitum extitit: nec quiſquam aliquo modo credat quibuſcunque perſonis aut literis aliud aſſerentibus. Et ob hanc rem mentem noſtram pleniùs explicandam, iam noſtros ſolennes depotauimus ad ſuam ſanctitatem ambaſiatores. Etſi quid in contrarium aliquo modo fuiſſet vobis inſinuatum, aut inſinuari contingeret, id omni veritate carere credatis. Nec veriſimile eſt, quòd benè informatus dominus Apoſtolicus vicarius Ieſu Chriſti, ad quẽ principaliter pertinet extirpare hęreſes, reformare mores corruptos, & procurare pacem in populo Chriſtiano, aliquo modo cogitaret diſſoluere hoc ſacrum Concilium, præſertim cõtra decreta Concilij Conſtantienſis, per prædeceſſorem ſuum & eundem approbata, & à tantis ſolennibus viris maturè digeſta, quo efficacius remedium ad hæc facienda reperiri non poteſt, ex cuius diſſolutione certitudinaliter ſequerẽtur hæreſum, deformitatum ac guerrarum & odiorum induratio ac etiã multiplicatio. Noſtræ quippe profeſſionis eſt, nos exponere morti pro domo Dei, Eccleſiam eius defenſare aduerſus tam eminẽtia pericula, potiſſimè nunc temporis, quo ad dictam noſtram ſanctam ſynodum ſpetamus Bohemos aduenire, & in ſacra fidei catholicæ vnione nobiſcum reduci. Nam noſtras literas, quibus ad idem eoſdem monebamus ſalubriter & charitatiuè, honeſtè ac reuerenter ſuſceptas intelleximus. Cæterùm pax & concordia regum, principum & communitatum, quibus ſuper ijs literas noſtras direximus, per hoc præſens ſacrum Concilium efficienda ſperatur, prçcipuè pax regni Francię, pro qua reuerendiſſimo in Chriſto patri domino cardinali ſanctæ Crucis, Apoſtolicæ ſedis legato in Francia, die noctuque ad hoc tendenti & laboranti, noſtras literas & nuncios ſpeciales tranſmiſimus. Qui quidem dominus cardinalis locum conuentionis aſſignandæ partibus, nobis notificandum reſcripſit, quatenus vnà cum eodem ad tam ſanctum opus concurrere efficaciter valeamus, propter quæ ſaluberrima opera Spiritusſancti, qui huius ſacri Cõcilij cuſtos eſt & protector, adiutrice gratia perficiẽda, hìc de omni regione cõuenimus, atq; in publica ſeſſione noſtra, decimaquarta Decembris in maiori huius ciuitatis Eccleſia celebrata, per noſtra decreta hìc tam diu permanere congregati ſtatuimus, quouſque præfati neceſſarij vtiq; ac plurimi fructuoſi effect⁹ votiuos fines ſortiantur: quod fixè & inflexibiliter perficere, vt præmiſimus, intẽdimus. Eapropter deuoti viri, in Chriſto ſyncerè dilecti, vos in domino obſecramus, pro huius ſacræ noſtræ ſynodi ſalubri directione deuotiùs exorare, proq́ue huiuſmodi felici ſucceſſu diuinam clementiam humiliùs implorare: necnon & ſi quæ literæ, ſchedulæ, ſcripta, mãdata, quocunq; nomine cenſeantur, à quibuſuis perſonis inueneritis, aut receperitis, noſtræ huic ſanctæ intentioni obuiantia, aut ſaluberrimos effectus præfatos quoquo modo impediẽtia, nobis indilatè tranſmittere curetis: nec eiſdem adhærere, aut à ſinceritate, quam noſtræ congregationi geritis, vllatenùs recedere velitis, quocunque colore per quoſcunq; prætenſo. Reuerẽdos aũt patres dominos prælatos & cæteros qui de iure vel conſuetudine ad ſacram generalem ſynodum venire tenentur, admonemus & mandamus ſub pœnia iuris ac ſub debito iuramenti, quatenus celerrimè ad noſtram congregationem accedant in propria perſona: aut ſi fuerins corporali impedimento detenti, honorabiles & doctos viros de ſuis eccleſijs benè inſtructos, deſtinare nõ omittant. Sic autem facientes, Chriſto cuius cauſam gerimus, maximè placebitis: Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, imo & toti Chriſtianitati dignũ famulatum præbebitis: vos verè fideles, Dei honorem, Eccleſiæ ſuæ meliorationem volentes & affectantes monſtrabitis, atq; gratiam in præſenti, & gloriam in futuro poſſidebitis, quam vobis conferre dignetur præſenti ſynodo præſentialiter aſſiſtens Spiritusſanctus. Datum Baſileæ vigeſimaprima Ianuarij, anno domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſecundo, pontificatus dicti

Eugenius laudatur.

Digitized by Google

dicti domini Eugenij papæ Quarti anno
primo, ſub ſigillo reuerendi in Chriſto patris domini Philiberti epiſcopi Cõſtantienſis prouinciæ Rothomagenſis. De mandato dictæ ſanctæ ſynodi, v. Sapientiæ.

RESPONSIO SYNODALIS DE *authoritate cuilibet Concilij generalis ſupra Papam & quoslibet fideles, quodq́, ſine eius conſenſu non potuit diſſoluere Concilium Baſileenſe dominus Eugenius papa Quartus.*

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiã repræſentans, ad futurã rei memoriã. Cogitanti huic ſacræ ſynodo, in Spirituſancto legitimè congregratæ, quid vobis venerabilibus Ioanni & Andreæ, Tarentinenſi & Coloſſenſi Archiepiſcopis, ac Bertrãdo epiſcopo Magalonenſi, necnon dilecto Eccleſię filio Antonio de ſancto Vito, palatij Apoſtolici cauſarũ auditori, oratoribus ſanctiſſimi domini Eugenij papæ Quarti, pro ijs quæ ſuo nomine his expoſuiſtis, reſponſura ſit, duo ipſe Spirituſſanctus perſuadet,
primum, vt (ſecundum Apoſtolum) nõ in ſubli- 1.Cor.2.
mitate ſermonis & doctis humanæ ſapientię verbis, ſed in doctrina Spiritus loquatur: deinde, vt ſummũ põtificem & vos & quoſcunque huic ſacro Cõcilio aduerſantes, ſub ijs verbis Apoſtolicis admoneat, quib⁹ bea-
tus Paulus ad Epheſios vſus eſt: Nolite, in- Ephe.4.
quit, contriſtare Spiritumſanctum. Vtinam non à triſtitia dicendi exordium aſſumere poſſemus, & ab ea præſertim, quę in ſpiritũſanctũ committi dicitur. Duobus modis ſacri doctores exponunt Spiritumſanctum contriſtari, vel cùm boni dono ſpirituſſancti & propter charitatẽ cõtriſtantur de his, quę non rectè faciunt: vel cùm Spirituſſanctus ab homine nõ rectè facienti, repellitur more humano. Sicut enim homo de domo pulſus, triſtis recedit, ita Spirituſſanct⁹ propter non rectè facta hominum deſerit eos, & ab his recedit, non ipſe triſtis, ſed triſtes dimittens quos deſerit. Connectendo inuicem vtranque expoſitionem, obſecrat hæc ſancta ſynodus cum omni manſuetudine, lenitate & modeſtia ſummũ pontificem & vos eius oratores, ne Spiritumſanctum contriſtare velitis: Tum propter nos ipſos Cõcilium celebrantes, ne triſtitiam, mœroremq́; patiamur, intuentes ipſum non rectè agere, dum diſſipare & euertere conatur hanc ſanctam vniuerſalem ſynodum, pro ſalute populi Chriſtiani congregatam: Tum etiam propter ipſum dominum Eugenium, voſque & alios Concilium impugnantes, ne ſic agendo, Spiritumſanctum e vobis repellatis. ipſe enim habitare non conſueuit cum his, qui operibus aduerſantur charitatis. Inter noſtram autem & veſtram triſtitiã hoc refert, ſicut inter pręſentem & futuram, meritoriamq́; & pœna digna. Nos enim vehementer illa ſentimus zelo domus Dei incenſi. Grauiſſimè quidem contriſtata eſt hæc ſancta ſynodus, tacta dolore cordis intrinſecùs, cum amaritudine & fletu volens con-
gregare filios ſuos, ſicut gallina pullos ſub Mat.23.d
alis ſuis, & non permittitur: volens fidei & Eccleſiæ periclitanti ſuccurrere, & prohibetur. Et quod cauſa maioris doloris eſt, ab eo prohibetur, qui omnem animi conatum & ſtudium ad tam ſanctorum & neceſſarium opus, more prædeceſſorum ſuorum conuertere deberet. Ipſe autem ſummus pontifex, voſq́; & alij Concilio contradicentes, triſtitiam nunc non ſentitis, nec animaduertitis quantum ſcandali ac perturbationis in Eccleſia ſic agendo ſeminatis: ſed eo periculoſior ac maiori compaſſione dignus hic morbus eſt, quo non ſentitur, ſentietis autem poſteà, dum ſcandala nata eſſe videritis, &
cùm apud illud terribile Chriſti tribunal 2.Cor.5.d
ſtabitis, de ſingulis vſq; ad minimum qua- Matt.5.b
drantem rationem reddituri. Sed hoc nos
in anguſtijs & tribulationibus conſolatur, Ioan.16.d
quòd huiuſmodi triſtitia in gaudium atque
præmium Domini nobis conuertetur: ad- 2.Cor.7.c
uerſantibus autem, ad iudicium: quod vtinam per condignam pœnitentiam in miſericordiam commutetur, quemadmodùm optamus ac oramus pro vobis & pro omnibus nos perſequentibus & calumniantibus.
Si Dauid videns præuaricantes, & non cu- Pſal.118.d
ſtodientes teſtimonia Domini, tabeſcebat:
ſi Chriſtus dominus ſuper vnam ciuitatem Luc.19.f
ruituram lachrymatus eſt, quanto dolore affici debet mater Eccleſia, videns per aduerſantes Concilio toto populum ſalutem impediri? Quis eas animas numerare poſſet, quas ſatanas errorum atque hæreſum laqueis in pleriſque mundi partibus alligatas tenet, quaſq́; alligaturus eſt contagione peſtifera, niſi celeriter per hoc ſacrum Concilium prouideatur? Quæ autem Chriſtianitatis portiuncula eſt, quæ domeſtico, ciuili, crudeliq́ue bello & exitiali odio non agitetur, adeò quidem, vt atrociùs Chriſtianus quàm Saracenus † ? quid attinet vltrà ad dicendũ, cùm omnis & eccleſiaſticæ & Chriſtianę vitę diſciplina, vbique penè extincta videatur? Hæc omnia, ſpes erat & expectatio gentium, per hoc ſacrum Concilium poſſe reparari: & iacta fundamenta iam erant, ita vt populus Chriſtianus hac ſpe reſpirare videretur. Tam ſancta igitur & neceſſaria opera ſi perturbari videamus, nónne maximo dolore contriſtari nos oportet, præſertim cùm ab eo perturbatio hæc veniat, qui primus pro ſuo officio ad ſuccurrendum eſſe deberet? Quis catholicus hæc audiens, ſe à lachrymis temperet? Quis ille eſt, cuius viſcera ad compaſſionem

moueri

moueri non debeant?Meritò ergo ſummum
pontificem exoramus, ne Spiritumſanctum
contriſtare velit. Quàm formidabile ſit, in
Spiritumſanctum delinquere, hinc cogno-
ſcite,quòd cùm cętera peccata vel in patrem
vel in filium commiſſa, remittantur, ſolum
Matt.12.c peccatum in Spiritumſanctum veritas atte-
ſtatur nec in hoc, nec in alio ſeculo remit-
tendum. Quid magis in Spiritumſanctum
committitur, quàm perturbare ſacra Con-
cilia, quæ ſpiritusancto diriguntur, cuius
exiſtentia extirpantur hæreſes, eliminantur
ſchiſmata,damnantur errores, diſcordia in
pacem vertitur,vitia ad mores ſanctos com-
mutantur?Quid boni ac ſancti eſt in Eccle-
ſia Dei, ſiue ad fidem,ſiue ad mores, ſiue ad
generalem Eccleſiæ ſtatum ſpectet, quod ex
ipſorum Conciliorum ſaluberrima doctri-
na nõ fluxerit?Meritò igitur tam graue pec-
catum, tam grauem meretur pœnam, præ-
ſertim cùm non in vnam perſonam aut gen-
tem,ſed in omnes homines ac populos prę-
ſentes & futuros,& in totum Chriſti myſti-
Matt.18. cum corpus perpetretur. Si ſcandalizanti
vnum de puſillis minimis Eccleſiæ,tam ter-
ribile iudicium minatur Deus, quid putatis
illi fiet,qui vniuerſalem ſcãdalizat Eccleſiã?
Quo maiori loco quis poſitus eſt, & maior
cura ſibi commiſſa, eo tranſgreſſio damna-
bilior.Sanguis omnium pereũtium propter
hæreſes,bella & morum deformitatem, ab
eius manibus exigetur, qui impedimento
eſt,ne illa tollantur. Sed & hoc auget triſti-
tiam noſtram,quòd is qui percutit, aut ſe p-
cutere non recognoſcit,aut diſſimulat.Quis
non turbetur, ſi percuſſor percuſſo dicat:
Cur me cædis?cùm potiùs ad percuſſum, id
dicere,pertineret?Veniris ad nos,& ſub ſpe-
cie virtutis exhortando proponitis, Non ſit
1.Cor.12. ſchiſma in corpore. Sanctũ eſt hoc verbum,
& omni acceptione dignum: ſed rectiùs fa-
ctum eſſet,ſi ad eũ qui vos miſit, huiuſmodi
ſermonem ſeriatim expoſuiſſetis. Saltem,
quod ab eo recedentes non feciſtis, facite
ad eum redeuntes.Ei enim permaximè opus
for.*eſt vt *ſit vt dicatis,Nõ ſit ſchiſma in corpore.Nos
enim nihil aliud quęſiuimus,nec quęrimus.
hoc cupimus, hoc oramus. Et ne ſit ſchiſma
in corpore, quàm piè,quàm ſuppliciter per
diuerſos oratores ſuam ſanctitatem exoraui-
mus,vt ſicut Catholicum pontificem decet,
velit Eccleſię Catholicę ſe coniungere,quam
hoc ſacrum Cõcilium repræſentat. Quoties
deprecati ſumus, ne ſanctam ſynodum per-
turbet ac perſequatur? quoties ſupplicaui-
mus, ne intolerabilium ſcandalorum, quæ
ſuus diſſolutionis prætenſæ conatus partu-
rire poteſt,velit eſſe occaſio? Dicite nobis:
Si duo ad certũ tempus vel ad aliquod com-
plendum opus ſocietatem inijſſent, & alter
eorum ante tempus vel operis finẽ velit ſo-
cietatem dimittere, alter autẽ vſq; ad finem
temporis vel operis perdurare, quis horum
cenſendus eſt ſocietatis ſciſſor ac diuiſor?Si
duobus ſeruis mandat Dominus,vt labora-
tum in agrum vadant vſque ad fructuũ tem
pus,& alter in via retrocedit, alius autem in
agro laborans,vſque ad meſſem perſeueret:
quis eorum alter alterũ deſerere,& quis Do
mini mandatis obtemperare dicendus eſt?
Et ſi recedens, perſeueranti dicat, recede &
tu,ne ſit diuiſio inter nos, an debet ille rece-
dere,& potiùs conſeruo,quàm Domino,pa-
rẽte? Nemo eſt tam hebetis ſenſus, qui iſta
nõ dijudicet.Videamus ergo, ſi placet, quis
ſcindit ſocietatem aut fraternitatem Eccle-
ſiæ, quis ab alio ſe diuidit, quis ſanctę ma-
tris Eccleſiæ mandata contemnit. Conue-
nit vniuerſalis Eccleſiæ myſticum Chriſti
corpus in celeberrimo Conſtantienſi Con-
cilio, vbi Spiritusancto dictante, vnanimi
conſenſu pro generali ſtatu Eccleſiæ cõſer-
uando diffinitum eſt, vt deinceps Concilia
certo tempore celebrentur & modo, ad co-
lendum agrum Dominicũ, & indè euellen-
dum vepres,ſpinas & tribulos hæreſum,er-
rorum & ſchiſmatum, & exceſſus corrigen-
dum & deformata reformandũ. Huius ſta-
tuti vigore felicis recordationis dominus
Martinus papa Quintus,per literas Apoſto
licas locum proximi Concilij ordinauit ſub
his verbis: Ad perpetuam rei memoriam:
Cupientes & volentes decreto huiuſmodi
generalis Concilij Conſtantienſis ſatisface-
re, inter alia diſponenti quòd omnino ge-
neralia Concilia celebrentur in loco, quem
ſummus pontifex per menſem ante finem
huius Concilij,approbante & conſentiente
Concilio,deputare & aſſignare teneatur, pro
loco dicti proximi celebrandi Concilij, eo-
dem conſentiente & approbante Concilio,
ciuitatem Papienſem tenore præſentiũ de-
putamus.Poſteà cœptum eſt celebrari Con-
cilium Papienſe, quod de conſenſu Conci-
lij tranſlatum eſt ad ciuitatem Senenſem. &
ibi conſentiente & approbãte Concilio, per
nuncios Apoſtolicos electa eſt hæc ciuitas
Baſileenſis pro loco proximi tunc ſequen-
tis Concilij in ſeptennium celebrandi. Ad-
uenit ſeptennij tẽpus,congregatur hic Con-
cilium, non ſolum iuxta decreta duorũ ge-
neralium Conciliorũ, ſed accedente expreſ-
ſo conſenſu ipſius Martini, & moderni do-
mini Eugenij, deſtinãtium ad hoc legatum
ſuũ.Eccè iuſſu ſpiritusſancti vniuerſale Cõ-
cilium legitimè congregatum eſt ad colen-
dum agrum dominicum. Adeſt à principio
ſummus pontifex per legatũ ſuũ. poſteà an-
te finitũ tempus,& opere nõ cõpleto, rece-
dit,deſeritq; laborãtes in agro Domini.Nũc
igitur qui habet oculos, videat quis diuiſio-
nem,ſciſſuram,rixam,contentionẽ,nouitatẽ
ac ſcandalum faciat,quæ omnia ex ſchiſma-
te,prouenire commemoraſtis. Nũquid nos
propria authoritate huc venimus? Si Eccle-
ſia bis congregata in duobus Cõcilijs,ſi duo-

Digitized by Google

Romani pontifices ita ſtatuerunt, ſi id agimus quod ipſe Spiritusſanctus per organũ Eccleſiæ decreuit, cur nobis dicitur, Non ſit ſchiſma in corpore? Cùm Chriſtus dixiſſet,
Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: multi ex diſcipulis audientes, dixerunt: Durus eſt hic ſermo. & murmurantes, ſcandalizati ſunt, & retrò abierũt. Et cùm Ieſus diceret duodecim diſcipulis: Nunquid & vos vultis abire? Reſpondit ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Quis horum ſe diuiſit? an recedentes, an remanentes cum eo à quo vocati fuerant? Sed ad viciniora veniamus exempla. Olim Papa Ioannes vigeſimus tertius, congregato Conſtantiæ Cõcilio, indè receſſit, dans ſuo receſſu quantum in eo erat, occaſionẽ diſſolutionis prætenſæ. Nunquid qui Conſtantiæ remanſerunt vſque in finem, dicẽdi ſunt temerarij & præſumptuoſi? Nunquid vt ſequerentur Ioannem, dicendũ eis fuiſſet, Recedite hinc, ne ſit ſchiſma in corpore? An potiùs finaliter pronunciatum fuit, receſſum ſuum fuiſſe illicitum & ſcandaloſum? Et quis non videat plus eſſe, expreſsè conari diſſoluere, quàm ſolùm corporaliter ex Concilio diſcedere? Igitur ſi hìc pronunciatum ſit, huiuſmodi diſſolutionem non valuiſſe, nihil noui factum eſt.

Qui vſq; ad finem Conſtantiæ perſeuerauerunt, ab omnibus commendati & laudati ſunt. Sic ſperamus in domino contingere his, qui hîc conſtanter perſeuerârunt. Deſinite igitur propter ſanctam perſeuerantiam noſtram calumniari nos, & dicere, Non ſit ſchiſma in corpore. quaſi, niſi hinc receſſerimus, ſchiſma fiet in corpore. Nos potiùs ſperamus, quòd quemadmodùm per alia Concilia ſalubriter prouiſum eſt Eccleſiæ varijs calamitatibus afflictæ, ita & per hoc, Deo concedente, prouidebitur. Sed dicitis: Si manſeritis hîc, venient ſcandala: dolemus & contriſtamur, & propterea ipſum obſecramus, ne Spiritum ſanctum contriſtet, nec ſit cauſa ſcandalorum: quia etſi neceſſe ſit,
Matth. 18. vt ait veritas, venire ſcandala, væ tamen illi per quem ſcandalum venit. Is qui huius eſt author ſcandali, cùm vnico verbo id tollere poſſit, cur differt? in manu ſua eſt, ſine vlla difficultate poteſt. Non opus eſt congregare pecunias, exercitus aut naues, quemadmodùm ſi Hieruſalem (vt aſſeritis) recuperare velit. Reuocet prætenſam diſſolutionem, & ſublatum eſt omne ſcandalum. Reddet vnà & ſibi & Eccleſiæ pacem. Nec pudore aut quouis humano reſpectu ab hoc retrahatur, quoniam Romanus pontifex cùm videt ſibi aliquid falſo ſuggeſtum, aut quod tendat ad noxam, ſe feciſſe cognoſcit, ſtatim reuocare cõſueuit, quinimo plurimum gloriæ & honoris hinc ſibi accedet. Omnes enim intelligent, plùs ſibi eſſe curæ eccleſiaſticam pacem, quàm propriam voluntatem. Narratis plurimas hæreſes à principio naſcentis Eccleſiæ vſque in hodiernum diem exortas, & per ſanctos patres & Cõcilia fuiſſe ſublatas. Verum id eſſe fatemur. Et cùm peculiare ſit & proprium Conciliorum priuilegium extirpandi hæreſes, & à Spiritusſancto indultum, nullatenus ea impediri, ſed foueri oportet. Si Eccleſiaſticos annales relegamus, vix vllam hæreſim, niſi per Concilia, ſublatam inuenimus. Meritò igitur cauendũ eſt, ne tam leuiter diſſoluatur, quod tantum Chriſtianitati profectũ facere conſueuit. Dicitis duo genera eſſe hominum, qui fidei Catholicæ maximè aduerſantur, Græcos & Huſſitas, de quibus prouideri oportet. Fatemur his duabus gentibus reconciliandis intendendum fore, & hæc ſunt ſtudia noſtra. Nec putetis Græcorum nos eſſe oblitos, ſed cogitantes per literas & nuncios huc eos aduocare. Poſteà in hanc ſententiam venimus, ſummo pontifici deferre, ipſumq́ue rogare, vt ſolennes oratores ad eos mitteret, quatenus huc recõciliationis cauſa accederẽt, daretq́ue omnem operam ad hoc ſanctum negocium. Iſta per nuncios noſtros dilectos Eccleſiæ filios, primò magiſtrum Ioannem Pulchripatris, deindè Iacobum de Sirck Scholaſticum Treuirenſem, & Thomã * Fiene Officialem Pariſienſem, ſuæ ſan- * Firne
ctitati nunciauimus. Detulimus etiam ſuæ ſanctitati pro honore ſanctæ ſedis Apoſtolicæ in pleriſq; alijs, arbitrati vt (ſicut ad officium eius ſpectabat) hæc & alia neceſſaria exequeretur. Sed vſque nunc ſpe noſtra fruſtrati ſumus. Nam dum in modeſtia & ſimplicitate procedimus, & calumnias & iniurias patimur: & dum ſacrum Concilium ſuæ ſanctitati, honorem exhibet, ipſam hanc ſanctam ſynodum perimere laborat. Græcos autem maximè nobis cordi eſt, ſicut & alios, Eccleſiæ reconciliare: pro qua re ſancta & neceſſaria, omnibus viribus laborare intendimus: & quicquid pro eorum reductione faciendum eſt, prompto animo offerimus. Et vt omnibus noſtra ſyncera innoteſcat intentio, te venerabilem archiepiſcopum Coloſſenſem, qui aliâs hoc negocium pertractaſti, deprecamur, vt nomine noſtro hanc legationem vnà cum collegis tibi per hanc ſacram generale ſynodum adiungendis, ad illos velis ſuſcipere, oblaturus eis pro parte noſtra quicquid pro ipſis conuertendis offerendum videtur. Tibi autem pro viagio tuo condignas expenſas dare offerimus. * Sed cum quis hoc facilè futurum, ſi Locus ob-
ſchiſma non fiet in corpore, iam paulò an- ſcurus.
te reſpondimus, nos non futuros ſchiſmatis cauſam, cognoſcere & ipſi & omnes potuerunt, nos non contemptum ire ſummũ pontificem, vt dicitis: imo illam reuerentiã, quæ beati Petri ſucceſſori debetur, ſibi exhibere volumus, dummodò à corpore Eccleſiæ,

extra

extra quam non eſt ſalus, ſe nolit ſegregare. Quod ſi fecerit, quod tamen non credimus, nunquid & nos tanquam canes muti, nõ va-
Eſa. 56.d lentes latrare, tacebimus, & periclitantẽ Eccleſiam clauſo ore adſpiciemus? Nunquid
Galat. 2. nnn & Paulus reſtitit in faciem Cephę io eo, in quo reprehenſibilis erat? Non propterea Græci ad vnitatem Eccleſię accedere, & propriam ſalutem, quæ ſine veritatis cathnlicæ confeſſinne haberi non poteſt, cognnſcere negligent. Sed quomodò credendum eſt, Bonnniam Græcos eſſe venturos, ſi tam facilè concilia diſſolui videant? Quam igitur ſpem Græci Concilio Bononienſi vel alibi celebrando habebunt, ſi tam ſolenne Concilium per ſeptennium expectatum, & per duos pontifices Romanos confirmatum, re infecta, in limine ipſo euaneſcat? Græci maiorum ſuorum in hoc veſtigia imitantes, ſine celebratione Concilij reductionem ipſorũ fieri non poſſe arbitrantur. Nam ipſorum patres, quicquid ad fidei veritatem pertinebat, per cõcilia ſoliti ſunt diffinire. Neceſſarinm ergo eſt, ne ſpem Conciliorum pèrdát, vt firmum & ſtabile hîc Baſileenſe Conciliũ perſeueret: ad quod ſi venire decreuerint, & Romanæ Eccleſiæ reconciliari intendant, quicquid eis pro ipſorum aduentu neceſſarium fuerit, libẽter offerimus: & omnia quęcunq; habemus, parati ſumus vſque ad nuditatem, imò vſq; ad animam, pro eorum reductione exponere. De loco autem non eſt quod cauſari poſſint. Nam ſi Bononiam vſque perueniant, paululùm plus laboris accipient huc proficiſcendo. Et cùm olim ad ciuitatem Lugdunenſem, remotiorẽ quàm iſta ſit, ac deinde ad ciuitatem Conſtantienſem oratores miſerint, non minùs commodè ad hanc venire poterunt. Accipiat igitur tua deuotio hanc ſanctam legationem pro nomine Ieſu Chriſti & ſalute Græcorũ, quorum certè maiores ab Eccleſia omnia meritos eſſe recognoſcimus. Poſteà de crudelitatibus Huſſitarum, & quàm periculoſa ſit eorum hæreſis, ſubieciſtis. Non poteſtis in hoc tantum dicere, quin plura referenda eſſent. propterea maximè admiramur, cùm illi nihil tantum odio habeant, quàm nomen & authoritatem ſommi pontificis, quòd totis viribus huic Concilio aduerſetur, quod tam diligenter pro eorum cõuerſiooe laborat. Qood autem hoc deſit, culpa erit illius, qui per diuerſam ſententiam ab eo quod Eccleſia in Conſtantia ſtatuit, ſe diuiſit, & hãc nouitatem & diſſidiũ induxit. Sed quæ ſpes reductionis eſſe poterit, ſi decreta Concilij Conſtantienſis, in quo illa hæreſis damnata eſt, infringantur? Qnòd autem priùs ſtudẽdum ſit, vt priùs nouella zizania euellantur, videtis ferè per annum nns ad hoc laborare cum omni patientia, modeſtia & longanimitate, vt ſacro Concilio ſummus pontifex, ptout tenetur, adhæreat. Sed ſperamus in domino, quòd vel ipſe dominus Papa Eugenius tandem veritati & rationi acquieſcet, vel mundus hoius ſacri Concilij iuſtitiam recognoſcens, eidem adhærebit. Fatemini mores eccleſiaſticorom corroptos, indigere reformatione, pacemq; poſtremò eſſe neceſſariã in populo Chriſtiaoo, & hoc eſſe præcipoum ſacerdotis officium, pacis negocijs intendere, ſed hoc fieri non poſſe, ſi ſit ſchiſma in corpore. Superuacuum eſt iterum de eadem re rationem reddere. Credimus Deo & hominibus conſtare, nec voluntatem nec opera noſtra ad ſchiſma tendere. Multiplicatis precibus oramus ipſum dominum Eugenium, ne ſeipſum à corpore ſcindat, nec offendiculum tam ſanctis operibus, ob quæ Concilium congregatum eſt, & vos neceſſaria eſſe dicitis, velit gratis apponere. Olim ſummi pontifices ſummo ſtudio ac cura fouebant ſacra concilia, & ea ſummo cum honore proſequebantur: & quæ in illis fiebant, non vt ab hominibus, ſed à Spiritusſancto dictata, veneraaantur. Si veteres relegantur hiſtoriæ, nulln tempore fuit tam neceſſarium celebrare Concilium, quàm modò & in boc loco: nullumq; vnquam fuiſſe Concilium legitur tot authoritatibus ſtabilitum, & nihilominùs à ſummo pontifice tam grauiter & multipliciter impugnatum. Dicitis, impoſſibile videri, ſimul de principatu Eccleſiæ & moribus diſputare. Diſputatio iſta cur neceſſaria ſit, nõ intelligimus. Nos ſemper debitum ſuæ ſanctitati reddimus. ſemper reddat & ipſe quod debet vniuerſali Eccleſiæ, recognoſcendo authoritatem Concilij generalis iuxta decreta ſacræ Conſtantienſis ſynodi. Et quoniam ſe offert, vt reformatio ab ipſo incipiat, ſi huic actioni debitus ordo ſeruetur, vtinam facta verbis compenſet. Sed hoc primùm ab eo munus reformationis optamus, vt tollat ante omnia diſſolutionẽ præteoſam, quæ iuxta decreta Concilij Cõſtantienſis fieri non potuit, nec tolerari poteſt ſine fidei & ſtatus eccleſiaſtici pernicie, de cęteriſqoe per Dei gratiam facilè concordabimus, ſi hoc duntaxat fecerit. Quantum ad debitum ordinem, qoem ſeruandum dicitis, hoc eſt quod optamus. nullum autem magis debitum ordinẽ eſſe credimus, quàm vt ille ſeruetur, qoem patres noſtri in Concilio Conſtantienſi, in qun & ipſe affuit, inſtitueront. Multa etiam de virtutibus eius diſſeruiſtis, in hoc laudãdus eſt Deus, à qun omne bonum. Rogandus etiam, vt quod illi deeſt, pro ſua clementia largiatur. Hoc illud eſt, vt ab vniuerſali Eccleſia ſe non ſcindat, extra quam nulla eſt vera virtus. hoc faciat, & ipſum condigois laudibus proſequemur. Et hæc ad ea, quæ primo loco per venerabilem Archiepiſcopum Coloſſenſem relata ſunt, dixiſſe ſatis eſt. Nũc autem ad propoſita per venerabilem Archiepiſcopum Tarentinum, dicendum reſtat.

Digitized by Google

In primis latè explicat iuriſdictionem & poteſtatẽ ſummi pontificis, quòd caput ſit & primas Eccleſię, vicari⁹ Chriſti, & à Chriſto, non ab hominibus vel ſynodis alijs pręlatus & paſtor Chriſtianorũ: & ei datæ ſunt

Matt. 16.

à domino claues, & vni dictum eſt: Tu es Petrus. & ſolus in plenitudinem poteſtatis vocatus ſit, alij in partem ſolicitudinis. & multa huiuſmodi, quæ cùm vulgatiſſima ſint, minimè neceſſarium erat recenſere. Iſta planè fatemur & credimus, operamq; in hoc ſacro Cõcilio dare intẽdimus, vt omnes eandem ſententiam credant. Et nihilominùs ipſum Romanum pontificem dicimus obedire teneri mandatis, ſtatutis, ordinationibus ac præceptis huius ſanctæ ſynodi Baſileenſis, & cuiuſcunq; alterius Concilij generalis legitimè congregati, in his quæ pertinent ad fidem, ad extirpationem ſchiſmatis, & ad generalem reformationẽ Eccleſiæ Dei in capite & in membris, quemadmodũ declaratum extitit per generale Conciliũ Conſtantienſe, Catholicam repræſentans Eccleſiam, cuius catholicæ Eccleſiæ, quemadmodum & ſummi pontificis, æquum fuiſſet ſaltem pauciſſimis explicare poteſtatẽ. Quod cùm non feceritis, dignũ eſt vt nos qui concilium celebramus, aliquid ſaltẽ perfunctoriè referamus.

En quãtũ tribuant ſummo pontifici, cui tamẽ mox ſeſe anteponunt.

In primis hoc nos meminiſſe decet, catholicam Eccleſiam illam eſſe, cuius confeſſio in ſymbolo continetur, ſanctam Eccleſiam catholicam. huius Eccleſiæ catholicæ tanta authoritas eſt, vt ſola Chriſti euãgelia illa dicantur quæ Eccleſia recipit. plures enim de apoſtolis etiam ſcripſiſſe dicuntur Euangelia. Sed quia tantùm quatuor approbauit Eccleſia, illa ſola, & non alia, venerantur. ideo B. Auguſtinus in pleriſq; locis aſſerit: Euangelio non crederem, niſi me Eccleſiæ authoritas commoueret. Illa enim ſacra ſcriptura dicitur, quam ſacram declarat Eccleſia. Huius Eccleſiæ determinationi catholici omnes ſuas meritò ſententias ſummittunt: & niſi ab ipſa approbentur Eccleſia, catholici eſſe non poſſunt. Hęc ſancta Eccleſia tanto priuilegio à Chriſto Saluatore noſtro, qui eam ſanguine ſuo fundauit, dotata eſt, vt eam errare non poſſe firmiter credamus. hoc ſolum competit Deo natura, eccleſiæ verò priuilegio. Præter autem Eccleſiam, nemini vnquam tale munus communi lege datum eſſe legimus: non Angelis, hi enim à principio errare potuerunt, & multi ex eis errârunt: non primis parentibus, nam à diabolo decepti ſunt: non hominibus, nam omnis homo mendax: non ſummis pontificibus, quorum nonnulli in hæreſes & errores lapſi eſſe dicuntur & leguntur. Eccleſia ſola ſine ruga & ſine macula illa eſt, quæ errare non poteſt in his quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt. Vtiq; ſpirituſſanctus qui mentiri non poteſt, ſe cum ea permanſurum vſq; ad finem ſeculi, & eam per ſpiritumſanctum in omni veritate docendam eſſe pollicitus eſt. In iſta regeneramur, roboramur, nutrimur & viuificamur. extra iſtam nec ſalui eſſe, nec Deo placere poſſumus. Ianua cœli eſt, per quam ſolum ad cœlum iter eſt.

Sed huius Eccleſiæ, vt paulo antè faſſi ſunt, caput & paſtor eſt Romanus pontifex: ergo obedire illi debet eccleſia.

Gene. 3.

Pſal. 115.

Matt. 28.

Ioan. 16.

Sponſa enim Chriſti dicitur, & vnica, & pulchra, & ſine macula, & ſine ruga: ſoror, amica, columba, formoſa, ſpecioſa, perfecta, hortus concluſus, fons ſignatus, puteus aquarum viuentium, ſuauis, mitis & decora, & quę meritò beatiſſima prędicatur: ꝑ eiuſque fortitudine & firmitate terribilis dicitur vt caſtrorum acies ordinata. Hæc enim mater & magiſtra omnium fidelium, ac etiã corpus Chriſti myſticum nuncupatur, cuius caput ipſe dominus Ieſus Chriſtus. Nec mirum ſi errare non poteſt, quæ caput habet Chriſtum, doctorem ſpiritum ſanctum. huius tanta eſt authoritas, vt qui contumaciter eius doctrinæ contradicere præſumpſerit, hæreticus eſſe conuincatur. Quæ domus etiam claues ſoluẽdi & ligandi accepit à domino. hanc domum ſi quis corripientẽ corrigentemq; cõtempſerit, ſit tibi, inquit dominus, vt ethnicus & publicanus. Decuit quidem tantã Eccleſiæ conferri poteſtatem, vt cùm omnis homo obliquabilis ſit & peccabilis, ipſa eſſet in terris, cuius iudicio, q̃d errare non poteſt, quilibet ſubijceretur. nec ſolum Eccleſiæ decreta & ſententiæ authenticæ ſunt, & quibus irrefragabiliter ſtari oportet, ſed etiam eius facta & conſuetudines inſtar habent ſanctarum ſcripturarum. Sacræ enim ſcripturæ & conſuetudini Eccleſiæ par ritus, & idem vtriſq; pietatis debetur affectus. Præteriſtia etiam ſilentio ſacrorum generalium Conciliorum authoritatẽ, quorum notitia cùm omnibus fidelibus neceſſaria ſit, ideo de poteſtate eorum pauca perſtringere non erit inutile. Iſtorum Conciliorum & Eccleſiæ Catholicæ eadẽ videtur eſſe poteſtas. Diffinitũ enim eſt in Concilio Cõſtantienſi, quòd ſynodus generalis in ſpiritusſancto legitimè congregata, Catholicam repræſentat Eccleſiã, & poteſtatem à Chriſto immediatè habet. idem etiam Martinus Papa in ſuis literis Apoſtolicis, ſententias quaſdã Concilij Conſtantienſis interſerens, exprimit. Quæcunque igitur proximè dicta ſunt de authoritate Eccleſiæ, trahi ad generale Concilium, quod illam repræſentat, neceſſe eſt. Alioqnin non recta eſſet repræſentatio, ſi eadem in repræſentante & repræſentato authoritas non ineſſet. Et hoc ſolum ſatis foret ad probandum omnem Cõcilij poteſtatẽ, nec alia probatione vti neceſſarium videretur, vtiq; cùm maior probatio eſſe nõ poſſit, quàm ipſius Eccleſiæ quæ errare non poteſt. Nihilominùs propter ipſorum reuerentiam aliquid ampliùs referamus. Audite quantæ authoritatis ſint ipſa Concilia, quãtamq; reuerentiã non ſolũ priuatę perſonę, ſed & ſancti ſummi pontifices ipſis Cõcilija

Can. 1. 3. 4. &c.

Matth. 18.

habue-

habuerunt. Inqoit B. Cœleſtinus in Epiſtola ad ſynodum Epheſinam tranſmiſſa, vt refert Iſidorus in libro Conciliorum: Spiritusſancti teſtatur præſentiã congregatio ſacerdotum. Certum eſt enim quod legimus, quia nec poteſt veritas ipſa mentiri, cuius in Euangelio

Matt. 18.

iſta eſt ſententia: Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi & ego ſum in medio eorum. Quod cùm ita ſit, ſi nec huic breui numero Spiritusſanctus deeſt, quanto magis nunc intereſſe credamus in vnum conuentum turbæ ſanctorum? Sanctum nanq; Concilium eſt pro debita veneratione collectum, in quo nunc Apoſtolorũ

Acto. 15.

frequentiſſimæ illius (quam legimus) congregationis, aſpicienda reuerentia eſt. Et idem Iſidorus in eodem libro in geſtis tertię ſynodi Toletanæ inquit: Vndè valdè neceſſarium in proſpexi, veſtram in vnum conuenire multitudinem, habẽs ſententiæ diuinæ

Matt. 18.

fidẽ, quæ dicit: Vbi fuerint duo vel tres collecti in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum. Credo enim beatam ſanctæ Trinitatis diuinitatem huic ſacro intereſſe Concilio, & ita tanquam ante conſpectum Dei, in medio veſtri fidem meam protuli. Eccè beatus Papa Cœleſtinus eam reuerentiã habendam eſſe dicit congregationi Concilij, quæ debetur collegio Apoſtolorũ, vtpotè in cuius medio ipſe Chriſtus aſſiſtit, Spiritusſanctus, & ipſa Trinitas. Quodq; ſpiritusſãctus in Concilijs iudicet, & proptereà Cõcilia errare nequeãt, teſtis eſt ſcriptura Actuũ Apoſtolorũ quæ dicit: Viſum eſt Spirituiſancto & nobis.

Sed huic Concilio Cęleſtin⁹ per ſuos præſidebat.

Acto. 15.

Etiam B. Hieronymus comparat Concilij authoritatẽ ſoli, vt ſicut ſol ſuo ardore humores riuulorum deſiccat, ita Concilium ſua authoritate omnem contrariam ſuperat argumentationem. Inquit enim in fine diſputationis contra Luciferianum: Poteram omnes diſputationum tuarum riuulos vno Eccleſiæ ſole ſiccare, de authoritate Cõcilij generalis loquens. Item Concilij authoritas authoritati ſacræ ſcripturæ comparatur: quia vt ait B. Auguſtinus de fide Chriſtiana, Catholica Eccleſia per orbem diffuſa, tribus modis probatur exiſtere: quicquid in ea tenetur, aut eſt authoritas ſcripturarũ, aut traditio vniuerſalis, aut certè propria & particularis inſtructio. ſed authoritate tota conſtringitur, vniuerſali traditione maiorum nihilominus tota. Eccè par authoritas & ſcripturarum, & vniuerſalis traditionis.

Sed Cõcilia generalia, vniuerſali traditione & conſenſu fiunt & recipiuntur. Videntur etiam generalia Concilia, vt Euangelia, fore venerãda. Ratio enim, propter quam Beatus Gregorius quatuor prima Concilia, vt Euangelia, ſuſcipit & veneratur, iſta eſt, quia dum ſunt vniuerſali conſenſo conſtituta, ſe & non illa deſtruit, quiſquis præſumpſerit abſoluere quos ligant, aut ligare quos abſoluunt. Sed hæc ratio eadem eſt in cæteris generalibus Cõcilijs. vniuerſali enim conſenſu conſtituta ſunt. Beatus etiam Auguſtinus ad Ianuariom, aſſerit generalium Conciliorum ſaluberrimam in Eccleſia authoritatem eſſe: quæ ſi ſaluberrima eſt, ſalutem continet: ergo qui authoritati Concilij contradicit, contra ſalutem agit. Quantam deuotionẽ reuerentiamq; Chriſtifideles Concilijs habere debeant, hinc patet, quòd antequam eſſet facultas in vnum congregandi & celebrandi Concilia, Chriſtianitas in diuerſas hæreſes ſciſſa eſt: poſtquàm autem cępta ſunt Concilia celebrari, omnis hæreſum atque errorum caligo, tanquam ſole illuſtrante, depulſa eſt. Quòd etiàm Concilia ſtatuendo non errant, hinc liquidè conſtat, quia omni manẽt ſtabilita vigore, vtiq; cùm ſpiritusſanctus illa dirigat & inſpiret. Vndè inquit B. Iſidorus, quòd ſi qua ſint alia Concilia, q̃ ſancti patres ſpiritu Dei pleni ſanxerunt poſt iſtorum quatuor authoritatem, omni manent ſtabilita vigore. Hinc etiam euidenter patet, quòd Concilia errare non poſſunt: quomodo quilibet ſummus pontifex, qui eſt caput & paſtor Eccleſiæ, tenetor, prout in Concilio Conſtantienſi ſtatutum fuit, quàm primum in ſummum pontificem electus eſt, profiteri coram ſuis electoribus fidem Catholicã tenere ſecundum traditiones Apoſtolorum, generalium Conciliorum, & poſt nominationem aliquorum Conciliorum, ſubijcitur etiam,* generalium Conciliorom, & illam fidem vſque ad vnum apicem immutilatam ſeruare, & vſq; ad animam & ſanguinem confirmare, defenſare & prædicare. Et ita profeſſus fuit felicis recordationis Martinus Papa Quintus. ita etiam creditur, dominum Eugenium modernum profeſſum eſſe. Quilibet ergo Chriſtianus eandem fidem tenere obligatur, quam Eccleſia catholica & apoſtolica tenet & approbat. Quòd ſi errare poſſent Concilia generalia in his, quæ ad ſalutẽ ſunt neceſſaria, profectò nimis vanum ac perniciosum eſſet, ad talem fidem populum Chriſtianum aſtringi. Quantæ etiam authoritatis ſint Concilia generalia, hinc luculenter aduerti poteſt, quòd ab eorum poteſtate nemo eximitur, etiam ſummus pontifex, vt extat Concilij Conſtanoenſis decretum in hæc verba: Hæc ſancta ſynodus Conſtãtienſis, generale Concilium faciens, &c. ordinat, ſtatuit, diffinit, decernit & declarat, vt ſequitur:

* necnon Lateranẽſis, Lugdunenſis, Viennenſis generalium etiã Conciliorum.

Conſtantienſis Cõcilij ſeſ. 4.

Et primò, quòd ipſa in ſpiritusſancto legitimè congregata, generale Conciliũ faciens, Catholicam militãtem Eccleſiam repræſentãs, poteſtatem à Chriſto immediatè habet: cui quilibet, cuioſcunque ſtatus vel dignitatis, etiam ſi papalis exiſtat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, extirpationem ſchiſmatis, & generalem reformationẽ Eccleſiæ Dei in capite & in membris. Item declarat, quòd quicunq; cuiuſcunque ſtatus

Digitized by Google

vel dignitatis, etiã ſi papalis exiſtat, qui mãdatis, ſtatutis ſiue ordinationibus aut præceptis huius ſanctæ ſynodi & cuiuſcunq; alterius Concilij generalis legitimè cõgregati, ſuper præmiſſis ſeu ad ea pertinentibus, factis vel faciendis, obedire contumaciter contempſerit, condignæ pœnitentiæ ſubijciatur, & debitè puniatur, etiam ad alia iuris ſubſidia, ſi opus fuerit, recurrẽdo. Nec quiſquam illud dicere præſumat, quòd aliquod generale Concilium legitimè cõgregatum, inualidum ſit aut errare poſſit: quia ſi hic pernicioſus error admitteretur, tota fides catholica vacillaret, nec aliquid certi in Eccleſia haberemus: quia qua ratinne errare poteſt vnum, poſſent errare & reliqua: quoniã vt inquit B. Auguſtinus, Si ad ſcripturas ſanctas admiſſa fuerint officioſa mẽdacia, quid in eis remanebit authoritatis? quæ tandem de ſcripturis illis ſententia proferetur, cuius pondere contentioſæ falſitatis † nbtractetur improbitas? Quis iam de poteſtate Cõcíliorum ſuper omnes alias poteſtates ambigere poterit, tot irrefragabilibus teſtimonijs comprnbata? Ex his manifeſtè conſtat, authoritates quas de ſummi poteſtate pontificis allegaſtis, non probare quo minùs ipſe pontifex mandatis vniuerſalis Eccleſiæ & Concilij generalis obedire teneatur. Sed id duntaxat prnbant, quòd omnes ſingulares homines particulareſq; eccleſiæ, ipſi pontifici obedire debent, niſi in his quæ huic ſacræ ſynodo & cuilibet alteri legitimè congregatæ, præiudicium generarent. Nam etſi ſit caput miniſteriale Eccleſiæ, non tamen eſt maior tota Eccleſia. Alioquin errãte põtifice, ſicut ſæpè contingit, & contingere poteſt, tota erraret Eccleſia, quod eſſe non poteſt. Etſi caput ſit & principalis prælatus huius corporis myſtici, eſt nihilominùs intra corpus. Nam ſi extra corpus eſſet, tunc non pertineret ad corpus, nec tunc caput eſſet. corpus igitur hoc, totum continet, & ipſum quod dicitur caput, & ſingula membra.

Et tamen ſynodus Chalcedonẽſis ampliſſima, petijt ſua decreta à Leone Papa confirmari: qui cæteris ꝓbatis, decretũ de epiſcopo Conſtantinopolitano reſcindit.

Nec quis dicat, ꝙ ipſa pars principalis potentior eſt, ac dignior reliquo tot corpore & cæteris membris, & per conſequens illi potiùs obediendum: quia ratio, experientia & authoritas, dictant contrarium. Ratio, quia reliquum totum corpus, etiam non computato Papa, ſecundum legem communem errare non poteſt in his quæ ſunt fidei. Alioquin ſi errare poſſet, cùm certum ſit Papam errare poſſe, tunc & Papa & reliquo toto corpore errantibus, tota erraret Eccleſia: quod eſſe nõ poteſt. Experientia etiam demonſtrat, quia ſæpè experti ſumus & legimus Papam, licet caput & principalem partem, erraſſe. reliquum autem corpus, Papa etiam errante, erraſſe nunquã legimus. proptereà reliquum ſæpè totũ corpus condemnauit atq; depoſuit Papã, tam ratione fidei quàm morum. Sed nunquam Papa condemnauit aut excommunicauit aut depoſuit reliquum totum Eccleſiæ corpus. licet ergo tam Papa quàm Eccleſia claues habeant ligandi atq; ſoluendi, Papa tamen nunquam in totam Eccleſiam claues ligandi atque ſoluendi exercuit, Eccleſia autem ſæpenumerò in Papam. Authoritas etiam ſcripturæ euangelicæ idem probat. Nam hoc quod dixit Chriſtus, Si peccauerit in te frater tuus, dic Eccleſiæ: & ſi Eccleſiam non audierit: ſit tibi vt ethnicus & publicanus, omnes homines comprehendit. & quod Petrus & ſucceſſores illa authoritate comprehendantur, oſtendit Paulus, qui in faciem reſtitit Cephæ & coram omnibus. Eccleſiæ enim dixiſſe videtur, qui coram omnibus dixit, quo ad ſucceſſores Petri. Iam ſupradictum eſt, qualiter ſæpè peccata eorum dicta fuerint Eccleſiæ, & ab Eccleſia punita: & qui non audierũt Eccleſiam, fuerunt habiti vt ethnici & publicani, vt legitur de Anaſtaſio & Liberio. Probat hoc etiam authoritas vniuerſalis Eccleſiæ, quæ non poteſt errare, ita diffinientis in Concilio Conſtantienſi, quòd peccata pontificum circa fidem vel ſchiſma vel mores, poſſunt dici Eccleſiæ, cuius præceptis & ordinationibus tenentur obedire: & ſi obedire contempſerint, condignæ pœnitentiæ poſſunt ſubijci, & ad alia iuris remedia recurri, & per cõſequens poſſunt excommunicari. quo facto, vt ethnici & publicani habebuntur. Hoc, etiam ſi pluribus alijs rationibus & authoritatibus poſſet cõprobari, ſatis eſt, authoritatem vniuerſalis Eccleſiæ adducere. Ipſa enim errare non poteſt: & quicquid determinet ſcripto, aut conſuetudine vniuerſaliter faciat, eiuſdem reuerentiæ & authoritatis eſt cuius ſacra ſcriptura. Vndè ſi in euangelio reperiremus ſcriptum decretũ illud Conſtantienſis Concilij, ꝙ Papa tenetur obedire Concilio, &c. hæreticum eſſet, hoc reuocare in dubium. ſic & hæreticum eſt, ſi quis illi decreto contumaciter contradicat. Et quia ad alia noſtra feſtinat oratio, omnes argumentationes quæ fieri poſſent in contrarium, hac vnica authoritate Eccleſiæ veraciſſimè confutamus. Ita B. Hieronymus poſt longam diſputationem confundit atque conuincit Luciferianum, dicens: Poteram omnes tuarum propoſitionum riuulos hoc vno Eccleſiæ ſole ſiccare, de authoritate Concilij loquens. Qualecunque ergo nomen dignitatis aut poteſtatis de Papa ſcriptum inuenitur, ad particulares quoſcunque homines & ſingulares eccleſiaſticos referendum eſt, non ſupra vniuerſalem Eccleſiam, ita vt potiùs Papa Eccleſiæ, quàm Eccleſia tota Papæ obedire cogatur. Nam etſi Papa maior ſit in Eccleſia, non tamen maior eſt tota Eccleſia. Vnũ autem quare dictum eſt, Tibi dabo claues regni cœlorum? Sancti doctores exponunt, vt vnitatẽ deſignaret Eccleſiæ: & ideo

Matth. 18.

Gal. 2.

Matt. 16.

ab vni-

ab vnitate exordium proficiſcitur, vt Eccleſia Chriſti vna eſſe demonſtraretur. Et Petrus quando claues accepit, vt dicit Auguſtinus, Eccleſiam ſignificauit. Nec putetis, * quin Eccleſia claues habeat & imperium ſuper omnes, quòd ideo ſunt multi principes, cōtra philoſophicum dictum, Entia nolunt malè diſponi, pluralitas principantium mala: vnus ergo princeps. Ipſa enim vnus eſt princeps. & vnitati fidelium, non ſingulis, hæc iuriſdictio à domino conceditur, & ideo ab vno incipere voluit, vt perfectā vnitatem atque vnanimitatem deſignaret: quia vnitas Eccleſiæ multo maior eſt atque perfectior, quàm vnitas vnius regis aut imperatoris terreni. Hic enim & errat, & in varias ſententias atque contrarias ſæpè ſcinditur. Eccleſia autem nec errat, nec ſibi ipſi contradicit. Nec comparandum eſt corpus Eccleſiæ alijs politicis corporibus ciuitatū & vniuerſitatum: quia in medio huius corporis eſt Chriſtus, qui ipſum regit ne erret. Alia autē politica corpora humanis & varijs voluntatibus gubernantur. neq; in hac materia congruit allegare errorem illorum, ſecundum B. Thomam, qui ſe ſubducere nituntur ab obedientia Petri, ſucceſſorem eius Romanum pontificem vniuerſalis Eccleſiæ paſtorem non recognoſcentes: quoniam de ſingularibus eccleſijs & perſonis id intelligendum eſt, non de vniuerſali Eccleſia, quæ ſæpè obedientiā iuſtis ex cauſis Romanis pontificibus ſubtraxit, vt Marcellino, Anaſtaſio, Liberio, Ioanni xij. Benedicto ix. Benedicto xiij. Ioanni xxiij. Progredientes deinde ad materiam Concilij, dicitis quòd ſanctiſſimus dominus Eugenius ratus hæreſibus, bellis ac deformitatibus ſine ſanctorum patrū & principum aſſiſtentia opportunè obuiari non poſſe, Concilium Baſileenſe ex domini Martini Papæ felicis recordationis authoritate per Senenſe Concilium promulgatum, atque eiuſdem Martini iuſſione ſtabilitum, poſt ipſius obitum & ſuæ ſanctitatis aſſumptionem, robur habere voluit & proſecutionem, ratum & gratum per ſuas Apoſtolicas bullas gerens, quicquid poteſtatis in ea re dilecto Eccleſiæ filio Iuliano Sancti Angeli diacono Cardinali ſanctæ ſedis Apoſtolicæ legato, per prædeceſſorem ſuum collatum fuiſſet. Fatemini ergo & benè, Conciliū hoc legitimè congregatum, quia ſtabilitum fuiſſe dicitis authoritate Apoſtolica & per Concilium Senenſe, & roboratum per dominum Eugenium. Et quia facultas data præfato legato circa proſecutionem Concilij, ratificata exitit per ipſum dominum Eugenium modernum, optimè veritatem narratis. Ita enim fuit, vt dicitis. Quo igitur pluribus authoritatibus ſtabilitum fuit, & quo plures neceſſitates illud celebrari ſuadebant, eo minùs decuit illud perturbare & conari diſſoluere: & quidem pro tot neceſſitatibus non ſolùm Concilium aliàs indictum perſeuerare debebat, ſed ſi indictum non fuiſſet, de nouo debuiſſet indici. propterea nemo eſt qui non vehementer admiretur, tam ex abrupto & ſine cauſa huiuſmodi diſſolutionem eſſe attentatam. Sed excuſatis hoc factum eſſe, quia non videbat amplificationem illius vt optabat: & per oratorem noſtrum requiſitus, vt ea faceret, quę nouam conuocationem prætendere videbantur, illud abinde diſſoluit. Quænam iſta excuſatio eſt? quinimò ſi amplificari non videbat, ad amplificandum operam dare pro ſuo officio debuiſſet. & id ipſum petebat noſter orator, obſecrans vt omnem fauorem Concilio præberet, & ad ipſius proſecutionem intendere dignaretur. Nunquid ſi infirmus medico ſupplicet, vt eum ſanet, medicus ipſum interficere debet ne in ſanando laboret? Orator noſter ad nos reuerſus, quicquid Romæ expoſuerat, vt aſſeruit, hîc publicè retulit ex eius dictis. Quicunq; eum audiuit, nihil aliud indicat, niſi quòd cum omni inſtantia fauorem per dominum Eugenium Concilio præſtandum & eius perſeuerantiam poſtulabat. Si nolebat ſummus pontifex exhortari prælatos, vt huc citiùs properarent, ſaltem ad actum diſſolutionis prorumpere non debebat. ſua enim ſponte veniſſent prælati. Vt igitur neceſſitatibus Eccleſiæ, quæ moram non patiebantur, citiùs fuiſſet prouiſum, ſupplicabatur, vt per ſuas literas exhortari vellet pręſertim Italiæ prælatos, quos nos pro reuerētia ſummi pontificis, cui propinqui ſunt, citare pro tunc diſtulimus: imò etiam requirebatur, vt ſi commodè poſſet, ſua ſanctitas huc venire dignaretur. Sed & ſi prælatos Bononiam ad annum cum dimidio conuocauit, quomodò non poterat eis ſcribere, præſertim prælatis Italiæ, quòd ſtatim huc venirent, vt neceſſitatibus præſentibus prouideretur? Sed volebat ipſe perſonaliter intereſſe. Ideo quia infirmus ad annū cum dimidio diſtulit, quid ipſe ſciebat, ſi interim moreretur, an & anno cum dimidio perfectè ſanatus eſſet? Sed præſentia ſua multùm prodeſſe poſſet. fatemur. Sed ſi adeſſe propter infirmitatem non poſſit, an propter infirmitatem papæ, infirmitas Eccleſiæ tam periculoſa negligetur? Magnæ fuerunt hæreſes Arianorum, Neſtorianorum, Manichæorum, Donatiſtarum: & multa alia grauiſſima pericula tunc temporis in Eccleſia imminebant. Et nihilominùs iuſſit ſummus pontifex per ſuos legatos concilia celebrari. Dicitis, cum magna & matura deliberatione diſſolutionem factam eſſe. Si longa & matura deliberatione fuiſſet facta, debuiſſet mittere huc ad ſacrum Concilium, & ſcire certiùs, an ſic facere expediret. Quis meliùs in rebus agendis deliberat? an præſens, an abſens? Facta Concilij & harum partium magis innoteſcebant nobis, quàm alijs. Et propter reuerentiam ſacri Cōcilij, catho-

for. * quia aut * quū

Certè Marcellinū, vt alios omittamus, nemo epōrū in Cōcilio auſus fuit cōdemnare, niſi ille ſe prior condemnaſſet.

catholicam repræſentantis Eccleſiam, ad maturam deliberationem habendam, Concilium conſuli oportebat, non alienos. Sed audiuimus aliquos ex venerabilibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalibus contradixiſſe, alios autem nunc dicere, ſe malè tūc fuiſſe circumuentos, & iam meliùs de veritate informatos, apertè contradicere. Audiuimus fuiſſe tunc & nunc multo maiorem murmurationem in curia de hac diſſolutione. quamplurimi, & ferè omnes qui in curia nomen habent virorum bonorum, huiuſmodi factam diſſolutionē damnant omnes qui extra ſunt Cardinales, omnes quaſi principes & populi, & qui bonū Eccleſiæ cupiunt, Concilium laudant & diſſolutionem reprobant. Cauſæ etiam in bulla diſſolutionis expreſsæ, cū pace dictum ſit, non ſic ſe habent, prout per noſtros ambaſiatores ſuæ ſanctitati nunciauimus: qui etiam tot & tanta ex ipſa diſſolutione, ſi effectum haberet, ſcandala ſequi dixerunt, quòd habentes etiam cor lapideum, molliri debuiſſent. Sed ex quo nunc conſtat, ipſas cauſas veras non eſſe, cur modò nō mutat propoſitum? cur pax perturbatur Eccleſiæ? Dicitis hunc locum vicinum Bohemis. Diſtat iſte locus à Praga per quindecim diætas. ſunt ciuitates & principes intermedij potentiſſimi. Ciuitas iſta fortiſſima flumine Rheno & mœnibus & viris catholicis munita, vicina ad tria miliaria linguæ Gallicanæ. In iſtis partibus ille metus eſt de exercitu Pragenſium, qui Romæ. Putat ſua ſanctitas nos eſſe ita improuidos, quòd ſi hic locus tam vicinus eſſet Bohemis, quod meritò timendum eſſet, hîc manſiſſemus aut maneremus? Sed mira res. habuit ſanctitas ſua exercitum hoſtium in portis Romæ, nec timuit, nec receſſit: & hîc timet inimicos per quindecim diætas longinquos? Inter alias diſſolutionis cauſas hanc eſſe dicitis, quòd Bohemos vocauimus eo modo, quòd ſanctitas ſua ſuſtinere ſine offenſa non potuiſſet aut detractione damnationis in Concilio Conſtantienſi factæ. Vocatio iſta non poteſt ſuſtineri ſine offenſa ac detractione Concilij Conſtantienſis, ſed diſſolutio Concilij benè poteſt ſuſtineri. Concilium Conſtantienſe mandat fieri Concilium, (fieri autem cum effectu intelligitur) non prorogari tempus, non mutari locum. contra omnia iſta fit, & nihil de hoc dicitur. Sed calumniamur quia vocauimus Bohemos. Nunquid in decretis Concilij Conſtantienſis ſcriptum inuenitis, quòd Eccleſia non debeat eos ad inſtruendum & informandum conuocare? Nō miramur, ſi ex dictis oratoris noſtri occaſio ſumpta eſt ad diſſipandum Concilium, quandoquidem ex piiſſimis noſtris literis id factum eſſe videamus. Vtinam propter honorem ſummi pontificis hanc cauſam in literis ſuis non inſeruiſſet, videlicet quòd huiuſmodi vocatio fuerit in iniuriam ſedis Apoſtolicæ ſacrorumq; Conciliorum, & contra decreta ſanctorum patrum ac ſtatuta legum imperialium. Sed valdè mirandum eſt, quod in eiſdem literis damnatur & approbatur. Si audientia conceſſa Bohemis, reprobatur: cur Græcis conceditur, cùm & hi & illi ab vnitate Eccleſiæ ſeparentur? Si Concilium Bononiæ propter illos indicitur, cur Conciliū Baſileenſe propter Bohemos & multa alia neceſſaria iam indictum, diſſolui procuratur? cùm Bohemica hæreſis periculoſior ſit, ad illam accuratiùs foret intendendum. Mirandum eſt, ſi verum ſit: dicitur, venerabili Archiepiſcopo Gneznenſi conceſſam eſſe facultatem per ſummum pontificem audiēdi Bohemos. ſingulari perſonæ conceditur quod vniuerſali Eccleſiæ non permittitur? Si epiſtola noſtra diligenter & non ex liuore vel odio conſideretur, planè conſtabit, non ad iniuriam authoritatis Apoſtolicæ, nec Conciliorum Conſtantienſis & Senenſis, imò ad reuerentiam & honorem eorum factā fuiſſe vocationem. vocauimus enim, vt nobiſcum in eadem vnitate coniungantur: & vt, qui à nobis aliquandiu diuiſi fuerunt, iterum in charitate & vnitate nobiſcum reconcilientur. Si hoc fieri poterit, ad quod nos laboramus, cedet proculdubiò ad honorem ſedis Apoſtolicæ. Ipſam enim reuerebuntur, quā vſq; nunc contempſerunt: cedet ad gloriā Conciliorum Conſtantienſis & Senenſis, quia illā fidem & ritum, qui in his Concilijs declaratus eſt, quem vſq; nunc non tenuerunt, amodò tenebunt. Cur ergo retorquetur ad iniuriam, quod quæritur ad honorem? nec contra decreta ſanctorum patrum, nec contra leges canonicas aut ciuiles huiuſmodi vocatio facta eſt, ſiue aſſerere velimus eos vocatos ad inſtruendum, ſicut veritas eſt, ſiue ad diſputandum. Si ad inſtruendum, nemini dubium eſt, quin opus ſit pium & meritorium, & prælatorum officio neceſſarium. Si ad diſputandum, & ad hunc finem, vt errans inſtruatur & reducatur, cùm eadem ratio ſit, ſimiliter erit opus pium & laudabile, vt inquit B. Paulus ad Titum: Oportet Epiſcopum &c. Et ſubdit, Vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt, arguere: imò per nimiùm periculoſum fuiſſet, denegare audientiam Bohemis, quam vbiq; locorum diuulgabant ſe poſtulare, & eis non concedi, ob hanc cauſam, quia eorum articuli erant ita manifeſtè veri, quòd noſtri Epiſcopi & ſacerdotes non poterant eis reſpondere, nec cum ipſis conferre audebant: propter quod ſcrupulus non paruus in animis hominum, præſertim ſimplicium iſta audiētium, erat exortus. Omnis antē ſchola theologorum, canoniſtarum & legiſtarum affirmat eam diſputationem de fide, quæ non ſit cauſa perfidiæ ſeu tumultus, vel vt in dubiū reuocet: ſed ad inſtruendum, vel clariùs patefaciendum veritatem, vel conuincendum

Tit. 1.

Idē iactitāt Lutherani &c.

vel

vel confundendum hæreticos ſeu infideles, vel confirmandum catholicos, fore licitam; imò B. Thomas ſecunda ſecundæ dicit in caſu ſimili, ſicut eſt noſter, quòd quando ſimplices viri ſolicitati ſunt aut pulſati ab infidelibus vel hæreticis, corripere nitentibus in eis fidem, tunc neceſſarium eſt publicè diſputare de fide. per hoc enim ſimplices firmantur in fide, & infidelibus aufertur decipiendi facultas. Alioquin ipſa taciturnitas eorum qui reſiſtere deberent, peruertentibus fidei veritatem eſſet erroris cõfirmatio. Allegat B. Gregorium, quod ſicut incauta locutio in errorem protrahit, ita indiſcretum ſilentium eos qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Conſtat autem Alemanos per libellos & epiſtolas Bohemorum ſolicitari, vt eorum errores ſequantur, allegando ad eorum peruerſum ſenſum multas authoritates. Ergo, ſecundum B. Thomam & B. Gregorium, viſi fuiſſemus confirmare errores Bohemorum, niſi hoc caſu dediſſemus illis audientiam. Quid ad hoc reſpondebunt noſtri calumniatores? hoc etiam ſæpenumerò actum fuiſſe per ſacra concilia & ſanctos patres legimus, cũ hæreticis vel infidelibus, etiam priùs damnatis. Syluester in Concilio Romano publicè diſputauit cum duodecim ſcribis Iudæorum, quibus & per Chriſtum & Apoſtolos per tot annos antè, veritas Chriſtianæ fidei prædicata fuerat, & in ea diſputatione dati fuerunt iudices duo gentiles, Cirithon & Zenophilus. Beatus Athanaſius publicè diſputauit cum Ario, cuius error priùs in celeberrimo Concilio Niceno damnatus fuerat. In qua diſputatione ſedit arbiter quidam, nomine Probus, gentilis homo. In ſynodo Chalcedonenſi orthodoxi diſputàrunt cum Neſtorianis, dudum in Concilio Epheſino damnatis. Et poſt multa inter eos fuit conuentum, vt noſtri orarent ſecundum fidem noſtram, & illi ſecundum fidem ſuam. Et charta quædam in qua & noſtra fides & errores illorum deſcriberentur, ſuper corpus B. Euphemiæ poneretur, vt Deus veram fidem manifeſtaret. quod & factum eſt. Item licet error ille, qui aſſerit Chriſtum vnius duntaxat fuiſſe naturæ, priùs fuiſſet damnatus, tamen in ſynodo Conſtantinopolitana, in qua præſedit ſanctus Epiſcopus Flauianus, Eutyches qui hunc tenebat errorem, fuit ad ſynodum vocatus, & plenè auditus, & ſecum diſputatum. fuitque per acta præcedentium Conciliorũ conuictus. Item licet error quem tenebat Luciferianus, fuiſſet antè damnatus, nihilominùs B. Hieronymus diſputauit cum ipſo, & eum per acta præcedentis Concilij conuicit. Quamuis errores Donatiſtarum ſequentium Arianos, olim in Concilio Nicæno damnati fuiſſent, nihilominùs fuit congregata ſynodus Carthaginenſis, & ad eam Donatiſtæ per nuncios Concilij vocati ſunt. Et inter alia, conuocationis verba iſta ſunt: Hanc ergo pacificam & ex charitate venientem vocationem contemnere non debetis. Et ſi quid veritatis vos habere arbitremini, non dubitetis aſſerere, id eſt, vt congregato noſtro Concilio, deligatis ex vobis quibus cauſam veſtræ aſſertionis cõmittatis: vt & nos poſſimus hæc facere, etiam de Concilio noſtro deligantur, qui cum eis quos delegeritis, conſtituto loco & tempore quicquid eſt quod noſtram à vobis ſeparat communionem, cum pace diſcutiatur, vt tandem adiuuante Domino Deo noſtro Ieſu Chriſto, finem veternoſus error accipiat. Beatus etiam Dominicus & duodecim abbates in partibus Toloſanis cum Albingenſibus, quorum errores fuerãt damnati, publicè diſputauit apud fanum Iouis ſub iudicibus deputatis. Sed ideo calumniari videmini epiſtolam, quia non ad recognoſcendum errorem, ſed ad ſubmittendum ſe pariter cum Eccleſia veritatis inueſtigationi ſint vocati, quod Huſſitis fauorem & authoritatem, fidelibus verò ambiguitatem & perplexitatem præſtare videtur. Cur ſicut partem epiſtolæ, ita non recitaſtis & totam? Cur etiam addidiſtis, vbi addendum non erat? aut ſicut poſt verbũ, Audietis & nos: addidiſtis, reſpondentes, cur non addidiſtis, inſtruentes & informantes? Circa principium epiſtolæ dicitur: Nihil tã ante oculos noſtros verſatur, quam vt vos in eadem vnitate nobiſcũ coniungamini. Hinc ſatis innuitur, ex quo damus operam, vt nobiſcum coniungantur in eadẽ vnitate, quòd vnitatem dimiſerint, & eam opus ſit vt recuperent. Item & verbum illud, Et forſan diſſidium noſtrum aliquandiu Deus in Eccleſia permiſit. Ac verbum illud, Quanta lætitia erit in cœlis, ſi vos qui aliquandiu diuiſi fuiſtis, iterum in vnitate & charitate nobiſcum reconciliamini? Hoc apertè indicauit, eis neceſſarium eſſe reconciliari nobiſcum, ex quo neceſſariò oportebat recognoſcere errorem. Verbum etiam illud, Scimus quia noſter cœleſtis paterfamiliâs bonum fidei ſemen ſeminauerat, ſed venit inimicus homo & ſuperſeminauit zizaniam: hoc manifeſtè demonſtrauit eos à veritate erraſſe, ac neceſſarium fore vt ſuperinfundatur ros gratiæ Spiritusſancti. Fortè moleſtum eſt vobis verbum illud, Ipſe Spiritusſanctus aſtabit medius iudex & arbiter quid in Eccleſia Dei tenendum & agendum ſit. Vel fortè verbum illud, Aderit planè Spiritusſanctus, in cuius nomine congregata eſt hæc ſancta ſynodus. Ipſe erit dux & rector Concilij, perfectè illuminaturus corda hominum, vt viã ambulent charitatis & pacis. Nobis autem eſt gratiſſimum & ſuauiſſimum, illum nobis iudicem & ducem conſtitui, quem nobis Chriſtus dedit, dicens: Cùm autem venerit ſpiritus paracletus, quem ego mittam vobis à patre, ipſe vos docebit, & ſuggeret omnia quæ dixero

Matt. 13.

Ioan. 15. & 14.

dixero vobis. An Spiritumſanctũ vos habe-
re iudicem in indignamini? An potiùs homi
nem, quàm Deum, velletis elegiſtemus iudi-
cem? Meritò in principio ſermonis noſtri
dicere perſuaſimus, ne Spiritumſanctũ con-
triſtaretis. Blaſphemia eſſet, ſi quis negaret
ſpiritumſanctum dictare ſentẽtias, canones
& decreta Cõciliorum. In Actibus Apoſto-
lorum hoc expreſſum auditis, cùm dixeriot
Acto. 15. Apoſtoli, iudicantes non eſſe ſeruanda lega-
lia: Viſum eſt ſpirituiſancto & nobis. Leo Pa
pa inquit, ſacrorum patrum canones ſpiritu
Dei conditos, & totius muodi reuerentia
comprobatos. Et Iſidorus: Et ſi qua ſuot alia
Concilia, qoæ ſancti patres ſpiritu Dei ple-
nè ſanxerût. Si ſpiritualis homo iudicat om-
1. Cor. 2. nia, ſecondum Apoſtolum, quanto magis
ipſe Spiritusſanctus, per quẽ homo accipit
vt ſit ſpiritualis? Quid eſt dicere, aſtabit me-
dius iudex & arbiter, oiſi quòd ipſamet ſy-
nodus erit illa, quæ iudicabit & arbitrabit?
Nõ enim aliud iudicare & arbitrari poterit,
quàm ſpiritusſanctus ſuggeret. Quid iterum
aliud eſt dicere, aſtabit iudex, niſi quòd iu-
dicabitur in hoc Concilio, prout iudicatum
eſt in Conſtantia? Nã cùm ſententia illa con-
demnationis Huſſitarum, à Spiritusſancto
dictata fuerit, & ipſe neſciat variare ſenten-
tiam veritatis, vtique cùm idem ſit io omni-
bus Concilijs, idipſum hîc veraciter iudica-
bit quod in illo. Si quis autem obijcit, quo-
modò iam iudicatum, iterum iudicabitur?
Dicendũ eſt, quòd, cùm fiat ad ſalutem pro-
ximorum, non eſt incongruum idem repe-
tere. Profeſſio enim fidei Catholicæ facta in
Concilio Nicęno, in pluralibus ſequentibus
Concilijs repetebatur. Quoties neceſſe eſt,
toties mater Eccleſia apèrire debet os ad do-
cendum & inſtruendum. Non omnes ſpiri-
tusſanctus eodem tempore illuminat, ſed
Joan. 3. vbi vult, & quando vult, ſpirat. Qui in vno
Concilio illuminatiooem non acceperuot
dono ſpiritusſancti, fortè accipient in alio.
Ideo neceſſe eſt ſæpè frequentari Concilia, vt
hæreſis quæ in vno tolli noo poteſt, tollatur
io alio. Nec enim hæreſis Ariana vel aliæ
eodẽ tempore extinctæ ſunt. Illuminabit er-
go, vt ſperamus, ſpiritusſanctus corda Bohe-
morũ in hoc Concilio, & oſtendet ipſis quid
tenere & agere debeant in Eccleſia. Propter
eos hoc verbum dictum eſt, & propter alios
errantes, orabimus, vt ſpiritusſanctus illu-
ſtret corda vniuerſi populi ad cognoſcen-
dum amplectendumque veritatis & vnitatis
ſemitam. Non enim de populo Chriſtiano,
ſicut ſunt & ipſi Bohemi, & alij errantes, co-
gnouerũt adhuc & amplexi ſunt veritatem
& vnitatem. Cur nobis moleſti eſtis, quòd
in ducem elegerimus ſpiritumſanctum? Si
B. Sylueſter diſputauit cum Iudæis ſub duo-
bus iudicibus gentilibus: ſi Athanaſius
cum Ario ſub vno iudice pagano ſi ortho-
doxi cum Neſtorianis ſub iudicio corporis
mortui ſanctæ Euphemiæ: ſi Conciliũ Car-
thaginenſe requiſiuit Dooatiſtas, vt illa cõ-
trouerſia terminaretur per aliquos vtrinq;
eligendos: ſi beatus Dominicus cũ Albingẽ-
ſibus ſub certis iudicibus, cur nobis non li-
cuit eligere in iudicem ſpiritum paracle-
tum? Quod autem putatis nõ in Germania
huiuſmodi audientiam dandam, ſi danda
eſſet, hoc (ſecundum beatum Thomam) nul-
lo modo rationi congruit. Nam ſicut in lo-
co vbi oon eſt oota hæreſis, diſputare peri-
culoſum eſt: ita vbi nota eſt, & homioes ab
hæreticis infeſtantur, diſputare ad declara-
tiooem neceſſarium videtur. Quòd verò di-
citis, ex iſta vocatione præſtari fidelibus am
biguitatem ael perplexitatem: miramur vn-
de hæc adinuentiones proueniant, cùm ex
hoc non ambigui vel perplexi, ſed certiores
ac firmiores populi Alemanię facti ſunt, vi-
deutes noſtram confidentiam & fidei firmi-
tatem in vocandis illis: maximeq; exhilara-
ti ſunt, ſperantes ex hoc illos Eccleſiæ recõ-
ciliandos. Duo autem ſceleſtiſſima capita
hoius hæreſis, quæ commemoratis, nónne
tandẽ vltimo ſupplicio tradita ſunt? Si om-
nes hæretici talem fauorem haberent, pauci
fierent hæretici. Quæ autem ſint illæ plures
& grauiores cauſæ, quę præbuerunt occaſio-
nem diſſolutioni oeſcimus. ſi perſonam
ſommi pontificis tantũ reſpiciunt, propter
hoc non debet periclitari ſtatus Eccleſiæ. Si
autem Eccleſiã, æquius fuiſſet intimare con-
cilio, quòd repræſeotat Eccleſiam, vt proui-
deret. Hoc autem ſcimus, quod hîc eſt plena
& omnimoda ſecuritas. Dolenter refertis,
quòd diſſolutioni prætenſæ non paruimus,
& mandata Apoſtolica per nos ſpreta ſunt.
Hoc ideo facimus, quia Deo pluſquam ho- Act. 5.
minibus parère oportet. Sancta mater Ec-
cleſia, cui quilibet parère debet nos, legiti-
mè coogregauit, vt tollẽdis deformitatibus
hæreſum, bellorum ac vitiorum, quæ pluri-
mæ ſunt io populo Chriſtiano, efficaciter
intenderemus. Ne Eccleſiã & Chriſtum Ec-
cleſiæ principale caput cõtemneremus, per-
ſeueraodum cenſuimus in opere nobis in-
iuncto. expoſuiſſemus fidem orthodoxam,
Chriſtiaoam religionem, omnem deniq; ec-
cleſiaſticum ſtatum periculo ruinæ & euer-
ſioois, ſi ſic diſſolutioni prætenſæ paritum
fuiſſet, quemadmodum oratores noſtri no-
uiſſimè ſanctitati ſuæ latiſſimè expoſuerũt.
Scriptum eſt in ſexta ſynodo Cooſtantioo-
politana: Cum læditur fides, parentum re-
uerentia velut inutilis & periculoſa deſpici-
tur, & amor erga filios fratreſq; vitatur. Ad
poſtremum, etiam ſuper ipſam vitam mors
potiùs à pijs patribus eligitur, vt meliorem
reſurrectionem conſeqoantur: potiùs au-
tem nobis doleodum foret, ſicut & mon-
dus dolet, quòd talia tentata ſunt aduerſus
hoc generale Cõcilium & contra vniuerſa-
lis Concilij Cooſtantienſis ordinatiooem,
cui

cui cùm ſummus pontifex obtemperare tenetur, his pœnis ſubijcitur, quas contra inobedientes ſtatutas eſſe dicitis. Sed nec prętenſæ diſſolutioni paruimus, quia fieri non potuiſſe conſtabat. Nam etſi magna ſit Papæ poteſtas, id tamen ſibi facere non licet iuxta communem omnium ſententiam, vndè vniuerſalis Eccleſiæ ſtatus turbetur, periclitetur aut decoloretur. Sed cùm in iudicio omnium ac noſtro, Eccleſia nunc vniuerſali reformatione neceſſariò indigeat, meritò iſtud Concilium, quod ad hoc inſtitutum eſt, diſſoluere non licuit. Impediretur enim hæreſum extirpatio, pacificatio populi Chriſtiani, & deformitatum correctio. Vndè in prima ſeſſione huius Concilij, facta ante dictã prætenſam diſſolutionem, diffinitum eſt, quod procurans hoc Concilium impedire, diſſoluere, prorogare vel mutare, ſeueriter puniatur, & procedatur contra eum tãquam communis pacis perturbatorẽ, cùm ex hoc prædicta bona impediri videantur. Nec Papæ fas eſt, decretum illud Conſtantienſe qđ incipit, Frequens, abolere: vel taliter agere, quòd diſpoſitio ſua reddatur inutilis vel fruſtratoria. eſſet enim contra mentem Eccleſiæ, quæ illud decretum edidit pro vniuerſali Eccleſiæ ſtatu conſeruando, circa quod Papa non diſpenſat. Statim autem tollere Concilium iam inceptum, nihil aliud videtur, quàm non celebrare: imò multo deterius, propter graue ſcandalum quod in Eccleſia naſcitur ex tali ludibrio. Quòd autem pro vniuerſali Eccleſiæ ſtatu conſeruando, ipſum decretum editum ſit, ex præfatione ipſius liquet. Dicit enim: Frequens generalium Conciliorum celebratio, agri dominici præcipua cultura eſt, quæ vepres, ſpinas & tribulos hæreſum, errorum & ſchiſmatum extirpat, exceſſus corrigit, deformata reformat, & vineã Domini ad frugem vbertimæ fertilitatis adducit: horum verò neglectus, præmiſſa diſſeminat atq; fouet. Propterea nullo pacto Eccleſia tolerare debet, imò ſe vſq; ad animam & ſanguinem opponere, ne tale oſtium aperiatur, & tam vtile toti Chriſtianitati ſtatutum euaneſcat. Ex mente etiã dicti decreti videtur, diſſolutionem prædictam non valuiſſe. Vult enim quòd in fine cuiuſlibet Concilij locus futuri Concilij eligatur per menſem antè, approbante & conſentiente Concilio: & ſic non debere diſſolui, niſi priùs, conſentiente Concilio, locus per menſem antè pro futuro Cõcilio electus ſit. Item cùm prohibeatur in dicto decreto prorogatio, multo magis videtur prohibita diſſolutio. plùs enim eſt auferre, quàm differre. Prorogatio dilationem inducit, diſſolutio peremptionem: Et licet mutatio certo modo concedatur, diſſolutio non. Hoc autem fecit Papa. diſſolutio expreſſa fuit, non loci mutatio. Item mutatio loci ex cauſa cõceditur, quo ad Concilium futurum. Dicit enim textus decreti: Locum autem pro futuro Concilio abſq; euidenti cauſa non mutet. Non autem concedit mutari poſſe ſine conſenſu Concilij, locum Concilij actu cõgregati; quia de ſeipſo diſponere, ad ipſum Concilium pertinet. Nam ſi ad Concilium ſpectat, facere reformationem ſupra caput & membra: ad ipſum etiam videtur ſpectare, de his ſine quibus reformatio fieri non poteſt, & an locus reformationis continuandus ſit vel mutandus. Item ſi actu congregato Concilio, locus pro futuro Concilio eligi debet conſentiente Concilio, quanto magis pro ipſo Concilio actu iam congregato, continuando vel transferendo ad aliũ locum? cùm enim certa forma per hoc decretum indicatur, Papa ipſam ſeruare tenetur. Alioquin fruſtrà ipſi lex indiceretur. Probatur ex alia ratione, diſſolutionem non valere, quia, vt prædictum eſt, cùm Papa teneatur obedire ſtatutis, ordinationibus & præceptis cuiuſcunque Concilij in his quæ pertinent ad fidem, ſchiſma & reformationẽ Eccleſiæ in capite & in membris: & ſi non obedierit, puniri poteſt: conſtat, ipſum in his caſibus fore inferiorem Concilio, & Cõcilium maius eo, cùm poſſit reformare, ſtatuere, mandare & punire. Inferior autem legem ſuperioris tollere non poteſt, nec ipſum ſuum ſuperiorem extinguere vel annihilare. Alioquin implicaret euidentem contradictionem, Tenetur obedire, & non tenetur, quia poteſt diſſoluere. Cùm ergo Conciliũ congregatum ſit propter prædictas cauſas, & inter alia ſtatuerit ſub magna pœna, ne quis procuraret diſſolui aut mutari ipſum: Papa, cùm illi obedire teneatur, nullatenùs diſſoluere poteſt. Alioquin ſi poteſt diſſoluere, non tenetur obedire. Ex quo neceſſariò infertur, quòd aut decretum prædictum non valet, aut diſſolutio: quia ſibi inuicem contradicunt. Præterea ante tempus Concilij Cõſtantienſis nullum dubium erat, quòd congregato Concilio ſuper facto fidei contra Papam, Papa illud diſſoluere nõ poterat: quia ſi potuiſſet diſſoluere, potuiſſet non iudicari: quod tamen ſibi non licebat: quia in fide deuius, poteſt per Concilium iudicari. Ergo ſicut in iſto caſu, ita dicendum eſt nũc cõgregato Concilio ſuper reformatione generali in capite & in membris: quia iſti tres caſus, fidei, ſchiſmatis & reformationis, ſub eadem declaratione Cõcilij Conſtantienſis continentur, quod non ſolũ ſcripto declarauit Concilium Conſtantienſe, ſed etiam facto: quia Benedictũ propter ſchiſma, Ioãnem vigeſimumtertium propter deformitatem vitæ depoſuit. Et ſi dicatur, Sicut Papa poteſt congregare Conciliũ propria authoritate, ita eadẽ poteſt diſſoluere: reſpondendum quòd longè differt. Ante enim Concilij congregationem Conciliũ non eſt: ſed vt primùm congregatũ eſt, ſtatim poteſtas vniuerſa-

ueſſalis Eccleſiæ, quæ eſt immediatè à Chriſto, & quam Conciliũ repræſentat, transfunditur in ipſum Concilium, vel potiùs continuatur in eo, & fit ipſum Conciliũ ſuper Papam & cunctos alios: quemadmodũ ſi quis homo ſubijciat ſe alicui, poſtquàm ſubiectus eſt, non poteſt ſe ab illa ſubiectione eximere, nec poteſtatem ſui ſuperioris diſſoluere ſine ſui ſuperioris conſenſu: quia quod à principio fuit voluntarium, ex poſt fit neceſſarium. Et hoc modo intelligenda ſunt iura, dicentia quòd concilia per Romanæ Eccleſiæ authoritatem fiunt & robur accipiunt. Robur enim (vt communiter) accipiunt vt congregentur, non vt congregata poteſtatẽ iudicandi & ſtatuendi à Papa conſequantur, Et ſi quis fortè dixerit, in Concilijs intelligitur excepta authoritas Papæ, ideo Papa non ſubijcitur: reſpondetur, illud eſſe verum, quando perſona Papæ ſpecialiter non includitur: ſed ſi ſpecialiter includeretur, non poſſet excipi, quia eſſe contradictio.

Sed in decreto Concilij Conſtantienſis ſpecialiter dicitur, quilibet etiam papalis dignitatis, obedire tenetur præceptis Concilij. Quòd autem prędicta diſſolutio non valuerit, clarè deducitur ex decreto tertiæ ſeſſionis Concilij Conſtantienſis, in qua fuit diffinitum, etiam ante proceſſum inchoatũ contra Ioannem, quod dominus Ioannes vigeſimus tertius Romanam curiã & officia publica illius ſeu illorum officiarios de ciuitate Conſtantienſi ad alium locum non mutaret aut transferret, ſeu perſonas dictorũ officiariorum ad ſequendum eum, directè vel indirectè cogeret ſine licentia & authoritate ipſius ſynodi: & hoc, quo ad illos officiarios & illa officia, per quorum abſentiam Concilium veriſimiliter diſſolueretur vel lęderetur. Et ſi contrarium feciſſet, vel faceret in futurum, aut aliquos proceſſus ſeu mandata contra dictos vel alios quoſcunq; illi ſacro Concilio adhærentes, & cenſuras eccleſiaſticas aut alias pœnas vt ipſum ſequerentur, fulminaſſet aut fulminaret ſeu fulminauerit, eſſet totum irritũ & inane, nec eiſdem proceſſibus, cenſuris & pœnis tanquam irritis & inanibus, quomodolibet obediendum fore. Si ergo Papa non poteſt priuare Conciliũ aliquibus ſuis ſuppoſitis, per quorum abſentiam veriſimiliter Concilium diſſolueretur vel lędereturmulto minùs poteſt priuare ipſum Concilium ſeipſo; & ipſum annihilare. Si non poteſt facere aliquid, vndè veriſimiliter Concilium diſſoluatur vel lædatur. multo minùs poteſt ipſum Concilium veraciter & expreſsè diſſoluere vel lædere. Nihil videt certi huic rationi poſſe reſponderi. Item Concilium Conſtantienſe declarauit in eadem ſeſſione, ꝙ ſi qua priuatio vel tranſlatio perſonarum exiſtentium in ipſo Concilio vel adhærentium, facta fuiſſet in læſionem Concilij per Ioannem à tẽpore inchoationis eiuſdem Concilij, eſſet irrita & inanis. Eccè quomodo declaratur nullum, quod fit in læſionem Concilij. Et aduertendum quòd hæc duo capitula, loquendo de pœnis inflictis & cenſuris fulminatis & priuationibus factis in pręteritum ante tempus ſeſſionis, intelligi oportet per modum declarationis eſſe irritas, & eis tanquam irritis & inanibus non eſſe obediendum. Alioquin ſi valuiſſent, non fuiſſet dictum hoc modo, nec fuiſſent annullatæ: quia ſecundum regulam iuris, factum legitimè, retractari non debet, etiam ſi ad eũ caſum deueniat, à quo incipere non poſſet. Item in decima ſeſſione fuit pronunciatum, receſſum dicti Ioannis de Conſtantia, fuiſſe illicitum & Eccleſię Dei & dicto Concilio notoriè ſcandaloſum. Si ergo receſſus qui veriſimiliter & præſumptiuè tendebat ad diſſolutionem, fuit declaratus illicitus: quanto magis apparet, expreſſum actum diſſolutionis, eſſe illicitum? Iam ergo luce clariùs conſtat, diſſolutionem non valuiſſe. Quocirca mirandum non eſt, ſi non paruimus. magis autem mirandum, quomodò ſtatuta vniuerſalis Eccleſiæ, pro vniuerſali bono & cum tanta maturitate promulgata, ita leuiter infringantur. Vtinam qui ſedent in ſede Petri, legerent aliquando acta prædeceſſorum ſuorum. à talibus profectò abſtinerent. Inquit Beatus Gregorius: Si ea deſtruerem quæ anteceſſores mei ſtatuerũt, non constructor, ſed euerſor eſſe iuſtè comprobarer. Item: Abſit à me, vt ſtatuta maiorum cum ſacerdotibus meis infringam: quia mihi iniuriam facio, ſi fratrum meorum iura perturbo. Item Leo Papa: Quæ ad perpetuam generaliter ordinata ſunt vtilitatem, nulla commutatione varientur: nec ad priuatum trahantur commodum, quæ ad bonum ſunt commune præfixa. Item Gelaſius Papa: Confidimus quòd nullus iam Chriſtianus ignoret vniuſcuiuſq; ſynodi conſtitutum, quod vniuerſalis Eccleſiæ probauit aſſenſus, nullam magis exequi ſedem præ cæteris oportere, quàm primam: quæ & vnamquanq; ſynodum ſua authoritate confirmat, & continua moderatione cuſtodit. cuſtodire igitur habet, & non tollere. Item Vrbanus Papa: Sunt quidam dicentes, Romano pontifici ſemper licuiſſe nouas condere leges: quod & nos non ſolùm non negamus, ſed etiam valdè affirmamus. Sciendum verò ſummoperè eſt, quia indè nouas leges condere poteſt, vndè Euangeliſtæ aliquid nequaquam dixerunt: vbi verò apertè dominus vel eius Apoſtoli, & eos ſequentes ſancti patres, ſententialiter aliquid diffinierunt, ibi non nouam legem Romanus pontifex dare poteſt: ſed potiùs quod prædicatum eſt, vſque ad animam & ſanguinem confirmare debet. Item Zoſimus Papa: Contra ſtatuta patrũ aliquid vel mutare, ne huius quidem ſedis poteſt authoritas. Apud

nos

nos enim inconuulſis radicibus viuit antiquitas, cui decreta patrum ſaoxerunt reuerentiā. Item Leo papa: Ideo permittente domioo paſtores hominum ſumus effecti, vt quod patres noſtri ſiue in ſanctis canonibꝰ, ſiue in mundanis affixere legibus, excedere minimè debeamus. Contra ſanctorum patrum quippe agimus ſalnberrima inſtituta, ſi quod ipſi diuino ſtatuerunt conſulto, intactum non conſeruamus. Item ex Concilio Chalcedonenſi: à ſanctis patribus in vnaquaque ſynodo vſque nunc perlaras regulas tenere conſtituimus. Quòd autem ſubijcitis, ſi de aliqua vniuerſali ſynodo aliquibus dubitatio naſcitur, ad recipiendum de eo quod non intelligitur rationem, ad Apoſtolicam ſedem conueniendum eſſe, opus non fuiſſet narrare. Nam de Conſtantienſi ſynodo aut eius decretis nulla eſt dubitatio. ſynodus illa authentica eſt & catholica decreta eius authentica ſunt, & ita clara & intelligibilia, vt nulla egeant declaratione. Iſta autē ſynodus legitimè inchoata eſt, & legitimè continuatur. Si autem aliquo modo de ītellectu geſtorum illius ſynodi dubitatio orietur, cùm iſto modo ſit congregata, quæ catholicam repręſentat Eccleſiam, ipſius iudicium eſſet exquirendum. Beatus autē Gregorius, cuius eſt capitulum illud, Nec licuit, loquebatur aliquibus epiſcopis particularē ſynodum celebrantibus, qui volebant retractare ſtatuta vniuerſalis ſynodi Conſtantinopolitanæ: quòd ſi tunc temporis aliqua alia ſynodus vniuerſalis actu cōgregata fuiſſet, & de geſtis prioris ſynodi aliqua ambiguitas fuiſſet orta, proculdubiò ad illius vniuerſalis ſynodi determinationem recurrendum eſſe dixiſſet Gregorius, & ſuum iudicium iudicio ſynodi ſubmiſiſſet, qui priùs dixerat de Concilijs loquens: quia dum vniuerſali ſunt conſenſu conſtituta, ſe, & non illa deſtruit, quiſquis pręſumpſerit abſoluere quos ligant, & ligare quas abſoluunt. Si iſta venerabiles viri rectè conſideraretis, taceretis forſitan verbum illud, quod admiratione ſit dignū, nos pręſumpſiſſe citare ſummum pontificem. Non eſt præſumptio, nec admiratione dignū, ſi quid iuridicè, ſit niſi quis velit admirari tanquā cōſtanter & virtuoſe factum. pręſumptio fuit, rem illicitā & ſcādaloſam tentare. Et quia actus erat, qui notoriè ſcandalizabat & conturbabat Eccleſiam, ideo authoritate ſacri Concilij ipſum ſummum pontificem obiectauimus & monuimus, vt diſſolutionem prætenſam tolleret, & ab hac ſancta ſynodo non alienum ſe faceret. Paulo ſuperiùs audiſtis Concilium Conſtantienſe pronunciaſſe, receſſum illum Ioannis fuiſſe illicitū & ſcandaloſum. Optimè noſtis, quod Eccleſia poteſt & debet, ac ſæpè conſueuit, cùm Papa ipſam ſcādalizat, eū mouere & requirere vt deſiſtat. Hoc certè quod egimus, non ad iniuriam factum eſt, ſed ad honorē vtilitatemq; Eccleſiæ ac ſuæ ſanctitatis, vt tollendo ab Eccleſia ſcandalū, vtriuſq; honor atque vtilitas cōſeruaretur. Sed additis, quod nec ab Auguſto, nec à populo, nec ab omni clero iudex iudicabitur, allegando argumentatiooē gloſæ, quòd Cōcilium nō poteſt iudicare papam: & ſi totus mundus ſentiret in aliquo negocio contra papam, videtur quod papæ ſententiæ ſtandum ſit. Sed illa gloſa prò & contrà allegat, & non ſe firmat. Sed in c. Legimus, quod allegatis, tenet, quod ſtatutum concilij, præiudicat ſtatuto papæ. Superiùs ad hoc dictum eſt, quod per quemcunq; clerum particularem Papa non iudicatur, & ita textus loquitur, oon tamen excluſit Eccleſiam vniuerſalem: quam qui corrigentem non audierit, ſit tibi (inquit Chriſtus) vt ethnicꝰ & publicanus. quā eandem authoritatem eadē gloſa dicit etiā habere locum in Papam. & iſtud dicit in c. Si papa, dummodò ſit tale crimen, de quo poſſit accuſari, vtputà cùm ſcandalizaret Eccleſiam. vbi etiam dicit, nomine fratris quemlibet Chriſtianū contineri. Gloſæ & doctores in hac materia ante Concilium Cōſtan. ſæpè vacillabant: modò vnum, modò aliud dicebant: & ſcholaſticè diſputantes, non ſe firmabant. Magnū oporteret explicare volumen, ſi ſingulorū dicta & argumenta in mediū proferre vellemus. propterea ad amputandū curioſas & contentioſas verborū concertationes, Eccleſia vniuerſalis magiſtra omnium Conſtantiæ congregata, diffiniuit hunc paſſum. Itaq; ſi authoritas quæritur, quis nō præferat vniuerſalem Eccleſiam & omnes homines, dictis vnius doctoris aut decē, aut quorumcunq;, cū authoritas Eccleſiæ & ſacræ ſcripturæ, vt ſupradictum eſt, æquipareotur? Sacrā autē ſcripturam quis neſciat pręferri omnibus doctoribus, vt plane eſt vndecima diſtinctio in decretis? Omnes autem doctores dicta ſua Eccleſiæ ſubmittūt. Si rationem quæritis, nónne ratiooabilius eſt, illius qui errare nō poteſt, præferri ſententiā iudicio illius qui errare poteſt? Iterū ergo hic reſpōdeat B. Hieronymus: Poteram omnes tuarum propoſitionum riuulos vno Eccleſiæ ſole exiccare. Quantū verò ad diſpenſationem faciendā ſuper capitulo, Frequcos breuiter dicēdum eſt, non poſſe in eo quenquā diſpenſare, in quo ſibi imponitur lex, quā neceſſe ſeruare habet. Si autē aliqui caſus contingant rationabiles mutandi locum Concilij, decretum illud optimè prouidet. Vndè non eſt dicere quòd aliâs inhumana eſſet conſtitutio illa. Addidiſtis etiā, indignum eſſe ad inſtantiam vnius, quantacunque dignitate præditi, moleſtari decreto noſtro ſummum pōtificem. putamꝰ, ſentire vos de dilecto Eccleſiæ filio Dominico Cardinali, Firmano cōmuniter nuncupato. Dolenter de re iſta verbū facimus. Ipſe grauiſſimè in publica ſeſſione ac gene-

Mat. 18.

Pius II. ſcribit ear dinales qui Baſileam venerant, ob priuatas inimicitias bono & ſancto viro Eugenio notā inurere voluiſſe, & eoſdem tamē poſtea ad eū rediiſſe, & veniam petijſſe.

generali ſacra cõgregatione noſtra queſtus eſt, quanta potuit cum honeſtate, intolerabilem ſibi fuiſſe irrogatam iniuriam, petens ſibi per concilium miniſtrari iuſtitiã, quam alibi conſequi non potuit. Retulit quemadmodùm à felicis recordationis Martino papa Quinto aſſumptus fuerat in ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diaconum cardinalem. poſt cuius mortem acceſſit ad vrbem, vt vnà cum alijs cardinalibus in electionẽ Romani pontificis, vt cardinalis & elector, interueniret. Et licet ſe ad electionem admitti inſtantiſſimè peteret, nihilomin⁹ (vt aſſeruit) eo ſpreto & contempto, fuit ad electionem ſummi Pontificis proceſſum, in magnam iniuriam & damnum ipſius & ſuæ dignitatis cardinalatus, & in publicum ſcandalum totius Eccleſiæ, cõtra bonos mores & ſanctorum patrum inſtituta, quod hactenus nũquam auditum fuit. Aſſeruit etiam, poſt electionem domini Eugenij plures ſibi illatas iniurias, cum omnium bonorum ſuorum & fructuum ſuæ eccleſiæ Firmanæ de facto expoliatione, & quòd ſuper prædictis nunquam potuerit obtinere iuſtitiam, quã per mediũ nonnullorum venerabilium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium, pluriès ſibi fieri petijt & requiſiuit, maximè cùm nec Romã poſſit ſine euidenti mortis periculo (vt aſſeruit) accedere. Patres concilij aduertentes prædicta, & recognoſcẽtes quòd negocium iſtud eſſet grauiſſimum, & meritò per concilium non negligendum, maximè vt declaretur ius ipſius, an ſit cardinalis vel non, vt in futura electione quando ſedẽ vacare cõtingeret, ſciatur an ſit admittendus vel non, ne ſcandalum aliquod in ipſa electione vel poſt oriri poſſit, commiſerunt cauſam iſtã iudicibus cõcilij, inquantùm concernit ius ipſius, duntaxat cognoſcendam. Et vt patribus concilij magis de iure ſuo conſtaret, legi fecit copiã cuiuſdã decreti felicis recordationis Martini papæ Quinti, vt aſſeruit, cuius tenor ſequitur & eſt talis: Anno à natiuitate domini milleſimo quadringẽteſimo viceſimoſexto, die Veneris nono Calendas Iunij, Romæ in palatio S. Petri præſentibus omnibus cardinalibus qui erãt in curia, excepto cardinali Aquilegienſi, qui tunc infirmabatur, ad quem fuerunt miſſi duo cardinales, videlicet Placentinẽſis & de Comite, pro eius voto ſciendo, & ipſis conſiſtorialiter congregatis, in forma conſueta ſcrutinio præcedente ſecreto, publicè creauimus, aſſumpſimus & publicauim⁹ vltra cardinales eadem die aſſumptos & publicatos, Dominicũ epiſcopum Ilerdenſem in presbyterũ, Proſperum de Columna, Dominicum de Crapanica electum Firmanum, Iulianũ de Cæſarinis auditorem cameræ, diaconos ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales, qui Ilerdenſis & Firmanus aliàs iuxta morẽ cõſuetum creati fuerat, ſed ex bonis cauſis tunc & nunc vnà cum alijs duobus noluimus publicari, ſed dicto Ilerdenſi reſeruauimus locum ſuum, licet publicatus non ſit. Item volumus, ſtatuimus & ordinamus, quòd ſi cõtingat nos mori ante publicationem dictorum quatuor cardinalium, habeãtur ſtatim pro publicatis ſolenniter, etiam quo ad electionem Romani Pontificis, & ad omnia alia, etiam ſi tituli ipſis quatuor aſſignati nõ eſſent. Item volumus, ſtatuimus, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine decernimus & mandamus omnibus & ſingulis cardinalibus ſub pœna excommunicationis ipſo facto, & inhabilitationis omnis actiuæ & paſſiuæ, quo ad electionem Romani põtificis, quòd in caſu ſcilicet mortis noſtræ ante publicationem dictorum quatuor cardinaliũ, quòd ipſi alij cardinales teneãtur & debeãt immediatè ſcilicet infra diem naturalẽ, habita notitia mortis, publicare prædicta, dictoſq; quatuor cardinales recipiant pariter & admittant in oĩbus, ac ſi publicati & admiſſi fuiſſent, ſicut ſuperiùs eſt expreſſum. Ita fuit, A. cardinalis Prẹneſtinus Laudẽſis, propria manu. Ita fuit, A. cardinalis Bononienſis propria manu. Ita fuit, F. epiſcopus Sabinẽſis, cardinalis Venetiarũ, propria manu. Ita fuit, A. cardinalis Aquilegienſis, propria manu. Ita fuit, G. cardinalis Senẽſis, ꝓpria manu. Ita fuit, B. cardinalis Placẽtinen. manu propria. Ita fuit, G. cardinalis S. Marci manu propria. Ita fuit, R. cardinalis de Brãcacijs. Ita fuit, A. cardinalis S. Euſtachij, propria manu. Ita fuit, L. cardinalis de Comite. Aſſeruit autem prædicti decreti originalem ſchedulam, eiuſdẽ domini Eugenij tũc cardinalis Senenſis, manu propria conſcriptã. Addẽs etiam, duos ex venerabilibus ſanctæ Romanæ Eccleſię cardinalibus ante ingreſſum conclauis, de liberè ipſum admittendo ad electionẽ, prout in dicto decreto cõtinetur, proteſtatos fuiſſe: quorũ duorum proteſtationem in publica forma in dicta ſacra generali cõgregatione legi fecit, quæ omnia ingeſſerunt ſtuporẽ atq; ſcrupulum magnũ in animis cunctorum audientiũ. Exiſtimabatur aũt à domino factum, vt iſto tempore ſacrum conciliũ celebretur ad ꝓuidendum tam inſolitis nouitatibus. Quòd autem poſt diſſolutionẽ præſumpſerimus multa ſtatuere & edita promulgare, dolemus vehemẽter nos tam modicam iuſtitiam ſacri concilij & authoritatẽ Eccleſiæ animaduertere, quòd ea quæ cùm ſumma ratione facta ſunt, præſumptionẽ vocetis. nos autem æquo animo veſtra nõ rectè dicta toleramus, & potiùs pati iniuriam, quã reddere volum⁹: licet quæcunq; agimus, ita euidenter iuſta ſint & licita, vt ꝓbatione non indigeant, nihilominùs omni poſcẽti parati ſum⁹ rationẽ reddere. Magnũ aliquid vos dixiſſe putatis, dum dicitis, ꝙ qui Romanæ Eccleſiæ priuilegium detrahit, ab ipſo ſummo omniũ eccleſiarũ

capite

capite traditum, in hæreſim labitur. Idẽ ſentim⁹ & nos, ac multo firmiùs. Dicimus enim ſummum Pontificem eſſe caput Eccleſiæ, & Romanam ſedem principalem inter alias ſedes. Sed nunquid dum partem laudatis, obliti eſtis totius? Nunquid dum vnam Eccleſiam extollitis, eam quæ vniuerſalis eſt, prætermittitis? Si hæreticus eſt qui Romanæ Eccleſiæ primatũ auferi, quanto maior ille hæreticus erit, qui iam Eccleſiã in qua Romana continetur, & præeſt ſuper omnes eccleſias & omnes homines, poteſtatẽ habere negat? Item & hæreticum illum fateri debetis, qui putat concilium generale, & ſpecialiter illud Conſtan. Eccleſiam catholicã non repræſentare, aut in his quæ ad fidẽ ſeu bonos mores pertinẽt, poſſe errare. hoc ſi nobiſcum credatis, omnis controuerſia facilè ſoluta eſt. Si ſedi Apoſtolicæ credendũ eſt & obediendum, credite literis apoſtolicis Martini Papę Quinti, in quibus iſta continentur. Commemoratis nobis pœnæ formidinem ac cõſciẽtiæ vermiculum. eccè aduenit tempus, quod

Eſaiæ 5. prædixit Propheta: Væ qui dicins bonũ malum, & malum bonum. Qui nouitates inducunt, qui ſanctorum patrum decreta infringunt, qui hæreſium, bellorum ac vitiorũ extirpationem impediunt, qui pacem perturbant Eccleſiæ, hi loquuntur de conſcientiæ vermiculo. Si rationi non creditis, ſaltem exẽ-

Sed tunc erãt ſchiſma in Eccleſia, tribus ſibi papatum vẽdicãtibus, quod iam nõ eſt ſub vnico Eugenio.

plis credite. Qui in Concilio Conſtan. poſt receſſum Ioannis Papæ remanſerunt, nunquid contra conſcientia fecerunt? nunquid non ab omnibus commendati ſunt & commendãtur? Nos id idem facimus, niſi quod lentiùs procedimus. expectantes ſi fortè molleſcat cor ſummi Pontificis. hortamini nos ad pacẽ & vnionem. vtinã cor ori reſponderet. Eccè genibus flexis & plicatis manibus, crudele bellũ quod nobis & Eccleſiæ infertur, tolli exoramus. Sed quomodò vera pax eſſe poteſt, ſi gladium infixũ in vulnere teneris? clamamus, tollite gladium, & obliuiſcimur vulnerum: deſinite percutere, & non recordamur iniuriatũ. pax & vnio in manu pontificis eſt, quã ſibi dari Eccleſia poſtulat. non diſperget filios ſub alis matris ſuæ congregatos, non diſſipet oues quas ſibi commiſit dominus. Eccè ſi quid culpę commiſſum eſt tentando diſſolutionem pretenſam, ſacrum concilium penitus abolet, dummodò ipſe pontifex à perſequẽdo deſiſtat, tollatq; diſſolutionem in perniciẽ Eccleſiæ tendentem. Si dignabitur venire, nemo erit noſtrum qui pedes eius non oſculetur vt Petri, qui vt vicariũ Chriſti non honoret, erit concilij caput, omnes ad eum reſpiciẽt, omnes ei complacere, obſequi, & quantùm cum Deo poterunt, deſeruire curabunt. Poſtremò concluditis, in duobus eſſe diſſenſionem, in tempore & loco. Quo ad tẽpus, dicitis placere ſummo Pontifici, vt nõ prorogetur vlterius: loci autem electionem dat nobis, dummodò ſit in terris Italię Eccleſię Romanæ ſubiectis, cùm perſonaliter velit intereſſe, cuius dominio, durante Concilio, ſe ſpoliare intẽdit. Reformationem autẽ cleri Germaniæ & reductionem Bohemorũ committit præfato legato. Et vt nos ei adiumẽto ſimus, ſi hoc fructuoſiùs, quàm ſine interuallo ad Conciliũ proficiſci extimamus: quòd ſi complementum rerum huiuſmodi per nos & prædictum legatum fieri non poſſet, reliquum quod ad perfectionem extabit, ſupplebitur in concilio generali. Quãtùm ex his verbis intelligimus, dominus Eugenius non ſolùm non reputat hoc concilium, ſed nec quidem vult vllo pacto hîc celebrari concilium, ſed dat nobis electionẽ loci in Italia, in quo futurum celebretur concilium. Quòd hoc ſit legitimum conciliũ, euidenter oſtendimus. Propterea neceſſariũ eſſe arbitramur tam ſaluti animę ſuę quàm vnitati Eccleſiæ, vt ſua ſanctitas diſſolutionẽ prætenſam tollat, ſimpliciterque recognoſcat concilium, & illi tota mente adhæreat. Hoc enim nullatenùs prætermitti poteſt: tùm quia fieri non potuit; tum quia notoriè ſcandalizat Eccleſiam: tum ne futuris temporibus detur occaſio abolendi capitulum, Frequens: quod ita eſt in Eccleſia neceſſarium, ſicut oculus in capite: ſine Dei & totius Eccleſiæ graui offenſa, diſſolutioni prætenſæ conſentire non poſſumus. Nã præter alia mala quæ prædicta ſunt, hoc inde ſequeretur, quòd fateremur Eccleſiam errаſse, quæ hîc iudicauit diſſolutionẽ fieri non potuiſſe. Abrogaremus etiam decretum Conſtantienſis concilij, non ſolùm de modo celebrandi concilij, ſed etiã de conciliorũ poteſtate. Ex eo enim decreto, vt perſæpè dictum eſt, papa concilio, non conciliũ papę ſubijcitur. Quo autem ad loci mutationem, maius quòd allegatis, eſt papę debilitas, quæ prohibet ipſum huc accedere, & tamẽ intereſſe concilio neceſſarium reputat. Si Bononiam accedere poterit, & Baſileã poterit. Et ſi paululũ plus temporis itinerando exponi oporteat, nõ eſt curæ. Alioquin futuris temporibus propter infirmitatem papæ oportebit conciliũ ad locum reſidẽtiæ papæ transferre. Plura concilia & de rebus grauiſſimis, papa abſente, quàm pręſente, celebrata ſunt. Ipſe dominus Martinus, licet grauiſſimè eſſet infirmus tempore inchoationis concilij huius, non tamen transferri Romam vel in Italiam mãdauit. Et quantum coniecturari poteſt, nihil eſt quod magis pontificem modernum ab hoc loco retrahere debeat, quam ſuum prædeceſſorem. Mundus hanc excuſationem non capit, quòd propter infirmitatem hoc fieri debeat, cùm alij pontifices, nõ obſtante ægritudine, legatos ſuos deſtinauerint. Nunquid mundana gloria aĩum ſuum pulſat, vt ſi quid glorioſum in cõcilio agendum ſit, ſuæ pręſentiæ tantùm, attribuatur? Sed abſit hoc à vicario Chriſti, qui omnia ad

gloriam Dei referre debet: quanquam quicquid in legatorum ſuorũ præſentia factum fuerit, ſibi aſcribi poterit. Sed qua conſcientia poteſt à nobis motatio loci concedi vel peti, cùm tãto tempore laborauerimus, vt Bohemos huc traheremus, & ipſi cũ noſtris oratoribus in magnorũ præſentia principum concluſerint, velle huc venire, & iam acceperunt tam noſtrum quàm multorum principum ſaluoſconductus? Si hinc euaneſcat Concilium, ſpes reconciliationis Bohemorum perpetuò tolletur. animum reductionis ſi quem habent, videntes ſe deluſos, indurarent magis quàm vnquam. eſſet certè confundere Eccleſiam, & periclitari fidem. Daremus enim multis populis occaſionem, vt Bohemis ſe coniungerent, putãtes fidem noſtram veram non fore, & nos aliquid non habere, per quod poſſemus eos inſtruere. Quòd ſi dixeritis, manebit hîc legatus & nos: hoc ergo eſt dicere, vt ſimus hîc, non vt Concilium. Sed* hoc fieri non poteſt. nam à Concilio vocati ſunt, & ad Concilium venire concluſerunt: & niſi ſit Concilium, nullo modo venient. videtur non modicam ſpem tota Bohemia in Concilium ponere. Dicent & ipſi Bohemi, principes atque populi Germaniæ, ſe à nobis deceptos, quòd vſq; nunc dixerimus, hoc eſſe verum Concilium. Si nunc conſentiamus hic non eſſe Cõcilium, quam fidẽ decætero mundus habebit Concilijs? Si hoc fecerimus, nihil aliud reſtat, niſi vt tanquã deceptores per Principes & populos iſtos lapidemur & trucidemur, vel in manibus Bohemorum tradamur: Vtranque enim gentem deluſiſſe videbimur. conſultius nobis eſſet vt hinc fugeremus, quàm amiſſo nomine & authoritate Concilij, hîc moraremur. Nec videmus quòd profectum aliquem dominus legatus, quo ad reformationem, facere poſſet, ſi hoc Concilium extinguatur. Nam ita vbique mali mores inueterati ſunt, quòd niſi fiat generalis reformatio in Eccleſia, nunquam fiet particularis alicuius prouinciæ. Solent enim omnes dicere: Reformentur alij, & reformabimur nos. Illud etiam dicunt: Reformentur capita, reformabimur & nos. Vndè iudicio omnium neceſſarium eſt, authoritate Concilij generalis fieri generalem reformationem, in qua potiùs ad exequendũ, quàm ad condendum nouas leges intendendum videtur. Quantum verò ad loci mutationem in Italia, cur à nobis expectatis reſpõſum, cùm nobis optimè conſtet, hoc tempore impoſſibile eſſe ibi celebrari Concilium? Italia tota ardet guerris, omnis gleba ſuos habet armigeros & prædones, & vix ſimplices viatores ſecurè tranſire poſſunt.* Quòd varietates & mutationes ſtatuum ſint in terris Eccleſiæ, vos meliùs noſtis. eſt etiam in omnibus Eccleſiæ terris penuria non modica. Si mente luſtratis omnes Chriſtianitatis regiones, vix vlla eſt ad celebrandum concilium accommodatior, ſecurior ac fertilior hoc loco intùs & in circuitu. Quod ante omnia eſt ponderandum, Bohemi ad Italiam nullatenùs uenirent, quos etiam ad veniendum huc, potenti principum manu conduci oportebit. Non enim aliter concludi potuit aduentus eorum, niſi magni quidam principes ſe obligauerint perſonaliter eos huc conducere, quod ſine magnis expenſis fieri non poterit. Ipſi etiam Bohemi oratoribus noſtris in Egra expreſsè dixerunt, ſentientes famam iſtius diſſolutionis prætenſæ & nouæ indictionis concilij Bononienſis, nullatenùs ſe montes tranſituros. Etiam vt inquit beatus Thomas, huiuſmodi materiam in alienis partibus, vbi hæreſis nota non eſt, periculoſum eſſet tractare. Eſt etiã & aliud, propter quod pati non debemus mutari locum: quia hoc deſtrueretur, nec aliud fieret concilium. Nullus enim veniret, nec ſe ad tam longum iter exponeret, ea præſertim ratione, quòd quilibet exiſtimabit, quòd ſicut factum eſt hîc, ita futurum eſse & multo magis in Italia. Et ſi dicatur, promittetur nõ diſſoluere niſi omnia completa ſint, erunt qui replicabunt: Si duorum conciliorum & duorum pontificum authoritas non valuit, quin prædicta diſſolutio fieret, multo minus valebit ſimplex promiſſio. Dicetur etiam, ſi dominus Papa decederet, ſucceſſor faceret ſicut nunc fecit dominus Eugenius. Nec putetis homines eſse rudes, quòd huiuſmodi non cognoſcant artes. Exiſtimatur nihil aliud quæri per multas ac varias vias, niſi quemadmodum hoc concilium diſſipetur. Tot anguſtias & moleſtias mentis & diuerſos labores, qui ſunt hîc, paſſi ſunt pro ſuſtentando concilio, quòd ſi ſcirẽt mutandum eſse locum, ſtatim ad propria redirent, ampliùs non viſuri conciliũ. Suſpicantur multi, quòd non tam loci mutatio, quàm extinctio decretorum concilij Conſtantienſis quæratur: ex quo quanta mala in Eccleſia nunc & in futuris temporibus ſequerentur, vix enarrari poſset. Hęc igitur & multa alia tractant cõſcientias noſtras, vt nullatenùs dictæ diſſolutioni prætẽſæ aut loci mutationi præbeam⁹ aſsenſum. Quare obteſtamur, obſecramus, & cum quanta poſsumus inſtãtia requirimus pręfatũ ſanctiſſimum dñm Eugenium per paſſionem dñi noſtri Ieſu Chriſti & ſalutem aïæ ſuæ, & per debitũ quo obligatur Eccleſiæ, vt cum omni fauore huic ſacro velit adhęrere concilio. Obtulimus quæ ſuprà audiſtis. Offerimus ẽt omnium moleſtiatũ, quas ex huiuſmodi diſſolutione perpeſſi ſumus, velle obliuiſci. Offerimus etiam quicquid dici aut cogitari põt, nos fideliſſimè facturos, quãtum cũ Deo fieri poterit, ꝓ omni honore & ſtatu tã ſuæ ſanctitatis, quã omniũ ſuorũ, dummodò integrè ac ſimpliciter huic ſanctę ſynodo ſe cõiungat. Quòd

ſi prout

*hic

*Quor

Imò verò Ferrariç & Florentiæ frequens admodum fuit ſynodus, & Baſileæ vix vnus tandem remãſit cardinalis.

ſi prout ſuam ſanctitatem decet, oſtendet nolle ſchiſma in corpore, nec ſpiritum contriſtabit, qui ſibi & nobis & toti populo Chriſtiano hîc perfectam charitatem, & in futuro ſeculo vitam æternam donare dignetur, Amen. Datum Baſileæ in congregatione noſtra generali, tertio Nonas Septembris, Anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſecundo.

RESPONSIO SYNODALIS, OSTENſiua nõ eſſe acceptandas literas Eugenij papę de ſua prętenſa diſsolutione, quodq́, articulus de diſſolutione, eſt pertinens ad fidem.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriam. Sperauit hactenus hæc ſacra ſynodus, per diuturnam patientiam ſuam poſſe ſummum pontificem ad ea quæ rationis & æquitatis ſunt, aliquando deflectere. cogitauit diu expectando efficere, vt ipſe ſummus põtifex cognita noſtra manſuetudine, hoc ſacrum Concilium vniuerſalem repræſentans Eccleſiam, veraciter recognoſceret, & illi, quemadmodùm tenetur, purè & ſimpliciter adhæreret: idq́ue, quod ſcandali ac perturbationis cauſa in Eccleſia fuerat, ſine difficultate reuocaret. Credebamus iam aduenisſe diem, quo de ipſo meliora concipere deberemus: ac dolorem, quem vſq; nũc ex ſua ſcandaloſa diſſolutione perpeſſi fueramus, amodò ex ſua humilia adhęrentia cõuerteremus in gaudium. Sed quod non ſine fletu referimus, ſpe noſtra fruſtrati ſumus, & quotidiè maior dolendi cauſa augetur: quoniã quem tolerando & differendo delinire curauimus, eum in ſuo propoſito duriorem experimur. Præſtolati ſumus per annum integrum ac dimidium, vt offenſam illam diſſolutionis grauiſſimam, quæ notoriè vniuerſalem læſit Eccleſiam, pœnitendo emendaret: & expectauimus vt dominus Eugenius pro noſtra clementia & benignitate, huic ſanctæ ſynodo ſe penitus cõformando, nos omnes conſularetur. Sed quantùm proh dolor aſpicimus, maiori indies amaritudine ac mœrore cõtriſtat. Quid enim acerbiùs Eccleſiæ poteſt accidere, quã quòd, qui cuſtos & caput illius eſſe deberet, & eam præ alijs fouere & honorare, ipſam nolit recognoſcere, ſed quotidiè magis contemnat & deſpiciat? Heu quàm magnã querelam habet de moderno pontifice ſancta mater Eccleſia, cuius authoritatẽ omni ſtudio opprimere ſatagit: & quo modeſtiùs ab ea admonetur & obſecratur, eo pertinaciùs illã audire negligit. Quàm manſuetè ac modeſtè erga eum hæc ſancta ſynodus, licèt grauiter laceſſita, ſe geſſerit, nemo eſt qui iam ignorat. Poſtquàm enim dominus Eugenius in notorium Eccleſiæ ſcandalũ & perturbationem Chriſtianæ religionis hoc ſacrum Cõcilium tam ſolitudine inſtitutum, diſſoluere conatus eſt, deſtinauimus primò noſtros oratores, vt per eos informatus de pluribus ſcandalis, quæ ex huiuſmodi diſſolutione ſecutura erant, ipſam penitùs tolleret: & ſacrum Concilium, prout inchoatum erat ad honorem Dei & authoritatem Eccleſiæ, perfici pateretur: quod cùm facere recuſaret, ipſum citauimus & monuimus, vt infra quatuor menſes ab ipſa diſſolutione deſiſteret ac ſacro concilio adhæreret. quibus lapſis, licet per promotores ipſius ſacri Concilij, ipſius domini Eugenij contumaciã accuſantes requireremur, vt ipſum, put ioris erat, declararemus contumacem, & aduerſus eũ iuris remedijs procederemus, inſtantibus tamẽ ambaſiatoribus ipſius domini Eugenij, & in publica ſeſſione nos orãtibus, vt in huiuſmodi proceſſu ſuperſedere dignaremur pro tunc, & vſque ad tres menſes ſequẽtes diſtulimus. Quibus tranſactis, licet meritò ad ſuſpenſionem ipſius tanquam incorrigibilem & notoriè ſcandalizantem Eccleſiam, ab omni adminiſtratione papali procedere potuiſſemus, mitiùs tamen ſecum agentes, ipſum iterum monuimus ac citauimus, & ex parte omnipotentis Dei præcipimus, vt infra ſexaginta dies prætenſam diſſolutionem omnino reuocaret, & huic ſacro Concilio publicè, purè ac ſimpliciter & cum effectu adhæreret. Quo adueniente termino, interim per promotores concilij, ipſius domini Eugenij contumaciam fortiùs accuſantes, inſtantiùs requiſiti ſumus, vt ampliùs tam notoriæ contumaciæ nõ parcentes, partes iuſtitiæ exequeremur. Decreuimus nihilominùs aliquandiu ſuperſedere, expectãtes ſi fortè per tam exuberantem Concilij manſuetudinem, ad cor reuerti & demum reſipiſcere vellet. Interim autem vos tres ac dominum epiſcopũ* Seruienſem ad nos ambaſiatores tranſmiſit, cum quatuor diuerſarum facultatum bullatis literis, loco inſtructionum eis datarum, quæ cuiq; videnti non paruam admirandi occaſionem præbuerunt, ita varijs cautelis & inuolutionibus plenæ, non quaſi res eccleſiaſtica inter eccleſiaſticos, ſed vt res prophana inter mercatores tractaretur. Prima autem inſtructio erat, vt ad ciuitatem Bononienſem accederemus, quam ſi non acceptaremus, ſuccedebat ſecunda, vt alium in Italia locum pro futuro Concilio eligeremus: quod ſi nobis non placebat, offerebat tertiam ad arbitriũ duodecim prælatorum ac ambaſiatorum principum hic exiſtentium, quibus an huiuſmodi petitio iuſta foret, committeretur. qui ſi declararent, Chriſtianitati Concilium expedire in Alemania celebrari, fieret cum modis & conditionibus in ſequẽti inſtructione expreſſis. Quarta autem

*Cernienſem

ra autem inſtructio erat, vt ſi nihil prędictorum nobis placeret, facultatem haberemos eligendi vnam de ciuitatibus Alemaniæ, Baſilea tamen ſemper excluſa. Quòd autem ex his non ſolùm diſſolutio ſublata nó ſit, ſed magis firmata, ac monitioni hui* ſacri concilij nullatenùs paritum, ita manifeſtum eſt, vt probatione alia non indigeat. quinimo & vos ipſi ambaſiatores conati eſtis nonoullis rationibus, quanquam friuolis, probare, hoc Concilium non fuiſſe ritè inchoatum: & tanqnã tempore decreto non inceptum, lapſu temporis expiraſſe, atq; etiã ſi ritè cógregatum foiſſet, licuiſſe Papæ ſua poteſtate id diſſoluere. Quibus nomine ſacri Concilij reſponſum eſt, & luce clarius probatum, ſanctum hoc Cóciliũ legitimè extitiſſe inchoatum, nec à Romano Pontifice ſine ipſius Concilij conſenſu diſſolui potuiſſe: quodq; cum honore Dei & Eccleſiæ, prædictis bullis rem illicitam & valdè abſurdam petentibus, nullatenùs Concilium poſſet annoere. Poſt hæc fama publica referéte, ad noſtram peruenit notitiam, ipſum dominom Eugenium quaſdam literas decimoſexto Calendas Martij, duobus videlicet diebus ante finem dictorum ſexaginta dierum in publico promolgaſſe conſiſtorio, de quarum tenore poſtmodùm certiores effecti fuimos per nuncios dominorum Electorum ſacri Imperij, qni in publica congregatione noſtra illas perlegi voluerunt. Harum literarũ hic eſt effectus, quòd ipſe dominus Eugenius ſtatuit, vt Baſileæ Concilium per ſuos legatos* quantocyus tranſmittẽdos celebretur. Interim verò Baſileæ conoenientes, ad redoctionem Bohemorum ad fidem catholicam, pacemque inter cunctos Chriſti fideles tractandum, vult eſſe intentos. In principio autem dictarum literarum exprimitur, quemadmodùm per felicis recordationis Martinum Papam Quintum, cardinalis ſancti Angeli principaliter deſtinatus fuiſſet ad extirpandũ hæreſim Bohemorũ cum poteſtate in Baſileenſi Concilio præſidendi, ſi in tempore cógruo & decreto, prælatorum ibi condecentem copiam reperiret. quod ipſe cardinalis ſatis dilucidè confutaoit, aſſerens ſine vlla conditione ſibi iniunctum fuiſſe, vt ipſe Coocilio præſideret, qnemadmodum ex literis ipſius domini Martini euidenter apparet, nec aliud à dicto domino Martino in mandatis habuiſſe, niſi hoc ſolùm, & bina vice repetitum, vt benè faceret. Quo verò ad tempus decretũ, quia ipſe dominus Eugenios intelligit neceſſarium fuiſſe, vt ſtatim & immediatè poſt ſeptennium à fine Concilij Senenſis Concilium Baſileẽſe inchoari debuerit, prędatus cardinalis explicauit, qualiter nec à iure communi hoc cautum eſt, nec mens Papæ Martini, qui primò voluit intendendum fore ad expedioonem militarem congregandam contra Bohemos, quàm vt Baſileã ipſe cardinalis pergeret. nec intentio iſtius domini Eugenij, qui multis pòſt menſibus ipſi cardinali per ſuas literas iniunsit, vt espedito negocio Bohemorom, Baſileã pro concilio celebrãdo accederet. fuitq; ſtatim poſt ſeptẽnium concilium opus inchoari. Iuſtificare etiam conatur præfatus dominus Eugenios cauſas propter quos diſſolutionem prędatam feciſſe ſe aſſerit: quas non fuiſſe ſufficientes, nec ſic ſe habuiſſe, in reſponſione data primis ambaſiatoribus clarè cõtinetur. Per has autem litteras, oemini videtur aliquo modo ſatisfactũ eſſe monitioni & requiſitioni noſtræ. Non enim recognoſcit fuiſſe aut eſſe concilium, ſed ſtatuit ut celebretur per legatos * quantocyus tranſmittendos. Antè igitur quàm legati veniant, & conciliũ inchoetur, ſecundum has literas concilium dici nó poterit: quod ex illa cauſula manifeſtiùs conſtat, quæ dicit: Interim enim Baſileę cóuenientes, ad reductionem hæreticorum & pacem uolumus eſſe intentos. Si enim interim intelligeret eſſe conciliom, non poſſet ipſum ad duos tãtùm caſus reſtringere, cùm & de reformatiooe, & de quibuſcunque negocijs totius Eccleſiæ, facultatem habeat cóciliom generale. Quòd ſi interim (vt prædictum eſt) intelligit nó fuiſſe concilium, ſubſequenter dicendum eſt, non eſſe diſſolutiooem ſublatam. neq; impedimento eſt quod dicat. Volumus ut dicta diſſolutione non obſtãte, concilium per legatos tranſmittendos celebretur: quoniam iſta clauſula futuram duntaxat reſpicit concilij celebrationẽ per legatos faciendam, nó antem conciliom iam diu inchoatum. Hic enim non reputat eſſe concilium. Vndè clauſula iſta, non obſtante, non ſolùm* verò tollit prędictam diſſolutionem, ſed firmat, ſicut exceptio alicuius caſus ab aliqoa regula, extra illũ caſum firmat regulam. Cùm ergo non reputet eſſe concilinm ante aduentum legatorum, & celebrationem per ipſos faciẽdam, nec diſſolutionẽ quo ad præterita, tollat: quis non iudicet, ipſum non parére mandatis concilij, quibus cauetur, vt purè, ſimpliciter & cũ effectu adhæreat? rei enim quæ ſecuodum eum nó eſt, adhærere non poteſt. Sed & vos oratores, euidenter cognoſcentes per has literas decreto concilij minimè fore ſatisfactum, miſiſtis, vt ipſi aſſeruiſti in deputationibus huios ſacri concilij, præfatum dominum epiſcopum * Ceruienſem, ſupplicaturũ Papæ, vt decreto prædicto ſatisfaciat. poſt cuius epiſcopi ab hinc receſsũ, per doos menſes, & ampliùs hoc ſacrum concilium procedere diſtulit. nonnulli enim ex patribus ſacri concilij ſperabant perfectam adhęrentiam, adueniente dicto domino epiſcopo* Ceruienſi, aſsecuturam. Sed nec propterea ampliùs factum eſse cognoſcimus, imo quotidiè nobis manifeſtiùs inooteſcit, dominum

* quantocitius

* verè

* Seruienſem

minum Eugenium in ſuæ diſſolutionis propoſito firmiter perduraret. Miſit enim tandē nonnullas literas,& in quibuſdā ex eis, quatuor nominat deſignatos legatos Cardinales,ſuperuenturos ad præſidendum: in alijs, quinq; prælatos, in alijs præfatū dominum cardinalem ſancti Angeli ſimul cum prędictis deputatis,& in omnibus his facultas data refertur ad literas datas decimoſexto Calendas Martij, in quibus non vetus approbatur Cōcilium, ſed nouum per legatos indicendum expectatur. Scripſit præterea nobis,nominando ſacrū Cōcilium. ô vtinam recta id diceret intentione. quod quidem nos facilè crederemus, ſi huic nominationi reliqua conſonarent. aperiētes enim literas, legimus tale principium: Poſtquàm ſtatuimus in ciuitate Baſileenſi debere Cōcilium celebrari. de hoc ſtatuto cautum eſt in literia decimoſexto Calendas Martij. ſed in illis vt prædictum eſt,nouum expectatur Cōcilium indicēdum. nec nunc dicit quòd iam ſtatuerit, ſed quod ſtatuit debere celebrari. quæ verba futuram celebrationem expreſſe ſignificant. In his etiam literis refert ſe ad facultatem datam legatis, & in huiuſmodi facultate ad prædictas literas decimoſexto Calēdas Martij ſe refert. Quicquid ergo in omnibus literis dicitur, intelligendum eſt de futuro Concilio per legatos celebrando. Sed & nō mediocriter facultas datas legatis nos admirari cōpellit, in qua negocia quæque Eccleſiæ vniuerſalis per dictos præſidētes expedienda mandantur cū conſilio Concilij. quæ verba iuxta ſignificationem propriam aut regulas iuris canonici & ciuilis, innuunt, vt conſilium Cōcilij peti duntaxat,nō autem ſequi oporteat. Igitur ſi Concilium conſuleret aut dictauerit aliquid Eccleſiæ expedire,& præſidentibus non libeat fieri,ſecundū eum non licebit. Quid ſi præſidētes nihil eorum quæ ad fidem vel ad generalem reformationem Eccleſiæ pertinēt, aut aliquid quod fidei vel bonis moribus contradicat, agere decreuerunt, Concilium ergo prohibere non poterit? ergo de iudice fiet conſiliarius? Quid ſi præſidentes totum Conciliū condemnare vel iudicare deliberent, ſecundum hoc contradicere non poterit. ergo de iudice fiet reus. deluſorium eſſet ergo & falſum decretū illud, tanta maturitate à ſanctis patrib⁹ & in Concilio Cōſtantienſis digeſtum, in quo cauetur, quòd quilibet cuiuſcunq; dignitatis, etiam ſi papalis,ſtatutis, mandatis & decretis Concilij generalis obedire teneatur in his, quæ pertinent ad fidem, extirpationem ſchiſmatis, & vniuerſalem reformationem Eccleſiæ in capite & in membris: quòd ſi non obediuerit,condignæ pœnitentiæ ſubijciatur, & debitè puniatur,etiam ad alia iuris ſubſidia, ſi opus fuerit,recurrendo. Secundum hoc nō ſolùm præſidentes,ſed & papa obnoxius eſt decretis & præceptis Concilij. Ergo potiùs Concilium cū conſilio papæ vel præſidentium,quàm econtrà, negocia Eccleſiæ concludere debet. quod ſi in verbia memoratæ facultatis ſtare oporteret, vt quid hîc conueniſſemus, acturi præcipuè de reformatione capitis, à quo primùm reddi rationem decet? cuius languor ſi curatus non fuerit, totum corpus, ſecundū beatum Gregorium, infici neceſſe eſt,& talem fuiſſe ipſius domini Eugenij mentem,in hoc videlicet Concilio capitis non eſſe faciendam reformationem, verba illa ſatis innuunt in fine ipſius facultatis poſita, videlicet agendi, tractandi,diſponendi,ſtatuendi, declarandi, decidendi & concludendi,quæ in præmiſſis & circa ea pro ſtatu noſtro & eiuſdem Eccleſiæ ac ſalute animarum fidelium &c. necnon reformatione in omnibus membris ſuis noueritis expedire. Talibus enim literis ratio nulla aſſentire perſuadet, nec dicere vllo pacto poſſumus ipſum ſatisfeciſſe monitioni noſtræ. Alioquin fateremur hoc non fuiſſe Cōcilium,& geſta in eo, eſſe irrita: & cōmuniter Eccleſiam quam hîc eſſe omnes reputauimus,& meritò reputamus, non fuiſſe Eccleſiam, & nos omnes extitiſſe ſchiſmaticos. quòd ſi hoc Concilium infringi pateremur, vacillaret profectò præteritorum conciliorum authoritas,& præſertim Conſtantienſis, à quo iſtud dependet, & ſecundum cuius decreta hoc inſtitutum eſt. Nam ſi fateamur aliquod Concilium reuocari in dubium,eadem ratione de cæteris hæſitari poterit. Quid ergo roboris & firmitatis in Eccleſia remanebit, ſi ſacrorum Conciliorum mutabitur authoritas, per quam poſt ſacra euangelia quicquid fidei habemus, elucidatum eſt? Abſit à nobis, vt tale peſtiferum vulnus Eccleſiæ patiamur inferri. Præter hoc & aliud enorme præiudicium ſequeretur, quòd tam Concilium illud quod nouiter ipſe Eugenius celebrari inſtituit, quàm alia futura, Romanis pontificibus in ipſo limine, nulllo contradicente, diſſoluere fas eſſet: ex quo quanta poſſunt mala ſuccedere, quis ſatis enarrabit? Si inſurgant in Eccleſia hæreſes, errores, ſuperſtitiones, vitia deformitates ac bella,& cætera omnia quæ Chriſtianam religionem perturbare poſſint, & in pręcipitium deducere, ſi papa velit Eccleſiam incorrigibiliter ac notoriè ſcandalizare, ac deuorare plebem domini ſicut eſcam panis, & fidem catholicam tandem peruertere, Cōcilium vel non congregabitur, papa prohibente: & congregatū, eo mandante diſſoluetur. Calletur igitur Cōcilium Cōſtantienſe & decreta ſanctorū patrum, quæ declarant, in his quæ vniuerſalem ſtatū Eccleſiæ concernunt, papā nihil poſſe immutare. Fruſtrà enim membranas occupant, ſi vnico verbo papa poteſt illa irritare: & qđ deterius eſt, authoritate Eccleſiæ talia poſſe

Talis nō fuit Eugenius 4.

vide-

videretur. Si poſt huiuſmodi contradictionem inter Concilium & papam ortam, cõcilium quaſi victum liti cederet, & ipſum & alios Romanos põtifices in poſſeſſione diſſoluendi Concilia poneret: quæ tandẽ ſpes erit, quò præſatus dominus Eugenius decreta huius ſacri Cõcilij ſeruet, & ſeruari faciat, ſi ipſum Conciliũ ſpernat recognoſcere? quibus etiam remedijs vti poterimus, vt ſtatutis hîc promulgandis nõ contraueniat, ſi ipſum Concilium per quod ſtatuta fiunt, irritari patiamur? mori malumus, quàm tãto errori per ignauiã cedere. Si maiores noſtri pro legibus paternis viriliter decertare & mori ſtatuerunt, cur nos ſic erimus degeneres, vt pro conſeruatione vniuerſalis Eccleſiæ idipſum non faciamus? Si de priuatis rebus ageretur, ac perſonalé pateremur iniuriam, eſſet fortè credendum: & patienter propter Deum ferre, laudabile foret. Iniurias autem Dei impunè tolerare, iuxta beati Chryſoſtomi ſententiam, nimis impium foret. Hic articulus de quo diſceptamus, fidẽ concernit, qui ſine interitu ſalutis negligi non poteſt. Si dominus Eugenius ſanctam Eccleſiam nõ audierit, quã hoc Concilium repræſentat, oportebit tandẽ haberi vt ethnicum & publicanum. Si Eccleſiam amplius offendere non vult, recognoſceré neceſſe habet, hoc verum fuiſſe & eſſe Concilium, ipſumq́; diſſoluere nequiuiſſe, & illi purè & ſine diſſimulatione adhærere. Si vult vt de ipſo benè cõcipiamus, deſinet tot bullis, totq́; inuolutionibus & ſe & nos defatigare. Iſta enim magis difficultates augent. Si declaraſſet hoc Baſileenſe Cõcilium per ſtatuta generalium Conſtantienſis & Senẽſis Conciliorum, ordinationemq́ue domini Martini & ſuam inchoatum, verum ſemper & ſine interruptione fuiſſe & eſſe Conciliũ, & illi purè & ſimpliciter adhæſiſſet, diſſolutionemq́; prætenſam iuxta decreti noſtri tenorem reuocaſſet, ſuo debito honori ſatiſfeciſſet: reddidiſſetq́ue ſe Deo & hominibus gratum, & quicquid cum Deo poſſemus, ſicut aliâs oblatum eſt, libenter faceremus, ſicut ei ſemper offerimus. Ex prædictis igitur iuſtiſſimis cauſis admirandum nõ eſt, ſi vos in præſidentes non admittimus, paratos nos offerentes, cùm præſatus dominus Eugenius ſuum debitum fecerit, cum omni modeſtia debitum noſtrum facere. Alioquin ſi ſecùs fieret, & Deum & Eccleſiam & ipſam fidem grauiter offenderemus, multiſq́; ſcãdalis daremus & nunc & futuris temporibus occaſionem. Iam omnibus conſtat iuſtitia & veritas, quas nos defendimus, & quã mãſuetè & patienter tanta temporis prolixitate ipſas apud dominum Eugenium proſecuti ſumus. Teſtis eſt Chriſtianus orbis patientiæ & manſuetudinis noſtræ. Nunquam in annalibus legitur, Romanum pontificem notoriè ſcandalizantem Eccleſiam, tam ſupplicitur obſecratum, tam inſtãter monitum & requiſitum, & tandiu, ſicq́; patienter ab ipſa Eccleſia expectatum. cogit nos amodò zelus domus Dei & catholicæ veritatis defenſio vehemẽtiùs inſurgere, & acriora contra induratum morbum adhibere remedia. Oramus tamen omnipotentem Deum, vt cor præfati domini Eugenij emolliat ad cõſentiendũ iuſtis ſanctæ matris Eccleſiæ monitionibus, ne horrendum illud iudicium incurrat, quod dominus ſcandalizanti vnũ de puſillis ſuis minimis comminatur. Matt. 18. Datum Baſileæ in congregatione noſtra generali, decimoſexto Calendas Iulij, anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimotertio.

RESPONSIO SYNODALIS DATA A præſidente Concilij, quam & ſeipſo fecit viua voce in congregatione generali, & deinde redegit inſcriptis, ſuper acceptatione decretorum per papam facienda, primò quàm eidem à Concilio fiat prouiſio.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis &c. ad futuram rei memoriam. Hodiè in noſtra generali congregatione dilectus Eccleſiæ filius Iulianus tituli ſanctę Sabinæ, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter cardinalis, Apoſtolicæ ſedis legatus, præſidens in hoc ſacro generali Baſileenſi Concilio, dilectis Eccleſiæ filijs Ambroſio priori Camaldulenſi, & Antonio de ſancto Vito, palatij Apoſtolici cauſarũ auditori, oratoribus ſanctiſſimi domini Eugenij papę Quarti infraſcriptam reſpõſionem dedit in modum qui ſequitur: Deceret huius ſacri concilij dignitatem, vt cùm ſanctiſſimi domini papæ oratoribus nunc reſpondendum ſit, tali viro hoc onus iniũgeretur, qui & ſacro concilio & ſummo * pontifici dignam orationem faceret. Sed cùm loco tantùm, & nõ meritis, hoc reſpondendi mihi officium tribui hactenus ſolitum ſit, excuſabit conſuetudo, ſi veſtris ornatiſſimis orationibus par aut ſimilis non reddatur oratio. Excuſari & ego debeo iure, qui hunc primum locum non ambitu aliquo, ſed ſuperioris iuſſu, cõtraq́; meum inſtinctum conſequutus ſum: quem etiam non voluntas, ſed neceſſitas ad reſpondendum coegit. Semper & familiariter ego quemadmodùm apud * nos domi ſoleo, nunc vobiſcum colloquens magis quàm perorans, principales veſtrarum orationum partes aſſumam, quibus nomine ſacri concilij reſpondebo, & à vobis initium dicendi faciens, venerabilis domine Generalis, qui primùm Lactantij aut Ciceronis ſtylo hîc peroraſtis, quatuor ex veſtra oratione principaliter colligo: Primò, hâc ſanctam ſynodum ad charitatem pacemq́ue & vnitatem cum domino noſtro conſeruandam,

Hic Iulianus poſteà, relictis Baſileenſibus adhæſit Eugenio.

*pontifice

* vos

dam, exhortatis eſtis. Secundò, ſanctum piũque eius propoſitum ac deſiderium explicaſtis ad hæc tria opera, quibus ſacrum Cõcilium intendant. Tertiò, ſedem potentem eſſe, & quòd opibus abundare opus ſit, vt oppreſſos releuet, & indigẽtibus ſubueniat. Poſtulaſtis demum, loco annatarum, quas decretum noſtrum proximè editum abſtulit, prouiſionem ſedi Apoſtolicæ ſufficientem fieri. Vos autem domine Antoni auditor, duo præcipuè apud fratres Minores etiã diſertiſſime amplexi eſtis. Primò, quòd hæ annatæ iure diuino, naturali & humano, tolerari poterãt. Secundò, quòd aut ſuſpendatur decretum, aut debita ſedi Apoſtolicæ fiat prouiſio. Exhortatio, quàm primo loco domine Generalis ad pacem generalem charitatemq; & vnitatẽ feciſtis, ſancta quidem eſt & ſalubris, & omni acceptatione digna, quam quilibet Chriſtianus vtraq; manu amplecti debet: quæ quàm ſit neceſſaria & vtilis, in ſe quiliber palam experitur. quãtumlibet enim homo ſit diues aut potens, omnia habens naturæ ac fortunæ bona, ſi pace & vnitate cum proximis caret, nihil iocunditatis, nihil lætitiæ vnquam ſentire poterit, ſed plurimas animo moleſtias atque anguſtias ſecum vbique deferet. Nos etiã nõ paſſi ſumus hoc munere pacis ab ipſo ſummo pontifice perueniri. Nam & ſæpenumerò ac per noſtros oratores nouiſſimè Florentiam deſtinatos, idipſum ſuæ ſanctitati nunciauimus, optantes vt vnũ eſſemos charitate ipſe & nos, ſicut Chriſtus orans pro

Ioan. 17. diſcipulis ſuis, dicebat: Oro pater, vt vnum ſint, ſicut & nos vnum ſumus. Ipſe igitur ſummus pontifex pacem & vnitatem nobiſcum habere deſiderat, & nos ſecum. Ipſe illam nobis nunciat, & nos ſibi. Quid ergo reſtat, quòd ipſo & nos pacem & vnitatem optantibus, inuicemque nunciantibus, pax ipſa non ſit? An quia ſic alter alteri pacem optamus & nunciamus, pacifici dicendi ſumus? An etiã quia inter diſſidentes, vt modò in Chriſtianiſſimo regno Franciæ factũ eſt, pacem componere ſatagimus, filij Dei vocabimur, ſi pacem inter nos inuicem nõ habemus? non quidem, inquit beatus Hie-

Matt. 5. ronymus ſuper Matthæũ in verbo illo, Beati pacifici: Ille verò pacificus eſt, qui priùs in ſeipſo, deindè inter alios pacem quærit. Ipſe & nos vnum corpus Eccleſię ſumus, qui regimur ſub vno Chriſto capite noſtro: Ipſe & nos ciuitas Dei ſumus: Ipſe & nos vna domus domini ſumus. Si in hoc corpore, ſi intra huius Eccleſiæ ciuitatis mœnia, ſi intra huius domus domini parietes diſſenſionũ, æmulationum, odiorum bella verſentur, quis ipſum & nos pacificos rectè nuncupabit, etiam ſi in toto terrarum orbe pacem efficeremus? Quid ergo cauſæ, eſt cùm vterque tam bonam & ſyncerã ad pacem ſe voluntatem habere dicat, quòd inter ipſum & nos non mediocres diſſenſionum ſcintillæ appareut: quæ niſi cautè extinguantur, verendum eſt quòd ne in maximam erumpant flammam. Quid opus eſt indicijs, aut coniecturis huius diſcordiæ cauſas inueſtigare? Audiamus quid in nobis loquatur dominus Deus noſter, qui loquetur pacem in plebem ſuã, inquit Deus per os Pſalmiſtæ: Mi- Pſal. 84.

ſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia & pax complexæ ſunt ſe. Demõſtrat profectò dominus Deus noſter, quòd pax ſine iuſtitia eſſe non poſſit: imo vt illa ſit, iuſtitiam præcedere oportet. Cùm ergo ita ſit, aliter eſſe non poteſt, cùm ſicut veritas atteſtatur, neceſſarium eſt, ſi dominus noſter veram pacem & vnitatem inter nos & ipſum fore deſiderat, vt quæ ad iuſtitiam ſpectant, primò ipſe præmittat: hoc eſt, vt Eccleſiæ vniuerſalis ius ſuum tribuat. Quod eſt illud Eccleſiæ ius? quæ ſunt illæ iuſtitiæ partes, quæ veram pacem præcedere debent? non certè aliæ, niſi cùm Eccleſia vniuerſalis ſpiritu ſancto dirigatur, & eam vniuerſale Cõcilium repræſentet, vt decreta ſynodalia diligenter & per alios ſuo exẽplo & iuſſu ſeruari faciat. Ita & ſui anteceſſores ſancti Romani pontifices, quorum vitam in teſtimonium ſanctitatis etiam miraculis illuſtrauit Deus, fecerunt, ſumma veneratione vniuerſalium Conciliorum canones ſuſcipientes, & per eos inuiolabiliter ſeruari faciẽtes, qui ſine maxima & vrgentiſſima cauſa aduerſus ea non diſponebat quicquam, nec ab alijs aliter fieri patiebantur. Inquit enim beatus Damaſus: Abſit à me, vt ſanctorum patrum canones abſq; ineuitabili ratione tranſgrediar vnquam. Et magnus ille Gregorius, vt ſancta euangelia, concilia generalia ſe venerari affirmat: & non ſolùm quatuor illa primæua, ſed & omnia, dum ea ratione vtitur, quæ omnibus vniuerſalibus Concilijs communis eſt. Beatus quoque Gelaſius vniuerſalis Eccleſiæ ſtatuta aſſeuerat nullam eſſe ſedem quã magis exequi oporteat, quàm primam. non mihi ſatis eſſet vſque in craſtinum, ſi ſingulos tam ſummos pontifices, quàm ſanctos doctores, recenſere pergam, qui ſaluberrimam Conciliorum doctrinam ſuper cæteris alijs efferebant, venerabantur & obſeruabant: nec ſic faciendo, quicquam Romani pontificis authoritati deperit aut detrahitur, imo adijcitur & accreſcit. Quic- Nota quãtum hic tribuit põtifici.

quid enim in ſacris ſtatuitur Concilijs, ſua etiam authoritate ſtatuitur, quæ ſemper ibi refulget, vt prima & præcipua omnibus, caput & directrix. Et cùm aut perſonaliter, aut authoritatiuè ſemper in ſynodis vniuerſalibus interſit, ipſeq; Eccleſiæ rector ſit & paſtor, decreta Concilium, etiam ſua & ſedis Apoſtolicæ non immeritò dici poſſunt. Nos enim (vt dixi) vnum Eccleſiæ corpus ſumus, & ipſe huius corporis caput ſub capite Chriſto. Quicquid igitur fit ab hoc corpore ec-

cleſiaſtico, etiam ſi omnia membra in idem
concurrant, ſicut in corpore naturali acci-
dit, magis tamen ac præcipuè operatio quæ-
uis capiti appropriat & aſcribitur: ab ipſo-
que magis, quàm ab alio corporis membro
procedere cenſetur. Itaque non ſecùs ſyno-
dalia decreta pro ſuo debito & honore exe-
qui debet, ac per alios ſeruari facere, quàm ſi
ab ore propriu dictata & promulgata eſſent.
Dum enim ipſe præſens eſt, ipſe concludit,
ipſe ſtatuit, & ſub nomine ſuo ac perſona e-
ius omnia decernuntur. Dum abeſt, ſui præ-
ſidentes qui vice eius funguntur, locumque
Apoſtolicum tenent, & perſonam pontifi-
cis repræſentant, per ſacrum concilium de-
liberata concludunt. Per concilium autem
ſtatuta, in nullo derogāt ſuæ poteſtati, quin
pro tempore, loco, cauſiſq; & perſonis, vti-
litate vel neceſſitate ſuadente, moderari di-
ſpenſariq; poſſit, atque vti ſummi principis
ἐπιείκεια epijkeia, quæ ab eo auferri nequit. Hæc er-
go ſancta ſynodus non opes, nō quid aliud
ab eo poſtulat, ſed hoc, vt quemadmodùm
duntaxat ſui egerunt anteceſſores circa de-
cretorum ſynodalium obſeruātiam, ita &
ipſe facere dignetur. Quod ſi fecerit, prout
putamus & ex toto corde obſecramus, hinc
præeũte iuſtitia, mox læta fronte ſoror eius
iocundiſſima ſuccedet pax, quæ ſine iuſti-
tia germana ſua antiquiore incedere non
conſueuit. Quod ſi forſitan & ipſe ſummus
pontifex dicat, quemadmodũ & vos in cor-
dibus veſtris nunc dicere ſuſpicor, etiam ex
parte huius ſacri concilij pręcedere oporte-
re iuſtitiam, ſibique ius ſuum per nos tribui
debere: Nemo noſtrũ ita irrationabilis eſt,
aut etiam eſſe debet, quòd alio iure in ſe, a-
lio in alijs vti contendat: & ab alio ſibi in-
iuriam fieri petat, ipſe alteri deneget. Videa-
mus, & inter nos cũ charitate diſcutiamus,
ſi quid eſt quo concilium ius ſedis Apoſto-
licæ grauet, lædat, offendat, minuat: & eccè
nulla erit (vt ſpero) difficultas, quin omnia
ad iuſtitiæ rectitudinem & regulæ normam
redigantur. Sic igitur vterq; faciendo, tunc
rei euidentia animum vtriuſq; ad vnitatem
paratum demonſtrabit, & tunc verè pacifici
erimus, ac filij Dei vocabimur. Et hinc ad
ſecundam veſtræ orationis partem ſe mihi
competens reſponſum offert. Sic enim (vt
prædictum eſt) faciendo, tunc euidenter co-
gnoſcemus & vbique palàm fatebimur, ſan-
ctitatem ſuam ad hæc ſancta opera propter
quæ conuenimus, veram perfectamque vo-
luntatem gerere: tunc nos ſuper omnes præ-
cipui laudatores ac præcones erimus. Ter-
tio loco dicitis, oportere ſedē Apoſtolicam
abundare ac potentem eſſe, exēplo illorum
Romanorum pontificum, qui beato Atha-
naſio, beato Ioanni Chryſoſtomo, ac beato
Thomæ Cantuarienſi de ſedibus proprijs
pulſis, opem ſubſidiaq; neceſſaria contule-
rũt: beati quoq; Gregorij, qui vſque in Hie-
ruſalem indigentibus vitæ neceſſaria mini-
ſtrabat. Nos nec re nec verbo in hoc contra-
dicimus: imo non eſt illa ſedes, nec etiam eſ-
ſe poſſet tam potens ac locuples, quin eam
pro vtilitate Eccleſiæ locupletiorem poten-
tioremq; eſſe vellemus: quanquam affirme-
mus, & in illa & in alijs epiſcopalibus ſedi-
bus deſiderari magis copiā abundantiamq;
virtutum & meritorum, quàm opum aut di-
uitiarum. Nec certè fecimus aut facere quic-
quam intendimus, per quod illa ſedis iactu-
ram ſeu diminutionem aliquam authorita-
tis ac facultatis pati poſſit. Quòd ſi rectè
cuncta animaduertantur, atq; omni paſſio-
ne ſopita iudicentur omnia, nemo aſſerere
cum ratione poterit, quicquam per hoc no-
ſtrum decretum in diminutionem, deroga-
tionem ſeu præiudicium illius ſedis, fore at-
tentatum. Et quanquam multæ ad id ſup-
petant rationes, tres nunc ſatis eſſe iudicio.
Primò, cùm nemo inficietur multos in exa-
ctione harum annatarum ſolitos fieri abu-
ſus, cùm etiam hinc multi ſcandalum pate-
rentur & ſcrupulum in conſcientijs, ac mo-
dus ipſe exigendi oneroſus eſſet Eccleſiæ, &
apud multos ſpeciem mali continere vide-
retur: Nos his omnibus hoc decreto proui- Matt. 18.
dimus, ſequentes doctrinam Chriſti, man-
dantes nemini incutiendũ eſſe ſcandalum:
& Apoſtoli, pręcipiētis ab omni ſpecie mali 1. Theſſ. 5.
abſtinendum: Regulas quoque canonicas ac
legales, quæ nonnulla prohibent, licet in ſe
non mala, ob hoc tantùm, quòd vel ſpe-
ciem mali contineant, vel occaſionem præ-
beant delinquendi. Nónne & gratis offerre,
& eleemoſynam dare, pium eſt & charitatis
opus? Sed quoniā tempore baptiſmi num- ca. 48. Cō-
mos proijcere in concham, ſpeciem pręten- cilij Eli-
debat mali, emendari & aboleri talem con- ber.
ſuetudinem iuſſit Eccleſia. Nihil quidem
nouitatis per hoc decretum in Eccleſia in-
troductũ eſt, ſed præcepta & exempla Chri-
ſti executi ſumus, ac ſanctorum patrum re-
nouamus inſtituta. Quid fecimus? audite
& conſiderate quæſo diligenter. Statuimus
quòd beneficia & ordines Eccleſiaſtici gra-
tis conferantur. Nunquid hoc eſt ſcelus ali-
quod aut ſacrilegium? nónne ſaluator no-
ſter hanc ipſam nobis neceſſitatem impo-
nit, dicens: Gratis accepiſtis, gratis date? Matt. 10.
Quid fecimus? ſtatuimus quòd ſpiritualia
pacto, conuentione ſeu contractu aut ope-
ra nummulariorum non diſtribuantur. Sed
& Chriſtus Deus noſter in domo domini
hoc fieri videns, flagello de funiculis facto, Ioan. 2.
zelo iuſtitiæ ſuccenſus, expulit indè omnes
ementes & vendentes, & menſas nummula-
riorum euertit: & cùm ipſe cætera crimina
verbo tantùm deteſtatus ſit, hoc vitium ma-
nu ꝓpria terribili punitione correxit. Quid
fecimus? decreuimus quòd res ſpirituales
ſine pecuniæ interuentu miniſtrentur. Ac
beatus Petrus primus Chriſti vicarius, men-
tem

tem domini quotidiana conuerſatione intelligens, cùm Simon Magus pro gratia ſpirituali pecuniam offerret, eum abhorruit,
Act. 8. maledixit, repulit, dicẽs: Pecunia tua tecum ſit in perditionem. Nonne ſacrorum conciliorum, Romanorum pontificum, probatorumq́ue doctorum codices his prohibitionibus pleni ſunt, vt videlicet pro rebus ſpiritualibus & Eccleſiaſticis nihil antè vel pòſt ab inuito exigatur? hoc fecimus, hoc ſtatuimus. Conqueratur ergo qui vult, ſi tamen iuſtè id poſſit, de illis, qui talẽ nobis legem dederunt, quorum decreta renouauimus, non noſtra fecimus. Quis ergo iam dicere audebit, ſedem Apoſtolicã aut alias per hoc tam ſalubre & neceſſarium ſtatutum depauperatas & læſas fore? imo rectiùs dicet, qui ratione vtitur, honeſtatas expolitasq́; , & ad decorem priſtinæ formæ redactas. Secundò verò ab omni calumnia noſtrum decretum euidenter defenditur. Per ipſum enim non interdicitur, quin pro vitæ ſuſtentatione, alijsq́; Eccleſiæ neceſſitatibus, ſummus pontifex aliarumq́; eccleſiarum epiſcopi charitatiuum ſubſidium indicere, decimam ſeu aliam quotam imponere, fructusq́; aliquorum beneficiorum ad tempus reſeruare, vel alias ſubuentionum ſpecies petere poſſint. Satis iſta eſſent, niſi & tertiam reddere promiſiſſem. quanquã autem ſic decretum ſit, & benè decretum, non tamen adhuc auditum eſt, quòd hæc ſancta ſynodus nolit ſedis Apoſtolicæ dignam & competentem facere prouiſionem: imo hoc per ſuos oratores iampridem nunciauit & pollicita eſt, ſi tamen obſeruantiæ decretorum ſynodaliũ, vt dignum eſt, rationem habuerit: & veluti in corpore naturali reliqua mẽbra ſuo capiti neceſſaria prouident, vt vitę & ſuſtentationis influxus ab illo in ipſa deſcendant: ſic quidem æquum eſt & rationi conſonum, vt Eccleſiæ per orbem diffuſæ, ſummo pontifici ſuisq́; paſtoribus indigentibus, vt ab his ſalubriter regantur & gubernentur, neceſſariam ſubuentionem porrigant. Nihil autem ad bene regendam conſeruandamq́ue Eccleſiam æquè vtile & neceſſariũ eſt, quam vt ſynodales canones, quos à Spirituſancto dictatos credimus, nõ negligantur aut contemnantur. Illud autem ſilentio prætereundum nõ eſt, quòd nec beato Athanaſio, nec beato Ioanni Chryſoſtomo, nec beato Thomæ Cantuarienſi per Romanos pontifices, nec pauperibus *Hieroſolymitanis* per beatum Gregorium de his annatis ſubuentum eſt. Neq; enim adhuc hęc vocabula in Eccleſia Dei audiebantur, neq; etiam alij ſancti epiſcopi præclara charitatis & pietatis opera de emolumentis ſigillorum explere conſueuerant. Ex his facile reſponſum patet ad ea, quæ primo loco vos domine Antoni explicaſtis: quoniam etſi pro vitæ ſuſtentatione & alijs iuſtis neceſſitatibus, paſtoribus Eccleſiæ ius commune, naturale, diuinumq́ue & humanum, prouiſionem facere iubeant, modum tamen iſtum nec illum, ſaltem pro ſemper, non præcipiunt. Illud autem conſtat, quòd quanto exactio aliqua plùs habet abuſus ſeu oneris aut ſcandali, vel maiorem ſpeciem mali, tanto ampliùs à iure naturali & diuino diſcrepat, quæ huic diebus noſtris vſitato modo exigendi annatas, admixta eſſe nec vos, nec quiſquam amicus veritatis inficiari poterit. Quanquã autem modus exigendi viitatus ſit in Eccleſia, ſi tamen oneroſus aut abuſiuus eſſe incipiat, nulli negare fas eſt, quin modum illum Eccleſia poſſit in alium leuiorem vel honeſtiorem conuertere. Ea autem quę pertinent ad vitæ ſuſtentationem ſeu vtilitatem aut neceſſitatẽ Eccleſiæ, quæ quidem de iura naturali & diuino eſſe fatemur, neq; abſtulimus, neque auferre licitum videtur: imo vt plùs dicã, etiã præter nonnullos ſuſtentandi modos, qui in iure ſtatuti ſunt, hæc ſancta ſynodus, vt prædictum eſt, ſummo pontifici prouiſionem facere obtulit, ſi & ipſe circa ſynodaliũ decretorum obſeruantiam animum, vt decet, inclinauerit. Quo verò ad ſuſpenſionem decreti poſtulaſtis, nulla ratione decere videtur, vt tam ſalubre decretum, conformeq́; per omnia legi euangelicæ & ſanctorũ patrum inſtitutis, ſuſpendi aut irritari debeat. Poſtremò vterq; veſtrũ prouiſionem ſufficientem ſedi Apoſtolicæ faciẽdam poſcit. Ad quod ſancta ſynodus reſpondet, circa hoc id deliberaturã, quod ſecundum Deum & rationem ſanctum viderit expedire: taliterq́; facturã, quòd nemo de ipſa ſynodo poterit cum ratione conqueri.

Datum Baſileæ in noſtra congregatione generali, tertio Nonas Nouembris, Anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquinto.

EPISTOLA AD EVGENIVM PApam, quòd pro vnione Græcorũ non decet in Conſtantinopoli ſynodum celebrare.

SAcroſancta, &c. ſanctiſſimo domino Eugenio papę Quarto. Veniẽs ad nos dilect⁹ Eccleſię filius Chriſtophorus Garathonis orator veſter, expoſuit huic ſanctæ ſynodo ſerioſe ac diſcretè ea, quæ apud Conſtantinopolim egerat. quibus per ſacras ipſius ſanctę ſynodi deputationes plenè matureq́; diſcuſſis, ac conſideratis omnibus quæ in tanta re attendenda ſunt, viſum eſt honori huius ſacri concilij ac ſanctitatis veſtræ, Imperatorisq́; & patriarchę Conſtãtinopolitani, ipſius quoq; executioni multo magis expedire, vt capitula apud hãc ſanctam ſynodum, primò tam ſolenniter concluſa, nomine vniuerſalis Eccleſiæ ipſiusq́ue Impe-

Imperatoris & patriarchæ per eorũ ambaſiatores plenum deſuper habentes mandatum, quibus poſteà ſanctitas veſtra expreſſum prębuit aſſenſum, amplecti potiùs, quã ſecunda apud Conſtantinopolim conuenta debeamus, prę ſertim cùm ipſi Græci tam primi quàm ſecundi ambaſiatores, ſępenumerò profeſſi ſint, ſine vniuerſali ſynodo hanc vnionem fieri nequaquam poſſe: nec factã, diu durare poſſe. Quòd ſi quiſquam dixerit, ſatis eſſe, ipſos eam, exiſtimare futuram ſynodum vniuerſalem, licet nos particularem ſeu regionalem cenſeamus, iudicet vnuſquiſq; quãtùm hoc expediat, & quem finem res habitura ſit, ſi ad tollendas diſcordias præcedentes, nouam ſuperinducamus diſcordiam: & de ipſa ſynodo quæ fundamentũ huius rei eſt, varia atq; diuerſa hinc indè cenſeantur, neque illud viſum eſt expedire, vt certitudo fidei catholicæ, qua nihil firmius atq; certius apud Eccleſiam eſſe poteſt, quaſi per compromiſſum quoddam in legato vel legatis, & alijs ex parte Grę corum conuenientibus, remitti debeat, vt quod illi ſuper differentijs, quæ inter nos & Græcos fidem ipſam tangentibus, concorditer deliberauerint, id per totam Eccleſiam ratum habeatur: nec etiam vllo pacto viſum eſt, vniuerſalem ſynodũ hoc tempore apud Conſtantinopolim in faucibus Turcarum ſitam, potiùs quàm apud terras, quę Romanæ Eccleſię vnitatem tenent, celebrari debere. Super quibus tam ipſe Chriſtophorus, quàm oratores noſtri, mox ad ſanctitatem veſtrã venturi, eandẽ pleniùs & latiùs & certificabunt.

Datum Baſileę tertio Nonas Maij, Anno à natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquinto.

RESPONSIO SACRAE SYNODI, quòd poſſet Concilium condere indulgentias plenarias pro vnione Græcorum: quod oblatio papa, quo ad acceptationem decretorum, non eſt ſufficiens: nec agendum eſſe modò de mutatione Concilij.

SAcroſancta, &c. ad futuram rei memoriã. Cuperet hæc ſancta ſynodus vobis dilectiſſimis Eccleſię filijs N. tituli ſanctæ Crucis in Hieruſalem, & Ioanni tituli ſancti Petri ad Vincula presbyteris Cardinalibus, legatis ſedis Apoſtolicæ, tam iocundo animo reſponſum facere, quàm læto veſtrum pręſtolatur aduentum, putat aduenientibus, vobis non dolendi aut conquerendi de ſanctiſſimo domino Eugenio cauſam, ſed gratias eidem agendi tribui debere. Sperabamus etenim tantę dignitatis viros ea ſecum deferre, quæ nos meritò conſolarentur: & talia vobis eſſe commiſſa, per quæ pijs iuſtiſq; ſacri Concilij deſiderij ſatiſfacere poſſetis, prę ſertim cùm tam crebro & inſtanter oratoribus atq; literis noſtris ipſe ſanctiſſimus dominus Eugenius requiſitus extiterit, prout ipſi noſtis, & eo potiſſimè, cùm non niſi ſancta & rationabilia à ſua ſanctitate efflagitarentur. Ad quæ quidem non ſolùm pro vniuerſalis Eccleſiæ reuerentia, cuius decretis & monitionibus quiſq; mortalium parére tenetur, ſed & pro ſua tam ſolenni pollicitatione in literis adhæſionis facta, flecti vltrò debuiſſet. Quod & ſi illorum ſanctorum operũ, propter quæ hoc Concilium congregatum eſt, ſua ſanctitas prout in procemio veſtræ ſchedulæ nuper oblatæ exprimitis, felicem conſummationem deſiderat, cur verbis facta compenſans, decreta reformationis, pro qua præcipuè hæc ſynodalis congregatio facta eſt, nõ ſeruat: & vt ſeruet, toties requiſitus, tandiu differt? Si verum eſt quod initium veſtræ ſchedulæ continet, & in ſecundo articulo repetitur, cur ea quæ nos & Eccleſiam conturbant, de medio non tolluntur? Quanquam multa per ipſum facta ſint, quæ nos meritò contriſtãt, videntes ex ſynodalium tranſgreſſione decretorum multa in Eccleſia Dei orta eſſe, & grauiora indies ſcandala oritura: Nihilominus præteritorum libenter obliuiſceremur, ſi iã poſt tot requiſitiones & monitiones talia inſpiceremus, per quæ & præterita repararentur, & in futurũ ſpes foret, hanc ſummi pontificis intentionem aliquando opere compleri, humana intentio, niſi per opera, hominibus conſtare non poteſt. Quomodo perſuaderi rebus ſic ſtantibus nobis poteſt, talẽ eſſe ſummi pontificis intentionem, cùm quotidiè opera diſſimilia videamus? Nam poſt veſtrum à ſua ſanctitate receſſum, nonnulla admodũ grauia contra decreta & perſonas huius ſacri Concilij ac ſententias etiam cõciliariter latas, facta eſſe didicimus. Sed nec mediocriter miramur, quòd cùm non ſolùm in decretis de electionibus & annatis cõſiſtat Eccleſiæ reformatio, nec ſuper his ſolùm, ſed ſuper omnibus concernentibus capitis & membrorum Eccleſiæ reformationem, ſuam ſanctitatem ſæpenumerò manſuetiſſimè exorauerimus & requiſiuerimus, ipſe ſuper his duobus duntaxat reſponderit, nec ſuper his quidẽ ſufficienter. Nam circa decretum de electionibus ambiguè, circa verò decretũ de confirmationibus & prouiſionibus dignitatum & beneficiorum & adminiſtratione rerum ſpiritualium ſine exactione faciendis, conditionaliter reſpondet: & tali quidẽ conditione, quæ (ſicut in veſtræ literis facultatis cõtinetur) tam difficilis eſt, vt penè impoſſibilis iudicetur. In decreto enim de electionibus offertis, ſuã ſanctitatẽ velle

expe-

expectare electiones. quid ſi à proximo ſuperiori ordinario coofirmatio alicuius electionis iuxta diſpoſitionem iuris communis petatur, nunquid ordinarios ſuo iure liberè vti permittet, ſicut ſacri canones ſtatuunt? Quo verò ad decretum de annatis, decuiſſet magis ſuam ſanctitatem, decretum hoc liberè obſeruare ac ſeruari facere, quàm conditionem adijcere, iuxta ſanctorum patrū inſtituta ac decretum ſacri Concilij Conſtantienſis, diffiniens omnem hominemque, etiam papalis dignitatis, decretis & mandatis Conciliorumque generalium parére debere in his, quæ pertinent ad fidem, extirpationem ſchiſmatis, ac reformationem Eccleſiæ in capite & in membris. Et cùm huiuſmodi decretum de annatis, conforme per omnia ſit decretis ſanctorum patrum, ſanctè faceret, ſi verbis vteretur Beati Leonis, dicentis: Ideo permittente domino paſtores hominum ſumus effecti, vt quod patres noſtri ſiue in ſacris canonibus, ſiue in mundanis affixere legibus, excedere minimè debeamus. Contra ſanctorum quippe ſaluberrima agimus ſtatuta, ſi quod ipſi diuino ſtatuerunt conſultu, intactum non conſeruamus. Congruentius ergo fuiſſet, decretum ipſum tam ſalubre ſuſcipere, & poſteà ab Eccleſia prouiſionem poſtulare, quam ſecundum indigentiam facere non recuſamus, præſertim ſi ſuam ſanctitatem ad obſeruantiam reformationis videamus efficaciter diſpoſitam, quæ quidem prouiſio iam facta eſſet, niſi ex parte ſuæ ſanctitatis ac ſuorum, quædam contigiſſent, quæ hanc prouiſionem diſtulerunt. Illud autem quàm difficile ſit, quod per omnes nationes & prouincias prouiſio hic decernenda, cùm acceptetur iuxta facultatum veſtrarum tenorem, voſipſi iudicetis. Nam ſi vna minima prouincia difficultatem in acceptando talem prouiſionem fecerit, tunc decretum hoc ſeruare non volet. Quod quā abſurdum ſit & quàm proliaum, habere omnium prouinciarū mundi conſenſum, vos ipſi optimè recognoſcitis. cum ergo decretum hoc ſanctum ſit & rationabile, ſeruari meritò ab omnibus ſine difficultate debet. Quòd ſi quis poſteà prouiſioni per hoc ſacrum Concilium decernendæ obtemperare recuſauerit, poterit ſua ſanctitas authoritate Apoſtolica & vniuerſalis Eccleſiæ per iuris remedia tales compeſcere. Sed ſi fortè cōtingeret, quod non arbitramur, huiuſmodi prouiſionem per Concilium non decerni, nónne tam ſua ſanctitas, quàm prælati, per multos honeſtos modos in iure communi deſcriptos, à ſuis ſubditis in vrgente neceſſitate ſubſidia obtinere poterunt? Quomodo * enim adinuentionem annatarū, & aliorum abuſuum per decretum ſublatorum, ſummi pontifices & prælati ſe ſuſtentabant? Ea quæ in ſecundo articulo continentur, de intentione ſuæ ſanctitatis in omnibus ſanctis, iuſtis & rationabilibus petitionibus & ſibi poſſibilibus, complacendi & ſatisfaciendi ſacro Cōcilio, magna laude & gratiarum actione digna ſunt, ſi ex animo prodeunt, quod tunc recognoſcemus, ſi ea quæ pro honore Dei & bono publico ſancta ſynodus ordinat, & ab eo ſeruari poſtulat, ſua ſanctitas more prædeceſſorum ſuorum non infringat, imitando Beatum Papam Gelaſium, dicentem, nullam magis quàm primā, ſedē ſtatuta vniuerſalis ſynodi exequi oportere. Meminiſſe ſuam ſanctitatem cupimus eorum quæ in ſua pollicitus eſt adhæſione, videlicet quòd ipſum ſacrum Concilium Baſileenſe cum omni deuotione & fauore proſequi intenderet, & deinceps à nouitatibus & grauaminibus ſeu præiudicijs inferendis ipſi ſacro Concilio vel ſuppoſitis eius & adhærentibus realiter & cum effectu deſiſteret. Sed prohdolor quotidiè contraria fieri audiuimus, & vſque nunc cum patientia tolerauimus, ſi fortè toties rogatus & obſecratus deſiſtat. Hæc certè non ſolùm dum fiunt, moleſtè ferimus, ſed cùm neceſſitas referre nos compellit, dolore afficimur. Quis enim non doleat, quòd ſumma ac ſaluberrima Conciliorum authoritas hoc tempore ita depereat & contemnatur? Quomodo & nos illud ampliùs tolerare poſſemus aut debemus, vt quos hæc ſancta ſynodus iuſtis ex cauſis excommunicat, ipſe abſoluat: & quos nos abſoluimus, ſua authoritate excommunicentur? non hoc ſonant ſuæ adhæſionis literæ. Non ita agebat ille beatiſſimus Papa Gregorius, cuius in explanandis ſcripturis Spiritus ſanctus irradiabat intellectum. Is de vniuerſalibus Concilijs inquit: Cunctas verò quas præfata veneranda concilia perſonas reſpuunt, reſpuo: quas venerantur, amplector: quia dum vniuerſali ſunt conſenſu conſtituta, ſe & non illa deſtruit, quiſquis præſumpſerit abſoluere quos ligant, aut ligare quos abſoluunt: quiſquis ergo aliud ſapit, anathema ſit. Nos non aliud optamus, niſi vt ſic agat, quòd vera charitas inter hoc ſacrum Concilium & ſuā ſanctitatem illibata ſeruetur. Quomodoque ſperare poſſumus ſuam ſanctitatem, finito Cōcilio, eius decreta inuiolata ſeruare, & ab alijs pro ſuo officio ſeruari facere, niſi antè cum effectu reparet, quæ contra decreta ac perſonas huius ſacri Cōcilij geſta ſunt? nullatenus hæc ſancta ſynodus contentari, aut ſilentio præterire, nec de ipſo huiuſmodi ſpem in futurum concipere poterit. Tertius veſtræ ſchedulæ articulus duo continet: primum, vt de eligendo ſine mora locum Concilij pro aduentu Græcorum, ad quem ſua ſanctitas commodè accedere poſſet, cùm neceſſaria ſit eius præſentia. Secundò, de transferendo Concilium ad locum illum, & ibidem de pecunijs prouidere. Quo ad primum, ſacrum Concilium negocium hoc

for. * enim ante

ità maturè diſponet, quòd in eligendo loco nihil committetur negligentiæ, nec incaſſum labi tempus permittet. tempore autem opportuno talis electio fiet, quòd à nemine redargui poterit, ad quem quidem omnes de Eccleſia Latina commodè poterunt proficiſci, præſentiam autem ſuę ſanctitatis ibidem nos etiam plurimum deſideraremus.

Et cùm etiam ipſe ſuam præſentiam neceſſariam fore cognoſcat, ſperamus quòd illam nulla ratione in tanta fidei cauſa, qua nulla poteſt eſſe maior, ſubtrahere debebit. Quàobrem tempore debito & ſuam ſanctitatem & alios Eccleſię prælatos, vt in loco Concilij eligendo aſſint, cum omni diligentia rogabimus & conuocabimus. Nec credendum eſt, quòd quiſquam illuc proficiſci recuſaturus ſit, quò viderint Græcos tam procul & de tam vltramarinis partibus accedere, & præſertim Patriarcham Conſtantinopolitanum ſenio & valetudine graui confectum: qui videndæ vnionis deſiderio pollicitus eſt, etiam ſi ſuper humeros hominum deferri oporteat, ibidem cõuenire. vtinam ipſe ſummus pontifex ſe taliter exhibuiſſet, & ſaltem nunc ſe exhiberet, quòd circa bonum eligendum, etiam ſuæ ſanctitati meritò gratum, certiùs reſpondere poſſemus. Circa verò tranſlationem reminiſci vos volumus, quòd ſolenni decreto obligati ſumus vſque ad certum tempus hic permanere, vndè ante illud ſine nota ac periculo rupturæ tractatus Bohemorum, & interruptionis reformationis in qua laboramus, transferri non poſſet. Et cùm in tempore tranſlationis Imperator & Patriarcha in loco Concilij conuenturi ſint, meritò ante tranſlationem pecunias reperiri neceſſitas compellit. Pro eo autem quòd ſua ſanctitas cùm ibidem fuerimus, omnes pollicetur fauores poſſibiles, meritò ſuam ſanctitatem commendamus: Et quidem nulla in re vtiliùs bona Eccleſiæ exponi poſſunt, quàm in hac, vbi de ſalute agitur innumerabilium animarum, & de fide catholica augenda & conſeruanda. Optimus enim theſaurus eſt, qui operatur hoc quod ſanguis Chriſti operatus eſt. Ad quartum articulum de indulgentijs aliàs noſtri deputati plenè vobiſcum conferentes, probantesq́; hunc modum fore conuenientem atq; idoneũ, & in eiuſmodi rebus vſitatum, vos noſtro nomine cum charitate & humilitate magna deprecati ſunt, vt nomine ſedis Apoſtolicæ iuxta literas facultatum veſtrarum in his promulgandis indulgentijs intereſſe & concurrere velletis, quatenùs cunctis innoteſceret, omnia Eccleſiæ negocia, & præſertim huius reductionis Græcorum, concordi atque vnanimi Eccleſiæ conſenſu procedere: & ne quis diſſidij rugam inter nos, qui alios ad vnitatẽ reducere cupimus, eſſe ſuſpicaretur. vos autem tunc aliud non poſſe, quàm quod in ſchedula ipſa continetur, reſpondiſtis, dicentes aliud in mandatis non habere, quod quidem durum & triſte fuit nobis audire. Interrogati etiam à prędictis deputatis, an literas Apoſtolicas aliquarum indulgẽtiarum per eum modum, quem in ſchedula obtuliſtis, ipſe ſummus pontifex vobis dediſſet Concilio pręſentandas, reſpondiſtis nullas apud vos habere, ſed opus eſſe vt ad Papam denuò mitteremus. Nos animaduertentes ſummam & in promptu, vt ipſi fatemini, pro pecunijs reperiendis imminere neceſſitatem, & omnem dilationem admodum eſſe plenam diſcrimine, conſiderantesq́; quod per decem menſes inſtanter ſuper hoc Papa exoratus & requiſitus fuerit, requiſitis tãdem vobis, vt vnà nobiſcum in tam ſancto negocio (vt prædictũ eſt) concurreretis, authoritate vniuerſalis Eccleſiæ quæ in Concilijs vniuerſalibus adeſſe non dubitatur, in nomine Domini qui dixit: Vbi duo vel tres conuenerint in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorũ: & de quacunque re cõſenſerint ſuper terram, fiet illis à patre meo qui eſt in cœlis: & quæcunq; alligaueritis ſuper terrã, erunt ligata in cęlo: & quæcunq; ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo: ad ipſas indulgẽtias promulgandas proceſſimus. Ex parte igitur noſtra quicquid modeſtiæ & honeſtatis, interpoſito magno temporis interuallo, adhibitis etiam multis precibus, fieri potuit, factum extitit: etiam nunc magnoperè optaremus, literas Apoſtolicas ſuper huiuſmodi indulgentijs exhiberi, vt nihil diſcordiæ in Eccleſia Latina notari poſſet: quas, ſi ipſe ſummus pontifex illud haberet propoſitum ſatisfaciendi & complacendi ſacro Concilio, iam huc deſtinare deberet, cùm tantùm ab oblatione veſtra temporis effluxerit, quòd vel nunc, vel infra paucos dies commodè tranſmitti poſſent. Et quoniam in ipſo articulo dicitis, quòd modus indulgentiarum pro ſubſidio Græcorum reperiendo, nõ videtur pluribus conueniens, opportunum fore arbitramur aliqua his ſcriptis adijcere, vndè pateat modũ hũc minimè calumniari debere. In primis quicunq; illi ſint, æquiùs agerent, ſi more ſanctorum patrum deliberationi vniuerſalis Eccleſiæ iudicia ſua ſubmitterent. Hæc ſancta ſynodus nõ repentè, ſed matura & digeſta conſultatione habita, hunc modũ eſſe valdè conuenientẽ iudicauit: de quo ſi quis hæſitet, ad ea q́ temporibus patrum noſtrorum fieri cõſueuerũt, reſpiciat. Nónne cùm paſſagium generale pro recuperatione terræ ſanctæ indictum fuit, proq́; alijs magnis Eccleſiæ neceſſitatibus, indulgentiæ generales conceſſæ ſunt? Nónne ex proximis annis bis aut pluriès pro extirpãda hæreſi Vuickleffiſtarum, modis idoneis id ipſum actũ eſt? Si ergo pro illis hic indulgentiarũ modus idoneus iudicatus eſt, cur & nũc pro reductione Græcorum, qua nihil fortè poteſt dici

Matt.18.

maius,

maius, non cenſebitur conueniens? Quòd & ſi pro reparatione pontium ac villarum exuſtarum, ſummi pontifices & ipſe modernus ſummus pontifex, etiam ad inſtantiam priuatarum perſonarum, plenarias conceſſerunt: cur & nunc inſtante Eccleſia, ſit tanta dilatio, nec ſolùm ad reperiendum ſubſidium, ſed pro ſalute innumerabilium animarum, quæ manus porrigentes adiutrices, vigore iſtarum indulgentiarum Deo reconciliabuntur? Modus iſte meritò conueniens atque idoneus exiſtimandus eſt. Obiectio autem illa de guerris Chriſtianitatis, non videtur ſufficiens, cùm & alijs temporibus vigentibus guerris & fortè maioribus, conceſſas eſſe, & nunc concedi per ſuam ſanctitatem manifeſtum ſit. Nec modus iſte cuiquam Chriſtiano neceſſitatem imponit, ſed allicit, vt ſpe præmij ſpiritualis de bonis à Deo collatis modicum aliquid contribuat tam moderatè, quòd nulli quidem difficile videri poſſit. imò & tempore guerrarũ quo pluribus criminibus irretiri homines ſolẽt, conuenientior hic modus videtur, vt omnes homines de contritione & pœnitentia cogitantes, faciliùs à guerris ipſis deſiſtant. neq; his concedendis indulgentijs illud obſtat, quod ad tantum opus ſufficere non credantur. Ita enim dici poſſet de alijs modis, ſi opponerentur. ſed excogitati ſunt cum indulgentijs iſtis etiam & alij modi, quos tempore ſuo exequemur. Demum obtuliſtis, ſuam ſanctitatem, vt videatur morem gerere huic ſacro Cõcilio, paratam eſſe authoritate Apoſtolica & iuxta obſeruantiam ſanctorum patrum ac ritũ in vniuerſali Eccleſia hactenus obſeruatum, plenarias indulgentias publicare ſacro approbante Concilio. Certè decuiſſet, cùm ſe ita paratum dicat, vt ſua ſanctitas quę tãdiu ſuper hoc fuerat requiſita, tales literas vobis tradidiſſet huic ſanctæ ſynodo præſentandas. Quantam autem admirationem nobis præbeat, imò & multis ſuſpicionem, vos forſitã & audire potuiſtis. Primò ipſe requiritur per oratores noſtros, ipſe reſpondet & nobis reſcribit, quòd per Generalem Camaldulenſem & dominum Antonium ſuos oratores, ſuper hoc intentionem ſuam ſacro intimabit Concilio. Hi duo offerunt, ſuam ſanctitatem, cùm erit certitudo aduentus Græcorum, velle in indulgentijs vel in alio modo cum Concilio conuenire, & omnes fauores poſſibiles præſtare. Mittitur etiã poſteà dominus Leonardus ad dilectum Eccleſiæ filium cardinalem ſanctæ Sabinæ ſuum præſidentem, quòd in negocijs concernentibus ſacrum Concilium, intendit ſequi ſuum cõſilium. Ipſe cardinalis hoc nobis intimato, remittit dominum Leonardum, conſulens, ſatisfacere ſuã ſanctitatem debere ſacro Cõcilio in petitione indulgẽtiarum & alijs ad commune bonum ſpectantibus. Sperabatur, ipſum dominum Leonardũ infra menſem cum dimidio reuerti debere, ſed adhuc non comparet. Sed poſt ſex menſes deſtinauit vos, legati. veniunt noua & nuncij tam ad ipſum ſummũ pontificem, quàm ad nos de certitudine aduentus Græcorum. Exoramus & requirimus vos, vt deſiderio Cõcilij circa indulgentias ſatisfaciatis. Reſpondetis, nos mittere debere iterum ad Papam qui hoc faciet. Quid ſibi velint tot dilationes ac circuitus, magis volumus admirari ac dolere, quàm temerè aliquid ſuſpicari aut iudicare. ſaltem vt prædictum eſt, vel iam, vel infra paucos dies huiuſmodi literas venire, & opere intentionem ſuam complere opus eſt, vt verum eſſe cognoſcamus, de quo plurimùm gaudebimus, ipſum morem velle ſacro Concilio gerere. Ad obſeruantiam verò ſanctorũ patrum & ritum Eccleſiæ, ipſi deputati aliàs reſponderunt, rectè quidẽ. Nam in illis octo primis vniuerſalibus Concilijs, & in reliquis in quibus ſummus pontifex non per ſe, ſed per legatos interfuit, omnia quæuis, ſiue deciſionem fidei, ſiue condemnationes & anathematizationes hæreticorũ, ſiue ligandi & ſoluendi poteſtatem, ſiue reformationem Eccleſiæ, ſiue alia quęcunque eccleſiaſtica communia aut priuata negocia concernentia, ſuo nomine ſynodi facta, ſancita & promulgata ſunt. Cur ergo alius modus in hac re modò obſeruandus ſit, nulla ratio dictat. Si ſua ſanctitas hîc perſonaliter adeſſet, non diffitemur quin ipſe loqueretur pro omnibus, quemadmodùm fieri ſolitum eſt, vt vnitas deſignetur Eccleſiæ. Et vt ad recentiora veniamus, & ad hanc ſpecialiter indulgentiarum cauſam, proximum generale Concilium Senenſe, quod in foribus Romanæ vrbis erat, in quo felicis recordationis Martinus reſidebat, ſub his verbis has plenarias indulgentias conceſſit: Sacroſancta generalis ſynodus Senẽſis, in ſpiritu ſancto legitimè cõgregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans &c. ſtatuit, quòd quicunq; capientes hæreticos, & in poteſtatem ordinariorum vel inquiſitorum hæreticæ prauitatis effectualiter ponentes, vel ad eos quos retinere vel capere non poſſent, de eorum territorijs omnino expellẽtes, aut bannientes, ſeu etiam requiſiti brachium ſeculare contra tales præſtantes, eam indulgentiam conſequantur, quæ dari conſueuit proficiſcentibus in ſubſidiũ terræ ſanctæ. Hanc autem, quæ in ſubſidium terræ ſanctæ dari conſueuit, plenariam fore nemo eſt qui neſciat. nec quidem ex tali decernendi modo, quem vniuerſalia ſeruant Concilia abſente Papa, quicquam authoritati ſedis Apoſtolicæ deperit. In omnibus enim ſynodalibus ſanctionibus, ſemper prima & potiſſima refulgeat illius ſanctæ ſedis authoritas, ac deinde patriarcharum & antiſtitum, totiusque Eccleſiæ vniuerſalis, quam generalia Con-

Ex Cõcil. Senenſi ſub Martino V.

Baſileẽſes primam authoritatem tribuunt Romanæ ſedi.

Concilia legitimè congregata repræſentant. Et eſt prætereà omnibus conſentientibus Apoſtolicis præſidentibus, hic ſynodaliter ordinatum, vt in hoc Concilio, cùm Papa ſit abſens, omnia ſub nomine & bulla huius ſacri Concilij expediri debeant. Quod poſtremò dicitis de pecunijs ex indulgentijs colligendis, vt fideliter conſeruentur, & ad aliũ non exponantur vſum, gratiſſimum nobis eſt, & id ipſum huic ſanctæ ſynodo cordi eſſe, ex modo qui in literis indulgentiarum atq; inſtructionibus executoribus huius negocij dandis, continetur, ſatis euidẽter cõijcere poteſtis. Nihilominùs, ſi quem meliorem modum conceperitis, non renuimus? imò contenti ſumus, vt vos vnà cum alijs ſacri Cõcilij deputatis, curam pręcipuam habeatis, quatenùs pecuniæ hinc colligendæ, ad hunc duntaxat vſum fideliter exponantur. Vt autem ſyncera huius ſacri Cõcilij intentio tàm vobis quàm omnibus innoteſcat, offerimus vt hi qui aliâs fuerunt deputati, vel alij mox deputandi, confeſtim ac practicẽt vobiſcum omnem honeſtam & rationabilem viam concordiæ. Datum Baſileę in congregatione noſtra generali, quinto idus Maij, Anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſexto.

EPISTOLA SYNODALIS Reſponſiua ad inuectiuam factam ſub nomine Eugenij Papæ contra ſynodum Baſileenſem, ſuper materia citatoriũ eum vocantis ad iudicium ſynodale.

SAcroſancta &c. vniuerſis Chriſtifidelibus ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem. Eccleſiam ſuam Chriſtus Deus noſter tanta firmitate ſtabilire dignatus eſt, vt etſi fluctibus ac turbationibus mundi huius agitetur, nequaquam tamen deijciatur aut vincatur: imò nec portæ inferi præualebunt aduerſus eam. Fundata eſt quippe ſupra firmam petram, petra autem erat Chriſtus, qui ait: Ego vobiſcum ſum vſq; ad conſummationem ſeculi. Poteſt quidem homo particularis deficere & errare, atque in æternum condemnari. & nemo ſcit, vtrùm odio dignus ſit vel amore. Sed hoc certiſſimum eſt, Eccleſiam nunquã deſeri à Chriſto, nec eius gratia aut dilectione priuari, neq; ipsũ ſanctum ſpiritum deeſſe congregationi fidelium, quin aliquos ſemper amatores Dei conſtituat, cùm veritas dixerit: Ego rogabo patrem meum, & alium paracletũ dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum. Speciali autem quadam aſſiſtentia congregatos in nomine ſuo dignatur Chriſtus Dominus, qui ait: Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum. quod maximè ſynodis vniuerſalibus conuenire declarauit octaua ſynodus Conſtantinopolitana, dicens: Quis neſciat quòd in medio ſanctæ huius & vniuerſalis ſynodi fuerit incõprehẽſibilis & incircunſcriptus Chriſtus ac Dominus, qui dicit: Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum? Hinc eſt quòd naſcentibus hæreſibus, creſcentibus deformitatibus, ad Conciliorum generalium ſoliditatem recurſus habetur, vt indè & fidei determinatio, & omnis vitæ actioniſq; norma prodeat. Sed id quam maximè neceſſarium fore compertũ eſt nouiſſimis noſtris tẽporibus, cùm ampliùs diminutæ ſunt veritates à filijs hominum, cùm rariùs inuenti ſunt viri ſanctitate præſtantes, quorum vita exemplaris toti gregi dominico ſeſe formã exhiberet imitandam, cumq; varia ſchiſmata & deformitatum inſolita magnitudo gregem dominicum acriùs inuaſerunt, fauente quoq; diuina miſeratione, ad horum repreſſionem ſynodus Conſtantienſis coadunata extitit, quæ modum & ſeriem agendorum deinceps Conciliorum præſcripſit. Et ne fieret ſchiſma vlteriùs in corpore, ne qui proprio ſenſu ductus, aut propriæ innitens prudentiæ, ſe ab illis ſegregaret quæ eſſent vniuerſali conſenſu conſtituta, eſſetq; ſic in Eccleſia vnitas & pax optima, omnibus idẽ ſapientibus, declarauit eadem ſancta ſynodus Conſtantienſis quemlibet fidelium, cuiuſcunq; dignitatis, etiam ſi papalis exiſtat, teneri obedire in his quæ in pertinentibus ad fidem, extirpationem ſchiſmatis & reformationem Eccleſiæ in capite & membris, vniuerſalis ſynodus ſtatuiſſet, ſequens in hoc & Chriſti doctrinam: qui cùm dixiſſet Simoni Petro, Dic Eccleſiæ: ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus, ſubiunxit: Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo. Exempla quoq; beatiſſimorum Apoſtolorum imitantur, qui quod communi conſilio ſtatutum erat & ordinatum, id obſeruare & exequi cum omni promptitudine ſatagebant, ſicuti de Petro & Ioanne miſſis à Concilio primitiuæ Eccleſiæ, diuina ſcriptura teſtatur. Et ſi qua ſuper hac obedientia vnanimiter à cunctis Concilio præſtanda, quæſtio verſari videbatur, huius rei dubietatem ſynodus ipſa Conſtantienſis amputauit. Quicunque hanc fidei regulam ſequuntur, pax ſuper illos, vnitaſque eccleſiaſtica in ipſis conſeruatur veraciter. Sicuti autem in ipſo Conſtantienſi Concilio præfinitum erat, ac etiam Senenſi, hæc ſancta vniuerſalis ſynodus Baſileenſis tempore ſtatuto congregata extitit: quæ ſalutem publicam indefeſſa proſequens ſolicitudine, primùm de pacificando regno Bohemiæ tunc miſerabilibus diuiſionibus agitato, quarum incendia in regiones non modo finitimas, ſed & longinquas euadere timebantur, vigilantem impendit operam. De pacificandis quoque regnis

ac pro-

Marginal notes:

Matt. 16. Matth. 7. 1. Cor. 10. Matt. 18.

Eccle. 9.

Ioan. 14.

Matt. 18.

Sed huic ſynodo nõ defuit authoritas & aſſẽſus Romani Pontificis.

Pſal. 10.

Iſtud ſemper vrgẽt Baſileẽſes vt ipſis obediat põtifex, non ipſi Põtifici obediant.

Matt. 18.

Sed hæc ſpecialiter dicta ſunt ipſi Petro alio loco.

Acto. 8.

ac prouincijs & moribus hominum reformandis, maximo ſtudio tractare cœpit. Sed heu felicibus illis initijs quanta turbatio, quãta calamitas intecta ſit, quis ſine lachrymis & gemitu referre poſſit? quam & perpetuo ons optaremus contegere ſilentio, niſi quædam epiſtola ſub nomine domini Eugenij Papæ Quarti, ouper vniuerſis directa fidelibus, iſtæc commemorans, nos compelleret infandum reuocare dolorẽ, qui & proceſſum huius ſanctæ ſynodi ab eius primæuis oppugnans exordijs, nos veritatẽ rerum geſtarum io memoriam hominum reducere vrget, & hanc ſanctam ſynodum in manifeſtatione veritatis, velut Apoſtolus loquitur, commendate ad omnem conſcientiam homioum coram Deo, vt ſuper omnia vincens veritas cunctis appareat, & coram omnibus viuentibus luceat ſyncera noſtra intentio in gloriã eius, in cuius nomine congregati ſumus. Siquidem ſynodum ipſam proſequendæ vnioni Bohemorum, & alijs ſanctis operibus multa cum diligentia incumbentem, vehementi flagello prætenſæ diſſolutinnis dudum concutere cœpit dominus Eugenius, & ſeſe ab ipſius Eccleſiæ corpore & vnitate diuidere. quæ quidem diuiſio, radix fuit & otigo malorum, quæ Eccleſiam Dei vexârunt, & nunc cum maioribus renouantur incrementis, pro cuius diſſolutionis reparatione quantos labores duobus annis & ampliùs pertulerimus, orbis ipſe cogooſcit. Sed & principes Catholici tantum malum diuiſionis illius abhorrentes, inſtaotiſſimè laborârunt, vt ipſe dominus Eugenius purè, ſimpliciter & cum effectu adhæreret: quod & fecit, diſſolutionem ipſam irritam & manem confitendo, declarans & decernens hoc Baſileenſe Concilium à tempore ſuæ inchoationis legitimè continuatum fuiſſe & eſſe, proſecutionemq; ſemper habuiſſe, contiouari ac proſecutionem habere dẽre, ac ſi nulla diſſolutio facta fuiſſet: deinceps quoque à nouitatibus & grauaminibus ſeu præiudicijs ioferẽdis ipſi ſacro Concilio, vel ſuppoſitis eius & adhærẽtibus eidem, realiter & cum effectu deſiſtere ſe affirmans. Sperabat iam hęc ſancta ſynodus decætero cum pace cuncta peragere, oec Eccleſiæ voitatem per receſſum ab ipſius ſyoodi obedieotia perturbari. vnionem Bohemorũ proſecuta extitit, regna & prouincias ad pacem excitauit, laborumque ſuorum in his rebus Deus omnipotẽs dignatus eſt fructus reddere glorioſos, ita vt regnum Bohemiæ io Eccleſiæ obedientia perſiſtens, ſub regimine chariſſimi Eccleſiæ filij Sigiſmundi Romanorum Imperatoris, ſelici tranquillitate lætetur: & principes plurimi, præſertim per Germaniam & Galliam, ad pacem & coocordiam reducti ſunt. Ioſuper eadem ſynodus pro ęterna homioum ſalute & vigentium deformitatũ repreſſione, ſalubria decreta & perutiles ordinationes edidit, formam electionum canonicarũ iuxta ſanctorum patrũ inſtituta reſtaurans, quibus prælati ſingularum eccleſiarum aſſumi deberent, vt reprimeretur ambitio, nec ſe homines ad primatus capeſſendos ingererent, ſed aſſumerentur, vt ait Apoſtolus, vocati à Domino tanquam Aaron. pariter quoque Romanis pontificibus decætero eligendis modum aptiſſimum præſcripſit, numerum & qualitatem creandorum cardinalium ordinans, atque ſalutares regulas adijciẽs pro felici regimine ipſius Romani Põtificis & ſuæ curiæ, ac etiam patrimonij terrarum & dominiorũ Romanæ Eccleſiæ pertinentium, quorum alienatiooem altero decreto fieri prohibuit. Cæterùm decreuit, ne in collatione vel prouiſione beneficiorom, prætextu vacantiarum vel alio quolibet, quicquam exigeretur: pacificis beoeficiorum poſſeſſoribus abſtulit turbationum ineeotiua. circa diuini cultus celebrationem, vitamq; & honeſtarem miniſtrorum, plurima ſalutifera diſpoſuit: modum, tempus & ordinem celebrandorum Coociliorum generalium, prouincialium & ſynodaliũ ordioauit. In Græcis præterea conuocãdis ad celebrationem ęcumenici Concilij, & proſecutiooem vnionis eorum, labores inoumeros & impenſas maximas cooſumpſit. ſed iorerea dum hæc aguntur, eccè rurſum multimoda per vniuerſam Eccleſiam exoritur turbatio, dum ipſe dominus Eugenius prohdolor factis & operibus ab hac ſancta ſynodo iterũ ſe disiungit. vnus eligitur in vacante eccleſia, ipſe alterum reſeruationibus inhærendo præficit. ſcandala, ſchiſmata, diuiſiones per eccleſias oriuntur. Vndè mirandum eſt, quo pacto miſſa eius capitula aſſerere audẽt, ipſum nunquam contra electiones canonicas venisse, niſi cùm iniquè celebratæ fuiſſent, ſiue de perſona ad beneficia minùs apta, aut ex qua poſſet veriſimiliter ſcandalũ exoriri: cùm nimis ootorium ſit, ipſum eccleſias, etiam priuſquàm prælati moriãtur, reſeruare, & vigore reſeruationum ipſarum, non expectatis electionibus, ipſis eccleſijs præficere paſtores. nec adhuc apparuit, ipſum aliquam electionem expectatam, & debitè examinatam, ex cauſa euidenti publicæ vtilitatis vel neceſſitatis, ſicut prætendere videtur, reieciſſe. confirmationes quoq; electionum per metropolitanos & alios ordinarios factas aut fiendas, multipliciter perturbat. pecunia in beneficiorum & dignitatum collatione ioteruenire etiã more inconſueto aodita eſt, ita vt plerunque beneficia ipſa & dignitates non expediantur, oiſi pecunia realiter fuerit exhibita. Sed oec excuſare nititur à ſpecie Simoniacæ labis, quoniam vacantias aſſerit recipi licere, imò etiam oportere, io ſuſtentatiooem Romani pontificis & ſibi aſſiſtentium ordinum. Vt autem non

Marginal notes: 2.Cor.4. (beside "feſtatione veritatis, velut Apoſtolus loquitur"); Vtinam. (beside "ctus reddere glorioſos"); Heb.5. (beside "vocati à Domino tanquam Aaron"); Certè Pius 2. ſcribit Eugeniũ de multis falſo accuſatum: & pleroſque ab eo veniam petiſſe ob illatas iniurias. (beside "operibus ab hac ſancta ſynodo iterũ ſe diſiungit")

contentionis gratia, ſed veritatis & ſalutis, de hoc aliquid dicamus, ſi ſana doctrina ſapientum attentiùs perlegatur, vbi cum aliquo pactum initur vt pecuniam tradat, non aliter beneficium aut dignitatem habiturus, ibi ſpecies contractus non gratuiti conſpicitur interuenire. Nec ita lauari poteſt aquis excuſationum iſta pactio, vt à ſpecie Simoniacæ labis reddatur aliena. Hinc enim euenit, vt plurimi qui & Deo gratiores, & ſaluti animarum procurandæ vtiliores eſſent, qui pecunia carent, aut ipſam non aſſerunt, ad dignitates minimè aſſumantur. Hinc plerunq; accidit, vt & cupidi & ambitioſi, q ſe ipſos gradu ambito indignos reddunt, promoueantur faciliùs. Et vbi temporale commodum impellit animum ad deſerendum dignos promouendum indignos, quis illum à ſpecie labis Simoniacæ putum affirmabit? Sed & ex hoc contingere poteſt, vt Romani pontifices faciliùs inclinentur ad ſibi attrahendum collationes dignitatum & beneficiorum, electiones perturbandum iura * infirmorum impediendum, canones ſuper his editos ſub vmbra plenitudinis poteſtatis infringendum: quod fortaſſe non agerent, ſi non eſſet pecuniæ interuentus, ſed vnicuiq; ſuum relinquerent officium, & ipſi deſuper vigilarent, correcturi delinquentes, & maioribus intenturi. Sicque tunc Eccleſia optimè diſponeretur. & adhuc noſtris temporibus inoleuit, vt cùm vacat vna Eccleſia, fiant translationes plurimæ, per quas plurimę eccleſiæ vacare poſſint, ex quibus pecuniarum exactio magis & magis abundet: quæ quantùm eccleſijs & ſaluti animarum noceant, facilè eſt videre. Quis non intelligit hoc promouendi genus per interuentum pecuniæ, ex radice auaritiæ adinuentum, plùs fouendæ ambitioni, quàm animarum ſaluti, eſſe accommodum? Qui enim dignitates ambiũt, illi pecunias conquirere laborant, quarum ſuffragio gradum aſſequantur honoris. Hinc ſua vendunt patrimonia, hinc ſe fœneratoribus obligant: quibus poſteà ſatisfacturi, prædia, poſſeſſiones & caſtra eccleſijs pertinentia, interdum alienare coguntur. Hinc regiones variæ depauperantur & euacuantur pecunijs. Hinc prælati per annos plurimos ſuſpenſi à diuinis, ſæpenumerò hac tempeſtate viſi ſunt. Neq; hęc eſt primorum fructuum collectio, quæ beneficijs liberè expeditis aliquando colligi ſolebat: imò & ſi nunquam fructus illos prælatus ipſe ſit collecturus, ſi etiam infra triduum moriturus ſit, pecuniã ex patrimonio aut aliundè ſoluit, quæ nunquam deinceps reſtituitur. Non certe ſic patres antiqui annatas exegerunt, vel potiùs pecunias ſub nomine annatatũ, licèt fructus aliquos, abſq; hoc quòd pecunia in collatione interueniret, reſeruandos pro neceſſitate temporis tunc inſtante, duxerunt: non tamen vt perpetuò talis eſſet reſeruatio duratura. Nunquid ex hoc reprehendenda eſt hæc ſancta ſynodus, quaſi ſedem Apoſtolicam exinanire velit, dum modum illum exactionum reprobat, qui tantoperè officit ſaluti animarum? Nunquid illam epiſtolam aduerſus ſanctam ſynodum proferre decuit, quòd ipſa mendaciter ſe aſſerit in repreſſionem auaritię, Simoniæ, ambitionum & aliorum vitiorum, ordinationes & ſalubria decreta condidiſſe? Certè nemo inficiabitur, formam decretorum noſtrorum ſuper electionibus ritè celebrãdis, ſuper collationibus & confirmationibus liberè expediendis, & alijs priùs memoratis, ad expellendum illa genera peccatorum eſſe conuenientiſſimam. Nec ad contumeliam diximus, ſed ad plurimam ſalutem efficiendam, abuſus illos habentes ſpeciem Simoniacæ labis, per Romanum pontificem foueri, dum hæc tollere & perturbare, cùm poteſt, obmitti: imò ſi abuſus tali labis ſpecie reſperſi, per miniſtros eius committuntur, eos fouere dicitur, cùm eos non perturbat: & vehementer pertimeſcere debet, ne durè propter illos corripiatur à Domino, qui Heli ſummum ſacerdotem duriſſimè puniuit, dum filios ſuos efficaciter corrigere negligebat. 1.Reg 4. Sed nec in his quibus diuina maieſtas offenditur, & ſalus impeditur animarũ, continuare oportuit prætendendo excuſationem non adhibitæ alterius prouiſionis, cùm timore perdendi tẽporale emolumentum, nimis inconſultum ſit, regni cœleſtis hæreditatem negligere, & animarum perpetuum detrimentum. Sed & dictum erat, per hãc ſanctam ſynodum prouiſionem eſſe fiendam ipſi Romano pontifici iuxta eius indigentiam, ſi animum eius ad obſeruationem decretorum videret benignè inclinatum. Nec autem ipſe aut ſuam indigentiam aperuit, nec decreta exequi compertus eſt. Videns itaque hæc ſancta ſynodus iugiter animas hominum his abuſibus illaqueari, decretaq; ſua pro repreſſionibus talium edita contemni, videns (vt præmittitur) diuiſiones in eccleſijs per canonicarum electionũ manifeſtam conturbationem nimiùm adaugeri, videns & alia vigere ſchiſmata, dum illi qui per hanc ſanctam ſynodum alligabantur, per Romanum ſoluebantur pontificem, ita vt iam in populo Chriſtiano ſerperet illa diuiſio, vt quemadmodùm quondam diuidebantur Corinthij, & vnus dicebat, Ego ſum Cephæ: alter, ego ſum Apollô: ſic & nunc vnus aiebat, Ego ſum Papæ: alter, Ego ſum Concilij: dum Romanus pontifex huius ſanctæ vniuerſalis ſynodi in his operibus non tenebat vnitatem, neque beatiſſimi Papæ Damaſi imitabatur exemplum, qui & de his nullatenus cognoſcere volebat, quę ſancta ſynodos diffiniuiſſet. Attendens præterea hoc ſacrum Cõcilium proſecutionem reductionis Græcorũ, quam tantis impen-

Immò Damaſi ſententia eſt, nulla vnquam Concilia, quæ non eſſent fulta authoritate Apoſtolica, rata fuiſſe. Vide ſupra, Tomum 1. Epiſtola 3. Damaſi.

ſis &

Digitized by Google

ſis & laboribus inchoauerat, multipliciter impediri,& denique vniuerſa quaſi facta Eccleſiæ perturbari ex hac diuiſione,quam aduerſus ſynodum congregatam & ſalubria eius opera,ipſe dominus Eugenius conſtituebat,atq; per minùs debitum regimen Eccleſiæ,cuncta in peius ruere,miſerta eſt tandem ſynodus ipſa Eccleſię Chriſti,tantæ ægritudine laborantis: & zelo domus Dei accenſa, eundem dominum Eugenium citare decreuit,ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales conuocare,vt ipſis auxiliantibus, conueniens & ſalutaris prouiſio Eccleſiæ donaretur,priuſquàm deteriora contingerent. Commemorauit cum dolore non ſine informatione præcedenti defectus aliquos, qui publicè & notorie in præiudicium & ſcandalũ gregis dominici ſuper regimine ipſius Eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus adeſſe ferebantur, vt omnibus in melius emendatis, ſalus & pax redderetur populo Dei. Dolet quidem plurimùm ſancta ſynodus, quòd talia commemorare oporteat: nec libellum famoſum confecit, vt obijcitur, ſed tantùm recitauit ea non animo diffamandi, ſed corrigẽdi,prout ad eam pertinebat,quæ iam in publicum prodierant, dum pro debito officij à Chriſto ſuſcepti negligere non poteſt, quo minùs in hac vrgentiſſima neceſſitate languoribus vniuerſalis Eccleſiæ medelam quærat donari ſalutarem,& pro ea inſtet vehementiùs,impleatque diuini Apo-

2. Tim. 4.

ſtoli præceptum ſcribentis Timotheo: Argue,obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. erit enim tempus cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt. Rurſumque ait

1. Tim. 5.

idem Apoſtolus: Peccantes coram omnibus argue,vt & cæteri timorem habeant. Quod in peccatis publicis agi poteſt, maximè per eum, cui reformatio & correctio pertinet aliorum. Sed & Beatus Gregorius in ſuo paſtorali, illos qui dum deficiunt, ſe benè agere credunt, docet a pluribus oportere increpari. Verùm citationem præfatam aliquanto aſperiùs ferens Romanus pontifex, aliqua in aduerſum per eorũ (vt creditur) ſuaſionem, qui magis loqui quærunt ſibi placentia, quàm ipſius æternam ſalutem & vniuerſalis Eccleſię leuamen perquirere, plurima peragere conatus eſt, atq; inter cætera memoratam vniuerſis Chriſti fidelibus direxiſſe dicitur epiſtolam: in qua non correctio, non emendatio prohdolor affertur, ſed quæ ſibi obijciuntur, mendaciter prolata eſſe ſcribit per hanc ſanctam ſynodum, quam vtiq; honeſtioribus verbis alloqui decebat. Verùm ipſa pro ſua charitate omnia cum manſuetudine ferre decreuit, improperia etiam ſuauiter ſuſtinens, dum arguendo & obſecrando in omni patientia & doctrina poſſit homines perducere in ſalutem. Sed debuit arbitrari Romanus pontifex, populos non eſſe ſcriptis ſuis in factis proprijs &

Falſo accuſatũ Eugeniũ teſtat Pius 2. q diu Baſileenſibus adhæſerat, ſed poſtea ad Eugeniũ rei veritate cõperta ſe trãſtulit.

perſonalibus credituros. Neq; hunc modũ conuenientem exiſtimabunt, vt ipſe vocatus ad ſynodale iudicium, illud ſubterfugiat, & ad diſperſos hincinde quærat ſeipſum proprijs iuſtificare ſermonibus. Quis enim eſt qui epiſtolam conſcribere non poſſit, & in ea quę volet, aſſerere? quòd ſi proprijs ſermonibus ſeipſum quis hoc pacto iuſtificare poſſit, pauci erunt qui ſe deficere fateantur. Quòd ſi olim beati ſummi pontifices, Leo, Damaſus, Sixtus, ſe in ſynodo expurgare curauerunt, vt ſcandalum à fidelium mentibus tollerent: multo ampliùs ipſe dominus Eugenius comparére debuiſſet, qui in eo caſu tenetur, vbi de defectibus notorijs & ſcandalizantibus Eccleſiam delatus eſt, in quibus ſynodum vniuerſalem in Papam iuriſdictionem habere nemo ambigere iuſtè poteſt. Honeſtius quippe fuerat, per ſe vel alterum in ſynodo comparére: & ſi non probarentur quæ de ipſo dicta erant, eluceret coram omnibus iuſtitia eius. Si autem & vera probarentur, debita conuerſione omnia contegerentur, & in melius emendarentur: ſicque per debitam conuerſionem, honorem plurimum & benedictionem obtineret in populis: imò & exemplum pœnitentiæ cunctis præſtaret, per quam efficaciter reformatio Eccleſiæ & ſalus daretur vniuerſis. Nam & pœnitentibus ait Dominus per Prophetam: Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, tanquam nix dealbabuntur. Iam enim adeò peccata noſtra creuerunt, vt iuſtitias noſtras proferre non oporteat, ſed poſt naufragium vitiorum oportet ſuper ſecundam tabulam pœnitentiæ peruenire in portum ſalutis. Cuius rei exemplum in beatiſſimo Petro Apoſtolorum principe pręclarum habemus, cui cùm Paulus in faciem reſtitiſſet, & dixiſſet eum non rectè ambulare ad veritatem euangelij, & non ſolùm dixiſſet, ſed & in epiſtola ſua ad perpetuã rei memoriã ſcripſiſſet, non hoc moleſtè tulit beatiſſimus Petrus: imò expreſsè Pauli epiſtolas commendauit. in quibus hoc ipſum non ignorabat contineri: vt & hoc ſuis ſucceſſoribus exemplum daret, non moleſtè ferre, ſi eia per eorum coapoſtolos aliquid tale pro ſua & vniuerſalis Eccleſiæ ſalute diceretur. Sed vnum in ſua epiſtola ſummus ipſe pontifex maximè proſequi videtur, quòd hæc ſancta ſynodus ab eius exordio ipſum à papatu deponi affectauit: quòd ſi rerum geſtarum ſeriem in memoriam reduxerit, talia proferre deſinet. Cùm vix adhuc eſſet in papatu conſtitutus, dum ipſa ſynodus inchoata extitit, quomodò aduerſus eum tũc conuenerat ſynodus, quæ de geſtis eis nullam adhuc habebat notitiam? Quid tunc contra eum intentauerat, cùm ipſe cœpit eã diſſoluere? Deinde quàm benignè, quàm patienter etiam poſt diſſolutionem reſarcitam, hæc ipſa ſynodus præſtitas contradi-

Leonẽ 3. grauiter accuſatũ, ſynodus q frequens Romæ cõuenerat, adeò non condẽnauit, vt etiã palam coram Carolo Magno oẽs epi dictitarent, ſedẽ Apoſtolicam a nemine iudicari debere.

Eſaiæ 1.

Gal. 2.

2. Pet. 3.

ctiones,

ctiones, impugnationes & reſiſtentias varijs modis in diſſolutionem ipſius & operum eius tendentes, hucuſque pertulerit, ſatis manifeſtum eſt. Sed neq; in hac nouiſſima citatione quicquam aliud quæſitum eſt, quàm vt in neceſſitate maxima conueniens prouiſio Eccleſiæ donaretur. Nihil nobis gratius, nihil deſideratius eſt, quàm vt ipſe Eccleſiã Dei ſalubriter regat: non quidem vt pro libito voluntatis ſuæ cuncta peragere velit, ſpretis canonibus ſacrorum Conciliorum,

1. Pet. 5. ſed iuxta Beatiſſimi Petri doctrinam, ſic regat, non vt dominans in clero, ſed vt forma factus gregis. Romanus enim pontifex eſt

Eſt certè & paſtor & caput. vniuerſalis Eccleſiæ miniſter, non dominus. atq; etiam ſchiſmata & ſcandala ſubmoueat, quæ contingunt dum heu nimiùm propriã ſtudet implere voluntatem. Dicit nos eius ſanctam intentionem perturbaſſe, ſed nos latentẽ intentionem, niſi ex operibus & fructibus, cognoſcere non poſſumus. Nos iu-

1. Reg. 16. b dicamus ea quæ patent, Dominus autem intuetur cor. * Nunquid prohiberi poteſt li-

for. * Nõne bera hominis voluntas, ne fructus bonorum operum ex ſe produtat, vt defectum ſuum regimen abhorreat, vt pacem & vnitatem conſeruet? profectò longè meliùs ſuaderet animos hominum in approbationem iuſtitiæ ſuę, ſi bona opera ſe feciſſe oſtenderet, quàm prædicando ſe habuiſſe bonam intẽtionem, quam homines nec intueri, nec dijudicare

for. * aut poſſunt. Quis enim impediuit, * nec hodiè impedit, vt abuſus curiæ ſuæ non abſtulerit, nec de præſenti auferat? Sed mirandum valdè eſt, quòd diſſolutionem per eum aliàs reuocatam & annullatam, iterum approbare conatur eadem epiſtola: & proceſſum Concilij tunc contra hanc diſſolutionem deductum, reprobare: cùm tamen diſſolutionem ipſam irritam eſſe & inanem, apertè per literas ſuas confeſſus ſit. Cui diſſolutioni ſi patres paruiſſent, maneret adhuc regni Bohe-

Mirũ, hoc dici de Bohemis. miæ deſolatio, nec Bohemorum ipſorum vnio facta fuiſſet: imò quàmplurimæ patriarum & terrarum deſolationes, erroreſq; hominum & mala innumera veriſimiliter perpetrata fuiſſent. Si illam diſſolutionem deſtruxit, cur iterum eam ſermonibus reædifi-

Gal. 2. cat, cùm dicat diuinus Apoſtolus: Si ea quæ deſtruxi, iterum ædifico, præuaricatorem me conſtituo? Illud autem valdè flebile eſt, quod dicit, eo tunc Concilium ſine iuriſdictione & iuſtitia, ſuper illius diſſolutionis reuocatione ipſum monendo, proceſſiſſe, adijciens iterum, quòd patres in Concilio exiſtentes, contra diuinam voluntatẽ ipſum ſupprimere quæſierunt ſiue anguſtare poteſtatem, & ſe ſupra eum conſtituere ſupremos. Nunquid ipſe iam abnegare volet iu-

Quæ eſt ſynodus ſine capite? riſdictionem ſynodi vniuerſalis in ſacra ſcriptura fundatam, & determinationem vniuerſalis Eccleſiæ declaratam, cui declarationi ſi quis pertinaciter contradiceret, incideret in hæreſim? ſed nec poteſtas anguſtatur, dum ita dirigitur, vt non in deſtructionem, ſed in ædificationem procedat. Caueat pro Dei reuerentia, ne, dum minora excuſare nititur, & aduerſus ſalubres correctiones plùs debito recalcitrare, in grauiora corruat: qui & in epiſtolæ illius exordio dicere auſus eſt, patres in Concilio congregatos, iam ferè ſeptem annis ab ipſo Chriſti vicario & à ſuprema Romana Apoſtolica ſede, Chriſtianorum matre & capite, ſegregatos. * Nunquid

for. * Nõne

Vnus ſolus tandẽ Baſileę Cardinalis mãſit, Eugenij hoſtis, plurimi Eugenio adhęſerunt cum alijs multis.

in hoc damnabit vniuerſos Cardinales, Patriarchas, Epiſcopos, Imperatorem, Reges, Principes & cæteros, qui per ſe, vel alios in hoc Concilio fuerint: & denique Eccleſiam per orbem diſperſam, hoc Concilium approbantem, vt dicat vel eos à capite & matre Chriſtianorum fuiſſe ſegregatos, vel fautiſſe ſegregatis? Dicendo quidem ſynodum à ſe fuiſſe ſegregatam, ſe potiùs à ſynodo ſegregatum affirmare videtur, quę tamen vniuerſalem Dei Eccleſiam repręſentat. Cùm enim membrum à corpore diſiungitur, nõ totum à parte ſe dicitur ſeparare, ſed pars à toto ſegregari. debuit quidem ſynodo vniuerſali vt membrum ipſius, in vnitate ſpiritus iugiter adhærere. & ſi relinqueret, non tamen ipſa à ſuo vero capite Chriſto relinquitur. Non enim eſt generale Concilium Eccleſiæ, ſicut vna particularis conuentio conſiliariorum alicuius principis, cui Papa ipſe tanquã præſidens & dominus præſideat: ſed eſt vniuerſalis Eccleſiæ Catholicæ conuentus, continens & includens virtualiter & authoritatiuè ſingulos gradus Eccleſiæ, tam papatum quàm cæteros, ſicut membra ipſius Eccleſię vniuerſalis: quam propterea ipſum Concilium repræſentare dicitur, prout iam confitentur vniuerſi. Quæ ſi attentiùs conſiderauerit ipſe dominus Eugenius, ſeipſum ex ſegregatione potiùs reprehendet, deſinetq; talem in ſynodum congregatam in nomine Chriſti & in vniuerſalem Eccleſiam proferre iniuriam. Denique nos dicit vehementer ſtuduiſſe, vt inconſutilem tunicam Chriſti ſcinderemus. inueniet ipſe nos pro vnitate vniuerſalis Eccleſiæ, & eius ſalute ſedulò deſudaſſe: nec poſſumus à Romana Eccleſia ſeparari, dum vniuerſalis Eccleſiæ retinemus vnitatem, in qua tam ipſa Romana Eccleſia, quàm aliæ ſingulæ Eccleſiæ includuntur. Et ſi authoritas quæritur, inquit Hieronymus, orbis maior eſt vrbe. ſed ipſe primus ſciſſuræ & diuiſionis author extitit, cùm primus ſynodum diſſoluere, & ſe ab ea ſegregare incepit, atq; in huiuſmodi ſegregatione & diuiſione longo tempore perſiſtere voluit, & nunc dum poſt longam expectationem ac multam patientiam eius, emendatio & regiminis Eccleſiæ Dei ſalutaris prouiſio quæritur, ipſe loquitur grandia aduerſus ſanctam ſynodum & Eccleſiã Dei, ipſe eandem ſynodum diſſoluere conatur,

Digitized by Google

natur, ſi de ipſo iudiciũ fiat, aut aliquo ſuorum præſidentium oratorum. Nunquid ei conueoteos eſt tale quærere diffugium, qui aliquando ſolebat per oratores ſuos circa huius Concilij exordia ſe ante omnes reformandum offerre, quodq́ue de vita eius audacter inquireretur? Nunquid hoc iam tolerabile eſt, vt propter effugiendã correctionem ipſius aut ſui oratorum, Concilium diſſoluere laboret: atq; propter factum perſonæ ſuæ, quæ mortalis eſt, authoritatem Eccleſiæ immortalem confundere nitatur? ſed ipſius adiutor eſt Chriſtus, qui eam non deſeret. Iam verò ad cætera dicamus, quæ citationi noſtræ reſpondere volens, aduerſum nos retorquere nititur. Ipſe alienationẽ terrarum excuſare prætendens, dicit Nicolaum de Fortibrachijs & comitem Franciſcum de Cotugualla, contra eum fuiſſe incitatos, qui dicentes ſe eſſe capitaneos Cõcilij, terras Eccleſiæ inuaſerunt, vndè ſtrages ſecutæ ſunt. Si autem veritas rerum aperiatur, nunquam illi ab hoc ſacro Cõcilio inuadere terras Eccleſiæ iuſſi fuerant, neque res talis vllo tempore per Concilium deliberata extitit. Verùm videntes diuiſionem, quam ipſe dominus Eugenius aduerſus Concilium tunc fouebat, hanc acceperunt audaciam. Vndè & qui diuiſionis huius cauſa fuit, ipſe etiam cauſa extitit malorum ac diſcriminum quæ exindè ſecuta ſunt. quamobrem iam id diximus: illa prima diſſolutio, per quam ab vnitate huius ſanctæ ſynodi dominus ipſe Eugenius voluntariè receſſit, cauſa fuit & origo malorum. Sed poſtquàm diſſolutionem ſuſtulit, nunquid propterea terras ipſas Eccleſiæ, quæ recuperari poterant, oportuit in alienas manus tradere, & titulum in eis alteri aſſignare, vt iã repeti non poſſent? & quò tunc vera alienatio patrata eſt? Quid prætereà de alienatione aliarum terrarum deinceps facta, vt burgi ſancti Sepulchri, & plurium, dicturus eſt, cùm tamen ante adhæſionem ipſius iam per decretum huius Concilij, ſpecialiter terrarum omnium Eccleſiæ alienatio ſibi interdicta fuiſſet? Debuit quidem imitari Beatum Ambroſium, qui Imperatori quærenti hæreditatẽ Chriſti, reſpondit: Abſit à me, vt Chriſti hæreditatem tradam. Non tradidit Naboth ſuam, ſed proprio cruore defendit. Sic hæc iacula, quæ in ſanctam ſynodum ſe excuſando detorquere nititur, manifeſtè reuertuntur in ipſum. Cæterum aliam excuſationem ſuper impedimentis indulgentiarum afferens, dicit ſe nullas indulgentias plenarias de nouo contuliſſe, ſed ſolùm antiquas renouaſſe. Verùm ſi loca nominetim, quoties opus erit, deſignabimus quàmplura, vbi pro cauſis exiguis, vt refectione materialium ædificiorum, plenariam conceſſit indulgentiam, tũc eo maximè cùm Eccleſia ſubſidijs Chriſtiani populi pro exaltatione fidei Catholicæ & reductione Græcorum indigebat, & in partibus Burgundiæ, Sabaudiæ, Franciæ, varijsq́ue regionibus notiſſimum habetur. Dum verò requiſitus extitit, vt in conceſſione indulgentiarum plenariarum pro facto Græcorum expreſsè concurreret, dixit ſe, ne claues Eccleſiæ contemnerentur, aut eius vileſceret authoritas, maturiùs incedere voluiſſe. Non timuit hanc authoritatem vileſcere vel contemni claues, ſi pro quibuſdam ædificijs materialibus hæc indulgentia donaretur.

Cotignola.

1.Reg.2.

Quòd ſi, vt ipſe allegat, incertus erat Græcorum aduentus, nunquid propterea non oportuit Eccleſiam præparare, quæ in huius operis proſecutionem erant neceſſaria, vt promiſſa Græcis implerentur, & ea diſponerentur, ſine quibus ipſi Græci ad terras Latinorum conduci non poterant? In quibus præparandis iam hæc ſancta ſynodus à ciuitate Auinionenſi ſeptuaginta millia ducatorum in mutuum accepit, & anteà duodecim millia à patribus in Concilio exiſtentibus, dum priores nuncios ante biennium miſit in Græciam, tres videlicet ſolennes oratores, quorum vnus ad nos rediit, alter vita functus, tertius vſque in hodiernum diem pro conductione rerum permanſit. plures quoq; alias impenſas fecit, ſuper quibus omnibus nondum octo millia potuit colligere. Eccè quomodò patres hic exiſtentes, ſe in his rebus ditare quærunt, quorum plures vltra proprias pecunias, quas in mutuũ tradiderunt, etiam mobilia & * localia ſua pignori obligârunt. Sed dicit, cùm res clericorum principaliter agerentur, ſuperfluum fuiſſe laicos onerare: neq; certè onerauimus laicos ipſos, ſed tam clericis quàm laicis, qui ſua liberalitate & pietate in ſubſidium huius rei quicquam contribuere vellẽt, indulgentias conceſſimus. Nunquid hoc eſt aliquem compellere, aliquem onerare? nunquid hoc eſt nouum in Eccleſia Dei, quòd pro factis fidei Catholicæ, indulgentiæ concedantur? Adiecit inſuper affectaſſe omnes gazas Eccleſiæ ad tam pium opus protinus exhibere, ſicut & opere ſe dicit adimpleuiſſe, galeas, pecunias, & omnia quæ pro Græcis ad Italiam transferendis neceſſaria erant, ſua ex impenſa tranſmittendo. Sed certè intelligimus ipſum huius rei gratia exactionẽ quandam valdè odioſam, etiam ſuper laicos Bononiæ conſtitutos, impoſuiſſe. Fatetur autem hæc ſancta ſynodus, non auro & argento ſe eſſe hoc pacto fulcitam, ſed ſperans in adiutorio domini, qui eam hucuſq; confortauit & direxit, negocijs Eccleſiæ & fidei Catholicæ conducendis fidelẽ & ſynceram impendit operam, non verita expetere ſubſidium catholicorum populorum, quorum incumbit procurandæ ſaluti. Sed iam compellit ipſe dominus Eugenius nos huius rei aperire veritatem, quamlibentiùs tacuiſſemus,

mus. Ipſe diuerſis artibus hoc Conciliũ diſſoluere tentauit, aut in eum locum transferre, vbi liberiùs libitum ſuæ volũtatis impleret, & huius ſanctæ ſynodi reformationem ſubterfugeret, etiam priuſquam de citatorio * nouiſſimè vlla mentio haberetur. Tandem cùm idipſum complere non poſſet, iam per medium Græcorum potiri ſperat optatis. Hinc varia impedimenta & grauiſſimæ comminationes Auinionenſibus datæ ſunt, ne pecuniam præſtarent. Hinc variæ promiſſiones beneficiorum & dignitatum, hinc plurimæ impenſæ in legationibus ad diuerſas regiones tranſmittẽdis conſumptæ, hinc labores innumeri aſſumpti, vt aut Cõcilium diſſolueret, aut locum quem affectabat, obtinere poſſet. Tandem cùm iam pecuniæ & galeæ ex parte huius ſacri Concilij in Auinione expeditæ fuiſſent, & anteà octo millia florenorũ pro Græcis congregandis in Conſtantinopolim tranſmiſſa, res quoq; inchoatæ, iam cum pace & tranquilla deductione deduci poterant. Nam & Græcorom oratores huc aduenientes, quicquid dicerent, ſemper in hoc perſiſtebant, quòd à decreto ſuper conuentione ipſorum edito nullatenùs recederent. Cui decreto in electione locorum per nos facta, & omnium aliarum rerum expeditione ſatisfactum erat. His ita feliciter diſpoſitis, ipſe dominus Eugenius volens metere vbi non ſeminauerat, qui & præcedentibus temporibus magis opportunum fuerat arbitratus, vt legati mitterentur in Conſtantinopolim tractaturi cũ Græcis, & non fieret ipſorum conductio ad Concilium œcumenicum in his partibus occidentalibus celebrandum, videns ipſe iam in loca citramontana eorum conductionem diſponi, tunc pecunias inuenit, galeas tranſmiſit, quæ ipſos Græcos in aliquem locum Italiæ, quem vellet, deducerent: non parcens bonori Eccleſiæ Latinæ, in qua Græci iam proh dolor videbunt miſerabilem diuiſionem, quam ipſe aduerſus hanc ſanctam ſynodum in proſecutione negociorum fidei huiuſmodi per eam inchoata exercet. vndè & maxima perturbatio rebus agendis affertur, & quę priùs pacato curſu deducebantur, nunc variis exponuntur fluctibus. Nónne ſanctiùs feciſſet, proſecutionem inceptam in vnitate confouere, quàm pecuniam in fomentum diuiſionis & rerum turbationem conſumere? Aſſentiat ipſe, quæſumus, aliquando ſaltem in hoc tanto fidei negocio huius ſanctæ ſynodi tenere vnitatem, quæ loca opportuniſſima in his partibus citramontanis elegit, vbi potentiſſimi principes Chriſtiani & vniuerſitates ſtudentium, præſertim in ſacra theologia, pax quoq; & ſecuritas magis abundant: vbi ad honorem Eccleſiæ Latinæ poteſt haberi conuentus celebrior, & ad bonũ fidei ac ipſius vnionis deſideratæ efficacior. Nec ipſe dominus Eugenius laborem veniendi ad hæc loca recuſare debet, qui etiam in loca remotiora pro tãto bono proficiſci deberet, oſtendendo ſe fidelem Chriſti vicarium, qui pro ſalute gregis ſui de cœlo deſcendit, præſertim cùm & ipſe dominus Eugenius in hac epiſtola profiteatur ſe velle pati mortem pro reductione Orientalis Eccleſiæ, pro qua tamen (qđ dolenter referimus) induci adhuc non potuit, vt extra Italiam egredi vellet. quod ſi voluiſſet, poterat toti Eccleſiæ dare pacẽ. imò & noſtri oratores ad eum miſſi, obtinere nõ potuerunt, vt pro Græcis conducendis ad loca per nos electa, ſaluum conductum donaret, quem ſeculares principes vniuerſi liberaliſſimè concedebant. Non autem ipſe conari debet Græcos ad locum non electum per hanc ſanctam ſynodum, euocare: quæ ſolùm tria loca elegit, cùm & Græci pepigerint in locum per nos eligendum aduenire: nec pati debet hæc ſancta ſynodus, vt aduerſus pacta inita & contra ſanctorum decretorum ſuorum tenorem, Cõcilium hoc œcumenicum in alio loco ſine ſuo conſenſu cũ Græcis ipſis celebretur, vbi certa ſequeretur Latinæ Eccleſiæ confuſio, & incertus eſſet vnionis Græcorum aduentus. poſſetq; contingere & illam vnionem non perfici, & Latinam Eccleſiam in confuſione ac deformatione manere, authoritate ſynodali ipſius Latinę vniuerſalis Eccleſię miſerabiliter cõculcata & proſtrata. quæ nullatenus permittere poſſumus, ſed Eccleſiæ retinebimus Deo fauente firmitatem & authoritatem, atque nihilominùs vnionem Græcorom iuxta conuenta pro viribus proſequemur. Interſerit autem præmiſſa epiſtola veluti pro relatione * crimini, quòd in hac ſancta ſynodo diſpenſationes, commutationes votorum venduntur ac beneficia. Sed neſcimus vndè hæc acceperit, niſi forſitan impugnare velit, quòd in conceſſione indulgentiarum largientibus pia ſubſidia in opus Græcorum, indultum eſt, vt commutationes votorom & diſpenſationes aliquas obtinere poſſint. Nunquid & hoc illicitum eſt, quòd illi ſua peccata eleemoſynis redimant, quæ eleemoſynę in proſecutionem illius ſaluberrimæ vnionis Græcorum manifeſtè conuertuntur? quomodo autem alias diſpenſationes, quæ hîc conceduntur, vendi aſſerat, cùm homines hîc ad matrem ſuam Eccleſiam congregatam pro diſpenſationibus obtinendis ſæpè refugere notum ſit, ne illas magnas exactiones pecuniarum ſubire cogantur, quæ in curia ipſius domini Eugenij palàm conſtat exerceri? Signet nobis vnũ, qui in hac ſynodo beneficium aut diſpenſationem vel aliquod tale vendiderit, & videbit nos protinus debitum iuſtitiæ peragere. Dicit nos beneficiorum collationem, ſibi plerunq; adimendo illa, de facto conferre: ſed ſi antiquarum ſynodorũ acta perlegerit,

Immò Græci cũ Eugenio & Eccleſia Romana ſeſe amãter coniũxerunt.

Et tamen celebratũ eſt alibi, & quidẽ feliciter.

Dan. 4.

legerit,

legerit, quæ epiſcopos ſæpenumerò inſtituerunt & deſtituerunt: imò etiam Nicęna ſynodus Euſtathium epiſcopum de Nicęa Berœæ in Antiochiam tranſtulit: ſi etiam Matthiam apoſtolum & primos ſeptem diaconos per Cõcilia primitiuę Eccleſiæ fuiſſe aſſumptos meminerit, non negabit in ipſis beneficijs per ſynodũ vniuerſalem miniſtros iuſtitiæ inſtitui poſſe: quod tamen rariſſimè non egimus, imò collationem beneficiorum per ipſum dominum Eugenium ſuſtinuimus exerceri, licet multas inordinationes gratiarum expectatiuarum & nominationum agere conſpiceretur: quibus mediantibus, in expugnationem ipſius ſanctæ ſynodi & vniuerſalis Eccleſiæ, varios ſibi conabatur exquirere fauores. ſed cupiebamus ſemper fouere vnitatem & pacẽ. Verba plurima per hanc epiſtolam in nos grauia proferuntur, quæ etiam, occulta cordium ſine affectibus dijudicans, dicit, quòd creditur in cordibus noſtris potiſſimè ineſſe auaritiæ ardorem. Eccè dum ſubſtantias noſtras conſumimus, dum promotiones & beneficia non quærimus, & ad bonum vniuerſalis Eccleſiæ noſtra vertimus ſtudia, auari vocamur. Proteſtatur huius epiſtolæ principium, noſtra (vt inquit) ſacrilegia iuridicè retundere, ſuperſtitiones & errores velle ſopiri. Sed dum ipſe dominus Eugenius iuſtitiam ſuam proferre debuit, refugit iudicium: diſſoluit, quantùm in ſe eſt, Concilium. Et inſuper quæ in Eccleſiam Dei profetat, quo pacto excuſationes in peccatis adducat, pręmiſſa teſtantur, quæ certè dolenter proferimus. Nam ipſum & rectius ſapere, & loqui veracius atque honeſtius optaremus, nec ita coram mundo proprij animi efferre paſſionem. Sed cùm omnia dixit quæcunque voluit, vbi ſunt illa ſacrilegia? vbi ſuperſtitiones? vbi errores quos nobis ineſſe dicebat, & quos ſopire pollicebatur? Melius quidem fuiſſet, verba tã iniurioſa ſubticere, vbi nullam penitùs in re ipſa apparẽtiã afferre potuit, nec Deo fauente afferet in æternũ. Nec propter opprobriorum talium aut quarumlibet detractionum diſſeminationem, proſecutionẽ boni communis & defenſionem vniuerſalis Eccleſię atq; Conciliorum generalium, quibus robur fidei Catholicæ duce Chriſto innititur, eodem adiuuante deſeremus. Paucitatem nobis & imperitiam obijcit eadem epiſtola. ſed ſi veritatem amplecti velit, nullam huius ſanctę ſynodi concluſionem in omnibus his quæ decretata fuerunt, cœptam inueniet, in quam non longè maior pars prælatorum, maior pars doctorum, maior deniq; pars omnium notabilium virorum non conſenſerit. imò pluſquam duæ partes in Concilij id ipſum conuenerunt, quod eſt copioſe congregatum. & ſi omnium peritiam atque dona ex largitate ſancti ſpiritus diſtributa diuidentis vnicuique prout vult,

Act. 1. & 6.

conſideratius examinaſſet, parcius talia loqueretur. Tandem illa ſubticendo quæ in emanata citatione dicebantur, vos Chriſti fideles exhortatur, vt ſchiſmata impijſſima & horrenda (vt loquit) ſcandala deuiteris, noſtroſque conatus quos impijſſimos dicit, reprimere ſtudeatis: quæ iam omnia etſi grauiſſimarum iniuriarum plena ſunt, manſuetè tolerare polliciti ſumus, cùm non nobis ſit animus verbis contendere, ſed totis conatibus perquirere, quid commodius, quid conuenientius agendum ſit pro eccleſiaſtica ſalute. ſed dominus Eugenius ſchiſma ſe abhorrere oſtendit, & ſub timore ſchiſmatis in hoc animos hominum perducere, vt aduerſus hãc ſanctam ſynodum liberè agere poſſit quæcunq; volet, & diuiſionem quã ab exordio (vt præmiſſum eſt) inchoauit, ita conducere, vt confundatur ſynodalis authoritas, & libitum ſuæ præualeat voluntatis, atque ſub velamine comminati ſchiſmatis, ipſe corrigi non valeat: quę res etiam exẽplum pernicioſum afferret poſteris, in magnam Eccleſiæ deſolationem. Nam quicquid ſummi pontifices vellent in futurum, pro libito agere hoc poſſent, omni ſublato timore, confidentes ob metum ſchiſmatis nunquam eorum correctionem per concilia generalia tentari poſſe. Inſuper dũ ſchiſma diſſuadet, ipſe actu ſchiſma pernicioſiſſimum duorum conciliorum, quale nunquam auditum eſt, erigit, euocando aliud concilium in ciuitatem Ferrarienſem, contra decreta Concilij Cõſtantienſis & iſtius, ac etiam illa quæ ſunt Græcis promiſſa, quæ ipſe expreſsè approbauit. Nos autem fauente Chriſti gratia, nullum ſchiſma facimus: imò veram Eccleſiæ proſequimur vnitatem, vt videlicet tã ipſe Romanus põtifex quàm cæteri omnes, vnanimiter teneant vnitatem Eccleſiæ congregatæ, & non ſe ſeparent ab his quæ vniuerſali conſenſu ſunt conſtituta. ſoliditatem Petri teneant, quæ non in vnius ſolius perſonæ voluntate cõſiſtit, quæ quotidiè errare poteſt, cùm & aliqui Romani pontifices in errorem lapſi ſint: ſed maximè reſidet in vniuerſalis Eccleſiæ catholicæ conuentu, quem Chriſtus, caput verum ipſius, non deſeret vſque ad conſummationem ſeculi. Vtque omnes idem ſapiant cum Eccleſia congregata, & ceſſent illa ſchiſmata, quæ proh dolor in oculis noſtris iam vigere conſpicimus, dum ipſe dominus Eugenius in diuiſione inchoata nimium perſeueret, qui etiam rurſum ad diſſolutionem ſemel reuocatam reuertitur, aſſidueque bonum vniuerſalis Eccleſiæ conturbat: & nihilominus adhuc expectamus, hoc maximè deſiderantes, vt omnes prælati & principes Chriſtiani ac cæteri fideles, iunctis animis & concordi ſententia, in his diſcriminibus conſulant publicæ ſaluti ac regimini ſalutari totius Eccleſiæ; nam res omnium agitur.

Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua.

Matt. 28.

hoc

boc petimus & requirimus, vt eccleſiaſticorũ copioſus numerus ex omni regione huc affluat, ſicut ad hanc ſynodum vniuerſi ſtatus Eccleſiæ ſunt legitimè vocati, & pariter deliberent, quid potius pro vnitate conſeruanda & omnibus rebus Eccleſiæ feliciter ordinandis expediat. Vniuerſos quoque iam intelligere ſperamus, hoc non eſſe ſchiſma quærere, ſed potius velle ſchiſma perpetuũ deuitare: quod contingeret, ſi ſummi pontifices noſtri temporis à ſacris Concilijs, quorum inſtituta ſui prædeceſſores maximè exequi curabant, ſe vellent pro libito voluntatis aſſiduè diſiungere, & eiſdem repugnare: cognoſcentque iam cuncti apertius, quanta ſit neceſſitas pro ſoliditate fidei & Eccleſiæ retinere Conciliorum vnitatẽ, quæ dum magis oppugnatur, tanto magis in animis hominũ elucеſcit: boc diſponente omnipotenti Deo, qui mala eſſe nõ ſineret, niſi potens eſſet bona etiam ex eis elicere. Ideo dilecti Eccleſiæ filij principes Chriſtiani & vniuerſi fideles, his rebus per Dei gratiam intellectis, cognoſcetis vbi veritas & iuſtitia reſideat, per quam ad pacem poſſumus peruenire ſalutarem. Vos ipſi iuuate & orate, vt dominus Eugenius Romanus pontifex meliori fretus cõſilio, & propria volũtate paululum inclinata, ad pacem, vnitatem & ſalutare regimen eccleſiarum & animarum, benignius ſe conuertat. & illum in viſceribus charitatis hęc ſancta ſynodus paratis animis amplexabitur, totis viribus adiutura, vt ipſe in omnibus bonis ſemper abundet. ad hanc quoq; ciuitatem veniant vniuerſi, qui de iure vel conſuetudine Concilijs generalibus intereſſe tenentur. Mittant huc principes ſeculi ſuos oratores, vt ſuper cunctis quæ pro bono Eccleſiæ agenda ſunt, communi omnium conſenſu capiatur concluſio ſalutaris, & in omni pace ac tranquillitate cuncta diſponantur ad gloriam nominis Chriſti & ſalutem Eccleſiæ ſuæ, qui eſt Deus benedictus in ſecula ſeculorum.

Hoc Eugenius obſecit.

Sed æquũ erat vos in re non mala potiùs à propria volũtate diſcedere, & pontifici obtemperare.

Datum in noſtra generali congregatione in Eccleſia maiori Baſileenſi ſolenniter celebrata xiiij. Calendas Nouembris, Anno à natiuitate domini, milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſeptimo.

RESPONSIO SYNODALIS, Facta oratoribus Electorum imperij Romani &c. inſtantibus vt ſuperſederetur in proceſſu Papæ Eugenij.

SAcroſancta &c. ad futuram rei memoriam. Audiuit hæc ſancta ſynodus affectionem deuotiſſimam venerabilium archiepiſcoporũ & cæterorũ illuſtrium Principum Electorum ſacri Imperij, ad pacẽ & quietem Eccleſię, quam vos egregij ipſorum oratores in noſtra congregatione generali diſerta oratione reſeraſtis. viciſſim quoque audierunt diſcretiones veſtræ zelum ſyncerum, quem ſancta eadem ſynodus ad ipſius Eccleſiæ ſalutem & pacem ſemper geſſit, veluti per venerabilem Archiepiſcopum Panormitanũ ex ordinatione huius ſacri Concilij fuit in eadem congregatione latius explicatum. Deinceps pro affectu quem ad pacem in cordibus noſtris ſedulò gerimus, ab eiſdem diſcretionibus veſtris inter deputatos huius ſacri Concilij quæſitum eſt, vt media ad pacem ipſam opportuna velletis aperire. Nam hæc ſancta ſynodus omnia media intẽdebat gratis animis amplexari, per quæ authoritas Eccleſiæ ſeruaretur illæſa, & reformatio tantis expetita temporibus, & pro qua iam in Concilijs Conſtantienſi, Senenſi, & iſto Baſileenſi tot ſunt adhibiti labores, aliquem tandem fructuoſum ſortiretur effectum, ad Dei gloriam & animarum ſalutem. Vos verò pacis inueniendæ ſpem vos habere dixiſtis, ſi ſuſpenderetur proceſſus aduerſus dominum Eugenium Papã Quartum inchoatus, & interim opera daretur per dominos veſtros illuſtres, vt ipſe dominus Eugenius diſſolutionem prætenſam Concilij per eum attentatam reuocaret, & ea quæ aduerſus hoc ſacrum Concilium egerat, de quibus atq; etiam de iuſtitia ipſius Concilij dominos veſtros * planè informatos eſſe cõmemoraſtis. Viq́ue inſuper idem dominus Eugenius decreta ſynodalia ſuſciperet, & de congregando Concilio pro Græcis ſe non intromitteret, ſed fieret apud Græcos ipſos inſtantia, vt venirent ad aliquem trium locorum electorum per Concilium. quod ſi obtineri non poſſet, videretur de aliquo tertio loco eligendo, qui & Concilio & Papæ tutus & accommodus foret, adijciẽtes quòd ad Papam ſuper his deſtinaremus oratores. Et tandem ſi concordia aliter non poſſet inueniri, ſuper ipſius tertij loci electione concilium & Papa in aliquos compromitterẽt. Quibus per vos ex optima intentione & zelo ſyncero (vt credimus) expreſſis, matura deliberatione præhabita, duximus hoc modo reſpondendum: Laudamus & commendamus plurimum deuotionem venerabilium archipræſulum & cæterorum illuſtriũ dominorum veſtrorum atq; veſtram, quam ſimul & iuſtitiam huius ſacri Concilij attentius conſiderare, & pacis media inuenire conari conſpicimus, laboribusq́ue ipſorum & veſtris gratia eſt habenda. Nos quoque ea cupimus efficere, quæ ad pacem ſalutarem conſequendam, & piorum veſtrorum deſideriorum conſummationem efficaciora ſint. Speramus autem, fauente Chriſti clementia, pacem ipſam nobis & vobis pariter deſideratam, inueniri poſſe, ſi ſororem pacis iuſtitiam non prorſus abiecerimus. Nam ita iuſtitia & pax oſculatæ ſunt, atque tali vinculo fœderatæ, vt quiſquis

* plenè

vnam

Vide Bullã retractationũ Pij 2. quę infrà habetur.

vnam ſine altera quęrit neutram valeat amplecti. Si conſtantibus animis viam inſtitiæ & veritatis iugrediamur, authoritatem Eccleſiæ & determinationes fidei iam in pluribus concilijs promulgatas, atq; per vniuerſalem Eccleſiã approbatas, totis viribus defendamus, quæ concorditer acclamant, Romanum pontificem teneri obedire vniuerſalibus concilijs in his, quæ pertinent ad fidem, extirpationem ſchiſmatis, & reformationẽ Eccleſiæ in capite & membris, ac pertinentibus ad ea: vt quod veritas ipſa declarata ſonat, opere impleatur, pacem optimã & nunc & in futurũ vniuerſa Eccleſia conſequetur. Nec Romani pontifices pro libito ſuæ voluntatis implendæ aduerſus vniuerſales ſynodos tanta bella mouebunt in continuam perturbationem Eccleſiæ, ſed benignè amplexabuntur, quæ vniuerſali conſenſu ſunt inſtituta pro ædificatione ipſius Eccleſiæ & animarum ſalute. Ipſi quoque hoc pacto à ſynodis vniuerſalibus omni fauore & honore tractari merebuntur. Inducunt nos prętereà exiſtimare de futuris, dominũ Eugenium papam Quartum faciliùs ad hãc pacem inclinari poſſe pro ſalute animæ ſuæ, & totius Eccleſiæ, ſi proceſſus inchoatus per hanc ſanctam ſynodum cõtinuetur, quàm ſi eodem proceſſu ſuſpenſo, nudis precibus de hoc interpelletur. Meminiſtis, vt credimus, dum altera vice concilium diſſoluerat, neq; precibus inclytę memoriæ Sigiſmundi Imperatoris Romanorum, nec archipræſulum & cæterorum illuſtrium principum electorum ſacri imperij, aut quorumlibet aliorum, ad huiuſmodi reuocandam diſſolutionem induci potuiſſe, donec ad ſuſpenſionem ipſius ab adminiſtratione papali hæc ſancta ſynodus procedere decreuit. Vbi verò nunc longè grauiora, longè duriora peregit, & ſemel reuocatam diſſolutionem iterum attentauit, quid putandum eſt ex dilatione proceſſus euenturum, niſi duriorem ipſius in cępto propoſito perſiſtentiam? Iam ſemel poſt eius accuſatam contumaciam, dilationem ſexaginta dierum ad inſtantiam præfati imperatoris ac illuſtrium dominorum veſtrorum dedimus. Et poſt lapſum illorum adhuc alijs plurimis diebus expectauimus. Quid iſtæ dilationes profecerint, vos ipſi conſpicitis: quoniam etiam dominos veſtros illuſtres literas & nũcios ad eundem dominum Eugenium miſiſſe commemoratis. Et quanquam plurimùm ſit eorum diligentia commendanda, nihil tamen ad ſalutem Eccleſiæ Dei obtentum eſt. Interim ipſe dominus Eugenius literas & nuncios ad diuerſas regionès miſit, in huius concilij expugnationẽ: interim plurimos ad adeundum prætenſum Ferrarienſe Concilium cõuocare ſtuduit, in ſciſſuram Eccleſię: interim laborauit vt Græcos ad locum quem vellet, poſſet adducere, vt ſub vmbra conuentionis eorum, correctionem effugere, & obedientiam quam huic ſanctæ ſynodo exhibere tenetur, eludere valeret. Cuius rei aſſequendę gratia, iam aduerſus honorem Eccleſiæ Latinæ plurima ſcandala per ipſum dominum Eugenium atque ſuos, etiam in oculis Græcorum commiſſa ſunt: & nunc in foribus eſt ſchiſma inauditum duorum conciliorum, per erectionem ipſius prætenſi Cõcilij Ferrarienſis. Iam imminet ſperatæ reformationis extinctio, authoritatis vniuerſalis Eccleſię proſtratio, ſi non celeriter occurratur, neq; aliud remedium nobis ſupereſt, quàm vt per continuationem proceſſus & iuſtam ſuſpenſionem ab adminiſtratione papali, ipſe dominus Eugenius ad viam iuſtitiæ & ſemitam veritatis reducatur, per quam pax gratiſſima non tantùm in hoc tempore, ſed & diebus futuris donetur populo Dei. Nec iſta ſuſpenſio eſt ipſius depoſitio. adhuc illa differretur. nec ad eam niſi cum magna maturitate hęc ſancta ſynodus procedere intẽdit. & interim illuſtrium dominorum veſtrorum pia deuotio apud ipſum dominum Eugenium laborare poterit, vt pacem Eccleſiæ donet. longè quoque faciliùs, Deo adiuuante, ſua conſequẽtur deſideria, vehementiusq; dominum ipſum ad pacis amplexus excitabunt, imminente depoſitione ſua, ſi nõ aſſenſerit precibus ipſorum, quàm ſi ſuſpẽderetur proceſſus. erit enim per Dei gratiam hęc ſuſpenſio nõ lętalis vulneratio, ſed medicina ſalutaris. habebitisq; in vlteriori dilatione quod à nobis expoſcitis, tempus proſequendi ſalubria media pacis, ad quorum cupitos amplexus hãc ſanctã ſynodum ſemper pacatam inuenietis. Offert autẽ hæc ſancta ſynodus venerabilib[us] archiepiſcopis & cęteris illuſtribus dominis veſtris plurimo honore digniſſimis, quicquid ad pacẽ & proſperitatem ſacri imperij & omnium pręlatorum atq; principum inclytæ Germaniæ efficere poterit, exhortans in domino deuotiones eorum, vt ſaluti Eccleſię ac paci ſemper intendant, benignosq; fauores ſemper & auxilia huic ſanctæ ſynodo iugiter largiãtur: & cum bona concordia atq; diligentia debita talem futurum Imperatorem eligere curent, qui languoribus vniuerſalis Eccleſię ſua aduocatione ſubuenire poſſit, & vniuerſum populum Dei inter pręſentium temporum calamitates conſolari: ad ipſius omnipotentis Dei gloriam & honorem, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.

Datum Baſileę in congregatione noſtra generali, xvj. Calendas Februarij, Anno à Natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octauo.

RESPONSIO SYNODALIS AD Fundamenta & rationes primæ & ſecundæ ſeſſionum conuenticuli Ferrarienſis, oſtendens quòd papa erigendo ipſum conuenticulum introduxit ſchiſma in Eccleſia DEI.

Ferrarienſem ſynodum & Latini & Græci venerantur.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, vniuerſis Chriſti fidelibus ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem. Vt inter varias fluctuum procellas, quibus nauicula Petri (ſacroſancta videlicet Chriſti Eccleſia) agitatur, cuncti fideles portum veritatis conſpiciant, in quo animæ ipſorũ ſalubriter quieſcere poſſint in acquiſitionem æternæ ſalutis, nec timeãt fluctus varios tribulationum, quæ aduerſus veritatem ipſam & Eccleſię ſtabilitatem excitantur, ſed vſque in aduentum domini ſtabiles atque firmi permaneant: apertiſſimè coram omnibus viuentibus declarare duxit hæc ſancta ſynodus, quid in fauorem defendendæ veritatis ad ſtatus Eccleſiæ conſeruationem & diuinæ legis obſeruationem, indefeſsè proſequitur.

Hęc reprobauit & damnauit Eugenius 4. vt habetur ſuprà ſeſſione 38.

Hæc enim veritas eſt, quòd Romani pontifices concilia vniuerſalia actu congregata, diſſoluere ſine ipſorum conſenſu Conciliorum non poſſunt, neque de loco ad locum mutare aut prorogare. Hæc iterum eſt veritas, quòd concilium vniuerſale poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui Romanus pontifex tenetur obedire, in his præſertim, quæ fidem concernunt, extirpationem ſchiſmatis, & reformationem generalem Eccleſię in capite & in membris ac pertinentibus ad ea. Hæc eſt etiam veritas, quòd Romanus pontifex non poteſt ea immutare, quæ concernunt vniuerſalem Eccleſiæ ſtatum, quæ quidem veritates ſibi mutuò cohærent. Si enim liceret Romano pontifici congregatum concilium diſſoluere, prorogare, de loco ad locum transferre contra ipſius cõſenſum: & dum in vno concilio agerentur, quæ ſibi non placerent in facto fidei aut generalis reformationis, aut ſchiſmatis & taliũ huiuſmodi transferre ad alium locum placitũ ſibi, & ibi homines congregare: & ſi ibi iterum non fieret quod vellet, transmutare in locum alterum, ſicque totam Eccleſiã de loco ad locum ducere & reducere: quis non intelligit, ex hoc obedientiam ipſius ad vniuerſale concilium, Eccleſiam militantem repræſentans, poſſe fruſtrari? Quomodò enim Concilium papam in facto fidei, generalis reformationis, & cæteris iudicare poterit, ſi illicò vt iudicare cœperit, valeat per papam diſſolui aut mutari? Quis intellectus hoc capit, vt concilio in papam iuriſdictionem exercere donatum ſit à domino, & tamen concilium ipſum ſe in aliquo loco ſtabilire non poſſit, in quo iuriſdictionem huiuſmodi exerceat, ſed ex voluntate papæ totaliter dependeat ipſius mutatio? Qualiter in his quæ ſunt fidei, obediet concilio, ſi concilium vniuerſale pro declarationibus fidei & extirpationibus hęreſum congregatum, dum voluerit, in quemcũque locum citramarinum, aut vltramarinum mutare poſſit contra conſenſum ipſius? & iam dominus Eugenius papa quartus pridem in Conſtantinopoli conuentionem Latinorum cum Græcis habere volebat, quam ipſi Græci ſynodum vniuerſalem fore dicebant, quod in effectum deduci non potuit, dum hoc ſacrum Baſileenſe concilium nequaquam * conſentijt, arbitrans ex ea ſe grauia detrimẽta poſſe Latinæ Eccleſię imminere. Quomodò denique Eccleſiam congregatam audire compelletur Romanus pontifex, ſi ipſis congregationem prout ei videbitur, valeat immutare? Cuius Eccleſia authoritas, reſpectu cuiuſlibet fidelis cuiuſcunque dignitatis, in ipſis verbis Ieſu Chriſti ſaluatoris noſtri fundata eſt, dicentis Simoni Petro: Si te non audierit, dic Eccleſiæ: Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. Subdens poſt pauca: Vbi duo vel tres congregati ſunt in nomine meo, & ego ſum in medio eorum. Ex quibus diuinis verbis authoritatem eſſe attributam Eccleſiæ congregatæ & vniuerſali concilio ſuper quemcunque fidelem cuiuſcunque dignitatis, oſtenditur: ad cuius eccleſiæ iudicium etiam Petrum, & in eo quemlibet ſucceſſorem Romanum pontificem, Chriſtus recurrere iubet, atque illius acquieſcere iudicio, quod & doctorum ac ſanctorum doctrinæ, declarationesque ſacrorum conciliorum plenè affirmant. & dum his nouiſſimis temporibus ex doctrinis malè intellectis, nonnulli argumenta & dubia aduerſus authoritatẽ ipſorum vniuerſalium Conciliorum afferre conabantur, frequenter ea quæ de Romano pontifice erga ſingulos diſperſos ſcripta erant, ad vniuerſalis concilii congregationem applicantes, celeberrimum Conſtantienſe concilium dubitationum talium hęſitationem à mentibus fidelium ſuſtulit, & viam futuris præcluſit erroribus. Sed neque à principio naſcentis Eccleſiæ vſque in hoc tempus auditum eſt, quempiam Romanorum pontificum hoc attentare, vt concilium Eccleſiæ quod vniuerſale reputaret, contra conſenſum ipſius de loco ad locum ducere, aut ipſum diſſoluere præſumeret. Nunquid beatiſſimus Petrus apoſtolorum & diſcipulorum domini congregationem, dum celebraretur, voluit aliquando ipſis inuitis diſſoluere, aut in aliam mutare regionem? Nũquid aliquis aliorũ id ipſum agere viſus eſt, vſque quò aduenit ipſe dominus Eugenius, qui hanc ſanctam ſynodum Baſileenſem le-

Epheſina 2. ſynodus legitimè h coacta, p Leonem papam dãnata eſt, & illo volente aliò tranſlata.

for. * conſenſit.

Matth. 18. Hęc nihil faciunt cõtra authoritatẽ Põtificis.

gitimè

gitimè congregatum in ſpiritu ſancto, paulò poſt eius prima exordia, diſſoluere & in aliud tempus prorogare, atq; in ciuitatem Bononienſem transferre tentauit, dicens ſe ob cauſam reductionis Græcorum id agere, ſicuti ex tenore literarum ſuarum ſuper huiuſmodi diſſolutione factarum apparuit. Sed côtinuò fuit ei declarata ſupradicta veritas, quòd Concilium congregatum diſſoluere, prorogare aut transferre non poterat ſine conſenſu ipſius, & in ſecunda ſeſſione eiuſdem ſanctæ ſynodi poſita eſt eadem declaratio, vbi poſt recitationem duarum declarationũ Conſtantienſis Concilij, hæc verba ponuntur: Præmiſſis igitur & nonnullis alijs Conſtantienſis Concilij attentis, præſertim capituli quod incipit, Frequens, prælibata ſynodus Baſileenſis decernit & declarat, quòd ipſa pro hæreſum extirpatione ac morum generali reformatione in capite & in membris, necnon pace inter Chriſtianos procuranda, vt præmittitur, in ſpiritu ſancto legitimè congregata, per nullum quauis authoritate, etiam ſi papali dignitate præfulgeat, diſſolui aut ad alium locũ transferri, ſeu ad aliud tempus prorogari debuit aut potuit, debet aut poteſt, debebit aut poterit in futurum, abſq; eiuſdem ſynodi Baſileenſis deliberatione & conſenſu. Hæc habentur in præfata ſeſſione. Deinceps autem verbis illis viamur, quæ in decreto duodecimæ ſeſſionis huius ſanctæ ſynodi, in qua etiam ſeptem ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales præſentes erant, legatusq; ſedis Apoſtolicæ præſidebat, poſita ſunt: dominus Eugenius ad nos quatuor oratores tráſmiſit, non vt emendarent, ſed errata defenderent: noſq; increparent, quòd mox ſuæ prætenſæ nô paruiſſemus diſſolutioni. quibus per reſponſiones huius ſacri Côcilij veritas iam iuris diuini & humani, quòd ſine conſenſo Concilij ipſum diſſoluere nequiuerat: quàm facti, quòd cauſæ prætenſę diſſolutionis veræ non fuerant, extitit luce clariùs patefacta. Hæc ilico tunc diximus, commemorantes illam eſſe veritatem iuris diuini & humani, quòd ſine conſenſu Concilij ipſum diſſoluere nequiuerat, prout latiùs in quadam reſponſione noſtra, incipiente, Cogitanti &c. fuerat declaratũ. Sed & quantum nobis cordi eſſet, hanc iuris diuini & humani veritatem, prout tenebamur, defendere, & errori contrario reſiſtere, in altera noſtra reſponſione, quę incipit, Sperauit &c. data oratoribus ipſius domini Eugenij in noſtra congregatione generali, in qua & ipſi cardinales numero ſeptem & legatus Apoſtolicus præſentes aderant, apertè oſtendimus, hęc verba inter cætera proferẽtes: Caſſetur ergo Concilium Conſtantienſe, & decreta ſanctorum patrum, quæ declarant, in his quæ vniuerſalem Eccleſiæ ſtatum concernunt, papam nihil poſſe immutare. Fru-

Sed ipſe legatus & multi alij ad Eugenium redierût relictis Baſileẽſib⁹.

ſtra enim membranas occupant, ſi vnico verbo papa poteſt illa mutare: & quod deterius eſt, authoritate Eccleſiæ talia poſſe videretur, ſi poſt huiuſmodi contradictionem inter Concilium & papam ortam, Concilium quaſi victum liti cederet, & ipſum & alios Romanos pontifices in poſſeſſionem diſſoluendi concilia poneret. Et poſt pauca ſequitur: Mori malumus, quàm tanto errori per ignauiam cedere. Deinde ſubiungitur ibidem: Hic articulus de quo diſceptamus, fidem concernit, qui ſine interitu ſalutis negligi non poteſt. Si dominus Eugenius Eccleſiam ſanctam non audierit, quam hoc ſacrum Concilium repræſentat, oportebit tandem haberi vt ethnicum & publicanum. Si Eccleſiam ampliùs offendere non volt, recognoſcere neceſſe habet, hoc verum fuiſſe & eſſe Concilium, ipſumq; diſſoluere nequiuiſſe. Hæc ſunt verba reſponſionis illius, quæ hìc inſerenda duximus, malentes antiqua repetere, quàm noua proferre. Inſuper declaratum eſt in octaua ſeſſione: Si Romanus pontifex aliud Concilium erigeret, durante iſto, non fore Concilium, ſed ſchiſmaticorum conuenticulum. Deinde duodecima ſeſſione generaliter aduerſus Romanos pontifices Côcilia generalia diſſoluere prorogare, aut de loco ad locum mutare volentes ſine conſenſu ipſorum Conciliorum, pœnæ ſuſpẽſionis & depoſitionis decretæ ſunt. Demum autem cùm iam vltra annum & dimidium ipſe dominus Eugenius aduerſus præfatam veritatem repugnaſſet, præcepit ſibi & mãdauit hæc ſancta ſynodus per præfatum decretum duodecimæ ſeſſionis, vt diſſolutionem per eum attentatam reuocaret, & hoc ſacrum Baſileenſe Concilium legitimè inchoatum, declararet, à tempore huiuſmodi inchoationis continuatum fuiſſe & eſſe, proſecutionemq; ſemper habuiſſe, continuariq; ac proſecutionem habere debere: quod ſi non faceret, infra terminum ſexaginta dierum, ex tunc adueniente termino, eſſet ab omni adminiſtratione papali ſuſpenſus: tandẽ huic monitioni paruit, & in forma ſibi per hoc ſacrum Concilium in decimaquarta ſeſſione ipſius deſignata, reuocationẽ fecit per ſuas literas more Romanæ curiæ bullatas, decernens & declarans de conſilio & aſſenſu cardinalium ſibi tunc aſſiſtentium, generale Baſileenſe Concilium à tẽpore prædictæ inchoationis ſuæ legitimè continuatum fuiſſe & eſſe, proſecutionemq; ſemper habuiſſe, continuari & proſecutionem habere debere ad prædicta & pertinentia ad ea, perinde ac ſi nulla diſſolutio facta fuiſſet: declarans etiam præfatam diſſolutionem irritam & inanem, reuocans inſuper, caſſans & irritans duas literas ſuas in palatio Apoſtolico promulgatas, & tertias incipientes, Deus nouit, & quicquid ſuo nomine in præiudicium aut dero-

Tota Eccleſia aliter ſentit de Côcilio Ferrarienſi & Florentino.

Sed ſcribit Platina adeò tunc eum bellis vndiq; fuiſſe vexatũ, vt vix ei reſpirãdi facultas daretur. Itaq; poſtea ſentẽtiam mutauit.

gationem prædicti ſacri Baſileenſis Cócilij, ſeu contra eius authoritatem factum, attentatum ſeu aſſertum erat, eadem nulla & irrita fuiſſe declarando, addens quòd à nouitatibus & grauaminibus, ſeu præiudicijs inferendis ipſi ſacro Cócilio, vel ſuppoſitis eius & adhærentibus eidem, realiter & cum effectu deſiſteret. Quibus per dominum Eugenium ſic ſolenniter decretatis & declaratis, arbitrati ſumus eundem iam illi veritati mête integra, prout tenebatur, adhærere, quòd Concilium vniuerſale diſſoluere nó poterat ſine conſenſu ipſius, dum illam diſſolutionem quam vltra duos annos ſuſtinuerat, & tranſlationem in Bononiã, quamq; per totum orbem publicauerat, quam etiam propter cauſam reductionis Græcorum factam eſſe dicebat, irritam & inanem eſſe decreuit, dicens, illa non obſtante, ſacrum Baſileenſe Concilium à tempore inchoationis ſuę legitimè continuatum fuiſſe. quod quidem nullatenus legitimè continuatum eſſe poterat, ſi poteſtatem diſſoluendi & trãſferendi ſine conſenſu Concilij ex cauſa quam neceſſariã arbitrabatur, habuerat. Sic tam illam veritatem iuris diuini & humani, illum articulum qui fidem concernit, vt præmiſimus, etiam dominus ipſe Eugenius approbauit, totaq; Eccleſia & populus Chriſtianus in hac veritate conquieuit. Sed heu dolor vehementiſſimus rurſum vniuerſam conturbat Eccleſiam. dum enim ſacrum hoc Baſileenſe Cócilium videns maximam eſſe deſolationem, cuius reformationi & ſalutari gubernationi pro honore Dei & ſalute animarũ iam multis quæſitæ laboribus, & toti populo Chriſtiano deſideratæ, ipſe dominus Eugenius multis annis obſtiterat, qui cæteris omnibus viam ſalutis debuerat oſtendere: uidens etiã grauiſſimam ſciſſuram, quam dominus Eugenius in Eccleſia excitauerat, galeas & oratores in Græciam tranſmittendo aduerſus legationem huius ſanctæ ſynodi ibidem deſtinatam cum multa impenſa facultatum noſtrarum, & earum quæ ex gratuitis ſubſidijs fidelium populorum collectæ ſunt, atq; illa perturbando, quæ cum Imperatore Romeorum & patriarcha Conſtantinopolitano eadem hæc ſancta ſynodus concordauerat, quibus & ipſa ex integro ſatiſfecit, vt ſic ipſe dominus Eugenius poſſet ad locũ quê vellet, modis indebitis vniuerſam perducere Eccleſiam, vbi poſſet dictare quæ ſibi placerent; obedientiam huius ſanctæ ſynodi & reformationem ſubterfugiendo, decretaq; Concilij Conſtantienſis & iſtius ac ueritates declaratas illudendo? qui & nunc Florentiã pro loco Concilij habere volês, nunc illa relicta, Bononiam aut Ferrariam, vel locum alium pro libito ſuæ voluntatis pro ipſo Concilio aſſignare, iam ad id manifeſtè tendibat, quòd concilia vniuerſalia de loco ad locum ducere & mutare vellet, prout ſibi videretur: uidens ſacrum Concilium hæc & alia plurima per dominum Eugenium in offenſam diuinæ maieſtatis & totius Eccleſiæ de facto attentari, uoluit (prout tenebatur) remediũ apponere, & regimini ipſius Eccleſiæ Dei, prouiſionem quærere ſalutarem. Tunc dominus Eugenius iterum de facto vniuerſale concilium ſine conſenſu eius diſſoluere, & ad ciuitatem Ferrarienſem transferre * dixit, for. * ſe dixit.
caſu quo contra ipſum, aut aliquem oratorũ ſuorum præſidentium in concilio, procederetur, aſſerens ſe hoc facere ex authoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia & plenitudine poteſtatis, iterum ueritatem tantoperè declaratam, uehementius oppugnare aggreſſus eſt, præfigens etiam terminum triginta dierum, ultra quos hanc ſanctam ſynodum in facto Bohemorum, quicquàm agere prohibebat: & iuriſdictionem ſupra concilium aſſumens in his, quæ reformationem generalem Eccleſiæ, ac etiam fidem concernebant: atque illi veritati declaratæ expreſsè repugnans, quæ ipſum aſſerit teneri obedire vniuerſali concilio in iſtis & pertinẽtibus ad ea. Adiecitque ipſe dominus Eugenius pœnas & cenſuras, ſi contrà factum eſſet, totum decernens irritum & inane. Quis non uidet hic ueritatem conculcari, ſtabilitatem & firmitatem Eccleſię proſterni, ſi non diuina clementia ex alto prouideret, atque ſeruis ſuis in eius nomine congregatis, uirtutem reſiſtẽdi præſtaret, opponendique ſe murũ pro domo Iſrael, & oſtendendi exemplo * ſcandalũ Ezech 13.
in prælio in die domini? Quid ultrà? domi- for. *ſtandum.
nus Eugenius ſe ęſtimans exinde fieri fortiorem in hac expugnatione veritatis, conuenticulum apud Ferrariam ſub nomine concilij generalis erexit, ſchiſma grauiſſimum realiter inducendo: quod quidem fore conuenticulum ſchiſmaticorum, apertè fuerat declaratum. Ex his omnibus euidentiùs conſtare poteſt, conſiderantibus ueritatis illius claritatem apertiſſimam, quòd papa vniuerſale concilium contra conſenſum ipſius concilij diſſoluere non poteſt, aut de loco ad locum tranſmutare, quam omnes docti & indocti ex ſupradictis luculentiſſimè conſpicere poſſunt. Quid igitur neceſſe eſt, ut fundamenta ipſorum Ferrariæ conuenientiũ conemur eludere, quæ in prætenſa ſua prima ſeſſione poſuerunt, allegantes decretum noſtrum decimæ nonæ ſeſſionis per papam approbatũ, cui manifeſtiſſimè illius conciliabuli erectio contradixit? Nam in eo decreto cauetur, ut concilium Baſileæ firmum remaneat, donec Græci ad portum applicuerint, qui portus ſimiliter & locus futuri concilij, non per papam, neque per aliquem alium, ſed per Concilium, aut eius oratores determinari debebant. Videant ſi hoc obſeruauerunt, & qualis ratio fundamentalis ſuæ prætenſæ ſeſſionis fuerit, aduertant. Subiecerunt etiam de ſchedulæ, quam apud nos

con-

Digitized by Google

concluſam dicunt, & conuentionalem appellant, quaſi ex ea erectionis talis conciliabuli uelint aliquam apparentiam aſſomere. Sed ſi omnes ſchedulas huius ſacri Concilij ab ipſius exordio legant & relegant, nunquam inuenient, ex uerbis aut ſcriptis aut intentione eiuſdem Concilij proceſſiſſe, ut domino Eugenio concederetur, quòd ſub quocunq; colore poſſet pro tranſmutatione Concilij nunc Florentiam, nunc Bononiā, nunc Ferrariam aſſignare, aut ipſum quando ſibi uideretur, diſſoluere. Quòd ſi de ſchedula ipſa loqui volunt, in qua concludebatur, certum terminom ciuibus Auinionenſibus aſſignari, infra quem pecuniarum expeditionem pro legatione mittenda in Græciam facerent, & nobis intimarent: alioquin uniuerſali Eccleſiæ per alterius loci electionem prouideretur: non fuit illa conoentio Concilij cum aliquo, ſed concluſio facta inter nos, ut Auinionenſes ipſi eam expeditionem non nimium protelarent, cuius concluſionis interpretatio & declaratio ioxta caſus occurrentes, & omnimoda diſpoſitio ad ipſum Concilium pertinebat, nec poteſtatem circa hoc diſponendi, in aliquem vel aliquos idem Concilium tranſtulit. Dum autem pendente termino, ſuperuenit proteſtatio per præſidentes Apoſtolicos, facta aduerſus decretationem loci Auinionenſis, in ſchedula ipſa cū alijs locis Baſileæ & Auinionen. poſitam, quæ non paruam occaſionē retrahendi animos Auinionenſiū ab expeditione pecuniarum præſtabat, dum plurima impedimenta per dominum Eugenium & ſuos in Auinione huic expeditioni interim præſtita ſunt. Dum etiam ita accidit, ut noſtri oratores in Auinionem applicantes, non inuenirent præcipuos gubernatores ciuitatis, quorum durante abſentia, res expediri non poterat: quibus illuc redeuntibus, tandem talis diligentia appoſita eſt, quòd circa terminum aſſignatum ciues ipſi fideliſſimi nobis intimârunt, ſe contentaſſe capitaneum galearum noſtrarum de triginta millibus florenorum, & cauto ac ſecutos feciſſe oratores noſtros de toto reſiduo petitæ pecuniæ, prout & ipſi oratores noſtri eo tunc ſuis literis intimârunt. Requirebantq; Auinionenſes ipſi, ut ad decretationem electionis loci iam factæ procederet Conciliū. Viſum eſt autem ipſi Concilio, quòd attentis omnibus prædictis, præfati Auinionenſes intentioni eiuſdem Concilij ſatisfecerant, quodq; præfata decretatio fieri debebat. Nam & per hunc modum meliùs prouidebatur vniuerſali Eccleſię pro expeditione legationis in Græciam, quam iterum intrādo nouas & magnas difficultates electionis alterius loci, dimittendo omnia quę iam parata erāt cum magnis ſumptibus, & frangendo conuentionem cum capitaneo galearum initam per totum Concilium, cui & legatus Apoſtolicus vexillum Eccleſiæ & baculum peregrinationis manu propria tradiderat, cui etiam tanta ſumma pecuniæ iam fuerat aſſignata. Nunquid ex hoc fuit data poteſtas alicui vel aliquibus, vt cōtra cōſenſum duarum partium Concilij & ampliùs, poſſent ſe ſynodum generalem, repręſentantem vniuerſalē Eccleſiam, nominare, & tradere totū Conciliū in manus papæ, vt ipſum in Florentia, & deinde in Bononia aut Ferraria poneret, vel in quocunque loco, quem ipſe tutum & ſibi atq; Gręcis accommodum iudicaret, & pro quo galeas & pecunias faceret expediri? Nunquam enim auditum eſt in aliquo legitimo vniuerſali Concilio, quòd minor pars nominans ſe generale Conciliū, decretaret quæ ad vniuerſalis Eccleſiæ ſtatum pertinebant contra ſententiā plurimorum. Et ſi hoc permitteretur, via periculoſiſſima diuiſionum in Concilijs vniuerſalibus futurarum, & totalis deſtructionis ipſorum, aperta videretur. vtq; exēpli gratia hoc dicamus, non ſolùm ſimplici concluſione, ſed decreto ſolenni firmatum eſt in vndecima noſtra ſeſſione, vt ſummi pontifices concilia vniuerſalia ſine conſenſu ipſorum diſſoluentes, ſi infra quatuor menſes non reſipuerint, ſint ipſo facto ſuſpenſi. Et ſi ſuſpenſionem hanc per duos menſes ſuſtinuerint, ad eorum depoſitionem procedatur. Nunquid in eo caſu, ſi maiori parti ex bonis cauſis videatur, non ſtatim ad talem depoſitionem procedendum, minor pars ſibi authoritatem procedendi ad eandē depoſitionem aſſumet? Denique, quis ſapiens exiſtimabit hanc intentionem Concilij vnquam fuiſſe, vt paucis aliquibus poteſtatem dare vellet auferendi ſibi libertatem electionis loci, & eam pro pecunijs & galeis habendis iudicio domini Eugenij, attentis circunſtantijs negociorum Eccleſiæ, ſubijcere, quam libertatem nō ſibi pro quacunq; auri vel rei temporalis compenſatione tradidiſſe Eccleſia? & ſi Auinionenſes defeciſſent, confidebat hæc ſancta ſynodus in domino, quòd aliundè ſuę Eccleſiæ benè prouidiſſet, authoritatem vniuerſalium Conciliorum conſeruando, veritates declaratas manu tenendo, & reformationem ipſius Eccleſiæ atque illa ſancta opera inchoata confouendo. Conſpiciant igitur illi qui Ferrariæ conuenerunt, veritatem rerum, & de ipſa meliùs ſe informent, ne ſuarum prætenſarum ſeſſionum in diuiſionem Eccleſię, tam inania faciant fundamenta, quæ nec vllum colorē talia faciendi ſibi afferre potuerunt. Prętere adiecerūt, quòd ſchiſma venturum pertimeſcebant & impedimentum vnionis Græcorum. O mirandam allegationem, ſchiſma ſe timere dicentes, realiter ſchiſma grauiſſimum perpetrârunt, aliud Conciliū contra iſtud erigere volentes, quaſi altare contra altare ponētes, actu etiam perturbando quæcunque cum 3. Reg. 12.

Licet Baſileenſes id nō probarint, tamen Papa fecit, tota approbante Eccleſia.

Pius 2. ſeribit Eugenium nō ſine ratione in Italia Conciliū petijſſe. Itaque in re non mala obtemperādum illi erat.

Pſal. 13.

Græcis fuerant concordata. Sed quid trepidare debebant timore, vbi non erat timor, dum iſtud concilium videns Eccleſiam vndiq; turbari per ea, quæ dominus Eugenius tam in Græcorum negocio, quàm in cæteris rebus (vt præmiſſum eſt) attentauerat, flebili querela plurimos ſuorum defectuum commemorans, vocabat ipſum dominum Eugenium, necnon etiam ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales conuocabat, vt in hanc ciuitatem Baſileeñ. omnibus ſecurã, cum alijs Eccleſiæ filijs aduenirent, ſaluti Eccleſiæ in tanta neceſſitate conſulturi, & ſuper omnibus agendis tam in facto Græcorum, quàm in alijs vnanimiter prouiſuri: quod ſi factum fuiſſet, ſicut ſyncera intentione deſiderabat hæc ſancta ſynodus, non iam tantis procellis agitaretur Chriſtiana religio: omniaq; ſedari & pacificari potuiſſent, poteratque hoc modo vera vnitas & trãquillitas Eccleſiæ dari. Illi verò timẽtes, ad ſchiſma perpetrandum proruperunt. Illique ſchiſma faciunt, qui ab vnitate Eccleſiç congregatæ ſe ſegregãt. Sed quid vltrà in reſpondendo illis, quç apud Ferrariam agũtur, inſiſtimus? licèt enim ibi conuenientes tractent, loquantur aduerſus hanc ſanctam ſynodũ, eiuſque ſuppoſita, & eas quas appellant ſeſſiones celebrare conentur, vnico verbo omnia ſoluuntur, omnia deſtruuntur, ac vnica veritate declarata, velut vno ſole lucente, omnes factorum illorum & dictorum riuuli exiccantur: Papa concilium Baſileeñ. ſine ipſius conſenſu diſſoluere aut de loco ad locum mutare non poteſt. Hæc veritas fundata eſt ſupra firmam petram, aduerſus quam dominus Eugenius tantis temporibus decertauit, cui & iam ſemel cedere apertè compulſus eſt: hæc omnes fulminationes pœnarum, quæ aduerſus ipſum Baſileenſe concilium, ſuppoſita eius & adhærentes eidem promulgantur, irritas facit: hæc illud conuenticulum in conſpectu Dei & hominum proſternit, hęc cum cęteris aggrauantibus ipſum dominum Eugenium ſuſpenſum eſſe fecit ab omni adminiſtratione papali, ad cuius ſuſpenſionis declarationem quàm iuſtè poſt monitiones dilationes congruas proceſſerimus, ex alijs noſtris decretis & epiſtolis euidentiùs conſtare poteſt: per quæ etiam omnibus ſatisfecimus, quæ aduerſus hanc ſanctam ſynodum & proceſſus ipſius, dominus Eugenius inducere conabatur. Verum adhuc ipſe poſtq̃ ab omni adminiſtratione papali ſuſpenſus eſt, ſuppoſita huius ſanctæ ſynodi grauibus pœnis, necnon etiam dilectos Eccleſiæ filios ciues Baſileenſes afficere nititur, ſi ipſam ſanctam ſynodum diutiùs ſuſtinuerit: victualiaque & alia neceſſaria ad vſum hominum denegari iubet, quo ipſos viuentes necare auſus eſt, ac denique aliqua portãtes ad hoc concilium, ſpoliari, & eorum ſpolia primo capientium occupare concedit. Et quid hæc omnia valent, etiam ſi multo adijcerentur grandiora, dum ab illo fiunt, qui ab omni adminiſtratione papali ſuſpẽſus eſt? vt quid fruſtrà tam vehemẽtes ictus illo gladio vibrare conatur, qui iam à ſuis manibus prouidè ereptus eſt? Poſt hæc tamen ſubijcit, omnia relaxari & pro infectis haberi velle, quo ad illos qui infra terminum per eum aſſignatum, obedientes fuerint: omnia remitti vult, dummodò ſuæ voluntati hęc ſancta ſynodus obediat. Fuiſſemus autem & nos parati ſuæ complacere voluntati, ſi non repugnaſſet veritati. Sed non poteſt eadem ſancta ſynodus illum deſerere, qui eſt via, veritas, & vita, vt hominis morituri impleat voluntatem: non poteſt conſentire, vt ſolidam veritatem Eccleſiæ in vacillationẽ adducat, vt ſtabilitas & firmitas veritatũ, quas ipſa Eccleſia declarauit, victa reddatur: quibus proſtratis, nec pax, nec ordo, nec decor in Chriſtiana religione manerent. Et cùm ante quadriennium aduerſus primam diſſolutionem, præſentibus etiam hic (vt pręmiſſum eſt) pluribus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalibus & ſedis Apoſtolicæ legato, diceremus: Malumus mori, quàm tanto errori per ignauiam cedere: Hic articulus de quo diſceptamus, fidem cõcernit, qui ſine interitu ſalutis negligi non poteſt: non poſſumus nunc dicere: Foueamus errori, ſalutem noſtram negligamus, non debemus eſſe homicidę animarum noſtrarum & aliorum fidelium, vt dominum Eugeniũ & ſucceſſores ſuos ponamus in poſſeſſionẽ diſſoluendi generalia concilia contra conſenſum ipſorum, & ipſis nullatenùs obediẽdi. Nec id tolerandum eſt, vt ſub vmbra adducendi Græcos in Ferrariam & locum ſuæ voluntati deditum, aut per quaſcunque practicas, authoritatem vniuerſalium conciliorum conculcet, veritatem ac ſtabilitatem Eccleſiæ proſternat, & ſub colore proſequendi modis excogitatis ea, quorum futuri euentus incerti ſunt, exnunc certam confuſionem & grauiſſimam plagam vniuerſæ inducat Eccleſiæ, fidem noſtram lædat. Reformationeque ipſius Eccleſiæ, quam tantis laboribus pro honore Dei creatoris noſtri & animarum ſalute tandiu quæſiuimus, forſitan ſupprimeretur, cuius executioni ſi operam dare dominus Eugenius voluiſſet, nec in hoc tempuus differre, neq; locum alium pro benefaciendo & deformitates abuſuum cum effectu tollendo expetere oportebat. Proſecuta eſt hæc ſancta ſynodus & proſequitur, vt electiones prælatorum per ſingulas eccleſias canonicè celebrẽtur, iuxta diſpoſitionem ſacrorum canonum, per quos grex dominicus dirigatur in ſalutem, vt dignitates eccleſiaſticæ & beneficia ſine interuentu pecuniæ datæ vel promiſſæ conferantur, vt ſacroſanctæ Romanæ

Marginal notes: Vtinã hoc in vos nõ quadret. — Non eſt ita. — Ioan. 14. — Magnum periculũ, ſi in re nõ mala Pontifici obtẽperetis.

manæ Eccleſiæ cardinales, virtutibus & ſciētiis præcellentes, de ſingulis regionibus proportionabiliter aſſumantur, qui toti orbi ſalubriter conſulere poſſint: electioneſque ſummorum pontificum ad vniuerſæ Eccleſiæ ſalutem debitè celebrentur, beneficia idoneis miniſtris per eos, ad quos pertinent, aſſignentur. In cauſis & litibus monendis vnicuiq; ſua ſeruetur iuriſdictio, & non confundatur ordo Eccleſiaſticus.

Non vexentur homines iniuſtè, nec perſonæ deſtruantur. Nō exhauriantur vltra modum regnorum & prouinciarum pecuniæ, ſed omnia ordine debito in Eccleſia diſponantur, ad honorem Dei & ſalutem animarū. Decretaq; ſaluberrima ſuper his & aliis plurimis rebus, ſuper reformatione Eccleſiæ Dei in capite & in membris, hæc ſancta ſynodus edidit, quæ non poteſt ſic permittere fruſtrari. Quantis verò exhortationibus & admonitionibus ipſum dominum Eugenium iam multis annis ad hoc excitauerimus, vt ſe & alios in viam ſalutis dirigeret, quicquid ſuper hoc egerit, rerum euidentia monſtrauit. Deſignat igitur aut nos allicere blanditiis, aut communicationibus deterrere, vt veritatem deſeramus. Si ſæuiat quæuis perſecutio, orabimus omnipotentem Deum, qui ſanctis patribus noſtris virtutem inſpirauit omnia tolerandi pro defenſione catholicæ veritatis, vt & nobis fortitudinem præbeat, ab ipſius veritatis & Eccleſiæ ſuæ ſanctæ conſeruationem, & vſque ad animam & ſanguinem reſiſtendum, in quem firmiter & ſine vlla cordium hæſitatione omnem noſtrā proiicimus fiduciam. Deſiſtat ipſe dominus Eugenius pro reuerentia Dei & integritate fidei, quæ ſemper in Latina permanſit Eccleſia: deſiſtat, ſublatione perpetrati ſchiſmatis: ab intentatis conatibus: cui nec victualia, nec neceſſaria tolli, nec quicquam quod ſuum ſit, eripi exquiſiuimus, ſed vt acquieſceret veritati, & Eccleſiam debitè gubernari aſſentiret, & ea efficeret, quę eſſent pro ipſius & aliorum ſalute. Sed & omnes ac ſingulos qui Ferrariæ conueniunt, cum omni charitate reddimus attentos, vt ab inceptis, quæ forſitan ſiniſtrè informati, aut non ſatis omnia aduertentes, attentauerunt, celeriter deſiſtant, & ad veritates fidei defendendas pariter nobiſcum in vnitate ſpiritus coniungantur, nec etiam complacere quærant voluntati cuiuſcunq;, vt velint offendere Deum creatorem cunctorum. Si qui verò in rebellione perſtiterint, coget nos Chriſti charitas & zelus iuſtitiæ vltra pœnarum declarationem, aduerſus omnes illuc conuenientes & mittentes, quam dudum ſolenni decreto fecimus, etiā alia grauiora in ipſos, quæ digna fuerint, exequi. Omnes tandem vos Chriſtifideles, quibus huius ſanctæ ſynodi ſynceram intentionem pro defenſione veritatis planis & ſimplicibus verbis aperire duximus, per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti requirimus, vt in conſcientia pura & fide non facta, Eccleſiam matrem cunctorum, quæ nos regenerauit in ſpem viuā hæreditatis æternæ, adunare, & veritatem ipſius omni fauore & auxilio defendere ac ſuſtinere curetis, pro honore Dei & animarum veſtrarum ſalute; vt vobis adiuuantibus, ipſa Petri nauicula maturiùs in portum tranquillum perducatur: vt non ſolùm aduerſus eam contrariæ tempeſtates præualere non poſſint, prout eo adiuuante domino poterunt, ſed nec diutiùs eam valeant conturbare, orantes ſine intermiſſione patrem miſericordiarum, vt greſſus omnium dirigat in viam ſalutis, veritatis & pacis, q eſt benedictus in ſecula ſeculorum, Amē. Datum Baſileæ in noſtra generali congregatione, Idibus Martii, Anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimooctauo.

RESPONSIO SYNODALIS AD ſchedulam proteſtationis contra proceſſum Papæ, factæ per Franciſcum de Barbauaria oratorem ducis Mediolani.

SAcroſancta &c. ad perpetuam rei memoriam. Legiſti per hos dies coram deputationibus huius ſacri concilii ſchedulā quandam Franciſce de Barbauariis orator illuſtris principis ducis Mediolani, quam ex audito ipſo ſatis omnes intellexerunt, ex ſcientia aut deliberatione eiuſdem ducis aut ſui magnifici conſilij minimè proceſſiſſe, cùm de quadam citatione valuis maioris Eccleſię Baſileeñ. affixa pridie Calēdas Septembris, immediatè ſequentes tantùm tres dies effluxerunt, quibus de Baſilea in Mediolanū, & rurſum de Mediolano in Baſileā proficiſci nequaquam poſſibile fuit. Nec præterea exiſtimandum eſt, ipſum ducem illuſtrem, qui ſemper ſingulari deuotione ac veneratione hanc ſanctam ſynodum ac eius authoritatē colere curauit, omnia dici iuſſiſſe, quæ in præfata ſchedula continentur. Ad ipſa tamē fauente Domino reſpondere, ac de actis in hac ſancta ſynodo reddere rationem parati ſumus. Commemoras in primis, nos conueniſſe pro pace populi Chriſtiani, pro tollendis hæreſibus, & reformatione eorum quæ in orbe geruntur. Verum quidem hoc eſt, & quos labores iam his rebus per plures annos impenderimus, tu ipſe noſti, & totus orbis conſpicere potuit. Quot enim legationes in Bohemiam, quot in Græciam tranſmiſerimus: quanta legatio oratorum noſtrorum ad pacificandos principes per Germaniam, Galliam, Italiam conſtitutos, tranſierit, quantos ſumptus, quantas vexationes & *fatigas earum rerum gratia ſubiuimus, for. *fatigationes

rimus, non facilè exprimi poteſt. Sed & quot ſalubria decreta, * quæ in orbe malè geruntur, ediderimus, quantis inſtantijs laborauerimus, vt in executionem deducerentur, & præcipuè apud Eugenium papam Quartum, qui primitùs canones ſacrorum Conciliorum obſeruare & exeqni habebat, ac cæteros ad eorum obſeruantiam inducere, ſanctitatisque exemplum ſe cunctis oſtẽdere, ſatis per orbem publicatum extitit, & ſi fructum optatum non adhuc adepti fuimus, ſatis omnes conſpiciunt, quis hominum præcipuè huic rei impedimento ſit. Subijcis præterea Franciſce, uelut dolendi deflendique caſus grauiorem querelam, dum ais non attendi preces principum, petentium ſuperſederi à proceſſibus, aduerſus Romanum pontificem & illos qui apud eum conſtituti ſunt, inchoatis, quinimmo ipſos magìs & magìs indiès vrgeri. Ex quibus depoſitionem ipſis Romani pontificis, & alterius electionem mox ſecuturas eſſe dicis, atque exindè ſchiſma graue & plurima diſcrimina populo Chriſtiano imminere. Attende in primis, quanta benignitate hæc ſancta ſynodus precibus principum Chriſtianorum in his negocij hucuſque condeſcenderit. Iam decimuſquartus menſis ab eo die uoluitur, quo citatio aduerſus ipſum pontificẽ decreta eſt, vt Eccleſię Dei oppreſſæ maximis neceſſitatibus propter reformationis contemptum ac ſchiſmatis introdnctionem ex alterius prætenſi Concilij erectione per eundem Romanum pontificem iam tunc diſpoſita, prouideretur, cõtemplatione inclytæ memoriæ Sigiſmundi Imperatoris, data fuit menſe Octobris ſexaginta dierum dilatio: quibus elapſis, rurſum à proceſſu per præfatam citationem inchoato, tempore multo ſuperſeſſum eſt. Aduenit deinde tempus, quo ſuſpenſio ipſius Romani pontificis ab omni adminiſtratione Papali, vigeſimaquarta Ianuarij facta eſt, propter prætenſam diſſolutionem & tranſlationem huius ſacri Concilij Baſileenſis in Ferrariam, caſu quo contra ipſum aut aliquem præſidentium oratorum ſuorum, qui in hoc Concilio fuerant, procederetur aut fieret aliqua nouitas, per eundem factam & declaratam decimaoctaua menſis Septembris, adeò apertè & enormiter contra decreta Concilij Conſtantienſis, & iſtius attentatam, ut nulla poſſit tergiuerſatione excuſari, atque etiam propter illam erectionem alterius prætenſi Concilij contra omnem formam prædictorum decretorum de facto, nona die menſis Ianuarij inchoata vrgebat Decretorum ſanctio, ut ſi hanc ſuſpenſionem ſuſtineret ipſe Dominus Eugenius animo indurato, ad depoſitionem eius procederetur. Quid factum ſit ab illo tempore contemplatione principum catholicorum, quanta dilatio habita ſit, in rebus lucidiſſimè conſtat. Deponendus ueniebat dominus Eugenius poſt vigeſimamquartam Martij, iuxta Decretorum ſanctionem. Iam ſex ferè menſes exindè lapſi ſunt, & adhuc perduret expectatio. Non potes inficiari, qoin extunc deponi poterat, non opus erat ulteriori proceſſu, non examinatione teſtium ex eo ſolo capitè, quòd ſuſpenſionem notoriè ſuſtinuerat per duos menſes animo indurato: ut quid putas hanc ſanctam ſynodum tantis poſteà diſtuliſſe temporibus, niſi ut precibus principum catholicorum benignè faueret, ut etiam cuncti cõſpicerent, ſi pendentibus dilationibus, dominus Eugenius reuerteretur ad cor, ſi ad reformationem efficaciter capeſſendam, & in realem executionem tam in curia eius, quàm alibi deducendam, propter honorem Dei & ſalutem animarum, ſi ad tollendum ſchiſma introductum ex alterius prætenſi Concilij erectione, ſi ad recognoſcendam Eccleſiæ congregatæ & ſacrorum vniuerſalium Conciliorum authoritatem ſuum inclinaret animum? Quid autem pendentibus iſtis dilationibus egerit, attentè conſidera: & meritò dices, quod principium tuæ ſchedulæ ferebat, ô dolendum, ô grauiſſimum, ô deflendum caſum. Quis enim non ploret, quis non amariſſimos proferat gemitus, dum tuetur authoritatem ſacrorum generalium Concilium, quę neruus eſt conſeruationis unitatis fidei, ſacrorumque Canonum & Eccleſiaſticæ diſciplinę, nunc per cuiuſpiam mortalis hominis uoluntatem miſerabiliter proſterni & conculcari? Sed quo pacto arguere poteris ſanctam ſynodum Franciſce, ſi dum eam Romanus pontifex acerrimè impugnat, ipſa in ſui defenſionem ſuos proceſſus inſtificat in manifeſtationem veritatis? Suggerunt auribus principum & aliorum oratores ipſius Romani pontificis, falſas calumnias in citatione aduerſus eundem decreta fuiſſe confictas? Examinari iubet teſtes ſancta ſynodus plurimos ſuper ueritate & notorietate eorum, quæ in ipſa citatione poſita ſunt in defenſionem & iuſtificationem ſui. Nunquid hoc repræhendere nis, & potius diligis, ut eadem ſancta ſynodus ſe ubique iniuſte infamari, & de calumnia accuſari permittat? Neque ex his conqueri debes ad depoſitionem feſtinari, cùm & ſi feſtinare voluiſſet eadem ſancta ſynodus, ſine his dudum depoſitionem illam (ut præmiſimus) efficere potuiſſet. Quid uero mali eſt, ſi deputati huius ſanctæ ſynodi aut maior pars ipſorum, aut duo ex ipſis, ſicut eis commiſſum eſt, dum in examinatione procedunt, quandam citationem affixerunt ad recognoſcendum ſigilla & inſtrumenta, ſtylum in hoc iudicialem ſeruare nolentes, quem minimè ſeruare tenebantur? Noſſe etenim debes Romanum pontificem in citatione aduer-

Far. * de his quæ

Nimis vos eleuatis Rom. põtificis authoritatẽ, qui totius Eccleſiæ paſtor eſt.

aduerſus eum iamdudum decreta, fuiſſe citatum ad omnes & ſingulos actus, neque ulteriorem citationem eſſe neceſſariam. Quid reprehendis, ſi ex abundanti hanc nouiſſimam citationem fecere deputati? Quid terminum breuem aſſignatum cauſaris, quaſi in quolibet termino citationem in longinquam & diuturnam expectationem decernere opus eſſet, poſtquàm ad omnes & ſingulos actus citatus extitit? ſicque omnes illæ obiectiones facilè euacuantur, quas aduerſus hanc nouiſſimam citationem exaggeraſti. Obijcis etiã, in die feriato eſſe factam: ſed ſi rectè aduertas, altero die facta eſt, qui non feriatus erat. Sed affixio eius idcirco die dominico facta eſt in ualuis maioris Eccleſiæ Baſileenſis, ut in plurimorum notitiam deueniret. Vndè patuit etiam, non fuiſſe clandeſtinam, ſicut in obiectione altera dicere uidebaris, & ipſa ſcripta tua edocent, ſatis ipſam in eorum notitiam deueniſſe, qui contradicere uoluerunt. Nec prætereà illi rumori reſpondere conuenit, quem apud multos dicis eſſe de deputatis, quòd ſuſpecti ſunt Romano pontifici, cùm ad eam rem uiri probiſſimi electi ſint, omni exceptione maiores, aduerſus quos nulla iuſta cauſa ſuſpicionis allegata eſt. Nec in leui rumore fundamentum facere debuiſti, pro tali contradictione in ſynodum uniuerſalem ſuſcitanda. Quomodò autem hanc materiam obiicis non fuiſſe communicatam cum pluribus, qui ſcire potuiſti longè antè, pridie quàm illa citatio fieret, fuiſſe per omnes deputationes Concilii concorditer concluſum, ut proceſſus concernens Romanum pontificem, ulterius continuaretur & perficeretur? illa uerò declaratio priuationis exiſtentium apud ſummum pontificem, quam allegaſti, ea ſolùm amplectebatur & proſequebatur, quantùm ad priuationem dignitatum & beneficiorum, attinet quæ dudum in aliis decretis huius ſanctæ ſynodi, & præſertim in decreto octauæ ſeſſionis incipiente, Sicut unica, iam ante quinque annos promulgato, ordinata fuerant. Cuius decreti uerba ſunt hæc: Si qua uerò perſona Eccleſiaſtica, etiam ſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis aut alia quæcunque, cuiuſuis ſtatus, gradus aut conditionis exiſtat, Bononiã uel ad aliquem locum alium ſub nomine generalis Concilii iſto durante, præſumat accedere uel ibi manere, ſententiam excommunicationis & priuationis omnium dignitatum, beneficiorum & officiorum, ac inhabilitationis ad ipſa, incurrat ipſo facto: & de dignitatibus, beneficiis & officiis talium, per eos ad quos de iure ſpectat, liberè diſponatur. Hæc in decreto prædicto. Quid plùs ſuperata eſt declaratio generalis, quo ad diſpoſitionem liberè de beneficiis & officiis faciendam, quàm ibi decretum fuerat? Sed manſuetudine ſemper utens hæc ſancta ſynodus, dum multi huiuſmodi beneficia impetrare conarentur, ordinauit, ut à collatione talium uſque ad quadraginta dies ſuperſederetur, quanquàm iam longo tempore poſt uarias admonitiões expectati ſunt. Sed quæ tu ipſe dicis, attentiùs conſidera: ſubiungis in oratione tua, quòd quicquid citra depoſitionem fecerimus, in debita conſideratione & obſeruatione ſemper habebitur. Quomodò igitur ea, quæ citra depoſitionem facta ſunt & fiunt, ita reprehendere conaris? prædixiſti inſuper uentura eſſe inconuenientia plurima, ſi Romani pontificis depoſitio fiat. Quæ autem futura ſint, Deus ipſe cognoſcit: ſed an fiet depoſitio uel non fiet, de præſenti non agitur, proceſſus continuatur, ut iuſtitia huius ſanctæ ſynodi ad hominum conſtantiam manifeſtetur. Dudum, ut diximus, etiam abſque ulteriori deductione proceſſus, poterat fieri depoſitio.

Immò plurima mala peperit eleuatio authoritatis Roma. põtificis, cui uos plus ſatis derogatis.

Videmus mala plurima per cõculcationem authoritatis Eccleſiæ & ſacrorum Conciliorum exoriri, errores inſurgunt, & aduerſus determinationes uniuerſalis Eccleſiæ in materiis fidei, plures iam ſua dogmata impunè aſſerere audent, cenſuræ Eccleſiaſticæ contemnuntur, decreta & canones uilipenduntur, atque exindè uitia laxatis frenis per orbem debacchantur: diſcordiæ, diuiſiones, ſchiſmata in immenſum uigent: quælibet ferè uacans Eccleſia, duos paſtores habet. Vnus eligitur, alteri per reſeruationem prouidetur. Omnis inobedientia, omnis tranſgreſſio iam per orbem eleuatur: quòd ſancta ſynodus ordinat, Romanus pontifex inficit: quod ipſa ligat, ille abſoluit. Conſcientiæ Chriſtianorum in magnum labyrinthum præcipitiumque ducuntur. Et quaſi ubique excommunicationum & cenſurarum uinculis iam animarum copioſa multitudo alligatur, iudicialiaque detrimenta Chriſtianitas uniuerſa ſuſtinet. Et cum nulla fit abuſuum correctio, uitia dimittuntur impunita. Sed & omnipotentis iudicis ira, quam peccatorum multitudo concitauit, multis iam modis flagellare conſpicitur populum ſuum, ut conuertatur ad pœnitentiam. Et ſi hoc Concilium tantis laboribus congregatum & continuatum, abſque aliarum rerum diſpoſitione per reſiſtentiam Romani põtificis, aut quicquam aliud ſuperueniens diſſoluatur, quantam putas uniuerſæ Eccleſiæ totique Chriſtianitati deſolationem & confuſionem fore ſecuturam? Quid autem in hac perplexitate rerum agendum ſit, quo pacto Eccleſiæ prouidendum, non facilè exiſtimare poteſt humana conſideratio: ſed ſperandum eſt in miſericordia omnipotentis Dei, quòd hanc ſanctam ſynodum in ſuo nomine congregatam, in eam partem diriget, quæ magis placita erit ſuæ maieſtati: & quod ſynodus ipſa dictauerit, cuius notoria eſt authoritas,

rei

id omnes amplexabuntur, qui Eccleſiæ filij obedientes eſſe uolent. Quòd ſi in ea re huic ſanctæ ſynodo obediendum non arbitraris, quam tamen vniuerſalem Eccleſiam repræſentare in ipſa ſchedula tua cēſes, ſed vnumquenque principem aduerſus ſynodale iudicium proprio iudicio putas inniti debere, & qui ex alia parte dicis omnem poteſtatem ademptam eſſe ſummo pontifici, & hoc tantùm ſibi relictum, quòd nudum & inane pōtificis nomen habet, ita ut ueriùs imago pontificis, quàm pontifex dici poſſit, adiiciens quòd omnis adminiſtratio ad hanc ſanctam ſynodum deuoluta eſt, ubi iam obedientiam Eccleſiæ poſitam putabis, ſi nec ſynodo iudicanti, nec Romano pontifici obediendum arbitraris? Quæ deinceps erit factorum Conciliorum authoritas, ſi vnuſquiſque illorum iudiciis in reformatione capitis & membrorum, obediat quando uelit, quando non uelit non obediat, aut priuſquàm aliquid iudicatum, ſit de non obediendo proteſtetur, niſi eo modo ſynodus & eo tempore iudicet, quo ipſa conuenire arbitrabitur præſens iudiciū ſuum iudicio vniuerſalis Eccleſiæ in tantis tamq̃ue arduis rebus? Hæc quidem Franciſce ualdè periculoſa ſunt in Chriſtiana religione & Eccleſia Dei, & quid in ſe importent, alio tempore poterit latiùs aperiri. Nec credimus illuſtrem dominum tuum, qui Eccleſiæ deuotiſſimus & obediētiſſimus ſemper eſſe ſperatur, talia ſuo nomine dici aut fieri iubere. Potiùs te ô Franciſce humiliter, ſicut decet Eccleſiæ filium, conſilia tua & auxilia ſubminiſtrare decet, & ſine intermiſſione orare cum cæteris fidelibus, vt Chriſtus hanc ſanctam ſynodum & Eccleſiam ſuam dirigat in agendis, quàm aduerſus ſynodale iudicium proteſtari, quod an futurum ſit, uel quale futurum ſit, ignoras: atque præfigere modos vniuerſali concilio ex tua ſententia, qui ſi non obſeruentur, vt vis aut ſentis, omnia iniuſta, inualida & nulla eſſe etiam proteſtatis, & impingis huic ſanctæ ſynodo impetuoſam Romani pontificis depoſitionem: quæ an ad depoſitionem procedet, uel qualiter & quando, nondum ipſe cognoſcis. Ad pacem nos inuitas, quam vtinam poſt longæuam adeò expectationem uel tua deuotio, uel alius quilibet attuliſſet. At etiam in præſentiarum uidemus impugnationem continuam huius ſacri Concilii, & vniuerſæ Eccleſiæ turbationem grauiſſimam, ſchiſmatiſq́ue continuationem in alterius prætenſi Concilij perduratione: pacem uerò minimè conſpicimus, quam ſummoperè deſideramus, & pro cuius aſſecutione ſperata, hucuſque diſtulimus & differimus eam proferre ſententiam, quam (velut ſuperiùs præmiſſum eſt) ferre poteramus. Sed neque dilationibus continuis in magnum grauamen vniuerſæ Chriſtianitatis res iſtæ duci ſemper poterunt, ſicut per diſpendioſas miſſiones proceſſuum ad principes hincindè diſperſos & longinquas expectationes, agendum tua inſinuat oratio: quæ intra ſe repugnantiam quandam gerere uidetur, dum quærit proceſſus huius ſanctæ ſynodi ad vniuerſos principes mitti, & nihilominùs ipſos compleri aut ulteriùs deduci non vult. Et quomodò fieret ut mitterentur, ſi non priùs complerentur & perficerentur, ut in conuenienti forma oſtendi poſſent? Vt itaque finem noſtra reſponſio accipiat, neque pacem recuſamus, neque de depoſitione fienda quicquam adhuc certum determinauimus, neque ullatenùs proteſtationem tuam, per te factam aut ſimiles, ob ſuperiores rationes admittere poſſumus, nec admittimus: quinimmò ſi in hac forma proteſtationis perſiſtere uoles, quod non ſperamus, oporteret nos pro defenſione Eccleſiæ Dei & authoritatis eius ad alia iuris remedia recurrere. In rebus autem agendis ſic fauente Chriſti gratia procedet hæc ſancta ſynodus, ut nec illuſtris princeps tuus, nec quiſquam fidelium poſſit cum ratione conqueri. Datum in congregatione noſtra generali decimotertio Calendas Octobris, Anno à Natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimooctauo.

RESPONSIO SYNODALIS AD ſchedulam præſentatam in deputationibus per oratores principum, ſuper mutatione Concilii in alterum ex tribus locis, etiamſi Papa & Græci non conſentirent.

SAcroſancta generalis &c. ad futuram rei memoriam, Audiat noſtra charitas, venerabiles & circunſpecti uiri oratores sereniſſimorum regum Romanorum & Francorum atque etiam & principum, qui per hoc dies huic ſanctæ ſynodo Baſileenſi præſentes aſſuiſtis, ea quæ ſuper rebus per uos propoſitis, zelus domus Domini nos in auxilio ipſius diuinæ pietatis confidentes, reſpondere urget atque compellit. Commendamus quidem in primis & ipſorum principum veſtrorum piam deuotionem, & ueſtram ad bonum vniuerſalis Eccleſiæ, in quod pariter vniuerſa noſtra vota & deſideria ſedulò adſpirant. Quid enim aliud hæc ſancta ſynodis tantis tamq́ue aſſiduis laboribus iam per octo ferè annos continuatos efficere cupit, niſi ut Eccleſia Chriſti & ſalubri diſpoſitione regatur, & optima pace & tranquillitate refloreat? Sed ut nos & uos auxiliante pacis & ſalutis authore Chriſto Ieſu, tandem id conſequi ualeamus, quod omnes communi conſenſu optamus: non ſuperuacuum erit, de neceſſitatibus & periculis in quibus ipſa uerſatur eccleſia, quicquam dicere: quæ etſi aliis noſtris decretis & epiſtolis magna ex parte commemorata ſint, tamen his iam ad memoriam

moriam cunctorum recenter deductis & plenius intellectis, ſalutaria remedia faciliùs inueniri poterũt & efficaciùs pſtari. Nõ latet diſcretiones ueſtras, quanto conatu iam tribus Concilijs generalibus, Conſtantienſi, Senenſi, & hoc præſenti Baſileeñ. elaboratum ſit pro pacifico & ordinato regimine Eccleſiæ, ſub lege Domini & canonicis regulis diſponendo, ut non p uarios abuſus aſſiduè increſcentes, ipſe ſtatus Eccleſiaſticus decolorari & in deteriora ruere ſineretur, in offenſam diuinæ maieſtatis, & periclitationem, confuſionem atque turbationem maximã vniuerſæ Chriſtianæ religionis. Neque inficiari poſſumus, id eſſe beneplacitum diuinæ uoluntatis, ut hæc reſtauratio decoris domus Dei, & reformatio ſalutaris ageretur, pro qua efficiẽda iam hæc tria generalia Concilia in Spirituſancto legitimè congregata fuerunt, prout ipſi ſummi pontifices & vniuerſi Eccleſiæ miniſtri, atque etiam reges & principes Chriſtiani profeſſi ſunt, & omnis plebs catholica cognouit. Et vt dolorum præſentium originem aperto ſermone dicamus, pro hac vna cauſa reformationis Eccleſiæ in capite & in membris, quam cum alijs operibus extirpationem hæreſum & pacificationem Chriſtianorum principum cõcernentibus, hæc ſancta ſynodus multa ſolicitudine & uehementi inſtantia proſequi cœpit, tot & tanta perturbationum genera, quæ conſpicitis, aduerſus eam excitata ſunt. Cùm enim decreta ſalubria ſuper celebrandis electionibus prælatorum, tollendiſque exactionibus, quæ ſub prætextu annatarum in collatione dignitatum & beneficiorum ac Eccleſiarum prouiſione interuenire ſolebant, atque inſupèr de prælatis non transferendis inuitis, de terris Eccleſię Romanæ non alienandis, & alia quædam edidiſſet, ſperans dominum Eugenium papam quartũ non ſolùm ea amplecti & maximè exequi, uerùm etiam cæteros uerbo & exemplo ad obſeruantiam ſacrorum canonum inducere, præſertim uiſa adhæſione quam huic ſacro Cõcilio præſtiterat, ubi expreſsè affirmabat ipſum concilium debere continuari, & pgreſſum habere debere ad reformationem Eccleſię in capite & in membris, ac pertinentia ad ea: idemque Concilium purè, ſimpliciter, & cum effectu ac omni deuotione proſequebatur, vt dicebat & intendebat proſequi, ſicut in literis ſuis patentibus more Romanæ Curiæ bullatis, & per Cardinales ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tunc apud eum conſiſtentes ſubſcriptis, atque in noſtra ſynodali ſeſſione ſolenniter præſentatis & publicatis, latiùs continetur. Vidit autem deinceps hæc ſancta ſynodus, quòd quaſi paſſim electionibus obſiſtebat, reſeruationibus contrarijs utendo: exactioneſq; pecuniarum in collationibus beneficiorum

Videat lector Bullam retractatoriam Pij 2. qua Eugenius grauiſſime defenditur.

& dignitatum magis indiès creſcebant in illaqueationem animarum, depauperationem regnorum & prouinciarum, uiolationem voluntariam ſacrorum canonũ, & paruipenſionem authoritatis Concilij generalis, à quo Canones ipſi editi erant, vndè futurorum generalium Conciliorum paruipenſio, & grauis contemptus imminere uidebantur. Nec ſic tamen ceſſauit ſancta ſynodus à pſecutione inchoati ſanctiſſimi operis reformationis Eccleſiæ, ut uoluntati Domini Dei ſui pro viribus obſequeretur. Promulgati ſunt Canones de numero & qualitate Cardinaliũ, de reſtringendis ſuperuacuis reſeruationibus beneficiorum, de ſublatione multitudinis gratiarũ expectatiuarum, & cauſis in partibus, ubi oriuntur, ordinatè tractandis. Necnõ & alia plura ſalutẽ & tranquillitatẽ totius Eccleſiæ concernentia, multoq; ampliora & in breuiori tẽpore p publica ſalute edita fuiſſent, ſi nõ grauiſſima impedimẽta obſtitiſſent, quæ huic ſanctæ ſynodo quaſi aſſiduè procurata fuerũt. Quàtum verò & canones ipſos & authoritatem condentis reueritus fuerit ipſe Dñs Eugenius, facta prohdolor nimis in aduerſus multiplicata teſtantur. Admonitus eſt pluribus uicibus cũ omni charitate, ut animum ſuum ad eorum obſeruationem inflecteret, quæ pro ſalute gregis Dñici ſtatuta erant: nec poteſtatẽ ſibi in ædificationẽ Eccleſiæ datam, uerteret in deſtructionem. Et ne in quibuſdã ſuper minùs ſufficienti prouiſione temporalium, aliquã prætẽderet excuſationem, obtulit ei ſancta ſynodus, ſi indigeret, conuenientem prouiſionem exhibere, dum animum ſuum ad obſeruationẽ decretorum ſynodalium videret benignè inclinatum. Ipſe autem, quod dolenter referimus, nimiùm durè in aduerſum obſtitit. Soluebatque inſuper quos ligabat ſancta ſynodus, & ligabat ipſe quos hæc ſoluebat. Quibus ea rebus plurima ſcandala, diuiſiones & ſchiſmata tum in Eccleſijs particularibus, tum in generali facto vniuerſalis Eccleſiæ exorta ſunt. Viſusq; eſt in hoc vnum uehementer adſpirare, vt hoc Cõcilium ſic reformationi intentum abrumpere, & aliud in ea parte Italiæ quæ ſibi magis placeret, eligere poſſet, ubi omnia magis ad ſuum libitum tractarentur: quod nec beneplacito diuinæ uoluntatis conſentaneum, nec ſaluti Dominici gregis, nec conſeruãdæ authoritati ſacrorum Conciliorum accommodum, attentis præfati Dñi Eugenij actibus, hæc ſancta ſynodus exiſtimauit. Cùm uerò ſuũ in ea re deſiderium explere aliter non poſſet ipſe dominus Eugenius, cogitauit ſub vmbra Græcorum hoc tandem aſſequi. Qui quidem anteà voluerat, ut cũ eiſdem Græcis in Conſtantinopoli conuentio fieret. Iamq; orator ſuus cũ Imperatore Romeorum ita fiendum eſſe conuenerat, ſi hoc ſan-

ctæ

ctæ ſynodo placuiſſet. Verùm ipſa ex hoc graue periculum fidei catholicæ indicauit poſſe imminere, ſi in eo loco tam remoto ab Eccleſia Latina in faucibus Turcarum conſtituto, res illæ concludi & tractari haberent. Sed dum eadem ſancta ſynodus in eo propoſito perſeuerauit, vt Græcorum ipſorum in regiones iſtas occidentales procuraretur aduentus, locumq́; nominauit, in quo iuxta conuentiones cum ipſis habitas, de ipſorum ageretur vnione. Nam & ſingulariter pro vnione Græcorum & orientalium proſequenda, eadem ſancta ſynodus inter cætera fuit à principio congregata, ac inſuper pro expenſis neceſſatijs ſubſidia exquiſiuit, tum ab vniuerſis populis fidelibus per indulgentiarum largitionem, tum ſingulariter à ciuibus Auinionenſibus per mutuationem pecuniæ. Nouit Deus quanta impedimenta ex parte ipſius domini Eugenij & ſuorum in his pręſtita ſunt, vt tandem deficientibus pecunijs & ſubſidijs ſacro Cōcilio, in eam partem Italiæ, quam idem dñs Eugenius deſiderabat, tranſire cogeretur: ſicque per medium auri & argenti, in quo præualere ſperabat, ſacta Concilij & Eccleſiæ in ſuam redigeret voluntatem. Sed cùm diuina miſeratio nec in his neceſſitatibus Cōcilium deſereret, ſubſidiaq́; tum ex mutua Auinionenſium, cùm ex deuotione populorum ſuppeterent, quorum ope ſancta ſynodus ſuam legationem in Conſtantinopolim pro conductione Græcorum tranſmittebat: nec ſic prohdolor ceſſauit idem dominus Eugenius aliud Concilium, prout ei libitum erat, uelle erigere, & Græcos perduci facere in locum qui ſibi placebat, nullatenùs electum per hanc ſanctam ſynodū, ſicut ex cōuentionibus inter ipſam & eoſdē Græcos habitis, & per ipſum dominum Eugenium expreſsè approbatis, eligi & nominari debebat. Quodq́; ſingulariter aduertendum eſt, non ſolùm conuentioni habendæ in loco per Cōcilium nominato obſiſtebat, immò & eum locum qui per ſuos præſidentes inter alia loca, licèt nulliter & de facto, ſicut in alijs noſtris decretis & epiſtolis lucidè oſtendimus, nominatus erat, quique pecunias & galeas protunc parare conabatur, reiecit ac recuſauit. Vidit autem hæc ſancta ſynodus, ex ea re ſchiſma grauiſſimum iam parturiri, per alterius prætenſi Concilij contra hoc verum Cōcilium, & altaris contra altare diſpoſitam erectionem, ad quam perficiendam, ipſe dominus Eugenius iam de facto alias galeas alioſque oratores in Græciam tranſmittebat, in contrarium illorum qui ex parte Concilij miſſi erant. Vndè periculoſiſſima gregi Dominico vaſtatio parabatur & perplexitas animarum, irreparabiliſq́; iactura authoritatis ſacrorum Conciliorum & canonum ſynodalium imminebat, dum ſic aut Eccleſiam ſcindere, aut ipſius Eccleſiæ ſacta in ſuæ libitum volūtatis redigere dominus ipſe Eugenius conari uidebatur. Non potuit diſſimulare ſynodus, quæ multùm patienter facta eiuſdem domini Eugenii aduerſus eius decreta & bonum regimen Eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus longo tempore ſuſtinuerat, quo minùs ad eius euocationem & citationem procederet, recepta etiā priùs informatione ſummaria ſuper his, quæ de abuſibus ſpeciem ſimoniacæ labis habentibus, alienationeque & deſtructione plurium terrarum Romanæ Eccleſiæ, periurio ac aliis in noſtro citatorio ſynodali pleniùs deſignatis, fama publica ferebat, ut priuſquàm vulnera illata Eccleſiæ cunctorum matri, ualidioribus incrementis aggrauarentur, ſuper ipſius Eccleſiæ regimine opportuna quæreretur prouiſio. Quid autem egerit uocatus ad ſynodum, pro Deo attendite: non ſolùm non uenit, immò nec minimum ſeruulum mittere dignatus eſt: neque non mittere contentus fuit, uerùm inſuper ſynodum ipſam authoritate Apoſtolica, ex plenitudine poteſtatis ac ex certa ſcientia in Ferrariam ſe transferre dixit, caſu quo uirtute citatorij ſynodalis in aliquo procederetur, aut fieret aliqua nouitas contra eū & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales, aut contra aliquem præſidentium oratorum ſuorum, qui in concilio fuerant, excepta cauſa Bohemorū, per triginta dies duntaxat Baſileæ tractanda, cùm alter ſuorum præſidentium pro tunc archiepiſcopus Tarentinus, quem in literis præmiſſæ tranſlationis nominauit, ad iudicium ſynodale uocatus eſſet, occaſione certarum literarum ſuper quodam prætenſo decreto confectatum, de quo in eadem tranſlatione mentio habita eſt, quas tamen literas falsò & clandeſtinè bullatas fuiſſe conſtitit, prout in decreto uigeſimæſeptimæ ſeſſionis huius ſanctæ ſynodi extitit declaratum. Cognoſcebat ipſe dominus Eugenius eſſe uerum & legitimum Concilium in Baſilea, & expreſsè tam ipſe quàm ſui præſidētes ipſum in eodem loco firmum perſiſtere debere cōdixerant & firmauerant, ſaltem uſque ad aduentum Imperatoris & Patriarchæ Græcorum in ultimum portum citramarinum. Et ſi interim aliqua neceſſitas mutandi locum ſuperueniſſet, mutari debebat Concilium in locum propinquiorem eiuſdem nationis, iuxta decretum Concilij Conſtantienſis, quod incipit, Frequens, ſicut in conuentionibus firmatis cum Græcis expreſsè cautum erat. Sciebatque multipliciter fuiſſe declaratum per hanc ſanctā ſynodum, etiam ex tempore primæ diſſolutionis per eum attentatæ, quòd Concilium per neminem cuiuſcunque dignitatis, etiam ſi papalis, diſſolui, aut de loco ad locum mutari ſine ipſius conſenſu poterat:

Et cur nō liceat Pōtifici ex iuſta cā aliò tranſferre Synodum?

rat:

Digitized by Google

rat: quam eſſe veritatem iuris diuini, & articulum qui fidem concernit, frequentiùs ſynodus ipſa oſtenderat. Vndè nullatenus tolerare potuit eadem ſynodus hanc tranſlationem prætenſam, quam ipſe dominus Eugenius, non obſtantibus quibuſcunque decretis Concilij Conſtantienſis & iſtius Baſileenſis, & conuentionibus habitis cum Græcis, per ipſumq; approbatis, & declarationibus factis in materia fidei, attentaſſe comperiebatur, quibus omnibus derogatum eſſe velle videtur ex eo ſolo capite, ſi procederetur contra aliquem ſuorum præſidentium oratorum. Minuſque poteſt tantus error in ſummo pontifice, quàm in quocunque viuentium tolerari, quanto magìs ipſum in fide orthodoxa eruditum eſſe & rectè ſapere conuenit, ne (quod abſit) totum corpus grauis morbus inuadat, ſi languor nõ fuerit curatus in capite. Videreque poſſunt clariſſimè omnes intellectus hominum, authoritatem ſacrorũ generalium Conciliorum, aut nullam, aut minimam deinceps haberi reſpectu ſummorum pontificum, ſi permitterentur vt Concilium authoritate Apoſtolica transferrent, caſu quo procederetur contra ipſos aut aliquem ſuorum. Dicit veritas fidei, in ſacro Conſtantienſi Concilio declarata, quòd Concilium generale vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, poteſtatem à Chriſto immediatè haber, cui etiam ſummus pontifex obedire tenetur in his, quæ pertinent ad generalem reformationem Eccleſię in capite & i membris. Eccè citatur ipſe dominus Eugenius ſuper non obſeruantia decretorum ſynodalium, concernentium ipſam generalem reformationẽ capitis & membrorũ, alijsque ad eandem pertinentibus. Ipſe autem pręcipit Concilio, ne vlteriùs in his procedat. Alioquin ipſum extunc transfert in Ferrariam, pœnas & cenſuras, licet tamen nulliter & de facto, in omnes qui poſt actus cõciliares Baſileę exercuerint, fulminat. Addidit etiam, vt factum Bohemorum, pro quo tot millia hominum interierant, eo caſu vltra triginta dies non tractaretur in Baſilea, vbi oratores regni Bohemię eo tunc conſtituti erant, cum quibus ſancta ſynodus ſuper declaratione articuli de communione ſub vtraque ſpecie, grauibus & maturis, diſputationibus ac diſcriminibus laborabat. Poteſtne ô venerabiles oratores, hanc taliter attentatam diſſolutionem & tranſlationem hæc ſancta ſynodus tolerare, aut ſub diſſimulatione tranſire, vbi per eam, dum prima eius diſſolutio longè minùs grauis, quam hæc ſecunda, fuerat perpetrata, reſponſum extitit oratoribus ipſius ſummi pontificis, in reſponſione ſynodali, in qua ſeptem Cardinales aderant, & legatus Apoſtolicus præſidebat: Hic articulus fidem concernit, qui ſine interitu ſalutis negligi non poteſt. Malumus, mori, quàm tanto errori per ignauiã cedere. Hæc verba ibidèm dicta fuerunt, quæ nunc multo magìs dicenda veniunt, vbi poſt declarationes ſuper hoc factas per Eccleſiam, poſt promiſſiones ipſius domini Eugenij quòd abſtineret in futurum à grauaminibus inferendis Concilio & ſuppoſitis eius. Hæc prætenſa nouiſſima tranſlatio ſub talibus conditionibus, quę nulla ratione colorari poſſunt, & tali tempore facta eſt, quòd ſi oportuit, vt primam diſſolutionem ſine conſenſu ipſius Concilij attentatam, declararet ipſe dominus Eugenius nullam, irritam & inanem, quanto magìs de hac iterum attentata prætenſa tranſlatione, hoc agere neceſſe eſt? Sed vlteriora proſequamur, in vim huius translationis nouiſſimæ, idem dominus Eugenius aliam congregationem ſub nomine generalis Concilij apud Ferrariam erexit, etiam ante aduentum Imperatoris & patriarchæ Græcorum, declaratione pręmiſſa, quòd conditio poſita in pręfata tranſlatione, iam erat adimpleta, eo quòd ſua contumacia fuerat per ſynodum declarata, dum ad ſynodum ipſam (vt præfertur) nec vnum ſeruulum mittere dignatus eſt. Eccè fundamentum erectionis alterius prętenſi Concilij, & altaris cõtra altare, immò cõtra vniuerſalem Eccleſiam: non ſolùm aduerſus decreta Conſtantienſis & huius Baſileenſis Conciliorum, verũ etiam expreſſè cõtra ea, quæ per ſuos præſidentes in prætẽſa decretatione ſua nominationis locorum ordinata fuerant, & quæ in conuentionibus Gręcorum, approbatis (vt pręfertur) per eundem dominum Eugenium, habebantur. Conſiderate in vero iudicio, qualiter hoc factũ à ſchiſmate excuſari poſſit, pręſertim vbi iam dudum in octaua ſeſſione huius ſanctę ſynodi, pręſidente ſedis Apoſtolicę legato, etiam ante ipſius domini Eugenij adhęſionẽ, fuerat ſolenniter declaratum, quòd ſicut vnica eſt Chriſti Eccleſia, ſic non poteſt eſſe niſi vnicum generale Concilium ipſam repręſentans. Et quòd ſi contigerit aliam congregationem ſub nomine generalis Concilij, durante iſto, erigi per quemcunque cuiuſcunq; dignitatis, etiamſi papalis, non foret Concilium Eccleſię Catholicę, ſed ſchiſmaticorum conuenticulum. Hęc verba ibidèm habentur. Conſpicite pro Dei reuerentia, ſi poſt horũ perpetrationem cauſam legitimã, immò vrgentiſſimã, habuit hęc ſancta ſynodus decernendi & declarandi ipſum dominum Eugenium papam fuiſſe ſuſpenſum ab omni adminiſtratione papali, lapſis quatuor menſibus à die prętenſę diſſolutionis ſeu translationis, per eum (vt pręfertur) attentatę, pręmiſſa monitione per ſolenne decretum, vt infra illud tempus quatuor menſium ipſam translationem reuocare haberet, ſub pœna ipſius ſuſpenſionis ab admi-

Cardinales pleriq; & legatus ipſe veniã poſtea ab Eugenio petierunt.

Digitized by Google

niſtratione papali ipſo facto incurrendæ, iuxta formam quæ dudum in decreto vndecimæ ſeſſionis huius ſanctæ ſynodi ordinata fuerat. Poteſtne aliquis huic ſuſpenſioni contradicere, quæ facta eſt à legitimo generali concilio vniuerſalem Eccleſiam repræſentante, & ex tam vrgentiſſimis cauſis, poſt tantum contemptum decretorum ſynodalium, continuationemque abuſuum & deformitatum: poſt tam graué læſionem authoritatis generalium conciliorum, quam fidem tenemus ex determinatione vniuerſalis Eccleſiæ nobis tradita, quam quilibet Chriſtianorum tenetur vſq; ad animam & ſanguiné defenſare: poſt ſchiſma perpetratum, propter quod meritò ſibi obedientia ſubtrahenda erat, dum (vt verbis dicamus B. Cypriani) ſe ſeparabat à collegio ſacerdotum & vinculo Eccleſiæ: in quo caſu de Nouatiano dicit idem Cyprianus, quòd epiſcopi poteſtatem non poteſt habere nec honorem, qui epiſcopatus nec habere voluit vnitatem, nec pacem: poſt manifeſtam contumaciam & apertam rebellionem, dum ſic dominus Eugenius notoriè & incorrigibiliter Eccleſiam Dei ſcandalizabat? Quæ etiam ſuſpenſio decreta & declarata fuit ante aduentũ Imperatoris & patriarchæ Græcorum ad vltimum portum citramarinum. Nam ſupradictus terminus quatuor menſium effluxerat, quo tempore concilium ipſum adhuc durare in Baſilea nullus, quouis quæſito colore, ambigere poterat. Quid sũt poſt ipſorum Græcorum aduentũ in erectione cuiuſlibet congregationis ſub nomine generalis Concilij efficere potuerit, ſiue apud Ferrariam, ſiue ad quemlibet locum alterũ, cùm iam ab adminiſtratione papali legitimè ſuſpenſus eſſet, vos præclari Oratores lucidè conſpicere poteſtis, etiam abſq; alijs neceſſarijs rationibus, quas latiùs in alijs decretis & epiſtolis noſtris deduximus. Et vt adhuc parumper de hac ſuſpẽſionis euidẽtia ſummatim loquamur, determinationes præcedentes vniuerſalis Eccleſiæ in hoc aduertite. Olim Conſtantienſe concilium in eo maximè decreto, quod incipit, Frequens, pluribus in caſibus decreuit ſummos pontifices ſuſpenſioni ab adminiſtratione papali ſubiacere debere, propter bonum vniuerſalis Eccleſiæ: & in ea ſeſſione quam ſuper authoritate conciliorum generalium celebrauit, expreſsè ſtatuit & declarauit, quòd ſi quis etiam ſummus pontifex, mandatis, ſtatutis ſiue ordinationibus, aut præceptis cuiuſlibet concilij generalis vniuerſalem Eccleſiam repræſentantis, obedire contumaciter contempſerit in his, quæ pertinent ad fidem, ad extirpationem ſchiſmatis, & generalem reformationem Eccleſiæ in capite & in membris, niſi reſipuerit, condignę pœnitentiæ ſubijciatur, & debitè puniatur, ad alia iuris remedia, ſi opus fuerit, recurrendò. Deinde in vndecima ſeſſione huius ſanctæ ſynodi ſtatutum fuit, quòd ſi ſummus pontifex in futurum attentaret concilia generalia actu congregata, diſſoluere, aut de loco ad locum mutare ſine conſenſu ipſorum, niſi reſipiſceret infra quatuor menſes, ſuſpenſionem ab adminiſtratione papali incurreret ipſo facto. Et ſi hanc ſuſtineret per duos menſes animo indurato, ad depoſitionem ipſius procederetur. Subſequenter in duodecima ſeſſione fuit monitus ipſe præſens ſummus pontifex, vt diſſolutionem cõcilij per eum tunc attentatam, reuocaret infra ſexaginta dies. Alioquin extunc prout exnunc eſſet ſuſpenſus ab omni adminiſtratione papali. Poſtquam hæc omnia præceſſerant, ipſe dominus Eugenius adhæſit huic ſacro concilio, dicens ipſum legitimè ab initio ſui fuiſſe continuatum, non obſtante præmiſſa diſſolutione, quam expreſsè declarauit nullam, irritam & inanem. Exinde Oratores ſui ad præſidendum in concilio deputati, iurauerunt expreſsè ſuis nominibus decreta concilij Conſtantienſis ſuper authoritate generalium conciliorum edita, atque inſupèr decreta concilij Baſileenſis manutenere & defendere. Quis poſt tanta, tamque ſolida vniuerſalis Eccleſiæ teſtimonia, ambigere aut in dubium reuocare poteſt, ſi præfata ſuſpenſio per hanc ſanctam ſynodum decerni ac declarari potuerit ac debuerit? quod non ſolùm clariſſimè conſpicitur, verùm etiam illud irrefragabile eſt, quòd poſtquam ſuſpenſionem ipſam dominus Eugenius ſuſtinuerat per duos menſes animo indurato, ad eius depoſitionem procedere incumbebat ſynodali iudicio. Sed quantam in ea re manſuetudinem obſeruauerit ſancta ſynodus, quàm benignè ſupplicationibus veſtrorum sereniſſimorum principum condeſcenderit, vos venerabiles oratores pro Deo attendite. Iam eandem ſuſpenſionem ſummus pontifex per annum integrum ſuſtinuit animo indurato, & eccè depoſitionem eius diſtulimus vſque ad hoc tempus, proceſſusque aduerſus eum inchoatos tardiori greſſu deduci & continuari fecimus expectantes ſi forſan ad preces veſtrorum principum, aut aliundè quomodolibèt excitatus, reuerteretur ad cor, & ad ea quæ ſunt ſalutis, vnionis, pacis & boni regiminis Eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus efficaciter conuerteretur, ſi tandem ECCLESIAM monenté & corripientem audiret, ne ipſum oporteret haberi iuxta verbum CHRISTI, ſicut ethnicum & publicanum. Quantas verò interim perſecutiones aduerſus hanc ſanctam ſynodum pro ſalute ipſius laborantem, excitauit, conſiderate: quantum

Eugenius certè non ſine inſigni cõtumelia poteſt Nouatiano comparari.

Seſſ. 4.

Mat. 18.

in ſe

Digitized by Google

in ſeerat, licèt tamen nulliter & de facto, omnia ſuppoſita ipſius ſanctæ ſynodi excommunicare, priuare, inhabilitare conatus eſt, niſi ſuæ prætenſæ diſſolutioni parèrent. Interdictum in ciuitate Baſileenſi ſeruandum ſtatuit, niſi ciues Baſileenſes Concilium ipſius à ciuitate ſua eijcerent. Victualia ad nos deferri prohibuit, & portantes eadem ſpoliari conceſſit, atque ipſorum ſpolia cedere occupantibus. Inſupèr quoque per literas ſuas more Romanæ curiæ bullatas mandauit, vt in ipſa ſuppoſita cōcilij fieret perſecutio tanquam in hoſtes fidei Chriſtianæ, appellans hãc ſanctam ſynodum, perfidam iniquorum ſynagogam. Poſtque venerabilis epiſcopus Viſenſis & dilecti Eccleſiæ filij Ludouicus de vrbe ſedis Apoſtolicæ protonotarius, Dionyſius de Sabentays ſacræ theologiæ profeſſor, & Stephanus Plunerij decretorum doctor oratores noſtri, realiter capti fuerunt, ſumpta occaſione per captiuantes, vti accepimus, ex mandatis domini Eugenij. Sed Dominus in his omnibus nobis adiutor fuit, pro cuius Eccleſia perſecutiones pati non refugimus, ſcientes quoniam ipſe Dominus ait: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Et quamuis plurima temporalia damna, diſpendia & pericula nobis afferat in hoc loco, tam longi temporis expectatio cum innumeris ſumptibus & laboribus, tamen non poſſumus hanc in DEVM noſtrum offenſam committere, vt Eccleſiam eius ruere, inceptamque reſtaurationem ſanctiſſimæ legis ſuæ in cordibus hominum, & neceſſariam reformationem Chriſtianæ religionis * deſerri atque abijci, necnon veritatem & iuſtitiam in diebus noſtris miſerabiliter conculcari patiamur: ſed miſericordiam ſaluatoris noſtri iugiter exorabimus, vt ipſam Eccleſiam ſuam aduerſus perſecutiones ſuſcitatas aſſiduè tueatur, nobiſque in eo propoſito perſeuare donet, vt nullus aduerſitatis impetus, nulla perſecutionum magnitudo noſtros animos dimoueat, quo minùs ſancta opera, propter quæ hæc vniuerſalis Eccleſiæ ſynodus congregata eſt, in realem effectum deduci procuremus, & authoritatem vniuerſalium conciliorum, per quam fidei integritas & Eccleſiaſticæ diſciplinæ vigor, omniſque regula Chriſtianæ vitæ conſeruari habet, ſuſtineamus illibatam, non quærentes in ea re quæ noſtra ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti & ſalutis animarum. Alia quoq; plura, ſpecialiæ de geſtis tam per ſummum pontificem, quàm etiam per ſuos qui ad diuerſas regiones miſſi fuerunt, nequaquàm per ſingula commemorare de præſenti volumus. Sed illam grauiſſimam offenſam Dei noſtri & Eccleſiæ ſuæ, atque etiam humanæ naturæ, nequaquàm * tacenda eſt in perſonam Heraldi illuſtris principis Pedemontium perpetratam: quem ad Græciam præmiſerant legati noſtri, qui ſuper vna galea oratorum ſummi pontificis captiuatus, & torturæ expoſitus, nuſquam comparet: & in mare proiectum & dimerſum fuiſſe accepimus. Verùm diuinam exoramus clementiam, quatenus cor ipſius ſummi pontificis ita conuertere dignetur in viam veritatis, ſalutis & pacis, vt non ampliora de his loqui, aut ſcribere neceſſe ſit, ſed omnibus emendatis, Eccleſia eunctorum mater de ipſius probis actibus in Domino gaudeat. Iam verò clariſſimi oratores ad ea venimus, quæ ſuper mutatione loci pro celebratione concilij, nomine veſtrorum principum poſtulaſtis. Opportunum quidem fore propoſuerunt diſcretiones veſtræ, vt locus alius huic ſacro concilio tutus & accommodus eligeretur, in quo cum Græcis haberetur conuentio, ſeruata ex integro authoritate generalium Conciliorum & huius præſentis Baſileenſis concilij, quod vniuerſalem Eccleſiam repræſentare deuotis & fidelibus animis profitemini. Nos quoque pacis & vnitatis amantiſſimi, ipſorum principum veſtrorum votis, quantum cum DEO poſſumus, condeſcendere cupientes, aures benignas cunctis in ea re per vos proponendis accommodauimus. Petierunt autem deputati huius ſanctæ ſynodi, inter quos cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, abbates & doctores inſignes erant, vt media aperire velletis, quibus res iſtæ perfici poſſent. Vos ad hæc reſpondiſtis, vt illi potiùs ea aperirent, qui de authoritate conciliorum generalium & rebus eam concernentibus ampliùs informati erant, atque in his vltrà iam per ſeptennium occupati. Ipſi verò ſuaſioni veſtræ morem gerentes, huic negocio operam dederunt. Et cùm plurima in ea re pericula cernerent ſubuerſionis eiuſdem authoritatis conciliorum generalium, atque deperditionis inchoatorum operum, reformationem Eccleſiæ in capite & membris concernentium, certa capitula conceperunt, per quæ his periculis obuiare pro ſua fidelitate conabantur. Et ſi verè eadem capitula, dum à vobis audita fuerint, non à iuſtitia & ſanctitate deuiare arbitremini, tamen quoniam difficile fore exiſtimatis, ſummum pontificem ad hæc inducere, alia capitula concepiſtis: quibus completis, hanc fieri poſſe loci mutationem. Vos autem maiorem partem veſtrum * aduiſaſſe dicebatis. ſuper ipſis quoque per vos * aduiſatis, deinceps noſtri deputati nonnulla quæ addenda videbantur, & quædam etiam ſubtrahenda, exindè annotauerunt: circa quæ deinceps mutuam collationem habuiſtis.

Hæc aũt ſancta ſynodus oĩa maturo examine ponderans, quæ tã p deputatos ſuos, quàm

Certè Gregorius dicit, etiam non iuſtã paſtoris ſententiã eſſe formidandã.

Matth. 5.

ſot. * deſerti

Sed hæc cõtra Eccleſiæ paſtore pertinacia à multis reprehenditur, & fuit certè exempli nõ boni, præſertim vix uno Cardinale Baſileæ manente, cæteris reſipiſcentibus.

ſot. * tacendam putamus, in

Solus Arelatenſis cardinalis mãſit Baſileæ, Eugenio infenſiſſimus.

* auiſaſſe

quàm per deuotiones veſtras librata fueſunt, iam in pręſentiarum grandia pericula veſtris deuotionibus expouete duxit, ex hac motatione ſibi ac tuti Eccleſiæ euidenter imminentia: quibus nun ſatis cautũ eſſe per capitula quæ à vobis concepta ſunt, veſtræ diſcretioues facilè poſſunt aduertere. Primùm quidem, de uollitate diſſolutionis ac tranſlationis prætenſæ huius ſacri Concilij in Ferrariam per ſummum põtificem recognoſcenda, nullam feciſtis meurionem: quã nullatenùs per Eccleſiam tulerari poſſe, ſuperiores ratiune oſtenderunt: neque ſola ceſſatiu congregationis Ferrarienſis, de qua feciſtis mentiunem, graue vulnus in hoc illatum Eccleſiæ quoquo modo ſanaret.

Et tamen Eccleſia reuerẽtet agnoſcit Synodum Ferrarieñ.

Secundò, tria loca per ſynodum nominanda prupoſuiſtis, ita vt alterius ipſurũ optio per dominum papam & Græcos fieri haberet, cùm tamen venerabiles & diſcreti uratores ſereniſſimi regis Romanorum & venerabilium ac illuſtrium Principum electorum ſacri Rumani imperij, tam in propoſitiunibus per vos factis, quàm in peritiunibus ſcriptutenus præſentatis, à principio dumtaxat locum alterum pro œcumenico Concilio celebrando quæſieritis, & poſſet Concilio periculum imminere, dum illum locum quo minùs accommodus & ſecurus nobis eſſet, papa cum Græcis fortaſſe aſſumeret. Tertiò, non expreſſiſtis quòd dominus Eugenius in talem locum conſentiret tanquam authoritate huius ſacri concilij vniuerſalem Eccleſiam repræſentantis nominatum: neque aliquod verbum in veſtris auiſamẽtis percepimus, per quod ipſe hoc Baſileenſe Concilium legitimè continuatum recognoſcere haberet: quod tamen neceſſe eſt, ſi ſummus ipſe pontifex cũ hac ſancta ſynodo atque etiam cum religioſis principibus veſtris vnum ſentiret, & pacem & vnitatem confouere velit, ac futuris quæſtionibus & controuerſijs ubuiare, quæ in altero loco exoriri poſſent. Quartò, de obſeruatione ſynodalium decretorum & reformationis executione, pro qua hæc ſancta ſynodus grauiſſimos labores tanto tempore ſuſtinuit, & quæ intantùm diuinę legi beneplacita, ſalutique Dominici gregis neceſſaria iudicata eſt, uullam mentionem expreſſam feciſſe videmini: neque etiam ſuper obſeruatione geſtorum in materia iuſtitię, gratię ſeu indulti in hac ſancta ſynodo, per ipſa auiſamenta veſtra habetur prouiſio aut ſecuritas, ex qua re quàm plurimæ turbationes in diuerſis regionibus prouenirent, niſi opportunè prouideretur. Quintò, de modo tranſferendi Concilium ad locum alterum, & qualiter procedetur in illo loco, ſaltem ab initio nihil auiſamenta veſtra dixerunt, niſi tantùm quòd modus ille obſeruabitur, quem Concilium ibi exiſtens determinabit. Dum verò ibi deuentum eſſet, dicerent forſan aliqui, ſolos pontifices vocem diffinitiuam habere, & à votis illorum concludere vellent. Alij, abbates, doctores & priores & capitulorum procuratores, aliterque debitè qualificatos inſignes viros, uon excludi debere; & à maiori parte omnium concluſiunes habendas arbitrarentur. Rurſum quidam per deputationes, alij per nationes procedere conarentur: facileque eſſet, concilium inter has diſſenſiones diſſolui, maximè attento conatu, quem præſens ſummus pontifex ad ipſam diſſolutionem hactenus exercere viſus eſt. Sicque tandem poſſet contingere, vt paruipenſis decretis ſynodalibus, & quodammodò ſepulta authoritate generalium conciliorum, ſummi pontifices pro libito voluntatis agere puſſent quicquid eis videretur, dum aduerſus hoc Concilium, cui incorporati fuerunt omnes reges Chriſtiani, & quod tanta authoritate fundatum extitit, in ipſius tali diſſolutione & eluſione poſt tanta certamina præualeret moderni domini Eugenij voluntas: quod quàm eſſet perniciuſum & damnoſum toti Eccleſiæ atque Chriſtiano populo, vos ipſi cunſiderate. Quare neceſſe eſt, ſi Concilium transferri debet, vt cum magna cautela his periculis obuietur, & de modo incipiendi progreſſum ipſius Concilij in loco altero, firma & ſtabilis concluſio ante tranſlationem habeatur. Cùm verò ibi ſulidatum & ſtabilitum fuerit Concilium, ſi alios modos tenere voluerit, hoc in ſua libertate manebit. Sextò, ſuſpenſionem ſummi pontificis ab adminiſtratioue papali, mox ſublatam intelligi profertis, cùm canones Conſtantienſis Coucilij profeſſus erit, & in locum nominatum conſenſerit: quod uullatenùs fieri poſſe, manentibus cauſis propter quas ſuſpenſio ipſa decretata eſt, veſtrę diſcretiones clariſſimè cõſpicere poſſuut: quæ etiam vbi expurgatæ eſſent, & ſpes bona in ſpiritualibus & temporalibus in adminiſtratione poſſet coucipi, talem ſublationem cum magna couſideratioue per ſolenne decretum effici conueniret: ueque de admiſſione præſideutium ex parte ipſius ſummi põtificis, de qua iu veſtris auiſamentis agebatur, mentio eſt habenda, priuſquàm ipſa ſuſpenſio auferatur. Quod vetò de cenſuris hinc & indè tollendis additum, eſt ſcitis ea quæ aduerſus hoc legitimum generale Coucilium iu his facta ſunt, uulla prorſus eſſe, irrita & inania, ſicut etiam dudum in decreto duodecimæ ſeſſionis huius ſanctæ ſynodi extitit declaratum: & cùm vnica ſit Eccleſia, vnicum eſt etiam generale Concilium ipſam repræſentans, cui quilibet cuiuſcunque ſtatus & dignitatis, etiam ſi papalis, obedire tenetur. Nec in Eccleſia contrariæ ſunt poteſtates, à quibus contrariæ cenſuræ veraciter procedere poſſint, ſicut

Immò nihil Eccleſiæ perniciofius, quàm contemptus paſtoris Eccleſiæ. Vide Cypriani epiſtolas.

& vus

Digitized by Google

& vos optimè intelligere non dubitamus. Septimò, locum mutari quæritis. eſto quòd nec papa, neq; Græci venirent ad illum alterum locum, aut in eum conſentirent. Quę autem neceſſitas vel quæ vtilitas id agere ſuadet, non aperuiſtis. Nec videtur quo pacto dominus Eugenius ibidèm audiri haberet, ſicut tangere videmini, dum neque in illum locum conſentire, neque ad ipſum mittere vellet. Ipſum verò nequaquàm conueniens eſſe, ſynodum in loco ſecuro ac quieto & pacifico conſiſtentem, periculoſæ tranſlationi exponere ſine fructu aut ſpe alicuius vtilitatis vel vrgente neceſſitate. Octauò, quoniam non dixiſtis quid agendum erit, ſi dominus Eugenius ea quæ petũtur, facere noluerit: poterimus ne ſemper in talibus dilationibus, in his fluctuationibus Eccleſiam periclitari permittere, & non ſibi de aliquo prouidere remedio? videtis quantæ dilationes conceſſæ ſunt. quæ nullum fructũ attulerunt: immò pendentibus illis, ipſe dominus Eugenius quàm plurima in præiudicium Eccleſiæ innouauit: pendente quidem dilatione ſexaginta dierum, poſt citationem eius, Concilium diſſoluere & transferre attentauit. Subſequenter dilatione quatuor menſium, poſt diſſolutionem ipſam, congregationem Ferrarieñ. erexit. Deindè ſub tertia dilatione duorum menſium, poſt ſuſpenſionem ipſius ab adminiſtratione papali, nos prædæ & ſpoliationi alijsque perſecutionibus antedictis expoſuit, & Græcos ad ſe pro ſui munimento attraxit. Longioribus deindè dilationibus ad rogamina principum per nos obſeruatis, ipſe interim nuncios per orbem tranſmiſit, qui ſuaderent corda multorum in viam eius. Rurſum, dum his diebus ſuper tractatibus pacis * nobiſcum occuparemur, ipſe neque nobis neque vobis conſultis, prætenſam tranſlationem in ciuitatẽ Florẽtinã fecit: & cùm vos venerabiles oratores locum alterum in Germania expeteretis, vbi omnes cõuenire poſſent, ipſe ad longiores regiones nõ parùm acceſſu difficiliores, ſe tranſtulit. Videtis quòd inter has dilationes ſcandala continuè creſcunt. Vileſcit ſynodalis authoritas, totus ferè grex dominicus ob defectũ paſtoris prouidè regentis, in præcipitiũ malorum dilabitur, & in his nullam medelam profertis, nullam ſecuritatem remediorum datis, ſi ſummus pontifex huic ſanctæ ſynodo & veſtris deſiderijs condeſcẽdere recuſauerit. Tandèm deſignaſtis, quòd dum ſic ad alterum locum deuentum fuerit, ciuibus Auinionenſibus creditoribus Eccleſiæ ſatisfiet. Nullatenùs autẽ poſſumus aut debemus vſque in id tempus ſub euentu incerto ſatisfactionem eis debitam differre & prolongare, cùm & pecuniæ iam collectæ, pro Eccleſia in diuerſis locis habeantur, quæ nullatenùs nobis denegari iuſtè poſſunt, tenemurq́ue pro viribus agere vt quantocyus ſine mora, quod debet, ſancta ſynodus reſtituat. Hæc itaq́ue clariſſimi oratores ponderare velint veſtræ prudentiæ, & pro reuerentia Chriſti Saluatoris noſtri efficacem operam impendere, vt res vniuerſalis Eccleſiæ ad honore Dei, ſalutem animarum & veram pacem cunctorũ, feliciter diſponi poſſint. Vos omnes vno animo cum hac ſancta ſynodo ſaluti Eccleſiæ ſanctæ Dei conſulere curetis, & eam in ſuis neceſſitatibus efficaciter adiuuare. Nos verò ſi in pręmiſſis quę neceſſaria ſunt conuenienter prouiſum fuerit, pro bono pacis & contemplatione ſereniſſimorum principum veſtrorum, atq; ſingulariter pro vnione Græcorum proſequenda, quam ſemper multo deſiderio expetiuimus, ad tranſlationem huius ſanctæ & vniuerſalis ſynodi in alterum locum ſecurum, & rebus vniuerſalis Eccleſiæ gerendis accommodum, condeſcendere parati erimus. Interim tamen non omiſſuri ea, quæ ad progreſſum huius ſacri Concilij & operum per ipſum inchoatorum, tam in reformatione Eccleſiæ in capite & in membris, quàm in cæteris rebus, pertinere videbuntur pro honore Dei & ſalute vniuerſalis Eccleſiæ. Et nihilominùs totis viribus ſemper operam dabimus, vt pax optima & beata tranquillitas per omnẽ Eccleſiam vigeat. Ad laudem & gloriam ſpiritus paracliti, qui cum patre & filio vnus eſt Deus benedictus in ſecula ſeculorũ, Amen.

Datum Baſileæ in congregatione noſtra generali, 10. Calẽd. Martij, anno à natiuitate Domini 1439.

* vobiſcũ

Peſtis Ferrarię ſæuiens coegit Eugeniũ trãsferre ſynodum.

RESPONSIO SYNODI ad Schedulam oratorũ principũ de mutatione Concilij in alium ex tribus locis, vbi inchoandum eſſet omninò Conciliũ ad ſex menſes cum dimidio, nec interim contra papam procedendum.

SAcroſancta &c. ad futuram rei memoriam. Rem grauiſſimam, quam ab hac ſancta ſynodo quæritis venerabiles ac circunſpecti oratores, attentis conſiderantes animis, Deum noſtrum qui ſua potenti dextera Eccleſiam plantauit in terris, ſupplices orauimus & oramus, vt ea nobis loqui ac reſpondere donet, quæ ſint ad ſuæ maieſtatis honorem & ſalutem omnium credentium, qui Apoſtolis ſuis & diſcipulis, vt in tempore neceſſitatis loquendi fiduciam haberent, dixit: Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Mat. 10. Mutationem huius ſacri Concilij in locum alterum, ſuperiori tempore per vos expetitam, iterum poſtulatis. Spem quoque pacis Eccleſiæ ex ea re concipere videmini, quam profectò pacem ſi per hoc medium poſſemus adipiſci, iamdudum ipſam mutationem auidis animis quæſiuiſſemus, quoniam ſummo deſiderio

cupimus cum beatis pacificis filiationem Dei promerentibus operari ad pacem, non quidem illam pacem appellantes, qua, conciliorum aothoritate contempta, qoiſpiam

Non hoc uoluit Eugenius, cui uos multum detrahitis.

ſummus pontifex poſſet de tota Eccleſia & animabus redemptis ſanguine Chriſti, agere quicquid ſibi libitum foret, abiectaque ſalutifera reformatione, ſpretis ſacris canonibus & decretis, vitia & abuſos peſtiferi pacificè regnare permitterentur: aut quod omnibus grauius eſt, fide læſa & vulnerata, quiſquis fidem ipſam impugnãs pacificè opprimeret Eccleſiam, & illi tacere cogerentur qui fidem ipſam ſuſtinerent, Nõ quidem hoc eſſet pacem agere, ſed turbationem grauiſſimam: Non hoc eſſet mederi languoribus præſentibus Eccleſiæ, ſed eam in miſerabile diſcrimen adducere. Quod quidem non eſſe noſtræ intentionis credimus. Sed zelus domus Dei cogit nos in extremis Eccleſiæ periculis non tacere veritatem, ne tandem dicere oporteat in

Eſa. 6.

DEI iudicio: Væ mihi, quia tacui. Sciunt diſcretiones veſtræ, vitam Eccleſiæ in fide & probis moribus præcipuè cõſiſtere, quibus capiti ſuo & ſonti vitæ Chriſto coniungitur, ac cum eo pacem habet, charitatem & gaudium, quæ ſunt fructus ſpiritus: vt &

Gal. 5.
* verè

vos ipſi ex Apoſtolo allegaſtis. Qnam * verò pacem quærunt beati pacifici, qui recipiunt adoptionem filiorum Dei. Hæc eſt enim

Ioan. 14.

pax Chriſti, de qua ipſe ait: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis: non quomodò mundus dat, ego do vobis. Cùm autem his nouiſſimis temporibus deformitates, ſchiſmata & errores plùs ſolito cœpiſſent inſurgere, congregata in Spirituſancto ſacra Conſtantienſis ſynodus, nobis fidem explicauit de poteſtate immediatè data ab ipſo fidei authore Chriſto Concilijs generalibus, repræſentantibos Catholicam militantem Eccleſiam, quibus & ſummus pontifex, & quilibet alius obedire tenetur: vt Chriſtiani intelligerent, quòd ipſis erroribus, ſchiſmatibus & deformitatibus obuiare oporteret per Conciliorum generalium authoritatem, ſicut Chriſtus ipſe Deus noſter ordinauit, vt ſic frequens conciliorum celebratio, quæ præcipua agri dominici cultura eſt, vepres & tribulos prædictorum malorum euellat, prout in eadem Conſtantienſi ſynodo declaratum extitit, & pax optima cum ſanctitate & iuſtitia omnibus diebus vigeant in terris. Vndè verò languores, vndè morbi, vndè turbationes pacis & vexationes Eccleſiæ iam nunc potiſſimè inualeſcunt, niſi ex eo quòd obedientia, quam Chriſtus ipſe imperauit, quam Eccleſia declarauit, quam fides edocet, non data eſt Concilio generali (quod dolenter referimus) à domino Eugenio Papa moderno? immò grauiſſimè contempta, & duriſſimè factis, verbis, & ſcriptis vſque in hodiernum diem impugnata, ſicut magna ex parte in alia noſtra reſponſione ſynodali, præterito menſe Februarij ad veſtras priores petitiones ſuper mutatione huius ſacri concilij porrectas, explicauimus, vndè diuiſiones & ſchiſmata in Eccleſijs particularibus, vndè principum & prælatorum, atque etiam populorum per orbem diſperſorum, grauiſſima perturbatio. Nam quemadmodùm ſæpè audiſtis, primitus hoc ſacrum concilium congregatum authoritate duorum præcedeotium conciliorũ, & duorum ſummorum pontificum, pro extirpatione hæreſum & reformatione Eccleſiæ in capite & in membris, quaſi ab exordio attentauit dominus Eugenius, licèt nulliter & de facto, diſſoluere ſine ipſius concilij conſenſu. Deinceps cùm plurima decreta ſalubria edita fuiſſent pro reformatione Eccleſiæ in capite & in membris, & per legationes plures * per plures oratores admonitus eſſet, vt animom ſuum ad eorũ obſeruationem redderet benignè inclinatum: ita prohdolor ea paruipendit, ita contempſit, vt quaſi in nullo debitam obedientiam ipſi concilio adhibere compertus ſit: ex quo grauiſſimo contemptu non parua ſuſpicio aduerſus eum exorta eſt, quòd de declaratione catholicæ fidei, facta in concilio Conſtantienſi, non rectè ſentiret, quodque non crederet ſe teneri obedire concilio, prout ipſa fidei veritas aſſerit.

Petro dictum eſt, paſceoues meas. illi ergo nos obedire debuiſtis.

fo.* ac per

Quid ampliùs? cùm ſuper hoc graui contemptu citaretur, meotem ſuam pleniùs aduerſus ipſam veritatem declarauit, diſſoluendo authoritatiuè hoc ſacrum Concilium de facto ſine conſenſu ipſius, caſu quo virtute decreti citatorij procederetur, aut fieret aliqua oouitas contra ipſum, aut contra aliquem ſuorum oratorum præſidentium, qui in concilio fuerant, prohibendo etiam authoritatiuè, ne in eo caſu factum Bohemorum, quod actu tractabat hæc ſancta ſynodus, vltra triginta dies ageretur: vbi non ſolùm iam obedientiam denegauit, ſed ſe iudicem ſuper concilium conſtituit, non ei obediens, ſed imperans in his, in quibus eundem teneri obedire concilio, ex Chriſti ordinatione aſſerit ipſa traditio fidei. Si verò iam hoc ſacrum concilium diſſoluatur, quod fidem Eccleſiæ defendit: dimittaturque ille ſupra Eccleſiam pro libito ſuę voluntatis imperare, qui tanto tempore tam grauiter ipſam factis, operibus & verbis impugnat, immò authoritate & poteſtate conatur opprimere: nunquid non ipſius Eccleſiæ imminet deſolatio? Nunquid non timendum eſt vel potiùs præſumendum, quòd Concilio diſſoluto, volet ſingulos per orbem diſperſos cogere, vt idem ſentiant quod ipſe? Nunquid non ſi abſque debita correctione ſic dimittatur, cunctis ſiue Eccleſiaſticis, ſiue ſecu-

Certè Eugenio Latini & Græci in Synodo Florẽtina aſſenſerũt.

laribus

laribus, ſine prælatis ſiue principibus, aut alijs quibuſcunque imminebit perſecutio, qui fidem in ſacro Conſtantienſi concilio explicatam voluerint profiteri? Quid verò de illis faciet, qui decreta ſynodalia ſeruare volent? quod cùm in præſentia videamus adhuc ſedente Concilio, quomodò tales in pluribus Eccleſijs faciat tractari. An verò hæc erit appellanda pax & tranquillitas Eccleſiæ, vos præclari oratores, pro Deo conſiderate. Quod erunt deinceps, qui pro conciliorum authoritate, pro declarationibus per Eccleſiam factis in explicatione fidei certabunt, eas deprimi & hoc concilium in earum defenſionem de facto viderit ſuccumbere? Quis hæreticus non audentiùs (quod cùm amariſſimo gemitu dicimus) cornua eriget aduerſus ſponſam Chriſti, ſi ipſa concilia generalia, quibus ſupremum iudicium in materijs fidei decretum eſt, viderit conculcari? Sed quis, ô præclari oratores, iam in alio cõcilio, quod futurum dicitis, ad reſiſtendum ſummo pontifici pro defenſione rectæ fidei veniret, dum ipſe pontifex hoc ſacrum concilium de facto ſuppreſiſſe, & in nihilum redegiſſe conſpiceretur? Quale prætereà exẽplum relinqueretur ſummis pontificibus, ſi perperàm agere volent, ſchiſmata faciendi, concilium generali impugnandi & diſſoluendi, vt quotiès de ipſorum correctione in fide aut in moribus agetur, perturbent, ſcindant & diuidant concilium, atque in aliud concilium deueniri poſtulent? Et ſi in illo non fieret quod voluerint

Quis hoc vnquàm pontifex fecit?

iterum aliud quærant: ſicque fiet tranſmigratio de concilio in concilium, & iudicia vniuerſalis Eccleſiæ ſic ſemper in incerto vagabuntur, dum præſens ſummus pontifex poſtquàm decretis, præceptis & ordinationibus ſynodalibus tanta obduratione obſiſtit, poſtquàm ipſum bis authoritatiuè ſine eius conſenſu diſſoluere attentauit, & ſciſſurã in Eccleſia grauem iam perpetrauit, tandem nulla ſuſcepta pœnitentia, nulla penitus emendatione facta, obtineret vt cõcilium mutari cogeretur: immò veriſimiliter in totum diſpergeretur per hanc viam mutationum & dilationum, quas afferri concipimus, perſeuerante ipſo moderno pontifice in aſſidua eiuſdem Concilij & totiès declaratæ veritatis impugnatione. Hoc quidem non eſſe ſchiſmati obuiare, ſed ſchiſmata fouere & nutrire, dum pontifici volenti ſchiſma facere, vt formidare videmini, ſi concilium ad eius correctionem procederet, talia fauor præberetur, vt eius contemplatione ipſum concilium tali modo mutaretur, vndè poſteris ad ſchiſmata facienda maior pararetur audacia, vt conciliorum eneruaretur authoritas, per quorum ſupremum iudicium in terris ſchiſmata extirpari conuenit: immò ſecundum hoc, qui Eccleſiam lacerare & ſcindere vellet, ipſa ſibi tota opprimenda relinqueretur. Et ne partem gregis ad ſe traheret, totus in ſuis manibus dimitteretur. Vndè forſan volendo auferre ab eis fidem, quam in Catholica Eccleſia de authoritate conciliorum didicerunt, & contemnendo leges pro ſalute omnium datas, ipſe omnes in damnationem ducere molitetur. Non hîc agimr, præclari oratores, de tali ſchiſmate, in quo duę perſonæ contendunt de papatu, & in dubium vertitur cui eorum ius competat, vbi vterque contendentium in iudicium concilij generalis venire habet ſententiam auditurus: ſed agitur de pontifice, qui ſe voluntariè à concilio volente ipſum corripere, ſeparauit, quod reputabat legitimum vniuerſalis Eccleſiæ cõcilium, & Eccleſiæ pacem turbauit, ſchiſma fecit, ſcandala ſuſcitauit diſſoluendo concilium authoritatiuè, vt præmiſſum eſt, caſu quo procederetur contra ipſum aut aliquem oratorum ſuorum præſidentium. Et altare contra altare erexit, vt ſic correctionem iudicis effugeret. Quomodo autem res illa locum ſibi vendicare poterit ſine eneruatione authoritatis conciliorum? vt poſt prædicta oporteat pontificem manere in poſſeſſione diſſoluendi taliter concilium. Et quia ſancta ſynodus * dum verò iam requiritur, vt poſt iſta concilium, quia officium iudicis egit pro exercitio iuſtitiæ ſibi diuinitùs cõmiſſo, cogatur loco iudicij cedere & mutari, ſuaque iudicia differre, ac deſerere, ac per talẽ mutari, vt ſibi pfigãtur tempora, loca, modi procedendi & alia quæ nunc requiruntur à nobis, quaſi non ſit libertas in concilio generali ad faciendum quod pro republica expedientius iudicabitur ſub directione ipſius ſpiritusſancti, de cuius auxilio confidendum eſt, quòd ſiue oporteat concilium manere in hoc loco, ſiue mutari, ſiue conueniat procedere, ſiue quicquã aliud agere, & de modo, forma & tempore omnia peragendi, ſuggeret ipſi concilio quod pro ſalute vniuerſalis Eccleſiæ fuerit neceſſarium. Sed dicitis, quod concilium in alio loco præter ſui conſenſum, indiſſolubile permaneat. Verùm ſi papa hoc priuilegium habeat diſſoluendi concilium ſine eius conſenſu, quomodo vultis illud ab ipſo tollere? Si autem nõ habeat, in hoc notoriè errauit: quomodo id fieri quæritis, per quod in hac errandi poſſeſſione permaneat, & de mutatione concilij tali modo per ipſum dominum Eugenium facta, poſſeſſio haberetur, quæ trahatur ad conſequentiam? Et ſi in talibus conſentiret hæc ſancta ſynodus, iam authoritate Eccleſiæ, talia fieri poſſe viderentur, quod nullatenùs quæri aut effici debet. Dicitis prætereà ipſum concilium mutari habere in alterum trium locorum, in quem papa aut

Immò cõcilium haberi voluit, ſed in Italia, idque non ſine cauſa.

3. Reg. 2. f

Nimium vobis ſumitis in pontificẽ.

Græci

Græci venire conſenſerint. Et eſto quòd nec ipſe nec ille conſentiant, nihilominùs mutetur. In primo caſu non eſt nobis facile exiſtimare, attentis præteritis operibus, quòd Papa veniat in illum locum perſonaliter, in quo ſperet ſe correctionem acceptiurum. In ſecundo caſu, cum Græci aduenient, & fiet nouum concilium ex Latinis & Græcis, dantur induciæ correctionis & emendationis domini Eugenij, donec per ipſos Græcos fuerit iudicatus: immò ſecundum hoc agitur, vt Græci ipſi de actis ſynodalibus huius ſacri Concilij Catholicam Eccleſiam repræſentantis, & de operibus papæ iudicare habeant, priuſquàm papa ipſe corrigatur: quodq; omnes quæſtiones iuris & facti agitatæ in concilio erga dominũ Eugenium, quarum etiam aliquæ ius diuinum & fidem concernunt, haberent in iudicium ipſorum Græcorum deuenire, relicto huius ſanctæ ſynodi Catholico iudicio: & quòd ea, quæ per Eccleſiam in concernentibus fidem determinata ſunt, in dubium reuocentur, quaſi notaretur ipſa Eccleſia in his quæ fidei ſunt, errare potuiſſe. Dicitur, quòd ibidèm dominus Eugenius legatos ſuos mittat, quod irriſdictionis eſt, ac ſi ipſe ab adminiſtratione papali non eſſet ſuſpenſus, cùm tamen ipſam ſuſpenſionem ex cauſis tam neceſſarijs & tam vrgentiſſimis, quas in alia reſponſione ſynodali expoſuimus, conſtat eſſe factam. In tertio caſu, ſi hoc ſacrum concilium mutetur, quod fundatum eſt authoritate duorum conciliorum præcedentium & duorũ ſummorum Pontificum, cui ferè omnes maiores Eccleſiæ prælati, cardinales, archiepiſcopi, Epiſcopi, omneſque Reges orbis catholici incorporati ſunt: eſto quòd nec papa nec Græci conſentiant, id ſequetur, quòd ubi concilium exiſtens in hoc loco, fortiter impugnat dominus Eugenius, ipſum tranſlatum in alium locum ſine eius conſenſu fortiùs impugnare poſſe videatur, & habere maiores colores impugnandi: interimq́ue ſeptem menſium vel * eocircà, dilationem obtineat, quibus nihil pro eius correctione agatur, quibus nullatenùs fidei & ſaluti Eccleſiæ prouideatur, ſed potiùs ſuppoſita huius cõcilij per attædiationem aut alia incommoda diſpergantur, & tandem nulli vel pauciſſimi ad illum alium locum accedendi habeant voluntatem, dum viderint huius concilij Baſileenſis tam miſerabilem exitum, quod tantis laboribus congregatum, tot annis aduerſus impugnationes domini Eugenij conſeruatum fuit. Quid aliud ad hæc reſpondere poſſumus, venerabiles Oratores, niſi amariſſimos edere gemitus ſuper flebili ruina Eccleſiæ, ſi res ita procedant, & plorare die ac nocte ſuper illa generalium conciliorum authoritate tandiu per nos defenſata, quam in interitum perduci conſpicimus, niſi Deus noſter præuideat? De qua authoritate parùm prodeſt verbo dicere, quòd conſeruari habeat, ſi tale factum agatur, vndè ipſa miſerabiliter proſternatur. Quis verò dabit capitibus noſtris fontem lachrymarum, vt in mœroribus & doloribus dignè lugeamus læſionem fidei, contemptum ſynodorum & ſacrorum canonum? quibus conculcatis, omnia ſcelera, omnia vitia, omniũ abuſuum & deformitatum incrementa liberiùs regnabunt: pariter quoque amarè flebunt diebus futuris principes & nationes orbis, dum quiſpiam Romanus Pontifex eos iniuſtè opprimere volet. Nam fruſtrà deinceps ad concilia generalia recurrent, quorum erit ſic proſtrata authoritas. Si enim concilium generale aliquid vellet de ipſo Romano Pontifice iudicare, illud diſſoluet ac transferet, aliudq́ue concilium fieri quæret, vbi poſſit ſuum libitum conſequi. ſicq́ue nulla ſtabilitas, nulla firmitas in iudicijs ipſorum conciliorum haberi poterit. Inualeſcet prætereà ille perniciosiſſimus error in populum Dei, vt vnus homo ad ſummum pontificium aſſumptus, poſſit de tota Eccleſia & Chriſtianitate agere ad ſuæ libitum voluntatis, ſicq́ue per generale concilium vniuerſalis Eccleſiæ, non valeat corrigi aut reformari. Sed & videmus non ſolùm ſtatum Eccleſiaſticum & ſalutem animarum ex ea re detrimenta pati, immò omnem ſtatum, omnem politiam, omne regimen in ſpiritualibus & temporalibus perturbari. Nam eccè poſtquàm generale Concilium Eccleſiam catholicam repræſentans, immediatè habens poteſtatem à Chriſto, cui ſummus pontifex & quilibet alius obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, extirpationem ſchiſmatis, & reformationem Eccleſię in capite & in membris, cœpit ſuum exercere iudicium in dominum Eugenium pro correptione ipſius, contumaciter obedire contempſit: iam uia introducitur, vt qui concilio in his tenentur obedire, non ipſum concilium reputent vt iudicem, ſed ut partem cum domino Eugenio contendentem, & velint ipſum iudicem directè aut indirectè arctare vel compellere, loca & tempora eidem præfigere, vt ſua iudicia nequaquã proferat: immò ad inſtantiam eius qui reus eſt, iudicium ſuum mutare cogatur. Quòd ſi hoc fit de ſummo iudice poteſtatem habente immediatè à Chriſto, nunquid non ex hoc datur exemplum ſubditis quorumcunque iudicantium, vt ipſos iudices temporales ac ſpirituales per mutuas intelligentias compellerent, vt illi à iudicando deſiſtant? Sicq́ue peribit iuſtitia in terris, & eueniet, quod ait gloriosus Hieronymus, dum uni parcunt, uniuerſæ Eccleſiæ moliuntur interitum. Quæ eſt, inquit, iſta miſericordia uni parcere,

Sed tandẽ pauciſſimi Baſileenſibus adhæſerunt.

Hier. 9.

Certè Eugenius ſynodos nõ contempſit.

Sed illi vni homini dictũ eſt, Ego ꝓ te rogaui, vt non deficiat fides tua.

parcere, & vniuerſos in diſcrimen adduce-
re? cumque pax (vt ait beatus Auguſtinus)
ſit tranquillitas ordinis, iam abrupto ordi-
ne iudiciorum, omnis pax & hominum ad
DEVM, & hominum inter ſe, turbabitur,
dum via conueniens ad pacem non quæri-
tur, dum iuſtitia abijcitur, & veritas pro-
ſternitur: quas cum pace ipſa, diuina do-
ctrina nobis oſtendit oportere copulari.
ait enim ſcriptura quæ mentiri non poteſt:
Pſal. 84. Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi,
iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Et Dominus
Zach. 8. per prophetam inquit: Pacem & veritatem
4.Reg 20. dulgite. Rex quoque Ezechias dicebat:
Sit pax & veritas in diebus meis. Quid igi-
tur potiùs in tanta rerum difficultate agen-
dum eſt huic ſanctæ ſynodo? an quòd re-
cedat, mala & omnia ſupradicta permittat
prænalere, an quòd ex officio ſibi commiſ-
ſo à Chriſto, ſub confidentia ipſius diuini
auxilij, per defenſionem veritatis & exer-
citium iuſtitiæ in repellendis tantis malis,
debitum ſuum agere curet coram DEO
Eccle. 4. & hominibus, adimplens illud quod per
ſapientem dictum eſt, Certa pro iuſtitia vſ-
que ad mortem? Clariſſimè videre pote-
ſtis, venerabiles oratores, quòd Eccleſiam
matrem omnium Chriſtianorum in tanta
deſolatione deſerere non poſſimus, ſed
nobis & toti populo Chriſtiano grauiſſima
imminet damnatio, ſi ſaluti ipſius Eccleſiæ
& vitæ ſuæ quæ ex fide eſt, prouidere ne-
gligamus. Expectauimus iam plurimis an-
nis, ſi præfatus dominus Eugenius, viam
veritatis recognoſceret, & contemplatio-
ne Chriſtianorum principum, dilationes
plurimas benigniſſimè obſecuauit hæc ſan-
cta ſynodus, ambaſiatoreſque ſuos ad di-
uerſas regiones tranſmiſit, veritatem & iu-
ſtitiam huius ſacri Concilij ac neceſſitatem
vrgentiſſimam prouidendi publicæ ſaluti
Eccleſiæ aperientes. ad duas quoque con-
uentiones in Nurenberga ſucceſſiuè habi-
tas profecti ſunt, & nouiſſimè in ciuitate
Moguntinenſi non defuerunt ſufficienti
poteſtate ſuffulti, vbi orſtores ſummi pon-
tificis per triginta dies expectati, nullate-
nùs comparere voluerunt, niſi poſt receſ-
ſum oratorum huius ſanctæ ſynodi, qui cū
bona licentia oratorum principum ibidèm
exiſtentium, per plures antè dies abſceſ-
ſerant. In omnibus autem his nunquam
ex parte ſummi pontificis aliquid emen-
dationis vel correctionis oblatum audiui-
mus, vt per hoc paci Eccleſiæ conſulere-
tur, quam ita turbauit: & ne (quod abſit)
totū corpus inuaderet morbus, & languor
non eſſet curatus in capite, atque etiam vt
diuina maieſtas, per ipſum grauiſſimè of-
fenſa, placari poſſet: immò duntaxat petita
eſt ſemper huius concilij mutatio, & talis
mutatio, quæ ipſum cōcilium reformatio-
nem Eccleſiæ quærens eneruaret, & domi-
num Eugenium duriſſimè reſiſtentem, in
ſua contumacia roboraret. Neque audiui-
mus quod vos aut alij oratores principum
in his rebus à papa impetraueritis, vt con-
templatione Eccleſiæ & populi Chriſtiani
quicquam emendationis aut melioratio-
nis efficiat. Iam verò iuſtiſſimam huius ſa-
cri concilij proſecutionem totus orbis con-
ſpicere potuit, necnon patientiam ac man-
ſuetudinem noſtram atque longiſſimam
expectationem in hoc loco, in quo non nos
mundana ſolatia aut terrena affectio deti-
nūt: immò relictis proprijs regionibus, do-
mibus, & beneficijs, in quibus quieſcere
poteramus, varias hic perſecutiones, iniu-
rias, damna, opprobria paſſi ſumus, & aſſi-
duè patimur, libentes omnia ſufferentes
pro votius conſecutione reformationis Ec-
cleſiæ Dei, pro qua iam tribus generalibus
cōcilijs diuturno tempore laboratum eſt,
pro defenſione fidei orthodoxæ, quam in
oculis noſtris videmus multipliciter im-
pugnari. Et intantùm præfatis Catholicis
principibus expectando quæſiuimus com-
placere, vt poſt victualium penuriā & alias
clades quas pertulimus, etiam grauiora pe-
ricula immineant, atque per varia rerum
diſcrimina huius concilij diſperſio, & poſt
tot annorum ſuſceptos labores, extrema
Eccleſiæ deſolatio in foribus eſſe videan-
tur, ſi non celeriter occurratur. Vndè iam
apertè conſpicere poſſunt principes Chri-
ſtiani, nos maxima neceſſitate compulſos,
vt ſecluſa ampliori dilatione, pro honore
Dei creatoris cunctorum, regis regum, do-
mini dominantium, & pro ſaluatione ani- 1.Tim.6.e
marum omnium, cōmuni ſaluti ipſius Ec- Apo. 17.d
cleſiæ prouidere curemus. Et ne in tanta 19.e
rerum neceſſitate de graui negligentia co-
ram omnipotentis DEI iudicio argua-
mur, omnem noſtram fiduciam proijcien-
tes in ſaluatorem noſtrum Ieſum, in cuius
nomine congregati ſumus, fauente ipſius
gratia, ita intendimus agere, vt corā omni-
bus principibus atque populis clariſſima
iuſtitia & veritas huius ſanctæ ſynodi relu-
ceant. cum iuſtitia autem veniat intra Ec-
cleſiam ſoror eius pax, & ſibi inuicèm gra-
tiſſimo copulabuntur oſculo. nec quicquā
aliud petimus, niſi vt in his turbationibus
rerum det nobis id agere, quod beneplaci-
tum fuerit ſuæ diuinæ maieſtati, & ſpera-
mus per manū eius omnes Chriſtianos in
viam veritatis & proſecutione publicæ ſa-
luuis vnionem & pacem bonam amplecti:
quod & nos maximè deſideramus, ac labo-
ribus cunctis proſequi volumus, vt omnes
vnanimiter in amore fraternitatis DEO
ſeruiant, & ſint vnum in veritate: nec ali-
quem de veritate huius ſanctæ ſynodi in-
formatum, credimus velle tandem huic
fauere errori, vt vnus mortalis homo, qui
ordinatus eſt vt ſit fidelis miniſter in do-
mo

Digitized by Google

mo D e i, poſſit (vt præmiſſum eſt) ad libitum voluntatis ſuæ de tota Eccleſia agere, & neque generalia concilia repræſentantia Eccleſiam vniuerſalem, neque Canones ſynodales, neque poſtremò ipſas declarationes fidei per Eccleſiam catholicam factas attendens, poſſit totum gregem Dominicum tanto precio redemptum, in præcipitium damnationis inducere: nec vni perſonæ mortali quis intantùm humano fauore affectus putari debet, vt propter illius temporale deſiderium, quod ſicut vmbra pertranſit, velit vniuerſam Eccleſiam deſtrui: neque formidari nimiùm oportet, ſi iuſtum Eccleſiæ iudicium in correptionem domini Eugenii proferetur in futurũ pro neceſſitate totius Eccleſiæ: & ipſe, quod abſit, rebellando in aduerſum, velit ſchiſma facere, alios attrahendo, vt ab vnitate Eccleſiæ ſe ſeparent, quòd princeps aliquis Catholicus, aut notabilium prælatorum quiſpiam velit ſuo fauere ſchiſmati, præſertim in læſionem Catholicæ fidei & authoritatis Eccleſiæ. Nunquid notorium non eſt, quanti principes orbis tam per ſe, quàm per ſuos Concilio Conſtantienſi interfuerunt, vbi explicata fuit declaratio fidei de authoritate Conciliorum Generalium ſuper Papam & quemlibet alterum, & in omnibus obſeruata, nemine reclamante, nemine approbante? Sed vbi dominus Eugenius iam bina vice voluit ſua authoritate hoc Baſileenſe Concilium ſine eius conſenſu diſſoluere, ſcitis quomodò principes orbis ferè omnes, aut primæ, aut ſecundæ diſſolutionis tempore, ſuos oratores in hoc ſacro Concilio tenuerunt, firmiter credentes Papam non poſſe diſſoluere ipſum ſacrum Concilium, quod pro extirpatione hæreſum & reformatione Eccleſiæ in capite & in membris legitimè congregatum erat, ſine conſenſu eius: cùm ipſe Concilio non haberet in his imperare, ſed teneretur obedire. Quid de prælatis Eccleſiæ dicemus? Nunquid non in ſacro Conſtantienſi Concilio cardinales, Archiepiſcopi, epiſcopi, & cæteri de omne regione fuerunt? Nec illi defuit felicis recordationis Papa Martinus, qui etiam circa finem ipſius Concilij, per patentes literas mandauit, eodem approbante Concilio, vniuerſis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Inquiſitoribus, vt ſingulos de hæreſi Vuickleffiſtarum ſuſpectos diligenter interrogarent, vtrùm crederent quòd illud, quod ſacrum Concilium Conſtantienſe vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, approbauit & approbat in fauorem fidei & ad ſalutem animarum, quòd hoc ab vniuerſis Chriſtifidelibus eſſet approbandum, & tenendum, cùm non ignoraret Papa ipſe Martinus declarationem de authoritate Conciliorum data immediatè à C h r i s t o, anteà per ipſum Concilium factam fuiſſe: qui etiam in eiſdem literis poſuit, quòd error eſt dicere, non eſſe de neceſſitate ſalutis, credere Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam inter Eccleſias, ſi per Romanam Eccleſiam intelligatur vniuerſalis Eccleſia, aut concilium generale, aut etiam pro quanto negaret primatum ſummi pontificis reſpectu Eccleſiarum particularium. In hoc præterea Baſileenſi Concilio, tempore attentatæ primæ diſſolutionis, fuerunt ſeptem de præſtantioribus ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalibus, videlicet Iulianus tituli ſancti Angeli ſedis Apoſtolicæ legatus, * A. Bononieñ. B. Portueñ. vulgariter dictos Placentinus, cardinales epiſcopi: Ioannes ſancti Laurentij in Lucina, dictus Rothomageñ. Ioannes ſancti Petri ad Vincula, * A. ſancti Euſtachij, & Dominicus ſanctæ Mariæ in via lata, dictus Firmanus, etiam cardinales, doctrinam ipſam Catholicam & Apoſtolicam de authoritate conciliorum in Conſtantia declaratam, virtuosè defendentes, atque oſtendentes, propter illam non potuiſſe, neque in futurum poſſe diſſolutionem huius Concilij ſine ipſius conſenſu, plurimaque ſolennia ſuper hoc decreta cum cæteris patribus condiderunt, & toti mundo publicauerunt; qui de hac re in reſponſione quadam ſynodali cum toto Concilio magna authoritate oratoribus domini Eugenij diſſolutionem ipſam manutenere volentis, reſponderunt: Malumus mori, quàm tanto errori per ignauiã cedere. Hic articulus de quo diſceptamus, fidem concernit, qui ſine interitu ſalutis negligi non poteſt. Si dominus Eugenius Eccleſiam audire non vult, oportebit eum tandem haberi ſicut ethnicum & publicanum. Hæc ſunt verba Concilij, in quo tunc illi præſentes affuerunt. Audiſtis & vos ſæpiùs, quomodò alij plures cardinales ſe ſubſcripſerunt, dum dominus Eugenius ad mandatum cõcilij, illam prætenſam diſſolutionem irritam & inanem declarauit: & ea non obſtante, dixit concilium legitimè fuiſſe continuatum. Sed nunquid non prætereà omnes viderunt, quàm multi prælati, doctores diuini & humani iuris, ac cæteri eccleſiaſtici viri, ex diuerſis nationibus, regnis & prouincijs ſucceſſiuè tam tempore primæ diſſolutionis, quàm ſecundæ, in hac ſancta Synodo comparuerunt, dum ipſe dominus Eugenius eam diſſolutam reputabat, credentes hoc factum eiuſdem domini Eugenij aduerſus ipſius concilij authoritatem nullatenùs potuiſſe præualere? Quomodò igitur putandum eſt vel ſuſpicandum, vt catholicus orbis fidem quam accepit, vellet propter quamcunque perſonam deſerere, aut cuiuis perſonæ, in aduerſum repugnanti, & ſchiſma facere volenti, fauorem præſtare? & quòd ab hoc

ſacro

Illo tẽpore ſchiſma erat, & 3. ſimul Põtifices, quod nõ fuit in Baſileẽſi Synodo.

Sed poſteà Eugenio ſe reddiderunt.

ſacro concilio, quod fidem ipſorũ prælatorum, fidem principum atque omnium nationũ orbis defendit, ſe ſeparent, vt illi adhæreant, qui ipſam in pugna euellit? Credendum eſt quid potiùs, quòd omnes prouidere volent, ne in futurum quiſqoam pontificum poſſit rebellando Concilijs generalibus immediatè à Chriſto poteſtatem ſuper eos habentibus, ſchiſma facere, & pro ſua voluntate, aut libidine dominandi vniuerſum orbem hoc modo conturbare. Intelligentque tandem omnes vnanimiter, illum pro pontifice haberi oon debere, quem Concilium vniuerſalis Eccleſiæ pro non pontifice habendum iudicauerit: vt ſic non neceſſe ſit, iam deinceps principes orbis hoc modo com varijs legaoionibus & magnis expenſis in ea re vexari, ſimulque pax in Eccleſia uigere poſſit, & authoritas conciliorum illibata ſeruari, quæ (vt ait beatus Auguſtinus) in ipſa Eccleſia ſaluberrima eſt. Nã oportet vniuerſos Chriſtianos idipſum ſentire & ſapere, ſi vna fides & pax vera conſeruanda eſt, quòd ſummi Pontifices per concilium generale, Catholicam Eccleſiam repræſentans, corrigi poſſunt, ſicut veritas Catholica diffiniuit: quodque Eccleſia Dei in Spiritiſancto congregata, non habet exiſtimari ſicut vna prophana commooitas, cui Papa ipſe velut princeps ſecularis dominetur. Sic itaque cum Dei gratia, per conſtantem fidei noſtræ confeſſionem & ipſius probationem in opere, pax optima & ſalutaris gubernatio Eccleſiæ reflorebit in terris. Summi Pontifices cognoſcentes ſe poſſe corrigi (vt præfertur) per Concilium vniuerſalis Eccleſiæ, curabunt vigilantiùs ſalutem gregis Dominici quærere, & in miniſterio ſibi credito opera Christo placentia agere, ipſamque ſedem Apoſtolicam ſalutari gubernatione & decore virtutum reflorere faciant in oculis omnium populorum, atque omnium bonorum vbertate abundare, ſicut priùs illa ſolebat, cùm bono & ſalutari regimine gubernaretur: cuius quidem ſedis authoritatem & honorem hæc ſancta Synodus ſemper conſeruare curabit, ipſamque dignis honoribus per debitum ſanctitatis cultum magis intendit amplificare & exaltare in futurum. Breuiorq́; erit deinceps conciliorum generalium duratio, dum illis debita præſtabitur obedientia: & temporibus ſtatutis omnes diligenter confluent, expedituri celeriùs quæ pro ſalute Chriſtianæ religionis agenda videbuntur. Concilia prouincialia & ſynodalia frequentabuntur, ſacti canones pacificè obſeruabuntur: ſic erit pax & tranquillitas Eccleſiarum, ſanctitas morum, vtilitas regnorum & prouinciarum. Sic efficaciter deſiderium principum veſtrorum complebitur, præclari oratores, qui pacem & ſalutem Eccleſiæ deſiderant. Per ea verò quæ in Moguntia concepiſtis, licèt bona intentione uos feciſſe ſperandum ſit, non aſſequerentur principes ipſi bonum veræ pacis quod optant, vt ex ſuperioribus ſatis liquere poteſt. Nos autem, fauente Domino, per viam ſalutarem & rectum ordinem à Christo datum, pacem ipſam proſequemur: & quantùm ſine Dei offenſa poterimus, curabimus ſemper religioſiſſimis veſtris principibus complacere, qui etiam (vt credendum eſt) diuinæ ordinationi obſequi volent: neque aliud agent, niſi quod cum Deo poterunt, quod iuri diuino conſonum erit: & cùm fideliter credant, quòd de iure diuino tenentur obedire concilio in his, in quibus habet poteſtatem immediatè à Christo, non ſubtrahent ab eodem Concilio debitum obedientiæ ſuæ propter exercitium iuſtitiæ. Dum autem ipſi vnanimiter in ipſa obedientia, quã debent ſanctæ ſynodo, & ipſi Chriſto qui ei poteſtatem dedit, perſeuerauerint, amplectendo concorditer iuſtitiam, & veritatem, ipſi animas ſuas ſaluabunt, ipſi authoritatem Conciliorum ſibi & toti orbi neceſſariam, ſeruabunt illibatam, ſalutemq́ue & pacem bonam in Chriſtiana religione vigere facient. Si autem obedientiam debitam ſubtraherent Concilio per aliquam neutralitatem, aut aliâs quouis modo, plura mala contingerent in aduerſum, quę vos præclari oratores ipſis orthodoxis principibus diligenter, ac fideliter remonſtrare habetis, quantum vos diligiôs eorum ſalutem & totius Eccleſiæ. Et non dubitamus, quòd, cùm erunt debitè informati, debitum ſuum erga Devm & Eccleſiam ſemper facient. Et intellectis rationibus ac motiuis huius ſanctæ ſynodi, deuotiones eorum apertiſſimè conſpicient, intentionem ipſius dirigi, ſicut beatis pacificis conuenit, ad quærendas vias veræ pacis, tranquillitatis & ſalutis Eccleſiæ ac totius orbis nunc & in futurum. Quòd autem ad factum Græcorum attinet, ſcitis quanto deſiderio vnionem eorum ſemper optauerimus & optemus, quantosq́; labores & ſumptus in eius rei proſecutionẽ impẽderimus, & qualia nobis impedimenta obiecta ſint: dudum quoque loca conuenientia, videlicet Baſileam, Auinionẽ & Sabaudiam, pro ipſa tractanda vnione, nominauimus: & adhuc vt omnes conſpiciant noſtram perſeuerantẽ intentionem ad huius vnionis proſecutionem, ſi Imperator Romeorũ & patriarcha Conſtantinopolitanus qui pro tẽpore fuerint, & cæteri Eccleſiam orientalem repræſentantes, ceſſante omni dolo & fraude, in aliquem locum ſecurum quẽ hęc ſancta ſynodus eliget, aduenire uoluerint, hęc ſancta ſynodus illum eligere & in ipſum ſe transferre non recuſabit: talemq́ue locum eliget

Sibi volũt licere locum mutare, non pontifici.

poſt-

poſtquam intentionem Græcorum ipſorũ plenè cognouerit, de quo ipſi veſtri principes & totus orbis meritò debebunt contentari. Iterim verò curabit eadem ſancta ſynodus quærere diligenter, quæ Eccleſiæ Dei proſunt: & ita res ipſius noſtræ catholicę Eccleſię diſponere, vt ſalutiſera gubernatione regantur, per quam Deus propicietur populo ſuo, & placata ira eius, quã peccata regnantia conciârunt, vnionem ipſorum Gręcorum & bonam pacem omnium Chriſtianorum refiorere videamus in terris. Ad laudem & gloriam ſpiritus paracleti, qui eſt Deus benedictus in ſecula ſeculorum, Amen. Datum Baſileæ in congregatione noſtra generali Idibus Iunij, Anno à natiuitate Domini milleſimo quadringẽteſimo trigeſimonono.

SENTENTIA SYNODALIS IN congregatione generali, declarans ſequẽtes curiam papæ Eugenij, pœnas contentas in decretis ſynodalibus incidiſſe.

Eugenius non ſine rõne poſtea Conciliũ aliò transferri voluit.

SAcroſancta, &c. ad futuram rei memoriam. Quoniã dudum in decreto noſtro octauæ ſeſſionis, quod dominus Eugeni9 papa Quartus in ſua ſolenni adhæſione approbaſſe dinoſcitur, inter cætera decreuimus, quòd ſi aliqua perſona Eccleſiaſtica, etiam ſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, aut alia quæcunque, cuiuſuis ſtatus, gradus aut conditionis exiſtat, Bononiam vel ad aliquem alium locum ſub nomine generalis Cõcilij, iſto durante, præſumeret accedere vel ibì manere, ſententiam excommunicationis & priuationis omnium dignitatum, beneficiorum & officiorum ac inhabilitationis ad ipſa, incurreret ipſo facto: & de dignitatibus, beneficijs & officijs talium, per eos ad quos de iure ſpectat, etiã ſi cathedrales, aut metropolitanæ Eccleſiæ forent, liberè diſponere. Et conſequenter in alio decreto noſtro vigeſimænonę ſeſſionis, præcepit hæc ſancta ſynodus ſub eiſdem pœnis & cenſuris, quas contrafacientes incurrerent ipſo facto, vniuerſis ſanctę Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, epiſcopis & alijs quibuſcunque in curia dicti Eugenij papæ Quarti exiſtentibus, eo caſu quo ipſe dominus Eugenius ciuitate Ferrarienſi, ſicuti pręparare videbatur, vel alibì Concilium iſto durante erigere incepiſſet vel inciperet in futurum, ab eiuſdem curia recedere, & qui ſynodis generalibus de iure vel conſuetudine intereſſe tenebantur, ad hoc ſacrum Concilium Baſileenſe, cęteri verò ad loca beneficiorum, vel alibì extra curiam ipſam ſe transferrent. deinde verò illo conuenticulo Ferrarię erecto, & declarata ſuſpenſione præfati Eugenij ab adminiſtratione papatus, in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub pœna priuationis, quã ipſo facto ſimiliter incurrerent omniũ ſuorũ beneficiorum, dignitatum, officiorum, cõmendarum, penſionum & gratiarum quarũcunq;, etiam expectatiuarum, per decretũ noſtrũ trigeſimæprimæ ſeſſionis mandauit eadem ſancta ſynodus omnibus & ſingulis Eccleſiaſticis perſonis, vt ſuprà qualificatis, etiam Apoſtolicæ ſedis & curiæ Romanæ officialis, quatenus infra quadraginta dies extunc immediatè ſecuturos poſt diem datę eiuſdem noſtrę ſeſſionis, ab illa curia, quã dictus Eugenius de facto tenebat & tenet, recederent, & ad hoc ſacrum Concilium vel alia loca, prout in prædicta trigeſimaprima ſeſſione fuerunt admoniti, accederũt. Deinceps quoque per aliud decretum noſtrum trigeſimæſecundę ſeſſionis, omnes & ſingulos in eodem conuenticulo Ferrarienſi aut dicta prætenſa Eugenij curia exiſtentes, ac etiam eodẽ conuenticulo memoratis decretis noſtris compręhenſos, qui eorundem decretorum monitionibus nõ paruiſſent, citauit, vt trigeſima die extũc immediatè ſequẽte, in congregatione noſtra generali, ſi protunc eam celebrari contingeret, alioquin in proxima ſequenti, comparerent coram eadẽ ſancta ſynodo, viſuri ſe in pœnas prædictas incidiſſe declarari, aut iuſtas cauſas, ſi quas habeãt, allegaturi. Quo quidem termino adueniente, quanquam nonnulli per ſe, alij verò per procuratores coram nobis aut deputatis noſtris comparuerint, licèt tamen ipſis peremptoriè & vna vice pro omnibus duxiſſet ipſa ſancta ſynodus aſſignandũ & aſſignaſſet, decernens nihilominùs contra non parentes ipſos procedendum & declarandum, prout iuris & rationis eſſet, ſola nihilominùs, pro obſeruatione huiuſmodi termini, contumacia non ſatisfacientium accuſata, ipſiſque contumacibus reputatis, nõnullos pręſtantes patres deputauimus ad audiendum & examinandum quaſcunque cauſas & excuſatione pro parte pędictorum citatorum, qui ſe repręſentabant, ſi quas adduci & allegari contingeret: & in longanimi manſuetudine patienter expectauimus, vt vinceremus in bono malnm, & illi veritatem agnoſcerent, ſeque conuerterent in viam ſalutis. Ro. 12. d

Ne verò huiuſmodi vulneri grauiſſimo, tanquam vetuſto aut neglecto, callus obducatur, & eo inſanabile quo inſenſibile fiat: ſicque facilitate peſtiferę veniæ prędictorum non parentium indurentur corda, & peramplius firmetur periculoſiſſimum huiuſmodi ſchiſma, in conculcationem fidei noſtrę catholicę, authoritatis Eccleſię vniuerſalis manifeſtam lęſionem, & euerſionem totins Eccleſiaſticę diſciplinę, necnon ſomentum abuſuum & perditionem animarum: declarat pręfata ſancta ſynodus, omnes & ſingulas perſonas

nas

Digitized by Google

nas Eccleſiaſticas; de quibus ſuprà fit mentio, cuiuſuis ſtatus, gradus aut conditionis exiſtant, quæ Ferrariam ſub nomine generalis Concilij accedere vel ibi manere præſumpſerunt, aut illuc vel ad aliquem alium locum ſimili prætextu, iſto durante, præſumpſerint in futurum, & quæ poſt dictorum decretorum noſtrorum promulgationem infra terminos ſucceſſiuè ſibi (vt præmittitur) aſſignatos, à dicta prætenſa curia præfati Eugenij non receſſerint, nec ad hoc ſacrum Concilium vel alia loca, prout eis præcipiebat hæc ſancta ſynodus, ſe tranſtulerint, quaſque citatas & prædictorum decretorum noſtrorum monitionibus non parentes, contumaces reputauimus, vt præfertur, & pro quibus cauſæ iuſtæ & rationabiles non extiterunt, legitimè coram deputatis noſtris allegatæ, in pœnas prædictas incidiſſe: & ſi forſan contrafecerint, incidere, ita vt de dignitatibus, beneficijs & officijs eorundem, per eos ad quos de iure ſpectat, etiã ſi metropolitanæ aut aliæ cathedrales Eccleſiæ fuerint, poſſint decætero liberè diſponi: ipſoſque & eorum quemlibet, vt tales, denunciat, ac haberi, teneri & denunciari, necnon ab vniuerſis Chriſtifidelibus euitari vult & mandat: quorum omnium nomina & cognomina habet & haberi vult pro ſufficienter expreſſis. Decernit autem hæc ſancta ſynodus affixionem præſentium in valuis Eccleſiæ maioris Baſileenſis, vim habere legitimæ denunciationis, & periode ad euitationem & alia præmiſſa arctari & arctatos intelligi vniuerſos, acſi eædem præſentes ad perſonas ſingulorum executæ & particulariter intimatæ fuiſſent. Pollicetur tamen ſacra ſynodus, quæ ſolitæ manſuetudinis ſanctæ matris Eccleſiæ, quam repræſentat, obliuiſci nunquam poteſt, indemnitati ſtatus illorum ex prædictis, qui infra quadraginta dies à datis præſentium immediatè computandos, prædictum conuenticulum abiurauerint, & ad hoc ſacrum Concilium ſe ſine fraude contulerint, gratioſè conſulere & benignè prouidere, decernens ex nunc, quòd de dignitatibus, beneficijs & officijs talium interim non debeat per quempiam diſponi. Datum in generali congregatione noſtra in Eccleſia maiori Baſileẽſi publicè celebrata, ſexto idus Auguſti, Anno à natiuitate Domini 1438.

Et tamen ſecus à Ferrariæ erat legitima Synodus cui Baſileẽſes potius obtemperare debuerunt.

RESPONSIO SYNODALIS

Ad inuectiuam Gabrielis quondam Papæ Eugenij, publicatam in quadam diſſenſione conuenticuli Florentini.

Aliter ſẽtit de Eugenio & Florẽtino Concilio Eccleſia.

SAcroſancta &c. ad futuram rei memoriam. Beatus Hieronymus cùm lumẽ veritatis ſalubri doctrina diffunderet, cogebatur frequenter aduerſantium maledictis reſponderet: & dum ſtuderet deprauata corrigere, errores auferre, reprobabatur à malignis, qui aduerſum ſe (vt inquit) ore rabido deſæuiebant, ſicut ipſe in pluribus prologis ſuis in diuinæ ſcripturæ libros, oſtendit. Sic hæc ſancta ſynodus defendendò veritatem catholicæ fidei de authoritate ſanctæ matris Eccleſiæ & generalium Conciliorum, aduerſus impugnationes Gabrielis olim dicti Eugenij Papæ Quarti, & proſequendo conſtanter reformationem Eccleſiæ in capite & in membris pro honore Dei & animarum ſalute, varias iniurias, perſecutiones, maledicta, opprobria ſuſtinet ab ipſo impugnatore veritatis: qui poſtquàm lõgo tempore ipſorum Conciliorum authoritatem operibus, verbis & ſcriptis perſecutus eſt, tandem in profundum malorum deductus, quod dolentiſſimè dicimus, ad hoc deuenit, vt in quadam horrenda inuectiua per eum poſt depoſitionẽ eius Florentiæ promulgata, defenſores præfatæ authoritatis & veritatis in celeberrimo Conſtantienſi Concilio declaratæ, ac etiam aliarum veritatum ex ea neceſſariò dependentium, vocauerit hæreticos, cùm ignorare non poſſet, vniuerſam Eccleſiam catholicam, omnes prælatos orbis, omnes reges & principes orthodoxos, qui tam in præfato Concilio Conſtantienſi, quàm in hoc Baſileenſi per ſeaui ſuos affuerunt, in eadam via veritatis, quam ille reprobat, reſediſſe. Sed permiſſum credimus à Domino, quòd hoc faceret Gabriel ipſe, vt ſe coram omnibus manifeſtaret hæreticum, qui vniuerſam conatur Eccleſiam hæreticare: & intelligerent cuncti, quàm neceſſarium fuerit talem hominem à papatu deponere, priuſquàm hæc ſancta Synodus diſſolueretur, ne mundum inficeret erroribus, & poſt eiuſdem ſynodi diſſolutionem vbique catholicos perſequeretur, qui authoritatem Conciliorum defenderent. Cuius rei futuræ magna dudum præſumptio habita eſt, poſtquàm in factis ſuis præfatus Gabriel ita paſſim contemnere videbatur decreta ſynodalia. Poſtquàm inſupèr iam ante tres annos in hoc Concilio auditum erat, quòd aliud Concilium fieret, vbi hæreticarentur decreta Cõcilij Conſtantienſis & huius Baſileenſis, ob quam cauſam maximè reſtitit hæc ſancta ſynodus, ne Gabriel in alio loco pro ſua voluntate Concilium erigeret, ſicut ipſe tam ſub vmbra Græcorum, quàm alijs modis laborauit erigere. Et tandem cùm hoc legitimè facere non poſſet, nec obtinere conſenſum Eccleſiæ, diuina prouidentia repugnantis malo iam præmeditato, ipſe in ſchiſmate & diuiſione aliam congregationem ſub nomine generalis Concilij primò Ferrariæ, deinde Florentiæ erexit: in qua tunc per præfatam inue-

Cũ vnus eſt indubitatus pontifex, niſi ſit hæreticus, qualis nõ fuit Eugenius à Cõcilio nec iudicari, nec deponi poteſt.

ſtiuam ſuos errores, ſuumque obduratum animum in perſecutionem Eccleſiæ pateſeceret. Quomodò autem veritates ipſas fidei impugnet, audiamus: & deinde ad cætera omnia reſpondeamus, vt omnes Chriſti fideles in hoc turbulento tempore lumen aſpiciant veritatis, per quod in portum ſalutis perducantur. Eneruare quidem conatur veritatem in Conſtantienſi Concilio declaratam, dicens eam declarationem ab vna tantùm obedientia Ioannis 23. fuiſſe factam. Sed nunquid negare vult, pro eo tempore verum fuiſſe Concilium, & declarationes in eo factas, validas eſſe? Quid autem contradicere vult de obedientijs alijs? reclamauitne aliquis contra huius veritatis declarationem? Nunquid non omnes vnanimiter & depoſitionem Ioannis laudauerunt, & in priuationem Benedicti ab omni iure, ſi quod habebat in papatu, conſenſerunt, quæ vigore authoritatis ſynodalis, declaratæ per præfatam veritatem, facta ſunt? Nunquid non omnes ad electionem felicis recordationis Martini Papæ Quinti proceſſerunt eadem ſynodali authoritate? Quam quidem Martinus deinceps approbante Concilio, diffiniuit errorem eſſe, ſi quis diceret non eſſe de neceſſitate ſalutis, credere Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam inter Eccleſias, ſi per Romanam Eccleſiam intelligatur vniuerſalis Eccleſia, aut Conciliū Generale. Item ordinauit eodem approbante Concilio, vt quilibet de hæreſi Vuicleffiſtarum ſuſpectus, interrogaretur an credat, teneat, & aſſerat, quòd quodlibet Concilium generale, & etiam Conſtantienſe, catholicam Eccleſiam repræſentet.

Immò reclamauit & ipſe Ioannes 23. & multi eius Cardinales, Prælati, & doctores, vt ait Rodericus Epiſc. Calaguritanus.

Item, vtrum credat quòd quicquid ipſum Concilium Conſtantienſ. diffiniuit & approbauit in fauorem fidei & ſalutem animarū, quòd hoc ſit ab omnibus fidelibus tenēdum & approbandum. cùm tamen non ignoraret, prędictam declarationem in eodem Cōcilio factam eſſe. Deindè verò hoc in Baſileenſ. Concilio, eadem declaratio innouata fuit in publica ſeſſione, vbi de nulla obedientiarum differentia ſermo erat, vbi etiam quamplures Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, cæterique prælati & doctores inſignes in multitudine copioſa præſentes erant, & legatus Apoſtolicus præſidentiam exercebat. Vt quid ergo nunc allegatur, quòd hæc declaratio ab vna tantùm obedientia in Concilio Conſtantienſi facta fuit? Sed audiamus quomodò in probatione veritatum declaratarum conatur Gabriel mundum inuoluere: dicit eas ſe reprobare ad ſenſum Baſileenſ. quem, inquit, facto demonſtrant: & non aperit quis ille ſenſus ſit, nec etiam in quo ſenſu approbare velit ipſas. & ſuper hoc pro voluntate ſua poſtquàm per hæreſim probatam & lucidè manifeſtam, iudicialiter poſt inſtitutam examinationem depoſitus eſt, nos appellat hæreticos, qui doctrinam Eccleſiæ patefecimus, & veritates clariſſimas ſine ruga, ſine duplicitate, ſine quacunque inuolutione verborum, decreto ſynodali aperuimus ad ædificationem Chriſtiani populi. Nam & verba veritatum ipſarum plena & aperta ſunt, nec oportet nunc has inuolutiones quærere ad deceptionem ſimplicium, vt dicat ſe reprobare veritates ad aliquem ſenſum, quem nequaquam explicat. Sic enim dudum oratoribus ſuis ſuper hac materia reſponſum fuit in ea reſponſione quę incipit, Cogitanti, quòd decreta Conſtantienſis ſynodi authentica ſunt, & ita clara & intelligibilia, vt nulla egeant declaratione. Non quærit profectò veritas fidei tales angulos, non tales inuolutiones affectat: ſed quem ſenſum habuit, quem facto mōſtrauit in his veritatibus Conſtantienſe Concilium, cùm Ioannem propter Simoniam & alia crimina ab adminiſtratione papali ſuſpendit, atque depoſuit, & Benedictum (vt præmiſſum eſt) à iure ſi quod ſibi competebat, priuauit: quem ſenſum habuit Concilium Conſtantienſe, cùm in capitulo Frequens, ſtatuit, vt dum plures eſſent contendentes de papatu, quilibet ad Concilium venire teneretur ſub pœna cadendi à iure papatus, ſi quod haberet: quodque vterque contendentium eſſet ſuſpenſus ab adminiſtratione papali, donec cauſa eorum eſſet deffinita per Concilium. Reuocare autem nunc in dubium ipſa decreta Concilij Conſtantienſis quid aliud eſſet, quàm in dubitationem vertere depoſitionem prędictorum, electionem prędicti Papæ Martini, & conſequenter ipſius olim Eugenij, creationeſque Cardinalium, promotiones Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum & aliorum, cæteraque facta Eccleſiæ in horrendam confuſionem deducere? Quem ſenſum præterea in his habuerunt patres in hac ſancta ſynodo conſtituti, legatus Apoſtolicus, & alij ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, dum pariter cum vniuerſo Concilio in vndecima ſeſſione huius ſanctæ ſynodi ſtatuerunt decreto perpetuo, quòd ſi ſummus pontifex in futurum diſſolueret Concilium Generale ſine eius conſenſu, niſi reſipiſceret infra quatuor menſes, pœnam ſuſpenſionis ab adminiſtratione papali ipſo facto incurreret: & deinde ad depoſitionem eius procederetur, ſi illam per duos menſes ſuſtineret animo indurato. Quem ſenſum etiam habuerunt, dum dixerunt in duodecima ſeſſione, hanc eſſe veritatem iuris diuini & humani, quòd Papa Concilium ſine conſenſu eius diſſoluere nequiuerat, & ipſum admonuerunt, vt diſſolutionem per eum attentatam reuocaret infra ſexaginta dies. Alioquin ſuſpenſionem authoritate ſynodali decernebant eſſe faciendam.

Hic fatentur Eugenium legitimè electum: nō ergo fuit ſchiſma, ſed ipſi Felicem eligendo, ſchiſma fecerunt.

dam. qui & in reſponſione ſynodali, quæ incipit, Sperauit, dixerunt de prædicta diſſolutione, quam dictus Gabriel tunc Eugenius, ſuſtinere volebat: Malumus mori, quàm tanto errori per ignauiam cedere. Hic articulus fidem concernit, qui ſine interitu ſalutis negligi non poteſt. Si dominus Eugenius Eccleſiam audire nõ vult, quam hoc ſacrum Concilium repræſentat, oportebit eum tandem haberi ſicut ethnicum & publicanum. Hæc ibidèm dicta ſunt. Non profectò alium ſenſum nunc habere voluit nec vult in his veritatibus ſancta ſynodus, niſi quem ipſa tunc habuit cùm illi adeſſent. An dicet eos qui in Concilio Conſtantienſi erant, fuiſſe hæreticos, cum quibus ipſe

Sed ij ab Eugenio veniã poſteà petierunt.

Gabriel ſe vniuit & coniunxit? An dicet legatum ſuum, cardinales & alios qui in hoc Baſileenſi Concilio prædicta egerunt, fuiſſe hæreticos? Sed quid de ipſo dicetur, qui eis adhæſit, & poſt monitionem ſynodalem confeſſus eſt diſſolutionem illam quam fecerat, & multo tempore defenſauerat, nullam fuiſſe: immo ea non obſtante, Concilium legitimè fuiſſe continuatum: reuocans etiam literas, incipientes, DEVS nouit, & alias quaſcunque, & quicquid per ipſum aut ſuo nomine in præiudicium, aut derogationem huius ſacri Concilij Baſileenſis, ſeu contra eius authoritatem factum & attentatum ſeu aſſertum erat? Recognouitque errorem ſuum, quem in diſſoluendo Concilium ſine conſenſu eius habuerat. fueruntque ſuper hoc lectæ literæ eius ſolenniter in ſeſſione publica, præſentibus inclytæ memoriæ Sigiſmundo Imperatore, & præfatis cardinalibus, oratoribus regis Franciæ & aliorum quamplurium principum, prælatis & alijs egregijs viris in multitudine copioſa. An dicet, quòd tota Eccleſia cum eo in errore fuit, dum pariter omnes huic ſuæ reuocationi aſſenſerunt. Quomodo audet nunc vocare exiſtentes in hac ſancta ſynodo, hæreticos, qui in eadem veritate, in eadem doctrina Eccleſiæ de authoritate Conciliorum generalium fideliter & conſtanter perſeuerant? Ipſe qui in errorem ſemel reuocatum, atque dimiſſum, multo grauiùs per prætenſam translationem in Ferrariam reincidit, ac deinceps aduerſus doctrinam Eccleſiæ & veritates fidei declaratas, quibus tunc reſiſtere non potuit, magis ſe per induratam pertinaciam & hæreſim obfirmauit. Qualiter autem hæc doctrina Eccleſiæ de authoritate Conciliorum fundata ſit & in ſacris ſcripturis, & in doctrinis ſanctorum, ſæpenumerò fuit dilucidè declaratum, & in reſponſione ſynodali quæ incipit, Cogitanti, & in alijs multis ſcripturis, orationibus & ſermonibus, quibus neque ipſe Gabriel, neque ſui tam in hoc Concilio, quàm in conſpectu regum & principum reſiſtere potuerunt. Intelle-

xeruntque Chriſtiani, quanta eſſet Eccleſiæ ruina, ſi ſpretis Concilijs generalibus, abiectis ſacris canonibus & debitis regulis, vnus homo peccator poſſet de omnibus rebus ipſius Eccleſiæ pro libito voluntatis agere: & dum congregatum eſſet Concilium pro reformatione eius & aliorum, poſſet illud in quemcunque locum vellet, ac in regionem quamcunque transferre ſine eius conſenſu. Manifeſtè quoquè conſtat, quantùm illud falſum ſit, quòd confingit ipſe Gabriel, nos per declarationem veritatum prædictarum voluiſſe principes deuotos ſedis Apoſtolicæ, iudicare hæreticos. Notum eſt enim, quomodò principes orbis has veritates ſemper tenuerint, & defenſauerint, qui oratores ſuos in hoc Concilio tenuerunt, & ipſum verum & legitimum Concilium reputauerunt illis temporibus, quibus idem Gabriel ipſum diſſolutum eſſe affirmabat. Sed & quomodò in hac ſancta ſynodo perſeuerantes, ſchiſmaticos appellare audet, qui in vnitate* qua à principio fuerant, ſine variatione permanſerunt, dum ipſe manifeſtè ſe ab eadem vnitate ſeparauit, & ſchiſma pernicioſiſſimum perpetrauit, erigens aliam congregationem ſub nomine generalis Concilij, primò apud Ferrariam, deinde apud Florentiam aduerſus hanc ſanctam ſynodum, & altare ſacrilegum contra altare legitimum, vndè vniuerſum orbem in turbationem adduxit, & maledictionem in Chore, Dathan & Abiron diuinitùs latam, atq; pœnas contra ſchiſmaticos à iure inditas promeruit, iuxta declarationem iam à ſeptem annis factã in octaua ſeſſione huius ſanctæ ſynodi, qua dicitur: Quicunque hoc ſacro durante Concilio, aliam congregationem ſub nomine generalis Concilij erigere, aut facere præſumpſerit, non catholicæ Eccleſiæ Concilium, ſed ſchiſmaticorum conuenticulum facere conuincitur? Idcirco hæc ſancta ſynodus omnes Chriſti fideles, cuiuſcunque ſtatus aut dignitatis, etiã ſi papalis, imperialis aut regalis exiſtant, ſub obteſtatione diuini iudicij, quod in Chore, Dathan & Abiron authoribus ſchiſmatis ſcriptura ſacra commemorat, admonet & hortatur, & in virtute ſanctæ obedientię & pœnis contra ſchiſmaticos à iure indictis, diſtrictè præcipit atque mandat, ne hoc ſacro durante Concilio, aliam congregationem ſub nomine generalis Concilij, quod reuerà non eſſet Concilium facere aut congregare, nec ad ipſum tanquàm ad generale Concilium etiam prętextu cuiuſuis promiſſionis, aut iuramenti, accedere, aut intereſſe, vel recurrere quoquomodo, neque pro Concilio generali habere, reputare, aut etiam nominare præſumat. Hæc in præfata ſeſſione habentur. Ex quibus clariſſimè patet, quomodò maledictio illa ſchiſmaticorum ſuper

Sed tandẽ & eccleſiaſtici & ſeculares proceres ferè oẽs, vobis relictis, Eugenio adhęſerunt.

for.* in qua

Abſit.

Num. 16.

ipſum Gabrielem reuertitur, quam in nos per præfatam inuectiuam adducere conabatur: ita vt propriè de tabernaculo ſuo omnes admoneat recedere illa Moſis ſerui Dei locutio, quæ dicit: Recedite à tabernaculis hominum impiorum.

Num. 16.

Et dum cum ſchiſmate hæreſim adiunxit, in qua poſt plures correptiones & admonitiones obdurato magìs ſemper animo perdurat, rectè admonetur vnuſquiſque Chriſtianus ipſum euitare, per illam Apoſtoli Pauli ſaluberrimam doctrinam, qua dicit ad Titum: Hæreticum hominem poſt primam & ſecundā correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt, & delinquit proprio iudicio condemnatus.

Tit. 3.

Aliter de Eugenio ſentit Eccleſia.

Certiſſimè enim ſe proprio iuditio condemnauit per illam inuectiuam, dum obdurationem animi ſui in ſchiſmate & hæreſi aduerſus doctrinam Eccleſiæ & veritates fidei declaratas oſtendit, vt iam omnes Chriſtiani intelligant, talem veritatis, iuſtitiæ, fidei & Eccleſiæ perſecutorem nullatenùs poſſe tolerari, ſed in eo propriè verificari ſententiam Cypriani in epiſtola ad Antonium, qua dicit de Nouatiano contendente ſuper Epiſcopatu vrbis Romæ: Epiſcopatum tenere non poſſet, etiam ſi priùs Epiſcopus factus, à coepiſcoporum ſuorum corpore & ab Eccleſiæ vnitate diſcederet. Et infrà: Qui ergo nec vnitatem ſpiritus, nec coniunctionem pacis obſeruat, & ſe ab Eccleſiæ vinculo atque à ſacerdotum collegio ſeparat, Epiſcopi nec poteſtatem poteſt habere, nec honorem, qui epiſcopatus nec vnitatem voluit habere nec pacem. Quæ ſententia ita clarè verificatur in Gabriele, vt clariùs dici non poſſit, dum manifeſtè & per erectionem conuenticulorum contra generale Concilium, & per impugnationem authoritatis Conciliorum in factis, verbis & ſcriptis, quam coepiſcopi ſui & vniuerſum collegium ſacerdotum tam in Concilio Conſtantienſi, quàm in iſto Baſileenſi tenuerunt, & diſperſa per orbem profitetur Eccleſia, ſe à coepiſcoporum corpore, ab vnitate Eccleſiæ ſeparauit, & totum orbem in turbatione ac diuiſione poſuit.

Sic itaque dum depoſitionem ſuam eneruare quærit, magìs eam approbat & confirmat: dumq; alios hæreticos & ſchiſmaticos voluntariè appellat, quantùm iuſtè pro ſchiſmate & hæreſi depoſitus fuerit, ipſe demonſtrat. De Simonia autem, periurio, dilapidatione, violatione aſſidua & contemptu canonum ac decretorum ſynodalium, ſcandalizatione Eccleſiæ & notoria incorrigibilitate, pro quibus pariter depoſitus eſt, nullam in prædicta inuectiua expurgationem adduxit, ſed penitus obticuit. Verùm ſicut rei & incorrigibiles facere ſolent in iudicem ſuum, conuicia & contumelias in hanc ſanctam ſynodum exaggerat, & relationem criminum agere conatur, dum ſui ipſius iuſtificationem proferre non poteſt. Dicit hanc ſanctam ſynodum fuiſſe verſam in tyrannidem, in qua ſemper omnibus ſumma libertas patuit, & hodiè patet. Dicit plura ſuppoſita huius ſanctæ ſynodi, antequàm ad eius diſſolutionem procederet, fuiſſe diuerſis ſceleribus irretita, de quibus nullam vnquam probationem iudicialem coram hac ſancta ſynodo protulit, ſed omnes qui ſe à corpore Eccleſiæ ſeparant, ita ſe ſolent dicere iuſtos & cæteros peccatores, atque in ipſa Eccleſia multa atque innumera mala fieri: & non aduertunt, quot in eadem bona fiunt, & quot ſunt in ea meliores ipſis. Hi (vt inquit Auguſtinus) ſunt falſi iuſtificatores, & veri præciſores. Et alio loco ipſe ait: Hæc conſilia ſeparationis, inania ſunt, pernicioſa, ſacrilega, impia & ſuperba: & longè grauiores ſunt trabes ſchiſmatis, quas in oculis tales gerunt, quàm peccata manentium in vnitate Eccleſiæ: quæ ipſi ſchiſmati comparata, ſicut feſtucæ in oculis fratrum reputantur. Peccata quidem ſi in alijs erant, illa eis & forſan alijs paucis nocebant. peccatum autem Gabrielis & eius incorrigibilitas mundo nocuit vniuerſo. Vndè nullam cauſam habuit ſe ſeparandi Gabriel ab hoc ſacro Concilio, neque à tot Epiſcopis, oratoribus principum, doctoribus & cæteris bonis viris, qui pro maiori parte Concilij * duplo vnanimes erant in his, quę per ipſum ſacrum Concilium decernebantur. Nec debuit aliam congregationem erigere in conturbationem vniuerſi orbis aduerſus ſynodalem ſententiam. Dicit monopolia, coniurationes, conſpirationes protunc factas fuiſſe. Quomodò autem vocare poteſt conſpirationes & coniurationes illa, quæ palàm à duabus partibus Concilij & ampliùs, facta ſunt in deputationibus, congregationibus generalibus & ſeſſionibus publicis? Illa autem quæ per factionem paucorum acta ſunt, pro erigendo conciliabulum contra iſtud legitimum Concilium, qui inter ſe concluſiones ſuas conſpirabant, qui illam diuiſionem conflauerunt, ex quibus nunc totus orbis tanta patitur diſcrimina, reputat eſſe iuſta, appellans malum bonum, & bonum malum. Sed & ea non commemorat, quæ per aliquos ex ſuis facta ſunt pro præueniendo ad erectionem illius conuenticuli contra hoc Concilium, in falſificatione literarum ſub nomine huius ſanctæ ſynodi, in captione & cruciatibus Ioannis Heraldi Principis Pedemontium, quem noſtri oratores ad Græciam præmiſerant, & in perſecutione venerabilis Ioannis de Ragutio, nunc Epiſcopi Argentinenſis, ad Conſtantinopolim. Imputat autem ſuperbiam manentibus in ſynodo, pro eo quòd maxima neceſſitate compulſi, pro honore DEI

& ani-

Digitized by Google

& animarum ſalute, veritatem, iuſtitiam, fi-
dem & Eccleſiã ſuſtinent, quos ipſe per ſu-
perbiam eius ſemper aſcendentem, irã di-
rè oppugnat: & filios appellat degeneres,
qui ſanctã matrem Eccleſiam fideliter de-
fenderunt, quam ille perditioni ſuo inutili
& damnoſo regimine exponere molieba-
tur. Dicit ſe pati perſecutionem à vocatis
Chriſtianis, qui veros Chriſtianos prædæ
& grauiſſimis perſecutionibus expoſuit, dũ
fideliſſimè hoc Concilium & ipſius atque
aliorum Coocilinrum authoritatem defen-
derunt, quæ ipſe deſtruere volebat. Com-
memorat inſupèr idolum abominationis
ooo velle erigere in templo Dei, cùm po-
tiùs omnis intẽtio huius ſanctæ ſynodi fue-
rit ad illa idola abijcienda ex ipſo templo,
de quibus Apoſtolus loquitur, dicens quòd
Coloſ. 3. auaritia eſt idolorum ſeruitus: & quæ abo-
minatus eſt Dominus, cùm facto flagello de
funiculis, eiecit vendentes & emeotes de
Ioan. 2. templo. Nam ad hoc tendunt huius ſanctæ
ſynodi decreta & labor ſummus, vt Simo-
oia repellatur à templo Domini, fiantque
omnia in collationibus dignitatum & be-
neficiorũ ac etiam cæteris rebus, prout lex
diuina & ſanctorum patrum decreta inſti-
tuerunt, ad ſalutem aoimarum, non ad ex-
hauſtum pecuniarum. Nam vt inquit Apo-
1.Tim.6. ſtolos, Radix omnium malorum cupiditas,
quam quidam appetentes, errauerũt à fide,
& inſeruerunt ſe doloribus multis, ſicut in
Gabriele nunc impletum eſſe conſpicitur.
Et dicit nos reformationẽ abhorruiſſe, qui
omnibus laboribus ſemp enitimur, omnisq;
pericula ſuſtinemus, & vitã ooſtram ac bo-
na exponimus, vt ipſa reformatio realem &
efficacem ſortiatur executionem: quæ huc-
uſque impedimeotum maximum ex eo ha-
buit, quòd ille qui primus in Eccleſia ca-
nones exequi habebat, & ſe omnibus præ-
bere exemplum virtutis & ſanctitatis, age-
bat in contrarium. Iam noo quæritur ido-
lum, ſed paſtor bonus, qui virtute, pruden-
tia & bonitate ſe exhibeat formam gregis,
paſcatque ſubditos verbo ac exemplo, vtens
poteſtate à Chriſto conceſſa in ædificatio-
nem Eccleſiæ, non in deſtructionem: & eij-
ciatur idolum ipſom cum abominationibus
ſuis, quod contra iuſtitiam & voluntatem
Domini ſedere conator. Sed conqueritur
deinde Gabriel, citatorium contra eum fa-
ctum fuiſſe, quod in perturbationem facti
Græcorum cedebat, vt dicit. Verùm ſi be-
nè attendat, non illud fuit ad perturbandum
factum Græcorum, ſed ad conſulendam &
prouidendum ſaluti Eccleſiæ ooſtræ Catho-
licæ, quam impio ſchiſmate vulnerabat Ga-
briel ipſe, qui poſt execrandam illam diui-
ſionem, in hoc ſacro Concilio per ſuos ex-
citatam illicitè & neſariè, ſicut in pluribus
decretis & epiſtolis oſtendimus, omoino
determinauerat conoenticulum erigere ſub

nomine alterius Concilij generalis contra
hanc ſanctam ſynodum, in loco pro libito
ſuæ voluntatis aſſumendo, & iam galeas
contra galeas eiuſdem ſanctæ ſynodi pro-
pter hanc cauſam mittebat in Conſtanti-
nopolim. Cooſiderabantur ſcandala, quæ
ex hoc ſchiſmate Concilij prætenſi contra
verum Concilium imminebant, & quæ iam Sed quo
prohdolor in oculis omnium coolpiciun- iure vos
tur, fuit ille citatus, per quem tantum ſcan- pauci cita
dalum exoriebatur, qui & reformationis, tis Paſto-
ac legis Domini, & decretorum huius ſan- rẽ Eccle-
ctæ ſyoodi contemptor erat: immo iam per- ſiæ?
ſequebatur illos, qui decreta ipſa ſeruare vo-
lebant, atque eandem ſynodum & geſta eius
per erectorium illius prætenſi Concilij cõ-
fondere conabatur, vt prinſquàm illud grã-
de ſcandalum eueniret, priuſquàm electio
illius conuenticuli contra Concilium, illa
horrenda diuiſio quæ iam parturiebatur,
actualiter formata eſſet, prouideretur Ec-
cleſiæ, & eius ſciſſuræ periculoſiſſimæ ob-
uiaretur. Quod ſi tunc factum eſſet, iam nũc
oon ſentiret Eccleſia dolores acerrimos,
qoos per colliſionem fratrum io vtero ſuo
ipſa præſentit. Nuoqoid non omnis amator
vnitatis, omnis verus filius Eccleſiæ, debe-
bat totis viribus inſiſtere, ne hoc vulnus
matri ſuæ inſerretur, ſed in tempore proui-
deretur, qood maximè expetebat præfatum
citatorium? Et nihilominùs ſancta ſyoodus
omnem ſuam poſſibilitatem pro Græcorum
conductione impendebat, mittens orato-
res ſuos & galeas io Conſtantioopolim, vt
Græcos adducerent, obtulitque ipſis Græ-
cis per ſuos oratores complere omnia, quæ
eis promiſſa fuerant, ſi aduenire voluiſſent:
nec in aliquo defecit ipſa ſancta ſynodus,
ſperaos ſemper ipſos Græcos venire debe-
re ad locum oominatum per eandem ſyno-
dum, ſicut cum eis conuentum erat. Nec
dubium eſſe debet cuiquam Chriſtiano, quòd
ſi iuuare voluiſſet Gabriel tunc dictus Eu-
genius, vt veniſſent, ſicut ipſe reſtitit & im-
pediuit, quòd fuiſſent adducti. Sed maluit
Eccleſiam ſcindere, quàm in hoc conſenti-
re, vt ſub vmbra illa reformatiooem euitare
poſſet, & facta ipſius Eccleſiæ in ſuam ty-
rannidem redigere. Dum verò citatus
eſt, ſcidit extunc Eccleſiam quantùm io ipſo
fuit: immo & contra determinationem ca-
tholicæ fidei, Concilium hoc Baſileenſe, li-
cèt nulliter, tranſtulit & tunc in Ferrariam,
caſu quo procederetur contra ipſum aut
aliquem oratorum ſoorum præſidentium,
qui in Concilio fuerant, quorum vnus de
crimine falſi erat accuſatus, de qoo fuit
poſtmodùm iuſto iudicio condemnatus. Et
iã dicit ſe hoc feciſſe propter Græcos, quod
propter ſe & præſidentem ſuum fecit. Nam
& contentus erat non obſtantibus omni-
bus, vt Concilium Baſileę permaneret vſque
ad aduentum Græcorum, dummodò ab

vlteriotibus proceſſibus contra ipſum & præfatum præſidentem ſuum ſuperſederetur. Addit autem de venerabilibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalibus, contra quos tamen nihil Conciliũ agebat, niſi quòd eos euocabat ad prouidendum Eccleſiæ in tanto periculo. Sed quid attinet ad factum Græcorum, quòd oporteret diſſolui hoc Concilium, ſi procederetur contra vnum de præſidentibus ipſius Gabrielis olim Eugenij, vt propter hoc ſibi liceret transferre Concilium in Ferrariam, impediendo ex hoc ſolo capite factum Bohemorum, quod tunc actu in Baſilea tractabatur cum oratoribus regni Bohemiæ, & mandandũ nè illud vltra triginta dies ageretur in caſu prędicto, excommunicandoque, priuando, inhabilitando omnes qui poſteà in Baſilea actus conciliares exercerent, tam in facto fidei quàm reformationis generalis, in quibus ipſe iuxta veritatem fidei Catholicæ tenebatur obedire Concilio? Quis tàm ſubtilis, quis tam acutus, qui hoc factum ab errore, à ſchiſmate excuſare poſſet, dum propter euitandam iuſtam punitionem vnius falſarij, etiam omnibus alijs ceſſantibus, ipſe olim Eugenius omnia hæc ſcandala perpetrabat? Dicit autem ſuſpenſionem eius ab adminiſtratione papali, fuiſſe factam cùm inſtaret aduentus Græcorum. Notorium verò eſt, quomodò poſt illam adeò ſcandaloſam diſſolutionem & tranſlationem in Ferrariam, monitus fuit, vt eam reuocaret ſub pœna ſuſpenſionis poſt quatuor menſes, niſi reſipiſceret, incurrendæ: quod dum facere noluit, per propriam contumaciam huiuſmodi ſuſpenſionem incurrit. Neque aduentus Græcorum, qui diu poſt ipſam ſuſpenſionem in portum Venetiarum aduenerunt, in hoc aliquid cauſauit. Adiungit quòd ad depoſitionem eius proceſſum eſt, cùm immineret eorundem Græcorum reductio. Sed ſcit totus orbis, quòd licèt ad depoſitionem eius procedere licitè potuiſſet ſancta Synodus iuxta decreta ipſius, poſtquàm præfatus Gabriel ſuſpenſionem ipſam ſuſtinuerat per duos menſes animo indurato, tamen maxima vtens patientia & manſuetudine, adhuc poſteà per quindecim menſes hanc depoſitionem diſtulit, donec grauiſſimis periculis imminentibus hoc factum Concilium in periculo totalis diſperſionis poſitum erat. poſt depoſitionem autẽ ipſius per aliquot dies, publicauit quòd Græci vnionem acceperant. Sed nunquid idcirco in ſuis criminibus præualere debet aduerſus catholicam Eccleſiam, & eam ac iudicia eius iuſta confundere, authoritatem Conciliorum generalium proſternere, quia dixit ſe reduxiſſe Græcos, & omnia mala facta ſua ſub hoc pallio cooperire laborat? Videant pro Deo Chriſtiani, quomodò in ea re proceſſerit. Iamdudum anno Domini

Nõ abſq; ſingulari Numinis fauore Eugenius Gręcos ab errore reuocauit.

milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquarto dum veniſſent ad hãc ſanctam ſynodum eius expenſis oratores ipſorum Græcorum, cum quibus tractabatur, vt anno ſequenti Imperator Romeorum & patriarcha Conſtantinopolitanus cum cæteris ex Oriente venirent ad aliquem locum per hanc ſanctam ſynodum nominandum, præfatus Gabriel miſit Chriſtophorum Garathonum ad Conſtantinopolim, vt ibidem fieret conuentio Latinorum & Græcorum, & non venirent citra mare. Vnde multa retardatio in facto vnionis Græcorum, quam hæc ſancta ſynodus proſequebatur, ſubſecuta fuit. Tandem ipſe olim Eugenius conſenſum præbuit, vt eadem ſancta ſynodus proſequeretur conuenta cum præfatis oratoribus Græcorum per eum modum, quo cum eiſdem ipſa concluſerat. Et nihilominùs dum poſt conſenſum prædictum oratores noſtros ad prædicta exequendum miſiſſemus in Græciam, qui pecunias pro congregandis orientalibus dederunt, ipſe Gabriel iterùm miſit præfatum Garathonum, qui in contrarium ipſorum oratorum noſtrorum laborabat. Cùm verò res concluſa fuit, vt Græci ipſi citra mare venirent ad locum nominandum per hanc ſanctam ſynodum, Deus nouit quantis artibus Gabriel ipſe impediuit, & impediri fecit, tam in Auinione quàm alibi, ne hæc ſancta ſynodus haberet pecunias pro conductione Græcorum: quantis modis laborauit, vt ipſos ad ſe traheret, vt ſub vmbra Græcorum ſua compleret deſideria: qui etiam ſuum ſaluum conductum pro eiſdem Græcis conducendis huic ſanctæ ſynodo requirenti dare recuſauit, dum Sigiſmundus Imperator Romanorum, & Albertus tunc dux Auſtriæ, & nunc rex Romanorum, rex Francorum atque alij reges, per quorum dominia venturi erant Græci præfati, necnon alij duces & principes, atque etiam Venetorũ, Ianuenſium, Florentinorum, ac Seneñ. communitates, ſuos ſaluoſconductus liberaliter conceſſerunt. Ea res quidem perpetuis eſt deploranda ſeculis. poterat fieri Græcorum vnio cum bona pace, cum vnione Eccleſiæ noſtræ in vero vniuerſali Concilio, vbi prælati orbis, vbi omnes principes catholici aut oratores eorum conueniſſent, vbi multo celeriùs, multo ſtabiliùs atque firmiùs fuiſſet, fauente Domino, ipſa vnio expleta. Maluit ipſe Gabriel Eccleſiam noſtram Catholicam ſcindere, factum ipſorum Græcorum perturbare, & eos ad conuenticulum Ferrarienſe, ac deinde Florentinenſe perducere, vbi reges catholici videntes ſchiſma eius & illicitam erectionem altaris ſacrilegi contra verum altare, videlicet hoc ſacrum vniuerſalis Eccleſiæ Concilium, abhorruerunt illuc ſuos mittere oratores. Si verò Græci ipſi aliquam profeſſionem veritatis fecerint,

Græci redicere ad vnionem, & Imperator Fridericus 3. cum tota Germania, immò tota Eccleſia Eugenio aſſenſit:

rint, in qua perſiſtant, aut ſi quid boni in
hoc facto repertum fuerit, rerum veritate
comperta, gratias agemus diuinæ pietati,
quæ non ſineret mala eſſe, niſi potens eſſet
ex illis elicere bona: & vnionem ipſorum
Græcorum ſemper optauimus, & optabi-
mus. Sed non propter hoc mala ipſius Ga-
brielis ſub hoc pallio cooperiri poſſunt.
Quid enim ſibi prodeſſet cæteros ad fidem
conuertere, ſi ipſe in ſchiſmate & hæreſi
permanere vellet? Si cæteros vellet vnire,
1.Cor.13. & ſe ab Eccleſia catholica ſeparare, qui
etiam ſi montes transferret, & charitatem
non haberet erga ipſam catholicam Eccle-
ſiam, ſicut nec habere poteſt, quamdiu ſchiſ-
ma & hæreſim obdurato animo retinet, ni-
hil ſibi prodeſt. Et licèt laboret vt ſub hoc
colore Græcorum, fideles Chriſtiani ſuum
conciliabulum Florentinenſe in ſchiſmate
erectum approbent, eundemque Gabrielem
depoſitum, priuatum, condemnatum & re-
probatum, pro vero & ſummo pontifice ve-
nerentur, tamen Deus illis dedit intellectum
ad diſcernendum bonum à malo, cognoſcen-
dum iuſtitiam ac veritatem. Et fruſtrà tale
Prou.1. rete iacitur ante oculos pennatorum. Alij
enim pontifices in veris Concilijs Generali-
bus, vt Innocentius Tertius in Concilio La-
teranenſi, in quo duo Patriarchæ Orienta-
les perſonaliter affuerunt: & Gregorius De-
cimus in Concilio Lugdunenſi, Græcos re-
duxerunt longè citra quingentos annos: im-
mo etiam ipſe Gregorius ibidem baptizari
fecit oratores Tartarorum. Et nihilominus
ſi Eccleſiam ſcandalizare voluiſſent, illi
pontifices, atque mala perpetrare quæ fe-
cit ipſe olim Eugenius, nequaquam hoc eis
ſub tali colore permiſiſſet Eccleſia. Dein-
de præfatus Gabriel comparat ſe Beato Leo-
ni, contra quem Dioſcorus ſententiam tu-
liſſe refertur in ſecunda Epheſina ſyno-
do, cui hanc ſanctam ſynodum Baſileen-
ſem aſſimilat. Longè certè eſt differentia
inter Leonem ſanctum, & Gabrielem tot
vitijs & criminibus irretitum: atque etiam
inter hanc ſanctam legitimam ſynodum, in
plena libertate ſemper conſtitutam, & illam
reprobam Epheſinam, in qua viri armati
gladios tenentes in manibus, compellebant
homines ad diffiniendum quod placebat
Dioſcoro. Tandem ipſe Gabriel depoſitio-
nem damnat & reprobat, quod certè omni-
bus malis & peruerſis, iuſtè condemnatis,
accidere ſolet, vt ſemper ſententiam in eos
latam, iniuſtam eſſe reputent. Sed in cauſa
Vtinam hęc in vos non quadrarent. propria non mirum ſi non rectè iudicat,
qui in verbis iniurioſis atque inflatis per
totam ſuam inuectiuam reſperſis, plenè
oſtendit loqui ſe ex paſſione animi exacer-
bati, non ex iudicio rationis, dum audet di-
cere, dæmonia totius orbis in latrocinium
Baſileenſe confluxiſſe videri: & alia horri-
bilia verba, quæ nemo prudens, nemo iu-
ſtus, nemo diceret honeſtus. Sed dixerunt
etiam Iudæi Chriſto quòd dæmonium ha- Ioan.7.
bebat. & multoties Eccleſia catholica à di-
uerſis hæreticis, vt Donatiſtis, Arianis &
alijs permultis, graues iniurias audire ſoli-
ta eſt: qui dum lepra hæreſis infecti erant,
alios omnes qui aliter ab eis ſentiebant, hæ-
reticos reputabant, & ab Eccleſia præciſos
& ſchiſmaticos, ſicut nunc Gabriel ab vni-
tate Eccleſiæ præciſus, de his iudicat, qui in
vnitate permanſerunt, qui doctrinæ catho-
licæ & Apoſtolicæ adhæſerunt, & conſtan-
tiſſimis animis ſemper adhærent, tam in
Concilio Conſtantienſi declaratæ, quàm
dudum in hac Baſileenſi etiam pro eo tem-
pore, ſicut prædictum eſt, quo ipſe Gabriel
hoc ſacrum Concilium, legitimum genera-
le Concilium eſſe recognouit, & quo lega-
tus ſuus eidem præſedit. Proſpiciebatur
etiam quanta deſolatio Eccleſiæ ſequere-
tur, ſi deinceps conculcatis Concilijs gene-
ralibus, ſpretis canonibus, abiectis deter-
minationibus catholicæ fidei, vnus morta-
lis homo poſſet negocia Eccleſiæ pro libi-
to voluntatis agere. Quòd verò longam
patientiam habuit ſancta ſynodus in tole-
rando Gabrielem & facta eius, ipſe hoc im-
pingere conatur, tanquam pro habendo pa-
patum, facta ſit tam longa protractio, cùm
econtrariò manifeſtum ſit, quòd ſi hoc quæ-
ſiuiſſet ſancta ſynodus, iamdudum ad de-
poſitionem eius proceſſiſſet, attentis ſcan-
dalis, ſchiſmatibus & malis ferè innumeris,
quæ per eius damnoſum & inutile regimen
accidebant. Sed expectauit benignè hæc
ſancta ſynodus eius emendationem in mul-
ta patientia, & ipſe per reſiſtentias quas
præſtitit per varia impedimenta, quæ præ-
buit tam tempore primæ prætenſæ diſſolu-
tionis, quàm ſecundæ, quàm alio medio
tempore, fuit cauſa tam diuturnæ protra-
ctionis. Manifeſtè autem iam omnes con-
ſpiciunt obduratam Gabrielis pertinaciam
per ſupradictam inuectiuam, & quomodò
confundere conatur Eccleſiam catholicam,
veritatemque & iuſtitiam, vt iam omnes
clariſſimè intelligere poſſint, quomodò ſine
vlteriori quacunque protelatione ipſum eui-
tare, eiuſque venenatum conſortium fuge-
re, & quoſlibet Chriſtifideles ab eodem ef-
ficaciter recedere neceſſe ſit, atque in do-
ctrina Eccleſiæ catholicæ permanere. do-
lere quidem omnes debent, quòd Gabriel
ipſe qui benignè ab aſſentiendo Eccleſiæ &
ambulando vnanimiter cum conſenſu in
domo Dei, poterat fructus vberrimos in
Eccleſia efficere, & omnibus bonis ſpiri-
tualibus & temporalibus abundare, nunc
ſuperba ſeparatione in tanta mala ſe præci-
pitauerit, & Eccleſiam ipſam tantis pertur-
bationibus afflixerit, vt conculcata Conci-
liorum authoritate, ipſam ſuæ voluntati
ſubijceret. Iam verò ad talia verba ipſius

Ga-

Gabrielis, in quibus finis non inueniretur, nequaquam vlteriùs attendere neceſſe eſt. Sed orandus eſt Deus omnipotens, vt animam illius humiliare dignetur, & nõ ipſum in damnationem perpetuam corruere permittat. dandaque eſt opera, ſicut neceſſitas expoſcit, vt Eccleſiæ prouideatur de bono & ſalutifero regimine ad conſeruationem fidei & ſalutem Chriſtianorum in gloriam Dei omnipotentis, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum, Amen. Datum Baſileæ in congregatione noſtra generali, Nonis Octobris, Anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimonono.

Eadẽ vſq; ad nauſeã non ſine magno ſcandalo toties repetuntur: atq; vtinã cautius egiſſent Baſileẽſes

EPISTOLA SYNODALIS ad vniuerſos Chriſtifideles, de obediendo Concilijs Generalibus, & cauendo ipſis inobedientes.

SAcroſancta &c. vniuerſis Chriſtifidelibus ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem. Grande periculum ac deſolationem inauditam, quæ iam Eccleſiæ Dei & vobiſipſis imminet, ô Chriſtifideles, attendite, & antiqui hoſtis iacula conſpicite, quibus gregem dominicum magno precio redemptum, perimere conatur, vt deuotioribus animis auxilium diuinæ gratiæ imploretis. Et quemadmodùm exhortatur Apoſtolus, accipiatis armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, in omnibus ſumẽtes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela hoſtis nequiſſimi ignea extinguere: qui iam vehementi tentatione fundamẽta Eccleſiæ & religionis Chriſtianę concutere quęrit, volens Conciliorum generalium authoritatem euertere, per quæ fides orthodoxa & omnis vitæ atque actionis norma tradita eſt, & quorum vigore eadem fides atque regula diſciplinæ Chriſtianæ ſuſtentari habent in terris, vt illis proſtratis, mala innumera ſuper populum Chriſtianum inducere poſſit. Sed vt eam rem lucidiùs proſpiciatis, & non permittatis vosipſos miſerabiliter deperire, Eccleſiamq́ue matrem veſtrã tantis ſubijci ruinis, primùm vos cõſiderare decet, quanta deſolatio in foribus eſt, quantaque periclitatio animarum imminet, ſi nunc ruat & proſternatur Conciliorũ authoritas. Deinde aperiemus quomodò ipſa grauiſſimè ruit, ſi illi fauor & obedientia præſtatur, qui eandem Conciliorum authoritatem factis, verbis & ſcriptis iam à multo tempore conculcare non ceſſat. Poſtmodùm obiectionis cõtra illius iuſtiſſimam ſuſpenſionem ab adminiſtratione papali, & ſubſequentem depoſitionẽ, nullius eſſe momenti clariſſimè oſtendemus: vt veritate plenè comperta, quiſq; Chriſtianus intelligat, quid ſibi agendum eſt de neceſſitate ſalutis. Aduertite in primis, ô Chriſticolæ, & ante oculos veſtros ponite miſerandum & flebilem ſtatũ Chriſtianæ religionis, ſi eò redacta

Ephe. 6.

fuerit, vt quiſque in ſummo pontificio poſitus, iam aſſecuratus ſit, quòd nullam correctionem à Cõcilijs Generalibus deinceps habeat pertimeſcere, quantumcunque Eccleſiam ſcandalizet, & eius ſtatum perturbet ac decoloret: ita vt ſi omnes dignitates Eccleſiaſticas & beneficia venderet, ſi prælatos quoſque inuitos transferret, & expelleret iniuſtè pro libito voluntatis, etiam notoriè ac iniuſtè reges & principes deijceret, moribus pernicioſis animas hominum paſſim perimere laboraret, crudelitates perpetraret horrendas, legem Dei confunderet, quæque ſalubria inſtituta euerteret, temporalia Eccleſiæ Romanæ & cæterarum particularium Eccleſiarum diſſiparet atque alienaret, aliaque innumera flagitia, ſcelera & crimina notoria perpetraret, ac ſe incorrigibilem redderet, omnis Eccleſia in vnum congregata, nullatenùs illum à talibus coercere poſſet: quinimmo liberum eſſet ei, quamlibet ſynodum eum reprimere volentem, ilicò transferre vel diſſoluere perſiſtentes in ſynodo contra voluntatem eius, perſequi, excommunicare, priuare, inhabilitare, contumelijs ac iniurijs afficere, inuaſiones corporales aduerſus eos excitare: ac deinde quicquid ſynodus ſtatueret, præciperet, dictaret, ordinaret, penitùs contemnere, abijcere & reprobare. Conſpicite pro Dei reuerentia, qualis ex hac re daretur introitus inimico humani generis ad ſubuertendum religionem Chriſtianam, dum ſeducendo vnum hominem, poſſet Chriſtianitatem in deſolationem maximam deijcere, mores peruertere, Canones & regulas quaſque diſſipare Eccleſiaſticas, regna & prouincias conturbare, ac bonis ſpiritualibus & temporalibus ſpoliare, vitiorumq́ue immanitatem inducere. Aperite oculos & videte, qualis ex hoc daretur ingreſſus Antichriſto. Sed & conſiderate, quomodò ea res fidem catholicam confunderet atq; violaret, quæ eſt primum fundamentum Eccleſiaſtici ædificij, quo euerſo, omnia corruunt, ſine qua fide impoſſibile eſt placere Deo aut aliquam ſalutem conſequi. Notum eſt enim, quomodò ſacra Conſtantienſis ſynodus ad extirpationem errorum tanta pericula vniuerſæ Eccleſiæ afferentium, diffiniuit & declarauit, innitendo ſacris ſcripturis & doctrinis antiquorum Conciliorum atque ſanctorum doctorum, quod Cõcilium generale vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui quilibet cuiuſcunque ſtatus & dignitatis, etiam ſi papalis, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem, ad extirpationem ſchiſmatis, & reformationem Eccleſiæ in capite & in membris: quodq́ue ſi quis ſtatutis & mandatis cuiuſlibet Concilij generalis legitimè congregati, obedire contumaciter contempſerit in prædictis & perti-

Semp iſti vicarium Chriſti cõtemptim vocãt vnũ hominẽ, cũ Chriſtus dicit, Qui vos audit, me audit, &c.

Heb. 11.

pertinentibus ad ea, condignæ pœnitentiæ ſubijciatur, & debitè puniatur, ad alia etiam iuris remedia, ſi opus fuerit. recurrendo.

Deinceps felicis recordationis Martinus Papa Quintus, approbante toto Cõſtantienſi Concilio, per literas ſuas vniuerſis Epiſcopis & inquiſitoribus mandauit, continentes, quòd eſt de neceſſitate ſalutis, credere generale Concilium habere ſupremam authoritatem in Eccleſia, quodque quodlibet in Concilium generale, & etiam ipſum Conſtantienſe, repræſentat vniuerſalem Eccleſiam: & quicquid approbauit & approbat in fauorem fidei & ſalutis animarum, eſt ab vniuerſis fidelibus approbandum & tenendum: & quicquid condemnat eſſe fidei vel bonis moribus contrarium, ab vniuerſis fidelibus pro condemnato tenendum & aſſerendum: loquens etiam de illis, quæ circa principium ipſius Concilij Conſtantienſis diffinita & approbata ſunt, ſicut iuæ præfatæ literæ indicant, quæ expreſſam mentionem faciũt de declaratione facta circa principium ipſius Concilij ſuper communione diuinæ Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie, & de condemnatione errorum & perſonarum eorundem Ioannis Vuicleff & Ioannis Huſz. fuit autem deinceps præmiſſa determinatio de Conciliorum authoritate in hoc ſacro Baſileenſi Concilio in pluribus ſeſſionibus repetita, dum olim Eugenius Concilium ipſum prima vice diſſoluere attentauerat, atque in reſponſionibus ſynodalibus multipliciter declarata, & in vniuerſum orbem per epiſtolas aliaſque literas & ſynodales nuncios publicata. Ipſe tunc Eugenius huic ſacro Concilio doctrinam hanc notoriè tenenti, prædicanti & publicanti, adhæſit: & ipſum fuiſſe legitimum, ac legitimè à principio ſui continuatum, profeſſus eſt, confitens diſſolutionem per eum factam, irritam & inanem: quam tamen primò ex iuſtis & neceſſarijs cauſis factam eſſe publicauerat, ac etiam duas literas ſuas in Apoſtolico palatio contra hoc ſacrum Concilium & eius decreta promulgatas, in quarũ vna dicebat, quòd ante aduentum legatorum ſuorum exiſtentium in ſynodo, nulla erant ſedis Apoſtolicæ authoritate ſuffulti: atque etiam deſignabat, quòd ipſo contra dicente, generalis ſynodi non habebant poteſtatem: quodque multa & grauia diſponere & ſtatuere præſumpſerant contra decreta ſanctorum patrum in Apoſtolicæ ſedis graue præiudicium: tertiaſque, incipientes, Deus nouit, ſuo nomine factas, in quibus quàm plura contra authoritatem Conciliorum aſſerebantur: & quicquid per eum aut ſuo nomine in præiudicium aut derogationem ſacri huius Concilij Baſileenſis ſeu contra eius authoritatem, factum, attentatum ſeu aſſertum erat, caſſans, irritans & annullans, nullaſq; & irritas fuiſſe & eſſe declarans: adijciens, quòd decætero à grauaminibus ipſi Concilio inferendis, abſtineret.

Sed talis Concilij caput eſt Romanus pontifex, cuius authoritate confirmetur oportet.

Has Eugenius negat eſſe ſuas.

Deinceps quoque poſt ipſius adhæſionem in ſeſſione publica, præſidente legato Apoſtolico, aſſiſtentibus octo ſanctæ Romanę Eccleſię cardinalibus, oratoribus regũ & principum, prælatorumque & doctorũ iuris diuini & humani copioſa multitudine, eadem declaratio Conſtantienſis Concilij renouata extitit. Vbi autem hæc veritas concernens manifeſtè fidem & ius diuinũ, ſicut olim lucidè in celebri reſponſione, incipiẽte, Cogitanti & alijs pluribus oſtenſum fuit, expreſsè differens de authoritate data immediatè à Chriſto Eccleſię cõgregatæ & Concilijs generalibus, totiès & tam ſolenniter per vniuerſam Eccleſiam declarata eſt, & per Concilia generalia, quæ ſummi pontifices conſiſtorialiter declarauerunt legitima, etiam pro eo tempore quo huiuſmodi declarationes ediderunt. Si nunc poſt hæc omnia, ipſæ declarationes fidei & iuris diuini abijciantur, ac veluti erroneæ deijciantur & conculcantur, impingaturque toti Eccleſiæ error, quæ talia declarauit: quis nõ videt alias hæreſes per Eccleſiam ſopitas, reſuſcitari, & nouis ſuſcitãdis frena laxari. dum ex hoc via paratur, vt Cõcilijs generalib⁹ in declarationibus fidei & diuini iuris ampliùs non credatur: ſed in qualibet regione, in quolibet loco poſſint homines ſectas & hæreſes & quaſlibet malas doctrinas excitare, ampliùs non timentes ſuas adinuentiones per generalium Conciliorum authoritatem confutari? Vndè totus orbis in conturbationem maximã deueniret, & periclitabitur Chriſtianitas, quæ & olim ante tempora Conſtantini, ſicut teſtatur Iſidorus, feruente perſecutione, in varias hęreſes ſciſſa eſt: quia non erat epiſcopis licentia conueniendi in vnum, niſi tempore ſupradicti Imperatoris: quòd ſi tunc, non obſtante quòd eſſent ſummi pontifices vita & ſanctitate pręclari, propter defectum congregationis Conciliorum generalium, hæreſes ipſæ pullulabant, quanta nunc inſurget hæreſum vorago, ſi ampliùs Conciliorum generalium diffinitionibus non credatur, nec acquieſcatur, atque illorum ſic miſerabiliter proſternatur authoritas? O quanta Chriſtianitatis deſtructio, O quanta fidei deſolatio, O quanta omnis religionis & pietatis abiectio, quanta euerſio rerum publicarũ, regnorum & prouinciarum, quantũ naufragium animarum. Plorate iam & ingemiſcite omnes inuocantes nomen Domini, maiores cum minoribus, & apertis oculis inſpicite turbationem venturam vniuerſo orbi, ruinamque veſtram, & deſolationem præuidere, ſi ſic frangatur neceſſaria illa conciliorum authoritas. Sed & flete ſuper vos, ſi ſic proſternatur, quod omnium Chriſtianorum prælatorumq; religioſo-

Concilia generalia ſemp Romani põtificis authoritatẽ pcipuam agnouerunt, & ab eo tãquam maiori cõfirmari petierunt.

ligioſorum ac cæterorum Chriſtianorum erat ſupremum refugium in terris: ad eorundem nempe auxilium ſæpenumerò confugerunt ſummi pontifices, dum à tyrannis perſequutionem patiebantur, quæ iam ampliùs nulli venerabuntur, aut reuerebuntur tyranni, ſi hoc tempore corruerint. Per ipſa Concilia ſedes Apoſtolica robur ſuæ dignitatis & authoritatis conſeruabat, dum per eorundem Conciliorum ſententias cunctis hominibus formidandas, & venerandos canones, omnes aduerſarios fidei & ſanæ doctrinæ atque bonorum morum corruptores arcebant & reprimebant. Ipſi quoque pontifices per eadem Concilia dirigebantur, vt ambularent ad veritatem Euangelij, & poteſtate ſibi data ad ædificationem vterentur. Vndè qui ipſorum Conciliorum authoritatem eneruare quærunt, illi decorem, dignitatem, robur & auxilium Apoſtolicæ dignitatis, fidemque, ſalutem & bonas actiones ſummorum pontificum manifeſtè confundere moliuntur, atque in illam deſtructionem adducere, de qua loquitur beatus Gregorius, dum poſt enumerata vniuerſalia Concilia, ſubdit: Cunctas quas veneranda Concilia præfata perſonas reſpuunt, reſpuo: quas venerantur, amplector: quia dum vniuerſali ſunt conſenſu conſtituta, ſe & non illa deſtruit, quiſquis præſumit abſoluere quos ligant, aut ligare quos abſoluunt. quibus verbis idem Gregorius immediatè ſubiungit: Quiſquis ergo aliud ſapit, anathema ſit. Vt verò de cæteris prælatis Eccleſiaſticis & principibus ſecularibus, qui ad Concilia refugium habuerunt, dicere omittamus, quoniam nimiùm prolixum eſſet ſingula enarrare, ſaltem illud homines conſpiciant, quòd per huius ſacri Concilij labores, regnum inclytum Bohemiæ Sigiſmundo Romanorum regi reſtitutum fuit, quodque aduerſus nonnullos, qui temporalia cunctis Eccleſijs eripere, religionesque tam mendicantium quàm aliorum deſtruere conabantur, ſingulare præſidium, tam in dicto Conſtantienſi, quàm in hoc ſacro Concilio inuentum eſt. Quid de ſchiſmatibus tollendis dicemus, ſi ampliùs Concilijs generalibus non obediatur? ſi plures contenderint de papatu, quilibet qui ſe verum Papam putabit, dicet ſe ſuperiorẽ Concilio. quomodò poterunt iudicari, quomodò coerceri aut reprimi, ſi viderint hoc modo proſtratam ipſorum Conciliorum authoritatem? quòd ſi omnia inconuenientia enumerare vellemus, quæ ſecum afferret huius authoritatis ruptura, non multis poſſet deſcribi codicibus. Sed iam ad ſecundum explicandum tranſeamus, quomodò hæc proſternitur authoritas, quomodò ruina grauiſſima Eccleſiæ, & malarum turbationum inenarrabilis multitudo paratur, ſi ille ſuſtineatur & foueatur, qui huius authoritatis ſe contemptorem, impugnatorem & notorium perſecutorem oſtendit. Quis negare poteſt, ô Chriſtiani, quòd reformationi Eccleſiæ in capite & in membris, quam totus orbis deſiderabat, & pro qua iam plura Concilia congregata fuerunt, duriſſimè reſtiterit (de quo omnis anima dolere debet) ille qui primus homines ad viam ſalutis inducere debuerat, olim Eugenius Papa Quartus, nunc Gabriel nuncupatus, quodque illa quæ pro ipſa reformatione decreta & inſtituta erant per hanc ſanctam ſynodum, à ſe abiecerit & contempſerit, ita vt nunquam vnum canonem ſynodalem concernentem reformationem ipſam, in executionem efficacem deducere compertus ſit, qui nullam penitus emendationem in regiminæ curiæ ſuæ propter quamcunque admonitionem aut correctionem effecit, ſed aſſiduè grauiores abuſus adauxit, in perditionem animarum & deteſtabilis Simoniacæ peſtis fomentum? Quis negare poteſt, quòd quantùm in ſe eſt, authoritatem omnium Conciliorum generalium conculcauit, dum euocatus ad ſynodale iudicium, diffiniuit quòd ex certa ſua ſcientia authoritate Apoſtolica & ex plenitudine poteſtatis transferebat hoc ſacrum Concilium, caſu quo procederetur cõtra ipſum aut aliquem ſuorum oratorum prẹſidentium, qui in concilio fuerant, cùm tamen eo tunc tempore ipſum Concilium generale verum ac legitimum reputaret? Quis diſſimulare poteſt, quòd etiam ipſi Concilio authoritatiuè prohibuit, ne vltra dies triginta cauſam fidei quæ cum Bohemis agebatur, tractaret, adijciens quòd omnes excommunicabat, priuabat beneficijs, & inhabilitabat ad eadem, qui deinceps poſt terminum quem ipſe tunc præfixit, actus conciliares Baſileæ exercerent, volens etiam ex ea cauſa eſſe derogatum quibuſcunque declarationibus, etiam ſub nomine generalis Concilij factis, & alijs in contrarium facientibus? Ex his proſternens & abnegãs manifeſtè ſupradictam declarationem catholicæ fidei, tam per ſacrum Conſtantienſe Concilium factam, quàm per hoc Baſileẽ. vt præmittitur, dudum renouatam, & ſe ſuperiorem in his omnibus Concilio deſignans: vigore cuius prætenſæ diſſolutionis ſchiſma horrendum & grauiſſimam diuiſionem conſequenter in orbe poſuit, erigens congregationem Ferrarienſem ſub nomine alterius generalis Concilij contra hanc ſanctam ſynodum, poſtquam declarauerat conditiones in præfata diſſolutione poſitas, purificatas fuiſſe: ſtudens hoc pacto inconſutilem tunicam Chriſti, & Eccleſiam quam in vnitate repererat, gladio ſæuiſſimo diuiſionis, & ſchiſmatis feriens: quod certè omnes debuerant abhorrere Chriſtiani, quibus ſimile ſchiſma nũquã cõpertum fuerat. Sed nec his cõtentus, in hanc

ſan-

ſanctam ſynodũ varias perſecutiones excitauit, mandans ciuibus Baſileeñ. vt eandem à ſua ciuitate expellerent. Alioquin ſe in ciuitatem interdictũ, & in gubernatores eius excommunicationẽ proferre dicebat, inhibendo ne quis victualia deportaret ad eandem: & ſi qui portarent, ſpoliarentur, cederentq́; ſpolia occupantibus. Scripſit præterea, vt in eos de Concilio fieret perſecutio, tãquã in hoſtes Chriſtianæ fidei, vocãs ipsã ſynodum, iniquorum perfidam ſynagogam: quæ mandata adeò grauia fuerunt, vt vix filius perditionis adueniens, grauiora aduerſus Eccleſiam mandata ferre poſſet, ſi eam ſentiret pro ſuſtinenda fide & lege Domini in aliquo loco congregatam. Quæ verò & quãta ſcripſerit diuerſis principibus, blaſphemando eandem ſynodum & decreta eius, longum eſſet enarrare. Sed & quomodò patrimoniũ, terras & dominia Eccleſiæ, quæ in ſumma pace & proſperitate repererat, ipſe tractauerit, quas alienationes fecerit, quas guerras commouerit, pœnalitates acceperit, quantæque crudelitates ſub regimine ſuo in loca & in ſubditos Eccleſię perpetratæ ſint, quomodò iuramenta ſua ſolenniter in conclaui & poſt conclaue præſtita infregerit, flebile eſt dicere. Et præterea quæ vnquam maior incorrigibilitas, quæ maior pertinacia in aliquo pontifice vel miniſtro Eccleſiaſtico apparuit, qui non ſolùm in prædictis ſuis exceſſibus, quibus diuinam maieſtatem & legem eius ac fidem Catholicã tam notoriè offendit, & Eccleſiam Chriſti in ſpiritualibus & temporalibus ſic conturbauit, afflixit, dammificauit, diuiſit, & ſupra modum ſcandalizauit, obdurato permanſit animo: verùm etiam vult, his non obſtantibus, ab hominibus innocens & iuſtus reputari, nulla vnquam emendatione, nulla correctione oſtenſa, quaſi tantam cæcitatem iam in populo Dei excidiſſe credat, vt tam grauia vitia velint pro veritatibus venerari? Videns autem hæc ſancta ſynodus, ad ipſius emendationem nec dulces admonitiones ſæpiùs & per plures legatos & oratores tranſmiſſas, nec longam patientiam & benignam expectationẽ, nec citationem iuridicam, nec ſuſpenſionis ab adminiſtratione Papali ſententiam iuſtiſſimam proficere: tandẽ expectatis decem & ſeptem menſibus poſt ſuſpenſionẽ prædictam, neceſſe habuit ſuper depoſitione ipſius à papatu, iuſtum proferre iudicium, prout eidem ex authoritate data à Chriſto incumbebat. Nunc verò aduertite ô Chriſtifideles, quæ deinceps erit in orbe Conciliorum authoritas, ſi poſt hæc omnia fouetur & ſuſtinetur, qui non ſolùm in tantis malis ſe incorrigibilem præbuit, verùm etiam eandem Conciliorum authoritatem proſternere laborauit, & laborare non ceſſat, vt deinceps nec ipſe, nec aliquis ſucceſſorum ſuorum per iudicium Eccleſiæ corrigi valeat, ſed poſſint pro libito voluntatis omnia agere abſque vllo timore correctionis fiendæ ſuper terram: qui & adhuc poſt ſuam depoſitionem grauiora grauioribus addens, tres declarationes catholicæ fidei de authoritate Conciliorum, condemnare auſus eſt, cuius oratores iam per orbẽ aduerſus eandem authoritatem apertè prædicãt: & tam ipſi quã nonnulli ſibi fauẽtes, diſſeminãt libellos ac tractatus ad huius hæreſis diuulgationẽ, & ſuppreſſionem declarationum catholicæ fidei, quas vniuerſa tenuit Eccleſia. Poteſtis autem ô cuncti Chriſtiani hunc ignem, priuſquam ampliùs accendatur, extinguere, & fidei catholicæ ac vniuerſæ Eccleſiæ pacem reddere, ſi ſententijs iuſtiſſimis huius ſanctæ ſynodi, quã repræſentare vniuerſalem Eccleſiam recognoſcitis, debitã præſtiteritis obedientiam, & viam veritatis ac iuſtitiæ efficaciter amplexari curetis, in fauorem fidei & ſalutis Eccleſiæ vniuerſæ. Si verò id non fiat, ſed deinceps præbetur obedientia ei, qui omniũ horũ malorum caput eſt, ſi repulſo Eccleſiæ iudicio, ille ſuſtineatur, qui iuſtè cõdemnatus eſt, ſi impugnatori notorio fidei & authoritatis Conciliorum faueatur, ſi manifeſtus perſecutor congregationis ſynodalis ſuſtineatur, ſi mandata, ſtatuta & præcepta Concilij generalis abijciantur, & rebellanti atque contumaci & incorrigibili adhæreatur, ille que poſt ſententiam depoſitionis in eum latam, pro capite Eccleſiæ reputetur, qui ſe ab ipſius Eccleſiæ vnitate & corpore per fidei læſionẽ, per ſchiſmatis in erectione prætenſi alterius Concilij perpetrationem ſeparauit, & cui iam nullus color, nullus titulus papatus competere poteſt: ſi denique non auditur Eccleſia iudicans, & libellis illius qui condemnatus eſt, blaſphemias & enormes iniurias in ſanctam ſynodum & exiſtentes in ea continentibus, aures præbentur: quis non videt dies illos malos, horrendamque turbationem totius Eccleſiæ, de qua ſuperiùs diſſeruimus, in proximo adeſſe? Quanti reperientur, qui deinceps in Concilijs generalibus ad defenſionem fidei, ad extirpationem hæreſum, ad reformationem morum, ad tuitionem iuſtitiæ & veritatis perſiſtere vellent, ſi videant ſibi priuationes beneficiorum, & perſecutiones corporum, iniurias, opprobria, prætenſas cenſuras & quaſcunque aduerſitates imminere: illi autem, qui hæc aduerſus ſynodum hanc perpetrauerit, obedientiam & fauorem finaliter dari? Sepelitur profectò, conculcatur, & proſternitur, ſi res ita procedant, ipſa Conciliorum authoritas, & grauiſſimus dolor imminet omnibus Chriſtianis. Verùm confidimus in Domino, quòd non ſic Eccleſiam ſuam in interitum ruere permittet: quinimmo excitabit corda ſeruorum ſuorum, vt miſereantur ipſius Eccleſiæ

& ant-

Pius 2. Lõgè aliter ſcribit de hoc Eugenio, palã reuocans, quod olim ſenſiſſet vobiſcum cõtra Eugenium.

Florẽtinũ Concilium definiuit, Romanũ pontificẽ plenam à Chriſto habere poteſtatem vniuerſalis Eccleſię gubernandę.

& animarum ſuarum, nec fidem catholicam, veritatem & iuſtitiam ſic opprimi patiantur. Sed neq; hoc ſuſtineri poteſt, quòd quidam obedientiæ neutralitatem conſulunt obſeruandam, & ſicut ei qui iuſtè per ſynodale iudicium condemnatus eſt, nequaquam obediendum eſt, ſic Concilio iudicanti obedientiam ſubtrahendam putant. Quomodò enim poteſt quiſquis Chriſtianus excuſari, vt ab omni iudicio Eccleſiæ ſe ſubtrahat, cùm de neceſſitate ſalutis Eccleſiam audire teneatur, ſicut Euāgelica doctrina & omnis ſanctorũ traditio teſtatur? quod ſi liceret, ſi quiſquam ſe à iudicio vnius Cōcilij ſubtrahere poſſet, ſimiliter & ſacri Concilio denegare obediētiam, nec in eorum ſententijs ſiue pro fide, ſiue pro quibuſcunq; rebus animarum ſalutem aut Eccleſiæ ſtatum concernentibus, vlla ſtabilitas, vllá ve efficacia haberetur. Quilibet acta Conciliorum examinare vellet, ac de illis, prout ei videretur, iudicare: aut poſt iudicium vnius Concilij, aliud expetere, nullum interim obedientiæ debitum reddens. ſicq; fruſtraretur Conciliorum authoritas, & tandem neq; ipſis, neq; ſummis pontificibus legitimam adminiſtrationem habentibus obediretur. Vnde in totum confunderentur Eccleſiaſtica iudicia, periclitareturq; Chriſtiana religio: nec deinceps Cōcilia generalia quæcunq; mala reprimere laborarēt, ſi eorũ ſententijs non obedire conſpicerent, neq; locus eſt ſuſpētioni animorum in tam clara iuſtitia, in tanta obediendi neceſſitate, dum per defectum obedientiæ præſtandæ, fidei læſio & veritatis oppreſſio aſſiduè ſuccreſcunt, periclitantur animæ innumeræ, & exemplum datur omnibus, vt deinceps nullis ſententijs prælatorum ſuorum, ſicuti nec ſynodorum obediant, ſed animos ſuos per plura tempora ſuſpendere velint, vndè omnis iuriſdictio perire poterit, dum authoritatem ſupremam Eccleſiæ obmitti & negligi videbunt. Si itaq; communi bono Eccleſię Dei cōſulere quęritis, ô Chriſtifideles, ſi pręſentibus malis finem imponere, ſi pacē conſequi & felicem ſtatum totius Chriſtianitatis intueri, date operam, vt cuncti vnanimiter viam veritatis ſequantur, vt Concilijs generalibus ſua reddatur authoritas, vt nullus eam deneget ſynodo vniuerſali obedientiā, ad quam tenetur de neceſſitate ſalutis, in his quæ pertinēt ad fidem, extirpationem ſchiſmatis, & reformationem Eccleſiæ in capite & in membris, & pertinētibus ad ea. Sic ceſſabunt ſchiſmata, ſic hæreſes extinguentur, mores reformabuntur, vigebunt Concilia, ſedes Apoſtolica & virtutum dignitate & honore pluſimo refforebit, repellentur conatus antiqui hoſtis, breuiabuntur dies mali, & malorum grādium repelletur incurſus, quæ, ſi ſecùs fiat, ſuper omnes Chriſtianos iam imminere conſpicitis. Supereſt iam vt eas obiectiones nullius oſtendamus eſſe momenti, quæ illaqueationem animarum & obfuſcationē veritatis ac iuſtitiæ huius ſanctæ ſynodi, per nonnullos aſſeruntur. Allegant quidem hoc ſacrum Concilium de ſuo conſenſu fuiſſe tranſlatum, pro eo quòd cōcordauerat cum Græcis, ſe transferre intra menſem poſtquàm adueniſſent ad vltimum portum citramarinum, eiſdem in Conſtantinopoli per oratores Concilij nominādum pro celebrando œcumenico Concilio, in eo loco quem hoc ſacrum Baſileenſe Conciliũ elegiſſet. Verùm quantò reijcienda ſit hæc obiectio, vos Chriſtifideles aduertite. Manifeſta quidem nimis eſt veritas, quòd Græci, præualentibus practicis olim Eugenij perſequentis ſynodum, non ad portum per oratores Concilij eis nominatum, venerunt, neque ad locum per Concilium electum, ſicut ipſi promiſerant, venire voluerunt: immò ſcripſerunt Concilio per oratores eius in Conſtantinopolim miſſos, ſe propterea cum eis & eorum galeis non adueniſſe, quia tempus mineādatum ipſarum galearum tranſactum erat, ſic abſoluentes ſe ab omni obligatione mutua, quæ inter Concilium & ipſos contracta erat, licèt tamen alteri oratorũ priùs dixiſſent ſe de vlteriori expectatione contentos eſſe, impedimentaque Concilio præſtita eſſent manifeſta, cùm in conuentionibus initis cum eiſdem, expreſsè caueretur, omnia debere intelligi ſine fraude & dolo, ac legitimo impedimento ceſſante. Quòd ſi ad requeſtam ipſius olim Eugenij deinceps ire voluerunt Ferrariam contra conſenſum Concilij, quis ratione vtens, dicere poſſit Concilium ex ea re ad ſe transferendum fuiſſe obligatum? Dum verò quidam vlteriùs obijciunt, quòd Concilium quadam vice concluſit, caſu quo Auinionenſes certam pecuniæ ſummam infra menſem nō traderent in pecunia numerata, & de hoc infra duodecim dies ſequentes, non certificaretur Concilium, quòd tunc teneretur ipſum Concilium ad electionem alterius loci procedere, & vniuerſali Eccleſiæ aliundè prouidere: quod dum adueniente tempore non fieret, præſidentes Apoſtolici & alij quidam ſecum minorem partem Concilij facientes, tanquam ad ipſos deuoluta poteſtate Concilij, alium locum aliumque portum nominauerunt, & oratores ad Gręcos miſerunt. Sæpè ad huiuſmodi obiectiones per decreta & Epiſtolas noſtras reſponſionem fecimus, oſtendimuſque illas eſſe penitus inanes. Manifeſtum eſt enim, quòd Concilium in ea concluſione cum nullo contractum fecit aut conuentionem, nulluſque aderat cum quo huiuſmodi contractum celebraret: nulliſque dubium eſt, quenquam cum ſeipſo contrahere non poſſe, cùm inter ſpondentem recipientemque ſponſionem, debeat eſſe diſtinctio perſonarum. Vndè illarum omnium obie-

Hoc aliquandiu Germani fecerunt, ſed poſtea ad Eugeniũ ſe cōtulerunt.

Matt. 18.

obiectionum corruit fundamentum. Sed tantùm illam concluſionem intra ſe cepit Concilium, quam & interpretari & mutare poterat iuxta caſus occurrentes, ſi pro ſalute Eccleſiæ, ſibi ita agendum videbatur. Nec aliquis ſibi legem imponit, à qua recedere non poſſit: neque dicebatur in concluſione ipſa, quòd in caſu prædicto minor pars haberet alium locum eligere, ſed Concilium. Et ſi aliquod dubium erat, quod interpretandum veniret, aut ſi quid in hoc agendum, vel deliberandum aut mutandũ, nullatenùs iudicio minoris partis ſtandum erat, ſed plurimorum ſententiæ acquieſcendum, ſicut mos antiquorum Conciliorum & omnia patrum inſtituta edocent. Vndè & ex eo in vniuerſum orbem turbatio grauiſſima excitata olim fuit, dum aliqui Epiſcopi minorem partem Cõcilij Nicæni facientes, illis contradixerunt, quæ maior pars concluſerat. Sed quid ampliùs illimet præſidentes Apoſtolici, qui ſub prætextu concluſionis illius alium locum eligere voluerunt, eidem concluſioni cùm fieri deberet, contradixerunt, proteſtantes ſe non conſentire in decretatione loci Auinionenſis, de quo expreſsè agebat dicta concluſio? Et vlteriùs, pendente termino præfixo, oratores olim Eugenij Archiepiſcopus Cæretenſis & Iacobus de Rachaneto, impediebant, ne illæ pecuniæ darentur in Auinione, de quibus hæc concluſio agebat. Scripſerunt præterea Auinioneñ. quomodò abbas Bonæ vallis & Raymundus Taluni decretorum doctor, ad eos miſſi ex parte Concilij, compoſuerant cum eis ex poteſtate eius data à toto Concilio, quòd haberẽt decretationem loci Auinionẽſis & impoſitionis decimarum, priuſquam pecunias ſuas exoluerunt. Mandaueruntque ipſi Auinionenſes, quòd illis habitis pro cautione eorum, pecunias expedirent, de quibus oratores Concilij miſſos ad eoſdem, cautos & ſecuros fecerunt. Iudicauit Cõcilium quòd rationabiliter petebant, quodque attentis prædictis, quæ ſuperuenerunt ad notitiam ipſius Cõcilij, & alijs pluribus ipſum * monentibus, nõ erat procedendum ad electionem alterius loci, nec expediebat ſaluti Eccleſiæ & bono rerum agendarum. Quòd autem aliqui pauci ad electionem alterius loci temerariè procedere præſumpſerunt, ſe dicentes Decretum agere contra duplo maiorẽ partem Cõcilij & ampliùs, ſcindentes & diuidentes, quantùm in ſe fuit, Eccleſiæ vnitatem, hoc prorſus illicitum & perniicioſum fuit, ſicut per ſolenne Decretum ſeſſionis noſtræ 32. demonſtrauimus. Vndè & conatibus eorum extunc reſiſtens hæc ſancta ſynodus, decretationem fecit in ſeſſione publica ſuper electione loci Auinionẽſis & aliorum ſibi adiunctorum, omnem aliam electionem ſeu nominationem loci

* mouentibus,

per quoſcunque factam irritans. Deinceps quoque ſubſequuta eſt communis omnium nullo diſcrepante concordia, quòd tres domini, inter quos erat vnus & primus legatorum Apoſtolicorum, haberent ſigillare literas de quibus agebatur, ſine præiudicio alicuius, & oratores mittere. Ipſi autẽ ſigillauerũt decretum Concilij, mittentes ipſum pro oratorum in Auinionem, illo prætenſo reiecto, quod per minorem partem factum fuerat. Cumque ſit omnino à veritate alienum, quòd duo Decreta contrarij tenoris, immò & ſibi inuicem cõtradicentia expreſsè, vno & eodem tempore ſimilia ſynodali iudicio emanauerint, quia Spirituſſanctus per eos generalis ſynodi contrariè loqui nõ poteſt, eo ipſo quòd Decretum Concilij ſuper Electione de Baſilea, Auinione & Sabaudia, conſentientibus omnibus patribus qui in Concilio erant, & ipſis legatis Apoſtolicis, vera bulla plumbea ſynodali ritè plumbatum eſt: manifeſtum eſt dictã ſchedulam legatorum nullatenùs vim Decreti habere potuiſſe. Dum verò quidam literas ſuper eo quod per minorem partem factum fuerat, clandeſtinè bulla ſacri Concilij de nocte ſurrepta ſigillauerunt, declaratum eſt, illas falsò bullatas, eſſe: & quòd Archiepiſcopus olim Tarentinus, præſidens & orator ipſius olim Eugenij, qui ſe in hoc operam cum effectu dediſſe confeſſus erat, tanquam falſarius iuſtè condemnatus extitit. Sic igitur in ea re nullus hæſitationis ſcrupulus eſt quòd penitus nullius momenti fuerit, quòd per illos paucos contra iudicium Concilij actum eſt. Sed nec de his diſputare neceſſe eſt, cùm etiam illud quod per illos paucos factum fuerat, abruperit ipſe olim Eugenius: qui, cùm omnes patres exiſtentes in Concilio, tam ſui legati quàm alij, dictaſſent vt Concilium firmiter maneret Baſileæ vſque ad aduentum Imperatoris & patriarchæ Græcorum ad vltimum portum, nihilominùs ipſe longè ante aduentũ prædictorum Græcorũ plùs quàm per quatuor menſes, hoc concilium, quantùm in ſe fuit, abrupit & diſſoluit, ex eo capite quòd procederetur contra ipſum aut aliquem ſuorum, negans iuriſdictionem immediatè à Chriſto Concilijs datam, & ſe (vt anteà præmiſſum eſt) ſupra Cõcilium erigens in facto reformationis & fidei. Quam prætenſam diſſolutionem cùm non reuocaſſet infra quatuor menſes, immò aliam congregationem ſub nomine generalis concilij interim apud Ferrariam feciſſet, grauiſſimum ſchiſma perpetrans, ſuſpenſus fuit ab adminiſtratione papali ante aduentum prædictorum Græcorum eo tẽpore, quo etiam illi de minori parte prædictum Cõciliũ permanere debere in Baſilea dixerunt. Poſtquàm verò legitimè ſuſpenſus fuit per Conciliũ, quis Chriſtianorum dubitat

bitat quoſcunq; actus per ipſum in adminiſtratione papali expletos, nullos, irritos & inanes extitiſſe? Sic itaq; volentibus quærere occaſionem diſcedendi à ſancta ſynodo, nullus color cuiuſcunque tranſlationis poteſt vllatenùs ſuffragari: quod ſatis intellexerunt prælati, principes, vniuerſitates ac cæteri maioris partis orbis, qui nunquã ad cõuentionem Ferrarienſem vel Florentinenſem, iam ferè à tribus annis erectam, accedere vel mittere voluerunt, ſed illa reprobata, ſanctã ſynodũ Baſileeñ. velut repræſentantem vniuerſalem Eccleſiam, verbis & ſcriptis cognouerunt. Et cùm dictam congregationem Ferrarienſem, erectam ſub nomine generalis Concilij hoc durante Concilio, non generale Concilium, ſed ſchiſmaticorũ ſimile conuenticulum, prout in Decreto noſtræ vigeſimænonæ ſeſſionis manifeſtiſſimè cõſtat, ipſeque Gabriel quia caput illius ſchiſmaticæ conuentionis, & quia à papatu legitimè ſuſpenſus erat, iuriſdictionem papalem non poterat exercere, per acceſſum ipſorum Græcorum, qui iam à plurimis annis ab Eccleſia Catholica diuiſi erant, nullatenùs dicta Ferrarienſis conuentio legitima facta eſt. Neque veraciter dici potuit, ipſam eſſe generale Concilium vel œcumenicũ, prout ipſe illã intitulauit.

Immò verò Concilium Florentineñ. & Latini & Græci venerant, & ferè oẽs à Baſileẽſibus diſceſſerunt.

Obijciunt deinde alij, quòd in ſancta ſynodo permanentes, pauci numero fuerunt ad exercendos actus iuridicos ſuſpenſionis ab adminiſtratione papali & depoſitionis olim Eugenij, ac ſubſequentis electionis ſanctiſſimi domini Felicis papę Quinti. Quæ quidem obiectio ſi illi debeat ſuffragari, qui ſynodum perſecutus eſt, qui omnibus modis homines ab ea ſubtrahere & ſeparare laborauerit, & aduerſus illos militet qui tẽpore perſecutionis permãſerunt, qui oẽs de orbe ad ſuccurrendum & prouidendum Eccleſias Dei per epiſtolas & oratores vocare integro ferè biennio non ceſſauerunt: quis nõ videt, ex hoc Cõciliorum authoritatem proſterni & confundi? Nam ſemper ſummus pontifex dũ ſynodum rumpere volet, aliquos exindè abſtrahere poterit. Si aũt alij permaneãt, obijcietur eis paucitas: ſicq; videntes ſe nihil proficere poſſe, ſynodum in totum deſerent, permittet urq́ue agere cuilibet ſummo põtifici quicquid libuerit. Nec poſſibile erit, ſi quiſquã eorum fidem offendat, ſchiſma faciat, aut quibuſcunque malis Eccleſiam ſcandalizet, remedium per generale concilium exhiberi. Sed nunquid illi qui non fugerunt, qui non deſeruerunt ſynodum in neceſſitate, qui non fidem, veritatem & iuſtitiã cõculcari pmiſerunt, quiq; pro his ſuſtinendis tribulationes & dolores, peſtem, guerram, penuriam & cæteras aduerſitates ſubierunt, propterea culpandi ſunt? Nunquid Apoſtoli qui in numero pauci cum Chriſto permanſerunt in tentationibus ſuis, alijs diſcedentibus, ideo malè egerunt? nónne ſatis elucidatum fuit in ſupradicta ſynodali reſponſione, quę incipit, Cogitanti, conſentiente in hoc & cooperante tunc legato Apoſtolico, quomodò illi qui permanerent in ſynodo vſque ad finem operis ſui, cõmendandi eſſent: non autem illi qui diſcederent, aut qui ſe ab ea diuiderent? Allegatumq́ue quomodò dum Chriſtus dixiſſet, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: nõ pauci qui remanſerũt cum Chriſto, ſed illi qui receſſerunt, repræhenſionem meruerunt. Ibi quoque non obmiſſum eſt, quomodò recedente Ioanne 23. à Cõſtantienſi ſynodo, non illi defecerunt, ſed commendati ſunt, qui cum ipſo Concilio perſtiterunt vſque in finem. Nec tamen ita pauci fuerunt in hac ſancta ſynodo, vt quidam exiſtimant, cum in decreto ſuſpenſionis ipſius olim Eugenij ab adminiſtratione papali, valdè multi adeſſent, & inter eos plures regum & principum ambaſiatores. Decreta quoque de cauſis & de collatione beneficiorum in eadem ſeſſione promulgata ſunt, quæ maior pars recepit tanquã à generali ſynodo vniuerſalem Eccleſiam repræſentante. Vndè nullus color, nulla excuſatio aut tergiuerſatio poteſt cuiquam in diuino iudicio ſuffragari, quare illi ſuſpẽſioni reſiſtat, aut cur poſt eam illi qui ſuſpẽſus fuit, velut ex certo propoſito in adminiſtratione papali obedire, & actus eius, tanquàm non ſuſpenſi, legitimos reputare. In actu quoq; depoſitionis ferè trecenti fuerunt. Et tempore ſubſequentis electionis grandis adhuc numerus erat, nec vſque in hodiernum diem diuina prouidentia hanc ſanctam ſynodum deſeruit, quin competentem numerum prælatorum, doctorum & aliorum notabilium virorum habuerit, & adhuc hodiè habeat. Sed præterea hæc quæſtio dudum diffinita & determinata eſt tam per ſynodum, quàm per ſummum pontificem tunc exiſtentem, conſentientibus in hoc Cardinalibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & omnibus Chriſtianis. Nam cùm tempore primæ diſſolutionis prætenſæ pauci prælati eſſent in concilio, non numerum quatuordecim excedentes, neque medietas numeri omnium ſuppoſitorum in Concilio haberetur, quæ præmiſſis actibus interfuit, ipſe quoque tũc ſummus pontifex obijciebat eidem Concilio numeri paucitatem per literas ſuas diuulgatas in orbem. Et nihilominùs determinatum eſt per omnes, quòd hoc non obſtante, fuit protunc legitimum cõcilium & legitimè continuatum. Quòd ſi in tali numero legitimum eſt concilium ex diffinitione catholica & Apoſtolica, omneſq; de neceſſitate ſalutis legitimo concilio obedire teneně, tanq̃ habẽti poteſtatẽ immediatè à Chri-

Fatentur paucitatẽ ſuam.

Chriſtus aliter p̃miſit Petro.

Ioan. 6. F

Alia fuit tũc ratio propter ſchiſma.

Sed non exprimũt quę illorum trecẽtorũ fuerit authoritas.

Chriſto, vt præmiſſum eſt, in pertinentibus ad fidem, exurpationem ſchiſmatũ, & reformationem Eccleſiæ in capite & in membris: quis poteſt iam ſub colore paucitatis vel alio quocunq;, occaſionẽ quærere non obediendi cõcilio in actibus pfatis? Quòd ſi deinceps liberum ſit vnicuique de actis ſynodalibus recipere quæ volet, quæ nolet abijcere, reputare cõciliũ velut habens poteſtatẽ cum placuerit, cũ non placuerit non reputare, nõ audire Eccleſiã niſi quandò & quomodò voluerit: quis dubitat, ex hoc omnẽ conciliorum authoritatẽ proſterni, omnẽq; obedientiã illis debitam fruſtrari? Clarũ eſt itaq;, has obiectiones nulli Chriſtiano ſuffragari, quò minùs iuſtis ſententijs, per hanc ſanctã ſynodũ pro neceſſitate fidei & vniuerſæ ſalutis Eccleſiæ promulgatis, plenè obedire debeat, quæ fideliter dicimus, veritatem manifeſtantes ad omnẽ conſcientiã hominum, vt videntes horrenda pericula & cunctis ſeculis inaudita, quæ ex conculcatione authoritatis conciliorum & diſceſſione à fide iam imminet, viam veritatis efficaciter amplectantur, fidẽ ipſam tueantur & cõſtantibus animis iuſtitiæ adhæreant, perquam impugnatores inimici repellantur, & omnia in pacem, quietem, ac ſalutarem diſpoſitionẽ reduci valeant. Obſecramus itaq; vos Chriſtifideles per miſericordiam Dei, vt dum adhuc tempus eſt, cõſulatis publicæ ſaluti: & ſicut adhæſiſtis huic ſanctæ ſynodo, eiuſque authoritatẽ recognouiſtis, & inſupèr veritatem fidei, quã defendi ſuſtinuiſtis, dum ille qui & nunc eam perſequitur, tentauit prima vice diſſoluere, tenentes quòd hoc facere non poterat, ſic & vos permaneatis, & cum veritate ſtetis vſq; in finem: ſicque agatis, vt is qui tantis laboribus authoritatẽ omnium conciliorum proſternere molitur, tandem ab his deſiſtat, & ſuæ ſaluti conſulat. Nec tale exemplum poſteritati relinquatis, vt concilium repræſentans vniuerſalem Eccleſiã, per vos tanto tempore recognitum, & cui de neceſſitate ſalutis tenemini obedire, patiamini in diebus veſtris cõfundi & conculcari. Verum quoq; paſtorem Eccleſiæ Catholicæ per eandem ſynodũ canonicè electũ, colite & veneramini: cuius aſſumptionem ad Apoſtolatum fuiſſe neceſſariam, ſatìs indicat aduerſitatum magnitudo, quæ aduerſus Eccleſiam ità ſuccreuerunt, vt vix alius inuentus fuiſſet, qui hoc tempore pondus huius miniſterij ſufferre valeret: ſed eũ donauit Dominus, qui nunquã Eccleſiam derelinquit, vt eius prudentia, patientia & multiplici virtute cũ auxilio huius ſanctæ ſynodi, fides defendatur, authoritas conciliorũ cõſeruetur, iuſtitia vigeat, pax & tranquillitas ac bona omnis diſpoſitio in ſtatu eccleſiaſtico & Chriſtiana religione ſubſequantur. Pro quibus, fauente altiſſimi gra-

Nõ id voluit Eugenius.

tia, omnes labores noſtros vſq; in finem impẽdemus, multa aduerſitatum genera nobis aſſiduè irrogata patienter pro noĩe Chriſti ſuſtinentes qui maiora pro Eccleſiæ ſuæ plantatione ſubire dignatus eſt: pro quo & diſcipuli eius grauiſſimas pſecutiones pertulerunt, omnemq; operam nobis poſſibilẽ, de ſuperno cõſiſi auxilio, dabimus, ne ſic Eccleſia, quã tanto precio Chriſtus ipſe Deus noſter acquiſiuit, diebus noſtris confundatur, ne in opprobrium & deſolationem Chriſtianæ religionis veritas fidei per Chriſtianos ipſos agnita, recepta & defenſata, ſic miſerabiliter relinquatur & pſternatur in terrã, ſed potiùs illibata ſeruetur: vtq; hæc ſancta ſynodus tam ſolenniter inchoata, tantiſq; continuata laboribus, felicem exitum accipiat, ad ſalutem vniuerſorum & gloriã Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorũ, Amẽ.

Datum in cõgregatione noſtra generali in Eccleſia maiori Baſileenſi celebrata, ſexto idus Nouembris, Anno à natiuitate Domini 1440.

RESPONSIO SYNODALIS facta oratoribus regis Romanorum ac principum electorum de transferendo concilio.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileẽſis, in Spiritusancto legitimè congregata, vniuerſalẽ Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriam. Petitionem veſtram audiuit hæc ſancta ſynodus, q̃ noĩe chariſſimi Eccleſię filij Frederici regis Romanorũ illuſtris, & venerabiliũ Archiepiſcoporum ac nobiliũ virorũ principum electorũ ſacri Romani Imperij, vos venerabilis Silueſter epiſcope Chiemẽſis, & dilecti eiuſdẽ Eccleſiæ filij Erharde de Zelking baro, Thoma de Haſelbach in theologia magiſter, Ioannes de Liſura decretorũ doctor, præpoſite Eccleſiæ B. Mariæ ad gradus Moguntineñ. Ioannes de Francfordia officialis Confluentiæ, Henrice de Herpel prępoſite S. Seuerini Colonienſis, Ioannes de Lamberg etiam in theologia magiſter, præmiſſis diſertis orationibus porrexiſtis. Cuius quidem petitionis tenor talis eſt: Dignentur veſtræ reuerendiſſimæ paternitates ad exhortationẽ & deuotam poſtulationem sereniſſimi domini noſtri Romanorum regis &c. necnon ſuorum principum electorum ſua vota conferre, quatenus modis congruis ad generalis Concilij ab omnibus indubitati congregationem, infra vnius anni ſpatium, perueniatur loco ſuæ maieſtati & ſuis principibus electoribus grato & rebus gerendis accommodo. Veſtras autem dominationes latére non putamus, quantùm neceſſe ſit, vt conciliorum generalium iudicia, quæ pro fide orthodoxa & ſalute animarum proferun-

tur, firma & ſtabilia permaneant: quodque iactura ipſius fidei & eccleſiaſticæ diſciplinæ immineat, ſi illa mutari & vacillare, nec robur & ſtabilitatem habere permittantur. Hinc enim aſſiduę perturbationi pacis datur occaſio, hinc detrimenta ſalutis afferuntur innumera, hinc ad malorum audacem perpetrationem ingreſſus præbetur, hinc ſubterfugijs perfidorum aditus aperitur. Sic quippe inducerentur peruerſi, vt nullatenus ſynodo iudicanti aut ſtatuenti vel mandanti obedirent, ſed ilicò aliam ſynodum fieri expeterent, cùm & mos ſit malorum litigatorum, ſicut pręclarè B. Auguſtinus ad Glorium Eleuſinum & alios Donatiſtas ſcriſipt, vt dicant ſe malos iudices fuiſſe perpeſſos, licèt etiam firmiter manifeſtiſſima veritate ſuperati. neque coercere poſſet ceruices ſuperborum & Eccleſiaſticam pacem perturbantium ſynodalis authoritas, ſi celebrato Concilio mox ipſum tranferri aut ad aliud oporteret deueniri. Quod papa Gelaſius luculenter aduertens, in epiſtola directa epiſcopis Dardaniæ aiebat: Maiores noſtri diuina inſpiratione cernentes, neceſſariò prędicauerunt, vt quod contra vnamquanque hæreſim coacta ſemel ſynodus pro fidei communione ac veritate promulgaſſet, non ſinerent poſt hoc nouis retractionibus mutilari, ne prauis occaſio præberetur. Et ſubdit eadem epiſtola: Sic Eunomium, Macedonium, Neſtorium ſynodus ſemel geſta condemnans, vlteriùs ad noua concilia venire non ſinit. Martinus quoque & Valentinianus Imperatores firmum habere voluerunt, quod per ſynodum Chalcedonenſem fuerat definitum, cauſam illam ſubiungentes: Nam iniuriam facit iudicio religioſiſſimæ ſynodi, ſi quis ſemel iudicata ac rectè diſpoſita, reuoluere & publicè diſputare contendit: quod ſi permitteretur, nihil fermè in diffinitionibus fidei & iudicijs Eccleſiæ apud mortales ſtabile haberetur: facileque rueret omnium futurorum conciliorum vigor, ſi hæc ſancta Synodus authoritate duorum præcedentium Conciliorum & duorum Romanorum pontificum congregata, cui etiam ſummus pôtifex pro tempore exiſtens cum omnibus Cardinalibus, cunctiſq; pręlati eccleſiaſtici inhęſerũt, cui omnes reges terrę, omneſq; ferè magni principes orbis incorporati ſunt, & ſolennia per ſuos oratores pręſtiterunt iuramenta, conculcaretur: aut in ſuis iudicijs, ſtatutis, declarationibus & decretis contemneretur & haberetur ludibrio. Non paruum itaque imminet periculum, ſi in alium locũ ſynodus congreganda decernatur, quin robur eccleſiaſticę authoritatis aliquid læſionis atq; detrimenti patiatur. Vbi tamen iam pluribus annis diligẽtiam noſtram pro illibata ſtabilitate ipſis authoritatis Conciliorum conſeruanda, Dño auxiliante, impendimus, & pro pace Eccleſiæ præmiſſam petitionem poſtulatis adimpleri, quam ſi reijceremus, plurima diſcrimina grauiorque ipſius Eccleſię Dei lęſio ſequi poſſet: Nos de benigno Chriſti adiutorio aſſiduè ſperantes, qui ad ipſam Eccleſiam ait, Ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad cõſummationẽ ſeculi: ſimulque de probitate ſerenitatis regię & inclytorũ principũ vos mittentium confidentes, quòd magnis viribus laborabunt, vt ſiue hîc continuata fuerit, ſiue in alium locũ translata concio ſynodalis, firmiter atque inconcuſsè teneantur ab omnibus veritates in ſacro Conſtantienſi Concilio declaratæ, & per hãc ſanctã ſynodum renouatæ, ſicque ſtabilis & firma deinceps Conciliorum habeatur authoritas, per quam fidei catholicę robur ac neruus eccleſiaſticæ diſciplinę & ſtatus Chriſtianorum conſeruetur in terris: Sic eorundẽ Cõciliorũ ſtatuta, ordinationes & iudicia pro ipſa fide, pro lege Domini & ędificatione animarũ, ac bono regimine ſtatus vniuerſalis Eccleſiæ, cuncti reuereantur, quòd nullius in aduerſum rebellio aut pertinax contradictio vel ſcandaloſa diſſenſio præualere permittatur: vt ſic cum vigore iuſtitiæ mala reprimi, & bona cum tranquillitate valeant promoueri, vnanimitaſque obediẽtiæ vbilibet reflorere poſſit: præfatæ veſtræ petitione reſpondendum duximus, iuxta ſeriem articulorum ſequentiũ ſub hac forma: Primò, ſancta ſynodus commendat deuotionem & ſynceram intentionẽ, quam præfati ſereniſſimus Romanorum rex, & illuſtres principes ad vnionem & pacificationem Eccleſiæ ſanctę Dei habent, & pridem per vos prædictos ſolennes nuncios & oratores ſuos cum eorum literis ad hoc ſacrum Conciliũ deſtinatos, in congregatione generali facundè & prudenter explicârunt. Secundò, vobis præfatis oratoribus commemorat, quomodò in hac ciuitate Baſileenſi hactenus fuerit & hodiè ſit generale Cõcilium vniuerſalẽ Eccleſiam repręſentans, quod meritò apud oẽs Chriſticolas multiplici ratione debet dici & reputari indubitatũ & vnicum, & quòd ſinè maximis periculis, incõmoditatibus, laboribus, ſumptibus & difficultatibus, abhinc ad aliũ locum mutatio huius ſacri Cõcilij fieri non poterit, prout res hæc ſeipſam cunctis diligenter intuentibus indicat, & hæc ipſa ſancta ſynodus ſępiùs per oratores ſuos in diuerſis ambaſiatis, ac in iſto loco verbo & ſcriptis oratoribus regum & principum ſeculi multifariè oſtendit. Vndè præmiſſis alijſq; pluribus attentè conſideratis, videretur huic ſanctæ ſynodo, quòd hæc inſignis ciuitas Baſileenſis, cuius idoneitas multiplici experientia diuturnè comprobata extitit, eſſet locus aptus & rebus gerendis accõmodus, ad quem cooperantibus pręfatis domi-

Synodus Chalcedonẽ. vel maximè agnouit primariã Ro. pôtificis authoritatis, petẽs à Leone ſua decreta confirmari, & eius ſententiã diu expectans.

Matt. 28.

dominis ſereniſſimo Romanorum rege &
electoribus , non ſolùm ex inclyta natione
Germanica , ſed ex omni fidelium natione
quæ ſub cœlo eſt, conuenire poſſent omnes,
qui generalibus Concilijs intereſſe debent
& conſueuerunt, vt vnà cum patribus qui in
hoc Concilio conſtanter hactenus perſeue-
rauerunt, pax & vnio Eccleſiæ deſiderata da-
ri poſſet: præcipuè cùm hoc ſacrum Conci-
lium, inter alia ſancta opera, ſpecialiter exti-
tit congregatum ad pacem omnium Chri-
ſtianorum. Nihilominùs his non obſtanti-
bus, vt prædicti ſereniſſimus rex & prin-
cipes electores, cæterique reges & principes
ac cuncti fideles clarè percipiant rectam &
puram intentionem , quam habet hoc ſa-
crum Concilium ad vnitatem & pacem
Eccleſiæ, & hacteous ſemper habuit , quod-
que patres in eo perſeuerantes parati ſunt
reddere rationem omni poſcenti de ea quæ
1.Pet.3.c in ipſis eſt fide, vtque præfati ſereniſſimus
rex & ſui principes electores euidenter co-
gnoſcãt, quòd ſacrum Concilium cupit vo-
tis eorundem complacere pro pacificatione
vniuerſalis Eccleſię, diuina fauente clemen-
tia, conſequenda, ipſa ſancta ſynodus in hac
Baſileenſi ciuitate inclytæ nationis Germa-
En qui hactenus noluerũt Eugeniũ ſequi, iam in gratiã Cæſaris parati sũt aliò ſe trãsferre. nicæ in Spiritu ſancto congregata , & vſque
in præſentem diem legitimè continuata ,
vniuerſalem Eccleſiam repræſentans , offert
ſe paratam in tempore de quo infrà fit men-
tio, ad locum eiuſdem nationis rebus geren-
dis accommodum , & regiæ celſitudini
gratum, ſua propria authoritate modis cõ-
gruis ſeipſam transferre, ſecuritatibus ta-
men ante huiuſmodi translationem decre-
tandam & fiendam, in talibus præſtari ſoli-
tis, & alijs neceſſarijs datis & præſtitis . Ob-
ſecrat autem præfata ſancta ſynodus ean-
dem regiam celſitudinem , quatenus digne-
tur rem hanc alijs regibus & principibus in-
timare, eos toto ingenio & niſu inducen-
do, vt illam ipſi amplectãtur, veniantque
perſonaliter, aut ſuo ſolennes oratores mit-
tant , ac prælatos & alios qui in generalibus
Concilijs de iure vel conſuetudine debent
intereſſe ditionis eorũdem, etiam ad venien-
dũ inducãt, vt pax & vnio Eccleſiæ ſanctę Dei
dari poſſit . Securitates verò & alia quæ ne-
ceſſaria eſſe reputat & intendit hæc ſancta
ſynodus, ſunt ea quæ ſequuntur : Primò,
quòd ſereniſſimus ipſe rex præſtet ſuum &
ſacri Romani Imperij ſaluumconductum
ipſi Sacro Concilio ad alium locum tranſ-
ferendo , pro omnibus accedentibus ad
ipſum, ſtantibus & recedentibus in plena
forma. Detque operam, vt locus eligendus
etiam habeat pleniſſimam ſecuritatem &
ſaluumconductum cum libertatibus cir-
ca iuriſdictionem , ac etiam ſuper habita-
tionibus, victualibus & alijs requiſitis . Si-
militerque dabit operam , quòd principes
Eccleſiaſtici & ſeculares ac loca ipſi Con-
cilio vicina , dent ſuos ſaluoſconductus .
quodque prædicti ſaluiconductus ſereniſ-
ſimi domini regis, loci Concilij, aliorumq;
dominorum & locorum , ſint irreuocabiles,
durentque continuè vſque ad quatuor men-
ſes poſt finitum Concilum . Exhortatur au-
tem ſancta ſynodus regiam celſitudinem, ſi
quæ guerræ aut diſcordiæ graues tunc in-
ter illos aut illa eſſent , dignetur ſe interpo-
nere pro treuga aut pace inter illos compo-
nenda. Item petit ſancta ſynodus , quòd ſe-
reniſſimus ipſe dominus rex Romanorum
ipſi Concilio interſi perſonaliter , ceſſante
legitimo impedimento: quo adueniente, ali-
quem potentem & magnę authoritatis prin-
cipem ſacro Concilio gratum , in eius pro-
tectorem inſtituere habeat : polliceaturque
ſub verbo regio per ſuas literas patentes ,
quòd non faciet, nec fieri permittet , D E O
authore, quantùm in eo fuerit , quod ſit
vel eſſe poſſit directè vel indirectè contra
ipſius Concilij authoritatem & libertatem.
Item ne inanis & fruſtratoria reddatur
huiuſmodi ſacri Concilij tranſlatio, quæ
ſine magnis periculis & difficultatibus fieri
nõ poteſt , videtur permaximè neceſſarium,
cùm iuxta declarationem ſanctæ & magnæ
ſynodi Conſtantienſis, quicunque fidelis te-
neatur obedire mandatis, ſtatutis, ordinatio-
nibus aut præceptis cuiuslibet generalis
Concilij, quòd domini rex & electores prę-
fati per ſuas literas patens hoc ſacrum Con-
cilium Baſileenſe, ante ipſius translationem
decretandam, certificent, quòd Concilium
dum in illo loco fuerit, recognoſcent pro
vero generali Concilio & indubitato, eique
adhærebunt cum effectu inconcuſsè, quan-
diu durabit & continuatum fuerit : ſtatu-
tisque, ordinationibus , decretis & manda-
tis per illud inibi fiendis , acquieſcent &
obtemperabunt, & quantùm in eis erit , in-
uiolabiliter facient obſeruari , etiam ſi ad-
uerſarij ad illud non venerint . Loca ve-
rò , quę prædictę translationi & rebus ge-
rendis videntur accommoda , & regię cel-
ſitudini grata , nominabit ſacrum Conci-
lium quando ipſius ſerenitati videbitur
expedire : quorum alterum , pro maiori
gratitudine contentatur ſacrum Cõcilium,
quòd ipſe dominus rex authoritate huius ſa-
cri Concilij eligat & aſſignet. Poſtquàm autẽ
dictę ſecuritates ſacro huic Concilio fuerint
pręſtitę cum effectu , ac per regiam ſereni-
tatem vnus ex locis eidem ſpecificandis pro
translatione Concilij nominatus , & de his
alijsque pręmiſſis ſacrũ Concilium per ſuas
literas regias patentes fuerit certificatum ,
hęc ſancta ſynodus ſuam translationem
in illum locum publicè ac in ſolenni ſeſ-
ſione decretabit fiendam ad tempus , quod
eidem ſynodo ac dictæ regiæ maieſtati ,
conſideratis temporum circũſtantijs & ne-
ceſſitate Eccleſiæ , videbitur expedire . Vi-

Et cur nō eſtis ſecuti paſtorē Eccleſiæ Eugeniū?

detis præclari oratores, quantùm pacem eccleſiæ hæc ſancta ſynodus exoptet, quanta liberalitate deſiderijs regiæ ſerenitatis & aliorum illuſtrium dominorum vos mittentium, ſatisfacere deſideret, nihil aliud quærens, niſi vt publicæ ſaluti Eccleſiæ conuenienter & efficaciter conſulatur. Veſtrum erit iam eorundem principum animos inducere, vt matrem ſuam Eccleſiam, ex qua ſpiritualiter regenerati ſunt, virtuoſis adiuuēt auxilijs, quatenus eorum ope, ſacri Concilij Conſtantieñ. & huius Baſileenſis, ac vniuerſitatum almarum vniuerſalium ſynodorum illæſa ſeruetur authoritas, fides vigeat, ſacris canonibus reuerentia debita exhibeatur, procuretur animarū ſalus, ad quæ ſemp ſummè huius ſanctæ ſynodi adſpirauit intentio: quæ & ſi per impletionem veſtrę poſtulationis obmitti aut negligi contingeret, graue iudicium à Domino ſuper ipſos principes inclytos & ſuper vos pertimeſcendū foret. Sed ita illorum piam deuotionem & veſtram in cunctis agere ſperamus, vt ex laboribus fructuoſis à Domino promereamini præmia glorioſa. Datum Baſileæ in noſtra generali congregatione, ſecundo Nonas Octobris, Anno a natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimoſecundo.

¶ Hic finē habent Epiſtolæ ſeu reſpōſiones ſynodi Baſileenſis ſuppeditatæ nobis ex bibliotheca Facultatis artium celeberrimæ Vniuerſitatis ſtudij Colonienſis, ac iam tertiò typis excuſæ.

COPIA LITERARVM MISSARVM Papæ ex parte regis Angliæ, ſuper facto concilij per Dominum epiſcopum * Lādenſem & dominum Raſallum præceptorem ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, & magiſtrum Guidonem Priorem Prædicatorum &c.

*Laudeñ.

BEATISSIME pater, humillima recommendatione præmiſſa, veſtræ beatitudinis literis, quas noper per manus egregij viri domini Petri de Mella nuncij Apoſtolici, cum ea qua decuit reuerentia ſuſcepimus, vnà cum credentia per eundem nobis deſuper ſerioſè expoſita, intelleximus eandem ſanctitatem veſtram certis ex cauſis vos mouentibus, concilium Baſileenſe diſſoluendum fore decreuiſſe, ac aliud concilium Bononiæ ex tunc ad annum cum dimidio celebrandum indixiſſe, nos tam in eiſdem literis, quàm in eiuſdem ſanctitatis veſtræ nuncij viua voce exhortando, vt cùm tempus poſtulauerit, ad ipſam Bononieñ. ſynodum noſtros oratores tranſmittere placeret, qui circa Chriſtianæ religionis & ſedis Apoſtolicæ ſtatum & honorem ea proponant & operentur, quæ rege catholico digna ſint. His itaq; pater beatiſſime intellectis, non ab re mente turbata, eo permaximè fuimus ſtupefacti, quòd nullum conuenientius præſidiū inueniri putauimus, quo ſancta mater eccleſia ſeſe ab extremis horrendiſq; periculis iā vndiq; imminētibus tueretur, quò celeriùs hæreticorum conatus opprimi, aut catholicorum mores in melius reformari valerent, quàm vt per præfixum concilij generalis cœtum adunatum. præmiſſis & alijs inſtantibus periculis ſine vlterioris prorogationis diſpendio ſuccurratur. Cernimus quippe de præſenti, & ante hæc tēpora animo perſpicaci intuebamur, nedum progenitorum noſtrorum, ſed & noſtris heu quō temporibus fides catholica ſtatusq; eccleſiaſticus & laicalis vbiq; iam fluctuet, & procellis magnis agitetur, adeò quòd reparādis reformandisq; præter præmiſſa exorbitātijs quàm pluꝛimis, quas ad Gregis Chriſti turbationem non modicam indiès ingruere cōſpicimus, mora nociua exiſtit: & multa gignit dilatio pericula, quæ nihilominùs fidelium animarū ſaluti cui celeriter ſuccurrēdum eſt, periculoſiora (prohdolor) comminantur. His propterea pater beatiſſime alijsque motiuis incitati, Baſileeñ. ciuitatis locum pro vniuerſali ſynodo celebranda, authoritati ſufficienti alias limitatum, tanquàm in Chriſtiani orbis medio poſitum, ab hæreticis Bohemiſque per Dei gratiā ad ſanctæ matris eccleſię vnitatem reducendis, haud longè diſtantem, ſatis commodū & congruū reputātes, ad ſanctiſſimæ memoriæ Martinū papā V. prædeceſſorem veſtrum, noſtros oratores dum in humanis agebat, pro anticipatione ipſius concilij Baſileeñ. deſtinaſſe meminimus. Cuius reuerentia ſicut & tunc, ſic & nunc pro procraſtinatione fauores impendere regios nos debere, Dei eccleſiæ, cuius in ipſo negocia proſperari ſperamus, expediēs fore nō credimus: quinimo conſiderantes, vt veraciter informamur, quòd multi de notabilioribus Chriſtianæ religionis principibus ad prælibatum concilium Baſileeñ. iam ſuos ambaſiatores deſtinârunt, ipſumq; cōciliū tam prælatorum quàm doctorum ac aliorū probatiſſimorum illuc aſſiduè confluentium numero nō modico indiès excreſcit, in his quę fidelium pacē, fidei nutrimentum, & Eccleſię ſtatum & honorē ac animarū ſalutē reſpiciūt, & alijs quę in ipſa ſacra ſynodo generali tractari & expediri debeant, nos eis conformare intendimus, prout decet. Veſtram itaque beatitudinem filiali affectione attētiùs exoramus, & exhortamur in Dño Ieſu Chriſto, quatenus præmiſſis attentis, ad dicti concilij quòd vniuerſalis eccleſiæ profectibus tam neceſſarium, tamq; opportunum arbitramur, progreſſionem, & ipſius vſq; ad finale complementum tractandorum in eodem continuationem, paternos fauores & aſſiſtentiā benignam adhibere dignemini, firmiſſimè (ſi placet veſtræ ſanctitati) in mente tenentes, quòd ſi nō omnia in cōcilio apud Baſileam

con-

Digitized by Google

congregato expediri queant, quæ pro bono vniuerſalis Eccleſiæ occurrerint, Concilio apud Bononiam ſeu alibì congregando (ſi opus fuerit) noſtros illuc oratores, cum poſtulauerit, ad veſtræ ſanctitatis complacentiam animo paratiſſimo tranſmittemus. Cęterum pater beatiſſime corde ſyncero ſupplicamus, quatenus memorati circunſpecti viri domini Petri veſtrę ſanctitatis nũcij moram in regno noſtro Angliæ diuturniorem, excuſatam habere dignetur veſtræ beatitudinis clementia, quod non ſui deſidia, ſed varijs circa progreſſum ſeu non progreſſum dicti Concilij Baſileeñ. occurrẽtibus nouis, ſecundum varietatem occurrentium, nouas deſuper deliberationes haberi, & noua oportuit conſilia præparari. Beatitudioem veſtram &c. Datum &c.

¶ Litera regis Angliæ illuſtris, directa Concilio per eoſdem ambaſiatores.

Sacroſanctæ generali ſynodo Baſileenſi, in Spirituſancto legitimè congregatæ, vniuerſalem Eccleſiam repręſentati, Henricus Dei gratia rex Angliæ & Franciæ ac dominus Hyberniæ, ſuij plius recommendationẽ, & ad vniuerſalis Eccleſiæ bonum feliciter proſperari. Veſtræ ſacratiſſimæ cõgregationis literis nobis iam præſentatis, primis videlicet ante aduentum reuerendi patris domini epiſcopi Laudeñ. nobiliſq; & magnifici militis domini Raſalli de auro de Bonooia, præceptoris S. Ioannis Hieroſolymitani Ianueñ. necnoo egregij viri fratris Guidonis prioris conuentus Chambericeñ. de Sabaudia ordinis Prædicatorum, ſacræ paginæ profeſſoris, legatorũ veſtrorum, ad noſtram præſentiam tranſmiſſorum: ſecundis verò, per eoſdem in ipſorum ad nos acceſſu, credentiaque pro parte noſtra per ipſos in conſpectu trium ſtatuum regni noſtri deuotiſſimo ſermone ſerioſiùs expoſita, poſtquã pijſſimum ſanctæ veſtræ congregationis propoſitum ad hoc tendens, vt tam fidei orthodoxæ, hæreticorum verſuuijs & varijs erroribus nunc temporis multipliciter impugnatę, celeriùs ſuccurratur, quàm vt damnati mores omnium ſtatuum in melius (quantùm altiſſimus conceſſerit) reformentur, diſcordięq; regũ & principũ, quibus Chriſtianitas miſerabiliter atteritur, poſſetenus ſopiaotur, nobis elegantiſſimè declaratum eſt pro parte celeberrimæ congregationis veſtræ, quæ ſequuntur, à vobis incepimus poſtulare. Quorum primo, videlicet vt noſtri oratores & legati ad pręſatam ſynodum deſtinentur, annuimus animo perlibenti, ipſorumque, Dei opitulante gratia, aduentum modo poſſibiliori maturabimus, vt optatis. In ſecundo autem per oratores eoſdem à nobis poſtulato, quòd videlicet pacem inter nos & aduerſarios noſtros, prætertim in regno noſtro Franciæ concernit, ineundam, ſcire dignetur, veſtra concio ſacroſancta, quod

Locus obſcurus.

in hoc pacis negocio inſtantijs & hortamenis reuerendiſſimi patris domini Cardinalis S. Crucis condeſcendimus firmo cum propoſito, per quaſcunque vias rationabiles, ipſius tractatui pacis cum ipſis aduerſarijs noſtris efficaciter intendendi, ſperantes in Domino, quòd dicti reuerẽdiſſimi patris labor in ea fruſtrati non debeat, ſed fructuoſum & gratum ſortietur effectum. Veruntamen ſi ex ſuorum laborum & meditationis induſtria, fructus in ea parte ſperatus (quod abſit) non ſequatur, ambaſiatores noſtri ad veſtrum cœtum deſtinandi circa ipſius pacis ineundæ progreſſum vlteriorem venient ſic inſtructi, vt cunctis per eos luculentiùs apparere debeat, quòd ab omni tempore fuimus, ſumus & erimus fauente altiſſimo diſpoſiti & inclinati ad ipſius pacis bonũ per quæcuoque media rationabilia & conueniẽtia intendere, prout conuenit principi Chriſtiano. Cæterùm in Spirituſancto ô adunata ſynodus glorioſa, literas ſecuritatis & ſaluiconductus, qui per Concilium generale volentibus adire per veſtros oratores prædictos petebantur, animo libenti conceſſimus, exhortationemque prælatorum regni noſtri de accedendo ad Concilium memoratum per oos faciẽdam, vt veſtri etiam pro parte eſt petitum, libenter exequentes, quos tamen ad opus hoc aggrediendum vrgere non oportet, ad quod pro viribus abſque ſtimulo voluntariè ſe diſponunt. Cæterùm veſtrum ſacroſanctum cœtum ad operis inchoati conſummationem feliciſſimam tueri dirigereque dignetur ſenſatorum cogitatuum pijſſimus inſpirator. Scriptũ ſub priuato ſigillo noſtro apud palatium noſtrum * Vueſtmonaſtenſe viceſimo die Iulij mẽſis, Anno regni noſtri decimo.

EPISTOLA SIGISMVNDI Cæſaris, ex Italia ad patres in concilio Baſileæ congregatos miſſa.

REuerendiſſimi in CHRISTO patres ac venerabiles, gratè & ſyncerè nobis dilecti, trãſlapſis diebus, geminatis noſtris literis veſtris paternitatibus notificauimus concordiam inter ſanctiſſimum dominum noſtrum Papam ac maieſtatem noſtram ſecuram, quemadmodùm non ambigimus, iam lympidè cognoſcere potuiſtis. Et eccè propter rerum agendarum progreſſum, modò ad hãc ciuitatem Viterbienſem intrauimus, continuaturi iter noſtrum versùs vrbem Romanam, ad viſitandum ſanctitatem ipſius domini noſtri, quam ſeptimana proxima ſine dilatione annuente Domino cõuenire ſperamus: & quoniam præter Bullam admiſſionum ſacri Baſileenſis Concilij, qua & certi reddimur, dudum habuiſtis, reperimus per legatos &

oratores

oratores ſuæ ſanctitatis, eandem benè diſpoſitam ad fauores ſacri Concilij, & eorũ maximè, pro quibus ipſum ſacrum concilium congregatum exiſtit. Et nos quoque vnà cũ ſanctitate ſua illa & alia bona opera fauorizare intendimus, quæ ſanctitas ſua iã ſuos præſidentes & legatos miſiſſet dudũ apromptuatos, niſi legitima impedimenta, prout percepimus, obſtitiſſent. Intendit autem ſua ſanctitas, prout nobis dici fecit, illos quantocyus expedire: nihilominùs ne ſacrũ concilium ex huius modica dilatione patiatur diſcrimen, eadem ſanctitas ſua pronunciauit nonnullos alios præſidentes, prout ex bullis ſuis Apoſtolicis clarius colligere poteritis. Adhortamur igitur veſtras paternitates maiori affectione qua poſſumus, quatenus eoſdem benignè velitis ſuſcipere, nilque interim admittere, quod poſſit cedere in perturbationem ſanctitatis ſuæ & pacis vniuerſalis Eccleſię. Quoniam nobis conuenientibus breuiſſimis (vt prædiximus) his diebus vnà cum ſanctitate ſua, ſolennes noſtros oratores ſuper ſingulis ad veſtras paternitates mittemus, ſperantes in Domino, ꝙ omnia pro bono Reipublicæ Chriſtianæ benè manebunt compoſita, & ad id omni ſtudio intendemus, qui ſcandala in Eccleſia Dei (ipſe nouit) moleſtè ferremus. Datũ Viterbij die nona menſis Maij, regnorum noſtrorum anno Hungariæ &c. quadrageſimoſeptimo, Romanorum vigeſimotertio, Bohemiæ verò decimotertio &c.

Sigiſmundus Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus, ac Hungariæ Bohemorumque &c. rex.

Ad mandatum Domini regis, Caſpar Slick.

NOVA ET ANTEHAC NON NISI SEMEL TYPIS EXCVSA VARIARVM RERVM, *Epiſtolarum, Actionum, Sententiarum, Decretorum, Orationumq́ diuerſarum, ad concilium Baſileeñ. ſeu eius materiam expectãtium*, FARRAGO *ſiue* APPENDIX.

Ac primùm Articuli quidam ſeu Statuta, Deliberata ſeu Acta, Pronunciata ſeu Definita Concilij Baſileeñ. ſeorſim hîc congeſta, & ſecundum DATAS ipſorum, quantùm ex ipſis conijci potuit, digeſta.

INSERTIS AVISAMENTIS CLERI GALLICANI, *in Gallia pro Synodo Baſileen. factis: & Articulis Bohemorum, ipſi Concilio Baſileenſi oblatis.*

ARTICVLI DE MODO procedendi in ſacro Concilio legitimi & approbati ſeu concluſi in generali congregatione, die Veneris 26. Septembris 1430.

PRimò ſint quatuor deputationes, ſicut ſunt, inter quas omnes de cõcilio diſtribuantur æqualiter, quãtùm commodè fieri poterit. Et ſint in qualibet deputatione de quolibet ſtatu, ſ. dominorum Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Abbatum, doctorum, religioſorum, exemptorum & non exemptorũ, & aliorum, & in qualibet de omnibus nationibus diſtribuantur in quatuor ęquales partes ſuppoſita ſingularum nationum. Et ad diſtribuendum ſuppoſita concilij, eligentur quatuor, ſcilicet vnus ex qualibet deputatione: qui quidem quatuor, menſibus ſingulis eligantur de nouo.

Item in qualibet deputatione eligatur vnus præſidens ſingulis menſibus per vota ſingulorum. Et in qualibet earum deputetur vnus promotor, notarius & vnus curſor.

Item omnes deputationes congregabuntur ter in ſeptimana regulariter, videlicet die lunæ, die mercurij, & die ſabbati de manè hora conſueta: & ſi in prædictis diebus feſtum aliquod occurrerit præcipuum, poterunt in ſequenti die congregari, vel in die ꝓcedenti, ſi per præſidentẽ fuerit intimatũ.

Item ꝙ nulla deputatio adſtringat ſe quibuſcunq; iuramẽtis ad tenendũ ſecretè materias, quæ tractabuntur in eadem. Sed ſit licitum ſingulis ſuppoſitis deputationũ, cõferre cum ſingulis de concilio, tãtùm de rebus de quibus agetur.

Item quolibet menſe deputentur tres de qualibet deputatione, ꝗ duodecim pari modo ter in ſeptimana vel pluriès, prout eis videbitur expedire, certis horis & loco, nõ tamen illis horis, quibus deputationes cõgregantur, conuenient ad videndum materias eis datas de deputationibus diſtribuendas ad tractandum. Sic tamen, ꝙ in fine cuiuslibet menſis eligendo nouos deputatos, de qualibet deputatione maneat vnus de ꝓcedentibus deputatis, ille videlicet, quem ipſi duodecim elegerint: ſic tamẽ, ꝙ ille qui eligetur pro menſe ſecundo, non eligatur pro menſe tertio. qui quatuor habeant de nouo veniẽtes informare de agitatis in illo menſe finito. Et ſic ſucceſſiuè de ſingulis mẽſibus. Et illi duodecim eligant vnum ex eis ꝓ pręſidente, qui pro toto menſe ſit eorum præſidẽs, ad cuius mãdatũ cæteri deputati tenebuntur in loco per eos eligendo conuenire.

Itẽ ſi aliqua deputatio vel aliqua particularis perſona, habeat aliquam materiam prę manibus, ꝙ illam poſſit eiſdem deputatis ꝓponere, qui ſub iuramento præſtito tradendam (niſi ſibi placuerit) non reuelabunt.

Item

Item ꝙ deputationes, p̄cipuè in rebus arduis, & maximè ſi exigāt celeritatem, nō ſtatim ſuper propoſitis dum primò proponūtur, deliberabunt: ſed ad ſequentem cōgregationem differant propoſita, vt vnuſquiſq; habeat tempus cogitandi & maturè deliberandi ſuper propoſitis. Et ſi res propoſita grauis fuerit, poterit bis vel ter ſecundū exigentiam ſuæ grauitatis ſuper ea deliberari, vt maturiùs concludatur, quod fuerit multiplici deliberatione recenſitum: Sic tamen, ꝙ quilibet iuxta propoſita per præſidentē, reſpondeat pertinenter: & nō per materias extrà vagantes, ita ꝙ non inducat aliam materiam, quàm illam quæ per præſidentem fuerit introducta. Et ſi contingeret aliquem vel aliquos introducere materias alias, dominus præſidens non * faciat ſuper illis de- for. * alia liberatis protunc, ſed in * illa congregatione, niſi fortè materia talis fuerit, quæ vrgentem exigat celeritatem.

Item qñ in vna deputatione aliqua materia fuerit agitata & deliberata, ſi in bona ſententia omnes cōueniant, appūctuamētum ſuum per duos ad alias deputationes deferāt cum motiuis & perſuaſionib⁹ euſdem deputationis. Si verò nō fuerit omniū concors ſententia, & quantumcunquè vna pars numero excedat aliam, nihilominùs de qualibet parte ſumatur vnus, & ambo ad alias deputationes tranſmittantur, vt diuerſitas cum motiuis & rationibus vtriuſque ſiue omnibus innoteſcat, vt ſic aliæ deputationes perceptis rationibus & motiuis, clariùs valeant declarare.

Item quęlibet deputatio in deferēdo votum ſuum ſeu compunctuamentum ad alias deputationes, ſeruabit ordinem rerum de quibus agitur, vtpotè ſi res ad fidem pertinet, primò ad deputationem fidei deferatur, & indè ad alias. Et ſimiliter ſi res exigit celerem expeditionem, indilatè deferatur ad omnem deputationem, & ſimiliter in alijs. Communis verò deputatio tenebit eundem ordinem in deferendo communia ad alias deputationes.

Item prædicti duodecim deputati, ſemper in die præcedenti ad congregationem generalem conueniant cum præſidente cōcilij, cum appūctuamentis & auiſatis & agitatis deputationum, vt præſidens concilij ſit plenè informatus de ſingulis, quæ habebit in generali cōgregatione proponere cū motiuis & rationibus. Nihil autem ardui ꝓponat præſidens in congregatione generali ad deliberādū ſeu concludendū, niſi priùs fuerit ꝓpoſitū in ſingulis deputationib⁹ & agitatū: niſi caſus eſſet repētinus & talis, cuius mora eſſet nociua, tūc poſſet proponi. Quæcunq; verò in deputationibus agitata fuerint, ſiue omnes cōuenerint, ſiue non ꝓponat, dummodò ſaltem per duas deputationes ad proponendum fuerit requiſitus.

Item ſi in feria ſexta feſtum aliquod vel aliud impedimentum occurrerit, ꝙ in die Sabbati fiat congregatio generalis, niſi per præſidentem aliter intimatum fuerit. Et ità fiat, quòd nunquàm in ſeptimana generalis congregatio obmittatur.

Item quòd dominus præſidens in qualibet congregatione habeat Rotulum ſuum, in quo ponantur materiæ proponendæ. Et literis miſſiuis lectis, ſemper incipiat à grauioribus: ita tamen, quòd omnia puncta ſuper quibus eſt protunc declarandum, in principio explicentur.

Item exhortentur ſuppoſita deputationum, & etiam in congregatione generali per præſidentem, quòd ſi in deputationibus vel congregationibus ſint duæ vel tres opiniones, quicunque voluerint adhærere alicui illarum, non debeant reiterare quod iam dictū fuerit, niſi velint aliquid addere vel diminuere: ſed potuerint illam, quam voluerint, partem breui verbo eligere, vel nouam dicere, iuxta eorum voluntatem.

Item ſi in deputationibus ſint ſuppoſita non deliberantia propter arduitatem materiarum, & dicant ſe velle cum libris vel aliâs deliberare, nō cōcludatur, donec in ſequēti deputatione, in qua ſi dicere velint, audiant.

Item ne tempus inutiliter occupetur, & labatur in vanum, ordinetur quòd deinceps ſuper cauſis & rebus tractandis & expediendis in hoc ſacro concilio, ac in generali congregatione per dominum præſidētem ipſi concilio proponēdis, per priùs ſingularum deputationum præſidentes vel notarij referant auiſata, deliberata, ſeu concluſa in eiſdem. Et ſi contingat maiorem partem, hoc eſt, tres deputationes eſſe concordes, ilico quarta deputatio, imò quodlibet ſuppoſitum huius ſacri concilij, diligenter & ad plenum audiatur benignè cum ſuis rationibus & motiuis: quæ ſi forſitan excitationem aliquam ſeu difficultatem offerant, remittatur articulus ſuper quo difficultas fuerit exorta, ad deputationes ſingulas latiùs & maturiùs digerendus. Si verò rationes talium & motiua, dubietatem probabilem ſufficientem non adducant, concludatur quod probatum extitit & maturè digeſtum per tres deputationes.

Item qđ omnes deputati & q in poſterū incorporabuntur ipſi concilio, prout ſunt deputati, ſingulis diebus ordinarijs intrent ipſas deputationes, ad auiſandū & practicandum cauſas & materias occurrentes, ne quis prætendere poſſit ignorantiā proponendi in generali congregatione, & quòd per vota omnium, ſingula expediantur. Et qui tunc intrauerint abſque rationabili cauſa, ſeu qui non ſignificauerint hora debita ſe non poſſe intrare, & qui ante diſſolutionem receſſerint ſine licentia præſidentis, ipſius præſidentis arbitrio puniantur.

Item

Item omnia ſuppoſita concilij teneantur venire & ſtare in congregatione generali in Miſſis ſolennibus & proceſſionibus, quemadmodū ſupradictū eſt de deputationibus.

Item antequàm diſſoluatur congregatio generalis, aut ſingularum deputationū, per notarios congregationis generalis & etiam ſingularum deputationum legantur appunctuata & ordinata in eiſdem, vt ſi per dictos notarios aliquis defectus in ſcribendo fuerit commiſſus, corrigatur.

Item de qualibet deputatione eligatur vnus, qui quatuor prouideant ſe ſermonibus ad clerum ſingulis diebus ſolennibus fiēdis, quos ipſi pſonis idoneis ad hoc diſtribuant: & antequàm ſermo huiuſmodi per eum cui aſſignatus eſt, publicetur: priùs per eoſdem quatuor, vel alterum ipſorum videatur, ne error contingat aut ſcandalum aliquod exindè oriri. Et iſte ordo à feſto ſancti Michaelis in anteà ſemper continuetur.

Item ad expediēdum aliquid, dentur aliqui deputati: qui dum conueniunt, ille qui dignior & primus eſt, inter eos proponat materiam tractandam, & dirigat illam, & vota aliorum exquirat. Et ſi aliquis vel aliqui de concilio, non deputati, volunt intereſſe ad auiſandum, ſuper materia de qua eſt tractandū, poſſint auiſare deputatos de motiuis ſuis: & ſi placet deputatis ꝙ interſint, poterunt remanere.

	Pro cōmunibus,
Nomina 4. deputationū	Reformatorij,
in concilio, videlicet:	Fidei
	& Pacis.

Sequuntur inſtructiones deferendæ ambaſiatoribus concilij, continentes modos quibus ſe debēt habere cum ambaſiatoribus domini noſtri Papæ.

ET primò dicti ambaſiatores ſacri cōcilii deputati cum vno ex parte domini Protectoris, ibunt obuiàm præfatis dominis oratoribus, & ſuſcipient eos benignè & gratioſè, vt inter alia dicant eis, qualiter dominus Petrus ✱ Ponitein requiſiuit dominū cardinalē legatum ex parte ipſorum, vt procuraret eis tres ſaluoſconductus: & cùm ipſe dominus legatus inferret dominis de concilio, valdè ipſi ſunt admirati de huiuſmodi petitione ſaluiconductus, necnō & proprias cauſas in ſaluoconductu expreſſas.

Item exhortentur eos qui velint liberè huc venire ſine ſaluoconductu, quia reuerà non eſt opus, & ſuper his dicant quantum eis videtur, inducendo eos vt deſiſtant, nec curent de huiuſmodi ſaluiſconductibus. Si tamen omninò ipſi inſtent habere, tunc dicant noſtri ambaſiatores, qualiter prædictus dominus Petrus porrexit dicto domino legato certam formam, & curent ſcire ab eis, vtrùm illam dederint. Et ſi dicant quòd ſic, tunc ambaſiatores noſtri requirant notarios & teſtes, & dicant quòd licèt non eſſet neceſſarium eis dare ſaluomconductum noſtrum, nihilominùs ad ſatisfaciendum eis, oſtendant eis ſaluumconductum noſtrum, qui conceptus eſt in plena forma &c. Et ſi cauſarentur de aliquibus clauſulis omiſſis, videlicet de eundo vlteriùs, & de mittendis & recipiendis nuncijs, & quòd ✱ trahatur data ſaluiconductus ratio, exprimant iuſtas cauſas: prædicta verba ſunt omiſſa, prout circunſpectiones ipſorū ſciēt eis clarè declarare ſecundum mentem ſacri concilij. Et curent ipſi ambaſiatores noſtri, quòd in prædictis omnibus aſſint notarij & teſtes, & etiam ciues vel oppidani maiores loci, vbi dictos ambaſiatores reperient. Si autem nollent dicti oratores eſſe contenti de ſaluoconductu noſtro, tunc ambaſiatores noſtri proteſtentur coram notarijs & teſtibus &c. quòd per ſacrum concilium non ſtaret, quin ipſi veniant vel poſſint venire: admoneant etiam eos, quòd in redeundo non dicant vel faciant aliquid, quod ſit in derogationem vel læſionem concilij, quia timent, ne fortè alij ægrè ferentes hoc, facerent ſibi aliquam diſplicentiam, & etiam admoneant, quòd propter ſuſpicionem exortam non remaneant in Alemania, ſed quàm citius poſſint, reuertātur. Si fortè noſtri ambaſiatores ſenſerint eos aliquid cōmiſiſſe verbo vel facto contra honorem ſacri concilij, tunc ambaſiatores noſtri dicant, quòd ſecundùm decreta ſacri concilij poſſet procedi cōtra eos: nihilominùs ob reuerentiam ſedis Apoſtolicæ, & quia concilium vult procedere cum omni manſuetudine & pietate, ſunt contenti noſtri ambaſiatores, ꝙ ipſi in pace poſſint recedere, ſed caueant de futuro. Et de hoc auiſetur ille, qui mittetur nomine domini ducis Protectoris.

* tradatur

Declaratio ſaluiconductus.

LIcèt ſaluuſconductus per vos petitus ad hanc ciuitatem Baſileenſem veniendi, nō neceſſarius fuiſſet ex cauſis in alijs literis noſtris & per oratores noſtros expreſſis, nihilominùs nos volentes veſtræ poſtulationi, quantum cum Deo & honeſtate fieri potuit, ſatisfacere, ipſum ſaluumconductum in forma plena & ſufficienti per dictos oratores ad vos tranſmiſimus. Verùm quia dubitare videmini, vbi dubitandum non eſt, & in re clara ſcrupulum quæritis, difficultatem in aliquibus clauſulis non neceſſariā facientes: ideo vt cognoſcatis hanc ſanctam ſynodum in ſpiritu lenitatis & māſuetudinis procedere, & ne veſter acceſſus * conuentiuam fructuoſus, ſic impediri ex parte ipſius ſynodi videatur, prædictas clauſulas dicti noſtri ſaluiconductus hoc modo ex ſuperabundanti duximus declarandas, videlicet vt priuata collocutio quo ad res familiares

for.* conuentui

miliares

miliates & priuatas, & non concernentes negocia huius ſacri generalis concilij Baſileenſis in lęſionem ipſius ſacri concilij, nullatenus interdicta vobis intelligatur: quòdque verba illa, Vult etiam hæc ſancta ſynodus, vt poſtquàm ad veſtra propoſita & explicata reſponſum dederit, vel vos requiſierit &c. intelligantur, vt terminus octo dierum referatur ita ad reſponſum dandum, ſicut ad requiſitionem fiendam. Item quòd verbum illud, Per viam rectam: intelligatur, per eam qua veniſtis, vel per aliã vobis gratam & ſecuram, versùs partes Italiæ ſine dolo & fraude tendendo &c.

¶ Reformationes de ſuppoſitis huius ſacri Concilij.

ADmonet hęc ſancta ſynodus omnes ſacrum concilium celebrãtes, vt omnem grauitatem & honeſtatem, quæ viros Eccleſiaſticos decent, diligenter obſeruent, vitam & conuerſationem exemplarem ducant: &
for. *orbi legem cùm ad dandam toti * orbi cõuenerint, ipſi prius in ſe legem ſuſcepiſſe demonſtrent, ſint eorum mores ſine macula & ruga. Exhibeant ſe tanquam ſpeculum mundum, in quo alij ſpeculantes, normam & exemplum ſanctimoniæ accipiant. meminerint ſe eſſe ſal terræ, in quo opus eſt vt nunc ſanetur
Matt. 5. mundus. Sint tales iuxta pręceptum Domini, vt lumen eorum luceat coram hominibus, vt videant bona opera ipſorum, & glorificent patrem noſtrum qui in cœlis eſt. Ip-
1. Tim. 4. c ſis inquit Apoſtolus in perſona Timothei: Eſto exemplum fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate.
for. * Neceſſaria * Intima eſt bona conſcientia propter ſeipſos, bona fama propter proximos.

Et quantum ad conſcientiam attinet, vnuſquiſque eam ſæpè examinet & mũdet, quantum fieri poteſt, ab his omnibus, quæ diuinam maieſtatem offendunt. Qui ſacerdotes ſunt, ſæpè celebrent, alij verò ſæpè cõfiteantur. hoc plurimùm valebit ad gratiam Domini impetrandam. Alioquin ſi iniqui-
Pſal. 65. c 108. a tatem conſpexerit in cordibus eorum, non exaudiet Dominus, & oratio peccatoris fiet ei in peccatum.

Et quoniam opera quæ hoc ſacrum concilium conſequitur, nimis grandia ſunt, quę quidem viribus humanis nullatenùs effici poſſunt, neceſſariò ad Dominum recurrendum eſt orationibus, eleemoſynis, ieiunijs. Quilibet igitur de concilio, ſingulis diebus aliquam ſaltem breuem orationem ad Deũ porrigat pro ſucceſſu huius ſacri Concilij. Mandat etiam hæc ſancta ſynodus, vt ſingulis ferijs quintis, quàm diu durat tractatus Bohemorũ, in maiori eccleſia celebret Miſſa de Spirituſancto cum orationibus ad hoc inſtitutis. In qua omnes de cõcilio interſint. Ea autem die necnon diebus Dominicis & alijs diebus ſolennibus, quibus pſente concilio Miſſæ celebrantur, quilibet de concilio offerat in gazophylacio ſaltem vnum nummum, hoc modo, quòd duo curſores cum pyxidibus, vnus ab vno latere chori, alius ab alio, intra Miſſarum ſolennia recipiãt, quidquid à ſuppoſitis concilij offertur. Poſt Miſſam promotores concilij diſtribuant huiuſmodi oblationes pauperibus, de quibus ipſis videbitur. Eandem Miſſam de Spiritu ſancto quinta feria, ſancta ſynodus mandat ſolenniter celebrari in qualibet eccleſia collegiata & conuentuali huius ciuitatis.

Mandat etiam tam ſuppoſitis concilij celebrantibus, quàm alijs ſacerdotibus in hac ciuitate exiſtentibus, vt in Miſſis ſuis dicant aliquã orationẽ pro pace & vnitate Eccleſiæ.

Vt negocia quæ in deputationibus concilij agũtur, Deus oculo pietatis adſpiciat & proſperari faciat, expedit vt hi qui illa tractant, ad ipſas deputationes deuoti accedãt. ꝓpterea quęlibet deputatio antequàm negociari incipiat, audiat in communi Miſſam in loco, quem ordinauerit prope ipſam deputationem. Ibidèm omnes de deputatione curent intereſſe, niſi forſan aliqui ſint per ſe celebrantes.

Tempore diuinorum non fiant inuicèm collocutiones. Sed quilibet vel oret, vel cõtempletur quæ agũtur vel dicũtur in Miſſa.

Et quoniam (vt inquit Tobias) bona eſt Tob. 12. b oratio cum eleemoſyna & ieiunijs, quilibet ſemèl in hebdomada feria ſexta vel alia ieiunet. Et ſicut Moſes antequàm legem mereretur ſumere, ieiunauit: ita & nos legem Deut. 9. b c reformationis à Domino accepturi, & tradituri mundo, facere curemus. qui autem ieiunare non poteſt, det eleemoſynam.

His autem diebus quilibet in menſa ſua ſeruet moderationem ſobrietatemque ciborum, etiam ſi hoſpites adſint, non multitudine ac repræhenſibili varietate ferculorum, ſed modeſta & competenti refectione honorentur.

Prælati in menſis ſuis ſtudeãt ſeruare decretum Toletanum, quod tale eſt: Pro reuerentia Dei & ſacerdotum id uniuerſa cõſtituit ſynodus. Et quia ſolent crebrò menſis ocioſæ fabulæ interponi, in omni ſacerdotali conuiuio diuinarũ ſcripturarum lectio miſceatur: per hæc enim & animæ ædificãtur ad bonum, & fabulæ non neceſſarię prohibentur.

Quælibet etiam eccleſiaſtica perſona, antequàm cibum ſumat, benedicat: & poſt refectionem, orationes ab eccleſia inſtitutas dicere non negligat.

Caueãt ſuppoſita cõcilij, ad tollẽdas tentationes & murmurationes, ne conuiuia vel ſuſpecta cõmercia cum mulieribus habeãt.

Suppoſita concilij à verbis detractorijs, contentioſis, vel ſcurrilibus & malè ædificantibus quibuſlibet accuratè ſtudeant, ne factis aut verbis proximum ſcandalizent.

In via quilibet incedat pudicis oculis cũ mo-

tuodeſtia & grauitate. ad loca minùs honeſta nõ vadat, nec ad ſpectacula publica, choreas, ludos, haſtiludia, torneamenta & alia huiuſmodi. Veſtimentis vtantur, prout ſacri canones ſtatuerunt. abſtineant à coloribus rubeis & viridibus exceſſiuè. veſtimenta deferant talia, & tam retrò quàm à lateribus & antè clauſa, & ſine manicis ad cubitum pendentibus, & abſque foderaturis vltra oras excedẽtibus & infixuris. Nullus portet annulum, niſi cui competit ex officio dignitatis, & vnũ dũtaxat. Nec corrigias auri vel argenti ornatũ habẽtes, nec caligas *ſolatas, nec mitras, *ſinceas aut birreta lõga, ſed parua aut honeſta * caputia. tonſuras deferant ſuis ordinibus congruentes, & capillos ita tonſos, quòd aures pateant.

for. * ſericeas

Non portẽt in frenis, Sellis, aut pectoralibus equorum aurum, vel argentũ, aut ornamenta metalli depicti, aut figurati, aut mappas Sericeas, ſeu alia huiuſmodi ſuperfluitatum: & quòd huiuſmodi ornamenta equorum, ſint vnius coloris, non rubei vel viridis, nec calcaribus deauratis vtantur.

Et ne prelati in multitudine, ſed honeſtate familię gloriari videantur, incedendo per viam pedites, aut equites, quanto pauciores poſſunt, pręmittent familiares: Cardinales decẽ, patriarchæ octo, Archiepiſcopi ſex ante ſe.

Et quia qualis paterſamiliâs, tales & domeſtici eius: curandũ eſt, vt nõ ſolùm patres de Cõcilio, ſed & eorum ſamiliares decentẽ honeſtatẽ ſeruent. Quilibet igitur ſamiliares ſuos ſępè admoneat, ne quid reprehenſibile aut ſcandaloſum publicè vel occultè perpetrare audeant. huiuſmodi familiarum veſtes nõ ſint breuiores genu, ne diuerſorum colorum, nec cum ſciſſuris, ſrappis. vel * brodaturis, vel alia ornamenta aurea vel argentea, nec cincturas exceſſiuè ſumptuoſas. Sint eorũ caligę vnius coloris, ſimiliter & caputia. nec dagas ſeu cultellos vltra longitudinem vnius palmæ deferant.

for. * bordaturis

Nemo de ſuppoſitis concilij ludat, aut familiares ſuos ad taxillos, vel alios ludos inhoneſtos ludere patiatur. Nõ permittant à familiaribus ſuis per ciuitatem cum auibus ſe aſſociari.

Familiares dominorum de Concilio, beneficiati vel in ſacris conſtituti, taliter incedant, & non laicaliter tanquam ſcutiferi.

Omnes religioſi exiſtẽtes in hoc loco ſacri Concilij, portent habitus ſuarũ religionum in colore, valore, lõgitudine, amplitudine. Cùm incedũt per ciuitatem, veſtes deferant ſuperiores, iuxta inſtitutiones ſuorũ ordinũ: & canonici regulares pro veſte ſuperiori portent * croceam, mantellum, vel rediuidellum.

for. * croceum

Ne in hoc loco ſacri Concilij, religioſi ſine cauſa vagari pręſumant, teneantur ſtatim poſt primam diem aduentus ſui, præſentare ſe ſuperioribus ſuis, vel eorum vicarijs aut procuratoribus: & qui hic non habuerint ſuperiores vel eorum vicarios, repræſentent ſe generali pręſidenti. & ſi ſine legitima cauſa huc aduenerunt, reuertantur ad monaſteria eorum. quòd ſi, vt prædictum eſt, repræſentare ſe aut ad monaſteria reuerti cõtempſerint, de mandato prædictorum ſuperiorum ſuorum vel præſidentis, per Soldanum carceri mancipentur.

In cõgregatione generali deputationum ſeruetur debita modeſtia. In loquendo nullus aliũ maledictis aut contumelijs laceſſat. vnuſquiſq; de alio reuerenter & honeſtè loquatur, præſertim minores de maiorib9. Nemo aliũ loquentẽ interrumpat. vno loquẽte, cæteri ſilentium ſeruent. Quilibet proferat liberè votum ſuum, ad neminem niſi ſolum Deum reſpectum habens. Nemo humana affectione ſeu paſſione moueatur.

Animaduertant patres de Concilio verba illa quæ ſcribuntur in Paralipomenôn; Vi- 2. Para. 19 b
dete quid faciatis. nõ enim hominis exercetis iudicium, ſed Domini: & quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite. Meminerit ergo quilibet iuramenti in receptione ſua ad ſacrum Concilium præſtiti, videlicet quòd ſalubre conſilium dabit ſecundum DEVM & conſcientiam ſuam. In hoc loco, vbi de communi totius Chriſtiani populi ſalute agitur, omnis minima culpa, maxima eſt, in diſtricto Dei iudicio ſeueritate plectenda. Studeant ſuppoſita Concilij pacem & vnitatem, quam mũdo & Eccleſiæ dare procurãt, inter ſe priùs cuſtodire. Sint vnum in Domino, idipſum ſentiẽtes omnes. Non ſint inter eos ſchiſmata, contentiones & æmulationes. Seruent ſuper omnia fraternam concordiam: quia vt inquit Dominus, omne regnum ĩ ſe diuiſum, Matt. 12.
deſolabitur, & domus ſupra domum ruet. Nemo eorum ſuſcitet odiorum & rancorũ fomenta, quin potiùs extinguat. Alter alteri, ſi fortè ſe offenſum putat, ignoſcat: & hoc eſt, alterum alterius onera portare, & adimplere legem CHRISTI. Nemo iuxta iu- Galat. 6.
ramentum ſuum, vota ſingulorum reuelet, vndè nemini veriſimiliter odium ſequi poſſit.

Huiuſmodi ordinationes & exhortationes quilibet præſidens per ſuppoſita ſuę deputationis obſeruari faciat, inquirendo diligenter, an quiſquã tranſgrediatur. Tranſgreſſorem autem charitatiuè corrigat, & ſi ſe non emendet, adhibeat cum conſilio aliquorũ de maioribus ſuæ deputationis efficax & opportunum remedium: promotores etiam Cõcilij ſolicitè huiuſmodi tranſgreſſores inquirant, & ſuæ deputationis deferant præſidenti.

Quilibet pręſidens deputationũ, in principio ſuæ pręſidentię prædicta in ſua deputatio-

tatione legi faciat, vt ſuperuenientibus innoteſcant.

Præſidens autem Cõcilij, deputet aliquos qui ſolicitent ciues, vt ea quæ pro honeſtate ciuitatis inſtituta ſunt, executioni demandentur, & debitè cuſtodiantur.

Admoneantur Baſileenſis Epiſcopus & Officialis ſuus, vt prædicta clero ſuo intimẽt, & inuiolabiliter obſeruari faciant.

ARTICVLI OBLATI

Concilio ex parte regni Bohemiæ, marchionatus Morauiæ &c. Anno Domini 1433. in feſto Sancti Tiburtij. poſt Laurentij.

Hæreticorum ſunt hæc.

HOs articulos paternitatibus veſtris offerimus, quatenus intuitu optandæ cunctis mortalibus pacis & vnitatis, velitis ipſis in hac forma ſubſcripta veſtrum præbere cõſenſum, vt liberè teneantur, doceantur, & irreuocabiliter obſeruentur in regno Bohemiæ & marchionatu Morauiæ, ac locis eius adhærentibus in hac parte.

Art.I. Primò, vt communio diuiniſſimæ Euchariſtię vtilis & ſalubris ſub vtraq; ſpecie, ſ. panis & vini, vniuerſis Chriſtifidelibus in regno Bohemiæ & marchionatu Morauiæ ac locis eis in hac parte adhærentibus conſtitutis, per ſacerdotes liberè miniſtretur.

II. Secundò, vt omnia peccata mortalia, & præſertim publica, per eos quorum intereſt, rationabiliter & ſecundum legem Dei cohibeantur, corripiantur, & eliminentur.

III. Tertiò, vt verbum Dei à ſacerdotibus Domini & Leuitis idoneis, liberè ac fideliter prædicetur.

IIII. Quartò, quòd non licet clero, tempore legis gratiæ, ſuper bonis temporalibus ſeculariter dominari.

Ipſius autem, quam vtrinq; diutinè optauimus, vnionis tenorẽ offerimus in hac forma: Parati ſumus vniri & eſſe vnum, modo quo omnes Chriſtiani fideles vniri ſecundũ legem Dei obligantur, & adhærere & obedire quibuſcunq; nobis legitimè præfectis in oĩbus eccleſiaſticis, quæcunq; nobis ſecũdũ legem Dei mandauerint: ꝙ ſi quidquam Cõcilium, Papa aut prælati, quod à Dño prohibitum eſt, determinauerint faciendũ, aut facere iuſſerint, vel quod in canone Bibliæ ſcriptũ eſt, præterierint aut præterire mandauerint, cùm canones tales dicant execrabiles, & anathema obedire, cùm non obligabimur, nec obediemus, hæc vobis offerimus inter nos & vos, vt ſupponimus, concludenda, expeditis noſtris quatuor articulis ſecũdũ iudicẽ parte ex vtraq; concordatũ, cuius ſententiam & iudicium etiam in futurum emergentibus volumus ab omnibus acceptari.

Scilicet hæreticorum eſt de Concilijs Pontificibus & prælatis ferre ſententiam.

Præterea iſtud per ambaſiatores noſtros tandem pro finali vnione facienda mittendos, volumus exigente & vrgente æquitate, propter obſeruationem & confirmationem pacis & vnitatis obtinendæ, & vnione facta, Concilium ſuis patentibus literis præcipiat omnibus primatibus, Archiepiſcopis, regibus & principibus, & vniuerſis vtriuſq; ſtatus ſibi ſubiectis, quatenus nos & nobis in hac parte adhærentes, & adhærere volentes, ampliùs palàm vel occultè hæreticare, ſeu quouis modo infamare, aut etiam hoſtiliter inuadere non præſumant, propter aliquem dictorum articulorum, & præſertim propter primum, quem aſſerimus & aſſerere proponimus, Dominico cadere ſub præcepto vſq; ad diſcuſſionem finalem, mutuam & cõcordem, per Concilium & nos ſecundum ſententiam iudicis in Egra condictam, circa difficultates prædictorum articulorum, ſi quæ occurrerint fienda. Nam illius æquiſſimi iudicis legibus & decretis optamus, Domino diſpoſitore, in Concilio ſedentis incorporari fideliter ad reformationem totius Eccleſiæ in capitibus, artubus & membris. Quam quidem ſententiam, vt veridico didicimus relatu, vti propoſuit Concilium circa reformationem Eccleſiæ atq; ſpopondit &c.

Inſupèr, vt litium & iurgiorum inter nos & * Conicolas noſtros miſteria radicitùs euellatur, circa vnionem inter nos & Concilium celebrãdam, iſtud volumus per nuncios noſtros ad Concilium mittendos obtineri, vt facta vnione, ipſum Cõcilium modis & hortamentis congruis ſcribat, indicat & efficiat, quãtum in eo eſt, quatenus omnes & ſinguli ſacerdotes cuiuſcunque præeminentię aut dignitatis exiſtant, in eiſdem regno & marchionatu, præſertim qui ipſos articulos nondum in effectu obſeruãrũt, queant cũ honore ſui obſeruare, & valeant libere ac fideliter exequi & amabiliter obſeruare & docere. Nam ſic in ſancta veritate vniti erimus, nũc gratiæ diuinæ participes, & in futuro viſionis ipſius iocundæ conſortes. Amen.

Inſtrumentum factæ pacis inter Regem Franciæ & ducem Burgundiæ per legatos Concilij.

IN nomine Domini, Amen. Tenore præſentis publici inſtrumenti cunctis pateat euidenter & ſit notum, ꝙ Anno à natiuitate eiuſdẽ 1435. indictione 13. die verò Sabbati, 5. menſis Nouembris, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac domini noſtri, domini Eugenij diuina prouidentia Papæ IIII. anno 5. reuerendiſſimis in Chriſto patribus ac dominis, domino Iuliano tituli Sãctæ Sabinæ, ſanctæ ſedis Apoſtolicæ in Germaniam legato, Ludouico tituli Sanctæ Cæciliæ Arelatenſi presbyteris, Proſpero Sãcti Georgij ad * velum aureum diacono de Columna, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus vulgariter nuncupatis, Ioanne Archiepiſcopo Tarentino, Petro Epiſcopo Paduano,

* vellus

no, Ioãne Antiocheno, Ludouico Aquileienſi Patriarchis, Amedeo Lugdunenſi, Henrico Bituricenſi Franciæ, reuerendiſſimis patribus dominis Bernardo Aquenſi Angliæ, Aluaro Conchenſi, Alphonſo Burgenſi Caſtellæ & Legionis, Nicolao Vuexonienſi Daciæ &c. Petro Dignenſi Siciliæ &c. venerabili viro domino Nicolao præpoſito Cracouienſi Poloniæ regum ſereniſſimorum, dominis Ioanne Niuernenſi Burgundiæ, Matthæo Albinganeñ. Epiſcopis Mediolani Ducum illuſtriſſimorum, Ioanne Ciſtercienſi, Alexandro Virziliacenſi, ordinis Sancti Benedicti Cabilonenſis, & Eduenſis diœceſis monaſteriorum abbatibus, Ioanne Pulchripatris, Dionyſio Sambrenais in ſacra pagina doctoribus almæ vniuerſitatis ſtudij Pariſienſis, in ſacro Baſileenſi Concilio nuncijs & ambaſiatoribus, alijsq́; reuerendiſſimis & reuerendis patribus & dominis, dominis Archiepiſcopis, Epiſcopis, abbatibus, doctoribus, & magiſtris in magna multitudine & numero copioſo ſacrum Baſileenſe Concilium repræſentantibus & celebrantibus, in generali congregatione de manè in maiori eccleſia Baſileenſi more ſolito congregatis. Præfatis reuerendiſſimis patribus dominis, Cardinali legato, Archiepiſcopo Tarentino, & Epiſcopo Paduano, & pro nomine ſanctiſſimi domini noſtri Papæ præſidentibus in eadem, in dominorum, teſtium & noſtrum notariorum publicorum infraſcriptorum præſentia, lectis primitus deliberationibus ſacrarum deputationum pro dicta generali congregatione hac die de manè celebranda, ad audiendum reuerendiſſimi patris domini Hugonis Præneſtini Cardinalis de Cypro legati cum poteſtate de latere, ac reuerendorum patrum & venerabilium virorum dominorum Nicolai Vuexonienſis, Matthæi Albinganenſis Epiſcoporum, Nicolai præpoſiti Cracouienſis, &* Guilhermi Hugonis Archidiaconi Metenſis, ſacri Concilij ambaſiatorum miſſorum ad conuẽtionem Atrebatenſem, pro pace Chriſtianiſſimi regni Franciæ tractanda, & de eadem conuentione redeuntium, de geſtis per eos circa huiuſmodi pacem relationem faciendam: Concluſoq́; per reuerendiſſimum dominum Cardinalem legatum alterum dominorum præſidentium nomine & authoritate ſacri Concilij ſuper huiuſmodi generali congregatione celebranda, præfati domini legatus & ambaſiatores acceſſerunt ad dictã generalem congregationem pro huiuſmodi ſua relatione facienda. Et ſedẽtibus ipſis dominis legato & ambaſiatoribus in altera bãcha, in qua reuerẽdiſſimi patres domini cardinales & præſidentes ſanctiſſimi domini noſtri Papæ in generalibus congregationibus ſedere conſueuerunt, requiſitiſq́; & exhortatis dominis & Patribus de ſacro Concilio per eũdem reuerendiſſ. dominum Cardinalem de Cypro legatum, vt ipſi haberent eundem dominum Cardinalem & alios dominos ambaſiatores in huiuſmodi ſua relatione facienda patienter & benignè audire: deinde facta priùs per dominum Epiſcopũ Vuexonienſem ſolenni collatione ſub themate, Gaudium & lætitia inuenientur in ea, gratiarum actio & vox laudis &c. præfatus venerabilis & circunſpectus vir dominus Archidiaconus Metẽſis dixit eorum inſtructiones fuiſſe tripartitas. Primò inſtruebantur Epiſcopi partes contendentes exhortari tam in genere quàm in ſpecie ad pacem & concordiam per omnia media poſſibilia. Secundò eis committebatur pacis & concordiæ præfatę ſpecialis proſecutio facto & opere. Tertiò eis dabatur facultas ſingula bene geſta interpretandi, roborandi, ac pœnis & cenſuris validari. Dicebatque & ex harum inſtructionum directione, quantum fieri potuit, eis commiſſa fideliter peregerunt, ipſaque geſta per eos ſecundum ordinem inſtructionum ſuarum, ſpecifice & articulatim recitauit, primam partem earum declarauit, qualiter poſt aduentũ in ciuitate Atrebatenſi coram illuſtriſſimo Domino Burgundiæ propoſuit ſolenniter dominus Nicolaus de Polonia, perſuadendo ſibi pacem & concordiam. Deinde ad idem coram ambaſiatoribus Chriſtianiſſimi domini Regis Franciæ dominus Albinganenſis. Poſtremò dominus * Vuexionenſis coram ambaſiatoribus ſereniſſimi domini regis Angliæ, ipſos ad pacem medijs & vijs poſſibilibus inducendo. Recitat vlterius dictus dominus Archidiaconus quomodo tractatum ipſius pacis & concordiæ ſpecialiter fuerunt proſecuti, iuxta ſecundam partem ſuarũ inſtructionum, aperiendo & declarando articulatim & ſucceſſiuè oẽs oblationes factas hinc indè inter Gallicos & Anglicos, quarum vltimæ finales & in quibus partes ipſę immutabiliter perſiſtebant, fuerunt hæ: Pro parte Chriſtianiſſimi Regis Franciæ, oblatum eſt Anglicis omne dominium, quod tenent & occupant in ducatu Aquitaniæ, necnon totus Ducatus Normanniæ modo & forma contentis in quadam litera ſigillis omnium dictorum ambaſiatorum ſigillata, & illuſtriſſimo domino duci Burgundiæ tradita. Pro parte Anglicorum fuit oblatum regi Chriſtianiſſimo Franciæ totum id quod tenet & poſſidet in Francia tam citra Ligerim quàm vltra. Hoc adiecto, q̃ terrę, dominia & oppida vnius obedientiæ, incluſa ſeu incluſa in dominijs alterius obedientiæ, cõmutabuntur ad alias terras & alia oppida, ita ſeu incluſa inter domania alterius obedientię, ſecundum commodiorem vſum alterutrius partium. Item hoc mediante, offerebant matrimonium ſui regis ſine alio onere dotis, etiam liberationem domini ducis Aurelianenſis mediante financia competenti.

Eſa.51.a

Locus obſcurus

Narrauit

Digitized by Google

Narrauit poſtmodùm, quòd finaliter legati & oratores ſacri Concilij & ſedis Apoſtolicæ, dixerunt dominis ambaſiatoribus Angliç, attento quòd pater moderni regis Franciæ Chriſtianiſſimi, auus, proauus, & alij ſui prædeceſſores, à tanto tempore, & per tantum tempus, cuius principij memoria non exiſtit, fuerunt in poſſeſſione quieta & pacifica coronæ Franciæ, & tales habiti, ac etiam per ſacra Concilia generalia, ſummos pontifices, Imperatores, & alios omnes principes orbis ſic nominati verbo & literis, certè propterea eis videbatur, quòd ipſios regis oblationes erant rationabiles pro pace & concordia, & nullo modo per Anglicos refotandæ, ſed omninò acceptandæ. Et caſu quo eas non acceptarent, volebant adire præfatum dominum ducem Burgundiæ, ipſum exhortando, vt regno Franciæ quantùm in eo arat, daret pacem & tranquillitatem, pacem cum rege faciendo, prout etiam in mandatis haberent. Deinde dixit idem dominus Archidiaconus, quòd quia ipſi domini ambaſiatores Angliæ receſſerant abſque communione vel acceptatione oblationum Gallicarum, quæ (vt ſuprà) eiſdem dominis Legatis rationabiles quàm plurimùm videbantur, adiuerunt realiter præfatum dominum ducem Burgundiæ, ipſumque tam authoritate ſacri Concilij, quàm ſanctiſſimi domini noſtri Papæ exhortati ſunt, & requiſierunt omnibus melioribus medijs & vijs, quibus potuerunt ad huiuſmodi pacem & cõcordiam cum Chriſtianiſſimo domino Rege Franciæ (de qua ipſe dominus dux & ſui progenitores traxerunt originem) iniendam & faciendam. Tandem datis & oblatis per dominos ambaſiatores domini Francorum Regis certis oblationibus, quæ iuſtæ & rationabiles videbantur, dicto domino duci Burgundiæ pro ſuo intereſſe, ipſe dominus dux volens parére exhortationibus, requiſitionibus, immò verò mandatis ſacri Concilii & ſanctiſſimi domini noſtri Papæ, declarato priùs per præfatos dominos legatos & ambaſiatores authoritate qua ſoprà, quòd licitè & ſine nota ſeu iactura honoris ipſius domini ducis, præfatus illuſtriſſimus dominus dux, non obſtantibus prætenſis conuentionibus, per eundem dominum ducem, aliâs diuæ memoriæ progenitorem moderni regis Angliæ, & regi Angliæ moderno initis & factis, poterat & debebat pacem & concordiam cum Rege Franciæ facere & inire. Reſpondit ſe velle parére & obedire. De qua quidem declaratione & alijs pręmiſſis prælibati domini legati & ambaſiatores authoritate qua ſuprà literas opportunas eorum ſigillis ſigillatas, præfato illuſtriſſimo domino duci illas poſtulanti dederunt & obtulerunt. Qua quidem relatione ſic (vt præfertur) facta, præfati domini legati & ambaſiatores per organum ipſius domini Archidiaconi petierunt, & requiſierunt à ſacro Concilio, quatenus dignaretur omnia ſcta & geſta per eos circa huiuſmodi tractatum pacis habere rata & grata, ac illa approbare, defectusque ſi in huiuſmodi tractatu interueniſſent, ſupplere.

Locus obſcurus.

Hoc idem venerabiles viri magiſtri Aimarus de Rouſſilione, Hugo Berardi, & Bartholomæus de Fraxino, promotores ſacri Concilij, & nomine promotorio eiuſdem petierunt, & requiſierunt, & quilibet eorum petijt & requiſiuit. Super quo per ſacrum Concilium & dominos & patres ipſius ſacri Concilij, nemine diſcrepante, reſponſum extitit per verbum, Placet. Quibus ſic actis, reuerendiſſimus pater dominus Cardinalis legatus & pręſidens nomine & authoritate ſacri Concilij, de huiuſmodi ſanctiſſima pace inter pręfatos dominos Regem Franciæ & ducem Burgundiæ reformata, dedit laudes ſanctiſſimæ Trinitati, regratiando ſanctiſſimo domino noſtro ſummo Pontifici, præſatis dominis legatis & ambaſiatoribus, de laboribus per eos in huiuſmodi ſancto negocio aſſumptis. Exhortatusque eſt dominos de ſacro Concilio, vt huiuſmodi paci generali velint operam dare vſque ad conſummationem eiuſdem. Adijciens contra detrahentes ſacro Concilio, quòd ſi Concilium duraſſet per viginti annos, & non fuiſſet aliud agitatum, niſi de illa benedicta pace Franciæ, adhuc non deberent ſacrum Concilium diffamare, immò illud laudare & benedicere. De & ſuper quibus omnibus ſingulis pręmiſſis pręfati domini promotores nomine promotorio quo ſuprà, petierũt, & quilibet eorum petijt à nobis notarijs publicis & dicti ſacri Concilij ſcribis infraſcriptis, ſibi & omnibus quorum intereſt, fieri atque tradi vnum vel plura, publicum & publica, inſtrumentum & inſtrumenta. Acta fuerunt hæc Baſileæ in dicta generali congregatione ſub anno, indictione, die, menſe & pontificatu, quibus ſuprà, præſentibus ibidèm venerabilibus & circunſpectis viris, dominis & magiſtris, Ioanne Pulchripatris, Dionyſio Sambrenays, Radulpho de Porta, in ſacra pagina doctoribus, & Guidone de Vercellis magiſtro in artibus Pariſienſi, vnà cum pluribus alijs teſtibus ad præmiſſa adſtantibus.

COPIA TRACTATVS ATREBATENSIS,

Celebrati inter Regem Franciæ, & Ducem Burgundiæ.

PRimò rex dicet, vel per ſuos ſufficienti poteſtate fulcitus, dicere faciet duci Burgundię, quòd mors quondàm ſui patris, cui DEVS parcat, fuit iniquè & malitioſè facta per illos qui perpetrârunt dictum ſcelus, & ex malo conſilio, & ſemper ſibi diſplicuit, & de præſenti diſplicet ex toto corde ſuo: & ſi ſciuiſſet dictum caſum, & fuiſſet in tali ætate & diſcretione intellectus, in quo eſt de præſenti, ipſe obuiaſſet toto ſuo poſſe. Sed ipſe erat benè iuuenis, & habebat illo tempore paruam notitiam, & non fuit ita aduiſatus, quòd in hoc prouideret: & rogabit dictum dominum Burgundiæ, quòd omnem rancorem & odium, quæ poteſt habere contra ipſum occaſione præmiſſorum, tollat de corde ſuo, & quòd inter eos ſit bona pax & dilectio, & de hoc fiat expreſſa mentio in literis, quę fient de concordia & tractatu ipſorum.

Item quòd omnes illi qui perpetrârũt dictum ſcelus, & cõſentientes fuerunt, rex ponet perditioni, & faciet diligentiam poſſibilem capiendi & appræhendendi ipſos, in quocunque loco reperiri poterunt, ad puniendum eos in corpore & in bonis: & ſi appræhendi non poterunt, eoſdem banniet, & banniri faciet ſine gratia ſeu reuocatione de regno & delphinatu, eorum omnia bona cõfiſcando, & remanebunt extra omnem concordiam.

Item non patietur rex aliquem eorum recipi, aut ſibi aliquem fauorẽ dari in ſuo dominio: immò faciet proclamari per omnia loca regni & delphinatus, quòd nullus eos receptet, aut fauorizet, ſub pęna confiſcationis corporis & bonorum.

Item in continenti poſt concordiam dictus dux Burgundiæ, nominabit eos de quibus eſt vel erit informatus, ipſos perpetraſſe dictum ſcelus, vel conſenſum præbuiſſe, vt in continenti diligenter procedatur contra eos. Sed quia dictus dux Burgundiæ, nondũ potuit habere veram notitiam de omnibus illis, qui perpetrarunt dictum ſcelus, aut cõſentientes fuerunt, omni tempore quo debitè fuerit informatus de aliquibus alijs, eos poterit nominare & ſignificare per ſuas literas patentes, aut aliâs ſufficienter Regi, qui in hoc caſu tenebitur procedere contra eoſdem ſtatim modo ſuprà deſignato.

Item pro anima defuncti ducis Burgundiæ, & defuncti Arthâbaut de Foys domini de Noualia ſecum interfecti, & omnium aliorum interſectorum occaſione dictarum guerrarum iſtius regni, fiet in Eccleſia de Monterean, in qua fuit præſepultum funus dicti defuncti ducis Burgundiæ, & ante plateam in qua fuit ſepultus, fundabitur vna capellania perpetua vnius baſſæ MISSÆ de REQVIEM ſingulis diebus, quę reddituabitur ad ſummam ſexaginta librarum Pariſiẽſium annuatim, & aptabitur calicibus & ornamentis ad expenſas Regis, & collatio ſpectabit ad ducem Burgundiæ & ſucceſſores in perpetuum.

Item in dicta villa de Monterean, vel propinquiori loco, cõſtruetur per regem & ſuis expẽſis vnum monaſterium duodecim Carthuſienſium cum vno Priore, vnà cum clauſtro de illis, & cæteris monachis, qui dotabuntur per regem octingentarum librarum Pariſienſium reddituallium, * iuxta ordinationem Cardinalis ſanctæ Crucis.

Item in loco, vbi fuit perpetratum dictũ ſcelus, ædificabitur vna Crux expenſis regis talis facturæ, prout aduiſabitur per dictum Cardinalem ſanctæ Crucis.

Item in Eccleſia Carthuſienſi prope Diuionem, in qua requieſcit corpus defuncti ducis Burgundiæ, fundabitur expenſis regis vna MISSA alta de REQVIEM, ſingulis diebus in perpetuum dicenda in magno altari, quod fundabitur de centum libris Pariſienſibus reddituallibus, & munietur calicibus, ornamentis &c. vt ſuprà.

Item dictæ MISSÆ inchoabuntur in cõtinenti poſt concordiam habitam, & ędificia agenda in villa de Monterean, inchoabuntur ſtatim infra menſes tres, poſtquàm eadẽ villa fuerit reducta ad obedientiam regis, & infra quinq; annos erunt omnia expedita ſine intermiſſione operis. Et quo ad fundationes, ſtatim poſt concordiam factam, fiet & expedietur fundatio altæ MISSÆ celebrandæ à Carthuſienſibus cum omnibus appẽdentijs. Et ibidẽ expenſis regis celebrabitur MISSA baſſa, quę debet fundari in Eccleſia de Monterean, donec villa de Monterean reducta fuerit ad obedientiam regis. Et quantum ad fundationem & ædificia quæ debent fieri in dicta villa de Monterean, poſtquàm reducta fuerit ad obedientiam, deponatur in manibus ducis Burgundiæ certa ſumma pecunię, ad complendũ redditus dictarum octingentarum propinquiùs de loco Monterean quo fieri poterit, non compræhendendo illas cẽtum libras reddituales, quæ debent aſſignari pro fundatione dictæ MISSÆ altæ in Carthuſia Diuionenſi celebrandæ.

Itẽ in recompenſationẽ iocaliũ, & cęterorum mobilium, quæ habebat defunctus dux tempore ſui obitus, quæ tunc capta & perdita fuerunt, rex ſoluet duci Burgundiæ ſummam quinquaginta millium veterum ſcutorum, ſexagintaquatuor pro marcha, & vigintitria* carato cum dimidio, aut aliam monetam conſimilem in tali valore. Et vnà cum hoc, reſeruabitur duci Burgundiæ actio, quã præten-

Digitized by Google

prætendit pro pulchro * colati defuncti patris ſui, contra omnes qui illud habent vel habueruot.

Item pro parte regis tranſportabitur dicto duci Burgũdiæ pro ſe & ſuis hæredibus in recta linea, ſiue maſculi ſiue fœminæ fuerint ciuitas & comitatus Matiſconenſis, vnà cum omnibus villis, villagijs, terris, cenſibus, redditibus & emolumentis quibuſcunque ſpectantibus ad regem & coronam Frãciæ, & per Bailliuatum regalem Matiſconenſem & ſancti Gẽgulphi, & in metis ſuis, vnà cum omoibus pertinentijs comitatus Matiſconenſis, & alijs dominijs, quæ tenet & tenere debet rex per totum Bailliuatum Matiſcooẽſem, & ſancti Gẽgulphi, in omnibus feudorum & valuaſſorum iuribos, confiſcatiooibus, patronagijs eccleſiaſticis, collationibus beneficiorũ & alijs iuribus & emolumentia quibuſcunque, ſine quacunque reſeruatione pro parte regis facienda de illo quod coocernere poteſt dominium & iuriſdictionem ordinariam comitatus & locorum ſupradictorum. Eſt tamen reſeruatum regi feudum & homagium bonorum & iurium prædictorum, reſortum, & ſupremum domioium vnà cum cuſtodia & ſupremitate Eccleſiarum, & ſubditorum ipſarum, quæ ſunt de fundatione regali, ſitarum in metis dictorum bailliuatuũ & inclauatorũ in eiſdem. Saluo etiam iure regali vbi locum habere poteſt, & etiam alijs ioribus regalibus ab antiquo ſpectãtibus ad coronam Franciæ in prędictis Bailliuatibus, de quo comitatu gaudebit præſatus dux & ſui hęredes in feudum & bomagium à rege, ſicut pares Erànciæ ſub ſorte regis & curiæ Parlameoti, ſicut cæteri Pares regis Franciæ.

Item pro parte regis tranſportabũtur dicto duci Burgundiæ, & illi de ſuis hæredibus legitimis, de ſuo corpore procreatis, cui dimittet cuſtoditum ſuum dictum comitatũ Matiſconenſem, omoes vtilitates & emolumenta ſupremi dominij ſpectantis ad regem io dictis Bailliuatibus, ſiue hoc ſit occaſione gardiæ & ſupremitatis Eccleſiarum, quæ ſunt de fundatione regali, & ſubiectorum iurium regalium, aut aliàs quouis modo, & etiam io cõfiſcationibus pro quocunque caſu, pœois & emendis & exercitio iuſtitiæ, commoditas & emolumeotum monetæ & alijs vtilitatibus quibuſcunque: de quibus omnibus gaudebit dictus dominus dux & ſuus hætes ad vitam ſuperuiuentis tantùm modo & forma quæ ſequuntur, videlicet quòd ad nominatiooem dicti domini Burgundiæ & ſui hæredis poſt eum, rex committet illum qui erat Baillinus pro dicto Domino Burgundię, iudicem regalem & commiſſarium ſui ex parte, ad cogitãdum de omnibus caſibus regalibus & aliis occurreotibus in dictis patrus, locis & inclauaturis ſupradictis & formis, quibus conſueuerunt Baillini regales Matiſconẽſes, qui temporibus præteritis ibidèm fuerunt, & ſimili modo committeotur per regem, ad nominationem dicti ducis & ſui hæredis, omoes alii officiarii neceſſarii pro exercitio iuriſdictionum & iurium regalium ſiue ſint Caſtellani, præpoſiti, clientes, receprores &c.

Item ſimiliter tranſportabuntur dicto domino Burgundiæ & ſuo hæredi poſt eum omnes vtilitates ſubſidiorum granariorum pro ſale, gabella vinorum venditorum ad debitolium pedagium, ſeu vectigale omniũ mercantiarum talliæ, foagia, & quæcunque ſubuẽtiones impoſitæ & imponẽdæ in partibus Matiſcooenſi, Cabilooenſi, Edueoſi & Lingonẽſi, quantũ ad dicta territoria ſe extẽdere poſſunt per ducatũ Burgũdiæ, comitatum de Charoloys, & comitatum & patriã Matiſconenſem, & in villis ac terris quibuſcunque inclauatis in dictis ducatu, comitatu & aliis locis: & ad dictum ducem & ſuum hęredem ſpectabit nominatio officiariorum ad præmiſſa neceſſariorum, & ioſtitutio ad regem, vt ſuprà.

Item per regem tranſportabitur dicto domino Burgundiæ perpetuum pro ſe & ſuis hæredibus, ſiue maſculis ſiue fœminis, in directa linea procreatis, ciuitas & comitatus Antiſſiodorenſis vnà cum omnibus & ſingulis pertinentiis in iuſtitia regali feudorum, ſub ſendis, patrooagiis eccleſiarom, collationibus beneficiorum, ſiue aliàs quouis modo ad tenendum illa à rege ſub fide, homagio & Paritate Franciæ, ſub reſorto regis & curiæ Parlamenti ſine medio ſicut alii Pares.

Item tranſportabontur per regem dicto domino Burgundiæ, & illi de ſuis hæredibus, cui dimittet poſt obitum dictum comitatum, omnia & ſingula emolumenta quę eueniunt in dictis ciuitate & comitatu, & in omnibus villis inclauatis in dicto comitatu, quæ tamen non ſunt de eodẽ, ſiue ſpectẽt eccleſiis, aut alijs ad cauſam iurium regalium etiam quocunque modo & regalibus confiſcationibus, pœnis & emendis ac exercitiis iuſtitiæ, aut aliàs quomodolibèt, quibus domious dux & ſuus hæres pro tempore, vita alterius ſuperuiuentis duntaxat dorante, gaudebuor, & per modum ſuprà declaratum, videlicet quod ad oominatiooem &c.

Item vlterius pro parte regis erunt tranſportati dicto domino Duci & ſuo hæredi omnes profectus ſubuentionis granariorũ, ſalis, gabellæ, vinorum venditorum, & cætera vt ſuprà, pro ſe & ſuo hærede &c.

Item per regem traoſportabuotur præfato domioo duci Burgundiæ & ſuis hæredibus in recta linea, ſiue maſculis ſiue fœminis, caſtrum, villæ & caſtellaria de Barro ſuper Sequanam, cum omnibus appeodentiis vel regimine, iuſtitia, feudo, patro-

natu.collatione beneficiorum,tenendo in fide homagio & paritate,vt ſuprà.

Item tranſportabuntur præfato duci & ſuo hæredi omnes profectus granariorum, ſalis,gabellæ,& cætera vt ſupra.

Item tranſportabitur à rege ipſo duci pro ſe & ſuis hæredibus comitibus Burgundiæ perpetuè & hæreditariè garda, cuſtodia ſeu protectio Abbatiæ de Lexeu, ac omnia iura,profectus & emolumenta quæcunque attinentia gardiæ prædictæ, quam rex ad cauſam comitatus Campaniæ dicit ſibi attinere, quanuis comites Burgundiæ in antea prætenderunt & querularunt in contrarium, pro eo quòd illa Abbatia erat extra regnum.

Item per regem tranſportabuntur dicto domino duci pro ſe & ſuis hæredibus in recta linea maſculis tantùm, caſtra, villæ, caſtellariæ præpoſituræ forenſes Peronæ, Mout Didier,&* Roys,cum omnibus ſuis attinentijs &c. patronatu, & collatione beneficiorum,tenendo in homagio & paritate reſorto,vt ſuprà.

* Roix

Item tranſportabit rex dicto domino duci & ſuo hæredi maſculo, cui poſt ſuum deceſſum deputabit dictas villas Peronæ,Mout Didier & Voye, omnia emolumenta ex illis villis,caſtellarijs,& præpoſituris forenſibus, & in villis, terris, ſubiectis & reſortis ipſis villis,caſtellarijs & præpoſituris,cauſa iuriũ regalium quomodocunque fuerit, tam in confiſcationibus,emendis,exercitijs iuſtitię, quàm aliter,ad gaudendum per ipſum ducẽ & ſuũ hęredem duntaxat per modum ſuprà declaratum, ſcilicet quòd ad monitionem ducis vel ſui hæredis, rex inſtituet &c.

Item tranſportabuntur eidem duci & ſuo hæredi omnes prouentus ſubuentionis granariorum,ſalis,gabellæ, &c.vt ſuprà.

Item à parte regis dimittetur dicto duci & illi de ſuis hæredibus, cui dimittet comitatum Artheſij, compoſitiones aiadarum dicti comitatus, reſortita & incluamenta, aſcendentia pronunc ad trigintaquatuor M.annuatim vel circiter.ſine hoc quòd ipſe vel ſui hæredes ſint adſtricti indè habendi aliud donum vel oblationem. Et nominabunt dictus dux & ſuus hæres tales officiarios &c.quos rex terris inſtituet &c. & ipſis ſuper hoc faciet deliberate.

Item rex tranſportabit Domino Burgundię pro ſe, ſuis hæredibus, & habentibus cauſam ſeu intereſſe perpetuè omnes ciuitates,villas, fortalicia, terras & dominia attinẽtia coronæ Franciæ, de & ſuper fluuio de Somme, de vno latere, & de alio, ſicut ſanctus,Quintinus,Corbiæ, Ambianis, Abbatiſuilla, & aliæ pariter totius comitatus de Pontieu,citra & vltra dictum flumen de Sõme,Dourleus, ſanctus Richarus, Crepicordium, Meux, Mortaigne cum ſuis attinentijs & appendentijs quibuſcunq;, & omnes alias terras, quæ poſſunt pertinere coronæ Franciæ circa flumen de Somme incluſiuè verſus Artheſium, Flandriam & Hannoniã, tam de regno quàm de Imperio, compræhendendo etiam in reſpectu villarum ſitarum ſupra dictum flumen de Somme, de latere verſus Franciam, Balliuatus & Scabinatus ipſarum villarum poſſidendos per dictum dominum Burgundiæ, dictos ſuos hæredes,& habẽtes cauſam perpetuò de dictis villis,ciuitatibus,fortalicijs,terris & dominijs, in omnibus commodis redituum tam inordinatorum pro guerris, & etiã talliarum & aliorum emolumentorum quorumcunque,& non retinendo ex parte regis, præterquam homagium, reſortum, & ſupremitatem: quæ tranſportatio fiet per regem, mediante reemptione ſummæ quadringentorum millium ſcutorum aureorũ antiquorum ſexagintaquatuor in marca de octo* Oucis pro marca & Daloy ad vigintiquatuor quarata raſt de Remode, vel alterius monetæ aureæ currentis ad valorem, de qua reemptione per Dominum Burgundiæ tradentur bonæ literæ & ſufficientes, per quas ipſe promittet pro ſe & ſuis & toties quoties placebit regi vel ſuis facere dictam reemptionem, dominus Burgundiæ & ſui tenebuntur, recipiendo dictam ſummam auream, reddere regi vel ſuis omnes dictas ciuitates,villas, fortalicia,terras,& dominia compræhenſa in iſto articulo tantùm,&* ſine tangendo aliquas alias,de quibus ſuprà facta eſt mentio,& * alterius contentabitur dictus dux Burgundiæ recipere ſolutionem dictorum quadringentorum millium ſcutorum ad duas vices, ſcilicet qualibet vice medietatem, prouiſo quòd non recebitur dictas ciuitates, villas, fortalicia,terras & dominia, nec aliquas ipſarum,quouſque tota ſolutio ſit completa, & tempore pendente faciet dominus Burgundiæ fructus ſuos omnium dictorum ciuitatũ,villarum &c.* de Demmanyo, quàm de* Aydijs ſine vlla deductione principalis ſummæ. Et eſt ſciendum, quòd in iſto tranſportu non comprahendetur ciuitas Tornacenſis, neque Balliuatus Tornaceſij,& ſancti Amandi,ſed remanebunt in manibus regis,excepto Mortaigne, quæ remanebit domino Burgundiæ; nihilominùs eſt reſeruatum domino Burgundię, pecunia ſibi concordata ab illis de ciuitate Tornacenſi pro certo tractatu, quem habet cum ipſis durãte vſque ad certum tempus, quam pecuniam Tornacenſes ſoluent integrè domino Burgundiæ. Et eſt ſciendum de omnibus officiarijs, qui erunt reſpectu dominij, quòd dominus Burgundiæ conſtituet eos: & reſpectu iurium regalium, Aydarum & talliarum, nominatio ſpectabit ad dominum ducem, & inſtitutio ad regem.

for. * vacijs

for. * tam de

Item

Digitized by Google

Item quia dominus Burgundiæ prætenditur ius in comitatu Veſdonienſi ſupra mare, quem tenet & poſſidet, ille ſibi remanebit pro ſe & ſuis heredibus maſculis ex ſuo corpore tantùm, & tenebitur rex pacificare illos, qui ius prætendunt in illo comitatu, taliter quòd nullam habeant querelam aduerſus dictum dominum Burgundiæ.

Item caſtrum, villa & comitatus Gyemyt ſupra Ligerim, quæ dicuntur tranſportata cum comitato Stampiæ & Dordani per ducem Bituricenſem, defuncto Ioanne duce Burgundiæ, ponentur ex parte regis in manibus ducis Borbonij ſtatim poſt paſſatam concordiam, tenenda per ſpatium vnius anni, infra quod tempus Ioannes Burgundiæ, nunc comes Stamparum, vel dux Burgundiæ pro eo monſtrabunt regi & ſuo Concilio literas doni facti Ioanni defuncto duci per dominum ducem Bituricenſem: quæ ſi vilæ fuerint ſufficientes, & validæ, dux Borbonij tenebitur tradere præfato comiti abſq; hoc, quòd ex parte regis poſſit allegari antiqua præſcriptio aut lapſus temporis. Quòd ſi qui ſint alij qui prætendant ius, illis remanebit actio contra comitem.

Item per regem reſtituetur comitibus Niuernenſi & Stamparum ſumma triginta duorum millium octingentorum ſcutorum aureorum, quæ quondam rex Carolus vltimò defunctus, fecit depræhendi in Eccleſia Rothomagenſi, vbi fuerant depoſita pro matrimonio Donnæ Bonæ Artheſij matris ipſorum comitum, Caſu quo probabunt quòd iſta ſumma fuit in computo & profectu dicti regis Caroli ad ſoluendum illam ſummã trigintaduorum millium 800, ad tales terminos, qui erunt aduiſati poſt ſolutionem factam & completam quinquaginta millium domino Burgundiæ, de quibus ſuprà. Et reſpectu debitorum, quæ dominus Burgundię dicit ſibi deberi per quondam regem Carolum, tam cauſa donorum & penſionũ, quàm aliter, aſcendentium ad magnas ſummas, ſuum ius quod habet & debet habere pro recuperatione ipſorum debitorum, ſibi remanebit ſaluum.

Item quòd dictus dominus Burgundiæ non tenebitur facere aliquod homagium vel ſeruitium regi de terris & dominijs, quæ de præſenti tenet in regno, nec de illis quæ deberet habere per præſentem tractatum, nec de illis quæ ſibi euenire poterunt per ſucceſſionem, ſed remanebit exemptus in ſua perſona in omnibus caſibus ſubiectionis, reſorti, ſupremitatis & aliorum, durante vita ipſius. Sed poſt ipſius regis obitum, dominus Burgundiæ faciet filio ſuo & ſucceſſori in corona homagia, fidelitatem & ſeruitia quæ requirentur. Et etiam ſi dictus dux Burgundiæ decederet ante regem, hæredes ſui & cauſam habentes, facient regi dicta homagia &c.

Item in reſpectu feudatariorum & ſubiectorum ducis Burgundiæ, quæ habet & debet habere per præſentem tractatum, & quę ſibi poterint euenire per ſucceſſionem, durante vita regis & ſua, ipſi non erunt adſtricti ſe armare ad mandatum regis & ſuorum officiariorum, ſuppoſito quòd teneant cum hoc à rege aliquas terras vel dominia. Sed eſt rex contentus, quòd omni vice qua placebit domino Burgundiæ mandare ſuos ſubditos ſeu feudatarios, & ſubiectos pro ſuis guerris, ſiue in regno ſiue extra, ipſi tenebuntur & conſtringentur ibidem & illuc ire, ſiue poſſe aut debere venire ad mandatum regis, ſi etiam rex mandaret. Et ſimiliter fiet reſpectu ſeruitorum ducis Burgundiæ, qui ſunt ſui familiares & de ſua domo, ſuppoſito ꝙ non ſint ſui ſubiecti.

Item ſi eueniat, quòd Angli aut ſui confœderati, faciant in poſterum guerram domino Burgundię aut ſuis pueris, ſiue per mare, ſiue per terram, occaſione præſentis tractatus vel aliàs, Rex tenebitur iuuare ſicut in facto proprio.

Item quod dominus Burgundiæ, & ſui feudatarij & ſubiecti & alij, qui prius portauerunt in armis crucem Sancti Andreæ, non adſtringentur portare aliud interſigniũ in quacunque armata in regno vel extra, & in præſentia regis aut ſuorum * conneſtabiliorum aut mareſcallorum, prout ſint ſuis ſtipendijs vel aliâs.

Item & quòd Rex faciet reſtitui & ſine damno de ſuis perditis rationabilibus, & ẽt de ſuis rancoribus illis qui fuerint capti in die mortis quondam ducis Ioannis, & illis qui ibi perdiderunt ſua bona, & fuerunt poſiti ad magnam redemptionem.

Item & quòd de cæteris abolitio generalis ſit facta de omnibus caſibus, euentis & de omnibus cauſis, rebus, dictis, factis & paſſatis, occaſione diuiſionis iſtius regni. Excepto reſpectu illorum, qui perpetrârunt dictum malum caſum, vel fuerint conſentientes de morte quondam Ducis Burgundiæ, qui erunt & remanebunt extra omnem cõcordiam tractatam, & quòd de cæteris quilibet de vno & alio latere reuertatur, ſcilicet Eccleſiaſtici ad ſuas eccleſias & beneficia, & ſeculares ad ſuas terras, redditus & * hæreditagia, poſſeſſiones & bona immobilia, in ſtatu in quo erunt, reſeruato reſpectu terrarum & dominiorum exiſtentium in comitatu Burgundiæ, quas dux Burgundiæ & quondam ſuus pater habuerunt, & retinuerunt, vel alijs dederunt tanquam confiſcatas ſibi cauſa dictarum guerrarum, quæ erũt & remanebunt, non obſtante dicta abolitione & concordia illis, qui ipſas tenent & poſſident. Sed alibi vbique quilibet redibit ad ſuas poſſeſſiones & terras, & hereditagia, ſine hoc, quòd pro demolitione, deterioratione cuſtodiarum, locorum aut reparatione

quali-

qualicunque aliquid poſſit exigere vnus ab alio: & quilibet tenebitur conuictus omniũ sedditũum euentorum de tempore, quo nõ poſſidebat ſuas terras & hæreditagia. Sed in reſpectu mobilium captorum aut habitorũ de vno latere aut de alia, nunquam poterit fieri aliqua querela aut actio de vno aut de alio.

Item per iſtum tractatum extinguantur & aboleantur omnes iniuriæ, rancores tam verborum & factorum, quàm aliter euentorum per anteà occaſione dictarum diuiſionum, partialitatum &c. tam de vna parte q̃ de alia: abſque hoc, quòd aliquis poſſit exigere vel facere quæſtionem vel proſecutionem vel proceſſus, vel aliter reprobari vel ſcandalizari de tenendo aliquam partem. Et dicentes vel facientes contrarium, puniẽtur ſicut tranſgreſſores pacis ſecundum exigentiam delicti.

Item in iſto tractatu compræhendentur expreſſè ex parte ducis Burgundiæ, omnes gentes Eccleſiaſticæ, villæ, nobiles, & alij cuiuſcunq; ſtatus ſint, qui tenuerũt ſuam partem, & quondam ſui patris, tam in regno q̃ in delphinatu, prouiſo q̀ acceptabunt præſentem tractatum, & indè volunt gaudere.

Item renunciabit Rex confœderationi, quam fecit cum Imperatore contra Ducem Burgundiæ, & omnibus alijs confœderationibus per ipſum factis cum quibuſcunque perſonis, principibus aut dominis in contrarium dicti ducis. Prouiſo quòd dominus dux faciet ſimiliter, & promittet Rex dicto duci ipſum ſuſtinere & adiuuare contra omnes qui vellent ipſum grauare, vel damnum impendere per guerram & aliter. Et ſimiliter promittet dux, ſalua ſemper exemptione ſuæ perſonæ ad vitam.

Item tradet rex ſuas literas, quòd ſi contingat in poſterum, quòd ex ſua parte infringatur iſte tractatus, ſui vaſalli, feudales, ſubiecti & ſeruitores, præſentes & futuri, nõ tenebuntur ſibi plus obedire nec ſeruire: ſed tenebuntur ex tunc ſeruire domino Burgũdiæ & ſuis ſucceſſoribus contra ipſum, & q̀ in dicto caſu omnes ſui feudales, ſubiecti & ſeruitores, ſint abſoluti & quieti de omnibus iuramentis, fidelitatibus, promiſſionibus, obligationibus ſeruitiorum, in quibus ipſi poſſent teneri per anteà verſus regem, abſq; hoc quòd in tempore futuro ipſis poſſit imputari ad onus aut opprobrium, aut q̀ ab ipſis poſſit indè aliquid exigi. Et quòd exnunc, prout extunc, Rex præcipiat ipſis ita facere, & quitet & exoneret ab omnibus obligationibus, & iuramentis in caſu prædicto, & quòd ſimiliter fiat & conſentiatur de latere Ducis Burgundiæ, reſpectu ſuorum vaſallorum, feudatariorum, ſubiectorum & ſeruitorum.

Item quòd ex parte regis fient promiſſiones, obligationes & ſubmiſſiones tangentes intentionem præſentis tractatus in manibus Cardinalis ſanctæ Crucis legati Papæ, & de Cypro legati Concilij, ampliores quæ potuerint aduiſari, & ſub pęnis excommunicationis, aggrauationis, reaggrauationis, interdicti in terris ſuis & dominijs, & aliter vlteriores ad quas cenſuræ eccleſiaſticæ ſe potuerint extendere ſecundum poteſtatem quã habent dicti domini à Papa & Concilio, prouiſo quòd ſimiliter faciat ex parte ſua Dux Burgundiæ.

Item & cum hoc faciet Rex cum ſuo ſigillo tradi dicto duci Burgundiæ ſigilla principum & dominorum ſui ſanguinis & obedientiæ, ſcilicet ducum Andegauenſium, Caroli ſui fratris, ducum Borbonij, ducis Alenconnij, comitis Richemondiæ, comitis Vindemiæ, comitis de Fuxo, comitis Armignaci, comitis Perdiaci, & aliorum qui aduiſabuntur, in * quibus ſigillis incorporabitur ſigillum regis, & promittent tenere ex ſua parte contenta ſigillatorum. Et ſi infringerentur ex parte regis, de in iſto caſu adiuuando & confortando dictum ducem Burgundiæ & ſuos contra regem. Et ſimiliter fiet ex parte ducis Burgundiæ. for * quorum

Item & quòd ſimiliter Rex faciet tradi ſigilla virorum eccleſiaſticorum, & aliorum nobilium & villarum de regno de ſua obedientia, quos dictus dux voluerit nominare, cum ſecuritatibus pœnarum corporalium & pecuniariarum & aliarum ſecuritatum, quas dicti cardinales & alii prælati huc miſſi ex parte Papæ & Concilii, aduiſabunt pertinere.

ADVISAMENTA

PROLOCVTA PER DOMINOS

Prælatos & alios, clerum regni Francię & delphinatus repræſentantes, qui Bituris conuenerunt ad mandatum domini noſtri regis, die 26. Februarii, 143[?]. more Gallicano, præfati domini noſtri regis & ſui magni Concilii beneplacita voluntate & correctione in omnibus ſemper ſaluis.

IN primis, quòd attentis hęreſibus Bohemorũ & eorum inſultationibus, guerrarum calamitatibus, & morum in clero & populo vndiq; deformitatibus, conuentioneque Baſileæ triplici authoritate Apoſtolica legitimè facta, quæ per annũ durauit & vltra, & ad quã de vniuerſis ferè mũdi partibus plures conuenerunt, Spiritu ſancto duce, meliora & viciniora ſalutis ſperantes, & mandati ibidèm Bohemi, qui ſæpiùs per vniuerſa mundi climata diuulgarunt, ſe à catholicis non potuiſſe audiri, & generalis Concilii determinationi ſtare velle: quibus

nihil

nihil omnino reſpondere, vtile non eſſe videtur, ne fortè extiment Catholicos reſpõſionis penuria declinare certamẽ,& fides lędatur, non intelligentium mentes ipſorum: Nonque paſtorum, ſed mercenariorum perſonas gerere videantur prælati maiores & minores, terga ſilentio præbendo, qui liberè veritatem pronunciare, & eandem populi defendere tenentur, vbi honor Deo debitus & proximorum ſalus adimitur, eximereque citò, & oberrantes introducere infra eccleſiam iubentur. ideo nedum boneſtum & vtile, ſed & neceſſarium eſt, Concilium Baſileẽſe celebrari, & pro poſſe ad Dei laudem & intentos fines ſtabilitum exaltari.

Item quia naturaliter homo homini ſubeſſe, aut tributa ſoluere abhorret, & cùm error Bohemorum ſpiritualem & temporalẽ præſidentiam, aut tributa decimarum, oblationum & quæuis alia eccleſiaſtica, necnon & temporalia aboleat & execretur, ideo hic cancer leniùs ſerpit. ſi enim ea Alexandria Arij ſcintilla, nihil naturale habens, in magnam eaccreuerit flammam: quanto magis hic error, per meatus naturales veniens, & auaritiæ ſe commiſcens, faciliùs multos inflammabit? vindex eſt enim error iſte diſſimulantium, aut comminuentium eum, tam eccleſiaſticorum quam ſecularium: quia enim eccleſiaſtici qui paſtorum more, ſe pro ouibus & veritate opponere debeant, & non fugere ante faciem fidem perſequentis diſſimulârunt: ideo vbique in Bohemia templa Dei incenderunt, ſacerdotes ſpoliârunt, & varijs cruciatibus trucidârunt, nonis & inauditis tormentorum generibus adinuentis: ſacramenta eccleſiaſtica pro nihilo reputârunt, & in tam varios errores deciderunt, vt Catholicæ Eccleſiæ doctrina ibi in pauciſſimis & latentibus hominibus conſiſtens, in nullo ab alijs audiatur & idcirco nedum honeſtum aut vtile, ſed & neceſſarium eſt, generale Concilium abſque dilatione celebrari: quia non eſt expectandus Antiochus qui templum D E I totaliter ſpoliet, vaſa argentea anferat pariter & aurea, coinquinet ſancta, fideles occidat, incircunciſos trucidet circunciſos: ſed præueniendum eſt, ne videamus mala gẽtis noſtræ & ſanctorum.

Ezech. 13. a

Item quia rex Bohemiæ & alij principes & nobiles, qui gladium portant ad laudem bonorum, vindictamque malorum, patientius tolerârunt fidem vacillari, templa & perſonas eccleſiaſticas (vt præmittitur) laniari, illum poſteà ſeminârunt errorem, dominum temporalem in peccato publico mortali non poſſe populo præeſſe, & quodlibet peccatum publicum & mortale pro ſuo arbitrio reputantes, fugarunt & regem & principes & nobiles: & quos habere potuerunt, membratim conciderunt, ſuis vxoribus & filiabus virginibus, ſanctimonialibus & alijs quibuſcunque ſine reuerentia violatis, caſtella ipſorum diruerũt, & omne diuinum* ad ſe penitus abiecerunt ſine alia cognitione iudiciaria: nec fuit poſſibile, Eccleſia tacente & demum fugata, nobilibus reſiſtere: populus enim multus eſt, & dominus vnus ſuis ſubditis præpoſitus. nec facilè eſt, vnum dominum aduerſari populo multo.

for.* à ſe

Item pręfati Bohemi venenum per epiſtolas plurimas diuulgârunt per vniuerſas mũdi partes, & plurimos infecerunt. & vt Bohemiam prætereamus remotam, domini noſtri regis infectas partes non ſileamus, nónne in Bailliuia Matiſconenſi & comitatu Forenſi viſus eſt à paucis annis citra populus in nobiles dominos ſuos inſurgere, & impias manus in eos inijcere, non nobilitati, non ſexui, non ætati aut conditioni parcentes, libros cenſuales ſiue terrena concremantes, caſtella inuadentes, & dominos ſuos ſuis mobilibus ſpoliantes? auſique ſunt dicere, quòd in tota patria ſufficerent duo ſacerdotes, & quòd omnes nobiles ad labores propriarum manuum tenebãtur, ea ſentẽtia diuina in genus humanũ & perſonam Adæ: In ſudore videlicet vultus tui veſcéris pane tuo, prolata. ex quo inferebant, tributa dominis temporalibus non debere ſolui. & quantum deuiet, aut coniungatur error iſte Bohemis, iudicet ſapiens quiſque. Et niſi exterminatus fuiſſet prudentia domini * Bailliui Matiſconenſis vnà cùm nobilibus patriæ dum naſceretur error ille, multorum ſupplicijs & patibulis, iam diuulgabatur in plurimos populos.

Gene. 3.

Principijs obſta.

Item nónne etiam in delphinatu eſt quædam portio inter montes incluſa, quæ erroribus adhætẽs prædictis Bohemorũ, iam tributum impoſuit, leuauit & miſit eiſdem Bohemis, in quibus fautoria manifeſta hæreſis prædictæ debet iudicari? & nouit Deus, ſi multorũ popularium latentia corda leuiter detegerentur, ſubleuata ampliùs Bohemorum malitia, & ad eiſdem ſeminaretur, Concilium generale aufugiſſe, nõ valens reſpondere rationibus Bohemorum pręd ictorum, hoc præſertim in tempore, cùm populus ex guerrarum malitijs laceſſitus, depauperatũ ſe ſæpius vidit, & in partibus multis videtur furere, & ex popularibus multi docti ſunt ad prælia. Eapropter citò, immò citiſſimè obuiandum eſt per dominum noſtrum regem, necnon & per Eccleſiam catholicam: quę tamen aliâs occurrere non poteſt, niſi principum & nobilium fortitudine, vel iurium & clericorum ratione.

Item ſi principum & nobilium fortitudine occurrendum eſt, quòd licèt cũ ferro abijcienda ſint vulnera, quæ medelam non ſentiunt, quia cùm gens illa inuerſa valdè & indomita eſt, ac in ſuis erroribus indurata, vinci non poteſt, niſi maxima catholicorum ad

hoc

hoc vnitorum multitudine,& cum expenſa-
rum grandi mole: principum autem & ca-
tholicorum multitudo hos hæreticos expu-
gnantium haberi non poteſt ſine pacifica-
tione regum & principum, ad inuicem vbi-
qoe terrarum contendentium. Et ideo mo-
ris fuit eccleſiæ catholicæ volentis princi-
pes in ſubſidium terræ ſanctæ aot contra in-
fideles commouere, priùs ipſos per media
Conciliorom generalium pacificare,aut ſal-
tem longas & fidas treugas inter ipſos ini-
re,& fideliter in facie Eccleſiæ firmare, ac
vno agmine ad fidem defendẽdá inducere:
& ad hunc finem Baſileenſe Cõcilium con-
Locus obſcurus aut vitiatus, quales hac in parte cõplures. uocatum eſt.nec Eccleſię, quę in fide defen-
denda à facultatum contributione ſe excu-
ſare non debent vel poſſunt, contributium
imponi aliàs poteſt. Nec patietor ſe tributa-
riam fieri,quam ex ordinatione Cõcilii ge-
neralis,vt patet ex conſtitutione Cõſtantiẽſi.
nec obeditum eſt domino Martino, contra
Bohemos ſubſidia imponere volenti.Ex qui-
bus infertur,neceſſariò Concilium generale
celebrandum,cum principum & nobilium
ſuuamine poſtulandum, * vel onos eccleſiæ
imponendum fuerit,ſine quibus hac in re
ad bella procedi non poteſt.

Item ſi occurrẽdum eſt iuriũm & clerico-
rũ ratione,quæ via videtur accõmoda, quia
ſpiritus ſanctus in vnũ congregatos in nomi-
ne eius dirigit,& per generalia Concilia fre-
quentiùs hęreſes ſunt extinctæ,ſicut hæc hę-
reſes Bohemica ſperaſ extingui in Cõcilio
Baſileeñ.ad quod vocati ſunt dicti Bohemi
cum magna charitate,& qui literas eiuſdem
Concilii acceperunt,& ſi venerint ad Cõci-
liom geoerale,pręfatis expedit eccleſiam ca-
tholicam in vnum conuenire: quia quòd à
ploribus q̃ritur,faciliùs inuenitſ: ſalubriuſ-
q́oe eſt fidei,& Papę conſultius,cauſam fidei
vnitati committere,quàm vni: & ſic omnino
aſſiſtendum eſt, & ſubleuandum generale
Concilium,& non differendum, maximè ꝙ
vbique vniuerſitates ſtudiorum ob guerras
& rerum inopias ſint multùm depopulatæ,
nec ſit expectandum,vt ex toto ſeneſcat, vel
morte pereat literatorum antiquorũ copia.
Si verò Bohemi non venerint ad Concilium
ſic ſolenniter mandati,tunc ſua obmuteſcet
garrulitas ꝙ non potuerunt audiri: tunc cõ-
uocata erit Eccleſia vniuerſa, & principes &
Chriſtifideles poterunt ad pugnam anima-
ri: tunc Eccleſię tributa & ſubuentionis iu-
ſtè imponi,immò gratiùs & benigniſſimè ſe-
rent ſua voluntate impoſita, & in poſterum
hac de cauſa imponenda.

Item licèt ioſtè induci poſſit bellum con-
tra hęreticos damnatos,ſępiùs tamen repro-
bata videtur in hac cauſa à Deo,qui aufert
corda principum,fortitudo, cùm Catholici
iteratis vicibus fugerunt, nemine perſequẽ-
te, inſcrutabiliaque Dei iudicia, licèt nul-
lus hominum valeat diſcernere aut iudica-
re. Suaderi tamen poteſt, quod mon-
ſtruoſos mores in clero & populo voloit
purgari, ſicut contra hoſtes fidei * congre- Lucæ. 6. f
di,ne cæcus cæco ducatum præberet,aut ge-
ſtans trabem in oculo, feſtucam in oculo
proximi erueret. Ne etiam diuiſi princi-
pes, hæreticos ab Eccleſia diuiſos exermi-
nare conentur: quibus pacem conſulen-
do, priùs ſuadendum eſt: Medice, cura te-
ipſum. Quis enim neſciat, à Viennenſi Lucæ 4. d
concilio anno 1311. celebrato, circa mo-
rum deformitatem nullum fuiſſe celebra-
tum generale concilium, & varij in varios
ex vetuſta corruptela, quam pro iure con-
ſuetudinis vendicant, deciderunt defor-
mitatum mores? quis neſciat confictas cau-
ſas & diffugia, poſt aſſignata generalia
concilia, ne celebrentur eadem, adinuen-
ta? & meminiſſe diuinam ſententiam decet:
Hieruſalem Hieruſalem, quoties volui te Matt. 23. d
congregare, quemadmodùm gallina con-
gregat pullos ſub alas, & noluiſti? Eccè
relinquetur domus veſtra deſerta. Viſitat
quoque iam ferè vbique terrarum Domi-
nus plebem ſuam in gladio,fame, & peſte.
& ſi dictos corruptos mores, quibus vehe-
menter Deus offenditur, inſequi & vlciſci
* deferimus, ad iraſcendum vtique diuini- for * differimus,
tatis patientiam prouocamus. Nec ta-
men dicti corrupti mores extra concilium
generale,cùm de omnium ſtatu agatur, ho-
neſte, vel breuiter poſſunt emendari, aut
reges & principes ad pacem & treugas in-
duci.

Item ponderandum eſt, quòd poſt tem-
pora Apoſtolorum cùm perſecutiones con-
tra Eccleſiam ferueſcerent, non habuit fa-
cultatem Eccleſia conuocandi in vnũ vſque
ad tempora Conſtantini Magni. Si igi-
tur multiplicatis vitijs in clero & populo,
multiplicet & Dominus flagella contra re-
ligionem Chriſtianam, ſe aduerſus Deum
rebellantem,& Pharaonis more indurantẽ:
non eſt credibile, quòd Eccleſia tunc ad
Deum confugiens leuiter audiatur ad con-
uentionem conciliorum,ſed redibit ad præ-
dicta perſecutionum tempora, libertatẽ nõ
habens congregandi. Hoc ipſe Dominus re-
gio ore profeſſus eſt: Multiplicatæ ſunt, in- Pſal. 15. a
quit,infirmitates eorum,poſteà accelerauc-
runt. Non congregabo conuenticula eorum
de ſanguinibus, nec memor ero nominum
eorum per labia mea.

Item ꝙ viſis ſanct. dñi nři Eugenij Papæ
diſſolutionis eiuſdem cõcilij cauſis, necnon
& rationibus contrarijs in quibuſdã inſtru-
ctionibos p ſacrũ cõciliũ generale Baſileeñ.
ad eundem dñm nřm Papam directis, vt diſ-
ſidia ceſſent, quæ ſator zizanię ingerere poſ-
ſet, per clerum eccleſiæ Gallicanæ cõſulẽdũ
eſt, & cõſulit humiliusq; ſupplicat dño no-
ſtro regi, vt progenitorũ ſuorũ more ſchiſ-
mata extinguẽtium, & Eccleſiam depreſſam
ſuble-

Digitized by Google

ſubleuaotium, his occurrat, vt priùs extinctum, quàm natum, malũ huiuſmodi inextinguibile, videatur. per hæc enim Deũ ſibi placabit, eccleſiam peramplius obligabit, veſtigia prædeceſſoris imitetur, & fama eius in omnem terram diuulgabitur.

Item quòd præfatus dominus noſter rex, re & titulo Chriſtianiſſimus, à paternis non declinando traditionibus & veſtigijs pręmiſſis, aſſorgens pro ſe & Eccleſia Gallicana, notabilem dirigat ad præfatum ſanctiſſimum dominum noſtrum Papam ambaſiatã, exorando vt pro fidei neceſſitate, proque religionis Chriſtianæ vniuerſali vtilitate, mandet continuari & celebrari idem generale Concilium Baſileenſe, obſtruendo ora in fidem orthodoxorum, ſuamque S. clementiſſimam malignaotium.

Item q̃ præfati ambaſiatores inſtẽt apud Reuerendiſſ. patres dominos cardinales & ſacrum collegium, de præmiſſis eos reddentes ſolertiùs attentos, vt Eccleſiæ incommoda præcauentes, deuotiùs exorent eundem dominum noſtrum, & in ſingulari & per modum collegij, vt celebrationi Concilij, quæ ſuæ S. honori accedit, & Eccleſiæ plurimæ vtilitati intendere velit, mandando continuari idem Cõcilium & prælatos abſentes, quatenus opus eſt, arctiùs conuocando.

Item hoc ſacrum Concilium pro extirpatione hæreſum, alijſque cauſis à diu aſſignatum, non debet dici cum Bohemis iam damnatis initum, ſed pro eorum totali extirpatione & fidei defenſione, ſuperque dictis cauſis legitimè conuocatum, licèt & in eodem Concilio ſi dicti Bohemi venerint, poſſint doceri, & charitatiuè inſtrui & tractari, necnon ſi poſſibile eſt, reduci. Suaque attenta multitudine, quæ ferro domari ſine ſanguinis humani multa effuſione non poteſt, ſeueritate diſciplinæ detrahi valet & poteſt: & vbi reperientur contumaces, catholici in Concilio pręſentes, & diuulgata fama abſentes, audaciores & firmiores reddentur. Immò ſperandum eſt de D E I miſericordia, quòd Deus pugnabit pro illis, quia veritas vincit.

Item quòd placeat domino noſtro regi, ſuas dirigere literas Imperatori, & dominis ducibus Sabaudiæ & Mediolanẽſi, quòd velint ſuo nomine cum charitate plena fauere Concilio, ipſius Imperatoris grandi inſtantia & in eius indictione connocato. fauеant etiam omnibus euntibus, ſtantibus & redeũtibus ad idem, & in ſingulari pręlatis & alijs quibuſcunque de regno Franciæ domino noſtro regi ſubditis. Nihilque à quibuſcunque permittant acceptari contra ſanctiſſimũ dominũ noſtrũ Papã, curiã Romanam, vrbẽ vel patrimoniũ eorundẽ, vnde Papa & collegiũ occaſionem indignationis, dilationis, ſuſpenſionis aut mutationis Cõcilij aſſumant: qa exinde fructus ſperatus Cõcilij deperderetur, hęreſes augmẽtarentur, & mores ſordidi in amplius ſordeſcerent in Dei offenſam & populi Chriſtiani corruptelam.

Item quòd clerus regni Franciæ in Concilio Bituricẽſ. de mandatum domini noſtri regis (vt præmittitur) congregatus pro præfata ambaſiata dirigenda ad ſanctiſſimi dñi noſtri Papæ, elegit concorditer reuerendiſſimum in Chriſto patrem dominum Archiepiſcopum Lugdunẽſ. ex parte Eccleſiæ Gallicanæ ambaſiatorem & legatum tanquã virum in quo eſt zelus domus Dei, & in iure eximium profeſſorem, qui licèt totis viribus renitendo præfatam ambaſiatam omnimodè recuſaret, precibus tamen victus, licèt inuitus, onus præfatę ambaſiatę pro neceſſitate pariter & honore Eccleſiæ ſuſcepit: quem ſi dominus noſter Rex pro ſe & ex parte ſua dirigat ad præfatum dominum noſtrum Papam ambaſiatorẽ & legatum, ita vt vna fiat ambaſiata ex parte dicti domini noſtri regis & eccleſiæ Gallicanæ, ambaſiata erit maioris authoritatis, efficaciæ & virtutis, quoniã funiculus duplex non æquè facilè rumpitur vt ſimplex, ſicque ambaſiata cum minori expẽſa. Et vt ita fiat, humiliùs clerus ſupplicat domino noſtro regi.

Eccl. 4. c

Item ne tædio affectum ex longa mora & pluri expenſa ſacrum generale Concilium videatur, vt aſſumant pennas, volent, & non deficiant: vtque præfatus dominus noſter rex alios pueniat in benedictionibus huius dulcedinis, quòd ad dictum Concilium aliquos ſuos præmittat oratores, nunciantes intentionem regiam & eccleſiæ Gallicanæ ſanctam, pro qua miſſa eſt ſolennis ambaſiata ad Papam: patiaturq; prælatos ſub cenſuris eccleſiaſticis & religione iuramẽti adſtrictos, & ab eodem Concilio authoritate Apoſtolica vocatos, vt ad idem Cõcilium vadant, prout ſuis conſcientijs attenta vocatione & rei neceſſitate, videbitur expedire.

Item quòd pro expenſis præmiſſorum, & in vſus præfatos conuertendorũ, & nõ aliàs vel alio modo, conſentiũt leuari quartã partem vnius decimæ ſuper clero regni & delphinatus: ita tamen, quòd cum de iurę communi, etiam ex beneficio Concilij Conſtantienſis, Papæ non liceat imponere decimam aut partem eiuſdem clero vniuerſaliter vel particulariter, niſi ſacro generali approbante Concilio, aut de cõſenſu cleri eiuſdem, q̃ dominus noſter rex nõ patiatur clerum regni aut delphinatus grauari authoritate Apoſtolica alia decima aut parte eiuſdem, maximè cùm clerus ſit oppreſſus ex guerris & monetis, & ampliùs grauabuntur prælati ex acceſſu ad Concilium generale.

Copia mandati nunciorum Concilij, exiſtentium in Norinberga ad tractandum cum Bohemis.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileẽſ. in Spiritusancto legitimè cõgregata, vniuerſalem

uerſalem

Locus obſcurus.

uerſalem Eccleſiam repræſentans, pacem & vnitatem Chriſtifidelium & Eccleſiæ * propinq   eo modo quo præmittitur, congregari voluit, procurare, integritatemq; pacis inchoare, præſertim cum regni Bohemię incolis proſequi, & ad optatum vſque finem perducere deſiderans, volensque ipſorum procuratoribus, nuncijs, & ambaſiatoribus propterea hucuſque deſtinandis, de plena ſecuritate pro ſuo acceſſu, mora, & receſſu vſque ad propria ſua loca, & ſaluoconductu petito & oblato prouidere, & alia quæ dictæ pacis & vnitatis vberiori ac celeriori proſecutione deſeruiant, cum ipſi præcederent, pertractare: eadem ſancta ſynodus meliori modo & forma, via & iure, quibus efficaciùs potuit & debuit, poteſt & debet, fecit, conſtituit & ordinauit, ac facit, conſtituit, & ſolenniter ordinat ſuos veros & legitimos ac indubitatos procuratores, negociorum ſuorum geſtores, ac nuncios ſpeciales & ambaſiatores, videlicet venerabiles & egregios viros dominum Henricum abbatem ſancti Aegidij in Nurenberga, & fratrem Ioannem Nider ſacræ theologiæ profeſſorem, & priorem domus prædicatorum Baſileeñ. dominum Henricum canonicum Magdeburgeñ. & in ſacra pagina profeſſorem, dominũ Fredericum de Patſperch decanũ Ratiſponeñ. licentiatum in decretis, magiſtrum Albertũ plebanum S. Sebaldi in Nurenberga, & fratrem Ioannem monachum Ciſtertieñ. ordinis monaſterij de Mulenbrũ, & ex illis quoſlibet duos in ſolidum, ità tamen, ꝙ duorum occupantiũ non ſit melior cõditio: ſed quod duo ex eis inceperint, omnes prænominati aut ſaltem duo ex eiſdem proſequi valeãt & finire. Dans & cõcedens præmiſſis omnibus, & ſingulis duobus plenã liberã ac omnimodã poteſtatẽ, cũ procuratoribus ſeu nuncijs dictorũ incolarũ regni Bohemiæ in Egra vel alibì, vbicunq; neceſſe fuerit, cõueniẽdi, colloquẽdi, auiſandi, necnõ de ſaluiſcõductibus opportunè eis pſtandis, dandis, procurandis & ordinandis, ac modo ſeu modis ac forma, & tempore acceſſus & receſſus ipſorum, & numero accedere volentium, tractandi, concordandi, cõcludendi, pactiſq; quibuſlibet, pmiſſionibus & obligationibus, etiam iuramento, ſi opus fuerit, per ipſos vtrinq; cõcorditer concludendi, firmandi, & roborandi. Et nihilominùs quoſcunq; epiſcopos, plates, principes, comites, nobiles, necnon ciuitates, magiſtratus, Scabinos, conſules, ac quaſuis alias perſonas eccleſiaſticas ac ſeculares, quouis nomine nuncupentur, de quibus videbitur, & comunitates, quatenùs huic ſacro Cõcilio, dictiſq; procuratoribus in hac parte ſuo nomine fauorẽ, cõſilium, & auxiliũ, ac aſſiſtentiam, ſupradictiſq; procuratoribus, nuncijs & ambaſiatoribus huc accedere volẽtibus ſaluoſconductus dent, pręſtent & impendant, petendi, rogandi, exhortandi & requirendi, vbi & quotiès procuratoribus prędictis videbitur opportunum. Omniaque alia & ſingula faciendi, agendi, exercendi & ordinandi, quæ pro præmiſſis neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibèt opportuna, etiam ſi maiora forent ſuperiùs expreſſis, ac mandatum exigerent magis ſpeciale. Promittens ſe ratum, gratum & firmũ perpetuò habiturum, quicquid per nominatos ſuos procuratores omnes aut duos ex ipſis, actum, geſtum, ſeu procuratum fuerit quomodolibèt in præmiſſis ſeu à quolibet præmiſſorum. Acta fuerunt hæc in congregatione noſtra generali, præſentibus dictæ noſtræ ſanctæ ſynodi Baſileeñ. notarijs & ſcribis infrà ſcriptis, ſub ſigillo reuerendi in Chriſto patris domini epiſcopi Conſtantienſis prouinciæ Rothomageñ. quo ad præſens vtimur, die Veneris 28. mẽſis Martij, anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſecundo.

TAXATIO NOTARIORVM IN concilio Baſileeñ. facta & limitata, Anno natiuitatis Domini 1432. die 24. menſis Octobris.

Ita habetur in protocollo magiſtri Petri Brunett notarij concilij Baſileenſis.

Pro citatione ad partes in cauſis beneficialibus ſimplicibus & alijs cauſis ciuilibus, ſi cum inhibitione, ſoluetur medius florenus Rhenenſis.

Si verò ſinè inhibitione, 8. blappard. (Blappard nũmi argentei æquiualentis ferè Albo rotato aut ſtufero Brabantico, ſpecies eſt, Baſileeñ. & viciniscorũ maximè familiaris.)

Itẽ in cauſis eccleſiarũ cathedraliũ, flor. 1.

Item pro inhibitione ſimplici ſiue citatione, 8. blappard.

Item pro compulſoria, 8. blappard.

Item pro monitorio cum citatione, flor. 1.

Item pro ſequeſtratione fructuum, flor. 1.

Item pro ſimplicibus mandatis contra præſentes, 1. blappard.

Item pro folio regnm, dummodò ſint in qualibet parte folij 30. lineæ, & in qualibet linea 8. dictiones, 15. folia pro vno flor. Rhenenſi.

Item pro 30. folijs copiæ de ſimili forma ſcripturæ, 1. flor.

Item pro examine teſtium, vbi eſt numerus articulorum infra decẽ, quarta pars flor.

Si vltra quantumcunq;, ſemper pro decẽ addatur & ſoluatur alia quarta pars flor.

Item pro nota ſententiæ, 2. flor.

Item pro inſtrumento ſententiæ, 2. flor.

Item pro executione ſentẽtiæ ſub ſigillo iudicum, prout ſuprà de monitorio: tamen inſpiciendum eſſet, ſi eſt magna quãtitas ſcripturæ, tunc ſuperaddatur alter dimidius florenus.

Item pro inſtrumẽto priuato alicuius actus concilij. 8. blappard.

Si verò ſcriptura duplicabitur, etiam duplicabitur ſalarium: aut aliàs ad quãtitatem ſcripturę habeatur reſpectus.

Item à

Item à pauperibus non valentibus ſoluere recepto priùs ab eis iuramento, nil recipiatur.

Item curſor præſentans ſupplicationem ſiue commiſſionem, non recipiat vltra duos blappard.

Item pro actu citationis, vnus blappard.

Itē pro executione citationis in valuis, vnus blappard. &c.

QVODDAM CONCESSVM Concilij extra ſeſſionem publicam pro ſuppoſitis ipſius concilij ſequitur, factum anno Domini 1433. Octaua Maij, in concilio Baſileenſi.

PRo incremento huius ſacri cōcilii & tuitione perſonarum ad illud cōfluentium, & vt decreta ipſius inconcuſsè obſeruentur, & ſtabilita permaneant, vult hæc ſancta ſynodus, ſtatuitq́; pariter & ordinat & declarat, quòd omnes & ſingulæ antelationū prærogatiuæ, per ſanctiſſimum dominū Eugeniū Papam IIII. ſub quacūque verborum forma familiaribus ſuis, continuis commenſalibus, ipſiusq́ue & ſedis Apoſtolicæ Officialibus, necnō curtiſanis Romanā curiā ſequentibus conceſſæ & concedendæ, quo ad aſſecutionē beneficiorum eccleſiaſticorum, canonicatuum, præbēdarum ac dignitatum, perſonatuum, Adminiſtrationum vel officiorum, quæ vigore gratiarum expectatiuarum expectabant, expectant, ac in anteà expectant, tā quo ad præſentes in hoc ſacro Cōcilio, quàm familiares, Officiales & præſentes in dicta curia, ac quoſlibet alios à tempore publicationis decreti, quo curiales & Officiales dictæ curiæ monebantur à Romana curia recedere, ad ius commune cēſeantur reductæ: nullusq́ue ex familiaribus & Officialibus & aliis prædictis vigore quarumcunque prærogatiuarum in aſſecutione bene ficiorum, canonicatuum & præbēdarum ac dignitatum perſonatuum, Adminiſtrationum, vel beneficiorum alteri præfertur, ſed ius commune inter ipſos hincindè ſeruetur, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque.

IVRAMENTVM AMBASIATOrum domini papæ, quod præſtiterunt in plena congregatione habita in vno die ſabbati, & die Lunæ immediatè ſequēti celebrabatur.

SESSIO XVII.

ANno Dñi M.CCCC.XXXIIII. octaua mēſis Aprilis, videlicet die ſabbati in plena cōgregatione ſacri cōcilii, Ambaſiatores ſanctiſſimi Domini noſtri Papę moderni fuerunt recepti in ſacro cōcilio, & iurauerūt ſecundū ſchedulā quæ ſequitur, propriis nominibus, ſcilicet fideliter laborare pro ſtatu & honore Concilii Baſileeñ. & eius decreta defendere & manutenere, & ſpecialiter decretum Concilij Conſtantienſis, cuius tenor ſequitur & eſt talis: Primò, quòd generalis ſynodus Conſtantieñ. necnon quæcunque alia ſynodus in ſpiritu ſancto legitimè congregata, generale Concilium faciens, Eccleſiam militantem repræſentans, poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui quilibet, cuiuſcunque ſtatus & dignitatis, etiam ſi papalis exiſtat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem, extirpationem dicti ſchiſmatis, & ad generalem reformationem Eccleſiæ Dei in capite & in membris.

Vide definitionem concilij Florentini, & Bullam retractationū Pij 2.

Item declarat, quòd quicunque, cuiuſcunque ſtatus & dignitatis, etiam ſi Papalis exiſtat, qui mādatis, ſtatutis, ſeu ordinationibus aut præceptis huius ſanctæ ſynodi, & cuiuſcunque alterius concilij generalis, legitimè congregati, ſuper præmiſſis ſeu ad ea pertinentibus, factis vel fiendis, obedire contumaciter contempſerit, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubijciatur, & debitè puniatur, etiam ad alia iuris ſubſidia, ſi opus fuerit, recurrendo.

Antiquit' Eccleſia docuit & ſentit primam ſedē à nemine iudicari.

Item dare ſanum & ſalubre conſilium ſecundùm Deum & conſcientias ſuas, & non reuelare vota ſingulorum, inquantum ex huiuſmodi reuelatione veriſimiliter poſſit oriri aliquod odium vel ſcandalum, & non recedere à loco huius Concilij ſine licentia obtēta à deputatis eiuſdem.

CONCORDATA deputationum.

COncordant tres deputationes, quòd omnes appellationes ab hoc ſacro concilio emanatæ, & quæcunque inde ſecuta & ſequenda, caſſentur, irritentur & annullentur. Et tam iudices quam cōmiſſarij, partes, procuratores & notarij, qui circa præmiſſa culpabiles reperti fuerint, moneantur etiam per edictum & debitè puniantur. Et ad hoc dati ſunt Executores in deputatione reformatorij, vicarius Friſingenſis: In deputatione pro communibus, Magiſter Guillermus pe Conſtantia: In deputatione pacis dominus epiſcopus Lectorenſis, Quarta verò de fide, concordat cum eiſdem deputationibus, dum tamen excipiatur perſona domini ducis Sabaudiæ, & pro eadem deputatione fidei, datus deputatus dominus præpoſitus Guezenſis. Quodq́ue ex parte ſacri concilij ſcribatur eidem duci ſuper materia huiuſmodi Lauſanenſis. Quodq́ue concilium paratum eſt ſibi & cuicunque de ſuppoſitis concilij querulanti, iuſtitiam miniſtrare. Et ſi opus ſit, eidem transmittentur viri notabiles pro actu huiuſmodi.

Item concordant quatuor deputationes, quòd contra appellantes ab hoc ſacro Concilio, ſeu à iudicibus & cōmiſſarijs ab eodē cōcilio deputatis extra hoc ſacrum concilium, intimanteſq́ue huiuſmodi appellationes, ac illis deferentes, ac notarios indè inſtrumenta recipientes, necnon cōtra illos qui literas

quaſcunq; tam à Romana curia quàm aliũdè extra locum ſacri Concilij emanatas, contra incorporatos huic ſacro Concilio exequuntur, & procurant exequi. Et ad procedendum contra huiuſmodi appellantes, intimantes, & alios prædictos fuerunt deputati, pro deputatione pacis, dominus epiſcopus Lectoreñ. pro deputatione reformatorij, vicarius Friſingenſis: pro deputatione fidei, præpoſitus Gueznenſis: Pro deputatione de communibus, dominus patriarcha Aquilegieñ. qui contra prædictos procedant cum poteſtate citãdi in loco huius ſacri Concilij, extra & ad partes etiam perſonaliter & per edictum, illoſque puniendi & caſtigandi vſque ad priuationem officiorum & beneficiorum, atque ad in futurum obtinenda inhabilitãdi, prout iuſtitia & criminis qualitas poſtulant & requirunt, ac eis videbitur expedire: ita tamen, quòd cotam altero ex eis in cauſis huiuſmodi poſſit procedi vſque ad ſententiam excluſiuè, quæ tunc conſenſu maioris partis interueniẽtis poſſit promulgari, & procedẽdi ſimpliciter ſummariè & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii omniũ iuris & ſtyli ſolennitate atq; terminorũ obſeruatione ſemotis, ſola tñ facti veritate inſpecta.

Ita concordarunt domini de duodecim die Iouis 15. Septẽbris, Anno Domini 1435.

Die Veneris 16. menſis Septembris, Anno 1435. in generali congregatione, præſidente in eadem reuerendiſſ. domino cardinali legato, Lectis cõcordatis dominorum de duodecim, inter quæ concordata ſupradicta fuerunt, reuerendiſſimus dominus cardinalis legatus nomine & authoritate ſacri Concilii iuxta concordata dictorum dominorum de duodecim, more ſolito concluſit.

PRAEROGATIVAE GRADVATORUM INCORPORATORUM IN SACRO CONCILIO BASILEEN. EXPEDITA 2. DECEMBRIS 1435.

SAcroſancta &c. Ad futuram rei memoriam. Plaſmatoris omniũ, qui gradus & formas humani generis per hæc ſpiritualia & temporalia bona diſponens, quoſdam diuini ſui muneris beneficio ad præfugandas ignorantiæ tenebras perſpicuæ veritatis arDan. 12. b canarũ rerũ ſic illuminat dogmatibus, vt velut ſplendor firmamẽti & ſtellę in perpetuas æternitates, in Eccleſia DEI fulgentes, tam publica quam priuata eruditionis & iuſtitiæ aſſiduè commoda procurent, quantùm poſſumus & permittit, inſequendo veſtigia, ipſorum præſertim, qui vineam Domini ſedulò colunt, peculiaribus fauoribus digno compenſationis munere duximus confouere. Sanè dudum D. Eugenius papa IIII. nonnullos Romanam curiam pro tempore ſequẽtes, & quoſdã alios ſpecialibus fauoribus & variis antelationum gratiarum proſequens prærogatiuis, quibus eos voluit anteferri dilectis Eccleſiæ filiis in theologia magiſtris, & in altero iuriũ doctoribus, ac cũ rigore examinis. Licentiatis, & in theologia, ac altero iuriũ huiuſmodi baccalaureis, in vinea Domini nobiſcũ quotidiè laborãtibus, in aſſecutione beneficiorũ, quę vigore gratiarũ expectatiuarũ eis per dictũ dominũ Eugeniũ conceſſarũ expectant, graue pręiudiciũ generauit. Nos itaque licèt dudũ, ꝙ dictæ antelationes prærogatiuæ noſtrę cõgregationi incorporatis, ſiue eorũ familiaribus, obſequiis ipſorũ inſiſtentibus, nullũ præiudiciũ generare poſſent aut deberent, ſub cũctis modo & forma ſtatuiſſemus atque ordinaſſemus: tamẽ circa ſtatũ & cõmodum dictorũ magiſtrorum, licentiatorũ & baccalaureorũ prædictorũ, qui pro tractandis vniuerſalis Eccleſiæ negociis peruigiles in vinea Domini nobiſcũ ſolicitudines impendũt, ne ipſi denario ex dicta vinea defraudarentur, vberiùs prouidere cupientes, æqua librata conſideratione huiuſmodi promotorũ, authoritate vniuerſalis Eccleſiæ tenore præſentium ſtatuimus, decernimus, volumus atque ordinamus, quòd doctores, licentiati, & baccalaurei ſupradicti, illi videlicet, qui nobiſcum pro vniuerſalis eccleſiæ negociis exequendis per annum in eadem vinea laborauerunt, in aſſecutione beneficiorum ſuorum eccleſiaſticorum, cum cura vel ſine cura, etiamſi canonicatus & præbendæ, dignitates, perſonatus, vel officia, integræ vel dimidiæ portiones, præſtimonię & præſtimoniales portiones, ſeu adminiſtrationes, in metropolitanis aut cathedralibus vel collegiatis eccleſiis fuerint, quæ exnunc vacantia & in anteà vacatura, vigore earundem gratiarum ritè acceptauerint, & de illis ſibi prouideri fecerint, omnibus & ſingulis aliis doctoribus ſimilibus, magiſtris licentiatis & baccalaureis ac aliis quibuſcunque antelationum gratiarum huiuſmodi prærogatiuis, aut quibuſuis aliis gratiis eis à domino Eugenio etiam motu proprio, ſeu quacunque alia verborum forma, etiam priore datis & conceſſis, huiuſmodi beneficia expectantibus, etiam ſi vigore dictarum gratiarum in canonicos ſint recepti, & diligentiores in proceſſibus exiſtant, ſacrolatæ Romanæ eccleſiæ cardinalibus & veris ſine fraude receptis familiaribus, continuis commenſalibus eiuſdem Eugenii Papæ, & dictis incorporatis doctoribus, magiſtris, licentiatis & baccalaureis æqualiter graduatis, & ſimilibus Apoſtolicæ ſedis officialibus, & his qui earundem gratiarum prætextu, beneficia prædicta aſſecuti exiſtunt, duntaxat exceptis, in aſſecutione beneficiorum huiuſmodi præferantur. Et inſuper inter graduatos incorporatos prædictos talem ordinem volumus obſeruari, quòd magis graduato, minùs graduato in aſſecutione beneficiorum prædictorum præferatur, & inter æquales eorundem ius commune conſeruetur, non obſtan-

ſtantibus omnibus ſupradictis, ac voluntate, ſtatuto, atque decreto Eugenij Papę: quæ quo ac incorporatos graduatos per annum nobiſcum laborantes, huiuſmodi, ut præfertur, volumus haberi pro inſectis, nulliuſque exiſtere roboris vel momenti, ac conſtitutionibus, ordinationibus, indultis, nominationibus, facultatibus & cõceſſionibus Apoſtolicis quibuſcunque, regibus, principibus, ducibus, prælatis, perſonis & vniuerſitatibus conceſſis, aut in poſterum quomodolibèt cõcedendis, atq; noſtris, de quibus eorumq; totis tenoribus de verbo ad verbum habenda eſſet in noſtris literis mentio ſpecialis, cæterique contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo &c. Datum Baſileæ tertio Nonas Augusti, Anno milleſimo quadringenteſimo triceſimoquinto &c.

RESPONSIO FACTA AMBAſiatoribus domini Imperatoris ſuper facto Bohemorum in generali congregatione, die Sabbati vigeſimanona Octobris, 1435.

HÆc ſancta ſynodus, matrem vniuerſorum Chriſtifidelium, ſanctam videlicet vniuerſam Eccleſiam, repræſentans, materna pietate ſolicita, optans multis animarum & corporum periculis obuiare, atq; regnum Bohemiæ & Marchionatum Morauiæ reducere ad pacis tranquillitatem & eccleſiaſticam vnitatem, ſine quibus nec ſalus eſt animarum, nec proſperitas rerum. Imperialis etiam ſerenitatis, quæ tam per illuſtrem principem quoque Guilhelmum ducem Bauariæ, cuius anima Deo viuat, quæ protectoris eiuſdem ſynodi officium ipſius vice gerebat, quàm per alios oratores pluribus vicibus eandem ſynodum deprecata eſt, quatenus propter effectus prædictos, quantum ſalua fide & eccleſiæ honeſtate fieri poſſet, hæc ſancta ſynodus benignè condeſcendere dignaretur, cum multa benignitate & pietate materna condeſcendit ad hoc, quòd ipſis Bohemis & Morauis ſuſcipientibus eccleſiaſticam vnitatem, & pacem realiter & cum effectu * in omnibus alijs, quàm in vſu communionis vtriuſque ſpeciei, fidei & ritui vniuerſalis Eccleſiæ conformibus illi & illæ, qui talem habent, communicarent ſub vtraque ſpecie &c. prout in capitulis ſuper pace & vnitate, inter huius ſacræ ſynodi legatos & generalẽ congregationem dictorum regni & marchionatus concordatis & formatis, latiùs continetur. Per quæ quidem capitula ſic cõcordata & formata, ſperabatur aſſiſtente diuina gratia perfici pax & eccleſiaſtica vnitas peroptatæ, ſi ipſa capitula fuiſſent ad debitã executionem deducta, prout hoc ſacrum concilium per ſe promptum exhibuit: & ipſos Bohemos repetitis vicibus requiſiuit.

for. * tam in

Sed pro parte ipſorum Bohemorum vſque ad præſens ſtetit à tempore concordiæ & reformationis dictorũ capitulorum ferè biennio adijcientibus his, quę pro ipſis Bohemis negocia gerunt, difficultates plurimas, & petentibus plura, quæ nedum ſunt vltra compactata, ſed eiſdem compactatis ſanè & ſyncerè intellectis aduerſa. Et nunc nouiſſimè in diæta Brunnæ habita, poſtquàm ab ambaſiatoribus huius ſacri Concilij nonnulla poſtulauerant minùs congrua, etiàm ab Imperiali ſerenitate petiêrunt, quòd ſua ſerenitas perſonaliter cum eis in perceptione communionis ſub vtraque ſpecie conueniret, ac Capellanos haberet qui ſic populo miniſtrarent. Et quòd nullus eſſet in Conſilio eiuſdem & negocijs dicti regni, qui ſic non communicaret. Et quod religioſi monachi vel moniales, ſine conſenſu archiepiſcopi & domini communis loci, non admittantur. Et quòd ipſi habeant ſibi eligere archiepiſcopum, qui ſic electus, habeat confirmare: & nonnulla alia, quæ non ſolũ vergunt in derogationem eccleſiaſtici ordinis & authoritatis, ſed etiam contra ſynceram intelligentiam dictorum compactatorum, indultum libertationis communionis ſub vtraq; ſpecie, in coactionem conuertendo, & declinando à conformitate quam in reliquis habere debent cum reliquo populo Chriſtiano. Et talia & taliter locuti, qui pro eis loquebantur, non videbatur multum ſperandum de ſtabili reductione ipſorum. Vndè licèt exiſtimetur, hæc non procedere de communi voluntate baronum, nobilium & procerum, ſed immitti vel ſubmitti ab aliquibus contra pacem publicam propter priuata commoda machinantibus, ne tamen his modis tractatus inutiliter differatur, hæc ſancta ſynodus cupiens non tegere vulnus, ſed ſanare: ante omnia vult certificari, an dicti Bohemi velint ſtare purè & ſimpliciter in cõpactatis, & ea ſine vlteriori dilatione ad executionem deducere, & à prædictis petitionibus & alijs huiuſmodi penitus abſtinere, & certa effici, quod ceſſet omnis ſpecies prædicta vel alia ſimilia, quæ ad Eccleſiæ diſpoſitionem pertinent, ab aliqua ſeculari poteſtate ipſos poſſe obtinere, & quod ad communionem ſub vtraque ſpecie, nullus modo aliquo directè vel indirectè compellatur.

Si autem de his, quæ ad Eccleſiæ diſpoſitionem pertinent, pro vtilitate dictorum regni & Marchionatus aliqua voluerint poſtulare, quæ compactatis non obuient ſupradictis, ab hac ſacra ſynodo poſſunt poſtulare, quæ tanquàm pia mater, quantum pro ſalute & vtilitate ipſorum iudicauerit expedire, prouidebit. Et quantum ad difficultatem illam, quæ orta eſt ſuper vltima particula quarti articuli, vbi ſic ſcriptum erat, in declaratione ab hac ſacra ſynodo

*ipſaque facta, * ipſam bona eccleſiæ ab alijs quàm ab his, quibus adminiſtratio canonicè eſt commiſſa, vſurpari ſine ſacrilegij reatu non poſſunt, licèt hanc veritatem, quam nō nunc nouiter hæc ſancta ſynodus protulit, ſed ſancti doctores, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, Gregorius, & alij plures ſancti doctores, & antiquorum ſanctorum conciliorum & ſanctorum patrum inſtituta repetitis vicibus protulerunt: credendum non ſit, ꝙ ipſi Bohemi reſpuere velint. Quia tamen dicunt cum ambaſiatoribus huius ſacri Concilij ſuper mutatione verborum aliter conueniſſe, Legatis huius ſacri Concilij certum modum ponentibus, & ipſis Bohemis vel ſuis aliàs aſſerentibus, hæc ſancta ſynodus Ambaſiatoribus ſuis contulit poteſtatem, quòd habita certificatione de præmiſſis. propter hæc aut rupturæ tractatuum, aut dilationis occaſio nulla erit.

Originale, ex quo hęc excerpta ſunt, nihil amplius habuit.

SENTENTIA DOMINI Patriarchæ Aquilegienſis.

CHriſti nomine inuocato, de cuius vultu omne procedit iudicium, per hanc noſtram ſententiam quam pro tribunali ſedentes ferimus in his ſcriptis, pronunciamus, decernimus & declaramus dictos Ducem, conſiliarios, procuratores, aduocatos nobiles, culpabiles, locatenentes, & quoſcunque alios quolibèt obnoxios anathematis & excommunicationis, communitatemq; interdicti contentas pęnas & ſententias incidiſſe, pro & ex eo, quòd ciuitatem, caſtrum terras, villas, loca, iura, iuriſdictiones & dominia, ac alia ſpoliata, & occupata & detenta, ad eccleſiam Aquilegieñ. (vt præfertur) ſpectantia, iuxta monitorij tenorem, dicto Ludouico Patriarchæ non reſtituerint, neq; cauſam ſeu cauſas rationabiles, cur monitorio noſtro parere non deberent, allegantes, docuerint, & pro talibus habendos, denunciandos, reputandos, vitandos & tractandos fore tandiu, & quouſq; dux, communitas, conſiliarij, procuratores, aduocatí, nobiles, locatenentes, & alij obnoxij prædicti, ciuitatem, caſtrum, terras, villas, loca, iura, iuriſdictiones & dominia: ac alia ſpoliata, occupata ſeu detenta, ad ipſam eccleſiam Aquilegienſis (vt prædicitur) ſpectantia, pręfato Ludouico Patriarchę abſq; dolo & fraude, ſeu alicuius excuſationis interuentione, omninò vnà cū fructibus perceptis & qui percipi potuerint, reſtituerint liberè cum effectu. Ipſumque Ludouicum Patriarcham integrè reſtitutum eccleſiæ Aquilegienſis in ſpiritualibus & tēporalibus pacifica ſinant poſſeſſione gaudere, & ad gremium S. matris Eccleſiæ reuertentes, abſolutionis meruerint beneficium obtinere. Necnon ipſos Ducem, communitatem, conſiliarios, procuratores, aduocatos, nobiles, locatenentes, & alios obnoxios prædictos, in expenſis in ipſa cauſa factis, condemnandos fore & condemnamus, ipſarum expēſarum taxationem nobis in poſterum reſeruātes, ſupplentes omnes defectus qui in huiuſmodi interueniſſent proceſſu. Datum Baſileæ in congregatione generali, 22. die menſis Decembris, Anno 1435.

M. CCCC. XXXVI. DIE MARtis tertia Iulij ferebatur pręſens ſententia diffinitiua.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileeñ. in ſpirituſancto legitimè cōgregata. vniuerſalem eccleſiam repræſentans, inuocato Chriſti nomine, de cuius vultu omne iudicium procedit: ex actis, habitis, & proceſſibus factis in cauſa Traiecteñ. per hanc ſententia diffinitiuam in his ſcriptis diffinit, decernit & declarat, Rodolpho de Diepholt nullum ius in eccleſia Traiecteñ. pręfata vel ad eam competijſſe, neq; competere, poſtulationemq; de perſona nobilis viri Vualrami de Morſa factam ad dictā eccleſiam Traiecteñ. auctoritate vniuerſalis eccleſiæ admittit & recipit, ſupplendo ex certa ſcientia omnes defectus, ſi qui forſan circa eandem aut proceſſum cauſæ quomodolibèr interueniſſent, vel interueniſſe allegari potuiſſent: mādando eundem Vualramum in poſſeſſionē dictæ Traiecteñ. eccleſiæ iuriumq; & pertinentiarum omnium einſdem induci, recipi & mitti, ac inducit, recipit & admittit, ipsū eidem eccleſiæ Traiectenſi præficiendo in epiſcopum & paſtorem. dictumque Rodolphum de Diepholt ab occupatione & detentione eorundem amouendo, quem per præſentes amouet ſub cenſuris & alijs quibuſcunque pœnis, proceſſus deſupèr decerni mandando oportunos.

M. CCCC. XXXVI. DIE SABbati tertia Nouemb. fuerunt in congregatione generali publicata maximè infraſcripta.

COncordant tres deputationes, quia à nonnullis aſſeritur, ꝙ dominus noſter Papa conceſſit prærogatiuas in præiudicium incorporatorū ſeu incorporādorum, eneruatiuas prærogatiuarum eiſdem incorporatis & incorporandis conceſſarum ad manutenitionem & defenſionem ſuppoſitorum Concilij, quòd tales, ſi quæ per papam factæ ſint aut fuerint in futurum contra incorporatos, caſſentur & annullentur cum clauſulis oportunis quibuſcunque in contrarium facientibus non obſtantibus. Deputatio de communibus requiſita, non deliberauit.

EPI-

Digitized by Google

EPISTOLÆ CONCILII BASILEENSIS,

ſcorſim hîc collectę, & ſecundum datas earum, quantùm licuit, ordinatę.

EPISTOLA SACRI CONCILII Baſileenſis miſſa ad Bohemos.

SACROSANCTA generalis
ſynodus Baſileen. in Spi-
ritusáncto legitimè con-
gregata, militantē eccleſiā
reprę ſentans, vniuerſis &
ſingulis ſacerdotibus, no-
bilibus, conſulibus, clientibus, cęteriſq; re-
gni Bohemiæ incolis, vnionem, concordiā,
charitatē, & pacem in Domino noſtro Ieſu
Chriſto. Dum eminentiſſimā redemptoris
noſtri dilectionem, qua pro noſtra ſalute nō
dubitauit manibus tradi nocētium, & igno-
minioſiſſimæ mortis ſubire tormentum,
Galat. 6.a (quæ pręcepit nobis, alterius onera portare,
1. Pet. 4.b ac mutuam ante omnia charitatem habere)
attentiùs cōſideramus, cum maxima cordiū
noſtrorum amaritudine veſtram à nobis cō-
ſpicimus diſſenſionem. Quamobrem ex in-
timis affectionibus noſtris cupimus, tam
grauem & noxiam diuiſionem in concordiā
reuocare, vt omnium noſtrûm ſub vno pa-
ſtore Chriſto, quemadmodùm pauloantè
fuerat, ſit eadem credulitas & charitatiua di-
lectio, & eiſdē ſpiritualibus pabulis in caulis
refici mereamur Dominicis, prout latiùs ex
epiſtola noſtra à vobis reuerenter (vt certifi-
cati ſumus) recepta, lucidè potuiſtis agnoſce-
re, Quod & confirmauerunt oratores noſtri
noſtris Nurēbergæ exiſtentes, ſuis literis veſtris di-
ſcretionibus nouiter tranſmiſſis. Ex quibus
grandē mutuæ vnionis ſpem concepimus.
Teſtificamur enim coram Deo, magnā tri-
ſtitiam & dolorem aſſiduum cordibus no-
ſtris ineſſe, de tam diuturna & meritò deflē-
da diuiſione. ſuper omnia pacem, concor-
diam, & in credendis ſalubrem vnionem, ex
intimis affectionibus deſideramus, quātùm
Deus annuerit, perficere. Nec ab hac ſyno-
dali cōgregatione quouis modo intendimus
diſcedere, donec omnia nobis poſſibilia pro
votina & optata noſtrûm adinuicem vnio-
ne peregerimus, in Domino ſperantes, qui
præſtò adeſt omnibus inuocantibus eum in
1. Tim. 2.a veritate, quique neminem vult perire, ſed
omnes viam veritatis agnoſcere, quòd pio-
rum interceſſionibus exoratus, & diligen-
tijs humanis ad hoc (vt decet) exhibitis, Spi-
ritus ſancti illuſtrante gratia, mutuam con-
cordiam & affectuoſiſſimè huiuſmodi deſi-
deratam vnionem conſequemur. In hoc
autem ampliùs confidimus, quòd potiſſima
medicina, talibus diſſenſionibus ſubuenire
ſolita, parata eſt, ſacra ſcilicet præſens ſyno-
dus, cuius director eſt ſpiritusſanctus, eam

deficere aut quoquo modo deuiare non per-
mittens, in his præſertim, quæ ſalutem ani-
marum concernunt. Neque enim fieri po-
tuit, quòd Chriſti oratio, qua patrem exora- Luc. 22.c
uit, ne Eccleſiæ fides deficeret, non fuerit ex-
audita. Eſt itaque certa regula, indeficiens
menſura, cūctos fideles rectiſſimè regulans,
quæ credenda aut agenda ſint, ſaluberrimè
demonſtrans. Adhortamur igitur vos in vi-
ſceribus Chriſti, & in illa ſalute, quàm à iu-
ſto iudice ſperatis, quatenus omnes veſtros
conatus ad tam ſanctum & diuinum vnionis
& concordiæ opus apponendo, viros timo-
ratos in lege Chriſti, exercitatos, communē
ſalutem & pacem, non particularia commo-
da affectantes, de quibus vobis aliâs ſcripſi-
mus, ad hoc ſacrum concilium placeat *quan *quanto-
tocyus deſtinare, quibus plenam & omnimo citiùs
dam ſecuritatem accedendi, ſtandi & redeun
di, promptis & non fictis dabimus animis,
atque apud quoſcunque, de quibus neceſſa-
rium fuerit, ſeu etiam opportunum, procu-
rare non omittemus, nec in aliquo deficie-
mus (quantùm vires noſtræ ſuppetunt) tam
ſalutiferæ & Deo gratæ operationi. Super
autem ſaluis conductibus ad hoc neceſſariis,
ſcribimus illuſtribus principibus, dominis
marchioni Brandeburgen. Alberto Auſtriæ,
& Ioanni Bauariæ ducibus, nobili Vlrico de
Roſenberg, ac etiam conſulibus Nurenber-
gen. & Egren. necnon ambaſiatoribus no-
ſtris in locis vobis vicinis perſiſtentibus. Ac-
cingimini itaque ſacro fidei baptiſmate inſi-
gniti, operas veſtras efficaces apponere ad
regni veſtri cum cæteris firmam pacem,
concordiam & vnionem. Tædeat vos (quæ-
ſumus) cladium bellicarum, & hincindè tam
horridorum flagitiorum perpetratorum, ac
viribus totis communem animarum & cor-
porum ſalutem procurare ſatagite. In his ſi-
quidem, Deo authore, vobis coaſſiſtemus
fideles cooperatores, hoc tamen * quanto-
cyus fieri rogitamus, quatenus morum om-
niumq́ue ſtatuum emendationi latiùs & effi-
caciùs intendere valeamus ad Dei honorem,
& ſuæ immaculatæ ſponſæ eccleſiæ ſanctæ.
Pax autem Chriſti exuperans omnem ſen- Phil. 4.d
ſum, cuſtodiat corda veſtra & intelligentias
veſtras, voſq; ad diuitias gloriæ & cognitio-
nem veritatis Deificæ perducere dignetur.
Datum Baſileæ in noſtra congregatione ge-
nerali die Sabbati, octauo die menſis Martij,
Anno à Natiuitate Domini 1432. ſub ſigillo
reuerendi in Chriſto patris domini Phili-
berti epiſcopi Conſtantien. prouinciæ Ro-
thomagenſis, quo de præſenti vtimur.

COPIA, SALVICONDVCTVS collati à Concilio Bohemis.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileen.
in Spiritusáncto legitimè congregata,
vniuerſalem eccleſiam repræſentans, vni-
uerſis viris eccleſiaſticis, nobilibus, & toti

populo regni Bohemiæ, vnitatem & pacem in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Dadũ hęc ſancta ſynodus, inter alia ſanctitatis opera, quæ propoſuit & proponit, hoc principaliter cordi gerens, vt pręclarum Bohemiæ regnum in eadem vnitate cum alijs Chriſtifidelibus cõiungatur, vos per ſuas literas ſyncera charitate requiſiuit, vt ad ſacrum Concilium nuncios deſtinaretis, liberam eis offerens audientiam ſaluumq́ue conductum: quod ſanctum opus vt eo maturiùs expediretur, venerabiles & religioſos viros fratrẽ Ioannem Nyder priorem domus Prædicatorum Baſileeñ. in ſacra pagina profeſſorẽ, & Ioannem monachum Ciſtertienſis ordinis conuentus de Mulenbrum, nunctos pro hac re ſolicitanda ad ciuitatem Nurenbergenſem deſtinauit. Qui (vt nobis pridiè reſcripſerunt) literis exhortatorijs ad vos ſuper hoc tranſmiſſis, veſtras poſtmodum à vobis oblatæ pacis deſideria amplectentibus, acceperunt, in quibus inter alia continetur, vt prædicti noſtri nuncij ad Egram ꝓ finali concluſione aduentus veſtri ſe transferant. In primis creatori modò gratias agimus, qui taliter huius rei diſponit initia, vt finis optatus veriſimiliter ſequi ſperetur. Deinde, vt res iſta, quæ diuino potiùs quàm humano conſilio cœpta eſſe videtur, debitũ ſortiatur effectum, & vt tam regnum veſtrũ, quàm totus mundus euidẽter agnoſcat, ſyncerum purumq́; huius ſanctæ ſynodi deſiderium, ecce quod polliciti ſumus per primas literas, iam nunc efficaciter exequi properamus. Omnibus igitur illis perſonis, cuiuſcunq; dignitatis, præeminentię, conditionis vel ſtatus exiſtant, Eccleſiaſtici vel ſecularis, quas ad hoc ſacrum concilium deſtinare volueritis in eo numero, & pro tẽpore, & ſub his modis & conditionibus, tam in ſtando, veniendo & redeundo, quàm in audientia præbenda, de quibus pręd
icti noſtri ambaſiatores vobiſcũ aut veſtris nuncijs in Egra vel alibi conuenerint, tenore præſentiũ pleniſſimum ac liberrimum ſaluum conductum, veriſſimamq́; veritatem veniendi ad hanc ciuitatem Baſileeñ. ibidemq́; manendi, & deinde ad præfatum regnum Bohemię redeundi, pura fide & integro corde concedimus, & veraciter impartimur. In hoc quoque ſaluo conductu omnes quaſcunq; clauſulas includi & contineri volumus, quæ pro plena & efficaci ſecuritate eorum, in veniendo, ſtando & redeundo neceſſariæ ſunt & opportunæ, & quæ de iure vel conſuetudine in ſaluiſconductibus apponi debent aut ſolitæ ſunt. Vniuerſos autem & ſingulos Chriſtifideles, reuerendos patres, archiepiſcopos, epiſcopos, abbates, prælatos, & clericos, necnon illuſtres principes, reges, duces, marchiones, comites, barones, nobiles, milites, vniuerſitates, ac communitates ciuitatum, caſtrorum, & villarum, earumq́ue conſules, ſcabinos & officiales, & alios cuiuſcunque conditionis & ſtatus, Eccleſiaſtici & ſecularis, quocunque nomine cenſentur, per viſcera miſericordiæ Dei noſtri Exhortamur & obſecramus, eiſq́; nihilominùs in virtute ſanctæ obedientiæ authoritate à Deo vniuerſali Eccleſiæ conceſſa, diſtrictè pręcipiendo mãdamus, quatenùs prædictos nuncios & ambaſiatores regni Bohemiæ huc venturos, cum omni charitate, benignitate & manſuetudine, veniendo, ſtãdo & redeundo pertractent: nec eis vel familiaribus eorum inferant, nec per aliquem inferri quoquo modo permittant quamcunque offenſam, læſionem, aut iniuriam: alioquin aduerſus contrarium facientes, tanquam turbatores pacis & vnitatis, ad debitas pœnas tam per cenſuram Eccleſiaſticam, quam brachiũ ſeculare, ſeueriter procedetur. Cæterum quod in primis literis rogauimus, nunc ad memoriam veſtram reducimus, vt tales viros mittere huc velitis, ſuper quos ſpiritus Domini quieſcere ſperetur, mites videlicet, timoratos, humiles corde, pacẽ optantes, & non quæ ſua ſunt, quærentes, ſed quæ I E S V Chriſti: qui nobis, vobis, & toti populo Chriſtiano hic pacem, & in futuro ſeculo vitam æternam donare dignetur: qui viuit benedictus in ſecula, Amen. Acta fuerunt hæc in congregatione generali noſtra, præſentibus dictæ noſtræ ſanctæ ſynodi Baſileenſis notarijs & ſcribis ſubſcriptis, ſub ſigillo reuerendi in Chriſto patris domini epiſcopi Conſtantienſis prouinciæ Rothomageñ. quo ad præſens vtimur, die Veneris vigeſima octaua, menſis Martij, Anno à Natiuitate Domini mileſimo quadringenteſimo trigeſimoſecundo.

¶Litera miſſa regi Franciæ.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileeñ. &c. Chriſtianiſſimo principi & ſereniſſimo domino, domino regi Frãciæ, ſalutẽ & omnipotentis Dei benedictionẽ. Pro quàm pijs & populo Chriſtiano neceſſarijs cauſis hoc ſacrum concilium congregatum ſit, iam diu literis ac nuncijs veſtræ ſerenitati ſignificauimus. aliud enim hæc ſancta ſynodus non intendit, quàm vt hæreſes, bella, ac vitia de populo Chriſtiano exurpentur: & quanquàm in omnibus regnis ac prouincijs vbi bella vigent, pacem & concordiam firmare deſideremus, ad veſtrum tamen ꝓclariſſimum regnum pacificandum propenſiùs oculos noſtros dirigimus. Hæ igitur tã ſanctæ cauſæ, ac memoria eorum quæ veſtri præclariſſimi maiores pro exaltatione fidei, & conſeruatione Eccleſiæ catholicæ ſemper egerunt, firmam nobis ſpem præbent, quòd ſerenitas veſtra huic ſacro concilio, ex quo tot bona prouenire ſperãtur, omnem fauorem & auxilium impendet, atque omnia faciet, per quæ hæc ſancta opera quæ proponimus, optatum cõſequentur effectum. Sed

& hanc

& hanc noſtram ſpem, quam de ueſtra ſerenitate concepimus, iam ad effectum DEI gratia perduci uidemus. Audimus enim eccleſiæ Gallicanæ prælatos in ciuitate Bituricenſi opera veſtra conueniſſe, ibique ſpirituſancto illuminatos concluſiſſe ſacrum hoc concilium Baſileenſe fore nõ ſolum legitimè congregatum, quinimmò hoc tẽpore permaximè neceſſarium, vt in hoc loco vbi cœptum eſt, ſine dilatione aut mutatione continuetur atque compleatur: & pro ſubueniendo vniuerſalis Eccleſiæ neceſſitatibus, expedit vt ad id omnes, præſertim regni veſtri Franciæ, proficiſcãtur: hinc equidem magnam lætitiam nõ immeritò ſuſcepimus, tum quòd Spiritusſanctus non patitur veritatis lumen latere ſub modio: tum quòd ex ea deliberatione fidei & Eccleſiæ magna & incrementa ſucceſſura ſperamus, pro qua re ipſi Spirituiſancto in primis, cuius dono hoc factum eſt: deinde veſtræ ſerenitati gratias agimus, & eam dignis laudibus cõmendamus, quæ ad tam ſanctũ opus diligentiã præbuit. Ampliusq; ipſam commendatum ſumus, cùm hanc ſaluberrimam concluſionẽ executioni mandari ſentiemus. Quapropter eandem S. quanto efficaciùs poſſumus, deprecamur & obſecramus, vt quemadmodũ inter reges Chriſtianos anteceſſores veſtri ſemp primi fuerũt ad auxiliũ fidei & Eccleſiæ, ꝓpter qđ Chriſtianiſſimi vocari meruerunt: ita maiorũ veſtrorũ imitando ueſtigia, idipſum pro viribus & omni ſtudio agere dignemini, omnemque operam dare, vt prædicta deliberatio tã laudabilis, & veſtræ ſerenitati ac regno veſtro honorifica, per celerem aduentum prælatorum veſtrorũ ſimul cum inſigni veſtra ambaſiata ad hoc ſacrum cõcilium per ſuam executionem toti mundo illuceſcat. Ex quo & apud omnipotentem Deum meritum immortale, & apud homines ſummam laudẽ vbique conſequemini, & ipſam tãdem vniuerſalem eccleſiam * vobis quidem chariſſime princeps agendorum vrgens neceſſitas omnem dilationem expoſtulat amputari, eò permaximè, quoniam vt ab ambaſiatoribus noſtris ad hæc tractanda tranſmiſſis, nobis inſinuatum eſt, aduentus Bohemorum ad hoc cõcilium de proximo præſtolatur: qua in re regni veſtrum inter cæteras Chriſtianitatis partes magna literatura refulgeat, ipſorumque prælatorum veſtræque ambaſiatæ præſentia, dante altiſſimo, ſit fructuoſa. Datum Baſileæ die nona Maij, 1432.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in ſpirituſancto legitimè cõgregata, vniuerſalem eccleſiam repræſentans, reuerendis in Chriſto patribus, & illuſtrib⁹ ac magnificis dominis conſiliarijs Chriſtianiſſimi regis Franciæ ſalutem &c. Deſtinamus præfato Chriſtianiſſimo regi Franciæ literas infraſcripti tenoris.

Hic inſerta fuiſſe intelligatur epiſtola præcedẽs, ad regẽ Franciæ miſſa: eamq; bis eodem deſcribi loco, ocioſum tranſcriptoribus fuiſſe viſum: atque ideo omiſſam, alioqui non omittendam. In fine:

Cùm autem hæc omnium Chriſtianorũ negocia communia ſint, & veſtra ſicut noſtra interſit, vt ſaluti Chriſtianæ reipublicæ conſulatur, veſtras paternitates & dominationes rogamus & exhortamur, vt pro honore & debito ueſtro apud præfatum Chriſtianiſſimum principem efficaciter laborare uelitis, quatenùs tam prælati Gallicanæ eccleſiæ, quam ipſius Chriſtianiſſimi regis inſignis ambaſiata, prout tantum principẽ decet, huc ad communem Chriſtianæ religionis vtilitatem ſine mora accedant. Datum Baſileæ, vt ſuprà.

MAGNIFICO DOMINO.
de Tremollia &c.

SActoſancta &c. Magnifico domino N. de Tremollia &c. Cùm diuino munere vobis conceſſum ſit, vt gratiam in oculis Chriſtianiſſimi regis Franciæ inueniatis, & apud eum locum & authoritatem inter primos habeatis, meritò die nocteque cogitare debetis, vt ipſe Deus hanc gratiam vobis conſeruet & ampliet. Quod nullo modo melius conſequi poteſtis, quàm ſi fidei & Eccleſiæ defenſionem totis viribus procuretis. Certi ſumus ad notitiam ueſtram diu perueniſſe, quemadmodùm pro hæreſibus, bellis ac uitiis ex populo Chriſtiano extirpandis, hoc ſacrum generale cõcilium apud Baſileam congregatum legitimè ſit, quibus rebus cum nihil Deo gratius, & Chriſtianitati utilius fieri poſſit, meritò ſperare poteritis, gratiam Dei & hominum uobiſcum permanſuram, ſi huic ſacro concilio fauorẽ vobis poſſibilem præſtiteritis. Itaque curare, quantùm in vobis eſt, debetis, ut hoc concilium à ſpirituſancto inceptum, veſtra opera & diligentia creſcat, & humana obſtacula, quæ illud quoquo modo impedire poſſent, pro uiribus tollere & amouere. Qui enim aduerſus hoc concilium aliquid agit, cauſa eſſe uidetur, ut hæreſes, bella, & peccata in Chriſtianitate perdurent. Qui verò illi fauet, eſt protector fidei, procurator pacis ac ſanctæ reformationis. Audimus prælatos eccleſiæ Gallicanæ apud ciuitatem Bituricen. conuenientes, inter ſe concluſiſſe, ad hoc ſacrum concilium proficiſci. Quæ res non ſolum præfato Chriſtianiſſimo regi ac regno ſuo honorem & utilitatem maximam allatura eſt, ſed toti Chriſtianitati profectum. propterea uos efficaciter rogamus & hortamur, ut apud ipſum dominum regem diligenter intercedere uelitis, ut prædicta concluſio per aduentum prælatorum ad ipſum concilium ſimul cum ambaſiata executioni demandetur. Ex quo (ut prædiximus) proculdubio gratiam Dei & hominũ vobis & ueſtræ poſteritati comparabitis, & vniuer-

vniuerſalem Eccleſiam ad omnia, veſtrum ſtatum & honorem concernentia, exinde obligatam efficietis. Baſileæ vt ſuprà.

ARCHIEPISCOPO RHEmeñ. Cancellario Franciæ.

SAcroſancta &c. Reuerẽdo in Chriſto patri domino Archiepiſcopo Rhemeñ. &c. Reſcripſit nobis venerabilis uir Prior Conuentus Chamberiaci ordinis Prædicatorũ, ambaſiator noſter, quanto zelo huic ſacro concilio afficiamini, eiuſque profectum deſidereris, & cum diligẽtia quæratis: pro qua re, quia cauſa Dei agitis, ipſe uobis in hoc & in alio ſeculo dignè retribuat. Eccleſia uerò pro huiuſmodi fauore, quem ſibi impenditis, ſuarum orationum & meritorum apud Deum participem faciet, & ad omnia ueſtrũ honorem & ſtatum concernẽtia obligatam ſe uobis meritò profitetur: In hac re, quæ ueſtram paternitatem tanquàm Chriſtianũ & antiſtitem, non minùs tãgit quàm nos, nil aliud dicendum uidetur, niſi vt ſolita diligẽtia opus hoc diuinũ proſequamini, ex quo cùm extirpatio hæreſum pacificatio populi Chriſtiani, eradicatio uitiorum ſequi ſperetur, magnum apud Deum meritum, & apud homines laudem accepturi ſitis, optimè intelligitis. Scribimus Chriſtianiſſimo regi Franciæ, & ſuo conſilio & quibuſdam particularibus apud eum potentibus, prout idẽ Prior ex veſtro concilio nos aduiſauit, & literarum copias hìc interclusas mittimus. Si quid illud ad proſecutionem iſtius rei, necnon ad pacem præclariſſimi regni Franciæ, ad quam toto corde adſpiramus, faciendũ uidetur, uos maximè deprecamur, ut nobis ſignificare uelitis.

¶ Archiepiſcopo Lugdunenſi.

SAcroſancta &c. Reuerendo in Chriſto patri domino Archiepiſcopo Lugdunẽſi, ſaluẽ &c. Cum magna iocunditate & exultatione audiuimus literas, quas ad nos & reuerendum in Chriſto patrem dominũ epiſcopum Lauſaneñ. cum aduiſamentis eccleſiæ Gallicanæ deſtinaſtis. Intelleximus ex his & aliorum relatu, quanta prudentia & ſolicitudine in congregatione prælatorum apud Bituris in fauorẽ huius S. ſynodi, immò toti⁹ Chriſtianitatis laboraueritis, & qd per medium ueſtræ ſapientiæ ac diligentiæ ſpiritusſanctus ibidèm cõcludi fecerit, hinc luce clariùs perpendimus, hoc ſacrum concilium ita ſtabilitum, ut iam modicum de humanis obſtaculis timeri poſſit. Hoc tam magnum ac felix nouum, quilibet neſtræ aſſcribit circunſpectioni: & quod ibi concluſum eſt, ueſtra opera cõtigiſſe exiſtimat. Pro qua re ipſe omnipotens Deus, cuius cau-
Lucæ 6. ſam tam laborioſè uiriliterque defendiſtis, reddet uobis in cœlis præmiorum menſurã bonam, confertam, coagitatam, & ſupereffluentem. Nos omnes quicunque in hoc ſacro concilio ſumus, auditis his literis, mira in uos ferimur dilectione, & nomen ueſtrũ ac laudes in ore omnium paſſim reſonant: uos patrem, defenſorem, ac protectorem ſacri concilij omnes appellant. Agite igitur optime antiſtes, quemadmodùm cœpiſtis, & opus iam laudabile ueſtra uirtute in eccleſia Gallicana inchoatum, enitimini ad finẽ perducere, & concluſio illa per celerem aduentum prælatorum re ipſa compleatur, pſertim ut paternitas ueſtra ſicut authrix fuit huiuſmodi deliberationis, ita prima ſit in exequendo. Nã cũ alii uos huc proficiſci uiderint, mox ſequentur. Aduentus ueſter ad nos, iudicio omniũ multo utilior reputatur, quàm pgreſſus ad urbem. Timemus ne abſentia ueſtra aut diuturna mora, ſacro concilio ſit dãnoſa, & acceſſus ad urbem in nihilo fructuoſus, ex his quę à fide dignis percepimus: qui concilio aduerſantur, ita fixi in ſua opinione uidentur, ut in perſuaſioni-
bus humanis modica ſpes haberi poſſit. Spi- Acto. 15.
ritui ſancto & nobis uiſum eſt, ut omiſſo acceſſu ad urbẽ, ad hanc ſacram ſynodum, quã ſpiritusſancto regi non dubitamus, quantociùs pperetis: uerùm ſi in congregatione prælatorum apud Lugdunum, putaueritis aliquandiu pro utilitate concilij immorandum, hoc ueſtræ ſapientiæ committimus. Valete feliciter. ſcriptum Baſileæ ut ſuprà & datum.

REGI POLONIAE ET ALIIS.

SAcroſanctæ &c. congregata, ſereniſſimo domino principi domino Vueladiſlao Poloniæ Regi &c. Regiæ dignitatis proſperum augmentum, ac omnipotentis Dei benedictionem. Non ambigimus, ſatis diuque diuulgatum eſſe apud ueſtram ſerenitatem, ſacroſanctam hanc ſynodum in hac ciuitate Baſileeñ. rectè congregatam exiſtere pro rebus eccleſiæ & omnium orthodoxorum promouendis & benè gerendis, pro uepriũ hæreticarum de finibus fidelium extirpatione, morum deformium in cunctis ſtatibus emendatione, pioque bellicarum rerũ, quæ prohdolor his temporibus populum Dei circundant, ſedatione: quibus nil dignius, & fideli populo ſalubrius ſub cœlo ualet afferri. Vndè ſi quis zelum Dei in corde gerat, ſi quiſpiam principum ſalutem, ſubiectorũ atque communem profectum & utilitatẽ, prout ad hoc tenetur, quærat, mox ſacrum hoc concilium dignificare, fauorizare & pmouere tenetur, eius ſanctiſſimis determinationibus firmiter inhærendo. Contraria uerò & præiudicialia ſibi poſſetenus impedire, & ut auferãtur de medio, totis uiribus in Dei obſequium debet adſpirare. Quamobrem ueſtrã dominationẽ ac regiam celſitudinem, ut principem catholicum & fidei Chriſti fidelem propugnatorẽ, obſeruamus, & exhortamur per uiſcera miſericordia Dei noſtri, quatenus ad tam neceſſarium & accommodum opus expediẽdum & Deo du-

ce

Digitized by Google

ce perficiendū in populo fideli, placeat aliquos doctos & peritos diuinarū & mundanarum rerum experientia imbutos, ad hanc noſtram congregationem quantocyùs deſtinare: necnon reuerendos patres Archiepiſcopos, epiſcopos, abbates, cæteroſque qui de iure vel conſuetudine ſacris conciliis generalibus intereſſe tenentur, ſub veſtrę dignitatis iuriſdictione & protectione temporaliter conſtitutos, per literas veſtræ ſerenitatis ſolicitare, & modis aliis congruis inducere, vt non poſtponant ad conueniendum ilico nobiſcū: & prout præclara fama de veſtra celſitudine volat per orbem vniuerſum, qualiter vt principem catholicum decet, contra perfidos hæreticos brachia potentiæ veſtræ viriliter expandiſtis: ſic exhortamur veſtram ſerenitatem & deuotionem, vt in exaltationem ſacræ fidei, feruenti animoſitate ad eorundem inimicorum reductionem in vnionem fidei catholicæ operā continuò dare velitis, Chriſtifideles ad hoc viis ac modis conuenientibus inducendo & confortando, & ſi in quantum opus etiam manu armata pugnando & reſiſtēdo, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, fidei catholicæ incrementum, & Eccleſię ſacroſanctæ continuam proſperitatem. quod vtique ad principatus veſtri honoris titulum cedit pariter & decorum. Nec moueat veſtrā dominationem rumor de diſſolutione huius ſacri concilii, ſi quis ad præſentiam veſtræ ſerenitatis forſan delatus eſt, qui ex leuitate & ſiniſtra ſuggeſtione haud dubium proceſſit: Quoniam noſtræ intentionis eſt, ad conſeruationem fidei catholicæ & cunctorum fidelium conſolationem, in laudem creatoris noſtri firmiter perſeuerare, cunctis Chriſticolis nobis aſſiſtentibus in vinculo charitatis, vſque ad eiuſdem ſacri concilii felicem conſummationē, ne increduli dicant in cordibus ſuis, Pſal. 13. Trepidauerunt timore vbi non erat timor, & glorientur in malitia ſua, putantes nos ſacræ fidei certamen declinaſſe. Confidimus etenim, quòd in hac ſanctiſſima re cōſiderata rectiſſima intentione, celſitudo veſtra ardenti deſiderio nobiſcum in vnum concurrat. Pro quibus omnibus pleniùs explicandis, Reuerendum in Chriſto patrem fratrem Aegidium Epiſcopum* Roſenſem, ordinis fratrum Carmelitarum, exhibitorem pręſentium ad veſtrā ſerenitatē curauimus deſtinare, cuius relatibus in pręmiſſis placeat fidem credulam propēſius adhibere. Spiritus ſanctus ſacri concilii author dirigat veſtram illuſtrem celſitudinē in cunctis agendis ad vtilitatem Eccleſię ſanctę cū votiua proſperitate. Datum Baſileę &c.

COPIA SALVICONDVCTVS
concesſi per concilium ambaſiatoribus domini noſtri Papæ.

SAcroſancta generalis Baſileenſis ſynodus, in ſpiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, venerabilibus Ioanni & Andreæ, Tarentino & Coloſſenſi Archiepiſcopis, ac Bertrando epiſcopo Magalonenſi, necnon dilecto Eccleſiæ filio Antonio de ſancto Vito vtriuſq; iuris doctori, & Apoſtolici palatij cauſarum auditori, aſſertis ſanctiſſimi domini Eugenij Papæ ambaſiatoribus, ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem. Quanuis pleniſſima libertas & ſecuritas omnib⁹ ad hāc ſacram ſynodum venientibus, & ſtantibus in ea, & ab eadem recedentibus, iuxta ipſius ſynodi decreta aliàs publicata, & ſaluoſcōductus pleniſſimos chariſſimi Eccleſiæ filij Sigiſmūdi Romanorum Regis ſemper Auguſti, ac ciuium ciuitatis Baſileenſis notoriè uigeant, & propterea non opus eſſet uobis ad hunc locum proficiſci uolentibus, ſaluūconductum petere, præcipuè cùm pro utilitate & neceſſitate vniuerſalis Eccleſiæ, ac pro honore ſanctæ ſedis Apoſtolicæ hoc ſacrum concilium ſit congregatum: Nihilominùs eadem ſancta ſynodus ueſtræ poſtulationi, quantum cum Deo & honeſtate poteſt, ſatisfacere uolens, tenore præſentium dat & concedit uobis & ueſtrum cuilibet cū omnibus & ſingulis familiaribus ac equis & rebus omnibus ueſtris, liberum, plenū ac ſufficientem ſaluumconductum, ueramque ſecuritatem ad hanc ciuitatem Baſileenſem ueniendi, ibidemque ſtandi & morandi, & ad ſanctiſſimum dn̄m Eugenium Papā IIII. redeundi, & ſpecialiter in publica congregatione huius ſacri cōcilii ſeu priuatim coram ad hoc deputatis uel deputandis ab eodem concilio, omnia quæcunque & qualiacunque nomine & ex parte ipſius ſanctiſſimi domini Eugenij Papæ ꝓponēdi, explicandi, loquendi, ac tractandi & conferendi, cæteraque agēdi,* mediandi & finiēdi, quæ ueri oratores ſeu ambaſiatores dicere & agere de iure uel de conſuetudine poſſunt & debent. Vultque ipſa ſancta ſynodus hūc ſaluumconductum eſſe plenum ac pleniſſimum, in eoque includi omnes clauſulas neceſſarias & opportunas, quæ de iure uel cōſuetudine in ſaluiſconductibus opponi ſeu intelligi conſueuerunt, ac eaſdem pro incluſis habet & apponit, ita ut plena ſecuritate & libertate tam uos, quàm ueſtri familiares in pſonis & rebus uti poſſitis, ſine vllo grauamine aut offenſione uel damno uel iniuria, tam perſonali, quàm reali & etiam uerbali, in ueniendo, ſtando, & ad prædictum ſanctiſſimum dominum Papam redeundo, cum hac tamen conditione adiecta, quòd nec intra, nec extra aliquid attentetis coniunctim uel diuiſim, per uiam executionis aliquo-

aliquorum proceſſuum, literarum uel mãdatorum, per uos vel alios in læſionem huius ſacri concilij, aut ſuppoſitorum eius: nec hoc accipiatis, quaſi aliquid huiuſmodi de iure fieri poſſe hæc ſancta ſynodus hæſitet, cùm veritas ſit & in ſecunda ſeſſione declaratum exiſtat, quicquid in prȩiudiciũ huius ſacri Concilij attentetur, id fore nullius roboris vel momenti. Sed ad euitandum ſcandala quæ contra talia tentantes contingere poſſent, vult etiam hæc ſancta ſynodus, vt poſtquàm ad ueſtra propoſita & explicata reſponſum dederit, vel uos requiſierit, vt ad præfatum ſanctiſſimum dominum papam, relaturi quæ vidiſtis & audiſtis, reuertamini, à dicta ciuitate infra octo dies à die requiſitionis computãdos, in nomine Domini iter veſtrum uerius ipſum ſanctiſſimum papam per uiam rectam arripere debeatis, ipſum ſaltem vſque ad metas Italiæ incluſiuè ſine fraude & dolo continuando. Exhortatur inſupèr eadem ſancta ſynodus omnes & ſingulos Chriſtifideles, cuiuſcunq; dignitatis, gradus, ſtatus aut præeminẽtiæ exiſtãt, ſpirituales & temporales, etiam ſi regali, ducali Archiepiſcopi, epiſcopali vel alia quauis præfulgeant dignitate vniuerſitates & communitates, cæteriſque quibus præſentes literȩ exhibitȩ fuerint, eiſdemque in uirtute ſanctȩ obedientiæ mandat, ut ſi per eorum dominia, terras, territoria, ciuitates, oppida, caſtra, ſtratas, uillas, caſtella, aut alia loca uos & quemlibet ueſtrum tranſire cõtingat, ſub pœnis, ſententiis, & cenſuris tam in Conſtantiẽſi & Senenſi, quàm huius ſanctæ ſynodi ſacris decretis contẽtis & fulminatis, diſtrictè iniungendo, quatenus uos & ueſtrum quẽlibet cum comitiua huiuſmodi ſecuros, liberos & tutos, cũ rebus & bonis ueſtris vniuerſis ire, ſtare, & redire, ſine moleſtia & impedimento permittant, de ſocietate & conductu à nobis requiſiti, quoties opus fuerit, fauorabiliter prouidendo. Datum Baſileæ in congregatione generali dictæ ſanctæ ſynodi, die Veneris xviij. menſis Iulij, anno Domini 1432.

BVLLA PER CONCILIVM Baſileenſe miſſa ad ſacri imperij electores.

SAcroſancta &c. Venerabilibus archiepiſcopis & dilectis Eccleſiæ filiis Nobilibus uiris, ducibus illuſtribus ſacri Romani imperii electoribus, ſalutem &c. Deus pius & miſericors reges & principes in terra cõſtituit, ut ſanctuaria templaque ſua defenderent, & ueluti quadrigæ quidam arcam Eccleſiæ ſanctiſſimam deportarent. Sunt ergo agri Dominici cuſtodes, pontes, arces, & diuinæ humanæq; legis uehicula atq; portus: quamobrem ſi commiſſam eis curã intelligerent, nihil magis ſe debere exiſtimabunt, quàm vt Eccleſiam ſanctam, pro qua Chriſtus, ne periret, in cruce orauit, tueant. Quod ubi fecerint, tũc rectè reges ſeu principes appellari poterunt, & Dei qui eos ſupra homines conſtituit, iudicia miniſtrabũt. Porrò in eo nunc tempore ſumus, vt ipſorũ ſuffragia & auxilia eandem eccleſiã implorare oporteat, vt ſuã pietatem oſtendere neceſſè ſit, cuius fauoribus freti huc conuenimus, dum remedium nullum melius uiſum ſit ad huiuſmodi flagitia ſubmonẽda, quàm ut ſacræ ſynodi generalis accerſitio haberetur, per cuius authoritatem, diſſidia abuſuq́ue abſcecti, tolli poſſent. Talis enim ſacer Cœtus ſæpè antiquum humani generis hoſtem deuicit, & deformitates eccleſiæ ſuſtulit. Teſtes ſunt Ariani, Neſtoriani, Sabelliani, aliiq́; hæreſiarchæ, qui cùm philoſophorum ſcholis expugnari non potuere, ſacrorum conciliorum ſentẽtia euerſi ſunt. Denique quanta ſemper fuit ipſorum ſacrorum generalium Conciliorũ authoritas, canoniſca ſcriptura, quam vniuerſalis recipit & dogmatizat eccleſia, demõſtrat, dum quatuor ſynodos * & ſacra Euangelia recipi iubet, *vt ueluti quæ columnæ & baſes quædam ſint in firmamentum Chriſtianæ religionis poſitæ. per eas enim Catholica fides quadam claritate coruſcat, & hæreticorum impietas conculcatur. Alias etiam ſynodos ſacris ritibus & legibus ſacerdotum radiantes, ut candelabra & ſpecula militantis Eccleſiæ, coli amplectique ſuadet. Quamobrem dudum catholici principes cernentes populũ Chriſtianum uariis occurſibus indiès magis ac magis deprimi & labeſactari, prȩterita tẽpora, quibus euenerunt ſimilia recolentes ſummoperè ad celebrationem generalis cõcilij intenderunt. Itaque ſacra Conſtantienſis ſynodus inde profecta eſt, qua conſultiſſimè ſancitum fuit, vt decȩterò generalia concilia certis ſtatutis temporibus tenerentur, quaſi ea præcipua ſemita uideretur, per quam ad mores reformandos & pacem recuperandam eſſet aſcenſus. Denique & ad hanc deuenimus etiam authoritate domini Eugenij Papæ moderni, ut tandem extirpatis hȩreſibus, flagitiis & deformitatib⁹ ſubmotis, ac animis pacis dulcedine recreatis, *Vide Bullam Pii 2. qua defenditur Eugenius.* quandoque ſacer ordo refloreat, & leges ac mores diu perditi reuiuiſcant. Eaque acta iam feliciter extitiſſent, niſi dicti dñi Eugenii Papæ impedimenta notoria obſtitiſſent. Nihil enim adeò uacauit, quàm ut prȩtenſa ſua diſſolutio huius ſynodi, effectui mandaretur, nunc nunciis, nunc literis figmentis uariis refertis, cunctorum animos excitando, ut rei tam execrabili annueretur. Sed ueritas quȩ dum plenè defenditur, raro vincitur, inuicta remanſit: atque amotis errorum nubibus, eam indiès proſperaturam minimè dubitamus. Proindè ingenti admiratione detinemur, cur tam adeò animi ueſtri erepti, tantoq́; ardore obſcurati uideant, cùm obſecrare exhortariq́; non deſinatis, ut

in

in proceſſu aduerſus eũdem dominum Eugenium incepto ſuperſedere: immò id ſtupendum magis extitit, monitorium ſuſpenſionis pœnam continens, relaxare ac alterare deberemus. An non cogitatis, quid idem dominus Eugenius patrauit, quid indiès indurato animo molitur? Iactata ſcilicet fundamenta recuperandæ quandoque pacis & morum reformationis, euertere, dum ſacratiſſimum hoc conciliũ tam legitimè inchoatum, nititur annullare. An non uidetis, ſi ſuæ ſententiæ pareatur, vt non ſolùm hanc ſynodum euaneſcere oporteat, ſed ne decęterò aliæ fiant, facilè euenturum? profectò in id ſua pergere uidetur intentio, vt quod ꝑ totius orbis ſalute, ueſtris & aliorũ principum conſiliis auxiliisq; effectum eſt, momento excidat aboleaturque. Arbitramini ergò, quãtum & quale quid ex humeris noſtris pendeat, quid ſit inſupèr quod rogatur, & à quibus id tam euixè rogatum ſit: nempe Chriſtianus populus, pacem eſuriẽs, diſciplinamque perditam repetens, ex nobis iuſtitiã expectat, ſi quis talia damnabiliter impedire vellet. Nos autem vniuerſalis cõſtituit eccleſia iudicaturos malignantiũ impietatem, uindicaturosque eãdem in dextera uirtutis ſuæ. quod ergo noſtrum non eſt, à nobis uos expetite chariſſimi filij. Id pium eſt rogare, quod decet & licet rogatos facere. Noſtra ſiquidem cura ea præcipuè eſſe debet, nè vniuerſalis Eccleſiæ authoritas cõtemnatur, atque vt poteſtas quæ ſibi à Deo tributa eſt, illibata permaneat: quam uiolare idem dominus Eugenius notoriè uiſus eſt, dum hanc ſynodum præcipiti zelo diſſoluere tentauit. Et quod eſt grauius, obſtinatè perſeuerare non deſinit. Quomodò ergo rem hanc tam Eccleſiæ periculoſam, diſſimulare poſtergareque poſſumus, niſi tanti exceſſus participes eſſe uelimus? Deniq; ſi impunis & inexpugnatus exceſſus huiuſmodi relinquatur, quis vnquam Romano pontifici, quanquã improbiſſimo, contradicet? quis in generalis cõcilii authoritate cõfidet? Cedunt ergo voi hominum * vnius homo? cunctáne eius arbitrio committantur? obtuſcamur Chriſtum ſæpè (vt euangelica doctrina teſtatur) poteſtatem clauium apoſtolis, in quibus repræſentabatur Eccleſia, tradidiſſe & non in ſide, quæ omnes catholicos complectitur, ſed in ſolo Petro, eccleſiam fundauiſſe fateamur? Etiam Conſtantienſe cõciliũ illuxiſſe hominibus confiteamur, dũ ſynodũ generalem immediatè à Chriſto poteſtatem habuiſſe, etiam ſupra Papam, in his quæ pertinent ad extirpationẽ hęreſum, ac generalẽ reformationẽ in capite & in mẽbris, declarauit. non hæc ſunt, quæ conniuentibus oculis tranſire debeamus, ſed ſeueritate opus eſt, dum lenia argumenta non proſunt. debuiſſemus quidem citiùs his rebus præſcribere, & huiuſmodi

Certè Petro vni dictum eſt, Paſce oues meas.

for. *omnis

Matt. 18. Ioan. 20.

domini Eugenii iacula refellere. Sed nunc dum ulterior expectatio onuſta vndique eſt periculis, * mutandum non erit. Quod ergo pridẽ ueſtræ literæ in generali ſacra noſtra congregatione recitatæ requirebant, ut ab ulteriori proceſſu aduerſus Papam abſtinere, & monitorium decretum relaxare dignaremur: libenter impleremus, niſi in ea re paratum diſcrimen vniuerſalis eccleſiæ appareret. Toties enim dilationes repetitas fomenta malorum & pręcipuè contemptum eccleſiæ peperiſſe, exploratiſſimũ eſt. Ignoraſſe autem nos uidemus, dum eas literas decreuiſtis, nouiſſimè inſtantiſſimis precibus chariſſimi Eccleſiæ filii Sigiſmundi Romanorum Imperatoris illuſtriſſimi & eiuſdem Eccleſiæ aduocati, nos ad dies triginta eidẽ domino Eugenio terminũ prorogaſſe. præfato enim Sigiſmundo ob tam ingentia merita inexplicabilesque labores, quos hactenus pro vniuerſali ſuſtinuit eccleſia, nuncq; in præſentiarum ſuſtinet, id negare minimè potuimus. Sed cùm nullam decæterò dilationem expetere, & decretis noſtris liberè acquieſcere pollicitus ſolenniter extiterit, prout in prorogationis decreto inſertũ eſt, & diximus & conſtituimus ſolenni in ſeſſione, nullum alium decæterò ad cuiuſcunque inſtantiam terminum præbituros. Minimè autem dubitamus, ſi hęc uobis innotuiſſent, quòd preces huiuſmodi porrectæ non fuiſſent. Neque ambigui ſitis, ſi quid ſit quod ſine Chriſtiani populi diſcrimine & animarum periculo fieri poſſit, nõ obliti ingentium meritorum veſtrorum, & nec ignari quãta & qualia in vniuerſalis Eccleſiæ cõmoda indiès efficere ualeatis, quàm libenter veſtram in complacentiam ageremus faciemusque Deo dante, dum ad talia ſe facultas obtulerit. Sinite ergo chariſſimi filij nos in iuſtitiæ dextera huiuſmodi exceſſus propellere, & uineam Domini ſub veritatis clypeo reformare. Imitamini, obſecramus, Chriſtianiſſimum ac potentiſſimum illum Romanorum Imperatorem Carolum Magnum, qui cùm Romę ſynodo congregata, ut aduerſus Symmachum Papam accuſatores audiri deberent, interrogaretur, quam in partem iudicium ſuum penderet, Deo inſpirante, reſpondit: ſynodalis eſſe arbitrii, in tanto negocio ſequenda præſcribere & ſtatuere, nec aliquid ad ſe pręter reuerentiam de eccleſiaſticis negociis pertinere. Id quidẽ ſi facietis, ut certiſſimi penè ſumus, apud Deum immortalem gratiam, & apud homines laudes ampliſſimas conſequemini.

Datum Baſileę &c.

*muciendum

In hac ſynodo epiſcopi omnes dixerunt Carolo, ſedem Apoſtolicam à nemine iudicari debere. Agebatur autem non de Symmacho, ſed de Leo. 3.

LICENTIA EXERCENDI officium procurationis cauſarum ſacro Baſileenſi durante concilio.

SAcroſancta &c. Dilecto Eccleſię filio magiſtro Ioãni Creyi, Rectori parochialis

lis Eccleſiæ ſanctæ Columbæ Coloien. ac literatum Apoſtolicarum ſcriptori & abbreuiatori,ſalutem &c. Vitæ ac morum honeſtas,aliaque virtutis opera, quibus ſplendere dinoſceris,nos ioducunt,vt te ſpecialibus fauoribus & gratiis proſequamur: hinc eſt quòd nos tuis ſupplicationibus inclinati, tecum qui in ſacerdotio conſtitutus ac Rector Eccleſiæ parochialis ſanctę Columbæ Colonien. necnon literarum Apoſtolicarũ ſcriptor & abbreuiator, ac huic ſacro concilio incorporatus exiſtis, vt in quibuſcunque cauſis beoeficialibus,prophanis, ciuilibus,matrimonialibus, criminalibus ciuiliter intentatis ſeu mixtis duraote hoc ſacro concilio, ſeu quouſque ipſum ſacrum coocilium ſuper hoc aliter duxerit ordinãdum ſeu prouidendum, ioibi officium procurationis cauſarum, quemadmodum in Romana curia authoritate Apoſtolica ac in ſacro Piſano & Conſtantienſi Conciliis hactenus exercere cooſueuiſti, liberè & licitè exercere & procurare in eiſdem cauſis ualeas,felicis recordationis Ioanois xxiij. & Martioi qnioti,ac aliorum Romanorũ Põtificum conſtitutionibus & ordinationibus, etiam iurameotis per te ſuper hoc forſan præſtitis, cæteriſque contrariis oequaquam obſtantibus,authoritate ooſtra tenore præſentium de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus. Volumus autem quòd Eccleſia huiuſmodi & alia beneficia eccleſiaſtica, quæ obtines,propterea non fraudentur eorum debitis obſequiis,ſed aoimarum cura in Eccleſia,& onera in beoeficiis ipſis incumbentia congruè exerceantur, decernentes inſupèr irritum & inane,ſi ſecùs ſuper his per quoſcunque quauis authoritate ſciẽter uel ignoraoter contigerit attentari.

Datum Paſileæ * Noõ. Nouembris, Anno à natiuitate Domini 1433.

EXECVTORIA PRESBYTERI Lyrenſis ſuper ſententia diffinitiua in curia Romana dudum cũ inuocatiooe auxilij brachij ſecularis.

SAcroſancta geoeralis ſynodus Baſileenſis,in ſpiritu ſancto legitimè coogregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, uenerabili epiſcopo Adrienſi in hoc ſacro generali cõcilio ad præſens commeranti,& dilectis Eccleſię filiis ſancti Petri Turnouten. & ſancti Petri Anderlechtenſis Cameracẽſis diœceſis Eccleſiarum Decanis,ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem.

Sua oobis dilectus Eccleſiæ filius Arooldus Multoris, Rector parochialis Eccleſiæ ſancti Gummari Lyrenſis, plebanus nũcupatus, Cameracenſis diœceſis, petitione monſtrauit,quòd olim orta inter ipſum ex vna, & dilectum Eccleſiæ filium Dauidem Pyers de Lyra presbyterum dicta diœceſis ſoper eadem parochiali eccleſia, & eius occaſione partibus ex altera coram certo palatij Apoſtolici cauſarum auditore, ex commiſſione Apoſtolica materia quæſtionis: idem auditor ritè & iuris ordine ſeruato procedens, diffioitiuam (per quam inter cætera dictum Arnoldum ab impetitione ipſius Daoidis abſoluit, ac ipſum Dauidem io expenſis coram eo ſactis condemnauit,expenſarum earuodem taxatiooe ſibi in poſterum reſeruata) ſententiam ꝓmulgauit: quæ quidem ſententia, nulla prouocatione ſuſpenſa,in rem tranſiuit iudicatã. Idem verò Auditor expenſas ipſas ad certã florenorum auri ſummam taxauit,procuratoris ipſius Arnoldi iuramẽto, vt moris eſt, ſubſecuto. Quare pro parte dicti Arooldi nobis fuit humiliter ſupplicatum,quatenus ſuper executione dictæ ſententiæ & aliâs ſibi in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate ſingulari dignaremur. Nos de præmiſſis certam notitiam oon habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per hæc noſtra ſcripta mãdamus, quatenus vos vel duo aut vnus veſtrum per vos vel alium ſeu alios, ſi ita eſt, ſententiam ipſam,ſicut ritè & canonicè lata eſt,debitæ executioni per cenſuram eccleſiaſticam & alia iuris remedia demandetis, inuocato ad hoc,ſi opus ſoerit, auxilio brachij ſecularis contradictores per cenſuram ſolennem, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Datum Baſileæ 16. Calendas Decẽb. Anno à natiuitate Domini 1433.

Die 21. ſabbati Nouẽbris dicti anni fuit decretus proceſſus per dominum Iacobum Epiſcopum Adrienſem, rogato ad hæc G. Martini de Turnout notario.

KAROLINA SVB LATIORI forma.

Dilectis Eccleſiæ Abbati monaſterijs S. Bauonis Gãden. & Cameracen. ac S. Petri Louanië. eccleſiarũ Decanis, Tornacẽn. & Leodien. diœceſiũ, ſalutem.

SAcroſancta generalis Synodus Baſileenſis, io ſpiritu ſancto legitimè congregata, voiuerſalem Eccleſiam repræſentans, venerabili epiſcopo Adrienſi & dilectis Eccleſiæ filiis ſancti Liuini Zieoxenſis, ac ſancti Seruatii Traiectenſis ſupra Moſam, Traiectenſis & Leodienſis diœceſis eccleſiarum Decanis, ſalutem & omoipotentis Dei benedictionem. Ad compeſcendos conatus nefarios peruerſorum, qui perſonas & loca Eccleſiaſtica ſuper bonis & iuribus ſuis offendere,ac multiplicibus perturbare moleſtiis non verentur: tanto magis per nos decet geoerale Concilium de opportuno remedio prouidere, quanto per ampliùs turbationes huiuſmodi & moleſtiæ in diuinæ maieſtatis offenſam, necnõ Eccleſiaſticæ libertatis diſpendiũ redundare dinoſcuntur. Dudum ſiquidem cùm in diuerſis mundi partibus Conſules ciuitatum & Rectores, necnon alii qui poteſtatem habere oidebãtur,tot ooera frequenter imponerent Eccleſijs, vt deterioris conditionis factum ſub

eis

Gen.47.d eis ſacèrdutium videretur, quàm ſub Pharaone fuiſſet, qui legis diuinæ notitiam non habebat, quiq; omnibus alijs ſeruituti ſubactis, Sacerdotes & poſſeſſiones eorum in priſtina libertate dimiſit, & de publico eis alimoniam miniſtrauit: in Concilio Lateranenſi Eccleſię immunitati prouidendo, ſub anathematis diſtrictione prohibitum extitit, ne conſules, Rectores aut alij prædicti, Eccleſias & viros Eccleſiaſticos tallijs ſeu collectis, aut exactionibus alijs aggrauare præſumerent, tranſgreſſores & fautores eorum præcipiendo anathematis ſententię ſubiacere, donec ſatisfactionẽ impẽderent cõpetentem: Et etiam deinde in generali concilio editũ fuerit, quòd ſi epiſcopi forte ſimul cum clericis, etiam ſi tantam neceſſitatem vel vtilitatem inſpicerent, vt abſq; vlla coactione ad releuandas communes vtilitates vel neceſſitates, vbi laicorum nõ ſuppeterent facultates, ſubſidia per eccleſias laicis ducerent concedenda, minimè ſuper hoc conſulto Romano Pontifice, conceſſiones & ſententiæ quæ à talibus vel de ipſorũ mãdato forent promulgatæ, eſſent irritę & inanes, nullo vnquam tempore valituræ. Ac etiam in ipſo generali Concilio decretũ extitit, illũ qui infra tempus ſui regiminis, ꝓpter fractionẽ conſtitutionũ vel ſanctionũ, huiuſmodi ſuſtineret anathema, tanq̃ poſt illud non eſſet ad ſatisfactionis debitũ compellendus. Necnon ipſius ſucceſſorem, qui non ſatisfaceret infra menſem, manere Eccleſiaſtica cenſura concluſum, donec ſatiſfaceret competenter, cum ſuccederet in onere, qui ſubſtitueretur in honore. Poſtmodùm verò felicis recordationis Honorius Papa Tertius attentè cõſiderans, quòd quõdam Fredericus ſecundus olim Romanorũ Imperator, tunc ſub obedientia & deuotione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ perſiſtens, ad laudem eiuſdem Eccleſiæ, & ſacri decus Romani imperij, cupiẽs, vt expurgatis quorũdam erroribus, & iniquis ſtatutis penit⁹ deſtitutis, decætero Eccleſiæ & Eccleſiaſticæ perſonæ plena vigerent quiete, ac ſecura libertate gauderent: Ac piè & iuſtè attendens quòd quorundam peruerſorum iniquitas adeò abundauerat, vt non dubitarent contra Eccleſiaſticam diſciplinam & ſacros canones ſtatuta ſua confingere aduerſus Eccleſiaſticas perſonas & Eccleſiaſticam libertatem, edictali lege huiuſmodi ſtatuta iniqua irritauerat, & præceperat irrita nunciari, & omnia ſtatuta & conſuetudines, quæ ciuitates & loca, poteſtates & conſules, aut quæcunque aliæ perſonæ contra libertatem ECCLESIÆ vel perſonas eccleſiaſticas ac bona huiuſmodi, edere aut ſeruare tentarent contra canonicas vel imperiales ſanctiones, de ipſorum capitularibus infra duos menſes poſt ipſius legis publicationem penitus aboleri facerent, & ſi decætero talia attentarent, illa ipſo iure decreuit eſſe nulla, & eos ſua iuriſdictione priuatos. Necnon locum, ubi talia deinceps præſumpta fuiſſent, banno mille marcarum auri, fiſco imperiali pręceperat ſubiacere. Poteſtates verò, cõſules ſtatutarij, & ſcriptores ſtatutorum prædictorum, necnon conſiliarij locorum ipſorum, qui ſecundum ſtatuta & conſuetudines memorata iudicarent, extũc eſſent ipſo iure infames, quorũ ſententias & actus legitimos ſtatuerat aliqualiter non tenere. Quodq; ſi per annũ pręfatarum conſtitutionũ inuenti forent contemptores, bona eorum per totũ Imperiũ mãdauit impunè ab omnibus occupari, ſaluis nihilominùs alijs pœnis, contra tales in eiſdẽ generalibus concilijs promulgatis. Et inſupèr voluit idẽ tunc Imperator, quòd nulla cõmunitas vel pſona publica vel priuata, collectas ſeu exactiones, angarias, vel perangarias Eccleſijs vel alijs pijs locis aut Eccleſiaſticis perſonis huiuſmodi imponere ſeu inuadere Eccleſiaſtica bona præſumerent: quòd ſi ſecùs facerent, & requiſiti ab Eccleſia vel Imperio, huiuſmodi emendare contemnerẽt, tripliciter refunderent. Et nihilominùs banno Imperiali ſubiacerent, quod ſine ſatisfactione debita nullatenùs remitteretur. Statuerat inſupèr, quod quęcunque communitas vel perſona per annum in excommunicatione ꝓpter libertatẽ Eccleſiæ uiolatam perſiſteret, ipſo iure ſimiliter dicto Banno imperiali ſubiaceret, à quo nullatenus extraheretur, niſi prius ab eccleſia beneficio abſolutionis obtento. Et inſupèr ordinauerat, vt nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione vel ciuili, ad iudiciũ ſeculare trahere præſumeret cõtra eaſdem canonicas ſanctiones & conſtitutiones imperiales: quòd ſi ſecùs faceret, Actor à ſuo iure caperet, & iudicatũ non teneret, & iudex foret extunc iudicandi authoritate priuatus: quodq; iudices tẽporales, qui clericis & perſonis Eccleſiaſticis iuſtitiam denegare præſumerent, tertiò requiſiti ſuam iuriſdictionem amitterent, conſtitutionem ipſam de conſilio etiam fratrum ſuorum ſanctę Romanæ Eccleſię Cardinalium, qui tunc erant, authoritate Apoſtolica approbans & confirmans, ipſam mãdauit inuiolabiliter obſeruari: Necnon ſtatutarios & ſcriptores ac violatores ꝓdictos excommunicatos eadem authoritate nunciari. Et deinde ad audientiam diuæ memoriæ Caroli Quarti etiam Romanorũ Imperatoris ſemper Auguſti deducto, quòd nõnullæ ſeculares perſonæ in poteſtatibus & Officijs publicis conſtitutæ, videlicet Duces, marchiones, comites, barones & alij domini temporales, necnon conſules ciuitatum, oppidorum, villarũ & locorum rectores, in diuerſis prouincijs eiuſdem Imperij, Dei timore poſtpoſito, ſtatuta ſingularia & iniquas ordinationes motu ꝓprio de facto

contra ipſas perſonas Eccleſiaſticas & eccleſiarum libertates, ac eorum priuilegia conſiderant, illiſque de facto & publicè vtebantur contra Canonicas & legitimas ſanctiones, vtpotè quòd nulla bona temporalia in poteſtatem Eccleſiaſticam transferrentur, & ne clerici in ſacris ordinibus conſtituti, ad agendum & teſtificandum in ciuilibus & maximè in pijs cauſis aliquatenus admitterentur: quodque excommunicati laici, & publicè denunciati, in ciuili foro minimè repellerentur. Et inſupèr prædicti domini temporales, conſules & rectores, qui per ſecularem poteſtatem bona clericorum occuparent, arreſtarent, & oblationes Chriſti fidelium minuerent atque reſtringerent, exactiones & tallias indebitas de bonis & redditibus Eccleſiarum exigerent & extorquerent, poſſeſſiones Eccleſiarum perſonarum earundem deuaſtarent incendijs & rapinis: Contractus inter Clericos & Laicos factos legitimè ad libros ciuitatum, villarum & locorum prædictorum, inſcribere & ſigillare & recuſarent, donariáque & legata ad fabricas Eccleſiarum ſtructuras, contra prælatorum voluntatem & aliorum quorum intereat, temerè vſurpare præſumerent, ac in fraudem & odium Clericorum de bonis etiam & rebus eorundem Clericorum, quæ non cauſa negociationum, ſed & pro eorum proprijs vſibus per eorum terras ducebant ſeu duci faciebant, telonium exigere & recipere non verebantur: & confugientes ad Eccleſia & eorum cœmeteria, deinde extrahere contra Canonicas & Imperiales ſanctiones huiuſmodi præſumpſerant & præſumebant. Idem Carolus Imperator tanquam Chriſtianiſſimus princeps, volens in præmiſſis prouidere de remedio ſalutari, etiam de quorundam Ducum, Principum, Comitum, Baronum, Militum fideliumque aliorum ſacri Imperij ſæpedicti conſilio, authoritate Imperiali quæcunque ſtatuta & conſuetudines prædicta, tanquam per Canonicas & Ciuiles ſanctiones expreſsè reprobata, ceſſauit, irritauit & annullauit, ac caſſa & irrita, nulliuſque eſſe voluit roboris vel momenti, præcipiens ſub Imperialis banni pœna, vniuerſis & ſingulis principibus & Domini temporalibus, conſulibus, poteſtatibus, & alijs in officijs publicis in eodem Imperio conſtitutis, quatenus extunc eorum ſtatuta & ordinationes, ſicut in præiudicium Eccleſiaſticę libertatis edita fuerant, omninò reuocarent & de luce tollerent: quodque ſecundum ea nō iudicarent ampliùs, nec ſententias dictarent, aut de eiſdem in iudicio vel extra iudicium quomodolibet pro ſe & contra eandem Eccleſiaſticam libertatem poterentur. Pronunciauit inſupèr & eadem decreuit authoritate, quòd quicunque Laicus cuiuſcunque ſtatus aut conditionis exiſteret, auſu ſacrilego & ꝓpriæ temeritatis audacia ſacerdotem, aut clericum ſecularē vel religioſum diffidaret, proſcriberet, capriuaret, ſpoliaret, occideret, mutilaret, aut in carcere detineret, vel huiuſmodi maleficia perpetrantes ſcienter receptaret vel eis fauorem præſtaret, pręter pœnas à ſacris canonibus & legalibus ſanctionibus in tales inflictas, eo ipſo redderet infamis, & omni honore priuatus, nec ad placita vel conſilia nobiliū admitteret, quouis modo. Hortans inſuper in Domino & requirens Eccleſiaſticos prælatos, in illis partibus, in quibus cōmitterentur talia, conſtitutos, vt legem Imperialem huiuſmodi per eorum Eccleſias & ſynodus publicarent, ne tranſgreſſores huiuſmodi per ſimulatam ignorantiam ſuam valerent in hac parte maliciam excuſare, prout in cōſtitutionibus & ſanctionibus Conciliorum & Honorij prædictorum ac Imperialibus præfatis pleniùs continetur.

¶ Cùm autem, ſicut lamentabili querela dilectorum Eccleſiæ filiorum Abbatis & conuentus monaſterij ſanctorum Cornelij & Cypriani * Niniuenſis, Præmonſtratenſis ordinis Cameracenſis diœceſis, Decani & Prouiſoris, ſingulorumque beneficiatorum cum cura & ſine cura Decanatus Ruralis Vualacriæ Traiectenſis diœceſis, nuper accepimus, quòd nonnulli Principes, Duces, Comites, Barones, Milites, communitates, & alij ſeculares poteſtates, earundē conſtitutionum, & ſanctionum canonicarum & Legalium forſan ignari, contra ipſas à Decano & Prouiſore ſinguliſque beneficiatis prędictis, ab Abbate, monachis & conuentu monaſterij prędicti, eorundemque ſubditis communiter vel diuiſim, forſan tallias & gabellas ac alias exactiones illicitas hactenus extorſerunt, & adhoc extorquere nituntur, ac etiam bona ipſorū communiter vel diuiſim Decani vel Prouiſoris, ſingulorumque beneficiatorum prędictorū inuaſerint, arreſtauerint, occupauerint, detinuerint, & ſuis vſibus applicauerint, necnon occupare inuadere, arreſtare, detinere, ac etiam eiſdem ſuis vſibus applicare ſimiliter de facto præſumant in animarum ſuarum periculum, necnon Decani & Prouiſoris, ſingulorumque beneficiatorum prædictorum, Abbatis & cōuentus monaſterij Prędicti, eorundemque ſubditorum huiuſmodi coniunctim & diuiſim, non modicum præiudicium atque damnum: Nos in præmiſſis Decano & Prouiſori, ſinguliſque beneficiatis prædictis, Abbati, monachis & conuentui monaſterij prædicti, eorundemque ſubditis, præſentibus & futuris cōmuniter & diuiſim, de opportuno remedio prouidere volētes, diſcretioni veſtræ tenore præſentium in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus vos vel duo vel vnus

locus obſcurus, quales ſuprà & infrà plures.

veſtrum

veſtrum per vos vel alium ſeu alios, Decano & prouiſori ſingulisq́ue beneficiatis prædictis, Abbati, Monachis & Conuentui monaſterij prædicti, eorundemq́ue ſubditis prædictis, contra quoſcunque transgreſſores & violatores conſtitutionum & ſanctionum earundem, cuiuſcunque ſtatus, dignitatis & excellétiæ fuerint, efficacis defenſionis auxilio aſſiſtentes, nõ permittatis eos contra Canonicas & Legales ſanctiones & conſtitutiones huiuſmodi indebitè moleſtari. Necnon eaſdem Conſtitutiones & ſanctiones, vbi & qoando expedire videritis, ſolenniter publicantes, faciatis trãſgreſſores & violatores huioſmodi, ſi prout iuſtum fuerit, ac vbi & quoties expedierit, iamdiu execratos & anathematizatos publicè nunciari, donec ab earundem talliarum, collectarum, impoſitionum & quarumlibet extorſionum, necnõ bonorum Decani & Prouiſoris, ſingulorumq; beneficiatorum prædictorum, Abbatis, monachorum, & conuẽtus monaſterij prædicti, ac eorum ſubditorum, inuaſione, arreſtatione, occupatione, detentione & applicatione omninò deſiſtãt. Necnon etiam efficaciter reſtituant eiſdem Decano & prouiſori, ſingulisq́ue beneficiatis prædictis, Abbati, monachis & conuentui, eorumq; ſubditis monaſterij prædicti, occaſione præmiſſorum per eos communiter vel diuiſim læſis ſeu grauatis, tallias, gabellas & exactiones ipſas, ac etiã bona ipſorum Decani & prouiſoris, ſingulorumq́ue beneficiatorum prædictorum arreſtata, occupata, detenta & applicata, communiter & diuiſim, ipſis aut quæ per ſe vel alios illo prætextu quomodolibet receperint, immò veriùs temerè & illicitè vſurpauerint, à ſe liberè omninò relaxent, ac in manibus veſtris iurauerint, quòd de cætero talia non committent, & ea committentibus non præſtent auxilium, conſilium vel fauorem, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam & alia iuris opportuna remedia compeſcendo, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Cæterùm ſi forſan huiuſmodi trãſgreſſorum, aut violatorum, vel ea fieri mandantium, ipſisq́ue conſentientium ſeu dantium in illis per ſe vel alios directè vel indirectè, publicè vel occultè auxilium, conſilium vel fauorem, præſentia pro monitionibus & requiſitionibus per vos de ipſis fiendis, tutè, ſecurè vel commode haberi nequiret: Nos vobis monitiones & requiſitiones huiuſmodi ac citationes quaſlibet per edicta publica in locis affigenda publicis, de quibus ſit veriſimilis coniectura, qòòd ad notitiam dictorum citatorum & monitorũ huiuſmodi peruenire valeant, faciendi plenam & liberam cõcedimus tenore præſentium facultatem: volentes quòd monitiones, requiſitiones & citationes huiuſmodi, perindè ipſos citatos, requiſitos & monitos (vt præmittitur) * arctẽt, ac ſi eis factę & inſinuatæ præſentialiter & perſonaliter extitiſſent. * arceant, Non obſtantibus piæ memoriæ Bonifacij Papæ Octaui, quibus cauetur, ne aliquis extra ſuam ciuitatem vel diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam diętam à fine ſuæ diœceſis ad iudiciũ euocetur: ſeu ne iudices extra ciuitatem & diœceſim in quibus deputati fuerint, contra quoſcunque procedere, aut alij vel alijs vices ſuas committere, ſeu aliquos vltra vnã diætam à fine diœceſis eorundem trahere præſumant: dummodo vltra duas diętas aliquis authoritate præſentium non trahatur, ac de perſonis vltra certum numerũ ad iudicium non vocandis, quàm alijs conſtitutionibus Apoſtolicis contrarijs quibuſcũque: Aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim a ſede Apoſtolica indultũ exiſtat, quòd interdici, ſuſpendi, vel execrari, vel extra vel vltra certa loca ad iudiciũ euocari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbũ, de indulto huiuſmodi mẽtionẽ. Datum Baſileæ * duodecimo Calendas Maij, Anno à Natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquarto. * 16. Calend. Iulij.

BVLLA PRÆROGATIVARVM conceſſarum incorporatis Concilio, expedita pro domino Archidiacono Metenſi.

SAcroſancta generalis ſynod' Baſileẽſis, in Spiritusancto legitimè cõgregata, vniuerſalẽ Eccleſiã repręſentans, ad futurã rei memoriã. Quanto perſonę eccleſiaſticæ vniuerſali Eccleſię ſeruitutem exhibent, tanto pluribus eos conuenit ſermonibus & præſidijs communire, vt per hoc ab indẽnitatibus & oppreſſionibus expediti, ad ea quę ad ipſius Eccleſiæ ſalutem & felicem ſtatum complectendum pertractanda habentur, nobiſcum animos valeant liberiùs applicare. Vndè illis per quæ ſtatus ipſorum poſtergari ſimul & perturbari poſſet, ope noſtra eſt conſultius occurrendum. Sanè dudũ ſanctiſſimus dominus Eugenius Papa Quartus, intendens Romanam curiam pro tempore ſequentes ſpecialibus fauoribus & antelationum proſequi prærogatiuis, voluit, ſtatuit atque decreuit, quòd omnes & ſinguli, qui tempore vacationis beneficiorum ſub expectatiuis, quas eis ipſe Dominus Eugenius Papa conceſſit, gratijs compræhenſorum in dicta curia præſentes & anteà per ſex proximè præteritos mẽſes illam continuò ſequentes, ſecuti forent, in aſſecutione quorumlibet huiuſmodi beneficiorum, quæ tunc vacantia ritè acceptarent, & de quibus prouideri eis facerent, omnibus cuiuſcũq; dignitatis, ſtatus, gradus vel ordinis, etiam ſi in proceſſibus

bus deſuper habitis diligētiores & in canonicos recepti eſſent, ſub pari vel minori data gratias expectatiuas habentibus, & tunc à dicta curia abſentibus, præterquàm præfati domini Eugenij Papæ familiaribus, continuis commenſalibus, in cancellaria Apoſtolica deſcriptis omnino præferentur, & alia diuerſis priuilegia & antelationum clauſulas conceſſit, gratias expectatiuas ab eo obtinentibus. Nos itaque ad multiplicia labores & ſtudia, quę nobiſcum in vinea Domini pro hæreſibus extirpandis, pace procuranda fidelibus, ac reformatione Eccleſiaſtici ſtatus ſoliciti obſequio ſortiuntur & pferunt, noſtræ conſiderationis conuertentes intuitum, dignumque cenſentes ex hoc, perſonas ipſorum meritis fructuoſisq́; laboribus penſatis ęquo liberamine, condignis fore fauoribus proſequendos, horum conſideratione inducti, volumus & authoritate vniuerſalis Eccleſiæ pręſentium tenore ſtatuimus, decernimus pariter & ordinamus, quòd præfati ſoliciti & noſtrę congregationi incorporati, necnon ipſorum familiares, eorundem obſequijs inſiſtentes, quandiu incorporati nobiſcum actualiter & familiares in obſequijs huiuſmodi perſtiterint, in beneficiorum aſſecutione quorumcunque, quæ ipſi expectatiuarum eis à ſede Apoſtolica conceſſarum gratiarum vigore legitimè acceptauerint, & de quibus ſibi prouideri fecerunt, omnibus & ſingulis ac illis ſimilibus antelationibus & pręrogatiuis, quibus prædicti in eadem Curia præſentes, illamque ſequentes, vt præfertur, adminiculantibus eis voluntate atque ipſius domini Eugenij ſtatuto & decreto pędictis, quomodolibèt potiuntur & gaudent, vti valeant pariter & gaudere: quodq́; etiam interim ſolicitis, incorporatis & familiaribus pfatus nullum prorſus per huiuſmodi volūtatem, ſtatutum atque decretum dicti Eugenij Papæ, vt præfertur, edita, necnon priuilegia ſeu antelationum clauſulis quibuſuis, pręterquàm ſuis familiaribus cōtinuis cōmenſalibus conceſſa, præiudicium generari poſſit aut debeat, quò minùs ipſi iuri communis inſecuto tramite, beneficia ipſa dictarum ſuarum vigore literarum aſſequi poſſint & etiam obtinere. Super quo iuris eiuſdem in iudicio & extra volumus ſtari iudicio & dictamini, illudque inter ſolicitos, incorporatos & familiares, necnon præſentes & ſequentes prædictos, & quoſcunque alios hincindè penitus obſeruari: Non obſtantibus pędictis & alijs voluntate, ſtatuto, priuilegijs, clauſulis atque decreto ipſius domini Eugenij Papæ, etiam ſi de illis præſentibus habenda foret mentio ſpecialis, quæ quo ad ſolicitos, incorporatos & eorum familiares, ac alios pędictos, quouſque perſtiterint, vt præfertur, volumus haberi pro non factis, nulliusque roboris vel momenti, ac conſtitutionibus Apoſtolicis cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, decreti, & ordinationis huiuſmodi infringere, aut ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & vniuerſalis Eccleſiæ ſe nouerit incurſurum. Datum Baſileæ, decimooctauo Calendas Februarij, Anno à Natiuitate Domini milleſimo quadringēteſimo trigeſimoquarto.

B. BVNSCHOTAN.

EPISTOLA SYNODALIS CONcilij, quâ inſtituuntur indulgentiæ in venerationem ſacramenti corporis Chriſti.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans. Plaſmatori omnium ſimul & redemptori Deo omnipotenti laudes debitas, & pro immenſis ipſius ſingulis impenſis beneficijs gratiarum actiones à ſuis fidelibus tunc dignè illi * exigere credimus, ſi vota relinquamus eiſdem, quę ad ipſorum cōceſſa ſunt ſalutem animarum, vt exindè fideles ipſi & corde & animo exultantes, ipſorumque in humilitatis ſpiritu mentibus pparatis, participes fieri mereantur æternæ felicitatis. Hinc eſt, quòd nos quarōdam literarum per ſanctiſſimum dominum Eugenium Papam Quartum, ſuper veneratione ſanctiſſimi corporis Dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, adiectione dierum diebus fidelibus cunctis de iniunctis eis pœnitentijs per Fe. Re. Martinum Papam Quintum prędeceſſorem ipſius, ſub certis modis & forma relaxatis conceſſarum, tenorem ad dilecti Eccleſię filij &c. ſupplicantis inſtantiam, de originalibus ipſius Eugenij literis trāſſumi, & pręſentibus annotari fecimus, qui ſequitur in hęc verba:

¶Eugenius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Excellētiſſimum corporis & ſanguinis Domini noſtri IESV CHRISTI ſacramentum, quod appropinquante paſſionis eius hora, Dominus ipſe ſigno pręcipui, quo nos dilexit, amoris ſalubriter inſtituit, eiusq́; cōmemorationem ſacratiſſimam iugi mētis exultatione contemplantes, ad huc inter ſingulos huiuſmodi mercato ſanguine ſpiritualia diſpenſare munera votis expoſcimus, vt illi cōdignis aſſurgentes laudibus, ſua frequentius ad ipſius venerationē ſacramenti corda dirigant, & eo quo habetur corporalis pręſentia ſaluatoris, viatico fructus vitę cōplectentes ęternę, cœleſtia conſcendant, ipſum, qui ſe nobis in edulium tribuit, perpetuò conſpecturi. Sanè dudum pię memo-

riç

riæ Vrbanus Papa Quartus prędeceſſor noſter, ad orthodoxæ fidei corroborationem & exaltationem, dignè & laudabiliter ſtatuens, vt de tanto ſacramento, præter illam, quę dietim in Eccleſia fieret, annuatim memoria ſolennior & ſpecialior haberetur, & ad celebrandum eius tam excelſum tamq́ue glorioſum feſtū, quintā poſt octauam Pentecoſtes feriam deſignans, ac Chriſtifideles quoſlibet ad colendum illud donis ſpiritualibus animare volens, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in matutinali officio feſti eiuſdem in Eccleſia, in qua illud celebraretur, intereſſent, centum: qui verò Missæ, totidem: & qui in primis ipſius feſti Veſperis, ſimiliter centum: qui autem in ſecundis, totidem. Illis verò qui Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonę & Completorij horarum officijs, pro qualibet ipſarum, Quadraginta: eis autem qui per octauas ipſius feſti Matutinalibus, Veſpertinis, Missae, ac prędictarum horarum officijs intereſſent, ſingulis octauarum ipſarum diebus ſimiliter centum. Et ſubſequenter felicis recordationis Martinus Papa Quintus etiam prædeceſſor noſter, fideles eoſdem ad impartienda pro veneratione ſacramenti huiuſmodi potiora reuerentiæ & deuotionis exercitia firmare cupiens, ſingulis ex eis verè pœnitentibus & confeſſis, qui & quoties in ipſius ſacramenti profeſto ieiunium vel loco illius aliud pium iuxta ſuorum conſilia cōfeſſorum opus facerent, etiam centum: & qui præmiſſis in eccleſijs, in quibus illa celebrari contingeret, officijs intereſſent: necnon epiſcopis & alijs prælatis ſuperioribus, qui dictis officijs libenter intereſſent, ſed quo minùs eis in ipſis eccleſijs intereſſe poſſent, pro conſeruandis ſuarum dignitatum iuribus, & alias tunc legitimè impeditis, pro Matutinali ducentos, & pro Missae officijs totidem, ac pro qualibet Veſperarum etiam ducentos, reliquarum verò videlicet Primæ, Tertię, Sextę, Nonæ & Completorij feſti, octoginta. Rurſus autem in quibuſlibet octauarum diebus pro ſingulis Matutinalium, Miſſarum, & Veſperarum ſimiliter centum: necnon reliquarum horarum officiorum huiuſmodi, quadraginta. Illis pręterea, qui proceſſiones, in quibus ipſum viuificum Sacramētum dicto feſto iuxta præfatarum ritus eccleſiarum deferretur, continuò ſecuti forēt, ac quibuſlibet in feſto & octauarum diebus huiuſmodi pro pace & trāquillitate Eccleſię Miſſas deuotè celebrantibus, pro ſingulis ipſarum, necnon alijs in eodem feſto Euchariſtiæ Sacramentum deuotè ſumentibus, etiam centum ſingulis annis. Profectò vice qualibet eis, qui dum corpus Dominicum communicandum deferetur infirmis, illud cum incenſo luminari præcedendo vel ſequendo venerarentur, ſimiliter centū. Et qui tunc illud aliàs deuotè ſecuti forent, quinquaginta dies de iniunctis eis pœnitentijs miſericorditer relaxârūt. Ac etiam ipſe Martinus prędeceſſor, quòd in feſto & diebus octauarum huiuſmodi in terris & locis Eccleſiaſtico quauis authoritate ſuppoſitis interdicto pulſatis cāpanis, ianuis apertis, & alta voce, excommunicatis prorſus excluſis, ſed interdictis, vt citiùs reconciliari ſtuderent, admiſſis, & illis qui cauſam vel occaſionem huiuſmodi interdicto dediſſent, altari tunc nullatenùs appropinquantibus, Missae & officia præmiſſa licitè celebrari poſſent, authoritate Apoſtolica duxit concedendum. Nos verò quos interim ad ſummi Apoſtolatus apicem diuina clementia prouexit, etiam pro frequentiori huiuſmodi veneratione ſacramenti, ſummis geſtientes affectibus noſtri partes miniſterij ſalubriter impartiri, necnon relaxationes & conceſſiones prędictas Apoſtolici robore muniminis notioni ipſorum fideliū committentes, præmiſſis per eundem Martinum prædeceſſorem, vt pręfertur, relaxatis diebus alios totidem dies, pariformiter ab ipſis fidelibus conſequendos adijcimus per præſentes. Et inſuper vniuerſos Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios eccleſiarum prælatos monemus & hortamur in Domino, ac eis per Apoſtolica ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, & in remiſſionem peccaminum iniungimus, vt per ſe vel alios eorum ſubditos per ſingulas ſuarum ciuitatum & diœceſum Eccleſias, in Dominica feriam & feſtum prædicta proximè præcedente, ſalutaribus ad venerationem potiſſimè Sacramenti huiuſmodi monitis & exhortationibus præſentium, quarum etiam tenor inter matutinales feſti, necnon dierum octauarum huiuſmodi lectiones recitetur, literarum continentiam & officium publicare & inſinuare procurent, vt eiuſdem ſacramenti ſuffragante myſterio ſubditi & fideles epiſcopi ſpiritualium gratiarū vberiori fulciantur augmento, & ab illo, qui ſe pro ipſis immolauit hoſtiam, poſt huius vitæ curſum ad gloriam perducantur æternā. Verum quia difficile foret, huiuſmodi literas ſingulis exhiberi, volumus, & eadem authoritate decernimus, quòd ipſarum tranſſumpto, manu publica & ſigillo alicuius epiſcopalis vel ſuperioris Eccleſiaſticæ curiæ munito, tanquam præfatis (ſi originales exhiberētur) literis plena fides adhibeatur, & perindè ſtetur, ac ſi originales literæ forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicę milleſimo quadringenteſimo trigeſimotertio, ſeptimo calēdas Iunij, pontificatus noſtri anno tertio.

Nos igitur volumus, & authoritate vniuerſalis Eccleſię decernimus, q̄ tenori huiuſ-

modi, vbicunq; eshibitus fuerit vel oſtẽſus, * præſentibus in omnibus ſtetur firmiter, & adhibeatnr plena fides, ſicut eiſdem literis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſę. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam oſtæ notificationis & cõmonitionis ioftringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attẽtare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis DEI & vniuerſalis eccleſiæ ſe nouerit incurſurũ. Datum Baſileæ quinto Nonas Iulij, Anno à Natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquarto.

CONTRA COLLECTORES Cameræ Apoſtolicæ.

SAcroſancta &c. Dilectis Eccleſiæ filijs, Vniuerſis & ſingulis collectoribus & Succollectoribus fructuum & prouentuum, cameræ Apoſtolicæ aut vniuerſali Eccleſiæ debitorum, per Germanicam nationem ſiue Apoſtolica ſiue noſtra authoritatibus hincindè conſtitutis, tam p̃ſeotibus quàm præteritis & futuris, coniunctim & diuiſim, Salutem & omnipotentis Dei benedictionem. Quoniam ab initio congregationis noſtræ præcipua nobis cura eſt, recens prohdolor illud Bohemorum, antiquumque Græcorum diſſidium prorſus extinguere: quo autem ordine ad vtraq; hæc taoquam fortiſſima efficaces manus iam miſerimus, liquidò conſtat vniuerſis. Sed cùm ad ea Spiritusſancti gratia ſalubriter peragenda, diuerſa & ineuitabilia ſubire oporteat onera espenſarum, quæ proculdubiò ærarij noſtri tam ferè euacuati facultatibus ſoli ſupportare nequimus, hinc deſupèr maturæ conſiderationis intuẽtes ſcrutinio, nedum aurũ quodcunque habet Eccleſia, ſed & cuiuſlibet catholici corpus & animam pro tanto reductionis bono cenſuimus exponenda. Cùm itaque pridem inter alia ſynodica noſtra decreta ſalubriter ſtatuerimus, decætero occaſione annatarum communiũ & minutorum ſeruitiorum, primorum fructuum, deportuum, aut ſub quocunque alio titulo, colore vel nomine, tam in Romana curia quàm alibi, pro Eccleſiarum, dignitatum, officiorum & beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque aſſecutione antè vel pòſt exigi nihil penitus debere aut promitti, quemadmodùm in noſtro decreto deſupèr confecto pleniùs continetur: & nunc ſolùm ſupereſt, vt hactenus dicta occaſione exacta ad Dei laudem pro * vniuerſalis ſupportandis expenſis & oneribus prædictis vtiliter expendantur. Idcircò vobis omnibus & ſingulis coniunctim & diuiſim in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub excommunicationis ſententiæ pœna, quam, niſi mandatis noſtris huiuſmodi parueritis, ferimus in his ſcriptis, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus infra viginti dies poſt præſentationem præſentium, vobis coniunctim & diuiſim, publicè vel occultè factam, immediatè ſequentes, quilibet veſtrum iter per ſe vel alium ad hoc ſpecialiter conſtitutum, ad nos veniendi arripiat, & inceptum continuet ſioe fraude cum quaterno, quem de geſtis, receptis & espoſitis per eum, in ſuę collecturæ aut ſuccollecturæ officio, toto eiuſdem officij tempore conſcripſerit, Dilectis Eccleſiæ filijs deputatis nutu noſtro, deſupèr per nationem Germanicam calculum, computum & rationem de geſtis, receptis & expoſitis huiuſmodi redditurus, ſoluturusque & p̃ſentaturus fideliter cum effectu eiſdem deputatis pecuniam omnem tempore præſentationis præſentium collectam & reſtantem in huiuſmodi officio; & deinde congruentibus terminis apud eoſdẽ acceptandis in eodem officio colligendam pecuniã, de qua à iam obligatis colligẽda ẽt ſub dicta pœna diſponat per ſe vel alios nihilominùs diligenter. Vt autem in his exequendis vobis collectoribus & ſuccollectoribus p̃dictis cõiunctim & diuiſim nulli penitus p̃ſtatur impedimentũ, vniuerſis & ſingulis pſonis ſpiritualibus & ſecularibus cuiuſcunq;, etiàm ſi regalis, Cardinalatus vel Põtificalis dignitatis, ſtat⁹, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtãt, ſub dicta excommunicationis latæ ſententiæ: Collegijs vero & vniuerſitatibus quibuſcunque, ſub interdicti Eccleſiaſtici, quod etiam in contrafacientes ferimus in his ſcriptis, pœnis, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenùs omnem pecuniã pro dicta Camera Apoſtolica aut domino papa ſiue nobis collectã, apud eos aut eorum alterum ſeu alios * ſui mandato forſan depoſitam, vel aliâs quomodolibèt exiſtentem & deponendam, poſtquàm depoſita fuerit, vel aliàs apud eos extiterit, quam, ſi quauis etiam Apoſtolica ſiue dicti domini Papæ authoritate apud eos aut vos ſiue aliquem veſtrum forſan nunc aut in futurũ, de iure vel de facto arreſtata foret, præſentibus omnia & ſingula mãdata, inhibitiones & proceſſus, quaſcunque cenſuras ſiue pœnas Eccleſiaſticas aut ſeculares continentia, in contrarium forſan facta vel fiẽda, caſſando, tollendo, irritando & reuocando, dearreſtamus: Vobis Collectoribus & Succollectoribus, coniunctim & diuiſim, infra triũ dierum ſpatium à tempore notitiæ præſentium immediatè ſequentium, tradant & aſſignent, ac per nos ad dictos deputatos, vt præmittitur, fideliter deferri permittant & adiuuent, nec impedimentum quodcunque ſiue qualecunque circa hoc, vel etiam vt nondum collecta pecunia huiuſmodi colligatur, & vt p̃mittitur, deferatur, quomodolibèt præſtent, aut præſtari procurent quouis quæſito colore, directè vel indirectè, publicè vel occultè. Atuerò ſi (quod abſit) vos aut quiſquam prædictorum huiuſmodi

huiuſmodi

iuſmodi noſtris mandatis non parueritis, vel nõ paruerit cum effectu, hunc & omnes io contrariom facientes, præſentium tenore peremptoriè citamus, & abſque alterius adminiculo executionis citatum habere volumus quatenùs quadrageſima die poſt ootificationem præſentium ſibi publicè vel occultè factam, de qua ad hoc iurati nuncij noſtri relatione * ſimplici ſtari debere decreuimus, ſi dies ipſa iuridica fuerit. Alioquin prima iuridica extunc immediatè ſeqoentibus, coram aodimre curiæ Cameræ noſtræ aut eius locum tenente, cui deſuper & etiam contra obligams & noo ſoluẽotes, exemptos & nõ exemptos, quoſcuoque, cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis (vt ꝑmittitur) exiſtant, ſpecialem pręſentibus tradimus poteſtatem, Baſileæ in iudicio compareant ad videndum & audiendum ſe pœnas ſupradictas iocidiſſe, per eũdem auditorem vel eius locumtenentem declarari, & aliâs contra ſe ad fiſcalis procuratoris oostri inſtantiam, ad grauiores pœnas & cenſuras, etiàm vſque ad priuationem beneficiorum & priuilegiorum omnium, quæ forſan coniunctim vel diuiſim obtiuent, incluſiuè abſque citatione procedi, io contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. Datum Baſileæ in congregatione noſtra generali, 8. Idus Auguſti, Anno à oatiuitate Domini &c. trigeſimoquioto.

AMBASIATORVM CONCILII BASILEENSIS Epiſtolæ ad diuerſos ſcriptæ, Tractatuſque cum Bohemis ac Græcis habiti.

EPISTOLA MISSA BOHEMIS per ambaſiatores ſeu legatos Concilij.

VNiuerſis viris eccleſiaſticis & toti populo regni Bohemiæ, Frater Ioãnes Nyder Prior domus Prędicatorum Baſileeñ. & Frater Ioannes de Mulbruñ. ordiois Ciſtertiẽſis, ſanctæ ſynodi Baſileenſis pro certis ſuis & pręſertim infraſcriptis oegocijs humiles nuncij, pacem, quam ſecundum Deum optatis.

Et ſi cupitæ rei quæque expectatio aliqd ex mora pœnę contineat, differentiùs tamẽ & potiſſimum ea, quæ in periculo verſatur ſalutis, multum aoxietatis habere videtur admixtum. Cùm igitur dicta ſancta & inclyta congregatio, exortum inter nos diſſidium, in noxam animarũ Chriſti ſanguine redemptarum vergere doleoter conſpiciat, & tãtam iacturam cum innomeris alijs indè prouenieotibus damnis & incommodis, velut pia mater deplangat, ſalutemq́ue veſtram ſicut omni ardẽti deſiderio (prout ex ipſius digito Dei compoſitis literis perpendere poteſtis) expetat & expectat, modicum ſibi hactenùs feciſſe videtor, eo ꝙ vniuerſitati veſtræ trinas eiuſdem continentiæ literas trãſmiſit, niſi quadruplicatis eiſdem nos bioos cum eis nuncios pro rerum gerendarum expeditiori proſecutione, ne, quod tam auidè deſiderat, præter ſpem lõgiùs protrahatur, emitteret. Oblatam ergo à tam pijs & pacificis mentibus viam & gratiam, futuri mox in Chriſto chariſſimi, ne paruipẽdatis, ſed tanquam ab Angelo pacis cælitùs annunciatam, reuerenter cum præſentibus (q̃ſumus) * concipiatis, & ad componendum ea, quę vnitatis & pacis ſunt, ocyùs oratores inſtruite, nuocios confeſtim dirigite ad nos bona & pura fide. Iuxta commiſſum ac etiam conſilium, aoxilium, & fauorem eorũ, de quibus indubiam gerere poteritis fidem, veſtris mittẽdis, de tã ſufficienti & rationabili ſecuritate veniendi, ſtandi, redeundi, & ſingula ſibi à vobis rationabiliter impoſita agendi & proſequendi, noie & mandato dicti ſacri cõcilij prouidebimus, ꝙ meritò poteritis & debebitis manere hac parte cooteti. Et ſi adhuc cautiùs & citiùs prouidendũ, ac prouidè tractaodum, mittere ad nos huc aliquos decreueritis, cum eis ſuper hoc medio pacificorum io omni manſuetudine & ſecuritate agemis, & ipſorum aducntum (ſi nos de hoc citiùs certificare curaueritis, vſquequò dicti patres & domini noſtri de concilio iodulgebunt) libenter præſtolabimur. Rogamus tamen affectiooe qua poſſumus, & hortamur io Domino, quatenùs pro veſtrorum cauẽda ſecuritate, pro noſtra adinuicèm redintegranda in beneuolentia ſocietate, tales & tam rationabiles vias & modos concipere & offerre, & huiuſmodi ex aduerſo oblatos recipere & admittere ſtudeatis, vt euidenter appareat, ꝙ ea, quæ veritatis ſunt, bono & decenti ordine quæritis. Abſit, vt cùm de concordia fidei & ſimplici intentione intendimus, quocunq; * inuoluto aut cõtextu verborũ, quę iuſtè & rationabiliter experi, aut ſecundum honeſtatem reddi de facili nõ poſſint, exigere, aut pacem ſimulare, bonaq; & ſanguinẽ noſtrorum aliquateous amodò ſitire videamur: ſed rationabilibus & parabilibus in lenitate contenti ad inueniendũ & dandũ requiem aĩabus mutuò conueniamus. Quantocyus etiam fieri poterit, mittite quos miſſuri eſtis, ne ꝓ nimia dilatione, ſanctum & oeceſſarium reformationis opus, de quo inter reliqua principaliter & efficaciter miſſa ad ararrum mana oũc agitur, aliquatenùs retardetur. Melius enim eſt, & haud dubiũ ſalubrius, viriliter ſe io cõi cootra vitia, quibus expugoamur, erigere fœdus cum virtutibus, & proximis pacifici: quàm ſanguinem fundentes, & animas periclitantes, crudeliter ſe in alterutrum armare. Exurgamus adhuc, & quæ retrò ſunt, quantùm cum Domioo poſſumus, iniuriarum & offenſarũ obliti, Deo reconciliari:

* accipiatis,

* inuolucro

ciliari:

ciliari: in ea, quæ anteà ſunt pacis fœdera, toto niſu conemur: nec vos, nec quenquam detineat ad res caducas inordinata quæq; affectio, aut deterreat ex præteritis, qualitercunq; geſtis, inflicta forſan & nō * parata paſſio. Si ipſi, condicenda inter nos pacta, bona fide ſeruaueritis: nō erit, qui ex vobis quēquam iniuſtè aliquatenùs offendat, cū omnes, qui in Chriſtianiſmo ſunt, ſecuritatem, quam in verbo præfati concilij pollicentur, indubitanter præſtabunt. Confidenter ergo venite in Domino, nihil hæſitātes. cōfidimus, quoniam ſecundum depoſitionem, qua concilium, ſuum ſumpſit in rectis & ſimplicibus viris, & ordinato procedēdi modo, exordiū, veſtra cooperatione, ſi opportunè veneritis, & (relictis ſiue concordatis reliquis, quibus à nobis vtrinque diſcrepare videmini) formationem diſciplinæ ac morum, in nimiùm prohdolor in populo Dei collapſorū cum bonæ voluntatis hominibus, pura & ſimplici intentione promouere curaueritis, mundus de fructu glorioſorum huiuſmodi laborum lætabundus proſperabitur, & votiuū in virtutibus & donis gratiæ ſumet incrementum, ac in pace tandem bona pectoris & tēporis, æternæ pacis authorē cōcordi & iubila voce laudabit: quia malis pœnalibus, quibus nos, ne flāma vitiorū exuberet & exuperet, clemēter hucuſq; pūgi & * permiſit, profectū noſtrum, ſicut nouit, dignanter promouit, ac cum tētatione prouētum ſalutarē effecit, vt ſeminantes in lachrymis, meritorum manipulos proferētes, præmia gloriæ in patria metamus gaudētes. Præſtet homo natus & datus nobis paruulus Ieſus Chriſtus Dominꝰ noſter, qui vt nos vnanimes & glorioſos in domo ſua efficeret, ſeipſum vſq; ad infima carnis noſtræ & ignominiam crucis exinaniuit, ſuaq; tanta & inaudita à ſeculis humilitate, nomen, quod eſt ſuper omne nomen, in quo & nos ſaluos fieri oportet, promeruit. Humiliemus & nos, mitis præceptoris veſtigia imitātes, animas noſtras: non alta ſapientes, ſed ſimplicibus cōſentientes, ac ea, quæ recta, quæque vera & ſancta ſunt, ſine inuidia alteri alter communicemus, & iocundam proculdubiò (prout in via datur) vitam agemus, quā uitæ iocunditatem nulla vſquam perituræ rei quamlibèt lata poſſeſſio poterit recompēſare. Speramus, ſicut oramus & optamus, quia nouus agnus, immo nouus ipſe omnis laudatę nouitatis promotor, nouum vobis ſpiritum, pro ſua laude, veſtra ſalute, & fidelis populi noua de veſtra ad ſe in pace acceſſione lætitia, miſericorditer inſpirabit, vt ſic bonis & donis eius exhilarati & infuſi, gratum nobis ſuper præmiſſis, ſicut deſideramus, & anheli expectamus, reſpōſum pro veſtra vrbanitate quātocyùs demandetis. Datum Nurēbergis, ſub impreſſione Sigilli noſtri fratris Ioānis Prioris memorati, quo & ego frater Ioannes Mulbrunn. in teſtimonium præmiſſorum ſecum vtor ad præſens, die quinta Ianuarij, anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſecondo.

parata (margin: * pacata)

EPISTOLA LEGATORVM Concilij Baſileeñ. in Nurenberga exiſtentium, ad Bohemoa directa.

AMpliorē ſpectabiles viri redintegrandæ inter nos pacis ſpem veſtris è literis concepimus: ſupplicēs proinde Dominū rogantes, quatenùs quod ſalubre in vobis vtrinq; pro ſua laude, & noſtra adinuicēm renouanda in ſynceritate fidei & dilectionis vnanimitate incepit, ipſe (qui vinculum eſt & oſculum pacis) perficiat, perfectumq; inſolubiliter firmet. Et ut flagranti, qui in nobis eſt hac parte, affectui, qualicunque pro viribus effectu reſpondeamus, parati ſumus (vt repetitus) charitatiuum veſtrum & finale (vt verbis veſtris vtamur) in deſtinatū diē non modo patienter, ſed & gaudenter præſtolari reſponſum, nihil dubitantes, quin & hæc ſacroſancta Baſileenſis ſynodus, digeſto veſtrorū ſcriptorū audito tenore, laudabit & probabit eum, veſtramque excuſationem, tanquam rationabilem, fauorabiliter admittet, & promiſſum reſponſum æquanimiter expectabit. De procuranda verò veſtrarum literarū baiulis ac nūcijs ſecuritate circūſpectis & prudis viris cōſulatus Egrēſis, tanquam viris reconciliationis, & fidis hac parte mediatoribus, cōfidenter pro parte dicti ſacri Concilij ſcripſimus, ſupplicantes, quatenus huiuſmodi ſingulares & ſimplices veſtrus ad nos dirigendos huc nuncios, eo quo requiſierint, aut opus fuerit, loco fauorabiliter & pacificè recipiant, & ſaluos ad nos vſq; perducant. Nobiſcum autē, quandiu cōmiſſa negocia flagitent, inoffenſi manere poterunt, & licentiati deinde, ad vos ſalui (vt indubitanter ſperamus) redire. Si quid ampliùs huiuſmodi portitorum aſſecuratio depoſcat, apud dictos dominos de Egra requirat. Et credimus quod in hoc veſtræ prouidentiæ ac veſtris non deficient, etiam ſi in ſe onus ad literas veſtras nobis præſentandas ipſi aſſumere deberent. Poſtquàm autem inſignes & celebriores ad dictū concilium ad nos mittere decreueritis oratores, tunc iuxta concilium & auxilium potētum & principum, qui ſe ad hoc hactenus nobis, ex parte memorati concilij requirentibus, beneuolos & obſequioſos obtulerunt, & amodò (vt confidimus) exhibebunt, taliter prouidere* conabunt, vt ſecūdum * conducenda inter nos pacta, & humanam conjecturā, vt meritò remanere debeatis hac parte cōtenti: hoc ſolùm charitate nō ficta nec ſubdola ſuaſione commonentes, vt ſalutis acceptabile tēpus fructuoſis mutuò & expeditis

(margin: * conabimur; * condicenda)

ditis

diis tractatibus tedimamus. Sicque nos ad alterntrum non fronte minaci, vultuq; toruo, ſed placatis & placidis animis exhibeamus, vt nō in vanum nobis hoc ſerò (quod abſit) plangamus dilapſum. Datum Nurenbergis, 12. Februarij, anno* 32.

fo.*1432.

SEQVVNTVR CERTÆ PROmiſſiones factæ per ambaſiatores ſacri concilij.

Nos &c. ſacroſanctæ generalis ſynodi Baſileenſis in ſpiritu ſancto legitimè congregatæ, vniuerſalem Eccleſiam repræſentantis, ad ſereniſſimū Imperatorem Romeorū & Reuerendiſſimū patriarchā Conſtantinopolitanum ambaſiatores & nuncij, ad ea quę in dicta ſancta ſynodo pro vnione eccleſiarum Chriſti pficienda, cōcluſa ſunt, exequendum ſpecialiter deſtinati: eiuſdem ſanctæ ſynodi ad ea, quæ pacis ſunt & vnitatis, firmum propoſitum cognoſcendum vice & nomine eiuſdem, tenore præſentiū literarū promittimus dare & cum effectu exhibere, quamcitiùs fieri poterit, vel ſaltem per galeas, quæ venturæ ſunt, pro recipiendo ad cōcilium venientes ſereniſſimum Imperatoreio & renendiſſimū patriarcham, ꝑfata capitula, quæ in eadē Baſileenſi ſynodo pro pace & vnione eccleſiarū Chriſti hinc inde concluſa ſunt & firmata ſub bulla plūbea conſueta dictæ ſanctæ ſynodi, & ſub tenore de verbo ad verbum, qui ſequitur & eſt talis: Sacroſancta &c. Quia ambaſiatores noſtri &c.

Item promittimus nomine vt ſuprà, dare præfatis ſereniſſimo Imperatori & reuerendiſſimo patriarchæ quamcitiùs poterimus, vel ſaltem per præfatas galeas ſaluumcōductnm ſub bulla (vt præmittitot) & ſub tenore de verbo ad verbū, qui ſeqoitur: Sacroſancta &c. Quia authore Domino &c.

Item promittimus, ꝙ dicta ſācta ſynodus procurabit ſalnoſconductus ſimiliter per galeas deſtinando præfatis ſereniſſimo Imperatori & reuerēdiſſimo patriarchæ à dñis ciuitatis & patriæ, in quibus futura vniuerſalis & œcumenica ſynodus Deo authore celebrabitur. Et ſimiliter ab omnibus dominijs & territorijs obediētiæ Eccleſiæ noſtræ Occidentalis, per quæ ſiue eundo ſiue redeūdo tranſituri ſont, munitos & roboratos modo conſueto patriarum & dominiorum, firmiori modo quo fieri poterit, tenoris qoi ſequitur, & eſt talis &c.

Item promittimus, ꝙ dicta ſancta ſynodus Baſileenſis ſub bulla ſiue in bulla ſaluiconductus, dandi (vt præmittitor) per eandē ſanctam ſynodnm, declarabit 10. capitulum contentnm io decreto, vbi dicitur: Item ꝙ in omnem euentum prædicta omnia vōq; adimpleantur, debere iotelligi, vel intelligēdū fore, ſiue vnio ſequatur, ſiue non, in dicta ſancta ſynodo œcumenica &c. In quorum omnium &c.

Datum Conſtantinopoli in monaſterio S. Georgij protunc habitationis noſtræ, 25. Nouēbris, anno à natiuitate Domini 1435.

COPIA PROMISSIONIS eorundem ambaſiatorum.

Nos frater Ioānes de Raguſio ordinis fratrū pręditatorū, profeſſor & in ſacra pagina magiſter, Henricus Menger decretorū doctor Canonicus Cōſtantieñ. vous ex ambaſiatorib⁹ ſacroſancti generalis concilij Baſileeñ. & Simon Freirō in ſacra theologia Baccalaureus, Canonicus Aurelian. circa procemiū dicimus, ꝙ nunquam fuit de intenoone ſacri Concilij, ꝑ aliqua verba in dicto ꝓœmio poſita, diminuere honorē Eccleſiæ Oriētalis aliquo modo. Nec ex aliquibus verbis in eo poſitis debet aliquis ſcādalizari. Dicimus vlterius, ꝙ ſi ambaſiatores ipſorum vel ante promulgationem decreti vel poſt, aut in receſſu eorum feciſſent aliquam mentionem de dicto procemio vel de aliquibus in eo contentis, per ſacrū concilium debitum fuiſſet appoſitum remediū. Veruntamen quia non placuit dictum procemium, nec placet dominis Eccleſiæ Orientalis, nos cognoſcentes feruentiſſimū deſiderium & promptiſſimam voluntatem, ſanctamque intentionem dictæ ſanctæ ſynodi ad vnionem & pacem Eccleſiarnm Chriſti, contenti ſumus & promittimus, capitula in eadem ſancta ſynodo concluſa dare & exhibere ſub bulla plumbea ſacri cōncilij, & ſub tenore, prout in literis noſtræ ꝓmiſſionis continetur.

Ego Ioānes de Raguſio &c. ſubſcripſi me manu propria &c. Ego Henricus Menger &c. ſubſcripſi me manu propria &c. Ego Simon Freiron &c. ſubſcripſi me manu propria &c.

PROPOSITIO AMBASIATOrum concilij Baſileenſis facta Cōſtantinopoli coram ſereniſſimo Imperatore Græcorum.

PRIMA PARS.

Maieſtas veſtra ſereniſſime Imperator, licèt omnium virtutum officijs dedita ſit, & totius honeſtatis moribus * ordinata, nihil tamen regali dignitati decentius eſt, nihil imperiali veſtræ maieſtati ampliùs conoenit, q̄ procurare pacem Eccleſiæ ſanctæ catholicæ. Neque enim (vt egregius doctor Auguſtinus ait) Chriſtianos reges vel Imperatores felices eſſe dicimns, qa diutiùs imperant, vel quia filios ſuos regnantes & imperantes * placita morte relinqoūt, vel qa hoſtes reipublicæ potenter domant: quoniā hæc & alia huins vitæ ærumnoſæ munera ſiue ſolatia genóles & infideles principes adeò frequenter obtinent, qui tamen oon pertinent ad regnum Dei, quò tendere debēt principes catholici. Sed felices reges & Imperatores Chriſtianos eſſe dicimus, ſi iuſtè

*ornata

*placida

ſtè imperant, ſi Deum timent, ſi Deum colunt, ſi Deum diligunt, ſi pacē eis à Deo datam ad dilatandum cultum Dei, diuinæ maieſtati ſeruire faciunt. Felicem verò non immeritò dixerim animā genitoris veſtri piæ & recolendæ memoriæ, qui pro fide catholica & pace Eccleſiæ diebus ſuis plurimum laborauit, Italiam, Franciā, Angliā, & plurima alia Chriſtianitatis regna ꝓ ſancta vnione Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis laborioſiſſimè peragrauit. Et licèt diebus ſuis illam videre non potuit, tamen deſideriorum ſuorum meritum & laborum præmium ſuorum non perdidit apud Deū. Felix etiam non immeritò dici poteſt maieſtas veſtra imperialis, felix (inquam) nunc ſpe futuræ beatitudinis, poſteà per gratiā Dei re ipſa futura, pro eo quia zelum Dei habet ad pacem Eccleſiæ Dei catholicæ. Scimus enim ꝙ maieſtas veſtra ſummos pontifices noſtros, præſertim dominum Martinum bonæ memoriæ, necnon ſanctiſſimum dominum noſtrum modernum ſolicitauit, & per plures ambaſiatas requiſiuit, vt hoc nefandū ſchiſma īter Eccleſiā Occidētalē & Oriētalem de medio tollerent, per quod fides catholica tantam iacturam patitur, ꝙ infideles totam penè terram Chriſtianorum occupare videntur. Sed vbi fructus laborum veſtrorum ſereniſſime Imperator? cur chariſſimus genitor veſter pacem Eccleſiæ videre non potuit, qui pro ea re (ſicut prædictum eſt) tot labores ſuſtinuit? certè ratio fundamentalis omnium per nos dicendorum hæc eſt, quoniam materia diſſidij inter Græcos & Latinos non poteſt tolli, niſi per viam generalis & vniuerſalis concilij. Et quoniā ſummi pontifices noſtri tollere illud ex ſeipſis ſine concilio generali conati ſunt, ideo ad pacem Eccleſiæ proficere non potuerunt. Petierunt ob hanc cauſam prudentiſſimè & cum ſpiritu Dei * loquentis in ſacro concilio Baſileenſi Oratores inſignes maieſtatis veſtræ, videlicet dn̄s Demetrius, Iſidorus abbas monaſterij S. Demetrij, & Ioānes Diſſipatus, fieri concilium œcumenicum vniuerſale ex vtraq; Eccleſia Occidentali & Orientali congregatū, duo coram patribus præfati cōcilij cōſtanter affirmātes: Primū, ꝙ abſq; tali cōcilio œcumenico nō poſſit tolli diſſidiū. Secūdum, ꝙ ſi * fiet, ipſa vnio, vt ſperabant, votiuū ſortiretur effectum. Qm̄ quicquid per vtranque Eccleſiā ibidèm congregatam eſſet Deo inſpirante diffinitū, firmiter crederet, & vſq; in futura ſemper ſecula integrè & inuiolabiliter teneretur. Narrauerunt etiàm deuotionem grādem, quam maieſtas veſtra imperialis ſemper habuit ad pacem Eccleſiæ. Retulerunt etiàm feruentiſſ. zelum, quem reuerēdiſſimus in Chriſto pater dn̄s patriarcha Cōſtantinopolitanus gerit pro ſancta vnione, cuius deuotionis non parua indicia dediſtis, quando rogati p dominum Epiſcopum Sudēſ. & magiſtrū Albertum de Criſpis ambaſiatores ſacri concilij, vt oratores noſtros ad præfatum deſtinaretis concilium, libenter aſſentientes vos viros inſignes ad hoc ſanctum opus vnionis conficiendum deſignaſtis. quibus honorificè receptis &c. & in concilio auditis,* pro eo ꝙ hæc ſancta vnio ſine practica fieri non poterat, ſtatim per concilium deputati ſunt ex maioribus cardinalibus præſidentibus ſedis Apoſtolicæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, abbates, doctores & magiſtri in numero cōpetenti, qui vnà cum p̄dictis Oratoribus multis diebus conuenientes, & rem iſtam maturè tractantes, deuenerūt ad certa capitula: quæ ſecūdùm morē ipſius p̄fati cōcilij Baſileēn. fuerunt per quatuor deputationes concordata, poſteà in generali congregatione concluſa, deinde in ſolenni & publica ſeſſione Miſſa de ſpiritu ſancto in maiori eccleſia celebrata, ſtatuto ſiue decreto ad perpetuam rei memoriam roborata & firmata. Ibique coram altari in præſentia totius concilij ꝓpoſitis ſacri Euangelijs & cruce dominica, ipſo domino Iſidoro cum ſtola iurante eadem capitula per ipſos Oratores veſtros iureiurando fuerunt approbata. O felix dies, in qua arram futuræ vnionis & vobis dedimus, & à vobis ſuſcepimus. Decreuit enim ſacrum concilium iuxta deſiderium veſtrum inter cætera capitula fieri cōcilium œcumenicum, i. ex vtraque Eccleſia congregatū, in quo vnio & pax votiuum ſortiri poſſit effectum. Suſceperūt etiam patres ſacri Baſileēſis concilij loca nominata per Oratores veſtros pro celebratione huiuſmodi concilij œcumenici, ita tamen, vt optio loci ex illis nominatis maneat in beneplacito præfati concilij Baſileenſis, ſicut patet clarè & dilucidè ex lege & tenore decreti. Porrò intelligitur ſummum pontificem implicitè decretis ſacri cōcilij conſentire, quādo ſacro concilio adhæſit, & ipſum authoritate Apoſtolica approbauit. Sed non fuit contentum concilium ſacrum, niſi iuxta petitionem ambaſiatorum veſtrorū ipſe ſanctiſſimus domin* * non explicitè p̄beret ſuæ ſanctitatis aſſenſum, licèt inſupèr præſidentes ſedis Apoſtolicæ ſeſſioni interfuerint, in qua hoc ſaluberrimum decretum fuit publicatum, decretationique conſenſerint, vigore quoque mandati ſui, quicquid ipſi egerunt, actum cēſeri debeat ab ipſo ſummo pontifice. Nihilominùs prout in decreto fuerat promiſſum, ſuperaddidit ſacrū concilium, dn̄m Simonē Freron conſocium noſtrum tranſmittere ad ipſum ſummū pōtificem, & offerre ſuæ ſanctitati decretū, & petere ſuæ ſanctitatis conſenſum, quatenus res cum maiori cōcordia fieret, & ad pacē quā nos & vos deſideram*, magis ꝓficeret. Vtinā ſereniſſime Imperator ipſum ſanctiſſimū dominū noſtrū æquè dignè poſſemus commendare. Cōmendabilis eſt

* loquentes

for. * fieret

* &

* pro, nō, videtur legendum, noſter

Hic iam laudatur Eugeni*.

eſt pro ſua deuotione, quam gerit ad pacem Eccleſiæ. Videns enim quòd ſacrum concilium manus apponeret efficaces ad hoc ſacrum negocium, audiens etiam per organum domini Simonis, quid in ſe contineret decretum, ignorans quid orator ſuus dominus Chriſtophorus in Conſtantinopoli concluderet, & ſi quid etiã concluſiſſet, determinationi ſacri concilij ſubijciẽs approbauit decretum, de conſenſu reuerendiſſimorum patrum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium. Reuerſus eſt itaque dñs Simon cum benedictione Apoſtolica, deportans ad ſacrum concilium literas Apoſtolicas, expreſſum ſummi pontificis cõtinentes aſſenſum: vt eccè, quæ facta ſunt inter concilium ſacrum ex vna parte, & Oratores veſtros ex litera, circa decretum & in materia decreti. Et hæc eſt ſecunda pars orationis, Dominus Henricus mediabit.

Secunda pars dictæ propoſitionis:

AVdiſtis ſereniſſ. Imperator per organũ domini mei proloquentis, quòd materia diſſidij inter Eccleſiam Occidentalem & Orientalem nõ poteſt tolli, niſi per viam ſacri & vniuerſalis cõcilij: Scit etiã Maieſtas veſtra Imperialis, Oratores veſtros inſignes petiuiſſe ſemper œcumenicũ fieri cõcilium, in quo pax Eccleſiæ votiuum ſortiretur effectum. Nũc igitur habeo declarare Imperiali Maieſtati veſtræ, quare ſacrum concilium viam ſecundam, quæ hic in Cõſtantinopoli fuerat concluſa, voluit acceptare. Certè ratio fundamentalis hæc eſt, quoniam concilium œcumenicum non inducitur p capitula in illa via practicata, ſed ſolùm particulare & regionale. Dicitur enim in illis capitulis inter cætera: Fiat ſynodus generalis ex latere eccleſiæ Orientalis ex omnibus nationibus ipſi eccleſiæ Orientali adhærentibus & ſubiectis. Item ſecundum practicam illius viæ legatus ſedis Apoſtolicæ venturus erat Conſtantinopolim, diſputaturus de differentia Latinorum & Græcorum. Manifeſtũ eſt autem, quòd vnus legatus ſedis Apoſtolicæ, non poteſt repræſentare ſynodum œcumenicã ex latere Eccleſiæ Orientalis. Quare practica illius viæ excludit œcumenicum & vniuerſale concilium noſtrum. Tamen (vt prędictum eſt) pro perficiẽda ſancta vnione ampliùs illa via ſecunda, ſi habuiſſet locum, & nouæ diuiſionis erat fomentum, & maioris diſcordiæ præbuiſſet incentiuum. Putaſſent Græci ſynodũ, quæ per iſta indicebatur capitula, vniuerſalem fore debuiſſe, nos verò particularem & regionalem. Quis fructus ſequi poterat vnionis, quã optamus, ſi de ipſa ſynodo, quæ fundamentum pacis & vnionis eſſe debuerat, varia & diuerſa ſentiamꝰ? Certè non modò non ſequebatur pax & vnio, ſed maior quam vnquam fuerat, ſurgebat ſciſſura atque diuiſio. Græci octauam ſynodum particularem & regionalem eſſe dicũt, nos illam quaſi vniuerſalẽ reputamus. Quid opus eſt diſcordiã diſcordiæ addere, & ſciſſuram nouam antiquis diuiſionibus accumulare? Non ſit inter nos diſcordia vt ſynodo futura. Si ad vnionem tẽdimus, in fundamento concordemus. Si pacem quærimus, opꝰ eſt vt fundamẽtũ pacis iaciamꝰ. Hæc oĩa intelligẽtes ambaſiatores maieſtatis veſtræ, tam primi quàm ſecũdi, dimiſſa ſecũda via, acquieuerunt primæ viæ, requirentes inſtãter ſacrum concilium, vt poſtquàm ſecunda via non placebat, primam proſequeretur, & decretum ad executionẽ deduceret. Et qm̃ ſacrum conciliũ dubitauit, an propter concluſa hic in Cõſtantinopoli, maieſtas veſtra vellet primæ viæ acquieſcere, præfati ambaſiatores exhibuerunt, quòd

Imperialis maieſtatis veſtræ, p quod maieſtas veſtra plenam eis conceſſit poteſtatem. Quòd ſi prædictam viam non poſſet à ſacro concilio obtinere, inſiſterent totaliter primæ viæ. Aſſeruitque publicè dominus Georgius, reuerendiſſimum dominum Patriarcham Conſtantinopolis ſibi dixiſſe inter cætera, quòd ſi ſacrum concilium nollet ſecundæ viæ, quæ hic fuerit concluſa, annuere, ſed mallet perſiſtere in prima via concluſa in Baſilea, ſi opus eſſet, faceret ſe deferri in humeris, ut propter mandatum datum primis ambaſiatoribus & iuſiurandum, non diſcederet à promiſſis & concluſis. Sed & dominus Chriſtophorus Garatanus Orator ſanctiſſimi domini noſtri, qui illis diebus Baſileã venerat, deportauit literas Apoſtolicas ad ſacrum concilium, in quibus ſanctiſſimus dominus noſter totũ hoc ſacrum negocium concilio remittebat: cuius optioni commiſit, vt quam vellet viam eligeret, vel concluſam. Et quicquid in his per ſacrũ concilium deliberaretur, ipſe approbaret. Tandem igitur ipſum ſacrum concilium, & ipſi Oratores Maieſtatis veſtræ, primam viã iterùm firmauerunt, & determinauerunt illam proſequi, donec Deo authore pacis largiente, per iſtam viam pax reddatur Eccleſiæ ſanctæ. O felix hora, qua dici poterit Græcorum & Latinorum Eccleſia vna. O beatos oculos, quibus Dominus dabit ſtatim videre vnionem. Sperant patres in ſacro Baſileenſi concilio congregati diebus ſuis videre pacem Eccleſiæ, pro qua orant ſine intermiſſione. Quoniam & vos & nos magnum zelum pacis habuiſſe oſtendimus, quid ſupereſt, niſi ut bonam voluntatem per operis euidentiam ad conſummationẽ vſquequaque perducamus? Maius, quod in hac re eſt, bona voluntas eſt: Hanc vtraque pars ſe habere aſſerit, & ſignis euidentibus comprobamus. Apponamus iam manus ad executionem operis. Intẽtio enim ſacri concilij Baſileenſis eſt, vt ex parte ſua non pereat unus apex uel unum iota de lege ſui decreti. Quare etiam Maieſtas veſtra debet

manus

manus apponere ad hoc opus ſanctiſſ. pe-
ficiendum, cùm iam tempus habeat oppor-
tunum. Ne forte iuxta verbum Saluatoris,
Ioan. 9. a veniat nox in qua nemo poterit operari. Ti-
mendum eſt enim valdè, ſi noluerimus hoc
bonum operari, dum tempus habemus &
poſſumus, illud alio tempore non poſſimus
cùm voluerimus, Turcis, Tartaris, Sarrace-
nis, & alijs infidelibus iuſto Dei iudicio oc-
culto Chriſtianos ita prementibus, vt etiam
ad inchoandum hoc opus adſpirare fas non
ſit. Ex quibus omnibus maieſtas veſtra Im-
perialis poteſt perpendere, quòd ex iuſta
cauſa & rationabili ſacrum Concilium di-
miſit ſecundam viam, quæ fuerat concluſa
hic in Conſtantinopoli, intenditq; primam
viam proſequi ad honorem omnipotentis
Dei. Et hęc eſt ſecũda pars orationis noſtræ.
Dominus Simon conſummabit.

Tertia pas eiuſdem propoſitionis:

MEminiſtis (vt opinor) ſereniſſime Im-
perator verbi, quod ex ore Imperiali
proceſſit. Promiſiſtis in animam genitoris
veſtri bonæ memoriæ, & in animam veſtrã,
necnon per fidem, quá princeps catholicus
tenere debet & ſeruare, gratum ratumq; ha-
bere, quicqd Oratores veſtri ꝓ ſancta vnio-
ne Eccleſiarum Chriſti cum ſacro Baſileenſi
Concilio concluderent, ſicut patet ex teno-
se chryſobuli veſtri. Quapropter veſtram
exhortamur in Domino imperialẽ Maieſt.
& petimus, quatenùs Maieſtas veſtra, & etiã
reuerẽdiſſimus dominus Patriarcha velitis
in perſonis proprijs iureiurando & per bul-
las auream & plumbeam more ſolito ratifi-
care, & quãtum in vobis eſt, executioni de-
mãdare omnia ea, quę per Oratores veſtros
pleniſſimo mãdato ſuffultos in publica ſeſ-
ſione cum ipſa ſancta ſynodo vnanimiter
vos ipſi cõcluſiſtis, & in altari celebrata Miſ-
ſa de ſpiritu ſancto, ſuper ſanctis euangelijs
ſolenniter firmaſti. Secundò petimus, quòd
cùm tempus in decreto ſtatutum effluxerit,
ne circunſtantiæ rerum impediant hoc tam
ſanctiſſimum negocium, quatenus debitum
tempus ſtatuatur pro executione concluſo-
rũ, in quo maieſtas veſtra poſſit exeq quod
iurauit, & Eccleſia noſtra operari, quod pro-
miſit, præſertim quia ſi tẽpus effluxerit, cul-
pa veſtra nulla fuit. Quoniam firmiter cre-
dimus, quòd ſi veſtra Maieſtas notitiam ha-
buiſſet eorum, quæ in Baſilea facta fuerunt,
nullo modo aliã viam attentaſſet. Et ex alio
capite Maieſtas veſtra totaliter immunis eſt
à culpa, quia putauit quòd ſacrum Conciliũ
conſentiret in ſecunda via. Similiter neque
fuit culpa ſanctiſſimi domini noſtri, quia li-
cèt ſanctitas ſua miſiſſet hunc dominũ Chri-
ſtophorum ad tractãdum pacem Occiden-
talis & Orientalis Eccleſiarũ, tamen hoc to-
tum negocium remiſit ad ſacrum Conciliũ.
Sed nec ipſa ſacra ſynodus peccauit, quia ad
exequendum decretum ſuum parata eſt, &
erit. Pro cuius etiam executione nos Orato-
rẽs ſuos huc trãſmiſit. Quid ergo? zelus do-
mus Dei hoc fecit, vt eodem tempore plures
concurrerent, ſequentes doctrinam Euan-
gelicam: Simile eſt regnum cœlorũ homini Matt. 13.
quærenti bonas margaritas: Inuẽta autè vna
precioſa, vendidit omnia quę poſſedit, & cõ-
parauit eam. Poſtremò ſereniſſime Impera-
tor, ſicut in mandatis habemus, petimus lo-
cum optimum ad celebrandum Concilium
œcumenicum, in quo pax Eccleſiæ votiuum
ſortiatur effectum. Et dicimus ſecundũ di-
ſpoſitionẽ Chriſtianitatis, prout his diebus
prohdolor diſpoſita eſſe cernitur, nõ eſt lo-
cus aptior ad celebrandum huiuſmodi Con-
cilium œcumenicũ, quàm ciuitas Baſileẽſis.
Vtinam rationes congruentię poſſem Maie-
ſtati veſtræ lingua Græca exprimere, quo-
niam apud vos meliùs reſonarent, quàm in
Latino ſermone. Sed quando lingua deficit,
charitas magis inardeſcit. Quemadmodùm
enim ſol, cùm multę* exteriùs, nõ lucet for. * te-
ſuper terrã, ſed interiùs ardet in cœlo: ſic cũ nebræ
maiori loquimur charitate, * quanto lingua * quando
neſcit vti Græco idiomate. Cęterùm plures
occurrere poſſent circa materiã loci oppor-
tunitates, quę longum eſſet enarrare. Sed ex
multis quinque colligimus, quas Imperiali
Maieſt. proponere volumus. Prima ſumitur
ex quiete loci, quoniam illa regio eſt paci-
fica, quieta & tranquilla: & per conſequens
aptiſſima ad tractandũ pacem Eccleſię, ſicut
ſcriptũ eſt: In pace factus eſt locus eius. Pro- Pſal. 75.
pterea Cõcilium œcumenicum cui ſpiritũ-
ſanctũ oportet aſſiſtere, oĩno fieri in huiuſ-
modi loco trãquillitatis & pacis * De- for. * con-
cæteris verò partibus Chriſtianitatis, quod uenit.
dolẽter referimus omnes ferè guerris lacerã-
tur, atque etiam conſumũtur &c. Sola illa ci-
uitas & regiones circunſtantes, quæ ſuper
Rhenum fluuium protenduntur, tranquilli-
tate gaudent & pace: quare ciuitas illa locus
eſt aptiſſimus ad celebrandũ Conciliũ œcu-
menicũ pro conſequenda vnione Eccleſiæ.

Secunda ratio fundatur in libertate, quæ
debet in Concilio œcumenio eſſe. Petiuiſtis
per Oratores veſtros, vt Concilium veſtrum
futurum ſit liberũ, ita ꝙ vnicuique liceat di-
cere votum ſuum ſine rixoſa contentione.
Quanta autẽ ibì ſit libertas loquendi, cõſu-
lendi, deliberandi, cõcludendi, ſciunt Am-
baſiatores maieſt. veſtrę, qui in ciuitate Ba-
ſileẽn. longo tẽpore ſteterũt, * ſi ciuitas illa, for. * ꝙ
eſt ciuium concordia & vnitas. Baſilea enim ſcilicet,
inter cęteras ciuitates, ciuitas propriè appel-
latur, quia à ſe regitur, & ciues nulla partia-
litate diuidũtur. Amicitia principis ibidèm
dominãtis, neminem opprimit timore: tan-
taq; eſt ibì libertas, quòd etiam inimici Ec-
cleſiæ, quãdo ibì acceſſerunt, maxima potiti
ſunt libertate. Accedit tertia ratio, quoniam
cõgruum eſt, vt vbi hoc ſanctiſſimum nego-
cium accepit initium, ibì perficiatur. Exhi-
bitio

bitlo ibidèm rerum præteritarum, indicium eſt futurarum. Et ideo ſi in illo loco fiet Concilium œcumenicum, tractatus pacis ſortietur effectum. Quarta ratio reſpicit fertilitatem patriæ: quoniam vbicunq; celebrabitur Concilium œcumenicum, oportet ibi maximam multitudinẽ gentium conuenire. Cõuenier enim ibi ſummus Pontifex, Cardinales, Patriarchę, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & prælati cæteri Eccleſiæ noſtrę Occidentalis, conuenient reges & principes, & Ambaſiatores abſentium principum. Conuenient etiam Serenitas veſtra cum patriarchis & prælatis, regibus & principibus Eccleſiæ Orientalis. Quomodò poſſit hæc multitudo viuere, niſi locus abundaret maxima fertilitate? Tanta eſt autem fertilitas patrię & Baſileeñ. regionis, ꝙ Concilium generale ex latere totius Eccleſiæ noſtræ iam per quinquennium ſuſtinuit. Vndè ſicut Baſilea eſt in medio totius obedientiæ noſtræ, ſic & verè præ cæteris fertilior locus eſt de ſe, & ad illum tanquam ad centrum confluunt vndiq; bona ab omni alia regione.

Vltimò amœnitas loci non parum videtur ad rem pertinere, quoniam in pręfata ciuitate Baſileeñ. tanta eſt ſerenitas aeris, quòd nunquã aut raro ſubijcitur peſtilentiæ. Quæ cùm ſit contagioſa infirmitas, ſolet Concilia generalia & regionalia ſine fructu diſſoluere. Petimus igitur ſereniſſime Imperator, quatenùs Maieſt. veſtra illum velit eligere locum, vt abſq; omni impedimento celebrari poſſit Concilium œcumenicum. Et ecce nos offerimus pro parte ſacri Cõcilij ad executionem decreti, donec largiente Domino pax reddatur Eccleſiæ Dei, præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

PROOEMIVM DECRETI, QVOD non placuit Imperatori dicto.

SIcut pia mater pro filiorũ ſalute ſemper anxia eſt, nec vnquam quieſcit, donèc ſi qua inter ipſos diſſenſio ſit, ſopita fuerit: ſic multo ampliùs ſancta mater Eccleſia, quæ filios ad perpetuam vitam regenerat, omni conatu laborare conſueuit, vt omnes qui Chriſtiano nomine cenſentur, ſublato omni diſſidio, eandem fidei vnitatem, ſine qua ſalus eſſe non poteſt, fraterna charitate cuſtodiant. Quamobrem huius ſanctæ ſynodi ab initio ſuę congregationis pręcipua cura fuit, recens illud Bohemorum, antiquumq; Gręcorum diſſidium prorsùs extinguere, & eos nobiſcum in eodem fidei & charitatis vinculo perpetuo copulare.

Articuli Ambaſiatorum Concilij Baſileeñ.

PRimus punctus eſt de ratificatione eorum quæ geſta ſunt, ꝙ videlicet ſereniſſ. Imperator & reuerendiſſimus dominus Patriarcha velint proprijs in perſonis iureiurando & per bullas auream & plumbeã more ſolito ratificare ſolenniter, & executioni demandare, quantum in ipſis eſt, ea quæ ipſi in ſancta ſynodo Baſileeñ. per ſuos ſolennes oratores pleniſſimo mandato fulcitos, & publica ſeſſione cum ipſa ſancta ſynodo vnanimiter concluſerunt, & in altari celebrata Miſſa de Spiritusſancto, ſuper ſanctis euangelijs & cruce Dominica iureiurando ſolenniter firmauerunt.

Secundus punctus eſt de tempore, quia cùm tempus in decreto ſtatutũ & expreſſum, non defectu ſacri Concilij, aut ipſorum dominorum Imperatoris & patriarchæ, ſeu ambaſiatorum eorundem, ſed alijs ex cauſis iam effluxerit, neceſſe eſt, vt pro executione concluſorum, tempus debitum & competẽs per vtranque partem ſtatuatur.

Tertius punctus eſt de loco Baſileeñ. ꝙ videlicet præfati ſereniſſimus Imperator & reuerendiſſimus patriarcha multis ex cauſis dignentur & velint aſſentire, ꝙ Concilium vniuerſale & œcumenicum, quod condictũ eſt celebrari, in ciuitate Baſileeñ. celebretur.

Quartus punctus eſt de executione decreti, quia videlicet miſſi ſumus ad præſentandũ præfato ſereniſſimo Imperatori & reuerendiſſimo patriarchæ decretum concluſorum in publica forma cum plumbea bulla præfati ſacri Concilij Baſileeñ. inquantum attinet ad dictum ſacrum Concilium, ad inchoandum executionem decreti eiuſdem, & concluſorum contentorum in eodẽ decreto.

ALII ARTICVLI IMPERATORIS Conſtantinopolitani.

PRimò dicimus & volumus, vt prooemiũ decreti aliâs lectum & intellectum, totaliter tollatur, & ad minùs corrigatur, tali modo, vt poſſimus remanere in hoc contenti, vt omnis mala & ſcandaloſa ſuſpicio remoueatur, quæ poterit per illud prooemium in animis quorundam exoriri.

Secundò, ſi (quod abſit) vnio & concordia Eccleſiarum Chriſti non ſortiatur effectum, ſed recedamus ex illis partibus diſcordes & diuiſi, ſicut nunc ſumus, quòd non afferatur nobis propter hoc aliquod impedimentum, damnum, vel aliquod hoſtile, quouis modo ex parte ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, immò vt fiat reditus noſter ad has partes cum ijſdem honoribus, diſpoſitionibus, fauoribus, cum quibus illuc acceſſuri ſumus. Et faciat nobis pars ſanctæ Romanæ Eccleſiæ omnia, quæ pertinent ad reuerſionem noſtram in tali etiam caſu, ſicut ſi fieremus concordes & vniti, vt in Deo ſperamus.

Tertiò, ſi contigerit aliquos dominos reges ac principes non affuiſſe tali ſynodo nec verè, nec repręſentatiuè propter aliquas cauſas tam ex partibus noſtris, quàm Occidentalibus, quòd hoc non intelligatur, nec ha-

beatur pro defectu aut reuerſione conuentorum & concluſorum, vel ipſius rei & ſolicitandæ ſanctiſſimæ vnionis.

Quartò, quod in ciuitate vel regione, in quibus debeat Deo authore dictum œcumenicum Concilium celebrari, & in alijs ciuitatibus ac regionibus Romanæ Eccleſiæ ſubiectis, veniendo, ſtando, redeundo, nos & omnes noſtri nullum habeamus impedimentum, grauamen, nocumentum, vel quodcunque malum ab aliqua perſona tam eccleſiaſtica quàm ſeculari, propriè vel communiter, palàm vel occultè ex quacunque occaſione.

Quintò & vltimò, quòd ſi aliquis vel aliqui de quacunque natione & cuiuſcunque fortunæ & qualitatis ex illis, qui ex parte noſtræ Eccleſię ibidem acceſſuri ſunt, in aliquo peccaret, iudicium illius peccati ſpectet ad nos & noſtram partem: pœna etiam illius determinetur noſtra diſcretione, & non habeat ſuper hoc & poſſit aliquid facere pars Occidentalis eccleſiæ ſubiectorum noſtrorum omnium.

ALII ARTICVLI
Reſponſorum Ambaſiatorum Concilij.

AD primum dicimus, quòd nunquam fuit de intentione per procemium decreti iniuriari aliquo modo Eccleſiæ Orientali, nec ex ipſo ſanè intellecto (vt declaratum eſt) poteſt vel debet aliquis iuſtè ſcandalizari.

Item dicimus, quòd ſi Ambaſiatores ipſorum vel ante promulgationem decreti vel poſt, aut in receſſu ipſorum feciſſent aliquã difficultatem de dicto procemio, per ſacrum Concilium debitum fuiſſet appoſitum remedium.

Dicimus vlteriùs, quòd non eſt in poteſtate noſtra, dictum procemium tollere aut corrigere, ſiue mutare, aut aliud facere, tum quia non habemus ſigillum aut plumbum Concilij, tum quia illius eſt tollere, corrigere ſiue mutare, cuius eſt concedere. Poſtremò, quo ad hunc primum articulum dicimus, quòd propter prædictum procemium nullo modo tãtum bonum eſt omittendum, aut aliquo modo differendum. Et offerimus nos ad omnia remedia rationabilia, nobis poſſibilia.

Ad ſecundum dicimus, quòd ſi loquatur articulus de expenſis honeſtis, clarum eſt ex tertio & decimo capitulis ipſius decreti. Et ſi ampliori declaratione indiget, parati ſumus ad declarandum &c. Si autem de ſecuritate loquatur, prouidebitur per ſaluumconductum.

Ad tertium, quod de regibus, principibus ac dominis & principalibus Eccleſiæ prælatis conſentire non poſſumus, quin ſaltem interſint repræſentatiuè, vt patet ex primo capitulo decreti, & ex declaratione, Quid eſt ſynodus vniuerſalis & œcumenica. Nam inter alia dicitur in primo capitulo: Similiter venient ex omnibus regnis & dominijs, quæ ſubijciuntur eccleſiæ Græcorum cum plena poteſtate & mandato vallato iuramento & alijs clauſulis opportunis, tam ex parte ſecularium dominorum quàm prælatorum.

ORATIONES
ALIQVOT IN SEV PRO IPSA Baſileen. Synodo, Contráque vel ad ipſam habitæ.

COLLATIO EXIMII Decretorum doctoris magiſtri Ioannis de Bachenſtein, facta coram domino noſtro ſanctiſſimo in Florentia.

BEatiſſime pater, exigeret præſentia V.B. in primo dicẽdorum alloquio orationem ornatè compoſitam, maturéque digeſtam, quæ S.V. dignitatem, clementiam, aliasque virtutes & dotes ſummas in medium adduceret, & rem ipſam Deo gratiſſimam, & hominibus ſaluiferam, de qua paulopòſt dicturus ſum, peroraret. Quis autem eloquentię princeps aut Tullianę ſapientiæ, præſulatum ſupremi vicarij Ieſu Chriſti, modico & inculto ſermone ad plenũ explicare poterit? profectò meatũ virium, ſed & ſublimioris ingenij tranſcendit facultatem. Rem inſupèr illico ſubijciendam, veritatis nitore ſubmiſſam video, ratusq́; nõ ſum eam verborum lenocinio indigere. Canon mihi locupletiſſimus teſtis eſt, eum ſuperuacuis laborare impendijs, qui ſolem certat facibus adiuuare. Quoniam igitur gratiæ plenitudo adiectione non indiget, nec vlla requirit commendationis argumenta, immorari in ea re verborum fucatis coloribus ampliùs non putamus. Ne autem vſque ad faſtidij neceſſitatem mea ſe extendat præfatio, ad conceptam materiam orationem cõuerto, non tamen de propria virtute, ſed de munere largitoris illius, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, confidens. Ve- Iacob. 1.
rùm P.B. cùm parẽs noſter ille ſolus & vnus Deus glorioſus, fingeret animal rationale, ipſum ex humo ſubleuatum, ad contemplationem ſui artificis erexit; & ſolus homo eſt, qui res cœleſtes accepit: ſpectare eum Deus cœlum voluit, vt religionem ibi quærat. Apparet non eſſe rationis humanæ, vt poſtpoſitis diuinis ac humanis præceptis, opes terrenas, quæ plerunq; curuant animal rationale, venerari. Cùm autem P.B. glorioſiſſimi pontifices antecesſores V.B. magni, iuſti, in cœleſtibus rebus experti, ſumma religio-

ne

Digitized by Google

ne Deum adorabant, iuſtitiæ cultum colebant, in omnibus Deum præſentem eſſe putabant, decreta ſacrorum Cõciliorũ in ſumma reuerẽtia ac veneratione habere ſolebãt, & à ſuis ſubditis obſeruari faciebant, adeò etiam, vt beatus Gregorius tantæ beatitudinis & ſcientiæ pontifex, Quatuor Concilia generalia vniuerſalia, ſicut quatuor libros Euangelij profeſſus fuerit, ſcilicet Nicenum, Conſtantinopolitanum, Epheſinũ, & Chalcedoneñ. Ratio, quia in his velut in quadrato lapide, ſanctę fidei ſtructura conſurgit, & cuiuſlibet vitæ atque cõmunis actionis norma exiſtit. Et cùm vniuerſali ſint cõſenſu cõſtituta, ſe, & non illa, deſtruit, quiſquis præſumpſerit abſoluere quos religãt, aut ligare quos abſoluũt. Clarum autem eſt, iuxta Gelaſij Papę ſententiam, ꝙ eadem veneratione & decreta aliorum Conciliorum cuſtodiẽda & recipiẽda ſunt. Nedum autem dicta quatuor generalia Concilia cum ſuis ſequentibus, ſolummodò quo ad fidem beatus Gregorius ſe venerari fatetur, ſed etiam quo ad Reformationem, quando ſubiungit, dicens: Quia in his cuiuſlibet vitæ atque communia actionis norma exiſtit. Cõſtat autem & luce clariùs apparere poteſt, ꝙ iuxta ſacri Cõcilij Conſtantieñ. decretum, quemlibet, etiam ſi papali præfulgeat dignitate, decretis ſacrorũ Cõciliorum obedire debere in his quæ pertinẽt ad fidem, ſchiſmatis extirpationem, & Reformationem Eccleſiæ in capite & in mẽbris, & pertinentium ad ea. Et ſi glorioſiſſimi pontifices ea deſtruere, quæ antecеſſores ſui ſtatuerunt, erubuerunt: multò magis decet & expedit, quinimmò neceſſarium foret S. V. eorum veſtigijs inhærendo, decreta ſacrorum Conciliorum ſumma cum veneratione obſeruare, & obſeruari facere & cuſtodire. Sicque Pater B. ſi priſcorum ſacrorum pontificum magnifica opera S. V. attendit, ſummo ſtudio conabitur gloriam ſuam triumphalem ſuis poſteris & vniuerſo orbi relinquere profuturam. Neque S. V. retrahat leuis occaſio, quinimmò diuinæ neceſſitudini ſatisfaciet, ſi grato ſtudio ſuo adminicula miſericorditer petenda Eccleſiæ Dei feliciter condonabit. Non iniuſtum petimus, non S. V. maximis prælijs & certaminibus confligere rogamus, nõ inſuperabiles montes tranſituram, non ampla terrarum ſpatia vaſti orbis luſtrare: ſed vt ſancta Catholica Eccleſia fauoribus benignis participata, bonos felicitatis ſuæ conuentus in perpetuum memorales conquirat glorioſè. Nunc autem P. B. de veſtræ ſanctitatis benedictione ad rem ſpecialiùs deſcendam, alia iniuncta poſteris temporibus explicaturus.

Conſiderãs itaq; ſancta Catholica Eccleſia, per ſacram ſynodum Baſileẽſem præſentata, Reformationẽ Eccleſiæ Dei in capite & in membris, vniuerſo orbi ſummè eſſe neceſſariam, & ad eam perficiendam creberrimis literis S. V. magna cum charitate & ſolertia propulſatã fuiſſe, In nomine Spiritusſancti paracleti, magnis ac varijs impedimẽtis interuenieñ. ſua ſaluberrima promulgauit decreta. Cùm autem P. B. ob eorundem tranſgreſſionem magna ſcandala in Eccleſia Dei pręteritis temporibus exorta ſint, & niſi accuratiùs prouideatur, timendũ foret, maiora ſcandala intolerabilia ac ſchiſmata grauiora ſuboriri, maximè autem propter non obſeruationem decreti de electionibus, ob quam tranſgreſſionem paucis temporibus elapſis, ſequi poterit pernicioſiſſimum ſchiſma in Eccleſia Dei, periculoſius quidem, quàm fuerit aliud nouiter extinctum. Illud nanque diuidebat Eccleſiam Dei in duas partes. Sed ſi S. V. non ſeruaret decretum de electionibus per ſacrum Concilium promulgatum, timendum foret, ꝙ infra decem aut quindecim annos ſancta Catholica Eccleſia diuiſa reperiatur in tot partes, quot ſunt diœceſes. Proximis inſupèr diebus, cùm Ambaſiatores ſacri Concilij Franckfordiæ in ſolenni conuentione ſacri Romani Imperij principum Alemaniæ & Electorum eſſent conſtituti, audiuerunt grauiſſimas querelas maximaque ſcandala exinde euenire. At ſtatim verò expòſt Colonieñ. & Moguntineñ. Archiepiſcopi querulolas literas de nouo, ſacro Cõcilio tranſmiſerũt, poſtulantes humiliter & deuotè, quatenus ſacrum Concilium ſuper obſeruantijs decreti de electionibus ante ſui diſſolutionem dignaretur apponere remedium oportunũ. Quamuis autem P. B. ſuperioribus temporibus ſacrum Concilium per honorabilem dominum abbatem ſanctæ Iuſtinæ, & demum per duos reuerendiſſimos ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, pro obſeruandis decretis editis & edendis S. V. requiſiuerũt, nunc verò per duos humiles dictæ ſacroſanctæ ſynodi oratores rogat, petit, hortatur, & per viſcera Domini noſtri IESV Chriſti obſecrat & ampliùs requirit, quatenus ſanctitas veſtra deinceps cum effectu ſeruare & ſeruari facere velit decreta edita & edẽda per ſacrum Concilium Baſileeñ. & in cõtrarium attentata reuocare. Alioquin P. S. dicta ſacra ſynodus multiplicibus iurgiorum ac ſcandalorum crebris propulſata opprobrijs, intendit dare operã efficacem, per quã decreta ſua ab omnibus inuiolabiliter obſeruentur, etiam quacunq; præfulgeant dignitate, prout poſſibile erit. Vndè iam tot ſcandala & ſchiſmata in populo Chriſtiano ſuborta exiſtunt, & peramplius ſequi veriſimiliter timentur, quod ſacro Concilio non expedit conniuentibus oculis pertranſire. Et ſi ſacrum Concilium non foret congregatum ad obuiãdum dictis ſcandalis, de nouo deberet congregari. Nunquam autem ſacrum Cõcilium patietur ſe diſſolui, niſi pri-

mitùs adhibitio ſufficienti remedio modo poſſibili pro obſeruandis decretis eiuſdem. Quid nanque prodeſſet condere decreta & leges, ſi non manutenerentur? Qualis inſupèr futuris temporibus ſpes generalia Concilia congregandi haberi poterit, ſi decreta ſacri Concilij Baſileen. tot laboribus & expenſis condita & promulgata, tam de facili violari, ac etiam retractari ac irritari à quocunque tolerarentur? Et profectò niſi diligentiùs prouideatur ſuper obſeruantia decretorum, paucis temporibus elapſis, omnis authoritas ſacrorum Conciliorum eneruabitur, & diſciplina eccleſiaſtica peribit. Vulgaris nanque inoleuit vox populi, ſi durante Concilio hæc fiunt in viridi, quid eo diſſoluto * ſpectandum foret in arido? Præterea P.B. ad dictam obſeruantiam decretorum, ex ſuſcepti regiminis officio S.V. adſtricta eſt. vnde iuxta Iuliani Papæ ſententiam, officij noſtri conſiderationem non eſt nobis diſſimulare, non eſt tacere libertas, quibus maior cunctis Chriſtianæ religionis zelus incumbit: & per conſequens, feruentiori deſiderio ea quæ ſunt Chriſtianæ religionis decreta, Romanos pontifices ſeruare oportet. Neque aliquam aliam ſedem, ſecundum Gelaſium, vniuſcuiuſque ſynodi conſtitutum, quod vniuerſalis Eccleſiæ probauit aſſenſus, magis exequi prę cęteris oportet, quàm primam, quæ & vnamquanque ſynodum ſua authoritate confirmat, & continua moderatione cuſtodit. Nedum autem verbo aut ſcripto ea amplecti, ſed etiam vſque ad animam & ſanguinem, ea quæ Spirituſancto dictante patres diffiniuerũt, præcipua virtute defenſare & ſeruare, ab alijsq́; obſeruari facere & cuſtodire: quod ſi S.V. fecerit, conſequetur profectò ſancta catholica Eccleſia immenſam gloriam, honoremque ſuſcipiet pariter & decorem: ſacrũ quoque Concilium Baſileeñ. in Spirituſancto legitimè congregatum, & S.V. vinculo charitatis indiſſolubili erunt vnum, ſicut & nos vnum ſumus.

* ſperandum

Inſupèr P.B. quot & qualia ſcandala præteritis temporibus prouenerint ex eo, quòd ſententiæ etiam tres conformes latę in ſacro Concilio, in curia Romana refutantur, retractantur & reuocantur, ad plenè explicãdum non ſufficeret dies neque menſis. Patres autem ſacri Concilij, & etiam cuncti principes ſeculi, de hac re non ſolùm admirantur, ſed & grauiſſimè ſcandalizantur, cùm hoc cedat in maximum ſcandalum & perturbationem Eccleſiæ vniuerſalis. fiunt nanque diuerſi proceſſus in diuerſis partibus; vnus excommunicat, alius verò abſoluit: vnus obedit, alter contemnit. Quanta autem mala & contemptus eccleſiaſtici ſtatus hinc proueniant, lingua noſtra mortalis ad plenum explicare non poterit. Et quod grauius eſt, fiunt proceſſus in curia Romana, per quos mouentur ſuppoſita Concilij, ſignanter autem ſcriptores & abbreuiatores, cùm tamen ita neceſſaria negocia ibidèm tractentur, quòd non ſolùm deberẽt vocari, quinimmò & alij mitti. Ea propter P.B. dicta ſacra ſynodus S.V. rogat, petit, hortatur, & inſupèr per viſcera miſericordiæ Domini noſtri Ieſu Chriſti obſecrat & requirit, quatenus S.V. deinceps taliter velit prouidere, quòd iſta aut conſimilia decæterò non fiant. Et præſertim mandare domino Patriarchæ Hieroſolymitano, à quo dicitur illud monitorium emanatum, vt illud reuocet, & decæterò conſimilia non attentet. Peramplius autem S.V. dignetur fauere & habere recommiſſa ſuppoſita ſacri Concilij, prout in decreto adhæſionis pollicita fuit S.V. facere velle. In omnibus autem S.V. velit ſic agere, quatenùs patres in ſacro Concilio concipere valeant, S.V. manutenere ſacrum Concilium, & non per indirectum diſſoluere. Quod ſi S.V. fecerit, * totus inſupèr orbis vniuerſus exinde magnam ſuſcipiet conſolationem & quietem, ſacrum inſupèr Concilium & S.V. erunt vnum, ſicut & nos vnum ſumus.

for. * toti orbis vniuerſitas

Poſtremò pater beatiſſime, ſacrum Concilium volens ea ſignificare S.V. quæ proximis diebus in ſacroſancto opere Reformationis, dudum vniuerſo orbi per ſuas literas promiſſo fecit & ordinauit, in præſentiarũ in ſignum participationum tot & tantorum bonorum operum, tranſmittit S.V. decretũ de Annatis, vacantijs & communibus ſeruitijs tollendis, prout in ipſo decreto ſtatim præſentando clariùs continetur. Et dicta ſacra ſynodus hortatur & requirit S.V. quatenùs velit ipſum decretum in ſua curia ſeruare, & alibi obſeruari facere & cuſtodire: quoniam ipſum eſt conforme legi diuinæ & canonibus ſanctorum patrum, & dignetur ipſum benignè ſuſcipere, tanquam opus qđ principaliter reformandum erat. Quanuis autem P.B. iſtæ Annatæ introductæ fuerunt ex cauſa Paſſagij terræ ſanctæ, nunc autem ceſſante cauſa, ceſſare poterit & effectus. Etiã dictæ Annatæ hactenus ſubleuatæ, nõ ſunt conuerſę in eum vſum & finem, propter quẽ Annatæ adinuentæ fuerunt. Maximè autẽ, quoniam ſuperioribus temporibus in ſubleuationem dictarum Annatarum, tantus rigor, tantæque exorbitantiæ, & tot inſupèr deſtructiones, & orbationes inſignium eccleſiarum prouenerunt, adeò etiam, quòd in multis eccleſijs cultus diuinus nedum diminutus, ſed etiam in totum in collapſum reductus exiſtit. Multi enim notabiles prælati, ob non ſolutionem Annatarum, innodati cenſuris eccleſiaſticis, multis annis à diuinis abſtinentes, & tandem plurimi in ipſis ſic mortui, in terra prophana inhumati ſunt. Alij verò coacti ſunt vẽdere libros, calices, capſas reliquiarum & ornamenta eccleſiarum.

rūm. Alia autem innumerabilia mala, quæ exinde ſubſecuta ſunt, in longum enarrare de præſenti ſuperſedeo. Quibus ſingulis attentis, peramplius non expediebat ſacro Cōcilio, conniuentibus oculis pertranſire. Vnde P.B. ſi Alexander ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedis Epiſcopus, ſcribens Lucenſi eccleſiæ conſtituerit & decreuerit, ꝙ nullus cuiuſcunque gradus clericus pro eccleſiaſtico beneficio audeat aliquid cōferre, etiam ſi fabricę eccleſię vel in denarijs ſeu etiam in vſus pauperum donatum tribuendum foret: multo magis decuit ſacrum Concilium, quod eſt ſpeculum & norma cuiuſlibet vitæ atque communis actionis, decretare & ordinare, quatenùs peramplius in collatione beneficiorum, confirmationum, Electioonum, admiſſionum, poſtulationum, tam in curia Romana, quàm alibi, nil penitus antè vel pòſt exigatur, directè vel indirectè, prętextu etiam cuiuſcunque conſuetudinis, priuilegij vel ſtatuti, aut aliàs quacunque recepta occaſione. Sacrum oanque Concilium nil noui feciſſe videtur, ſed antiquiſſima iura ſanctorum Romanorum pontificum innouauit. Nihilominùs P.B. ſacrum Concilium omninò diſpoſitum eſt, & iam laborat per aliquem alium modum hoeſtiorem S.V. & dominis cardinalibus talem facere prouiſionem de qua S.V. dictique domini Cardinales meritò poterunt contentari. Prę ſertim autem ſi ſacrum Concilium informatū fuerit realiter & cum effectu, S.V. decreta ſacri Concilij Baſileeñ. ſeruare, & ab alijs obſeruari facere & cuſtodire, pront & S.V. in Bulla ſuæ adhæſionis pollicita eſt ea ſeruare, has preces pater B. pro hac vice oos humiles & tantilli dictæ ſacroſanctæ ſynodi oratores, S.V. magna cum inſtantia offerimos, rogantes S.V. humiliter & deuotè, quòd ſi nobis iniuncta non tam maturè aut eleganti ſtylo quo debuiſſemus, expoſuerimus, id non ſacro Coocilio, ſed oostræ imperitiæ S.V. aſſcribere digoetur. Finaliter P.B. optat ipſa ſacra ſynodus, vt Deus glorioſus vota & agenda S.V. feliciter dirigat, & cęleſti dono proſequatur, vt per hæc & alia quæ Domino inſpirante S.V. in poſterum fecerit, immarceſcibilem vitæ æternæ coronam & triumphalem gloriam conſequi mereatur, quam S.V. & oobis omnibus concedat IESVS Chriſtus benedictus io ſecula. Amen.

RESPONSIO DOMINI Eugenij Papæ ad prædicta propoſita per Ambaſiatores Concilij.

SAnctiſſimus dominus noſter Papa venerabilibus viris oratoribus ſacri Baſileenſi Concilij ſuper propoſitis & petitis per eos reſponſum requirentibus, hoc modo reſpondit.

Quòd mens & intentio, ac omne ſtudiū ſuum ſemper fuit, iotēdere & vigilare ad ea quæ honorem Dei, ſalutem animarū, ac bonum totius Eccleſiæ ac reipublicæ Chriſtianæ concernerent, ſignanter ad extirpationē hæreſum, reformationem morum, ac pacem populi Chriſtiani. Et ſpecialiter ad reductionem Græcorum, & Eccleſię Orientalis ad veram & catholicam fidem. In qua re quantùm laborauerit, primùm Cōſtantiæ, deinde Romæ tempore felicis recordationis domini Martini Papæ Quinti, prædeceſſoris ſui, dū eſſet in miooribus, poſtremò poſtquàm ad apicem Apoſtolatus aſſumptus fuit, ferè omnibus ootum eſt, ita vt non ocioſè extimet, quòd ſi in ea re ſibi credulitas fuiſſet adhibita, iam ad optimum fioem peruentum fuiſſet, aut ſaltem huiuſmodi reductio magnum principium haberet.

Quantum aotem ad negocium indulgentiarum, Electionum, Annatarum, cauſarum & vocationom ſcriptorum & abbreuiatorū Romanæ curiæ, reſpondit: Qoia materiæ grandes ſunt, & diſcuſſione ac declaratione indigent, ſe vnà cum fratribus ſuis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus decreuiſſe reſpondere per ſuos * ſacro Concilio: quod quamprimùm facere intendit, ſperans reſponſiones ſuas tales eſſe debere, quæ iuſtitiæ & honeſtati conueniant, ipſique ſacro Concilio & omnibus piè ſentiētibus ad Dei honorem, charitatem & pacem, ac bonum vniuerſalis Eccleſiæ, gratæ ac acceptæ meritò ſint futuræ.

POGGIVS.

Ego Poggius domini noſtri Papæ Secretarius, ſopraſcriptam reſponſiooem de mandato ſuæ S. ſcripſi manu propria & ſubſcripſi.

Auſcultatum cum originali ſcripto in ſchedula papyrea. Et concordat. Et interfui quando 12. die menſis Auguſti milleſimo quadringenteſimo triceſimoquinto præfatus Poggius io camera S. domioi noſtri Papę coram multitudine prælatorum, doctorum, & aliorum virorum, reſpondit dictam ſchedulam ſcripſiſſe, & dominis Ioanni de Bachenſtein decretorum doctori, & Matthæo * Meſnaige io ſacra pagina Baccalaureo, oratoribus ſacri Baſileenſis Concilij præfatus, ex parte ipſius ſanctiſſimi domini noſtri Papæ præſentaſſe.

Ita eſt. D. Barard.
notarius publicus.

C. Rouſſelli.

SEQVVNTVR

RESPONSIONES FACTÆ

per Dominum Antonium auditorem nomine fratris Ambroſij Prioris generalis & ſuo, pro parte ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri, domini Eugenij diuina prouidētia Papæ Quarti, in generali congregatione ad petitiones factas per oratores ſacri Concilij, milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquinto, die ſeptima Octobris.

NVncij & oratores à ſacro hoc generali deſtinati Cōcilio ad ſanctiſſimum in Chriſto patrem & dominū noſtrum, dominum Eugenium diuina prouidentia Papam Quartum, Venerabiles ſcilicet & doctiſſimi viri magiſtri Matthæus * Neuartze, ſacræ profeſſor Theologiæ, & Ioannes Bacheuſteyn decretorum doctor, iniūctum eis proſequentes officium, Reuerendiſſimi reuerendiq́ue in Chriſto patres & domini, cæteriq́ue vos patres & viri electiſſimi, plura diuerſis orationibus ipſius domini noſtri beatitudini expoſuerunt, eorumq; * adplacuit corroborantes exhortatorias ſuas petitiones authoritatibus, tum rationibus, tum quoque perſuaſionibus, ornatè ſanè atque diſcretè: quæ cùm omnia reuerendiſſimis P. & dominationibus veſtris nota fore conſpicimus, ad vniuſcuiuſque exhortatoriè petiti reſponſionem deſcendere congruentiùs iudicamus, quàm eorundem dominorum oratorum ſingula repetamus propoſita, verùm non declinantes ab ordine, per eos ipſos egregiè cuſtodito, vice & nomine ipſius S.D.N. cuius ſumus nuncij & oratores immeriti, frater Ambroſius Prior generalis & ego Antonius auditor reſpondebimus ſingulis eorum petitionibus, concluſiuè tamen, nè verbis immorari videamur. Ex qua tamen reſponſione ſatìs apertè colligi poterit, quid eorum quiſque dixerit petieritve.

for. *adeò placuit oratio, corroborantium

Ad primum igitur reuerendiſſimi patres, vosq́ue viri elegantiſſimi, per ipſum magiſtrum Matthæum primò propoſitum atque petitum, dicimus, quòd ſanctiſſimus dominus noſter inter omnes alias res, quantumcunque graues, reductionem Græcorum & Eccleſiæ Orientalis ad veram & Catholicam fidem, ſemper ſibi præcipuam fecit. In qua quidem re, quantum laboris, curęve ſumpſerit, primùm Conſtantiæ, deindè Romæ tempore felicis recordationis Domini Martini Papæ Quinti, poſtremò poſtquàm ad apicem Apoſtolatus aſſumptus fuit, multis notum eſt, præſertim pleriſque ex vobis reuerendiſſimi reuerendiq́ue patres. ſicq́ue materiam illam omni quo meliùs poteſt ſtudio vnà cum hoc ipſo ſacro Concilio paratus eſt proſequi, gaudetq́ue plurimùm, quòd hæc Græcorum reductio vobis patribus & dominis reuerēdiſſimis facilis videatur, quam quidem primum per ſanctitatem ſuam promotam, aliqui phylacteriam antiquam & cantilenam vocabant. Et hæc quo ad primum.

Quo verò ad ſecundum, hoc eſt, ad materiam indulgentiarum, ſic breuiter reſpondemus: Modus iſte habendi pecunias, reuerendiſſimi patres, grauis eſt, eo quòd ex quęſtu proueniat, qui in ſimilibus ſuperiori tempore multa mala attulit exempla Chriſtiano populo. Item aduentus Græcorū, cuius gratia hoc quæritur, omnino incertus eſt, quanquam eorum oratores aliquid certi concluſiſſe videantur. Nam & alias multa polliciti ſunt, quæ tamen aut rerum vel temporis neceſſitate vel alia cauſa mutato conſilio non ſeruârunt. Nemo in rem incertam aliquid conferre diſponet, ſed ſuſpicabitur potiùs gratia turpis quæſtus & lucri id fieri. Regnū Cypri & inſula Rhodi, terrarum Chriſtianorum fortiſſima propugnacula, ex hoc & ſcādalum & iacturam grauem patientur: ſimiliter & multa pia opera, quæ ad indulgētias huiuſmodi promouentur, ſi contingat hos Græcos non venire, cùm & planè arbitrabitur quiſpiam nos illuſiſſe, & prædam quandam hac fictione quæſiuiſſe, & dicet: Ecce qui in multitudine diuitiarum gloriantur, & præualere voluerunt in vanitate ſua: ſicq́ue quod pro pietate quæſitum erit, ad impietatem aſcribetur: quod omninò cauendum videtur, apud eos maximè, qui ad ſancta opera conueniſſe ſe profitentur. Quare concludimus reuerēdiſſimi patres, quòd omninò ante omnia expectādum ſit Imperatoris & Patriarchæ finale reſponſum, & habenda certitudo de aduentu eorum: qua habita, ſiue per viam indulgentiarū, ſiue alio modo, qui melior & conuenientior forſitan eſſe videatur, ſanctiſſimus dominus noſter ſe paratum offert ad concurrēdum cum hoc ſacro generali Concilio, & omnes poſſibiles fauores impendendum. Et hæc quo ad ſecundum.

Pſal. 48. a
Pſal. 51. b

Ad tertium breuiſſimè dicimus, quòd ipſe ſanctiſſimus dominus noſter tunc etiam paratus eſt Cardinales & Prælatos, & alias literatas perſonas ad tam pium opus & locum electum mittere: immò & ſi contingat eligi locum, ad quem ſanctitas ſua commodè poſſit accedere, perſonaliter intereſſe curabit. Interim autē deputabit viros aliquos doctiſſimos, qui ſuper differentijs Latinorum & Græcorum plenè conferant & diſputent, quanquam iſta materia reperiatur plenè diſcuſſa. Et hæc, quo ad propoſita per venerabilem virum magiſtrum Matthæum.

Accedimus modò ad petitiones venerabilis decretorum doctoris domini Ioannis de Bachenſteyn. Et primò, quo ad conſeruantiam decretorum huius ſacri Cōcilij, ſic breuiſſimè

Digitized by Google

uiſſimè reſpõdemus, quòd ſanctiſſimus dominus noſter quãtùm potuit, decreta huius ſacri Cõcilij amplexus eſt, & ſeruari voluit, & in futurum paratiſſimum ſe offert: & ſi in præteritum aliquo particulari caſu aliter factum eſſe videatur, id ex iuſtis & neceſſarijs cauſis, ſi diligenter res inueſtigatur, factum fuiſſe comperietur. Et id idem in decreto de electionibus ſeruatum eſſe videbitur. Quo verò ad articulum cauſarum, hoc damus reſpõſum, quòd ſanctiſſimus dominus noſter non intendit ex cauſis quæ in curia recipiũtur, ſcandalum aliquod facere: ſed cum mos ſedis Apoſtolicæ ſit, vt nôrũt dominationes veſtræ, vnicuique miniſtrare iuſtitiam, non eſt mirũ, ſi ad ſe concurrentes ſuſcepit, eiſq; iuſtitiam per viros doctiſſimos & in talibus valdè expertos miniſtrari iuſſit. Neque ſemper conſtat à principio, cùm cauſa committitur, de omni circunſtãtia iudicis, à quo ad curiam introducatur, videlicet qua authoritate iudex proceſſerit. Curauit autẽ ſanctiſſimus dominus noſter materiam litium pro viribus excidere, & quãdoq; requiſitus cauſas etiam ad hoc ſacrum generale remittere Cõcilium. ſed mirantur multi, & non dolere non poſſunt, quòd ſacrum hoc generale Concilium, quod pro rebus maximis & vniuerſale bonum concernentibus, congregatum ſe eſſe profitetur, ad innumerabiles priuatarum & minimarum rerum cauſas occupetur, & quotquot pro ea re venientes indifferenter admittat, & cauſas in curia Rom. cœptas, ad ſe retrahat. quo fit vt multi ſe incorporari procurẽt, non vt cõmuni vtilitati cõſulant, ſed priuatis eorũ cõmodis & ſæpè cum alterius partis grauamine, & ſignanter officialium curiæ Romanæ, qui ſub eo prætextu huc ſæpè trahuntur: quòd plurimi ex vobis reuerendiſſimi, reuerendique patres, circunſpicientes, dixerunt pluriès & proclamãrũt, huiuſmodi particulares cauſas & alia priuata negocia, per ſacrum hoc Concilium non eſſe admittẽda, & magiſter Simon * Freroneñ. alias Orator huius ſacroſanctæ ſynodi ad ipſum ſanctiſſimum dominum noſtrũ accedens, dixit ſacrum Concilium ad ea velle prouidere, & à ſe omnino abdicare. Et hoc, quo ad articulum cauſarum.

* Freiron
* Freton

Quo autem ad ſcriptores & abbreuiatores, qui de hoc ſacro Concilio dicuntur ad curiam vocati, dicimus illos qui tẽpore mãdati in hoc ſacro generali Concilio erant incorporati, fuiſſe in ipſo mandato & eſſe exceptos: ſicque ex eo mandato nihil contra huius ſacri Concilij ſuppoſita eſſe innouatum. Si qui autem poſteà & iam mandato præuento, in fraudem & illuſionem mandati, incorporari curauerunt, extiment reuerendiſſimæ paternitates veſtræ an iure fecerint. Et hoc breuiſſimè, quo ad ſcriptores & abbreuiatores.

Quo verò ad decretum annatarum &c. licèt aliâs per me multa dicta, ſunt tamẽ vtile & non ſuperfluum fore putauimus, ſi iterũ ad id pauca quædã ſubijciamus, vt in omnibus ſatisfeciſſe vno videamur ſermone. Breuiſſimè itaque ſic reſpondemus, quòd nemo ſatis admiratur, quòd in re tam grandi, irrequiſitis & inſcijs ſanctiſſimo domino noſtro atque ſacro collegio & alijs quorum intereſt, tam citò & inſperatè concluſum fuerit: quòd ſi vnquam faciendũ fuit, hoc præcipuè tempore omittendum videbatur, quo Romana Eccleſia & multę alię pro malignitate temporis innumerabilia dãna ſunt paſſæ. Si qui in his prætendebantur abuſus, his prouidendum erat ſine priuatione ſubſtantiæ: aut ſaltem prouiſio debita ſimul facienda erat, vt ſic iuſtitia & pax obuiarent ſibi. Vndè, reuerendiſſimi patres dominique pręſtantiſſimi, interim viuent, qui hactenus indè vitæ ſuſtentationem ducebant? vndè eccleſiarum ſuarum onera ſupportabunt, cùm præter Romanam Eccleſiam multi prælati ſunt, qui ex poſſeſſionibus aut decimis parùm vel nihil recipiant? vndè ſedes Apoſtolica impenſas faciet, prouidendo neceſſitatibus & vtilitati vniuerſalis Eccleſiæ pro his quæ pertinent ad pacem & extirpationẽ hęreſum & errorũ, & ad alia concernentia bonum publicũ totius populi Chriſtiani? Iure igitur reuerendiſſimi patres manu tenenda erant iſta, ſaltem donec aliter fieret ſufficiẽs prouiſio, de qua prouiſione ſufficiẽti facienda per ſacrum hoc Concilium, ſanctiſſimus dominus noſter vult eſſe benè contẽtus iuxta deſiderium ſacri huius Concilij, prouiſo quòd taliter fiat, quòd ſtabilis & firma permaneat. Et hæc quo ad vltimum, ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

ORATIO GERARDI Landriani Epiſcopi Laudeñ. Oratoris Baſileeñ Concilij ad regem Angliæ & reliquos patres conſcriptos regni.

FAcite quod Dei eſt, & ipſe faciet quod veſtrum eſt. ex ſacris literis apud Gregorium epiſtola octaua. Paucis his anteà proximè more inſtitutoque maiorum præmiſſis, credim⁹ ſereniſſime & Chriſtianiſſime rex, reuerẽdiſſimi patres & illuſtres domini, vos iamiam pro ſumma prudentia veſtra planè intelligere debuiſſe, omnia nos iuſta, vtilia, & nimirùm toti orbi neceſſaria, hodierno die ſereniſſimam maieſtatem veſtram nomine ſacri Baſileeñ. Concilij rogaturos fore. Quapropter ſi qui nunc ſunt hoc in ſanctiſſimo ac celeberrimo patrum & procerum ordine, quos fortè offendi contingeret, qui cùm apud maximum & glorioſiſſimum omnium regem, totque ſapientiſſimos & præſtantiſſimos viros verba facimus, non eam dicendi artem aut elegantiam adferamus, quam eloquentiſſimi ipſi viſi vel expectaſ-

ſent,

ſent, vel pro ſummo ſplendore huiuſce loci dignum fore iudicaſſent: hos tales oramus & obſecramus, vt potiùs rationem & ſummam æquitatem cauſæ, de qua paulopòſt agemus, conſiderate velint, quàm tarditatem aliquam in dicendo noſtram accuſare: neque tantum quo ornatu verborum, quàm quid & qua fide dicatur, aduertant. diximus enim in principio orationis noſtræ, Facite quod Dei eſt. Quis vnquam vllo tempore pro iuſtiore aut ſanctiore cauſa quenquam in orbe regem aut principem adiuit? quis pro tam ſalubri & honeſto negocio nũcius ad regem regijs præcipuè virtutibus inſignẽ, nulla etiam elegantia adhibita, non ea quæ exoptet, omnia impetrare poſſe confidat? Animaduertite diligenter (quæſo) ipſam miſſionis noſtræ cauſam, non minùs certè neceſſariam, quàm honeſtam. Miſſi ſumus à ſanctiſſimo Baſileeñ. Concilio ad regem, & quidem in toto orbe terrarum fideliſſimum & Catholicum, ne fides ipſa, quam fluxam ſatis & quaſſam habemus, turpiter pereat, præſidium aduocatur. Miſſi ſumus ad Chriſtianiſſimum regem, ne rempublicam Chriſtianam miſerè quidem afflictam, vitijs prauiſque moribus debilitatam & deformẽ, ac nunc quidem in ſummo diſcrimine poſitam, cùm ſubuenire maximè poſſitis, periclitari non patiamini Miſſi ſumus ad regẽ natura mitem, iuſtum, manſuetũ, pacis amatorem, vt per ipſum, pacem, ocium, tranquillitatem, concordiam ipſi, ſuis omnibus & vniuerſo orbi terrarum pariamus. Miſſi ſumus tandem ad regem clariſſimum animo, atque genere illuſtri præter cęteros natum: vt ad tã præclara & ſalubria Dei opera, comitem ſe & participem ad ſacroſanctam ſynodum iũgere velit: ſynodum dico, in ſpiritusancto & in omni bono opere legitimè congregatam, vniuerſalem ſummi & immortalis Dei Eccleſiam repræſentantem, ac non minori ſtabilitati iuris firmatam, quàm in vnum rerũ neceſſitate vocatam. Quæritis in ea ædificationis & ordinationis ſuæ ſolenne ac legitimum exordium? at hæc celeberrimo omnium Conſtantieñ. Concilio decreta & conſtituta fuit, in quo certè diuinarum humanarumque literarum ex omni parte nobis ſapientiſſimi homines conuenerãt, in quo inclyta hæc, hæc inquam doctiſſima natio veſtra ſummo honore interfuit: in quo ſapientiæ lumina * & contra fermè mundi ornamenta collecta fuerunt. Quæritis ſummam in ea authoritatem? at hæc eadem ſynodus patrum, ſacerdotum, regum, principum, ducum, nationum, & communi omnium conſenſu, tanta frequentia hominum, quantam vnquam fuiſſe conſtat, vna voce, vno ore decreta, ſtatuta, diffinita, declarata, promulgata fuit. Quæritis in ea ſummorum pontificum conſenſum? at hæc ſanctiſſimorum quondam Martini, & nunc domini noſtri Eugenij

for.* contracta, &

plurimis literarum monumentis obfirmata, ſtabilita eſt & conuocata. & adijcit ad hæc omnia ſimul non mediocrem Concilium Seneñ. authoritatem. Nónne omnes in eo patres, hoc Baſileeñ. Cõcilium pro ſtatu ſanctæ Eccleſiæ Dei, pro communi omnium ſalute, ad hoc tempus neceſſariò celebrandum eſſe cenſuerunt? Itaque ſi diligenter omnia in vnum colligere volumus, nullum vnquam Concilium tot decretorum monimẽtis, tot diuerſis (vt ita dicam) authoritatibus ædificatum, vallatum, congregatumque, vel vidiſſe, vel audiſſe, vel etiã legiſſe fatebimur. At quàm nunc hæc ſacroſancta ſynodus nõ opportuna modò, ſed & ſi nullo vnquam tempore ſtatuta fuiſſet, maximè neceſſaria ſit, paucis attendite, & recognoſcite ſanctiſſimæ fidei & reipublicæ Chriſtianæ vulnera. Primùm, an diſſimulare poſſumus, niſi fœdiſſimè quidem, & non mediocri etiam totius nominis Chriſtiani periculo, in omni fermè regione orbis exortas atque excreſcentes indiès magis nefarias & hæreticas factiones, venenatamque illam in primis & peſtiferam Bohemorum luem? Bone Ieſu, quàm longè lateque iam fines extendit? Quis enim non acerbè doleat, clariſſimum olim populi Chriſtiani regnum, alienum, auerſumque à fide & religione noſtra factum? Quis prætereà non miſerebitur, tot innumerabiles animas, illorum falſa peſtiferaque doctrina pellectas, igni & ſupplicijs æternis quotidiè deperire? Neque eſt animus nunc commemorare hoc loco, quantas ſtrages, cædes & incendia populo Chriſtiano hæc peſtis hominum attulerit, quòd ſanctiſſima Dei templa, aras, reliquias martyrum pollutis ſacrilegiſque manibus prophanàrit. non enim omnia ſingulariter ſine lachrymis, Chriſtianis præcipuè hominibus, enumerari poſſunt. Sed nec his ſe finibus continet hęc contagioſa peſtis. Serpit enim indiès magis & magis hoc exitiale malum: atque ſceleratiſſimæ ac ſuperſtitioſæ gentis veſanæ temeritati parum facinoris in eo eſſe videtur, dum turpia & teterrima omnia in Eccleſiam DEI, in religionem, in fidem, in diſciplinam ſanctorum patrum flagitioſiſſimè moliuntur, niſi ciuilem etiam vniuerſi orbis politiam funditùs euertant: tantumque illis ſupereſt odij & hoſtilitatis in rempublicam Chriſtianam, vt non ſolùm aduerſus Chriſtos Domini, ſed etiam aduerſus reges & principes diuino vtique iure conſtitutos, plebis & multitudinis imperitæ tumultuaria odia concitare conentur, pro concione publica prædicantes, omnes homines inter ſe pares eſſe, neque alium alio ſuperiorem fore, negantes præterea uectigalia & tributa principibus dari oportere: quo fit, ut multi non modò homines, ſed populi, ut rerum nouarum ſemper cupidi ſunt, cùm à uera & Catholica Ec-

clesia,

cleſiis, tum à principibus etiam ſuis, aut re ipſa & animis & voluntate certè deficiant. Itaque hodierno tempore cùm hoc ſuperſtitioſum & maleficum genus hominum, magna nunc reductionis eorum oblata ſpe, ad ſacrum Concilium venire obtulerit, ſi hæc res neglectui fortè haberi volet, vel ſi cùm ipſos armis vincere non potuimus, turpiter eſſet

Locus obſcurus. * cogitari à facie eorum cædem, extollent ſe inſolenter, & conflagrabit profectò in tantum incendium hæc vis morbi, vt fruſtrà poſteà deſperatæ rei ſubuenire cupiamus. ope-

Galat. 6. remus igitur (ab Apoſtolo inſtituti) bonum, dum tempus habemus: nec tanti ac tam ſperati boni occaſionem nobis oblatam, prætерire ſinamus.

Atque vt intelligatis ex omni parte orbis congregandi Concilij ſummam imminere neceſſitatem, conuertite nunc oculos ad ſanctam Eccleſiam Dei iacẽtem & afflictam, ac longa perturbationum aſſiduitate penè profligatam. Bone Deus, quantum ab antiquis honoribus, & à priſca Maiorum noſtrorum

for. *& à quibus. dignitate, * quibus Chriſtianæ reipublicæ ſtatus diutina ſacrorum Conciliorum intermiſſione decidit. videtiſne, dum diſcordijs nimium pertinaciter inter nos decertamus, quidquid opum, opulentiarum, ſplendoris, ornamenti ac ſanctimoniæ in florentiſſimo olim populo Chriſtiano à Maioribus noſtris ſumma induſtria & vigilantia partum fuit, id omne nos diſſenſionibus & ſimultatibus noſtris totum fermè perdidiſſe? videtis prætereà, vniuerſum fermè orbem ardere bello, inter principes populoſque Chriſtianos teterrima concitata odia. O cæcitatem incredibilem, omnia effundi, omnia exhauriri, ad arma, ad funeſtiſſimos exercitus, in ſtrages non hæreticorum (vt debuit) comparãdos, ſed in perniciem totius populi Chriſtiani. Recogitate nũc tot nobiliſſimos exercitus, tot illuſtres proceres cæſos, tantum ſparſum ſanguinis Chriſtiani, tot florẽtiſſimas vrbes euerſas, tot pulcherrimas patrias igni ferroque abſumptas, vt nulla certè pro his tantis malis ſatis vnquam digna inueniri præmia poſſent. Recogitate, nullam fermè plagam orbis, calamitatum vel diſſenſionum vacuam eſſe, nullam vacare bello. Quid igitur? his ne inquam turbulentiſſimis temporibus noſtris, frigeſcente indiès magis charitate, huius Concilij celebrationem ſuperuacuam, an ſummoperè nobis neceſſariã fore putabimus, ſolam certè viam & vnicam ſpem calamitatum noſtrarum opprimendarum? Etenim cùm multa à maioribus noſtris diuinitùs inſtituta ſunt, ſalubria quidẽ & vtilia, nihil tamen grauius, nihil commodius, quam quòd ſacra Concilia in orbe Chriſtiano celebrari voluerunt: quibus ſolis fidem Chriſtianam, pacem, otium, tranquillitatem, concordiam ſapientiſſimi illi homines vel dari vel poſſe conſeruari crediderũt, facileque vbi hæc fieri deſierint, in aduerſum omnia iri & præcipitari putârunt. atque ita eſſe, longo vſu, non ſine tamen ingenti iactura rerum noſtrarum, experti ſumus. quidquid enim hæreſum, quidquid bellorum, quidquid diſcordiarum, diſſenſionum, calamitatum, quibus miſerè nimiùm nunc populus Chriſtianus premitur, omnia inquam per intermiſſionem conciliorũ exorta ſunt. atq; olim ſancti patres, vt quiddã parùm honeſtè, parùm verecundè, parùm moderatè fieri cõſpiciebant, cõcilia ſtatim, nullo interuallo facto, cogebãt in vnũ, neque morbos per negligentiam aut deſidiam excreſcere ſinebant, nullo ſanè alio ſanctiori inſtituto aut documento, vtiliùs communi omnium ſaluti atq; poſteritati ſuæ conſulere poſſe putantes. Nos igitur tantorum patrum ſoboles, ſedendo ſtantes & ocioſi adſpicere poterimus tam exitioſa & indiès magis excreſcentia mala gentis noſtræ, præſertim cùm ita ſaluberrimũ ad omnes morbos medicamentum nobis relictum ſit, quo nihil certè conuenientius, nihil prudẽtius, nihil ad omnes gentes cõmunius fieri poteſt? Eſt enim concilium omnium patrũ, regum, principum, gentium; & publicum totius orbis concilium: In quo ex omni parte ſacri humanique iuris doctiſſimi viri conueniũt: in quo ſpiritus ſanctus adſiſtit, & idem ſpiritus paracletus qui nos docebit omnia, qui nos complex° eſt, nec errare, nec decipi, nec falli ſinit: quæ omnia ideo breuioribus verbis proſequimur, quoniam pro ſumma prudentia & zelo religionis, qui in vobis eſt, à ſanctiſſima maieſtate regia & à vobis ſapiẽtiſſimis viris iã diu profecta & cognita fuerunt. Memini enim, paucis antè annis exactis maieſtatem veſtram, vt ſummè quidem omnium Chriſtianiſſima eſt, honorificam omni dignitate legationem ad ſanctiſſimũ quondam Martinum pontificem deſtinaſſe, vt pro ſummis neceſſitatibus & periculis reipublicæ Chriſtianæ, quæ inualeſcentibus quotidiè malis, in ſummo diſcrimine eſſet, diem futuri tunc concilij anticipare vellet: tantum fidei & populo Chriſtiano maieſtas religioſiſſima veſtra ſubuentũ iri cupiebat. Itaque sereniſſime rex, illuſtres principes, & ampliſſimi domini, tamiam exoptata & tantoperè vobis expectata dies illuxit, iam ſanctiſſimis patribus frequens congregatum omni iure & firmitate concilium eſt, & idipſum iam ſanctiſſimis patribus frequens. Illa inquã dies illuxit, in qua iuſtiſſimæ voluntati & diuino ardore veſtro fidei & reipublicæ ſubuenire cupienti ſatisfacere poſſitis: in qua quantum virtutis, quãtum regij animi, quantum beneuolentiæ erga ſanctiſſimam religionem & publicam ſalutem habuiſtis, habetisq;, tãtũ hodierno die in vniuerſo populo Chriſtiano declarare queatis. non enim agitur nunc de cæremonijs, de ſolennijs,

lennijs, de diebus profeſtis, de ornatu templorum, de ſplendore vrbium: ſed cùm res Chriſtiana diſcordijs, bellis & hæreticis factionibus tam diu multiplicata ſit & laboret, agitur de ſalute religionis & ſacratiſſimę legis Ieſu Chriſti: agitur de cõſeruatione regum, principum, totiusq́; populi Chriſtiani. Agitur, ne vnica humanæ ſalutis inſtitutio, à maioribus noſtris nobis relicta, omnia ſcilicet in futurum ſacra Cõcilia, penitùs ſublata perpetuò diſpereant. Agitur conſequenter, ne orbis terrarum, ne nos omnes perpetuò pereamus. Itaque ſereniſſime rex, pręſtātiſſimi patres & illuſtres domini, vt pro ingenio veſtro & antiqua conſuetudine ſacris inſtitutis & religioni Dei noſtri dediti eſtis, ſequimini veterem impetū animi & diutini
for. *veſtri
deſiderij * noſtri. Sequimini ſanctum & antiquum morem clariſſimæ & religioſiſſimæ patriæ veſtræ, & Eccleſiæ ac reipublicæ à nobis auxilium deprecantibus ſubuenire non tardetis. Etenim cùm præcipuo quodam loco dignitatis, ſumma etiam gloria inter omnes orbis reges euecti ſitis, cùm vel virtute, vel religione, vel genere, vel claritate patriæ, vel gloria rerum nemini cedatis: cùm hæc inclyta natio tanta frequentia prudentiſſimorum eloquentiſſimorumq́ue virorum affluat: ita vt antiquiori fama, palma ſapientię tam diuinarum q̃ humanarum literarum ſine controuerſia apud vos ſit, nihil ſanctiſſima maieſtas veſtra regio nomine dignius vel ſanctiſſimorum maiorū veſtrorū virtute
for. * magis proprium
* proprius facere poteſt, quàm quòd pacem Chriſtianā (vt rex & viri certè natura veſtra pacifici eſtis) & dare omnibus, & ſuſcipere velitis. neq; vlla alia de virtutibus veſtris, etſi innumerabiles & maximæ ſunt, magìs proximos aut ſimiles Deo vos facere poteſt. Fateor ſummas eſſe laudes, & verè regias, aliqd fortiter, iuſtè, clementer, magnificè, liberaliter agere: aut patrocinium diuinæ legis, ſanctiſſimæ pacis recipere, ne fides, ne religio, ne res ſacræ, ne ſtatus Chriſtianus, ne hæc omnia funditùs pereant, viribus atque animo fortiter incumbere: quis pro hoc tam illuſtri negocio, non diuinos magìs honores; quàm humanos decernendos eſſe putauerit? Sed nimis multa de his ad vos, honeſtæ laudis & certæ verę́q; glorię cupidos. Haud enim clariſſima virtus veſtra ſuaſore ad benè rectéq; operandum egere videtur. Vt igitur finem faciam, cùm hoc ſacroſanctum Concilium ritè fundatum, cõgregatum, & rebus noſtris neceſſarium ſit, ſacram maieſtatem veſtrā deprecatur & orat, immò potiùs Spiritusſanctus paraclitus in eo exiſtens, cuius feliciſſimis auſpicijs, oleo lętitię prę conſortibus veſtris vnctus rex eſtis & conſecratus: primùm, vt veſtris ex præclariſſimis regnis lectiſſimos quoſdam & ſapientiſſimos viros, quorum magna ſanè & infinita penè apud nos multitudo eſt, delegatis, & pro ſumma dignitate regiæ maieſtatis ac celeberrima in toto orbe terrarum catholici nominis fama, qua ſemper ſanctiſſimi Maiores veſtri ac vos præclari fuiſtis, legationem omnium authoritate inſignem atq; digniſſimam, ad ſacroſanctum Baſileeń. Concilium mittite, & cū cæteris principibus Chriſtianis, quorū magna ſanè pars egregias iam & magnificas legationes pro hoc communi incendio extinguendo, ad idem Conciliū miſit, cęteri quoque miſſuri videntur, de extirpatione hæreſum, de virtute, de conſeruanda religione, de pace, de ſanctimonia morum in melius conſtituenda, honeſtiſſimo certamine contendatis. Proximum eſt, quod omnibus animi ſenſibus à ſacra maieſtate veſtra ſacrum idem Concilium petit, vt cum hoſtibus veſtris, ad quos nomine ſacri Concilij hiſce de cauſis decreta legatio eſt, pacem, charitatem, concordiam, opus certè à natura veſtra non abhorrens, inire velitis: qua pace confecta, tanquàm ſalutis vniuerſę iactis fundamētis, nō dubitamus omnem populum Chriſtianum, iacentem diu quidem & oppreſſum, ad priſtinæ dignitatis ſuæ recuperandæ ſpem erigere ſe, & reuiuiſcere debere. Agite igit̃ oramus omnes per ſanctiſſimam memoriā paſſionis Ieſu Chriſti, quæ pacis ſunt: condonate immortali DEO ac creatori veſtro exceptas iniurias: excutite odia, quærite pacem, fruimini iam ſingulari & excellenti bono, quod nobis redemptor noſter vltimo teſtamento reliquit, cùm excelluris ex hac vita mortali, dixit: Pacem meā relinquo vobis. Ioan. 14. d
dulce enim nomen eſt pacis. Res verò ipſa cùm iocunda tum ſalutaris. nam nec ſacram legem, nec fidem, nec ſocietatem humanam, nec rempublicam charā habere videtur, quē diſcordię, quem bella delectant. Noſtis illud tritum quod dici ſolet, Concordia res paruę creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur.

Nos igitur authoritate & nomine ſacri Baſileeń. Concilij, ſi quid huic tam ſalutiferę & neceſſariæ rei à nobis præſtari poſſe videritis, omnia non ſolùm forti animo, ſed & libenti animo ſubire prę́ſto ſumus: omnia patiemur, nihil ſubterfugiemus, modò hinc omnibus mortalibus ſummè deſideratæ paci, dirigente Deo noſtro, vel ſatisfacere vel prodeſſe poſſimus. Poſtremum eſt, vt ex ditione regnorum veſtrorū, reuerendiſſimos reuerendosq́; patres, qui ad ſacrum Cõciliū iuxta ſanctiones antiquas venire tenentur, id vt faciant, adhortari velitis: vt Eccleſiæ & communi omnium ſaluti, præſtanti prudentia & authoritate, quemadmodùm in Cõcilio olim Conſtantień. ingenti præter cęteros ſcientiæ ac religionis laude fecerunt, conſulere & prodeſſe queāt: quæ omnia ſi vt optamus & confidimus, à vobis confecta erunt, facietis certè, vt primò dictum eſt, quod Dei eſt, & ipſe altiſſimus & immortalis omnium pater, dignitatem, gloriam ac amplitudinem

nominis

nominis veſtri augendo, faciet quod veſtrũ eſt; & tandem in numero beatorum relati, certum & diffinitum in cęlo locum obtinebitis. Ad laudẽ & gloriã omnipotentis ęterni Dei & totius curiæ triumphantis. Amen.

ORATIO MAGISTRI ANDREÆ de Petra Archiepiſcopi Coloſſeñ. quarti ambaſiatoris domini Eugenij Papæ, in congregatione generali, 22. Auguſti, 1432.

Maximam mihi dicendi fiduciam pręſtat, Reuerendiſſimi patres, cęterique vos viri lectiſſimi, hic veſter conuentus ampliſſimus ac ſpectatiſſimus. Cùm enim plurimos apud vos iſtic videam, quorum ſingulariſſima ſapiẽtia atq; humanitas, longa mihi familiaritate perſpecta & cognita ſit: alios verò omniũ virtute & optimis artibus ornatos eſſe confidam, omnes autem vos ad Chriſtianæ religionis conſeruationẽ & amplitudinem comparandam aduentaſſe intelligam: dubitare nõ poſſum, quo minùs pro ſapientia æquo animo me dicentem audiatis, præſertim cùm illud à me dicendum ſit, quod ad omnium veſtrum ſalutẽ & immortalem gloriam attinet. omnibus enim hominibus natura ineſt, vt ea quæ ad ſe pertinẽt, libenter audiant: & cùm hanc veſtram curã & ſtudium ad hoc ſolum contuliſſe videamini, vt ſæuientes hæreſes extinguantur, eccleſiaſtica & cęremoniæ repetãtur, Chriſtiani fines paci reſtituantur, pro quibus omnibus apud vos mihi ſermo habendus eſt, non maior debet eſſe in me cura dicendi, quàm in vobis audiendi voluptas. Sed antequàm ad eam diſputationem deſcendam, neceſſarium fore exiſtimo, vt quid doctor gentium
1.Cor.12. d Paulus dicat, audiamus. Non ſit, inquit, ſchiſma in corpore. Ita enim quondam veritatis conſtantiſſimus prædicator, Corinthijs diſſidentibus dixerat, ſicut primæ epiſtolæ 12. cap. ſcriptum eſt. Huius Apoſtolicæ præceptionis intelligentia, patres, cognitu facilis fiet, ſi priùs ille ſpiritus, qui quõdã igneo ſplendore deſcendens, rudium illorũ & trepidantium hominũ animos & glutino charitatis coniunxit, & ſumma ſapientia illu-
Actor. 2. ſtrauit, ſuo ardore corda noſtra inflammet: quod vt facere dignetur, ad ipſum mentes noſtras cogitationesq; vertamus. Hoc modo eius ſuffragio poſtulato, ad propoſitæ iuſſionis perceptionem reuertamur.

Inter ea diſſidẽtiæ genera, patres optimi, quę membra corporis myſtici agitant atque perturbant, nullum eo deterius, quod ſchiſma nominatur. eſt enim totius diſcordię caput atque principium, adimitque corporis eccleſiaſtici vnitatẽ, cuius perniciẽ idem doctor proſpiciens, in capite prædictæ epiſtolæ eoſdem Corinthios ſumma obteſtatione precatus eſt, vt illam peſtem diffugerent. Obſecro, inquit, vos fratres per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis, omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata. Sitis autẽ perfecti in eodem ſenſu & in eadem ſcientia. Quid autem nomine ſchiſmatis intelligi debeat, patres doctiſſimi, neminem veſtrũ dubitare exiſtimo. Græcus enim, à quo in primis illi voci ſignificatio data eſt, per illud nomen ſciſſuram quandam ac diuiſionem intelligit, non illam certè, qua quiſque peccator à Deo diuiditur, de qua olim Iſaias loquens, dixerat: Peccata veſtra diuiſerunt inter vos & Deum. Nec rurſus illam diuiſio- Eſa. 59.a
nem intelligo, qua ab vnitate fidei quiſpiam ſegregatur. Illa enim in aliud impietatis genus tranſcendit, quod idem Græcus rectiùs hæreſim nominauit. Sed de illa ſciſſura nobis præſens diſputatio eſt, cùm quis eodem religionis cultu ſeruato, rectè præcipienti parẽre contemnit. Cuius diffinitionem, licet alijs verbis, eadem tamen ſententia, beatiſſimus pater Auguſtinus, cùm aduerſus Fauſtum ſcriberet, apertè oſtendit: Schiſma, inquit, eſt, eadem opinantem, atque eodem ritu colentem in quo cęteri, ſolo congregationis delectari diſſidio. Ex quo & illud ſequi neceſſe eſt, vt ab vnitate quam ſpiritusſanctus in Dei Eccleſiam inducit & ſeruat, voluntariè recedatur. Sic beato doctori, ſecunda 2. quęſt. 39. art. 1. viſum eſt. Plurima diſſidiorũ genera membris eccleſiaſtici corporis accedunt, diſcordia ſcilicet, contentio, rixa, ſeditio, bellum, hæreſis, & omnis animi indignatio, quã beatus Paulus Galatis ſcri-
bens enumerat. Ex his omnibus patres re- Galat. 5. c
uerendiſſimi, nihil eſt quod tantam perniciem corpori myſtico inferat, quemadmodùm diſſidentia ſchiſmatis. Cætera nanque animorum aduerſa ſtudia, alijs atque alijs proprietatibus: hoc deteſtabile facinus, ſoli vnitati eccleſiaſticæ obiectatur. Nam & ſi diſcordia concordiæ opponatur, cùm quis ſuam alterius ſententię præferat, id tamẽ eo modo fieri poteſt, vt diſcordãtium quilibet bonum dicat & cupiat, quanquam in modo rei conficiendæ diſſentiat, ſicut de Paulo & Barnaba in aſſumptione Marci diſcipuli legimus, vt eſt Actuum 15. cap. Contentio etiàm, licèt ex ipſo dicendi modo, animorum contrarietatem ſignificet, honeſtè tamen fieri poteſt, cùm aliquis pro dignitate hominis atque negocij acrimonia debita vſus, ad veritatis defenſionẽ accedit. vndè & Catholici aduerſus fidei hoſtes contentiones commouent, vbi priùs ad certamen vocantur, ſicut gloſa teſtatur 1. Reg. 4. cap. Rixa inſupèr etſi à peccato diutius eſſe non poſſit, vt beatus doctor diffinit, (nam qui rixatur, & ad contradicendum paratus eſt, vt placet Iſidoro, & de ipſa contentione lætatur, alios quoque ad contradicendum inducit) priuatum nihilominùs malum eſt, & inter paucos accidit. habet enim priuati belli naturam, nulla

Digitized by Google

nulla publica authoritate firmati. ſeditionẽ verò eſſe aliquod crimen, & ipſa ratio perſuadet, & beatus Paulus teſtis eſt: qui cùm quædam peccata grauia prohibuiſſet Corinthijs, ſeditionem etiam enumerauerat, ſicut primæ epiſtolæ * duodecimo capitulo legitur. Eſt enim malum, quod ſoli ſocietati ciuium aduerſatur. Per ipſum autem bellum, etſi maximas vrbes diruptas, plurimas reſpublicas euerſas, florentiſſima regna depopulata legamus, nonnulla tamẽ bella iuſtè fieri poſſe nemo ſapiens dubitabit. Cuius ſententiæ B. Auguſtinus eſt in eo ſermone, quem pro puero cẽturionis habuerat. Et hæc quidem animorum aduerſitas illi vnitati obijcitur, quæ ad myſticorum membrorũ coniunctionem attinet. Quòd ſi ad ordinem illum conuerteris, qui ad caput huius Eccleſiaſtici corporis ſpectat, aliud quoddam peſtiferũ diuiſionis genus inuenies: quod etiã bipartitum beatus Thomas intelligit, ſi quidem ea ſentire ac prædicari à quoquam cõtigerit cum omni dura & improba pertinacia, quæ fidei veritatem & maieſtatem offendant. Is, quiſquis fuerit ille, hæreticorũ numero aggregatur, quod alijs accommodatioribus verbis beatiſſimus doctor Auguſtinus aduerſus Manichęos declarat: Qui in Eccleſia, inquit, Chriſti morbidũ aliquid prauumque quid ſapiunt, ſi correcti, vt ſanum rectuumq; ſapiant, reſiſtũt cõtumaciter, ſuaq; peſtifera dogmata emendare nolũt, ſed defendere perſiſtũt, hæretici ſunt. Hoc infidelitatis genere inter ſciſſuras Eccleſiaſticas eſſe quidquam deterius, nullus doctorũ affirmat. Iacta enim fidei fundamẽta ſua opinione euertit, tẽditq; ad primæ veritatis iniuriã. Quanta autẽ Chriſtianæ religioni publica damna intulerit, facilè ſciet, qui volet, ſi à Simone Samaritano, à quo oĩs hæreſis initiũ ſumpſit, vſq; ad Ioãnem Huſz noſtræ ætatis vltimũ hæreſiarchã, annales Eccleſiæ repetere ſtatuit. Vltimum cõtendentium genus, *ſchiſmæ nomen accepit, quod accommodatiùs Græco vocabulo vos patres Latini ſciſma nominatis. Hoc inteſtinum malum etſi maieſtati ac veritati myſtici capitis non aduerſetur, cùm in primis neq; inſolitũ dogma prædicet, nec veterẽ corruptelã defenſet: habet tamen quandã proprietatem peſtiferã, quæ Chriſtianæ paci & vnitati vehementiſſimè officit. Qui enim Eccleſiæ principi ſubeſſe renuit, & membris Eccleſiæ ipſi ſubiectis communicare recuſat, quemadmodùm beatus doctor oſtẽdit, is in vnitate myſtici corporis manere non poteſt. Vndè & ſchiſmaticus iure nominat. ex ipſo etiã, tanquàm ex fonte quodam iniquitatis, omnes illæ ſuperiores animi indignationes facilè fluũt. Schiſmaticus enim abſq; diſcordia eſſe non poteſt, cùm ſe meliora & ſanctiora dicere & profiteri glorietur. Contentiones etiã in ipſo ſchiſmate nutriri neceſſe eſt, cũ ea quæ prauè ſchiſmatici ſenſerũt, improba temeritate defenſent. Rixę ſchiſmatico minimè deſunt, Etenim ad contradicendũ ſemper paratus eſt, ne minùs rectè feciſſe iudicetur. Seditiones populi Chriſti, ex ipſo ſchiſmate maximè occidunt. Scinditur enim in aduerſa ſtudia vulgus, & populi velut greges poſt terga paſtorum ſequuntur, & quia ratione vulgo conſtare non poteſt, quod prauè ſemèl acceperat, & ferro & ſanguine probare molitur. vndè & bella publica ſurgunt. Quod ſi paulo longiùs ſchiſma perſtiterit, hæreſim parit. Confingit enim aliquam ſibi hęreſim ſchiſmaticus, vt rectè ab Eccleſia receſſiſſe videatur, ſicut beatus Hieronymus dixit. Cumque ex contemptu illius, qui authoritatem & locum myſtici capitis tenet, hoc deteſtabile malum proficiſci videatur, idcircò ſchiſmaticus Eccleſiaſticum ordinẽ non mediocriter turbat: & quia reliquorum membrorum communionẽ reſpuit, Spiritũ Dei nõ habet, ſicut Pelagius Papa teſtatur, vt eſt 24. diſt. quęſt. 1. Schiſma inſupèr, q a ſchiſmaticus in vnitate vnũ nõ eſt, ſicut idẽ pontifex dicit, quantùm ex ipſo ſuo maleficio Eccleſiaſticã vnitatẽ & pacem penitus dirimit, pro qua inſtituenda & conſeruãda, filius Dei paulo minùs minoratus ab Angelis, in terram deſcenderat, pro qua ſummã inediã varioſque labores perpeſſus eſt, ſanguinem propriũ ſudit, mortẽ ſubijt. nihilque eorum abhorruit, quę ſuę maieſtati aduerſarent, immò illud ad conſtitutionem huius ſacratiſſimi corporis cõducere videretur. Cùm itaq; tantorum præclariſſimorum atque admirabilium operum munus, hoc vnum pernicioſiſſimũ ſchiſmatis facinus adimit atque corrumpit, iuſtiſſimè veritatis doctor ipſum à Chriſtiana religione depellit, dicens: Non ſit ſchiſma in corpore.

Actor. 8.

Pſal. 8.

1. Cor. 12. d

Noo ſit ſchiſma in corpore, patres, ſi cupitis hęreſũ zizanias extirpare. Nõ ſit ſchiſma in corpore, ſi quæritis vitam Eccleſiaſticam reformare. Non ſit ſchiſma in corpore, ſi deſideratis * infenſos aoimos mitigare.

* infenſatos

Quantum igitur ad primum attinet, patres, etſi Spiritusſanctus iſtam corporis Eccleſiaſtici magnitudinem dirigat atque informet, totoſque (vt ſic dixerim) infuſus per artus, hanc agitet molem, & magno ſe corpori miſceat, ſicut ille Poeta dixit: id tamen huic corpori accidere videmus, quod & naturali euenire Phyſici dicunt, vt anima ſcilicet incorrupta & integra, membra ſæpè aliquo morbo laborent. Quod ex triplici ægritudinum genere accidere medici diſputant. Omnis enim humani corporis languor, aut eſt membrorum conſimilium, aut officialium, aut ex vtriſque conſtitutorum. Conſtare autem cuilibet veſtrum arbitror, patres doctiſſimi, quid oomine conſimilium aut officialium membrorum intelligi debeat. Illa conſimilia membra ſunt, quibus

Digitized by Google

bus toti & partibus eadem denominatio da-
tur, vt ſi quis carnem, neruum, os, & huiuſ-
modi dixerit. In officialibus autem, toti &
partibus nulla vna & eadem denominatio
ſpecialis competit: vt oculos, pes, manus, &
eorum ſimilia. Ægritudinem itaque conſi-
milium membrorum, illam dicunt medici
eſſe, cùm variata proportione calidi, frigidi,
ſicci & humidi, qualitatum primarum ad-
uerſa diſpoſitio inducitur. Cùm verò offi-
cialibus membris languor aliquis accidit,
hunc aut in forma, aut in numero * quan-
titate, aut * impoſitione eueniſſe contendũt.
Ex his quoq; diximus, quid & de membris mi-
xtis intelligi debeat, non erit difficile cogni-
tu. Hæc omnia tranſlata quadam ſignifi-
catione, myſtico corpori conuenire inue-
nio. Habuit corpus hoc membra conſimi-
lia, habuit officialia, habet ex vtriſque com-
poſita. Eo enim tempore quo Dei Eccleſia
prima erudimenta Chriſtianæ religionis
acceperat, conſimilium membrorum for-
mam præferebat, cùm eſſet credentium cor
vnum & anima vna in Domino: nec dicere-
tur eis aliquid proprium, ſed eſſent eis om-
nia communia, ſicut Actorũ quarto capitu-
lo ſcribitur. Officialia verò membra tũc Ec-
cleſia habuit, cùm authoritate & operibus
creſcere cœperat, aut cùm poteſtate ordinis
& iuriſdictionis vſum authoritate publica
receptauerat, quod à Syluestro ad poſteros
quoſque Romanos pótifices proceſſit, ſicut
hiſtoriæ produnt, & in canon. ponitur, vige-
ſimaquar. diſt. quæſt. octaua, Tribum. His
myſticis membris varia diuerſaq́ue morbo-
rum genera contigerũt. Morbum autem hic
non aliud iuxta beati Auguſtini ſentẽtiam,
quàm hæreticam prauitatẽ intelligo, quod
idem etiam beatus Hieronymus ſenſiſſe vi-
detur, qui hęreticum hominem putridę car-
ni comparauit. Enumerare autem, propriiſ-
q́ue nominibus omnia illa vobis patres ex-
ponere, eſſet quidem iucundum, ſi ratio tẽ-
poris non haberetur. B. Auguſtinus in libro
quem de hæreſibus accuratiſſimè ſcripſit,
non à ſe, nec ab alio quoquam numerum
omnis hæreſeos ſatis exploratum fuiſſe exi-
ſtimat. quanquam Philaſter Brixienſis Eps,
centum & 28. gña hæreſum vſque ad illam
ſuã ætatẽ cõtigiſſe cõmemoret. Cogitare ita-
que facilè poteſtis, patres reuerẽdiſſ. quot er-
rorum gñera in agro Dñico diſſeminata po-
ſteà fuerint, ſi Philaſter centũ & viginoocto
hæreſum nomina receſuerit, quod B. Augu-
ſtinus ſequẽs, librũ de hæreſibus ſcripſerat.
Hæc immenſa, vt ſic dixerim, errorum ſyl-
ua, etſi à beatis Apoſtolis ſanctiſq́ue patri-
bus ac ſacris conciliis cõculcata diſſipataq́;
dicatur, penitus tamen ſuccidi non potuit.
Nam beatus Iſidorus, poſtquàm quinqua-
ginta & ſeptẽ hęreſum capita numerauerat,
illas omnes dicit à ſanctis Apoſtolis, ſanctiſ-
q́ue patribus ac ſacris conciliis fuiſſe con-
demnatas. Quod qui volet, facilè ſciet, ſi re-
rum temporumq́ue ſucceſſiones & ordinẽ
repetat. Nam Menãdrini ac Saturnini, ma-
gni diaboli laquei, cum Simone Mago prin-
cipe illi⁹ hæreſeos, à beatiſſimo Petro Apo-
ſtolo condemnati ſunt, qui eundem Simo-
nem & eius pecuniam in perditionem abie- Acto. 8.
cerat. Qui verò humanitatis officio ſatisfa-
ctum iri arbitrantur, ſi quiſque rem ſolam
priuatã curaret, quod *adytis hæreticis at-
tribuitur, hi Ananiæ & Saphiræ horrendo Acto. 5.
interitu cõdemnantur, quos ambos idẽ Pe-
trus ſubita morte mulctauerat, ſicut Actuũ
5. cap. ſcriptum eſt. Nicolaitarum verò im-
pudentem laſciuiam Ioannes in Apocalypſi
cùm ad Epheſinam Eccleſiam ſcriberet, re-
probauit. Nam etſi priorem charitatem in
illa Eccleſia amiſſam conquerafur, in hoc ta-
men illam dignam commendatione duxe-
rat, quòd Nicolaitarum impudentiam ſuge-
rit. Hoc habes, inquit, quòd odiſti facta Ni-
colaitarum. Illi verò qui connubiis detra- Apo. 2. a
hunt, & omnem legitimum torum turpitu-
dinem putant, qui etiam Apoſtolicos ſe vo-
care præſumpſerant, beati Pauli Apoſtoli
ſententia condemnantur, qui ad Coloſſen-
ſes ſcribens, præcepta quibus coniuges om-
ni repræhenſione carerent, tradiderat: Mu- Col. 3. d
lieres, inquit, uiris ſubditæ eſtote, ſicut opor-
tet in Domino, & alibi: Viri, diligite uxores Ephe. 5. c
veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam.
Et hæc quidem in prima ætate Eccleſiæ con
tigiſſe inuenio. Cùm autem eadem membra
officialia eſſe cœperunt, alius peſtilens mor-
bus irrepſit. Arrius ſiquidem Alexãdrinus,
cùm de forma Eccleſiaſtici corporis, hoc eſt,
de plena eſſentia filij Dei (ſecundum Augu-
ſtinum) iniquè ſanxerat, & prædicauerat,
dicens eũ eſſe alterius naturæ à patre, maxi-
mam vbique peſtem effudit. Macedonius
verò de numero diuinitatis iniquam ſentẽ-
tiã ferens, dicenſq́; Spiritum ſanctum ſeruũ
patris ac filij, multos corruperat. Neſtorius
quanitatem maieſtatemq́ue huius myſtici
capitis, vehementer opinione praua minuit,
cùm ipſum ſaluatorem noſtrum, ſummum
quidem virum & Deo dignũ eſſe affirmaſ-
ſet, ſed eundem Deum omninò negauerat.
Euthyches verò atque Dioſcorus ipſam diſ-
poſitionem humanitatis CHRISTI, ini-
què tranſtulerat, affirmans eandem diuini-
tatis potẽtiam exhauſtam fuiſſe atq; abſor-
ptam. propterea & perpetuum morbum in
mẽbra myſtica ſparſit. Cõtra quos velut ad-
uerſus publicam peſtem, inuecti quondam
Romani pontifices, ſynodos ſacras conuo-
carunt. Nã & Syluester natione & dignitate
Romanus, trecentorũ & octodecim patrum
conſenſo, quos in Nicena cõgregauerat, Ar-
rium hæreticũ declarauit. Damaſus verò vi-
ta & eloquẽtia clarus, ĩ ſecũda ſynodo cẽtũ
& quinquaginta patrũ cõuẽtu Cõſtãtinono-
poli coacto, Macedoniũ blaſphemũ deiecit,

Neſtorianam uerò hęreſim Cœleſtinus, ducentorum patrum in Epheſo conuenientiũ authoritate reprobauit. Ita & Leone pontifice præcipiente, Chalcedonenſis ſynodus *quingentorum & triginta patrum prȩſentia Eutyches atque Dioſcorus anathemati æterno ſubiecti ſunt. Sic & aliæ vniuerſales ſynodi authoritate Romanorũ pontificum cõgregatæ ad morbũ aliquẽ depellendũ cõuenerãt, licèt illæ priores, quas paulò ante enumeraui, dignitate quadã cæteris aliis p̃ferri uideant̃, quẽadmodũ diſt. 15. c. canon. poſitũ eſt. Ipſæ eñ totã fidẽ Chriſtianã cõplexæ, quẽadmodũ Gregorius dixit, quaſi quatuor paradiſi fluuij, totum orbẽ irrigauerant. Quòd verò ſanctorum patrũ doctrina errores depulerit, teſtes ſunt *Anaſtaſius Baſilius, Cœleſtinus, Cyrillus, Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus Chriſtianæ religionis clariſſima lumina, qui aduerſus omne hęreſis genus inuictiſſimè ſcripſerũt. Sed nec apoſtolorũ ſumma i terris poteſtas, nec ſacrorũ cõciliorũ authoritas, nec ſanctorũ patrũ admirabilis illa & penè diuina ſapiẽtia efficere potuerunt, quo minùs multiplex hæreſum peſtis, q̃ ſemel inſederat, p totum orbem effuſa, infinitã hoĩum multitudinẽ ad infernum deducat. Qui de orbis dimenſionibus diſputẽt, præter eam participationem quam in ſeptem climata diuidunt, aliã quandam vulgatiorem addunt, qua totum quod ab homine colitur, in Orientalem, Occidentalem, ſeptentrionalem, meridionalemq̃ue plagam diſtinguunt. Primam partem in decem prouincias diuidi dicunt: in Indiam ſcilicet, *Sauriam, Adonis Phœniciam, Syriam, Palæſtinam, & reliquas, quas à quadraginta & tribus gentibus habitatas affirmant. Occidentalis portio in ſex & triginta prouincias diſtincta eſt, quæ quinquaginta & quatuor gentium homines continet. Septentrionalis autem regio in duodecim prouincias porrigitur, quarum gentes triginta unam eſſe affirmant. Meridionalis & ipſa ĩ duodecim partes diſtincta eſt, quarum gentes ob interiacentia deſerti ſpatia, certo numero compræhendi non poſſunt. Per has igitur vaſtiſſimas regiones ac narios gentium mores, omnia illa hæreſum genera, quæ vel ab Epiphanio Cyprio, aut Philaſtro uel Auguſtino ſiue Iſidoro numerãtur, reſperſa atque effuſa ſunt. Nec eſt quòd ſi veterum hæreſum principes de medio ſublati fuerint, deſinant qui eorum errores & ſapiant & defenſent. Primam habitantium regionem Arriana hæreſis vehementer inualit. Macedoniani facilè numerari nõ poſſunt: quos Armenos appellamus, gens certè ampliſſima, & frugalitate pręcipua, Eutychis atque Dioſcori peruerſam eruditionẽ ſequuntur. In Heſperia verò plaga Saducæos, qui reſurrectionem negant, & animas cum corporibus ſimul interire affirmant, plures inuenies Cerdonianos, qui duo principia ponunt: Tertullianos, qui animas per traductionem eſſe à corpore arbitrantur: Cataphryges, qui ſacramenta eccleſiaſtica negant, ſufficere tamen ad humanam ſalutem aiunt, ſi infantis anniculi ſanguis, quem immanibus punctionibus (vt Auguſtinus ait) à corpore innocentis extorquent, mixtus farinæ, panem à ſe ſumẽdum conficiũt. Pars inſupèr, quæ ſeptentrioni ſubiecta eſt, plurimos habet, qui catholicę fidei aduerſantur. Sunt qui negant Romanam ſedem eſſe matrem ac principem reliquarũ. quod an hæreſim ſapiat, teſtis eſt Nicolaus Papa 22. diſt. Omnis. Præterea ſunt nonnulli, qui aiunt animas exutas corporibus, nondum ad ſua loca receptas. Alij purgatorii pœnas figmenta exiſtimant. Siniſtra autẽ orbis poſitio, quem meridionalem dicunt, hæreſibus plena eſt. Illic Neſtorianorum nomen & genus ampliſſimè patet, Sabellianorum hæreſis latiſſimè prædicatur. Valentiniani, Apellitæ, Archontiani, Carmiani, Ebionitæ, numero facilè compræhendi non poſſunt. Nequeo patres reuerẽdiſ. vobis enumerare infinitam, vt ſic dixerim, hæreſum multitudinem, quæ tot gentium animos corruperat: quod vnde proueniat, aut quo authore procedat, dignoſcere certè facilè non eſt, niſi (vt placet ſanctis doctoribus) ideo illud Deus fieri paſſus eſt, ut credentiũ fides probetur, & ne fidelium ingenia tranquilla credulitate contorpeant. Fieri etiam poteſt, Deum tot hoſtes ſuæ fidei eſſe pati, ut tyrannos Chriſtianę religionis habeant quos uincere poſſint. Tantam igitur zizaniorum varietatem ab agro Dñico nõ ſolùm non diuellere, ſed nec excerpere quidẽ humana ingenia ſuppetunt. Satis igitur eſt, ſi de his duntaxat poteſtas eccleſiaſtica propenſiùs curet, quibus uel beneficium reddendum eſt, aut ſi tales ſint hoſtes, aut religioni magis ac magis officiant. Sunt autem (ni fallor) duo genera hominum, qui fidei catholicę aduerſantur, Gręci ſcilicet atq; Huſſitę, de quibus ꝓuidere oportet: Et illis quidẽ, ut ꝓ ſuſceptis beneficiis gratiæ dignę reddant: iſtis verò, ne contagione peſtifera totum corpus eccleſiaſticum lædant. Neminẽ ueſtrum patres pręterire arbitror, Gręcorum gentem ſic optimis artibus floruiſſe, ut omnium gentiũ nationes incredibili quadã uirtute ſuperauerit. Taceo de cęteris diſciplinis, quas omnes à fontibus Græcorum profectas, omnes vno ore fatentur. quicquid Dei Eccleſia docet & prædicat, id ipſum etiam ſuis nominibus à Græcis in Latinum traductum eſt. Quod ſi parentibus maximũ debeamus, quia genuerunt ac educauerunt: ſi p̃ceptoribus plurimũ, ꝙ erudierint: certè ſatis apertè ſignificari nõ pôt, quantũ vos patres Latini Gręcorũ generi debeatis, à quibus illud uobis collatũ eſt, quo nihil p̃ſtantius ab homine conferri poteſt.

*ſexcentorum

*Athanaſius

for. *Iſauriã Adonis,

locus obſcurus

poteſt. Hi ergo, quos memoro, Græci ad voionem Eccleſię venire contendunt, oon eo pacto quo quidam eos fallendi gratia dicunt accedere, ſed apertè & abſqoe aliqua ſimulatiooe. Põtifex ſiquidem maximns Martinus felicis memorię Papa Quintus, ſic ſua ſapientia atque humanitate Græcos ad opus vnionis attraxit, vt de tanta opinionum & poſtulationum diuerſitate, ad vnam & ſolam differentiam conceſſerint, quis ſ. locus ille ſit, qui pro cõuocanda ſynodo vtrinſque generis patres aptè ſuſcipere poſſet. Habeo hu° rei teſtes grauiſſimos, q huic veſtrę clariſſimę ſpectationi aſſunt, & q̃ dico, in præſenti audiũt: nec audita vobis patres pronuncio, ſed quæ vidi, & qnæ præcepto eiuſdem præſulis ipſe contrectaui, & publica ſtipulatione cõcluſeram. Quornm Græcorum propoſitum & tu Eugenij Papa ſanctiſſime, pro tua religione eximia & animi amplitudine, noper ampliora & certiora te ipſis facturnm ſpondendo cõfirmaſti. Nec credi poteſt. vt Chriſtianorũ quiſpiam his tuis ſanctiſſimis deſiderijs atq; conatibus cõtraire poſſit. Ad hoc enim opus tam ſalutiferũ, nemo Chriſtianorũ quicquã ſuorum excipere debet. Non enim parũ fructus habet ad fidei catholicæ incrementom, Græcorum conuerſio. Illa ſiquidem Conſtãtinopolitana ſedes habet in Aſia, Africana, & Europa vaſtiſſimas prouincias atque ampliſſima regna, plurima genera hominũ, linguis & moribus lõgè diſparia, qoi omoes ad fidei catholicæ obedientiam atque religionẽ conuolarent, ſi præſul Cõſtantinopolitanus, vt quondam facere ſolebat, honorem & debita iura Romaoo pootifici redderet. Illnd autẽ patres optimi facilè fiet, ſi non ſit ſchiſma in corpore. In nouam enim Eccleſiæ ſciſſuram dilabi, & inneteratos ſchiſmaticos ad vnionem Eccleſiæ rednoere velle, illnd quo pacto fieri poſſit, non ſatis intelligo. Quomodò enim Græcus, tantum in hoc noſtro Eccleſiaſtico corpore diſſidium audiens, eidem ſe coniungere vellet? Aut cum Romanum Pontificem tam facilè à ſuis contemni viderit, eidem honore debitos reddat? Nonne ridebit? Nonne vtroſque leues & longè à Chri*charitate ſtiana * veritate ſe iunctos iudicabit? Nonne poſtnlanti vt ad gremium Eccleſiæ redeat, mox euangelicam illam reſpondebit

Matt. 7.a ſententiam: Frater, vade, erue priùs trabem de oculo tuo, & tunc veniens, erue feſtucam de oculo fratris tui? Cum ſuperiori tempore nullus indubitatus pontifex haberetur, neminem Gręcorũ aliquis audiuit qui de vnione Eccleſiæ tractaret: at vbi omoium diſſidentium vota ad vnum paſtorem conuenerant, mox legati Græcorum pontificem adierunt, & coram glorioſiſſimo ac inuictiſſimo Romanorum rege domino Sigiſmũdo ſemper Auguſto, pro vnionis negocio Imperator & patriarcha Conſtantinopolitanus voluntatem & vota triginta ſex articulis pate-

fecerant. Scio quòd verum loquor, & quòd hæ manus literas illas obſignatas explicuerint, & quæ illic continebantur, ex Græcis Latina fecerã. Vndè cùm honeſtiſſimæ Græcorum petitiones, principibus noſtræ religionis viſæ fuerant, mox dominus Ioannes Epiſcopus Cardinalis tituli ſancti Sixti, vir omnium ſuæ ætatis religione & ſapientia ſpectatiſſimus, legatus in Græciam declaratus eſt: quem illuc properãtem ſi mors è medio nõ ſuſtuliſſet, plurimi nunc populi ac nationes ritum & religiooe eſſent vobis ſimillimi, quorum nullum in præſentiarum habetis. Nec certè credendum eſt, Græcos ab illa ſua honeſta opinione receſſiſſe. eadem eſt gẽtis illius ad recõciliationis opus intentio, idẽ omnioò deſiderium, eadẽ poſtulatio, niſi q filius qui noper imperio ſucceſſit, ad vnionis negocium longè ardentior ſit, quam vnquam fuerit pater: quo fit, vt ad reconciliãdum gẽtem illam catholicæ fidei via paratior modò ſit. Quòd ſi locus aliquis ad cõuocandũ vtranque gẽtem optimus daretur, videretis patres reuerẽdiſſimi plurima de Græcis facta fuiſſe iudicia, quæ omninò conſtare nõ poſſent. Hos igitur fructus vberrimos de Græcis vos patres præſtãtiſſimi referetis, ſi noo ſit ſchiſma in corpore. Alterum perditiſſimorum hominum genus, de quibus ob ſummam perniciem generali omnium patrum inſtitutione conſulendũ eſt, Huſſitas intelligo. Gens profectò peſtilẽtiſ. & velut exitiale virus per corpos Eccleſiaſticum repens. Nec vnũ, ſed multiplex ac atrociſſimũ malum, huius hæreſeos morbus eſt. Nã ſi quis illorũ hominũ peruerſas ſententias, quas grauiſſimis Chriſtianorũ cladibus amplificare voluerũt, recenſere voluerit, veterum hæreſum iritamenta quędã fuiſſe fatebitur. Cogitanti enim hanc nouellã corruptionẽ, eueſtigiò Nicolaitę, * Emoſtici, for. *Gnoſtici, Cerdoniani, atque Marcionitæ occurrent, * Aditę quoq; & Catharitę, ac Apoſtolici: huic for. * Adamitæ, hęreſi nõ defuerunt * Acharchitę, Ariani at- * anarchitæ que Iouiniani quãplurimi, quos omnes Epiphanius Cyprius, vir omnium orientalium patrum ſapientia & ſanctitate inſignis, inter nominatiſſimos hęreticos ſcripſit: nec ſolũ multiplex hęreſis hęc, ſed & funeſtiſſima Chriſtiano populo extat. Plurima damna ab Arianis, Neſtorianis, Monothelitis, Iconomachis Eccleſia Dei perpeſſa eſt: ſed nulla fuit tanta hęretica peſtis, quę huic cladi comparari poſſit. Hæc enim omnia iura humana atque diuina peruertens, nulla pietate in ętatem vel ſexum, ampliſſimas & opulẽtiſſimas patrias igni & ferro ſubiecit. Patẽt ei° immaniſſimæ ſtrages in Bohemia, Morauia, Sleſia, Marchia, Auſtria, Hũgaria, ac ceteris circumfinitimis adiacẽtibus nationibus. Quòd ſi hoc captioſiſſimum ac fallaciſſimũ hominum genus, ab illa ſua immani conſuetudine ac funeſtiſſima rabie contẽpuerit, velitq; iter ſalutis & reconciliationis ingredi, nulla

for.* quamiaùs * rabidos.

ſit mora, patres præſtantiſſimi, * quo põtifex maximus ac tota cõcto patrũ, operã ſuam ac ſtudiũ cõferãt, vt lupos * rapidos in oues cõuertãt. Nihil hinc opere ſalubrius, nihil certã vtilius. Sed cùm inter vos patres Eccleſiaſticos ſint aduerſæ ſententiæ, hoc fieri minimè poterit. Nam totum Huſſitarum ſtudiũ in eo poſitũ eſt, vt clericorũ inſolentias, voluptates, auaritiã, ſuperbiã atq; ambitionẽ, quibus hunc veſtrũ ſtatũ Eccleſiaſticũ & amplitudinem deijciant atq; proſternant, vulgo continuò prædicent. Illud aũt quantũ quibuſdam maximis viris placeat, & populis rationi conſentaneũ videatur, apertè oſtenderem, ſi hæc omnia vobis clariùs non paterent. Igitur qui cupit Huſſitas ad vnionẽ Eccleſiaſticã reuocare, illud priùs efficere ſtudeat, vt nouella zizania euellantur, vt nulla mentis affectio, nulla in rebus gerẽdis perturbatio, ſed timor Dei, charitas proximi, zelus Eccleſiaſticæ pacis opera veſtra perficiat. Illud etiã ſummo ſtudio agendũ eſt, vt debitus honor ac reuerentia pontifici maximo, quem vnicum loco Dei in terris ſuſpicimus, tribuatur. Quod omninò faciendum quiſque hominum iudicabit, ſi de huius patris ſanctiſſimi ac beatiſſimi vitæ integritate & innocentia nouerit. Ad hęreſum extirpationem ac fideliũ expugnationẽ, nemo Chriſtianorũ illo flagrantior. Taceo alia ipſius ſanctiſſ. pſulis ornamẽta virtutum. Illa enim aliud tẽpus deſiderãt. Cùm priuatis negocijs operã daret, cõtra infideliũ ac hæreticorũ errores & impetus plurima egregia & memoria digna cogitauerat atque inſtituerat. Reuerendiſſimorũ patrum cardinaliũ numero aggregatus, mox quę priuatim excogitauerat, publica authoritate perficere conatus eſt. Propterea & legationem in Epirũ, Macedoniã, Thraciã, Propontidem, Aſiam, Ciliciam, Syriam atque Ægyptum, vbi veræ fidei iura & dignitas in ſpretum maximum veniunt, paratiſſimo animo ſuſcepiſſet. Propterea & conſcribi iuſſerat, quibus artibus illæ nationes poteſtati Eccleſiæ adigi poſſent. Quòd ſi ipſi pro magnitudine animi & zelo fidei, parem poteſtatem & authoritatem conferri contigiſſet, nihil eſt quod vexillum ſanctiſſimę crucis inter remotiſſimas gentes ſumma gloria noſtræ religionis non figeretur. Adſcitus ſanctiſſimi Romani pontificis dignitati, quæ iam tot labentibus annis excogitauerat, in effectum omninò deduxiſſet, ſi inteſtinæ diſcordiæ atque vicina bella, ſancto eius propoſito impedimenta non extitiſſent: non tamen deſtitit, quo minùs aduerſus Huſſitarum rabiem extinguendam, diuerſis ſtudijs vigilaret. Quod aperta ratione probabitur, cùm neceſſitas poſtulauerit. Secretarium Imperatoris Græcorum nuper ad ſe venientem, ita gratè remiſit, vt idem Imperator ſtatuerit legationem ampliſſimam ad ſummũ pontificem dare, vt de loco aliquo idoneo pro congreganda ſynodo videatur. Hoc iam factum fuiſſe credendum eſt, niſi aliquis inſpectatus vel aliâs inſperatus caſus impedimento fuerit. Sub tali igitur noſtræ religionis patre & præſule & veterum & recentium hęreſum reſperſa zizania facilè euellentur, niſi vos reliqui patres eius præcepta iuſtiſſima tanquam deuotiſſimi filij ſuſcipere ſtatuatis. Ad quod pium & neceſſarium opus, & totius Eccleſiæ diuturna conſuetudo, & veterum Conciliorum authoritas, & ſanctorum patrum ſententiæ vos hortantur. Quare patres per immortalem Deum, per intemeratam fidem, cuius defenſionem ſuſcepiſſe videmini, per illud diſtrictum horrendumque iudicium, ad quod nos omnes volentes nolentes detrahemur, in hac rerum maximarum conſultatione, moderatione animi vti velitis, ne cùm exteriorum gentium hæreſes purgare quæritis, nouellos errores domi nutriatis: ſed de hæreſis extirpatione hactenus dixiſſe ſufficiat, amodò de reformatione pauca dicam. Hoc myſticum corpus, de quo hactenus memoriam feci, alia etiam appellatione domus nomen accepit ſententia illius, qui ad Hebræos ſcribens, dixerat: Chriſtus tanquàm filius in domo ſua, quæ domus ſumus Heb. 3.a
nos. In hoc ſanctiſſ. templo nemo aliud fundamentum ponere poteſt, præter illud quod poſuit Chriſtus ſcilicet Ieſu, ſicut primæ ad Cor. 3. cap. dicitur: hanc ſtructuram mirabilem ille ſapientiſſimus architector non ſimplici, ſed varia quadam compoſitione erexit. Ipſe enim dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios paſtores & doctores, ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, ſicut quarto ad Epheſios ſcribitur. Hæc eſt illa varietas, quam in ſpiritu Dauid quondam proſpiciens, dixerat: Adſtitit, inquit, re- Pſal. 44.
gina à dexteris tuis, in veſtitu deaurato, circumdata varietate. Varietatem autem non illam intelligo, quæ ex ebore, auro, varioque coloris genere parietes in regijs principum ornari ſolent, ſed Apoſtolorum doctrinam, confeſſorum, martyrum, vt Gloſa teſtatur, puritatem virginum, lamenta pœnitentium. Id autem optima ratione fuiſſe facilè quiſque iudicabit, ſi huius corporis myſtici aut domus Eccleſiaſticæ naturam ordinemque proſpexerit. Nã cum gratia huius fundamenti vel capitis, plenè tota in partibus extare non poſſit, vt dicit doctor beatus, ideo vario modo ſingulis diſtributa eſt. Propterea & quidam Apoſtoli, alij verò prophetæ dari dicuntur. Cumque id fieri nequeat, patres reuerendiſſimi, vt quiſpiam ſe ſolo æquè officijs pluribus ſatisfacere poſſit, vndè & membra corporis ſingulis actionibus occupantur, idcirco Eccleſia circumamicta varietate deſcribitur. Et quia officium ſponſæ ſimul & nomen accepit,

ideo

ideo ipſam decorã ornatamq́; ꝓdire opor-
ter,quod in uarietate maximè conſtat, ſicut
ſapientibus placet, & ipſo experimẽto oſtẽ-
ditur.Nam & regioa Saba, præter illam ad-
mirabilem ſapientiam, quam argumentan-
do in Salomone cognouerat, perſpecto ſer-
uorum habitaculo & ordine miniſtrantiũ,
maximè admirata,ſpiritu ipſo defecerat, ſi-
cut 3.Regũ x.capitulo ſcribitur.Hoins itaq;
ſtructuræ mirificæ etſi fundamentum ſoli-
dum incõcuſſumq́; perſiſtat, ornatus tamẽ
ac cæterarum partium ordo labefactari iu-
dicantur. Nam loco Apoſtolorum eos ho-
diè cernimus, de quibus Paulus Corinthijs
1.Cor.11.c ſcripſerat:Pſeudoapoſtoli, inquit,operarij
ſubdoli,transfigurãtes ſe in Apoſtolos Chri
ſti.Nec alios puto,patres optimi, hodiernos
prophetas exiſtere,niſi eos duntaxat,de qui-
Ezec.13.a bus Ezechiel in ſpiritu videns dixerat: Væ,
inquit,prophetis inſipientibus,qui ſequun-
tur ſpiritum ſuum,& nihil uidẽt,quaſi vul-
pes in deſertis prophetæ tui Iſrael.Nequeo,
patres reuerendiſſimi, crimina & caſus gra-
uiſſimos eorum hominum uobis exponere,
qui dignitate & authoritate uelut in quadã
ſpecula conſtituti, Magiſtri debent eſſe pu-
blicæ diſciplinæ. Omnes enim declinaue-
runt,& ab officio recedentes, inutiles facti
Pſalm.13. ſunt, ſicut Propheta teſtatur. Aptiſſimè de-
ſcripſit Iſaias clericorum ignominiam,ſe-
cordiam,laſciuiam,ſegnitiem,immunditiã,
turpitudinem,ambitionem,auaritiam.Spe-
culatores eius,inquit,cæci omnes, neſcierũt
Eſa. 56. d vniuerſi,canes muti non ualẽtes latrare, ui-
dentes vana, dormientes, & amantes ſom-
nia,canes impudentiſſimi, neſcierunt ſatu-
ritatem. Ipſi paſtores ignorauerunt intelli-
gentiam,omnes in uiam ſuã declinauerunt,
vnuſquiſque ad auaritiam ſuam vſq; ad no-
uiſſimũ. Cùm igitur ex eorũ criminibus ac
vitæ corruptione, qui virtutẽ ac diſciplinã
profeſſi ſunt,huius myſtici templi ſtructura
grauiſſimũ lapſum atq; ruinã minetur,opti
mè Eccleſiaſticæ ſaluti conſulitis, ut redin-
tegratio fiat,quã uos vulgò reformationem
noiatis. Cæterorum uerò hominum uitia,
priuatã: clericorũ uerò ſcelera,publicã per-
niciẽ inferunt.Nã cũ populi oẽs in ſacerdo-
tẽ atq; pontificem,tãquã in ꝑceptorẽ uirtu-
tũ,ſuſpiciant,id indubitata fide putant à ſe
factũ iri,quod ipſe faciendum delegerit.Sed
hanc rem per difficilẽ plenamq́; laboris, ea
rõne efficere poteritis, ꝙ non ſit ſchiſma in
corpore.Nã cũ in ipſa ſpirituali ſtructura ſit
vnitatis multiplicitas,tamen inter cætera il-
la præcipua iudicatur, quam ille cœleſtis ac
indiuiduus ſpiritus, diuidens ſingulis prout
vult,ſicut primæ ad Corinthios duodecimo
cap.ſcribitur.Fieri autem minimè poteſt,ut
hi qui aduerſa de bonis moribus ſentiunt,
& qui manifeſtam ruinam Eccleſiæ parent,
ſpiritu Dei ducantur.Eo etiã euenit in præ-
ceptis maiorum ad uitæ innocentiam atque

religionem velle quempiam ducere,perdif-
ficilè,& niſi eum ſpiritus Dei priùs induxe-
rit.Pleni ſunt libri omnes Chriſtianorũ ſan-
ctiſſimis exhortationibus, pleni præceptis
ſaluberrimis,pleni exemplis admirabilibus.
Quicquid de vita & honeſtate clericorũ de-
cerni & præcipi poteſt, id totum ampliſſi-
mis literis & maximis codicibus continetur.
Et tamen nemo facit legem,ſicut dicit Salua Ioan 7. c
tor.Priùs itaque ſpiritus rogãdus eſt, ut do-
ceat & inſpiret, quo pacto impleri debeant Pſal.118.d
ſuæ iuſtificationes, ſicut Propheta precatur.
Cæterum impoſſibile quidem uidetur, de
principatu Eccleſiæ ac de moribus diſputa-
re ſimul atque decernere. Nam cùm de ca-
pite ac principe ſenatus Eccleſiaſticus occu-
patur,ornatus publicæ honeſtatis ſatis aptè
vacare non poteſt. Extant gentilium atque
Chriſtianorum monumẽta ampliſſima,quæ
huic rei grauiſſimum teſtimonium afferũt.
Vnum ſolùm in præſentiarũ ſufficiat. Cùm Eccl.50.a
per Oniam pontificem ſolum res Iudæorũ
agitarentur,ciuitas ſancta in omni pace ha-
bitabatur,legesq́; optimè cuſtodiebantur,ſi-
cut 2. Machabæo.3.cap.ſcribit. Sed poſteà 2.Mac.3.a
quàm per ambitionẽ Iaſonis fratris, colla-
tio ſummi pontifici ad Antiochũ tranſlata
eſt, mox gymnaſia & ephebiæ in ciuitate
Dei fuerãt inſtitutę,horrẽdũ certè ſcelus,&
omnibus ſeculis inauditum facinus. Con-
fracto itaque atque colliſo Eccleſiaſtico cor-
pore, integritas honeſtatis atque religionis
conſtare minimè poteſt.Præterea quem uos
patres Eccleſiaſticis inſtitutis coercere po-
teritis,qui mox alios q̃ſiturus non ſit, à qui-
bus gratè ſuſceptus, prioris uitę corrupte-
lam non teneat? Et indè huc uenientem ne-
mo corripere audebit, ne ſuo exemplo alij
ſecuturi teneantur. Itaque patres ſapientiſ-
ſimi mores Eccleſiaſticos ea ratione poteſtis
componere, ſi non ſit ſchiſma in corpore.
Hortatur uos ad hoc opus perneceſſarium
dignitas beatiſſimi patris noſtri Eugenij põ
tificis maximi,qui Petri ſedem tenet & fidẽ,
ſine cuius autoritate nulla lex aut decreta
ſatis roboris habere poſſunt,ut eſt di.22.Sa-
croſancta.Cuius ſentẽtię beatus Thomas 2.
ſecundæ q. prima, articu. 10. fideliſſimus
teſtis eſt. Hortatur uos ad hanc eccleſiaſti-
cam diſciplinã, huius ſanctiſſimi patris in-
tegritas,qui cum à puero uſq; ad hanc con-
fectam ætatem uitam præclariſſimis uirtu-
tum muneribus exornauerit,adeò ut in ipſo
corrigendum,abradendúmve nihil omnino
videatur, tamen ut optimi præſulis morem
gerat, hanc quam uos patres reformationẽ
nominatis,à ſeipſos * capot,ſi huic publicæ for. *inci-
actioni debitus ordo tribuatur.O uerè pon- pi cupit,ſi
tificem, ô paſtorem gregis Dñici meritiſſi-
mũ.Quem ſuperiorũ pontificũ,obſecro pa-
tres,ueſtra tenet memoria, qui iſta protule-
rit, qui in tãta rerũ tempeſtate infracto ani-
mo manſerit? Ite igitur patres lectiſſimi, &

huiuſmodi piſſimi patris atq; põtificis me-
ritiſſimi iuſtiſſima vota & deſideria implea-
tis, ſi vultis mores Eccleſiaſticos integritati
priſtinæ reſtituere. Sed de reformatione q̃d
ſentiam, iã patres audiſtis, amodò & de pa-
ce ꝑ extremæ orationis particula pauciſſi-
for. * exercitia inter cętera, patres mis utar. Cùm plurima ſint * exercitia cũ in-
ter genera, patres lectiſſimi, q̃ ad ſacerdotis
atq; pontificis officiũ attinẽt, tũ illud præci-
puũ eſt, q̃d in conciliandis pacandiſq; po-
pulis conſtat: ſiquidem ſacerdotis propria
actio dr̃, cũ inter Deũ hominemq́; medius
quaſi cõciliator accedat, ut placet B. Tho-
mæ 3. parte q. 30. articulo primo. propterea
& ſacerdos à Deo legẽ & ſacramẽta recipit,
quo populis uoluntatem diuinã ſignificet,
conciliariq́; volentibus paramenta debita
tribuat. Et rurſus acceptas ab hominibus
oblationes & ſacrificia Dño offert, vt diuinã
maieſtatẽ hominis uitio uehementer inſen-
ſam, placet atq; conciliet hoc acutè proſpe-
xit qui ait: Omnis pontifex ex hominibus
aſſumptus, ꝑ hominibus conſtituitur in his
quæ sũt ad Deũ, vt offerat dona & ſacrificia
pro peccatis. ad Hebræos v. capitulo. Hæc
autem munera tunc placationis efficaciam
habẽt, cùm homines excuſſis odiis ac ſimul-
tatibus, ad offenſarum remiſſionem reuocã-
Matth. 5. c tur. Quod quanto ſtudio agendum ſit, ſalua-
toris præcepto oſtenditur. Si offers, inquit,
munus tuũ ad altare, & ibi recordatus fue-
Matt. 6. b ris, quòd frater tuus habet aliquid aduer-
ſus te &c. Et iterum: Si non dimiſeritis fra-
tribus. In quibus oĩbus oſtẽditur, humanas
oblationes & munera nullam prorſus habe-
re efficaciã, niſi homo ſe prius inimico cõ-
ciliet. Hoc autẽ inter cædes & bella fieri poſ-
ſe non uideo. Quomodò enim inter eos uis
charitatis & amicitiæ aut ſeruari, aut incipe-
re poterit, qui mutuis irruptionib⁹ exuuias
& ſpolia quærunt, quorum alter in alterius
effundendum ſanguinem iurat, qui liberos
à parẽtũ euulſos amplexibus, impudicè ab-
ducit? quæ oĩa cùm in bellorum congreſſi-
bus fieri uideamus, difficilimum eſt, huma-
nitatis, charitatis ac pietatis quippiã in illis
hominibus reperiri, qui bella ſequunt. Præ-
cipuum itaq; ſacerdotũ atq; pontificum of-
ficium agitis patres reuerendiſſimi, qui in-
flatos atq; tumentes animos principũ pla-
care curatis, eo præſertim tẽpore, quo nullũ
Chriſtianorũ regnum uacet. Sed illud priùs
ſumma cura agendum eſt, patres reueren-
diſſimi, vt nõ ſit ſchiſma in corpore. Quis
enim ad alienas diſcordias ſopiendas ſuffi-
ciet, qui ad maxima & inteſtina bella parari
coget? aut quis aliquẽ medicorũ uel etiam
peritiſſimum ſummo morbo laborantẽ ui-
dit, qui alijs ægrotis pharmaca porrigat?
Oportet igitur priùs domeſticã peſtẽ pur-
gare, & indè aliorum languores extinguere.
Quod optimè facturi eſtis, patres ſapientiſ-
ſimi, ſi pacis, qua nihil utilius deſiderari po-
teſt, uim & naturam ſeruabitis. Pacis enim
bonum non in eo ſolo conſpicitur, ꝙ vnio-
nem diuerſa optantium faciat, hoc enim &
concordiæ datur: immò ut ſancto Doctori
uidetur, id concordiæ proprium eſt: ſed id
maximum pacis officium eſt, ut renitentem
varium appetitum in vnum conſenſum de-
bito ordine adigat. Propterea & beatus Au-
guſtinus 19. de ciuitate Dei, cùm multa ge-
nera pacis enumeraſſet, id tanquã propriũ
pacis adiecit, quòd ſit ſcilicet tranquillitas
ordinis, qui in parium diſpariumq́; rerum
ac hominum debita diſtributione conſiſtit.
Hoc ſi & uos patres reuerendiſſimi, ad pon-
tificem maximum patrem & præſulem om-
nium, ſeruare curabitis, nauiculam Petri à de-
hiſcentibus fluctibus tranquillam reddetis,
principum animos maximas cædes ſpiran-
tes pacabitis, hæreticos reluctantes ad iugũ
Eccleſiaſticum ſubducetis, infidelium im-
petus, qui tota rabie dietim Chriſtiano ſan-
guine debacchant, inuictiſſima poteſtate de-
primetis. Illud etiam cum ſumma omnium
veſtrum gloria fiet, ut aptiſſima ratione pro-
betur, nulla vnquam ambitione, nulla ini-
quitate, ſed ſolius religionis amplificandæ
gratia, hos uarios & diuturnos labores uos
conſtantiſſimè ſuſcepiſſe: Quod nobis om-
nibus ille concedat, qui ſine fine uiuit & re-
gnat in ſecula ſeculorum, Amen.

ALIA ORATIO (FORSAN Archiepiſcopi Tarentini) habita ad patres Concilij Baſileenſis pro Eugenio quarto.

In nomine Ieſu Chriſti, Amen.

HVmaniſſimã & ſanctiſſimam Domini
noſtri digniſſimi ſummi põtificis, do-
mini Eugenij Papę quarti intentionem, quã
ex iniuncto legationis officio, cõmuni ho-
rum patrum, & dominorum meorum con-
ſenſu & iuſſione, in præſentiarum explica-
turus ſum, uobis reuerendiſſimi in Chriſto
patres & domini, ſi quanta decet dignitates
ueſtras charitate & animorum moderatio-
ne intellexeritis, populo Chriſti ſanguine
redempto vnionem & pacem & uitæ noui-
tatem, noſtris uerò animabus ſalutẽ, & mul-
tarum curarum requiem allaturam eſſe, in
ſpiritu paraclito, & huius tam pij propoſiti
motore & directore plenè confidimus. Sed
vt ſtabilius & certius in huiuſcemodi rei
narratione fundamẽtũ conſtituamus, exor-
diendum in primis præcincta editione ar-
bitramur ab ipſius Apoſtolici ſupremæ po-
teſtatis & iuriſdictionis origine & deriua-
tione. Deus igit ideo magnus Dominus &
rex magnus ſuper omnes Deos, ſpiritu ha- Pſal. 94. a
bitus eſt ꝓphetico, reuerẽdiſſimi patres, qm̃
curam habens facturæ ſuæ, non repellit Do-
minus plebẽ ſuã habere certè diuinitatẽ ab Rom. 11. a
excelſo ſolio ſuo peruigilem humani gene-
ris curã, oĩs fermè & q̃ benè inſtituta huma-
nitatis,

nitatis, & q̃ deſurſum mẽtibus illabitur, diſci
plina teſtatur. Hinc gaudere eá optimn, eiq́;
cognatiſſimo viro in Ethicis Ariſtoteles ar-
bitratur: & quod diuinum eſt in nobis, hoc
eſt, intellectum diligentes & honorantes re-
1. Tim. 2. a beneficiare. Hinc illud ad Timotheum Apo-
Rom. 13. a ſtoli dogma, quo eos quibus quarumcunque
publicarum rerum tutela committatur, diui-
no nutu ad huiuſmodi officii functionem aſ-
fo. * cõſtat ſumptos edocet, emanantiſſe* putant, pura et-
enim diuinitatis eſſentia totius entis perfe-
ctione abundè reſperſa, omnium eſſentiam
eſſe per prius atque perfectius in ſe comple-
ctitur. Quamobrem eam quæ tantarum for-
marum capax extat, naturam, communi om-
nium vocabulo Deum quandoque veteres
nuncupauerunt, quandoque omnium eſſen-
tium primum, quandoque archetypum,
quaſi rerum omnium exemplare ſimu-
lacrum. Cumq́ue ex eius perfectionis &
bonitatis redundantia, atque omnipotentia
interminata & ineffabili, nulla exteriore vio
lentia coarctante, nulla impellente neceſſita-
te, ſed mera ac libera voluntate, eius eſſe exi-
ſtentiæ vniuerſa creatura ſecundum accõmo
datas ſpecierum perfectiones ſortita ſit, ope
1. Tim. 6. c ratorium principium Plato, primam cauſam
Act. 17. d Ariſtoteles, Dominum dominationum ſcri-
19. c ptura, magnum Dominum (tanquàm omniũ
à voluntate proficiſcentium libera dominus
Pſalm. 94. opifex conſtituatur) naturá illam appellauit
propheta. Sed cùm ſplendor in æſtimabilis
prouidentię eius inter mundi ſemina, inter-
que varias rerũ ſpecies, & vnius & eiuſdẽ rei
* quidam potentias atque diſpares rerũ cultus, ordo *
quidem regiminis atq; lex & ritus naturalis
innaſcatur, rectorẽ Olympi gentiles, regẽ re-
Pſal. 94. gum ſcriptura, magnum regem ſuper omnes
deos, hoc eſt, angelicos ſpiritus, ſeu motrices
orbium intelligentias, illam ipſam nuncupa
uit propheta Dauid. Ex illa itaq; diuinæ na-
turæ bonitate & omnipotentia, tãtarum illa
rerum apud Geneſim conſcripta emanatio
effluxit. Inde rerum inter ſe tanta, tamq́; ad-
mirabilis propagatio excreuit. Ex hac verò
ad humanum genus charitate, prouidentia,
ſtudio atque cura, illa legis traditio & tabu-
larum digito Dei cõſcriptio, ortum traxere.
Hinc morum, ſacrificiorum, cęremoniarum
directio, hinc illa ineffabilis coęterni & coeſ-
ſentialis Patri & Spirituiſancto Verbi incar-
natio, hinc euangelij prædicatio, hinc paſſio,
hinc reſurrectio, hic apoſtolorũ miſſio, & cũ
eſſet mũdum præſentia ſua corporali incar-
natum illud verbum relicturum, illa mirabi-
lis ſacramenti cõſtitutio, atq; vicarij eius ele
for. * ſubli ctio, illiusq́ue cum ſuprema authoritate &
matio. poteſtate * fulminatio & inthronizatio, cui
Matt. 16. c data eſt ſuper vniuerſo populo Chriſtiano
plena poteſtas atque iuriſdictio. Quãquàm
enim populus ipſe per diuerſas diœceſes ſit
diſtinctus, tamẽ ſicut vna eſt Eccleſia ab vnico
fundatore & capite Chriſto Ieſu, ita vnum

oportet conſtituere populum Chriſtianum,
& veluti in vno ſpeciali populo vnius Eccle-
ſiæ caput. Hæc eſt ratio B. doctoris Thomæ
atque ſententia, 4. contra gentiles, capitulo
ſeptuageſimoſexto. & canonum ſacrorum
inſtituta concordant, caput huiuſmodi, epi-
ſcopum almæ vrbis eſſe & Petri ſucceſſorem
& principatum Eccleſiæ vniuerſalis in Eccle
ſia Romana præſidere, 11. di. c. Nolite. Et hæc
poteſtas & præſulatus authoritas Petro tri- Ioan. 21. c
buta fuit, non ab hominibus, ſed ab ipſo re- Matt 16. c
demptore & ſaluatore noſtro, & ab apoſto-
lis cum maxima veneratione cuſtodita. Non
enim quælibet terrena ſententia, vt eſt textus
22. di. c. Omnis. ſed illud verbum, quo con-
ſtructum eſt cælum & terra, per quod con-
dita ſunt omnia elementa, Romanam fun-
dauit. Eccleſiam. Idem expreſſius innuitur
21. di. c. in nouo, & c. ſeq. cuius initium eſt,
Quamuis vniuerſæ per orbem catholicæ ec-
cleſiæ cõſtitutæ vnus Chriſti thalamus ſint,
ſancta tamen Romana Eccleſia nullis ſyno-
dicis conſtitutionibus cęteris eccleſijs præ-
lata eſt, ſed euangelica voce Domini & ſalua Matt. 16. c
toris noſtri primatũ obtinuit: Tu es, inquit,
Petrus &c. Et paulò infrà concludit: Ita in
his omnibus punctis, quanto celſior gradus
tanto maior authoritas innenitur: in maio-
ribus ſiquidem regendi & iubendi eſt po-
teſtas, in minoribus obſequendi neceſſitas.
Congruum etiam eſt & expediens ad Eccle-
ſiæ vnitatem, vt fideles in fide conueniant
cumq́ue contingat frequenter circa illa quæ
fidei ſunt, quęſtiones moueri & diſſonas
ſententias promulgari, ex quibus ſciſſura in
Eccleſia ſępenumerò eſt exorta, expediebat
(vt beatus doctor concludit) quòd in vni-
tate per vnius viri ſententiam Eccleſia con-
ſeruaretur. Cùm igitur caput & fundator Ec
cleſię Chriſtus, in neceſſarijs non defecerit,
quam ita dilexit, vt pro ea ſanguinem ſuum
fuderit: cùm etiam de ſynagoga ab Eſaia di- Eſa. 5. a
catur: Quid potui facere vineę meę, & non
feci? non eſt dubitandum, quin ex Chriſti or-
dinatione vnus toti & vniuerſali Eccleſię pręe-
ſit, cuius iudicio atque ſententia diſſenſio-
nes circa fidẽ & grauiſſimę quęſtiones tollã-
tur & terminentur. quod clarè innuitur 22.
di. c. Multis, vbi ad literã ita dicitur: Maiores
verò & difficiliores quęſtiones, vt ſancta ſy-
nodus ſtatuit, vt & beata conſuetudo exigit,
ad ſedem Apoſtolicam ſemper referantur.
huius beatus doctor egregiam loco ſuperio-
ri rationem aſſignat: Quoniam cùm pax
& vnitas ſit finis regentis & * gubernatis, &
vnitatis congruentior cauſa ſit vnus, quàm
multi: videtur, quòd omnes ſubditorum
diuerſitates, ab vno, benè diſpoſita politia,
debeant extirpari. Propterea Ariſtoteles in Triũ re-
politicis monarchiam democratiæ & ariſto- gendi mo
cratiæ pręferre videtur. Id etiam regiminis dorum o-
genus vniuerſæ mundi partes naturali quo- ptimus
dam deſiderio appetere videntur. Quamob- quis.
rem

Digitized by Google

rem in extrema phyſicorũ Ariſtotelis parte
ſcriptum eſt, Entia nolũt malè diſponi, vni-
Prou.8.a cus ergo princeps. Chriſtum igitur, per quẽ
reges regnant, & legum cõditores iuſta de-
cernunt, optimum dediſſe Eccleſiæ ſuæ re-
gnũ, nuſquã eſt ambigenduo, qđ quidẽ ad
inſtar regiminis triũphãtis Eccleſię ordina-
oit. Hinc Ioannes in Apocalypſi aiebat: Vidi
Apo.18.a * Dñm deſcendentẽ de cœlo. & alibi: Vidi
*angelũ ciuitatẽ ſanctã Hieruſalẽ nouam deſcendẽ-
Apo.21 a tẽ de cœlo, à Deo paratã, ſicut ſponſam or-
oatam uiro ſuo. & Moſi dictum eſt, ꝙ oĩa
Exo.25.d faceret quemadmodùm ſibi in monte mon-
26.f ſtratũ fuerat. & * Ioelis primo dictũ eſt, Cõ-
Oſeæ 1.c gregabuntur filij Iuda & filij Iſrael pariter,
Ioan.10 c & ponent ſibi caput vnum. & Dñs dixit, fiat
vnũ ouile & vnus paſtor, cui ſoli poteſtatem
pleniſſimã & abſolutã tradidit ad oĩa fidei
* miſteria * miniſteria exequendũ, ut ad eũ principali-
ter de gregis ſalute & directiõe, ac fidei vni-
tate ac integritate, diſpoſitio & iudicium ac
ſnia ſpectarent, & vt per eũ ad alios huiuſ-
modi miniſteriorũ & authoritas diffunde-
Ioan.21.c retur. Hinc primo Paſtori ante aſcẽſionem
ſuã Dñs dixit: Paſce oues meas. & ante paſ-
Luc.22. d ſionem ſuam: Tu iterum conuerſus, confir-
ma fratres tuos. & illi ſoli ꝓmiſit, Tibi da-
Mat.16.c bo claues regni cœlorum. ut oſtenderetur
(vt inquit beatus doctor) ꝙ poteſtas clauiũ
per eum eſſet ad alios diffundenda vſq; ad
ſeculi finem, iuxta illud Eſaiæ: Super ſolium
Eſa.9.b Dauid & ſuper regnum eius ſedebit, ut con-
firmet iſtud & corroboret in iudicio & iuſti-
Matt.28.c tia amodò & uſq; in ſempiternum. & Mat-
thæi vltimo Dñs aiebat: Eccè ego vobiſcum
ſum vſq; ad conſũmationẽ ſeculi. nec obſtat
ꝙ plerique dicunt verba illa fuiſſe Petro in
perſona totius Eccleſiæ. textus enĩ illud de-
clarat 9.q.3. Aliorum hoĩum. * verſu * pri-
mo. Replicabo, Vni dictũ eſt, Tu es Petrus,
& ſuper hanc Petrã ædificabo Eccleſiã meã.
& quæcunq; ſolueris ſuper terrã, erunt ſo-
luta & in cœlis &c. Hæc magna ex parte ex
dictis beati doctoris loco ſuperiori habent,
qui in fine huius capituli ita cõcludit ad li-
teram: Et per hoc excluditur quorundã pre-
ſumptuoſus error, qui ſe ſubducere nitun-
tur ab obedientia & ſubiectione Petri, ſuc-
ceſſorem eius Romanum pontificem, vniuer-
ſalis Eccleſiæ Paſtorem non recognoſcẽtes.
Secundum tamen canonica decreta de ipſius
ſummi põtificis ſupremæ poteſtatis ampli-
tudine, certiſſima doctrina traditur. Hinc
enim dicitur, ꝙ ſolus in plenitudine pote-
ſtatis vocatus eſt, alij autem in partem ſoli-
citudinis. in c. ad honorem, de au. & uſu pal-
lij. & ſolus ſedet in illa ſede, quam Dñs in
perſona beati Petri ſibi ſpecialiter elegit. vt
in c. Per venerabilem. §. Sanè qui fi. ſunt le-
gitimi. & ſol⁹ iudicat & diſponit, ut ſibi pla-
cet, 9.q.3.c. Cuncta per mundũ. Ipſe enĩ ha-
bet arbitrium cœleſte, c. de ſum. Trini. le. 1.
& ei cõceſſa ſunt iura cœleſtis & terreni im-
perij à Dño redemptore noſtro, 22.di.c. oĩs,
vbi eſt textus ad literã: Illam verò ſolus ip-
ſe fundauit, de Romana Eccleſia loquens. &
ſupra petram fidei mox naſcentis erexit, qui
B. Petro æternę vitæ clauigero terreni ſimul
& cœleſtis imperij iura commiſit. facit ad
idem c. ſequens, ſacroſancta: Et principes ac
oẽs hoĩes ei obedire tenentur. de maior. &
obe. c. Oẽs principes, & c. Solitę, cui nec quiſ-
quã dicere põt, cur ita facis? 19.di.c. In me-
moriam. ac ei ſit pro ratione volũtas, & qđ
ei placet, legis habet authoritatẽ, in. de iure
naturali, §. ſed & quod principi. Per huius
authoritatis vires, frequenter emergentibus
mundo difformibus atq; diſſidijs, opportu-
nè diuina prouidentia occurrit. Sed cùm ni-
miùm collapſa eſſet nouiſſimis temporibus,
ac per deuia præceps iueret libertas huma-
na, miſericors & miſerator Dominus, qui
non eſt vſquequaquè iuxta præaſſumptam
prophetæ ſententiam, plebem ſuam relictu-
rus, virum optimum, omnium decore vir-
tutum, iuſtitia, prudentia, temperantia, mo-
deſtia, ſanctimonia, atque quod præſentiũ
temporum acerbitati, tempeſtatiq; & tantis
Petri nauiculę fluctibus accõmodatiſſimum
videtur, magno animo, robore, patiẽtia, cõ-
ſtantia & longanimitate redimitum, clemẽ-
tem tamen, pium, charitate & omni heroica
virtute refertum, in ea ipſa ſede locauit, quo
præſentium temporum horrendis Eccleſiæ
ſuæ ſcandalis, aliiſq; vniuerſi populi ſui ma-
lis ſuccurreretur, * atq; eleuarentur. Huius * eaque
igitur nos authoritatis uiri, huius poteſta-
tis, huius cæremoniæ nũcij & oratores, quã-
quã immeriti, ad vos ſumus patres optimi.

Nunc autem ad inſtitutam domini no-
ſtri intentionis explanationem proficiſca-
mur, ſi priùs tñ pauca ad rẽ ipſam pertinen-
tia, de geſtis præteritorum tẽporum ad me-
moriam reduxerimus, plurimum cauſæ no-
ſtræ fauoris, ac veſtræ intelligentiæ commo-
ditatis conferemus. Sanctiſſimus dominus
noſter digniſſimus ſummus Pontifex, verus,
indubitatus, atq; vnicus Dei & Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti vicarius, cui ſoli conuenit in
altum rete ducere, hoc eſt, in profundũ di-
ſputationum & difficultatum ſeſe immiſce-
re, 24. queſt. 1. Nõ turbatur, ratus hæreſibus
inueteratis & his * qui in præſentiarum in- for. * quæ
crementa videbant habere, ac inteſtinis per
totam Chriſtianitatem odiis, diſſenſionibus
& hoſtilibus armis, amiſſo etiam & fermè
extincto totius Eccleſiaſticę libertatis priui-
legio, ac multiformibus cleriq; & Chriſtia-
ni populi deſolationibus ſine ſanctorum
patrum atque illuſtriſſimorum principum
aſſiſtentia, fauore, ope & opere facilè & op-
portunè obuiare non poſſe, concilium Baſi-
leæ ex bonæ & recolendæ memoriæ domini
Martini Papę Quinti authoritate p Senẽſ.
concilium promulgatum, atq; eiuſdem do-
mini Martini iuſſione ſtabilitũ, poſt ipſius
obitum

obitum & ſanctitatis ſuæ aſſumptiooem, robur habere voluit & proſecutionem, tatum & graſum per Apoſtolicas ſuas bullas gerés, quicquid poteſtatis in ea re reuerẽdiſſimo i Chriſto patri & dño, dõo noſtro ſingulariſſimo digniſſimo, Cardinali ſancti Angeli Apoſtolicæ ſedis legato, per ꝓdeceſſoré ſuum collatum fuiſſet. Cumq́; amplificationem illios ſynodi, vt optaſſet & rerũ magnitudine expediuiſſet, inueneretur: quando etiã per oratoré eorum paucorum ꝑlatorum, qui tunc Baſileæ præſeotes erant, de ipſius concilij debilitate & paruitate certitudinem accepiſſet, eſſetq́; cum inſtantia requiſitus, vt talia faceret quæ oouam conuocatiooẽ prętendere videbantur: illud abinde diſſoluit, & ad ciuitatem Bonooteñ. vnà cum literis diſſolutionis conuocauit per interiectionem tam modici temporis, vt non niſi continuaſſe dici poſſit, ita vt illa diſſolutio nil aliud io effectu, nec ex ſuæ ſanctitatis mẽte, voto & intentione, quàm loci mutationem, importare videretur. Quod ſanè patres reuerendiſſimi, oõ abſq; grauitate ſumma, atque molta circunſpectione, & longa & matura deliberatione, ac ſyncera ad Deum & Eccleſiam ſuam ſanctam charitate ſactum eſſe exiſtimare debetis. Intuebatut enim ille pontifex ſanctiſſimus, tantarum rerum expeditionem nõ eſſe finem optatum habitoxam, niſi ſua ſanctitas concilio adeſſet atque præeſſet, & cum reuerendiſſimorum patrũ & dominorum meorum ſacri collegij, aliorumq́ue magnorum principum, & totius Chriſtianitatis orthodoxorum præſulum cooſultatione, fauore atque præſidio tanta tamq́ue ardua negocia dirigeret atq; diſponeret: quod in hac ipſa ciuitate propter ootoriam ſanctitatis ſuæ inualitudinem, & quoniam plerique illuſtriſſimi principes ad eum locum conuenire denegabant, nullatenùs fieri potuiſſet. Accedebat inſupèr ad hoc, quòd locus iſte nimiùm vicinus videbatur potentiæ Huſſitarum: & magnæ imprudentiæ tributum fuiſſet, maximè poſt agnitionem periculi, quod non parùm formidabile eſſe orator ipſe referebat, vniuerſalem Eccleſiam tanto ſuppooere diſcrimini: qoin inſupèr neque eo, quo facta eſt, modo hæreticorum vocationem ſine offenſa, vel ſaltem tacita detractione damnationis de ea hæreſi in ſacro concilio Conſtan. factæ, ſua ſanctitas ſuſtinere potuiſſet, cùm per vocationem illam, oon ad diſputationẽ ſolùm, ſed ad ſpiritusſancti commune iudicium Eccleſia noſtra catholica & hæretici æqualiter inuitarentur. Illius etiam vocationis verba, vt cum pace veſtra dicã, hæc ſunt: Eccè iam locus ac facultas pleoæ audientiæ præbetur. iam inuitamini: non coram paocis, ſed vniuerſis audiemini, quantum libet. Audietis & vos ipſos reſpondentes. ſanctus adſtabit medius ſpiritus iudex & arbiter, quid in Eccleſia teneodum & agendum ſit. Erimus ſimul & in oratiooe perſauerantes, & tam diu feruẽter ſuam pietatem ieiunijs, gemitibus, precibus, obſecrationibus ac ſanctis operib⁹ interpellabimos, viquequò ipſe charitatis author & veritatis Doctor corda vniuerſi populi illuſtrabit ad cognoſcendam amplectendamq́; veritatis & vnitatis * ſnĩam. Ecce quòd per hęc verba, oõ ad recogooſcendum damoatum errorem Huſſitæ vocantur, ſed ad ſubmittẽdum ſe pariter cum Eccleſia catholica ad inueſtigationẽ veritatis: quod certè Huſſitis fauorem & authoritatem maiorem, fidelibus verò ambiguitatem & perplexitatem præſtare videbatur. Sed qñ illis fuiſſet, vt conuincerentur & ad cognoſcendum damnatum errorem, audientia præſtanda: locus ipſe ad id deputari non debuiſſet, atteoto quòd ſecundum relationem oratoris illius, ceriæ ciuitates circũadiacentes, illo peſtifero morbo labefactari cœperant. Itaque de huiuſmodi hæreſibus non erat iotum neque ſecurum in Germania publicè tractatum facere: tum quia per huiuſmodi contentiooes corruptis maior cõmoditas & occaſio tributa fuiſſet alios corrumpendi, tum quia Bohemis ipſis maiorem fauorem præſtari quàm alibi ſuſpicari poterat, ſicut in duobus tãtùm huius hæreſis ſceleſtiſſimis capiobus, & initio naſcẽtis mali experientia viſum eſt. Quid igitur cenſendum putatis, patres optimi, ſi in tanta multitudine adaucta infectione, & poſt tributas nobis oeſcio quo occulto Dei iudicio tantas ſtrages, ibidèm & publicè reciperentur? Non erat etiã ille locus Græcis ad vnionem tam piè tamq́ue feruenter adſpiraotibus accõmodatus. plures etiam aliæ cauſæ, & multo grauiores, illius cõmutationis deliberationem auxerunt: quarum expreſſio poſſet maiora, quàm ſint, ſcandala excitare, & quarum iouestigationem facilè ingredi poſſet, quiſquis præteritorum temporũ non nimis vetuſtam habet memoriam, & præſeotium diſpoſitiooes libero animo & abſq; paſſione, * metetur. huiuſmodi ſanctitatis ſuæ deliberationem, ac Bononieñ. coocilij nouam conuocationem omnibus mondi ꝓſulibus atq; principibus iotimauit, etiam illis ex vobis, patres optimi, qui ꝓ tẽpore hîc reſidebant: optima ſpe fretus, ne huiuſmodi ſanctitatis ſuæ mandatis orthodoxis qoiſquam veſtrum contrairet. Sed heu reuerendiſſimi patres, nedum mandata ſanctitatis ſuæ ſpreta ſuot, ſed quidam ex * nobis ante diſſolutionẽ ſegnes & ad veniendũ remiſſi videbantur, poſt diſſolutionem ſolertiſſimi atque perpetes ſacti ſunt quidẽ qui hîc aderant, poſt diſſolutionem cum aliquali diſplicentia læti & immobiles permanſerunt: qđ certè, niſi ex impreſſiooe aut timore, qui caderet in conſtaotes viros, factũ ſit, quàm ſit ab obedientia & humanitate veſtra alienũ,

Eugenius hic egregiè & grauiter defenditur.

* ſemitã.

for. * & meditetur aut *metiatur

* vobis

locus obſcurus.

vos ipſi dijudicate. Spectat etiam ad ſummũ Romanum poutificem, uon ſolum generales ſynodos conuocare, ſed & ſua ſententia roborare cõcilia conuocata. aliâs in irritũ labitur, quicquid præter eius authoritatem ſtatuitur: & nou propriè concilia, ſed conciliabula uuncupantur. textus eſt di. * c. multis. Inſupèr quotiès aliqua de vniuerſali ſynodo aliquibus dubitatio uaſcitur, ad recipiendam de eo quod uon intelligitur, rationem: aut ſpoutè hi qui ſalutem animæ ſuæ deſiderant, ad Apoſtolicam ſedem pro percipienda ratione conueniant: aut ſi fortè (ſicut de talibus ſcriptum eſt, peccator cùm venerit iu profundum malorum, contemnit) ita & obſtinati & contumaces exiiterint, vt doceri non veliut, eos ab eiſdẽ ſedibus Apoſtolicis aut attrahi ad ſalutem quoquo modo neceſſe eſt, aut nec aliorum perditio poſſint eſſe, ſecundum canones per ſeculares opprimi conuenit poteſtates. tex. eſt eadem di. nec licuit. Quàm ſit igitur periculoſum, in hac ipſa re mandata tranſgredi Apoſtolica, c. illud inſpicite patres optimi, Nulli fas eſt, 19. diſt. cuius ego ſeriem, ne aures & dignitates veſtras tam grauiter offeuderem, ſub ſilentio prætereundum eſſe ſtatui. Graue quidem igitur & periculoſum ab omnibus cenſetur, reuerendiſſimi patres, hoc q̃d paulò ante diximus: ſed maiori cum admiratione dignum extimatum, quòd Romanũ poutificem citare præſumpſeritis, cùm diſt. 9. q. 3. ſcriptum ſit: Nemo iudex iudicabit primam ſedem iuſtitiam temperare deſiderantem: neque etiam ab Auguſto, neque ab omni clero, neque à regibus, neque à populo iudex iudicabitur, & gloſa ſuper uerbo, Omni clero, habet: Ita argumentum, ꝙ concilium non poteſt Papam iudicare, vt extra de electiouib⁹, ſignificaſti. vndè ſi totus mũdus * ſententiaret in aliquo negocio contra Papam, videtur quòd Papæ ſententiæ ſtandum eſſet, ut 24. q. 1. Hæc eſt fides. Nec ob argumentum gl. in contrarium, quia orbis maior eſt urbe, 93. di. legimus, quia illud intelligitur, cùm Papa diſſentiret à tota Eccleſia in articulis fidei, 15. diſt. ſicut ſancta, vbi eſt gloſa ad hoc notabiliſſima ſuper verbo, præſumpſerit, & illa gl. ſatis ſufficienter ſoluit obiectionẽ quæ fieri poſſet per c. illud, Frequens, editũ in ſacro concilio Couſtantienſi: quod certè non ita arctat Papã, quiu poſſit ex ſuprema ſua authoritate ſup loco & tempore celebrandi concilij diſpenſare. Quam quidem authoritatem nimis impia vult præſumptione violare, quiſquis eius poteſtatem tentat infringere, fauendo cupiditatib⁹ ſuis: & id quod accepit à veteribus, non ſequendo, vt eſt textus. l. 19. di. Ita dominus. Mortaliter etiam huiuſmodi legum circunſtantiæ ſemper in authoritate & prudentia principis reſeruatæ ſuut. mutatis em̃ illis, frequenter nõ ſolùm diſpenſationem, ſed abrogationem leges paſſç ſunt. Elici poſſunt hæc ex ſententijs Ariſtotelis in fiue 10. Ethicorum aliâs eſſet nimis inhumana huiuſmodi conſtitutio. Poſſet enim locus ad cõcilium deputatus, funditùs infra illud decennium euerti, in quo nullo vnquam tempore prælatorum congregatio fieri poſſet, neque alibi, ſi ſoli ſummo pontifici conſtitutionis illius diſpenſatio non tribueretur. Poſſet etiam Conſtitutio illa ex tempore, niſi in talibus diſpenſatio locum haberet, effici inutilis & captioſa, q̃d ab omni lege alienum eſſe debet, 4. diſt. Erit autem lex. Formale enim legis eſt, cauſas, perſonas, loca & tempora metiri, diſt. xxix. Sciendum, & c. neceſſe. neque propterea c. illud, Frequens, & alia edita in ſacro concilio Conſtantienſi, caſſa & inualida reputari debent. quotidiè enim in poſitiuis, etiam ſine cauſa, nedum cùm grauis cauſa inſit, vt eſt doctorum cõmunis ſententia: Papa diſpenſat, eaque penitus tollit, legibus in ſua ſoliditate remanẽtibus. Illud prætereo, patres optimi, quàm ſit ab omni religione alienum, Domini noſtri Ieſu Chriſti vicarium ad inſtantiam & pro intereſſe vnius viri, etiam quantacunq; dignitate prædiri, veſtro decreto impeti & moleſtari. Scio quoniam ſcitis reuerendiſſimi patres, & frequẽtius me vidiſtis. c. illud, Frequens: Aliorum hominum, cuius ego ſuperiùs mentionem feci, illius tamen recentẽ memoriam vobis ingeram, & inquã: Aliorum hominum cauſas Deus voluit per homines terminari: ſed ſedis iſtius præſulem ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio. voluit beati Petri Apoſtoli ſucceſſores cœlo tãtam debere innocentiam, & ſubtiliſſimi diſcuſſoris indagine inuiolatam habere conſcientiam. Nolite æſtimare eas animas inquiſitionis non habere formidinem, quas DEVS præ cæteris ſuo reſeruauit examini. Scitis inſupèr patres, quanta cum humanitate Marcellinum Epiſcopum almç vrbis ſuo ore etiam de idololatria conuictum cõcilium ritè congregatum, colligere in ſinu ſuo cauſam ſuam exhortatum eſt, tanquàm non liceret à quoquam primam ſedem iudicari, 21. di. Nunc autem. Facit ad hoc, c. ſequens, & c. In tantum. Illud ibi ſub ſilentio prætereundum eſſe ſtatui, patres reuerẽdiſſimi, quàm fuerit à veſtra ſapientia & charitate remotum, poſt illam loci mutationem, contra libertatem, authoritatem & poteſtatem ſummi Romani pontificis conatos vos eſſe, immò veriùs præſumpſiſſe pluriès ſtatuere & edita promulgare. noſtis, quàm formidabiles eſſe huiuſmodi trãſgreſſiones ſanctorum patrum decreta declarent. Vndè non dubium eſt, vt eſt textus. 22. diſt. c. 1. Omnes, quod pluriès allegauimus: quia quiſquis cuiuſlibet Eccleſiæ ius ſuum detrahit, iniuſtitiam facit. Qui autem Romanæ Eccleſiæ priuilegium detrahit, ab ipſo ſummo

Margin notes: Prou. 18. a — * ſentiret — locus obſcurus for. * & ca. illud, — 9. quæſ. 3 Aliorum hominũ.

Digitized by Google

mo omnium Eccleſiarum Capite traditum auferre conatur, hic proculdubiò in hæreſim labitur: & cùm ille vocetur iniuſtus, hic eſt dicendus hęreticus. fidem quippe violat, qui aduerſus illam agit, quæ mater eſt fidei: & ille contumax inuenitur, qui eam cunctis eccleſijs non prætuliſſe cognoſcitur. ſed ſi neque pœnæ formido, neque conſcientiæ vermiculus reprimere uos potuit, patres optimi, ſaltem commune, quod habent mēbra cum capite depreſſo, diſcrimen continere vos debuit. finis enim illius capituli, Aliorum hominum, cuius totiès mentionem fecimus, talis eſt: Rurſus patet ſanctorum voce pontificum, dignitatem ſedis eius factam eſſe toto orbe venerabilem, dū illi quidquid fidelium eſt, vbique ſummittitur, dum totius corporis caput eſſe deſignatur. de hac mihi per prophetam dictū

Eſa. 10. a videtur: Si hæc humiliatur, ad cuius confugietis auxilium? & ubi relinquetis gloriam veſtram? Multa ad hæc reprimenda, longè lateq; in toto iuris & canonum ambitu cōſcripta ſunt, quæ prætereūda eſſe cenſemus, vt celeriùs ad legationis noſtræ fructum ingrediamur. Nemo profectò eſt, patres optimi, qui de rebus grauibus æquo & moderato animo iudicet, qui non plurimùm admiretur huiuſmodi progreſſus ueſtros, opineturque grauia illos, & grauiora quàm ſint ſcandala, in Eccleſia Dei parituros, quibus quantum ex alto permittitur, & quanta cū clementia & charitate poteſt, ſanctiſſimus dominus noſter ſummus pontifex obuiare proponens, charitates veſtras humaniſſimè deprecatur, hortatur, monet, requirit & obteſtatur, per eam qua ſedi Apoſtolicæ obligamini, obedientiam, per integritatem fidei veſtræ, per ſalutem animarum veſtrarum, per vnionem eccleſiaſtici corporis, Chriſti ſanguine complantati, per ipſum IESVM Chriſtum Deum & Dominum noſtrum, vt ab huiuſmodi progreſſibus abſtinentes, ad pacem, ad vnionem, ad reformationem cleri & fidelium, ac intermiſſæ libertatis Eccleſiaſticæ inſtaurationem, modo quo poteſtis meliori cum ſanctitate ſua conueniatis. & quoniam concilij deſiderium ſanctitati ſuę & vobis commune eſſe uidetur, ſuum tamē tanto feruentius, quanto plùs ſua intereſt, vtputè qui in eo præeſſe habet, debet & vult, decreuit & deliberauit; & vult ut omninò concilium generale celebretur, in quo ſua S. non ſolum adeſſe & præeſſe vult, ſed vt membra condignam reformationem humili & manſueto animo tolerent, ſtatuit ut in primis reformatio à perſona ſuæ ſanctitatis inchoetur, non ſolùm à tēpore quo ad ſummum apoſtolatus apicem aſſumptus eſt, ſed teneræ iuuētutis: procedaturque ad reliqua totius Rumanæ curiæ membra: demū alios mundi principes atque prēlatos ſecundum gradus tangat & pungat, quo totus Chriſtianæ profeſſionis populus, correctionis fructum ſalutemque percipiat, ſtatuens ſacrum illud concilium ita protegere, ut nullo vnquam tempore illud diſſolui patiatur, niſi priùs (quantum poſſibile Deus permiſit) ſectæ, uepres, hęreſes & diſcrimina ab agro Dominico procul pellantur, quo Chriſti populus vnus & pacificus factus, atque euāgelicæ uitæ puritate renouatus, ac Chriſti charitate & deuotione accenſus, Chriſti crucem atque Chriſtiani populi ſanguine madefactos mucrones, in hoſtes crucis, domus & terræ ſanctæ occupatores, conuertere poſſit. Quā diem ſi Deus dederit, ut oculis propriis ſua S. intueatur, nihil in hac uita fructuoſius, nihil deſideratius, nihil iucūdius ſeſe conſecuturam ſperaret. Hic erit, Deo rem & cauſam ſuam ꝓmouēte & protegente, patres optimi, ſacri illius concilii finis, hic terminus, hic fructus. Vult igit̃ ſua S. concilium, vult omne bonū. Duabus igitur tantùm in rebus ſeu circunſtantiis à ſanctitatis ſuæ decreto diſſentire uidemini. Altera deputatum per S. ſuam locum deteſtatur, altera interpoſiti temporis dilationem. vtrunque pro pace & conſolationis uia, & ne membra à capite ſeparentur, ex innata humanitate ſua S. prouidere dignat̃. Ad primam enim diſſenſionem tollendam, quemcunque alium in Italia Eccleſiæ immediatè ſubiectum locum offert: cuius dominio, pro tempore celebrandi concilij, ſeſe expoliare decernit, & ſub concilij poteſtate ponere, cū conditione, ꝙ poſt finem cōcilij, Eccleſiæ & ſuæ ſanctitati reſtituatur. Ad ſecundum, illam temporis dilationem tollere, & ſeſe ad locum per nos eligendum & deputandum, modo prædicto perſonaliter & abſq; intermedio conferre. Ad quem primo congreſſu magnam prælatorum multitudinem ſecum ducet, alios cum celeritate ex omnibus mūdi partibus uenire compellet. Ad quem etiā locum pleroſque mundi principes uēturos, pleroſque ſolennes ambaſiatores & procuratores miſſuros, certò confidit. Nos etiam iuſſu ſuæ ſanctitatis vobiſcum illuc, ſi nunc uenire placet, ne quidquā tēporis interponat̃, ꝓperare ſpōdemus, uobis & cuilibet veſtrū oīum præteritorum perpetuis temporibus ualituram plenariam remiſſionē pollicentes ac omnimodam libertatem & ſecuritatē. Quòd ſi forſan Germaniæ reformationē, reductionemq́; Bohemorum cōmodiùs in Germania fieri arbitraremini, ſua S. eſt alterius longè ſententiæ, ut pręmiſſum eſt, pręſertim quia authoritas præſentię S. ſuæ ad tantarum rerum expeditionem, plurimùm neceſſaria uidetur. & an ultra Italię limites ſeſe, propter notoriā inualitudinē, cōferri poſſet, qui etiam quinquaginta paſſuum progreſſu laſſatur, uos ipſi dijudicate. neque exiſtimare debetis, patres optimi, Bohemos, ſi eorum intentio pia & recta foret,

En hic Eugenius ſpontè ſe ſubmittit Concilio, tantū abeſt vt contempſerit Concilia, quod illi obiecerūt nō ſemel Baſileenſes.

ab

Digitized by Google

ab eorum ſalute, ab vnione fidelium, ab amęniſſima pace propter loci diſtantiam retardari: neque propter ipſorum hæreticorum reductionem, quam tamen credere, conſideratis multis, mens refugit, poſtponēda eſt orientalis Eccleſiæ reuocatio, quæ tantis patribus incredibili ſapientia & ſanctimonia refertis abundauit, vndè ſcilicet doctrinæ fidei gloria meritò eſt tributa, cuiꝰ inclinationem nuſquàm hactenus promptiorem vidimus, neque ſtricto & iuſto Dei iudicio eius magis neceſſariam, neque à tam pio & catholico principe oblatam. pereunt ſanè in tarditate reductionis decentum Huſſitarum animæ, pereunt orientalium ſchiſmaticorum, & abſque dubio longè plurium. Modus eſt igitur, vt abſque intermedio vtrique iuuitentur, ne cum illis ſimul pereamos & nos, & vt ſi illi obſtinatione ad gebennam ędificent, liberemur & nos. poſſunt certè vno eodemque contextu ad vnitatem Eccleſiæ hi duo populi reuocari, poſſunt & debent, maximè cùm ab altero innitemur & nos. Tamen ſi in ea opinione veſtra perſiſtitis, placet ſuæ ſanctitati, ne propterea ab eius voitate recedatis, quòd in ambarum harum rerum expeditione reoerendiſſimus dominus meus legatus intendat. Placet inſupèr qoòd vos eidem adiumento ſitis, ſi hoc fructuoſius, quàm ſine intermedio ad concilium proficiſci, exiſtimatis. Quòd ſi complementum rerum huiuſmodi per dominum legatum & vos fieri non poſſit, reliquum quod ad perfectionem extabit, ſupplebitur io cōcilio generali. Germaniæ tamen reformatio plùs antiquorum canonum obſeruatione, in qua modeſta coactio neceſſaria eſſe videtur, quàm nouarum conſtitutionum editione indiget. Qua in re per dominum legatum poteſtate & fauore circumfultū, dari poterit aptiſſimus modus, præſertim cùm clerus huius patrię hactenos Deo deuotiſſimus extiterit, & ad obdientiam ferè ex natura paratiſſimus, facile itaque ad decorem priſtinum reducentur. Hæc eſt ſanctiſſimi domini noſtri pia intentio, patres, hoc deſiderium, hoc votum atque decretum. Suſcipiatis igitur reuerendiſſimi patres iuſtum vobis verbum, quanta cum oportet charitate & humilitate, ne qui videmini pacis, vnionis & reformatioois amatores, nouotum ſchiſmatum, diſſenſionum & deformitatum capita reputemini. Amplectamini amore IESV CHRISTI charitatem non fictam. ea eſt, de qua Apoſtolus
1. Co. 13. a ad Corinthios ait: Charitas patiens eſt, benigna eſt: charitas non ęmulatur, non agit perperàm, non inflator, non eſt ambitioſa, non quærit quę ſua ſunt: non irritatur, noo cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitatem, congaudet autem veritati. Ea quę ſummoperè appetere videmini, patres optimi, profectò magna & ardua ſunt, & frontē per ſe honeſti & boni ferunt, quorum tamen appetitus humilitatis freno contioendus eſt. cogitaos enim magnam fabricam conſtruere celſitudinis, de fundamento priùs cogitat humilitatis. Aurelius ille Auguſtinus ait: Efficiendum eſt igitur, prout ille noſter Arpinas (gentilis tamē, ſed moraliſſimus) Cicero in Officijs inquit: Vt appetitus rationi obediāt, eam neque præcurrant, neque propter pigritiam aut ignauiam deſerant, ſintque tranquilli, atque omni animi perturbatione careant: ex quo elucebit omnis conſtantia, omniſque moderatio. nam qui appetitus lōgiùs euagantur, & tanquam exultantes, ſiue cupiendo, ſiue fugiendo, non ſatis à ratione retinentur, ſine dubio finem & modum tranſeunt, & relinquunt, atque abijciūt obedientiam, cui ſubiecti ſuot lege naturæ. Benè igitur Auguſtinus aiebat, quod menſura humilitatis, cuique ex menſura ipſius magnitudinis data eſt. Bonū eſt igitur, quærere dignos iuſtitiæ fructus, patres, ſi tameo humilitatis frenum non relaxetis: quia Chryſoſtomus ille græcus inquit: Si iuſtitię coniunxeris humilitatem, quo non ibit? adſiſtet ipſi tribunali diuinoo io medio angelorū. Penſate igitur rerum, quas agitatis, magnitudinem patres: commenſurate dignitates veſtras, & ita omnia ponderate, vt opera veſtra diuinæ voluntati conformeotur. Hæc eſt igitur volon- 1. Theſ. 5. d
tas Dei, vt cum Apoſtolo concludamus, ab omni ſpecie mali abſtinere vos. Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos per æuum, vt integer ſpiritus veſter & anima & corpus, ſine querela io aduentu Domini Ieſu Chriſti ſeruetur, Amen.

Ego Iacobus Adſerricius presbyter Tarentinus, publicus Apoſtolica authoritate notarius, & reuerēdiſſimi in Chriſto patris domini Ioannis archieſcopi Tareñ. &c.

ORATIO LVCVLENTA PRAEſidentis, habita in concilio Baſileeñ. nomine Eccleſiæ catholicæ ad conuertendum Bohemos.

Hac tū Bohemi placati adeò non fuerunt oratione, vt deinceps etiam in ridicula proruperint, videntes ſe eloquentia impares, vt teſtatur naucleruS.

Ieſus Chriſtus. Amen.

LOcuturus pro publica populi Chriſtiani vtilitate, opus mihi eſſe arbitror, vt perſonam priuatam exuam: & induam publicam: & tam publicam, vt omnes cōpręhēdat, & nemo ab eius iuriſdictione eximatur. Hæc eſt illa ſancta catholica Eccleſia, ſponſa Chriſti & Chriſtianorum omnium mater. Hæc inquam quæ nos omnes ad hūc locum diuinæ benedictionis vocauit, & ad nuptiale inuitauit conuiuium, antequàm ea pro quibus conuenimus, tractare incipiamus, pauca nobiſcum ex viſceribus charitatis loqui decreuit. Itaque iam non me quaſi meipſum loquentem audiatis, ſed tanquàm matrem & alumnam communem, ſanctam Dei Eccleſiam. Ego duntaxat miniſterium præbeo, & rudem linguam, qua vt inſtrumento vtatur, tantùm ac commodo. Ipſa autem eſt, quæ

coocipit.

concipit dictatque ſententias. Nec vos admiratio teneat, quòd hæc tam grandis & circunſpecta domina, ex hac magna congregatione, in qua plurimi ſunt & ſancti & literati viri, me ſolum elegerit, indoctũ & peccatorem. Habet enim apud Deum neſcio quid priuilegij officium publicum, quo diuina potentia virtutes ſuas crebrò exercere conſueuit. Cùm itaque præſidens ſim temporis huius in hoc ſacro concilio, quanquã ſupra modum indignus, elegit me ſponſa Christi, non uitæ merito, ſed authoritate officij, per quem animi ſui conceptum explicaret. Quòd ſi forſitan (vti vereor) ex ore meo aliquid ineptum effluxerit, non imputetis quæſo huic ſapientiſſimæ mulieri, quæ in nulla re errare conſueuit: ſed tantùm incircuncisis pollutisque labijs meis, quemadmodum nec imputandum foret magiſtro in arte muſica peritiſſimo, ſi inſtrumentum rubiginoſum aut confractum in quo pſallit, raucam & non benè ſonoram emittat vocem. Vos autem obſecro, vt interim, me loquente, tacitè in cordibus veſtris oretis, quatenùs honore ſanctæ matris Eccleſiæ ac noſtra ædificatione, ſpiritusſanctus igniculo
Iſa. 6. b illo, quo labia Iſaiæ purificauit, ſaltem per horam purificare dignetur & mea. Deinceps magna cum deuotione & reuerentia matrem noſtram loquentem audiamus omnes, & attentè conſideremus diuini exordij uerba, quibus nos allocutura eſt, quæ ſumpta ſunt ex B. Apoſtolo Paulo ad Phil.
Phil. 2. a Si qua conſolatio in Christo, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſerationis, implete gaudium meum, ut idem ſapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes, idipſum ſentientes, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, ſed in humilitate: in primis nolo exiſtimetis, ad aliquos tantùm ex uobis me verbum facere. Ad uniuerſos, prout cuiq; opus eſt, meus ſermo dirigitur. totam ego hanc congregationem, non partem, alloquor. Omnium enim veſtrum æqualis mihi cura eſt. Nam omnes filij mei eſtis, & in vtero meo non ſine magno labore concepti. Ego enim ſum ſponſa Chr̃i, in quo ſecun-
Col. 3. b dũ Apoſtolũ ad Coloſ. Non eſt maſculus & fœmina, gẽtilis & Iudęus, circũciſio & pręputium, barbarus & Scytha, ſeruus & liber, ſed oĩa & in oĩbus Chriſtus. Auſcultate igitur diligenter oẽs qui hic adeſtis, & in cordibus veſtris recondite in ſpiritu lenitatis quæ dictura ſum, & ꝓ viribus enitimini implere gaudiũ meum. Naturali iure & diuina lege filioli mei conſtringimini credere conſilijs meis, & pręceptis meis obtẽperare. Natura ipſa filio ſuadet, cùm ſe à matre genitũ eſſe ſciat, & ab ea ſuper omnes ſe amari cognoſcat, vt eam ſimiliter diligat, honoret & conſoletur, & eius omnibus acquieſcat con-
Tob. 4. a ſilijs. Ita Tobias ſenior moriens admonebat

filium ſuum: Honorem exhibebis matri tuæ omnibus diebus vitæ ſuæ. Memor enim eſſe debes, quæ & quanta pericula paſſa ſit propter te in vtero ſuo. Lex etiã digito Dei ſcri- Exo. 20. b
pta, inter præcepta quæ ad humanam ſocietatem pertinent, hoc primũ iubet, vt parentes à filijs honorẽtur. propter quod Apoſto-
lus inſtituit Coloſſ. Filij, obedite parentibus Coloſſ. 3. d
per omnia hoc enim beneplacitũ eſt in Do-
mino. Quantũ meriti filius honorando ma- Eccle. 3. a
trem, quantúmve ſupplicij eam contemnendo expectet, ſcriptura diuina inſinuat, di-
cẽs: Sicut q thesaurizat, ita & q honorat ma- Prou. 1. a
trem. & rurſùs: Fili mi, ne dimittas legẽ ma-
tris tuæ, ut addatur gratia capiti tuo. Econ- Eccle. 3. c
trà, Maledictus à Deo qui exaſperat matrẽ. Accedit præterea, quòd conſilijs meis ſine vlla hæſitatione parere debetis: quia nõ ſum ſicut vna de ſtultis mulieribus huius ſeculi, ſed in omni virtute & ſapientia ab omnipotente Deo pleniſſimè imbuta. propter quod certi eſſe debetis, præcepta mea tanquàm ex ſapientiæ fonte manantia, nõ poſſe eſſe niſi ſalubria, nec illud omittendum eſt, ꝙ quidquid vobis conſuluero ac iuſſero, faciliimum eſt, & ſupra modum delectabile. Quę cura mihi ſit de ſalute veſtra, hinc facilè pſpicere poteſtis, quòd gaudium meũ impleri non poteſt, niſi & vobis bene ſit. Gaudium meum ex veſtra pendet vtilitate, non poſſum eſſe lęta, niſi & vos lætos atq; vnanimes intuear. Carpũtur viſcera mea, ſi quem de filijs meis vel modicum lædi videro. Crucior tota, ſi quid accidat eis infortunij. Madeſcunt tunc præſertim genæ meæ lachrymis, cùm inter filios meos diſſidij aliquid ortum ſentio. Et licèt aliquæ interdum matres repertæ ſint quæ dimiſſis filijs, ad nouos maritos ſeu ꝓcos ſe tranſtulerũt, & voluptatibus proprijs ſatisfacere cupiẽtes, filiorum ſuorum obli-
tę ſunt: ego* autem de numero illarum com- for. *tamẽ
putari debeo, prout experientia manifeſtat,
de quibus Iſaias ſcribit: Nunquid obliuiſci Iſa. 49. d
poteſt mater infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? Quanquàm etiam quidam ſint patres aut domini, qui filiorũ culpis miſerijsq; non mouentur, dicẽtes: Satis mihi eſt, quòd bene ago & mihi bene ſit: de cæterò neq; iniquitas mea, neque delictum meum. Ego autem non ſic. licèt enim nihil mihi conſcia ſim, hoc me non cõſolatur, niſi & idem filijs meis adeſſe videam. Nec mihi ſatis eſt ſemel admonuiſſe, niſi iterum atque iterum & ſine intermiſſione vſq; in finem ſedulò eos cõmonefaciã. Dilectiſſimi mei, ita vos oẽs affectu quodam inexplicabili diligo, vt nulla tã grauia eſſe poſſint diſcrimina, quibus libens pro ſalute veſtra me vltrò non obijcerem. Quot martyria, tormenta, perſecutiones à ſęuis imperatoribus & tyrannis in primitiua adoleſcentię meæ ętate pertulerim pro ſalute eorum qui tunc erant filiorũ, & qui poſteà ſucceſſerunt & ſucceſ-

ſuri ſunt, quis vnquàm poſſet enarrare? Inũdauerunt plateæ ciuitatum ſanguine membrorum meorum, vt fides catholica in filijs meis illibata perſiſteret. Ita quidem vos oẽs in præcordijs meis infixi eſtis, vt non niſi de veſtris commodis cogitare queam, pro quibus non ſolùm alligari, ſed & mori in mem-
Actu. 21. e bris meis pro vnoquoq; veſtrum omni tempore parata ſim. Sequor in hoc veſtigia ſpõſi mei, qui ita me & corpus meum dilexit, vt pro ea animã ſuam ponere nõ dubitauerit. Vidi ipſum ſæpenumerò lachrymantem ac dolẽtem pro membris meis. Audiui ipſum
Luc. 23. inter maximos cruciatus clamantem: Pater, ignoſce illis. licèt vndique dilectus manaret ſanguine, & atrociſſimis tormentis vndiq; agitaretur, nihil tamen aliud quàm ſalutem filiorum meorum ſitiebat. Sic & me ſpõſam ac diſcipulã ſuã facere decet, & memoriam cõtinuam veſtri habere, ac die noctuque gemitibus inenarrabilibus clamare & interpellare ad Deum pro vobis, vt nemo pereat ex his quos tradidit mihi. Propterea ſic anxia ac ſolicita poſtulo, vt impleatis gaudium meum. Quanto mentis affectu, quãtaq; anxietate & vehementia deprecationem hanc meã ad vos porrigam, ex verbis apoſtolicis
Phil. 2. a modò propoſitis animaduertite: Si qua conſolatio eſt in Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſerationis, implete gaudium meũ. Quid eſt dicere, ſi qua cõſolatio eſt in Chriſto, niſi quia maxima eſt? quã ſi habere vultis, opus eſt vt impleatis deſiderium meum. Immoremur, ſi placet, paululùm in hoc Chriſti nomine. nõ enim decet memoriam ſponſi mei
Cant. 2 & 5. ſic perfunctoriã tranſire. Eius quippe amore langueo, & liquefacta eſt anima vt primũ nomen dilecti mei inſonuit auribus meis. Quid (quæſo) maius dici poteſt, quàm cõſolatio in Chriſto, qui eſt pater miſericordia-
2. Cor. 1. a rum & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos ĩ omni tribulatione noſtra? Fallitur, qui putat alij in rebus conſolationem poſſe reperiri. Ad ipſum duntaxat pro conſolatione accedere oportet, quoniam per
Ibidem. Chriſtũ, vt inquit Apoſtolus, abundat con-
Mat. 11. d ſolatio noſtra. Ipſe ſolus eſt qui dicit, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos, & inuenietis re-
Ioan. 7. f quiem animabus veſtris. & rurſus: Qui ſitit, veniat ad me, & bibat. Poſſidete quod vultis aurum, argẽtum, regna, ciuitates, ſcientiam, & eloquentiam, & quidquid ſub cęlo eſt: ſine Chriſto moleſtias potiùs q̃ conſolationẽ experiemini. Solus Chriſtus eſt conſolatio, pax, quies & trãquillitas: quod & ipſe, trãſiturus ex hoc mundo, diſcipulis ſuis prædi-
Ioan. 16. d xit: In mundo preſſurã habebitis, in me autẽ pacem. Si igitur filij mei conſolationem in Chriſto obtinere ſperatis, neceſſe eſt vt impleatis gaudium meum. Non enim aliter dominus meus vos cõſolabitur, niſi & vos vnicam ſponſam ſuã cõſolemini, quam vt animam ſuã & pupillã oculi ſui diligit. Sequitur: Si quod ſolatiũ charitatis, hoc eſt, ſi cha- Phil. 2. a
ritatem habere vultis & ex charitate ſolatiũ, implete deſideriũ meum. Charitas dilectio eſt. vbi dilectio, ibi delectatio: vbi delectatio, ibi ſolatium & gaudium. vbi charitas eſt, ibi Deus eſt, quia Deus charitas eſt. Econtrà 1. Ioan. 3.
vbi charitas non eſt, ibi nec Deus eſt, nec quidem boni aliquid eſſe poteſt. Si igitur charitatem & Deum, & omne bonum cum Deo deſideratis, votis meis ſatisfacere vos oportet. Si præceptum primum cauſa charitatis eſt, vt diligatis Deum: diligendo me, diligitis profectò Deum, quia Chriſtus Deus & ego, vna myſtica perſona ſumus, cuius ipſe
eſt caput. duo enim ſumus in carne vna. & Epheſ. 1. d
hoc eſt illud magnum ſacramentum, de quo
inquit Apoſtolus, in Chriſto & Eccleſia. Si Ephe. 5. d
item ex charitate diligendus eſt proximus, quis vobis proximior eſt, quàm ego mater veſtra, & talis mater, quæ non ſemel vt aliæ matres, ſed & præter ſacri baptiſmatis generationem, continuè in verbo prædicationis & exhortationis vos pario? Ita in pſona mea
inquit Apoſtolus: Filioli mei, quos iterum Gal. 4. e
parturio, donec formetur in vobis Chriſtus.
Iterum & tertiò: Si qua ſocietas ſpirituſſan- Phil. 2. a
cti, implete gaudium meum quid hoc ſignificat, niſi q̃ ſi vultis habere vnionem, quam facit ſpirituſſanctus in omnibus fidelibus, ſi vultis eſſe participes ſpirituſſancti & eius ſocietatem habere, ſi vultis vt ſpirituſſanctus habitet in vobis, lætificate matrem veſtram Eccleſiam? O vehemẽs admirationis genus, quàm ignitus eſt hic ſermo & penetrabilior
omni gladio ancipiti, pertingens vſque ad Heb. 4. c
compagem animæ, ſpiritus, ac medullarum. Sed non tam properè ſpirituſſancti memoriam percurramus. Nam ineffabile quoddã in ore meo, dum ipſum recenſeo, ſentio ſuauitatis nectar. Et quia multa hic ſpiritus paraclitus mihi beneficia cõtulit, multũ equidem, ne ingrata ſim, diligere ipſum debeo. ſuę enim cuſtodię dimiſſa ſum, ne videar orphana. Ipſe me protegit, ne portę inferi præualeant aduerſus me. Ipſe me fouet, dirigit,
& gubernat. Ipſe primùm induit me adole- Luc. 24. g
ſcentulam virtutem ex alto, & in me reſedit
per ignem, vt charitate arderẽ: & in lingua, Acto. 2. a
vt linguis omnium loquens, omnes docere poſſem. Ipſe adſtat ſemper auribus meis, & quidquid dixerit Chriſtus, ipſe ſuggerit mihi, docetq; * mihi omnem veritatem ſpiritus ipſe veritatis. nec me vnquàm errare paſſus eſt, neque (vt ſpero) vſque ad conſummationem ſeculi patietur. hic mihi abundè largitus eſt ſeptem eius ſacratiſſima munera, ſpiritum videlicet ſapientiæ & intellectus,
conſilij & fortitudinis, ſcientiæ, pietatis & Eſa. 11. a
timoris. dona ipſius Spirituſſancti habeo, vt per ſapientiam ſim matura, per intellectum prouida, per conſilium cauta, per fortitudinem

nem animoſa, per ſciētiam diſcreta, per pietatem miſericors, per timorē humilis. Multa nimis de Spirituſancto dicēda forent: ſed quis ad lucem, quam inhabitat, inacceſſibilem accedere poterit? Nūc autē duo hæc de doctore meo referre ſatis ſit, vt vnuſquiſq; Chriſtianus cognoſcat, quantum amare, & revereri ipſum debeat. Spiritus paraclitus hic eſt, de quo conceptus & incarnatus eſt Redemptor generis humani Ieſus Chriſtus Deus meus & Deus veſter, Dominus meus & Dominus veſter. Ipſe etiam eſt, de quo inquit Apoſtolus:
1.Cor. 12. a Nemo poteſt dicere, Chriſtus Ieſus, niſi in ſpirituſancto. Si igitur huius ſpirituſancti, qui tam mirabilium eſt patrator operum, ſocietatem habere vultis, implete gaudium meū. Tandem & quartò vos obſecro per viſcera miſerationis, ſi qua in vobis ſunt, vt impleatis gaudiū meū. Omnis ſumma Chriſtianæ diſciplinæ in pietate &
Matt. 25. d miſericordia conſiſtit. quantum miſericordiæ & pietatis opus Deo ſit cordi, hinc conſtat, quòd in extremo mundi iudicio, de miſericordia ſolùm ratio exigetur. pietas ſeu
1.Tim. 4. b miſericordia ad omnia eſt vtilis, promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt futuræ, ſecundum Apoſtolum. Hic enim diuitias & gloriam, in futuro vitam æternam conſequitur. De hoc dictum eſſe videtur, quod ſcri-
Prou. 3. b bitur in lib. Sap. In dextera eius anni vitæ, in ſiniſtra illius diuitiæ & honor. Si ergo promiſſionē huius vitæ æternæ optatis, miſeremini matris veſtræ quæ tam diu de filiorum ſuorum diſſidio vehementer affligitur. per viſcera miſericordiæ Dei noſtri vos oro, vt in veſtra me vnitate conſolemini. Non violentum aliquid à vobis exigo, ſed ipſum naturalem affectum, qui ad miſericordiā uos meritò inclinare debet, tum ad oēs homines, tum præſertim ad matrem veſtram &
1.Cor. 12. d membra veſtra inquit Apoſtolus: In id ipſum ſolicita ſunt membra: & ſi quid patitur vnum membrum, compatiuntur & cætera. Cùm ſitis membra corporis mei, naturali pietate tam matris veſtræ, quàm cæterorum membrorum, ex veſtro diſſidio ſe affligentium, miſereri ac compati debetis. Si vt primùm Ioſeph vidit Beniamin fratrem
Gen. 45. a ſuum paruulum in Aegyptum deductum, commota ſunt viſcera eius, nec ſe cohibere poterat quin lachrymæ ex oculis erumperent: quanto magis viſcera veſtra cōmoueri debēt ad pietatē, & oculi erūpere ad lachrymas, viſa matre veſtra & genitrice, tot fratrū veſtrorum diuturno mœrore tabefacta? Sic igit' filioli mei cōteſtor & adiuro vos per cōſolationē Chri, per ſolatiū charitatis, per ſocietatē ſpirituſancti, per viſcera miſerationis, vt gaudium quod de vobis concepi, hoc in loco cōpleatur. Intelligitis, puto, cur dixerim, implete gaudium meum: hoc ſignificat, aliquid gaudij cœptum eſſe, aliquid aūt reſtare vt impleatur. Cœptum eſt gaudium in corde meo, cùm tempus huius ſacri concilij celebrandi aduenit, per quod ſpes mihi nō parua erat, vt filij mei vndiq; colligēdi, infirmitatibus corporis mei, quæ proh dolor grauiſſimæ ſunt, oportunè prouiderent, & fidem orthodoxā, quam ipſa profiteor, viriliter ab impugnantibus tuerentur, pacemq; vbiq; exulantem intra fines meos reducerent, ac virtutes multis in locis ac perſonis ferè extinctas reſuſcitarēt, quēadmodum hæc oīa in alijs ſacris generalibus concilijs per ſpirituſancti gratiā ſæpenumerò facta ſunt. huiuſmodi autem gaudium tunc auctū eſt, cùm per pijſſimas huius ſacri concilij literas, Bohemiæ populus ad hanc ſanctam ſynodum magna cum charitate cōuocatus eſt, & ei libera audientia oblata. Sed tunc præſertim exultauit animus meus cum conuenientibus huius ſacri concilij & Bohemorum ambaſiatoribus in oppido Egræ, vnanimiter cōcluſum eſt, vt vos Bohemi ad hunc locū proficiſceremini: quod, Deo diſponente, iam oculis meis factū video. Nunc autem ſpes futuri gaudij magis ac magis appropinquat, quando filios meos ante hæc tēpora inuidia diaboli inter ſe diuiſos, nec ſe reſpicere audientes, nūc inſimul modeſtè cōfidere, pacificè loqui, & manſuetè inuicē conuerſari adſpicio. Et quo magis corpora coniunguntur, eo maior ſpes eſt conciliandorum animorum. Multum quidē effluxit temporis, quo lætiorem diem quàm iſtum experta non ſum: quandoquidem veriſimilia futuræ vnionis fundamenta, ex tam felici initio inter filios meos iacta eſſe videntur. Agite igitur filij mei, implete gaudium meū, date operam, vt quod tam laudabiliter incboaſtis, optato fine termineris. Gaudium cœptum eſt. reſtat vt cōſummetur. in manu veſtra eſt conſummare illud, & cōſolari matrem veſtram, atq; omnem exhilarare populum Chriſtianū, qui magno cum deſiderio finem conuentionis veſtræ præſtolatur. Facite, obſecro, ne fruſtrà huc veniſſe videamini. Sic agite, vt tot labores iam vltra annum incaſſum non diſpereant, & gentes tam grādi de vobis ſpe cōcepta nō fruſtrentur. Quis tam duri cordis filius eſt, qui tam vehementer obſecratus, audeat contraire maternis precibus? Quis tam inhumanus atq; impius reperiri poteſt, qui ſic efficaciter à matre adiuratus, mox non acquieſcat, & cū Salomone dicat: Pete mater mea, neq; enim fas eſt, 3.Reg. 2. d
vt auertam faciem tuam. Sub hac igitur ſpe Filioli mei, explicabo vobis deſideriū meū, & confidenter aperiam quod illud ſit gaudiū, quod tantoperè per vos impleri efflagito. Sed hoc filij mei ſcitote, nihil difficile aut laborioſum me petituram. Dulciſſimū erit & vtiliſſimum, & quo magis contrectabitur, eo dulcius atq; vtilius fiet. Hoc eſt inquam gaudium, quod impleri poſtulo: Primùm, vt idem ſapiatis omnes: deinde, vt eā-

dem charitatem habeatis. Quid de hac du-
plici petitiúcula vobis videtur filij? Nunqd
præcipio vobis, vt trâſfretetis maria, per or-
bem peregrinemini, cum hoſtib⁹ pugnetis?
Non iubeo vt contemnatis diuitias, vt cor-
pora veſtra maceretis ieiunij, vt martyria
& tormenta ſubeatis. Nihil horum, vt audi-
ſtis, quanquàm & ſi iſta præciperem, conté-
nenda non eſſent. Nam & fratres veſtri, qui
vos præceſſerunt, iuſſu meo hæc & maiora
forti animo ſæpenumerò factitârunt. Sed
hoc dũtaxat hortor, hoc moneo, vt idipſum
credatis, & alter alterum diligat. Credere, fa-
cilium eſt? amare, dulciſſimum, vtrunque
verò vtiliſſimum. His duobus præceptis con-
ficiendis re nulla extrinſecùs opus eſt. Cre-
dite, & amate inuicèm in cordibus veſtris,
& ſatisfeciſtis deſiderio meo. In momento,
in ictu oculi hoc agere poteſtis. Velitis, &
factum eſt. Primum eſt igitur, vt idem ſapia-
tis. Quid eſt, idem ſapiatis, niſi vt non diuer-
ſa alter ab altero, de fide Domini noſtri Ieſu
Chriſti ſentiatis? A fide incepi, quoniam fi-
des, Chriſtianeæ religionis & omnis ſalutis
ianua eſt. Hæc eſt fundamentum & radix oĩs
ædificationis, q̃ creſcit in domo mea. Aliud
1.Cor.3.c autem fundamentum, ſecundum Apoſto-
lum, nemo poteſt ponere, quàm quod po-
ſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Hoc autẽ
fidei fundamẽtum, quàm firmiter ſuſtentet
ædificium quod ſuperimponitur, quantaq;
illud virtute ac gratia communiat, & hæc ra-
dix quàm ſaluberrimos ſuauiſſimosq; ex ſe
producat fructus, quo alio probationis ge-
nere vti opus eſt, niſi hoc ſolo teſtimonio, ꝙ
Chriſtus Ieſus, per quem facta ſunt omnia,
huius ędificij baſis ac fundamẽtum fieri di-
gnatus eſt? Huic ergo tam ſtabili fundamẽ-
to ſi quis corde puro & cõſcientia non ficta
ſubiecerit, primùm ab immũdicijs ſi quas ha
Act.15.b bet, purificabitur, vt in Actibus Apoſtolorũ
ſcriptum eſt. fide purificans corda eorum.
purificatus verò, mox in Dño iuſtificabitur,
Rom.3.d vt inquit Apoſtolus, arbitramur hominem
iuſtificari per fidem. Sic autẽ anima per fidẽ
Oſeę 2.d purificata ac iuſtificata, merebimur deſpon-
ſari à Domino, vt ipſe per Oſeã inquit: De-
ſponſabo te mihi in fide. Quicunq; verò ſic
deſponſatus fuerit, fortis fiet vt illi magno
1.Petr.5. aduerſario noſtro leoni rugienti poſſit reſi-
ſtere, cui (inquit Petrus) reſiſtite fortes in fi-
de. Huic qui reſiſtere potuerit, eiuſdem fidei
virtute facilimè vincet & ſuperabit mundũ.
1.Ioan.5.a Hæc eſt victoria, inquit Ioannes, quæ vincit
mundum, fides noſtra. Mundo autem deui-
cto, benedictionem accipiet per eandem fi-
Gal.3.b dem à Domino: quia qui ex fide ſunt, ſecun-
dum Apoſtolũ, benedicẽtur à Domino cum
fideli Abrahã. Sed & hæc amplius, quia Chri-
ſtus in corde fidelis animæ habitaculum fa-
Epheſ.3.d ciet. Habitare, inquit Apoſtolus, Chriſtum
per fidem in cordibus veſtris: nec ſolùm ha-
bitabit quinimmò per fidem in filium ad-
optimũ aſſumet. Omnes enim, inquis Apo-
ſtolus, filij Dei eſtis per fidẽ. poſtquàm autẽ Gal.3.d
fidei merito tantũ muneris à Domino cõſe-
cuti fueritis, & reſpondebit nobis ſicut olim
centurioni, Fiat tibi ſicut credidiſti: & quẽ- Matt.8.b
admodum Chananææ, Magna eſt fides tua, Mat.15.c
fiat tibi ſicut vis. Tam precioſa eſt huius fi-
dei radix & ſemen eius, ꝙ ſi modicum quid
ex ea habueritis, (quid aute minus dici po-
teſt, quàm granũ ſinapis?) diceris huic mon- Marc.4.d
ti, transfer te, & transferẽt ſe. Quãquam autẽ Luc.17.b
non ſemper eo modo, quo verba petẽtis ſo- Mat.21.c
nant, quis exaudiatur: obtinetur tamen per
fidem id, quod magis petẽti prodeſt, ad vi-
tam præſertim æternam, in qua omne deſi-
derium includitur, cuius vitæ æternæ per fi-
dem hic promiſſionem cõſequemur. Inquit
Tobias: Filij ſanctorum ſumus, & vitam ex- Tob.2.c
pectamus quam Deus daturus eſt his, qui
nunquam mutant fidem. Quid plura? Sine
hac ambulare non poteſtis, quia per fidem
ambulamus, inquit Apoſtolus. Sine hac nec 2.Cor.5.b
etiam viuere, quia iuſtus ex fide viuit. Sine Rom.1.b
hac, vt idem atteſtatur Apoſtolus, impoſſi-
bile eſt placere Deo. Sine hac qlibet in abyſ- Heb.11.a
ſum errorum mergitur, ſicut in profundum
maris mergi incipiebat Petrus, cui dictũ eſt
à Domino: Modicæ fidei, cur dubitaſti? Vi- Mat.14.d
deat igitur vnuſquiſque, quantũ ſtabilitatis
ac firmamenti ex hoc fundamento, quàm
precioſos fructus ex hac radice, quantaq; oe
cœleſtia bona ex hac fidei profeſſione alleq
poſſit. Quid ergo illa precioſius? Recte in-
quit Petrus, probatio fidei, precioſior eſt 1.Pet.1.b
auro quod per ignem probatur.

Sed ad veram adipiſcendam fidem, filioli
mei, primùm noſſe oportet, ſub qua domo
huiuſmodi (quod antè dixi) fundamentum
iactum ſit, & quemadmodùm ad eam perue-
niatur. Super hoc fundamentũ domus mea Mat.16.c
a Domino edificata eſt, ipſo dicente: Super
hanc petram, videlicet fidei, ędificabo Eccle
ſiam meam. Videte quis hic ædificator & ar-
chitector. Is, cui⁹ manu facti ſunt cœli & ter-
ra, & cuius ordinatione perſeuerant dies, & Pſal.118.m
omnia ſeruiunt ſibi. Hic noſter fabricator,
tam ſolidè huic fundamẽto domum meam
ſuperimpoſuit, vt quãquam poteſtas ſatanę
tanta ſit, vt ſecundum Iob nulla ſit ei ſimilis Iob 41.c
in terris, quem ipſa veritas principem huius Ioan.12.e 14.d, 16.b
mundi appellat, tamen aduerſus hãc meam
domũ priuilegio Chriſti nihil ꝑualere poſ-
ſit. Scrutamini ſcripturas & nulla domũ ſic
fundatam, nec tale ei munus indultũ inue-
nietis. Hanc domum perflare venti poſſunt, Matt.7.d
cũcutere non poſſunt, fulguraq; ac turbines
aerij illam tangere, ſed nõ euertere: quia hęc
eſt domus Domini firmiter ædificata, benè
fundata ſuper firmã petram, Non ſuper are- Apoc.21.f
nam aut trabes putridas ſeu ſaxa mortua,
fundata eſt hæc ſacroſancta mea domus: ſed
ſuper lapides precioſos iaſpidis & ſaphiri & Apoc.21.a
aliorum decem, quos in Apocalypſi nomi-
natim

Digitized by Google

natim Ioãnes enumerat: ſed quod omnibus
precioſis lapidib. precioſius eſt, ſuper petrã
Chriſti viuam. Nec etiam mortali manu ho-
minum facta eſt, ſed noua deſcendit de cęlo
à Deo parata, ſicut ſponſa ornata viro ſuo.
Nemini, vt hanc domũ demoliatur, ingredi
* anguli fas eſt, quam 12.*angeli (vt in eadem Apoca
Apoc. 21. c lypſi ſcribitur) in portis cuſtodiũt. Sed qua-
lem intus putaris hanc eſſe domum? an cali-
ginoſam, an fortè ad depellẽdum tenebras t
lumẽ tibi eſſe ex oleo, aut ceta compoſitum?
aut, quod plus eſt, Solem aut Lunã in illa lu-
cere? Maius aliquid habet, & longe maius.
Sed qđ illud eſſe poteſt Sole & Luna maius
Apoc. 21. f lumen? Audite Ioannem in Apocal. dicentẽ:
Et ciuitas (quam paulo ſuperiùs nouam de-
ſcendentem de cęlo, & vxorem agni dixerat)
nõ eget Sole neq; luna, vt luceant in ea. Nam
charitas Dei illuminat eam, & lucerna eius
eſt agnus, & ambulabunt gentes in lumine
Matt. 28. c eius. Et vt ſupremum omnium teſtimonium
adducamus, Chriſtus qui mentiri non po-
teſt, pollicitus eſt manere cum ea vſque ad
conſummationem ſeculi. Si qui in hac do-
Matt. 18. e mo in nomine Ieſu Chriſti cõgregantur, ibi
ipſe eſt in medio corũ, & Spiritusſanctus lu-
mine ſuę claritatis totam replet, vbi filij mei
manent in vnitate ſedentes. Sed & hoc me-
moriæ perpetuò fixum tenete, quod Apo-
1. Tim 3. c ſtolus ad Timoth. ſcribit: Hæc tibi ſcribo
fili mi Timothee, ſperans me ad te venire
citò. Si autem tardauero, vt ſcias quomodò
oportet te in domo Dei conuerſari, quæ eſt
Eccleſia Dei viui, columna & firmamentum
veritatis. Intret igitur omnis homo ſecurus
tam lucidam & tam firmiter conſtructã do-
mum, quæ nec obtenebrari poteſt, talem ac
tantã Dei patris & agni & ſpiritus paracliti
fulgorem habens: nec corruere, talibus ſu-
perinnixa baſibus. Et q ingreditur, maneat
& nonquàm exeat: & qui exiuit, redire non
differat. redeuntem autem neminem eijcio.
Extra hanc domum omnia ſunt caligo & te-
nebræ. Extra iſtã nec eſt, nec eſſe poteſt vera
Gen. 7. fides nec ſalus hominibus. Et velut q in ar-
ca Noæ reperti non ſunt, diluuium aquarũ
abſorbuit: ita & qui in hac ſacra æde nõ per-
manſerint, caligine errorum obrui & tandẽ
perire neceſſe eſt. Sed nec ad hãc domũ iter
cuiquam patẽre poteſt, niſi illud ipſa docue-
ro: quoniam niſi à me doctrinam fidei acci-
piatis, nec fidẽ rectam, nec Eccleſiæ vnitatẽ
Rom. 10. c habere poteſtis. Fides, vt ſcitis, ex auditu eſt.
quomodò audietis ſine prędicante? Sed pdi-
cari quid poteſt, in quo ſit ſalus, niſi Euan-
geliũ Chri? Quòd aũt verũ foret Chri Euã-
gelũ, quomodò ſcire poſſetis, niſi illud vo-
bis patefeciſſem? Audiſtis nonnullos etiam
ex Apoſtolis ſcripſiſſe Euãgelia: ſed quoniã
quatuor duntaxat approbaui, illa ut euan-
gelia venerantur, alia reſpuuntur. Neque
etiàm poſtquàm ad hanc domum inter vo-
bis oſtenſum fuerit, ingredi poteritis, niſi

ego cui claues huius domus à Domino tra-
ditæ ſunt, meis manibus adaperiam, voſque
introducam. Sine his clauibus ad ſecretos
theſauros cœleſtis regis ſponſi mei, in domo
mea recluſos, neminem licet introire. Et ſi
alienis clauibus intrare contenderit, poterit
videri intrare, ſed non rectè intrare. Reſtat
igitur & iam liquido intellexiſtis, quòd per-
uenire ad fidẽ, & perſeuerare in ea, niſi per
me & mecum, non poteſtis. Quamobrem
ſine mora relictis omnibus, me vnuiquiſque
ſequatur, & mecum habitet, vt veritas fidei
habitet cum eo. Liber in quo fides catholi-
ca deſcripta eſt, non incongruè illi libro cõ-
parari poſſet ſignato ſeptem ſignaculis, quẽ
(vt Apocalypſis Ioannis teſtatur) nemo ne- Apoc. 5. a
que in cœlo, neque in terra, neque ſub terra
ſoluere poteſt, niſi ſolus agnus, qui occiſus
eſt. Ita quidem & hunc librum fidei ac do-
ctrinam eius, nulli creaturæ neque in in cœ-
lo, neque in terra, neque ſub terra aliter in-
telligere fas eſt, quàm ego catholica Eccleſia
intelligo ipſius veri agni vera ſponſa, cui ip-
ſe ſponſus, ut ex Euangeliõ Ioannis ſępè legi
audiſtis, omnia quæ audiuit à patre, nota fe-
cit. Neq; enim angelis, aut hominibus, quan-
tacunq; præditis poteſtate, cõtra meam do-
ctrinam quidquam credendum foret. Ita ad
Galatas ſcribit Apoſtolus, p cuius os loque- Galat. 1. b
batur Chriſtus, licèt nos aut angelus de cœ-
lo euangelizet uobis, pręterquã quod euan-
gelizauimus, anathema ſit. Hoc nihil aliud
ſignificare videtur, niſi quòd angelos de cœ-
lo contra veritatem euangelij quidquam di-
cere impoſſibile eſt, me verò adhuc impoſ-
ſibilius. De hominibus autẽ quis gloriari po
teſt, vt ſibi contra Eccleſiæ authoritatem cre-
datur, cùm Apoſtolus ſeipſum velit eſſe ana-
thema, ſi aliud euãgelizet, quàm quod prius
ſecundum Eccleſiæ doctrinam euangeliza-
uerat. His autẽ qui ſub terra ſunt, nihil quo-
quo modo fore credendum, quis dubitet,
cùm ſatanas & angeli eius in veritate non
ſteterant, ſed mendaces ſint & mendacij pa-
tres? Si Arius, Manichæus, Neſtorius, Fau-
ſtus, Donatus, & cętera huiuſmodi hominũ
monſtra, meis tantùm clauibus, & non pro-
prijs & adulterinis, hunc fidei librũ aperire
voluiſſent, nunc in inferno cum patre men-
dacij nõ cruciarẽtur. Si hi pertinaces & ob- Ioan. 8. f
ſtinati homines meis paruiſſent præceptis,
multarum gentiũ cateruas ad locũ ſulfuris
& ignis perpetui ſecum non præcipitaſſent.
Initiũ ſalutis hominis eſt, nolle propriæ in-
niti prudentiæ: ſed ipſum ad ſuſcipiendam
maiorum ſuorum diſciplinam accõmodare,
illorũ ſcilicet, quos diutina approbatio au-
thenticos fecit, quorumq; doctrinæ, ſancti-
tas vitæ ac manifeſta miracula certum perhi-
bent veritatis teſtimoniũ. Quis non ſanctos
patres ac doctores p multa ſecula à me vbiq;
approbatos, quorum tanta fuit integritas &
veritatis zelus, vt priùs mortẽ & omnia ſup-

plicia pati voluiſſent, quàm leuiſſimū proferre mendacium, potiùs quàm ſeipſum, rudis fortè ingenij ſeu non exercitati, meritò ſequi debeat? Quis interpretationē excellētiſſimorum penè innumerabiliū doctorum, ex omnibus mundi partibus in eadē conuenientium ſententia, qui ita in ſacris ſcripturis ſtudioſi fuerunt, vt omne vitę tempus in his expoſuerint, non potiùs acquieſcat, quā duobus, aut trib⁹, ſeu pauciſſimis hominib⁹ nouiter ſcripturas legētib⁹, nullo fretis doctore, niſi proprio ingenio? Quis nō aduertat, quàm ſit Eccleſiæ Dei pernicioſus hic morbus nullo pacto ferēdus? Si enim cuiq; fas eſt, ſuo ſenſū exponere & interpretari ſcripturas, nihil certi erit: omnia confuſa & inuicèm aduerſa fient, nouū redibit chaos: tot erunt ſentētię, quod capita. Quis ille erit ita hebes, cui non ſuppetat audacia nouam fabricare interpretationem? Melius ergo leges humanas conditas eſſe fateri oportebit. Hæ poſtquàm vel à principe vel communitate latæ ſunt, nemini fas eſt cōtraire. quòd ſi fortè aliquid ambiguitatis cōtineant, priuatis non licet interpretari perſonis, ſed ad legiſlatorem, ſeu illum qui iudicādo pręeſt, habetur recurſus. Si forſitan veſtrū aliquis ratione nō * mouetur, exemplo populi Dei

Neh. 8. c * moneatur. Scriptū eſt in Nehemia, quòd congregati ſunt principes familiarum vniuerſi populi, Sacerdotes & Leuitæ ad Eſdrā ſcribam, vt interpretaretur verba legis. Et-q; a vitio naturæ corruptæ homines frequēter errant, frequenterq; inter ſe diſcrepant, neceſſariò Dominus noſter Ieſus Chriſtus fidelibus ſuis prouidit, me ſanctam catholicam & apoſtolicam Eccleſiam in terris relinquens, atq; aſſiſtentia ſua ac Spiritus ſancti

Mat. 28. c vſq; ad cōſummationem ſeculi, & in ęternū corroborās, vt in his quæ ad ſalutē pertinēt, errare nō poſſem, & ad me oēs tanquam ad infallibilē regulā adſpicerent. Si vna ſancta catholica & apoſtolica Eccleſia, toto orbe terrarū ſemper vocata & credita ſum, nemo ab vnitate mea ſe ſcindat: nemo, quod ſanctum eſt, erroneū putet: nullus iudiciū propriū aut paucorū, vniuerſali determinationi anteponat. catholicum enim, Græcū eſt, quod Latinè vniuerſale interpretat'. Si apoſtolica vocor, vt certè ſum, credat vnuſquiſque indubius, ꝙ ſicut Apoſtoli Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt, ita loquor & ego. Neq; enim ſolùm pro tempore Apoſtolorū, Chriſtus per ſe & per Spiritum ſanctum aſſiſtere promiſit: ſed quod ſępè pro veſtro ꝑfectu repetendū eſt, vſq; ad conſummationē ſeculi, & in ęternū: nec pro illis tantùm orauit Dominus, ſed dixit in Euangelio Ioānis:

Ioan. 17. Sanctifica eos in veritate: ſermo tuus veritas eſt, ſicut tu me miſiſti in mundum, & ego pro eis ſanctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate. non pro eis autē rogo tantum, ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint, & mundus credat quòd tu me miſiſti. & ego claritatem, quam tu dediſti mihi, dedi eis, vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Hinc apertè cognoſci poteſt, quòd ſicut pater & filius in vnitate & veritate non diſcordant, ſed vnum ſunt: ita omnis Eccleſia & Apoſtolorum, & eorū qui per eos credituri ſunt vſq; in finē, vnius eſt charitatis & vnitatis. Hinc eſt quod in

Apocalypſi dicitur, murum ciuitatis deſcēdētis de cœlo, quæ eſt Eccleſia, habere fundamēta duodecim apoſtolorum & agni. & Apoc. 21.

Apoſtolus inquit: Iam non eſtis hoſpites & Ephe. 2. d

aduenæ, ſed ciues ſanctorum & domeſtici Dei, ſuperædificati ſuper fundamentū Apoſtolorum & Prophetarum. Quis iam non videat, quàm turpiter ſeipſum confundit, tot habens diuinæ veritatis teſtimonia, qui de mea doctrina ac fide aliquatenùs dubi-

tauerit? Stultum prorſus ſe comprobat, vt Prou. 15. e

inquit in Prouerbijs Salomon, qui deſpicit matrem. Iam igitur qui me audit, Chriſtum

ſe audire credat: & qui me ſpernit, Chriſtū Luc. 10. c

ſpernere non dubitet, vt ipſe atteſtatur. Sacrilegus eſt, ac nomine Chriſtiano īdignus. Chriſtum enim mēdacem facit, qui in mea doctrina aliquid ſuſpicatur falſitatis. Cauete ergo filij mei, ne vnquam in hanc incidatis tentationē, vt ſcripturas proprio ſenſu, aut aliter intelligere velitis, quàm ego intelligam. Nolite vſurpare priuilegiū hoc, quòd mihi ſoli conceſſit Dominus. Vos, cū errare poſſitis, iudicium veſtrum humiliter more patrum veſtrorum ſemper mihi ſubmittite, quam experientia teſte conſtat errare non poſſe. me diſpenſatricem myſteriorum ſuorum reliquit Dominus, conſti-

tuitq; ſuper omnem familiam ſuam, vt dem Luc. 12. c

in tempore tritici menſuram. Multa in ſcripturis ſacris eſſe fatemur, quæ expoſitione indigent: quæ ſi corticetenus intelligantur, facile in errorem legentes pertrahent. Si quid in eis legere vos contingat, quod non tam planè, vt velletis, intelligitis: agite inſtar diſcipulorum Chriſti, qui parabolam à Domino dictam, non intelligentes, ipſum

domi interrogant: Domine ediſſere nobis Mat. 13. c

parabolam zizaniorum. Diſcipuli parabolam Domini non tentârunt proprio ſenſu intelligere. neq; ad Scribas & Phariſæos, vt eis exponerent, ſed ad magiſtrum veritatis profecti ſunt. Vos ergo ad alium nolite accedere. pergite ad me diſcipulam Chriſti, matrem & magiſtram veſtram. aperiam vobis, & luce clariùs manifeſtabo ſenſus & arcana ſcripturarū: & incipiens à Moſe, & o-

ibus Prophetis, interpretabor vobis ī omni- Luc. 24. d

bus ſcripturis quæ de Chriſto ſunt. Venite Pſal. 33. c

filij, audite me, & inſtruam vos in via hac 31. b

qua gradiamini. Nullus per me vnquam de-

ceptus eſt, neq; in æternum decipietur. An 2. Cor. 13. a

experi-

experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus? Ipſe caput meum, & ſpiritusſanctus ductor meus, quomodò me quénquam fallere permitterent? Vultis, filioli mei, viam vobis oſtendam infallibilem, qua ſi recto calle incedatis, nunquam errare poteritis? Reſpicite ſemper ad me, conſiderate veſtigia mea, & pedetentim me ſequimini, non declinantes neq; ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Et ſi forſitan ſtrictum callem, aut durum iter ſeu aſperum monticulū offenderitis, clamate ad me, & porrigam vobis dexteram: & ſuſtentans vos, conuertam aſpera in vias planas: voſq; illæſos & ſine labore, adinoniem qui Chriſtus eſt, perducam. Recurrite ad me audacter ac confidenter, & nūquam vobis in neceſſitate deero. Non ſum ſuperba, nec faſtidioſa mater: benigna ſum & pia ſum, & charitate ardeo: omnes ſiue venientes, ſiue redeuntes ad me, hilaris in gremio ſuſcipio: omnes doceo, inſtruo & conforto: & vena aquarum viuentium de ventre meo fluit in audientium ora. Memoriale hoc perenne ſuperponite filij mei in frontibus, alligate in digitis, & ſuper limina domorum affigite. Credite videlicet quod ego credo, profitemini quod ipſa profiteor: & tunc nulla caligo erroris, nullæq; tenebræ falſitatis vobis appropinquare poterunt. O ſanctum documentum, ô felicem ſemitam, ô omni tempore imitanda veſtigia. Quid certius ac ſecurius viatoribus huius ſeculi relinqui poterat, quàm quòd talis via exhiberetur, qua incedentes, deficere nullatenùs poſſent? Nolite abduci va- Hebr. 13. b
rijs ac peregrinis doctrinis, nec ſequimini magiſtros prurientes auribus: omnē doctrinæ cibum, qui de menſa mea non propinatur, ſuſpectum habetote. Venenoſus enim Deut. 32. c
eſt, virus habens aſpidis inſanabile. interpretationum & expoſitionum nouitates cauete, ſenſus inſolitos, ſingulareſque ſententias [illegible]
fugite. doctores qui in mea ſchola probati non ſunt, tanquam ſerpētes declinate. Nam, vt inquit Apoſtolus, & ſi decem millia pæ-
1. Cor. 4. c dagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos patres. nam in Chriſto Ieſu per euāgelium ego vos genui. Nec filij mei oportet omnium quæ à me audieritis, poſtulare ex humano ingenio rationem. Fides enim non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. A Chriſto fides eſt, quā per me vobis inſinuat. Certiores de fide & doctrina mea eſtote, quàm ſi quid proprijs cōſpiciatis oculis. Humani enim oculi, tam licet propinquā uidentes, nonnunq̄ falluntur, putantes aliud eſſe q̄ ſit. Deus autem nec falli a quoquā, nec fallere quenquā poteſt. Doctrina autem mea, non eſt mea, ſed eius qui deſponſauit me. Suſtinete igitur paululum, ſi fortè omnia capere non poteſtis, vſquequo ad locum, vbi ego in cœlis trium-
[illegible] pho, vos perduxerim: ibi ſine vllo velamine

rationem

rationem, quam modò fide creditis, oculis intuebimini, manibuſque palpabitis: nūc videtis per ſpeculum in ænigmate, tunc au- 1. Cor. 13. c
tem facie ad faciem.

Expoſui vobis, filioli mei, quid ſit, idē ſapere. Cætera quæ ſequuntur, ad charitatem pertinent, & quoniam fides ſola ad ſalutem non ſufficit, niſi veſtita ſit & comitata charitate: nam vt inquit Apoſtolus, & ſi habuero 1. Cor. 13. a
omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatē autē non habeam, nihil ſum: Ideo poſt fidem præceptum charitatis traditum eſt. Non expectetis vt ego omnes laudes charitatis hoc vno ſermone cōplectar. Ipſa quidem tam magna eſt, vt ſi linguis hominum loquar & angelorum, vix mediocriter eam explicare poſſem, vtique cùm tantæ dignitatis ſit, vt inter virtutes ipſa ſola Deus appelletur. Deus enim charitas eſt. Tantæ 1. Ioan. 4. c
etiam eſt authoritatis, vt (cum gaudio referam, more humano loquens) de omnipotente Deo triumphare niſa ſit, dum eum de cælo ſolo amore traxit ad terram, & in cruce pro ſalute noſtra affixit, & uſque ad ima terræ pro redēptione filiorū Iſrael migrare coegit. Quid dignè de hac virtute dici vnq̄ poterit, quæ in cœlo & in terra dn̄atur & regnat, & cū vult, uſque ad abyſſum penetrat? Hæc eſt illa excellentior via, quam demonſtrat Apoſtolus. Nam & prophetare, dæmo- 1. Cor. 12. d
nia eijcere, virtutes ac miracula facere ſine charitate neminem gratum Deo efficiunt talia enim facientibus, tandem Chriſtus dicturus eſt: Recedite à me operarij iniquita- Luc. 13. f
tis, non noui vos. Et habentibus ſcientiam Mat. 25. a
Dn̄s improperat: Vos clauem ſcientiæ habe- Luc. 11. f
tis, ſed nec intratis in regnum cœlorum, nec alios intrare ſinitis. date omnia ſua pauperibus, & ſeipſum martyrio, ſine hac nihil prodeſſe affirmat Apoſtolus. Charitas præce- 1. Cor. 13. a
ptum præceptorum eſt, in quo omne præceptū concluditur. Nam vt inquit Apoſtolus, Finis p̄cepti eſt charitas. & rurſus, plenitudo 1. Tim. 1. a
legis dilectio. Charitas patiens eſt, beni- Rom. 13. c
gna eſt, nō æmulatr, nō agit pperā, nō inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua 1. Cor. 13. a
ſunt. & cætera omnia continet, quæ (vt ſcitis) B. Paulus latè cōmemorat. Charitas fons eſt proprius & ſingularis honor, cui non cōmunicat alienus: quæ vt oleum, non poteſt premi in imo, ſed ſuperexilit. Si deſit, fruſtrà habentur cætera: ſi adſit, cætera non deſunt. Sine hac omnis virtus, etiam ipſa fides, vt inquit B. Iacobus, mortua eſt. Ipſa etiam Iaco. 2.
nominis appellatio, rem quandam charam eſſe demonſtrat. Amplectimini igitur filij mei hanc tam excellentē & diuinam virtutē, Appræhendite tam ſingulare ſpiritus ſancti munus. per ipſum enim, vt inquit Apoſtolus, charitas in cordibus noſtris diffun- Rom. 5. a
ditur Induimini hác veſtem nuptialem, qua induti, ſecurè diſcumbetis in menſa regia: nec timebitis, vt dicatur vobis, cur huc intraſtis,

traſtis,

traſtis,non habentes veſtem nuptialem? hac
Matt.22. veſte induti, pelletis à vobis frigus quo fri-
gebat Petros, calefaciens ſe ad prunas Cai-
Matt.26. phæ: hac veſte circundati, quæ omnium ar-
matura eſt fortior, intrepidi & illæſi cuneos
hoſtium pertranſibitis. Et vt vno verbo
omnia complectar, ſi vultis perfecti eſſe, ſu-
per omnia charitatem habete, quæ ſecun-
dum Apoſtolum vinculum eſt perfectionis.
Col.3.c Sed quemadmodùm pauloante documen-
tum tradidi, quo ad rectam fidei regulã per-
ueniri poſſit, ità & nunc vos erudiam, quàm
faciliter à charitate nunq̃ excidatis. Reſpi-
cite ſemper ad me, conſiderantes me eſſe
matrem, & vos filios. Recogitate, in viſce-
ribus meis vos eſſe conceptos, & eodẽ lacte
for.* eſſe, me nutritos: tunc fratres vos* eſſe matrem reco-
gnoſcetis: & ex eadem carne eandem carnẽ
vos inficiari non poteritis. Quis ergo vn-
qoam carnem ſuam odio habere poterit? At-
Ephe.5.d tendite etiam, quàm tenerrimè vos ſemper
dilexerim, & quantam vnicuiq; filiorũ meo-
rum charitatem exhibeam, quotque labo-
ees & anguſtias in omni mea ætate, pro vo-
bis vbiq; terrarum perpeſſa ſim, & à me exẽ-
plum capientes, diligatis vos inuicem ſicut
dilexi vos. Sed & ſi partem ſuperiorem di-
gnioremque mei corporis, caput videlicet,
adſpexeritis, quod eſt Chriſtus, efficacius
charitatis magiſterium cordibus veſtris im-
primetur. Cogitãtes nanq;, quòd cùm mun-
dos nihil meruerit, imò ꝓpter ſua facinora
morte dignus eſſet; ipſe Ieſus Chriſtus ſola
charitate tot tantaq; in corpore ſuo ꝓ ſalu-
te hominum tormenta pertulit, totque bene-
ficia conferre dignatus eſt, quot lingua hu-
mana exprimere nonquã poſſet: mox omnẽ
compellemini rancorem deponere, & indiſ-
ſolubili charitatis vinculo confœderari, in
fraternumq; amorem redire. Dicite mihi,
nonquid vos extraneos aot alienigenas eſſe
putatis filij mei? ſi hoc putatis, mihi iniuriã
facitis. Nónne in hoc vos vtero tanto cum
labore concepi & portaui? Nónne his lacta-
ui vberibus, & his manibus cibum potumq;
tanto tempore præbui? Cùm ergo fratres
geemani ſitis ex eadem carne geniti, & talia
exempla dilectionis à capite & toto meo
corpore habeatis, debetis alter alterum fra-
terna charitate diligere, & cum omni ſyn-
ceritate inuicèm reconciliari. O oſſa de oſ-
ſibus meis, ô membra de membris meis, ô
viſcera de viſceribus meis. Quis vos abin-
uicem ſeparauit? Quis inimicus homo in-
Matt.13. ter vos ſeminauit zizaniam? Quis ſeductoe
ille antiquus accuſator fratrũ ſuorum, q vos
ad tantas inimicitias perduxit? Solebatis
idem ſapere, inuicèm vos amare, fouere con-
cordiam, inſimul cum pace & charitate con-
Thre.4.a uerſari. Nunc mutatus eſt per omnia color
optimus. Nam vnitas in diſſenſionẽ, chari-
tas in odium, pax in bellum, fraternitas in
hoſtilitatem peruerſa ſunt. Cur ſic inhuma-
niter filij mei confligunt? cur gladijs & igne
decertant? cur tã crudeli bello & odio tam
deteſtabili alter alterum perſequitur? Súnt
ne iſta iura fraternitatis? Súnt ne hæc co-
gnationis & proximitatis indicia? Erubeſco
referens. vix barbari & infideles hæc inter
ſe tam atrociter facere auderent. Conuer- Matt.26.
tite iam gladios in vaginas: quia omnis qui
gladio ferit, gladio peribit. Remittite tru-
ces vultus, abijcite minas, deponite arma,
proijce tela mano ſanguis meus. Abolere
penitus ex cordibus veſtris omnia diſcordia-
rum odiorumque fomenta. Oſculamini,
obſecro, vos in pręſentia matris veſtræ oſcu-
lo pacis. Amplectiminivos tenerrimè, date
inuicèm dexteras. Congratulamini ſimul,
epulamini in menſa mea cibos deliciarum
mearum, pacis & charitatis: Celebrate ſo-
lenniter hunc diem feſtũ, conſolamini con-
ſolamini filij mei matrem veſtram, quę hunc
diem tanto cum deſiderio præſtolata eſt.
Amate vos inuicèm, vt fratres decet, & con-
tenta ſum, impletum eſt gaudium meum, &
nihil ampliùs poſtulo. Sequitur in verbis
Apoſtolicis: Vnanimes, idipſum ſentientes: Phil.2.a
hoc eſt, vt in diuerſis corporibus idem ſit
animus, eademq; uoluntas. Sit hic populus
meus quaſi oir vnus. Non ſcindamini in ua-
rias ſententias: ſed quod noluerit unus in
Chriſto, alter ſimiliter velit. Imitatores
eſtote patrum veſtrorum, quorũ in primiti-
ua ætate cor erat vnum & anima vna. Nihil
vnitate præſtãtius: qua q̃ ſit Chriſtianis ne- Acto.3.f
ceſſaria, Chriſtus ipſe oſtendit, qui pro eis
orauit, nõ vt efficerentur diuites aut ſapien-
tes huius ſeculi, ſed vt vnũ eſſent, ſicut ſunt
ipſe pater & filius. Quid vtilius reipublicæ
Chriſtianorũ eſſe poteſt, q̃ vnitas? hoc mo-
do Chriſtiana creuit religio, & ego propter
vnanimitatem filiorum meorum, toto orbe
terrarum diffuſa fui. Cauete modis omni-
bus diſcordias, & timete quod comminatur
Dñs: quia omne regnum in ſe diuiſum, de- Mat.12.c Luc.11.c
ſolabitur, & domus ſupra domum ruet. Sci-
tis vulgare illud dictum: Concordia paruæ
res creſcunt, diſcordia autem maximę dila-
buntur. Si vultis pertinere ad Chriſtũ, pacẽ
inter vos perpetuam contrahite, qua nihil
eſſe Deo acceptabilius, hominibusque expe-
dientius, ex hoc facilè intelligetis, ſi memi-
neritis Chriſtum de cęlo deſcendentem in
terram, pacem per angelos ſuos annunciaſſe
hominibus, de terraq; in cœlum redeũtem, Luc.2.
eandem pacem duntaxat diſcipulis in teſta- Ioan.14.
mẽto reliquiſſe. Sentite id ipſum inter vos,
hoc eſt, vt bona malaq; ſingulorum per cha-
ritatem ſint omnium. Hoc proprium chari-
tatis eſt, flere cum flentibus, gaudere cum
gaudentibus. Niſi membra inuicem coniun-
gantur, & ſuo ordine connexa perſiſtant, &
vnũ alteri opem in neceſſitate præbeat, de-
ficere corpus neceſſe eſt. Vnum enim corpus
ſumus in Chriſto, ſinguli aũt alter alterius Rom.12.a

membra

membra in Chriſto Ieſu Dño noſtro, vt in-
Phil. 2. a quit Apoſtolus. Subdit deinde Apoſtolus:
Nihil pro cōtentionem & inanem gloriam,
ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicē ar-
bitrātes. Superioribus conſentanea ſunt hęc
& valdè accōmoda. Cùm enim ad hunc lo-
cum cauſa fidei & charitatis veneritis, non
decet vt iam ſanctum opus contentiuſis ver-
bis agatis, ſed cum omni potiùs manſuetu-
dine & lenitate. Contentio animos irritat,
mentem perturbat, & odia accendit. Non
poſſum pati, in domo mea & īter filios me-
os fieri quęſtiones, pugnasque verborum. Ex
1. Tim. 6. a his enim (inquit Apoſtolus ad Timot.) oriū-
tur inuidiæ, contentiones, blaſphemiæ, &
ſuſpiciones: & rurſus, his qui ſunt ex con-
tentione, & non acquieſcunt veritati, ira, in-
Rom. 2. b dignatio, tribulatio & anguſtia. Cum con-
tentioſis & per contentionem nihil tractare
vnq̄ conſueui. Ita de me inquit Apoſtolus:
1. Cor. 11. b Si quis autem videtur contentiuſus eſſe, nos
talem conſuetudinem non habemus, neque
Eccleſia Dei. Sed nec per inanem gloriam in
hoc ſacro loco quidquam agiteris. Inanis
gloria, cuiuſq; boni operis ſormentum eſt,
inſidiatrixq; virtutum, vt fructum quē be-
nè operādo acquirerent, per elationem eua-
cuet. Inane eſt, captare hominū laudes, qui
cùm ſecundum oculos iudicent, ſępè fallū-
tur. Momentanea eſt iſta gloria, ex faſtu &
cupiditate procedens: & quia inanis eſt, cō-
ſtat eſſe vanam ac vacuam, meritoque contē-
nendam. Ex eo quod inane eſt, quem fru-
ctum referre poteritis? Quinimmò ſatagite
placare patri veſtro cœleſti, qui videt in ab-
ſcondito. hoc eſt quærere non inanem, ſed
æternam gloriam. Quidquid facitis, in glo-
riam Dei facite. Nolite fieri ſimiles ſcribis
Mat. 23. & phariſæis, qui (vt inquit Dñs) Omnia ſua
faciunt, vt videantur ab hominibus, & vocē-
tur rabbi. Imitamini potiùs illa ſancta qua-
tuor Ezechielis animalia, habentia facies
extentas deſupèr, & pennas extentas deſu-
pèr: hoc eſt, cogitationes veſtras, quæ ſigni-
ficantur per pennas: & actiones, quæ ſigni-
ficantur per facies, ad Deum ſemper refer-
te. Si quis inter vos ſapiens eſſe videtur, non
Iere. 9. f glorietur (vt inquit Ieremias) in ſapientia
ſua, nec fortis in fortitudine ſua, nec diues
in diuitijs ſuis: ſed in hoc glorietur, qui glo-
riatur, ſcire & noſſe me, quia ego ſum Dñs.
Pſal. 52. b Vereamini quod minatur Pſalmiſta: Dñs
diſſipat oſſa eorum qui hominibus placēt.
Gal. 6. d Abſit vobis gloriari niſi in cruce Dñi noſtri
1. Cor. 1. d Ieſu Chriſti. Si gloriari vultis, in Dño glo-
2. Cor. 1. c riemini. & hæc ſit gloria veſtra, teſtimonium
conſcientiæ veſtræ. Huiuſmodi inanis glo-
riæ appetitus, in intelligendis ſcripturis ſa-
cris ſupramodùm obeſt. Deum enim huma-
nis laudibus aucupandis animus intentus
eſt, primò ſenſus inſolitos nouasq; opinio-
nes quærit. Deindè quæ ipſe adinuenerit,
nimis tenaciter defendit. Vndè fit, vt cùm
redigere intellectum in captiuitatem re-
cuſet, quod neceſſarium eſt ſecundum Apo- 2. Cor. 10. b
ſtolum, aliter ſcripturas intelligat, quàm ſpi-
ritusſanctus efflagitet: & dum de ſingulari-
tate ſentētiæ gloriatur, ſeipſum nolens cor-
rigere, in errore perſeueret. Et quia inanis
gloria, filia eſt ſuperbiæ, quæ non conſide-
rans imbecillitatem ingenij humani, effert
ſe ſupra ſe, & apoſtatare hominem facit à Eccl. 10. d
Deo, ſicut & olim multos ex angelis: ideo Eſa. 14.
confeſtim Apoſtolus in remedium huius Phil. 2. a
vitij, ſubijcit humilitatis virtutem. Hortor
ergo vos filij mei, vt res veſtras in humili-
tate agatis. Nihil dilectiſſimi mei, citiùs ad
eandem fidei vnitatem & charitatem addu-
cere vos poterit, quàm humilitatis ſpiritus:
nihil verò magis dirimere, quā ſuperbiæ tu-
mor. Nam ſicut nutrix eſt dilectionis, humi-
litas: ita mater odij, ſuperbia. Si gratiam Dei
appetitis, humiles eſtote: quia Deus ſuper-
bis reſiſtit, & humilibus dat gratiam. Et ne
forſitan humilitatis perſuaſio, grauis cuiquā
videatur, B. Paul⁹ poſtq̄ prædixit, nihil per
contentionē & inanem gloriam, ſed in hu-
militate &c. cōtinuò ſubdit, Hoc enim ſen- Phil. 2. a
tite in vobis quod in Chriſto Ieſu, qui cùm
in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus
eſt, eſſe ſe æqualē Deo, ſed ſemetipſum exi-
naniuit, formam ſerui accipiens. quod ma-
ius humilitatis exemplum tradi aut cogita-
ri potuiſſet, quàm ꝙ Dñs & creator omnium
ſe exinaniuerit, & ſeruilem cōditionem ac-
ceperit? Quis tam elatus eſſe poteſt, qui iſta
cogitans, nō compellatur fieri humilimus?
huiuſmodi exinanitio & ſeruilis formæ ac-
ceptio, etſi ſatis foret ad perſuadendū omne
genus humilitatis, quia tñ acta ſponſi mei
nimis mihi ſuaue eſt recēſere, ideo morem
mihi in auſcultando gerite. Nónne tota
eius vita ſummā redolet humilitatem? Na- Luc. 2.
ſcitur ex humilima matre, humili nutricio Mat. 2.
cōmendatur, in humili tugurio & inter hu- Mat. 4.
milia animalia reponitur. humiles piſcato- Marc. 9. e 10. b
res in diſcipulos eligit, humiles paruulos
amplexatur, prędicando nihil ſibi attribuit,
ſed dicit, ſermonem quem audiſtis, non eſt Ioan 14. e
meus. & rurſus: Doctrina mea nō eſt mea, Ioan. 7. b
ſed eius qui miſit me. Faciendo miracula, di-
cit diſcipulis: Videte nemini dixeritis viſio- Matt. 17.
nem hanc. Leproſo mundato, Vide nemi- Matt. 8.
ni dixeris. Abluit, in documentū humilita- Ioan. 13.
tis, pedes diſcipulorū, & vt impleat omnem
humilitatem, permittit ſe à ſeruo baptizari. Marc. 1.
humiliter oēs audit, humiliterq; reſpondet
etiam cæſus. Taceo q̄ humiliter paſſionem
& crucē tulerit, ne fortè fluuius lachryma- Ioan. 18.
rum me reliqua dicere & vos audire impe-
diat. Deficeret me quippe dies, ſi oīa Chri-
ſti humilitatis geſta & documenta referre
vellem. Quid ergo intumeſcis ô homo? O
pellis morticina, quid tenderis? O ſanies fœ-
tida, quid inflaris? princeps tuus humilis, &
tu ſuperbus: caput humile, & membrū ſu-
perbum:

Matt. 11. perbum. Diſcite igitur filij à Chriſto, quia mitis eſt & humilis corde. Sed ſi vultis filioli mei, in hoc ſancto vnitatis negocio, quod tractaturi eſtis, vitare contentioné, inanem gloriam, & omnia in humilitate agere: ſi vultis celeriter & ſine difficultate idipſum ſapere, & charitaté mutuam habere, accipite hoc ſalutare præceptum quod vobis trado, quo nihil cóſultius, nihil efficacius eſſe poteſt. In omni controuerſia ſedanda primùm quæritur iudex peritus, & qui non ſit acceptor perſonarũ. Nam ſine iudice litigantes rarò inter ſe conuenire conſueuerunt. Eccè huiuſmodi vobis demonſtro iudicem. Ipſa ego ſum, ſancta Dei Eccleſia mater veſtra. Compromittite in me. Eligite me iudicem & arbitram. de ſapientia mea cur relinqui-
Ioan. 16. c tur dubitandi locus, cùm Spiritus ſanctus oẽm me doceat veritatẽ? Si euangelia & oĩs ſacra Scriptura à me fidei authoritatẽ ſuſceperũt, ſi nihil catholicũ dici poteſt, quod per me nõ fuerit approbatum: ſi omnes doctores ac magiſtri ſuas ſententias meo ſemper iudicio ſubmiſerunt, dicentes, Non crederemus Euangelio, niſi Eccleſiæ catholicæ nos authoritas commoueret: quis decæterò ambigat, an cuiuſlibet controuerſiæ diffiniendæ competens ego iudex ſim? de acceptione perſonarũ ſuperuacuum quicquam dicere, cùm leges humanæ prohibeant pa-
Locus obſcurus. tres à filijs, in quibus par conſtat affectus iudicem recuſari. Quis maior vobis honor contingere poteſt, quàm quòd ſponſa Chriſti
Pſalm. 44. & regina adſtás à dextris eius, iudicet inter vos? Quæ maior certitudo veritatis, quàm quòd diſcipula Spiritusſancti ſenténam pronũciet? Quem vnquam fideliorem iudicem inuenire poteritis, quàm amantiſſimam matrem veſtram? Nolite ergo diſputando laborare, nec contendendo verbis alter alterum laceſſere. Quid vos multitudine librorum oneratis? cur diuerſorum magiſtrorum ſententias in medium affertis? Cur intelligentias veſtras humanis inquiſitionibus ac ſubtilitatibus defatigatis? Eccè in medio veſtri adeſt magiſtra veſtra, cui ſpiritus Domini ſenſus myſteria & arcana aperit ſcripturarum. Non mihi opus eſt iudicando, vt legiſperitos aduocem, aut bibliothecas perſcruter. Nullius hominis conſilio opus habeo, cui conſulit Deus. Claritas Domini meum ſemper intellectum illuſtrat, & Agnus meus Ieſus Chriſtus ante me lucernam defert, ne
Apoc. 21. c errem, vt paulò antè ex Apocalypſi Ioannis recitatum audiſtis. Et quia ego, cùm ſim toto orbe terrarum diffuſa, in vno loco tota eſſe non poſſum, ſoleo pro neceſſitatibus Chriſtianæ religionis nonnunquam vrbem aliquam inſignem eligere, & ad eam ex omnibus finibus meæ ditionis Epiſcopos & Sacerdotes, & alios Leuitici generis, & quos voluero de populo Chriſtiano aduocare, quibus in Spiritusſancto legitimè congregatis, ego ipſa repræſentor, & ibi tribunal meũ erigens, quidquid per huiuſmodi congregationem, quam vniuerſalem Synodum ſeu generale Concilium voco, iudicatum ſtatutumque fuerit, perindè ratum habeo, ac ſi ego ipſa ore proprio iudicaſſem ac ſtatuiſſem: idque ab omnibus iubeo ſub anathemate ubique obſeruari. Hoc autem tempore nuſquam melius, quàm in hac ciuitate Baſileeñ. huiuſmodi generalem ſynodum viſum eſt poſſe * indicere. Huic ergo ſacro Cõ- for. * iudica
cilio, quod in Spiritusſancto legitimè congregatum fateor, omnem meam authoritatem poteſtatemque impartior, & ambas ſcientiæ & poteſtatis cœleſtes claues mihi à Dño traditas, veraciter conſigno: vt quidquid in terris claudere & aperire, ſoluere & ligare voluerit, iuxta pollicitationem Chriſti, indubitanter clauſum & apertum, ſolutum & ligatum reputetur in cœlis. Itaq; nõ aliter nec minùs reuerenter hoc concilium, quàm meipſam, exiſtimare debetis. Quamobrẽ vt veſtra fidelis aduocata, vobis ſuadeo: vt pia mater, cõſulo: vt ſponſa Chriſti & regina Chriſtiani populi, impero, vt in omnibus vos ipſos huic ſacro Concilio penitus committatis, & ab eius ſanctionibus nullatenùs declinetis. Si nonnulli aliquando de fide contendentes, vnum vel duos, aut paucos elegerunt homines, quorum iudicio ſtare voluerunt: quanto magis & vos, hanc tam celebrem, ex toto Chriſtiano populo collectam ſynodum, pro dirimenda veſtra contentione, in iudicẽ acceptare debetis? Deus
in veteri Teſtamento populo ſuo mãdauit, Deut. 17. b
dicens: Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinẽ, inter cauſam & cauſam, inter lepram & lepram, & iudicũ intra portas tuas videris verba variari: ſurge & aſcende ad locum quem elegit Dñs Deus tuus, veniesq; ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit in illo tempore: quæresq; ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem: & facies quæcunq; dixerint, qui præſunt in loco, quem elegit Dñs, & docuerint te iuxta legem eius: ſequerisq; ſententiam eorum, non declinabis ad dexteram vel ſiniſtram. Sed & hoc generale Concilium locus eſt, quem elegit Dñs, in quo ſponſa ſua ſanctũ tribunal erexit. Et hi qui in eo congregantur, in locum ſacerdotum Leuitici generis ſucceſſerunt, imò & pluſquam Leuitæ ſunt, maioremque proculdubiò ſcientiæ poteſtatisq; copiam à Dño perceperunt: vtq; cùm illi, vmbræ miniſtri fuerint, hi verò ſint veritatis: illi ſanguinis & carnis iudices, hi aũt ſpiritus & animæ. Meritò ergo ad verbum huius cõcilij, veſtrum omne negocium pendeat: & quidquid ſanctum, aut prophanum iudicauerit, id ſine hæſitatione ſanctũ prophanumq; habetote, ne veniat ſuper vos iudicium mortis, quod inobedientibus comminatur

Digitized by Google

minatur Dñs. In hoc apparebit humilitas & obediẽtia veſtra, ſi quemadmodum Chriſtus venit facere voluntatẽ patris, ita & vos veneritis facere voluntatem matris veſtræ. Acquieſcite tandem, obſecro, monitionibus meis, neque innitamini prudentiæ veſtræ. Accipite iuſſu Dei & meo in iudicem hanc ſanctam ſynodũ, de cuius gremio quilibet eſſe poteſt, qui eius iudicio ſtare voluerit. polliceor vobis ꝙ nõ aliud iudicabit, quàm ſpiritusſanctus dux & rector illius dictauerit. Ipſe adſtabit medius iudex & arbiter, perfectè illuminaturus corda omnium, vt viam ambulent veritatis & pacis. Sed & ipſe ſpiritus paraclitus in cordibus veſtris efficaciùs habitet, & idipſum ſapere, & eandem charitatẽ vobis largiri dignetur, cui humi-

Iudit. 9. d lium & manſuetorum ſemper deprecatio placuit. Sitis in oratione perſeuerantes, & tam diu actam feruenter ſuam pietatem ieiunijs, gemitibus, obſecrationibus ac ſanctis operibus interpellabitis, vſquequo ipſe veritatis doctor & charitatis author, corda vniuerſi populi per ſententiam huius ſacri Concilij illuſtrabit ad cognoſcẽdam amplectendamque veritatis & vnitatis ſemitam. Hora exigit, vt iam finem dicendi faciam. Audiſtis ego dilectiſſimi mei, conſilia & præcepta mea, q̃ ſancta & vtilia ſunt: oſtendi tandem viam, qua hoc facilimè exequi poſſitis. Apprendite quæſo illam, qua certè nulla ſalubrior inueniri poteſt. Moneat vos honor Dei, qui ſupramodum ex veſtra diſſenſione læditur. Fides enim catholica ab infidelibus blaſphematur, inhonoratur, & irridetur: nec veram eſſe credunt, quam per tot ſectas hincinde lacerari inſpiciunt. Moneat vos honor matris veſtræ, quam hoſtes nominis Chriſtiani propter diſſidia veſtra vbique contemnunt. Moneant vos acerbiſſimæ lachrymæ, quas pro vobis quotidiè fundo: & aſſiduus dolor, qui me pro veſtra diſcordia excruciat. Verè dicere illud poſ-

Cant. 5. b ſum, quod ſcribitur in Canticis: Inuenerunt me cuſtodes qui circuierunt ciuitatem, percuſſerunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt mihi pallium meum cuſtodes murorum. Niſi velitis ab omni humanitatis & gratitudinis veſtigio declinare, miſereri vos decet tot ærumnarum ac calamitatum mearum. Siccate, cùm poſſitis, filij lachrymas meas: ſanate vulnera, reſtituite mihi pallium meũ, quod abſtulerunt mihi cuſtodes murorum, idololatræ videlicet & gẽtiles, & qui in rebus mortuis huius ſeculi ſpem ponunt. Induite me veſtẽ deauratam, circundatam varietate, deauratam quidem charitate membrorum, variatam autem copioſa filiorum multitudine. Sed & publica monere vos debet calamitas. Circunſpicite vndiq; quomodo plebs Chriſtiana à Turcis, Saracenis, Tartaris ac barbaris conculcatur & deuoratur. Cur non compatimini tot millibus fratrum veſtrorum, qui ſingulis annis in duriſſimam infidelium ſeruitutem rediguntur? O ſi audiretis cùm raptores prædam diuidunt Chriſtianorum, quanta ſunt illa lamẽta ac ſuſpiria, cùm vxor cedit in ſortem vni, vir alteri: vni pater, alij filius: vni frater, alij alius. Quanti ſunt illi gemitus, quántiq; ſingultus miſerabilium filiorum meorũ, cùm inuicèm diſiunguntur, nũquam ſe ampliùs reuiſuri? Quis tunc veſtrum abſtinere poſſet à lachrymis? Deſineretis tunc forſitan bellis inuicèm decertare. Sed quod lachrymabilius eſt, quàm multi ex his qui captiui ducuntur, non valentes tam durã ferre ſeruitutem, fidem catholicam abnegant, & ad nefandam Machometi ſectam perueniuntur. Quod deinde regna, prouincias, vrbes, oppida quotidiè capiunt & depopulantur? Iam vos penè ad angulum occidentis reduxerunt. Modicum reſtat, vt tandem de finibus terræ vos eijciant. Heu mihi, cur tantã matris veſtrę fratrumq; veſtrorum afflictionem non recogitatis? Cur iſta audientes, in voſipſos bellum tam crudele conuertitis, & Chriſtianum ac fraternum ſanguinem ſine vlla miſericordia gratis effunditis? Harum omnium calamitatum, diſſidia Chriſtianorum ſunt cauſa. Si idem ſaperent, eãdemq; charitatem haberent, huiuſmodi perſecutio mox finem acciperet, neque enim vllo pacto ferre poſſent aduerſarios meos ſanctuarium Domini polluere, & in populũ catholicum ampliùs deſæuire: immo quæ infideles nunc catholicis faciũt, facere poſſent hæc eadem catholici infidelibus. Moneat denique vos regni Bohemiæ ac regionum finitimarũ miſeranda calamitas. Quãta in his partibus ſanguinis Chriſtiani effuſio, quot ſtrages & cædes, conflictus, bella, ruinæ, incendia, deuaſtationes, depopulationes, quantaque in perſonis & rebus deſolatio ex hoc recenti diſſidio iamdudum ſecutæ ſint, ſequique veriſimiliter formidetur indiès, niſi vera vnitas inter vos fiat, proh dolor toti orbi plùs quàm manifeſtum eſt. Profectò lachrymandum potiùs ſuper hoc, quàm loquendum foret. Vix inter Chriſtianos alicuius ſciſſuræ memoria eſt, vndè Eccleſia Dei tantam iacturam perpeſſa ſit, & tanto cruore reſperſa. Sed ſi meo acquieueritis conſilio, quemadmodùm ſpero, idipſum ſapientes, & mutuam charitatem habentes, hæc omnia repentè ceſſabunt. Nouus tunc ſol ſuper vos quietis & tranquillitatis orietur. Reflorebit in pace veſtra catholicus populus, Chriſtianus orbis totus renouari videbitur. Implebitis cœlum terramq;, Angelos & homines inenarrabili lætitia, iubilo & exultatione. Tanto deinde inter vos beneuolentiæ nexu coniungemini, quòd præteritorum penitus obliuiſcentes, voſipſos ſicut fratres amabitis, & inuicèm pro amore certantes, alter alterum

charitate

charitate ſuperare ſtudebitis. Benedicetis ſemper diem iſtum, & innumeras Deo omnipotenti gratias referetis, qui in eadem vos vnitate & charitate deuinxit. Quid plura? Succedet tandem vobis, quemadmodùm ſucceſſit & Chriſto, quantum tamen humana conditio capere poteſt. Poſtquam enim beatus Paulus ſuperiùs commemorauit, qd Chriſtus exinaniuit ſe, formam ſerui accipiens, humiliauitque ſe, factus obediens, vſque ad mortem, in præmium huius humiliationis & obedientiæ ſubdit: Propter quod exaltauit illum Devs, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur, qui a Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Sic quidem ſi vos humiliaueritis, & mihi obedientes fueritis, exaltabit vos Deus ſuper terram, & magnificabit ſuper filios hominum, & dabit vobis nomen quod eſt ſuper omne nomen, hoc eſt, nomen regium Chriſtianum, quo nullum inter gentes eſt glorioſius. Tunc enim dignè Chriſtiani eritis & vocabimini. Nam hoc nomen niſi charitatem habentibus, non rectè congruit. Atque in hoc veſtro Chriſtianitatis nomine, ſi verè Chriſtianum fuerit, id eſt, ſi ſpiritualem charitatis vnctionē habueritis, omne genu flectatur. Nam inferi videntes vos eadem fide & charitate vnitos, vobis ſubijcientur: & tanquam victi & genuflexi contremiſcentes, nihil aduerſus * præualere poterunt. Homines vos reuerebuntur, & meo Chriſtiano populo, ſi vnanimis fuerit, totius orbis quaſi genuflexus ſeruire cogetur. Angeli verò & ciues cœleſtes, genua charitatis flectentes, vos honorificabunt, & vnà nobiſcum genuflexi, præſentabunt vos cum iubilo coram Ieſu Chriſto ſponſo meo, vt in æterna beatitudine viuatis, & regnetis cum ipſo. Tunc omnis lingua cōfitebitur, quia meus populus catholicus in gloria eſt Dei patris. Ad quem gloriam ipſe Ieſus Chriſtus vos omnes & alios filios meos vbique exiſtentes perducere dignetur. Qui viuit cum Deo patre & Spiritu ſancto benedictus in ſecula. Amen.

* vos

Nota.

IN SEQVENS OPVSCVLVM notatiuncula.

PRæſens opuſculum compoſitum extitit per reuerendum patrem dominum Ioannem Patriarcham Antiochenum in Concilio Baſileenſi, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquarto, ac fecit præſens opuſculum oībus ſcribere volentibus publicè pronunciari in Conuentu fratrum Minorum in quadā magna ſtufa, videlicet immediatè poſt feſtum Epiphaniæ Domini vel circiter tractans de dignitate vel ſuperioritate inter Concilium generale legitimè congregatum &c. & papam, vtputa vtrùm Concilium &c. ſit ſupra Papam, vel etiam quis eorum dignior, &c. Lege & conſidera.

ASSIT OMNIPOTENS &c.

SAcroſanctæ generalis ſynodo Baſileenſi, in Spiritu ſancto legitimè congregatæ, vniuerſalem Eccleſiam repræſentanti, veſter deuotus humilis Ioannes Patriarcha Antiochenus ſeipſum ad veſtrorum deuotiſſimorum operum efficacem cōtinuationem, cum omni deuotione, reuerētia & honore obſequialem.

Videat lector Bullam retractationū Pij II. qui diu adhæſit Baſileen. cōtra Eugeniū, ſed tandem meliùs inſtitutus, relictis Baſileen. adhæſit Eugenio cū multis alijs.

Quia nonnulli os ſuum aperientes in cœlum, poteſtatem Romani pōtificis ſupra poteſtatem ſacrorum generalium Conciliorum contra iuris diuini & humani veritatem à ſanctis patribus aliàs declaratam exaltare nituntur: & ob hoc quòd dominus Eugenius Papa Quartus veſtram ſacratiſſimam ſynodum ad extirpationem hæreſum, reformationē Eccleſiæ in capite & in membris, ac pacem in populo Chriſtiano procurandam, legitimè congregatam, ſine conſenſu ipſius ſacræ ſynodi diſſoluere potuerit, aſſerere publicè non verentur: Ego honorem ipſius ſacræ ſynodi procurare, ac illius decreta defendere, iuramento adſtrictus, ne errori huiuſmodi, ſi ei non contradicerē, aſſentire viderer: Opuſculum præſens per me contra errorem huiuſmodi cōpoſitum, ſanctitati veſtræ cum humilitate duxi præſentandum, corrigendum, emendandum, & ſi neceſſe fuerit, caſſandum: Non intendens tenere circa contenta in eo aliud, quàm hìc quod tenet ſacroſancta mater Eccleſia Catholica, & veſtra ſacra ſynodus illam repræſentans. & licèt, teſte Hieronymo, ſciam quòd qui ſcribit, multos ſumit iudices, nec ignorem in ſcripturis irrepræhenſibile omne nimìs, ſiue ſit longitudini, ſiue breuitati connexum, cùm primum ſenſus legentium oneret, & ſecundum præſcindat ſtudiorum deſiderium, vt ait Hieronymus ſuper Hieremiam lib. 2. in principio: tamen & hoc ſcio, ipſo teſtante ſuper Ioelem quinto, quòd oris apertio, eſt in Dei, non hominis, poteſtate. per quod conſtat, me non plus potuiſſe. quàm ingenioli à Deo largiti paterentur anguſtiæ, vt de ſe Hieronymus aſſerit ſuper Nichęum quinto. Quibus attentis, ſupplico, vt circa huius opuſculi defectus ſanctitas veſtra me dignetur habere ſupportatum.

IN NOMINE DOMINI IESV CHRISTI, AMEN.

AD oſtendendum, quòd Conciliū generale in Spiritu ſancto legitimè cōgregatum, ſit ſupra papam, ex eo ꝙ vniuerſalē Eccleſiam repræſentat: & conſequenter, ꝙ papa illud diſſoluere nō poſſit ſine conſenſu ipſius Concilij, poſſunt conſiderari ſequentia.

Et primò, ꝙ vna eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia, extra quam nullus omnino ſaluatur,

tur,in quo non Papa, ſed Chriſtus eſt ſacerdos & ſacrificium, teſte Innocentio 3.in ca. firmiter,de ſumma Trinitate. Vndè inquantum Papa aut alius quicunque non ſaluatur extra Eccleſiam vniuerſalem, patet quòd Eccleſia vniuerſalis eſt maior & dignior Papa,& quocunque alio membro ipſius Eccleſiæ: & per cõſequens ſupra Papã, arguendo à dignitate ſaluatoris, ad dignitatem inferioris, ſaluati, ſicut argui poteſt à dignitate Creatoris ad dignitatem creaturę,quę* maior eſt dignitatis ipſius creatoris. Ad cuius ſententiæ robur, diffiniuit ſacrũ Concilium Africanum, ꝙ primæ ſedis Eps nõ appellet ſummus ſacerdos,nec princeps ſacerdotũ,vt habetur in c.primæ ſedis,99.diſt. qua de re Gregorius Eulogio Patriarchæ Alexandriæ in c.Eccè,eadem diſt. ſit ſcribebat: Eccè in præfatione epiſtolæ, quam ad meipſum qui prohibui, direxiſtis, ſuperbæ appellationis verbum,vniuerſalẽ me Papã dicens, imprimere curauiſtis, quod peto mihi dulciſſima ſanctitas veſtra vltrà non faciat: quia vobis ſubtrahitur, quod alteri plus q̃ ratio exigit, præbetur.Et ſequitur ibidem paulò pòſt: Si vniuerſalẽ me Papã V.S.dicit, negat ſe hoc eſſe,quod me fatetur vniuerſum. Sed abſit hoc. Et Gloſa ibi verba illa, negat ſe hoc eſſe,exponit,i.eſſe de vniuerſitate, cùm tamen Eccleſia Ro.non ſit vniuerſa, ſed ſit de vniuerſitate.Gelaſiusq́ue in c.Quanuis, 21.diſt. ad propoſitũ dicebat,ꝙ quãuis vniuerſę Eccleſiæ Chriſti thalamus ſint, Romana cæteris prælata eſt.Quaſi dicat,ꝙ licèt vniuerſæ Eccleſiæ (includendo Romanam) ſint thalamus Chriſti,etiam Eccleſia vniuerſalis: Romana prælata eſt cæteris,ſed nõ Chriſti thalamo,qui eſt Eccleſia vniuerſalis. Et quod dictum eſt de Eccleſia vniuerſali, dici poteſt & debet de Concilio generali in Spiritoſancto legitimè congregato, Eccleſiã vniuerſalẽ repræſentante: attento, ꝙ honor & pręeminẽtia q̃ debẽtur rep̃ſentato,debentur repręſentanti illius vices gerenti,ca.finali,93.diſt. Vbi dicitur, ꝙ diaconus ante presbyterum ſedere non debet, niſi locum habuerit proprij patriarchæ,aut Metropolitani ſui, & concordat c.primum,94.diſt. Vbi dum dicebat Symmachus Papa, & vbi nos præſentes eſſe non poſſumus, noſtra per eum cui præcipimus,repræſentetur authoritas, facit c. Sane, quia de officio.ff. de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio,lege. Etſi prætor, & capitulo,In nouo,21.diſt.& quòd Concilium generale repræſentet vniuerſalem Eccleſiã, patet in decreto generalis Concilij Conſtantienſis inſt à inferto, & per hoc, quòd Apoſtoli vſum Conciliorum generalium inoenerunt. Et per illa Concilia fierent vice & nomine Eccleſiæ vniuerſalis, illa congregata,quæ per eam fieri poſſent ipſa congregata,vt patet per Actus Apoſtolorum,Actuum 1.6.8.& 15.

*mioor

Conciliũ Chalcedonẽſe lõgè aliter appellauit Ro.põtificem,nẽpè vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopum.

Locus obſcurus.

Secundò hoc patet,quoniam quando Petrus Apoſtolus primus Papa poſt Chriſtum, appropinquante tempore ſuæ paſſionis, ſibi elegit in ſede Apoſtolica ſucceſſorem Clementem, Concilium generale Apoſtolorum Eccleſiã vniuerſalem repræſentans, conſiderans ad bonã politiam Eccleſiæ non conuenire, electionẽ per Petrũ de perſona Clemẽtis facti, per modũ reformationis reprobauit,& Linũ, & poſtea Cletũ Petri ſucceſſores in adminiſtratione papatus ordinauit, vt patet in Chronicis Clementis & aliorum prædicatorũ, hocq́; vniuerſalis Eccleſia approbauit & tolerauit: quod non feciſſet, ſi Concilium generale non eſſet ſupra Papam. Nec obſtat c.Si Petrus, 8.q.9.quoniam verba illius textus intellecta ſecundum gloſam, non faciunt cõtrà.Nec obſtat, quod ibì dicit Gloſa de Clemẽte, ꝙ renunciauit: quoniam ideo renunciauit,quia Concilium generale Apoſtolorũ,electionẽ per Petrũ factã, tãquã nõ conuenientẽ ſtatui Eccleſiæ, reprobauit, & deinde Linũ & Cletum ordine ſucceſſiuo in Romanos pontifices elegit. quod non feciſſet,ſi ſuper Petrũ poteſtatem non habuiſſet:cõſiderato,ꝙ ſi non habuiſſet poteſtatem reprobandi dictã electionem,eadem ratione nec habuiſſet poteſtatẽ eligendi Linum, nec ſubſequenter Cletũ. Nec obſtat quòd aliqui in dicto c.Si Petrus, ꝙ Eccleſia tunc non erat congregata: quoniam licet tunc publicè non cõgregaretur propter metum infidelium,ſecretè tamẽ cõgregabatur, vt patet in * epiſtola,in qua dicitur,ꝙ oratio fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deũ ꝓ eo, Actuũ 12.c.& facit pro præmiſſa ſententia, ꝙ quãdo Samaria recepit verbum Dei, Actu.8. c. Conciliũ generale Apoſtolorum miſit ad eos Petrum & Ioannem. In quo denotatur,quòd Cõcilium generale Apoſtolorum erat ſupra Petrum,arguendo à maioritate mittentis,ad minoritatem miſſi,de quo habetur Lucæ 7. ibì dum dicitur: Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus,habens ſub me milites, & dico huic,vade,& vadit: & alij,veni, & venit:& ſeruo meo,fac hoc,& facit, ſecundum ſententiam magiſtri ſententiarum in 1. diſt. 11.& 15. vbi dicit: In mittente notari authoritatem,& in miſſo ſub authoritatem. Nec obſtat,ꝙ aliqui dicunt,Petrũ ibi miſſum potiùs conſilio, quam authoritate: quoniam inquantum Petrus non fuit miſſus ſolus, nõ fundatur illorũ intẽtio,& cõmunis ſententia Theologorum eſt contra eos in hoc paſſu.

Quis vnquã hoc dixit?

Quando vbi habitũ eſt hoc Conciliũ?

Ecce qualia adferuntur,qui Eccleſiæ paſtorem oppugnãt

Matt. 8.

Tertiò hoc etiam probatur per Ambroſium in cap. Quæ dignior, 24.quæſt.9.ibì dũ dicebat, quòd non eſt dignior domus Apoſtolicæ prædicationis ingreſſu, quàm ſancta Eccleſia. Igitur Eccleſia eſt dignior, & conſequenter maior Papa, & quocunque alio, vt ſonat illud verbum,dignior.

Quartò hoc etiam probatur,quoniam Papa eſt miniſter Chriſti & Eccleſiæ ſponſæ

ſuę, vt patet per Auguſtinũ in c. Quodcunq;, 24. q. 7. ibi dũ dicebat, ꝙ quando Chriſtus Petro tradidit claues, Petrus Eccleſiam ſanctam ſignificauit, quod verbum exponit ibi Archidiaconus in Roſario, ſic dicens: Significauit, i. ſub ſigno & nomine Eccleſiæ accepit. Vndè inquantum Petrus claues recepit vt miniſter Chriſti & Eccleſiæ, & ſub ſigno & nomine Eccleſiæ, patet ꝙ Eccleſia vt dña, maior eſt Petro vt miniſtro ſuo, ſecundum iura vulgata, dicentia dominã eſſe maiorem miniſtro ſuo. Hoc etiã Chriſtus atteſtabatur, dum dicebat, illum qui recũbebat, etiam maiorẽ eo qui miniſtrabat, Luc. 22. Et ex quo Eccleſia eſt dña recumbens, & Papa eſt eius miniſter, ſequitur, ꝙ quando Papa malè miniſtrat in offenſam Chriſti & Eccleſiæ ſuæ ſponſæ, Eccleſia tanquã dña maior miniſtro ſuo, illũ cõpeſcere poteſt, & per modum reformationis corrigere & punire, ſecundum iura dicentia, maiorem, * miniſtro inferiorem, quando malè agit, corrigere poſſe & punire, & maximè, quia poteſtas data fuit Petro ad ædificationẽ, & non ad diſſipationem, cap. Remittuntur, 23. q. 5. cum ibi notatis per Archidiaconum in roſario, ibi dum dicit, quòd illa verba, Quodcũq; ligaueris, exponuntur frequentius ſic, ſcilicet iuſtè, claue non errante: & quòd Eccleſia à Chriſto claues acceperit ac poteſtatem ligandi & ſoluendi, patet ſecundum Hieronymum in cap. Omnibus, 24. q. 7.

Ergo Apoſtoli erant maiores Chriſto, qui ſe miniſtrũ vocat.

for. * miniſtrum

Matt. 16.

Item pro hac parte facit ſententia Gregorij in c. Sicut ſancti, 15. diſt. vbi dicit, venerari ſacra illa Concilia generalia ſicut Euangelium, quia dum vniuerſali ſunt conſenſu conſtituta, ſe & non illa deſtruit, quiſquis præſumit abſoluere quod ligant, aut ligare quod abſoluunt.

Hæc Concilia Ro. pontificis præcipuã authoritatẽ agnoſcunt.

Itẽ facit etiã c. Si duo contra fas, 25. di. c. Vbique, quòd ſi ſint duo contendentes de papatu, diffinitio pertinebit ad Concilium generale, ſecundum Gloſam ibidem, & hoc etiam aperit Textus, cùm dicit, quod ſi duo contra fas fuerint electi, nullus eorum debet recipi, ſed ille quem vniuerſalis conſenſus elegit.

Item ad hoc propoſitum dicit Ioannes Andreæ in ca. de Renunciatione libro 6. in Nouella, quòd ſi Papa in conſiſtorio ſecreto coram Cardinalibus renunciet papatui, ſine præſentia aliorum teſtium, & poſteà dicat non renunciaſſe, Concilium generale erit iudex: quod non eſſet, ſi non eſſet ſupra Papam.

Item nota Gloſam in c. Si Papa, 40. diſt. quòd nedum in cauſa hæreſis, ſed etiam in quocunque alio caſu, in quo Papa committit exceſſum Eccleſiam ſcandalizantem, ſi ſit incorrigibilis, poteſt accuſari & puniri: quod eſt intelligendum, per Concilium generale, iuxta iam dicta ſuprà.

Item quòd Concilium generale ſit ſupra Papam, patet, quia Papa peccare poteſt, 21. diſt. Nunc autem. Eccleſia autem vniuerſalis per Concilium repręſentata, peccare non poteſt, vt patet in c. A recta, 24. q. 1. cum ibi notatis per Gloſam & doctores, & notant Oſtienſis & Ioannes Andreæ in ca. à nobis in magno, de ſententia excommunicationis ſuper verbo, Eccleſiæ, quòd illud quod dicitur de Eccleſia vniuerſali, dici debet de Concilio generali illam repræſentante, arguendo à natura, ſeu qualitate repræſentantis & repræſentati, de qua in præcedentibus dictum eſt.

Præterea hoc etiam probatur arguendo ab abſurditate vitanda, & per exemplum ſimilitudinis, quo Chriſtus vtebatur inter ſuos diſcipulos, dicendo, ſimilitudinẽ hanc. Veniat igitur primò argumentum ab abſurditate vitanda, & ponamus quòd aliquis Papa per ſua mala opera diſſipatet generalem ſtatum Eccleſiæ, & ipſam Eccleſiam & populum Chriſtianum notoriè ſcandalizaret: ſi dicamus Concilium generale non habere poteſtatem compeſcendi eum, eſſet in poteſtate unius hominis deſtruere Eccleſiam ſine remedio: quod eſſet abſurdũ, ſed quo ad exemplum ſimilitudinis, ponamus quòd aliquis dominus rex volens ire ad ſanctum Sepulcrum, dat poteſtatem gubernandi regnum in eius abſentia dominæ reginæ ſponſæ ſuę, adijciens quòd, quia non conuenit honeſtati ſuæ muliebri diſcurrere per regnum quotidiè quando caſus neceſſitatis occurrerint, ordinat ſibi vnum miniſtrum generalem, qui nomine ipſius regis & dictæ reginæ habeat poteſtatem gubernandi dictum regnum: quo facto, vadit rex ad viagium ſuum.

Deinde iſte gubernat in abſentia regis, ita malè iuſtitiam & facta regis, quòd cedit in ſcandalum, aut pręiudicium ſeu offenſam regis & reginæ, ac totius regni, & non eſt in regno qui ſibi dicere poſſit. Tu malè facis. Quæritur, nunquid regina in iſto caſu poterit vti poteſtate ſibi data à rege, & illum compeſcere ac punire, & de alio bono Gubernatore prouidere vſque ad regreſſum regis? Videtur quòd non, quia licèt rex dederit poteſtatem prædictam reginæ, nihilominùs dedit poteſtatem dicto gubernatori gubernandi regnum, vt non oporteret reginam diſcurrere per regnum: & ſic videtur voluiſſe, quòd Gubernator vteretur exercitio dictæ poteſtatis, & non regina. Contrarium tamen eſt de veritate iuris dicẽdum, ad euitandum abſurditatem, quæ ex contrario ſequeretur, & etiam quia non eſt veriſimile, regem regnum ſuum in tali caſu ſine remedio voluiſſe dimmitere, & in tali caſu debemus in dubio amplecti. Hic poteſt veriſimiliùs regula inſpici de regulis iuris libro ſexto, cum alijs concordantijs ad hoc vulgatis, & ita videmus in ſimilis

Pontifex nõ ab homine eſt inſtitutus ſed à Chriſto, qui non deſerit Eccleſiam ſuã.

Locus obſcurus.

quòd

quòd quando CHRISTVS dedit claues Petro, eſt veriſimile, quòd ſub nomine Petri intellexerit ſucceſſores, licèt de illis in datione clauium nullam mentionem fecerit, quia non eſt veriſimile, quòd mortuo Petro, CHRISTVS voluerit Eccleſiam eſſe ſine Petri ſucceſſore, ſecundum ea, quæ habentur in cap. Pro humani, de Homicidio libro ſexto, cum ibi notatis per Ioannem Andreæ in Gloſa ſuper verbo, deſereret, quæ pro tanto poſſunt ad propoſitum applicari, quoniam quando Chriſtus aſcenſurus ad cœlos, dedit poteſtatem Petro & ſucceſſoribus, vt miniſtris eius, & Eccleſiæ ſponſæ ſuæ, non eſt veriſimile intellexiſſe, quòd in caſu in quo aliquis ex ſucceſſoribus Petri malè regendo ſcandalizaret Eccleſiam ſponſam ſuam, ipſa non deberet vti poteſtate clauium contra talem, ſed ſine remedio ruinam fidei caholicæ & bonæ politiæ ipſius Eccleſiæ haberet tolerare, quod eſt abſurdum: & ſic arguendo ab euitatione abſurditatis, & à ſimili, eſt concludendum, Eccleſiam in tali caſu contra Papam poteſtatem habere, & pro iſta parte facit decretum generalis Concilij Conſtantienſis, tenoris qui ſequitur:

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritusſancti, Hæc ſancta Synodus Conſtantienſis, generale Concilium faciens, pro extirpatione ſchiſmatis, ac vnione & reformatione Eccleſiæ DEI in capite & in membris fienda ad laudem &c.

ET primò declarat, quòd ipſa in Spiritusſancto legitimè congregata, generale Concilium faciens, & Eccleſiam Catholicam repręſentans, poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui quilibet cuiuſcunque ſtatus vel dignitatis, etiá ſi papalis exiſtat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem, & extirpationē dicti ſchiſmatis, & reformationē dictæ Eccleſiæ in capite & in membris.

Item declarat, quòd quicunq; cuiuſcunque conditionis, ſtatus, dignitatis, etiam ſi Papalis exiſtat, qui mandatis, ſtatutis, ordinationibus, ſeu præceptis huius ſacræ ſynodi & cuiuſcunque alterius Concilij generalis legitimè congregati ſuper præmiſſis, ſeu ad ea pertinentibus, factis vel fiendis, obedire contumaciter præſumpſerit, niſi reſipuerit, condignæ pœnitentiæ ſubijciatur, & debitá puniatur, etiam ad alia iuris ſubſidia, ſi opus fuerit, recurrendo.

Locus obſcurus.

NVNC AVTEM RESTAT RESPONDERE AD EA, quæ in contrarium allegantur.

ET primò ad primum dum dicitur, quòd inquantùm Concilia generalia recipiunt authoritatem à Papa, & non econtrà, vt habetur in capitulo, Significaſti, de Electionibus apparet quòd Papa eſt ſupra Concilia generalia, & non econtrà. Reſpondetur, quòd Textus ille debeat intelligi de authoritate relata ad hoc, quòd concilia generalia non poſſint eſſe legitimè congregata ſine Papæ authoritate, niſi quando immineret neceſſitas congregandi illud pro intereſſe vniuerſalis Eccleſię & Papa nollet congregare, de qua authoritate habetur 17. diſtinct. Portatum. Sed poſtquam Concilia generalia authoritate Papę, vel aliàs legitimè ſunt congregata, poteſtas eorum non procedit à Papa, ſed à Chriſto immediatè, vt patet in Decreto Concilij Conſtantienſis, & per iam dicta ſuprà. & cùm obijciendo quętitur, quomodò ſtabunt poteſtas Eccleſiæ, & poteſtas Petri, cùm ambæ à Chriſto immediatè procedant? & ſic tanquam pares, vna non uidetur habere vim ſuper aliam, capitulo innotuit, de Elect. Reſpondetur, quòd inquantùm poteſtas clauium eſt ſituata in Petro, vt in miniſtro Eccleſiæ, ſicut ſuprà deductum eſt, ſequitur, quòd poteſtas Petri vt miniſtri, ſubijcitur poteſtati Eccleſiæ, tanquam poteſtati Dominæ. Et licèt ab eodem fonte procedant, diuerſimodè tamen diuerſitates qualitatum miniſtri & dominæ procedũt. Et ſic etiam videmus, quòd licèt poteſtas Preſbyteri, & poteſtas Diaconi, ab eodem procedant, quia tamen poteſtas Diaconi inferior eſt, vt miniſtri Preſbyteri, eſt poteſtas ipſius Preſbyteri maior, & poteſtas Diaconi inferior, ſecundum ea quę habentur in cap. finali, 93. diſt. & ad huius ſententiæ propoſitum dicebat ſanctus Thomas in ſecunda ſecundæ, quæſtione quarta, articulo primo, quòd ſicut obtinet in naturalibus, vt ſuperiora moueant inferiora ad ſuas actiones per excellentiam naturalis virtutis collatæ diuinitùs, ſic oportet in rebus humanis, quòd ſuperiores moueant inferiores per ſuam voluntatem ex vi authoritatis diuinitùs collatæ.

Ergo etiã Chriſtus, qui venit miniſtrare ſubijcitur Eccleſiæ.

Paſtor ergo regit oues, i. Pontifex Eccleſiã.

Item obijciebatur de his quæ habentur in capitulo, Licèt de vitanda, de Election. in fine. Sed reſpondetur, quòd Alexander Tertius ibi loquitur, habendo reſpectum ad tempus, in quo vacante Eccleſia Romana, Concilium generale non erat congregatum, nec ſperabatur congregari: alias illo congregato, poſſet ad illud haberi recurſus ſuper difficultatibus emergentibus erga electionem Romani pontificis, argumento capituli, Si duo, 69. diſtinct. cum ibi notatis in Gloſa, & per Ioãnem Andreæ in ca. primo, de Renunciatione. libro 6. in Nouella.

Item dicebatur, quod ex quo Dominus noſter IESVS Chriſtus munus poteſtatis clauium ita ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in beatiſſimo Petro Apoſtolorum omnium ſummo prin-

cipaliter collocaret, vt ab ipſo quaſi quodã capite, dona ſoa velut in corpus omne infunderet, vt habetur in ca. Ita Dominus, 19. diſtinct. apparet quòd nec Concilium generale, nec quæcunque perſona aliquid poteſt habere de iuriſdictione Eccleſiaſtica, niſi inquantùm à Papa ſibi conceditur. Er per conſequens, qoòd Papa eſt ſupra Conciliom generale, & non econtrà. Ad quod reſpondetur, qnòd licèt poteſtas iuriſdictionis à CHRISTO tradita fuerit beato Petro vt miniſtro Chriſti & Eccleſiæ per Concilium repræſentatæ, conſiderato quòd in traditione huiuſmodi per Petrom Eccleſia fuit deſignata, quodque ipſe ſub ſigno & nomine Eccleſiæ poteſtatem recipit ſecundum Auguſtinum in dicto c. Quodcunque, 24. diſtinct. q. 1. cum ibì notatis per Archidiaconum, & ad ædificationem membrorum Eccleſiæ, & non ad diſſipationem, capitulo, Sunt quidem, 24. quæſt. prima, & ſic cum onere, quòd Petrus & eius ſucceſſores vt miniſtri Eccleſię illi ſubijcientur, quãdo malè regendo Eccleſiam ſcandalizarent, & quantùm io eis eſſet, diſſiparent, vt patet per iam dicta.

Dictũ eſt Petro, Paſce, i. rege &c. oues meas.

Quibus attentis, conſtat verba dicti ca. Ita Domious, non ſundare, Papam non eſſe ſubmiſſum poteſtati Eccleſiæ per Concilium geoerale repræſentatæ. Et cùm ſubijcitur, quomodò poteſt hoc eſſe, cùm Conciliom generale nihil poſſit habere de iuriſdictione Eccleſiaſtica, niſi inquantùm ſibi concedatur à Papa, vt in argumento dicebatur. Reſpondetur, quòd ſi traditio clauiom Petro tantùm facta fuiſſet, & nomine ſuo, militaret argumentum. Sed quicquid dicat Leo Papa in dicto ca. Ita Dominus, Veritas eſt, quòd in traditione clauium per Petrum Eccleſia fuit deſignata. Et Petrus claues recepit ſub ſigno & oomine Eccleſiæ, vt ſupradictum eſt, & ſic cum onere, quòd quando non ædificaret, ſed diſſiparet, corrigi poſſet per Eccleſiam, vt patet per iam dicta. Nec legitur, quòd Petrus receperit poteſtatem ſupra Eccleſiam vniuerſalem, nec per conſequens ſupra Concilium generale illam repræſentans: ſed ſupra ſingularia membra Eccleſiæ, ſecundum communem Theologorum opinionem. Et probatur per Gelaſium in ca. Quanuis, 21. diſtinct. & per Gregorum in Cap. Eccè, 99. diſtinct.

Ecce reijcit Leonis ſanctiſſ. ſentẽtiã: quia premit eum.

Iſti pontifices aliter loquũtur.

Quibus atteotis, conſtat verba dicti cap. Ita Dominus, non ſundare, Papam non eſſe ſobmiſſum poteſtati Eccleſiæ. Poſſuntque præmiſſa ratione naturali fortificari, quoniam ſupponendo, quòd Papa ſit caput miniſteriale Eccleſiæ, & membrnrum ſingularium ipſius Eccleſiæ, videmos ꝙ licèt caput in corpore humano ſit ordinatum ad directionẽ & gubernatiooem membrorũ, ſitque non licitum, membra à capite (id eſt, ab obediẽtia capitis) recedere, capitulo, Cùm non liceat, de præſcriptionibus: ſi tamẽ caput in corpore humano efficiatur languidum ſeu infirmum, licitum erit membris illud ligare & cauterizare, ne totum (quod abſit) corpus morbus iouadat, ſi lãguor non fuerit curatus in capite, Ca. ſic inquit, 2. q 7. ſicq; etiam videmus, quòd ſi Papa efficeretur furioſus & babens enſem in manu, exiẽs palatium, quos ſibi obuiàm reperiret, occideret: vtique liceret ſubditis inferioribus eũ capere & ligare: & ſi hoc liceret pro ſaluatione corporis, multo magìs licere debet Concilio generali Eccleſiam repræſentanti, pto ſalute animarum, quando Papa malè regendo, & Eccleſiam ipſam ſcandalizãdo, animas ſubditorum ad viam damnationis induceret. Nec obſtat præmiſſis capitulum, Si Papa, 40. diſt. ibi dum dicitur, quòd etiam ſi animas ſubditorum cateruatim ad inferos deduceret, nullus mortalium poſſet eum iudicare, niſi depræhendatur à fide deuius &c. quoniam ſecundum * Laudunom in ſacramẽtali de baptiſmo, Textus ille debet intelligi de peccatis Papæ occultis, quæ Dei iudicio relinquuntur, 6. q. 1. Si omnia, & etiam de publicis, quãdo Papa eſt corrigibilis. Ego autem dico quod textus ibi dicit, mortalium nullus, denegando iudicium ſingulis mortalium: noo autem Eccleſiæ vniuerſali, nec Concilio geoerali illam repræſentanti.

O argumentum.

Item opponebatur de his quæ habẽtur in ca. Nemo, 9. q. 3. Vbi dicitur, quòd nemo iudicabit primam ſedẽ. & ſequitur ibidèm: Neque enim ab Auguſto, neqoe ab omni clero, neque à regibus, neq; à populo iudex iudicabitur. Sed reſpondetur illud eſſe intelligendum, quaodn ſedes prima, id eſt, Papa in illa ſedens, bona opera facit, vt ſonant verba ibì poſita, iuſtitiam tempetare deſideraotem. Sed quando Papa facit opera mala, Eccleſiam notoriè ſcandalizantia, eſt ſecùs, quoniam tunc poteſt iudicari & puniri per Concilium, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ſi ſit incorrigibilis, vt patet per iam dicta ſuprà. Et ad hoc propoſitum dicebat Gloſa in dicto c. Nemo, ſuper verbo, Nemo, quòd cùm Papa peccat, poteſt peccatum eius Eccleſiæ denunciari, ſecundum admooitionem Euangelij. Adijciens quòd hoc determinauit in ca. Si Papa, 40. diſtinct. Nec obſtant præmiſſis notata per Oſtienſem in ca. Propoſui, de conceſſione præbendæ, vbi videtur dicere, quòd etiam procedendo ſecundom admooitiooẽ Euangelicam, Eccleſia non poteſt iudicare Papam, quoniam ſalua ſui pace, mandatum illud Euangelij, ſi peccauerit, omnibus fuit directum, & contra omnes peccantes, etiam cõtra Papam, ſicut cõtra alios, quando Papa peccat notoriè in ſcandalum vniuerſalis Eccleſiæ, vt patet per iam dicta ſuprà, ſicq; pra-

Matt. 18.

ēticatum

dicatum fuit in Concilio generali Conſtantienſi contra dñm Ioannẽ Papam 23.& ſimili modo põt reſponderi ad ca. aliorum, & ad capitulũ,ſacta, 9.q.3.& ad omnia alia iura,dicentia, ſacta Papę non poſſe iudicari ab alio,q̃ à Deo.& facit pro authoritate Cõciliorum quod habetur 17. diſt. Hoc etiam, ibi dũ dicitur, ſcientes quia eius ſedi primũ Petri Apoſt.meritũ, deinde ſecuta iuſſione Dñi, Cõciliorũ venerandorũ authoritas ſingularẽ in Eccleſijs tradidit poteſtatẽ: quanuis gloſa ibidẽ hoc dictũ moderatur,dicens, ꝙ Eccleſia Ro. poteſtatem principaliter habeat à Dño,& ſecũdariò à Cõcilijs, cuius ſẽtentię cõcordat Gloſa in c. Dudũ, 3.q.6. ſed quãuis ita ſit,hoc nõ infert,Papã non ſubijci Cõcilio,qñ notoriè Eccleſiã ſcandalizaret, conſiderato quòd Petrus poteſtatem recepit à Chriſto,vt miniſter Chriſti & Eccleſiæ, & ſic cũ onere, ꝙ eſſet ſubmiſſus poteſtati Eccleſiæ Dñę ſuę,qñ notoriè illã ſcandalizaret, vt ſuprà oſtenſum eſt.Et ſi dicatur, quòd iſte caſus ſcandali notorij,nõ eſt de expreſſis in Decreto Concilij Conſtantieñ.reſpondetur ꝙ qñ Papa notoriè ſcãdalizat Eccleſiã, caſus iſte eſt de pertinentibus ad caſum generalis reformationis Eccleſiæ, qui eſt expreſſus in dicto Decreto Concilij Conſtantienſis.

Hic iura oia, quæ faciunt apertiſſimè pro pontifice, vt vult interpretatur.

Vt paſtor & doctor Eccleſiæ dicente Chriſto, Confirma fratres tuos.

Item opponebatur de his quæ habentur in Gloſa dicti c.Nemo,ſuper verbo,ab omni clero,ibi dum dicitur, quòd Concilium non poteſt iudicare Papã,capitulo Significaſti, de Elect.Sed ad dictum ca. fuit ſuprà in præcedentibus reſponſum, & ſequitor in eadem Gloſa,quòd ſi totus mundus ſentiret in aliquo contra Papam, videtur quòd ſententiæ Papæ ſtandum eſſet, 24.q.1. Hæc eſt fides. Sed ad dictum c. Hæc eſt fides, reſpondetur, quòd loquitur, quando agitur de fide, & in caſu,in quo Concilium generale Eccleſiam vniuerſalem repræſentans, nec eſt congregatum, nec in aliquo caſu fidei habet opinionem determinatam contra Papam, nec Papa contra Concilium. Præterea Gloſa ibi loquitur argumentatiuè,& non deciſiuè, arguens ibi pro & contra, ſine decidendo:& quicquid in hoc paſſu hactenùs per Gloſas & doctores interdum affirmatiuè, & interdum negatiuè fuerit opinatum, ſtandum eſt hodiè diffinitioni factæ per Concilium generale Conſtantienſe, quo ad caſos in decreto illius expreſſos, videlicet cùm agitur de fide, & de extirpatione ſchiſmatis, & de generali reformatione Eccleſiæ in capite & in membris,& de pertinentibus ad caſus præmiſſos,& ſi quis in contrarium poteſtatem dicti Concilij in præmiſſis negans aſſereret pertinaciter, abſque dubio hæreticus eſſet cenſendus,argumento eorum quæ habentur in c.omnes, 22.diſt. immò poteſt vltra præmiſſa conſiderari, ꝙ licèt Chriſtus poteſtatem tradiderit Petro ſupra ſingularia membra Eccleſiæ,iuxta illud: Paſce oues meas: non legitur tamen quòd poteſtatem ſibi traderit ſupra vniuerſalem Eccleſiam, cuius Chriſtus caput eſt: nec ſupra Concilium generale illam repræſentãs: immò potiùs de contrario, vt patet per iam dicta ſuprà in principio, & per conſequens, Eccleſia cuius nomine Petrus poteſtatem recepit,& Concilium generale illam repræſentans,poteſtatem habent ſupra Papam, vt ſupra miniſtrum & membrum ſuum, nedum in caſibus in dicto decreto Conſtantienſi expreſſis,ſed etiam in omnibus alijs,arguendo à plenitudine poteſtatis,quam Petrus nomine Eccleſiæ recepit.

Ioan. 21.

O ineptũ argumentum.

Paulò antè dixit decretum intelligi de expreſſis in illo.

Nec obſtant præmiſſis notata per Ioannem Ioannis in dicto c.Nemo, 9.q.3.ibi dũ dicit,quòd licèt orbis ſit maior vrbe, quantùm ad circuitum, non tamen quantùm ad authoritatem: quoniam ſi ſumamus orbem pro vniuerſali Eccleſia in toto orbe conſiſtente,ſicut Hieronymus in capitulo, legimus, 93.diſt. ſumebat, dicta gloſſa Ioannis Ioannis, modicùm,immò nihil facit ad propoſitum ſuum.

Item opponebatur contra poteſtatẽ Concilij de his quæ habentur in c. Nunc autem, 21.diſt.ibi dum dicitur, declaratũ fuiſſe per Concilium, ſe non habere poteſtatem proferendi ſententiam contra Marcellinum Papam, de hæreſi, quia thurificauerat idolis, impetitum, quanuis idem Marcellinus thurificationem huiuſmodi confiteretur: ſed ad hoc reſpondetur, quòd verba ibi poſita,non ſunt verba Cõcilij, ſed Nicolai Papæ ad Michaelẽ Imperatorem: & quicquid ibi dicat dictus Nicolaus, veritas eſt, quòd Concilium non omiſit ibi condemnare Marcellinum de hæreſi propter defectum poteſtatis, ſed quia idem Marcellinus per metum coactus fuerat thurificare idolis, & erat corrigibilis, & per conſequens non debebat deponi, 24.q.3. dicit Apoſt.vt gloſa in dicto c.Nunc autem,dicit,& quòd contra Papã de hæreſi poſſit agi, patet in dicto c.ſi Papa,ibi dum dicit,niſi depræhendatur à fide deuius.& quod iſto caſu, videlicet quando agitur de hæreſi contra Papam,Conciliũ generale ſit iudex, patet ex notatis per Ioannem Andræ & Archidiaconum in c. in fidei,de hæreticis lib.6. immò poteſt etiam conſiderari, ꝙ inquantùm Petrus poteſtatem recepit à Chriſto tantùm ſuprà ſingularia membra Eccleſiæ,iuxta illud, Paſce oues meas:& non ſupra corpus vniuerſalis Eccleſiæ,cuius Chriſtus caput eſt: quandocunque Eccleſia eſt legitimè congregata, ſeu Concilium generale illam repræſentans, Petrus illi Concilio, de quocunque caſo in eodem agatur,authoritatiuè præſidere non poteſt: quia non decet, ſubditũ ſuperiori ſuo præſidere, 21.diſt.per totum, c.cùm inferior, de maioritate & obedientia.

En quò iſti prolabuntur.

Sed ideò tunc Cõciliũ poteſt cõtra Papam,quia cum hæreticus eſt, deſinit eſſe Papa. Ioan. 21.

Nec obſtant notata per Ioannẽ Andreæ

in c.graue, de præbendis, ſuper verbo, Nunciando. quoniam loquitur ſecundum tempora, in quibus ipſe & alij doctores in terris Eccleſiæ Romanæ reſidentes, reſpiciebãt ad poteſtatem Papæ cum duobus oculis, & ad poteſtatem Eccleſiæ & generalium Cõciliorum cum vno oculo tantùm. Nec obſtãt iura per eundem ibidèm allegata, quia ad illa patet reſponſio per iam dicta.

Item opponebatur de hoc, quòd Apoſtoli voluerunt Petrum eſſe principem eorum, vt habetur in dicto c.In nouo. Sed reſpondetur, quòd Apoſtoli non intendebant ſibi dare nouam poteſtatem, ſed datam ſibi à Chriſto, approbare, vt patet ex notatis per gloſſam in dicto §.Hinc etiam 17. diſtinct. cuius gloſæ ſentẽtia communiter approbatur per doctores. Sed non legitur, quòd Chriſtus dederit Petro poteſtatem ſupra vniuerſalem Eccleſiã, ſed ſupra ſingularia membra eiuſdem. Igitur dicta Apoſtolorum voluntas, de qua habetur in dicto c.In nouo, relata ad poteſtatem quam Chriſtus dedit Petro, non probat Apoſtolos dediſſe poteſtatem Petro ſupra vniuerſalem Eccleſiam: nec per conſequens, ſupra Concilium generale illam repræſentans.

Qui dixit Paſce oues meas, neminem vtiq; excepit Chriſtianum.

Item opponebatur de iuribus, dicentibus quòd Papa eſt caput Eccleſiæ, vt habetur in c.fundamenta, de electione lib. 6. cum alijs concordantijs. Sed reſpondetur, quòd illa iura debent intelligi de capite miniſteriali, quod non recepit poteſtatem ſupra vniuerſalem Eccleſiam, cuius Chriſtus caput eſt. Nec etiam ſupra Concilium generale illam repræſentans, ſed ſupra ſingularia membra ipſius Eccleſiæ.

Itẽ opponebatur, quòd Papa habuit præſidentiam in multis Concilijs generalibus, vt patet in c.In nomine Domini, 24. diſt. & in pluribus alijs iuribus, & maximè in cap. ad Apoſtolicæ, de re iudicata, lib. 6. cum ibi notatis per Io. Andreæ in glo. 1. Sed ad hoc reſpondetur, ꝙ in pluribus antiquis Concilijs Papa non fuit præſidens, vt patet in illis, in quibus Romani pontifices non faciebant diffinitiones, ſed Concilium, dicendo, placuit Concilio. de quibus habetur in cap. quæ recipiunt, Placuit, quæ habentur de conſecratione diſt. 5. & in pluribus alijs ad cuius ſententiæ robur, notandum quòd Concilium Apoſtolorum de qua Actuũ 6. Petrus ſolus nõ congregauit, ſed 12. Apoſtoli ſimul, vt patet ibi dum dicitur, quòd conuocauerunt 12. multitudinem diſcipulorum.

Quænam ſunt illa Concilia?

Actor. 6. a

Item eſt etiam notandum, ꝙ in illo Concilio, de quo habetur Actuũ 15. Petrus, licèt ibi fuerit præſens, ſentẽtiam* tamen pronũciauit, ſed Iacobus ſub his verbis, Placuit Apoſtolis & ſenioribus & omni Eccleſiæ, & ibi decretalem epiſtolam ordinauerunt, non Petri nomine, ſed Apoſtolorum & ſeniorum, & declarando iſtum paſſum, poteſt conſiderari, quòd inquantùm Petrus non recepit poteſtatem ſupra Eccleſiam vniuerſalem, nec per conſequens ſupra Concilium generale illam repræſentans, vt ſupradictũ eſt, conſtat papam non poſſe habere præſidentiam authoritatiuam in Concilijs generalibus, niſi inquantùm illa per Concilium in quo eſſet, ſibi concederetur: quo caſu non haberet vſum huiuſmodi poteſtatis nomine & authoritate ſua ſed dicti Concilij. Nec obſtant iura, probantia quòd Romani põtifices aliâs præſidentiam habuerunt in concilijs generalibus: quoniam illa iura ſunt intelligenda de honoraria, ad beneplacitum Conciliorum eis data, facit dictum c. In nomine Domini, 23. diſt. ibi, dum dicebat Nicolaus Papa, ſi placet fraternitati veſtræ. &c. ſi dicatur, quòd Papa habuit præſidentiam in Concilijs generalibus, vt in dicto c. ad Apoſtolicæ &c. Reſpondetur illud fuiſſe ex conceſſione dictorum Conciliorum, ſeu ex permiſſione illorum habentium vim dictæ conceſſionis, aut ex tolerantia patientiæ, & multa per patientiam tolerantur, quę ſi deducta eſſent in iudicio, non tolerarentur. de præbendis, cùm iam dudum. Quibus attentis, conſtat Papam in Concilio generali non habere præſidentiam authoritatiuam, neque honorariam, niſi inquantùm à Concilio ſibi concederetur, aut permitteretur.

for. * tamẽ non

A Chriſto eſt authoritas Petri.

Item opponebatur de c. Non debet, de conſanguinitate & affinitate, vbi Papa prohibitionem Concilij generalis reducit ad quartum gradum. Sed reſpondetur id ibi fieri per Papam in Cõcilio generali, ex permiſſione ipſius Concilij, vt ibi patet. quo attento, non probat ille textus, quòd Papa ſit ſupra Concilium, nec quòd diſſoluere poſſit illud ſine conſenſu ipſius Concilij.

Item opponebatur de c. ſtatutum, de reſcriptis. lib. 6. vbi Papa conſtitutionẽ Concilij generalis de duabus diætis, reducit ad vnam diætam. Sed reſpõdetur, ꝙ Papa illud fecit pro bono communis iuſtitiæ, vt miniſter Eccleſiæ ipſiusq; authoritate, & non ſua, & in caſu in quo Concilium generale Eccleſiam repræſentans, non erat congregatum. * Nec ipſe prohibitus id facere ſine conſenſu ipſius Concilij, vt patet in conſtitutione Concilij generalis Conſtañ. quæ incipit, Frequens. Quibus attentis, patet illud c. ſtatutum, non probare, Papam eſſe ſupra Concilium. Nec, quòd Cõcilium diſſoluere poſſit ſine conſenſu ipſius Concilij, maximè contra prohibitionem ſibi factam per Concilium generale in dicta conſtitutione, Frequẽs. nec dubiorũ per ipſum erga dictam conſtitutionem, Frequens, motorum allegatio, ipſum releuat, quo ad facta per ipſum ſuppoſita, quoniam notoriè dicuntur illa ſuper veritate non fundari: & declaratio dictorum dubiorum, Concilio

for. * ſed ipſæ.

congre-

congregato, ad ipſum Concilium generale pertinet, & non ad ipſum, ſecundum iura, dicentia quòd illius eſt interpretari, cuius eſt condere: nec decet, præſente ſuperiore, quòd inferior dubia erga conſtitutionem ſuperioris mota, habeat declarare ſeu interpretari, 21. diſt. per totum, capit. inferior, de maioritate & obedientia, capitulo Ne Romani, de elec. in Clementinis.

Item opponebatur de verbis dicti c. ſignificaſti, importantibus, quòd in ſtatutis Cõciliorum generalium apertè intelligitur authoritas Romanæ Eccleſiæ excepta. Sed reſpondetur, quòd ex quo authoritas vniuerſalis Eccleſiæ, & conſequenter Conciliorum eſt maior, & authoritas Romanæ Eccleſiæ minor, vt ſuprà in præcedentibus eſt oſtenſum: neceſſarium eſt dicere, quòd authoritas Eccleſiæ Romanæ, de qua habetur in dicto c. ſignificaſti, miniſterialis eſt Eccleſiæ vniuerſalis, quo ad Eccleſias particulares, ſicut de Petro dicitur, quòd eſt miniſter Eccleſiæ ſponſæ Chriſti, reſpectu Eccleſiarum particularium, quibus Eccleſia Romana prælata eſt, 21. diſtinct. quanuis. quodque ipſa authoritas, vt miniſterialis Eccleſiæ vniuerſalis, authoritate illius, & non ipſius Eccleſię Romanæ, in ſtatutis Conciliorum generalium intelligitur excepta, ad declarandum, interpretandum & moderandum dicta ſtatuta ſecundum varietatem temporum pro bono Reipublicæ quandocunque Concilijs generalibus non congregatis, Eccleſiæ Romanæ pro bono reipublicæ videtur faciendum: & vocatur dicta Eccleſiæ Romanæ authoritas excepta, apud doctores & magiſtros epieikeia. quibus attentis, conſtat verba dicti c. ſignificaſti, non fundare, authoritatem Eccleſiæ Rumanæ eſſe maiorem authoritate Eccleſiæ vniuerſalis, nec per conſequens Conciliorum generalium ipſam repræſentantiũ. Et per præmiſſa patet reſponſio ad capitulum, ſtatutum, &c. Conſtitutio, de elec. lib. 6. In quibus Romanus pontifex ſine Concilio generali interpretatur & declarat ſtatuta Conciliorum generalium, & ad cap. Dudum 3. q. 6. & ad alia iura ſimilia, dicentia Eccleſiam Romanam eſſe caput aliarum Eccleſiarum.

Immò & Gerſon fatetur Ro. Pontificẽ eccleſiaſticæ hierarchiæ eſſe principẽ & monarcham.

Et ſi dicatur, ꝙ ex quo dicta epieikeia conceſſa eſt Papæ authoritate Eccleſiæ vniuerſalis, & conſequenter Conciliorũ generalium, potuit Papa vigore dictæ conceſſionis, derogare dictæ Conſtitutioni Frequens, & illam interpretari ac moderari ac Concilium diſſoluere, & ad alium locum mutare: reſpondetur, quòd præmiſſa per Papam fieri non potuerunt vigore conceſſionis dictæ epieikeiæ, attento ꝙ in conceſſione illius authoritas prohibitiua Eccleſiæ vniuerſalis, & cõſequenter Conciliorum generaliũ, tanquam authoritas ſuperioris, fuit excepta: & non eſt licitum inferiori, aduerſus prohibitionem ſuperioris, maximè pro bono vniuerſalis Eccleſiæ, vt in caſu dictæ conſtitutionis, Frequens, factam venire: aliás ſi contrariũ diceremus, ſequeretur abſurdum, videlicet ꝙ vigore dictæ epieikeiæ eſſet in poteſtate Papæ derogare omnibus conſtitutionibus ſacrorum generalium Cõciliorum, & omnem bonam politiam Eccleſiæ euertere, abſque eo quòd ſibi poſſet dici, Tu malè facis: quod non eſt dicendum.

Vide ſanctũ Thomã ĩ Tractatu contra impugnãtes religionem, vbi ait, quòd iuris pontiui ſunt, ſubeſſe diſpoſitioni Papę &c.

Nec obſtat præmiſſis illa quorundam aſſertio, habens quòd Papa eſt caput & paſtor, nedum Eccleſiarum particularium, ſed etiã Eccleſiæ vniuerſalis: quoniam ſi Papa eſſet caput & paſtor vniuerſalis Eccleſiæ, vniuerſalis eſſet: Epiſcopusque vniuerſalis Eccleſiæ appellari poſſet, vt patet ad ſenſum. Sed nec eſt vniuerſalis, nec Epiſcopus vniuerſalis Eccleſię appellari debet, vt patet per beatum Gregorium in c. Eccè 99. diſt. ſuprà in principio allegato. Igitur dicta aſſertio eſt falſa.

Sic eũ vocauit Synodus Chalcedonẽſ.

Præterea ſi Papa eſſet paſtor & caput Eccleſiæ vniuerſalis, ſequeretur abſurdum, videlicet quòd ipſe eſſe caput & paſtor corporis myſtici Eccleſię, ſecundum quod caput in corpore humano, eſt caput & rector illius: quod non eſt, nec eſſe poteſt, cùm Chriſtus ſit caput, Gubernator & Rector Eccleſiæ vniuerſalis, vt corporis myſtici conſideratæ: eſſeque duo capita in eodem corpore, monſtrum exiſtat: Igitur arguendo ab abſurditate euitanda, conſtat dictam aſſertionem eſſe falſam.

Chriſtus fundamẽtum eſt, & 12. Apoſtol, fundamenta ſunt.

Item Eccleſia Romana non eſt vniuerſa, ſed eſt de vniuerſitate corporis myſtici Eccleſiæ, & ſic eſt membrũ dicti corporis myſtici, vt patet per B. Gregorium in dicto c. Eccè, cùm ibi notatis per gloſam. Igitur ex quo eſt membrum dicti corporis, non eſt nec eſſe poteſt caput illius, cùm differentia ſit inter caput & membra, capitulo Cùm non liceat, de præſcriptionibus.

Item ſi Papa eſſet caput Eccleſiæ vniuerſalis, ſequeretur abſurdum, videlicet quòd Petrus homo peccabilis, recepiſſet poteſtatem ligandi & ſoluendi ſupra ſpõſam Chriſti, id eſt, corpus myſticum Eccleſiæ, quòd nunquam peccauit, nec peccare poteſt, ſecundum ea quæ habentur in c. A recta, 24. q. 1. cum ibi notatis in gloſa. quod non eſt dicendum.

Item ſi Papa eſſet caput vniuerſalis Eccleſiæ, eſſet prælatus à Chriſto vniuerſalis Catholicis Eccleſijs per orbem inſtitutis, quæ incluſa Eccleſia Romana, vnus Thalamus Chriſti ſunt, teſte Gelaſio in c. quamuis vniuerſæ, 21. diſt. Sed non eſt ſic, quia non fuit prælatus niſi cæteris Eccleſijs à Romana diſtinctis, vt patet in dicto c. quanuis.

Item Petrus poteſtatem ligandi & ſoluendi recepit, non nomine ſuo, ſed nomine Eccleſiæ, vt miniſter illius. patet per Auguſtinum in c. quodcunque, 24. q. 1. cum ibi

notatis

Digitized by Google

notati s per Archidiaconum in Roſario. Igitur ex quo vt miniſter hanc poteſtatem recepit, non eſt nec eſſe poteſt caput dominæ ſuæ, ſicut videmus in corpore cuiuſuis Eccleſiæ, quòd licèt œconomus vel * ſyndicus gerat vices dicti corporis, & in hoc ſit eius miniſter, nõ eſt per hoc ille caput dicti corporis. Et ſi dicatur quòd licèt Petrus non ſit caput principale Eccleſiæ, nec eſſe poſſit, eſt tamen caput miniſteriale. Reſpondetur id eſſe falſum, conſiderato quòd eſſe caput, denotat præeminentiam & ſuperioritatem, quam miniſter non habet, nec habere poteſt ſupra dominum & dominam, cum ſit ſub eis, & ſic inferior: & in hoc confutatur opinio illorum, qui dicunt Petrum fuiſſe caput miniſteriale Eccleſiæ vniuerſalis: quoniam inquantùm præeminentiam non habuit, nec ſuperioritatem ſupra Eccleſiam vniuerſalem, vt corpus myſticum conſideratam, non poteſt ratione miniſterij ſibi cõmiſſi ſupra Eccleſias particulares à Romana diſtinctas, dici caput miniſteriale ipſius corporis myſtici, licèt reſpectu Eccleſiarum particularium, quæ ſunt membra dicti corporis myſtici, Eccleſia Romana & Papa poſſunt dici caput miniſteriale illarum, eo quia ratione miniſterij Petro commiſſi, ipſe præeminentiam & ſuperioritatem habuerit circa ipſas Eccleſias particulares, vt atteſtatur Gelaſius Papa in cap. quamuis vniuerſæ, 21. diſt. ibi, dum dicebat, quòd quanuis vniuerſæ per orbem Catholicæ Eccleſiæ inſtitutæ, vnus thalamus Chriſti ſint, tamen ſancta Romana Eccleſia Catholica & Apoſtolica, nullis ſynodicis conſtitutis, cæteris Eccleſijs prælata eſt. * In quo eſt notandum, quòd non dicit quòd Eccleſia Romana ſit prælata vniuerſali Eccleſiæ, quæ eſt Chriſti thalamus: ſed cæteris Eccleſijs particulariter conſideratis, ab eadem Romana diſtinctis.

[i. procurator]

[Ergo Chriſtus, qui ſe miniſtrũ vocat, nõ eſt ſupra Eccleſiã.]

*[*Adde qđ ibi ſequitur: Sed Euãgelica voce ſaluatoris nři primatum obtinuit.]*

Nunc reſtat reſpondere ad iura prędicta, pro dicta falſa aſſertione allegata: & primò allegatur Gregorius in c. Conſiderandum, 1. diſt. ibi, dum dicitur de Petro, quòd Chriſtus eum cunctæ Eccleſiæ præferre diſpoſuerat. Sed reſpondetur, illa verba debere exponi, id eſt, cunctis Eccleſijs particularibus, quoniam illis tantùm Chriſtus Petrum prętulit, & non Eccleſiæ vniuerſali, vt denotat verbum, cæteris, poſitum in dicto c. quanuis. eſtq; dicta expoſitio neceſſaria, propter dictum verbum, cæteris, & etiam propter ea quæ habentur ſecundum Gregorium in dicto c. Eccè, & vt verba in ſenſu, in quo valere poſſint, & non perire, recipiantur, capit. Abbate, de verborum ſignificatione cũ alijs concordantijs.

[O interpretem:]

Item allegatur pro dicta falſa aſſertione c. præcedens Dictum, c. cõſiderandum, quod incipit, Hi qui. Sed ſalua pace allegantis, in dicto c. nihil eſt quod faciat ad propoſitum ſuum, §. tamen. ſed exceptio præcedens dictum c. conſiderandum, benè habet, quòd Petrus poſt trinam Chriſti negationem, non ſolùm in gradu ſui Epiſcopatus remanſit, verùm etiam in paſtorem totius Eccleſiæ, exponi debent, id eſt, omnium Eccleſiarum particularium exordium ab ipſo habẽtium, & à Romana diſtinctarum: quibus tantum Romana prælata eſt, vt patet in dicto c. quãuis, vt verba ipſa in ſenſu, in quo valere poſſunt & non perire, recipiantur, iuxta dicta ſuprà in reſponſione facta ad cap. conſiderandum.

[Sed omnes Eccleſię particulares faciũt vnam vniuerſalem.]

Item allegatur pro dicta falſa aſſertione cap. Petrus, 2. q. 7. Vbi dicitur, quòd Petrus poteſtatem regni acceperat. Sed reſpondetur id verum eſſe, quo ad particulares Eccleſias: non autem quo ad corpus vniuerſalis Eccleſiæ, quæ eſt corpus myſticum, cuius Chriſtus caput eſt: & quòd non receperit poteſtatem regni ſupra corpus vniuerſalis Eccleſiæ, patet per Gelaſium in dicto c. quanuis. & per Gregorium in dicto c. Eccè, vt ſuprà in præcedentibus fuit oſtenſum.

Nec obſtant notata per Ioannem Andreę in Clementina Ad noſtrũ, de hæreticis, ibi dum dicit, ꝙ ſicut in Eccleſia triumphante eſt vnũ caput ſupremum, ita in Eccleſia militante eſt vnum caput, ſcilicet Papa: quoniã illud quod ibi dicit Io. Andreæ de Papa, intelligi debet reſpectu Eccleſiarum particularium, non autem reſpectu vniuerſalis Eccleſiæ, vt ſuprà oſtenſum eſt.

[Iſti nihil obſtat, quia omnia interpretatur vt vult.]

Item allegantur capitulũ, fidelior 50. diſt. Vbi dicit Ambroſius, ꝙ Petrus tanquam bonus paſtor tuendum gregem accepit, poſtq̃ fidẽ perdidiſſe defleuerat: quodque ipſe Petrus paſtor factus erat, vt cæteros fidei ſtabilitate fundaret. & ſubdit ibi, ꝙ Petrus pro ſoliditate deuotionis, Eccleſiæ petra dicitur, ſicut ait Dominus, Tu es Petrus &c. Ad quæ reſpondetur, quòd ibi non dicitur Petrus dici petra, ad denotandum ꝙ Eccleſia fuerit fundata ſuper eum, quoniam fundata fuit ſupra Chriſtum, iuxta illud: Petra autem erat Chriſtus. Sed fuit Petrus dictus petra, ad denotandum quòd primus in nationibus fidei fundamenta per ſuam prædicationem poſuerit, vt in eodem textu dicitur: & ſic præmiſſa, ex dicto textu allegata, ſunt referenda ad regimen & gubernationem Eccleſiarum particularium, non autẽ ad regimen Eccleſiæ vniuerſalis, quæ eſt corpus myſticum Eccleſiæ: quod nunquã indiguit, neq; indiget officio paſtorali Petri, cùm illud ſit impeccabile, non habens maculam neque rugam, ſecundũ ea quæ habentur in dicto c. A recta, 24. q. 1, cum ibi notatis in gloſa. & ad huius ſententiæ propoſitum dicebant Oſtienſis & Ioannes Andreæ in c. à nobis in magno de ſententia excommunicationis ſuper verbo Eccleſiæ, quòd ille textus debet intelligi de Eccleſia militante ſpeciali, vel

[Mat. 16. c]

[1. Co. 10. a]

[Fruſtra ergo Chriſtus Petro commiſit oues ſuas.]

Romana,

Romana, quoniam generalis militans congregata, non poteſt errare, 24. quæſt. 1. A recta fide.

Nec obſtant alia verba ibi in fine poſita, videlicet, & tanquam ſaxum immobile, totius corporis Chriſtiani cōpagem molemq; obtineat: quoniam illa verba ſunt referenda ad effectum prædicationis, quæ in Petro fuit fundamētum fidei in nationibus, vt ibi dicitur: eſtq; neceſſariū, dicta verba ſic intelligere, vt recipiantur in ſenſu, in quo valere poſſunt, & non perire: & niſi ſic intelligātur, perirent, propter ea quæ habentur in dicto c. Eccè, & in c. quanuis vniuerſæ, ſuprà allegatis.

Item allegatur ca. Beati, 2. q. 7. Vbi dicitur, quòd meritis Apoſtolorum Petri & Pauli, Roma principatum & caput obtinuit nationum. Ad quod reſpondetur, ꝙ ſi Roma ibi ſumatur pro Romana Eccleſia, reſpondetur ꝙ illud, quod ibi dicitur de principatu & capite nationum, referri debet ad Eccleſias particulares in toto orbe conſtitutas: non autem ad Eccleſiam vniuerſalem, quæ eſt corpus myſticum Eccleſiæ, ſupra quod Eccleſia Romana nullum vnquam obtinuit principatum, vt patet per iam dicta ſuprà.

Certè etiā Gerſon dicit Papam eſſe monarchā & principē Eccleſiaſt. hierarchię

Item allegatur cap. Eſt aliud, 24. q. 1. Vbi dicitur, Eſt aliud Apoſtolicum piſcandi genus: quo genere ſolum Petrum piſcari dominus iubet, dicens: Mitte hamum: & eum piſcem qui primò aſcendit, tolle. Ad quod reſpondetur, ꝙ verba illius textus referri debent ad piſcaturam faciendam ſupra cęteras Eccleſias, ſupra quas Romana fuit prælata: non autem ad piſcaturam faciendam ſupra Eccleſiam vniuerſalem, prout eſt corpus myſticum: quoniam illud eſt ſine peccato, & ſic non indiget piſcatura Petri.

Matt. 17.

Item allegatur cap. Puto, 2. q. 7. Vbi dicitur, ꝙ Petrus & Cyprianus fuerūt pares meritis. Sed Petrus fuit in poteſtate maior illo, & quocunq; alio Epiſcopo, eo quia ſua poteſtas per ſtatuta vniuerſalis Eccleſiæ eſt firmata. Sed reſpondetur, vt ſuprà, quòd illa quæ ibi dicuntur de poteſtate Petri, referri debent quo ad Eccleſias particulares, nō autem quo ad Eccleſiam vniuerſalem: Vt verba illius capituli recipiantur in eo ſenſu, in quo valere poſſunt & non perire, ſicut ſuprà in præcedentibus dictum eſt, & licèt textus ibi habeat, quòd poteſtas Petri ſit firmata per ſtatuta vniuerſalis Eccleſiæ, per hoc tamen non habetur ex illo, quòd Petrus habuerit poteſtatem ſupra corpus vniuerſalis Eccleſiæ, quæ eſt corpus myſticum, cuius Chriſtus caput eſt.

Item allegatur cap. Hæc eſt fides, 24. q. 1. Vbi dicitur, ꝙ Papa tenet & fidem & ſedem Petri: ad quod reſpondetur, quòd qui impugnat profeſſionem fidei, quā Papa comprobauit, nō catholicum, ſed hæreticū ſe cōprobabit: quodque ſancta Romana Eccleſia, quę ſemper immaculata permāſit, Domino prouidente &c. in futuro manebit ſine vlla hæreticorum inſultatione, atque firma & immobilis omni tempore perſiſtet. Sed reſpondetur, quòd illud quod ibi dicitur de Eccleſia Romana, quòd ſemper immaculata permāſit & permanebit, intelligi debet verum, quandiu ligabit & ſoluet iuſtè, claue non errante, vt ſuprà in præcedentibus eſt dictum: & ſic intelligendo, non probant illa verba, nec etiam alia ibi poſita, ꝙ Eccleſia Romana ſit vniuerſalis Eccleſia, quę eſt corpus myſticum, cuius Chriſtus caput eſt. Faciunt notata per glo. in dicto cap. A recta, 24. q. 1. Nec quòd Eccleſia Romana receperit poteſtatem ſupra corpus vniuerſalis Eccleſiæ. Nec etiam, quòd Papa ratione Romanæ Eccleſiæ poſſit dici caput & paſtor vniuerſalis Eccleſiæ.

Ecce gloſam. Sed Petro dictum eſt, Ego ꝓ te rogaui, vt non deficiat fides tua.

Item allegatur capitulum, In iſtis, 80. di. vbi dicitur, quòd inter ipſos Apoſtolos non fuit par inſtitutio, ſed vnus præfuit omnibus. Sed reſpondetur, quòd illa verba, vnus præfuit omnibus, debent intelligi referendo ad miniſterium Eccleſiarum particularium, non autem ad vniuerſalem Eccleſiam, quæ eſt corpus myſticum, cuius Chriſtus caput eſt, vt patet per iam dicta ſuprà.

Item ad probandum, ꝙ Eccleſia Romana eſt caput vniuerſalis Eccleſiæ, allegatur capitulum, Non licet, 12. diſt. Ibi dum dicitur, & ſicut filius venit facere voluntatem patris, ſic & vos voluntatem implere veſtrę matris, quæ eſt Eccleſia, cuius caput (vt prædictum eſt) Romana exiſtit Eccleſia. Sed reſpondetur, quòd ad illud verbum, cuius, addi debet ſupplēdo verbum membrorum: & tunc eſt ſenſus, quòd illi Epiſcopi implere debent voluntatem matris Eccleſiæ, cuius membrorum caput, Romana Eccleſia caput exiſtit: & ſic ſupplendo & intelligendo, non probat ille textus, quòd Eccleſia Romana ſit caput vniuerſalis Eccleſiæ. Et notandum quòd Calixtus author dicti cap. Non licet, dicit Eccleſiam Romanam eſſe matrem aliarum Eccleſiarum, ab eadem diſtinctarum, ad denotandum ꝙ non eſt mater vniuerſalis Eccleſię, ſecundum Gregorium in c. Eccè, 99. diſt. & patet etiam per Gelaſium in c. quanuis, 21. diſt. Ibi dum dicebat, quòd quanuis vniuerſæ Eccleſię Chriſti thalamus ſint, tamen ſancta Romana Eccleſia cæteris prælata eſt, & non dicit, ꝙ Chriſti thalamo, i. vniuerſali Eccleſiæ prælata ſit: debentq; verba huiuſmodi ad hunc ſenſum applicari, q̄a in alio ſumpta, inducerent abſurditatem, vt patet per iam dicta ſuprà. Et notandum ꝙ Archidiaconus in Roſario in dicto c. Non decet, recitando Bernardum ad Eugenium, circa finem 4. libri dicit, ꝙ licèt Eccleſia Romana ſit mater Eccleſiarum, non tamen domina: quodq; Papa nō eſt dn̄s Epiſcoporū, ſed vnus ex ipſis: quodq; Papa debet ſe conſiderare

Aliquādo ponitur &, decet: quod idē eſt.

Hi pontifices aliter ſtribunt.

conſiderare

Et quare Petrus dictus eſt Princeps Apoſtolorum?

ſiderate fratrẽ diligentium Deũ, & participem eorũ. & ſubdit ibl archidiaconus, quòd eſt optimũ argumentum. In c.* inuentiones, in principio, quòd papa non ſit dominus aliorum epiſcoporum.

Item allegatur cap. pceptis, in eadẽ di. 12. Vbi dicitur ꝙ præceptis apoſtolicis non dura ſuperbia reſiſtat, ſed per obedientiã, quæ à ſancta Ro. Eccleſia & Apoſtolica authoritate iuſſa ſunt, ſalutiferè impleantur, ſi eiuſdem ſanctæ Dei Eccleſiæ, quæ eſt caput veſtrum, cõmunionem habere deſideratis, & ſequitur ibidẽ, cuius authoritatis ſanctionẽ omnes teneant ſacerdotes, qui nnluerint ab Apnſtolicæ Petræ, ſupra quam Chriſt⁹ vniuerſalem fundauit Eccleſiã, ſoliditate diuelli. Ad quæ reſpondetur, ꝙ textus in dicto c. nõ probat id, ad quod allegat. Nec obſtant illa verba, ſi eiuſdẽ ſanctæ Dei Eccleſiæ, quę eſt caput oĩum veſtrum: quoniam illa verba, ſi eiuſdẽ ſanctę Dei Eccleſiæ, relationẽ faciũt ad Eccleſiam Romanam, de qua in præcedẽtibus verbis facta erat mentio. Nec obſtant etiam verba, qui noluerint &c. Quoniã textus ibi dicit, ab Apoſtolicæ Petræ, non autem Petri: & veritas eſt, ꝙ Chriſtus fundauit Eccleſiam ſupra petram, q̃ Chriſtus erat, & nõ ſupra Petrum, ſecundum communem doctorum opinionem.

O interpretem. Gregorius ibi de Apoſtolica ſede expreſsè loquitur.

Item dicunt illi, in dicto c. Non decet, & in ſequenti dicitur, ꝙ Eccleſia Romana eſt caput vniuerſalis Eccleſiæ & omnium eccleſiarum. Sed ſalua pace ſic dicentium, hoc quòd Eccleſia Romana ſit caput vniuerſalis Eccleſiæ in dicto c. non habetur, conſiderato quòd illa verba, à matre ipſorum quæ eſt Eccleſia, poſita, in dicto c. Non decet, legi debent & exponi, vt in reſponſione ad dictum c. Non decet, ſupradictum eſt. Nec verba cap. ſequentis quod incipit, præceptis, hoc etiam habent ſanè intellecta, vt in reſponſione facta ad illud c. oſtenſum eſt.

Immò dicitur caput Eccleſiæ, quæ vnq; vna eſt, nec poteſt aliter quàm de vniuerſa accipi.

Item dicunt illi, in dictis c. Non decet, & ſequenti, haberi, quòd Eccleſia vniuerſalis eſt fundata ſuper apoſtolicam petram, i. ſupra Petrum & ſucceſſores. Sed hoc ibidem non probatur, vt patet per dicta in reſponſionibus factis ad illa capitula.

Item allegatur cap. Quis neſciat, 11. diſt. Ad qund reſpndetut ꝙ facit cõtra allegantem, inquantùm habet, ꝙ Petrus inſtituit Eccleſias particulares per vniuerſum orbẽ: & non dicit, ꝙ Eccleſia Romana ſit cap. vniuerſalis Eccleſiæ. Nec obſtat ꝙ in eodem c. dicitur, ꝙ aliæ Eccleſiæ habuerunt initium à Romana: quoniam per hoc non infertur quòd Eccleſia Romana ſit caput vniuerſalis Eccleſiæ, licèt poſſit dici caput aliarum Eccleſiarum particularium ratione poteſtatis traditę Petro vt miniſtro Eccleſiæ ſuper dictis Eccleſijs particularibus.

Item allegant iſti glnſam dicti c. Quis neſciat, quæ habet, quòd Petrus tribuit poteſtatem Paulo prædicandi. Sed reſpondetur, illud non inferre, quòd Petrus eſſet caput vniuerſalis Eccleſiæ, vt corpus myſticũ, cuius Chriſtus caput eſt, conſideratæ: & per hoc patet reſponſio ad notata per Archidiaconum in c. Ita Dominus, 19. diſt. Ibi dum dicebat, Petrum alijs Apoſtolis dediſſe poteſtatem prædicandi.

Item mãdant illi videri capitulum, Benè quidem, 96. diſt. quod non facit ad propoſitum eorum, niſi reſpectum haberent ad illa verba ibi poſita prope principiũ, quæ ſunt iſta: Nec adiectione indiget plenitudo quaſi vellent dicere, quòd ex quo Petrus habuit plenitudinem poteſtatis, cap. Significaſti, de elect. non poteſt habere aliquam poteſtatem ſupra ſe, niſi Deum: & ad hoc reſpondetur, quòd Petrus non habuit dictam poteſtatis plenitudinem nomine ſuo, ſed vice & nomine Eccleſiæ vniuerſalis, cuius miniſter eſt, vt patet per Auguſtinum in c. Quodcunque, 24. q. 1. cum ibi notatis per archidiaconum in Roſario, de quo ſuprà in pręcedẽtibus dictum eſt.

Item & ſi forſan habuerint reſpectum ad alia verba dicti c. quæ habent, quòd præſul Eccleſiæ Romanæ merito B. Petri Apoſtoli per vniuerſum orbem primatum obtinet ſacerdotij: reſpondetur, hoc eſſe intelligendũ, quod ad Eccleſias particulares, per vniuerſum orbem conſtitutas, quas ipſa Romana Eccleſia inſtituit, vt habetur in c. Quis neſciat, 11. diſt. non autem quo ad Eccleſiam vniuerſalem, cui papa tanquam illius miniſter ſubijcitur, vt ſuprà in præcedentibus deductum eſt. Nec obſtant enim alia verba dicti c. Benè quidem, quæ habent, quòd papa ſtatutis ſynodalibus conſueuit tribuere firmitatem: quoniam ſi illa verba recipiantur pro ſtatutis ſynodalibus conciliorũ generalium, eſt hoc intelligendum per approbationem reuerentialem, de qua habetur in c. Sicut ſancti, 15. diſt. per quẽ textum ſatis videtur confutari opinio prędictorum, quoniam ſi authoritas papæ ſic eſſet ſupra Concilia generalia legitimè congregata, ꝙ illorum ſtatuta non poſſent habere firmitatem ſine papæ authoritate, Gregorius non fuiſſet locutus in dicto c. Sicut ſancti, de Cõcilijs generalibus cum tanta reuerentia, cum quanta locutus eſt ibidèm.

Certè Damaſus ait, nulla vnquàm Cõcilia rata legi, quæ non ſunt fulta Apoſtol. authoritate.

Item allegant capitulum, Rogamus, 24. q. 1. Ibi dum dicitur, quòd Petrus eſt caput totius Eccleſiæ. Sed reſpondetur illud eſſe exponendum, i. omnium Eccleſiarum quæ ab ipſo exordium habuerunt, cap. Quis neſciat, 11. diſt, quoniam quãuis vniuerſæ per orbem Catholicæ Eccleſiæ inſtitutæ, vnus thalamus Chriſti ſint, tamen Eccleſia Romana nullis ſynodicis cæteris Eccleſijs prælata eſt, teſte Gelaſin papa. 3. ca. Quamuis vniuerſæ, 21. diſt. Et notandum, quòd non dicit, quòd ſit prælata thalamo Chriſti, nec

Eccleſiæ

Eccleſiæ vniuerſali, quæ eſt Chriſti thalamus, vt ibi: ſed dicit, cæteris Eccleſijs prælata eſt. ad denotandum, ꝙ omnes aliæ Eccleſiæ à Romana diſtinctæ, non faciunt thalamum Chriſti: ſed Romana & omnes aliæ cũ ea, faciunt Chriſti thalamum, & ſic Eccleſiã vniuerſalem. Vndè inquantùm cęterę Eccleſiæ non faciunt Eccleſiam vniuerſalem, & Romana non eſt prælata niſi cęteris ab ea diſtinctis, patet ꝙ non eſt prę lata Eccleſiæ vniuerſali, & per conſequens, quòd non eſt vniuerſa, ſed de vniuerſitate corporis myſtici Eccleſiæ, vt dicebat Gregorius in dicto ca. Eccè, 99. diſt.

Sed Petr⁹ eſt paſtor Ro. Eccleſię, & oim aliarũ, ergo vniuerſę Eccleſię

Itẽ allegant cap. Cùm beatiſſimus, 24. q. 1. Vbi dicitur, quòd B. Petrus à Domino recepit principatum. Sed reſpondetur, illud intelligendum quo ad cæteras Eccleſias, quæ à Romana habuerunt exordium: ſed non quo ad vniuerſalem Eccleſiam, quæ Chriſti thalamus eſt, vt patet per proximè dicta.

Hoc modo facilè oẽs nodos ſolue tis.

Item allegant ca. Si Petrus, eadem cauſa, & 9. Vbi habetur, quòd Petrus & non alius ex Apoſtolis, abſcidit aurem Malchi: Ad denotandum, quòd ipſe præ alijs habiturus erat poteſtatem ligandi & ſoluendi. Sed reſpondetur, hoc eſſe intelligendum quo ad particulares Eccleſias, quæ à Romana habuerunt exordium: Non autem quo ad Eccleſiam vniuerſalem, vt patet per iam dicta ſuprà.

Item allegant c. de Conſtantinopolitana, 22. diſt. Vbi dicitur, Si qua culpa in Epiſcopis inuenitur, neſcio quis non ſit Papæ ſubiectus. Sed reſpondetur, illud non probare, quòd vniuerſalis Eccleſia ſit ſubiecta Papę, attento quòd ibi non ſit ſermo de vniuerſali Eccleſia, ſed de culpis ſingulorum Epiſcoporum Eccleſiarum particularium, à Romana diſtinctarum, qui non faciunt Eccleſiam vniuerſalem.

Item allegant c. Antiqua, de priuilegijs, vbi dicitur, quòd Romana Eccleſia eſt mater vniuerſorum Chriſtifideliũ: Sed reſpondetur, illud eſſe intelligendum verum, reſpectu cęterarum Eccleſiarum, quibus Romana prælata eſt: non autem reſpectu vniuerſalis Eccleſiæ, cui Romana non eſt prælata, vt patet per iam dicta ſuprà.

Item allegant c. primum de Renunciatione, lib. 6. vbi dicunt* haberi poteſtatem regere vniuerſalem Eccleſiam, & illi præſidere. Sed reſpondetur, quòd illa verba non ſunt ibi diſpoſitiuè poſita, ſed narratiuè, narrando verba quæ illi Curioſi vltra modum dicebant in q. An eſſet illicitum Papæ renunciare papatui, quando agnoſcebat ſe inſufficientem ad regendam vniuerſalem Eccleſiã. Et ſic cùm non ſint diſpoſitiua, non fundant intentionem allegantium.

f. *haberi, eà habere

Item allegant c. primum, 22. diſt. vbi habetur, quòd Eccleſia Romana eſt fidei mater. Sed reſpondetur, illud eſſe intelligendum ratione prędicationis, quam Petrus primus poſt Chriſtum in populis exercuit, & Eccleſia Romana alias Eccleſias inſtituit, 21. diſt. Quis neſciat? Et ſic illud non inferre, quòd Eccleſia Romana ſit vniuerſa: nec, ꝙ Eccleſia Romana fuerit prælata vniuerſali Eccleſiæ. Et per hoc etiam reſpondetur ad dictum Ambroſij, in eodem c. dicentis, quòd ipſe profeſſus eſt ſe velle in cunctis ſequi ſanctam Romanam, quoniam iſtud nõ probat, Eccleſiam Romanam fuiſſe prælatam vniuerſali Eccleſiæ.

Si prælata eſt omnibus particularib⁹, quomodò non ẽt vniuerſę?

Item allegant, ꝙ Chriſtus fundauit Eccleſiam ſupra Petrum. Sed reſpondetur, hoc eſſe falſum, quoniam illa verba, & ſuper hanc petrã, nõ referuntur ad Petrum, ſed ad Chriſtum, iuxta id, Petra autem erat Chriſtus.

Mat. 16. c

1. Co. 10 a

Item allegant c. Ita Dominus, 19. diſt. cuius verba etiam ponuntur in c. Fundamenta, de ele. lib. 6. Sed ad illud fuit reſponſum in primis reſponſionibus ſuprà ſcriptis.

Item allegant verba per Chriſtum dicta Petro. Sed reſpondetur, quòd per illa Petrus non fuit prælatus vniuerſali Eccleſiæ, ſed particularibus Eccleſijs, vt ſuprà fuit oſtenſum, ſecundum Gregorium & Gelaſium.

Gregori⁹ & Gelaſi⁹ ſunt contra vos.

Item allegant gloſam ca. In nouo, 21. diſt. quæ habet, quòd Apoſtoli fuerunt pares in conſecratione & ordine, non autem in adminiſtratione. Sed reſpondetur, quòd licet Petrus fuerit alijs maior in adminiſtratione, hoc non infert: & quòd Petrus non fuerit prælatus Eccleſiæ vniuerſali, patet per iam dicta ſuprà.

Item allegant, quòd Apoſtoli voluerunt Petrum eſſe principem eorum. Ad quod reſpondetur, non reperiri quòd ipſum voluerunt eſſe principem Eccleſię vniuerſalis. Nec vnquàm talem principatum habuit à Chriſto, vt patet per iam dicta ſuprà, ſecundum Gregorium & Gelaſium.

Nota acumen.

Item allegant c. Sacroſancta, 22. di. Sed ad illud patet reſponſio per iam dicta ſuprà.

Item allegant gloſas & textus, dicentes quòd Papa non habet ſuperiorem in terris. Sed reſpondetur hoc* verum, ſaluo iure thalami Chriſti, quando Concilium Generale non eſt congregatum. Sed quando eſt legitimè congregatum, ſuperioritatem habet in Papa, vt ſuprà in primis reſpõſionibus oſtẽſum eſt. Et iſto modo reſpondetur ad notata per Vuilhelmum in ſpeculo, titulo de legatis, §. nunc oſtendendum, ver. 99. & per Baldum in l. reſcripta &c.

* eſſe

Item allegant Papam impunè poſſe tollere conſtitutionem Concilij Generalis, contra prohibitionem ipſius Concilij Generalis, ſupponẽtes Papam eſſe paſtorem vniuerſalis Eccleſiæ. Sed ipſorum ſuppoſitum eſt falſum, & conſequenter ipſorum aſſertio ſuper illo fundata, eſt falſa, vt patet per iam dicta ſuprà.

Nihil cert⁹, quàm Papã vniuerſæ Eccleſiæ eſſe paſtorem

Itẽ allegant c. vbi maius, de elec. lib. 6. in §.

cæte-

cæterùm, vbi dicitur, quòd Papa eſt rector vniuerſalis Eccleſiæ. Sed reſpondetur, quòd illa verba, vniuerſalis Eccleſiæ, exponi debẽt, id eſt omnium Eccleſiarum particularium, membra vniuerſalis Eccleſiæ exiſtentium, vt patet ex his quæ habentur in cap. Eccè, 99. diſtin. & in cap. quanuis, 21. diſtin. Eſtq; dicta expoſitio neceſſaria, vt patet per iam dicta ſuprà. Prætereà notandum, quòd Gregorius 10. dicta verba protulit, tempore quo Concilia generalia non frequentabantur, & ad poteſtatem Eccleſiæ vniuerſalis pauci reſpiciebant: & iſto modo poteſt reſponderi ad illa iura, ſi quæ allegentur ad probandum, quòd Papa præſit Eccleſiæ vniuerſali: quoniam exponenda ſunt taliter, quòd veritati declaratæ per B. Gregorium in dicto c. Eccè, & per Gelaſium in dicto c. Quanuis, non obuient, id eſt, contradicant.

Iſti ponti fices nihil fa[illegible] pro vobis.

Item allegant dicta Auguſtini, Gregorij, S Thomæ, Cyrilli & Rabani, & quorundam aliorum. Sed reſpondetur, ꝙ fundantur ſuper verbis dictis Petro à Chriſto, quæ ſanè intellecta iuxta iam dicta ſuprà, non fundãt Papam præſidentiam habere ſupra corpus vniuerſalis Eccleſiæ. Nec obſtant illa verba, Paſce oues meas: quæ ſi intelligantur de paſcuo ſpirituali, illud eſt compræhenſum ſub poteſtate ligandi & ſoluendi, quæ data eſt Eccleſiæ principaliter, vt ſuprà oſtenſum eſt, attento quòd nullus debet prædicare, niſi mittatur ab Eccleſia, vel à Petro nomine Eccleſię. Si autem intelligantur, de paſcuo corporali, tunc cùm illud pertineat ad Eccleſiam vniuerſalem, vt patet in Actibus Apoſtolorum, vbi diſtribuebatur, vnicuiq; prout ſibi opus erat, non cenſetur per hoc Petro amplior poteſtas data, quàm Eccleſiæ vniuerſali, & ſic ceſſat argumentum.

Ioan. 21. d

Petr⁹ Chriſti eſt vicarius.

Acto. 4. f

Nec obſtat, ſi pro eis dicatur, quòd Papa præſidet Eccleſiæ Romanæ, cap. Licet, de conſtitutionibus, lib. 6. & cæteris Eccleſijs quæ faciunt vniuerſalem, vt in dicto capit. quanuis: quoniam reſpondetur, quòd ad hoc quod Papa præſideret vniuerſali Eccleſiæ, requireretur quòd ipſe præſideret capitibus & membris omnium Eccleſiarum per orbem inſtitutarum, vt patet in dicto c. quanuis, ibi dum dicitur, vniuerſæ. Sed Papa non præſidet capiti Eccleſiæ Romanę, quia ſibijpſi pręſidere non poteſt. Igitur non præſidet vniuerſis Eccleſijs vniuerſalem facientibus.

Ecce ad quas ineptias dilabimur, dũ veritatem oppugnamus.

Item allegant c. Si ſummus, de ſententia excommunicationis in Clementinis, vbi Papa dicitur ſummus pontifex. Sed reſpondetur, quòd non debemus reſpicere, quid Papa ibi fecit, ſed quid facere debuit: & conſtat, quòd non debet ſe appellare ſummum, vt ſuprà in principio fuit probatum. Igitur &c. Et eodem modo poteſt reſponderi ad c. Vbi maius, de elect. lib. 6. Vbi Papa nominatur rector vniuerſalis Eccleſiæ: & ſuppoſito ſine præiudicio veritatis, quòd poſſet ſe appellare ſummum, hoc eſſet referendum reſpectu Eccleſiarum particularium, non autem reſpectu Eccleſię vniuerſalis, cui non pręſidet, vt patet per iam dicta ſuprà. & de poteſtate Eccleſiæ dicit Apoſtolus ad Epheſios, quòd Eccleſia eſt corpus Chriſti & plenitudo eius. Et Auguſtin. lib. de ſymbolo, tractatu 4. dicit, quòd Eccleſia eſt ſponſa Chriſti, quodque totum poſſidet, & à viro ſuo accepit in dotem.

Ecce negat Papã eſſe ſummum põtificem. Sed hæc merces eſt temeritatis.

Ephe. 1.

Quibus attentis, conſtat Papam non eſſe ſupra Eccleſiam vniuerſalem: nec per conſequens, ſupra Concilium generale ipſam repræſentans: quodque præmiſſis attentis, non potuit dominus Eugenius Quartus, neque poteſt diſſoluere hoc Concilium Generale ſine conſenſu ipſius Concilij: ſed ei, iuxta decretum Concilij Generalis Conſtantien. & alia ſupradicta, obedire tenetur.

Et ſic eſt finis, atque ſufficit.

Nullum Concilium ex quantacunque Epiſcoporum multitudine conflatum, ei, quem conſtat eſſe Pontificem Romanum, præeſſe, aut iudicium legitimum in illum, (extra cauſam hæreſis) exercere poſſe; ex eoque Baſilienſe Concilium, quod Papam Eugenium deponere conatum eſt, illegitimum merito iudicandum eſſe, præter Cardinalem de Turecremata libro 2. ſummæ de Eccleſia, & alios multos, probat luculenter Nicolaus Sanderus lib. 7. de Viſibili Monarchia Eccleſiæ.

EVGENII

E V G E N I I PAPAE QVARTI

Epiſtolæ ad vel contra ſynodum Baſileenſem, hic ſeorſim congeſtę, & iuxta datas ipſarum, quantùm ex ipſis diuinari licuit, digeſtæ.

BVLLA MISSA A DOMINO noſtro Papa, domino Archiepiſcopo Colonień.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili fratri Archiepiſcopo Colonień. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quoniam ex multorum relatione ſentimus murmurare nonnullos, audita diſſolutione Concilij, ſi quod eſſe congregatum videbatur in ciuitate Baſileeń. opinantes forſitan nos ſubterfugere velle Concilium, quod ſemper optauimus fieri, & optamus, nos fraternitatem tuam auiſatam fecimus per præſentes, quòd illa fecimus cum maturo conſilio & deliberatione iuſtis ex cauſis in literis noſtris expreſſis, quæ non fuerunt fictæ, vt aliqui garriunt, ſed veræ & efficaces fuerunt. Etiam ſunt aliæ cauſæ, quas nolumus ſpecificè exprimere, quia manifeſtari non poſſent ſine quorundam principum nota: ſed ſi omnes aliæ cauſæ defuiſſent, vna potiſſima fuit per ſe omnibus nota, infirma ſcilicet noſtri corporis valetudo. Nos enim qui in minoribus conſtituti, in Conſtanień. Concilio reformare Eccleſiam cupiebamus, iam in pontificatu noſtro deſiderium illud noſtrum perficere, & in tam pio opere laborare perſonaliter plurimum affectamus. Ideo Concilium indiximus in ciuitate Bononień. Neque enim cum agendum ſit de reformatione vniuerſalis Eccleſiæ, cuius directio & cura principaliter ad nos pertinet, & de nonnullis alijs grauiſſimis rebus concernentibus ſtatum reipublicæ Chriſtianæ, nobis inconueniens viſum eſt, tantam rem fieri debere per legatum ſine noſtra præſentia, & venerabilium fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium. Sed ſicut ei placuit, cuius inſcrutabilia conſilia, grauiſſima perſonæ noſtræ ſuperuenit infirmitas, à qua licèt paulatim conualeſcere incipiamus, tamen non omninò liberati ſumus, ita vt poſſimus ſine certiſſimo mortis periculo ad remotiores partes accedere. Igitur in loco magìs vicino Concilium celebrare, & in eo præſidere decreuimus. Quare nemo iuſtè ſuccenſere nobis poteſt, ſi ex omni voluntate Dei quam oſtendit in nobis, illud dicimus, quod ei gratum & vtile Eccleſiæ ſuæ fore non dubitamus. Miramur itaque venerabilis frater de quibuſdam, qui magis quærentes euertere & deformare, quàm ſtabilire & reformare Eccleſiam, hæreſes fouere & bella ſuſcitare, prout hactenus notoriè fecerunt, quàm præmiſſa extirpare, & in dulcedine pacis reducere: obloquuntur & ſtudent contra voluntatem & decretum noſtrum, Epiſcopos & prælatos in Baſilea ſub nomine Concilij congregare, non vt ibi per eos reformetur, ſed vt penitus obruatur ſtatus Eccleſiæ, & fides catholica confundatur. Licèt Archiepiſcopi & Epiſcopi, quo ad reformationem in vita & moribus, diffinitiuas voces habeant in Concilio generali, tamen ex iuramento priùs præſtito, parére & obedire mandatis Apoſtolicis ſunt adſtricti: nec remanere Baſileæ qui erant nec de nouo accedere, ſed potiùs ad veniendum Bononiam ſe præparare debuiſſent, poſtquàm decreti noſtri notitiam habuerunt. Plerique ſtare & accedere ſunt coacti, in quibus nec ius, nec authoritas Concilij generalis conſiſtit, quorum voces & deliberationes minimè* libent, cùm ab eorum qui compulerunt, voluntate dependeant. Itaque digni non ſunt neq; habiles, qui dent legem Eccleſiæ, neq; alijs nationibus, neque religioni Chriſtianæ. Nos enim in Concilio proximè celebrando Bononiæ in tẽpore conſtituto vel citiùs quamprimùm ſufficiens numerus prælatorũ aderit, videbimus, iudicabimus cum Concilio in talibus oportuno ſuper cauſa eorum, qui Baſileæ remanſerunt, vel illuc nouiter acceſſerunt, & inſpirante nos Domino, qui inſpirat iuſta & ſancta cõſilia in his, ad quę Concilium Baſileę fuit principaliter ordinatum, ſalubriter prouidere conabimur. Quare venerabilis frater, cùm tibi etiàm qui in Eccleſia Dei notabile membrum exiſtis, ſolers immineat cura præmiſſorum, qui de veritate rerum & ſtatu perſonæ noſtræ es pleniùs informatus, qui vides in hoc turbine fluctuantium voluntatum, ſub hac informitate aſſerti Concilij, rem Eccleſiæ periculosè committi, quæ maioribus conſilijs indigeret: quibus vtinam omnes debito in tempore ſufficere poſſemus. & ſentire potes, non per vniuerſalem Chriſtianorum voluntatem, ſed per aliquos conſpiratores, ad perniciem Eccleſiæ prælatos, fictiſque rationibus, coloratiſque argumentis induci, & nonnullos exquiſitis modis & comminationibus impelli, vt ad id aſſertum Concilium vadant, quod & lapſu temporis & noſtra authoritate eſt diſſolutum: Fraternitatem tuam in Domino exhortamur, quatenùs per nuncios & literas tuas, quomodocunque noueris aptiùs conuenire, retrahere procures prælatos circunſtantes, & temporales dominos exhortari, vt ipſos retrahant à dicto aſſerto Concilio Baſileeń. Et ſi qui iam iuiſſent, hos penitus reuocare, in quàm maiori numero fieri poteſt, ipſos inducendo, vt ad iam

for.* liberæ ſunt

dictum per nos Bononień. Conciliū ſupradictum, vt tenentur, debito tempore quantò citiùs poterunt, venire procurent: & temporales domini ſuos oratores, ad dictū Bononień. Concilium mittant, qui ſuis honoribus aſſint, negocia dirigāt, & iuſtis deliberationibus foueant, ſicut de Chriſtiana eorū deuotione ſperamus: quo in tempore to etiā ad ipſum Bonooień. Concilium debeas aduenire. Qua in re omnem tuæ virtutis conſuetam vigorē excitamus in hac iuſta cauſa Eccleſiæ Dei, vt omnis mondus intelligat, ſancto operi ſanctam te atq; feruentes operas poſuiſſe, & nos ad meritos tuos honores ferueńtiùs animemur, nobis de tempore in tempus notificando, quantum (vt ſperamus) virtus tua profecerit, & proſecuta fuerit in prędictis. Data Romę apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicæ 1431.3. Idos Februarij, pontificatus noſtri anno primo.

INFORMATIO MISSA per dominum noſtrum Papam ad regem Romanorum per dominū Iacobum Archiepiſc. Ebredoń. deliberata circa modum ſe habendi per dominos Prælatos & alios Baſileæ congregatos.

QVia impoſſibile eſt, ſine fide placere Deo, & ſanctiſſ. dńs noſter ſub cōtinuata religionis Chriſtianæ inſtitutione à puero vacauerit fidei obſeruationi, nihilq; ampliùs deſideret, poſt animæ ſalutem, q̄ ipſius fidei obſeruationem & incrementum: placet contentatur eiuſdem ſanctitati, ꝙ exiſtentes in loco prædicto Baſileeń. & qui erunt, authoritate per dominum noſtrum eis concedenda, & præſidentibus nuncijs, ſiue legatis per ſanctitatem ſuam deputandis, intendere poſſint & valeant hæreſum extirpationi, vigentium in partibus Vltramontanis, & potiſſimè Bohemorum nunc vrgentium, tam per inſtructionem, q̄ per reductionem eorū ad ſacroſanctam fidem catholicam, & alijs vijs debitis, licitis & honeſtis: prouiſo tamē, ꝙ ſi oriantur dubia notabilia, ſeu magna, eiuſdem dńi noſtri cum conſilio Concilij & dńorum Cardinalium ſit deciſio authoritatiuè, vel remittantur ad Concilium aliud futurum, vbi dńs noſter perſonaliter intereſſe poſſit, ſi prædicti Baſileeń. maluerint.

Item placuit contentabiturq; dńo noſtro, ꝙ prædicti circa reformationem morū in omni ſtatu Eccleſiaſtico inuigilare habeant, & aduiſare particulariter, prout Spiritusſanctus miniſtrabit vnicuiq;, prouiſo ꝙ eorum auiſamenta p oratores ſuos ipſi domino noſtro tranſmittant: qui correcto & addito, qđ ſuæ ſanctitati videbitur, communicatione facta correctoribus & additoribus exiſtentibus in Baſilea, firmitatem obtineant, prout domino noſtro videbitur, approbantibus vel in Baſilea congregatis: & ſi non concordauerit ſanctitas domini noſtri cum prædictis, remittantur ad futurum aliud Concilium, in quo dominus noſter intereſſe poſſit, vt per hæc & alia debitus honor ſedi Apoſtolicæ ſeruetur, & ei deferatur.

Item quia pacis bonum inter omnia deſiderabile eſt, cùm non niſi pacis in tempore benè colatur pacis author, placuit cōtentatur domino noſtro, quòd prædictis omnibus ad auiſandū ſe de pacis procuratione interponant, media ad eam quærant, & eidem efficaciter intendant, ſalua ſemper in omnibus prædictis ſanctæ ſedis Apoſtolicæ authoritate: Cui deuotè obſecundare tenentur, qui Chriſtiano nomine gloriantur. Et propterea remittenda eſt ei deciſio ſaltem, vt ſuperiori capitulo continetur.

Item quòd omnia & ſingula, requiſitiones, exhortationes, monitiones, citationes, dierum appoſitiones & proceſſus incepti, & qui inciperentur poſt pręſentium conceſſionem per Baſileæ congregatos, contra quaſcunq; perſonas cuiuſcunq; dignitatis, aut cōditionis exiſtāt, ſiue ſtatus, & omnia per quę, ſiue quorum medio, ſiue authoritate ad ipſos, vel ipſas ventura eſt, pro non factis habeantur, perindeq; ſit, acſi nullo vnquàm tōpore facta, facti, ſeu factæ extitiſſent: ita ꝙ omnia remaneant in ſtatu, in quo erant ante dictam congregationem Baſileæ, & etiā omnes monitiones, citationes & proceſſus incepti in audientia contradictarum & alibì authoritate Apoſtolica, & qui inciperētur poſt pręſentium conceſſionem contra dictos Baſileæ congregatos, ſeu ſingulares eorundem, qui ibidèm erant, exiſtāt aut fuerint, habeantur pro non factis, acſi nunquàm eueniſſent, ſiue facti, aut factæ extitiſſent, ita quòd in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti in vera pace, charitate nō ficta, & bona vnione animarum, modo & forma præinſertis, & non aliter nec in alijs cum maturitate debita procedatur, vnà cum legatis domini noſtræ Papæ deputandis.

Item paratus eſt dominus noſter abbreuiare tempus Concilij proximè futuri Bononiæ, & etiam locum mutare, dummodò fiat in terris Eccleſiæ immediatè ſubiectis in Italia, vbi dominus noſter cum ſacro collegio poſſit perſonaliter præſidere, iuxta conſilium in Baſilea exiſtentium, & ibidem poterunt cōuenire & Papa & dominus rex perſonaliter in Concilio, vbi multa bona fieri poterunt, quæ fieri non poſſent ſine Papę ad minùs præſentia.

TENOR LITERARVM Apoſtolicarum de poteſtate Legati Papę moderni præſideń. Concilio.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio Iuliano S. Angeli diacono Cardinali, Apoſtolicæ ſedis Legato, ſalutem

Digitized by Google

ſalutem & Apoſtolicam benedictionē. Quàprimum fuimus diuina fauente clementia ad apicem ſummi apoſtolatus aſſumpti, venit nobis in mentem, quantum mundo vtilis & neceſſaria Eccleſiæ legatio tua, cũ qua fuiſti per ſedem Apoſtolicã deſtinatus ad Alemaniæ & nonnullas alias partes pro cauſa fidei & ordinatione Concilij generalis, & alijs commiſſionibus ſpecialibus de rebus magnis & arduis, datis circunſpectioni tuę. Propterea placet nobis, & volumus vt legationem huiuſmodi pro cauſa fidei & alijs ſpecialibus commiſſionibus tibi factis, quantum tibi gratia diuina conceſſerit, continues atque perficias cum illis modo & forma, poteſtate & facultatibus tibi datis atq; conceſſis, per felicis recordationis Martinum Papam Quintum prædeceſſorem noſtrũ, prout in eius literis pleniùs continetur. Circa verò negocium Concilij Generalis, quia in pluribus mutationem eſſe factam ſentimus, omnia quæ emerſerint vel ad notitiam tuã peruenerint, celeriter nobis ſcribas cum conſilio tuo, qualiter in talibus prouidendum & agendũ eſſe videatur, ſignificando nobis omnem illarum rerum ſtatum particulariter & diſtinctè. Datũ Romę apud S. Petrum, 4. Idus Martij, pontificatus noſtri anno primo.

BVLLA REVOCATIONIS per commiſſionem factam domino Cardinali Legato, de Concilio cum cauſis inibi expreſſis.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio Iuliano S. Angeli diacono Cardinali, ſedis Apoſtolicæ legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Poſtquàm diuina clementia ad apicem ſummi apoſtolatus, licèt immeriti, aſſumpti fuimus, nihil dignitati noſtræ & amplitudini ſedis Apoſtolicæ magis conuenire putamus, q̃ omni ſtudio & diligentia proſequi, vt perſonæ Eccleſiaſticæ, quantum humanæ fragilitati cęlitus permiſſum eſt, per ſemitam Ieſu Chriſti incedentes, abiectis illecebris cũ ſynceritate religionis & fidei vitam honeſtam ducerent, & Deo, prout profeſſi ſunt, ſeipſos veris effectibus dedicarent. Quod conſiderantes, & in animo noſtro ſæpiùs repetentes, ac ea quæ per felicis recordationis Martinũ Papam 5. prædeceſſorem noſtrum, circa celebrationẽ Baſileeñ. Concilij iuxta ordinationem Conſtañ. ſynodi inſtituta fuerũt, qui tibi in dicto Baſileeñ. Concilio præſidendi, & huiuſmodi Conciliũ, ſi & quando prudentiæ tuę videretur diſſoluendi, & pro alio Cõcilio iuxta ſtatuta pręfata ſynodi in decennio celebrando, alium locum aſſignandi, plenã per varias ſuas literas dedit facultatem, Deo propicio, abſoluere & perficere intendentes, de venerabilium fratrum noſtrorum conſilio, circunſpectioni tuæ, ex quo in ingreſſu tuo ad Alemaniæ partes nulli prælati in Baſilea pro celebratione Concilij erant cõgregati, dedimus in mandatis, vt interea circa expeditionem contra Bohemos hæreticos, tibi etiam commiſſam vacares, & deinde ad ciuitatem Baſileeñ. dicti Concilij locum accederes, & ibidèm noſtro & Eccleſię nomine præſideres. Verùm licèt ad opprimendã dictorum hæreticorum perfidiam, omnia à te prudẽter & ſolicitè geſta ſint, & nihil ad hoc ſanctum opus pertinens, prætermiſſum, tamen occulto Dei iudicio permiſſum eſt, vt infelix ac turpis illa catholicorum fuga ſequeretur, poſteaquàm præmiſſis dilectis filijs magiſtro Ioanne *Polomar palatij Apoſtolici cauſarũ auditore, ac Ioanne de *Raguſeio in Theologia magiſtro & ordinis fratrũ Prædicatorum procuratore, ad dictam ciuitatem profectus es, & omnia iuxta deſideriũ cordis noſtri circa reformationem cleri, extirpationem hæreſum, pacẽ & ſalutẽ Chriſtianorum, quantum in te fuit, efficere procuraſti. Tãdem cùm poſt longam tuam moram, requiſitis inſupèr à tua circunſpectione prælatis & alijs, parua ibidèm congregatio facta fuit, de conſenſu eorum qui in dicta ciuitate exiſtunt, dilectum filium Ioannẽ Pulchripatris in Theologia magiſtrum canonicum Biſontiñ. pro plena informatione diſpoſitionis Concilij ac belli & turbationis illarum partium, ad nos & dictos fratres noſtros deſtinaſti, quem vnã cũ dictis fratribus noſtris, licèt infirmitate grauati, libenter audiuimus, & omnia per ipſum tam nobis vnà cũ præfatis fratribus q̃ commiſſarijs noſtris ad eum audiẽdum per nos poſteà deputatis, facundè & prudenter explicata plenè intelleximus. Qui enarrauit inter cætera, ꝙ in partibus Alemaniæ ſpecialiter clerus multipliciter deformatus erat, quodq; peſtis illa Bohemica ad multas Alemaniæ partes ſerpens, venenum ſuũ effuderat, & partes illas tã deteſtabili labe inquinauerat. Quodq; etiam exindè in partibus Baſileæ infinita ſcandala ſuborta erant, cùm nonnulli oppidani ſectã Bohemorum imitantes, clerũ perſequerentur, & crudeliter trucidarent. Addidit prętereà alias difficultates & pericula, quæ ex bello inter dilectos filios nobiles viros Philippum Burgundię & Fredericum Auſtrię duces proueniebant. Nã hi armis decertantes, terras dictæ ciuitati propinquas habentes, aſſerunt tranſitũ ad Baſileam, ſine formidine & periculo fieri non poſſe. Prætereà celebrationem Concilij & reformationẽ Eccleſię plurimùm oportunam eſſe aſſerebat. Quæ omnia ac plura alia ſatis nota, quæ honeſtatis gratia prætereunda & *ſubijcienda ſunt, conſiderantes, quamuis anteà varijs nuncijs ac literis cognita nobis eſſent, ac exiſtimantes ob tot difficultates & pericula prælatos forſitan tanto tempore expectantes, Baſileam non veniſſe, ſeptenniumq; in quo congregati

Procemiũ pro reformatione cleri.

Cõmẽdatio legati.

Narratio conuenientias.

for. * ſubiicienda

Cauſę Cõcilij prorogati.

gregari debebant, elapſum eſſe, & ſi de nouo vocarentur, pericula & difficultates prædictas allegarent, nec ad ſubeunda huiuſmodi pericula honeſtè cogi poſſent, ac etiam verſantes in animo noſtro, quòd cum tot facultatibus, impedimentis & periculis, hyems etiam inſtat, & noua vocatio ad Concilium celebrandum, quam idem Ioannes Pulchripatris affectare videbatur, fruſtrà fieret, niſi aliquod conueniens temporum ſpatium interponeretur. Cumque etiam his proximis diebus chariſſimus in Chriſto filius noſter Ioannes Palæologus Imperator Conſtantinopolitan. nuncupatus, oratorem ſuum ad nos & præfatos fratres noſtros deſtinauerit, qui exponendo nos requiſiuit, vt iuxta ordinationem dicti prædeceſſoris pro vnione Orientalis Eccleſiæ cum Romana & Occidentali Eccleſia Concilium celebraretur; noſque conuentiones & ordinationem dicti prædeceſſoris etiam cum conſilio dictorum fratrum noſtrorum approbantes, ipſiſque Græcis poſtulantibus, iuxta conuentiones dicti prædeceſſoris, expenſas galearum eos ad Concilium conducere, & ipſo finito, ad partes ſuas reducere debentium, & alias expenſas opportunas & neceſſarias obtulerimus; multaque etiam loca Italiæ, cum alibi pro Græcis commodè fieri non poſſet, pro celebratione dicti Concilij, eorumq; reductione ad ritum Roman. Eccleſiæ per nos oblata fuerint, dictuſque orator nos certos effecerit, Imperatorem & Patriarcham præfatos alios ſuos oratores cum plena poteſtate trãſmiſſuros eſſe, qui ex oblatis in Italia locis aliquem præſertim cum plena poteſtate Bononiam acceptabũt, prout ad præfatum prædeceſſorem ante ſui obitus notitiam tranſmittebant. Cumque ſi noua prælatorum vocatio, vt præmittitur, fieret, hæc duo concilia vno propè tempore concurrere videantur; & ſi ea diſiuncta fieri & celebrari contingeret, vnum ex altero debilius & minoris efficeretur authoritatis: hæc inſupèr vnà cum dictis fratribus noſtris animo noſtro contemplantes, cùm in vniuerſa republica Chriſtianorum nihil deſiderabilius contingere poſſet, quàm videre Græcos tanto temporis interuallo à dicta Roman. Eccleſia diſiunctos, ſub ritu ipſius Eccleſiæ & veritate catholicæ fidei reductos eſſe, & illam Græciæ nationem, quæ tot ſanctos patres & viros egregios & ſapientes genuit, qui humano generi tam ſacrarum quàm ſecularium literarum ſeminarium dederunt, Roman. Eccleſiæ vnitam, & ſub ipſius vnico ouili reductã. his & alijs rationabilibus cauſis inducti, vt tam reformationem cleri & Eccleſiæ ac extirpationem hæreſum, ac paci & tranquillitati Chriſtianorum, quàm etiam Græcorum reductioni, quę omnia ſummis deſideramus affectibus, prouidere perſonaliter valeamus, circumſpectioni tuæ ipſum Concilium, ſi quod adhuc pendere videatur, diſſoluendi; & nihilominus ante diſſolutionẽ huiuſmodi in ciuitate noſtra Bononieñ. vbi Deo authore perſonaliter intendimus præſidere, vſque ad annum cum dimidio à die diſſolutionis huiuſmodi computandum, nouum Concilium indicendi, aliudque pro tempore decennij iuxta ordinationem dictæ Conſtantieñ. ſynodi in loco, vbi tibi cum conſilio eorum, qui in Baſilea pro Concilij cauſa exiſtunt, videbitur, ſimiliter indicendi, ac omnia alia in præmiſſis agendi, diſponendi, ſtatuendi, exequendi & concludendi, quæ pro ſtatu & honore noſtro, & dictæ Romañ. Eccleſiæ, ac pace & tranquillitate reipublicæ Chriſtianæ noueris profutura, plenam & liberam de ipſorum fratrum, videlicet Iordani Sabinen. Antonij Oſtien. & * Velletten. Hugonis Præneſtin. Epiſcoporum, & dilectorum filiorum noſtrorum, Ioannis tituli Sancti Laurentij in Lucina, Antonij tituli S. Marcelli, Ioannis tituli S. Sixti, Franciſci S. Clemẽtis, Angeloti tituli S. Marci presbyterorum, Lucidi S. Mariæ in Coſmedin, & Arcidini ſanctorum Coſmæ & Damiani, *Ardecini ſanctæ Roman. Eccleſiæ diaconorum Cardinalium conſilio, authoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem pariter ac poteſtatem, ratum & gratum habituri, quidquid per te ſuper præmiſſis propoſitum, deliberatum, ordinatum, ſtatutum, ac decretum & conſultum fuerit, idque faciemus, authore Domino, vſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicę 1431. 2. Idus Nouẽbris, pontificatus noſtri anno primo.

Ego Iordanus epiſcopus Sabin. Domino noſtro præfato aliqualiter impedito, ac de eius mandato pręſentibus præſcriptis dominis Cardin. manu propria ſubſcripſi.

Ego Iordanus epiſcopus Sabin. nomine meo proprio ſubſcripſi.

Ego Antonius epiſcopus Oſtien. manu propria ſubſcripſi.

Ego H. epiſcopus Præneſtin. nomine meo proprio ſubſcripſi.

Ego Ioannes tituli Sancti Laurentij, ſubſcripſi.

Ego Antonius tituli Sancti Marcelli, ſubſcripſi.

Ego Ioannes tituli S. Sixti presbyter Cardinalis, me ſubſcripſi.

Ego Franciſcus tituli S. Clementis presbyter Cardinalis, ſubſcripſi.

Ego A. tituli S. Marci presbyter Cardinalis, ſubſcripſi.

Ego Lucidus Cardinalis de comitibus S. Mariæ in Coſmedin, ſubſcripſi.

Ego Ardecinus ſanctorũ Coſmæ & Damiani diacon. Cardinalis, ſubſcripſi.

LITE-

LITERA REVOCATIONIS Concilij, publicata Romæ & alibi.

EVgenius &c. ad futuram rei memoriã. Vniuerſis & ſingulis Chriſtifidelibus, præſentes literas inſpecturis, ſalutẽ & Apoſtolicam benedictionem. Quoniam alto &
Pſal. 115. incompræhenſibili Domino reddere conſtituimus vota noſtra in conſpectu omnis populi, & in atrijs ſanctis eius, poſtquàm claues Domini ſuſcepimus, & B. Petri nauiculam gubernamus, ſuppreſſi magno pondere, inter proceloſos mundi motus eſſe videmur conſtituti. conſpicimur enim ſubortam iſta tempeſtate prophanã hæreſim Bohemicorum, quaſi venenum inficere præcordia fidelium, inque dies mortali contagio ſerpere, taxareq; animos titubantiũ populorum, & Græcorum errores, ad quorum extirpationem ſalubribus experimentis prouidebatur, propter emergentia incommoda perdurare hoſtes adorandæ crucis ab Aſia & Africa inter Europam vaſta cæde atque calamitate inualeſcere contra populũ Chriſtianum, & ipſos principes populoſquè fidelium inter ſe concertantes deſæuire, & clerum in diuerſis mundi partibus reformatione plurima indigere. His igitur prophanis malis afflictati, clamare cogimur ad Do-
Pſal. 72. minum: Excita potentiam tuam, & veni, vt ſaluos facias nos. Deus conuerte nos oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. Dñe Deus virtutum, conuerte nos. His & alijs cogitationibus lauiantibus mentem noſtram, alta
for.* quomodo nos cura ſolicitat, *quod tot malis obſtare & Chriſtianæ ſaluti prouidere poſſumus.

Et dum affectionem noſtram flagrantiſſimã attendimus, vehementiſſimè concitamur: dum verò gerendarum rerum magnitudinem, loca & tempora menſuramus, neceſſitatẽ conditionis humanæ recordamur, quoniam res tam arduas, tamq; difficiles, luſtrare breui ſpatio non valemus: attento maximè, quòd dum fe. Re. Martinus Papa 5. prędeceſſor noſter, dilectum filium noſtrum Iulianum S. Angeli diaconum cardinalem, pro celebratione Baſileeñ. Concilij ad ipſam ciuitatem Baſileeñ. deſtinaſſet, dum nulla adhuc ibi congregatio prælatorum facta foret, ipſe Cardinalis, ne interim tempus vacuum deduceret, verſus Bohemiam ſe tranſtulit, ſicut habuerat in mandatis, ſicuti demũ facta occulto Dei iudicio catholicorum fuga, præmiſſis ad ipſam ciuitatem Baſileeñ. dile-
*Polmar ctis filijs Ioanne *Polomari palatij Apoſto-
*Raguſio lici cauſarum auditore, & Ioanne de *Baguſia in Theologia magiſtro ordinis Prædicatorum procuratore, Cardinalis profectus ad ipſam ciuitatem, requiſitiſq; prælatis partiũ diuerſarum, paruaq; ibidem cleri congregatione ſequuta, de conſenſu eorum qui in dicta ciuitate exiſtunt, dilectum filium Ioannẽ Pulchripatris in Theologia magiſtrum canonicum Biſuntiñ. ad nos & dictos fratres noſtros tranſmiſit, qui nobis inter cætera facundè & prudẽter explicauit, ſignificauitq; deformationem cleri in partibus illis, & nefandam ipſius hæreſis peſtem pullulare in diès, & iam vſq; ad partes Baſileæ proximas aduenisse, ſequutis indè ſcãdalis & cladibus abominandis. nam hæreſis prædictæ imitatores, clerum inſequentes, aliquos turpiter expulerunt, & nonnullos inhumaniter trucidarunt. Addidit etiam diſcrimina principatus guerræ inter dilectos filios nobiles viros Philippum Burgundiæ & Fredericũ Auſtrię duces, aliaſq; difficultates, ex quibus tamen nouam prælatorum vocationem ad Baſileam affectare videbatur. Nos quidem examinantes conditionem mundi, temporum & locorum q̃ inſtat tempus hyemis, quodque loca circunſtantia Baſileam, potiſſimè verſus Auſtriam & Burgundiam, minùs eſſe tranſitu ſecura ferebantur, vndè veriſimile fuit, prælatos in Baſilea diutiùs expectatos non veniſſe, qui etiam conſideratis difficultatibus, temporũ ineptitudine, pericula bellorum non veniẽdi rationes allegare poſſent. Et ſi qui pauci veniſſent, tractandis rebus multis & magnis non ſufficerent: quodque præterijt tempus ſeptennij, in quo ſecundũ ſtatuta Conſtantieñ. Concilij, ſine alia vocatione debebant congregari. Super hæc omnia, quę animo noſtro verſabamus, quia propter certas conuentiones vnionis & reductionis Græciæ Orientalis Eccleſiæ in Romana & vniuerſali Eccleſia, initas & tractatas inter ipſum prædeceſſorem noſtrum & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, de quorum numero eramus, & oratores in Chriſto Ioannis Palæologi Imperatoris Cõſtantinopolitañ. illuſtris, & venerabilis fratris noſtri Ioſeph apud Græcos Conſtantinopolitani Patriarchæ, ipſi Imperator & Patriarcha his diebus ſuos ad nos & pręfatos fratres noſtros oratores tranſmiſerunt, requireñ. ex tractatis eiſdem pro vnione & reductione prædictis, quòd ſicuti cum prædeceſſore noſtro & fratribus eiſdem conuenerant, dignaremur exequi, & in loco eis apto generale Concilium facere conuocari. Requireñ. etiam præmiſſas expenſas, & alia ſibi ſecundum dictas conuentiones promiſſa, vndè nos & oblationes propter executionem tanti boni, pro aduenturis prælatis, & oratoribus eorum ad Italiam, pro manſione, & pro ſuo reditu ad Græciam, pro galeis & alijs neceſſarijs obtulimus impenſas opportunas. Cum quibus Græcis, dum nominatæ fuiſſent Roma, Ancona & Bononia, & alia Italiæ loca, demum licèt Roma nobis & fratribus noſtris commodior extitiſſet, in Bononiam putamus aptiùs conuenire, quæ propter habilitatẽ nauigationis eorũ, & propter aditũ viciniorẽ Vltramontanorum ad Italiã, capacitatem loci & alias conditiones,

idonea reputatur: quò præfati Patriarcha & Imperator ſolẽnes ſuos oratores ad nos trãſmittere promiſerunt, ſicut ante notitiã obitus præfati noſtri prædeceſſoris tranſmittebant. Conſiderantes itaq; prædicta, & quòd in tota republica Chriſtianorũ nihil ſanctius & optabilius eſſe poſſet, quàm Græcam Eccleſiam, olim tot ſanctis & viris Eccleſiaſticis clariſſimis illuſtribus, dimiſſis erroribus, reductam videri ad ritum Romañ. & vniuerſalis Eccleſiæ: compræhendimus neceſſariũ eſſe, ad conuenientis ſpatium temporis in Bononiam generale Concilium conuocari. Nã ſi prælati Baſileam de nouo vocarentur, qui conuenire non poſſent ſine temporis interuallo, vtrunq; Concilium ferè vno tempore concurreret, & ſic vtrunq; minoris authoritatis haberetur, nec prælati in vtroq; poſſent intereſſe, nec poſſet vtrunq; generale Concilium nominari. Vndè pro ipſorum commoditate, ne bis habeant conuenire, & cauſis ſuperiùs declaratis, & alijs magnis & vrgentibus, ſuis loco & tempore declarandis, magis bonum minori præponeñ. nos de conſilio & aſſenſu venerabilium fratrum noſtrorum, Iordani Sabineñ. Antonij Oſtieñ. Hugonis Præneſtiñ. Epiſcoporum, Ioannis tituli ſancti Laurentij in Lucina, Antonij ſancti Marcelli, Ioannis tituli ſancti Sixti, Franciſci tituli ſancti Clementis, Angelotti tituli ſancti Marci presbyterorum, Lucidi ſanctæ Mariæ in Coſmedin, & Ardecini ſanctorum Coſmæ & Damiani diaconorum eiuſdẽ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, per literas noſtras directas ipſi Cardinali ſancti Angeli legato, vt ſuprà alias Concilium ſi quod in Baſilea congregatum videretur, ex cauſis prædictis diſſoluendum, & aliud (vt prædicitur) in anno cum dimidio à die publicationis earundem literarum, in præfata ciuitate Bononia celebrandum, indicendum & publicandum, & ſequens aliud Concilium in decennio à die diſſolutionis ipſius Baſileeñ. Concilij, iuxta ordinationem Conſtantieñ. ſynodi, in ciuitate Auinioneñ. enunciãdum & ſtatuendum decreuimus: & quia poſt trãſmiſſionem præfatarum noſtrarum literarũ ad notitiam noſtram peruenit, vltra ea quæ ſuperiùs continentur, præfatos Bohemos hæreticos in Conſtantieñ. Concilio tam maturè atq; ſolenniter condemnatos, & in Seneñ. Cõcilio ac per diuerſos proceſſus ſedis Apoſtolicæ & legatorum eius, ſubſequenter aggrauatos & reaggrauatos, cum inuocatione etiam auxilij brachij ſecularis, & publici belli indictione multiplici, quouſque toti orbi pluſquàm notiſſimum eſt, catholicæ fidei eſſe notorios hoſtes & perfidos inimicos armatos, hæreſes pertinaciſſimè & inflexibiliter defendentes, fuiſſe inuitatos Baſileam ad diſputandum & contendendum ſuper articulis in præfatis Concilijs generalibus, & per proceſſus Apoſtolicos tam ſolẽniter (vt præfertur) condemnatos, in iniuriam authoritatis Apoſtolicæ, ſacrorumq; Conciliorũ prædictorum, cõtra decreta ſanctorum patrum, & ſtatuta legum imperialium, quibuslibet audientiam expreſsè denegantium, & alia diuerſa ſcandala & pericula imminere, vt eò citiùs ad terminum currant & veniant ipſorum Conciliorum, quo citiùs præmiſſa fuerint publicata: ex nunc tenore præſentiũ de ipſorum noſtrorum fratrum Cardinalium conſilio & aſſenſu, Concilium ſi quod (vt præmittitur) Baſileæ congregatum videatur, de Apoſtolicæ poteſtatis noſtræ plenitudine diſſoluimus & totaliter liberamus, aliudque Concilium in anno cum dimidio à die datæ præſentium computando, in præfata ciuitate Bononieñ. quam ad hoc cognouimus aptam quamplurimùm, vt præfertur, indicimus, publicamus, & tenore præſentiũ declaramus. In quo cum præfatis fratribus noſtris, dante Domino, intendimus intereſſe & perſonaliter præſidere. Et nihilominùs in decennio, aliud ſimile Concilium iuxta ſtatuta Conſtantieñ. ſynodi de eorundem fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu, in ciuitate Auinioneñ. ſimiliter extunc indicimus, publicamus & declaramus, in nomine IESV Chriſti filij Dei, cuius precioſiſſimo ſanguine ſaluati ſumus, & cuius * populi ſalutem totis affectibus adſpiramus, vobis vniuerſis & ſingulis Patriarchis & Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis & clericis, quorum intereſt, vbicunq; conſtitutis, diſſolutiones & indictiones huiuſmodi notificamus, voſque & veſtrum quemlibet requirimus & monemus per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti, & in vim iuramenti præſtiti in conſecrationibus veſtris, & in virtute ſanctæ obedientiæ ac etiam Apoſtolica authoritate noſtra vobis præcipimus & mandamus ſub pœna excommunicationis & alijs pœnis iuris, quatenùs in anno vno cum dimidio à datis præſentium (vt præmittitur) computando, ad præfatam ciuitatem Bononienſem pro hoc ſacroſancto Concilio celebrando, & ſubſequenter in decennio prædicto in ciuitate Auinioneñ. debeatis perſonaliter conuenire, quos omnes præſentis ſcripti inſtantia atque decreto intendimus eſſe monitos, peremptorieq; citatos, ac ſi veſtrum ſingulis directæ fuiſſent noſtræ monitoriæ literæ ſpeciales. Nulli ergo &c. liceat &c. noſtræ diſſolutionis, liberationis & citationis infringere. Datum Romæ apud S. Petrum 15. Kalend. Ianuarij, pontificatus noſtri anno primo.

Sic etiam Leo I. noluit ſemel definita, rurſus in diſputatione reuocari. Vide eius aliquot epiſtolas.

* auxilio

LITERA APOSTOLICA ad regem ſuper Concilij diſſolutione.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Sigiſmun-

mundo Romanorum, Hungariæ & Bohemiæ regi illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cùm paſtorali officio, cui diſponente domino præſidemus, & ſedis Apoſtolicæ authoritati nihil magis cõuenire, putatemus, quàm tota mente incumbere, & efficaciter proſequi, vt perſonæ Eccleſiaſticæ per ſemitam Ieſu Chriſti incedentes, abiectis illecebris, cum ſynceritate religionis & fidei vitam honeſtã ducerent, & Deo prout profeſſi ſunt, ſeipſos veris effectibus dedicarent, dilecto filio noſtro Iuliano ſancti Angeli diacono Cardinali ſedis Apoſtolicæ legato, de venerabilium fratrum noſtrorum conſilio, per noſtras certi tenoris literas dedimus in mandatis, vt ad ciuitatem Baſileeñ. accederet, & ibidem ſi prælatorum congregatio facta eſſet, noſtro & Romanæ eccleſiæ nomine præſideret, & inquantùm in eo eſſet, reformationem cleri, hæreſum extirpationem, ac pacem & ſalutem fidelium procuraret. Verùm licèt in propoſito conſtantes ſimus, & putemus Concilij celebrationẽ neceſſariam eſſe: tamen certis rationabilibus cauſis inducti, in ſchedula præſentibus interclusa denotatis, de eorundem fratrum cõſilio huiuſmodi Concilium, ſi quod congregatum videatur, diſſoluendum eſſe mandauimus, & iuxta tenorem dictæ ſchedulæ diſſoluimus, & in ciuitate noſtra Bononienſi, vſque ad annum cum dimidio à die diſſolutionis huiuſmodi computandum, celebrandum eſſe decreuimus. Quæ tibi præcipue ſignificare voluimus, quia ante omnes principes fidei defenſores, & fidelium pacem, ac ſtatum eccleſiæ, & conſeruationem authoritatis noſtræ & ſedis Apoſtolicæ procurare debes, ſerenitatem tuam rogantes, vt ſi pro ardore tuæ regiæ deuotionis, & pro tua ſapientia aliqua antiſamenta excogitaſti, & interea etiam cogitaturus es ad pacem fideliũ, & Chriſtianæ religionis ſtatum, & honorem Eccleſiæ pertinentia, ea ſuo tempore per tuos oratores exponere placeat. Et quia inter cætera in dicto Concilio agitanda, Græcorum reductio tractanda eſt, precamur ex corde clementiam & ſerenitatem tuam, vt chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ioannem Romeorum Imperatorem illuſtrẽ, & venerabilem fratrem Ioſeph à Græcis patriarcham Conſtantinopolitanum nuncupatum, per literas & oratores tuos incitare velis, vt quemadmodum ſuis literis & nuncijs nobis promiſerũt, oratores ſuos cũ plena poteſtate ad Cõciliũ huiuſmodi trãſmittãt. Super quibus & certis alijs, ardua noſtra & Romanæ Eccleſiæ negotia cõcernẽtibus, ad ſublimitatem tuam ſolennem ambaſiatam deſtinauimus, quæ de omnibus, præſertim de ardenti deſiderio noſtro, circa fidelium pacem procurandam, eãdem tuam ſublimitatem noſtro nomine certiùs & particulariùs informabit. Quod autem ad nos attinet, fili chariſſime, ita noſtras cogitationes noſtroſq́ue conatus in hoc ſanctiſſimum opus, Deo authore, perſonaliter conferemus, vt nihil in noſtro pontificatu huic Dei cauſæ præpoſuiſſe videamur. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ 1431. decimoquinto Kalendas Ianuarij, Pontificatus noſtri anno primo.

LITERA DOMINI NOSTRI
Papæ, præſentata ſacro Concilio per Ambaſiatores dominorum electorum imperij, miſſos ad Papam.

EVgenius &c. Ad futuram rei memoriã. Ad ſanctam Petri ſedem diuina diſponẽte clemẽtia euocati, ſalutẽ, trãquillitatẽ & pacẽ totius gregis Dñici, nobis ex alto crediti, iuxta paſtoralis officij debitũ, indefeſſis ſtudijs affectantes, ad ea maximè dirigimus aciẽ mentis noſtræ, per quæ, licèt diuerſis cõſilijs, prout rerũ & temporũ varietas perſuadet, ad eundẽ tamen ſalutis optatum finem, hoc eſt, ad * vnitatẽ Eccleſiæ præſeruationẽ, (for. * vnitatis) extirpationẽ hæreſum, eiuſdemq́; reformationẽ, pacẽ & ſalutẽ Chriſtifideliũ ac Chriſtianæ reipublicæ valeamus, ſublatis diſſenſionum fomentis, authore altiſſimo, peruenire. Sanè licèt in ſeptennium per generalium Conſtantienſis & Senenſis Conciliorũ ſtatuta ordinationeſq́ue fe. re. Martini Papæ Quinti prædeceſſores noſtri, Baſileeñ. Cõcilium abſque alia vocatione congregari debuiſſet, & nullatenus prorogari, ac dilectus filius Iulianus ſancti Angeli diaconus Cardinalis, per ipſum prędeceſſorem ad extirpãdum perfidiam hęreſum Bohemorũ principaliter deſtinatus extitiſſet, cũ poteſtate ipſi Baſileenſi conſilio præſidendi, ſi in tempore congruo & debito prælatorũ cõdecentẽ copiã reperiret, ac * ſubſequeretur per nos poſt (for. * ſubſequenter) noſtrum ad apoſtolatus apicẽ aſſumptionẽ, ad prædicta peragenda confirmatus, tamen pluribus exactis menſibus, etiam poſt ſeptẽnium antedictum, pauci tamen tam prælati quàm doctores & magiſtri, in dicta Baſileeñ. ciuitate conuenerant, prout percepimus ex relatu dilectiſſimi filij Ioãnis Pulchripatris, ad nos & venerabiles fratres noſtros ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales per dictum & eoſdem prælatos doctores & magiſtros deſtinati, aſſerentiſq́ue ipſos propter numeri paruitatem, tot tantarumq́; rerum peragendarum mole inſufficientes penitus videri, & inhabiles ad verſutias hæreticorum & eorũ fallacia argumenta defendendi: Quodq́ue non erant ibi regum atque principum oratores, cum quibus de Concilijs & pacificatione tractaretur: Locum etiam Baſileenſis ciuitatis minimè tutum videri, propter plura

loca

loca eis vicina, quæ Bohemorum hæretica labe infecta erant: Inſupèr ad ipſam ciuitatem Baſileeñ. dicebat tutum non patere acceſſum, propter ſubortum bellum ioter dilectos filios nobiles viros Burgundiæ atque Auſtriæ duces. Quare præfatus Ioannes dictorum Cardinaiis & congregatorum nominibus nobis ſupplicauit, vt cùm veriſimiliter propter cauſas prædictas prelati eo minimè conueniſſent, ipſos vocare, & eis præcipere; Reges verò & principes ac etiã Græcos hortari vellemus & inuitare, vt Baſileam accederent, vel idoneos mitterent Oratores, per quos poſſit hæreſis Bohemorum, quæ armata dicebatur, extirpari, reductio Græcorum fieri, & pax ac traoquillitas Chriſtiani populi pertractari. Prætereà dum eramus in minoribus in conclaui pro celebranda futuri pontificis electiooe vnà cum eiſdem fratribus conſtituti, nos verbo adſtruximus illo in loco Concilium celebrare, ſiue celebrari facere, in quo maiori parti ipſorũ fratrum magìs vtile, expediensque & opportuoum videretur: ac dictis fratribus viſom fuerit melius, Concilium prædictum ad ciuitatem Bononieñ. commutari: idcirco quia prædictis cauſis & alijs, quas hoœſtatis gratia tacuimus, commoti, nè tantum bonum ampliùs differretur, vt in ipſo Concilio poſſemus perſonaliter intereſſe, de fratrum prędictorum conſilio & aſſenſu, cùm Baſileæ nulla viderentur præparamenta, ſed potiùs impedimenta ſubeſſe, Concilium huiuſmodi ad præfatam ciuitatem Bononieñ. commutauimus, ſperaotes quòd ad eam nobis cũ præſatis fratribus & noſtra curia, ac chariſſimo in Chriſto filio Romanorum regi Illuſtri, cùm in Italia eſſet, prout nunc eſt, facilior eſſet acceſſus. Quodque cooueniẽtibus ibidèm nobis ambobus, eſſet in prędicto Concilio prælatorum & principum numerus copioſus, ac etiam doctores & magiſtri ad taotum pondus idonei, quibus Romana curia & ipſa Bononieñ. ciuitas plurimũ ſunt refertæ, ſtatusq; Romanæ eccleſiæ propter abſeotiam noſtram longinquam vtique in periclitatiooe quo ad temporalia proculdubiò extitiſſet, faciliùs poſſe conſeruari videbatur. Græci ioſupèr, quos ipſi Baſileæ exiſtentes, nos vt vocaremus ad Concilium, ſunt hortati, commodiùs Bononiã accedere potoiſſent, quàm Baſileã, tum propter maris propinquitatē, tum quia *iam ipſis Græcis conſentum erat de loco Concilij io Italia eligendo: tum etiam, quoniam nobis & Eccleſiæ facilior eorum ſuſtentatio extitiſſet, cùm præfatus prædeceſſor & nos etiam peranteà expenſas ipſis pro eorum acceſſu & receſſu ad Concilium obtulerimus. Verũ quia ex plurimorum fidelium relatione percepimus, quòd plura quæ tunc Baſileæ Concilij celebrationem impediebant, vtiq; ceſſârunt, (nam primùm Domino concedente, ipſorum ducum bella ſublata ſunt, & aliqui pro parte Bohemorum Baſileam veniſſe dicuntur, qood nobis eſt gratiſſimum, ſi contingat eos ad catholicã fidẽ reuerti: quodque etiam ibidèm nunc eſt prælatorum ac magiſtrorum maior ſolito numerus) & nobis per Romañ. regem præfatum ac venerabiles fratres & electos filios nobiles viros electores ſacri Romani imperij extiterit ſupplicatum, vt conſentire vellemus, Baſileę generale Conciliom celebrari, pro bono vniuerſalis Eccleſiæ militantis: Nos iudicantes non eſſe repræhenſibile, ſi ſecuodum varietatem temporum, ſtatuta quandoque varientur humana, ne bonum ſi quod Baſileæ fieri poſſet, aliqoatenùs impediatur, dicta diſſolutione Concilij non obſtante, ſtatuimus, volumus & mandamus de eorundem fratrum conſilio, quòd Baſileæ ſacrum generale Concilium per noſtros legatos illuc quanto citiùs tranſmittendos, & qui nomine ooſtro ibidèm præſideant, celebretur. Et cùm præfati electores obtulerint circa libertatem & ſecuritatem Coocilij ſe taliter curaturos, quòd nos & per nos mittendi, & alij ad ipſum Conciliom coouenturi, poterimus contentari, committimus eiſdem & tenore præſentium mandamus, vt ipſi curam, diligentiam & ſolicitudinem ſecuritatis & libertatis prædictarum, ac cuſtodiam tam loci Baſileeõ. quàm Concilij, & maximè legatorum quos illuc proficiſci contigerit, in ſe ſuſcipiant, præſtent, & ita circa illos vacẽt & intendant, ac vacari & intendi faciaot & procurent, vt tutus & liber ad præfatam ciuitatem Baſileeñ. omnibus acceſſus pateat residentibus pariter & receſſus. Interim verò Baſileæ conuenientes, ad extirpandam hæreſim Bohemorum, ac ipſos ad ſanctam fidem Catholicam reducendum, pacem & cõcordiam inter cunctos Chriſtifideles tractandum, intentos exiſtere volumus & mandamus. Hæc autem omoia volumus ad omnium deducere notitiã, & valuis palatij noſtri Apoſtolici ac baſilicæ principis Apoſtolorum vrbis affigi, & ad diuerſas mundi partes etiam deſtinari, ad prædictorum notitiã pleniorem: mandantes omnibus & ſingulis venerabilibus fratribus ooſtris, patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis & dilectis filijs abbatibus, prioribus, cæteriſque eccleſiarum & monaſteriorum prælatis, ac omnibus & ſingulis alijs, qui ad Concilia generalia venire tenentur, vt in Baſileenſi Concilio infra trium menſium ſpatium à die datæ præſentium computandum, debeant conuenire. Nulli ergo &c. Si quis &c. Datum Romæ apud S. Petrum, aono Dominicæ incarnationis 1432. 16. Kalend. Martij, pootificatus noſtri anno 2.

for.* cum

LITERA

LITERA PAPÆ AD IMPERAtorem reſponſiua ſuper factis Concilij negatiua.

EVgenius &c. Chariſſimo in Chriſto filio Sigiſmundo Roman. Hungarię &c. Salutem &c. Recepimus literas tuas de manu equitatoris tui, preſente dilecto filio &c. Goiſvuino literarum Apoſtolicarum ſcriptore familiare noſtro & Capellano tuo. In quibus ex ardenti zelo fidei & deuotionis tuæ erga religionem Chriſtianam & Eccleſiam Dei, cuius aduocatus & defenſor exiſtis, & ex ſyncero beneuolentiæ filialis affectu, quem erga perſonam noſtram geris, ſerenitas tua videtur plurimùm perturbata, & plena eſſe ſolicitudinis & timoris propter diſſolutionem Concilij, ſi quod videbatur eſſe congregatum in ciuitate Baſileen. ad quam diſſolutionem, & indictionem alterius per nos factam, nos cum conſilio & aſſenſu venerabilium fratrum noſtrorum, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ex iuſtis & rationabilibus cauſis cum magna deliberatione & maturitate proceſſimus, conſideratis omnibus, quæ in re tanta conſideranda fuerunt: de quibus, cùm ad vrbem veneritis, per viua colloquia nos & præfati Cardinales clariùs informabimus & certificabim⁹ ſublimitatem tuam: Non dubitantes pro tua ſapientia ſingulari, te, nobis auditis, de prædictis fore benè contentum: & Domino noſtros animos inſpirante, nos tecum, & te nobiſcum concordes in optima & ſalutari ſententia permanſuros. Aduentus autem tuus ad Italiam & ad vrbem, de quo fuimus antè per plures tuas literas certiorati, dudum deſideratus & gratus eſt nobis, dum tamen ad has Italiæ partes ipſum aduẽtum pacificum facias, ſicut hucuſq; feciſti. Sperauim⁹ ſanè, ſicut de Nurenberga nobis ſcripſiſti, te tuos perantea oratores deſtinare debuiſſe, quos ſummoperè aduenisse voluiſſemus ad hoc, vt tam de perſona tua honorãda in eius pręuia coronatione, quàm de pacifico tuo aduentu, paternum cum eis tractatum potuiſſemus habere, qui ſuper hac materia & reformationis Concilij, quam ſemper optauimus, & ſuper nonnullis alijs negocijs & arduis concernentibus honorem Dei, pacem fidelium & vniuerſum ſtatum reipublicæ Chriſtianæ, cum ſerenitate tua cupimus cõmunicare conſilia noſtra, & diſpoſiti cum omni ſyncera beneuolentia & charitate recipere & honorare perſonam tuam; quam, dum eſſemus in minoribus conſtituti, præcipua affectione dileximus. Nec eam veterẽ beneuolentiam in nobis diuturnitate temporis, nec dignitatis mutatione cognoſcis eſſe mutatam, nec aliqualiter diminutam. Cæterùm ad præſentiam tuam aliquem de noſtris antè non miſimus, expectantes ſicut prædiximus, vt per oratores tuos nunciares nobis aliqd de diſpoſitione & aduentu tuo. Cùm verò oratores tui venerint, videbimus & audiemus eos libenter, & ad te continuò tranſmittemus noſtros oratores ſolennes, qui celſitudinem tuam de optima voluntate noſtra certiùs viuis relatibus informabunt. Data Romæ 6. Kal. Febr. pontificatus noſtri anno 1.

SEQVITVR BVLLA CAPITVlorum initorum & concluſorum inter dominum noſtrum papam & prædictos oratores.

EVgenius &c. Ad futuram rei memoriã. Quoniã Dominus Dei filius, de cælis ad terram deſcendens ad ſaluandum genus humanum, inter cætera diuina præclariſſima documenta, tanquam pacis media- Ioan. 14. Locus obſcurus
tor, pacem diſcipulis ſuis reliquit, cuius ſanctum fructum quaſi ſubſtantia vitæ terminus conſeruare humanam ſocietatem, vndè fides augetᷓ ſpes ſubleuatur, & charitas ampliatur, cùm ſit directiua iuſtitiæ, regnorum, principatuum, omniſque ſpiritualis & temporalis ſtatus valida & robuſtiſſima conſeruatio: Nos moniti ipſius Dei filij ſalutaribus documentis, pacem tanquàm bonorum omniũ productricem ſemper optauimus & optamus pro vniuerſali bono ſanctæ Eccleſiæ Dei totiuſque populi Chriſtiani. Vt itaque omnis mundus intelligat, ſynceritatem noſtræ affectionis ad tranquillitatem & quietem reipublicę Chriſtianæ, continuis meditationibus & affectibus adſpirare, deductus inter nos & chariſſimũ in Chriſto filium Sigiſmundum Romanorum, Hungariæ & Bohemiæ regem illuſtrẽ, certis tractatibus multa bona concernentibus, demum cum dilectis filijs nobilibus viris Matikone comite* Krevuinen. & Capitaneo Mãderalben. & Caſpare Slick regio vicecancellario & terrarum Egræ Capitaneo, eiuſdem regis oratoribus, habentibus ab ipſo rege ſufficiens mandatum, inſrà ſcripta capitula & omnia in ipſis contenta ſeruabimus, quæ de verbo ad verbum fecimus hîc inſcribi, quorum tenor ſequitur & eſt talis:

In Dei nomine, Amen, Infrà ſcripta ſunt capitula, conuentiones & pacta, inita & firmata inter ſanctiſſimum dominum noſtrũ Eugenium papam Quartum ex parte vna, & magnificos viros conſiliarios, procuratores, legatos ac Ambaſiatores sereniſſimi principis & domini Sigiſmundi Romanorum regis ſemper Auguſti, ex parte altera: de quorum mandato publico plenè conſtat per literas regias, ſuo pendente ſigillo ſigillatas, *videbitis magnificos Matikonem comitem *Nevuinen. & capitaneum Mãderalben. for. *videlicet.
ac Caſparum SlicK vicecancellarium dicti domini regis & capitaneum terrarum Egrę, anno Domini 1433. die ſeptima mẽſis Aprilis,

lis, Indictione vndecima, Pontificatus ſanctiſſimi domini noſtri prædicti domini Eugenij Papæ quarti anno tertio.

In primis dictus comes Matiko & Caſpar Prædicti procuratores & procuratorio nomine dicti domini regis Sigiſmundi, promiſerunt dicto domino noſtro Eugenio, ſtipulantes & recipientes tam ſuo quàm Eccleſiæ * quòd ipſe ſereniſſimus rex Sigiſmūdus per totum præſentem menſem Aprilis veniet Viterbium, vbi ipſe inueniet ſanctiſſimum dominum noſtrum Eugenium, & vt verus eius ſpiritualis filius, dicto tempore ibidèm ipſum viſitabit.

for. * nomine q̄

Item promiſerunt procuratores procuratorio nomine, quo ſuprà, ipſi ſanctiſſimo domino noſtro Eugenio, ſtipulantes & recipientes, vt ſuprà, quòd ipſe dominus rex præſtabit perſonaliter Papæ omnia illa iuramenta, & alia faciet ad quę tenetur, tam de conſuetudine, quàm de iure, ſiue etiam eius legato aut legatis, per ſuam ſanctitatem ſpecialiter deſtinando ſeu deſtinandis.

Item promiſerunt dicti procuratores, q̄ ipſum iuramentum per ipſos procuratores hodiè in generali conſiſtorio præſtatum, in propria perſona & perſonaliter iterum ipſe rex præſtabit ſanctiſſimo domino noſtro Eugenio, vel eius legato, ſeu legatis ſpecialiter deſtinato, vel deſtinandis, non obſtante dicta proteſtatione iuramenti per procuratores ipſos antè facta.

Item promiſerunt dicto nomine quo ſuprà, quòd dominus rex veniet ad viſitādum ſanctiſſimum dominum noſtrum Viterbiō, vel ad vrbem, ſolùm & duntaxat cùm comitiua & familia ſua, quam in præſenti habet Senis, dummodò nullum ſcienter ducat hoſtem vel inimicum Eccleſiæ, vel domini noſtri Eugenij Papæ quarti, vel rebellem Romani populi. Et ex inanimaduertentia aliquem ſecum duxerit, vel aliquos, illos ſua maieſtas ad inquiſitionem domini noſtri Papæ, illicò licentiet & remittat.

Hoc loco ſubiūctam oportuiſſet Eugenij IIII. de venerabili Sacramento epiſtolam: Verùm cùm epiſtola iſta ſuperius inter Appendicias Concilij præſentis epiſtolas, ſub numero 251. & 252. epiſtolio cuidam ſynodi Baſileeñ. aliunde excerpta inſerta eſſet, eandem hic repetere neceſſarium viſum non eſt.

Die lunæ 12. Octob. fuit pſens bulla pręſentata p dñm Imperatorē certis deputatis Concilij 1433.

EVgenius &c. Ad futuram rei memoriā. Dudum ſacrum generale Baſileeñ. Concilium pro reformatione morum, extirpatione hæreſum, & pace populi Chriſtiani, per generalium Conſtantieñ. & Seneñ. Conciliorum ſtatuta ordinationemq́; felicis recordationis Martini Papæ V. prædeceſſoris noſtri ac noſtram inchoatum, ex certis cauſis in literis noſtris tunc expreſſis, ad ciuitatem Bononieñ. de fratrum noſtrorum ſanctę Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio & aſſenſu cum ſubſcriptione commutauimus. Verùm cùm ex dicta commutatione nōnullæ diſſenſiones ſubortæ videantur, ac nonnullas ex dictis cauſis, quibus ad huiuſmodi commutationem, ſeu diſſolutionem faciendam principaliter moti fuimus, aliter iam ſe habere cognoſcamus, nihilq́; aliud optemus, quàm vt ſublata omni materia diſſenſionis, ad hæreſes, bella, & morum deformitates, de populo Chriſtiano extirpandas ſalubriter intendatur, ad Concilium etiam ad inſtantiam chariſſimi in Chriſto filij noſtri Sigiſmundi Romanorum Imperatoris, ſemper Auguſti, ac Hungariæ, Bohemiæ &c. regis illuſtris, de fratrum noſtrorū ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, volumus & contentamur, præfatum generale Baſileenſe Concilium à tempore inchoationis ſuæ continuatum fuiſſe & eſſe, proſecutionemq́ue ſemper habuiſſe & continuari, proſecutionemq́ue ad prædicta habere debere, perinde acſi nulla commutatio, translatio, ſeu diſſolutio facta fuiſſet: quinimmò præfatam commutationem, tranſlationem, ſeu diſſolutionem reuocantes, ipſumq́ue Concilium Baſileen. purè, ſimpliciter & cum effectu ac omni charitate amplectimur, quo viribusque illud promouere ac omni fauore proſequi intendimus: ita tamē, quòd præſidentes noſtri ad præfati Concilij pręſidentiam admittantur cum effectu, ac omnia & ſingula contra perſonam, authoritatem ac libertatem noſtram & ſedis Apoſtolicæ ac venerabilium fratrum noſtrorū ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinaliū, & aliorum quorumcunque nobis adhærentiū in dicto Concilio facta & geſta, per dictum Concilium prius omninò tollantur, & in priſtinum ſtatum reducantur. Sicq́ue vna mente & vno ſpiritu cum charitate & puritate ad ea, quæ præmiſſa ſunt, in dicto Concilio procedatur. Nulli ergo &c. Si quis &c. Datum Romæ apud S. Petrum &c. Kalen. Auguſti, anno incarnationis Dominicæ 1433.

Ego Antonius tituli ſancti Marcelli, manu propria ſubſcripſi.

Ego Iordanus epiſcopus Sabinen. ad fidem manu propria ſubſcripſi.

Ego Lucidus ſanctæ Mariæ in Coſmedin diaconus Cardinalis, ſubſcripſi.

EVgenius &c. venerabilibus fratribus Bartholomęo Archiepiſcopo Spalaten. Chriſtophoro epiſcopo Ceruien. ac dilecto filio Nicolao ſanctæ Marię da Moniacis Montiſregalis diœceſis monaſterij abbati, Salutem &c. Cùm vos ad petendum quæcunq; in Baſileen. Concilio cōtra perſonam, authoritatem ac libertatem noſtram & Apoſtolicæ ſedis ac venerabiliū fratrū noſtrorū S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium & aliorū quorumcunque nobis adhærentium facta & geſta, per dictū Cōciliū reuocari & in priſtinum ſtatum induci per literas noſtras deputauerimus: idcircò ad tollendum omnem diſſenſionis ſcrupulum, vobis in euētum re-

uocationis

uocationis prædictæ omnia & ſingula, quæ per nos ſeu authoritate noſtra cõtra dictum Concilium, ſeu ſingulares perſonas dicti Concilij, cuiuſcunque ſtatus, præeminentiæ ſeu conditionis exiſtant, etiam ſi ſint dictæ Eccleſiæ Cardinales, quouis modo facta & geſta eſſent, etiam ſi de eis vel eorum aliquo habenda eſſet in literis noſtris mentio ſpecialis, reuocandum pariter & in ſtatum priſtinum reducendum, authoritate Apoſtolica de prædictorum fratrum noſtrorum conſilio, plenam & liberam tenore præſentiũ cõcedimus facultatem: volentes quòd in executione prædictorum, duo ex vobis, tertio abſente, vel aliâs quomodolibèt impedito, ſeu non intereſſente, procedere valeatis, ratum & gratum habituri, quidquid in præmiſſis & circa præmiſſa per vos ſeu duos ex vobis, vt præmittitur, fieri & exequi contigerit: idque faciemus vſque ad ſatisfactionem condignã, authore Domino, inuiolabiliter obſeruari. Datum Romæ apud ſanctum Petrũ anno incarnationis Dominicæ milleſimo, quadringenteſimo trigeſimotertio, idibus Auguſti, pontificatus noſtri anno 3.

Ego Antonius tituli ſancti Marcelli, manu propria ſubſcripſi.

Ego Iordanus epiſcopus Sabineñ. ad fidem manu propria ſubſcripſi.

Ego Lucidus ſanctæ Mariæ in Coſmedin diaconus Cardinalis, ſubſcripſi.

¶ Bullæ præſidentium.

EVgenius epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, venerabilibus fratribus Iordano Sabinenſi & Petro Albaneñ. epiſcopis, ac dilectis filijs Nicolao tituli S. Crucis in Hieruſalem, & Angelotto tituli S. Marci presbyteris ſanctę Romanę Eccleſię Cardinalibus, Apoſtolicæ ſedis legatis, ſalutem & Apoſtolicã benedictionem. Alta nos cura ſollicitat, dum voicè ſedis cui diuina voluntate præſumus, ponderoſum anxiæ ſeruitutis officium cogitamus, & dum pro neceſſitate gerendarum rerum, his quę pręſentiam noſtram exigunt, nõ poſſumus pręſentialiter intereſſe, humanæ carnis infirmitatem aduertentes, his rebus adducimus promptũ ſpiritum, vt quantum in nobis eſt, grata Domino ſeruitia conferamus. Dudum ſiquidem ſacrum generale Baſileeñ. Concilium pro reformatione Eccleſiæ, extirpatione hæreſum, & pace populi Chriſtiani, iuxta generalium Conſtantieñ. & Seneñ. Cõciliorũ ſtatuta, ordinationemq́; felicis re. Martini Papæ quinti prædeceſſoris noſtri, celebrari mandauimus. Cumq́; nihil magìs optemus, quàm ipſum Concilium felicem habere progreſſum, & ad debitum finem perduci, nosq́; propter debilitatẽ corporis noſtri ad ciuitatem Baſileeñ. per tanta terrarum ſpatia in pręſentiarum tranſire nõ poſſimus: vos fide, bonitate, vitæ integritate & ſapientia præclaros, conſilij magnitudine conſpicuos, ac in maximis noſtris & Eccleſiæ præfatæ negocijs diuturna experientia comprobatos, prout etiam ante decreuimus, legatos noſtros & ſedis Apoſtolicę cum plena & omnimoda poteſtate legatorum de latere de fratrum noſtrorum cõſilio, authoritate Apoſtolica tenore præſentium conſtituimus & ordinamus, vosq́; ad ciuitatem Baſileeñ. ad præſidendum in dicto Concilio tanquam pacis Angelos, prouidimus destinandos. Idcircò vobis & illis, ſeu illi ex vobis, quos vel quem in dicto Baſileen. Concilio pro tempore contigerit intereſſe noſtro & ſedis Apoſtolicæ nomine & authoritate, in dicto Concilio præſidendi, necnon omnia & ſingula, quæ ad generalem reformationẽ Eccleſiæ in capite & in membris & pertinẽtibus ad ea, extirpationem hæreſum, pacem & concordiam principum & totius populi Chriſtiani noueritis pertinere, promouendi, proponendi, atque cum conſenſu, deliberatione & approbatione præfati Baſileen. Concilij tractandi, ordinandi, deliberandi, concludendi, ſtatuendi, diſponendi, terminandi, decernendi, decidendi, declarandi & exequendi. Inſupèr contradictores omnes & rebelles, cuiuſcunque ſtatus, gradus, præeminentiæ vel conditionis exiſtant, & quauis eccleſiaſtica vel mundana, etiam ſi regali, Cardinalatus vel pontificali præfulgeant dignitate, per cenſuram eccleſiaſticam, & alia iuris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Et ſuper his auxilium brachij ſecularis inuocandi, præſertim chariſſimi in Chriſto filij noſtri Sigiſmũdi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, ac Hungariæ & Bohemiæ regis illuſtris, qui tam ex dignitatis ſuæ debito, quàm iuramenti nobis præſtiti, ad hoc noſcitur obligatus. Necnon omnia alia & ſingula cũ cõſenſu, deliberatione & approbatione dicti Concilij, vt præmittitur, agendi, gerendi, & faciendi, quæ in præmiſſis & circa præmiſſa, & tam circa modũ & ordinationem celebrationis præfati Baſileenſis Concilij, & omnium & ſingulorum in eo agendorum, eorum deciſionem, perfectionem & executionem videritis neceſſaria fore, aut quomodolibèt opportuna. Et quæ Romani pontificis, & ſedis Apoſtolicæ nomine in generalibus Concilijs præſidentes, in prædictis, ſeu circa prædicta per oĩa gerere & facere conſueuerunt, & poſſunt, de prædictorum fratrum noſtrorum conſilio, authoritate prædicta plenam & liberam tenore præſentium concedimus facultatem, ratum & gratum habituri, quicquid ſuper pręmiſſis per vos, ſeu illos vel illum ex vobis, quos vel quem in præfato Concilio (vt præmittitur) intereſſe contigerit, vnà cùm eodẽ generali Baſileenſi Concilio deliberatũ, ordinatum, concluſum, ſtatutum, diſpoſitum & decretum fuerit. Idq́ue faciemus vſque ad ſatisfactionem condignam, authore Domino,

no, inuiolabiliter obſeruari. Quocirca circunſpectioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs ininnctum vobis miniſterium laboris huiuſmodi prn Dei atque noſtra & ſedis Apoſtolicæ reuerennia ſuſcipientes, illud iuxta datam vobis à Domino prudentiam exequamini, qun froctus optati veniant, quos ſperamus: voſque illam, quæ pias cauſas agentibus ſuperna retriburione impenditur, gloriam conſequamini felicitatis æternæ. Datum Romæ apud ſanctum Pourum, anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimotertio, decimooctauo Calendas Ianuarij, Pontificatus noſtri anno tertio.

EVgenius epiſcopus ſeruos ſeruorũ Dei, venerabilibus fratribus Ioãni Archiepiſcopo Tarentino, & Petro epiſcopo Paduano, ac dilecto filio Ludouico abba monaſterij S. Iuſtinæ Padnanæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm ſacrum generale Baſileen. Concilium, iuxta Conſtantien. & Senen. Conciliorum ſtatuta celebrari mandauimus, dilectũ filium Iulianum S. Angeli, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconum Cardinalem, eidem Cõcilio noſtro & ſedis Apoſtolicæ nomine, proot etiam per felicis rec. Martinum Papam V. prædeceſſorem noſtrum, ad id deputatus fuerat, præſidere mandauimus. Poſtmodùm verò venerabiles fratres noſtros Iordanum Sabinen. & Petrum Albanẽ. necnon dilectos filios Nicolanm tituli S. Crucis in Hieruſalem, & Angelottum tituli Sancti Marci, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ epiſcopos & presbyteros Cardinales, ad huiuſmodi Concilij præſidentiam etiam deputauimus, prout in literis noſtris ſuper indè confectis pleniùs continetur. Cumque aliqui expòſt deputati, ex nonnullis rationabilibus & honeſtis cauſis adhoc occupati, ad dictum Cõcilium necdum iter arripientes, forſitan venire tardarent, nolentes proſecutionem dicti Concilij aliquatenùs impediri vel etiam differri, vos ſeu illos ex vobis, quos in dicto Concilio pro tempore contigerit intereſſe, fide, bonitate, prudentia præclaros, ac in magnis noſtris & præfatæ Eccleſiæ negocijs lõga experientia comprobatos, ad præſidentiam dicti Concilij noſtro & Apoſtolicæ ſedis nomine, loco dictorum Cardinalium, & in ipſorom vel aliquorum aut alicuius ex ipſis abſentia de fratrum noſtrorum conſilio deputamus cum omnimoda poteſtate dicto Concilio vnà cum illis, qui pro tempore præſentes fuerint, continuandi. Necnon omnia & ſingula gerendi, agendi, & diſponendi, de quibus in literis noſtris ſuper præſidentia & facultate præfatis Cardinalibus conceſſa ſeu conceſſis, & quemadmodum ipſis Cardinalibus dedimus in mandatis, plenius cõtinetur, ratum & gratum habituri, quicquid ſuper pręmiſſis & circa pręmiſſa, p vos ſeu alios, quos ex vobis in dicto Concilio pro tẽpore contigerit intereſſe, iuxta facultatem p̃dictam ordinatum, deliberatum, ſtatutum, decretom & diſpoſitum fuerit. Idque faciemus, authore Dño, vſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari. Quocirca circunſpectioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenùs iniunctum vobis miniſteriom huiuſmodi, pro Dei ac noſtra & ſedis Apoſtolicæ reuerentia ſuſcipientes, illud in omnibus & ſingulis ſupradictis, iuxta datam vobis à Domino prudẽtiam, omni ſtudio & induſtria exequamini, quo fructus optati veniant, quos ſperamus: voſq; illam quæ pias cauſas agentibus ſuperna retributione impẽditur, gloriam conſequamini felicitatis æternæ. Datum Romæ apod S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ, 1433. 17. Calendas Ianoarij, pontificatus noſtri anno tertio.

EVgenios epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, dilecto filio Iuliano ſancti Angeli Diacono Cardinali, Apoſtolicæ ſedis legato, ſalutẽ & Apoſtolicã benedictionẽ. Authoritate præſentium tibi iniungimus, quatenùs præſidentiam in ſacro generali Baſileẽ. cõcilio, ad quam fe. re. Martini Papę 5. prædeceſſoris noſtri & noſtra authoritatibus deputatus extitiſti, vnà cum alijs legatis & præſidẽtibus ac eorum ſubſtitutis per nos poſtmodum depotatis, ſeu in futurum forſitan deputandis, iuxta facultatem per nos eis cõceſſam, noſtro & ſedis Apoſtolicæ nomine continues, ac ſecundum tibi datam à Deo prudentiam, cum præfatis, (vt præmittitur) ad debitum & felicem finem cum Dei honore & vtilitate Reipublicæ Chriſtianæ perducere ſtudeas. Datum Romę apud S. Petrũ, anno incarnationis Dominicæ 1433. decimoſexto Caleñ. Ianuarij, pontificatus noſtri anno tertio.

EPISTOLA DOMINI PAPÆ miſſa concilio.

EVgenius epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, venerabilib' fratrib' & dilectis filijs ĩ ſacro Baſileẽ. cõcilio cõgregatis, ſalutẽ & Apoſtolicã bñdictionẽ. Mittimus illuc dilectũ filiũ Chriſtophorũ Garatonũ magiſtrũ in artibus, ſecretariũ & familiarẽ noſtrũ, quem anno p̃terito circa ſanctiſſimę vnionis materiã inter occidentalẽ & orientalẽ eccleſias, Conſtantinopolim miſimus. Redijt autẽ, & circa materiam prædictam plenè de omnibus informatus eſt. Quamobrem fraternitates & deuotiones veſtræ in tam ſancto & diuino opere illum audire velint, ſibiq; in relationibus ſuis plenam & fidem credulã adhibere. Datum Florentię anno incarnationis Dominicę milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquarto, 10. Caleñ. Martij, pontificatus noſtri anno quarto.

R. de Valentia. A. de Florentia.

EPI-

EPISTOLA EVGENII PAPÆ IIII. ad Concilium Baſileenſe.

EVgenius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabilibus fratribus & dilectis filiis in ſacro generali Baſileenſi concilio congregatis, ſalutem & Apoſtolicā benedictionem. Exiſtimaret forſitan aliquis ex his, quæ ſuperiori tempore præceſſerunt, mentes noſtras non vſquequaquè ſine nubilo extitere: ſed ſi quæcunque per oratores noſtros, præſertim hoc vltimo loco vobis offerri iuſſimus, rectè intueri voluerit, ſerenitatem pectoris noſtri (vt de nobis loquamur) ſatis intelliget. Neque id difficile nobis fuerat, qui vobiſcum in eundem finem ſemper proceſſimus: ſolum in loco celebrandi concilij, ſalua ſemper pietate, diſſenſimus. Acto. 13.f Nec mirum, cum Paulus & Barnabas propter Ioanē cognomento Marcum, inuicem diſſentientes, ſeparati ſint, quos tamen Chriſti Euangeliū copulabat. Optauimus pacē, optauimus Eccleſiæ reformationē: ob hāc rē nō ſolùm ceſſimus vobis, ſed etiam per literas noſtras decreto veſtro, quēadmodum dictaſtis, annuimus. Poſt hæc maiorem in modum (vt præfati ſumus) aperuimus cor noſtrū. Iterum replicamus: hoc noſtrum propoſitū eſt, hic noſter affectus, vos amare vt filios, obſeruare vt fratres, & in benedictionibus dulcedinis vna vobis ꝑcipua charitate cōſtringi. Sed etiā de vobis confidimus, vt nō alij apud vos ſitis, ſed pro ipſius Apoſtolicæ ſedis reuerentia, fideles & deuotos animos ad nos habeatis. Huius ſiquidem confidentiæ ſigna perſpeximus. Primò, quòd ex noſtro conſenſu ad ſacrum gñale concilium, plurimùm lætati eſtis. Iterum, ꝙ pręſidētes noſtros affectu & opere, amodò ſic vobis coniunctos, vt penè vnum inuicem eſſe videamini, audimus. Ex his cōgratulamur plurimùm deuotionibus veſtris, congratulamur Eccleſiæ ſanctæ, cui profectum euenire ſperamus. Congratulamur & ipſi Apoſtolicæ ſedi, q̄ diu, nō quidē defectu noſtro, ſed (vt ita dicamus) tēporis malignitate afflicta & anguſtiata, conſolari & honorari à vobis expectat. vt enim vetera diu vulgata ꝓtereamus, quis ſine dolore & lachrymis tranſeat, q̄ his dieb⁹ Romę paſſi ſumus? Nō em̄ incognitū eſt, quid conſpirationis in nos actū ſit, quid in venerabiles fratres noſtros ſanctæ Romanę Eccleſiæ cardinales, quid demq; in noſtros & Curiales oēs, quo etiā conſilio, quibus medijs, quo authore aut quo fine oīa iſta proceſſerint. Quid vltra hæc in alijs terris Eccleſiæ Romanę quondiè machinetur, ſatis perſpicuū eſt. Chriſtus pro ſua pietate eos oēs ad frugē melioris vitæ conuertat. Ob has & alias iuſtas cās, cenſuimus malignitati eſſe cedendū. Itaq; ex vrbe profecti, cū galeis & aliis nauigiis, Deo ꝓpicio, in portum Piſanum deuenimus. Deinde ſani & incolumes, ipſo Deo iuuāte, hodiè huc adplicuimus. In quē locū multo honore, reuerentia, & deuotione ſuſcepti ſumus. Supereſt vt eo affectu, quo cœpiſtis, in Deum quotidiè ſuccreſcentes, ad gñalem Eccleſię reformationem ſine ulteriori mora vigiles ſitis. Sic deuotiones veſtras exhortamur in Dño. Noſtis em̄, quātū ea indigeat religio Chriſtiana: quia (vt ait Propheta) à planta pedis uſq; ad uerticē nō eſt in ea ſanitas. Eſa.1. Nō multa diſputatione opus eſt, ſed obſeruatione & exēplo. Quib⁹ veluti quodā optimo rectore, ea, q̄ à ſanctis patribus diuino ſpiritu cōſtituta ſunt, dirigant̄, ſuumq; attingant officiū. Horum ſanctorū patrum imitatores eſtote, ſicuti veri cōdiſcipuli & filij Dei chariſſimi. Si qua igit̄ pietas, ſi qua conſolatio in Chriſto, Phil.2. implete deſiderium & gaudiū noſtrū, immò & bonorū oīum. Non deerit vobis gratia diuina, neq; bonorū ſubſidia, ſic in dño confidimus. Quantū ad nos pertinet, omnes operas noſtras pro his rebus libenter offerimus, nihil pro noſtro officio prætermittentes, quo gratiam Deo, pacem & ſalutem populo Chriſtiano ex his ſanctis operibus vendicemus.

Datum Florentiæ Anno Dominicæ incarnationis milleſimo quadringenteſimo trigeſimoquarto, nono Calendas Iulij, Pōtificatus noſtri anno quarto.

EPISTOLA EVGENII PAPÆ IIII. ad legatos ſuos Concilij præſidentes.

EVgenius epiſcop⁹ ſeruus ſeruorū Dei, dilectis filiis Nicolao tituli S. Crucis in Hieruſalem, Ioāni tituli ſancti Petri ad vincula, & Iuliano tituli ſanctæ Sabinæ, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyteris cardinalibus, Apoſtolicæ ſedis legatis, ac venerabilibus fratribus Ioāni archiepiſcopo Tarētino, & Petro epiſcopo Paduano, pro nobis in ſacro Baſileenſi cōcilio Prȩſidētibus, ſalutem & Apoſtolicā benedictionē.

Non eſt inſolitum inimico hominis, ſuperſeminare zizaniam, ut etiam inter eos qui pari pietate cōtendunt, vt in vnum finem conueniant, ex ipſis procedendi modiis, qui pro diuerſitate humanorum ſenſuum in ſemet differentes redduntur, nōnunquam vario diſſidio, qui mutuam charitatem vulnerent, oriantur. Hoc autem inter nos & nonnullos ex venerabilibus fratribus & dilectis filiis ſacri generalis Baſileeñ. concilii ſuperiori tempore eueniſſe conſpeximus. Quod tamen diuina annuente clementia tandem concordiæ locum & pacis inuenit. Poſtmodùm verò quaſi inter nos & ipſos emergeret differentia per nouos oratores eius generalis concilij de ſeruanda eorum con-

cluſione cùm Græcis, de dandis indulgen-
tiis, de cauſis ſuppoſitorum dicti concilij
non admittendis, de officialibus noſtris ad
curiam noſtram non uocandis, de electio-
nibus expectandis, aut etiam confirmãdis,
de Annatis, ſeruitiis cõmunibus, & ſimi-
libus non recipiendis fuimus requiſiti. Ad
quæ omnia per noſtros oratores plenè re-
ſpondimus. Et licèt ex illis reſponſionibus
eidem ſacro concilio ſatisfeciſſe ſperemus,
proſpeximus tamen nõ eſſe inconſultum,
ſi quid difficultatis vel ſcrupuli, aut ſuſpi-
cionis forſitan ſupereſſe contigerit, abun-
dantiùs prouidere, & deſiderium noſtrum
ad vnitatem & pacem ampliùs aperire, ità
vt etiam paruo nubilo ſublato de medio,
ad ea, quæ honorem Dei ac bonum Reipu-
blicæ Chriſtianæ concernunt ante diuinæ
claritatis faciem * vnis ac ſerenis animis
intendamus. His igitur diligenter attentis
veſtris circunſpectionibus, de quibus plu-
rimam in Domino fiduciam continemus,
omnes & ſingulas differẽtias, difficultates
& ſuſpiciones, ſi quæ prædictorũ occiſio-
ne (ut prædiximus) ſupereſſe, aut in futu-
rum emergere fortè contingeret, concor-
dandi, tollendi, ſedandi & ſopiendi, ſuffi-
cienti tamen prouiſione quo ad annatas,
communia ſeruitia, & alia in quadam ip-
ſius generalis concilii ordinatione conten-
ta priùs facta, ac per nationes & prouincias
approbata & recepta, necnon alia in præ-
miſſis & circa præmiſſa faciendi, per q̃ ad
veram & perfectã charitatem, vnanimem
cõcordiam inter nos & fratres & filios no-
ſtros ꝑ Dei gloria, exaltatione orthodoxę
fidei Chriſtianæ, ac conſeruatione honoris
& dignitatis Apoſtolicæ ſedis peruenire
poſſe uideritis, de conſilio uenerabilium
fratrum noſtrorum Iordani Sabinenſis,
Brandę Portuenſis epiſcoporum, Ioannis
tituli S. Laurentii in Lucina, Antonij tituli
ſancti Marcelli, Ioannis tituli ſancti Sixti,
Franciſci tituli S. Clementis, Angelotti ti-
tuli S. Marci, Presbyterorum, Lucidi ſan-
ctæ Mariæ in Coſmedin, Proſperi ſan-
cti Georgii ad uelum aureum, & Dominici
ſanctæ Mariæ in uia lata Diaconorum ſan-
ctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium plenã
& liberam tenore præſentium cõcedimus
facultatem, ratum & gratum habituri,
quicquid per nos in præmiſſis ordinatum,
concordatum fuerit & concluſum. Idque
faciemus authore Domino inuiolabiliter
obſeruari. Datum Florentię anno incarna-
tionis Dñicæ milleſimo quadringẽteſimo
trigeſimoquinto, decimotertio Calendas
Martij, Pontificatus noſtri anno quinto.

Ego Iordanus epiſcopus Sabinẽſis ſub-
ſcripſi. Ego Branda epiſcopus Portuenſis
ſubſcripſi &c.

A. de Florentia.
F. de * Laude.

COPIA BVLLAE TRANSLA-
tionis concilij Baſileeñ. ad ciuitatem
Ferrarienſem, miſſa per dominũ
Vualterum de * Herke, cano-
nicum eccleſię S. Mar- *Herle
tini Leodieñ. ex
Bononia.

EVgenius epiſcopus ſeruus
ſeruorum DEI, ad futurã
rei memoriam. Doctoris
gẽtium admoniti ſaluber-
rima ſuauiſſimaque doctri
na, hortantis vt ſoliciti ſi- Ephe. 4. a
mus ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pa
cis, ad ea maximè intendimus aciem mentis
noſtræ, & indefeſſa ſolicitudine, cura & cogi-
tatione conatus omnes intendimus, per quę
in corpore myſtico, ſancta ſcilicet eccleſia,
perpetua charitas & pax inuiolata ꝑduret:
ac ſi qua membra diſſentiant, ea corpori cõ-
modè reinſerantur ſuo, vt dũ per ſancti Spi-
ritus gratiam, qui eſt patris & filii amor atq;
connexio, membra omnia ſub Chriſto capi-
te vnum in Eccleſia corpus efficiamur vnica
etiam per vnitatem ſpirituum in Chriſto ſo
cietas ſimus, & pax quæ eſt perfectæ vnitatis
vinculum, ſyncera charitate & concordi ani
morum coniunctione ſeruetur, omneſq; di-
ſcordię & ſciſſurę fomites penitùs extinguã-
tur. Sanè dudùm in minoribus conſtituti, di
uiſionem orientalis & occidentalis eccleſiæ,
quippe ex qua mala innumera & Chriſtianę
religionis detrimẽta prouenire videbamus,
ferentes ægerrimè ſemper moleſtiſſimè, agẽ-
teſque pro viribus noſtris vt tolleretur, inſti-
timus multũ in Conſtantienſi Concilio pri-
mùm, tum etiam apud felicis recordationis
Martinum Papam Quintum prędeceſſorem
noſtrum: ſatiſque laborauimus, vt ſublato
pariete de medio, vtriuſq; eccleſię vnio pro-
ueniret. Vbi verò ad apoſtolatus apicem aſ-
ſumpti, honeſtiſſimo huic & pro deſiderio
noſtro debitum ex iniuncto nobis deſupèr
curæ paſtoralis officio acceſſiſſe conſpexim*
eam rem ardenti animo & tota alacritate ſu-
ſcepimus. ac primùm quidem adierunt nos,
per noſtrum ſtudium & diligentiam orato-
res chariſſimi in Chriſto filii Ioannis Græ-
corũ Imperatoris, & venerabilis fratris Io-
ſeph Conſtantinopolitani patriarchæ. Tum
verò miſſis eueſtigiò Conſtantinopolim nũ-
cijs noſtris, habitoque tractatu diligenti, id
tandem communi cõſenſu omnium placuit,
vt ex antiquo inſtituto pro celeriori ac feli-
ciori executione tantæ rei, legatos de Latere
cum prælatis & Theologi ac Doctoribus tã
dignę materiæ tractandæ neceſſarijs, Cõſtan
tinopolim à nobis mitteretur. In eam quo-
que cõcluſionem Imperator Trapezuntius,
& Armenius patriarcha, & alij quamplures
pari voto conſenſerunt. Necdum ad nos hu-
iuſcemodi deliberationis concluſiones per-
uenerant, cum alium longè diuerſum vnio-
nis

nis modum in Baſileenſi Concilio iam decreto firmatum, miſſua ab ipſo Cõcilio orator, vt approbaretur, requiſiuit à nobis. Diſplicuit quidem iam tunc, quòd ſedi Apoſtolicæ * differri videretur, & de re tam graui & ardua tot menſibus agitata, contra honeſtæ & antiquæ coofuetudinis normas, oihil anteà nobis per ipſum Concilium fuiſſet ounciatum. Auidi tamen prędictæ vnionis, ſimulque veriti, oe ſi diſſenſio vlla iotercederet, optatiſſimæ nobis rei ruptura ſequeretur, licèt deliberationem aliam longè diuerſam & mulio expeditiorem, ex Conſtantinopoli indiès veriſimiliter affuturam expectaremus, ſicuti & eſt factum poſtea. Cooclusioni ipſius Concilij præbuimus aſſenſum. Subſequuti Græcorum Oratores, cùm ioſtantiſſimè poſtularent ea capitula à nobis confirmari, io quibus Imperator & Patriarcha præfati cum Oratore noſtro conuenerant, exhortati à oobis ſunt & attẽtius admooiti, oe concluſionum varietatem ęgrè ferrent, nève diffiderent, auſpice DEO, proſperè & pro votis ſucceſſura omnia: nobis eſſe gratam viam omoem, per quam ea res tam ſancta, tam neceſſaria, optatum effectum eſſet habitura, neque opem & operam noſtram vllu tempore vnquam defuturam. Miſſi poſtmodùm ab ipſo Concilio nūcij ad ipſos Imperatorem & Patriarcham vt decretum illud ratificarent, poſtularoot. Comperto aotem ex oratore noſtro, nos decreto illi conſenſiſſe, & ipſi conſenſum dederunt, alias, vt profitebantur, illud nolla ratione facturi. Literis itaque * peractis, eiosdem voionis deſiderio nos magis ac magis incenſi, de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium conſilio ac aſſeoſu, dilectos filios ooſtros & Apoſtolicæ ſedis Legatos Baſileam miſimus, eis inter cætera facultatem dantes, ea omnia & ſingula tractandi & agendi quæ memoratæ vnioni quomodolibet profutura viderentur. Inſtituerunt illi, vt locus eligeretur nobis & Græcis accommodus, quæ ad optatum vnionis finem maturè poſſet perueniri. At licèt ob difficultates plurimas, quas gignebant inordioati quoruodam motus & compugoantiæ voluotatum, parùm ſpei de conficiendo dictæ vnioois negocio tribueretur nobis, expectauimus tamen, neqoe à ſpe & intentione noſtra, omnino decidimus, quouſqoe nonnullos ex ipſo Concilio ad eam oominationem loci proceſſiſſe cognouimus, quam iuſtis & rationabilibus cauſis gratam habere, neque potuimus, oeque vllis rationibus poſſumus. Ciuitatem enim noſtram Auinionenſem, in decreto uoo nominatam, noo compræhenſam, & à Græcis ipſis expreſsè & ſæpenumerò repudiatam, nobis etiam irreqoiſitis, quantùm in ſe fuit, elegerunt non ſatis aduertentes, quantum ea res iopportet in ſe mali, quã-

for. * miſſa defer. ri videretur per id quòd de re.

tum verò & prædictæ vnioni afferat detrimenti, contra Coocilij decretum, contra Gręcorum inſtantiam, contra deniqoe pium noſtrum deſiderium tanta facilitate præſumpta. Eſt quippe locus ille parùm oobis commodoſus, & prouincijs multis ac regnis, regibuſque & principibus non modò ingratus, verùm * ex ſitu ipſe ſuo noo ſatis tutus. Quibus ex rebus illa loci nominatio oullo pacto fuit admittenda: cui niſi authore Domino obuiaſſemus, vt ex certis authoribus & grauibus de ipſo Concilio viris, certiores facti ſumus, oihil actum eſſet de Eccleſiaſtica pace & optatiſſima illa vniooe. Deoiqoe ex Græcorum oratoribus, quorum alter ad nos, alter ad Baſileenſe Concilium, profectus eſt, mandatis paribus io ſcriptis vtrobique traditis, eooctis palàm fuit, ipſos Imperatorem & Patriarcham perſtare in ſententia, locum ſcilicet eſſe eligendum, qui oobis & illis eſſet accommodus, apertè proteſtantibus, niſi nos in loco adeſſemus, Imperatorem ipſum & patriarcham nequaquam acceſſuros. Queſtus eſt grauiter Orator ipſe, quòd ad eum auocaretur locum, qui eſſet remotiſſimus, & præter nauigationis loogioquæ pericula, mare ipſum piratis quoque infeſtum eſſe, ac per id cęteris ſuſpectum, in primis ſibi & illis eſſe ſuſpectiſſimum: Proteſtaos, niſi conditiooes io decreto appoſitę ſeruarentur, locuſque (vt pręfertur) eligeretur idoneus, Eccleſię Latinorum imputandum fore, quòd optata, tantoqoe ſtudio & labore quęſita vnio noo ſequeretur. His omoibus inteota meditatiooe & diligeoti librati one penſatis, prouidendum omniod viſum eſt, ne Grȩci à propoſito itinere deſiſterent. Ea fermè fuit omnium ſententia, non modo voionem ipſam, niſi aliter prouideretur, non ſecuturã, verùm io ipſa quoque occideotali Eccleſia nooitates noxias & ſcandala plura emerſura oeceſſariò. Nos itaque tanto conſtricti articulo, tam varijs caſibus, tam moltis omoi ex parte aperieotibus ſe periculis, pro virib⁹ occurrere cupiẽtes, de prędictorum venerabilium fratrum noſtrorum cooſilio & aſſeoſu, venerabili fratri Ioanni archiepiſcopo Tareotioenſi ad ipſum Baſileenſe concilium deſtinato, dilectis filiis Ioanni tituli ſancti Petri ad viocula, & Ioliano tituli ſanctę Sabinę, ſanctę Romanę Eccleſię Cardinalibus Apoſtolicis legatis, ac ipſi archiepiſcopo per literas noſtras commiſimus & mandauimos, vt per paſſionem Ieſu Chriſti, ac ad euitandas omoes diſſeoſionum materias, exhortarentur venerabiles fratres & dilectos filios in ipſo Concilio exiſtentes, vellent ob laudem & reuerentiam Dei ac ſaluatoris Dñi ooſtri Ieſu Chriſti, & per adſpſionẽ ſui ſacratiſſimi ſanguinis, pro pace & felici tantarum rerum conſummatione, locũ eligere, pro huiuſmodi tranſ-

for. * etiã ex

ferendo Concilio, qui gratus eſſet Græcis
& nobis aptus atque acceſſu facilis diſcepta-
tionibus ac diſſenſionibus omnibus ſeductis
de medio, ambulantes in rectitudine & ſim-
plicitate cordis, iactarent in Deum cogita-
Pſal. 54. d tus ſuos, ac de Deo confidentes, in ſuis con-
ciliis charitatis legibus obſequerentur, quæ
iuxta Apoſtolum non irritatur, non cogitar
1. Co. 13. a malum, non quærit quæ ſua ſunt, non gau-
det ſuper iniquitate, ſed econtrà patiens, ac
benigna eſt: debere eos qui Eccleſiæ Dei ne-
gotiis tractandis inſiſterent, ſuperiores eſ-
ſe mundo, non quæ ſua ſunt quærere, ſed
Phili. 2. c quæ Ieſu Chriſti: nullam cuiuſuis loci ele-
ctionem debere eſſe impedimento, quo mi-
nùs tam ſalutaris rei ſubſequatur effectus.
Iſta nos & his ſimilia, pro affectione noſtra
ipſis in Concilio exiſtentibus tranquillè
proponenda mandauimus. Iniunximus
for. *omitterent. præterea legatis ipſis ac præſidentibus no-
ſtris, vt nihil * committerent ex his, quæ ad
hunc finem conducere poſſe vlla ratione vi-
derentur. Requirerent, hortarentur, orarent
omnes & ſingulos Regum & Principum
prælatorumque oratores, procuratores ibi
præſentes, vicinosque ibidem prælatos ac
principes, ſibi vt ſocii accederent, ſecumque
hortarentur omnes ad locum ipſum aptum
concorditer eligendum. Tentarent denique
omnia, per quæ ad optatum tantæ rei effe-
ctum pacificè perueniri poſſet. Nec tunc
quidem tam pia, tam ſancta, adeoque ſa-
lutaria tā modeſtè poſtulantes, auditi ſunt:
quin potiùs ſpretis adhortationibus noſtris,
Auinionis ciuitatis electionem, ipſo iure
nullam, decretare tentarunt, Legatis & præ-
ſidentibus noſtris, & alijs prælatis plurimis
& grauibus religioſiſque perſonis reniten-
tibus, atque ad nouam loci alterius electio-
nem procedendum eſſe decernentibus.
Cùm verò ſedandi tumultus cauſa ad id
tandem deuentum extitit, approbantibus
cunctis, vt ſecundæ darentur induciæ ea
cōditione, vt niſi intra præſcriptū & præſti-
tutum diem, Auinionenſes promiſſas pecu-
nias numeratas perſoluiſſent, integrum iam
eſſet ac liberum & debitum, Concilio locum
alium eligere. Cùm verò intra condictum
terminum pecunias illi nequaquam exoluiſ-
ſent, legati ac præſidentes prædicti, aliique
ex prelatis plurimi, & omnes fermè regum
principumque oratores, procuratores præla-
torum, Theologique & doctores, haben-
dam rationem honoris & dignitatis occi-
dentalis Eccleſiæ, ea ſtudioſè ſeruando quæ
Græcis fuarunt promiſſa, cenſentes, Eccleſia-
ſticæque pacis ac vnionis cupientiſſimi, &
ſaniorem ipſius concilii partem facientes,
ad quos etiam eſſet ius eligendi deuolutum
cùm partem aliam nihilominùs antè ſæpè
requiſiſſent, vt ad alterius loci electionem
intenderent, alioquin proteſtantes ſe iſta
ampliùs, ſine graui offenſa D E I & ipſius
Eccleſiæ inſigni nota, diſſimulare nō poſſe.
Poſtquàm autē minimè exauditi erant, ad
electionem loci, Florentiæ ſcilicet aut Vti-
ni, ſiue alterius cuiuſlibet in decreto com-
præhenſi, qui galeas & neceſſaria alia ma- Iſtud decretum in cōcilio tā quam falſatum narratur.
turiùs pararet, canonicè legitimeque pro-
ceſſerunt, prout ex decreto indè confecto
clariùs conſtat. Eam electionem memorati
Imperatoris & Patriarchæ oratores, vt cō-
ſequendæ vnioni ſummè neceſſariam, gra-
tiſſimè amplexi ſunt: profectique inde ad
nos, vt electionem huiuſmodi admittere
& confirmare vellemus, precibus humili-
mis petiuerunt, ſimul nos impenſius oran-
tes atque requirentes, ne rem hanc ſacra-
tiſſimam deſertam eſſe pateremur, prote-
ſtati publicè in generali conſiſtorio, quod
per eos nequaqam ſtaret, ſi ſancta iſta vnio
non ſequeretur. Nos autem omnia atten-
tiùs conſiderantes, conſpicientesque rem
eò deueniſſe, vt prædictos oratores neceſſa-
riò exaudire cogeremur, nec ſupereſſe mo-
dum alium proſequendi operis tanti, &
ſeruandi Latinæ Eccleſiæ honoris, de præ-
dictorum venerabilium fratrum noſtrorū
conſilio & aſſenſu, ipſorum petitis annui-
mus, nominatiooemq; factam de Floren-
tia, aut Vtino, vel alio ex locis in decreto
compræhenſis, in alio generali conſiſtorio
admiſimus atque cōfirmauimus, Ad demū
cū ipſis oratoribus mandatum ad hoc ha-
bentibus nonnullis priùs tractatis, conclu-
ſis atq; firmatis, q̄ de memoratorum Im-
peratoris & Patriarchæ aduētu ad has par-
tes ſpem nobis indubiam pollicētur, mul-
tis cum laboribus ingentiq; ſumptu operā
dedimus, vt galeæ quatuor & alia mitterē-
tur pro ipſorum aduentu neceſſaria: ſicq;
largiente Deo factum eſt. Hæc vbi didicē-
re qui Auinionem prætulerāt, ſemper pro
inordinatis, quibus agitant, affectibus tur-
bati, quia iuxta beatæ memoriæ prædeceſ-
ſoris noſtri Leonis primi ſententiam, dum
priuatæ cauſæ, religionis exercentur obtē-
tu, committitur impietate paucorum, qđ
vniuerſalem E C C L E S I A M vulneret,
multa ad perturbanda prædicta machina-
ti ſunt. Nā primùm quidē in venerabilem
fratrem noſtrum Ioannē archiepiſcopum
ſupra nominatū, qui decretū in ea forma
mittebat ad nos, qua fuerat in publica ſeſ-
ſione promulgatum, nonnulla confingen-
tes irruerūt, omniq; p̄termiſſo iuris ordi-
ne ipſum poſteaquā primò, ſecūdò ac ter-
tiò ea pro ſua iuſtitia petierat, q̄ iure nulli
deberēt denegari, primùm ī domo ſua ſub
cautione iuriſiurandi detinere conati ſunt.
Deinde deputationē & cōgregationē gene-
ralem per iudices datos ſuſpectiſſimos, illi
interdicere tentauerunt: At poſtremò cō-
tra grauamen vtrunque ſe tueri de iure ſa-
tagentem, ſuamque iuſtitiam aſſerere ſub
excommunicationis, priuationum & in-
habili-

habilitationum pœnis, in domo propria tumultuario multitudinis impetu detinere, & quodammodo carcerare moliti ſunt. Grauamen prætereà grauamini adijcientes, dilectum filium Arnoldum Rechlinchnſen, dicti Arciepiſcopi procuratorem, pro iuſtitia illius in congregatione generali & maiori Eccleſia loqui volentem, manibus iniectis percuſſerunt, ac per capillos ad carcerem trahere conati ſunt, adeò violenter atque inhoneſtè, vt Cardinalis ſanctæ Sabinæ legatus antedictus, de violentia illata, & de ſublata libertate Concilij, neceſſariò publicè fuerit proteſtatus. per hanc ita illatam violentiam, iuſto metu conſtrictus Archiepiſcopus ipſe, in defenſionem ſui quoſdam nobiles armatos domi habere compulſus eſt. Tandem iuſtiſſima quadam petitione in generali congregatione porrecta, cui adiecta erat proteſtatio, quòd niſi in ſua iuſtitia audiretur, & à grauaminibus & oppreſſionibus quæ indies augebantur, ceſſaretur, ipſe ob iuſtum metum recedere indè cogeretur, & non modo non fuiſſet admiſſa ipſa petitio, verùm contra exhibitorem ipſius, vt ad carceres traheretur, eſſet acclamatum, coactus eſt & iniunctum ſibi oratoris ac præſidentis officium deſerere, & adiunctis ſibi ſeque ducentibus dilectis filiis nobilibus viris, Vuilhelmo marchione de Rothelen., & Rodulpho de Rameſteyn, & alijs pleriſque illorum nobilibus, à prædicto Concilio omninò diſcedere. Nos obmittimus alia plura grauamina, vt curſores noſtros primùm, tum dilectum filium priorem Furnenſem ordinis Præmonſtratenſis ad nos ſpecialiter miſſum, in itinere cum literis interceptos, pecunijsque cum bonis alijs nudauerunt, vt ex noſtris ſit nemo, qui ſine iuſto metu vel illuc ire, vel indè redire poſſit. Quantum generali Concilio iſta conueniant, cunctis ratione vtentibus liquet. In ſecunda Epheſina ſynodo pernicioſiſſima illa quoſdam Apoſtolicæ ſedis legatos iugulatos legimus, quòd acquieſcere ſubſcriptioni nefariæ noluerunt. Verum hæc inſonora non ſunt, ſed obmittimus: referre quidem piget ob Eccleſiæ matris iniuriam atque iacturam. Sed dicendum tamen eſt. Illi ipſi, qui pro tractandis Eccleſiæ negocijs, pro pace & vnitate in Eccleſia catholica ſeruanda pro reformatione vtili & honeſta inducenda* ſecum veniſſe profitentur, quique ſextum iam annum in huiuſmodi tractatibus ſummo cum fructu exegerunt, cùm vniuerſus Chriſtianus orbis eſſet prædictæ ſanctiſſimæ illius vnionis quaſi iam imminentis expectatione ſuſpenſus, ex qua dici non poteſt, quantùm lætioris ſpei humanis rebus & religioni Chriſtianæ accederet, eos ad euerſionem potiùs tam pii operis, confuſionemque Chriſtiani nominis, & vniuerſalis Eccleſiæ ſciſſuram, & totius religionis excidium moliri, manifeſtè depræhenduntur. Et quid mirum ſi in Oratores noſtros ſæuiant, qui in nos quoque adeò effrenatè feruntur? Prætenſum quippe quoddam monitorium, ſiue (vt appellant ipſi) citatorium, conuiciis, contumeliis, atque iniuriis plenum, aduerſus nos & in grauamen venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium, conflare auſi ſunt, nouo planè exemplo, & quod priora omnia ſecula ignorauerunt, & quod vti ne fieret, cùm Ioannes & Iulianus Cardinales prædicti ſedis Apoſtolicæ legati, variis modis obſiſterent, & validiſſimis, & grauiſſimis, veriſſimiſque rationibus improbitatem facti coarguerent, demonſtrarentque apertis documentis, id charitati, bono publico, paci Eccleſiæ, iuſtitiæ, ſacriſque canonibus ita aduerſari, vt ipſi abhorrerent illic adeſſe, vbi de tali tractaretur monitorio auditi non ſunt. Et cùm inſtanter orarent, & expreſſè poſtularent, vt à re tam monſtruoſa deſiſterent, conſcientiaſque exonerando ſuas, excuſarent coram Deo & hominibus innocentiam ſuam, quòd monitorium illud pro viribus & ſupra vires impugnarent, plurima quæ ex illo ſequi potuerint ſcandala & mala memorantes, maximaque inſtantia vtentes, veluti ex proteſtationibus ſuis publicè & ſolenniter factis apertiſſimè conſtat: tantis tamen, tam piis, tam iuſtus poſtulationib⁹ furor ille nõ ceſſit. Cùm verò memorati Ioannes & Iulianus legati, octo primò, deinde trium dierum inducias peterent, infra quos rationes in ſcriptis redigerent, quibus, cur nullo modo ad dictum prætenſum monitorium, ſeu citatorium eſſet procedendum, euidentiſſimè demonſtrarent: non ſolùm non auditi ſunt, verùm contra ipſius ordinationes Concilii, eadem die & generalis congregatio & ſeſſio repètè ac præcipitanter eſt habita, quod nũquam anteà vel in minimis priuatiſque negociis fuerat factum. In ea ſanè prætenſa præcipitique ſeſſione, & ſi prælatos ſub pœna præſtiti iuramenti cogere & penè violenter attrahere conarentur, legati tamen ipſi & pintes ex oratoribus Regum & principum, prælatique plurimi, iuſtitiæ potiùs & veritati deferentes, quàm illorum cedentes comminationibus, nulla ratione huic tam inhoneſtæ ac monſtruoſæ rei intereſſe paſſi ſunt, ſed magìs ac magìs inſteterunt, vt à dicto monitorio abſtinerent, nihil innouari debere identidèm apertè proteſtantes. His profectò legatorum noſtrorum rationibus, iuſtiſſimuſque petitionibus ac proteſtationibus neceſſariis acquieuiſſent, niſi pauci ex primoribus, quos ſequitur inferiorum turba, partim ambitionis corrupti peſte, partim potentium quorundam ſecularium, ſeu furori obſequentes, ſeu deliniti obſequiis, ſeu minis atque terroribus

for. *ſe cõueniſſe.

adacti, ſub reformationis ſpecioſo nomine, ſeſe duces atque authores harum nouitatũ præbuiſſent. In quæ nos imminentes iam concilij œcumenici ſi quid aduerſus nos conciperent, omnino diſtuliſſent. Ea verò cùm comperiſſet chariſſimus in Chriſto filius noſter Sigiſmundus Romanorum Imperator, obſtupuit: præcipitemq́ue ſententiam ſchiſmatis metu, quod ſublatum laboribus plurimis, iſtis inferre tentarent, vehementer exhorruit. Ac protinus per venerabilem fratrem Petrum Auguſtanenſem epiſcopum oratorem ſuum, ad præfatum concilium deſtinatum, vt abſtinerent, ab huiuſmodi nouitatibus & ſcandalis, omni inſtantia requiſiuit: & ſi quid aduerſum nos promulgaſſent, reuocarent. Quod quidẽ, vt rex certiſſimis nunciis accepimus, facere omninò neglexerũt. Et quid mirum, ſi illi minùs obtemperent honeſta poſtulanti, cõtra ſanctorum canonum ſtatuta, qui excuſſo de ſub iugo diuini timoris collo, tam liberè quàm licenter eunt in paſtorem pontificem ſuum: quorum conatibus niſi opportuniùs prouideatur, tem hanc ſanctæ vnionis Orientalis & Occidentalis Eccleſiæ, ex qua diebus noſtris propagari Chriſtianitatis terminos ſperamus, & ſub cuius ſpe & expectatiõe Chriſtianorũ multitudo ab infidelibus oppreſſa reſpirat, intercipi & deſtitui, Eccleſiæq; reformationẽ & pacẽ Chriſtiani populi, quã iam annis ſex mundus pręſtolatur, in deformationem potius inteſtinumq; bellũ conuerti: quis adeò rationis ac iudicij ignarus eſt, quin videat, quin intelligat? Suborientur, vt timendum eſt, inſupèr alia incommoda & mala neceſſariò, ſcandalaque & diuiſiones non modò in re Eccleſiaſtica, verùm quoq; in regnis, principatibus, dñijsq; tẽporalibus pullulabũt ex infauſto hoc germine, quæ ſine maxima Dei offenſa nos amplìùs diſſimulare nemo ſanæ mẽtis ignorat. Cum igitur ad huiuſmodi pericula, ſcandala & detrimenta ab vniuerſali Eccleſia & à populo Chriſtiano ſicuti à debito adſtringimur paſtoralis officii, propulſanda, & ne lõgius ſerpant, arcenda: nihil æquè expediẽs occurrat, quàm ſi in vnũ conueniamus omnes charitatis, pacis & cõcordiæ vinculo adſtricti & ſemotis priuatis affectionibus, ad memoratæ vnionis Eccleſię vtriuſque, ſanctorumq; reliquorum operum proſecutionem, quorum gratia Concilium Baſileenſe ab initio fuerat inſtitutum, ſtudia & vota noſtra conuertamus: omnibus itaq; & ſingulis quæ ſuprà digeſta ſunt, & aliis iuſtis & rationabilibus cauſis ad hoc animum noſtrum permouentibus, atque eo in primis, quia factum ſine conſideratione iuſtitiæ & contra omnem canonum diſciplinam, ratũ habere nulla permittit ratio: & quia diſſenſionis ſcandalum non auferret Baſileenſis ſynodus, ſed illi, qui in illa ſe duces & principes nouarum rerum faciunt, potius augerent; his, inquam, omnibus accurata meditatione penſatis, quorum gratia, neque nobis, neque noſtris tutum aut liberum ſit in eo concilio, quod ſub ditione eſt & quaſi tyrannide quadam æmulorum noſtrorum redactum, quidquam proponere aut tractare: habitaq; ſuper his omnibus & ſingulis cum venerabilibus fratribus noſtris matura deliberatione de ipſorum omnium communi conſilio & aſſenſu, pluribuſque etiam adhibitis venerabilibus fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis, ac dilectis filiis Electis Abbatibus, aliiſq; prælatis in curia noſtra exiſtentibus, ad idem conſidentibus atque laudantibus, volentes tam pernicioſis & imminentibus ſcandalorum, turbationum & cõfuſionum periculis in Dei Eccleſia, vt præmittitur, obuiare: ſi & inquantùm ſupradicti in ipſo Baſileenſi Concilio exiſtentes, in obſtinato propoſito ſuo perſeuerauerint, vigore vel occaſione dicti prætenſi monitorij vel citatorij in aliquo ꝓcedendo, aut aliquam aliam nouitatem contra nos vel venerabiles fratres noſtros ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales, vel præſidentes & oratores noſtros, qui in dicto concilio fuerunt, vel aliquam ex eis in poſterum inferendo, vel etiam à die datæ pręfati aſſerti monitorij forſitan factam continuãdo quouis modo ſeruando tenore præſentium authoritate Apoſtolica & ex certa ſciẽtia ac ex plenitudine poteſtatis ciuitatem Ferrarienſem, quam etiam pro futuro œcumenico concilio exnunc aſſumimus exnunc prout extũc, & extunc prout exnunc, pro loco dicti concilii transferendi nominamus, aſſignamus, & etiam deputamus: locum quidem gratum Græcis, rebus gerendis vtilem, idoneum & accommodum, omnibus regibus, prælatis & principibus tutum & liberum, in decreto Græcorum compręhenſum, & pro quo omnia Græcis promiſſa, expedita & peracta ſunt: ad eundemque locum præfatum Baſileenſe concilium, ad omnes & ſingulos effectus inchoatos & inchoandos, & pro eiſdẽ cauſis, pro quibus fuerat Baſileæ congregatum, conſilio, aſſenſu authoritate & poteſtate ſimilibus, exnunc prout extunc, & extunc prout exnunc transferimus, ac tranſlatum fuiſſe & eſſe declaramus: cauſa Bohemorũ, quo ad articulum cõmunionis ſub vtraque ſpecie, quem ſolũ articulũ volumus in dicta ciuitate Baſileeñ. infra 30. dies continuari poſſe, duntaxat excepta: quos etiam Bohemos, ſi pro ea cauſa ad dictam ciuitatẽ Ferrarienſem & concilium ſic tranſlatum, eis magis venire placuerit, in eum caſum benignè ſuſcipiemus, tractabimuſq; cum omni humilitate & charitate poſſibili, & ab aliis tractari faciemus. Hanc aũt traſlatiõẽ, inquantum prædicti Baſileæ exiſtentes non reſipuerint, vt præmittitur, locum habere intelli-

locus obſcurus.

Digitized by Google

intelligimus & declaramus ante ipſorum Græcorum aduentum. Ipſis autē Græcis venientibus,& in dictum locum Ferrariæ pro œcumenico cōcilio celebrando,vt certi reddimur,conſentientibus, exnunc pro extūc, & extunc pro exnunc, ipſum Baſileeñ. concilium ad præfatam ciuitatem Ferrariēſem purè, liberè, & ſimpliciter transferrimus & decernimus inchoandum. In quo etiam ſic tranſlato, talia authore Deo proponere & agere intendimus, ex quibus noſtram innocentiam orbis totus agnoſcere poterit, & quæ ſunt aduerſus nos quorundam maleuolentia & malignitate confecta, falſa & omni veritatis fundamēto deſtituta intelligere, ac noſtram bonam voluntatem, ad ea pro quibus dictum Baſileeñ. concilium, vt præmittitur, fuerat congregatum, euidentiùs poterit intueri: Decernentes ac etiam declarantes, omnem aliam declarationem, electionē vel tranſlationē, quauis authoritate & quocunque prętextu factam, vel aliam in poſterum faciendam, præterquàm authoritate noſtra, de qua cōſtet per authenticas literas noſtras ſuper hoc conficiendas, nullius eſt * prout roboris vel momenti: Mandantes inſuper & præcipientes venerabilibus fratribus & dilectis filiis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalibus, patriarchis, epiſcopis, Electis, Abbatibus, & aliis qui de iure & antiqua conſuetudine generalibus conciliis intereſſe tenentur, quatenùs ad præfatum cōcilium (vt præmittitur) tranſlatū ſe trāſferant, & ad ea tractanda & peragenda quæ ad Dei laudem & gloriam, ſanctorumque operum profectum, pro quibus ipſum Baſileeñ. concilium fuerat congregatum, neceſſaria & vtilia videbuntur ſignanter in materia Bohemorum, ſi quid fortaſſe in ea reſtaret agendum, & ſpecialiter ad materiā vnionis orientalis & occidentalis Eccleſiæ, vt ſupradictum eſt: quoniam quanta poſſumus induſtria & diligentia, ad felicem vſque exitum proſequi intendimus, quos omnes & ſingulos ad omnia & ſingula pręmiſſa exnūc citamus, requirimus, & monemus ſecuritatemque & ſaluumconductum omnibus & ſingulis, prout in aliis noſtris literis indè confectis latiùs continetur, damus & concedimus etiam per præſentes. Inſupèr authoritate, poteſtate, cōſilio & aſſenſo prędictis, ſub excommunicationis, priuationum dignitatum, beneficiorum & officiorū, ac inhabilitationis * pœnis, quas cōtrà facientes incurrere volumus ipſo facto, aduerſus quas pœnas reſtitui rehabilitarive præterquàm à nobis non poſſint: ſed nec ab excommunicatione abſolui, niſi in mortis articulo conſtituti: Diſtrictiùs inhibemus, ne in prędicta Baſileeñ. ciuitate, aut alibi quàm in ciuitate Ferrarienſi ſupradicta, deinceps (vt ſuprà præmittitur) conciliū aut aliquis conciliaris actus teneantur, ſeu aliquod officium ad ea ſubordinatum decætero exerceatur: neque etiam aliquis in dicta Baſileeñ. ciuitate remanere, præterquàm ad articulū Bohemorum, vt dictum eſt, & ad alium locum quàm Ferrariæ, ſub nomine aut prętextu Concilij accedere audeat. Decernentes etiam irritū & inane, aut nullius roboris vel momenti, ſi ſecùs quauis authoritate, etiam ſub nomine & authoritate concilij, præterquàm noſtra, de qua per literas (vt præmittitur) ſuper hæc conficiendas conſtet: à quibus communiter vel diuiſim cuiuſcunque ſtatus, gradus, præminentiæ, & conditionis exiſtant, etiamſi cardinalatus, patriarchali, Archiepiſcopali & epiſcopali dignitate præfulgeant, ſcienter vel ignoranter forſitan contigerit attentari, ordinationibus, ſtatutis, cōſtitutionibus, decretis, declarationibus quauis authoritate, etiam ſub nomine generalis concilij factis, & alijs in contrarium facientibus, etiam ſi talia forent, de quibus eſſet habenda etiam de verbo ad verbum mentio ſpecialis. Quibus omnibus authoritate, poteſtatis plenitudine, conſilio & aſſenſu ſimilibus, ex præmiſſis neceſſarijs & vrgentibus cauſis prędictis, derogamus, ac derogatum eſſe authoritate Apoſtolica, tenore pręſentiū declaramus. Cęteriſque in contrarium quomodolibet facientibus, non obſtantibus quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ aſſumptionis, nominationis, aſſignationis, deputationis, tranſlationis, declarationis, voluntatis, conſtitutionis, mandati, præcepti, citationis, requiſitionis, monitionis, dationis, inhibitionis & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Bononiæ anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſeptimo, quartodecimo Calendas Octobris, pontificatus noſtri anno ſeptimo.

for. * eſſe, prout eſt, roboris

Quæ etiā in conſiſtorio generali lectę fuerūt per quas Papa ad ciuitatem Ferrarieñ. euntibus ſaluū cōductū largitur: etiā literę eiuſdē tenoris domini Ferrarieñ. ī eodem conſiſtorio lectæ fuerunt

for. * ad ea pœnis

Adiutor & protector meus es tu Domine, ne derelinquas me Deus meus.

SANCTVS PETRVS — SANCTVS PAVLVS

Eugenius papa quartus.
Ego Eugenius catholicę Eccleſię Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Iordanus epiſcopus Sabinenſis, ſubſcri.
Ego Branda Epiſcopus Portuenſis, ſubſcrip.
Ego Antonius tituli ſancti Marcelli presbyter cardinalis, ſubſcripſi.
Nicolaus tituli ſanctę Crucis presbyter cardinalis, ſubſcripſi.
Ego F. tituli ſancti Clementis presbyter cardinalis, ſubſcripſi.

Prędicta Bulla ſignata fuit per papā & omnes cardinales in Romana curia exiſtētes, prout hic habetur.

Ego

Ego A. tituli ſancti Marci presbyter cardinalis, ſubſcripſi.

Ego Proſper tituli ſancti Georgij ad velum aureum diaconus cardinalis, ſubſc.

Ego Dominicus ſanctæ Mariæ in via lata diaconus cardinalis, ſubſcripſi.

Non ſunt plures Cardinales nunc temporis in curia.

SIGISMVNDI IMPERATORIS PIISSIMI

epiſtolæ ad Concilium Baſileeñ. vel pro ipſo ad alios ſcriptæ, hîc ſeparatìm congeſtę, & iuxta datas earum, quãtùm ex ipſis conijci potuit, ordinatæ.

Supplicatio ad Papam, pro credentia primorum ambaſiatorum domini regis.

BEATISSIME pater & domine reuerendiſſime, intelleximus venerabiles & egregios viros Iacobũ de * Syrck ſcholaſticũ Trevereñ. & Thomam * Fyme decretorum doctorem Officialem Pariſieñ. Oratores ſacri Baſileeñ. Concilij, nobis directos ex ipſorum relatu. Qui quod de continuatione ipſius Concilij, quo in republica Christiana nil vtilius, niſque perfectius perſonabant, permaximè commendamus. Et quia ea de re etiam V.S. accedunt, rogamus affectu deuotiſſimo, quatenùs ipſos velitis, noſtri intuitu & reuerentia dicti Concilij, recõmiſſos ſuſcipere, benignè audire, & iuxta petita ꝓ bonore Dei & cómodo Chriſtianiſſimi clementer & * celeriter adhibendo operam, quæ vtique S.V. incũbit, vt ſacrum Concilium nullatenus inducietur ſeu mutetur: ſed ex directione eiuſdẽ Sanctitatis, fomenta & incrementa optata ſuſcipiat, prout E.S. ab oratoribus ipſis percipiet, quibus noſtri nomine velit abhibere credentiæ plenam fidem, & vltra ea accuratiſſimè deprecamur, vt eadem ſanctitas perſonas præfatorum oratorum commendatas velit habere pro complacentia & gratia nobis acceptiſſima. Cuius perſonam conſeruare dignetur &c.

* Fyrne

for. * celeriter expedire

Regis ad Papam ſuper facto Concilij.

Copiæ literarum Regiæ maieſtatis ad dominum noſtrum Papam per oratores Concilij Baſileenſis deſtinatarum.

BEatiſſime pater & domine reuerendiſſime, Nõ fuit indignum, quòd veſtra ſanctitas receſſum & ſcripturam fidelium de Bohemia, geſſit moleſtè, prout ex Bulla eiuſdem ſanctitatis, quæ nobis hodiè præſentata exſtitit, claré percepimus. Nam & nos tantam mẽus amaritudiné, exindè cõcepimus, vt reuerà ad plenum reſcribere nequeamus. Nõ expediebat * eũ hos cunctos contrarios ad V.S. auditũ ita ꝑcipitãter deducere. Quia ipſorũ ſignificatio erat horribilis, & potiùs his cõmittenda, qui ipſis rebus cõcilio affuerunt, viderunt, & eas corporaliter tetigerũt. Ad ꝓuiſioné auté tanti caſus, tantumq; opprobrium gentis fidelium abſtergendũ, palpebras noſtras nõ contraximus: immò vigilãdo ſolerter poſt reuerſioné exercitus, mox in præſentia reuerendiſſimi dñi cardinalis legati, Electorũ & principum aliorũ oĩa remedia exquiſiuimus, quæ tãta celeritate fieri poterant, & tandé diętã in ciuitate noſtra Franckfurdenſi cunctis indiximus in feſto ſancti Galli nunc ꝑterito, ad prouidendum his rebus ſalubriter, & vt hęc ignominia catholicorũ auferri, & hæreticorum ſuperbia poſſet cõtundi. In qua tñ dięta quãuis ſolennes Oratores noſtros ꝑlatos & alios haberemus, nil peractum eſt, quia quaſi nullus cõparuit. Nec tã aliqua ſalubria ſperãtur in tẽ iſta remedia, quàm hoc ſacrũ Baſileẽſe Cõcilium, qđ Deus omnipotens hoc tẽpore tribulationis ab alto cõceſſit, & in quo omnis virtus cõtra hanc peſtẽ hęreticã, omniſq; ſalus & ſpes oĩum conſiſtit. Neq; alibi exquirendæ ſunt particulares vię in rebus tam arduis, niſi vbi gñalia & ſumma Chriſtianorum ingenia, Spirituſancto duce, feliciter cõuenerunt. Ad qđ quidem Cõcilium manu tenendum, protegendum & conſeruandum, antequàm montes trãſiremus, tales ꝓmiſſiones fecimus, prout nuncij dicti Concilii à nobis petere voluerunt. Et nihilominùs illuſtrẽ principẽ noſtrum Vuilhelmum ducẽ Bauarię, & cũ eo certos epiſcopos, Abbates & viros notabiles, tunc prõptos fecimus, illuc noſtro noĩe accedendo. Quos iam ibidẽ * ſine fallo, ſtatutos cõfidimus. Et ſperamus in clementiſſimo Deo noſtro, ꝙ ibidẽ ad ꝓuiſioné huius tam piæ & ſanctæ rei dabitur ꝓuiſio ſalubris & optata, quãobrẽ veſtrã ſanctitatẽ, cui ex ſummi apoſtolatus officio nõ minùs, quàm nobis, res illæ incumbunt, obſecramus in Deo, quatenùs ipſum ſacrũ Concilium veſtra ſanctitas dignet̃ cõfouere & augere, ſicq; ꝓuidere, vt illud nec diſſoluatur, nec nullatenùs protrahatur: q̃m eius turbatio, in dubiè eſſet totius reipublicæ Chriſtianæ deſtructio, hæreſumque auctio: exaduersò, ipſius fomentũ & confortatio, profectò Catholicè fidei & toti Chriſtianiſmo pariet remedia adoptata. Et dum Deo dante cũ veſtra Sanctitate erimus, ꝓut Deo largiente in breui ſperamus, multa ardua ſuper re ipſa cũ eadem conferemus, quę non minùs erũt vtilia, & prout confidimus, ſanctitati veſtræ accepta. Cuius perſonã cõſeruare dignet̃ altiſſimus feliciter & lõgævè regimini Eccleſiæ ſuæ ſanctæ. Datum &c.

for. * autẽ hos euẽtus cõtrarios

for. * ſi nõ fallor,

SIgiſmundus Dei gratia Romanorũ Imperator ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Bohe-

Digitized by Google

Bohemiæ &c. Rex, Reuerendiſſimo in CHRISTO patri domino Iuliano cardinali tt. ſancti Angeli præſidenti, venerandisque patribus prælatis & cæteris in ſacro generali Baſileenſi Cõcilio cõgregatis, amicis noſtris chariſſimis & ſyncerè grateq; dilectis. Reuerendiſſimi ac venerãdi in Christo patres, amici chariſſimi, ſynceri & grati, nobis dilecti, venientes ad nos venerãdos & egregios Iacobum de * Siyck Scholaſticũ Treuerenſem, & Thomam * Fyrne decretorum doctorẽ Officialẽ Pariſienſem, Oratores veſtros nobis gratiſſimos, lætanter ſuſcepimus: qui habita diſerta per ipſos corã nobis tã ſyncerè quàm eleganter oratione ex impoſita ipſis legatione, inter cætera retulerunt, deliberatum eſſe pro ſeſſione futura tractãdũ de ſufficienti ſtabilimento ſacræ ſynodi Baſileen. & de continuatione eiuſdẽ, q̃ oĩa nedũ honeſtę, immò verius diuina eſſe cenſuimus, & repulſis penitùs turbationibus & animi noſtri procellis, conſolati fuimus, & refecti gaudio ſingulari, reddentes in primis gratias Dño Deo noſtro, cùm ipſa ſacra ſynodus ita cõgregata exiſtat, vt nullũ cõuenientius præſidiũ excogitari poſſit, quo nauicula Petri ſeſe ab extremis horrendisq; fluctibus iã vndiq; inſultantibus tueri, neq; labes hæretica cõmodiùs deprimi, mores Chriſtianorum in pſtatotius reformari, aut res vniuerſæ orthodoxæ fidei poſſint in melius commutari. Moxq; præfatis veſtris oratoribus recõmendatorias noſtras ad dñm noſtrũ ſummum pontificem dedimus, ſuæq; ſanctitati res ipſius Cõcilij cõmiſſas fecimus: quos etiam ambaſiatores noſtri ſolennes ſuper ea intentione e veſtigio ſubſequẽtur, certificantes paternitates veſtras, q̃ quemadmodum prius omnem facultatẽ regnorum noſtrorum, perſonamq; regiam vſque ad effuſionem ſanguinis & mortis paſſionem obtulimus: ita ſemper, Deo cooperãte, ea intentione inuicta, quoad vixerimus, reperiemur, & ſic nos offerimus ꝑ Eccleſia ſancta Dei, ſignificantes paternitatibus veſtris, q̃ ipſo feſto ſanctæ Catharinæ virginis proximè præterito hîc Mediolani in domicilio ſancti Ambroſij, Maiorum noſtrorum imitando veſtigia, regium diadema aſſumpſimus, authore Dño Ieſu Chriſto, cum ſolennitate & celebritate ſemper digna memoria, & in rebus ſecundis illius gratia feliciter proſperamur, accincti ſeptimana inſtante ad conuentionẽ cum filio noſtro chariſſimo duce Mediolani in Placẽtia, ꝑ tranſitu noſtro verſus Romã celebrãdam, prout vobis quicquid ibidem concluſum fuerit, illicò deſcripturi ſumus. In ſingulis autem, q̃ per oratores veſtros petita ſunt, ita nos apud ſanctitatẽ dñi noſtri dũ ſecum fuerimus, ꝗ in breui ſperamus, & alios quoſcunq; & vbicunq; purè & fideliter exhibebimus, quòd ſancta mater Eccleſia, quam deuotè veneramur, & ſemp venerabimur, in nobis ſentiet integerrimum aduocatum & filiũ, & ipſius Concilij, quod eandem repræſentat Eccleſiam, defenſorem & vltroneum protectorẽ. Obſecrantes paternitates veſtras in viſceribus Ieſu Chriſti, vt in hoc ſancto velitis perſeuerare ꝓpoſito, & ſiqui æmulorũ Dei & Chriſtianiſmi in pœnis debachantium, fortaſſis ad protractionẽ ſeu diſſolutionem ipſius Cõcilij conarent̃ intẽdere, illos velitis tanquàm mẽbra putrida ꝑcidere, ne corpus inficiãt: ad hocq; ſolerter eniti, vt ipſum Cõciliũ omninò ſolidetur, & accuratiſſimè foueat̃. Nã ex eius diſſolutione aut inducijs quas Deus auertat, non videmus niſi Eccleſiã Dei in totalẽ interitũ & conditionẽ peſſimã ruituram: quibus omnibus per hoc ſacrũ Conciliũ, qđ Deus hoc tẽpore tribulationis ab alto conceſſit, & ĩ quo oĩs virtus, omnisq; ſpes Chriſtianorum ad extirpãdas hæſes, repellendaq; vitia, & omnes rugas Eccleſiæ abſtergẽdas plenè conſiſtit, fierq; prouiſio adoptata, ad qđ etiã, Deo dante, citò & feliciter reuerti ſperamus, deſiderio magno incenſi, vt ſicut in conſtan. Concilio vidimus gregem Dominicum anteà miſerè diſperſum, ĩ vnius Paſtoris obedientiã conuenire, ita in præſenti Baſileenſi Concilio ipſius vnici gregis reformationem videre poſſimus, oramus, vt nobis uelit concedere rex æternus. Datum Mediolani die 11. menſis Decembris, regnorum noſtrorum anno Hungariæ 45. Romanorum 22. & Bohemiæ 12. Ad mandatum dñi Regis Gaſpar Slick.

LITERA REGIS AD PAPAM ſuper facto eodem.

BEatiſſime pater & domine reuerẽdiſſime, hodiè recepimus Bullam veſtrę ſanctitatis de manibus E.V. ſanctitatis, notificantem nobis diſſolutionem ſacri Baſileenſis Concilij, quã eadem ſanctitas fecit per ſuas Bullas hincindè publicari: de qua quidẽ re nobis nedũ terribili, ſed infauſta nimiùm, nedum amariſſime perturbati, immò tanto vehementiùs ſtupefacti ſumus, quanto apertè videmus calamitates innumeras, diſcriminoſa pericula atq; ſcandala, toti Chriſtianiſmo exinde ſucceſſura, & fidem catholicã ꝑ hoc indubiè fundamentaliter eneruari. Et quãuis plurima & infanda mala, q̃ ſtylo deſcribi nõ poſſunt, ex diſſolutiõe tali ſequutura ſunt, tamen nos accenſi zelo, quem gerimus ad religionem fidei, & affectu filiali, quem habemus ad veſtrã ſanctitatem, ad ſatisfaciendum quoque debito noſtro, qđ nobis tanquam Romanorum regi aduocato & defenſori Eccleſiæ incumbit, ꝑmittimus veſtræ ſanctitati hîc incluſa certa Auiſamenta, & repentinè quidem ac feſtinãtiſſimè: qm̃ arduitas

&

* Sirck

& magnitudo rei, ipſios oratoris miſſionẽ propter moram pati non potuit, io quibos eadem ſanctitas verſando colligere poterit pericula, in quę Eccleſia Dei ruitura eſt, ſi concilium diſſoluatur, quod abſit: videbit etiam ſanctitas veſtra in aoiſamentis præfatis mentem noſtram ſuper rationibus, q̃ veſtram ſanctitatem ad huiuſmodi diſſolotionis materiam permouerunt: q̃ vtinã tãtum facerent in hac Chriſtianorum extremitate, quantum ſine fructu prolongãt. Rogañ. obſecrañ. ac affectu maiori quo poſſumus requirentes veſtram ſanctitatẽ in Dño noſtro Ieſu Chriſto, cuius res agitor, quatenùs penſata totius Chriſtianę religionis ſubuerſione, mox remediare dignemini, ſcribere & mandare reuerendiſſimo p̃ſidenri & ſacro concilio, vt nullatenùs diſſoluantur, ſed in noĩe ſpiritus ſancti, in quo cõgregati ſont, incepta feliciter perficiant. Et ſi q̃ veſtra ſanctitas in cõtrariom ſcripſerit ſeo nunciauerit, illa reſpectibus p̃miſſis legitimis penſatis, protinus reuocet, eidemq́ue concilio ſauores & omnes promotiones impẽdat, neceſſitas ſumma requirit. Auiſata em̃ eſſe debet eadem ſanctiras, ꝙ niſi hoc celeriter fiat, Eccleſia Dei in deterrimas conditiones prolapſura eſt, potiſſimè in Germaniæ partibus, q̃ iam proh dolor indubioſo vacillant diſcrimine. In quo ꝓfectò ſanctitas veſtra quæ hucuſq; taoquam innocens ſioe macula tenta eſt, non modicè (qđ dolenter deſcribimus) ſoſpicionis notæ ſubiacebit. Quam quidem remediũ ſalutare veſtra ſanctitas tollere velit, & hanc adhortationem noſtram, ad qoam nos extrema vnctio, quam Eccleſia Dei modo expectat, ac conſcientia noſtra, ac filialis erga ſanctitatem veſtram vrget affectus, paternè & benignè ſuſcipere & ſic prouidere, vt Grex Dominicus nõ tam miſerè diſpergatur: ſed boni paſtoris regimine, ad eiuſdem & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ obedientiam, cùm tempus aſſit gratiæ, feliciter conducatur. Perſonã veſtræ ſanctitatis ſanam & incolomem cõſeruare dignetur altiſſimus feliciter & longævè regimini Eccleſiæ. Datum Placentiæ die nona menſis Ianuarij, regnorum noſtrorum anno Hungariæ &c. 45. Romaoorum 22. & Bohemiæ 12.

Optat Imperator, vt Eccleſia ad põtificis obedientiã reducatur: cui vtinã Baſileenſes obtemperaſſent.

AVISAMENTA AD DOMINVM ſummum pontificem ex parte domini Romaoorum &c. Regis, ſuper facto Baſileenſis concilij.

PRimo, quẽadmodùm veſtra ſanctitas in Bulla nobis tranſmiſſa notificat nobis primò diſſolutionẽ ſacri Baſileeñ. concilij &c. Ita perlecto diligẽter tenore eiuſdem, nõ videmus aliã penitus cauſam diſſolutionis, ꝓpter quam fiat, contineri, niſi propter reductionem Græcorum ad ritum Romanæ ac vniuerſalis Eccleſiæ. Et quemadmodùm eadem ſanctitas nos rogat, vt ſi aliqua auiſamenta excogitaturi ſumos, ad pacem fidelium religioois Chriſtianæ ac ſtatum & honorem Eccleſiæ facieotia, veſtræ ſanctitatis velimus exponere &c. ita requiſitione veſtrę ſanctitatis ꝓmoti & inducti, etiã deuotione ſyncera quã ad bonũ Eccleſiæ & ſtatũ vniuerſæ reipublicę Chriſtianæ gerimus, rubore depoſito & confidenter dicimus, ꝙ hęc cauſa Grę corũ, nullatenùs ſufficere poteſt ad diſſolutiooem ipſius ſacri concilij, quanuis benè eſſet res ſanctorũ & multùm optabilis, ipſos Gręcos reductos videre, nec prætermittẽdum eſt ſuo tempore ad illa intendere. Sed non poterit oec debebit ipſa reductio, quæ tot centenis anoorum ſic perſtitit, & dubioſa quidem eſt, rebus tam arduis, q̃ ſubuerſionem totius noſtrę fidei tanguot, quoquomodo p̃poni: quia vtiq; res illa moram pati non poteſt, q̃ hucuſq; tãto tempore perdurauit ſine lęſiooe Romanę Eccleſię, cùm à Græcis & ſuis coocredentibus hucuſque Chriſtianitas nihil violenti pertulerit. Sed iſtę res videnť nobis debere ilico ad manus recipi, tanquàm magìs bonę & arduæ, quæ facere poſſunt ad extirpationem hęreſum, quę hodiè tanta enormia mala in populo fideli patrant, nec ceſſant, ſed igne & gladio trucidant, nõ parcentes ſexui oec ætati. Nunquã em̃ credibile eſſe poterit, Gręcos ritui noſtro conformari velle, vidẽtes nos in tanta ſtrage, diſſenſione, & deformitate morom & vitiorum, oec voquam aliquã correctionem adhiberi, ſed de die in diem oos in viliora & magìs inordinata corruere, & ritum noſtrum ac obediẽtiam Chriſticolarum, quaſi penitùs extingui. Dicunt ipſi apertè:

Sæuitia Huſſitarum

Turpè eſt doctori cùm culpa redarguit ipſum.

Sed ſi nos viderent eſſe cõpoſitos & reformatos, & intendere ad extirpationem hęreſum & pacẽ fideliũ, profectò indubij ſumus, ꝙ ſe deflecterent. Sed hoc iterũ per alios & alios modos, Deo faciles & benè conuenientes, ꝓut à nobis enucleatiùs & clariùs informabitur ſanctitas ueſtra. Secũdò ſacrum Baſileenſe conciliũ miſit nobis certas literas, Bohemis Huſſitisq́; * ſonantes, eoſq́; ad Baſileam pro reductione ipſorũ vocãtes, quas ilicò eiſdem trãſmiſimus, adiunctis noſtris oportunis & adhortatorijs literis, teoorem literarũ Sacri concilij continentibus. Super quib⁹ Pragenſes, qui ioter eos potiores ſunt, in Praga dietam, * prout in copia hic annexa, ſanctitas veſtra elicere poterit, & vt nos aliundè informamur, ſperatur omninò de cõparitione ipſorũ corã concilio, & veriſimiliter etiàm multo magìs ad hoc ſtringuntur, * quanto iã in regno noſtro Hungariæ cõflicti ſunt, & magnam partem ſui exercitus, equeſtriũ

Strages Huſſitarum.

&

& pedeſtrium, ac inſtrumentorum & Curruum, auxiliante Dño, perdiderunt, & etiā per illuſtrem filiū noſtrū ducem Auſtrię, æſtate p̄terita in Morauia potenter de cāpo depreſſi, & in fugam conuerſi, ac nouiſſimè i ducatu Auſtrię notabiliter ſunt proſtrati. Inſupèr etiàm, quia ipſum conciliū ipſis magnum terrorem inducit, cùm audiūt, illud ad extirpationem hæreſum eſſe potiſſimè congregatum, quibus cōparētibus, ſperaremus ipſos per ſacrū conciliū ita informari, q̄ contenti recederēt, & hæc peſtis Deo dante ceſſaret: nec intentio concilii & noſtra vnquàm fuit neq; eſt, vt ſuper articulis ipſorū priùs damnatis de-
* fieri beat * fore diſputatio, prout tangit ſanctitas ueſtra, ſed ſolùm informatio & inſtructio per ſacras ſcripturas, vt ſe errare cognoſcant, & reſipiſcant, prout dñs noſter Papa Martinus p̄deceſſor veſter, nobis & regi Poloniæ in pluribus ſuis Bullis faciēdū impoſuit & perſuaſit. Et in caſu quo nil perficeret, tñ uidens ſacrū concilium ipſorum pertinaciam, feruentius ad eorū ſuppreſſionē intēderet, & ſuper his ex omniū regionū finibus prouideret, qm̄ hoc onus ſolis eſt importabile Alemanis. Inſupèr quia locus Baſileenſis præfatis Huſſitis eſt deputatus, & ſacrum concilium, noſq; ſecuritatem illuc conducendi illis plenè obtulimus, & per literas noſtras affirmauimus: quid dicent ipſi hæretici, ſentientes diſſolutionem cōcilij, niſi q̄ nos fugiamus eos, & Eccleſiā cōtra eorum rōnes quodāmodò ſuccubuiſſe? & ſic cōfortabunt ſuos, & fideles populos, ad quos iam, vt audiuimus, errores ſuos & articulos cum interitionibus ſacrarum ſcripturarum miſerunt, mortali contagione inficient, in quo cunctus populus ſpem ſuā defixit: nec illud tātam moram perferre quomodolibèt poterit, quanta eſſet huiuſmodi protractio cōcilij: quia reuerà in tāto tēpore & ipſi quaſi totā Germaniā poſſent ſubripere, prout circunquaq; in magna parte de facto fecerunt, nec reſiſtentia aliqua pararetur, nec parari poſſet, propter diſſolutionē ipſius concilij, ut claret. Tertiò, quia ubiq; fama, tnt, ſacrum concilium pro reformatione morum in populo catholico & etiam ſtatu eccleſiaſtico cōgregatum fore &c. modò ſi diſſolutum maneret concilium, reuerà timēdum eſt, q̄ laici qui multimodè contra clericos debacchant, capiāt occaſionem irruendi cōtra ipſos, dicentes in cōgregādis & diſſoluendis conciliis ſine fructu illuſiones fieri, prout priùs etiā factum eſt, prout manifeſtè clamant, q̄ nō expectāt niſi finē
Magdeburgēſes & vrbes maritimę fauent Huſſitis. huius concilii. Et ut principium huius mali oſtendamus. Eccè ciuitas metropolitana Meyddeburgeñ. expulſo ſuo archiepiſcopo atq; clero, iā per terras ipſius eccleſiæ in fortitudine curruum Huſſitarum diuagant, quibus in ſubſidio ſunt quaſi oēs ciuitates Saxoniæ maritimæ, & maiorē (vt timendum eſt) habebunt ſequelam, ſi non celerrima fiet prouiſio. Inſupèr, vt auiſamur, Patauieñ. ciuitas ſuo epiſcopo rebellauit, & ſe parat ad expugnandū caſtra ſua. Deinum ciuitas Bambergeñ. q̄ p̄pter mutationem, quā fecit cōtra hřticos ex indulto noſtro, per clerum infeſtatur, in magna eſt vacillatiòne, & quia p̄dicta loca oīa Bohemis ſunt uicina, timendū eſt, q̄ per diſſolutionem concilii, quod pro ſeparandis talibus nuncios ſuos tranſmiſit, illa loca talia cum hæreticis in ſpem ſubſidij partita caperēt, quę nullis vel ſaltem grauiſſimis erūt recuperanda laboribus. Quartò, quanuis multi principes nobiles & ciuitates circūquaque Bohemiam poſt rupturam exercitus cum hřticis treugas inierunt, tñ maior pars adhuc ſe cōtra eos ſuſtentat, ponēdo ſpem ſuā totalem in ipſo concilio pro libertatione ſua: ad quos dictum conciliū, & nos dudum pro eo miſimus, qui audientes cōcilium debere diſſolui totaliter ſe auerrent, & treugas etiā inient ad redimendas vexationes, & quid in* locum ſequetur, niſi illius prauitatis adhæſio? Quintò, quēadmodum ipſum ſacrum concilium pro ponenda pace inter cætera congregatū exiſtit, & iā inter quàm plures reges, principes & alios ſint p̄paramenta & initia facta, ad dādū modos pro pace: ita ipſi audientes, diſſolutionē cōcilii, conuertent ſe ad gladiū, & erit error nouiſſimus peior priori: nec poſteà erit aptitudo id faciendi, cùm principes fuerint exhauſti terræ per clades, cædes, & ſanguinis effuſionem deſertæ, & in periculum innumerabilium animarum & corporum, quæ infra has prorogationes & inducias, proh dolor corruent: ceſſabunt etiam multæ prouiſiones, quæ in eodē cōcilio pro republica Chriſtiana fieri poſſent: & innumera prouenient ſcandala, in deſtructionem totius religionis Chriſtianę vergentia, q̄ ueſtra ſanctitas clariùs quàm poſſunt deſcribi proſpicere ualeat. Idcircò nos petimus, inuocamus, & quanto efficaciùs poſſumus, requirimus ueſtrā ſanctitatē, quatenùs eadē ueſtra ſanctitas in continenti ad præfatū dñm præſidentem & ſacrum concilium ſcribat & mittat, ut nullatenus diſſoluantur, ſed in nomine Domini in quo congregati ſunt, incepta feliciter p̄ficiāt. Et ſi quæ ueſtra ſanctitas in contrarium ſcripſerit, ſeu nunciauerit, illa protinùs reuocet & annullet: Auiſando veſtram ſanctitatem, quod niſi hoc fiat, hřtes iſtæ armatæ multimodè augebunt, & Eccleſia Dei, indubiè ui peſſimas conditiones ruitura eſt, quibus poſtmodùm nulla potētia, nullo cōſilio, nullá ve arte ſeu ingenio ſuccurri poterit. Et reuerà tñ hi, qui ueſtrę ſanctitati dederunt conſilium, non intellexerunt

runt forſitan tanta ventura mala, vtinã ſa-
perẽt & intelligerent, ac nouiſſima proui-
derent. mora em̃ in hoc negocio periculo-
ſa eſt, & nollatenùs ſufferẽda. Et ſi quippiã
fortaſſis pertimeſcerent, aliqua contra ſta-
tum Eccleſiaſticum per laicos debere tra-
ctari, non timeant: quia laici falcem ſuam
oon habebunt in meſſem illam immitte-
re, immò profectò induciæ protractionis,
quæ qnætuntur, laicos faciẽt contta clerũ
& Eccleſiam inſanire: qđ tñ per iſtud cõci-
lium ordinatè tolletur de medio, dum laici
videbunt clerum omni bono intendere.

¶Item conſiderandum eſt veſtræ ſancti-
tati, quòd ſacrum concilium (vt putatur)
ad huiuſmodi diſſolutionẽ nullatenùs cõ-
ſentiet, cum quo etiam maior pars regum,
principum, prælatorum & communitatũ
coocurret, & veſtra ſanctitas quę hucuſq;
in Eccleſia Dei ſine ruga & macula tẽta eſt,
per huiuſmodi opera poterit ſibi ſuſpicio-
nem & rubiginem facere, ac innocentiam
ſuam per hoc quòd facili & quaſi nulla le-
gitima ratione ſubſiſtit diſſolutionis nego-
cium, fermentare: quia dici poterit, quòd
veſtra ſanctitas hac occaſione foneat hęre-
ſes, cædes, & clades inter Chriſticolas, &
perſeuerantiam deformitatum & vitiorũ
in populo: & timeodum eſt, quòd habebũt
ſequelam multorum. Item ſi veſtra ſancti-
tas vellet concilio perſonaliter intereſſe,
eſſet bonum & ſalubre, ſi poſſet. Sed ſi oon
poteſt, feſtinanter & citò demaoder illud
exequi, prout eſt inceptum, quia tes illæ
quæ vſque ad ſanguinem tangunt, nullate-
nùs voluot moram, niſi cum diſpendio to-
tius Chriſtianitatis. Et ſi veſtra sãctitas po-
ſteà voluerit perſonaliter intereſſe ſuper
facto Græcorum, ſeu alijs, quæ non requi-
runt tantam feſtinantiam, poterit congre-
gare aliud cõciliũ, quod fiet cũ gratitudine
& maiori aptitudine, quàm ounc hæc mo-
ra toletari poſſet: nam iſto diſſoluto, neſci-
mus ſi per annum cum dimidio aliqui cõ-
gregari poſſent propter diſpendia, quæ in-
terim euenirent. Hæc omnia ſanctitas ve-
ſtra velit diligentiſſimè cõſiderare & pro-
uidere, ut iſtud cõcilium mox reſtauretur:
ſuſcipiatque hanc adhortationem noſtrã
paternè & benignè, quàm facimus fideli-
ter, vrgente ad eadem conſcientia & extre-
mitatibus, in quibus Eccleſia Dei conſtitu-
ta eſt, & etiam quia maieſtas ſua ualdè in-
uitè perciperet, quòd ſanctitati veſtræ ex-
inde aliqua inter Chriſticolas deberet ſini-
ſtra ſuſpicio ſuboriri, qoemadmodum nos
veſtrę ſanctitati, dum cum eadem
conſtituemur, prout in breui
ſperamus, clariùs
communca-
bimus.

INSTRVCTIO DOMINORVM
euotium ex parte Cæſareæ maieſtatis
ad dominum ſummum pontificem.

PRIMO exponatur, qualiter ad aures
regias peruenerit, ꝙ ſanctitas domini
noſtri gentes ſuas amigeras miſerit contra
maieſtatem regiã, & ſubditos ſuos, ac ter-
ras ſibi & imperio ſubtractas, abſq; culpa
regia, & nulla offenſa & rationabili cauſa
præcedente. Et quanuis hucuſque nũquã
crediderit, ſanctitatem ſuam erga maieſta-
tem regiam aliquam indignationem velle
aut poſſe concipere, ſeu facere, licèt Nico-
laus de Tolentino, qui ſe per expreſſum ca-
pitaneũ generalem Eccleſiæ ſcripſit, aliâs
veniens cũ Florentiñ. gentibus in ante Lu-
cã, gentibus regijs, vt debitum erat, Papam
defendentibus, publicè clamari fecerit, Vi-
oat Eccleſia: tamen iã habet* tertius, qua- *for- *cer
liter Nicolaus de Fortebrachijs contra ter- tius
ras imperio ſubiectas nouiter inſultaue-
rit, & illas noĩe ſuæ ſanctitatis & Eccleſiæ
poſtulauerit, qualiter etiã memoratus Ni-
colaus de Tolentino in * Maticim Seoen-
ſem pridẽ patrauerit, eadem Sanctitas per-
ſentiet in ſchedula cũ præſeotibus oſten-
denda, quæ tamen Maieſtas ſoa à dicta ſan-
ctitate minimè ſperaſſet, cùm talia nũquã
demeruerit, ſed ſemper ſtuduerit omni ſo-
licitudine ſuæ ſanctitati & ſedi Apoſtolicæ
ſumma deuotione & filialiter cõplacere:
oec ab eo vnquam compertũ eſt contrariũ.
Non poteſt non mirari, quis ſanctitatem
ſuam contra ſuum aduocatum & filium ſi-
oe cã commoueat: & ſi ſubditi ſuæ maie-
ſtatis & imperij ſacri, eandem ſaoctitatem
aut ſuos in aliquo moleſtaſſent, fas fuiſſet,
eã antè auiſare: & ipſa fuiſſet qnàm parata,
nedum eidẽ ſanctitati, ſed & cuiq; de ſub-
ditis ſuis iuſtitiã miniſtrare, quod profe-
ctò in aduerſum paternaliùs & clemen-
tiús actum fuiſſet, q̃ tali indignatione pro-
rũpere, cum cõtinuò eadem ſanctitas ſuæ
maieſtati ſcripſerit, ac latiſſimè nunciaue-
rit, ac nouiſſimè per venerab. Iacobum ar-
chiepiſcopum Ebteduneñ. principẽ Tri-
ſtamerariũ ſuũ dici fecerit, ſe erga eandem
maieſtatẽ optimè eſſe diſpoſitam, eamque
multùm amare, nec aliud vnquã ſperauit,
& adhuc ꝙ ſua ſanctitas clementius & pa-
ternalius cogitabit & aget, vt i eadẽ ſperat.

¶Item regia maieſtas ſuſcepit reuerẽter,
& vidit, ac audiuit diligẽter bullas ſuæ ſan-
ctitatis per dñm archiepiſcopum allatas:
ſed qoia negocia illa magni ſunt põderis,
& extra poteſtatem regiaio, noo poſſet ſu-
per illo ſuæ ſanctitati eadem Maieſtas effi-
caciter reſpondere, cùm illa potiùs perti-
neant ad ſacrum Baſileeñ. cõcilium, prout
aliâs oratoribus Apoſtolicis in Parma cõ-
ſtitutis clarè dixit eadẽ Maieſtas, tales res
concilium tãgeotes, ibidèm quæri debere.

Er

Et ſic denuò ibidèm dicet, & ad hoc cooperabitur omni poſſe, vt res illæ benè cedant. veruntamen rogat, petit & obſecrat eandem ſanctitatē filialiter deuotè in Dño noſtro Ieſu Chriſto, quatenùs eædem limitationes & modificationes capitulorū in bulla expreſſorū, defendendo illud Conciliū ad laudē Dei & ſalutem ſuæ ſanctę Eccleſię, dignetur ſimpliciter & indiſtinctè manutenere & fouēre, vt ſuper articulis & rebus, pro quibus congregatū eſt, procedat liberè iuxta formas & modos in retrò generalibus Concilijs tētos. Quod ſi eadē ſanctitas faceret, vt ſperat eadē maieſtas, ꝓuidebit indubiè ſaluberrimè honori & dignitatibus ſuis, & extollet ad ęthera, & ſub eius regimine eiuſq́; ꝑſidio in Eccleſia Dei, nunc vndiq́; impugnata, tot bona ſequutura ſunt, ſcilicet reductio hæreticorū atq́; hæreſum extirpatio, q̃ in foribus eſt, & ſine generali Cōcilio nullatenùs fieri potuit, & alia bona innumera. habebitq́; maieſtatē regiam deuotam ſemper & obedientem filium in auribus ſuę ſanctitati gratum & Eccleſiæ Dei accommodū. nam profectò ſi id non fiet, prout eadē maieſtas ſæpiùs ſcripſit & dixit, ac proteſtata eſt, indicibilia ſcandala exinde proh dolor ſunt euentura. Item regratiatur ſummoperè ſanctitati ſuæ de paterna affectione & clementi oblatione ſanctitatis ſuæ erga maieſtatē eandē, quemadmodùm in ſchedula parua contentum eſt: qm̃ maieſtas ſua *quia dñs Archiepiſcopus Ebredunū. concluſit cū reuerendiſſ. dñis Cardinalibus deputatis per ſanctitatē D. N. ad facta illorum qui ſunt in Baſilea, idem dñs noſter vult habere literas à dño Romanorum rege attēnùs cū Sigillo maieſtatis & ſubſcriptione propriæ manus ſuæ. ꝙ ſi illi non conſentirent, & poſteà in aliquo contrafecerint, idē dñs rex promittit & iurat ſub fide regia, proſequi eos tanquàm homines turbatores pacis & quietis Eccleſiæ & totius religionis Chriſtianæ, ad ſimplicem requiſitionem ipſius dñi noſtri, ſicut ipſe per iuramentum eſt obligatus, & adhærebit ſuæ ſanctitati tam in Concilio per eandem ſuam ſanctitatem tenendo, quàm alibi. Item ꝙ idem dominus Ebredun̄. aſſerit præfatum dñm regem affectare accedere ad vrbem Roman̄. & præfatum dñm viſitare, quem ſemper præcipua charitate dilexit, & ſperat ꝙ per commonicationē ipſorum adinuicem, multa poterunt fieri congruentia, concernentia fidem ipſorum & Eccleſiam & totam Chriſtianitatem. Item dñs noſter contentatur de acceſſu ſuo cùm ipſum à tempore Cōcilij Conſtan. quo cognouit eū, ſemper fuerit magna dilectione & affectione proſecutus, dummodò eius aduentus pacificus ſit, id eſt, cum illis de domo ſua tantum, vt aliàs tactum fuit. & certificatus de tempore aduentus ſui, mittat obuiàm ſibi vſque ad confinia terrarum Eccleſiæ duos ex reuerendiſſimis dñis Cardinalibus, & alios ꝑlatos & clericos ad ipſum aſſociandum honorificè, & ipſum ſecurè conducent, & tenebit per Dei gratiam, & remitteret cum honore, pace & benedictione Dñi noſtri Ieſu Chriſti, & ſanctorum apoſtolorū eius Petri & Pauli, ac ſua. Et ſi voluerit in comitiua ſua habere de gentibus armigeris ꝑfati domini noſtri, tam in veniēdo quàm in reuertendo: & ſi petierit quòd dictæ gentes faciant conueniens prædictæ materiæ, contentatur dominus noſter, quòd ſuit hoc declaratum, ꝙ antequàm intret terras eccleſiæ, præſtabit iuramentum, quod de iure præſtare tenebatur antequàm intraret Italiā, iuxta formam Clementin̄.

*for. *gratè ſuſcepit, quia*

Item ad oſtendendū charitatem, amorem & beneuolentiam erga perſonam dñi regis, conſideratis magnis expenſis habitis per futurum dñm regem, dñs eſt paratus ſubuenire eidem domnino regi, poſtquàm intrauerit terras Eccleſiæ: & eum illa paternali charitate amplecti, qua pater bonus filium optimum cōplecti debet, prout per oratores ſons aliàs oblatū fuit. Et ſuper hoc dominus noſter paratus eſt deputare aliquos, qui habeāt tractare cum deputandis per dominum regem, & infallenter ſperat quod erunt in bona concordia cum Dei adiutorio.

LITERA REGIS DE CONcordia cum papa, lecta die ſecunda Maij, anno Domini 1433.

SIgiſmundus Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus, ac Hungarię, Bohemiæ &c. rex, reuerendiſſ. in CHRISTO patribus ac venerabilibus dominis, ſacroſanctæ generali Baſileenſi ſynodo, in ſpirituſancto legitimè congregatæ, vniuerſalem Eccleſiā repræſentanti, amicis noſtris chariſſimis ac gratè & ſyncerè nobis dilectis.

¶Reuerendiſſ. in Chriſto patres & dñi, ac venerabiles & egregij ſyncerè gratéque dilecti, ad requiſitionem & cōtinuatā inſtātiam veſtrarum paternitatum, vt ad ſacrum concilium nos quanto citius *transferremus, ſatis conflauimus operas noſtras atque ſtudium, vt conſilijs veſtris nos conformare poſſem*, quemadmodùm profectò ipſi cōcilio & rebus peragendis per præſentiam noſtram nō modicum commodi euentorum ſperauim*. Sicq́ue res noſtras aptauimus, vt ſiue per terram, ſiue per mare diſponeremus procedere, omnibus periculis & diſcriminib* parnipenſis. Veruntamen approbante domino ſummo pontifice ſacrum concilium, ad perſuaſionem nonnullorum notabilium virorum & etiam oratorum noſtrorū & imperii ſacri principū Electorum, qui nobis huiuſmodi bullas exhibebant, nobiſque receſſum noſtrum ſine imperialibus infulis noſtris penitùs diſſuadebant, cum ſanctitate ſua remāſimus concordes in deificis, licitis & honeſtis. Sicq́; per totum iſtum menſem Aprilis cum S. ſua in Viterbio conſtituemur, & vſq;

** conferremus.*

medium Iunij vel prius in vrbe Romañ. à S.ſua coronabimur, præſtabimusq́; & innouabimus ſibi illa iuramenta, quæ noſtri prędeceſſores Romanis pontificibus præſtiterunt. Iſtudq́ue adiecimus, quòd ipſum manu tenebimus, quantum cum Deo poterimus: Quoniam nos vſquequaq; ad alia obligari non permiſimus, nec permittemus. Et hæc V.P. ideo deſcribimus, vt ſi aliquis hanc cõcordiam ſiniſtrè initam, forſitan interpretari vellet, illud à V.P. non credatur: quomã hæc concordia boois reſpectibus facta eſt. Diſpoſitiq́ue ſumus ſemper ipſi Concilio iuxta bullam per nos traditam, in proſecutione illorum, pro quibus ipſa ſynodus eſt congregata, plenarie fauere & conſtanter adhærere. Certificantes vos, quòd niſi S.ſua ſæpè dictum Concilium approbaſſet, indubiè ſine ipſis coronis, quas propter facta ipſius Concilij tanto tempore prætermiſimus, ad propria rediſſemus: quemadmodum de his omnibus illuſtris princeps & locum tenens noſter dux Vuilhelmus V.P. poterit clarius informare, cui in dicendis velitis credere tanquàm nobis. Datum Senis die 15. April. regnorum noſtrotum anno Hungarię &c. 48. Romañ. 23. & Bohemiæ 13.

Reuereodiſſimis reuerendisq́; ac venerabilibus in Chriſto patribus & dominis ſacroſanctæ generalis ſynodi Baſileeoſis &c. Sigiſmundus Dei gratia Romanorũ Imperator ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. rex Reuerendiſſimi reuerendiq́ue patres, amici chariſſimi, ac venerab. & egregij, deuoti ſyncerè grateq́ue dilecti, audito pridem, ꝙ P.V. ſuper controuerſia ſeſſionis inter illuſtres archiprincipes ſacri Romani imperij electores & ducem Burgundiæ quandã prouiſionem feceritis, quæ per ambaſiatores vtriuſq; partis ambaſiatorio nomine gratificata ſit, de veſtrarum paternitatum ſolertia, & ipſorum ambaſiatorum induſtria cõfiſi, ſpemq́; firmam aſſumentes, ꝙ huiuſmodi prouiſio noſtro & ipſius ſacri Romani imperij ac ipſorum archiprincipum honori expediat, ſumus admodum gauiſi. Sed intellecto ad pręſens, ꝙ quidam procuratores illuſtris Erici ducis Lauvuenburgeñ. qui ſe oominat Saxoniæ ducem, ac ipſius ſacri Imperij electorẽ & Archimareſcallum, huiuſmodi prouiſionis occaſione ſe de loco illuſtri Frederico duci Saxoniæ, ſacri Romani Imperij Archimareſcallo, Lantgrauio Thuringiæ, ac Marchioni Miſneñ. & Ambaſiatoribus eius debito intromiſerint, ſeque intruſerint in eodem: ſatis illud nobis viſum eſt alienum. Et quia genitorem præfati Frederici, ac deinde ipſum Fredericum de ipſo ducatu Saxoniæ ac iure eligendi Romanum principẽ, ac etiam ipſi Archimareſcallatus officio inueſtiuimus, cuius inueſtituræ vigore, primũ genitor, ac deinde Fredericus nat⁹ eius, poſſeſſionem principatus Saxoniæ nacti ſunt. & deinde ꝑ illuſtres ſacri Romani imperij electores ad ius & exercitium dignitatis & officij principis electoris & Archimareſcalli ſimiliter recepti ſunt & admiſſi: non immeritò manſimus admirati de ſupradicti ducis Erici, quinimmò ſuorum Ambaſiatorũ pręſumptione, qua poſſeſſionem iuris & dignitatis apud alium conſtitutorum ante euentũ iudicialis arbitrij violenter inuadere p̃ſumpſerunt. Licèt itaq; credamus veſtras paternitates noſtros & imperij noſtri principes veſtra diſpoſitiſſima domo, quantum ad ſeſſionem, inceſſum, vel aliam exhibitionis reuerentiam non aliter honorare, quàm à nobis & imperij noſtri principibus honorantur, ſicut & nos eccleſiaſticos pręlatos ſecundum gradus eccleſiaſticarum dignitatum in noſtra curia reueremur: ne tamen in poſterũ oriatur diſcordiarũ materia pręmiſſa, quaouis vndiq; notoria veſtris paternitatibus duximus intimanda, quatenus prælibato Frederico & eius Oratoribus honorem Archiprincipi & electori iuxta veſtræ prouiſionis normam impendendum exhibere velitis, prout nos & imperij noſtri principes & vniuerſi proceres ſibi impendunt. In quo nobis V.P. facient complacẽtiam multum gratam. Datum Vlmæ Conſtantienſis diœceſis die 19. Iulij, regnorum nuſtrorum anno Hungariæ 48. &c.

EPISTOLA IMPERATORIS Romanorum, qua Concilium certius facit de victoria Bohemorum aduerſus Taboritas.

Reuerendiſſimis ac venerabilibus in Chriſto patribus ac dominis ſacroſanctæ generalis ſynodi Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitimè congregatis, Eccleſiam vniuerſalem repræſentantibus, amicis noſtris chariſſimis ac gratè & ſyncerè nobis dilectis, Sigiſmundus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus &c. Hungariæ, Bohemię &c. rex Reuerendiſſ. in Chriſto patres & domini, amici chariſſimi & reuerẽdi, grate ſyncereq́ue dilecti, hodiè hora veſperarum cõfluxerunt ad nos nuncij, qui in tribus diebus & citiùs de Bohemia volantiſſimè applicuerunt, afferentes nobis iocundiſſima & feliciſſima noua de victoria noſtrorum & conflictu Taboritarum & illorũ qui aliàs in obſidione ciuitatis Pilzneñ. erant, q per Dei gratiã, à quo omnis procedit victoria, in planitie inter ciuitatẽ *Gurſim & monaſterium *Scalicz forti bello cum modico damno noſtrorũ victorioſè proſtrati ſunt, quarũ literarũ aliquas originales veſtris reuerendiſſimis paternitatibus mittimus præſentibus incluſas. Hæc reuerendiſſimi patres voluimus veſtris paternitatibus pro ſingulariſſimo gaudio cunctis Chriſtifidelibus

optan-

optantiſſimè nunciare, rogãtes cordintimè, quatenùs altiſſimo Domino Ieſu Chriſto infinitas agentes gratias cum proceſſionibus & alijs ſolennitatibus, ad bonum & felicem progreſſum tam felicis principij, immò veriùs medij, omni opera atq; cura vigilare velitis, quoniam & nos ſimiliter de agendis nil prætermittemus. Et quæcunq; in futurũ habuerimus, veſtris paternitatibus die noctùq; intimare curabimus. Datũ Vlmę die 4. Iunij.

EPISTOLA IMPERATORIS Romani ad Concilium.

Reuerendiſſimi reuerendiq; in Chriſto patres & domini, ac venerabiles & egregij, ſyncerè grateq; dilecti, confirmat continuò Deus noſter magnam miſericordiã ſuã ſuper nos in felici proſecutione rerum Bohemiæ, quæ Chriſto diſponente, qui cuncta gubernat, indiès conſiderabiliùs diriguntur. Scribũt enim nobis illi oratores noſtri, quos in ꝓxima diæta Prageñ. habuimus, quomodò omnes Bohemi in vnã ſententiã vnamq; voluntatem tracti ſunt in materia articulorum fidei. Et ꝙ ſuper reliquis ad vos verſus Ratiſponã, miſſuri ſunt in feſto Aſſumptionis Virginis glorioſæ. Taliſq; datur ſpes, vt nil meliùs poſſit ſuperaddi. Quarum literarum copias de Bohemico in Latinum tranſlatas V.P. mittimus præſentibus interclusas. Verum reuerend. patres, quia ipſi Bohemi multum affectare videtur in huiuſmodi diæta Ratiſponeñ. præſentiam venerab. Cõſtantieñ. Epiſcopi; etiam auditoris & magiſtri Martini, & aliorum qui tractatibus ipſorum priùs affuerunt, nos opinioni eorum & deſiderijs concurrentes, illud nedũ vtile, verùm etiam pro bona concluſione & ſalubri conſummatione omnium tractatorum neceſſariorum arbitrantes, vos attentiſſimè adhortamur, quatenùs P. V. velint dare ordinem, vt præfati patres & magiſtri in huiuſmodi diæta omninò interſint. Et ſi etiã aliqui alij ſuperaddendi fuerint, & illud extollimus atque laudamus, vt & deſiderijs ipſorum Bohemorũ ſatisfiat, & ipſi patres nobis & nos ipſis in mutuis peragendis poſſimus aſſiſtere atque conſulere. Hæc itaq; reuerendiſſimi patres vobis pro conſolatione ſtatuimus ſcribere, vt nil vos lateat de his, q̃ ad notitiã* veſtrã in tam arduis rebus deuenient. Et quicquid in proceſſu temporis habuerimus, V.P. ſignificabimus, exorantes altiſſimum, vt ſuccedant talia, q̃ V.P. cum immenſa iocunditate ſignificare poſſimus. Datum Vlmæ Conſtantieñ. diœceſis, die 13. Iulij regnorum. *

for.* noſtram

LITERA DOMINI REGIS Romanorum patens, per quam promittit inconcuſsè adhærere Concilio, lecta in congregatione generali die lunæ *19. Ianuarij, 1433.

* 2. Maij.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Sigiſmundus Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus tenore præſentium vniuerſis, quòd cùm inter alios orbis principatus ſacrum Romanum imperium diuinitus inſtitutum obtineat principatum, cui Deo authore præſidemus, & aſſidua pulſemur ſolicitudine, vt ea quæ concernunt religionem Chriſtianam & bonum Eccleſiæ ſanctæ Dei, quorum aduocatus & protector ex officio nobis incumbẽti ſumus & eſſe debemus, procurareque habeamus ſtabilitatem & felicem progreſſum eorundem: ſanè cùm ex ſacrorum generaliũ Conſtañ. & Seneñ. Conciliorum decreti cõſtitutione ſuſcepta felicis record. Martini Papæ Quinti, & deinde ſanctiſſimi domini Eugenij Papę Quarti ſucceſſoris immediati authoritatiua approbatione ſacrum Baſileenſe Concilium initiatum fuerit, roburque & authoritatem ſumpſerit & progreſſum habeat: Et ſucceſſiuè per idem ſacrum Conciliũ Baſileeñ. & Romanos patres in eodem exiſtẽtes & illud celebrantes, cũ inſtantia fuerimus requiſiti, vt tanquàm aduocatus Eccleſiæ ſanctæ Dei & defenſor, protectionem ipſius in nobis aſſumeremus, prout ad nos pertinere dinoſcitur, quod perſonaliter exequi non valentes,* vocati inuitati primò per dominum Martinum, & ipſo ſublato, per dñm Eugeniũ ſummos pontifices prędictos tranſire ad Italiam, prout trãſiuimus. Et propterea locũ noſtri protectionem in nobis aſſumendo, prout tenebamur, in eodem ſacro Concilio protectorem dimiſerimus illuſtrẽ principem Vuilhelmum comitem Palatinũ Rheni & ducem Bauarię auunculum noſtrũ chariſſimum, deputamusque & inſtituimus cum plena authoritate & omnimoda poteſtate, prout in noſtris ſuper hoc confectis literis pleniùs continetur. Et quia (vt percepimus) nonnulli vaniloquentes, non rectè ſentientes, ipſum ſacrum * perſuadere ac turbare per exquiſitas vias* molientes vt de noſtra pura mente, interpretationeque eiuſdem & voluntate, cunctis appareat euidenter, ad cõfutationem iniqua peruersè loquentium, volentes reuerendiſſ. ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos & Epiſcopos Deo amabiles, necnon venerabiles abbates, prælatos, & omnes alios in ciuitate noſtra Baſileenſi congregatos & congregandos, ſacrum generale Concilium facientes, & illud celebrare intendentes, ſacroſanctamque vniuerſalem Eccleſiam repræſentantes, & eidem adhærentes, & adhęrere volentes, & quoſcunq; alios de eadem noſtra intentione & voluntate claros reddere & ſecuros, ad ipſius ſacri Concilij corroborationem firmiorem & authorizationem, prout ad nos poteſt quouis modo pertinere, animo deliberato ex certa noſtra ſcientia motuque proprio in verbo noſtro regio dicimus ac tenore præſentium atteſtamur, ꝙ

for.* vocati &

for.* diſſuadere

for.* moliuntur, vt

nerali in manus ſuæ ſanctitatis præſtitimus in forma quæ eſt iſta: Nos comes Matiko & Caſpar Slick vicecancellarius, procuratorio nomine quo ſuprà, promittimus & tactis Euangelijs ſacroſanctis iuramentum firmamus ſanctitati præfati domini noſtri, ſuo & Eccleſiæ nomine huiuſmodi iuramentum accipienti, quòd ſereniſſimus dominus rex Sigiſmundus Eccleſiam & fidem Catholicam pura fide totis viribus conſeruabit reuerenter & etiam defendet, omnemque hæreſim, ſchiſma & hæreticos quoſlibet, fautoreſque & receptatores & defenſores eorũ exterminabit pro poſſe, ac nunquam cum Saraceno, Pagano, Schiſmatico, ſeu alio quolibet communionem Catholicę fidei non habente, aut cum aliquo alio præfatæ Eccleſiæ inimico vel rebelli, ſeu eidem manifeſtè ſuſpecto, vnionem quamlibet, parentelam, aut confœderationem inibit: Sed tam veſtram, quam ſucceſſorum veſtrorum perſonas, honorem & ſtatum manutenebit & defendet ac conſeruabit contra omnes homines, cuiuſcunq; exiſterent præeminentiæ, dignitatis aut ſtatus, eidem adijcientes iuramento, ꝙ eadem maieſtas manutenebit ſemper atque ſeruabit priuilegia omnia, per prædeceſſores ſuos reges ac Imperatores Romanos, præfatę Romanæ Eccleſiæ ac alijs quibuſlibet eccleſijs quocunque conceſſa tempore, & continentię cuiuſcunque, ipſaque omnia & ſpecialiter ac præcipuè præclaræ memoriæ Conſtantinum, Carolum, Henricum, Ottonem quartum, Fredericum ſecundum, atque Rudolphum prædeceſſores ipſius, præſertim ſuper conceſſione, recognitione, aduocatione, quitatione ac libera admiſſione terrarũ & prouinciarum Roman. Eccleſiæ vbilibet poſitarum, quarum etiam multas nominatim expreſſit, ſedi Apoſtolicæ Romaniſque pontificibus ſub quocunque tenore conceſſa, recognoſcet, confirmabit, & ex certa ſcientia innouabit, ac etiam de nouo concedet, & terras ipſas atque prouincias cognoſcet ad ius & proprietatem ipſius Eccleſię pleniſſimè pertinere, eaſque nihilominùs ex abondanti de nouo Eccleſiæ præfatæ donabit ſub prędicto ſe obligans iuramento, ꝙ ipſas vel aliquam ipſarum partem nullo vnquàm tempore occupabit, ſeu quantum in eo erit, * permittet, poſſeſſiones, aut ſemitas habebit, ſeu quomodolibet poſſidebit, nec in eis etiam poteſtariæ, ſeu cuiuſuis * capitaneæ officium, aut iuriſdictionem quamcunque per ſe, vel aliũ exercebit: quodque vt princeps Catholicus ſæpedictæ Eccleſiæ aduocatus, atque defenſor, ipſam iuuabit, & conſilijs & auxilijs illi aſſiſtet opportunis, contra quoſcunque inobediẽtes & rebelles eidem, & pręcipuè contra occupantes & turbantes terras prędictas, ſeu prouincias vel partẽ quamlibet earundẽ. Sub eodem etiã iuramento * permittimus, quòd tam ipſam Roman. quam alias eccleſias, libertatem Eccleſiaſticam, bona, iura, prælatos & miniſtros eccleſiarũ ipſarũ ipſe dominus rex manutenebit, cõſeruabit ac defendet ſuo poſſe. Et ꝙ Eccleſiæ Romanæ vaſallos cõtra iuſtitiam nullatenùs offendet, deuotos & fideles etiam in imperio conſtitutos benignè tractabit, nec eos opprimet contra iuſtitiam, aut quantum in eo erit, per alium opprimi ſuſtinebit, ſed in ſuis potiùs iuribus & iuſtitijs conſeruabit. Sic eum Deus adiuuet, & ſancta Dei euãgelia. Et ſic nos procuratores nomine præfato recognoſcimus, confirmamùs, innouamus, concedimus, donamus, & cętera facimus ſecundum tenorem qui ſuperiùs continetur: Promittẽtes inſupèr, ꝙ præfatus ſereniſſimus dñs noſter Rex, hoc quoque iuramẽtũ p nos (vt pmittitur) pſtitum, in manus ſuæ ſanctitatis vel legatorũ eiuſdem ſanctitatis, ſi illos pmittere decreuerit, pſonaliter innouabit, ſuas regias patentes literas & ſigilla conſueta ſuper illis tradendo. In cuius rei teſtimonium, ſigilla noſtra propria præſentibus ſunt appenſa. Datum Romæ anno 1433. die 7. menſis Aprilis.

*occupari

for. * promittimus

ALIA EPISTOLA EIVSDEM Imperatoris Sigiſmundi ad idem Concilium.

Reuerendiſſimis, reuerendis ac venerabilibus in Chriſto patribus & dominis ſacroſanctæ generalis Baſileenſis ſynodi, in ſpiritu ſancto legitimè congregatæ, vniuerſalẽ Eccleſiã repræſentan. amicis noſtris chariſſimis, ac gratè & ſyncerè nobis dilectis. Reuerẽdi patres, inſinuatione literarum veſtrarũ ac relatione illuſtris Frederici ducis Saxonię, ſacri nři Imperij archimareſcalli, Lãtgrauij Thuringiæ ac Marchionis Miſnẽ. aliorumq; plurimorũ fideliũ noſtrorũ nup accepimus, ꝙ illuſtris Ericus dux Lauuenburgen. q ſe nominat Saxonię ducẽ. & ipſius imperij archimareſcallũ, eundẽ Fredericum coram ſynodo veſtra, ſeu iudicibus ab ea deputatis, ſup ducatu, officio, & iure ſupradictis trahere nititur in cauſam, nõ erubeſcẽs de noſtra maieſtate publicas proponere querelas, ꝙ ſibi licèt crebrè poſtulanti, iuſtitiam in foro noſtro denegauerimus, ſeu miniſtrare neglexerimus. Vndè ppẽden. in primis authoritati noſtrę derogari, pro eo ꝙ cauſas ad examẽ noſtrę imperialis maieſtatis & pcerũ noſtrorũ immediatè ſpectãtes, ad alienũ forũ pducere conatur: noſtrã inſupèr honorificentiã detractari ex eo, ꝙ dicimur iuſtitiæ neglectores, quorũ vtriq; debitis & aptis ad hoc remedijs occurrendo, nuper in aula noſtra Cæſarea ſuper his habita diligenti epiſcoporũ, abbatũ, archiprincipũ, principũ, comitũ, baronũ, & aliorũ procerũ, & ducũ ſacri noſtri palatij examinatione, tandẽ in ipſorũ & omnium oratorũ Ambaſiatorũ, & quorũlibet aliorũ, qui tunc in noſtri cõſpectus cõ-

ſtitùit fuerint præſentiã, palàm & ſolenni-
ter proteſtati fuimus, q̃ cùm archiprincipa-
tus,archimareſcallatus, & ius eligendi Ro-
manum principem à nobis & ſacro Roma-
no imperio immediatè deſcendant,ac in feu
*cumque dum dependeant, * cùm autem iuxta formã
iuxta iuris,ac ſtylum,& obſeruantiam ſacri noſtri
imperij,feudales quæſtiones coram dominis
feudorum, etiam ſi minores Valuaſſores eſ-
ſent,ac paribus curiarum ſuarum reſpectu
feudi,de quo agitur,decernendæ ſint, quod
etiam ius in noſtra Cæſarea Maieſtate & ſa-
cro imperio noſtro,& paribus curiæ noſtræ
reſpectu feudi taliſmodi meritò debeat illæ-
ſum conſeruari,conſequens eſſe cauſam præ-
libatam ad forum noſtrum pertinere: Certi-
ficantes prætereà omnes & ſingulos,quorum
intereſſe poſſet,q̃ nos præfato Erico iuſtitiã
nullo vnquàm tempore denegauimus legiti-
mè poſtulanti,nec in futurum Deo propicio
denegabimus vnquàm ritè petenti. Quin-
immò quandocunq; ipſe vel alius iuſtitiam
popoſcerit,parati ſumus pares curiæ euoca-
re,& cauſam iuxta ſtylum imperij noſtri diſ-
finire.Quarè V.P.requirimus & hortamur,
ac etiam attentè rogamus, quatenùs cauſam
ipſam ad forum noſtrum remittatis more
ſolito & conſuetudine imperij noſtri, & pa-
rium curiæ noſtræ terminandam. ſic enim
iuſtitiæ debitum videtur requirere,& officia
noſtra in ſacrum Concilium meritò poſtu-
lare. Datum in Vlma feria 4. poſt Iacobi,an-
no &c.34.

Ad mandatum domini Imperatoris
Caſpar Slygk miles &c.cancellarius.

EPISTOLA IMPERATORIS Romanorum ad Concilium, qua petit, cauſam,cuius cognitio ad ſe pertinebat, ad Concilium appellatam & vocatam,remitti: alioqui proteſtatur contra Concilium.

Sigiſmundus Dei gratia Romanorum Im-
perator ſemper Auguſtus, ac Hungariæ,
Bohemiæ,Dalmatiæ,Croatiæ,&c.rex. Vobis
Reuerẽdis, venerabilibus,illuſtribus,magni-
ficis,ſpectabilibus,generoſis,nobilibus,ſtre-
nuis,prouidis & circunſpectis Archiepiſco-
pis,Epiſcopis,Abbatibus, Principibus, Co-
mitibus,Baronibus, militibus, oratoribus,
Ambaſiatoribus & nuncijs, ac omnibus &
ſingulis proceribus ſacri palatij noſtri, qui
in noſtræ Maieſtatis conſpectu in maxima
copia conſtituti eſtis.Notum facimus, ac per
præſentem noſtram inſinuationem ac vito-
ſiorem relationem, quam vobis omnibus &
ſingulis ſub debito fidelitatis iniungimus,
cunctis noſtro ſubiectis imperio publicari
iubemus, quòd ad noſtræ maieſtatis notitiã
peruenit, qualiter illuſtris Ericus dux Lau-
venburgeñ. illuſtrẽ Fridericum Saxoniæ du-
cem,ſacri noſtri imperij archimareſcallum,
Lantgrauium Turingiæ,ac Marchionẽ Miſ-
neñ. coram ſacro Baſileeñ. Concilio ſuper
ducatu Saxoniæ & archimareſcallatu prædi-
ctis ac iure eligendi Romanum principem,
trahere nititur in cauſam, prætendens prin-
cipatum,officium,& ius ſupradicta ſibi tam
hæreditario quàm etiam infeudationis per
nos ſibi factæ iure deberi. Et inſupèr q̃ nos
ſuper impetitionibus ſibi præmiſſorum oc-
caſione contra præfatum Fredericum com-
petentibus iuſtitiam miniſtrare, denegaueri-
mus, querelas in publicũ proferre minimè
veretur. Per quorũ alterũ noſtræ Maieſtatis
authoritati derogatur, per alterum autẽ ho-
norificentiæ noſtræ detrahitur.Noſtrã itaq;
decet ſolertiam in primis, quædam imperij
noſtri iura ſeruare,quinimmò iuxta poſſibi-
litatem noſtræ facultatis adaugere, prout ex
debito ſacramenti ſumus adſtricti.Quod re-
ctè facere conſpicimur,ſi cauſas ad* examen * iura
imperialis culminis pertinentes, ſub noſtra
iuriſdictione conſeruemus.Cùm itaq; prin-
cipatus officium ac ius ſupradicta à nobis &
imperio noſtro in feudum immediatè deſcẽ-
dant,ac ſecundum iuris cõis diſpoſitionem,
necnon vſum, morẽ, ſtylum & conſuetudinẽ
ſacri Romani imperij, feudalis cõtentio per
dominum feudi ac pares curiæ terminanda
ſit,liquet, hanc quæſtionem, ſi qua præten-
di poterit, ad noſtrum & illuſtrium archi-
principum noſtrorũ ſacri Rom.Imp. Electo-
rũ pertinere notionẽ.Expedit inſupèr de ne-
glectu iuſtitiæ noſtrã ſolicitudinẽ excuſare.
Et quidem meminimus,q̃ poſt per inueſtitu-
ram per nos dudum in Fredericũ tunc Mar- * noſtram
chionẽ Miſneñ. genitorem ipſius Frederici
(de quo nunc agitur)de ducatu,officio, & iu-
re prædictis gratioſè collatam, illuſtres Ar-
chiprincipes electores, ante ipſius Frederici
aſſumptionẽ, ac in collegiũ & conſortiũ ſuũ
aggregationem,cauſam huiuſmodi perpen-
ſis maturiſq; conſilijs biennio ferè digeſſe-
runt: tandẽ ipſum in collegiũ & ſenatũ ſuũ
acceptârunt,et Erico prælibato renitente, ac
ſucceſſionẽ, & inueſtiturã ſimiliter præten-
dente. Quanquam aũt ipſe dux Ericus apud
nos plurimum inſtiterit pro iuſtitia ſibi cõ-
tra eundem Fredericum miniſtranda, foret
quoque ſatis durum, cauſam & contentio-
nem tam perpenſè digeſtam conſilio,rurſus
in dubium reuocare:quia tamen quæſtio ip-
ſa non erat in figura iudicij trutinata,nos ei-
dem Erico ſemper vltroneos præbuimus iu-
ſtitiæ complementum miniſtrare legitimè.
Quod aliter expediri nequit, niſi parium no-
ſtræ curiæ arbitrio,reſpectu feudi memorati.
Quos vtiq; pares,legitimè requiſiti, propti-
ſum* more imperialis Maieſtatis intra fines
Alemaniæ vocare,vbi de cauſis & q̃ſtionibus
principũ Alemaniæ ex ſtylo imperij nr̃i nos
cõuenit iudicare. Ex quibus apertè colligi-
tur,nos eidem Erico iuſtitiæ complementũ
in præteritũ minimè denegaſſe. *itaq; & in * atq; in
præ-

præſentiarum nos in huiuſmodi cauſa præbemus iuſtitiæ miniſtrum, quinimmò Deo propicio, præbebimus ſemper in futurum, quamdiu nos ſuo terreno imperio præeſſe voluerit. Quæ omnia & ſingula mentibus veſtris firmiter inculcari volumus, & in theſauro memoriæ veſtrę reponi tenaciùs, & nihilominùs per organa veſtra in omni orbe diffundi, quo liquidiùs cunctis innoteſcere queat, cauſam huiuſcemodi ad noſtram & parium noſtræ curiæ, reſpectu ipſius feudi, examen pertinere, nosque iuſtitiã in ea nũquam denegaſſe. Nec modo poſtquam diuina præordinante clementia ſolium Cęſareę dignitatis conſcendimus, futuris vnquam tẽporibus denegabimus. De quo publicè & ſolenniter proteſtamur. Quàm inſupèr proteſtationem ſacro Baſileen. ſynodo intimare curabimus, ac ipſam requirere, quatenùs cauſam ipſam à ſe penitùs abdicet, & ad forum noſtrum remittat, more, ſtylo, & cõſuetudine imperij noſtri & pariũ curiæ noſtræ terminandam. In hoc actu proteſtationis noſtrę præſentes fuerunt venerabiles Guntherus Archiepiſcopus Magdeburgeñ. Alexãder Trideñ. & Petrus Auguſteñ. epiſcopi, abbas Campidoñ. illuſtres Fredericus marchio Brandeburgen. archicamerarius ſacri imperij, Guilhelmus comes Palatinus Rheni & dux Bauariæ, Albertus Marchio Brandeburgen. & Burggrauius Nurẽburgen. Ludouicus comes de Vuirtenberg, venerabilis Ebethardus magiſter ordinis beatę Mariæ Teutonicorum per Alemaniam & Italiã, Henricus Ruſle de Melbingen. præceptor, Marquardus de Kunigſel, & alij commendatores ordinis præfati, Henricus de Furſtẽburg, Vuilhelmus ſenior, Henricus & Vuilhelmus iunior de Mõteforti. Ioãnes de Neuvuẽburg, Ebethardus de Kyrchberg, comites, & maxima copia nobilium, militum, & clientum, & Ambaſiatorum principum & ciuitatum ſacri imperij. In quorum omnium & ſingulorum fidem, robur, & euidens teſtimonium has noſtras patentes literas fieri, & noſtræ maieſtatis ſigillo iuſſimus communiri. Datum Vlmæ Conſtantienſis diœceſis, Anno Domini 1434. die vigeſimooctauo menſis Iulij, regnorũ Hungariæ &c. 48. Romanorum 24. Bohemiæ 15. Imperij verò 2.

Ad mandatum domini Imperatoris Caſpar Slygk miles &c. cancellarius.

SALVVS CONDVCTVS Domini Imperatoris miſſus ſacro Concilio, & lectus in generali congregatione die Sabbati, 23. Iulij, 1435.

Sigiſmundus Dei gratia Imperator Romanorum ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. rex.

Notum facimus tenore pręſentiũ vniuerſis, quòd licèt pridem dum ſacroſanctum generale Baſileen. Cõcilium exordium ſumeret, ex inſtitutione pręcedentiũ ſacrorum Conciliorum, nos omnibus & ſingulis eccleſiaſticis & ſecularibus perſonis illuc venientibus, ibidem ſtãtibus, & abindè recedentibus, noſtrum ſaluum & ſecurum cõductum dederimus & conceſſerimus, quemadmodùm nobis tanquã aduocato & primo protectori ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & ſacrorum Conciliorum dignè conueniebat: eaſdem etiam perſonas, cuiuſcunq; dignitatis ſeu cõditionis exiſterent, in noſtram ſpecialem protectionem aſſumẽtes tamen intellecto, quòd nonnulli, licèt ſuperuacuè, dubitent, ne propter diffidationẽ, quã Philippo duci Burgundiæ fecimus, huiuſmodi noſtra conceſſa libertas poſſet lædi ſeu infringi, quod tamen noſtræ intentionis nunquam fuit, neque eſt, cùm ipſam diffidationem ſolùm pro recuperatione iurium ſacri Romani imperij & nullius perturbatione fecerimus: ſtatuimus* ſecuritate ipſius ſacri Cõcilij (cuius felicem & deſideratũ progreſſum ſemper concupiuimus) cum non mediocri noſtra exhibita opera ſalubriter prouidere, & mentem noſtram ſynceram declarare, ne quiſquam nobis imputare habeat, nos aliq̃d intentaſſe, quod quomodolibèt eſſe poſſit ad perturbationem ipſius, ſeu venientium, ſtantium, ſeu recedentiũ. Idcircò animo deliberato, & ex certa noſtra ſciẽtia iterum de nouo ac ex ſuperabundãti (licèt profectò non ſit) cùm intentio noſtra ad indemnitatẽ & libertatẽ ipſius ſacri Concilij ſemper illæſa & integra fuerit atque ſit, vniuerſos & ſingulos pręlatos, principes, doctores, magiſtros, Ambaſiatores, nobiles, & quaſcunque eccleſiaſticas & ſeculares perſonas, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ſeu cõditionis exiſtant, vt ſacrum Cõcilium feliciter ſuper his, pro quibus congregatum eſt, continuari poſſit ad reuerentiam Dei, releuationem orthodoxorũ, & honorem vniuerſalis Eccleſiæ in noſtram ſpecialem ſaluagardiã, tuitionem, & protectionem grato & deuotiſſimo animo recipimus per præſentes: Volentes & ordinantes authoritate Cæſarea pręſentium per tenorem, quòd omnes & ſinguli ad dictum Concilium accedentes, in eodẽ permanentes & ab eodem recedẽtes, in noſtra imperiali cuſtodia, non obſtante diffidatione præmiſſa, quodque ab aliquo non moleſtentur, inquietentur, vel aliquam iniuriam ſeu moleſtiam patiantur. Mandantes vniuerſis & ſingulis principibus eccleſiaſticis & ſecularibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, magnatibus, proceribus, militibus, clientibus, capitaneis, poteſtatibus, gubernatoribus, rectoribus, burggrauijs, caſtellanis, officialibus, iudicibus, teloneariis, boletarijs paſſuum, cuſtodibus ciuitatum, villarum, & quorumcunque locorum communitati-

*pro ſecuritate

mnoitatibus, & rectoribus eorundem, cæteriſq; noſtris & imperij ſacri ſubditis & fidelibus, firmiter & diſtrictè, eoſdem ſerioſiſſimè requireñ. quatenùs vniuerſis & ſingulis prçlatis, principibus, nobilibus, & magiſtris, & Ambaſiatoribus quorumcunque regum, prælatorum, principum, & communitatum, vniuerſitatumq; totius Chriſtianitatis, qui ad prçfatum Concilium auxiliante Domino acceſſuri ſunt, ibidẽ ſteterint, vel receſſerint, cuiuſcunq; ſtatus, gradus, dignitatis, ſeu cõditionis exiſtant, noſtro & imperij ſacri nomine fauorabilem & benignam debeatis impendere voluntatem, eoſdem cum gentibus & familiaribus ſuis ac bonis & rebus eorum quibuſcũq; faciatis pleniſſima libertate gaudere, ipſoſque fauorabiliter pertractare, ac eoſdem & eorum quemlibet cum bonis prçdictis tutè & ſecurè per territoria, ciuitates, caſtra, caſtella, oppida, villas, itinera, paſſus, portus, pontes & terras, ac iuriſdictionis veſtræ loca, nobiſq; ſubiecta, ire, tranſire, ſtare & morari, eundo ad dictum Concilium, & redeundo ab eodem permittatis. immò eiſdem amore ſanctæ matris Eccleſiæ, ob reuerentiamq; ſacri Concilij, ac noſtram & ſacri imperij beneuolentiam ſingularem, dum & quotiès requiſiti fueritis in his, quæ ſecuritatem & celeritatem ipſorum concernunt itineris, promotiuam & gratuitam ipſis oſtendere realiter & exhibere velitis & debeatis voluntatem, necnon eiſdem & cuilibet ipſorum de victualibus, domibus, expenſis ipſorum competentibus & conductis, petitis & requiſitis, pro rationabilibus ſalarijs prouidendo. Sic enim fieri volumus, vt in fauorem præfati Concilij, conceſſimus & concedimus per præſentes, quibuſcunq; literis in contrarium factis, ſeu fiendis non obſtantibus. Quicunque enim aliquem prædictum Concilium viſitantem, modo quocunq; lædere præſumpſerit, ſciat ſe noſtram & imperij ſacri indignationem grauiſſimam incurriſſe. Et econtrariò, quicunq; viſitantibus, vndecunq; ſint, noſtri amore fauores impẽderit, certum ſe reddat, q; eidem ſingula beneficia impenſabimus gratia ſingulari, prçſentium ſub noſtræ imperialis maieſtatis ſigillo, teſtimonio literarum. Datum * Termę Strigonieñ. dięceſis, Anno Domini 1435. menſe Maij, regnorum noſtrorũ anno Hungariæ &c. 49. Romanorum 25. Bohemię 15. imperij verò 2.

EPISTOLA IMPERATORIS Romani, qua ſpondet & promittit ſe confirmaturum certa capitula Concilij.

Sigiſmundus diuina fauente clementia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Bohemię, Dalmatię, Croatiæ, &c. rex. Notum facimus tenore præſentium vniuerſis, q; ab alto nobis commiſſum officium tunc rectè indubitáter exequimur, cùm in his, quæ ad fidem catholicam pertinent, ſanctæ matri Eccleſię ipſiuſq; ordinationibus inhærentes, pro earum obſeruantia & executione partes noſtræ ſolicitudinis adhibemus. Cùm itaq; inter legatos ſacri generalis Concilij, quod Baſileę in Spirituſancto legitimè celebratur, nomine & authoritate ipſius ſacri Concilij & generalem congregationem regni noſtri Bohemiæ, pro vnitate & pace quædã capitula concordata fuerunt, & manuum ſtipulatione firmata, debeantq; ſigillorum munimine roborari, & ad executionem deduci, iuxta formam in noſtri præſentia * Brimæ concordatam, & * Brunæ
nunc nouiter, coram nobis à partibus recognitam & confeſſatam. Nos rei tam vtili ac ſalutari officij noſtri partes volentes authore Domino impartiri, Deoq; & fidei catholicæ obſequium reddere, omnipotenti Deo & ſanctæ matri Eccleſiæ promittimus & vouemus, q; poſtquàm ipſa compactata fuerint (vt præmittitur) roborata, nos ea firmabimus & roborabimus, & ſeruari faciemus purè, ſimpliciter & ſyncerè, iuxta ſanum & bonum intellectum eorum, nec permittemus ea in aliquo violari, vel eis abuti, nec permittemus aliquem ad communionem ſub vtraque ſpecie coarctari, vel compelli quoquo modo in præiudicium compactatorum. In cuius rei teſtimonium, ſigillum Maieſtatis noſtræ præſentibus eſt appenſum. Datum in Alba regali * Veſprumeõ. dięceſis, Anno Do- * Veſpimeñ.
mini 1436. die 8. Ianuarij, regnorum noſtrorum anno Hungariæ &c. 49. Romanorum * Veſpuneñ.
26. Bohemiæ 16. imperij verò 3.

EPISTOLÆ DIVERSORVM VEL REGVM Vel principum vel magnatum ad ſynodum Baſileeñ.

EPISTOLA DVCIS Burgundiæ Miſſa Concilio ſuper facto S. Petri de * Lutzenburgo, lecta &c. Martij 9. Anno Domini 1436.

Reuerendiſſimis reuerendiſq; in Chriſto patribus, cęteriſq; Chriſtifidelibus in ſacro generali Concilio Baſileen. in Spirituſancto legitimè cõgregatis, amicis meis præchariſſimis, deuotus Eccleſiæ filius Philippus dux Burgũdiæ, Brabantiæ, & Limburgiæ, comes Flandriæ, Artheſij, Burgundiæ, Hannonię, Hollandię, Zelandiæ & Namurci, veſter amicus. Reuerendiſſimi reuerendique patres, cæteri quoque Chriſtifideles in Spirituſancto congregati amici præchariſſimi, iã hora eſt, & nunc tẽpus idoneum venit, vt negociũ diu deſideratum

tum, ſuper canonizatione & eleuatione dignæ per ſecula memoriæ domini Petri de * Luxenburgo, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ quondam cardinalis, meiq; cõſanguinei, ad extremam manum & operam, ſi duxeritis intendendum, deducatur. Hoc etenim varijs in Concilijs generalibus Eccleſiæ temporibus retroactis fuit inceptum, ſed quibus medijs vel modis, ignoro vel interruptum vel aliàs quomodolibet imperfectũ ſemper remanſit, & ita remanſurum (quod abſit) exiſtimo, niſi diuina ſuper hoc prouidentia veſtros in idipſum animos excitãs, prouideat, quæ vobis (vt arbitror) tantum decus & laudis titulum ſpecialiter reſeruauit, quemadmodum ea ſacro Conſtantieñ. Concilio fuit (vt audiui) olim reſeruata canonizatio quorũdam ſanctorũ apud * Saymitas tunc temporis interuentorum, & aliorum ſimilium memorabilium factorum in quibuſdã alijs Concilijs generalibus. Sic enim Deus huiuſmodi concilia celebrantibus ſua (prout vult) ſecreta reuelat, diſtribuit, & reſeruat. Quid veſtro cœtui ô veri pugiles, veræq; baſes Eccleſiæ, plùs honoris & gloriæ accedere poſſit, quàm ad canonizationem & eleuationẽ prædictam procedere, & eum, quem ſuis ex meritis glorioſis, & tot miraculis velut inauditis, quibus quotidiè coruſcat, aliorũ Chriſti confeſſorum collegio conſtat aggregari, ac cum his palàm & publicè adorandum eleuare, ipſiuſq; in catalogo ſanctorum inſcribendis ad perpetuam eius laudem & memoriam apponere? Quas ob res V. P. R. amicitias præchariſſimas obnixè deprecor & hortor, quatenùs oculum interioris intelligentiæ ad præmiſſorum conſiderationem erigentes, placeat ea pro Dei & ſui confeſſoris (cuius res agitur) reuerentia & honore, quo videritis oportere modo proſequi & tractare, vt quo ſtudioſiùs eo in facto, quod maximoperè cordi habeo, proceſſeritis, eo perampliùs Deo placituri, gratum ſibi obſequium impendatis. Reuerendiſſimi reuerendiq; patres, & cæteri ſupradicti amici præchariſſimi, Spiritusſanctus, ſub quo duce veſtro multis ab annis in vinea Domini laborantis, veſtri laboris faciat finem votiuum & felicem. Ex villa mea Bruxelleñ. die penultima Ianuarij.

LITERA ILLVSTRISSIMI Principis domini ducis Burgundiæ &c. miſſa Concilio, & lecta in generali cõgregatione die Sabbati 26. Martij, 14 , 5.

SAcroſanctæ generali ſynodo, Baſileæ in Spiritusſancto congregatæ, Eccleſiæ ſanctę deuotus filius Philippus dux Burgundię, Brabantiæ & Limburgiæ &c. Promptum & ſyncerum Eccleſiæ ſanctæ deuotionis affectum. Reuerendiſſimi reuerendiq; in Chriſto patres ac ſpectabiles & commẽdatiſſimi viri, ſacroſanctæ veſtræ in Spiritusſancto cõgregatę conuentionis intentum animum cęteris cum ſanctiſſimis operibus paci & concordię principum Chriſtianorum, regni potiſſimè Franciæ, quod Chriſtianæ religionis pars eſt non minima, firmiter exiſtimas paternitatibus veſtris, quas in vnum congregat vnionis & pacis amator & author, ea dignũ duxi propoſito ſignificari deuotiori, quæ regni ipſius pacis aſſequendæ media cõtingunt. Nuper igitur reuerendiſſimi reuerendiq; in Chriſto patres & recolendi viri, cùm certorum appũctuamentorum & tractatuũ inter chariſſimum fratrem meum ducẽ Borbonij & Aluerniæ, & me in villa pontificali actorum firmationis & concluſionis gratia in ciuitate Niuerneñ. noſtris in perſonis ipſe frater meus ſororq; mea ſua contoralis eſſemus, ad eandẽ ciuitatem applicuerunt, chariſſ. frater meus comes Richmundię, reuerẽdiſſimus in Chriſto pater Archiepiſcopus Rhemeñ. Chriſtophorus de Haricuria, & quidam alij prò parte aduerſarij dñi mei regis, & mei Ambaſiatores ad me deſtinati. Quibus tandem per aliquos dies auditis, aperta eſt inter nos & aduiſata certa diæta tenenda in ciuitate mea Atrebateñ. die prima Iulij proximè futura, ad in effectum generalis pacis in regno prædicto vacandũ & intendendum. Cuius diætę inter nos prolocutione per eoſdem fratres meos dicto aduerſario ſignificata, de ipſius aduerſarij ſuper eiuſdẽ diætæ acceptione deliberata voluntate ſe pollicitì ſunt quantocyùs opportuno tempore me reddere certiorem. Quod etiã nunc vſq; paternitatibus veſtris incertum ea ratione ſignificare diſtuli, reſponſum eorum expectans, quo certum quid ſuper huiuſmodi negocio poſſem celebri veſtro cœtui referre. Vndè & nunc habito à dicto fratre meo comite Richmundię certo reſponſo, quo dictum aduerſarium refert dictã ipſam acceptaſſe, ad eamq; plures principes conſanguineos ſuos, & alios ſui conſilij cum eiſdem ad agendorum expeditionem pro dictę generalis pacis effectu ſufficienti * conceden. poteſtate tranſmittere concluſum, veſtris P. idipſum in præſentiarum duxi ſignificandum, eaſdem in ſanctæ charitatis viſceribus obnixo deprecans affectu, quatenùs ob reuerentiam altiſſimi, ſuæq; ſanctæ orthodoxæ fidei (cuius ipſum Franciæ regnum inter cætera ſpecialiſſimã culturã exercuit) exaltationem & augmẽtum, & totius reipublicæ Chriſtianorum profectum, dignentur & velint Sereniſſimum dominum meum regẽ, dictumq; ſuum & meum aduerſarium literatoriè aut per nuncios ſolennes charitatiuè monere & inducere, vt ad diætam ipſam ſuos infallenter deſtinet oratores & deputatos, ac cõmiſſos certos Ambaſiatores, cum ſufficienti (ſicut res ipſa requirit) eis tributa poteſtate. Ego enim ex toto animo pacis ipſius optans videre

Locus obſcurus

for. * cum decenti

Digitized by Google

videre dies, in perſona mea me diſpono ad diætā ipſam memoratę pacis generalis, quātū in me poſſibiliter erit, agēdę cauſa comparitorum. Dignentur inſuper eædem P. ad tantum pacis bonum, quo rebus in terrenis atque mortalibus nihil ſolet gratius audiri, nihilq; delectabilius concupiſci, ex ſacra veſtra cōgregatione, quæ de diuerſis orbis partibus electiſſimos viros adunauit, aliquos ex reuerendiſſimis in Chriſto patribus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ac alijs ipſius veſtræ ſanctæ ſynodi venerabilibus ſuppoſitis, ad dietā ipſam ſolennes trāſmittere deputatos, viros pacis amatores, & diuiſionis exoſos: quos pro tātę rei tādiu requiſito clamatoque felici ſucceſſu, meliùs duxerint tranſmittendos, cum eiſdē à ſacroſancta veſtra ſynodo plena conceſſa poteſtate, dictum sereniſſimū dñm meum regem aduerſarium prędictū & me, in omnipotētis Dei Eccleſięque ſuæ virtutē & nomen hortādi, inducendi, informādi & requirēdi, vt ad pacis ipſius generalis conſequendæ effectum, nos & noſtras vires & animos diſponamus. Tractatus etiā, cōcordias & appunctuamenta ad ipſius effectū & pacem ipſam, ſi (quod cōcedat author ipſe pacis) aduenerit, Eccleſiæ ſanctæ generalis authoritate roborādi, confirmandi & approbandi, cenſuras eccleſiaſticas ad ipſarum integrationē opportunas, fulminādi & promulgādi, cæteraq; omnia & ſingula ꝓ negocij bono & votiuo complemento neceſſaria, congrua, vel opportuna faciendi, ſicut agendorum inibi ſeries expoſtulabit: quatenùs Dei ſuffragante gratia, & ipſorū opportuno directorio, regnū ipſum Franciæ mœroris & iuſtitiæ prohdolor iacēs humi, poſt tam diu continuatos guerrarū anxios dolores & miras anguſtias, à funere ſuo reſurgat, & ſibi ac toti Catholicæ religioni tam propicia tranquillitas diuinæ pietatis operāte clementia tribuatur. Super pręſentium verò literarum mearū receptione, quas (vt res ipſa benè requirit) per præſentiū latorē propriū nuncium veſtris P. deſtinare decreui, & veſtro ſuper earundē tenore deliberato reſpōſo per eundē nunciū quantocyùs exoro per eaſdem P. V. fieri certiorē, per eundem, quæ me ad Eccleſiæ ſanctæ felicia vota facturum voluerint intimarī. ad quæ me reperient ex animo paratum. Sit eiuſdē Eccleſiæ ſanctæ ſponſus altiſſimus, qui P. V. ad ipſius ſuæ Eccleſiæ laudabilem directionem feliciter & proſperè conſeruare dignetur in lōgæuum. Scriptum in villa mea Diuioneñ. die decimaſexta Martij.

LITERA REGIS FRANCIÆ Caroli, Miſſa Concilio ſacro, lecta in generali congregatione die Sabbati 23. Aprilis, 1435.

SAcroſanctæ ſynodo Baſileeñ. in Spiritu ſancto legitimè congregatæ, deuotus Eccleſiæ filius Francorum rex Carolus, ſalutem atque rerum gerēdarum felicem ſucceſſum.

Nihil quicquā apud rēpublicam * regna, potiſſimū erga Chriſticolas omnes, felicius & accommodatius arbitramur, quàm illos & ipſa, optata pace atq; beata perfrui. Quapropter multa ratione perſuaſum habemus, ad ea quæ paci magìs attinent, maximè regni noſtri & ſubditorum noſtrorum, charitate ſyncera operas noſtras cōferre debere, ſicuti ex animo hucuſque omni ſolicitudine atque cura, prout legis pręcepto inducimur, fecimus: profectò nil ſanctius ipſa aut beata nobis fuit. Et cum ſuperiori tēpore pia atque deuota ſupplicatione chariſſimi & dilecti amici noſtri Cardinalis S. Crucis, res ipſa nō modica diſceptatione varijs aſſignationibus agitata fuerit: quoniam labori, periculis, atq; expēſis minimè ipſe pepercit, vſq; in portū & ſalutis finē nō pertigit, poſtmodùm proximis his diebus Chriſto pacis authore (vt piè creditur) faciēte, nouiſſima celebrata eſt in materia cōponendæ pacis cum duce Burgundiæ apud ciuitatem Niuernen. conuentio, & ad eandem noſtra ex parte cum decenti & ſufficienti poteſtate chariſſimos & dilectiſſimos conſanguineos noſtros ducem Burbonij & Aluerniæ, & comitē Richemundiæ coneſtabularium noſtrum, & dilectos & fideles cōſiliarios noſtros Archiepiſcopum Rhemen. cancellarium noſtrum, & Chriſtophorum de Haricuria conſanguineum noſtrum tranſmiſimus. Et cùm res ipſa poſt lōgam diſceptationem, optimam ad ea quę pacis ſunt, diſpoſitionem habuit, cupiētes omnes etiam partes eodem & vnanimi conſenſu ac fauore pacis & vnitatis præſtantiùs agere, in alterius * diem & conuentionis apud ciuitatem noſtram Attrebaten. ad primam diem menſis Iulij proximè inſtantis concordârunt. Conſentientes etiam, vt res tanta efficaciam habeat ampliorem & certiorem, vt pro parte ſanctiſſimi patris noſtri Cardinalis S. Crucis & Arelaten. & à ſacro Baſileen. Concilio Cardinalis de Cypro conſanguineus noſter & S. Petri ad vincula, ad ipſam aſſignationem & locum tranſmittantur. Quamobrem amicitiam veſtram maiorem in modum oramus & deprecamur, ſit res illa tam ſacra atque fidei orthodoxæ tam vtilis & neceſſaria, vobis curæ & ſolicitudini, vt ad illam diætam præfatos Cardinales de Cypro & S. Petri, tranſmittere veſtri ex parte velitis. Confidimus, vt tantorum patrum præſentia & ſingulari præſtantia atque virtutum magnitudine, differentia omninò ex medio tollatur, * abſolutaque ſit. Proindè ipſis traſmiſſis, atque re confecta, non paruam nos ſumus percepturi lætitiam, ac gratiam vobis habituri. Datum in ciuitate noſtra Turon. die 24. menſis Martij.

for. * ſeu regna

Locus obſcurus

LITERA

LITERA MISSA PER DOMINOS Ambaſiatores Concilij exiſtentes in Bohemia ſacro Concilio, lecta in generali congregatione die Sabbati 23. Aprilis, 1435.

SAcroſanctæ generali Baſileeñ. ſynodo, in S.S. legitimè cógregatæ, vniuerſalem eccleſiam repræſentanti, earúdem R.P.V. humiles oratores Philibertus epiſcopus Conſtantien. & cæteri ſui collegę. Reuerédiſſimi in Chriſto patres & domini, quòd R. P. V. vſque ad pręſens non ſcripſimus, cauſa fuit, quoniā ſcribendi materia non ſuberat. Negocia enim pro quibus deſtinati ſumus, inſperatā acceperunt dilationē. Cuius cauſam eſſe ferunt nimiam temporis acerbitatem, propter quam vijs omnibus iniit facta congregatio Pragæ pro eligendis Ambaſiatoribus, & prædiſponendis alijs prægédis ante

Locus obſcurus

carniſpriuij tempus haberi non potuit. Nos quidem qui auſteritatem temporis & viarū diſcrimina ſumus experti, morá ipſam ſatis habemus rationabiliter excuſatā. Venerunt igitur pridem ille nuncius ſereniſſimi Imperatoris, q fuit apud P.V. & Vuenzelaus presbyter de Karleſtain, & cum eis nuncij Bohemorū ad excuſandū moras & literas ſalui conductus recipiendi pro 10. baronibus, 10. nobilibus, cliētibus electis & nominatis, atq; pro oratoribus ferè omnium ciuitatum

*Taboreñ

* Tabor, & paucis tantùm exceptis. Atte ſolita factum eſt, quod à domino Imperatore poſtulatum eſt, vt daret eis intelligere mentionem ſacri Cōcilij per nos miſſam. Dominus autem Imperator miſit pro nobis vt iremus ad eius Maieſt. apud Pozonium. Quod fecimus indilatè. Cumq; Pozonium nauigio veniſſemus, ab eius cōſiliarijs in littore ſuſcepti ſumus, & ad hoſpitium ducti. Eis à nobis recedētibus, morula interiecta, ipſe sereniſſ. dominus Imperator hoſpitium noſtrum intrauit, aduentū noſtrum iocundè ſuſcipiens, & ſacro Cōcilio de noſtri deſtinatione gratias magnas agens. Poſt hæc quæ per Bohemorū nuncios ſibi dicta & illata fuerāt, non diſtulit referre. Nobis quidē viſum eſt, diætam, quam tam ad Dominicā in albis poſuerunt, refutandam non eſſe, præſertim cùm ex bonis cauſis factum eſſe dicatur. Quo ad aliud diximus, quòd ſupplicabamus ſuæ Maieſtati, vt non indignè ferret, ſed nos dignaretur ſupportatos habere, quoniam cùm eſſemus à ſacro Concilio deſtinati, vt in cōuentione cū ipſis Bohemis coram eius Maieſtate mentem ſacri Concilij aperire deberemus: nec deceret, nec forſitan expediret, ante locum & tempus, & per internuncios talia reſerare. Quod eius Imperialis apex benignè ſuſcepit, & nūcijs Bohemorum ſuum dedit reſponſum. Et ſic illi receptis literis ſaluiconductus, Bohemiam reuertuntur. Nos verò Viennæ tempus conuentionis præſtolabimur. Exiſtimauimus reuerendiſſimi patres, gratè P.V. ſuſcipere, quòd hanc prorogationem conuentionis non refutauimus, ſicut nec erat aliquo modo refutanda. Quòd hæc negocia difficultates & dilationes ſuſcipiant, P. V. (quæ magna ſapiētia pollent) credimus nō mirari. Sed & ſperamus cōfidenter, P. V. illis inſiſtere, & finem rerum intendere, in quibus tanta & tam mira Dei beneficia cognouerunt. Opus enim eſt, quòd ſacrum Cōcilium à proſecutione incepti operis non deſiſtat. Illi ſiquidem perditi homines, qui cœpta bona turbare & dirumpere ſatagunt, in diſſolutionem Concilij ſpem figunt. Et exindè ſpondent ſuis ſatellitibus reſpiramen. Vndè oportet ecōtrà, vt P. V. hoc ſacrificium omnipotenti Deo offerant, ne ſuſceptorum beneficiorum videantur ingratæ: atque ignis, qui minutus extinctioni propinquat, per incuriam vires reſumens, in flámam (quod abſit) vehementer exurgat. Et quod patres reuerendiſſimi & huic rei valdè accommodum foret, ſanctæ reformationis opus vrgere, * ſed ex multis alijs reſpectibus eſt neceſſarium.

* & ex

Vtinam omnes qui ſunt in Concilio, audirent & intelligerent quæ nos, qui extrà proceſſimus. Profectò etſi tam auidi ſint tanti boni, auidiores & feruentiores fieri minimè dubitamus. Alia ſcribenda nō inſtant, niſi quòd nos P. V. humilimè commendamus, cum omni promptitudine obſequendi. Quas dignetur altiſſimus ad bonum vniuerſalis Eccleſiæ dirigere, ac feliciter conſeruare. Scriptum Viennæ, prima die menſis Aprilis.

REVERENDISSIMIS IN CHRISTO patribus & dominis, dominis Præſidenti, prælatis, & cæteris generale Baſileen. Cōcilium celebrantibus, dominis ſuis tota veneratione colendis & honorandiſſimis.

REuerendiſſimi patres ac domini mei honorandiſſimi, humilima recommēdatione præmiſſa, poſt longam concertationem dominorum prælatorum, Gallicanam Eccleſiam Bituris repræſentantium, quam pro confirmatione ſuarum mētium diutiùs protraxerunt, omnibus pręſentibus, nemineque diſcrepante, concluſum eſt, conuentionem veſtram multiplici * legitimis funiculo conuocatam, ab omnibus, & præſertim ipſa Eccleſia Gallicana ſequendam, & cum veſtro debere conuenire Concilio vniuerſo, deuotaſque Deo gratias omnes exoluerunt, qui in huius peſtilentis temporis curſu E.V.D.

Locus obſcurus

* deprimas huius Cōcilij geminat, grandiaq; & electa virtutum vaſa ſibi ſeruauit, & in Baſilea quæ baſis firma in baſe ſiue petra Chriſto, Gallia more Liæ multos in vtero proprio geſtans patriarchas, vos huius Concilij celebres patres in charitatis vinculo priores firmauit. Sed quia cōcluſorum ibidem exe-

cuno,

cutio,in aliquas moras defertur, & accelero deliberatorum conſummationem ad poſſe, inuitus à me exigo abſentiam veſtræ ſacratiſſimæ concionis.In qua inter ſuprema deſideria cupio adeſſe, & adero qnamprimùm rerum gerendarum opportunitas aderit, ſupplicans vt interim habear excuſatus. Ferè enim per trimeſtre ad nihil aliud deſudaui,& ſpero perfectionem agendorum.abundantius autem omnes die ac nocte orant,vt videamus facies veſtras,& compleamus quæ deſunt fidei noſtræ.Ipſe autē Deus & pater noſter, & Dominus Ieſus Chriſtus dirigat viam noſtram ad vos. Vos autem multiplicet,& abundare faciat charitatem veſtrā in inuicèm & in omnes,ad confirmanda corda veſtra ſine querela in ſanctitate ante Deum. Mihiq; ſuo humili & deuoto E. V. D. præcipiant & mandent quæq; grata, & parebo ad poſſe.Prætreſtiſſæ die 28.Aprilis.

1. Theſſ. 3.c

Veſter humilis & ad vos deuotus,

A.Archiepiſcopus Lugdunen.

SACROSANCTÆ GENERALI Synodo Baſileeñ. in Spirituſancto legitimè congregatæ, vniuerſalem Eccleſiam repræſentanti.

EXulta & iubila ſynode ſacroſancta altiſona,deprome gratiarum actiones & laudes rerum omnium conditori. Nūcia in omnibus finibus terræ diem feſtum & gaudij,vniuerſos Eccleſiæ filios ad congratulandum & gratias peragendum gratulabudis admonitionibus eahortare. Laudent tecum măgna opera Dei,& eaultent ingenti lætitia Chriſtiani omnes prouinciæ vninerſæ. Siquidem deſiderata eccè dies aduenit, quo iam tuorum laborum meſſi ſunt fructus, & ſeminum tuorum in horrea Dominica plenos manipulos reportaſti. Hodiè nanq; Imperiali maieſtate imperialibus infulis decorata, in publico foro hnins ciuitatis numeroſa populi multitudine aſſiſteñ. coram nobis tuæ beatitudinis nuncijs,gubernator,barones,nobiles ciuitatis, ambaſiatores regni Bohemiæ, primùm nobis cōpactata obiulerunt,literis authenticis communita.Deinde pro ipſorum eaecutione de tenenda, obſeruanda & defendenda vnitate Eccleſiaſtica & pace, literas alias ſecundū formam Brnnnæ condictam.Poſt hęc qnatuor ad hoc deputati cum pleno & authentico mandato nomine omnium tam Eccleſiaſticorum quàm ſecularium,reuerentiam & obedientiam canonicā præſtiterunt. Nos quoq; iuxta tuæ ſanctiſſimæ concionis iniunctam vnitatem Eccleſiaſticam per eos factam & acceptam, pacemq;, necnon reuerentiam & obedientiam exhibitas acceptauimus, & pacem pronunciauimus eis ſeruandam per vniuerſum populum Chriſtianum. Quod ô ſacroſancta ſynode ſtyli officium poſſit ſufficienter exprimere exuberantiam gaudij,quæ aſſiſtentium corda repleuit? Vultuum amœna ſerenitas,lachrymæ præ vbertate lætitię,ab oculis erumpentes,cantus & applauſus,internæ lætitię teſtes erant, aut certè meliùs indicia dici poſſent.Quoniam nulla eatrinſeca ſigna immenſitatem ęterni gaudij proportionabili poſſent oſtenſione teſtari, videlicet vt iam nos ipſius beatiſſimæ congregationis & vniuerſi populi Chriſtiani gaudia meditantes, noua iterum exultatione replemur,quo tandem fine hanc noſtram claudemus epiſtolā, ne,ſi pro modo affectus perduret oratio,metas epiſtolarum excederet, niſi vt cum Dauid eximio prophetatum dicemus: Bonum eſt confiteri Domino,& pſallere nomini tuo altiſſime. Ad nunciandum manè miſericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. In dechacordo pſalterio cum canticho in cithara: quia delectaſti me Domine in factura tua,& in operibus manuum tuarum exultabo.Ipſe quidem fecit nobis magna qui potens eſt, & ſanctum nomen eius: cuius clementiam ſuppliciter exoramus, vt quod operatus eſt, confirmare dignetur, & ipſam ſacroſanctā ſynodum tueri, regere & gubernare ad perficiendam ſancta opera,pro quibus eſt in eius nomine congregata. Scriptū *Eglamæ 5.menſis Iunij,Anno 1436.

Pſal.91.c

Luc.1.

Per humiles oratores & nuncios,

Philibertum epm Conſtan. Ioannē de Polomar, ſacri palatij Apoſtolici Auditorem, Martinū Bernerij decanum Turonēſem, & Thomam de Haſelbach ſacræ Theologiæ profeſſorem.

EPISTOLA MISSA CONCILIO AB Ambaſiatoribus eiuſdem exiſtentibus in Nurenberga,præſentata & lecta in congregatione generali, die Veneris vltima Februarij.

SAcroſanctę & venerabili ſynodo Baſileeñ.patribus & dominis omni nobis veneratione & amore colendiſſimis, inclytarū dominationum veſtrarū obedientiā fratres Ioannes Nyder prior,& Ioānes Mulenbrun.

Reuerendiſſimi & indulgentiſſimi patres & domini,viri ſapientia clari, virtute præſtantes,& laudata conſtantia vbiq; colendi, A diebus quibus vos Deus congregauit, in vnum,& præſertim poſtquàm ſub titulo ſacroſanctæ veſtræ ſynodi ad regnum Bohemiæ eulogia pacis manârunt, corda multorum,triſtitia propè abſorpta, in ſpem conſolationis reſpirârunt, exultantibus animis Dominum tanquàm auailium eis deſuper veniſſet,laudantes, quòd tantæ miſerationis

oleo

oleo corda veſtra perfodit, vt vobis de fratribus, qui in preſſura ſunt, tãta cura fuiſſet, firmiter tenentes, quòd citiùs & cumulatiùs & eo laudatiùs inimicos noſtros in ſpiritu lenitatis & verbo Dei, quàm flatu furoris & ore gladij reduceretis, argumentum ſumentes ex retroactis infauſtis noſtris ſucceſſibus. Ex quibus pleriq; in tantam deciderunt puſillanimitatem, vt de pace temporali, qualibuſcunque, niſi veſtra ſolicitudo præueniſſet, cogitabant prouideri remedijs. Audito autem poſteà, qoòd congregatio veſtra, in quam ſpem (ut præfertur) conceperunt, mãdata fuiſſet diſſolui, geminata triſtitia obriguerunt, tanquam quo ſe conuerterent, aut quid facerent, neſcirent. Et ad nos venientes ſiue mittentes, ſciſcitati ſunt, quomodò ſe factum haberet, aut quid amodò facere deberent, cùm nunc ſua fiducia ſe fruſtratos viderent. Nos, licèt non minori eſſemus ſecũdum audita, viſa & lecta, mœrore perculſi, ipſos, vt poteramus animantes, confortauimus in eo potiſſimùm, quòd perſeueranter, tanquam nihil de veſtra conſtantia hęſitantes, nobis commiſſis proſequuti ſumus. Nam nihil ſcripti aut nuncii à veſtris paternitatibus vſque nũc recepimus. Nobis autem & reliquis, quos ad plenum conſolari non potuimus, in qualicunq; turbatione conſiſtentibus, ſperantibus autẽ, ꝙ de propinquo nobis aliquid conſolationis mandaretur, ſuperuenit deſideratus admodũ de Egra noncius, deferẽs nobis literas conſulatus Egreñ. continentes, qoòd literas ſacrę congregationis veſtrę & noſtras, quas nobis cum ſuis deſtinarent, attuliſſet. Quas cũ recepiſſemus, [* referti] gaudio multo * refecti ſumus. Dubii tamen adhuc, quid veſtrę eſſet voluntatis, aot quid de vobis ageretur, * Vtrunque ineſt, & ſolicitũ manſimus, [* Vtcunque enim eſt] ſuper ſcripta eadem, nihilominùs iuxta conſilia fidelium & prudentium reſpondentes, miſſum nobis nuncium cum gratiarum actione remiſimus. Et eodem expedito, mox veſtra læta & clara ſcripta ſuperuenerunt, & literis nobis à Bohemia primùm, & à vobis deinde ad vniuerſos directis, in vulgare noſtrum intelligibiliter tranſlatis Conſulatui Nurenbergenſi deuotis veſtris, data ſibi ad petitionem copia, inſinuauimus, qui in priſtinam ſibi videntur conſtituti ſpei conſolationem. Deinde alter ex nobis, qui hęc ſcripſit, reliquo vtiliùs occupato, illuſtrem principem & dominũ; dominum Marchionẽ Brandeburgeñ. tũc adhuc ad quinque milliaria diſtantem, & ſibi pręmiſſa omnia per ordinem expoſuit. Qui cùm auidè & magno gaudio ſingula audiuiſſet copias narratorum & lectorum petiit. Et poſtquàm de conſilio & auxilio inuocatus fuiſſet, magnificè & ex animo (vt videbatur) reſpondit, ſe longo nunquã tẽpore meliora pcepiſſe noua, & quaſi de ſomno cordialis mœſtitię euigilaſſe. Et in ſententia, pręſentibus reuerendo patre domino epiſcopo * Ciſtetenſi, & quamplurimis [for. * Eiſteteñ aut Eichſteteñ.] nobilibus & notabilibus perſonis, reſpondit: Ego ſcio, quia interſui, quòd ſecundum decretum concilii Conſtantienſis iſti ſancti & venerabiles patres congregauerunt concilium ſicut iure potuerunt. Et ſuſpicari nõ poſſum, quòd aliud quàm merè honorem Dei, conſolationem & ſalutem totius Chriſtiani, qui in triſtitia eſt, populi quęrũt: quia longè ſunt ab inſultibus eorum, qui nos de propinquo tam hoſtiliter impugnant, dãna inferunt, & offendunt. Et qui licèt ab eiſdem in ſuis regnis ſecuri ſunt, adhuc ex charitate de nobis ſoliciti, pacem nobis procurare ſatagunt. Quare ſicuti tu ipſorum nomine petis & requiris, ego cũ omnibus mihi ſubditis Eccleſiaſticis & ſecularibus firmiter & conſtanter adhęrebo. Et huius rei gratia, ſicut tu nomine quo ſuprà petis, quàm citiùs fieri poterit, & pręſertim cùm reuerẽdus pater dominus Herbipolenſis, qui ab infirmitate, quàm de proximo incidit, notabiliter reſpirauit, modico fortior effectus fuerit, quia vir boni & acuti conſilii eſt, & benè affectatus ad Concilio, rogabo, quos potero principes, vt mecum in Nurenberga conueniant, ad deliberandum quomodò nunciis mittendis de Bohemia ad cõcilium vel Nurenbergam aut alibi, de ſecuritate prouideatur: ad confortandum etiam hoc ſacrum cõcilium in ſua, ſicut cœpit, proſequutione ad ſibi adhęrendum, ac etiam prælatos, doctores & notabiles viros mittendum &c. Et ad ſtatim commiſit, vt ſuis ſingulis officialibus ſeriosè ſcriberetur, vt nuncios de Bohemia ad concilium vel ad nos mittendos, ſaluos conducerent, & ire per ſuas terras & dominia, nulla prorſus illata iniuria, permitterẽt. Cõmiſit etiam vt literę ſibi allatę multiplicarentur, & ad ſingulos principes, prælatos, dominos, & cõmunitates vicinas, cum ſuis ſcriptis in eorum confortationem mitterẽtur. Et cùm ego qui ad ipſum veni, quærerem, an hęc per ipſum taliter dicta & repetita, V.P. ſcribere poſſem: reſpondit, quòd audacter affirmarem & ſcriberem, quia ita indubitanter facere proponere. Ac taliter & tam conſolabiliter loquutus eſt, vt firmiter teneamur, quòd magnam cum ſuis amicis & ſubditis conſolationem vobis quantocyùs afferet. In quo nobis valdè expedire videretur, ꝙ ſcripta fauorabilia in genere ſiue ſpecie, à ſereniſ. rege Romanorum obtinerẽtur: quibus ſingulis huiuſmodi ſuis principibus, communitatibus & ſubditis mandaretur, quatenùs vobis adhęrerent & fauerent. Ac etiam voſipſi ad principes electores, & ſpecialiter ad ſupradictum dominum Marchionem & Ducem Saxonię ſpecialiter ſcriberetis, gratias primùm agẽtes de bono ſuo propoſito, fideli aſſiſtentia & fauore. Et quòd mitterent ſuos prælatos & ambaſiatores

Digitized by Google

tores &c. Et ita ad conſulatum Nurenber-
geñ. qui optimi ſunt & fideles in hoc nego-
cio cooperatores. Memoratus verò domin*
*Eiſteteñ. ſatis fauorabiliter ſuper mea req-
ſitione reſpōdit: ſed efficax & finale reſpon-
ſum vſque ad conſultationem ſnorũ ſuſpen-
dit. Et ſperamus, ſicut optamus, quòd aliqui
partium noſtrarum prælati, de ſuſpicione, q̄
contra ſe eſt, tanquam non faueant vestræ
congregationi, & vocationi Bohemorum
aduerſentur, contrario actu fauorabiles ſci-
licet oratores mittentes, ſe citiùs purgabunt.
Quod ſi non fecerint, ſed eatenùs ſuam vo-
luntatē proſequuti fuerint, vt veſtrum (quod
abſit) conuentum abſoluant, vel fructu ſpe-
rato euacuent: tunc nos, qui ſalutem ipſorũ
& omniũ iugi precamur inſtantia, aliud ex
his, quæ videmus & audimus in verbo veri-
tatis, conijcere non poſſumus, quàm quòd
eorundem & omnium ſibi fauentium inſta-
bit periculum maius, quàm omniũ reliquo-
rum. Quod indè ſyllogizamus. Nam ipſi,
quos proſequimur, Bohemi vicinis ſibi la-
tiſſimis regnis, ac ipſi Alemaniæ grauiſſima
hactenùs damna intulerũt, vt vix aut nuſquā
alia via reſtet reſiſtendi vel occurrēdi, quàm
per medium & ſuccurſum vniuerſalis Eccle-
ſiæ in virtute ſynodi generalis congregatæ:
quę * interpellante tempore ſe colligens,
uiam tantis malis occurrendi in ſpiritu man
ſuetudinis exorſa eſt, eos, de quibus agitur,
uocans. Vndè ſpem tantam & conſolationē
innumerabiles (ut p̄fertur) ceperunt, & ipſi
ſe in Bohemia vtcũque reſoluere, & pro-
piùs accedere (ut ſperatur, & ipſi ex ſcriptis
*iunctis præſentibus * conijcere poteritis)
cœperunt. Quid nobis ſperandum erit, ſi
cuiuſcunque facto vel cauſa vocatos non
legitimè expectaueritis, & reliquos ſpe ſua
fruſtraueritis, quàm quòd vtcunque uoca-
ti, in eos, qui ſibi deluſerunt, fortiùs ſe &
atrociùs armabunt? Ergo dilectiſſimi &
gratiſſimi patres, undecunque & qualium-
cunque opinionum, ſicut in eo quod ſe-
mel conſilio unanimi omnium, qui tunc
præſentes eratis, & ſufficienter & ardenter
abſentium aduentum deſideraſtis & expe-
ctaſtis, maturè concluſum eſt, & nomine
for. * omnibus uniuerſalis Eccleſiæ ritè emanauit, & ab *
(ut præmittitur) laudatum eſt,
& hodiè laudatur, conueniatis: & concor-
des, inuitatorum præſentiam (prout de con-
gruo decet) expectetis, ſed & expetatis,
omnemque poſſibilem diligētiam pro ipſo-
rum reductione adhibeatis, & honorem à
Deo & hominibus incunctanter habebitis.
Si ſecùs (quod abſit) feceritis, indelebi-
lem Eccleſiæ ignominiam inferetis. Quod
per extenſum tam oculatis & perſpicacibus
viris declarare, ſuperfluum putamus. Nec vi-
for: * cur demus, *cùm velut inermes & myſteriorum
Dei expertes, fugere debeamus, cùm om-
nium noſtrum vna ſit & firma ſententia, q̄
in dubium vocari non debent, quæ ſolenni-
ter & digeſtè à ſacris concilijs ſancita ſunt,
aut fide ſanctorum probata. Admittantur
ergo, illabatæ fidei noſtræ tenore manente,
qui vocati ſunt, & audiantur. Non quòd ſo-
lidiores hi tanquam dubij fiant, quibus da-
tum eſt diuina noſſe myſteria: ſed certè, vt
ijdem ipſi, qui denſis errorũ inuoluti ſunt
tenebris, catholicis noſtris fide firmis do-
ctoribus, errorum nebulas ratione & arte
diſcutientibus, in claram probatæ fidei no-
ſtræ cognitionē, ſi Dominus annuerit, reuo-
centur. Similiter & ſi illi, qui huiuſcemodi
nō modò ſubdolè ſerpentibus, ſed & paſſim
nunc palàm volantibus, ſeq; infirmis ani-
mis inſigentibus, hæreſum iaculis pniciosè
vulnerati ſunt, ocyus ſanētur. Quod niſi fa-
ctum, & citiùs factũ fuerit, videbitis patres,
quod lugebitis. Sed ne, quod veremur, acci-
dat: nos, quibus aliquid veſtræ ea parte ſoli-
citudinis impoſuiſtis, quique rem tanquam
ſub proſpectu noſtro non ſine mœrore ca-
dentem, acriùs, ſed & * amaris plerifq; me-
timur, cum reuerentia ſupplices rogamus. for. * amantius plerunquè
Et quia expedire, & vix aliter abſque grauiſ-
ſimo ſcādalo & iremediabili, fieri poſſe pu-
tamus, bona fide conſulimus, ne irrita facia-
tis, aut quantum in vobis eſt, fieri permitta-
tis, etiā ſub periculo corporalis ſalutis, cùm
pro domo Dei ſecundum profeſſionem no-
ſtram (vt rationabiliter ſcribitis) nos mu-
rum, qui periculis aut impulſibus vſque dũ
ruat, nō cedit, ponere debeamus: ea ſcilicet,
quæ Spirituſancto dictante, non modò ſe-
mel aut altera, ſed & tertia, vt ipſi (de qui-
bus agitur) ſuis ad nos ſcriptis teſtantur,
immò & quarta vice de ore veſtro proceſſe-
runt. Sed eos quos tam ſolenniter vocatis,
quia ardenter eorum (vt oportet) ſalutem
optatis, quanlibèt longiùs abijſſe videātur,
ſi venire voluerint, vt magnam nobis &
multis ſpem ſcriptis ſuis dederunt, expanſo
læti ſinu recipere benignè, & patienter au-
dire, in viam ſalutis & veritatis miſericor-
diter & manſuetè dirigere, & ſi redire reſi-
piſcentes cupierint, in communionem fra-
ternè admittere aliaſque conſtanter & per-
ſeueranter facere velitis, quæ pro ipſorum
reductione & Eccleſi pace & reformatione
apud vos ſalubriter ſtatuiſtis. Vndè fide-
lium mentes, quæ à iocunditate, quam ve-
ſtris (vt præfertur) ſalutari cōuentione, or-
dinato in agendis proceſſu, deuotaq; & ſim-
plici conuerſatione longiùs viuificum ſuum
odorem in ædificationem fidelium ſpargē-
tibus conceperunt, ſtupefactæ nimis & ve-
lut amentes conciderunt, geminata conti-
nuandaque lætitia erigetis. Hæc ad qualem-
cunque veſtram conſolationem amore, qui
reuerentiam neſcit, ſcripſiſſe voluimus, pe-
tētes, nos de incuria & ruſticitate haberi mi-
ſericorditer excuſatos: q̄a bona & ſimplici
fide vobiſcum, velut cum patribus noſtris
&

& præceptoribus indulgentiſſimis, agimus. Neque cultiùs, emendatiùs, aut mundiùs propter temporis anguſtiam, quæ poſita ſunt, reſcribere curauimus, de veſtra benigna ſupportatione confiſi. Cæterùm ſi vobis videatur, deputentur venerabiles patres domini Terbraceñ. & de Langem ordinis Ciſterciēſis harum partium de vicino abbates, aut alij, prout vobis videbitur, qui frequentiùs nobis veſtro nomine de occurrentibus nouis & bonis in conſolationem noſtrum & aliorum ſcribant per occurrentes opportunè nuncios. Mittimus dominationibus veſtris copias literarum communitatis Nurenbergeñ. nobis a Prageñ. directarum, & noſtrarum ad eoſdem. Et ſicut Prageñ. Nurenbergenſibus, pariformiter & Egreñ. ſcripſerunt, qui optimi mediatores in currente noſtro negocio exiſtunt: Etiam recepimus ab amicis Eccleſiæ quoſdam profeſſionis articulos, in quos dicūtur ſub magno apud nos ſatis ſi * doctores & clerus ciuitatis Prageñ. veteris & nouæ conueniſſe. Quos ſi in congregatione audire volueritis, nulli tamen copia decernatur, quouſque plenius quod expectamus, reſponſum habuerimus, ne fortan ipſi in inſtanti ſua & plena totius regni congregatione, meliùs & aliter deliberent. Cōmitatur tamen aliquibus doctoribus ſacræ paginæ & aliarū facultatum, ſicut videbitur, vt diligenter videant & examinent, quatenùs opportuno tempore quid agendum ſit, ea parte proferant. Verùm huiuſmodi articuli in lingua & ſcriptis Bohemicis ad nos peruenerunt, & in Latinum quidam doctor ſatis celebris in medicina, alter verò in idioma noſtrum Alemanicum tranſtulerunt. Mittimus, vtrunque, vt collatione adinuicem habita, clariùs intelligere ipſorum intentionem poſſitis, & de occurrendo eis cogitare ſalubrius erit, & (vt confidimus) facilius ipſos literali congreſſu deuincere, quàm hoſtili campo cum eis ſub periculo cladis aut fugæ noſtrorum cōfligere. Quid expediet, vnctio vos Spūs qui velut hoſpes beatificus corda veſtra inhabitat, docebit, vt optamus, & iugiter orabimus. Noſtri memores in Dño Valete. Scriptum Nurenbergæ, 16. Februarii, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimoſecundo.

LITERA IMPERATORIS CONSTANtinopolitani, miſſa ſacro Cōcilio Baſileenſi.

IOānes in Chriſto Deo fidelis Imperator & moderator Romeorum Palæologus ſemp Auguſtus, ſacroſanctæ Generali ſynodo Baſileenſi, ſalutē in eo, q oīum eſt vera ſalus. Literas V.R. recepimus p reuerēdū Antonium Epiſcopum Sudeñ. & fratrē Albertum de Criſpis ſacræ Theologiæ magiſtrū, oratores veſtros, ex quibus & etiam relationibus præfatorum benè notauimus optimam diſpoſitionem atque intentionē Deo amabilem, quas V.R. pro tota Chriſtianitate geris, & ſpecialiter pro nobis, id eſt, pro unitate Eccleſiæ ſanctæ Chriſti. Et ſup hoc lætati ſumus maximè, quoniam hortamini nos pro illis, pro quibus & nos iam diu hortati fuimus inſtanter Eccleſiam Romanam. Multoties enim ſcripſimus, & miſimus illuc pro unitate prædicta, ut omnibus patet. Tantis autē legationibus factis ex parte noſtra & tanta ſolicitudine oſtenſa, non permiſerunt cauſam circunſtantię eorum, vt finem acciperet noſtra uoluntas & tractatus. Ad præſens igitur de eiſdem his, & cum ſimili & eadem diſpoſitione V.R. ſcribimus, quærentes filij concilium ęcumenicum ſub præſentia omnium perſonarum neceſſariò debentium intereſſe ſecundum antiquū ordinem & conſuetudinem. Et tale concilium fieri canonicum, liberum, inuiolatū, & ſimpliciter ſecūdum formas antiquorum œcumenicorum conciliorum. Et omne illud, quod Deo dante in tali concilio vnanimiter & concorditer concluſum fuerit, hoc firmū haberi indubitanter & ſine contradictione & lite quacunque, quæ omnia dicta fuerunt & conceſſa, & confirmata à ſancta Romana Eccleſia per plures legationes ad eā noſtra parte factas. impedita autem fuit iſtorum concluſio & effectus propter tēporales circunſtantias, vt ſupradictum eſt. Sed quoniā V.R. in præſenti tempore tantam promptitudinem ſuper iſtis oſtendit, quòd legationem ſpecialē fecerit pro iſtis, & hortata nos fuit literis & relationibus ſuorū oratorum, propter hoc & nos mittimus ambaſiatores noſtros, familiarem Imperij noſtri * Abbatem ſcilicet monaſterij S. Demetrij Iſidorum, & familiarem noſtrum Ioannē Diſſipatū, per quos petimus & rogamus V.R. quòd ad hoc Deo amabile opus unionis conſeratis omnem curam & ſolicitudinē, vt fiat & concludatur dictum laudabile opus veſtris ſtudio & diligentia noſtris correſpōdentibus, cū nota ſint aliqua neceſſaria ad hoc, & eius operis executionem, cōmiſimus de iſtis prędictis noſtris ambaſiatoribus, q V.R. latiùs & clariùs omnia referent & manifeſtabunt. placeatq; V.R. eiſdem dare plenam fidem.

Datum in vrbe noſtra Conſtantinopolitana. 1433. Die 15. Octobris.

LITERA REGIS DACIÆ MISSA Sacroſancto concilio in fauorem ordinis S. Brigittæ, lecta in generali congregatione die Veneris, 26. menſis Martij, 1435.

Reuerendiſſimis in Chriſto patribus ac dominis præſtantiſſimis, honore præcipuo venerandis, pro concilio generali celebrando in Spirituſancto Baſileę legitimè congregatis, Ericus Dei gratia Sueciæ, Noruegiæ, Sclauorum, Gothorumq; Rex. & Dux Pomeriæ, ſalutem & ſynceram noſtri in Domino recommendationem.

REuerendiſſimi patres & domini, Regalis præeminentiæ requirit dignitas & officium, illudq́ue præcipuum in ſui pectoris armariolo iugiter verſare debet, vt poſt diuinæ cultum maieſtatis modis & mediis, quibus poterit, in effectum producat, quòd ſubiectus ſibi populus, pacis tranquillitate frui & gaudere valeat, & præſertim hi, qui ſpretis curis & vanitatibus labẽtis ſeculi, Deo inhærere (cùm ſibi ſeruire, regnare ſit) totis deſideriis inardeſcunt. Cuiuſmodi ſunt vtriuſque ſexus homines religioſi, & p̄ſertim ordo ille deuotiſſimus beatæ Brigittæ, ſancti ſaluatoris nuncupatus, qui in loco Vnadzſteñ. regni noſtri Sueciæ, Dei diſpenſatione (vt piè creditur) laudabile ſumpſit initium, & poſtmodùm per diuerſas mundi partes in ſalutẽ multorũ à via rectitudinis aberrantium, commendabile ſuſceperat incrementum. Ipſius nẽpe B. Brigittę ſanctiſſima vita, virtutum præclara merita, necnõ magnifica & ſtupenda, quæ glorioſus & mirabilis Deus in ſanctis ſuis per illam fecerat, & ſine intermiſſione in his terræ finibus facit opera, mentes hominum ad credendum attrahunt, hunc ordinem, cum ſuis viuendi regula & conſtitutionibus, à Deo ſpecialiter proceſſiſſe. Apparet hoc idem de deuota & irrepræhenſibili vita perſonarum in eo degentium, exemplis ſanctimoniæ & doctrina ſaluberrima, quibus innumerabilis populus diuinitùs illuſtratus, latam & lubricã deferens viam, quæ ducit ad mortem, arctã cœleſtis patriæ ſemitam ambulat confidenter. Sed heu venerandiſſimi patres & domini, accepimus nuper, quod dolenter referimus, ex illius non dubitamus inſtinctu, cu-
Sap. 2. d ius inuidia mors introiuit in orbem terrarum, ſurrepſiſſe videlicet in ordine prædicto nobis dilecto periculoſas quaſdam ſciſſuras & contentiones, ob quas generales cõfeſſores & aliæ dicti ordinis perſonæ, de monaſteriis regnorum noſtrorum ad reuerendarum paternitatum veſtrarũ præſentiam, ſacroſanctam ſcilicet generalem Baſileenſem ſynodum, ſunt citati. Etiam (vt aſſerit) ad reſpondendum nonnullis articulis, contra libros reuelationum prænominatæ ſanctæ dominæ patronæ noſtræ conſcriptos: qui reuelationum libri in ſalutem indubiè multorum in via fidei & morum titubãtiũ, hic & alibi ſparſim per mundum publicati fuerant & ſolenniter prædicati. Quamobrẽ reuerendiſſimi patres, veſtrarum paternitatum & dominationum congregationem ſacratiſſimam, vniuerſalem Eccleſiam repræſentantem, deuotioribus & efficacioribus, quibus poſſumus precibus aggredimur, inſtantius exorandam, quatenùs ex parte Dei omnipotentis, & eius intuitu, cuius in hac parte vices geritis, noſtrarumq́ue ob deuotarum precum inſtantiam, perſonarum & locorum ſæpedicti ordinis huiuſmodi periculoſas diſcordias ad Deo placentem concordiam reuocare velitis, necnon obloquentium ora ſic obſtruere, quòd ſtare & viuere poterunt deinceps in Dei ſeruitio, ſuaque regulari obſeruantia, ſicut hactenùs in monaſteriis regnorum noſtrorum laudabiliter ſteterant, atque vixerant ſub dicta ſancti Saluatoris regula ſecundum ipſius inſtitutionẽ primitiuam. Inſupèr quòd illa doctrina ſanctiſſima Reuelationum beatæ Brigittę, ſicut in præſens in Eccleſia Dei ad ipſius laudem & gloriam, ad purgationem criminum, bonorumq́ue morum introductionem prædicatæ & publicatæ fuerãt, ſic & amodò publicari & prædicari valeant & teneri. Alioquin exinde ſanabuntur corda ſimplicium, ſcandalizabuntur plurimi, & formidandum erit finaliter Chriſtianæ fidei non minimum detrimentum. Spiritus ille veritatis, qui procedens de thalamo diuinæ Maieſtatis, Apoſtolorum pectora inuiſibili gratia penetrauit, dignetur illuſtrare corda ueſtra ad faciendum pacem, & tranquillitatem in Eccleſia ſua ſancta. Datũ in caſtro noſtro Vuordlingborg. Anno Domini 1434. tertia die menſis Iulij noſtro ſub Secret. &c.

ALIA LITERA CERTORVM Epiſcoporum miſſa in fauorem dicti ordinis, & lecta in congregatione, eodem die.

REuerendiſſimis in Chriſto patribus ac dominis præſtantiſſimis, pro concilio celebrando in Spirituſancto Baſileę legitimè congregatis Petrus Lundenſis, Aſlatus Nidroſiẽſis, Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Archiepiſcopi, Naſuo Othonienſis, Ioannes Roskildenſis, Ioannes Haſloenſis, Siggo Scarenſis, Andoenus Stauangrenſis, Thomas * Strengenenſis, Hermannus Vuibergenſis, Petrus * Hamarenſis, Gerardus Binglauenſis, & Seuerinus Farenſis, eadem gratia Eccleſiarum epiſcopi, cum omni humilitate & reuerentia debita obſequia, votisq́; ac mandatis ueſtris in omnibus deuotè & fideliter obedire. Gratias agimus patri miſericordiarum, & Deo totius conſolationis, qui ſenoſcẽtis mundi miſeriis ineffabili ſua miſericordia, & miſeris, ne in barathrum deſperationis prolabantur, ſalutaribus remediis ſubuenit & ſuccurrit. Hinc eſt, patres reuerendiſſimi, quòd Deus inter alia miſerationis ſuæ opera magnifica & glorioſa, quæ ad laudem & gloriam nominis ſui fieri voluit, in his ultimis finibus terræ pro cõſequenda remiſſione peccatorum, ad dirigẽdos pedes oberrantium in viam patriæ cœleſtis, beatam Brigittam de regno * Sueciæ progenitam, quaſi venam fontis viui ſponſam ſuam & canale gratiæ ſuæ tantis gratiarum aquis abundare fecit, & non ſolum regno prædicto, verumetiam quaſi toti orbi terrarum per eam miſericors Dominus, cuius miſericordiæ non eſt numerus ſalutis & gratiæ

* Stranguinen.
* Hammen.
* Hammen.

gratiæ melliflua pocula dignatus eſt miſericorditer propinare. Ex cuius quidē B. Brigitę meritis & ſanctitate, primum in regno Sueciæ, videlicet Vuadſteyn, ordo ille prę-clariſſimus, S. Saluatoris nūcuparus, inoleuit, ac glorioſum ſuſcepit exordiū. Deinde ſucceſſu breuiſſ. tēporis, & hoc ſatis miraculoſè, in diuerſis regnis & mūdi partibus ex inflammatione vtiq; Spiritusſancti, regibus & Dñis terrarum atq; p̄latis diuinitus facta, plura ſunt innouata & multiplicata monaſteria, in quibus ſororum & fratrum cōuentualium feruens & affectuoſa viget deuotio, & vitæ regularis obſeruātia ſecundū ordinē inſtituta perfectiſſimè obſeruatur, tam per continuas p̄dicationes, quàm per diuinæ maieſtatis cultum & obſequium, videlicet Miſſarum ſoleonia & diuinarū horarum iugiter pſalmodiā. Vnde quali infiniti peccatores de die in diem diuinitùs inſpirati conuertunt, conuerſiq; in breui proficiont, magna virtutū accumulantes incrementa, & ſpirituales effecti, calcatis ſeculi curis, ſentientes ſe corruptibile pondus cū mœrore portare, quibus nil agere libeat, niſi ſolius Dei deſiderio & amori iugiter inhærere. Vnde reuerendiſſ. patres nos vnà cum principibus & p̄latis, & magnatibus, militibus, & militaribus, nobilibus, primis, ac proceribus regnorum pro quieto ſtatu regnorum eorundē in magno parlamento in caſtro & oppido Vuordlingborg regni Daciæ cōgregati, nunc accepimus, qualiter confeſſores totius ordinis p̄ſbatim ad ſacroſanctam ſynodum Baſileeñ. pro ſtatu ſalubri, reformatione laudabili, ac incremento felici locorū & perſonarum vtriuſq; ſexus in eodem ordine ſparſim per mundum degentium ſunt citati. Ea propter patres & dñi reuerendiſſ. dominationes veſtras cum humili & deuota ſubiectione aggredimur implorandas, quatenùs ſi qua in hoc ſacro concilio vſque in præſens literis, proceſſibus, articulis, quæſtionibus vel querelis cōtra dictum ordinem, cuius priuilegia, regulam, conſtitutiones, ſeu inſtituta regularia, iamdudum per ſacram ſedem Apoſtolicam approbata & confirmata, ac etiam contra libros Reuelationum dictæ ſanctæ Brigittæ dominæ diuinitùs (vt creditur) oſtenſatō, quomodolibèt fuerint attentata, ob noſtrarum petitionū humilimā inſtantiā faciatis reuocari. Si qua verò in eiſdē reuelationum libris examinanda & diſcutiēda fortaſſe videant̃, tā cautè & moderatè reformationis ſarculo cum lenitatis moderamine emendētur, ne piarum aurium in poſterū offenſiua fiant ea, q̄ de his libris reuelationē corā populo, nedum in partibus iſtis & regnis, ſed & alibì per mundū publicè p̄dicata fuerant in Chriſtianæ fidei fulcimētum. Alioquin ſi (quod abſit) ex huiuſmodi controuerſijs, litibus, & cōtentionibus ſic (vt præmittitur) motis & attentatis, inſurgeret aliqua ordinis præfati diffamatio, uel à ſui primitiui regularis ſtatus vigore diſceſſio, ex tunc (prout veriſimiliter formidamus) vbiq; & præſertim in partibus iſtis tā in clero quàm in populo fieret maxima confuſio, & deuotionis fidelium feruor ad Deum & ad illam ſanctam, quæ tot, tantis & tā manifeſtis claruerat miraculis & virtutum meritis, vertetur in torporē. Quod vtiq; cedet in fidei catholicæ turbationem & diminutionē, in ſcandalū multorū, & Eccleſiæ, ſaltem in his orbis finibus ſub hoc periculoſo tēpore nō modicū detrimentum. De mō autē cohabitationis Sororum & fratrū in monaſterijs ordinis p̄dicti, q̄ ſituata ſunt i regnis iſtis, quē alij quidā pacis æmuli & tranquillitatis calumniari conant̃, nulla datur hîc cuiquā Chriſtifideliū ſuſpicionis occaſio, ꝙ eorum habitacula adeò firmis altiſque muris & ædificiis diſtincta ac diuiſa ſunt, prout ferè nos oēs, p̄cipuè autē, qui monaſteriorū & locorum eorundem viſitatores ſumus. * ꝙ ſecurè & abſq; conſcientiarum ſcrupulo iuxta primariā ordinis inſtitutionē, quam adeò piè credimus factam aſſe, ſorores & fratres ſicut cohabitant, honeſtè & licitè poterunt cōmorari. Valeat, & in Deo proficiat veſtræ ſanctiſſimæ deuotionis venerabile collegium à Deo cœlitùs inſpiratū, ab æterno prouiſum & præordinatum, & iā in hoc occidui mūdi ærumnoſo tēpore in ſpiritu ſancto legitimè congregatum. Datū in oppido Vuordlingborg Roskildēſis diœceſis anno Domini 1434. die 3. menſis Iulij, noſtris ſub ſecretis &c.

* videtur deeſſe, vidimus, aut aliquid eiuſmodi.

Epiſtola Rothomageñ. ad concilium.

Reuereodiſſimis & honoratiſſimis ac metuendiſſimis patribus, ſacroſanctā ſynodum Eccleſiam vniuerſalem repręſentantem Baſileæ tenentes, humiles veſtri filiali ſubiectione ſubditi conſules & ciues ciuitatis Rothomagenſis. Reuerendiſſimi & honoratiſſimi ac in timore Domini ci ſancto reuerendiſſimi patres, Conſideraotes apud nos nihil eſſe, quod adeò īdignationē prouocet altiſſimi ſicut ingratitudo. Ipſa eñ eſt prouocatio malorū, beneficiorū exinanitio, & extinctio meritorū. Quapropter miſarationum, quas in Eccleſia ſancti Audoeni Rothomageñ. per literas ueſtras magnificaſtis, pro qua uicibus repetitis auſi fuimus ſanctitati veſtræ congregationis dudū reſcribere, iugem habentes firmamq́oe memoriam, nolentes inſupèr illud Iudaicum in nobis notari opprobrium: Non fuerunt (inquit) memores beneficiorum eius, & mirabilium q̄ oſtendit eis, per præſentes literas noſtras, & pro modulo noſtro benedicimus Deum cœli, qui per miniſterium veſtrum faciēs miſericordiam, de puluere tribulationis & ſordibus litigioſæ captiuitatis erigit egenum, vt cum principibus Eccleſiæ Pſal. 105.

ſuæ ſedeat,& ſolium gloriæ inter vos reuerendiſſimi patres, reiecta omni confuſione teneat. Quinimmò eædem literæ veſtræ ab ingẽti, diuturnaque & difficili narratu præfatæ Eccleſiæ ſancti Audoeni ruina,quã pro diſcordia & concurſu guerrarum æſtimamus potiſſimè cõtigiſſe,reſurgendi primitias præſtant nõ modicas. Nanq; lapſos erigunt,vagos congregant, & reuocant aberrantes. Quamobrem non quas debemus ſanctitati veſtræ congregationis, ſed quas valemus & ſcimus,gratiarũ referim* actiones, noſipſos & quæque noſtra ſunt,in obſequium veſtrarum paternitatum filialiter offerentes.Cumque nouella ſit huiuſmodi plantatio pacis in dicta eccleſia & quietis, plantæ verò quæ ſe nondum terræ radicibus adhæſerunt, ſuſpectã habeant tyrãnidem, ac*borealem & ventorũ fortiores nequeãt tolerare excurſus, ſic vt paci & quieti præfatæ eccleſiæ vigilantiùs oporteat prouideri: idcirco reuerẽdiſſimi ac metuendiſſimi patres humiliùs quàm poſſumus veſtris reuerẽdiſſimis paternitatibus ſupplicamus, quatenùs huius Eccleſiæ pacem & quietem iam per vos plusquàm ad medium perductam,dignemini, reiecta omni æmulorum diſſenſione, ad perfectum vſq; perducere. Auxiliante vobis ſanctitatis veſtræ congregationis authore & cõſeruatore ſpirituſancto,qui cum Patre & Filio viuit vnus Deus in ſecula ſeculorum, Amen.Datũ Rothomagi die 18.menſis Iulij,1434.

for.* borealium ventorũ.

LITERA ROMEORVM IMPERATORIS ad idem Concilium.

SAcroſanctæ generali ſynodo Baſileñ. Ioannes in Chriſto Deo fidelis imperator & moderator Romeorum* Palæologus ſemper Auguſtus, ſalutem in omnium redemptore. Ad legationem nobis priùs factam per V.R. reſponſum dedimus per noſtros ambaſiatores ad vos tranſmiſſos, adhortantes E.V.R. ad ſanctiſſimum opus vnionis eccleſiarum Chriſti diu tractatum cum beatiſſimo domino Papa Eugenio & prædeceſſore ſuo, & volentes quod tale diuinum opus ad finẽ optatum pducatur.Intereà verò pfat* dñs Papa miſit ad nos nũcium ſuũ & ſecretariũ venerabilẽ Chriſtophorũ Garatonũ,conceden̄.pro tali propoſito,& permittẽdo, quæ nos priùs petebamus & deſiderabam*, videlicet,q fiat ſynodus pro dicta materia vnionis in hac vrbe Conſtantinopolitana,quem nunciũ libentiſſimè vidimus atque videmus,& acceptauimus illud membrum,quia nobis videtur maximè tendere ad pfectionẽ dictæ ſanctiſſimæ rei ,ppter cauſas V.R.relatas & manifeſtatas p noſtros ambaſiatores. Et multo magis libẽter acceptauimus,quia certificauit nos dictus nuncius, dictum dominum Papam & V.R.tam in hac re quàm ſingulis alijs, eſſe* cuiuſdam volũtatis, quod nobis gratiſſimum eſt. Quare cum dicto nuncio prædictis nominibus nonnulla concluſimus ſuper dicta vnionis materia. Et ,p vltima concluſione & confirmatione omniũ geſtorum cum nuncio antedicto & pro cõplemento aliorum, & vt ſanctũ opus Deo authore incipiat, mittimus ad præfatum ſanctiſſimum dominum Eugenium & ad V.R. Ambaſiatores noſtros nobiles uiros Georgiũ Diſſipatum & Manuelẽ Diſſipatũ eius fratres, familiares & dilectos noſtros, quibus in relationibus ſuper pmiſſis placeat dare plenam fidem. Datum Conſtantinopoli,1434.die 12.Nouembris.

for.* eiuſdem

LITERA DVCIS SABAVDIÆ miſſa ſacro concilio in læſionem domini Ludouici epiſcopi Lauſaneñ. lecta in generali congregatione die ſabbati, 14. Maij, 1435.

SAcroſanctæ ſynodo generali Baſileeñ. humilis & deuot* Eccleſiæ filius Amedeus Dux Sabaudiæ. Humili deuotaque recommẽdatione præmiſſa, Aduerſario & hoſte meo notorio domino Ludouico de Palude & ſuis fautoribus contra me, dũtaxat exceptis, quibus me non recommitto, licèt ex generali doctrinæ ſacræ cõſilio,iniuriæ veniant ab iniuriatis æqualiter tolerandæ. Attamẽ non improuidè talis in hoc modeſtia ſeruanda eſt, vt iniuriantibus ad corrigendum attentata poſtmodùm iniuria innoteſcat, quæ forſan priùs impetuoſiùs à tramite manſuetudinis deuiârat. Cõfiſus itaq; de V.R.P. benigna ſupportatione,conqueri compellor apud eas, hoſtibus ſecluſis: ſuper eo quod nuperrimè dilecto fideli ſcutifero oratore & ,pcuratore meo ad hoc deputato Ioanne Chãpionis in conſpectu veſtro in Eccleſia maiori Baſileenſi. vbi (vt credo) debebat & debet ſibi & omnibus ſeruari totalis immunitas & plena ſecuritas,pſonaliter cõſtituto, poſt intimatã eiſdẽ P.& parti aduerſæ, videlicet dicto dño Ludouico aduerſario & hoſti meo, ibidèm tunc præſenti, appellationem iuſtã à quadam prætenſa ſententia generaliter (vt fertur) in cã eccleſiæ Lauſaneñ. ſicut placuit in fauorem dicti aduerſarij contra reuerendum in Chriſto patrẽ dominum Ioannẽ de * Pringino epiſcopũ Lauſaneñ. nuper lata, quæ vtinam pro honore concilij ſine alio præuio moderamine & cauſæ maturiori iuſtificatione, nunquã fuiſſet ,pmulgata: ſtatim inſurrexerunt quidã ex ,pcuratoribus, necnon procurator fiſcalis ac etiam procurator fidei, qui tamen, vt prudens, fuit aliis magis temperatus, licèt vrgeretur, & cum clamore valido petierunt, quatenùs idem ſcutifer & ,pcurator meus caperetur,detineret̃, & grauiter puniretur, eo quòd huiuſmodi appellationẽ intimauerat. Surrexerunt etiã innumerabiles alij

cum

eum clamore & ſtrepitu pariter acclamãtes, Capiatur, incarceretur. Nec defuit aliud verbũ violentũ, niſi vt crucifigeretur. Hoſtis inſupèr p̃dictus particulariter debitũ ſuũ hoſtilitatis, hoc idem vociferando, perſoluit, in quo mihi quãplurimùm complacuit: quia qualis erat & eſt apud me, inimicũ publicũ meũ ſe palàm declarauit. Quod tanto moleſtè fero, quãto ipſe ꝓdijt ex vaſallis meis: quorũ meritis p̃teritis ex hoc & aliis operibus ſuis reddidit ſe indignũ ꝑpetuùm. Vndè ſuper hoc, ꝙ in præſentia veſtra * clamigãtat, ſe ex parẽtibus magnis (quorũ aliqui defuncti ſunt in parentu meorũ obſequio) traxiſſe originẽ, fateor verũ eſſe hoc qđ dicit, quia ex bonis & fidelibus parẽtibus ortus eſt, qui tã erga me, q̃ inclytos progenitores meos, debitũ fidelitatis firmiter exercuerunt. Vtinam non fuiſſet nec eſſet idem aduerſarios degener, contra me & iuſtitiã meam attentando: quo cum diuino & dominorum meorum auxilio, non poterunt ipſe & ſui præualere. Scio tñ remedia mea, quibus vtar loco & tẽpore contra ipſos. in hoc autem qđ allegat magnitudinem parẽtum, allegat veritatẽ; ſed non credat aliquis, me non habere ſine cõparatione potiores ſe. Habeo eñ per Dei gratiã vaſallos & ſubditos inſignes in bono numero, ducali, Marchionali, principali, comitali, Baronali, & Banneriali dignitatibus inſignitos vltra valuaſſores: cuius fallaciis aſſerunt & me ea, q̃ geſta ſunt in p̃dicta cã Lauſaneñ. ignoraſſe: ſed ea ex ſuggeſtione aliquorũ ſeruitorum meorum ꝓceſſiſſe, credere non debuiſſetis, nec debetis. Habetis eñ de contrario argumenta notoria, videlicet literas meas manu propria ſigillatas & ſubſcriptas, ac frequẽter oratores meos fideles, * quos non oporteret in aliquo vacillare, Hiraldum tunica armorum meorum veſtitum. deinde reuerendũ in Chriſto patrẽ epiſcopũ Vexioneñ. ac venerabilẽ doctorum ſcholaſticũ Andegaueñ. per vos ad me nuper deputatus, qui ſciuerunt ex meo immediato oraculo mentem meam in hac parte. Et nunc habetis efficaciſſimum meæ voluntatis indicium in hoc, ꝙ non per procuratorẽ, ſed in propria perſona coram authenticis perſonis appellaui. Miror, qualiter & quomodò V.R.P. tot vicibus permiſerunt & permittunt ſe à p̃dicto aduerſario & eius fiſtulis dulcè canentibus ſic decipi. Sed omnibus conſideratis, non admiror: quia facies dealbatæ multos feſellerunt, atq; fallunt. Non credebam tñ, ꝙ ad complacendum vni monacho, iuſtitiam iuſti iniuſtè auferre ſatagenti, maximè ex actu ordinatiſſimæ iuſtitiæ, videlicet appellationis, debuiſſem in pſona mea ſcutiferi & procuratoris ſic offendi & etiam in ſedibus oratorum meorum prægrauari. Nõ eñ ſic turbari debuiſſetis ex appellatione ſupradicta. Eſt enim cõmune vulgare, quòd cuicunque cuiuſcunq; ſtatus etiam infimi licet proteſtari, appellare, & etiam mendicare, & maximè contra me, qui me conſcium alicuius offenſæ ſacro concilio vel alicui ex ſuis ſuppoſitis hucuſque illatæ, non ſentio. Quinimmò ad profectum & augmentũ ipſius concilij vijs poſſibilibus tam erga ſanctiſſimum, dñm noſtrũ Papam, cuius ſanctitatem plùs debito, ſed Dei zelo, hac de cauſa frequẽter ſtimulaui, & nimis exaſperaui, quàm erga principes conſanguineos, confœderatos & amicos, cum omni feruore laboraui. Vndè p̃ter teſtem æternum poſſunt (ſi velint inniti veritati) eſſe mei teſtes reuerẽdiſſimus in CHRISTO pater dñs legatos, Abbas Verziliaceñ. Oratores Pariſieñ. & cæteri primordiales concilij, à quibus continuis precibus commonebatur tunc quamplurimùm appreciatus, nunc verò poſt dilationẽ (ſicuti placet) vilipenſus, contemptus & mala ꝓ bonis adeptus. Neſcio eñ vndè ſuit, quòd ſupplicatio per me iterata & reiterata, videlicet pro cã Eccleſię Lauſaneñ. q̃ mea fuit, eſt, & * erit, aliquibus probis auditoribus peritis & partibus non ſuſpectis, committeretur via & ordine iuris tractanda & diffinienda. Nunquam potui obtinere, quod etiam vni Sarraceno nõ fuit denegandum; niſi quia ſic placuit illi bono domino Ludouico, & ſuis fautoribus ſatis mihi notis. Scio enim & fateor indubitanter ipſi ſacro cõcilio plures & plures adfuiſſe & adeſſe dominos ſapientiſſimos, iuſtos, manſuetos, & pios, quibus præmiſſa attentata tanquam iniqua diſplicuerũt & diſplicent, quos indè culpare neſcirẽ, niſi ex hoc quòd aliis partialib9 forſan ex metu vel falſa perſuaſione conſenſerunt. Indulgere mihi dignentur V.P.R. ſaluis aduerſariis, ſi in præmiſſis alicubi exceſſerim, quod tamen non credo, nec intendo ad diſplicentiã earum quicquã expreſſiſſe. ſed duntaxat pro quiete & notitia mentis meæ. Nunquam enim tranquillã dediſſem oculis meis dormitationem, quouſque tanquam filius ad patres querimoniam meam protuliſſem. V.R.P. cõſeruare & adiuuare dignetur omnipotens ad opus ſuum perficiendum. Scriptum Rapalliæ die prima Maij 1435.

* ſuper quib a

for. * erit, non

LITERA DVCIS MEDIOLANENSIS, miſſa Concilio in Auguſto, anno 1435.

REuerendiſſimarum paternitatum veſtrarum filius Philippus Maria Angelus Dux Mediolanenſis, item Papiæ Angleriæque comes, ac Ianuæ dominus. Reuerẽdiſſimi in Chriſto patres & dñi mei præſtãtiſſimi, cooperante gratia diuina, habeo nuper feliciſſima noua de victorioſa & triumphante claſſe mea Ianuenſi, quæ hoſtilem armatam regis Aragonum apud *Gaietam ex toto conflixit, captis (vt recitant literæ

per me habitæ) ipſo rege & duobus fratribus ſuis, videlicet rege Nauarrę, & magiſtro ſancti Iacobi, necnon principe Tarẽti, Duce Gueſſę, & filio domini Chriſtophori Gaietani comitis * ſeudorum, aliiſq; Baronibus ſecũ exiſtentibus, exceptis infante Don Petro, & principe Salerni, captis etiam nauibus & nauigiis ipſius armatæ, omnibuſq; gentibus hoſtilibus, quæ ſupra ea militabãt. Hanc ideo tam felicem diuinamq; victoriã ſtatim R.P. veſtris intimare decreui, vt cùm omnes felicitates meæ propriæ veſtræ ſint, mecùm laudes altiſſimo agentes, indè lætari & gaudere poſſitis, & continuò meliora ſperare, ad laudem & gloriã ipſius qui piiſſimus eſt donator omnium gratiarum. Datũ Mediolani die 20. Auguſti, 1435. Poſt ſuprascripta certioratus ſum, p literas proprias magnamini & glorioſi capitanei claſſis meæ Blaſij de Axereto, ꝙ vltra p̃nominatos reges & alios captos, etiam captiui remanſerunt dictus infans Aragonum & Vicerex Siciliæ filius Ducis Gueſſæ Meneguтius de laquila Capitaneus lancearũ 300. aliiq; multi Barones & nobilex vltra 400. & armigeri vltra mille, & gens alia infinita ad milliaria. Capta p̃terea fuit tota hoſtilis claſſis, p̃ter duas naues minores, q̃ euaſerũt. Conflictus autem fuit ſuis terreſtris exercitus, q cõtra Gaietã militabat, captis bõbardis & munitiõib⁹ q̃buſcũq;. Deniq; ꝓ maieſtatis diuinæ clementia tanta fuit ipſa victoria, ꝙ ſtupendum & mirabile dictu eſt. Ipſi laus, gloria, &c. Datum vt ſuprà.

* fundorum

COPIA LITERARVM DOMINI Imperatoris Græcorum ad Concilium.

IOannes in Chriſto Deo fidelis Imperator & moderator Romeorum Palæologus ſemper Auguſtus, ſacroſaocto generali concilio Baſileeñ. ſalutem in eo quæ eſt vera ſalus. Venerabiles veſtri ambaſiatores miſſi ad nos cũ noſtris ambaſiatoribus hîc adfuerunt, portantes nobis literas veſtras. Ex quibus literis & etiam relatione ipſorũ, cùm ſapienter & clarè expoſuerint oĩa ſibi commiſſa, cognouimus & certi fuimus de optima diſpoſitione ſei nentique deſiderio, quæ ad opus vnionis Eccleſiarũ Chriſti geritis. Pro quo & nos etiam antè plurimũ laborauimus & ſtuduimus, & nunc ſtudemus, & diligentem operã facimus. Perlecto etiã decreto quod ſactum eſt per vos ſuper tali materia, etiã difficultates aliquæ in eo repertæ & illis oſtenſæ, per Dei gratiam remotæ ſunt, & grata nobis habuerunt remedia, ità ut vniti & concordes remanſerimus. quare per noſtrum chryſobulũ illa firmauimus & roborauimus, ſicut de oĩbus latiùs & particulariter R.P.V. à venerabili viro Hẽrico vno dictorũ veſtrorum ambaſiatorum ſciẽt, qui pro iſta cã ad vos reuertitur. Oĩa igitur illa, q̃ ad nos attineãt, & à nobis debeant fieri, cum multa diligentia vſq; ad finẽ Deo authore ſacturi ſumus. Voſq; rogamus, vt ſimiliter cum pari charitate & prõptitudine ad hãc ſaoctiſſ. rẽ procedatis, & nihil deficiat de incumbẽtibus vobis ſpecialiter verò plurimùm & cum multa inſtãtia vos petimus & rogamus, de loco in quo mediata ſancta vniuerſalis & œcumenica ſynodus celebrãda eſt, vt deputeť & eligať vnus locus ex maritimis, vt ſine difficultatibus & incõmodis magnis poſſint venire & cõduci neceſſat iò cõgregãdi ibidèm, & maximè ſanctiſſ. mihi dñs œcumenicus patriarcha, qui eſt ſenex & cõtinua infirmitate grauatus. Et p̃cipuè hoc etiã petimus & rogamus, propter ſanctiſſ. & beatiſſimum dñm Papam, quia caput eſt Eccleſiæ Romanæ & Occidentalis, & eius pręſentia eſt neceſſaria, & quãplurimùm valet. Propterea (vt diximus) moltùm rogamus vos & precamur, vt circa hoc bonã diligentiã & deliberationem faciatis, nibilominùs non recedentes à geſtis circa hoc & alia inter nos & vos.

Datum in vrbe noſtra Conſtantinopoli, 1435. die 26. Nouembris.

COPIA LITERARVM DOMINI Patriarchæ Conſtauninopolis ad Concilium.

IOſeph miſeratione diuina Archiepiſcopus Cõſtantinopolis nouæ Romæ & ęcumenicus Patriarcha, reuerendiſſimis Cardinalibus ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & reuerẽdis epiſcopis, & omoibus aliis religioſis pſonis cõgregatis in ſacra ſynodo Baſileeñ. dignam & condecentem ſalutem reddimus reuerentiæ veſtræ cum ſyncera diſpoſitione & charitate ſpirituali & amicitia. Venerabiles veſtri ambaſiatores &c. vt in præcedenti litera, vſque, congregandi ibidèm. Et maximè propter me, qui ſenex & continuis infirmitatibus grauatus ſum, & præcipuè propter ſanctiſſ. dominum Papam &c. vt in litera immediatè præcedenti, vſque ad finem. Datũ Conſtantinopoli, 1435. die 26. Nouembris apud patriarchium noſtrum S. Sophiæ.

COPIA LITERARVM FRATRIS germani domini Imperatoris Græcorum.

SAcroſanctæ vniuerſali ſynodo Baſileeñ. in ſpiritu ſancto legitimè congregatæ, ac vniuerſalem Eccleſiam repræſentanti, Conſtãtinus in Chriſto fidelis deſpotus Romeorum Palæologus, ſalutem in eo qui eſt vera ſalus. Literas V.R.P. per venerabiles veſtros ambaſiatores recepimus, quibus ex literis & ex relatione ipſorũ ambaſiatorum de optima voluntate & promptitudine & feruentiſſimo zelo, quæ ad hoc diuinum vnionis eccleſiarum Chriſti opus geritis, certificati fuimus: quanuis rebus ex ipſis ſatis intellexerimus eas. quare veſtram intentionẽ quãplurimum laudamus, & veſtrarum virtutum condignam iudicamus, cùm non poſſit cogitari

gitari

gitati alia res, in qua V. R. P. ſuis viribus at-
que ſtudijs vteretur rationabiliùs & lauda-
biliùs, quàm in hac, quę ad communē Chri-
ſticolarum vtilitatem & Chriſtianæ fidei
incrementum ſpectet. Hortabatur etiam V.
R.P. vt dictis veſtris ambaſiatoribus auxi-
lia & fauores circa ſuum propoſitum, pro
quo huc deſtinati ſunt, gratè adhibere veli-
mus. Quod quidem licèt ab omnibus Chri-
ſtianis veris debeatur, propter rei præſentis
dignitatē, nos tamen ipſi magis hoc debere
facere exiſtimauimus, & per gratiā Dei plùs
quam debeatur, intendimus ſuper hoc labo-
rare. Et propter hoc quantùm nobis poſ-
ſibile eſt, vt tale diuinum opus ad finem opta
tū deduci poſſit & valeat, ſtuduimus, & in fu
turū ſtudebimus, & ſic mirabiliter huius rei
deſiderio tenti fuimus, vt V.R.P. prōptiſſi-
mam in hac re exiſtentem, cum maximaque
diligentia procurantē, (prout proſequitur)
& nos ipſi peteremus iterum & vos rogare-
mus, vt omnes difficultates velitis ex medio
tollere, & omnimodam diligentiā adhibere
ad conſummationem huius diuini negocij.
Nunc enim multi tractatus & legationes ab
vtraque parte ad talem terminum cum gra-
tia Dei deueoerunt, vt non indigerent ali-
quo alio, niſi executione ſola & ꝓgreſſu rea-
li & cum effectu. Et proculdubio confidi-
mus, quòd V.R.P. ſic faciet, & bono princi-
pio optimum finem apponet, Talem autem
intentionem noſtram, quam & multis alijs
cauſis iuſtis habemus, & propter veſtrā peti-
tionem multo clariorem & feruentiorem
habemus à venerabili Henrico vno dictorū
ambaſiatorum veſtrorum, latiùs & particu-
lariùs ſciet V.R.P. qui eidem P. & de alijs ad
iſtud propoſitum attinentibus referet. Nos
verò ſemper ad omnes honeſtas & rationa-
biles petitiones paratos eſſe & fore R.V.P.
agnoſcat. Datum Conſtantinopoli 1435. die
26. Nouembris.

LITERA DVCIS FEDERICI
Iunioris Auſtriæ, miſſa Concilio, le-
cta in generali congregatio
oe die Veneris 30.
Martij, 1436.

Reuerendiſſimus ac reuerendis in Chri-
ſto patribus & dominis ſacroſanctam
Generalē ſynodum Baſileen. repræſentanti-
bus vniuerſis E. V. R.P. mandatis obedire
&c. paratus Fredericus iunior Dux Auſtriæ.

Reuerendiſſimi reuerendique in Chriſto
patres & domini, literas ſacroſanctæ ſynodi
Baſileeñ. per venerabilē & circumſpectū vi-
rum dominum Ioānem de Polomar, decre-
torum doctorem eximiū, ſacri palatii Apo-
ſtolici cauſarum auditorem, ac prætacti ſa-
cri Concilii Baſileeñ. Oratorem, cum ea qua
decuit, reuerentia accepi, vnà cum eiuſdem
auditoris legali relatione ſubſecuta. Ad quæ
omnia tanquàm humilis & obediens ſanctę
matris Eccleſię filius & princeps catholicus,
me fatebar animum habere diſpoſitum &
inclinatum. Quia verò adeò noniter regi-
men & gubernationem principatuum ac do
miniorum meorū extra adeptus, reſtant ad-
huc certa iura per me expetenda, quorū ali-
qua eccleſiam * Gurzen, ipſiuſque caſtra, &
me aduocatum dictæ eccleſiæ, patriæ quo-
que principem ac protectorem, contingūt,
Qua de re & propter alias cauſas vtilitatem
dictæ eccleſiæ potiſſimè reſpicientes, præfa-
to oratori veſtro lympidiùs explicatas, ex-
pediens uiſum fuerat, negocij huiuſmodi
executionem differendam, ipſosq; ſuper di-
cto epiſcopatu ſibi aduerſantes, ad iſtas Au-
ſtriæ partes conuocandos ſub ſpe peropti
mæ pacis ac perficiendæ compoſitionis. Et
deſupèr reuerendo in Chriſto patri domi-
no Ioanni dictæ Eccleſiæ Epiſcopo, literas
meas tranſmitto de præſenti. Quocirca pa-
ternitates veſtras accuratiùs deprecor, qua-
tenus præfato dño Epiſcopo indilatè adue-
niendi fauorabiliter dignentur licentiam
impartiri. Spiritusſanctus in cuius eſtis no-
mine cōgregati, ad ſuæ ſanctæ Eccleſiæ vti-
litatem vos feliciter dirigat & conſeruet.

Datum in noua ciuitate die 3. menſis
Martij, anno Domini milleſimo quadrin-
genteſimo trigeſimoſexto.

LITERA REGIS ARAGONVM
miſſa concilio, lecta in congregaòooe
generali io vigilia paſchæ, 7. men-
ſis Aprilis 1436.

SAcroſanctę generali ſynodo Baſil. in ſpi
ritu ſancto legitimè congregatæ, vniuer-
ſalem Eccleſiam repræſentanti, eiuſdem S.
Eccleſiæ Dat humilis & deuotus filius, Al-
phonſus Dei gratia rex Aragonum, Sicilię-
que citra & vltra pharū. Sacratiſſima ſyno-
de in Spiritu ſancto legitimè congregata,
longum nos deſiderium tenuit, ut ſolennes
ad uos Oratores mitteremus, Quod profe-
ctò ut debitum fuiſſet, diu * eſt executioni * eſſet
mandatum, niſi nos quemadmodùm toti,
orbi notum eſt, præpediti fuiſſemus. Hoc
itaque tam ſanctū propoſitum è manibus,
rerum maximarum quidam cumulus nexu
penè indiſſolubili deuinctus, non uoluntas,
quę teſte Deo ſemp ad hoc nobis ardēs fuit,
extorſit. Nūc autem quia nobis ueridicè re-
latum extitit, quanta cura, quanta ſolertia,
quanta denique vigilantia in præſentiarū
incumbitis circa ea, quæ ad Eccleſiæ Dei re-
formationem, hęreſum extirpationem, &
pacem inter ſeculi principes componendā
maximè faciunt, & quemadmodum etiam
toto pectore operam datis, vt nō ſolùm Bo-
hemorum vnio, quam Deo auxiliante acer-
rimis diſputationibus, & indefeſſis inaudi-
tiſque laboribus procuraſtis, concludatur,
ſed etiam vt Græcorū reductio diu à Chri-
ſtiano populo maxima cum auiditate expe-
tita, feliciter fiat, nō modò alacres, ſed di-
uino inſupèr (vt putamus) quopiam nuncio

innitati fuimus, vt quãus nõ ſimos ab huioſmodi rerum difficilimarum laqueis omnino expediti, vellemus vlteriùs * morari laudabile illod diu mente noſtra agitatum propoſitum parere. Cupientes igitur tot & tantorum operum bonorum, quorum glorioſos eſt fructus, participes fieri, quod vos qui in vinea Dñi aſſiduè laboratis, apud æternũ illum luminum patrem & rerum omnium conditorem conſequuturi eſtis, legationem noſtram omni authoritate inſignem, ad ſacratiſſimum cœtum veſtrum mittere decreuimus, vt ſi totius diei pondus & æſtus non portauimus, ſaltem bonam magnamq; eius partem aliquam ſuſtineamus, qua poſſimus diuina clementia ſuffragante, cũ his qui in operando primi fuerunt, efficaciter in ipſa vinea laborare, voſque pro viribus ad optatiſſimam illam ac felicem Græcorum adipiſcendam reductionem iuuare. Quam quidẽ rum ad diuini cultus amplificatiooẽ, ad ipſorum ſalutem & concordiam, tum ad veſtri ſempiternam memoriam immarceſcibileq; coronam immortalitati perpetuò conſecrãdam pernecelſarium arbitramur. Iam autem delecti ſuot viri illi, quibus hæc prouincia eſt committenda. Literas & nuncios prætereaio omnes partes noſtras nuper deſtinanimus, ac alias etiam nouiter duximus deſtinandas. Quibus omnes reuerendos & venerabiles prælatos plurimoſq; ſacrarum literarum eximios interpretes, demum canonũ ac ciuilis ſapientiæ inſignes doctores hortamor, & inquantum in nobis eſt, cõpellimos, vt pro tam pio negocio faciliùs conſumando, breui ad vos proficiſcantor: nec lõga certè mora temporis contrahetur, quin noſtra ipſa legatio, quæ ire propediẽm habebit, vobiſcum ſit. Simile quoque erit de his de quibus ſuprà diximus. Si quid autẽ aliud fuerit, qood pro Dei Eccleſia veſtriq; ſtabilitate & conſernationem ampliùs facere poterimus, illud grauiſſimo animo pficiemus. Datum in noſtra ciuitate Gaietæ die 8. Martij, anno à natiuitate Domini 1436.

Rex Alphonſus.

for. * non morari, ſed

Matth. 20.

EPISTOLA DVCIS ALBERTI Auſtriæ miſſa cõcilio, lecta in generali cõgregatione die Veneris 30. Martij, 1436.

REuerendiſſimis in Chriſto patribus ac dominis vniuerſis, in ſacroſancta generali Baſileeñ. ſynodo, in ſpiritu ſancto legitimè congregatis, vniuerſalem Eccleſiam repræſentantibus, dominis & amicis chariſſimis Albertus Dei gratia dux Auſtriç, marchioq; Morauiæ. Reuerendiſſimi patres domini & amici chariſſimi, deuota recommẽdatione pręmiſſa, ſanctum viſitationis & reformationis opus in diœceſi Pauieñ. & dominiis meis, reuerendis in Chriſto patribus domino epiſcopo Conſtantieñ. prouinciæ Rothomageñ. ſuiſque collegis in Bohemiam legatis per ſacrum Baſileeñ. conciliũ, ad precum mearum inſtãtiam deuotam, iniunctom prudenter & reuerà multùm accuratè inchoatum, continuatur indiès adeò feliciter. eſtq; iam in multis locis patratum tã amabiliter, ꝙ omni dubio ceſſante in vtroq; ſtatu factis & exemplis, vt opera euidenter demonſtrant, vbertimus indè ſequetur fructus. Aſſurgo igitur, Deo qui hoc ſanctum opus inſpirauit, nec minùs veſtro ſãcto cœtui grauiarum actiones deuota mente referendo. Petens denique humiliter, ſi fortè aliqui iam ſancto operi, tamque ſalubri non fauẽtes, viſitationem & reformationem huiuſmodi extinguere aut impedire conarentur, quòd tales contra præfatam ſanctam commiſſionem cum exauditionis affectu vel effectu non admittatis. Verùm patres reuerendiſſimi (vt ſine circuitione loquar) veſtras certifico paternitates, ꝙ in viſitationis & reformationis præmemoratarum ꝓſecutione nihil aliud quærit, niſi Deo præcipuè obſequi, & deinde perſonas viſitãdas à longo tempore (quod dolenter refero) multùm collapſas, ad ſtatum reduci conuenientẽ. Nec eſt qui veridicè dicere poſſit, ꝙ in viſitatione & reformatione prædictis alicuius lucrum ſeu commodum priuatũ, quouis quæratur modo. Recommendo me veſtris paternitatibus digniſſimis cum prona voluntate in ſingulis complacẽdi. Datũ Viẽnæ die 8. mẽſis Martij, anno Domini 1436.

DIVERSORVM AD DIVERSOS EPISTOLÆ

de concilio Baſileenſi, aut de negocijs ad concilium illud ſpectantibus, tractantes, hîc ſeorſom cõgeſtę, & iuxta data ipſarũ, quantùm ex ipſis adoerti potuit digeſtæ.

LITERA A BOHEMIS, CONſulibus ciuitatis Egrenſis tranſmiſſa.

HOnorabilibus & circunſpectis dominis conſulibus ciuitatis Egrenſis, Magiſtri ciuium & cõſoles maioris ciuitatis Prageñ. Seruitium noſtrũ, iuxta præſentis curſus qualitatem, vobis circunſpectis prudentibus amicis intimamus & notificamus, quoniam omnes in vna generali congregatione iam apud nos conſtituti Domini, milites, terrigenæ honorabiles, ciuitates & communitates, ſeculares & ſpirituales, concorditer deliberauimus, & finaliter in hoc manemus, quòd ad cõcilium Baſileeñ. tanquàm ad publicam & ſecuram aodientiam, mittere volumus nuncios noſtros ſpirituales & ſeculares, qui iam ad eundem tranſitum electi ſunt & donati. Aueriat ergo Deus, ne bonũ qood diu deſiderauimus,

& ad

& ad quod iam oſtium apertũ eſt, elato animo contemnamus: ſed parati ſimus, ſaluis tamen quibuſdam aſſecurationibus, iuſtitiã Dei omnipotentis, in quam nos locamus coram omni Christianitate confiteri. Hac tamen conditione adiecta, ut eiſdem perſonis ad eundem tranſitum deputatis, talis ſecuritas procuretur & donetur, vt tranſire ad ipſum concilium, ibidèm ſtare, & ad nos redire valeant ſalui & ſecuri abſque læſione perſonarum ſuarum & honoris, & aliarum rerum quarumcunque. Et ideo cum nunciis à concilio ad Nurenbergam miſſis, deſideramus conuenire in ciuitate veſtra, vbi de modo aſſecurationis & aliis neceſſitatibus noſtris intendimus oretenus loqui cum eiſdẽ, quemadmodùm ex literis eiſdem nũcijs per nos directis, quarũ copiam vobis tranſmittimus, hæc & cætera, quæ ab eis petimus, clarè intelligere poteritis. Affectuoſiùs inſtãterque rogamus, vt quemodmodùm in hac re quæ vergit ad laudem Dei, vtilitatem cõmunem, & pacificationem Christianitatis, exhibuiſtis vos bono initio præmiſſo, impigrè laborastis & perduraſtis vſque huc: ita perdurare velitis, ſcientes quòd merces promittitur incipientibus, ſed perſeuerantibus exhibetur. Rogamus etiam, vt literas ipſas cum veſtro nuncio dirigere velitis Nurenbergam. Etiam deſideramus, inſtanterque rogamus, quatenùs ciuitatibus ſeu oppidis ſubſcriptis, Piſen, Svuamberg, Temez, Blaſvuinſch, Schauſtein, Baleſtein, Ovuegen, & cæteris omnibus regiæ reſidentiæ * paculis, literas veſtras dirigere velitis, & cũ eis practicare, vt nuncij noſtri cum ſaluo conductu & aliis quibuſcunque neceſſariis ita prouideantur, vt ad nos vel alium quemcunque locum, ab ambabus partibus deputatum, ſecurè accedere poſſint & recedere, quotieſcunque fuerit opportunum. Datum Pragę, feria 4. poſt feſtum S. Matthiæ Apoſtoli, anno 32.

for. *pagulis

EPISTOLA MISSA A PRAGENſibus ad nuncios ſacri concilij Baſileeñ. in Nurenberga conſiſtentibus pro cauſa Bohemorum.

VEnerabilibus & religioſis fratribus Ioãni Nider priori domus prædicatorum Baſileeñ. & Ioanni Mulbrun. ordinis Ciſtertieñ. nunciis ſynodi Baſileeñ. fratribus dilectis, magiſter ciuium & conſules iurati maioris ciuitatis Prageñ. Oblatæ pacis deſideria amplectimur, cum fideli eorundem ad nos & omnes Chriſtifideles reciprocatione votorum. Nam hoc ſummi & æterni patris lex clementiæ poſtulat, vt quod nobis, id etiam noſtris proximis ritè optemus. Sa-
Math. 7. nè venerabilis Baſileeñ. concilij dudum paginam pietatis oculatæ verbis redundantẽ, & nunc veſtitã illi parem grata mente ſuſcepimus, vtpotè benedictionis ſemina, vberẽ fructum in virtute patientiæ allatura ſalutẽ. Et quia non modò nobis, verùm etiam * & ita vniuerſo ſtatui regni Bohemiæ vtrinque ſcribitur, quanquàm non omnibus, ſed fortaſſe tantùm nobis ſit eatenùs præſentatum: eapropter veſtrę honorificentiæ perinde eo ſucceſſiue reſpõdemus, ꝙ mox prima eiuſdem concilij viſa epiſtola, barones, proceres & nobiles, necnon clerum & cõmunitates regni noſtri ſcriptis & nunciis noſtris auiſauimus operosè, quatenùs Dñica poſt feſtum B. Dorotheæ ventura proximè ad ciuitatem noſtram indilatè conueniant, congruum, ſalubre, ac finale ſuper eadem felici materia daturi reſpondum: vt qđ oẽs cõcernit, etiam ab omnibus pariter & vnanimiter comprobetur. Et quia tot & tantarum communitatum & perſonarum multitudo tum propter locorum diſtantiam, tum etiam ob negociorum veritatem & pondus, non valuit repentè congregari: * quare honorificẽtiæ veſtræ ſolertiam obnixè deprecamur, in conſpectu præfati concilij noſtræ prorogationis in reſpõdẽdo, aut oratores idoneos mittendo, moram nõ ex ſegnitie, aut quauis alia negligentia, ſed præmiſſis ex cauſis admiſſam, excuſare, & ſi cõmodè fieri poteſt, in loco, quo nunc eſtis, vſque ad diẽ Cathedræ B. Petri proximũ, * fidele & (vt ſperamus) charitatiuum præſtolari reſponſum, literarũ noſtrarum baiulis & nunciis ad honorificẽtiam veſtram quoties fuerit opportunũ, dirigendis aſſecurationem ſufficientẽ, vt tutè queãt ad vos acceder, ac in vrbe veſtrę nunc manſionis demorari, & ad propria reuerti, ſaluis perſonis, fama & rebus, pcurare dignemini. Nam & nos nũctis veſtris, quos ad ciuitatem noſtrã Pragam duxeritis trãſmittendos, de pari forma aſſecurationis puidere præſentibus pollicemur, vt mutuæ volũtates & promptiùs & faciliùs poſſint partibus vtriſque deferri.

locus obſcurus

for. varietatem

* ideo

* finale

Datum Pragæ, 4. feria ante feſtum Purificationis Beatæ Virginis Glorioſæ.

ALIA EPISTOLA AB EISDEM Prageñ. conſulibus ciuitatis Nurenbergeñ. tranſmiſſa.

Prudentibus & circunſpectis viris magiſtro ciuiũ & iuratis conſulibus ciuitatis Nurenbergeñ. magiſter ciuium & iurati cõſules ciuitatis Pragen.

AMirabilem ſeruitutem, iuxta temporis exigentiam, vobis prudẽtes & circunſpecti amici præmittentes, notificamus, quòd triplicatas literas à ſacro Baſileen. cõcilio cum ea, qua decuit, reuerentia nos recepiſſe noueritis. Sed qa talis legatio inſignis, non ſolùm nos & cõitatem ciuitatis noſtrę, ſed etiam vniuerſos & ſingulos manentes, nobiles, barones, milites, cliẽtes, terrigenas ciuitates & communitates parti noſtræ adhærentes tangit & concernit, quamobrem præfatas literas nobis (vt præfertur) à ſacro concilio præſentatas, diuina fauente clemen-

mentia, lo noſtra generali cong egat ione, quæ proxima Dñica poſt feſtum S. Dorotheæ nunc vētura, noſtra in ciuitate celebrabitur, corā oībus tam ſecularibus quam ſpiritualibus notificare ac publicare intendimus: & qcquid rei ex vnanimi oīum cōſenſu fuerit in eadē materia deciſum, præfato ſacro cōcilio ac vobis p noſtras literas, quātocyùs potuerimus, innimare curabimus. Datum feria 4. ante feſtum Purificationis.

REVERENDO IN CHRISTO patri & domino, L. Epiſcopo Lauſanen. dño ſuo ſingulariſſimo.

Reuerende pater & domine mi honorandiſſime, omnimoda recommendatione præmiſſa, præſentibus adiunguntor deliberara eccleſiæ Gallicanæ in cōcilio Bituriceñ. vbi perdigeſtè examinatum eſt negociū, viſis facultatib* ſe. re. dñi Martini, & approbationibus domini noſtri Eugenij, ac literis directis Bohemis, necnon & inſtructionibus V.P. per ſacrum concilium vobis datis, iter arripiendo ad vrbem. fueruntque duo iuriſtæ & vnus theologus deputati in dicto concilio Bituriceñ. qui defeoderent partem concilij generalis, cæteris omnibus pro diſſolutione arguētibus, & nihil de apicibus iurium diuini vel humani credo vtrobique prætermiſſum: & tandem, nemine diſcrepante, omnes in vnam cōuenerunt ſententiam articulatim deſcriptā. Sed quia rerum Veneticarum & goerrarum occupatio multos impediuit, nec deliberatorom executio plena potuit fieri, maximè cùm dominus cancellarius Franciæ, & alij regis conciliarij irent Diuionem; cum quibus partim viam peregi, & Iouis in cœna Domini hanc ciuitatem intraui. Eapropter, quia parùm eſt deliberare, niſi deliberatorum executio ſequatur, ante diſceſſum ex Bituris vnanimiter eligimus dominum meū Aurelianeñ. epiſcopum, vtriuſque iuris doctorem, regisq; cōſiliariū q pmiſſis oībus interfuit, & laudabiliſſimè ſe geſſit, concilioque deuotiſſimè afficitur. & hic debebat ire ad regem p executione prætacta. Idemque præfatus dominos Aurelianeñ. & ego ſeriosè in Iſſolduno ſabbato in vigilia Ramiſpalmarū locuti ſumus cum dño cancellario Franciæ, & quibuſdam aliis regis cōſiliariis, deliberata noſtra eis referētes, & illa gratiſſima habuerūt. Sed circa executionem nihil agi poteſt, donec poſt regreſſum eorum de tractatu pacis quam annuat Altiſſimus: & vt ea exprimā plenè, quæ ſpero ſecutura, non veniet credo in recidiuam quæſtionem, ſi conciliū eſt celebrādum * vel ne Baſileæ, & ad ſtatim, quia hoc concluſum eſt: ſed credo, alia fiet conuentio prælatorum Galliæ in loco huic vicino, vbi agetur de tractandis in concilio generali, & neceſſariis eccleſiæ Gallicanç, & indè omnes progredientur ad concilium Baſileeñ. Vnicors enim Bituris fuit ſententia, q ſoſſiciebat ibi eccleſiam Gallicanā firmare cū concilio ineuitabiliter Baſileæ celebrando. In reformatione em̄ vniuerſalis eccleſię, multæ particulares tangentur: & ſi expreſſa ibi fuiſſet practica reformationis, fortaſſe adhæſiſſent diſſolutioni. Et ſi rex pacificus paciſq; author, pacem inter regem & dñm meum Burgondiæ propiciatus miſericorditer tribuerit, quod largiatur ex miſerationibus ſuis, quarum non eſt numerus: tunc eccleſia Gallicana neceſſariò ſolennis conueniet. ſed non eſt dubitandum q iſta conuentio fiet breuiter, & ad gloriam concilii generalis, & exiſtentium in eodem. Electus ſum ire ad vrbem in contradictione mea multa, ignorantiam, inexperientiam & æſtum, qui contrarius multùm eſt corpori meo, opponens: ſed victus inſtantia, onus accepi. Nec vniuerſæ aut Gallicanæ eccleſiæ perſonam meam infructuoſam decuit denegare. Hac pollicitatione per me vltroneè præmiſſa, q nunquàm tranſlationem aut promotionem quamcunque procurabo, aut iniectam acceptabo. Concluſa prædicta parlamento regio & ſingulis vniuerſitatibus ac prælatis obedientiæ regis tranſmiſſa ſunt, vt omnino oēs firmati ſint in conuentione futura eccleſiæ Gallicanæ: & ſi quiſquam vellet ſuſcitare q̄relam, reſpondebitur, Actum eſt, ne agas. Magiſter Ioānes de monte magiſter in theologia, canonicus Leodieñ. domini noſtri Papæ cubicularius, bullas ex parte eiuſdē mihi præſentauit tranſlationis concilij, vbi mihi mandatur pro me & prouincia, tā pro exēptis quàm non exēptis, vt loco & tempore concilio tranſlato interſimus. Præſentauit etiam vnū breue ſub ſigno piſcatoris. Necnon & literas quorundam dominorum cardinalium in diſſolutione nominatorum, & concludebat ſanctam & neceſſariam diſſolutionem, & quòd eum dirigerem in agendis. Reſpondi, quòd tota intentione ſeruiam Papæ, eroque adiutor ſui papatus, & ad cōſeruandum regalia S. Petri in eius perſonā, vt mea pfeſſio & immediata ſubiectio exigebant: ſed re concluſa concilio generali in concilio eccleſiæ Gallicanæ, quod ineuitabili neceſſitate celebrandum eſt, nihil poſſem agere fructuosè: nec mihi eſſet honeſtum, dirigere eum contra deliberata mea propria: & ideo de directione mea non confideret. & ſciebam quòd apud regem non proficeret. vndè plurimum turbatus eſt. & ex iam ſcripſi aliquibus prælatis, per quos debet tranſire. & credo ſimilia inueniet reſponſa. Expoſui etiam eidem, quòd quidam domini cardinales in diſſolutione nominati, concilio de præſenti adhęrent, viſa facti neceſſitate: & quòd in facto circumuenti, aſſenſum diſſolutioni præbebant, nunc veraciter informati, eandem diſſolutionem reuocant. Suaſi inſupèr celebrationem cōcilij, domini noſtri Papæ honori accedere,

for. * Baſileæ, necne, & an ſtatim,

cedere, tantis authoritatibus & maximè ſua approbatione laudabili approbati, & cùm de fide ageretur & diſcrimine Germaniæ, ipſe fidei doctor & Germanus non debebat in propoſitis perſiſtere. Relatum eſt domino cancellario Franciæ, mihi & alijs, quòd quidam Ambaſiatores regij, qui nunc in vrbe fuerunt, habitis promotionibus aut eiſdem promiſſis, ſe fecerunt ſortes, quòd rex diſſolutioni adhærebit. Sed dominus cancellarius mihi promiſit ſolidè ſtare & repellere clauũ clauo dictis Ambaſiatoribus. Ego etiam nõ timebo, ſed exaltabo vocem ſuper tecta, dum locus aderit: & ſpero quòd dicti Ambaſiatores ſatis deliberabunt, quo-

Eſa.1.f modò rem concluſam in nouam deducent quæſtionem: quia munera ſumpta ligant, omneſque ſequuntur munera. & retributiones. Si non ſallor, expedit, immò & neceſſè eſt, & concilio generali plùs vtile, teſte Deo, non dico ex laude mea, quòd hic remaneam, quàm quòd vadam ad concilium. Fronte enim aperta reſiſtam in facies dictorum Ambaſiatorum: & ideo hîc decertando pro concilio, placeat eidem me habere pro præſente. Etiam ſi me oporteat ire ad papam, ſarcinulas parare & iniũcta expedire opus erit. Maior mihi quies eſſet, concilio adeſſe, quàm æſtiuo tempore equitare ad vrbem: & maior fuit mihi expenſa in via, quàm fuiſſet in concilio: ſed nec perſonæ, nec burſæ parcam. Idem magiſter Ioannes de monte, reſponſa mea intimauit papæ per proprium nuncium, qui ab hinc Veneris poſt Paſcha iter arrripuit. Scripſeram etiam dominis meis Rothomageñ. & Arelateñ. deliberata eccleſiæ Gallicanæ ante Paſcha, vt nota eſſet concluſio in vrbe. Salua correctione ſacri concilij, credo quòd expedit cùm multa manſuetudine tractare dominum noſtrum papam, qui caput eſt eccleſiæ, & depreſſo capite, arida vel infructuoſa manent membra. Conciliũ enim benè cœpit à modeſtia, & ſemper modeſtiùs agere poterit. Hæc pro tanto dico, quia idem magiſter Ioannes cauſam dedit loquendi. Sed reſpondi quòd Eccleſia non

Nota, ꝙ ait archiepiſcopus Lugduneñ. vitã Eugenij ſine ulla exceptione eſſe cõmendabilem.

eſt ſicut ſynagoga ad filium Dei, qui bona opera operatus eſt, & propterea voluerunt, eum lapidare. Nec eſt ſicut de Ioãne 23. cùm vita eius ſit commendabilis, & ſine exceptione quacunque. Agebat inſupèr idem magiſter Ioannes de tranſlatione concilij ad Auinionem. Auſum præbetur Bohemis, dicere Eccleſiam à ſua facie auſugiſſe, & panis ibi cariſtiã eſſe, cùm pro victu hominis pro pane duntaxat neceſſarij ſint 20. floreni auri papales. Locusque Auinioneñ. inter regnum Frãciæ, Delphinatũ & prouinciam Prouinciæ ſituetur & intercludatur, quæ dominia ſunt regis & ſuorum fœderatorũ, & ſic non eſſet * aduerſitatibus regitutus acceſſus: quib9 etſi daretur litera de ſaluo con-

for.* aduerſantibus

ductu, opponerent, quòd per tales literas ſe capitalibus crederent inimicis. Inſtabat ſaltem, quòd transferretur ad Biſuntinum, cui ante factã pacem cum rege, reſpondi, quòd regi & ſuis idem ius vt priùs cõpetebat exceptionis. Facta verò pace inter regem & dominum meum Burgundiæ, Anglici fortaſſe Biſuntinum declinarẽt. fluminæ * inter- for.* enim caret ea carebat notabili ciuitas Biſuntij, quia etſi flumen habet qualecunque, inter flumina non nominatur per ſcriptores, quia Sagonã intrat, & Sagona Rhodanum, Rhodanus autem mare, & ideo Rhodanus pro flumine ſumitur, Sagona verò non, vel aliæ aquæ labentes & eam intrantes. Finaliter inſtabat de ciuitate hac Lugduneñ. cui repræſentaui eaſdẽ rationes militare, quæ in Auinioneñ. militabant. Eſt enim hic maxima cariſtia, & maior * ſperatur in Annata futura propter i.timetur ſata congelata. probaui etiam ex chronicis, quòd locus quantumcunque ſolennis, & in ſitu fertili poſitus, ſæpè fuerat à cõcilijs generalibus ſe improbatus: & ideo nec ciuitas Biſuntij, nec Bononieñ. nominari meruerunt, probãs Bononiam bono nullam. Hæc R.P.V. ſic ſerioſè ſcribere curaui, nolens his verbiſculis fatigare cõcilium, nolens meum V.P. latere intentum, aut rem geſtam tacere, vel exprimens concilio, propriam gloriam quærere apud ſacrum concilium de affectu eiuſdem. Et expediret, ſi non fallor, vt noua mihi ſcribantur ſæpè concilij, quia ad me frequentiùs primi * venerint conflictus. for.* ueniunt Dominis meis Legato Conſtantieñ. Ciſtertieñ. * Vuerzelliceñ. & Ambaſiatoribus Sabaudiæ, quando opus erit, præmiſſa poteritis exponere: & ſi placet, mandetis reſpõſionis effectum vobis factæ, & quales inueniſti fauẽtes in vrbe, vt intelligam qui ſunt de veris fratribus. Meipſum V.R.P. ad vota offerẽs & mãdata, in Dño precor diu & feliciter eam valere. Prætreſtiſſæ die 28. Aprilis.

for. Vercelleñ.

EPISTOLA LEGATI IMPERAtoris Romanorum ad eundem, quem legatum iuſſerat omnes nobiles Bohemiæ conuocare. Domino Sigiſmundo Romanorũ Imperatori, Pootha Czaſtolouuicz, Arneſtus de Vulaſſym.

SEreniſſime princeps & inuictiſſime Cæſar, domine mi gratioſe, Seruitium noſtrum V.S. ſemper præmiſſum. Serenitatem veſtram ſcire cupimus, quòd illam legationem nobis per S.V. iniunctam, executi ſumus ad omnes barones, milites, terrigenas & ciuitates Bohemiæ in communi iuata concilium illorum, prout nobis V. Maieſt. mandauit. Super hoc ipſi nobis tale dederunt reſponſum, quòd volunt ad V. S. in die Aſſumptionis B. Mariæ virginis ad Ratiſponam cum plena poteſtate & reſponſo barones & terrigenas, & de ciuitatibus aliquos deſtinare, quia pars eorum tota & cum Ioanne Czaplione ſunt ſimul vniti & concor-

Digitized by Google

dati ſuper illis 4. articulis, Volentes vt & alij cum ipſis ad idem ſe ſubmittant, & in unitate ſint. Videretur ergo nobis & alijs probis hominibus, quòd V.S. in illo termino apud ſe auditorem, & alios de cōcilio Baſileeñ. ad hoc neceſſarios habere dignaretur. Nam ſi cum ipſis pro huiuſmodi articulis poterit fieri cōcordia, nō intelligimus aliquas alias difficultates. Et eccè tranſimus cum domino de Roſenberg per eandem uiam, per quā huc uenimus, ſperantes apud eum ipſum auditorem inuenire. Volentes etiam cum conſilio domini de Roſenberg, ſuper iſtis negocijs conferre. Petimus ergo V.S. nolite nobis ad malum imputare, quòd paululùm deuiauimus, & quòd ita citò uenire non poſſumus, & tamē feſtinabimus. Venientesque ad V.S. de alijs rebus pleniùs informabimus S. E. Datū Pragæ feria 2. poſt feſtū S. Procopij.

EPISTOLA COMMVNITATIS ciuitatis Pilznæ de uictoria Bohemorum, & quomodò res geſta ſit ab eis. Honorabili viro domino Nicolao ordinis fratrum Minorum cuſtodi, & Procopio * Segel amicis noſtris chariſſimis, concilium & communitas ciuitatis nouæ Pilznæ.

* Eeugel

Epiſtola militaris ac lectu lepidiſſima.

SEruitijs noſtris præmiſſis. Amici noſtri chariſſimi, bonas & iocundas nouitates nobis annunciauimus, quòd omnes inimici noſtri contriti & proſtrati ſunt, ſicut ſacro concilio & imperiali Maieſtati iſta in ſcriptis dirigimus enarranda. Proceſſus autem belli talis fuit. Cùm enim utrique caſtra ex aduersò metati fuiſſent, exercitus Huſſitarum multùm de bombardis maioribus & minoribus caſtra noſtrorum uexabant & perturbabant. Popolus aūt communis clamabat, contra barones murmurans & dicens, Vt quid ita inaniter uitam perdim⁹, & interficimur, & tēpus vanè conſumimus? Progrediamur cōtra illos, Melius eſt nos pugnādo mori, quàm ita miſerabiliter parire. Tunc aſſurgentes barones & capitanei noſtræ partis, diſpoſuerunt ſe, & ordinauerunt acies, & proceſſerunt ad pugnandū. Cumq; inſtaret hora certandi, & acies cōtra ſe procederent; nos verò ordinati eramus retrò in parte poſteriori, tunc noſtræ acies (ſecundū quod ordinatum erat) terga verterunt, fugā fingentes, ita quòd nos, qui eramus in cauda in parte poſteriori, fuim⁹ in capite à parte anteriori. Inimici autem hoc uidentes, uidelicet nos terga uertiſſe, concrepantes buccinis, clamabāt horribiliter magnis uocibus: Conſurgite conſurgite, & inſequamur eos. eccè enim fugiunt. Et ſic omnes aduerſarij cōſurgentes, de ſuis caſtris & turribus egreſſi equeſtres & pedeſtres, nos ſunt inſecuti. Nos autem, qui eramus in parte poſteriori, uidentes ꝙ ſe à ſuis caſtris & turribus elongauerunt, aſſurgentes in nomine Domini, cuius cauſa agebatur, aggreſſi ſumus eos à tergo, & intercepimus eorum regreſſum ad eorum caſtra & turres. Alij autē barones & nobiles cum omni multitudine conſurgētes à parte anteriori, inuaſerunt eos unanimiter quaſi uir unus. Et ſic antè & à tergo eos tanquàm manipulos deijciebamus, cædentes, quanuìs multi reddebant ſe & reddidiſſent captiuos. Non erat tunc tempus captiuādi, ſed interficiēdi ſolùm. Etiam aliqui per nos captiui, extrahebantur uiolenter de noſtris manibus, & interficiebantur. Et ſic per hūc modum Domino Deo nos præcedente, oēs inimicos proſtrauimus, paucis euadētibus. Pro qua uictoria ſit Deo laus & gloria in ſecula. Omnes currus eorum, omnes bōbardę, omnia inſtrumenta bellica, omnia arma, defenſiua ablata ſunt, quia omnia ibidèm reliquerunt. Noueritis etiam, quòd domini barones ſtant in campis cum ualida potentia, nec recedere intēdunt, quoadusq; inchoata ad finem deducant. Imperialis uerò Maieſt. ſolennem ambaſiatam direxit ad eos, uidelicet dominum * Purcham, & dominum Erneſtum, & alios quamplures, ita quòd illa ambaſiata multa bona operabitur. Etiam vobis, ut ſcitis, inſinuamus, quòd Domin⁹ Imperator ſcripſit nobis, quatenùs plures de concilio & de ciuitate debeamus uenire ad ſuam ſerenitatē, ſed duæ cauſæ nos retrahebāt. Primo, timor inimicorum, qui ſemper minabātur nobis, quòd ſi victoriam habuiſſent, omnibus modis uolebant ad nos redire, & in toto nos delere. Noſtra autem intētio ſemper fuit, libèriùs velle mori, quàm ipſis ſubijci. Sed indeſinenter Deo gratiarū actiones referimus, quòd nos de manibus eorum liberauit. Secunda cauſa adhuc nos impedit. Quanuis iam elegerimus eos, qui debeāt adire præſentiā dñi Imperatoris, deſunt tñ expenſæ & impenſę, quia non poſſumus inter nos conquirere tantū de pecunia pro expeditione illorū. & ſtipēdiarij pro maiori parte cōſurrexerūt cōtra nos, mouentes de ſtipēdijs a multis annis retētis. Et ſic illi repetunt ſtipēdia & damna, & nos ſumus in penuria magna. Ergo amici chariſſimi, circa imperialē Maieſt. & ſacrum concilium laboretis, quatenùs nobis impendant ſubſidiū, quo modicùm ab onerib⁹ debitorū in parte liberari poſſimus. Datum in noua Pilzna feria 3. poſt feſtum corporis Chriſti.

Huſſitæ à catholicis cæduntur.

* Potham

LITERA MISSA DOMINO CARdinali Legato per quēdam ciuem Nurnbergeñ. de interemptione Taboritarum & Orphanorum.

REuerendiſſimo in Chriſto patri & domino, domino Iuliano, miſeratione diuina S. Angeli cardinali, Apoſtolicę ſedis legato, dño meo ſingulariter gratioſe: Reuerendiſſime in Chriſto pater & gratioſiſſime dñe, Exultet ſacroſancta ſynodus, gaudeat cunctus populus Chriſtianus, lætetur præcipuè animus veſter de tam celebri & felici victoria, quam Dominus Deus exercituum

ſuis

ſuis Chriſticolis contra hoſtes benedicti nominis ſui miſericorditer cōcedere dignatus eſt. Nouerit igitur veſtra reuerenda paternitas, quòd die Dominica proxima poſt feſtū corporis Chriſti, barones regni Bohemię ciuitatis antiquæ Prageñ. aliorum fideliū fulciti præſidio, cum Taboritis & Orphanis campeſtribus in virtute altiſſimi bellum aggreſſi ſunt, & per totam diem Dominicā & noctem ſequentes, prælia continuando certarunt, & die Lunæ hora tertia diei prælium pro parte noſtra, authore Dño, feliciter terminatum eſſe dinoſcitur. Et ceciderunt pro parte Huſſitarum vniuerſi campêſtres numero 13. milliū. Inter quos interempti ſunt ille Zapego capitaneus, Procopi⁹ & Lupus presbyteri ſeductores nequā, & 700. capti exiſtunt carcerib⁹ mancipati, & de parte noſtra, quam altiſſimus cōſeruare dignatus eſt, perierunt duntaxat ducenti: quibus clementia ſaluatoris dignetur miſereri. Cæterùm reuerendiſſime pater dirigo magnificentię veſtrę copias duarum literarum vulgarium materiam belli p̄dicti continentes, vt in illis eadē magnificētia veſtra nedum dulciter recreet, ſed & hæc noua veriſſima intimet dño meo ſingulariſſimo dño auditori, vt & ſynceritatis ſuæ integritas gaudeat in Domino, cui honor & gloria, in ſecula ſeculorum, Amen. Scriptū Nurenbergæ octaua corporis Chri.

EPISTOLA CVIVSDAM Capitanei de victis Taboritis.

Nobili & ſtrenuo militi domino * Kulbuyno de * Duriſſiba fratri meo dilecto.

* Coluino
* Druſka

OBſequijs præmiſſis, frater chariſſime, notifico vobis, quòd regratiantes Deo benè valemus, & Taboritas hodiè cum Dei adiutorio & meritis S. Vuenzelai proſtrauimus, & damnum modicum de parte noſtra percepimus, & de Taboritis magna multitudo interfecta eſt. ſed illorum numerum, qui in loco remanſerunt, neſcimus: quia à loco conflictus ſtatim vlteriùs receſſimus, & captiuos plures adduximus. Et de equeſtribus aliqui maiores, ſed tamen pauci, fugerunt & euaſerunt. Et illa ſtrages facta eſt inter oppidum Gurſim & inter Brodā in illa planitie. Pilzneñ. aciem duxerunt, & primi aggreſſi ſunt eos, & directo tramite receſſerunt cum curribus & familia mea. ſicut boni & probi ſine intermiſſione & retroceſſione. Propterea frater dilectè, iſtis auditis, iſtam ſtragem notificetis principibus. Et ſi poteritis aliquē expedire ad Cæſaream Maieſtatem, illa ſerenitati ſuæ notificetis ſine intermiſſione & mora. Et etiam ſi iuuenis ille nūcius Capungo venit, expediatis ipſum in Kareſtain. & ab indè requirēs vbi fuerimus, veniat ad me, vbi campū vel caſtra poſuerimus. Etiam vlteriùs nuncium ad vos expediuiſſemus. ſed expectauimus & retinuimus nunciū, volentes qualē finē cōſequeremur, * Idcircò credimus & confidimus illud, quod in primis literis poſt cœnam ſcripſimus, ꝙ hęc facietis. Et vlteriùs etiam ſynceriter rogo, ſi aliqui de meis furtiuè recedentes à me, ad domum veniāt, ꝙ ipſos caſtigabitis, ſicut in prima litera ſcriptum eſt vobis. Et de gentibus armorū nunc copiam habemus & validā multitudinem. & plures ſemper veniunt in vnum. Et nihil aliud intelligimus, niſi ꝙ oēs ciuitates ſubdentur nobis. Et cum iſtis vos Deo recōmendamus. Orate Deum pro nobis, & nos pro vobis. Datum inter * Priden & Kurſym iam poſt conflictū factum in ſerò, Dominica poſt feſtum corporis Chriſti.

* Brodan & Culyn

* Sientko de Duriſſiba reſidens in Tymhorſtab.

* Dencko de Druſka reſidēs in Pijn Horſobieñ.

EPISTOLA BOHEMORVM ad Chriſtifideles.

VNiuerſis & ſingulis Chriſtifidelibus, regibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, nobilibus, * inclytibus, clientibus, ciuibus, & omnis ſtatus & conditionis hominibus: barones, nobiles, milites, clientes, rectores cōmunitatum, pręfecti vrbium, iudices, conſules, iurati, ciues, totaq; ne communitas Bohemicæ gentis, in regno Bohemiæ pariter & in marchionatu Morauiæ cōſtituti, diuinarum veritatum cognitionē, dilectionem & obſeruantiam ſalutarem.

* militibus

Cùm vnigenitus Dei filius, qui eſt ęternaliter in ſinu eiuſdē patris æterni, deſcendiſſet in terras, locum non mutans, & maieſtatē non minuens, ſed humanā aſſumens naturā. multifaria vitæ documēta ore, manu, & manibus contradidit. De quorū reuerà numero, iſta 4. inſignia ſuis ad imitandum diſcipulis & exemplari conuerſatione reliquit. quorum * ſic de dignitate primum eſt, vt diuiniſſimum corporis & ſanguinis eius eis ſacramentum per miniſtros Eccleſię fidelibus miniſtretur. Secundum, vt verbum Domini liberè, publicè, & veraciter per eos quorum intereſt, prædicetur. Tertium, vt ciuile dominium, vt lœtale virus, auferatur a clero. Quartum, ut publica, & potiora crimina per legitimas poteſtates à plebibus fidelium extirpentur. Has profectò infringibiles veritates, promotiuas fidei, auctiuas charitatis, regulatiuas uitæ, necnon procuratiuas ſempiternæ ſalutis, humiliter amplexātes, iuxta virtū noſtrarū modulū gratāter ſuſcepim⁹, ſtudioſè proſequimur, proſequi quoq; intendimus, quouſque fides concludatur cum uita: ut ita ad illarum cognitionem, amorē, & obſeruantiam fidelem, etiam à principio iugiter affectauim⁹, & nūc accuratiùs omnē Dei populum affectamus uenire. Vndè non parcentes ſumptibus, laboribus, & expenſis, plures per nonullas Chriſtianitatis regiones epiſtolas ſolidis ſcripturarum authoritatibus eaſdem * uirtute fulcientes tranſmiſimus. Nihilominùs uiſitauimus Chriſtianiſſimum principem nunc magnificum Fre-

Epiſtola hæc pertinaciū eſt hæreticorum, errores continēs ab Eccleſia catholica dānatos.

* ſcilicet

* veritate

** necnon*

dericum marchionē Brandenburgeū. *nunc illuſtrem regem Poloniæ, & ad Sereniſſimi Sigiſmundi Romanorum ad Húgariæ regis inſtantiam, nobis per ſpectabiles legatos ipſius ſignificatam, pridem in Presburg, & nunc in Egram ciuitatem imperii venimus, omni niſu vbique inſtantes, vt nobis in concilio generali audientia publica, libera, ſecura & charitatiua procuraretur, ſuper articulis diuinis prædictis, quatenùs publicè, palàm, & manifeſtè in totius conſpectu concilij, illos quatuor ſalutares articulos, quos ꝓ fide tenemus, manifeſtare, dilucidare, declarare, adſtruere, iuſtificare, probare & defenſare ſcripturis ſacris, beatorumq; doctorum ſententijs, & in eiſdē ſcripturis verè ineuitabiliter fundatis, liberè, omni impedimento ſecluſo, valeamus. Et ꝙ tota vnà nobiſcum Dei viuentis militans reformetur eccleſia in capitibus ſuis pariter & ī membris, iuxta ſacrę ſcripturę doctrinam, Qui nimirùm & ex principum, epiſcoporū, procerū, & doctorū cōmunicato conſilio reſpondit, quòd iſta limitatio audiētię & reformationis Eccleſiæ, derogaret libertati & priuilegio concilii generalis, ſupra omnem legem eminentis. Sed

** &* ** ſententijs* *Hæretici ſemper ſcripturas ſtrepant, ſed malè detortas. for. *liget for. * falnet*

quòd nos illis limitationibus & declarationibus noſtris ex diuina lege & ſanctorum doctorū ſciētijs omiſſis, ſtem* in his omnibus determinationi & diffinitioni ipſius cōcilij. Quod profectò nos meritò, rationabiliter, & ritè reputantes illicitū, incongruum, & prorſus indignū, vt videlicet diuinas veritates iuſtificatas in ſemetipſis, humanū iudicet arbitrium, &*ſoluet aut ſoluat pro ſua volūtate: quod vtiq; interdum, ſolida veritate relicta, opinionē ſequitur. ſicq; ipſam nonnunquam fallere contingit, & falli. Et ꝙ illæ earum veritatū & noſtri ſint iudices, qui illas diuino poſtergato timore, tanquā errores notorios, & nos propter obſeruantiam illarum veluti erroneos, inconſultè, perperàm & temerá iudicantes damnauerunt iniquè, vt ſic inimici ac noſtri hoſtes ſęuiſſimi, in noſtrum exterminiū adſpirantes, ſint iudices. Quod reuerà ſana vetat ratio, diuinęq; & humanæ leges exhorrent. Idcircò ipſis in hac parte noluimus neq; intendimus cōſentire. Sed hoc pręſertim optauim*, & (vt ęquū & iuſtum eſt) iugiter optamus, vt diuinarum ſcripturarum rectiſſima & infallibilis regula, per iuſtiſſimum iudicem, iuſtitiam & veritatem diligentem, derelicta in terris, quæ nec fallere poteſt, nec falli, in medium concilij proferatur, & beatorum doctorum (vt præfertur) * finem, & iuxta illā eorūdē articulorum & iura rectitudo aut obliquitas poterit comparari, & conſequenter rectificari, aut approbari. Sed hoc ipſi nullatenùs acceptare voluerunt. Hanc iuſtiſſimam æquitatem per nos illis oblatam, veſtra quæſumus dignetur penſare induſtria, necnō partis aduerſæ de ſuperbæ ignauiæ * timore cōtumacia arrogantē, quā ſe ſupra ſe enormiter erigentes, nituntur ſibi ſubijcere non modò * omnes Chriſtianiſmi principatus, regna & dominia, ſed etiam infringibiles diuinæ veritatis doctrinas, Domini noſtri Ieſu Chriſti morte confirmatas, iuxta ſuum libitum *

Volunt inepti leges Concilio præſcribere. ** ſententiæ* *Locus obſcurus* ** timore* ** omnis Chriſtianiſmi*

& iudicando variare, ita vt quod nunc per Chriſtifideles verè creditur & fideliter obſeruatur, tandem eorum arbitrio tāquam error & ſuperſtitio totaliter declinet. ſicque Chriſtiana fides nō in petra ſolidiſſima, ſed in arena mobiliſſima fundabitur, quotidianæ ſubiecta ruinæ, & verba Chriſti perenni firmitate fulcita, (ita vt cœlum & terra faciliùs tranſeāt, quàm ipſius commutentur ſermones) veluti lecti opertorium, epiſcoporū mutabuntur cenſura. Sed quid hac temeritate ſtultius? quid hoc errore nequius? quid hac peſte pernicioſius poteſt inueniri? ipſi, quod diximus, iudicate, ſenſatè attendite, obſecramus, vniuerſi & ſinguli Chriſtifideles, ſi iſti epiſcopi ſedes Apoſtolorum iuſtè & dignè occupant, qui illis vita & moribus totaliter aduerſantur. Illi quippe per orbē terrarum, pannoſi & contempti à populo migrantes, veritates Dominicas cunctis populis, tribubus & linguis fideliter nunciarunt, eaſdē propria morte firmantes: iſti purpura veſtiti & byſſo, glorioſi in populo, canes muti effecti, in caſtris & vrbibus tranquillè reſident, & eaſdē veritates etiam aſpernantur audire, ac propter earum obſeruātiam fidelem fideles ſpoliant fama, vita & rebus, non per ſe, quia cubant cum ſcortis: ſed per cruentæ crucis erectionē, ſeculare brachium in occiſionem fideliū fallaciter concitantes. Illi, relictis omnibus mundi diuitijs, omni virtute ornati, in paupertate & ieiunio Dn̄m ſequebātur: iſti vrbium, caſtrorum, prædiorum & regionum * poſſeſſiones, viri diuitiarum inſtituti, pleni vitijs, non Chriſtum humilem in contemptu, ſed ſuperbiſſimū ſatanam in pōpa & faſtu, carniſq; voluptate ſequūtur, à quibus, vtpotè pſeudoprophetis, attendere ſuadet ipſa veritas increata. Et ſi illi, vt proponunt, cum exercitibus ſuis validiſſimis regnū noſtrum inuaſerint, vſque ad interemptionem (vt aſſeritur) demoliri cupiētes, nos in altiſſimi virtute, cuius cauſam proſequimur, habentes fiduciam, vim vi cogemur repellere, quemadmodùm omnes leges & omnia iura permittunt. Quæ omnia iuſta & rationabilia ſupraſcripta, vos viri illuſtres & nobiles, animo diligenti penſate, & catholicè diſcutite, ſi in adiutorio ſceleratorum huiuſmodi clericorum, & temerario ac erroneo auſu de veritatibus omnipotentis Dei ſentientiū, in voluptatibus huius ſeculi & meretricio ſicut in ſterquilinio iacentium, veſtras animas pariter & perſonas in bellicoſis periculis ſalubriter morti exponetis, contra iuſtiſſimas per nos vobis crebrò oblatas Chriſti Ieſu æquitates. Datum

Num Iudas non fuit Apoſtolus? ** poſſeſſores* *Tu quis es, qui iudicas alienos ſeruos?*

ſabbato

ſabbato in uigilia beatæ Mariæ Magdalenę, ſub ſigillo communi omnium adhærẽtium euangelicæ oeritati, circa limites regni Bohemiæ, anno Domini 1431.

ALIA EPISTOLA PER EGRENſes miſſa nuncijs concilij Nurenbergæ exiſtentibus.

DEuotis & religioſis in Chriſto patrib⁹ & dominis, dño Ioanni Nyder Priori domus Prædicatorum Baſileeñ. & domino Ioãni de Mulenbruñ. ordinis Ciſtertieñ. nũcijs ſynodi Baſileeñ. dominis & pręceptoribus noſtris, Conſules iurati oppidi Egreu.

Præmiſſis ſeruitijs ad beneplacita ueſtræ voluotaǒs. Honorabiles ac dilecti domini, ſicur ſcriptis oeſtris nobis proxime miſſis, deſideraſtis, ut literas ueſtras miſſas Prageñ. per oonciom ooſtrum dirigere curaremus, hoc ſecimus. Et ſcripſimus eiſdem amicabiliter, prout aliâs erat eis per nos ſcriptũ: ſic idem nuncios herì de ſerò. ad nos eſt reuerſus, portãs nobis reſponſum ab eiſdẽ, quod vobis cum pręſentibus decernimus trãſmittẽdum. Cuius tenorem percipietis. Inſupèr dicti Prageñ. ſcripſerunt dominis & amicis noſtris conſulibus oppidi Nureburgeñ. ac nobis certas literas. Lierã Nurẽbergeñ. cum præſenti baiulo tranſmittimus eiſdem. copiã literæ nobis directæ uobis mittim⁹ præſeotibos incluſam. Quam fecimus transferri de vulgari Bohemico in idioma noſtrum, ſecũdum cuius tenorẽ uos regere poteritis in agendis. Sed prout ipſi monent in literis nobis miſſis ꝓ ſaluo cõductu & ſecuritate ordinãdis, quo ad oppidanos Luceñ. nobiles de Svuamberg. oppidanos de Tenitz, ac alios officiarios ſereniſſimi domini noſtri regis Romanorũ &c. uos ipſi intelligitis & ſcitis, ꝙ nos nec ſcimus, nec poſſumus huiuſmodi ſaluũ conductum ipſi procurare, quoniam ſupradicti oppidani & nobiles, noſtri ſunt aduerſarij, & quotidiè ab eiſdem formidamus inuaſiones. Et ſi hoc nõ eſſet, parati eſſemus & cum omni conatu uellemus, pro huiuſmodi ſaluo cooductu libenti animo laborare, prout hucuſq; in oegocija pacis & cõmunis oilitatis Chriſtianorum oos uoluntarios & promptos exhibuimus, & in futurũ volumus exhibere, prout hoc in oobis experti eſtis, & in futurom experiri debetis. Idcitco da libertis cum Nurenburgeñ. ac alijs ad hoc idoneis, per quẽ aut per quos dictus ſaluus conductus & ſecuritas poſſit procurari. Hoc ſaciatis ſecundum videre veſtrum & aliorũ, prout uobis videbitur expedire. Quicquid autem nos ad huiuſmodi poſſumus conſulere & iuuare, faciemus voluntariè. Datum feria 6. ante Inuocauit, anno Domini 1432.

EPISTOLA PRAGENSIVM ad nuncios coocilij.

REuerẽdis ac religioſis in Chriſto fratribos Ioanni Nyder Priori domus Prædicatorum Baſileeñ. & Ioanni de Mulbruñ. nuncijs concilij Baſileeñ. Magiſter ciuium, conſules & Scabini ciuitatis Prageñ. necnon magnates, nobiles, Barones, ac capitanei exercitoũ & cõmunitatũ regni Bohemiæ & Marchionatus Morauiæ. Affectandæ pacis commoda in ſummo veræ trãqnillitatis anthore, Reuerendi & religioſi uiri, epiſtolarũ venerabilis coocilij Baſileeõ. & ueſtræ, nos ad audieotiam plenam, piam & ſecuram inuitantium, fœcunditate facnnda gauiſi, meritò arbitramur clemẽtiſſimũ ſupra omoes Dominum uiſitaſſe plebem ſuam in pijs oiſceribus miſerationum ſuarum, ut reducat corda filiorum ad patres priſtinos, greſſusq; ipſorum dirigat in ſemitis iuſtitiæ directiſſimis primitiuę Eccleſiæ, quatenus tempore nouiſſimo urgente edocta ad ueſperum corruptibilis mũdi corruptela, in militãtis Eccleſiæ glorioſa ciuitate habitẽt cum fiducia, fide, ſpe, atq; charitate ciues vnanimes, qui ſe ſperãt in futuræ beatitudinis aula cęleſti fore ſodales. Vndè quantocyùs ualoimus, gubernatoribus & populo regni Bohemiæ cõgregatis, io boc reſedimus uniuerſi finaliter, ut oratores ooſtros & legatos ad præfatum cõcilium dirigamus, quatenus dudum per oos deſideratum opus & nonc annuente Domino feliciter inchoatũ, laudabili & cunctis fidelibus fluctuoſo cõcludatur effectu. Sed quia vtriuſque epiſtolæ præmiſſæ tenor offert, ipſum coocilium & uos ſub nomine & aothoritate ipſius ad largiendam aſſecuratiooem ſufficieotem & rationabilem, expectandam oratoribus & legatis mittendis à oobis: eapropter obſecramus, ad Egram ciuitatem, uobis & nobis * cõtinuam, quo celerius fieri poteſt, cùm principib⁹ regni Bohemię adiacẽtium regionum uenire uelitis, ibidẽ cum noſtris certis nuncijs ad hoc ſpecialiter deputatis, tẽpore ꝑ uos ſtatuto * minimè unius menſis, oobisq; per nunciũ pręſentẽ totimando cõgreſſuri, ſub ſaluis ceros cõditionibus ipſis noſtris nuncijs a tota parte noſtra cõceſſis, modos, conditiooes & ꝓceſſus huiuſmodi aſſecurationis & audiẽtiæ noſtris oratoribus & legatis à dicto concilio præſtãdis, plenè ac effectualiter tractaturi & diſpoſituri finales ita & taliter, ut nos oratoresq; noſtri & legati ad cõciliũ ſæpedictũ mittẽdi, prout in epiſtola ueſtra nobis tranſmiſſa ſcribitis, de cautione per uos nobis & ipſis offerẽda, meritò debeam⁹ & debeãt eſſe cõtenti. De ueſtra etiam patiẽti præſtolatione ac benigna, & de his quæ ounc ſcribitis, nos oueritis eſſe moltum gratos pariter & gauiſos. Datũ feria 4. poſt diem B. Matthiæ Apoſtoli Domini, anno Domini 1432.

for. * conoguam

for. * ad minimũ

EPISTOLA CVIVSDAM CAPItanei ad Imperatorem Romanorum de rebus Taboriticis.

SEreniſſimo priocipi Sigiſmũdo Romanorũ Impatori, Aſſo de Steinberg, aliàs

de Holicz. Sereniſſimc Cæſat & rex dñe mi glorioſe, ſeruitiũ meum præmiſſum veſtræ ſetenitati. Scire velitis, quid actum eſt nuoc in Ptageñ. cõgregatione circa feſtum ſancti Ioannis Bapuſtæ. Quando ibidèm conuenimus, tũc aliquibus diebus poſt noſtram ibidèm cõuentionem omnes ciuitates, quæ nobis conttatiabantur, ibi nobiſcũ vnitę ſunt, excepta Colonia. Et tandẽ poſt aliquot dies, Ezapko & antiqui Taboritæ cum ſuis totis & ſequacibus & cum dicta Colonia etiam nobiſcum ſunt vniti. Et poſtquàm nobiſcõ fuerũt compoſiti, ſtatim veſtræ S. nos omnes tale reſpõſum dedimus, vt ad vos irẽt, & veſtram ſerenitatem peterent, quatenùs V. S. velit appropinquare Ratiſponam, & ꝙ ibidèm ad V.S. tranſmittere volum⁹ de terrigenis & de ciuitatibus. Et etiã cum veſtris nuncijs contulimus, vt peterent V.S. quòd eadẽ V.S. nobis de ſaluo conductu prouidere dignatetur, vſque ad numerum trecentorum equorum & totidem perſonarum. Rogamus etiam V.S. vt ſe in his gratioſam velit exhibere. Etiam ſcire dignetur V.S. quòd huiuſmodi conuentio fieri debet in feſto ſanctæ Mariæ proximo. Videtur multis ptobis hominibus & mihi ſimilitet, quòd habeaos in huiuſmodi congregatione dominum epiſcopum Conſtantieñ. auditorẽ & alios doctores, qui aliàs Pragæ fuerant à ſacto concilio deſtinati, & illi vt plenum mandatũ à ſacro concilio habeant. Nam ſperamus in Deo, quòd omoia negocia benè ſuccedent. Sunt enim quaſi omnes homines de militatibus & de ciuitatibus qui deſiderant V.S. ſopra ſe dominari. Datum Ptagæ ſabbato ante feſtum ſancti Ptocopii, anno 1434.

EPISTOLA TRAIECTENſium miſſa ad ſuos commiſſatios.

REuerẽdiſſimis reuerẽdiſq; in Chriſto patribus & ſacræ deputationis fidei gratioſiſſimis, V.R.P. homiles & deuoti ptælati & capitula V. eccleſiatũ Traiecteñ. Barones milites & militates ac Burgimagiſtri, Scabini & rectores ciuitatis & oppidorum patriæ Traiecteñ. Reuerẽdiſſimi reuerendiq; pattes & præſtãtiſſimi domini, ſcribimus ſacroſanctæ Baſileeñ. ſynodo, prout in copia præſentibus intercluſa perpendere poſſunt paternitates veſtræ pariter & videre. Verùm res nobis dura eſt & multùm aliena, quòd ad teqoeſtã partis nullum intereſſe habẽtis, aliqua citatio ſeu proceſſio ex officio decetni deberet. Priùs enim intereſſe partis declaratum extitiſſet, & demum forma iuris obſeruata. Durius tamen multo viſum eſt, quòd decreta ſacræ ſynodi in eadem materia variationẽ ſumunt, ea ſeruando & recuſando. Dudum enim decretum extiterat, quòd ea quę à tribus deputationibus concluduntur, vim decreti & concluſionem ſacri Concilii obtinerẽt. Et pridẽ mortuo reuerendo patre domino Zvuedero archiepiſcopo Cæſareeñ. tres deputationes cõcluſerant inhibendum fore, & inhibuerunt omnibus canonicis extta & infra diœceſim Traiecteñ. exiſtentibus, ne aliquid noui attẽtarent, quodque ab omni electione ceſſarẽt, volentes ad pacem dictæ diœceſis & patriæ laborare, quæ executioni demãdari non poterat, nec vim decreti obtinere. Sed quod nupertimè tres deputationes (vt nonnulli prætendunt) citationem perſonalẽ concluſeroot, illud ſecundum eoſdem (vt aſſeritur) in vim tranſiuit decreti. Cauſam diuerſitatis, quare iſta admittitur, quæ eſt probatiua pacis: illa autẽ, quæ eſt pacis nutritiua, teijcitur, ignoramus. Tamen vnum V.R.P. ſit manifeſtũ, quòd ciuitas & pattia Traiecteñ. inimicum ſuom voluntarium iam plurimis annis tranſactis, etiam ſi eccleſia vacaret, & concorditer electus exiſteret, non reciperẽt, vti nec tenerentut. Domicellus aũt Vualramus inimicus patriæ, annis elapſis multa dãna incolis patriæ intulit, & quotidiè infert, prout loce clariùs eadem demonſtrare volumus & probare. Quare paternitatibus veſtris reuerẽdiſſimis humiliter ſupplicam⁹, quatenùs literam ſiue copiam præſentibus intercluſam, videre & intelligere velint, & opetam efficacem tradere, ad ea quæ pacis ſunt, nec permittere nouam diuiſionẽ, guerras, ſeditiones & alia innumerabilia mala hîc de nouo ſeminari. In quo Deo & hominib⁹ bonæ voluntatis multum complacebunt V.R.P. ſæpè dictæ. Quas conſeruare dignetur author pacis. Ex vrbe Traiecteñ. anno Domini 1434. menſis Iulij die 15. ſub ſigillis maioris eccleſię Traiecteñ. & nobilium ſtrenuorumque virorum Reinaldi &c.

EPISTOLA CVIVSDAM CAPITANEI ad Imperatorem de rebus Taboriticis.

ILluſtriſſimo & inuictiſſimo principi & dño, dño Sigiſmondo Dei gratia Romanorũ Imperatori ſemper Auguſto, Hũgariæ, Bohemiæ &c. Regi, dño meo gratioſiſſimo dentur. *Supſcriptio exterior.*

Excellẽtiſſimo & inuictiſſimo principi & dño, dño Sigiſmondo Dei gratia Romanorom Imperatori ſemper Auguſto, Hũgariæ, Bohemiæ, Croatiæ, Dalmatię, &c. Regi, dño meo prægratioſiſſimo, Ego Kuotzo *Lulkſſa de Bonzenix Caſtellanos in Carleſtein, Seruitia mea veſtræ ſerenitati fideliſſima & cõſtãtiſſima omni tẽpore prædirigo. *Interior.*

Serenitati veſtræ notifico, ꝙ Dei miſericordia magna, ſine cuius voluntate & poteſtate nihil fieri poteſt, ſed omnia p ipſum dirigũtur, factũ eſt, quòd inimici heri hora veſperarum inter monaſterium Stalix & oppidũ *Gutſim, à veſtris fidelibus dominis Baronibus & fideli communitate feliciter contriti & proſtrati ſont, ita quòd de veſtris fidelibus pauci perierunt. Et ſic nouerit ſerenitas veſtra pro certo, quòd in dominis Baronibus & terrigenis fideles ſeruitores habetis. Et frequenter me allocuti ſunt de ſerenitate

*Scalitz *Gourſima *Cuſijm *Cuſija

vestra,

veſtra, qnòd ad uns fidelem & bonam intentionem habent, ſecundum quod effectualiter uſtendunt, & ulteriùs oſtendere intendunt: nec aliud intendunt facere, niſi ſicut ſerenitatis ueſtræ fideles domini & ſeruitores, omnia uolentes ſeu intendentes facere, quæ pertinent ad dominum ſuum naturalẽ & gratioſiſſimum. Dignetur ergo ſerenitas ueſtra manum ſuam largè ad eos extendere, & ipſis in ſubſidiũ aliquot millia florenorũ tranſmittere & date, ut opus tnceptũ ad honorem S. V. regniq; illius & coronæ Bohemiæ, melius terminare, & ad bonum finem perducere poſſint. Et ſerenitas ueſtra in ſubſidium illius boni perſonam ueſtram nõ dignemini abſtrahere ſine mora. quia cum adiutorio Dei umnia benè procedunt & procedẽt, cum ſerenitas ueſtra uenire nõ tardauerit. Propterea ſerenitas ueſtra ſciat, qualiter illa uictotia fuerit facta de inimicis.

Cùm enim dumini Barones poſt uictoriam habitam de noua ciuitate Prageñ. in Praga perſiſterent, gentes congregantes,

eodem tẽpore inimici de diſpoſitione Dei à Pilzna receſſeruot, & ſe uerſus Pragam recipientes, iuxta nounm caſtrum aliquibus diebus caſtra metatieſſent, vlteriùs pucedentes uerſus Coloniã, domini Barones miſeruot pru omnibus nubilibus, ut tn ſubſidium eorum cuntra inimicos uenirent. Ibi dominus Roſenberg, gentem multum no-
*excellẽtẽ tabilem & * exercitã ad campos expediuit. Er domini Barunes & ciuitas Pilzneñ. etiam validam potentiam tranſmiſit. & cùm progrederentur uerſus Pragam ſub caſtro Carleſtein, ibi ego & gentes meas expediui à fidelibus ſeruitoribus ueſtris 500. equeſtres & pedeſtres, & currus 30. Et cũ omnes prędicti iuxta Pragam conueniſſent, dumini Batones extra Pragam cum eiſdem proceſſerunt, & cum valida potentia inimicos inſecuti ſunt. & ſic, quòd de gratia Dei & ſuo iuuamine illos proſtrauerunt inter mona-
* Scalitz ſterium * Scalicz & oppidum * Gourſin, ſi-
* Gurſim cut ſuprà ſcriptum eſt. Præterea S. V. rogo, quatenùs uelitis me fideles ueſtros ſeruitores, qui mecũ ſunt in caſtro Karleſtain, oculo pietatis reſpicere, & ſubſidium tranſ-
for. & ſtipendium mitrere * & dare: quia Deus nouit, ꝙ huius magnam indigeotiam habemus: quia aliundè non habeo illos bonos homines ſtipendiare, nec ab aliqnu alio, niſi ſerenitate ueſtra , expectamus tanquàm à dominu noſtru hærede uero & dominu gratioſiſſimo. Datũ feria 2. poſt feſtum corporis Chriſti, annu 1434.

* Blucta
*Bonzemiz
* Burzanich
* Buſauitz

Cunizo * Lukſſa de * Benſennis Caſtellanus in Kaleſtain.

ALIA EPISTOLA CVIVSDAM Capitanei ad eundem Imperatorem de uictis Taboritis.

SEreniſſimo & inuictiſſimo &c. * Seruitijs præmiſſis omni tempore ſubditis & paratis. Sereniſſime Imperatur & dumine gratioſiſſime, S. V. notifico, regratiando Domino Deo omnipotenti, quòd contriti ſunt & proſtrati umnes Taboritæ, qui in campis iacebant contra veſtros & noſtros fideles, ſecundum quod S. V. in alia litera meliùs percipiet, quã mihi ſcribit auũculus meus, quam V. S. dirigo & mitto. Et rogo S. V. tanquàm dominum noſtrum gratioſiſſimum, quatenùs mihi dirigere per nuncium Cau-
potañ. quia equi noſtri in bellu aliqui interfecti & alij mortui ſunt, ita quòd ambo caremus equis ad equitandum. Datum in Thinhouiſl, feria 4. ante octauam corporis Chriſti, annu 1434. Locus obſcurus

* Seuco Luckoldim de Reimſperg. * Dencko Colujta de Ramſperck.

EPISTOLA IMPER. TRAPEZVNdarũ, miſſa dominu noſtro Papę Eugenio.

Sanctiſſimo & beatiſſimu in Chriſto patri & domino Eugenio Quarto ſummo pontif. Romanorum, ſuu Reuerendiſſimo * Moraine Megatonenus Dei gratia Imperator Trapezundarum.

SAnctiſſime & beatiſſime pater & Domioe in Chriſto, binas ſeries eiuſdem S. V. per galeam Veneturum ſuſcepiſſe ſciueritis, ſingulam Romæ datam, alterã quoque Flurentiæ. Gratiſſima nobis, conteota in ipſis, cordiali mente percepimus. Requiſitioni ſiquidem prælibatæ S. cum tutu noſtru imperiu lęto animu aſſentiuè diſpoſiti. * Quis enim dignus illius lucis videre conſtructum magno deſiderio optandum? Parcat Deus illis, quibus nun eſt timor Dei, eandem S. vexare, * curoſam tanti boni operis merita adimplere. Rogamus altiſſimũ, vt dignetur in prædictis taliter diſponere, vt nulla interuenitat cauſa, quæ obſtet prælibatæ ſanctitati ab inceptis deſiſtere, vt optatur. Data Trapezũdis, 1434. die 18. Octob.

COMMISSIO IMPERATORIS Græcorum, facta vni Ambaſſiaturum Concilij.

CVm venerabilis uir Henricus Menger decretorum doctor Canonicus Conſtantieñ. unus ex ambaſſiatoribus ſacroſancti generalis Concilij Baſileeñ. &c. ad nus tranſmiſſus ad præſens reuertatur ad præfatum Concilium, committimus antedicto Concilio de ſtatuendu & deſignandu loco fiendæ generalis & œcumenicæ ſynudi, ꝙ deſignetur & ſtatuatur locus maritimus, ita quòd non ſit aliqua ciuitas excepta Anchona, vt poſſimus venire ad illum locum cum umnibus neceſſariò debentibus intereſſe, ſine difficultatibus & incõmodis, cũ multi ex illis ſenes & infirmi exiſtant. Et maximè ſanctiſſimus meus dominus œcumenicus Patriarcha. Et in tali loco plures prælati Orientalis noſtræ Eccleſiæ puterũt aggregari propter facultatem & non nimiam diſtantiam.

tiam. Qui quanto plures affuerint, tanto vtiliùs ad perfectionem vnionis erit. Prætereà hoc erit maximum conſerens ad vtilitatem & ſecuritatem noſtræ ciuitatis, propter multas cauſas dicto venerabili viro dictas. Præcipuè verò hoc neceſſariũ eſt, propter præſentiam ſanctiſſimi & beatiſſimi domini Papæ, qui ſi cõmodè aduenire poterit, hoc erit gratiſſimum, & ad perfectionem pręmeditatę vnionis quàm plurimum valens, necnon ad honores & fauores futuri Concilij. Propter iſtas & plures alias cauſas debet prædictus venerabilis Henricus rogare & deprecari dictam Baſileeñ. ſynodum ex parte noſtra, vt noſtra petitio adimpleatur. Et cùm anteà per noſtros ambaſſiatores nominauimus nonnulla loca, q̃ non ſunt maritima, petimus & cum inſtantia rogamus, vt non fiat impedimentum noſtræ petitioni talis locorum expreſſio, ſed ſuſtinere velint laborare illi reuerendiſſimi patres propter vtilitatem & ſecuritatem propoſitæ rei. Etiam vt oſtendat & referat, quòd omnia nobis ſpectantia ſecundũ noſtram potentiam ſine prætermiſſione adimplebũtur. Propter hoc & prædicta Baſileeñ. Synodus debeat facere omnia præmiſſa per ipſam & per ſuos ambaſſiatores integraliter & opportunè. Et ſi hoc* fuerit, nec nos

for. *non fieret, etiam ire poterimus tempore deſignato, & etiam promiſſo. Nec poterit aliquis nos repræhendere, conſiderato quòd cauſa erit concilij, ſicut & nos non dignamur accuſare prædictam ſynodum propter tranſactũ tempus in decreto determinatum, cùm talis tranſactio temporis venerit propter circunſtantias occurreñ. & temporaneas, non ex voluntate Concilij. Similiter autem alij duo ambaſſiatores hic remanentes, debent facere opportunè de expenſis & alijs pro congregatione prælatorum orientalis Eccleſiæ, prout extitit promiſſum: quia talibus expenſis & alijs non in tempore debito factis, ſi quis ex iſta cauſa defectus adueniat, nos de expenſis nihil reſpondere debebimus. Datum in vrbe noſtra Conſtantinopolitañ. 1435. die 26. Nouemb. ſub Sigillo noſtro imperiali.

COMMISSIO PATRIARCHÆ Conſtantinopolitañ. facta Ambaſſiatori Concilij.

QVoniam propter multas rationabiles & neceſſarias cauſas vltimum & non prætermittendum extitit, beatiſſ. dominum Eugenium Papam neceſſariò adeſſe debere meditatæ & ſolicitandæ cum Deo ſanctæ catholicæ & œcumenicę ſynodi pro vnione Eccleſiarum Chriſti, & ad eã accedere perſonaliter & intereſſe unanimiter cũ ſacroſancta ſynodo ſacræ Romanæ Eccleſiæ & omnibus ipſi Eccleſiæ aggregatis, vt poſſimus & nos Deo authore illic perſonaliter adeſſe, loco commodo ſtatuto, vnà cum potentiſſimo & ſancto meo Imperatore & alijs nobis adhærentibus. Et ſic fiat tractatus & conſtitutio vnionis, ſicut daret Deus, & ab utraque parte conuentum & affirmatum foret. Propterea humilitas noſtra ad plens committit tibi venerabili viro Henrice Mẽger decretorum doctori canonico Conſtantieñ. Eccleſiæ, vni ex ambaſſiatoribus ſacroſanctæ Baſileeñ. ſynodi ad ſynodum ſanctã reuertenti, vt quandò fueris cum prædicta ſacroſancta ſynodo Baſileeñ. ſtudium & diligentiam omnimodam exhibeas, & inſtanter labores & opereris, vt ſtatuatur, beatiſſ. dominum Papam in meditata œcumenica ſynodo intereſſe perſonaliter & non repræſentatiuè, electo & ſtatuto loco congruente & commodo pro quiete dicti beatiſſimi domini Eugenij & noſtra. Propter hoc facta eſt tibi præſens donatio & conceſſio noſtra in ſcriptis cauſa roboris & firmitatis. Datũ Cõſtãtinopoli, 1435. die 26. menſis Nouẽbris.

EPISTOLA LEGATI CONCILII, ad legatum pontificis.

REuerendiſſimo in Chriſto patri & domino, domino Iuliano miſeratione diuina tituli S. Sabinæ, ſanctæ Romañ. Eccleſiæ preſbytero Cardinali, vulgariter ſancti Angeli nũcupato, in Germania Apoſtolicæ ſedis legato, V. R. P. humilis Henricus Menger. Reuerendiſſ. pater, domineq; metuendiſſime, 2. Ianuarij cum Galeis ad ciuitatem Venetiarum Dei gratia viuus, ſed non ſanus, reuerſus ſum. Et vt in paucis me expediam, quia horam ſcribendi non habeo, nouerit R. P. V. quòd omnia nobis per ſacrum Concilium iniuncta votiuè expediuimus, ita quòd dominus Imperator & patriarcha omnia capitula per Ambaſſiatores ipſorum in ſacro Concilio concluſa & promiſſa, & vt in decreto continentur, de nouo ſimiliter per bullam auream & plumbeam ratificauit &c. Et hoc pro nunc P. V. R. ſufficiat. V. R. P. me excuſatum habere velit, ſi nõ ſtatim ueniam: quia pro certo nihil in hoc mundo tardabit me, niſi hoc ſerò. Nam licèt ſim infirmus, tamen nihilominùs hoc concluſi Deo dante, quòd iter arripiam. & de die in diem ibo, donec & quouſque ad V. R. P. glorioſam veniam, quam toto corde videre deſidero. Et verè gaudebit cor veſtrũ, & iterum gaudebit, quia iocundiſſima lætiſſimaque noua ſacro Concilio portabo: quoniam ramum virentis oliuæ & unitatis Eccleſiæ ſanè portabo, quemadmodum columba Noæ in arca præſentauit &c. Datum Venetijs 4. Ianuarij 1436.

LECTORI PIO B. L. N. SALVTEM.

Et hic eſt finis eorũ, quę ad ſynodũ Baſileeñ. quomodocunque ſpectare viſa, eidem partim anno Dñi 1538. partim deincèps anno 1551. appendicis inſtar adiecta fuerũt. De quibus ſi quid gratiæ mortali cuiquam habendum eſt, habeatur oportet religioſo patri D. Petro Crab, qui horum exemplaria, quanquam correcta minùs, minuſque lectu obuia, diligenter ac

ſolicitè

Digitized by Google

ſolicitè procurans, conijcienda potiùs quàm legenda ſuppeditauit. Nobis igitur, qui diuinatione ſubindè magis ac lectione indiguimus, haud malè vertatur, ſi difficultatem iſtã & te, quiſquis es lector cordate, aliquoties hic ſubolere cõtingat. viſum eſt enim tolerabilius pariter & ſecurius fore, etiam te nobiſcũ alicubi hærere, quàm temerariè quiduis mutaſſe aut correxiſſe videri. Et quid ex vnico ſolo, eodemque raptim ac minùs accuratè deſcripto autographo pſtari potuit boni? Quanquàm pro virili noſtra legoiter adeò rex iſthic acta non eſt, quin & noſtræ qualicunque opellæ debeatur aliquid, ſi modò quod opus quanta moleſtia quaſi ex archetypo natum ſit, aliquandò reſpectum erit.

DECRETA
EVGENII PAPAE IIII.

E vitis Pontificum, quas Platina deſcripſit, curſim excepta.

EVGANIVS Quartus Papa, Venetus, familia Condelmeria, populari quidem, ſed antiqua, patre Angelo natus, põtificatũ hac rõne adeptus eſt. Creato enim Pontifice Gregorio XII. è gẽte Coraria, patria Veneto, Antonius Corarius Gregorij nepos, Cœleſtini habitu canonicus congregationis S. Georgij in Alga, Romam iturus, Gabrielem Condelmerium, qui eiuſdem profeſſionis erat, quo cum ab ineunte ætate familiariter vixerat, ſecum aliquandiu recuſantem duxit, cuius ingenio & ſolertia delectatus Gregorius, eum primò theſaurarium fecit, deinceps verò epiſcopum Senenſem creauit, præfato Bononienſibus in eadem dignitate Antonio nepote. Recuſarunt aliquandiu Senenſes Gabrielem in epiſcopum, quòd dicerent hominem aliundè natum, nequaquàm in tanta re ciuibus Senenſibus præficiendum, eam curam debere ciuis alicuius eſſe, qui mores hominum & ritus ciuitatis noſſet. Verum cùm poſteà Gregorius rebus ſuis diffidens, Roma Lucam profectus fuiſſet, aucturus Cardinalium numerum, Antonium nepotem & Gabrielem Condelmerium in cardinales retulit. Gabrielis autem opera in magnis rebus poſteà Gregorius, & Martinus, abrogato Gregorio, vſus eſt. Maximè verò in legatione Picentina, qua & Picentes in fide Eccleſiæ confirmauit, ſumpta de quibuſdam ſeditioſis & coniuratis pœna. & templum Sanctæ Agnetis Anconæ diruptum, portumque eiuſdem ciuitatis, ad imitationem Traiani, magna impenſa reſtituit, fluctibus quaſſum & vetuſtate conſumptum. At verò cùm Martinus intellexiſſet Bononienſes rebus nouis ſtudere, è Piceno Gabrielem legatum miſit, qui ſuo aduentu ſeditionem omnem ſtatim ſuſtulit. Cùm autem indè Romam veniſſet, mortuo haud ita multò pòſt Martino, ſolus è duobus de viginti Cardinalibus, qui tum in conclaui apud Mineruam aderant, pontifex creatur, anno 1431. 5. Nonas Martij. Eugeniusque mutato nomine (vt fit) appellatus, ad S. Petrum, comitante populo & clero ſtatim perducitur. Accepta deinde corona pontificia de more, inuiſaque baſilica Sancti Ioannis Lateranenſis, in Vaticanum rediẽs, cõſiſtorium generale propoſuit indicta die, qua certè tanta multitudo affuit, vt cùm trabes deficerent eius loci, vbi nunc conſiſtorium publicum fit, trepidatum adeò tumultuosè ſit, vt in ipſa fuga Senogalliæ epiſcopus, ciuis Romanus è gente Mellina, obtritus perierit. Nondum enim ædes ipſæ pontificiæ hanc formam, quam nunc habẽt, acceperant. Dimiſſo conſiſtorio, Eugenius tumultus deinceps ex induſtria uitauit. Tum verò pontifex ancipiti cura diſtractus, & quòd bellis vndiq; premeretur, & quòd Baſileeñ. Cõcilium iam antè inchoatum Martini decreto, augeri indiès cerneret, concurrentibus eò Hiſpaniæ, Galliæ, Germaniæ, Panoniæque principibus, qui communem reipublicæ Chriſtianæ cauſam in arbitrio Concilij reponebant, ad tollendum conciliũ verſus, illud primò quidem ex Baſilea Bononiã tranſtulit, cardinalium omnium, qui ſecum aderant, conſenſu. Sed Imperator alijque principes & prælati, qui tum Baſileæ erant, non modò pontifici non obtemperârunt, verumetiam eum bis terque monuerunt, vt Baſileam idoneam à Martino celebrandi Concilij locum delectum, vnà cum cardinalibus proficiſceretur: aliter ſe in eũ acturos, vt in præuaricatorem & contumacem. Motus iſtorum verbis Eugenius, Baſileenſe concilium literis etiam Apoſtolicis cõfirmauit, facta vnicuique eundi ad concilium poteſtate. Adeò enim bellis vndequaque vexabatur, vt vix ei reſpirandi facultas daretur. Cæterùm non ità multò pòſt publico conſiſtorio Baſileeñ. Conciliũ, quod ante approbauerat, Ferrariam transfert, quòd diceret Græcos cum Eccleſia Romana in fide conuenturos, eundem ſibi locum delegiſſe. Inſtabant tum cõcilij Baſileeñ. præſides, & precibus ac pollicitationibus Græcos adhortabantur, ut omiſſo Eugenio, ad ſe proficiſcerentur. Neque hoc contenti abrogaturos ſe Eugenium prædicabant, niſi ipſi quoque eò proficiſceretur. Subſtitit aliquandiù Eugenius animi dubius, quid potiſſimũ decerneret, miſſo tamen eò legato Ioanne Franciſco Capitteliſta iureconſulto, Patauinoq; equite, qui eius cauſam tueretur. Verùm mortuo Sigiſmundo Imperatore, à quo Baſileeñ. Concilium incrementum habuerat, creatoq; ab electoribus imperij Alberto Auſtriæ duce, concilium Ferrarieñ. Eugenij nomine Cardinalis ſanctæ Crucis inchoauit. Eò proficiſcitur & Eugenius, quòd aduentare Imperatorem Conſtantinopolitanum Ioannem Palæologum ſuis, tum Venetorum, Eugenij gratia obuiã miſſis, ne qua uis Imperatori fieret, quòd intellexerat concilij nomine triremes Gallicas in Ionium miſſas, quæ aut Imperatorẽ

Pius II. dicit Eugenium non ſine ratione concilium tranſtuliſſe.

ad

ad ſe adducerent, aut ſi id fieri non poſſet, ſaltem hominem remorarētur, quo minùs Ferrariam proficiſceretur. Harum uero triremium præfectum ita largitionibus corrupit Eugenius, ut relicto concilio, partes ſuas deinceps ſecutus ſit. Imperator autem Ferrariam ingrediens, non aliter ſuſceptus ab Eugenio eſt, àc Rom. Imperatores ſuſcipi conſueuere. Eugenius autem duas Eccleſias iampridem diſſidētes, in unum corpus redigere cupiens, 1438. habita ingenti ſupplicatione, celebrataque Spiritusſancti Miſſa, concilium unà cum Imperatore Græcorum & patriarcha Conſtantinopolitano ingreſſus, ſedente Imperatore condigna ſede, alijsq́ue Græcis è regione pontificis: primò quæſitū eſt, uelléntne tam Latini quàm Græci ex duabus Eccleſijs, iampridèm diſſidentibus, unam fieri. Ad quam uocem omnes ſucclamârunt, placere & uelle, modò rationibus illa priùs confutarentur, quæ tātæ diſcordiæ cauſa fuerant. Diſputabatur quotidiè ea de re ab his, qui tum à Græcis tum à Latinis delecti ad tantam rem fuerant. Verùm cùm peſtis Ferrariæ * inoleuiſſet, eodemq́ue in loco non ſine magna incommoditate ſtaretur, Florentiam transferre cōcilium placuit. Interea Philippus ægrè ferens Florentinos, adiuuāre Eugenio atque adhortante, Franciſcum Sfortiam Venetis miſiſſe auxilio, cum his agit, qui in Baſileeñ. concilio erant, vt Eugenium citarent. Fecere illi id quidem bis terue. Verùm cùm id ex ſententia ei non cederet, cò dementiæ eos perpulit, ut abrogato Eugenio, Amedeum Sabaudiæ ducem ſocerum ſuum, qui heremitanam uitam ad Ripaliam, cum quibuſdam nobilibus ducebat, pontificem crearent, Felicemq́ue appellarent. Hinc magnę ſeditiones in Eccleſia Dei exortæ ſunt, cùm Chriſtiana reſpublica trifariàm diuiſa, aut Felicem, aut Eugeniū ſequeretur, eſſentq́ue qui neutrales uocarentur, quòd neutri obtemperarēt. Eugenius, tamen haud animo concidit. Nam habito ſæpiùs conuentu, diſcuſſaq; Gręcorum & Latinorum contentione, tandem cò ventum eſt, ut Gręci rationibus uicti, faterentur & ſpiritumſanctū à patre filioque procedere, homouſionque eſſe, non à patre tantùm (vt ipſi credebant) prouenire, utq́ue in azymo (id eſt, ſine fermento) triticeo pane corpus Chriſti conſecraretur, ac Purgatorij locum eſſe crederent. Poſtremò verò, ut faterentur Romanum pontificem, uerum Chriſti uicarium, Petriq; legitimum ſucceſſorem, primum in orbe locum tenere, cui & Orientalis & Occidentalis Eccleſia meritò parēret. Abeuntibus autem Græcis, re hoc modo compoſita, Armenij etiam cum fide noſtra conuenere, ſublatis crebris diſputationibus eorum erroribus, promulgatisque Eugenij literis ſuper ea re, quæ rationem concordię

* inualuiſſet,

Germani ſe neutrales præbebant, ſed poſteà ad Eugeniū acceſſerunt.

oſtenderent, cum inſcriptione, Datum in ſacroſancto œcumenico concilio Florentino, quod in cathedrali Eccleſia habitum eſt, anno Domini 1439. uigeſimaſecunda Nouemb. die. Præterea uerò, ut partes ſuas augendo, Baſileenſe concilium infirmaret, eodem tempore conſiſtorio publico decem & octo cardinales creauit, quorum de numero fuere duo Gręci, Rutenus & Nicęnus, ut eorum authoritate Græcorum natio in fide contineretur: quę tamen haud ita multò poſt in antiquos mores recidit. Interea uero Eugenius, ne rem bellicam ſolam curare uideretur, Nicolaum Tollentinatem ordinis ſancti Auguſtini, miraculis clarum, in ſanctos referens, à ſancto Petro cum omni clero ſupplicando, ad ſanctum Auguſtinum profectus, ſolennia ipſe celebrat, adſtāte populo Romano, cardinaliūq; omnium cœtu. Pręterea uerò, pulſis omnino à ſancto Ioanne Laterano canonicis ſecularibus, admiſſisq́ue tantummodò regularibus, & porticum illam extruxit, qua ab Eccleſia ad Sancta ſanctorum, * & clauſtrū, vbi ſacerdotes habitarent, reſtituit. Auxit. & picturam templi à Martino anteà inchoatam. Præterea uerò ſancti Syluestri mitrā Romam * Auenione delatam, ipſemet è Vaticano ad Lateranum detulit magna cum veneratione & litania ſacerdotum omniū, populiq́ue Romani. At uerò idem Eugenius principio pontificatus ſui malis conſilijs ductus, diuina humanaque omnia perturbauit. Nam & populum Romanum ad arma exciuit, & Concilio Baſileenſi, vndè infinita mala orta ſunt authoritatem dedit, approbatis eorum per literas Apoſtolicas decretis, Verùm poſteà ad ſeipſum redies, omnia prudenter ac cōſtantiſſimè egit, uir adſpectu inſignis, & ueneratione dign⁹, grauis in dicendo potiùs quàm eloquens, modicæ literaturæ, multæ cognitionis, hiſtoriæ pręſertim. Liberalis in omnes, tum uel maximè in literatos, quorum familiaritate delectatus eſt. Ad iram non facilè mouebatur ob iniurias illatas, & maledicentiam hominum, aut mimos aut dicteria ſcribentium. Gymnaſia autem omnia quàm diligentiſſimè fouit, maximè verò Romanū, ad quod omne genus literaturæ adhibuit. Religioſos mirum in modum dilexit, eosq́ue opibus & immunitatib⁹ auxit. Exornare quoque Eccleſiam Dei ſacellis & ædificijs eſt annixus, ut ex capella pontificia & æneis S. Petri ualuis apparet. Moritur autem uir ingenio & rebus geſtis inſignis ætatis ſuæ anno 64. pontificatus vero decimoſexto, 7. Kalendas Martij, anno Domini 1446. ſepelitur q; in Baſilica ſancti Petri ſepulcro marmoreo. Vacat tum ſedes diebus 12.

* Auinione

BENE-

BENEDICTO DE ACCOLITIS
RAVENNATI ARCHIEPISCOPO,

Bartholomæus Abramus Creteñ. præſul Ariceñ.
Salutem dicit.

COgitanti mihi, præſul humaniſſime, quoniam pacto tibi ſacrarum literarum ſtudioſiſſimo, ac omni virtute prędito, pro tuis in me maximis meritis aliqua ex parte gratias referre poſſem, tu ſanè longè aliud molienti, quaſi obuiàm prodijſti: vtque generalis octaui Concilij, iampridem Florentiæ habiti, acta è Græco in Latinum ſermonem veterem, mandaſti: quæ quidem neſcio, qua de cauſa Latinitate donata non extent, cum memoriæ proditum ſit, duos ſcribas Græcos totidemq; Latinos, qui eidem interfuere Concilio, ea ipſa Gręcis Latinisque literis diligentiſſimè conſcripſiſſe. Sed id alij viderint. mihi autem Græco homini, literisque Latinis non ſatis erudito, onus tantum ſubijſſe, non mediocris negocij viſum fuit, præſertim non inſcio, multa ſciẽtiarum genera in ipſis actis diſſeminata eſſe, quæ niſi quis mediocriter ſaltem calluerit, acta ipſa nequaquàm intelligere, nedum Latinis benè tradere poſſit. Quis enim ſummam in ipſis Theologiam deſiderabit? Vbi primò ſubtiliſſimè diſputatur, an Purgatorium ſit. Et quidnam ſit, Et, an animæ ſanctorum felicitatem ſuam abſque corporibus ſuis aſſecutæ ſint: deinde, an posteriores œcumenicæ ſynodi, priorum actis quicquam addere, vel ab eis auferre poſſint: &, an Romanæ Eccleſiæ abſque generali ſynodo particulam illam, EX FILIOQVE, ſymbolo licuerit addere: quod quidem & ipſi facere licuiſſe, necnon ad Rom. Pontificẽ ritè pertinere, ambigua in fide, abſtruſaq; declarare, ac ęcumenicam ſynodum iniuſſu eiuſdem Romani Pontificis celebrari non poſſe: Romanam denique Eccleſiam, caput & principem cęterarum Eccleſiarum exiſtere, probatum ac ſuſceptum ab ipſa ſynodo eſt. Vbi præterea, perquàm ſubtiliſſimè diſputatur, an ſanctus Spiritus ex patre, nulla facta de filio mentione, vt Græci, vel ex patre filioque (vt Eccleſia Romana aſſeuerabat) procedat. Poſtremò, an Græcis liceat pane fermentato ſacrificare. Præterea, quis vel naturalem philoſophiam, vel Metaphyſicam in eiſdem actis deſiderabit, in quibus de Dei filij generatione, de diuinarum perſonarum diſtinctione, ac ipſarum relatione ſubſiſtentiaque acutiſſimè pertractatur? Quis denique ſine Dialectices ac Rhetorices arte luculẽtiſſimas illas rationes benè percipere poſſet, quas & Iulianus ille Cardinalis ampliſſimus, ex nobiliſſima Cæſarinorum familia ortus, pro Romana Eccleſia, & Beſſarion tunc Nicænus Archiepiſcopus, quem deinde ob diuinum eius ingenium, multiplicemque doctrinam, Eugenius Quartus Pontifex Maximus, ampliſſimorum S.R.E. Cardinalium collegio conſenſu omnium cooptauit, in eodem ipſo Concilio habuere. Tantam ergo prouinciam aggredi meus animus mirũ in modum extimeſcebat. Verùm quid facerem, cùm niſi tibi ſaltẽ obſequio ſatisfeciſſem, acerbam mihi vitam viuere viderer? Hinc factum eſt, antiſtes humaniſſime, vt iuſſa tua, quibus apud me nil eſt validius, animum meum impulerint, vt audacia quadam rem tantam meis viribus imparem ſim aggreſſus: qua tamẽ in re ſummo ſtudio, vel potius Spiritusſancti (de quo agebatur) benignitate, mihi videor effeciſſe, vt quanuis elegans ſtylus ab elegantiſſimo ingenio tuo deſiderari poſſit, quæ tamen literis non minùs barbarè quàm confusè relicta fuerant, ita vt vix intelligi poſſent, ea fideliter explicauerim, ac dilu-

Octaua ſynodus rectius diceretur habita Conſtantinopoli, qua reſtitutus eſt ſedi ſuæ Ignatius

Digitized by Google

ac dilucidè literis Latinis (quantùm Græco homini licuit) mandauerim, vt quiſque vel mediocriter bonis literis eruditus, acta ipſa ſine ulla difficultàte intelligere poſſit. Multa quoque ſuperuacanea, & nihil ad hanc diuinam rem facientia, volens prudensque præterij, ne lectoribus faſtidio eſſent. Nam Græci ſcribæ ludos ſingulos & honores, qui Conſtantinopolitanum Imperatorem, primò magnificentiſſimi Veneti, deinde Ferrariæ prudentiſſimus ille Marchio, poſtremò nobiliſſimi Florentini proſequuti fuerint, teſtatos literis reliquerunt, & actibus diuini concilij ineptiſſimè inſeruerunt. His igitur, atq; nonnullis priuatis ipſorum Græcorum inter ſe diſceptationibus & controuerſijs, ad rem neutiquàm pertinentibus (vt prædictum eſt) prætermiſſis, publicas tantum eorum cum Latinis diſputationes & controuerſias, fideliter ac verè de verbo (vt tute vtriuſque linguę ſtudioſiſſimus, æquus iudex poteris eſſe) è Græco in Latinum ſermonem conuerti. Necnon tertium magni Baſilij in Eunomium de Spirituſſancti proceſſione ſermonem, olim à Georgio Trapezuntio Creteñ. conuerſum, quo ſynodus ipſa vehementer innixa fuit, & quandam ipſius Beſſarionis orationem, ab eodem dogmaticam nuncupatam, ac eiuſdem nominis epiſtolam, quas ipſemet poſt multos annos in Latinum traduxerat, vt ipſa eadem acta clariſſima redderentur, huic operi addidi. In quo quidem doctiſſime pontifex, & tuum erga ſacras literas ſtudiũ ſummopere laudabitur, quòd diuinum hoc opus obliuioni iam traditum, te authore in lucem prodierit, & ſumma mea in te obſeruantia, cæteris quoque mortalibus innoteſcet, quòd, te iubente, oneris tantum ſubierim, ac te efflagitante, ad metam vſque peruenerim. Rogo igitur te, vt meas huiuſmodi lucubrationes, qualeſcunque ſint, tuis auſpicijs inceptas atque confectas, ac tuo nemini conſecratas, ſuſcipere, amplecti, fouereque non dedigneris.

Vale.

AD LECTOREM.

Res noua, res vetus eſt, res Græca eſt, resq; Latina eſt:
Sancta refert, ſed non omnia ſancta refert.
At dices: quorſum hæc tendunt pugnantia? nempe huc,
Hoc vnum, ne vnum hoc eſſe putaris, opus.

LECTORI CANDIDO F. LAVRENTIVS SVRIVS.

QVID Græcis in mentem venerit, vt hanc Synodũ Florentinam, octauam nuncuparent, docti viri admirantur. Poterat aboleri numerus ille, ſed ne id temeritati tribueretur, relinquere illum maluimus, contenti admonuiſſe Lectorem, non rectè dici octauam, quam aliquot aliæ inſignes Synodi generales poſt alteram Nicææ habitam, quæ ſeptima numeratur, anteceſſerint. Vale.

CONCILIVM FERRARIÆ INCEPTVM

Florentiæ peractum, tempore Eugenij Papæ Quarti.

FErraria, non quidem vetus admodùm, ſed inſignis Italiæ vrbs, potens & ampla, mercibus frequens, Pado fluuio adiacet. Sunt in ea præclaræ ędes, longæ & latę vię, multa hominum frequentia.

Porrò Florentia Hetruriæ florentiſſima vrbs eſt, quam fluuius Arnus interſecat. Habet & ipſa pulcherrima ædificia, & vt ampla in primis, ita vſque adeò populoſa eſt, vt quidam annotarint anno Chriſti 1400. ad hominum 30000. in ea ex peſte obijſſe. Meminit eius Ptolemęus lib. 3. cap. 10. & Antoninus in Itinerario.

ACTA GENERALIS Octauæ Synodi, è Græco in Latinum traducta, interprete Bartholomæo Abramo Cretenſi, præſule Arienſi.

A.D.438. ANno Domini noſtri Ieſu Chriſti M. quadringenteſimo trigeſimooctauo, die verò quarta mēſis Martij, pontificatus Eugenij Papæ Quarti anno ſeptimo, Ioannes Palæologus ſereniſſimus Conſtātinopolitanus Imperator, ad celebrādam octauam œcumenicam ſynodū, ad Francolinum Ferrariæ vicum triremibus inuectus eſt. Quò ſtatim Nicolaus ipſius Ferrariæ marchio, vnà cum ſuis præſtantioribus ciuibus, ac pontificibus omnibus, qui cum ſummo pontifice Imperatorē ipſum Ferrariæ expectabant, obuia prodijt, ac ipſum equo inſidētem, vnà cum ſedis Romanæ legato, qui cum Imperatore Conſtantinopoli venerat, ad vrbem & palatium, vbi ab ipſo ſummo pontifice, omnibuſque Cardinalibus expectabatur, magna pompa deduxit. Quem cùm ſummus pontifex iam aduentare ſenſiſſet, ſurrexit, & lento gradu inambulare cœpit, ac ipſum paulo procul à ſede ſua excepit, & volentem genu flectere, minimè permiſit, ſed ſtantem amplexus fuit, ac ei dexteram oſculandam dedit, ipſumq; à ſiniſtra proximum ſibi conſedere voluit. Poſteà verò Imperator ſurrexit, ac ſua in ſede ſtans, à ſingulis ampliſſimis Cardinalibus honorificentiſſimè fuit ſalutatus. Habitoque in conſeſſu cum ſummo pontifice breui ſecretoque colloquio, vterque ſurrexit. Et pontifex ſummus in eodem palatio, vbi habitabat, remanſit Imperator verò ad aliud ornatiſſimum pompa eadem iuit. Porrò autem quatuor poſt dies Ioſephus ſanctiſſimus Conſtantinopolitanus Patriarcha cum maiori parte ſuorum pontificum, (nam cæteri cum Imperatore fuere) cymbis multis ornatiſſimiſq; Venetijs Ferrariam aduenit. Cui quidem è cymba exeunti quatuor ampliſſimi Cardinales & ipſe marchio, necnon ad 25. Occidentalis Eccleſiæ præſules obuiàm iere, ac ipſum equitem mediumque inter duos ampliſſimos Cardinales, magna etiam pompa ad palatium comitati fuere: vbi pontifex ſummus ſtans in ſua ſede, ipſum amplexus, & in gena oſculatus eſt. Ipſis deinde conſedentibus, Orientales antiſtites dexteram ſimul & genam ſummi pontificis, cæterorum verò Græcorum alij dexteram, alij pedem tantùm oſculati fuere. Qua quidem ſalutatione facta, pontifex ſummus in cubiculū ſe recepit: Patriarcha verò, eodem quo venerat ordine ac pompa, domum ſibi paratiſſimam venit. Proxima verò Dominica, quindecim Græci ſacerdotes domi Imperatoris iuſſu eius Miſſam ſolenniter celebrarunt. Vbi etiam marchio cum ſuis ciuibus adfuit, & panem benedictū per Patriarchæ dexteram, more Græcorum, accepit atque libauit. Nonnullis deinde pòſt diebus Imperator à ſummo pontifice contendere cępit, vt quemadmodùm ei promiſerat, non ſolùm pontifices & abbates, verumetiam

reges & duces, ac cæteros Chriſtia-
norum principes ad ſynodum conuo-
caret. Quod quidem tametſi ſum-
mo pontifici propter ipſorum prin-
cipum diſcordias factu difficile vide-
batur, vt ad ſynodum conuenirent, ſe
tamen operam daturum promiſit, vt
principes ipſi conuocarentur. Con-
tinuoque nuncios & literas ad eos
miſit, vt intra menſes quatuor vel ip-
ſi adeſſent, vel ſuos vicarios mitte-
rent. Porrò autem poſt aliquot dies
tam Græcis quàm Latinis maius ope-
ræprecium viſum fuit, vt edicto pu-
blico ſynodus conuocaretur, hac cô-
ditione, vt niſi principes ipſi veni-
rent, vel ſuos nuncios mitterent, ſy-
nodus tamen ipſa celebraretur, ac in
ea de quibuſdam dogmatibus agere-
tur, & ſiue Græcorum & Latinorum
coniunctio fieret, ſiue non, adhuc ta-
men ſynodus ſumma pace dimitte-
retur. Dum autem hæc geruntur, quę-
ſitum fuit, quonam ordine ſedes in
ſynodo diſponi deberent, qua de re
non mediocris inter eos controuer-
ſia fuit orta. Nam ſummo pontifici
videbatur conueniens eſſe, vt Impe-
rator ac Patriarcha cum ſuis homi-
nibus à ſiniſtra templi parte, & occi-
dentales pontifices à dextra, ipſe ve-
rò in capite medius inter vtranque
partem ſederet. At Imperator dice-
bat locum ipſum ſibi potiùs quàm
ſummo pontifici conuenire. Poſt lon-
for.* diſce gas autem * diſcrepationes, lectis cę-
pationes, terarum ſynodorum geſtis, omnes in
vnam ſententiam iuere, vt ſummus
pontifex ac omnis occidentalis Ec-
cleſia à dextra templi parte, Impe-
rator autem cum orientali Eccleſia
eregionè à parte altera conſederet.
Igitur in baſilica diuo Georgio con-
ſecrata, à dextra parte apud maius
altare pontificia ſedes, & proxima ei,
paulo tamen inferior, Romanorum,
vel (vt Græci dicebant) Germano-
rum Imperatoris ſedes diſpoſita fuit,
quæ ſemper propter eius abſentiam
vacua ſtetit. Apud autem ipſam am-
pliſſimorum Cardinaliū, deinde Ar-
chiepiſcoporum, & Epiſcoporū Oc-
cidentalis Eccleſiæ, qui ad centum
& quinquaginta præter protonota-
rios & abbates ac alios clericos, qui
multo plures fuere, locus ordinatus
fuit: eregione verò ſummi pontificis,
vt pauloantè dictum eſt, Conſtanti-
nopolitani Imperatoris eminēs qui-
dem vt pontificia, & illi proxima à ſi-
niſtra, paulo tamen inferior, Patriar-
chalis ſedes collocata fuit. Et apud
eam eodem ordine, legatorum trium
cæterorū Patriarcharū, deinde alio-
rū Oriētaliū patrū, ex quibus duo ex
Iberia venere, ſedes fuerunt diſpoſi-
tæ. Nam à dextris ipſius Imperatoris,
Demetrius Deſpotus frater eius, in-
fimo gradu ſubſedit. Anre verò ma-
ius altare aliud altare fuit erectum,
ac ſuper eo inter beatorum Apoſto-
lorum Petri & Pauli capita, ſanctorū
Euangeliorū liber, ac ante ipſum duo
accēſa candelabra fuere poſita. Qui-
bus ita diſpoſitis, ac omnibus præpa-
ratis, ad diem 9. menſis Aprilis, quæ
quidem feria quarta maioris hebdo-
madæ fuit cardinales ac omnes anti-
ſtites veſtibus ſacris induti, vnà cum
ſummo pontifice ac Imperatore tem
plum illud introiere, ac ſuis in locis,
abſente, ob valetudinem, Patriarcha,
paululùm conſedere, deindeq; ſurre-
xere, ſummusque pontifex orare cœ-
pit: quibuſdam denique pſalmis, hym
nis, ac precibus hinc inde decantatis,
omnes iterum conſedere iuſſit, vt cô-
ſentiente Imperatore, abſentis Pa-
triarchæ conſenſus, & ſuum edictum
ex ſuggeſtu recitarentur. Itaq; Scri-
ba quidam alta voce conſenſum ip-
ſum in hac forma perlegit.

CONSENSVS PATRIARCHÆ
Conſtantinopolitani, vt œcumenica ſynodus Ferrariæ cele- braretur.

IN nomine ſanctiſſimæ vitęque principij
Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritusſan-
cti, duo Chriſti membra, Latinorum vide-
licet & Græcorum, ad ſanctam & œcume-
nicam ſynodum conuocandam, hodiè con-
uenerunt, ita vt beatiſſimus ac ſummus pon-
tifex, & ſancta Romana Eccleſia ex vna, & ſe-
reniſſimus Imperator cum tota Orientali Ec
cleſia ex altera parte concordes ſint, vt hîc
Ferrariæ in D. Georgij templo, in loco ſanè
tutiſſimo, generale Concilium celebretur.
edicentes, vt infra quatuor menſium ſpa-

tium

tium ab hoc die connumerandorum, omnes
Chriſtiani, qui conuenire velint, præſertim
reges & principes, ac omnes pontifices, &
cæteri clerici, qui Baſileam vel Romam ad
celebrandum Concilium profecti iam ſint,
vel in poſterum proficiſci velint, hoc debeāt
conuenire. Qui verò venire neglexerit,
niſi huius futura decreta Cōcilij ſuſceperit,
ac probauerit, anathema eſto. Doctores
autem, vel alicuius dignitatis homines, niſi
conuenerint, vel ſuos vicarios miſerint, vel
ſaltem literis ipſa eadem futura decreta lau-
dauerint, & approbauerint, anathemate ſint
deuincti. Quæ quidem pœna, ſummi pon-
tificis iuſſu, de regibus & ducibus, ac cæte-
ris Chriſtianorū principibus intelligi quoq;
debeat. His tamē liceat, ſi voluerint, locum
alium nominare, vbi ſynodus vel celebra-
retur: ita tamen, vt ipſa ſynodus de tali loco
conſiderare, ac decernere valeat. Datum
Ferrariæ, anno 1438. die verò nona menſis
Aprilis.

Poſt hæc pontificis ſummi decretum à
præſule Gradeñ. Latinè, à Dorotheo verò
Mityleneñ. Græcè fuit recitatum in hoc te-
nore.

Decretum ſummi pontificis.

EVgenius ſeruus ſeruorum Dei, ad æter-
nam rei memoriam. Magnas omni-
potenti Deo gratias oportet nos agere, qui
antiquarum ſuarum miſericordiarum non
immemor, Eccleſiam ſuam continuò red-
dit ampliorem. Quam quidem etſi labora-
re, multiſque tempeſtatibus fluctuare per-
mittit, nunquàm tamen ſubmergi patitur,
verùm à fluctibus & magnis æſtibus maris
reſeruat, & pro ſuo erga genus humanum
amore, inter multos & varios caſus & cala-
mitates, virentem ſemper fouet, ac magìs
vigentem reddit. Eccè enim Orientales &
Occidentales populi iamdiu inter ſe diſſi-
dentes atque diſiuncti, ad pacem atque con-
iunctionem conuenire feſtināt. Quippe qui
diſcordes iam & inimici, tandem poſt mul-
Iacob.1.e tos annos, fauente Deo, ex quo omne datum
bonum, ſanctæ coniunctionis deſiderio af-
fecti, in hunc conuenere locum. Noſtræ
igitur ſeruitutis ac totius Eccleſiæ opera
eſt, & eſſe credimus, tentare pro viribus, vt
hæc principia tam felicia, ſtudio noſtro ita
felicem exitum conſequantur, vt Dei gra-
tiæ cooperatores eſſe, dicique mereamur.
Cùm itaque dilectiſſimus filius noſter Ioan-
nes Palçologus Conſtantinopolitanus Im-
perator, vnà cum piiſſimo fratre noſtro Io-
ſepho patriarcha Conſtantinopolitano, nec-
non cæterorom patriarcharum legatis, ac
multis ampliſſimis metropolitis & epiſco-
pis, ac alijs ordinibus Eccleſiaſticis & viris
nobilibus, ad octauum diem proximi men-
ſis Februarij Venetias aduenerit, nobis id,
quod alijs etiam ex locis anteà fecerat, con-
tinuò literis ſuis ſignificauit, ſe quibuſdam
de cauſis non alienis à ratione, Baſileam,
vbi ſynodus celebranda erat, ire non poſſe,
idque his, qui ibi iam eſſent, ſcripſiſſe, no-
tumque feciſſe: volens propterea & con-
tendens, vt ipſa ſynodus huc Ferrariam
transferretur, & hîc tam pium negocium
concluderetur. Nos igitur, quibus ſancta
Chriſtianorum coniunctio cordi mirum
in modum eſt, quique ipſam celerrimè con-
ficere cupimus, decretum Baſileeñ. Concilij
de celebrando generali Concilio, Græcis
volentibus promulgatum ac editum, & à
nobis poſteà Bononiæ, præſentibus ipſius
Imperatoris ac patriarchæ oratoribus, ſu-
ſceptum & approbatum, quæq; ad præſens
ſanctæ coniunctionis negocium ſpectent,
pro noſtra ſeruitute volentes exequi, vt de-
bemus, ac cupientes ipſum ad concluſionem
perducere, omni modo & forma, quibus
poſſumus & debemus, præſentibus & con-
ſentientibus Imperatore ac patriarcha, &
cæteris hîc ad celebrandam ſynodum con-
gregatis, notum facimus & declaramus, præ-
dictam ſynodom hîc Ferrariæ, qui quidem
locus liber & tutus eſt, celebrandam eſſe,
& ſic ab omnibus exiſtimari ac dici debe-
re, ſperantes hîc abſque diſcordia & conten-
tione, aliáve mœſtitia, ſed potiùs amore
ſommo diuinam ipſam pacē, & cætera ſan-
cta opera, pro quibus ſynodus conuocatur,
tractari, Deoque placato ac fauente, feliciter
confici poſſe. Datum Ferrariæ, die 9. men-
ſis Aprilis, anno 1438. pontificatus noſtri
anno ſeptimo.

Quo quidem decreto recitato, vnus ex
Latinis, & alter ex Græcis ſurrexit, & quiſ-
que ſuos interrogauit, an eis placerent, quæ
recitata fuere. Qui cùm eadem ſibi placere
reſpondiſſent, partium ambarum cōſenſum
literis mandârunt, ac, Deo peractis gratijs,
diſceſſerunt. Elapſis autem diebus paſcha-
libus, Occidentalis Eccleſia, ne tempus fru-
ſtrà contereretur, incepit contendere, vt
priuatim de ſpiritusſancti proceſſione leui-
ter agerent, donec qui eſſent venturi, conue-
nirent. Orientali verò Eccleſia reſponden-
te, alienum eſſe à ratione, vt abſentibus his,
qui Baſileam ad celebrandam ſynodum iam
conuenerant, quicquā tractaretur, poſt mul-
tam contentionem decreuerunt de Purga-
torio ac alijs quibuſdam Eccleſiaſticis quæ-
ſtiunculis diſputare, donec tempus ſynodi
celebrandæ veniret. Itaque Latini duos am-
pliſſimos Cardinales & duos Archiepiſco-
pos, & duos ep̄os, & duos abbates, & duos
monachos, & duos notarios: Græci verò, pō-
tifices ſex & duos abbates, & duos cruceſigna
tos, ac duos notarios elegerunt, qui bis heb-
domada quaque ad diui Franciſci templum
ad diſputandum conuenirent, Qui cùm ad

diem quartam menſis Iunij conueniſſent, Latini quæſtionem de Purgatorio propoſuerunt, ac ita dixerunt:

Quæſtio de Purgatorio.

Latini. NOs ignem, Patres ampliſſimi, in hoc mundo credimus eſſe, quo quidem animæ peccatis leuioribus, vel (vt vulgò dicitur) venialibus obnoxiæ, coadiuuante Eccleſia, ſacerdotum precibus, Miſſis, ac eleemoſynis expiantur. Nam ſanctorum & iuſtorum animas in cœlo eſſe, ac Trinitati aſſiſtere, ſuam denique felicitatem conſecutas eſſe, nemo dubitat. Animas verò eorum, qui ſine pœnitudine mortem obierint, in inferno vnà cum Iuda pœnas æternas luere profitemur, ita vt tria mortuorum loca ſimpliciter ſint. Vnus quidem ſanctorum, quod cœlum creditur eſſe. Alter delinquentium, qui ſunt inferi. Qui verò confeſſi, ſacratiſſimum Chriſti corpus, abſque tamen pœnæ præuia ſatisfactione, ſumunt, continuoque moriuntur, hi dubio procul in ſupradicto igne, quod Purgatorium appellari ſolet, pur-
1. Cor. 3. e gantur. De quo quidem igne Paulus ad Corinthios ſcribit: Vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Et paulò infrà: Ipſe autẽ ſaluabitur, ſic tamen quaſi per ignem. Hæc Latini. Græci autem ita reſponderunt:

Græci. Quæcũque Patres ampliſſimi protuliſtis atque citaſtis, Orientalis Eccleſia profitetur, quamuis inter Græcos & Latinos parua ſit differentia: Veſtram ergo ſententiam literis tradite, quod ipſi quoque facturi ſumus, vt in quonam à vobis differamus, palàm fiat.

Quæ cùm audiſſent Latini, magno affecti gaudio, gratias Deo egerunt, & datis literis, diſceſſerunt. Ad 14. autem diem eiuſdem menſis iterum conuenerunt. Et Græci, Pauli dictum longè aliter expoſuerunt, ac ſuam expoſitionem ita literis mandârunt:

Græci. Paulus ad Corinthios ſcribens, Patres Ampliſ. Si quis autem ſuperædificat ſupra
1. Cor. 3. fundamentum hoc aurum, argẽtum, lapides precioſos, ligna, fœnum, ſtipulam & reliqua, hominum vitam & opera intellexit, videlicet, an prauæ ſtudioſæve ſint, ita, vt cuius opera in igne combuſta permanſerint, is bonus cẽſeatur, ac operum ſuorum mercedem accipiat: cuius autem opus arſerit, id eſt, cuius opera friuola fuerint combuſta, ipſe detrimentum patietur, hoc eſt, damnabitur, & ſaluus erit, ſic tamen, quaſi per ignem, id eſt, in igne ſemper ſaluabitur, in eo luens pęnas æternas, ita vt ignis ipſe, de quo Paulus loquitur, non purgatorius, verùm æternum ſupplicium ſit, de quo etiam inquit Euan-
Matt. 25. d gelista, Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. Nam ipſi Purgatorium, non ignem, ſed obſcurum quendam locum, ac laborum plenum, eſſe cenſemus, in quo quidem exiſtentes animæ, lumine diuino priuantur, donec coadiuuante Eccleſia (vt ſupra dictum eſt) expiẽtur ac liberentur. Sic ergo ſentimus de Purgatorio. Sed in alio quoque differre videmur: ipſi namque tenemus, obnoxias animas & grauioribus ac (vt dicitur) mortalibus peccatis affectas, non ſatis perfectè in præſentia mulctari. Sed poſteaquàm cum ſuis corporibus reſurrexerint, fore, vt perfectiſſimas pęnas pro ſuis delictis luant, quemadmodùm etiam iuſtorum & ſanctorum accidit animabus: quippe quæ bono quodam imperfectè fruantur: poſt verò ſuã reſurrectionem felicitatem ſibi debitam cõſequentur, vt Paulus inquit: Et hi omnes teſtimonio fidei probati, non acceperũt repromiſſionẽ. vos autem non ita ſentire videmini. Idcircò veſtrã (ſi lubet) ſententiam dicite. Latini.

Nos animas delinquentes, abſque corporibus ſuis, Patres ampliſſimi, non perfectè puniri, vt ipſi quoque tenetis, credimus: ita vt in hoc benè conueniamus: iuſtorum autem ac ſanctorum animas, quatenùs animæ ſunt, perfectam ſuam felicitatem aſſecutas eſſe cenſemus: ita tamen, vt aliam cum ſuis corporibus perfectionem expectent, qua quidem perpetuò fruantur.

Tum Græcorum alij cum Latinis, alij Græci. contrà (vt ſuprà dictum eſt) ſentientes, partes in duas diuiſi fuere, quorum omnium ſententijs hinc indè literis traditis, conuentum ſoluerunt. Deinde ad 25. & ad 27. diem menſis eiuſdem iterùm cõuenerunt, ac* ea- for. *ipſa demmet repetierunt. Nam Latini dictum Apoſtoli ſic exponebant: ¶ Nos quampluri- Latini mis alijs authoritatibus, Patres Amp. adducimur, vt credamus illud Apoſtoli, Saluus 1. Cor. 3. e erit quaſi per ignem, pro Purgatorio, nõ autem pro igne perpetuo, capi debere, iuxta illud Prophetæ: Salua me Domine, quoniam Pſalm. 85. defecit ſanctus. Et alibì: Salua ſeruum tuum 79. Deus meus ſperantẽ in te. Et, Domine Deus virtutum, conuerte nos, & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. Petrus autem timens ne ſubmergeretur, dixit: Domine, ſalua me. Chriſtus verò extendens manum, accepit & Mat. 14. d ſaluauit ipſum. Et, Salua Deus populum tuũ. Verbum ergo, ſaluate, Patres Amp. ſemper ad bonam partem accipitur, niſi huius oppoſitum demonſtretis.

Græci verò tergiuerſantes, ſe ſuas ſenten- Græci. tias literis daturos reſponderunt. Nolebant enim ſuam ſententiam explicare. Sed ita leuiter diſputabant, vt tempus protraherent, donec frequens ſynodus conueniret. Ad 21. verò diem menſis Iulij, Imperatoris iuſſu patriarchæ domum conuenere, vt decernerent, quidnam Latinis de quæſtione ſecunda reſpondere deberent, vbi diuerſa (vt paulò antè dictum eſt) ſentire viſi fuerunt. Tandem poſt multa, Imperatore ac Patriarcha præſente, omnes in eam ſententiam iuerũt, iuſtorum ac ſanctorum animas perfecta frui felicitate, perfectiori tamen cum ſuis corporibus, quũ reſurrexerint fruituras: quum

etiam

etiam vt ſol vel lumen reſplendeant, quemadmodum Ieſus Chriſtus Dominus noſter
Mat. 17.a in Thabor monte reſplenduit. Dum autem hæc agerentur, terror magnus Græcos inuaſit. Nam morbus quidam vehementiſſimus Ferrariam affligere cœpit, ita vt mortem ferè ſubitam Ferrarienſes obirent: quo magis etiam Græci territi fuere, quòd morbo eodem Dionyſius præſtantiſſimus ille Sardenſis præſul, non ſine Græcorum omnium luctu obijt. Dei tamen benignitate nemo alius ex Græcis, tum mortuus fuit. Porrò autẽ iam menſibus quatuor elapſis, vrgebãt Græci, vt ſynodus celebrari, ſeſſionesq́; fieri inciperentur, tametſi nemo eorum, quos expectarent, conuenerat. Quibus quidem Græcis ſummus pontifex æquo animo ſatisfecit, dicens: Vbi ego & Imperator ac patriarcha ſumus, ibi Chriſtianorum omnium ſynodus eſſe creditur: præſentibus præſertim cęterorũ patriarcharũ legatis, noſtrisq́; cardinalibus. Timebant autem Græci multitudinem Latinorũ, propterea quòd ſuas ſententias ſuffragijs declarare ſolebant. Hoc tamen metu ſolutis Græcis, vt non ſuffragijs vterentur, verùm quiſque ſuam ſententiam proferret, communi omnium ſententia fuit decretum, vt ſeſſiones inciperent celebrare, ac in primis de duabus quæſtionibus agere: an fas ſit, diuino ſymbolo quicquã addere, & an additio iam facta, Ex FILIOq́; pia ſit. Porrò autem, quoniam ſummus pontifex laborabat podagra, & ad baſilicam, vbi ſynodi locus (vt ſuprà dictum eſt) paratus fuerat, nequaquam ire volebat: idcircò decretum ab ipſa ſynodo fuit, vt in ſacello palatij, vbi ſummus pontifex habitabat, ſeſſiones celebrarẽtur, & octaua die menſis Octobris inciperent. In eo igitur loco non aliter quam in cathedrali Eccleſia, ſedes fuere diſpoſitæ: quarum equidem ordinem, breuitati ſtudens, non repetã: ſilentio tamen neutiquam prætéribo, duces, marchiones, comites, equites, ac ciuitatum cùm ariſtocraticarum, tum democraticarum oratores, ante ſummi pontificis & Romanorum Imperatoris ſedem ſubſediſſe. E regionè autem apud patriarcham, trium œcumenicorum patriarcharum legatos paulo inferiùs, reliquos deinde pontifices Græcos conſediſſe, crucesignatos verò, & reliquos Græcos nobiles, à dextra Imperatoris verſus ſacrarium ſubſediſſe. Nam Demetrius Deſpotus Imperatoris frater, prope dexteram eius, multo tamen eo inferius conſedit. Sedem autem patriarchæ, quanuis pontificiæ Imperatoriæque ſedis, quæ quidem æqualiter eminentes fuere, paulo inferior fuerit, ſimili tamen ornatu decoratam fuiſſe. Patriarcharum verò legatos, fuiſſe Antonium Heracleenſem, & Gregorium venerandum, ac magnum confeſſorem pro Alexandreo, & Marcum Epheſium & Iſidorum Rute-num pro Antiocheno, Doſitheum verò Monembaſienſem, ac Dionyſium Sardenſem, qui mortem obijt, pro Hieroſolymitano. Cæterorum autem Græcorum pontificum, & aliorum clericorum nomina hîc prætereo, quandoquidem ipſa in vnionis literis ſubſcribam. Antè verò maius altare, quod (vt ſuprà dictum eſt) diſpoſitum fuit, à Latinorum parte ſex eorum doctores, à parte autem altera ſex alij ex Græcis conſederunt, qui quidem ad diſputandum à ſuis ſelecti fuere, videlicet ex Græcis Marcus Epheſius, & Iſidorus Rutenus, & Beſſarion Nicęnus, & Theodorus Xanthopolus cognomento Siderophas, magnus ſacriſta, & Siluester Balſamorum, magnus bibliothecarius, ac Georgius Gemiſtus. Ex Latinis autem Nicolaus tituli ſanctæ Crucis presbyter Cardinalis, & Iulianus Cæſarinus tituli ſanctæ Sabinæ, item presbyter Cardinalis, & Andreas Archiepiſcopus Coloſſenſis, & Forolìuienſis antiſtes, ac duo Monachi in Theologia præclari. Quibus omnibus ex ordine (vt prædictum eſt) conſedentibus, Latini pro ſua in Græcos beneuolentia conceſſerunt ipſis, vt primi exordirentur. Beſſarion itaque facundiſſimus orator, impetrata priùs ab Imperatore ac patriarcha facultate dicendi, Græcã luculentiſſimam orationẽ habuit.

Die Mercurij 8. menſis Octobris, Anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimooctauo, Seſſio prima Ferrariæ.

BESSARIONIS TVNC Archiepiſcopi Nicęni, deinde verò S.R.E. Cardinalis oratio, in octauo Concilio Ferrarię habita, eodem Bartholomæo antiſtite interprete.

NAuantes in rebus arduis operam non modò cùm ex eorum animam ſentẽtia rerum ipſarum exitum aſſecuti ſunt, verùm etiam cùm res ipſas aggrediuntur, ac in earundem initijs verſantur, magnam capiunt voluptatem, cuiuſuis enim rei principium non parùm poſſe, forſan neceſſe eſt. Idque propterea totius facti dimidium, communi doctorum ſententia eſſe dicitur, quòd ſi quiſpiam quicquam inceperit, faciliùs finem eius conſequatur, quàm prorſus homines pigri rem ipſam auſpicentur. Porrò autem noſtrum diuini huiuſce muneris principium, alijs cuiuſuis rei principijs multo magis conducere poſſe ſperandum, ac exitum bonum portendere, credendum eſt. Id quidem diuinæ credentibus promiſſioni, Deum ipſum nobiſcum eſſe, quo quidem præſente, nequicquam nobis deſperandum eſt; hoc autem ab his eſt cenſendum, qui ex rebus præteritis magnam de futuris faciunt coniecturam. Membra

enim Eccleſiæ tam diu ita diſiuncta fuere, vt non modò conuenire, verumetiam coniunctionis nomen ſentire, mirum in modum abbnrrerent, ac potiùs eligerent, in proprio incommodo permanere. Nunc autem ea de tanto affecta deſiderio ſunt, vt tametſi multæ res ipſis ſint impedimento, remotis nihilominùs omnibus, ſummo ſtudio in conficiendam pacem incumbant. Quis igitur hæc non cenſeat diuino numini adſcribenda? Quis deinde non ſperet ex his magnum commodum poſſe conſequi? Hæc igitur dies iucunda & læta eſt, & nobis conuenit exultare, ac in ſpiritu gaudere. Nam illuſtrium rerum exitus, illuſtria ſolent habere principia, vberrimarumque frugum multæ primitiæ ſunt. Machinationes iam & inſidiæ, ac doli, quibus noſter hoſtis acerrimus nos ita complicuit, vt amici fratreſque, immò vnius ipſius capitis membra parteſque, necnon illius paſtoris grex, inter nos certaremus, diſſolui & explicari ac demi videntur incipere. Ipſa verò ſeiuncta confractaque membra, coniungi atque vniri, & vno ac eodem angulo fulciri cupiunt atque contendunt. Proptereaque hi patres vnanimes, parique ſtudio frequentes hoc conuenêre, non planè curantes quauis in cauſa victores euadere magis, quàm victi ſuccumbere: quandoquidem ſi eo animo eſſent, Chriſti diſcipuli, probíve viri non cenſerentur, verùm homines ſeditioſi, ac ſibi ſuiſque voluptatibus tantummodò indulgentes, maximo ſanè veritatis cognoſcendæ deſiderio ſunt affecti, etiam ſi cedere debeant. Nam ſine veritate nullo pacto victoriam vellent conſequi. Quapropter neceſſe eſt, vt veritas omnibus pateat, ac cæteris rebus præſtet & dominetur, & ſe perturbantes conculcet, atque cunctorum mortalium inſideat animis.
* quæ
Mendacium autem cum his, * qui ab ipſo depeodent malis, procul ab hominibus latitet: & ijs tantum dominetur ac imperet, à quibus vt parens colitur, quique (ipſo duce) omnia dicunt & audent. Quis, obſecro, quicquam aliud huius noſtri muneris ſimile proferre, vel præteritorum aliquid præſentibus his rebus æquiparare poterit? Recedant igitur vetera, & noua ſint omnia: Omnes exultemus ac gaudeamus in ſpiritu, omnes Seruatori hymnum canamus, & pro his rebus gratias ei agamus, eundemque religioſiſſimè imploremus, vt exitum initij huiuſmodi cnngtuum concedat. Porrò autē oportet, vt quiſque noſtrûm, quę ad huiuſmodi finem pertineant, & ſacrę Eccleſiarum coniunctioni expediant, pro ſuis viribus conferat. Sanè omnia ſunt tentanda atque tractanda, nil prorſus omittendum, non ſtudio, non diligentia, non officio, non denique laboribus eſt deficiendum. Repetendum prætereà nobis memoria eſt, non tantùm oportere DEVM ipſum precari, verumetiam ei miniſtrare. non enim omnia ab eo nobis ſperanda eſſent, niſi ipſi quoque inſudaremus. Nanque noſtris precibus prorſus contrarium videretur, ſi DEI auxilium implorantes, nil dignum operaremur, quare id agere ac nobis auxilio eſſe deberet. Quod ſi fecerimus, nobis profectò fauebit, ac ſeſe benigniorem, alacrioremque fautorem ad finem vſq; pręſtabit. Seruator DEVS, vtinam fiat, vt in eam diem viuamus, ac diem triumphalem & celebrem hymnum tibi cantemus, atque à te vno eodemque patre cuſtoditi, idem tibi melos canamus, ac vna eademque harmonia coniuncti, ſub te ſolo capite viuamus, ſpiremus, moueamur, ac illud idem vnumque velle & nolle ſentiendo ac proferendo, vnum ſimus. Ad Deum Patrem.

Chriſte rex omnium, teipſum ſolum regem noſtrum eſſe volumus ac obteſtamur, qui teipſum pro nobis reis & obnoxijs redemptionis precium dediſti, tuoque precioſiſſimo ſanguine à tyranno nos redemiſti & eripuiſti. Fac igitur vt vnum tuum ouile ſimus, ac ne patiare, vt tui cùm ſimus omnes, diſiuncti inter nos diſſideamus, neque decertantibus nobis te ducem præbeas, nec denique parti decertare volenti faueas: verùm vtrique ſimul parti auxilio ſis, quandoquidem pro vtraq; parte teipſum tradidiſti, effuſoque tuo ſanguine partem vtranque redemiſti. Nobis obſecro communiter annue, communemque nobis te præbeas adiutorem, ac nos proportione quadam in te, relatione verò ac habitudine inter nos diſpoſitos, ad teipſum vnum eundemque noſtrum inſtitutum finem adducito, neutiquam permittendo, vt inter nos diuiſi atque ſeiuncti maneamus. Ex eo nanque neceſſariò id acciderit, vt ſimul cum cæteris mortalibus tanto ac tali fruſtraremur fine. Ad Chriſtum.

Sancte ſpiritus, gratiarum fons, ſpiritus ſapientiæ & intellectus ac timoris Dei, de quo & cum quo hoc Eccleſiarum certamen propoſitum eſt: vtinam ſuperba mente nos liberes, ac Dei timorem noſtrûm omnium animis ingeras, nobiſque prudentiam ac ſapientiam largiare, & nobiſcum certamē hoc, quod pro te gerimus, iniens, veritatem ipſam omnibus patefacias, quia non modò veritatis ſpiritus es & appellaris, verumetiam ad te ſpectat, ſecundum veram & nunquam fallacem illius veritatis vocem, omnem nobis veritatem oſtendere. Ad Spiritum Sanctum. Ioan. 16. c

Deus trinitas, quæ cuncta ineffabiliter prouides, producis, contines, regis atque gubernas, tuum opus eſt homo, poſt cuncta alia in lucem creatum, quod cùm omnibus viſibilibus præſtet, illud etiam eximium, ac abs te regale priuilegium habuit, vt præparatis ſuiſq; pręordinatis cōmodis ad vitam prodiret, cui quidem ſępè, quinimmò ſemper corporea hæc, & præſentis vitæ rationi Ad Trinitatem.

condu-

conducibilia, nedum ea, quæ ad optimum animi ſtatum pertineant, proſpicis. Cuius præcipuum bonum eſt veritas, ac circa lœtalia non decipi, quod ſanè rerum omnium, quas habemus, vel in poſterum habere poterimus, optimum ac diuinum eſſe cenſetur. Nobis ergo concedas poſſe veritatem agnoſcere, cognitamq; complecti. Et ſi in aliquo, in his præſertim, quæ de te facimus, verbis quicquam committimus, nobis indulgeas: quandoquidem ipſa non modò incompræhenſibilis ac imperſcrutabilis es, verumetiam plura eorum, quę à diuina tua emanant imagine, abſtruſa valdè, vmbræque ſimilima, & vt ſimilitudines quædam exiſtunt. Noſtris precibus quæſumus annue, ac viam, quæ ad te ſolum verum Deum dirigit greſſum, nobis te ducem ſequi volentibus oſtende, ac quemadmodum ipſa ex tribus conſiſtens perſonis, tali ternario numero non obſtante, vnicam ſubſtantiā & naturam contines: ita etiam nos, tametſi multi, diuerſorumq́ue generum, immò iam authore maligno hoſte, variæ opinionis ac fidei ſumus, hanc iſtā tamen differentiam è medio noſtri tollas, & ita facias, vt vnam fidem colentes, vnam ſententiam habeamus, non generum noſtrorum diuerſitate, vel noſtrorum corporum numero ac multitudine obſiſtente, quo minùs vnum in te prorſus ſimus, ac illud idem de te ſentiamus. Sed de precibus hactenus.

Ad patres. De vobis autem patres ampliſſ. quid dicam, qui ſacram hanc ſynodum celebratis, qui tantæ rei eſtis authores, qui plurimum elaboratis, qui multa ſæpenumerò vota effudiſtis, vt diem hunc videretis, quippe qui dies futurarum clariſſimarum rerum nuncius, ac earundem initium, exitusq́ue præco præclarus eſt? Quis igitur vobis ſatis dignè benedicere poterit, vosq́ue ſatis laudare decenter, qui iam laborum veſtrorum fructus pullulare germinareque conſpiciatis? Pater beate, nunc beatus exiſtis verè, ac eris dubio procul beatior, cùm Dei

Ad ſummũ Pontificem. benignitate ad huius diuini muneris exitum peruenerimus, ad quem Deus ipſe nos duxerit, à quo quidem (ſi Eccleſias eius coniunxeris) ampliſſima tibi præmia proponuntur. Præclarum profectò facinus erit, ſi ad finem perſeueraueris, & ſcandalis ac offendiculis è medio ſublatis, pacem ac coniunctionem Eccleſiarum confeceris, vtpotè qui vehementi zelo, cura eximia, longis denique vigilijs ac cogitationibus, Chriſti filios terrarum vndique congregaueris, iam pridem cogitantes, vt illuſtrata veritate, fraternè ſpiritualiterq; coniungantur, idemque velint ac ſentiant. Quæ, pater ſanctiſſime, quis obſecro poterit inficiari? quæ quidem cunctis mortalibus patent, & quorum ego ac omnes hi patres teſtes ſumus. Oportet igitur te finem ipſum adſpicere, ac quæcunque ad Deum ſpectant, ita prouidere, diſponere, conficere, vt quam nunc ex his capimus voluptatem, eadem proſequendo vires augeat, ac multo magis aucta, prope finem vltimam tandem attingat lineam. Si nanque principia hæc, & exordia ſunt præclara, exitum his congruum qualem fore putas? Quibus profectò benedictionibus dignus fuerit, quantum laudem & honorem ſuſcipiet, quot denique merebitur laureolas is, qui, cùm tot mortalium excuſationes abſtulerit, quàm plurima etiam alia impedimenta in futurum euerteret? Qua in re, pater ſanctiſſime, filium Imperatorem adiutorem habebis, te quoad opus fuerit conſecuturum, vtpotè qui pius, religioſus, vehemensq́ue Chriſticola eſt, quique cùm pluribus virtutibus præditus ſit, in Deo tamen colendo, & pro religione piè certando, plurimum excellit, & qui quamuis confectus ætate ſit, coniungendarum tamen Eccleſiarum deſiderio ſemper affectus, ſummo ſtudio quærit opportunitatem, prudentia verò proſpicit & amplectitur omnia, quę ad hanc rem opus ſint, quiq; ad hoc tantum taleque bonum adſpiciens, ac ei vehementer incumbens, pericula omnia adijt: & ocium paruipendens, maximos maris æſtus, ac in cœlum ſublatos fluctus nequaquam extimuit, vitam denique ſuam ſimul cum patria maximo rerum diſcrimini obiecit, vt Chriſto deſeruiens, Eccleſiæ pacem conficiat, cuius ſeſe miniſtrum, nedum acerrimum defenſorem, obtulit. Prætereà perbeate pater, pius ac ſacer Patriarcha tibi pari ſtudio prȩſto eſt, qui licèt ad extremam iam peruenerit ſenectutem, confectoq; corpore ſit, eius tamen animus ſemper multis præditus bonis viget, feruetq́ue ac magno afficitur deſiderio, votaq́ue plurima edit, vt ſibi liceat tibi in hoc diuino munere inſeruire, cuius gratia his rebus quæ modò fiunt, mirum in modum oblectatur, ſimulq́ue labores libentiſſimè ſuſtinet, vt præclarum hoc facinus ad optimum exitum perducatur, quo ſine ne viuere quidem vellet. Ampliùs beatiſſime pater, omnes hi patres ampliſſimi in hac tibi prouincia auxilio erunt: quippe qui nil aliud magìs deſiderant, quàm hunc optatiſſimum finem aſſequi, ad quem quidem omnes ſpectamus, atque ipſius deſiderio vehementer affecti ſumus, & cuius cauſa huc de longinquo ſpatio frequentes conuenimus, ac in extera terra moramur, cùm alij è media terra Græciæ, alij ex vltimis ſeptentrionibus, alij verò ex Orientalibus, ſubſolaniſq́ue regionibus, ad hanc Italiæ plagam nauigauerimus.

Tot igitur ac tantorum hominum ſtudium ne vincat hoſtis malignus, nequaquā fiat ô Seruator ac omnipotens Deus, vt tot clariſſimorum virorum conuentus, cura eximia, longo tempore, ſummo labore, maximo denique ſtudio conuocatus, ſuo voto,

ſpeque

ſpeq́ue fruſtretur. non enim id eſſet ſapientum ac diuinorum virorum, nec eorum qui
Pſal. 111. ſuos ſermones in iudicio diſponunt. Alios igitur is hoſtis inuadat, & aliorum hominũ victoria gaudeat. Nos autem nullo pacto
Ephe. 6. vexet. Ipſi ſpiritualibus armis veſtiamur, vt ei pro viribus obſiſtamus. Ipſi iuſtitiæ loricam, ſpiritusq́ue galeam induamur, ac duce verbo Dei, in noſtros irruamus hoſtes; quocunq; nos illud duxerit, ibi finem imponamus; & nulla contra Deum arrogantia & ſuperbia, vanaque mente in certaminibus noſtris vtentes, ſed DEVM ipſum præ oculis habentes, ad eundem ipſum Deum feſtinemus. Porrò autem fit, vt nonnulli benè ſuccumbere mâlint, quàm ſemper vincere malè, vt non ſolùm bonum ſit vincere, verumetiam quandoq; vinci, ſeruata tamen ſemper boni ratione ac menſura, non magìs in victore quàm in victo. Et ſi quiſpiam forſan dixerit, ſemper vincere magìs expedire, quemadmodùm etiam cuiuis magìs conducit, aliquo ſeipſum afficere bono, quàm alijs benefacere: & audire melius eſt, quàm alijs rem aliquam patefacere: necnon aliquem non errare, quàm quo
Ad Imperatorem. minùs alij errore ducantur, agere. Inuictiſſime Imperator, in cardine iam res eſt, quodq; iam diu deſiderabas, adeſt. Deum ergo glorifica & extolle, cuius hoc opus eſt, vtpotè qui id tibi venire fecit in mentem, ac vt eius deſiderio caperere, necnon eodem authore, res ad hunc ſtatum peruenit. Si igitur pro rebus peractis maximas ipſi Deo gratias habebimus, pro futuris verò eidem ex corde preces effundemus, rem profectò dignam nobis, necnon præſenti noſtro muneri neceſſariam faciemus: quinimmò miſericordiam ab ipſo conſequemur, ſi de præteritis quidem non ingrati, in poſterum verò nos, ac totum ipſum nego-
Pſal. 54. cium ad eundem DEVM referentes, & omnem ſpem curamq́ue noſtram in ipſo reponentes, noſtris precibus dignos nos oſtenderimus, qui quidem Deus diuino nos ac cœleſti cibo nutriet, abſque quo nemo viuere poteſt. Vt ergo nunc vſque feciſti, cùm eum obteſtando, & auxilium eius implorando, tum per te ipſum quæ opus eſſent, conficiendo, ita etiam in futurum, quo magìs ad exitum appropinquamus, eo alacriorem promptioremq́ue te oſtende, in hoc negocium incumbendo, die noctuq́ue vigilando, quouſque ad perfectum finem peruenias, atque curis & cogitationibus animum tuum leues. Et quoniam natura comparatum eſſe videtur, vt ea quæ vi mouentur, ſuiq́ue motus cauſam extrinſecus habent: cùm pro-
* cieantur pe metam ſint, tardiùs * cientur, quàm illa, quibus eiuſmodi cauſa intrinſeca eſt, quæ cùm propiùs vident metam, eo fieri videntur velociora; idcircò tu, qui in his bonis rebus verſaris, quorum caput Eccleſiarum coniunctio eſt, quiq́ue ab intrinſeco ac naturali motu moueris, caue obſecro, ne illud accidat tibi, vt in finem tardior euadas. Sed ipſum tuum optatiſſimum finem pro viribus tuis aſſequere, quandoquidem bona omnia bonum ſibi rebus in omnibus finem conciliant. Ergo tu factus ſemper alacrior, nos etiam cùm adhortatione, tum ſummo tuo imperio diligentiores reddas. Beatiſſimum autem patrem noſtrum, quia ſenex ac inualidus eſt, ætati & eius veletudini priùs conſulens, vt hæc omnia memoria repetat, cum ipſum exhortando tum etiam tuam ei operam nauando, excita. Tantum enim ac talem hortatorem reuerebitur, quem nactus non lentum, vnà cum ſacro Patriarcha noſtro, necnon ampliſſimis his S. R. E. Cardinalibus, cæteriſq́ue præſentibus reuerendis patribus, duce Deo, finem his rebus imponet, quem vtinam aſſequamur, ac lætiores, ſpiritaliq́ue gaudio plenius affecti, beatiſſimo patri laudem, tuo verò ſacro imperio ſummam habemus honorem, extollentes, ac maximis vos laudibus efferentes. Sanctiſſimus autem Patriarcha, & horum ſanctorum patrum conuentus, vtinam poſteaquàm Deo dignum hymnũ cantauerint, vobis etiam laureolam orationibus ſuis contexant: mihi demq; reliquum vtinã ſit extremum id oneris ſubire, vt ſimul omnes communi laude extollam, ac meo munere magno honore afficiam: ita vt mea extrema & communi oratione, quod equidem vehementiſſimè cupio, vos ſub vno eodemq́ue Deo, ac vero noſtroq́ue Domino exiſtentes, exornem, quod quidem ſummum eorũ creditur eſſe, quę Deo afferre poſſumus & debemus, cui gloria conuenit in æternum.

Cùm autem Beſſarion peroraſſet, ſynodus ſancta decreuit, vt ſeſſio dimitteretur, & ad vndecimum diem menſis eiuſdem ſeſſio ſecunda celebraretur.

Seſſio Secunda.

SEſſio ſecunda Ferrariæ die ſabbati vndecimo menſis Octobris celebrata, in qua reuerendus Pater Andreas Coloſſenſis orationem copioſiſſimam habuit, qua quidem in omnibus Beſſarionem imitatus, in primis beatiſſimum patrem, deinde ſereniſſimum Imperatorem, ac ſanctiſſimum Patriarcham, totam denique ſynodum laudauit, & benedixit. Cùm autem iam aduesperaſceret, ſeſſio dimiſſa fuit, decreto, vt ad diem martis ſequentem tertia ſeſſio conueniret. Interea quæſitum priuatim inter ipſos diſputatores fuit, quiſnam primus negocium aggredi, & quonam genere diſputandi vti, & de qua quæſtione agere priùs deberet. Poſt multa verò placuit eis, vt Græci priùs exordirentur, & argumentis breuibus, vt aſſolent dialectica vterentur: & an

diuino

Digitized by Google

diuino ſymbolo quicquam liceat addere, priùs agerent.

Die martis decimoquarto menſis Octobris, tertia ſeſſio Ferrariæ.

TErtia igitur ſeſſione congregata, Marcus Epheſius præclarus Theologus, Imperatoris ac Patriarchæ iuſſu, negocium ipſum aggreſſus, pro Græcis ſermonem hûc habuit:

MAR. Quoniam omnipotentis Dei benignitate huc frequentes conuenimus, vt ſummo ſtudio Eccleſias coniungamus, ac ſummam pacem, quod quidem opus diuinum eſt, conficiamus: idcirco ſummoperè conuenit, vt noſtris in diſputationibus ac omnibus controuerſijs mutua noſtra beneuolentia ſemper ſeruetur. Et ſi nobis contigerit aliquid proferre, quod veſtras offenderit aures, id opinionum ac rationum noſtrarum varietati aſcribatis: quandoquidem amicitia vera ex hominum vultu magìs, quàm ex verbis, percipi creditur. Scire autem vos patres amplissimi velimus, nos de ſymboli additione verba eſſe facturos, quòd neque vera, neque prorſus conueniens ſit, quam ſanè conſtat noſtri ſchiſmatis ac diſſidij præcipuam cauſam fuiſſe. Si quidem igitur vobis placet, rem nunc aggrediemur: ſin minùs, in ſeſſionem ſequentem differatur. Videtur autem nobis ſic ſemper fieri oportere, vt quod ſequentibus ſeſſionibus tractaturi ſimus, id priùs omnibus pateat, vt parati ad diſſerendum veniamos. Tum Andreas præſul Coloſſenſis pro Romana Eccleſia ita reſpondit:

AND. Nos quidem à vobis mutuò diligi, ac vobiſcum Deum eſſe cenſemus: propterea ſi quicquam prolatum fuerit, (vt à vobis dictum prudenter eſt) quod cuipiam diſplicuerit, id vitio nemini vertendum, ſed noſtræ potiùs diſputationis naturæ concedendum eſt. Operæpretium autem eſt, vt ad ſingulas interrogationes non ambiguis & obſcuris, verùm apertis & claris orationibus viciſſim reſpondeamus. Quoniam verò ex nobis quæſitis, cur Romana Eccleſia additionem ad ſymbolum fecerit: idcirco quid ipſe ſentiam, paucis reſpondebo, meam tamen reſponſionem nolim nunc vt perfectam ſuſcipiatis, ſed cõſultis priùs patribus his, aliâs accuratiùs reſpondebo.

MAR. Reſponſione aliqua, pater reuerende, præſertim tua, quam nobis pollicitus es, nequaquàm in præſentia indigemus. Nondũ enim in medium protulimus ea, quæ ad hãc rem pertinerent: ex ipſorum igitur patrum ſententia, ſuo loco (vt à te dictum eſt) reſpondebis.

AND. Dixi equidem, pater reuerende, nolle me reſponſionem meam tanquam perfectam admitti: puto tamen quàm maximè conuenire, vt, ne beatiſſimus ſacræ ſedis huiuſce præſidens, necnon mitiſſimus Imperator ac Patriarcha ſanctiſſimus, cæterique præſentes patres, hinc hodiè (vt ita dixerim) ieiuni habeant: ipſe nonnulla, prout tempus hoc mihi videtur concedere, verba nunc faciam, maturiùs tamen in poſterum reſponſurus.

MAR. Additionis veſtræ rationem quærentes, vt hi, qui cauſas agunt in foro, actores eſſe videmur. Idcircò nobis viſum eſt petijſſe, ſi veſtro commodo poſſit fieri, hanc noſtram accuſationem audire, vt nobis rem ipſam nunc aggredi concederetis, veſtram deinde reſponſionem libenti animo audituris.

AND. De his igitur hactenus, & proferas quodcunque libuerit. Nos autem ſuo loco ſigillatim ad omnia reſpondebimus.

MAR. Tum idem Marcus præſul Epheſius, impetrata priùs ab Imperatore & Patriarcha dicendi copia, ita exorſus eſt: Ieſus Chriſtus Deus noſter ſuam proſpiciens mortem, Patres ampliſſ. ſuis diſcipulis dixit: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Quæ quidem verba teſtamentum ipſius conuenienter appellare ſolemus, quo Ioan.14.d
eis veram ac optimam hæreditatem reliquit, quæ cùm Chriſti propria eſſet, meam ideo protulit: pro qua nil aliud ab ipſis petiерat, quàm vt ſeſe mutuò diligerent: ita vt certa conditione, non autem liberè, ipſa frui deberent hæreditate. Quidam enim veteres homines certa conditione ſua bona legare ſolebant: qua quidem nequaquam ſeruata, hæredes ilicò exhæredabantur. Haud aliter ergo Seruator noſter Teſtamentum ſuum ſignauit, ita, vt ſi eius diſcipuli vel hæredes mutuam inter ſe beneuolentiam non ſeruaſſent, eadem ipſa hæreditate, hoc eſt, pace Chriſti, priuarentur. Cuius quidem pacis ac mutuæ illorum beneuolentiæ gratia, Seruator noſter multa bona verba ijſdem ſuis auditoribus fecit, modò inquiens: Hæc mando vobis, vt Ioan.15.e
diligatis inuicem: modò autem ita, Hæc Ioan.16.d
loquutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis. A quorum quidem altero bono, id eſt, à mutua erga ſororem ſuam Orientalem Eccleſiam beneuolentia Romana Eccleſia iam defecerat, dogmaq; ſibi proprium finxerat, ac ſibi perpetuò conſeruauerat, quod neque literis ſacris relictum, neque ab vniuerſalibus Concilijs celebratum, neque à maioribus noſtris ſuſceptum & probatum fuerat. Idq́ue propterea ſoluendæ noſtræ amicitiæ cauſam, ſimultatumq́ue noſtrarum initium, dubio procul fuiſſe conſtat. Vt igitur ex ipſo dogmate inimicitiæ diſcordiæq; inter nos conſequutæ ſunt, ita quoque Romana Eccleſia benignitate Dei pacem vehementer deſiderans, eam vt faciliùs conficiat, ab amicitia ipſa facere aggreſſa eſt, quam pariter Eccleſia noſtra cupiens, huc

quàm

quàm celerrimè venit: ſperans, cooperante DEO, vt ſumma pax hinc ſequatur, ac ſimultates diſſenſioneſque noſtræ cauſis remotis tollantur, quemadmodùm aduerſis valetudinibus ſolet cótingere: hæc quidem vera medendi ratio videtur eſſe. Vos igitur enixè rogamus, ac vehementer à vobis contendimus, velitis, vt nobis id temporis redeat, in quo coniuncti ſumma pace fueramus, idem ſemper volentes & ſentientes. Et quemadmodùm ad pacem nobiſcum reconciliandam, qua quàm longiſſimo temporis interuallo fuimus priuati, à vobis benignè ſumus conuocati: ita etiam non * committatis, quin nobiſcum ac cum maioribus noſtris, qui in ſeptem vniuerſalibus illius Concilijs claruerunt, in vnā eandemque ſententiam conueniatis, quorum in primis definitiones & decreta nobis ſunt recitanda, vt ipſas inter ſe concordes ac valdè conuenientes, non ſolùm in ordine, verumetiam in ſententijs fuiſſe, luce clariùs oſtendamus. Sic enim hoc noſtrum generale Concilium eo cætera concilia faciliùs, vt par eſt, * mirabitur. A recitandis ergo decretis eiuſmodi debemus incipere: tum ea, quam modò diximus, ratione: tum etiam, vt patrum ſanctorum precibus hoc noſtrum munus meliùs agatur, ac eorundem ſententijs & authoritatibus pro noſtris fundamentis vtamur.

* omittatis, Mirum ab iſto omitti uel Conſtantinopolitanam octauam.

* imitabitur.

AND. Orationem veſtram, patres Ampliſſ. quæ quinque nobis in partes diſtributa videtur eſſe, benè credimus percepiſſe. In prima namque de vno Chriſti Domini noſtri verbo ſubtiliter Epheſius pater diſſeruit, quanā ratione ſuis diſcipulis pacem ſuam Chriſtus ipſe reliquerit: ex qua quidem noſtra amicitia naſcitur, ac deinde ex ea pax ſumma conſequitur. In altera verò parte probare conatus eſt, Romanam Eccleſiam amicitiam veſtram nihili feciſſe: ob idque pacem, quam à Chriſto (vt ſuprà dictum eſt) habuimus, diſſolui neceſſe fuiſſe. Nam in parte tertia demonſtrauit, vos ad noſtras controuerſias diſſoluendas, pacemque reconciliandam, ab eadem Romana Eccleſia rogatos, frequentes huc conueniſſe. In quarta deinde parte declarauit, nulla ratione fieri poſſe, vt pax inter nos componatur, niſi priùs ſchiſmatis & diſſidij noſtri cauſa penitus tollatur, quēadmodùm ægris corporibus ſolet euenire, quæ tunc benè ſanantur, cùm radices ægritudinis euelluntur. In vltima denique parte concluſit, operæprecium eſſe, vt decreta Maiorum noſtrorum inſpiciamus, ac in primis eadem recitentur: vt hoc etiam ſacrum Concilium cætera rebus in omnibus imitetur ac conſectetur, & de hoc noſtro negocio meliùs argumentari poſſimus. Ad quæ omnia, Patres Ampliſſimi, quandoquidem ad fidem noſtram plurimum attinent, ac magna indigent conſideratione, ſeſſione ſequenti accuratiùs reſpondebimus: nonnulla tamen in præſentia verba faciemus, quæ nobis modò ſcitu digna videntur. Nanque vobis notiſſimum eſt, noſtram in vos beneuolentiam ſemper firmam validamque fuiſſe & eſſe: quæ quoniam à DEO optimo maximo dependet, qui nos in primis dilexit, quique optimus amicitiæ veræ author, ac perfectiſſimus finis exiſtit, idcircò amicitia ipſa in eius Eccleſia à nobis colitur & ſeruatur. Qua de re neſcio equidem Patres Ampliſſimi, cur nullam feceritis mentionem. Miror autem vehementer, quòd vos lateat, ipſam Romanam Eccleſiam, ortæ iam plurimæ in Orientali Eccleſia hæreſi, tum literis & legatis, cum cæteris opportunis remedijs quibus potuit, ſe prouidè ac diligenter oppoſuiſſe, ſibique Eccleſiæ auxilio ſemper fuiſſe. Nonne Niceno Concilio Silueſter ille pontifex ſummus interfuit? Num cæteris in Concilijs generalibus, pontificibus ſummis abſentibus, eorum legati defuerunt? Si ergo Conſtantinopolitani Imperatores pari ſtudio, mutuiſque officijs Romano pontifici quandoque fuerant auxilio, mirari profectò deberet nemo. Credo equidem Patres Ampliſſ. exploratum vobis eſſe, ſummos omnes pontifices, orta tali controuerſia ac diſcordia, pacem ſemper deſideraſſe, eique vehementer incubuiſſe. Imperatores etiam ipſos ac cæteros Orientales principes, vt pacem componerent, ac ipſis (vt par eſſet) obedirent, rogare & obſecrare non deſtitiſſe. Rogo autem vos, me patiamini quandoque liberiùs loqui, etiam ſi quicquam protulero, quod veſtras offenderit aures. Nam ſi (vt aſſeritis) verum eſſet, nos à veſtra pace diſceſſiſſe, quando eam à nobis repetiſtis? quando legatos ad renouandam ipſam ad nos miſiſtis? Sed venio ad tertiam ſimul & quartam partem: Meridiana profectò luce clarius eſt, id quod vos nequaquam infiçiari poteſtis, Romanam Eccleſiam concordiam valdè deſiderare. Nónne ſummus hic pontifex pro pace conficiēda multam pecuniam erogauit? Nónne legatos ad vos hac de cauſa ſæpenumerò miſit? Siquidem igitur amicitiam noſtram, quam modò velle videmini, antea quoque voluiſſetis, eam proculdubiò, vt nunc, facilè habuiſſetis. Quid? Nónne Gregorius ſummus pontifex, ad celebrandum Lugdunenſe Concilium, nuncios ad Conſtantinum Imperatorem, atque ad alios Orientales principes miſerat, quando etiam rem ipſam concordi pace compoſuit? Non igitur Romanam Eccleſiam pacis recuſandæ incuſare veſtro iure poteſtis, cùm ab ipſa pax ſemper ſumma religione ſit culta, quæ in poſterum etiam eius pro dignitate ſeruabitur. Sed de his hactenùs. Ad extremam autem orationis veſtræ partem reſpondeo, non in-

Scil. per legatos.

In Concilio Lugdun Græca Eccleſia, Romanæ fuit re conciliata.

conuenieus

conueniens fore, ſi maiorum noſtrorum decreta Græcè Latineque recitabuntur. Etſi non inſcius ſum, ad quæſtionem noſtram ea neunquam attinere, cùm diuino Euangelio, ſupremum obtinenti locum ac dignitatem, in primis nobis ſit innitendum. In medium igitur afferatis, quicquid vobis videbitur, quod quidem ipſi libenter ac attentè audiemus, ſperantes ex eo facilè fieri poſſe, vt etiam vos reſponſionem noſtram benignè auſculteris.

MAR. Tametſi verum eſt, pater reuerende, Romanam Eccleſiam orientali ſemper hæreſi obſtitiſſe, temporibuſque perturbatis fidei noſtræ auxilio magno fuiſſe, id tamen ad argumenta noſtra ſoluenda minimè pertinere videtur. Nam ante huiuſmodi ſchiſma & diſſidium noſtrum, mutuam inter nos beneuolentiam pacemque ſummam fuiſſe conſtat. Orto autem ſchiſmate, prohdolor, etſi Romani pontifices ad Orientalem Eccleſiam literas ſæpiſſimè ſcripſerint, legatos & nuncios miſerint, ipſam exhortantes, vt à Romana Eccleſia non diſſideret: id tamen, non ſublata ſchiſmatis cauſa, vt de valetudinum cauſis ſuperiùs dictum eſt, haudquaquam fieri potuit. Cuius quidem ſchiſmatis cauſam, acceſſionem ſymboli fuiſſe diximus. Neque igitur amacitia, quæ ante hoc noſtrum diſſidium inter nos mutua fuerat, neque ea veſtra in nos beneuolentia, talis diſcordiæ cauſa permanente, cuius vos veri authores fuiſtis, memoria repetenda eſt, quòd nulla eius ratio haberi debere videtur. Verùm nobis sedeat tempus illud, in quo coniuncti fueramus: quod quidem nullo pacto benè fieri poterit, niſi priùs eiuſdem diſſidij cauſam radicitùs euellatis. Definitiones autem & decreta aliarum omnium ſynodorum recitanda nobis videntur, vt hæc noſtra ſynodus non ſolùm ab illis non diſcrepare, verùm etiam ipſas in omnibus imitari velle videatur, quoniam nos firmiter credimus, maiores noſtros nil prorſus ſilentio præterijſſe, quod ad noſtrum fidei ſymbolum ſpectet, additionemque veſtram neutiquam ipſi ſymbolo defuiſſe, ac idem nulla prorſus caſtigatione indiguiſſe, ob idque patres ipſos omnibus præcepiſſe, ne cui ſymbolum aliud ſuſcipere, vel ei quippiam addere, aut quicquam ab ipſo auferre liceret, non ignorantes, ſe, quod opus eſſet, ſanxiſſe. Additio igitur veſtra, ſchiſmatis cauſa fuiſſe videtur.

AND. Oratio tua, reuerende pater, ex quatuor partibus conſtare videtur. In prima dixiſti, meam orationem fuiſſe veram, haudquaquam tamen ad rem attinentem, ſummoſque pontifices vehementer incubuiſſe, vt pax inter nos reconciliaretur, ſchiſmatis tamen cauſam tollere noluiſſe. In ſecunda verò parte probare conatus es, fieri facilè poſſe, vt cognita vel ablata ipſius ſchiſmatis ſatione, pax ſumma ſtatim conſequeretur. Nam in tertia voluiſti, vt generalium Conciliorum decreta in primis recitarentur, vt illa ſectari, imitarique velle videamur. In extrema denique protuliſti, nil ab ipſis Cõcilijs omiſſum fuiſſe, ita vt aliqua ſit opus additione.

MAR. Non equidem protuli, pater reuerende, fieri facilè poſſe, vt ſi veſtrum dogma verum eſſe cognoſceretur, Eccleſiæ ſtatim coniungerentur: ſed ſi additio ipſa tolleretur, pax ilicò ſumma fieret. Nanque tametſi fortè contigerit, vt tale dogma verum eſſe declaretur, id tamen nullo pacto ſuſcipere poterimus, cùm à maioribus noſtris nulla nobis facultas relicta fuerit, vt ſacro ſymbolo quicquam apponere, vel ab ipſo adimere valeamus. Qua quidem in re tota noſtra controuerſia conſiſtit, ac in ea ſe vertit cardo.

AND. Conſtat, patres ampliſſimi, ſummos pontifices additionis huius rationẽ, quam ſchiſmatis diſſidijque noſtri cauſam appellatis, tunc etiam literis mandaſſe, cùm ad pacem & concordiam veſtram repetendam legatos ad vos miſerant. Siquidem igitur Orientalis Eccleſia, in primiſque quatuor patriarchæ, quos etiam ſummam pontificiam facultatem habere creditis, Romanam Eccleſiam in hoc dogmate erraſſe, ac talem additionem ſine vlla ratione facultateque feciſſe, ſummo ſtudio voluerant oſtendere, aut iam ſatis oſtenderant: cur, obſecro, noſtra huiuſcemodi lis adhuc ſub iudice eſt? An quòd nil contra nos probare potuerint? Id equidem vobis concedo, fieri potuiſſe, vt tot Conſtantinopolitani Imperatores, tot patriarchæ, tot alij prudentiſſimi viri, ipſam eandem additionem haud rectè factam fuiſſe crediderint: quia tamen id nunquam nobis oſtendere potuerunt, idcirco deleta minimè fuit. Itaque Romanam Eccleſiam immeritò accuſatis. Porrò autem, quoniam ab illorum Conciliorum definitionibus & decretis nos creditis prohiberi, quo minùs quicquam agere valeamus, idcirco pluribus ac firmis argumentis oſtendere vobis intendimus, quodcunque ſequens generale Concilium fuerit, eiuſdem fore dignitatis ac authoritatis, qua cætera alia Concilia generalia prædita fuerant, ad ea videlicet facienda, quæ ad Eccleſiam ſpectent. Sed velim nobis reſpondeatis, ſi talis additio vera eſt, cur non iure fieri debuiſſet? aut quid obſtet, quo minùs, id quod verum eſſe conſtaret, ſymbolo apponi deberet?

MAR. Idipſum obſtat, Patres ampliſſimi, quòd nefas eſt: nam multa quoque alia bona & vera videntur eſſe, quæ tamen noſtræ religionis ſymbolo nequaquam nobis addere licet, cuius rei ex eo poſſumus facere coniecturam,

cturam,

ﬅuram, quòd maiores noſtri non omne, quod neceſſarium fuerat, eidem ſymbolo addideront, ſed pro exigua temporis opportunitate hactenùs.

AND. Quoniam mihi videor, Patres Ampl. attentè auſcultari, ideo hæc duo vobis quàm breuiſſimè probare recipio. Primùm, nullã eſſe factam à nobis additionem: deinde, licèt facta ſit, eam fieri neceſſariò debuiſſe. Verùm negocium hoc in ſeſſionem ſequentem differator. Tum ſynodus ſancta decreuit, vt die proximo quarta ſeſſio fieret. quo decreto, ſeſſio dimiſſa fuit.

Die Mercurij decimoquinto menſis Octobris, Seſſio quarta Ferrariæ.

AND. SI beatiſſimo patri noſtro, ac ſereniſſimo Imperatori, necnon ſanctiſſimo patriarchæ placuerit, quæ ſeſſione proxima volebam oſtendere, ea nunc libenter aggrediar.

MAR. Nos qoi priùs dicere cœpimus, pater reuerende, proſequi quoque debemus.

AND. Miror equidem vehementer, pater reuerende, cur talia verba proferas, cùm ſeſſione ſuperiore nobis attentè audientibus, de additione ipſa longam orationem habueris.

MAR. Dixi equidem maiorum noſtrorum decreta in primis eſſe recitãda, quod, cùm ſeſſione ſuperiore fieri commodè nõ potuerit, nunc ideo peragendum potamus.

AND. Non ignoratis, Patres Ampliſ. queſtionẽ à vobis eſſe propoſitam, ſatiſque dictum, ac deniqne petitũ, vt ipſi reſponderemus: quod quidem ob temporis anguſtiam in hanc ſeſſionem fuit dilatum. Non igitur mirari deſinimus, cur id nunc fieri non permittatis. Non enim à definitionibus patrum recitandis rem aggredi debemus. Tum Beſſarion Nicenus Archiepiſcopus pro Grecis ita reſpondit:

BESS. Verum an falſum quippiam dicatur, preſtantiſſimi patres, non ab audiente, verùm ab eo, qui profert ipſom, præcipuè dependet: nam priuſquàm aliquid dicatur, id verùm ne ſit an falſum, dijudicandum non eſt. Oportet igitur vt priùs quiſqoe, quicqnid voluerit, in medium proferat: deinde verò audientes, orationem eſſe probandam, aut penitus refellendam, decernant. Neceſſarium ergo nobis videtur, vt ea primi proferamus, quæ ad rem noſtram ſpectare credimus. Quibus deiode intellectis, ipſi reſpondeatis. Latet autem me, cur nobis rem priùs aggredi noo concedatis: ſed mirabundi tot contra nos argumentis vtamini, cùm ipſi benignitate Dei nullam vobis dederimus anſam, quare meritò mirari poſſetis. vos tamen voce, non antem animo, mirari putamus. At ipſi contrà, quippe qoi, quamuis de vobis quandoque magnam capiamus admirationem, taceemus tamen. Porrò autem hæc diſputandi ratio, qua vtimini, quòd longa fiat oratione, neutiquam nobis placet. Hac nanque via nunquam ad concluſionem aliquam perueniemus. Operæprecium igitur eſt, nos non perpetua & prolixa oratione, ſed dialecticè congredi, breuibus quærendo, breuibuſqoe reſpondendo. Cumque fuerit opus, breuiùs viciſſim contradicendo: ſic enim agendo, finem faciliùs aſſeqnemur. Porrò autem quoniam noſtrum eſt, quæſtionem vobis proponere, ac ſimul argumentari: propterea cùm id ipſi fecerimus, tunc in re veſtro reſpondebitis. Nanque ſi nondum noſtras rationes audiuiſtis, quonam (obſecro) pacto ad eas benè poteritis reſpondere?

IVL. Tum Iulianus ſanctæ Sabinæ Cardinalis pro Romana Eccleſia ita reſpondit: Reuerendi Nicęni præſulis oratio, patres ampliſſimi, mihi mirum in modum placet, vt breuibus diſſeratur, & quauis propoſita quæſtione, ipſius quoque ratio explicetur ac declaretur, & ei concluſioni acqnieſcamus, qnæ pluribus placuerit, quamq́; maior pars noſtrom probarit. Nanque ſi nobiſipſis conſtare, ac in eadem ſententia permanere nolimos, nil boni prorſus egerimus. Siquidem igitur pater Epheſius propoſnerat, Romanam Eccleſiam cauſam ſchiſmatis fuiſſe, ac quæſtionem ipſam, de qua ſumos dicturi, patefeccrat, & Coloſſenſem antiſtitem prouocauerat, vt tunc vel ſeſſione ſeqnenti reſponderet, conuenieos mihi videtur eſſe, vt Coloſſenſis ipſi reſpondeat, deinde cuius concedi ad proferendum quicquid liboerit.

Hic Iulianus, relictis Baſileenſibus, rediit ad Eugeniũ, ſicut & perplures alij.

BESS. Ita profectò ſentimus ac volumus, Patres ampliſſimi, vt attentè vos audiamns. Poſtea tamen quàm rationes noſtras in mediũ protulerimus, vt pater Epheſius dixiſſe videtur: quippe qui nobis promiſit, ſe tum aut ſequenti ſeſſione habiturum orationem ac deindè vos reſpondentes benignè auditurum.

AND. Quoniam, Patres ampliſſimi ad ea, quæ nuper dixiſtis, qnæ qoidem mihi tria fuiſſe, viſa ſunt, accuratè non poteram reſpondere, idcircò rogo vos mihi concedatis, vt de eiſdem nunc agam. Tum Iſidorus præſul Rhutenus pro Græcis dixit ita:

RHVT. Equidem expediam quàm breuiſſimè, quòd veritas ipſa paucis faciliùs illuſtratur: nobis, vt primi dicamus, patres ampliſſimi, conceſſiſtis. Nos autem hanc propoſuimus quæſtionem, nullam additionem ſymbolo fieri debuiſſe. Nobis ergo permittite concluſionem eiuimodi demonſtrare. Deinde verò reſpondebitis, quandoquidem de proœmijs ſatis.

AND. Orationi veſtræ, Patres Ampliſſimi, quã tribus in partibus diſtributam fuiſſe ſuperiùs protuli, velim reſpondere: ac in primis Ariſtotelica anthoritate probatæ quæſtioni, quia eſt, (ſic enim dialectici eam ſolent appellare) quam quidem ſeſſione proxima

propoſuiſtis,

propoſuiſtis, vos cauſam ac rationem ſimul reddidiſſe: nanq; dixiſtis additionem illam ſchiſmatis cauſam fuiſſe, ac Romanam Eccleſiam rei huiuſce cauſa multos legatos ad Orientalem Eccleſiam miſiſſe: fieri autem non potuiſse, vt manente ipſius ſchiſmatis cauſa, pax fieret. Hæc profectò mihi videtur orationis veſtræ ſumma fuiſſe. Ego autem (pace veſtra dixerim) non ſolùm ex Nouo veterique Teſtamẽto, verumetiam maiorum noſtrorum decretis, ac firmis argumẽtis vobis promitto probare clariſſimè, Romanam Eccleſiam nullam ad ſymbolum acceſſionem feciſſe, quæ ei licere non videretur: ſed quam vos additionem vocatis, eam explanationem, dilucidationemque quandam eſse, ipſamq; ab eadem Romana Eccleſia iure fieri potuiſse, ac denique Romanam ipſam Eccleſiam non minùs addere quædam, quàm obſcura illuſtrare, clarioraque reddere, ſummam facultatem habere.

BES. An licèt, pater reuerende, quauis in controuerſia confirmationibus vti?

AN. BES. Quid ni? ¶ Si quidem igitur nobis conceſſiſtis, vt rationibus noſtris vteremur, nos autem nullam adhuc earum tetigimus, cur obſecro non permittitis, vt ipſas nunc afferamus? An vultis, vt noſtram cauſam abſque confirmatione relinquamus?

ANDR. Dixi equidem, à beatiſſimo patre noſtro ampliſſimisque patribus iſtis conceſſum vobis fuiſse, vt quicquid libuerit proferatis, noſtra priùs audita reſponſione, quam à nobis ſeſſione proxima contendiſtis, ad ea, quæ tunc in medium protuliſtis.

BES. Nequaquàm debetis aſserere, ſimpliciter vobis conceſsum fuiſse, vt nobis reſponderetis, cùm certa conditione id vobis fuerit datum, poſteaquàm videlicet ea nos attulerimus, quæ nobis viderentur ad noſtrum negocium pertinere. Quandoquidem ipſi firmiter credimus, nil addere ſymbolo licere, ſanctorum patrum authoritatibus innitentes: quippe qui non modò nouas ſententias, verumetiam dictiones, aut alia verba ſymbolo addere prohibuerant. Quod cùm alia ratione demonſtrare non valeamus, niſi eorundem ſanctorum patrum decretis, idcirco neceſse nobis videtur, ab eiſdem decretis exordiri: quibus deinde recitatis, vobis erit reſpondendi facultas.

AND. Eadem ipſa, Patres ampliſſimi, ſæpiſſimè repetiſtis. Ad probandum autem, falſam eſse veſtram concluſionem, haud ſanè magnum negocium eſt, quòd tria nobis incommoda ex ea conſequerẽtur: quòd omnes homines rei eſsent culpæque obnoxij, ac ipſimet ſancti patres anathemate eſsent deuincti, quorũque quàm maximum incommodũ noſtra religio pateretur, ſi nulla declarandi facultas Eccleſiæ derelicta fuiſset.

IOAN. Tum quidam magiſter Ioannes prouincialis, pro Romana Eccleſia ſermonem húc habuit: Magno affecti deſiderio, ſummoque ſtudio, patres ampliſſimi, huc frequentes conuenimus, vt Dei benignitate controuerſia noſtra tollatur: eodem igitur animo, ac amicè rem iſtam nos tractare oportet. Nam in Canticorum canticis ſcriptum eſt, Pacem ſponſam Chriſti veram eſse. (Cant. 8.) Nobis itaque conuenit, ut mutua beneuolentia agamus, ac noſtris in actionibus optimũ ordinem ſeruemus. Ordo enim apud Doctorem Auguſtinum, eſt parium ac diſparium rerum ſua cuique tribuens diſpoſitio. Quandoquidem igitur orationem uos habuiſtis, reliquum eſt, vt reſponſionem noſtram audiatis. Vos enim non ignorare putamus, duo genera quæſtionum apud Ariſtotelem eſse: Alterum quidem ſimplex, alterum verò quod à dialecticis, propter quid, ſolet appellari. Quo ſanè genere ſi quiſpiam quicquam quæſierit, eiuſdem etiam quæſtionis cauſam reddere ſimul tenetur, deinde reſponſionem auſcultare. Sin autem ſimplici illo quæſierit, ſanè nulla reddita ratione, reſponſionem ſtatim debet audire. Cùm igitur uos illo modo ſimplici vſi fueritis, iure nunc noſtro uobis reſpondere debemus.

BES. De amicitia, reuerende pater eleganter diſseruiſti, quòd noſtris in diſputationibus ſit ſemper ſeruanda. Quod cùm omnes idem ſentiamus ac velimus, & de hoc ſatis multa dixerimus, de tam clara re non ampliùs dicere debemus. Ordo quoque nobis ſeruandus eſt: ſed de his ſatis. Quòd autem de duobus quæſtionum generibus mentionem feciſti, equidem tibi reſpondeo, quòd ſi quæſtio noſtra ſimplex fuiſset propoſita, proculdubiò vobis nunc dicere conueniret. Verùm quoniam altero interrogandi genere vſi ſumus, quærentes cur, quod fieri non liceret, commiſeritis, ipſius idcircò, non licere, rationem & cauſam nos priùs afferre oſtendereque debemus, quàm reſponſionem veſtram auſcultemus, qui quidem ordo conueniens eſse videtur.

IVL. Beatiſſimi Patris noſtri, ac horum omnium patrum iuſſu, Imperator ſereniſſime, vobis dico nos iam credidiſse, fore vt præſuli Coloſsenſi, qui modò paratus ad cauſam additionis reddendam venit copiam dicendi concederetis, vt vos ipſe uehementer rogauit. Quoniam autem precibus eius non acquieſcitis, ac plurimùm conuenit, vt ſumma pace ſeſſionem ſoluamus, quemadmodum etiam huc conuenimus, idcirco ſummus Pontifex iubet, vt hic nil ampliùs hodiè fiat. Verùm ad diſputandum electi, priuatim agant.

IMP. Surgamus ergo, ſi lubet, ac accuratè diſpiciamus, an ſit honeſtum, paciquenoſtræ congruum, ut priuatim diſputemus. Dimiſsa igitur ſeſſione, Patriarchæ domum

frequentes conuenimos, ibique poſt multas inter Latinos ac Græcos diſceptationes, à Græcis decretum fuit, vt nil ampliùs ageretur, niſi priùs ſanctorum patrum decreta, diuinumque ſymbolum recitaretur. Quæ quidem ſententia, Latinis ipſam comprobantibus, vicit. Sequenti, autem ſeſſione, quicquid Græci voluerant, Græcè fuit recitatum, interprete Nicolao Secundino Cretenſi, in vtraque lingua eruditiſſimo. Quæ omnia duo ſcribæ Græci, totidemque Latini præſentes, literis mandabant.

DIE IOVIS DECIMOSEXTO OCTOBRIS, QVINTA Seſſio Ferrariæ.

MAR. QVOD ipſi concupiuimus, pater beatiſſime, id tu pro tua ſumma humanitate nobis conceſſiſti, vt ſanctarum œcomenicarum ſynodorum definitiones & decreta in medium afferrentur: tum, vt earum ordinem imitemur: (ſingula enim concilia, maiorum ſuorum acta recitare ſolebant, ipſaque Catholicæ fidei fundamenta ponebant) tum, vt patrum illorum ſenſus, ac eorundem mutuus conſenſus & conuenientia, ergaque ſuorum maiorum religionem pietas ac obſeruantia nobis pateſiat: tum denique, vt eorundem ipſorum patrum ſanctorum ad Deum preces, nobis in hoc noſtro munere auxilio ſint. Libri igitur hi (ſi vobis placet) legantur.

IVL. Sanctiſſimi patris noſtri ac horum ampliſſimorum patrum iuſſu, patres ampliſſ. vobis honeſtum eſſe pronuncio, vt heſternus noſter cõſenſus ſeruari firmiter debeat. Vobis enim conceſſum eſt, vt hæc decreta legantur. etſi Coloſſenſis præſul ad reſpondẽdum Epheſio ſeſſione proxima paratus acceſſerit. Vt lubet igitur faciatis, hac tamen conditione, vt non videantur poſthàc decreta alia requirentibus ac contendentibus nobis recitata fuiſſe.

MAR. Eam tantùm decretorum partem, ampl. patres, intendimus recitare, quæ nobis videatur ad noſtrum negocium ſpectare. Porrò autem quoniam de diuinis primi ac alterius Concilij dogmatibus nil aliud repetitur, niſi duæ tantùm noſtræ fidei expoſitiones, hoc eſt, duo ſymbola, quæ tamen pro vno à cæteris concilijs ſuſcepta fuerãt: idcirco à recitandis tertij concilij geſtis auſpicandum nobis cenſemus, à quo quidem diuinum illud Nicænum ſymbolum fuerat illuſtratum, ac in libro geſtorum eius nonnulla ſecundi concilij decreta ſcripta ſunt, Quod profectò concilium tertium, vt ipſum ſymbolum immutabile perpetuò permaneret, decreuerat. Vos ergo rogamus, tot ac tantorum patrum ſanctorum voces, noſtraſq; rationes & argumenta, quæ ſumus in medium allaturi, benignè ac attentè audiatis. Quandoquidem vobis probare promittimus, Chriſtianorum omnium vnam eſſe Catholicam fidem, ad quam, acceſſionem aliquam fieri, aut quicquam ab ea non liceat auferri. In primis ergo Nicænũ ſymbolum, à trecentis decem & octo patribus Nicææ celebratũ, recitetur. Credimus in vnum DEVM omnipotentem, viſibilium Symb. ediſtum in
omnium & inuiſibilium factorẽ, & in vnũ Cõc. Nic.
Dominum IESVM Chriſtum filium DEI vnigenitum, ex patre, id eſt, ex ſubſtantia patris natum, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, conſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlo, quæq; in terra. Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus & homo factus, ac paſſus eſt, & reſurrexit tertia die, & aſcendit in cœlos, & ad dexteram patris ſedet, & venturus eſt iudicare viuos & mortuos: & in ſanctum Spiritum. Proferentes autem filium DEI aliquando, & anteaquàm naſceretur, non fuiſſe, & ex nihilo factum, aut ex alia hypoſtaſi vel ſubſtantia, aut mutabilem vel alterabilem eſſe, ſancta Dei catholica & Apoſtolica Eccleſia anathematizat. Quo quidem ſymbolo P. amp. in tertio concilio recitato, Neſtorianorum etiam hæreticum ſymbolum perlectum & improbatum fuiſſe conſtat. Legatur etiam eiuſdem concilij definitio, vt idem Nicænum ſymbolum immutabile ac immobile permaneret, nemini que fas eſſet, aliam fidem in poſterum proferre. His igitur lectis, ſynodus ſan- Tertium
cta determinat & definit, vt fidem aliam Conciliũ.
ab ea, quam ſancti patres in Nicæno Concilio, ſancto Spiritu congregati ſanxerant, proferre aut conſcribere, aut componere liceat nemini. Qui verò auſi fuerint aliam fidem componere, aut eos docere, qui ad veritatis viam, vel à Iudæis, aut hæreticis aut gentilibus venerint, ij ſi clerici fuerint, priuentur: ſi verò laici, anathematizentur.

Hîc duo nobis, ampl. Patres, in dubium ſunt vocanda: cur tertium Concilium inhibuerit, vt ſymbolum Nicænum neutiquàm mutari deberet, duo verò priora concilia nullam pro ſeipſis inhibitionem decreuerint: Non enim memoriæ proditum eſt, aut Nicænum pro ſuo, aut Conſtantinopolitanum Concilium pro Nicæno ſuóve ſymbolo interdixiſſe. Et cur tertium idem concilium, nulla de ſecundo ſymbolo mentione facta, primi tantùm meminerit, ac pro eo ſanxerit. Ad primam quidem ambiguitatem, ex ipſius rei natura ſumentes argumentum reſpondemus; quòd alienum eſſet à ratione, ac nimis arrogans & ineptum, ſi duo illa prima concilia ſuis pro ſymbolis ita terminaſſent, ac poſterioribus ſuis interdi-

xiſſent,

xiſſent, vt eiſdem ſymbolis quicquam addere, aut ab ipſis nemo auferre poſſet. Tertium autem concilium, cuius profectò authores priorum conciliorum patribus neq; numero pauciores, neq; dignitate aut uirtute fuerant inferiores, conuenientet feciſſe creditur, maiorum ſuorum ſymbola ita probaſſe ac obſignaſſe, ut ſemper immutabilia permanerent, ab euangelio ſancto apoſtolorumque authoritate, ab vniuerſo denique teſtamento capiens exemplum, quo planè nemini fuerat interdictum, quo minùs quiſque ſyllabam aliquam addere aut auferre poſſet. Poſteriores tamen ſtrictiſſimè prohibuerant, vt nulli Chriſtiano id liceret committere: vtpotè qui voluiſſent, vt honor maximus ſanctis apoſtolis à cunctis mortalibus haberetur. Eiuſdem igitur tertij concilij authoritate poſteriores adducti, primis illis duobus ſymbolis parem honorem (vt paulò infrà probabimus) communi ſententia tribuerunt: ita ut ambo ipſa ſymbola pro vno accepta, ſemper immutabilia permanerent. Item alia ratione eandem ipſam quæſtionem diſſoluere poſſumus, ab eius accidentibus argumentum ſumentes. Inter nanq; primum Concilium, à quo diuinum illud Nicænum ſymbolum fuerat editum, ac ſecũdum, non parum ſanè temporis interceſſerat. In quo quidem temporis interuallo ferè triginta alia ſymbola à particularibus & priuatis concilijs prodita fuere. Quæ tametſi nõ ab illó primo differrent, quia tamen verbum, conſubſtãtialem, auferebant, ob idque Chriſticolarum plurimos ad hæſitandum de fide cogebant, idcirco ſecundum conciliũ œcumenica præditum dignitate, proptereaque particularibus illis concilijs longè excellentius ac ualidius, diuinam cõtra ſancti ſpiritus inimicos rationem, accuratiùs explicauit & illuſtrauit, & ad euertendum hæreticum Apollinarij dogma, uerbo huic, incarnatus, illud, ex ſpiritu ſancto & Maria Virgine, addidit. haud tamen poſterioribus interdixit, quo minùs Chriſtianum dogma dilucidiùs explanarent, uolens vt eadem ipſa declarandi facultas in Dei Eccleſia perpetuò permaneret. Quam quidem opportunitatem Neſtoriani hæretici nacti, diuinum illud Nicęnum ſymbolum transformârunt, & ei diuerſa impiaque dogmata addiderũt, ac ſuũ hæreticum ſymbolum ediderunt, quod veluti vetam eximiamque doctrinam hi, qui ad baptiſma veniebant, ediſcerent. Quo quidem multos poſt annos in tertio Concilio recitato, decretum fuit, vt in futurum mutandi Nicęni ſymboli facultatem haberet nemo, vtpotè quod à Conſtantinopolitano ſymbolu nequaquam in aliquo diſcreparet, quandoquidem hoc in illo potentia uidebatur incluſum, ita vt ambo pro vno (vt prædictum eſt) haberentur. Quam ergo idem tertium Concilium addendi auferendique poteſtatem haberet, eam omnem ſibi & poſterioribus abſtulit: vt re ipſa ſtatim id declarauit. Nam uerbum θεοτόκον, hoc eſt, Deiparam, vel Dei genitricem, quod tunc aduerſus Neſtorianam hæreſim eſſe demonſtrauit, Nicęno ſymbolo noluit addere, quanuis ad dogma de Seruatoris noſtri incarnatione, quàm maximè neceſſarium fuiſſet. Nunc venio ad alteram quæſtionem.

Multis profectò fortiſſimis conſtat argumentis, duo illa priora ſymbola ab omnibus Concilijs generalibus pro uno ſuſcepta fuiſſe, præſertim à tertio, utpotè quod prius cæteris Concilijs, vtrunque uidit atque probauit. Et quanuis toto orbe terrarum ſimul ambo celebrarentur, de primo tamen ſymbolo tertium, cæteraque Concilia mentionem fecere: cùm pro ipſius primi concilij authoritate & exiſtimatione, quòd maiore patrum numero celebratum fuerat, quodque veluti cæterorum conciliorum fundamentum haberetur: tum etiam, quòd eodem ipſo Nicęno ſymbolo Chriſtianorum plures, quique denuò baptizabantur, frequentiùs vterentur: tum denique, quòd alterum (vt ſæpenumerò dictum eſt) à primo poteſtate continebatur. Præterea vt boni oratores ſolent in foro rebus vſitatis magis inniti, ita etiam Conciliũ tertiũ, quo ſymbolo magis homines uti uidebat, pro eo tãtùm decreuit atq; prohibuit: cùm pręſertim ſecundum ſymbolum, expoſitio primi, nõ autem ipſius aliqua mutatio, fuerit. Scio equidem vos non ignorare præſtantiſſimi Patres, in hucde tertio concilio libro multas beati Cyrilli literas ſcriptas eſſe: quippe qui Cœleſtini ſanctiſſimi ſummi pontificis eidem Concilio legatus ac uicarius præfuit. Pars igitur tantùm literarum earum, quas ad Ioãnem Antiochenum præſulẽ ſcripſit, quarum inſcriptio eſt, pro unione, quæque incipiunt ita, Gaudeant Angeli, (ſi lubet) recitetur: Nequaquàm (inquit) tolerabimus, ut definita præſcriptaq; fides, aut Nicęnum ſymbolum ab aliquo immutetur: nullam nobis vel alijs mortalibus facultatem concedentes, ut aliquam eius dictionem mutare, aut unam ſyllabam præterire valeant. Huius enim ſententiæ recordamur, Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui, vtpotè qui non ex ſeſe, verùm Dei patris ſpiritu afflati loquerentur, qui ex eo procedit, non autem alienus à filio ſecundum ſubſtantiæ rationem exiſtit, & reliqua. Sãcti Cyrilli ſententiam amp. Patres, intellexiſtis, ſibi ſimul cæteriſque mortalibus inhibentis, vt ne literam quidem diuino ſymbolo poſſent addere. Quæ deinde ſancti Cyrilli literæ poſt illud diuinum ſymbolum à generali quarto Concilio pro noſtræ fidei fundamento ſuſceptæ fuere. Ad cuius Concilij definitionem

Cyrillus.

Prou. 22. d

nem nunc venimus, qua quidem vtrunque ſymbolum explanatum, ac pro vno fuerat habitum: inhibēdo ſimul, vt nemini fas eſſet ipſum immutare. Quæ (ſi lubet) definitio recitetur. Sancta generalis ſynodus, be-

Quartum Conciliū.

nignitate Dei ac religioſiſſimorum optimorūq; Chriſtcolarū Valenoniani ac Martiani Imperatorū Auguſtorum auſpicijs in Chalcedonenſi metropoli Bithynienſis diœceſis, in ſanctæ ac triumphantis martyris Euphemiæ baſilica celebrata, ita decernit: Dn̄s & Deus noſter Ieſus Chriſtus, ad ſuorum diſcipulorum fidem in ſe confirmandam, dixit eis: Pacem meā do uobis, pacem

Ioan. 14. d

meam relinquo uobis: vt nemo Chriſtianorū à reliquis Chriſtifidelibus pijs in dogmatibus differret, ſed omnes unam eandemq; veritatem ſentirent. Quoniam autē calliđiſſimus hoſtis in veris optimisq; ſermonib⁹ zizania ſemp ſeminat, ac noui ſemper aliquid in veritatē molitur, idcirco idē Chriſtus Dn̄s noſter pro ſua erga genus humanum benignitate prouidit, vt ij piſſimi Imperatores Eccleſiarū vndiq; rectores conuocarēt; vt ipſo Chriſto coadiuuāte, omnem erroris ignorationisq; notā ab eius ouili depellerēt, ac veritatis germinibus grex eiuſdem pingueſceret. Quod eccè iam cōmuni omnium ſententia confectum eſſe videtur. Falſa namq; dogmata ſunt expulſa, & firma validaq; maiorū noſtrorum religio, nobis diuinū illud trecentorum illorum decem & octo patrū ſymbolū prædicantibus, ac centū quinquaginta patres alios, qui Conſtantinopolitano cōcilio ſymbolum idem ſuſceperant, ſumma laude extollentibus, reſplendet. Qua propter Epheſini ſancti concilij ſequentes veſtigia, cui Cœleſtini ſanctiſſimi Romanorum Pontificis tempore, Cyrillus Alexandrinus & Ioannes Antiochenus antiſtites præerant, necnon fidei noſtræ normā & canones diligentiſſimè obſeruantes, definimus ac terminamus, veræ ac immaculatæ noſtræ fidei expoſitionem, hoc eſt, diuinū illud Nicęnū ſymbolū magni Conſtantini Imperatoris tēpore celebratum, ſemper debere ſplendeſcere, ac eorundem centū & quinquaginta patrū decreta, firma & valida eſſe, quippe qui ad hæreſim euertendam, noſtram autē catholicam atq; Apoſtolicā fidem confirmandam, ſecundum concilium Conſtantinopoli celebrârunt. Quartum etiam generale conciliū, patres optimi, utrunque ſymbolum pro vno ſolo ſuſceperat, id non ignorans, ad perfectiſſimā veritatis intelligentiā ſingulum per ſe ſatisfacere. Rei autē perfectiſſimæ nil prorſus deeſſe creditur. Sed reliquum eiuſdem diffinitionis legatur. Igitur ad verā (inquit) noſtræ religionis notionem ſymbolū hoc ſalutiferū, ac diuinæ ſapientiæ gratiæq; plenū, perfectiſſimū eſſe decernim⁹, quod patris & filij ac ſancti ſpiritus perfectionē nos edocet, & incarnationem Domini Chriſti fidelibus pateſacit. Et infrà: Vt hæc ergo diligentiſſimè accuratiſſimeque concludamus ac obſignemus, idcirco ſancta generalis ſynodus definit, atque determinat, vt aliam fidem conſcribere, aut componere, aut ſentire, aut docere, liceat nemini. Qui verò quippiā tale commiſerint, aut aliud* commentum ſymbolum ex gentilibus, uel Iudæis, aut hæreticis ad noſtram religionem uenientibus, tradere fuerint auſi, ſi clerici, priuentur, laici verò, anathemate notentur. Sed de quarto concilio hactenùs. De quinto autem generali concilio particula ſermonis Ioannis Conſtātinopolitani præſulis in primis recitetur.

fort.* commentū

Quintum conciliū.

Propterea, inquit, vt noſtræ fidei fundamentum, iuxta ſanctorū patrum decreta, ſacrorumq; normam, Domini ac ſeruatoris noſtri benignitate firmiſſimum maneat, ſummo ſtudio īcubuimus. Quid enim ab eo piè poterit tolli? ſpe ducti, ea ratione Eccleſias inter ſe diſſidentes facilè coniungi poſſe, ita vt Chriſtifideles ab ineptis verbis abſtineant, mentem autē ſuam diuino ſymbolo, quo baptizati ſumus, adhibeant. Quod quidem Nicęna ſynodus ſancti ſpiritus gratia memoriæ prodidit, Conſtantinopolitana verò ſuſcepit, Epheſina probauit, Chalcedonenſis denique obſignauit. Quam ſanè noſtram piam religionem quis unquam ratione aliqua poterit euertere, quæ malè credentium excuſationem aufert? Hanc igitur firmam & validam complectentes religionem, omni vanitate, atq; malitia uacui, ne dubitemus ſanctam conſubſtantialem Trinitatē ſimul extollere, ac ipſam ita celebrare: Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem factorem cœli & terræ, & cetera. Qui quidem patres totum ſymbolum celebrârunt, quemadmodùm Eccleſia in præſentia vtitur. Legatur etiam pars hæc literarum Vigilij Romani pontificis, quas ad Eutychium Conſtantinopolitanum præſulem, ſcripſerat. † Idcirco vnioni ſtudentes, ueſtræ (inquit) Apoſtolicæ ſanctæ ſedi ſignificamus, notumq; facimus, nos noſtram fidem tenuiſſe, tenereq;, quā cùm à Deo optimo maximo ſeruatoreque noſtro Ieſu Chriſto ſancti eius Apoſtoli accepiſſent, eam vniuerſo mundo prædicârūt, ac ipſam deinde maiores noſtri, præſertim ij qui quatuor generalia concilia celebrauerant, illuſtrârunt. Quæ quidem omnia cunctis in rebus ipſi quoq; complectimur. Nicęnum a tercentū decem & octo patribus celebratum, qui ſanctum ſymbolum, quod noſtræ religionis doctrina creditur eſſe, primi expoſuerant, ac Arij Arianorumque inſaniam anathematizauerāt, necnon Conſtantinopolitanum cōcilium comprobamus, quod eandem ipſam doctrinam dilucidauerat, ac diuinā ſancti ſpiritus rationem illuminauerat, & Macedonij contra ſancti ſpiritus proceſſionem hære-

† Verba, q̄ citantur, ſūt ex Epiſtola Eutychij ad Vigilium, reperta in epiſtola Vigilij ad Eutychium, ut conſtat ex collatione prima V. ſynodi, vbi plenius habetur hic locus & magis conſentanee Græce adductis in Florentino Concilio Græco.

hæreſim, ac Apollinarium impiū,eorumq́; ſectam damnauerat. Epheſinum præterea ſuſcipimus, quod quidem maiores ſuos ſecutum, impium Neſtorium, eiusq́; ſceleſtiſſima dogmata & ſectā improbauerat. Quartum denique Concilium, à ſexcentis & triginta ſanctiſſimis patribus celebratum, laudibus ſummis extollimus, quod, ſuſcepto Nicæno ſymbolo, definiuerat, vt qui aliud ſymbolum docuiſſent, aut expoſuiſſent, aut Eccleſijs ſanctis tradidiſſent, anathemati ſubiacerent. Nunc obſecro, patres am-
Sextum Conciliū. pliſſimi, ſexti generalis Concilij decretum attentè, vt hucuſque feciſtis, audiatis: Sacrum generale ac illuſtre concilium, Dei gratia & religioſiſſimi Conſtantini Imperatoris auſpicijs in hac à Deo ſeruata, & terrarum omnium Imperatrice, regiaque ciuitate Conſtantinopolitana, nouaque Roma, in ſacri palatij conclaui, Trullus vulgò nuncupato, celebratum, ita decernit: Dei patris vnigenitus, & verbum, quod noſtri ſimilis, ſine tamē peccato, factus eſt homo, Chriſtus verus Deus noſter, Euangelica vo-
Ioan. 8. b ce palàm ita locutus eſt: Ego ſum lux mundi. Qui ſequitur me, non ambulat in tene-
Ioā. 14. d bris, ſed habebit lumen vitæ. Item: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. qua quidem diuina voce ac doctrina, mitiſſimus Imperator adductus, vtpotè qui ſe veræ noſtræ fidei ducem, nedum impietatis inimicum acerrimum eſſe profitetur, hoc ſacrum generale concilium conuocauit, ac Eccleſias huc conuenire iuſſit. Quod quidem Concilium in effugandis impietatis tenebris, non multò antè obortis, ſanctis verò patribus recta conſectandis, omnia exacta concilia imitatur: Nicænum videlicet, in Arium mentis inopem, celebratum: & Conſtantinopolitanum, quod Macedonium ſancti ſpiritus hoſtem, & Apollinariū impium damnauit: necnon Epheſinum, cōtra Neſtorium, qui cum Iudæis ſentiret, conuocatum: & Chalcedoneñ. quod Eutychen ad Dioſcorum, homines maxima Dei ira affectos, damnauit. Quintum denique, in hac ipſa regia ciuitate celebratum, quod Theodorum Mopſueſtienſem, Origenem, Didymum, Euagrium, & quædam Theodoriti opuſcula contra duodecim ſancti Cyrilli capita, necnon & epiſtolam Ibæ inſcriptam, quam Iba ad Marin Perſen ſcripſerat, cōdemnauit. Hoc igitur Conciliū cæteris innitens, diuina omnia dogmata renouat, & impias opiniones refellit. Nicænū autem ſymbolum libēti animo ſuſcipit, approbat, obſignat, quemadmodùm ab ipſis quoque Concilijs ad omnē hæreſim Chriſtianorum animas inquinantem, euertendam, ſuſceptum probatumque fuerat. Legatur nunc pars hæc literarum, quas Agathon Romanus pontifex ad Conſtantinopolitanum Imperatorem ſcripſerat. Quæcunq́; à ſanctis (inquit) maioribus noſtris, necnon à quinque ſacris concilijs canonicè, puro corde, ſumma religione & fide, ac ſine ambiguitate decreta fuerant, ea ipſi quoque dubio procul ſeruamus, huic vni ſummo ſtudio incumbentes, vt nil prorſus eorum minuatur, aut mutetur, aut quicquā ipſis addatur, verùm omnia in verbis atque ſententijs eadem permaneāt. Et alibi: Cōſtanti animo ſumus, inquit, vt decreta à catholica & Apoſtolica ſede nobiſcum pro fide tradita, ſeruemus atq; colamus, credentes in vnum Deum patrem omnipotentem, & reliqua. Nunc venio ad ſeptimum & vltimum generale conciliū, & dum eius defini- Iſte Græcus nō niſi 7. recipit Synodos, 8 cur non recipiat, cauſā infra reddit, parum firmam.
tio recitetur, obſecro vos, attentè audiatis.

Sancta generalis ac illuſtris ſynodus, Dei gratia & religioſiſſimorū Chriſtianorū Cōſtātini & Irenæ matris eius Imperatorum noſtrorū auſpicijs in clara ciuitate Nicæna, q̄ Bithynienſis metropolis exiſtit, in ſanctæ Sophiæ baſilica ſecundò celebrata, cunctas catholicæ Eccleſiæ definitiones ſequendo, iubet ita: Chriſtus Dominus noſter, qui nobis notionis ſuæ lumen largitus eſt, quique nos idolorum inſania & tenebris liberauit, vt ſua ſancta catholica atque apoſtolica Eccleſia ſine ſorde maculaque ſeruaretur, ſuis ſanctis apoſtolis id ſe velle declarans, dixit:
Eccè ego vobiſcum ſum omnibus diebus Matt. 28. c
vſque ad conſummationē ſeculi. Quæ quidem promiſſionis uerba non ſolùm illis, verùm etiàm nobis, qui per eos in ipſum credimus, facta fuiſſe putantur. At nonnulli ab illo noſtro acerrimo hoſte elati, munua eiuſmodi nihili pendentes, à recto tramite deuiârunt, & dum catholicæ Eccleſiæ decretis ſeſe opponunt, in veritatis intelligentiam peccant, & iuxta illud dictum: Axem aratri in errorem impulerant, ob idque nullos collegerunt fructus. Nanque cùm ſancti homines cenſerentur, non eſſent tamen, diuinum ritum atque ordinatum euertere auſi fuerunt. Quibus Deus per Prophetam
inquit: Paſtores multi demoliti ſunt vineam Hier. 12. c
meam, conculcauerunt partem meam. Impios enim homines, qui ſuo ingenio non mediocriter confiderent, ſecuti, ſanctā Dei Eccleſiam Chriſto Deo noſtro conuenientem damnauerāt, ac nullam inter pietatem impietatemque differentiam facientes, Domini ac ſanctorum eius imagines, idolorum ac diabolorum ſigna credunt eſſe. Idcirco Chriſtus Dominus Deus noſter, quandoquidem à tanta talique pernicie ſnos peſſum iri non patitur, omnes terrarum vndiq; præſules vt conuenirent, præuidit, vt non ſine diuino zelo à Deo afflatorum ac fideliſſimorum Imperatorum noſtrorum Conſtantini & Irenæ, diuinę catholicæ Eccleſiæ traditiones communi ſententia obſignarētur atq; ſeruarentur. Rebus igitur omnibus perſpectis diligentiſſimè, ac veram ra-

tiatem ſequentes, nil addimus, neq; tollimus: Verùm omnia catholicæ Eccleſiæ decreta, quam diligētiſſimè ſeruanda cenſemus, necnon ſex ſancta illa Concilia generalia, in primis clariſſimum illud Nicenum, ac alteram in regia à Deo * ſeruata ciuitate Conſtantinopolitana celebratum, imitantes, credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, & reliqua, & infrà: Omnes credimus, ita ſentimus, ita prudentes ac ſcientes conſcribimus: hæc eſt Apoſtolorū, ſanctorum patrū, omniū deniq; benè credentium fides, quæ uniuerſum orbem terrarum firmauit. Cumq; Deum unum in Trinitate adoremus, neceſſe eſt etiam venerandas eius imagines excolamus: qui uerò non ita ſentiunt, ſint anathema, & ab Eccleſia expellantur. Ipſi nanq; veteres Eccleſiæ catholicæ ſanctiones ſuſcipimus, ac maiorum noſtrorum decreta ſeruamus: qui verò quicquam addiderint, aut ab his, quæ ab ipſa Eccleſia tradita ſunt, abſtulerint, anathemati ſint adſtricti. Legat' etiā hæc particula inſcripta de anathematibus, quā ſolet Orientalis Eccleſia quotannis celebrare: Qui eccleſiaſticas, inq't, ſanctiōes literis traditas, aut aliter memoriæ ꝓditas, reprobat, anathema eſto.

*conſeruanda

Lecta ſeptimi generalis Concilij definitione, Latini quendam uetuſtiſſimum librum in medium attulere: in quo quidem eadem ipſa definitio, ſanctumque ſpiritum ex patre filioq; procedere, ſcriptū erat: qua de re non mediocris contentio in illa ſeſſione fuit orta. Nam Latini librum ipſum uetuſtiſſimum oſtentabant: ac uehementer elati, eum cum Græcorum libro conferebant: tentantes ex patrum ſubſcriptionibus rebuſque alijs, eorundem librorum conuenientiam demonſtrare. Quos cùm in omnibus, ipſa tantùm acceſſione excepta, conuenire vidiſſent, uiſi ſunt mirum in modum admirari, Græci uerò ob temporis anguſtiam nil ad id reſpondere: veruntamen Latinis contendentibus, ut ipſa eadem definitio cum additione eiuſmodi recitaretur, benignè conceſſere. Deinde pater Epheſius orationem proſecutus fuit, dicens: Maiorum noſtrorum ſententias, patres ampliſſimi, quas vel in concilijs communi conſenſu ꝓmulgaſſent, aut Cōciliorum legati pro fide ſua declaraſſent, aut mutuis literis, priuatiſue commētarijs memoriæ prodidiſſent, intellexiſtis. Quæ quidē literæ ac commentaria, & ſi priuatorum doctorū fuerant, pro conſulis tamen conciliorum, communibuſq; ſentētijs habita ſuſceptaq; fuere. Ipſi ergo, qui noſtros maiores plurimum ueremur, quiq; eorum decreta colimus, ac ipſorum execrationes timemus, acceſſionem ad ſymbolum factam ſuſcipere nolumus. Opportunum autem eſſe uidetur, vt accuſationi ac rationibus noſtris (ſi lubet) reſpondeatis: quandoquidem ſatis eſt nobis, Conciliorū omnium canones & definitiones, ac ipſorum rationes in præſentia recitaſſe. Nanque veſtra priùs ad hæc audita reſpōſione, aliorum quoq; ſanctorū patrū authoritates ac ſententias ad noſtrā cauſam confirmandam afferemus, quas uel publicè profitentes, uel quid quiſq; de noſtra religione ſentiret, literis mandantes, memoriæ prodiderunt. Vos aūt patres ampliſſimi, rogamus, nobis diſtinctè ac per capita dialecticorum more reſpōdere uelitis: ut ipſi rationes veſtras facili' memoria repetētes, his cōmodius ac dilucidiùs reſpōdere poſſimus: quandoquidē vos ignorare nō credim', nos neque memoria ualere, neq; cōponēdi, diuidendiq; rationē benè ſcire, neq; ꝓfiteri ad quāuis nobis ꝓpoſitā queſtionē poſſe dicere. Verū nobis ſimplicitas & modeſtia ſemp ineſt, ut quod à ratione non abſonum ſit, id libenter ſuſcipiamus, oppoſitum autem eius ingenuè obijciamus.

Vetuſtus codex, habet additionē, Ex filioque.

¶ Septimi cōcilij ſymbolum sereniſſime Imperator, quod modò fecimus recitari, in vetuſtiſſimo volumine ſcriptum eſt, ita ut nemo * poterit ſuſpicari corruptum fuiſſe, cùm præſertim quidam hiſtoricus noſter, antiquus quidem ac literatus, inter alia id quoq; teſtetur, hoc ipſum ſymbolum in ſeptimo concilio recitatum fuiſſe. Tali propterea ſymbolo cum hac additione uel declaratione, ex FILIOQVE, non mediocrem tribuimus authoritatem. Porrò autem, quoniam uelle videmini, vt nos breuibus ac ſigillatim reſpondeamus, idcirco conabimur vobis pro viribus ſatisfacere. Verùm vt id faciliùs aſſequamur, quod forſitan cauſa fuerit, cur uos quoq; clarè reſpondere valeatis: operæpretium eſt, ut quæcunque modò recitata, ſcriptaq; ſunt, ea ſimul conferamus. Quibus quidem memoria repetitis, eorumque perſpecta conuenientia, ſequenti ſeſſione ad omnia faciliùs reſpondebimus. Tum iubente ſynodo, ad diem uigeſimam menſis eiuſdem ſeſſio fuit dilata.

IVL.

for. * poſſit

¶ Die Lunæ vigeſima menſis Octobris, Sexta ſeſſio Ferrariæ.

NVdiuſtertiùs, patres ampliſſimi, cùm vnà priuatim ageremus, id, quod à nobis ſæpiſſimè dictum fuerat, communi ſentētia repetiuimus, nos ad veritatē ſumma pace inueſtigandam, huc conueniſſe. In hanc igitur rem ſummo ſtudio mutuiſque officijs debemus incumbere, & alteri alteris eſſe grati. Qua quidem ſpe ducti, uobis eos libros libenter præſtare promiſimus, quos ſanctiſſimus pontifex haberet. Aſſerentibus autem nobis pari ſtudio uelle nos proſequi, reuerendum Epheſium ac Nicænum rogauimus, ut librum noſtrum de octauo Cōcilio per horam nobis mutuò darent. At illi noſtro deſiderio ſatisfacere noluerunt,

IVL. Cardinalis.

runt. Siquidem igitur ipſum hunc attuliſtis, benè euenit: ſin minùs, anteàquàm quippiam agatur, vt afferatur iubete.

MAR. Id quod vobis promiſimus, patres ampliſſimi, libenter ſatisfaciemus. Verùm interea nequaquam impediri debemus, quo minùs negocium noſtrum proſequamur, præſertim cùm nobis videatur non expediſſe, ita librum ipſum vobis concedere, vt eo

Octauam Syn. qua reſtitutus fuit Ignatius, cur non recipiant Græci.

prorſus priuati ſimus. Præterea, Concilium illud inter generalia connumerandum non eſt, quandoquidem non modò non ſuſceptum, verumetiam antiquatum fuiſſe conſtat. Ioannis enim & Adriani ſummorum pontificum tempore conuocatum fuit, ac Photium Conſtantinopolitanum antiſtitem condemnauit. Is deinde Ioannes aliud concilium habuit, quod item appellauit octauum, quod acta ipſius Concilij, quod vos octauum fuiſſe dicitis, improbauit, Photiúque reſtituit. Cuius quidem Ioannis pro Photio literæ, memoriæ proditæ ſunt, & adhuc extant. In quo planè concilio inter alia fuerat decretum, vt hæc eadem ſymboli additio tolleretur, quod vos non ignorare putamus. Siquidem igitur ipſius concilij acta reprobata videntur, non eſt congruum rationi, vt de his aliqua mẽtio fiat, cùm alterum octauum concilium ſequi potiùs deberemus. Propterea tempore ex* eo Conſtantinopolitana Eccleſia hucuſque ſolet ita celebrari: Quæcunque in ſanctos patriarchas Ignatium & Photium ſcripta vel dicta ſint, anathema eſto.

*eo in

IVL. Cardinalis. Hoc metu vos libero, præſtantiſſimi patres nam nil de ipſo Cõcilio recitabitur. Sed quoniam in eo volumine nonnulla ſexti ſeptimique concilij acta ſunt ſcripta, idcirco ea videre vellemus. nam de octauo Concilio uobis curæ non eſt.

MAR. Hac ergo conditione vobis hoc volumen libenter concedimus: abſurdum enim eſſet à ratione, poſtpoſitis cõcilijs generalibus, priuati conuentus rationem habere. Sed de his hactenùs.

AND. Ex veſtra longa oratione, patres ampliſſimi, ad quam equidem reſponſurus ſum, quatuor equidem collegimus capita. Initio nanque ſymbola vel (vt rectiùs loquar) ſymbolum, deinde generalium conciliorum decreta, tertiò Cyrilli, Vigilij, Agathonis, Cœleſtiniq; literas recitaſtis. Poſtremò autem protuliſtis, vos tot tamq; clariſſimos patres ita vereri, ac eorundem execrationes pertimeſcere, vt quicquã ipſorum dictis vel addere, vel ab eis auferre vehementer abhorreatis. Velim autem vos non ignorare, patres optimi, quam vos acceſſionem & incrementum ſymboli appellare ſoletis, eam nos expoſitionem ac dilucidationem eſſe credere, qua quidem ratione à Romana Eccleſia in ſymbolo celebratur, etſi prima orationis parte conati fuiſtis oſtendere, additionem ipſam ab ipſa Romana Eccleſia factam fuiſſe. Nam in ſecunda dixiſtis, nemini ratione aliqua fas eſſe, quicquam diuino ſymbolo addere: ex tertia verò parte credistis demonſtraſſe, incrementum illud, falſum ac incõueniens eſſe. Ex quibus omnibus quartum illud caput conſequebatur, vos ſanctorum patrum execrationes veritos, acceſſionẽ huiuſmodi nunquam ſuſcepturos eſſe. Hæc vos in ſumma. Ipſi autem contrà probabimus, quam vos acceſſionem & cumulum nũcupatis, eam potiùs diuini ſymboli explanationem ac declarationem eſſe. Deinde, nobis interdictum non eſſe, quo minùs expoſitiones huiuſmodi facere valeamus. Tertiò, declarationem ipſam veram & congruam eſſe. Poſtremò, plurimis ac fortiſſimis argumentis demonſtrabimus, cui a veritati Chriſtianos omnes acquieſcere debere. Nunc venio ad primum. Et quoniam in qualibet quæſtione abſolutas ac intelligibiles rationes deſiderare videmini, idcirco vobiſcũ dialecticè agam. Rogo autem vos, me attentè audiatis. Nulla expoſitio vel dilucidatio alicuius artis, aut ſcientiæ, debet additio appellari, ſed verbum, EX FILIOQVE, in verbo, EX PATRE, concluditur, eiuſque dilucidatio eſt, ergo verbum illud nulla ratione poteſt additio nuncupari. Porrò autem quoniam ſyllogiſmum hunc, quòd perfectus eſt, ac dialectico Canone factus, inficiari debetis minimè: ideo reliquum eſt; ut propoſitionẽ eius utranque ueram eſſe probemus, quarũ primam maiorem, alteram uerò minorem dialecticorum more nominabimus. Maiorem autem ſic demonſtrandam putamus: Omnis additio uel augmentum ex rebus extraneis fit, ut omnis ſchola philoſophorum tenet, præſertim Ariſtotelis, qui in De generatione ac interitu libro inquit, Adueniente aliquo fit augmentum. Siquidem igitur omnis additio ex rebus extraneis fit, expoſitio verò atque dilucidatio ab intrinſecis, ac ijs, quæ in eadem ipſa re inſunt, ſole clariùs ſequitur, cuiuſuis ſcientiæ expoſitionem ex rebus his factam, quæ in eiuſdem ſcientiæ ſubiecta materia ſint, additionem vel augmentum neutiquam appellari debere. Nanque ſi nullam inter expoſitionẽ & additionem differentiam poſuerimus, multa profectò nobis accident incommoda. ſacris enim literis additio facta fuiſſe videretur, & ad Nicænum ſymbolum ſecunda ſynodus acceſſionem feciſſe cenſeretur, quam tamen conſtat fuiſſe profeſſam, quæcunque protulerat, à ſuis maioribus accepiſſe, quemadmodùm etiam Gregorius cognomẽto Theologus, qui in eadem ſecunda ſynodo affuit, ad Cledonium ſcribens, inquit: Nos fidei patrum ſanctorum, qui ad Arianam hæreſim euertendam Nicænam ſynodum celebrauerant, nil vnquam anteposuimus, neque quippiam poſſumus præferre. Verùm eiuſ-

S. Gregorius Theologus.

dem

dem fidei ſumus, ac ſemper erimus, addentes tantùm id, quod de ſancto Spiritu ideo imperfectè prolatum fuiſſet, quòd antehàc nunquam in cõtrouerſiam fuerat vocatum, an Pater & Filius ac Sanctus ſpiritus vna diuinitas ſit, ipſumq; ſpiritum Deum eſſe, nos oporteat credere. Et ex his verbis, præſtantiſſ. patres, credere debemus, quam plurima fuiſſe à ſecundo Concilio declarata, quæ tamen minimè diceremus additiones fuiſſe. Nam in Nicæno Symbolo, Viſibilium omnium & inuiſibilium: &, filium natum ante omnia ſecula: &, in Spiritum ſanctum Dominum & viuificantem, neutiquam erãt ſcripta, quæ licèt ab ipſo Concilio, ſymbolo fuerint addita, non tamen propterea putauit accesſiooem nouam ad ſymbolum ipſum feciſſe, vt is beatus Gregorius teſtatur, qui nil aliud ſeotire profitetur, quàm quod Nicæna ſynodus edidiſſet. Quinimmo ſi diligentet vultis attendere, vobis notiſſimum fiet, nullum generale Conciliom, poſt primum, celebratum fuiſſe, quod quicquã Nicæno ſymbolo non addiderit, aut ooo ademerit ab eodem. Alterum enim Concilium, illud Nicæni ſymboli, Ea SVASTANTIA PATRIS, prorſus abſtulerat. Quartum verò Concilium, totum hoc, NATVM EX PATRE, IOEST, EX SVESTANTIA PATRIS, in, CONSVESTANTIALEM PATRI SECVNOVM DIVINITATEM, NOBIS AVTEM SECVNOVM HVMANITATEM, mutauerat, vt Eutychis hæreſim euerteret. Apparet igitur maoifeſtè, cuiuſpiam rei declarationem noo eſſe additionem: quod itẽ ex ipſius reuerendi patris Epheſij oratione probare volumus, quippe qui reſpondens huic à ſe propoſitæ quæſtioni, cur tertium concilium de Nicæno tantùm ſymbolo mẽtionem ſecerit, de altero verò minimè, dixit, quòd ambo illa ſymbola vnum eſſent, oec io aliquo differrent. Syllabæ igitur & dictiones, quæ Nicæno ſymbolo videntur appoſitæ, nullam ad illod feceruot acceſſionẽ, propterea qoòd eundem ſymboli ſeruaoeruot ſenſum. Maior ergo noſtri ſyllogiſmi propoſitio, benè probata videtur, nullam videlicet declarationem eſſe additiooem. Reliqoum autem eſt, vt minorem etiam demõſtremus, qood quidem maioris oegocij eſt, ac maiori conſideratione indiget, verbum, EX FILIOQVE, oon quidem additionem, verùm expoſitionem eſſe. Neceſſe eſt enim, qoi profitentur ſanctum Spiritum ex patre procedere, filiom ſimul intelligant, ad qood quidem probandum, non oiſi ueſtrotom ſanctorum doctorum authoritatibus ionitar, quibus quidem clariſſimè demonſtrabo, quemadmodùm ea patre, ita etiam ex filio Spiritũ ſanctum procedere.

Cyrillus. Beatus enim Cyrillus
Ioan. 14. b expooens hoc dictum Ioaonis, Ego rogabo pattem, & alium paracletum dabit vobis, ioquit: Cùm Dei & Patris bonorum eſſentialium filius particeps ſit, eadem etiam ratione ſpiritum habet, quemadmodum pater eundem habere percipitur, non quidem aduentitium aut extraneum, (Inſipientis enim, immo vt meliùs dicam) ioſani hominis eſſet ſic credere) ſed quemadmodùm quiſque noſtrum, ſuum ſpiritum continet, ac ipſum ex viſceribus ſuis emittit. Propterea ſeruator noſter corporaliter ſpiritum flauit, vt oſtenderet, qoemadmodùm ſpiritus Ioan. 20. e
ex ore humano corporaliter exit, ſic etiam ipſum ea diuina ſubſtantia, vt Deo conueoit, profluere. Quibus verbis Cyrillos videtur concludere, quoniam ſi patris omoia bona filius ſecundum ſuam naturam & ſubſtantiam habet, id etiam habeat, neceſſe eſſe, vt inſtar patris ſpiritum emittat, manentibus perſonarum proprietatibus. Vndè ſequitur, filium ſic ſe habere ad ſpiritum, quẽadmodûm etiam pater. Ne autem quiſquam crederet, noo de ipſo ſpiritu, verùm de quodam ſpirituali chariſmate vel gratia doctorem ipſum ſenſiſſe, dictum hoc Seruatoris noſtri perpendat: Accipite Spiritum ſan- Ioan. 20. e
ctum. Porrò autem, quoniam in ſymbolo ſpiritus vnam trium perſonarom ſigoificat, oeceſſe eſt, procedat ea filio, quemadmodũ etiam patre. Sed forſao aliquis diaerit, ſermonem ipſum de Spiritu, ambiguom eſſe, ita ut noo ſpiritus perſonam ſignificet. At nos ad oſtendendum haius oppoſitum, Ma- Baſilius.
guom Baſilium adducemus teſtem, qui vos docebit, Patrem & Filium ac ſanctum Spiritum ſic ſe habere, vt neque pater ſine filio & ſpiritu, neque filius abſque ſpiritu poſſit Rom. 8. e
intelligi. Qui ſpiritum (inquit) intelligit, ipſum & eum, cuius eſt Spiritus, ſimulque filium mente concipit: qui autem hunc percepit, ſanè Spiritũ oon ſeiunait. Verùm conſequenter ſecundum ordinem, cooiunctim autem ſecundum naturam ipſas tres perſonas iotelligens, veram aſſequutus eſt fidem. Porrò autem, quoniam Spiritus CHRISTI eſt, & ex eo, vt inquit Apoſtolus: ideo quemadmodum ſi quis alterum extremum alicuius catenæ traxerit, procul dubiò catenam totam attraheret, ſic etiam pattem ſimul & filiom per eundem Spiritum traheret. Et ſi quis filium tenet, altera quidem patrem, ſanctum aotem Spiritum altera parte tenebit. Fieri enim oon poteſt, vt io eis ſeiunctiooem aut diuiſionem intelligas eſſe, vt filium ſine patre, vel ſpiritum ſeiunctum à filio, & reliqua. ita patres ampliſſimi, diuinæ perſonæ ſe habere credontur, ut qui vnam intelligit, alias quoque percipere neceſſe habeat. Ex quo planè conſequitur, ut qui patrem intelligit Spiritum ſanctum producere, is quoque neceſſariò credat, eundem ſpiritum à filio produci. Ne autem oratio noſtra incredibilis videatur, eundem ipſum Baſilium attẽ- S. Baſilius.
tè aodiatis, qui filium probat habere quæcũque pater habere creditur, hoc excepto, filiũ

non eſſe patrem. Patrem (Inquit) & filium protuli. Has mihi tene proprietates: filius ergo manens in eſſe filij, & quateous filius eſt, omnia eſt quæ pater, iuxta hoc noſtri Do-(Ioã. 17. b) mini dictum: Et mea omnia tua, & tua mea ſunt. Imaginis enim omnia, rei ſuot exiſtentis. & cetera. Sermo Baſilij, patres optimi, plurimùm noſtræ ſententiæ conuenit. Ergo patri ſimul & filio commune eſſe videtur, Spiritum ſanctum producere. Multas quoque alias rationes afferre poteramus, quibus notiſſimum fieret, quooiam ſpiritus ex parte procedere creditur, neceſſe eſſe intelligi, eundem ſpiritum ex filio qooque procedere. ſed de his hactenùs. Importunom enim videtur, hac de re in præſentia diſpotare. Sequenti igitur ſeſſione de hoc accuratiùs forſiao agemus. Verùm Deus optimus maxim⁹ vtinam talem controuerſiam è medio ooſtri tollat, ita vt io poſterum haudquaquam nobis ſit opus de hac re verba facere. Sed redeo vndè digreſſus ſum, oullam factam fuiſſe dicebam additiooem, quãdoquidem declaratio nulla ratione poteſt additio oominari, quæ minor noſtri ſyllogiſmi propoſitio fuerat: ad quam quidem probandam, oportebat etiam declarare id quod ſcitu facile eſt, ſpiritum ex filioque produci. Quod ergo ſymbolo appoſitum eſſe dicimus, id non additio, ſed potiùs quædam ſymboli expoſitio ac explicatio eſt. Nunc venio ad ſecuodam partem, qua quidem probare promiſimus, qoicquid ſit illod, ſiue acceſſio, vt vobis: ſioe declaratio, vt nobis videtur, id quo minùs fieri poſſet, uunquam fuiſſe prohibitum. Nanque ſi id eſſet augmentum, dubio procol foris veniſſet, & extraoeũ eſſet. Cùm autem multas ſyllabas & dictiones vtrique teſtameoto, oedom ſanctorũ patrum decretis ſynodorumque definitionibus, appoſitas fuiſſe cõſtet (Deo fauente probabimos:) ſequitur, nobia nou interdictum fuiſſe nec eſſe, additiones eiuſmodi facere: quod ſanè ſi quis oegauerit, is nullo pacto poterit effugere, quin ſemel concedat, maiores noſtros, qui ſymbolo ac maiorom ſuorum dictis addiderãt, aliquid ſub aoathemate eſſe. (Paulus Galat. 1.) Præterea Paulus ait: Si qois vobis aliud, prçterquam quod tradidi vobis; euangelizatus fuerit, anathema ſit: ad eius tamen ſcripta acceſſiones oon paucæ factæ fuerant. Multa etiam Nicęna ſynodos Apoſtolorum ſymbolo addidit, multa, ſecunda, Nicæoo, multa denique protulit Epheſina, de qoibus neque prima, oeque ſecunda mentionẽ fecerat. Vetitum igitur illis videtur fuiſſe, ſymbolo noui qoicquam apponere: declarare autẽ, minimè. nam ipſi ferè omnes anathemate deuincti eſſem⁹. Prçterea idẽ Apo-(1. Cor. 3. b) ſtolus ad Corinthios ioquit: Litera quidem occidit, ſpiritus autem viuificat: quos qoidẽ corinthios incuſabat, quòd accuratius ſcripturæ, quàm opus eſſet, ioniterentur. Non ergo ea debemus inſpicere, quæ videantur occidere, io quo Iudæi vehementiſſimè peccant, quippe qui mentẽ à ſcriptura non efferunt, quod à noſtris doctoribus mirum in modum reprehenditur, quorũ primus beatus Gregorius Theologus inquit: De no-(Gregori⁹ Theologus.) minibus non certabimus, ſi rem eandem ſignificent. Veſter item Gregorius cognomẽ-(Gregori⁹ Palamas.) to Doctor: Parum, inqoit, curo de dictionibus: non enim ſolom iu verbis, verumetiam io rebus apud Gregorium Theologum pietas cnoſiſtit. Porrò autem oratio ooſtra de dogmate ac de re ipſa fieri videtur, io qua quidem ſi conuenerimus, haud quaquam in dictionibus diſcrepabimus. Siquidẽ igitur taotus doctor de dictionibus oon curauit, nobis profectò multo minus de eiſdem eſſe curæ deberet: ſed ſuo loco diligenter tractabimus, an cõcilia prohibuerint, vt dictionum huiuſmodi oolla prorſus additio fieret. Satis eoim nobis in præſentia fuerit, ſi conſtiterit, cur literarum ac ſyllabarum acceſſio refellenda non ſit. qua in re hoc manifeſto vtar exemplo: nam ipſi ſymbolom Latinè proferimos, vos autem Grçcè, alij verò liogua ſua: ſed quoniam idem omnes ſentimus, ideo uullom ex eo iuconueniens poteſt accidere. Verum dialectico argumento agamos, quod etiam bonis literis mediocriter eruditis patet. Omnes ſcientiæ ἀξιώματα propria, hoc eſt, pronunciata, vel (vt dialecticè loquar) priocipia vel dignitates habent, qoæ tametſi multa poteſtate contioeant, ac in ſeipſis ſua facultate plures conclusiones iucludant, eas tamen doctores ſyllogiſmis, inductionibus, exemplis, quouis denique argumentorum genere demonſtrare ac explicare ſolẽt, propterea tamen nemo proferret ſcientiam eorum diuerſam eſſe. Teſtis eſt Ariſtoteles in ſuis poſterioribus aoalyticis. Siquidem igitur & ipſi principia theologicaſque dignitates habemus, quibus in ratione diuina innitimur atque credim⁹, ex bis proculdubiò demonſtrare poterimus, ſanctum ſpiritum ex filioqoe procedere. Id ergo quod Romana Eccleſia profitetur, patet additiooem non eſſe. Ampliùs oſtendere poſſumos, additiones huiuſmodi poſſe fieri. Nam Paulus inquit: Vnus Dominus, vna fi-(Ephe. 4. a) des, vnum baptiſma, vnus Deus & pater omnium. Ergo & vna Eccleſia. Vtrum autem & vna dignitas, an non? ſed de hoc aliâs. Eadem igitur Eccleſia diuerſis temporibus, ac vrgẽte neceſſitate, acceſſiones facere poterat. Quæ quidem facultas nunquam poterit auferri. Noſter enim Seruator ioquit: Ecce (Mat. 28. e) ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad cuoſummatiooem ſeculi. Quæ quidem oratio nequaquam ſigoificat, vt Deus nobiſcum ſimpliciter ſit, ac nos ſimpliciter regat. Sic enim lapidibus & plantis, ac omnib⁹ aoimantibus ſemper ioeſt, ac ſimpliciter ipſa gubernat. verum ſemper nobiſcum credi-

tur

tut eſſe, nos ſua gratia vnaque religione ac fide coniungendo, quod proculdubio in ijs membris videre non eſt, quæ diuerſa fide ſeiuncta ſunt. libera igitur Eccleſia videtur eſſe. Prætereà ſi veſtra opinio vera eſſet, magnum diſcrimen incurrerent Chriſtiani, ac magnum incommodum ipſis accidere facilè poſſet. Nam ſi aliquando emerſerit hæreſis, Eccleſia ſeſe non poſſet ei opponere. Secundum tamen concilium acceſſionem facere cœpit, hanc excuſationem afferendo, vt, ſi fieri poſſet, firmam & illæſam Eccleſiã ſemper eſſe, ſanè nulla eſſet opus additione. Sed quoniam quandoque videtur periclitari, idcirco neceſſe erat acceſſionem ad Nicænum ſymbolum facere, vt ipſi quoque aſſerimus Romanæ Eccleſię contigiſſe. At ei fuerat interdictum. Hoc equidem oſtendatis velim, cùm à maioribus noſtris nil aliud prohibitũ fuiſſe conſtet, quàm vt nemini liceret diuerſam fidem proferre, aut componere, literíſve mandare, vt in Epheſini concilij actis (vt benè noſtis) videtur, quòd cæteræ quoque ſynodi conſectantes, ſimili modo prohibuere, ſanctique doctores, qui de ſyllabis & dictionibus priuatim fecerant mentionem, ad illud idem concilium ſe retulerant. Poſteriores denique omnes ipſius tertij cõcilij prohibitionem eadem ratione ſuſceperant, ne cui diuino ſymbolo diuerſas dictiones aliá fidem ſignificantes, liceret apponere. Neceſſe eſt igitur, verba omnia ad eundem ſenſum referri, eoſque, qui ſyllabarum & dictionum meminerant, idem intellexiſſe, vt hæ dictiones eſſent fugiendæ, quæ diuerſam fidem ſignificarent. Quemadmodum enim diuerſus à noſtra religione ſenſus, vehemẽter eſt reijciendus: ita etiam verba fidem aliam ſignificantia, refellenda ſunt. Patet igitur, prohibitionem ipſam neutiquam contra nos facere, quodque vos additionem, nos verò declarationem appellamus, id rem vnam eandemque fidem ſignificare, & ad eandem ſpectare. vndè liquet, nos nequaquam eſſe ſub anathemate. Alia quoque, pręſtantiſſimi patres, ad hanc rem plurimùm pertinentia dicere poſſemus, quæ ex quarti concilij actis collegimus. verùm opportunum eſt vt ſurgamus. Tum ſynodus decreuit, vt ad diem proximi ſabbati ſeſſio prorogaretur.

¶Die ſabbati XXV. Octobris.
ſeptima ſeſſio Ferrariæ.

ANDR. TVA venia & gratia, pater beatiſſime, necnon mitiſſimi Imperatoris ac ſanctiſſimi patriarchæ iuſſu, orationem noſtrã, quam proxima ſeſſione habuimus, proſequemur. Qua quidem oratione duo credimus oſtendiſſe, ſpiritum ex filioque procedere, quemadmodùm Romana Eccleſia ꝓfitetur, additionem non eſſe: ac nunquam interdictum fuiſſe, quo minùs acceſſiones huiuſmodi ab Eccleſia fierent. Reliquum autem nobis erat, duo altera demonſtrare, quæ tunc probare promiſimus, additionem ipſam valdè conuenientem, nedum veram eſſe, ac plurimum oportere, vt à Chriſtianis omnibus excolatur: etſi ſanctiſſimus ac ſummus pontifex, ac hi præſtantiſſimi patres, vnum tantum ſufficere crederent, vt demonſtraremus acceſſionem ipſam veram & congruam eſſe. Veritas enim perpendenda eſt. quandoquidem ipſa cognita, eius contraria facilimè diſſoluuntur, vt Ariſtoteles noſter teſtatur: quia omnia vero conſonant, falſo autem (inquit) citò diſſonat verum. cõueniens igitur eſſet ipſius argumenti veritatem oſtendere, ꝙ eo modo faciliùs vobis ſuaderetis, id Romanę eccleſiæ dubio procul facere licuiſſe: ad quod quidem probandum cùm publicis & priuatis orationibus, tum certis libellis nos ſæpenumerò prouocaſtis, ea præſertim oratione qua pater Epheſius ex nobis quæſiuit, cur Romana Eccleſia acceſſionem ad ſymbolũ fecerit. His ergo patribus gratiſſimum fieret, ſi veritas hæc eluceſceret. Nanque cùm in dubium vocari nõ poſſit, declarationem ipſam à maioribus noſtris fuiſſe factam: & ne fortè quiſpiam ambigeret, an tali eſſet opus declaratione, idcirco nobis (vt ſuprà dictum eſt) videbatur operæprecium, eiuſce rei veritatem oſtendere & aggredi, ex quo etiam crederetis, ipſam à Romana Eccleſia cõuenienter, maxima pręſertim vrgente neceſſitate, additam ſymbolo fuiſſe. Veſtra autem argumenta, quæ priuatim inter vos ferebantur, vt nũc nobis relatum eſt, facilè poſſent refelli, quibus oſtendere credebatis, nos à ratione propoſita diuertiſſe, ac nulla reſpõſione ad veſtram orationem facta, ad valdè impertinentia veniſſe. Quorum neutrum, patres ampliſſ. credimus commiſiſſe. Si nãque vos (vt libuit) peroraſtis, à ratione nõ fuerat abſonum, ſi ipſi quoque ad libitum noſtrum reſpondiſſemus, cùm præſertim oratio noſtra nequaquam inepta videretur: ſed neque (pace veſtra dixerim) impertinens fuerat. Nam etiã is, qui cauſam dicit in foro, aut in academia ſibi propoſitis argumentis reſpondet, quandoque ſolet diuertere, & aliquam concluſionem probare: cuius deinde veritate percepta, ad propoſitum reuerti: ita tamen, vt de iuribus petentis neutiquam minuatur. Sed ideo vobis videtur, nos nequaquam ad propoſitum reſpondiſſe, quòd nondum ad tertiam partem venimus. Quærentibus enim vobis, an nobis licuerit diuino ſymbolo ꝗcquam addere, aut verbum eius aliquod declarare, necne, id nos proculdubiò facere poſſe profeſſi ſumus. Sed cùm aliam huius rationem afferre non poſſemus, idcirco noſtram ipſam declarationem, veram ac neceſſariam eſſe volebamus oſtẽdere: Quod planè caput orationis noſtræ tertium futurum fuerat.

fuerat. De quo quidem non eſſet ab re (vt paulò aotè dictum eſt) accuratiùs diſputare. Sed quoniam id grauiter ferre videmini, ac nohis enunciaſtis uos ad id minimè reſponſuros eſſe, idcirco ut hac etiam in re uobis gratiſſimum faciamus, parte illa poſtpoſita, nonnulla alia proferemus, quibus & habita noſtra oratio explanabitur, quęq; ad ea, quæ ſuo loco prohauimus, neceſſaria fuerint: ita ut omnes intelligant, nos propoſitum reſpondere, & an iuſtam in nos inuehendi cauſam habearis. Vt autem noſtra oratio plana & intelligibilis ſit, ex his ipſis noſtrum ſummemus exordium, quæ modò vos recitaſtis. Initio Nicęnum ſymbolum protuliſtis: qood cur feceritis, non ipſi videmus, quaodoquidem id videtur nulla nobis ratiooe obſtare, neq; noſtræ ſententiæ cõtrarium eſſe. Noſtra enim controuerſia eſt, an ſanctus ſpũs quemadmodũ ex patre, ita etiã ex filio procedat: & an Romanæ Eccleſiæ hoc declarare licuerit. Symbolum autem ipſum tametſi ſanctiſſimum ſit, ad propoſitum tamen neutiquam ſpectare videtur. Nũ illud ipſi non credimus? Num à nobis non ſuſcipitur? non approbatur, oon excolitur, non celebratur? Num deoiq; nobis idem & vobis commune non eſt? At pater Epheſius dixerat, ſecundũ & tertiũ conciliũ definiſſe, ſymbolũ illud immutabile manere debere. Hoc eoam ipſi fatemur, non ita tamẽ, vt idẽ clarius ad lucidius reddi, ſi opus eſſet, non poſſet, ſed quæ ad eius veritatem ſpectarent, ea ſemper immota manerent. Nã qoemadmodùm ſcientiarũ principia, omnia ſua poſteriora potentia continent, ac in ſeipſis includunt: ita etiam Nicęnom ſymbolũ, Chriſtianorum doctrinam & fidem in ſeipſo implicitam continere, includereq; cenſetur. Illud enim, IN FILIVM EX PATRE NATVM, in Arium hæreticum celebratũ fuerat. Sanctum autem ſpiritom Deum eſſe, in Macedonium & Eunomium. Filium uerò fuiſſe incarnatum & genitum, aduerſus Neſtorium. Immò ſi quis omoia diligẽter perpenderit, nullam prorſus præteritam inoeniet hæreſim, vel futuram excogitabit, quæ non eiuſdem Nicęni ſymboli facultate diruta fuerit, uel quæ deſtrui non poſſit. Siquidem igitur ſymbolum hoc pro noſtræ fidei fundamento celebratum fuerat, neceſſe eſt immutabile maneat, principiorum cæterarum ſcientiarum inſtar: quibus datis atque conceſſis, immotiſque permanentibus, multas concluſiooes doctores prohare ſolent. Patet ergo, cur Romanam Eccleſiam ex ipſo ſymbolo neutiquã accuſare poteſtis, quod vnà cum tertij Concilij definitione uelim iterum recitetur. Audiſtis, ampliſſimi patres interdictũ ipſius Cõcilij vtraque lingua perlectum: quo planè nil aliud prohibetur, niſi ut diuerſa fides componi, uel literis mãdari, aut ah aliquo proferri nóo poſſit, quorum oihil ipſi benignitate Dei commiſimus quandoquidem pauloaotè probauimus, vnius ac eiuſdem eſſe religionis, profiteri ſanctum ſpiritum ex filio, quemadmodùm ex patre, procedere: qoòd expoſitio, explanatio, declaratio, dilucidatio, id deniq; genus alia, additiones nõ ſunt, cùm diuerſam fidem neqoaquam ſignificent. Conſtat ergo clariſſimè, interdictum illud minimè contra nos facere. Sed ad Cyrilli literas oeniamus, quas ad Ioannem Antiochenum præſulem ſcripſerat: qoæ (ſi placet) iterum recitentur. Ipſi* tertij Cõcilij authores, Patres ampliſſimi, præſertim idẽ ipſe Cyrillus, qoi eidẽ prę fuerat, ad eius definitionem ac interdictũ ſe referentes, priuatim conſcripſerãt. Siquidẽ igitur patres hi de fide tantùm dioerſa, non autem de nerbis curabant, in dubium oocari nõ debet, *quia literæ quoqoe Cyrilli nõ eundem habeant ſenſum, ot ſingulas earundem literarum particulas accuratè conſideráti patet. Nullã (inquit) uel nobis uel mortalibus alijs facultatem concedimus, ut aliquã ſymboli dictionem mutare, aut nnam ſyllabam præterire valeant, quorum neutrum in ſanctum ſymbolum nobis commiſiſſe oidemur. Hæ ergo literæ in aliqoo nobis non obſtant. Præterea ſcitu dignum eſſe exiſtimo, cunctas eiuſcemodi definitiones & decreta, præſertim illud, de qoo paulo ſuperiùs dicebamus: poſt cõciliorũ decreta ſcriptum fuiſſe. Ergo quemadmodùm cogeote neceſſitate, his non obſtantibos interdictis licehat Eccleſiæ declarare, diuinaq; dogmata illuſtriora reddere, ac ipſa Chriſtianos docere, ita etiam ſi quædam ſymboli particula à Romana Eccleſia fuerat explanata, id vitio vertendum non eſt: neque quicquam contra definitiones & prohibitiooem ipſam commiſſum fuiſſe videtur. Ampliùs, pater Epheſios vocauit in cõtrouerſiam, cor tertia ſyoodus de prima tantùm fecerat mentionem, de ſecũda verò minimè: qui deinde ſibijpſi rectè ſubtiliterque viſus eſt reſpondiſſe, quòd vtrunque earundem ſynodorum ſymbolũ pro vno ſolo dijudicabatur, qoòd ſenſum vnum habebant, etſi qoiboſdam in uerbis differre plurimùm videreotur. Quam quidẽ reſponſionem ipſi ſuſcipimus, ac ei noſtra in controuerſia innitimur: parique ratione credimus hoc noſtrum ſymbolum dioerſis vocabulis vnam eandemq; fidem ſignificare. Hoc igitur tertij concilij interdictũ haud contra oos facere videtur. Sed Chalcedoneſe quoque legatur decretum.

* quin

IVL. Cardinalis. In Chalcedonenſi concilio, patres optimi, Nicęnum primò, deinde Coonſtantinopolitanom ſymbolum fuit recitatũ. poſteà uerò concilium ipſum decreuit, hoc ſymbolũ ad perfectam noſtræ fidei notionem ſufficerẽ: ultimò autem inſtar tertij concilij interdixit, vt aliam fidem proferret oemo.

ANDR. Etſi huiuſmodi definitio, & interdictum,

prę

peæſtantiſſimi patres, nequaquam contra nos facit, tamen vt id omnes clariùs intelligant, nonnullas afferam rationes. Nam illuſtriſſima ſynodus decreuerat, Conſtantinopolitanum ſymbolum ad incarnationis Dei filij dilucidationem, ac noſtram fidem ſufficere: quia tamen verbis clariſſimis non conſtabat, idcirco nonnulla ei verba addiderat, nonnulla etiam ab ipſo (vt patet) abſtulerat: propterea tamen fidem ipſam mutaſſe, aut prorſus aliam feciſſe non creditur. Interdicta igitur ipſa facta fuiſſe cenſemus, ne cui ſenſum ipſius ſymboli mutare liceret: non autem, quo minus Eccleſia ſymbolũ ipſum in poſterum exponere, dilucidareque poſſet. Sed velim à vobis amp. patres doceri, an ſacratiſſimum Euangelium perfectiſſimam noſtræ religionis doctrinam præ ſe ferat. Equidem vos aliud nil puto pro veſtra ſumma pietate reſponſuros, quam conſummatiſſimam fidei noſtræ ſcientiam in ipſo concluſam eſſe, licèt quamplurimi Græcorũ ac Latinorum doctores, illud, necnon Apoſtolorum ſymbolum explanauerint ac declarauerint. Hæc igitur patris Epheſij ſententia vera videtur eſſe, totam ſacram ſcripturam ita noſtris à maioribus fuiſſe probatam & obſignatam, vt addere vel ab ea quicquam auferre fas nemini ſit. Proptereaque dicebat, idem quoque nobis de ſymbolo credendum eſſe. Euangeliſtas autem noluiſſe, quin aliquis eorum ſcriptis addere poſſet: ſed ipſorum fuiſſe ſententiæ, ut talis inhibendi facultas ſuis poſterioribus deſerretur: necnon ſecundum concilium ipſorum Euangeliſtarum veſtigia ſequutum, nequaquã interdicere voluiſſe. Hæc (pace ueſtra dixerim) in pagina ſacra non extant. Immò Paulus ad Gal. inquit: Si quis uobis euangeliza-
Galat.1.c uerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit. Et Ioannes in Apocaly. Si quis appo-
Apoc.22.d ſuerit ad hæc, apponet Deus ſuper illũ plagas ſcriptas in libro iſto. Et ſi quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ. Omnes ergo doctores ſancti potuerant interdicere, ne cui liceret acceſſionem ad eorum ſcripta facere: poſteriores tamen ſcripturam ſanctam clariorem neceſſariò reddidere. Nam quoniam Arius profitebatur Dei filium creaturam, alteriusque ſubſtantiæ à patris ſubſtantia eſſe, ſcilicet his verbis ſeruatoris
Ioan.14.d innitens, Pater maior me eſt: ideo doctores hac adducti neceſſitate, quanam ratione patre filius minor eſſet, declarauere: vt in poſterum accidere poterit. Sanctum enim ſpiritum, Deum ac dominum & viuificantem profitemur, & qui cum patre & filio ſimul adoratur & cõglorificatur: ipſum tamen cœli & terræ factorem eſſe, neutiquam in ſymbolo celebramus. Ergo ſi noua hæreſi quæreretur, cur ſanctus ſpiritus, inſtar patris & filij, factor cœli terræque non celebretur, nonne tum nobis neceſſe fuerit, vt conuocata Eccleſia quæſtionem huiuſmodi diſſoluamus, ac veritatem ipſam prædicemus, ſanctum videlicet ſpiritum ita cœli & terræ factorem eſſe, quemadmodum pater & filius? Eccleſia igitur neque à tertia, neque à quarta, neque cæteris à ſynodis ita præſcriptis legibus interdicta videtur eſſe, vt cogẽte neceſſitate ambigua declarare non valeat. Sed quartę ſynodi definitio iterũ (ſi lubet) recitetur.

Eccè, patres ampliſſimi, q̃ clariſſimè patet, quidnã in hac quæſtione dicendum ſit. Synodus enim quarta decreuerat, ne cui liceret in poſterum aliã fidem aut diuerſum ſymbolũ cõponere vel proferre, quorũ neutrum ipſi gratia Dei commiſimus. Sed verbum illud, ſi ſuffeciſſet, diligẽtius rogo perpendite. Non enim ſynodus dixerat, ſufficit: ita vt oratio ipſa ſic intelligi debeat, ſi nulla hæreſis emerſiſſet, Nicænum ſymbolũ dubio procul ſatisfeciſſet. Sed quoniam plurima inſurrexerat hæreſis, ideo neceſſe fuerat vt diuerſis temporibus, fide tamen ſymboloque non mutato, diuerſæ fierent expoſitiones. Symbolum autem fuiſſe perfectum, quemadmodùm pater Epheſius protulit, ob idque nulla indiguiſſe additione, ratione duplici poteſt intelligi: vel quantum ad veritatem & fidem, vel quantum ad notionem pertineat. Ea igitur ratione ita ſymbolum fuiſſe perfectum, vt ei non eſſet opus acceſſione, fatemur: ob plurimam tamen hęreſim ortam, neceſse fuerat, vt accuratiori expoſitione perfectioriq; explanatione ſymbolum ipſum dilucidaretur. Rerum profectò neceſſitatem ac varios temporum * cur- * caſus
ſus patres ampliſſimi, conſiderare debetis. Homines enim mortales cùm ſint, omniaque futura neutiquàm perſpicere poſſint, neceſse eſt, eadem ſemper Eccleſia maneat, eademque dignitate prædita ſit: vt vſque ad ſeculi finem contradicentibus ſe opponat, ipſosq; redarguat, & refellat. His igitur fortiſsimis patet argumẽtis, nullũ obſtare decretũ, quo minùs eccleſia valeat dubia & obſcura exponere ac dilucidare. Prętereà poſt ſymbolũ & decreta ſancita, definitiones traditæ fuerant: q͏ ſi valdè eſset ignotũ, quid pro religione ac bonis moribus eſset in poſterum declarãdũ: Proptereaq; ſæpiſsimè aliæ atq; aliæ definitiones poſteritati tradũtur. Sãctorum igitur patrũ decreta ita p̃finita videnť eſse, vt quẽadmodùm diuerſa denuò definitio tradiť, ita ẽt explanatio ipſi conueniens poſsit fieri. Porrò aũt ipſi quoq; concedim⁹, quod pater Epheſius protulit, nulli fas eſse aliud ſymbolum tradere: ea tamen ratione, qua præſul ipſe dicebat, Conſtantinopolitanum à Nicęno neutiquàm diſcrepare, etſi plures illud ſyllabas ac dictiones habeat, huic verò multa vel addita, vel ab eodem ablata fuerint.

¶Seſsione

Digitized by Google

IVL. Car. ¶Seſſione proxima, patres optimi, verbum, SI SVFFECISSET, ac totam ipſam orationem non accuratè expoſuiſtis. Verùm, quod quæſtionem noſtram facilè ſolnerit, prætermiſiſtis. Nam Chalcedonenſe Concilium inquit, [nil addentes vel auferẽtes, ſed Sanctumſpiritum eſſe Dominum declarantes, & reliqua.] Qui quidem ſermo erat in eos, qui ſacræ paginæ innitentes, contra Sanctumſpiritum diſſerebant. Ex his itaque verbis quæ vos ſilentio præteriiſtis, luce clarius patet, ipſam noſtram declarationem, Ex FILIOQVE, talem non eſſe acceſſionem, qualem Conciliorũ decretis prohiberi cenſemus, quemadmodum Beatus Thomas in lib. contra Græcos hanc eandem quæſtionem diſſoluit. Sed ex quinti Concilij actis, Ioannis Conſtantinopolitani præſulis ſermo recitetur.

AND. ¶Orationem noſtram, patres ampliſſ. ex quinti Concilij ſententia, veram eſſe probabimus: [vt Chriſtifideles (inquit ipſe Ioannes) ab ineptis verbis abſtineant, mentem autem ſuam diuino ſymbolo, quo baptizati ſumus, adhibeant, quod quidem Nicæna ſynodus Sanctiſpiritus gratia memoriæ prodidit, & reliqua.] A cæteris tamen concilijs magna verborum mutatio eidem ſymbolo facta fuiſſe videtur, quam tamen ipſi declarationem eſſe dicemus: quandoquidem eorum, quæ ad fidem pertineant, nulla prorſus in eo apparet mutatio. Non ergo Romana Eccleſia diuino ſymbolo quicquam addiderat, neque in poſterum addet. Sed Vigilij literæ iterum legantur.

Summus is pontiſex, patres ampliſſimi, declarãs, quid de religione ſentiret, id quod ipſi quoque credimus ac profitemur, memoriæ prodidit, vt aliam doctrinã & fidem aut diuerſum ſymbolum nemo profiteri deberet, ſed tantùm illud, quod Nicæna ſynodus piæ tradidit, Conſtantinopolitana verò ampliauit, ac Epheſina illuſtrauit. Idem igitur cum Vigilio volumus, idemq́ue ſentimus, qui nil prorſus decreuiſſe videtur, quod non ipſi quoque profiteamur, ſummoq́ue ſtudio proſequamur.

IVL. Car. ¶Harum literarum vna particula, patres optimi, noſtrã quæſtionem diſſoluet [Epheſinam (inquit) ſuſcipimus ſynodũ, quæ maiores ſuos ſequuta, Neſtorium impium ac eius ſceleſtiſſima dogmata ſectamq́ue damnauerat. [Si quidem igitur ea ratione Neſtorius fuerat damnatus, ſequitur, vt hi, qui ea omnia quæ in ſymbolo ſunt incluſa, profiteantur, nequaquàm debeant condemnari: verùm hi tantùm, qui à ſymbolo diuerſa ſentiant: quandoquidem diuerſitas dogmatum ſolummodò prohibetur. Sed ſextæ ſynodi decretum iterum recitetur.

Recitatũ eſt. Nicænum eccè ſymbolum in primis ſuſceperat, dein Epheſinum, poſteà verò decreuerat, poſtremò autem interdixerat.

Vndè veſtra ex ſententia ſequeretur, eos, qui ipſius ſynodi decretis, nedum qui ſymbolo addiderint, prophanos eſſe.

MAR. ¶Breuitati ſtudens ipſi, definitiones huiuſmodi recitare noluimus.

IVL. Car. ¶At plurimùm ad nos ſpectare videntur. Nemo enim crederet eos ſub anathemate eſſe, qui eiuſmodi definitionum fuerant authores, quæ non in ſymbolo celebrantur. Sed magna inter hos libros diſcrepantia eſſe videtur. Nam in Conſtantinopolitano ſymbolo, quod ab Epheſina & Chalcedonenſi ſynodo conſtat citatum fuiſſe, neque DEVM DE DEO, neque DE CÆLIS, legitur in hoc libro. Operæpretium igitur eſt, hoc in vetuſtioribus libris inſpicere. Eſt ne ita reuerende pater, an non?

MAR. ¶Ipſi ſanè ſymbolum celebramus, quod ſcripturæ relictum fuerat. Si autem inter vos talis controuerſia eſt, vos videritis.

IVL. Car. ¶Hic non eſt ſcriptum, DE CÆLIS. In margine autem ita legitur: Nota Græcos qui celebrant, DE CÆLIS,

RVTH. ¶Num vos, DE CÆLIS non celebratis?

IVL. Car. ¶Id ipſi celebrare ſolemus.

RVTH. ¶Ergo conuenimus, quemadmodum in noſtris libris eſt ſcriptum. Vndè autem veſtra hæc ambiguitas orta fuerit, ignoramus. Siquidem igitur ſic ab omnibus celebratur, quemadmodum in noſtris vetuſtiſſimis libris legitur, nullam ipſi tenemur reddere rationem, cur in libris veſtris diſcrepantia ſit.

IVL. Car. ¶Hæc ideo protuli, vt oſtenderem id addi ſymbolo potuiſſe, quod non eſſet alienum à ratione: vt conſtat, poſt Epheſinum interdictum, acceſſionem congruam ad ſymbolum factam fuiſſe.

AND. ¶Sed neque ex ſextæ ſynodi inhibitione, præſtantiſſimi patres, poteſtis nos meritò incuſare: quandoquidem ipſa ſynodus de alia tantùm fide, diuerſoq́ue ſymbolo ſentiebat. Ipſi verò (vt ſuprà multis ac fortiſſimis argumentis probauimus) non aliam fidem colimus, neq; diuerſum ſymbolum celebramus. Nunc ad Agathonis literas veniamus: quas iterum, obſecro, recitetis.

Sententia noſtra, patres ampliſſimi, literis his cõfirmatur. [Huic vni ſummo ſtudio (inquit) incumbentes, vt nil prorſus eorum minuatur aut mutetur, aut quicquam ipſis addatur, verùm omnia in verbis atque ſententijs eadem permaneant.] Et infrà: [Conſtanti animo ſumus, vt decreta à Catholica, & Apoſtolica ſede nobiſcum pro fide tradita, ſeruemus atque colamus.] Satìs eſt ergo, vt in ſententijs, hoc eſt, in ſignificatione & intelligentia, rata maneant, iuxta illud Apoſtoli: Corde creditur ad iuſtitiam. Rom. 10. b Fides autem non ſolùm in mente, verùm etiam in confeſſione conſiſtit, quæ quidem non niſi verbis fieri poteſt. Porrò quoniam apud Ariſtotelem, voces ſunt ea-

rum, quæ ſunt in anima, paſſionũ notæ, animorum videlicet affectus ſignificãtes: idcirco quid quiſque profiteatur, intelligi benè non poterit, niſi verba menti conueniant, vt exemplari exemplum. Benè ergo credimus non licere, verba rationi contraria, vel diuerſam ſignificantia fidem, apponere ſymbolo. Paulò verò ſuprà probauimus, declarationes ad perfectam intelligentiam pertinentem, non eſſe vetitam. Agathon igitur ſummus pontifex, verba diuerſam tantùm fidem ſignificantia prohibuerat.

IVL. Car. ¶ In Agathonis ſymbolo, patres optimi, nonnulla ſunt verba, quæ Conſtantinopolitano ſymbolo, multis alijs ablatis, is addiderat. Nam abſtulit quidem hæc, & in vnum Dominũ Ieſum Chriſtum, & ex patre natum ante omnia ſecula; nec non, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum. Hæc autem addidit, quæ in cęlo * & in terra. Quæ quidem verborum acceſſio, declaratiò potiùs quàm additio debet nuncupari: quæ declaratio (vt ſæpè ac ſæpiùs dictũ eſt) nullis præſcriptis legibus prohibetur. Siquidem igitur Agathoni licuerat Conſtantinopolitano ſymbolo non minùs addere, quàm ab eo verba plurima auferre, non tamen propterea ipſum accuſatis, cur nõ paruæ huius additionis, ex filio, quæ verum ſignificat, tam vehementer arguitis?

for. * & q̃

ANDR. Probitas ergo & innocentia noſtra ex his quæ diximus, explorata eſt, ac nos immeritò à vobis incuſari. Nunc autem ad ſeptimam ſynodum venimus, cuius in primis ſymbolum recitetur.

IVL. Car. Maxima librorum noſtrorum diſcrepantia videtur eſſe. Nam in noſtro vetuſtiſſimo ſcriptum eſt, Ex Filioqve, in veſtro autem minimè. Sed de hoc aliàs.

AND. Symboli particulam, Ex Filioqve, à ſeptimo generali Concilio conſtat celebratam fuiſſe: ſed hoc aliàs accuratiùs perſcrutabimur. Simbolum autem dixiſtis, à maioribus noſtris ita probatum & obſignatum fuiſſe, vt nulla ratione mutari liceat, quemadmodùm ex eo cognoſci poteſt, quòd verbum θεοτόκον, id eſt, Deipara, in ſymbolo neutiquàm celebratur. De qua cùm eſſet Neſtorij temporibus vocatum in dubium, an mater Dei nominari deberet, nécne, habita diligenti conſideratione, Concilium definiuit, vt vera Dei mater appellaretur, quod tamen ſymbolo (vt dicitis) nolens addere, decreuit, vt in actis eius cõſcriberetur, poſteritatique traderetur. Quæ omnia, patres ampliſſimi, concedimus, ac vera fatemur eſſe. Sed ideo neceſſe nequaquàm fuiſſe, vt verbum illud ſymbolo adderetur, quòd pluribus alijs ſymboli verbis cognoſcitur, Mariam Virginem Dei genitricem eſſe. Nam ex patre natum, & conſubſtantialem patri, (filius enim Deus eſt, quemadmodùm etiàm pater) amplìos & incarnatus, & homo factus: omnia hæc in ſymbolo celebrata, proculdubiò Deum & hominem natum eſſe ſignificant. Præterea, tametſi definitiones & ſymbolum in aliquo differunt, in pluribus tamen conueniunt. Nam differre quidem videntur, quòd plura eorum, quæ ad fidem pertineant, à definitionibus, quàm à ſymbolo continentur, (de quibus in præſentia dicere non eſt opus. nam multa volumina decretis eiuſmodi plena ſunt) conueniunt autem, quòd ſimul ad noſtram ſpectant religionem. Propterea noſtri maiores ipſius ſymboli ac decretorum omnium authores, pro cunctis ſimiliter interdixerant, vt ſymbolum pariter & decreta, vim eandem habere oſtenderent. Vndè euenit, vt eorundem ſymboli ac decretorum præuaricatores, in quibuſdam conuentibus anathemate fuerint deuincti, nõ tamen propterea Chriſtifidelibus viſum fuit, fidem in aliquo diminutam fuiſſe. Virginem autem Dei genitricem fuiſſe, tantundem eſt in definitionibus fuiſſe repoſitum, ac ſi in ſymbolo celebratum fuiſſet. Quod tamen ſi patres ij facere voluiſſent, his quas ſuprà duximus, rationibus proculdubio potuiſſent, quemadmodum poſteriores ſynodi multa ſymbolo verba addiderunt, quę non ita, vt verbum, Dei Genitrix, neceſſaria fuiſſe videtur. Illis enim ſynodis exploratum fuerat, quæ de ſeruatore noſtro in Nicęno ſymbolo celebrantur, quàm maximè ſatisfacere.

In hoc valde diſſentire videmur, ſi omnia poſt primum cõcilia generalia, verbum, Deiparam, addere ſymbolo voluiſſent, vtrũ potuiſſent, an non. Et ſi Chalcedonenſe Concilium, quod materiam hanc tractauerat, id feciſſet, an prophanum fuiſſet. Reſpondeat ergo pater Epheſius, reſpondeat, inquam, affirmet, vt deneget. IVL. Car.

¶ Non neceſſarium eſſe videtur, vt ad hoc ſolũ reſpondeat, verũ tota intellecta oratione, vobis ad omnia reſpondebitur. IMP.

Videre videor mentem veſtrã, patres ampliſſimi. Creditis enim ſanctos Chalcedonenſis Concilij authores, fuiſſe prophanos, ſi verbum, Deiparam, ſymbolo addidiſſent. At ſi ſynodorum dignitatis rationem habere volumus, eandem cunctis facultatem fuiſſe credemus. Sin autem ipſarum authorum numerum conſiderare velimus, in Epheſina ſanè 200. in Chalcedonenſi verò 600. & 30. patres fuiſſe cõſtat, qua quidem ratione hæc illa dignior, maioriſque poteſtatis fuiſſe videretur. IVL. Car.

Satìs nobis videtur, patres ampliſſimi, veſtris quæſtionibus reſpondiſſe, ipſaſque diſſoluiſſe. Nam ſymbola, & decreta, diuinaque dogmata, necnon ſanctorum literæ, quas in medium protuliſtis, in hoc conuenire videntur, quòd cuncta ſignificant, nemini Chriſtifideli licere diuino ſymbolo fidem aliam AND.

addere,

addere, literíſve mandare, aut quouis modo proferre, quandoquidem patres hi de verbis nihil curauerant. Ipſi autem demonſtrauimus Romanam Eccleſiam, neq; nominibus neq; verbis, neque aliqua ratione diuerſam fidem poſteritati prodidiſſe. Patet etiam illud, Ex FILIOQ;, quod ipſa Romana eccleſia ſolet in ſymbolo celebrare, nequaquàm fuiſſe vetitum. Sequitur caput vltimum, explicare, ac multis argumentis probare, Romanæ eccleſiæ licuiſſe particulam ipſam dilucidare prædicareq;, cùm præſertim ſanctorum patrum ſententia muta, magnorum principũ authoritate adducta, magna denique neceſſitate coacta fuerit. Proptereaque maiores noſtri huic ſententiæ facilimè acquieuerant, quemadmodùm vos, qui proborum parentum probi filij eſſe cenſemini, facere ac ſentire nobiſcum deberetis. Sed nũc ſanctorum doctorum authoritates in medium afferamus,

D. Augu.

ac in primis Auguſtini illuſtriſſimi Latinorum Doctoris, quem quinta ſynodus conſecrauit, quippe qui multis in locis, præſertim in libro de Trinitate, Sanctumſpiritum ex patre filioq; procedere, ſcriptum reliquerat. Idem etiam clariſſimus

D. Ambr.

doctor Ambroſius literis mandauerat. Idem

D. Greg.

Gregorius noſter teſtatur. Hilarius etiã (quẽ

D. Hilarius.

Magnum appellare ſoletis) eandem ſententiam in libro de Trinitate reliquerat. Quorũ omnium doctorum ſententiam ſi diligenter perpenderitis, proculdubiò cognoſcetis Romanam Eccleſiam nil abſoni, nil incongrui, nil denique quod cum ſanctorum patrum dogmatibus pugnet, profiteri. Sed vt veritas meliùs illuſtretur, nonnullos etiam veſtrorum

D. Baſili9.

Doctorum teſtemur. Nam Magnus Baſilius in epiſtola ad canonicas, naturalem patris & filij, ſanctiq; ſpiritus ordinem deſcripſit. Sanctusſpiritus (inquit) patri quidem & filio connumeratur, cùm ſupra omnem creaturam ſit, ordine verò tertiùs eſt, vt Euãgeliſta nos docet, Domino dicente:

Mat. 16.
Mat. 28. c

Euntes in vniuerſum mundum, baptizantes in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti. Qui autem eum præponit filio, aut ſuperiorem patre dicit, hic contradicit DEI traditioni, & alienus à ſana fide eſt, quã accepit, *laudationis formã non ſeruans.

*baptizationis

Et poſt pauca: Quare ſi quis hunc ordinẽ peruertit, ipſam perſonarum exiſtentiam & totam fidem inficiatur.

Gregor. Nyc.

Beatus item Gregorius magni Baſilij frater, ac in dignitate & doctrina ipſo nequaquàm inferior, inquit, filium immediatè ex patre eſſe, idque ipſius filij proprium eſſe.

D. Athanaſius.

Athanaſius etiam: Qualẽ ordinem (inquit) & naturam filius habet ad patrem, talem ordinem & naturam ſpiritus habet ad filium.

Zach: 4. a

Sed ad eundem Baſilium redeamus, qui Zachariæ illud, aurea lampas, exponens: Quẽadmodùm (inquit) pater naturaliter ac eſſentialiter Sanctum ſpiritũ habet, ità etiam filius eundem Sanctum ſpiritum habet. Beatus quoque Ioannes Chryſoſtomus ſuper Ioanne Euangeliſta:

D. Ioan. Chryſoſt.

Omnia (inquit) filius eſt, quæ & pater, hoc & excepto, ꝙ ille quidem eſt genitor, hic autem natus. Sunt etiam alij Orientales doctores, qui hanc ſententiam memoriæ prodidere, de quibus ſuo loco dicemus. Nunc autem quandoquidem tota noſtra difficultas videtur eſſe in verbi, procedere, vi percipienda, idcirco nonnullos veſtros doctores in medium producemus, cõplures verò alios ad aliud tempus ſeruabimus, qui omnes profeſſi fuerant, Sanctumſpiritum ex filioq; procedere. In primis igitur

Simeon Metaphraſtes.

Simeon Metaphraſtes veſtris in eccleſijs celeberrimus accedat, qui in B. Dionyſij vita inquit: Terminum corporeæ peregrinationis accipit, & q̃ ſpiritus ſunt, ſpiritualiaque exercet, ac in cęlos Chriſtus meus aſcendit, ad paternamq; ſedem reuertitur, & ſpiritum qui ex ipſo procedit, diſcipulis ſuis demittit, vt ipſi gentem infidam regant. Ex huius ſancti ſententia, præſtantiſſimi patres, apparet, ſpiritum ex filioque procedere, quemadmodùm Romana Eccleſia profitetur, verum eſſe. Quam enim apud Græcos genitiuus caſus vim habet, eandem apud Latinos ablatiuus ſibi vendicare videtur.

Anaſtaſi9 de monte Sina.

Anaſtaſius etiam de monte Sina veniat, qui in ſermone de noſtris veris dogmatibus inquit: Ex corporis proprietate ac membrorum analogia ſimilitudineque capientes exemplum, diuinarum perſonarum relationem, mutuamque dependentiam compræhendimus. Sic enim ſpiritus oris eius, hoc eſt, Dei, Sanctusſpiritus nominatur, cùm os vnigeniti ſit. Rurſus: Spiritus qui ex ipſo procedit, & mittitur, non ſolùm ex patre, verumetiam ex filio.

Theodoritus.

Legatur & Theodoriti dictum, ac ad ipſum Cyrilli reſponſio.

S. Epiphanius.
Ioan. 15. b

Sed accedat magnus ille veſter doctor Epiphanius, qui ſuper his dictis, Ille me glorificabit, quia de medio accipiet, & annunciabit vobis, dicit ità: Si ergo à Patre procedit, & de meo accipiet, dicit Dominus, quemadmodùm nemo patrem nouit niſi filius, & nemo filium niſi pater:

Mat. 11. d

ita equidem proferre audeo, vt ſpiritum nemo nouerit, niſi pater & filius, à quo procedit & accipit. Hæc ſunt doctorum veſtrorum ſententiæ, pluribus alijs omiſſis, de quibus in præſentia mentionem facere nolumus, quibus Romana Eccleſia innixa, non putat quicquam aliud celebrare, quàm quod ſancti Conciliorum generalium authores, ac eorundem poſteriores, nobis tradiderant, maior pars quorum, vt Anaſtaſius & Maximus teſtantur, in ipſis Cõcilijs fuerat: ergo verũ eſt, Ex FILIOQ;, proferre, idq; neceſſariò additum, quemadmodùm Orientalis eccleſiæ patres hæreticorum importunitate coacti, multas ſymbolo particulas declarauerant. Nanque Neſtoriana ſecta in Orientali Eccleſia prędicabat, Sanctum ſpiritum, neq; ex filio eſſe, neq; ab

eo eſſe accipere, vt ex Neſtorij ſymbolo patet. Theodoritus quoq; ab eo ipſius Neſtorij conſcius, illud Pauli: Spiritus filij, declarans, dicebat ibidèm Sanctum ſpiritum non accipere eſſe à filio. Propterea Cyrillus literis mandauit, Sanctum ſpiritum eſſe per filium, ac filij eſſe, & ab ipſo profluere: quam profectò ſententiam non dixiſſet, niſi coactus fuiſſet hereticorum ipſorum opinionem euertere, quemadmodùm etiàm Romanæ Eccleſię cõtigit. Nam maximo in Gallia & in Hiſpanijs ſchiſmate imminente, cùm iá ex filioq;, paſſim celebraretur. Romano pontifici fuit neceſſe, in multorum Occidentalium amplę dignitatis magniq; conſilij patrum conuentu, addito EX FILIOQ;, ſymbolum magis illuſtrare, nequaquam ſanè putanti quicquã indigni committere, quippe qui non fuerat neſcius, conuentus multos ante primam Nicęnam ſynodum celebratus fuiſſe, initio Antiochiæ contra Paulum Samoſatenum, deinde Ancyræ aduerſus eos, qui reuertentes ad fidem, à qua tormentorum metu defecerant, recipere recuſarent. Poſteà verò Neocęſareę, quos tamen conuentus omnes ſynodus ipſa Nicæna comprobauit, nonnullis eiuſdem Neocęſareeñ. conuentus de ſeptem diaconibus actis exceptis, quæ cùm probanda non eſſent, refellit. Cõuentum etiam Sardenſem, Occidentalem poſteà nuncupatum, Cõſtantini temporibus celebratum, ſynodus ſecunda ſuſcepit: ad quem cùm 70. patres Orientalis Eccleſiæ conueniſſent, in ipſum intrare noluerant, quòd patres Occidentales Paulum & Athanaſium excludere noluerunt, qui quidem patres, Nicænæ tum ſynodi geſta ab omnibus Chriſtianis ſuſcipi ac excoli debere, decreuerunt. Quod quidem decretũ ſecunda deinde ſynodus ſine vlla controuerſia confirmauit. Sed rem altiùs repetamus. Imperante Conſtantino, Magni Conſtantini filio, Conſtantius frater eius cum Arianis hæreticis conſpirabat, maximo ſanè deſiderio affectus, ipſius Nicęnę ſynodi acta reſcindere, ipſamq; piam doctrinã funditùs euertere: quę ſummus pontifex ægrè ferens, Imperatori ſcripſit. is autem Conſtantio fratri ſuo minatus eſt, ſe ei bellum acerrimum illaturum, niſi à tali propoſito receſſiſſet. Proptereà Sardenſe ipſum particulare Conciliũ fuit celebratum, quod in tertio ſecundæ ſynodi canone, Occidentale (vt ſuprà dictum eſt) nuncupatur. In quo ſancitum fuit, trecentorum decem & octo patrum fidem in prima ſynodo traditam, veram & ſanctam fuiſſe atq; ab omnibus Chriſtifidelibus complectendam & excolendam. Quam deinde ſanctionem ipſa ſecunda ſynodus approbauit, vt in hoc Græco de Eccleſiaſtica hiſtoria volumine legitur.

Gal. 4.

Ex filioq; Symbolo inſertũ, in magno Concilio Occidentali.

Conſtantij legendum perſpicue eſt ex hiſtoria, vel Cõſtãtini intelligentioris.

IMP. Quiſnam eſt author huius voluminis?

AND. ¶Hermeas. IMP. ¶Eſt ne rationi congruum, vt in ſynodo hiſtoriæ innitamur?

AND. Ad cognoſcendum res geſtas, sereniſſime Imperator, hiſtoria vti debemus. Nam & euangelium, ac vetus ſacra ſcriptura, inſtar hiſtoriæ, poſteritati tradita fuerat.

IMP. Hiſtoriam illam in noſtra religione debemus ſuſcipere, quam maiores noſtri probauerunt, aliam verò minimè.

ANDR. De Romanorum, aut Græcorum, aut regum bello hiſtoria, mitiſſime Imperator, in ſynodo nequaquàm vti debemus. Sed cùm hiſtoria hæc Eccleſiaſtica mera ſit: in qua cuncta omnium ſynodorum acta, & patrum ſanctorum definitiones & canones explicantur, cur ei credendum non eſt, cùm præſertim in veſtro Græco, nedum in noſtro volumine, res eædem narrentur? Sed (vt lubet) humaniſſime Imperator, omiſſis his, vndè digreſſi ſumus, reuertamur. Vt noſtræ fidei veritas, patres ampliſſimi, dicebamus, magis illuceſceret, magna præſertim vrgente neceſſitate, Romanam Eccleſiam hac vera particula ex filioq; ſuperaddita, ſymbolum declaraſſe ac dilucidaſſe. Sed ſi quis quæret, cur ad id cæteras Eccleſias conuocare noluerit, ingenuè reſpondebimus, incertum nobis eſſe, an non fuerint conuocatæ. Deinde Romanam Eccleſiam ad conuocandas ipſas, nequaquàm obſtrictam fuiſſe. Nobis nanque notiſſimum eſt, veteres illas ſynodos diuerſo patrum numero fuiſſe celebratas. Primam videlicet trecentorum decem & octo, alteram 100. & 50. tertiam 200. quartã verò 630. & quæ quandoq; pauciores patres decreuerant, ea ſinè controuerſia à cunctis ſuſcepta fuiſſe, vt ſeptimæ ſynodo contigiſſe cõſtat. Cui poſteaquam Conſtantinus Imperator ſe literis excuſauerat, cur plures præſules non conuenerint, nec ipſe adeſſe potuerit, quòd magnis negocijs fuerat impeditus, eam magna veneratione ſuſcepit, ac eius acta probauit. Siquidem igitur 101 Occidentales antiſtites præſente ſummo pontifice, cui ad celebrandum Concilium ſumma facultas fuit, & eſt, vt veſtri quoque doctores teſtantur, Concilio celebrato ſymbolum declarauerant, nihil referre videtur, ſi nonnulli præſules abfuerunt. Accedit autem Stephanus doctor veſter, ac teſtatur iniuſſu ſummi pontificis ſynodum celebrari non poſſe. Qui cùm vidiſſet quoſdam Conſtantinopoli congregatos, magno affectos Concilij cõuocandi deſiderio, eos vehementiſſimè increpauerat, dicens: Quonam pacto iniuſſu ſummi pontificis, ac eius abſente vicario, Concilium conuocare celebrareque poteſtis? Veniat & B. Cyrillus, qui Cœleſtini vicarius (vt prædictum eſt) Epheſinæ ſynodo præfuit, ad quam cùm Ioannes Antiochenus præſul ſeriùs veniſſet, Cyrillum increpauit, quòd ſe ſuiſq; ſocijs abſentibus, eam iam cœperit celebrare, proptereaq; volebat eius acta reſcindere. Cui Cyrillus reſpondit, ſatis ei fore conſultum, ſi in ſynodum introduceretur,

Synodus iniuſſu Ro. pontificis non celebranda.

decretur, ipſi autem oon licere acta ſynodi reprobare, ita vt quæ ante ipſins Ioannis aduentum acta fuerant, firma validaque permanſiſſent. Ergo nec vobis conuenit, patres ampliſſimi, Romanam Eccleſiam inculare, quòd inconſultis vobis ſymbolum declarauerit. Præterea cur à Romana Eccleſia conuocari deberetis, ſi non inſcij quemadmodum iam diu ſymbolum celebraret ac prædicaret, non ſolùm ei cootradicere noluiſtis, verumetiam longum tempus cum ipſa coniuncti fuiſtis? Ex quo quidem facimus coniecturam, vos ob eiuſcemodi ſymboli declarationem haud in nos commotos fuiſſe, neque à nobis ſeiunctos. Propterea S. Maximus dicere ſolebat, Romanam Eccleſiam ab Orientali immeritò accuſari. Cuius literæ ad Marinum ſcriptæ legantur. Quibus qoidem Græcè recitatis, atque à Coloſſenſi præſule Latinè expoſitia, Nicolaus Græcorum interpres, habita dicendi facultate, dixit ità:

NICOL. Non bene pater reuerende interpretatus hoc dictum es, dicens, Sanctum Maximum literis mandaſſe, Græcos vnicum Sanctiſpiritus principium cognouiſſe. Nõ enim ex his literis hic ſenſus elicitur, verùm Græcos filium Sancti ſpiritus cauſam neutiquàm facere, quòd vnicam filij ſanctique Spiritus cauſam patrem nouerant.

AND. Tum præſul Coloſſenſis: De his, inquit, ſuo loco dicemus, quando etiam demonſtrabimus ſanctum ipſum hanc intelligentiam habuiſſe. Porrò autem ſit ſatis nobis, probaſſe, beatum Maximum putaſſe Romanam Eccleſiam iniuſtè incuſari. Sed videamus & aliud dictum eius.

NICOL. Tum Nicolaus: Noueritis, inquit, patres ampliſſimi, dictum hoc non fuiſſe Maximi, ſed ab alio ſcriptum poſt ſchiſma fuiſſe.

AND. Tum Coloſſenſis: De his inquit, aliàs accuratiùs agemos. Nunc autem ex his haoc habemus concluſionem, ſummum illũ pontificem ſextæ ſynodi tempore fuiſſe, vt eis ſcriptis cognoſcitur, quandò etiam ſymbolũ cum particula, ex filioq;, non ignorantibus vobis, Romana Eccleſia celebrabat. Nequaquàm ergo proferre debetis, id inſcientibus vobis additum fuiſſe. Ampliùs ex ſeptimæ ſynodi actis apparet, particulam ipſam tunc probatam, ſuſceptamq; fuiſſe. Conſtat nanq; ſynodum ipſam nullam Nicæno Conſtantinopolitanoque ſymbolo mentionem feciſſe, quemadmodùm fecerant priores: propterea quia cunctis iam fidelibus ootum fuerat, vtrunq; ſimul pro vnico ſuſcipieodum, ac nullam de ſymbolo controuerſiam eſſe. Præterea ex Tharaſij Conſtantinopolitani præſulis literis, in tertia eiuſdem ſynodi ſeſſione ſcriptis, apparet, ſanctum ſpiritum ex patre per filium procedere, quod idem eſſe probabimus, ex filioq;. Siquidem igitur ſoli Tharaſio id egiſſe licuerat, cur non Romano pontifici cum tot Occidẽtalium patrum Concilio licebit? Præterea vetuſtiſſimum ſeptimæ ſynodi librum habemus, in quo planè Sanctum ſpiritum ex filioque procedere ſcriptum eſt, vt multis etiam alijs annalibus conſtat, argumentisq; plurimis ipſi demonſtrare poſſemus. Sed quoniam ſeſſione proxima octaui Concilij, meminiſtis, ideo quædam nobis ad ea prius dicenda ſunt, quę nobis tunc obiecistia. Photius nanq; Romanæ Eccleſię inimicus acerrimus, nullam de ſymboli additione faciens mentionem, in Nicolaum ac Adrianum ſummos pontifices literis innectus eſt plurimùm. Qui cùm in eos meliorem iouehendi materiam habere non potuiſſet, quàm ipſos præoaricatores legis, anathemateq; notatos eſſe probare, id tamẽ nequaquàm feciſſet: argumeoto maximo eſt, Romanã Eccleſiã à vobis immeritò accuſari. Ampliùs Romana Eccleſia, ſommusq; pontifex ab eodem ipſo Concilio, ſciente quonã modo ſymbolũ celebrarent, & prædicarent, ſummoperè laudantur, ac Photius ipſe pro Ignatio condemnatur. Hormiſda præterea ſummus pontifex, qui ante Quiotum Cõcilium Iuſtiniani Imperatoris tempore fuerat, quaſdã literas ſcripſit, quas Ioannes Conſtãtinopolitanus præſul, ac cæteri Orientales eiuſdem temporis præſules, ęquo animo ſuſcepere, quamuis in eis clariſſimè ſcriptum fuiſſet, ſanctum Spiritum ex filioq; procedere. Cur igitur Patres ampliſſimi, additionem ipſam disiunctionis ac diſſidij noſtri cauſam fuiſſe aſſeueratis, nolentes, ea manente nobiſcum iungi? Sed neq; verum, rationiq; conſonom eſſe videtur, octauum illud Concilium antiquatum fuiſſe, cùm neq; Romanus pontifex, neq; vicarius eius in illo vltimo cõuentu, quod pauloantè octauom Conciliũ nuncupaſtis, adfuerit. Si enim adfuiſſet, in eius annalibus procul dubio ſcriptũ fuiſſet, quãdoquidem omnia Romanorum pontificum geſta, etiam non nimis neceſſaria, memoriæ diligeotiſſimè tradi ſolent. Præterea, ſi conuentus ipſe Ioannem ſummo pontificatu priuauerat, ac ſimul interdixerat, vt hęc ſymboli particula non ampliùs celebraretur, cur Romanus tum pontifex non idem in ſua Eccleſia ſtatuit? Cur deinde vobis cũ prophanis anathemateque deuinctis conſuetudo fuit? Cur deniq; tot ſummis pontificibus in hoc etiam, quemadmodùm pluribus alijs in rebus feciſtis, nequaquam contradixiſtis? Ex quibus ſequitor, vt vel ipſe conuentus celebratus non fuerit, vel hac de re nullam prorſus fecerit memoriam. Hæc ergo particula, Ex Filioq;, patres optimi, neq; additio eſt, oeque vnquam prohibita fuerat, ſed explanatio, ac oon aliena à ratione dilucidatio eſt; vtpotè q̃ à noſtræ fidei veritate, ac ipſius rei neceſſitate, necnon Romani pontificis facultate multorum deniq; pręſulum authoritate cauſam habuiſſet. Quam cùm vos toleran-

In 8. Synodo generali, Sp. S. ex Filioq; procedere ſcriptum eſt.

do,ac tot annos tacendo, minimeq; contradicendo confirmaſſe videamini, cur nunc contra nos commouemini? Si alia ratione adducti, noſtram amicitiam fugitis, eam nobis obſecro patefacite. Nanque qui Sanctumſpiritum ex ſolo patre procedere diceret,is planè ſanctorum patrum ſententiæ ac veræ fidei contradiceret. Duorum enim alterum incommodum neceſſe eſſet incurrat, vt vel in diuinis perſonis non naturalem ordinem eſſe credat,aut filium ſanctumq; ſpiritum,patris creaturas eſſe.In quem quidem

*Eutyches errorē Arius & * Eutychius ac Macedonius inciderunt.Quem cùm Romana Eccleſia clarè vidiſlet, Occidentalium patrum conſilio, ſummaq; ſapientia diuinum ſymbolum declarauerat.Vt autem vobis pateat, ſolam hāc Petri ſedem noſtræ fidei declarandæ facultatem habere, contra quam portæ inferi, hoc eſt,hæreſes,neutiquam præualebunt, quemadmodùm hucuſq; minimè præualere potuerunt,hæc ſola Græca legatur authoritas, quę inſcribitur epiſtola ſuper ſermone de fi-

Matt.16.c de,tametſi plures alias Græcas authoritates ad hanc rem pertinentes habeamus,præſertim beati Cyrilli theſauros,in quibus Romani pontificis facultas & dignitas plurimùm reſplendet. Sed hæc hactenùs in præſentia. Silentio autem præterire nolim, Romanam Eccleſiam,cuius humeris incumbit veritatē reddere clariorem,hāc quoq; veritatem, Ex Filioq; neceſſariò ſuſcepiſſe. Quæ quidem ſi non implicitè vel explicitè ſuſcepta fuerit, ſeruari poterit nemo.Si quidē igitur, patres optimi,orationi noſtræ velitis(vt par eſt) acquieſcere,nō alia re opus fuerit, niſi vt clauſis ac poſtpoſitis libris, oēs Veritatem

IVL. Car. amplectamur,ac in Dei Eccleſia coniungamur.

AGATH. ¶Quoniam,reuerendi patres, Agathonis literis vehementer inniti videmini,idcirco nonnulla proferre velim,quę Coloſſenſis reſponſionem confirment,ac ipſam clariorem reddant. Sed priùs hæ literæ per-

Ioan. 21.c legantur.Si veritatem(inquit)ſilentio præte-

Luc. 22.d ribo,quam verbis his,Paſce oues meas, & tu aliquando conuerſus,confirma fratres tuos, iuſſus ſum præſtare volentibus: quando nobis neceſſe eſt Chriſtianos ea docere, quæ ad veram fidem pertineant.& infrà, tota catholica Chriſtianorum,generaliaq; cōcilia,eius, hoc eſt, Romani pontificis doctrinam fideliter amplexata,necnon ſancti omnes doctores ipſius Eccleſiæ lumina, eiuſdem doctrinā ſequentes,& reliqua. Cùm ergo quippiā agitur de fide, neceſſe eſt Romano pontifici ambigua declarare,eademq; prædicare: ſynodis verò totiq; Eccleſiæ doctrinā eius ſuſcipere: quēadmodùm ex his ipſis Agathonis literis habemus,quas ſexta ſynodus ſuſcepiſſe videt̃.Sed hæc hactenùs.Et ſi lubet, ſurgamus,cumq; vobis viſum fuerit, ſeſſionem aliā celebremus.Tū ſancta ſynodus iuſſit, vt ad primā diē menſis Nouēbris ſeſſio fieret.

DIE SABBATI, PRIMA menſis Nouembris, octaua ſeſſio Ferrariæ.

BESSAR. ORationem veſtram,patres ampliſſimi, æquo animo audiuimus, cui modò nos reſponſuros, oportet etiam vos mutua beneuolentia auſcultetis, ita vt dictio noſtra mutuo habeatur amore: noſterque ſenſus ſic explicetur, vt ad ſanctam eccleſiarum vnionem omnes adſpicere videamur, agentes ea, quæ oporteat agere: refellentes verò, quæ ad ipſum noſtrum finem pertinere non videantur,vt non ipſis magis indulgere, quàm vniuerſalis Eccleſiæ commodo velle conſulere cenſeamur. Ipſi quidem vobis promittimus non vllum verbum proferre, vel patienter auſcultare, quod inhoneſtum eſſet, vel ſimultatem inter nos aliquam poſſet parere; credentes idem vos velle, idemque ſentire. Sed dum hæc agimus,attendite obſecro.Sermonem noſtrum, patres ampliſſimi, partes in quatuor diuiſiſtis, ac nonnullas rationes pro parte qualibet attuliſtis, quibus creditis nos innixos, eiuſmodi ſententiam habuiſſe. Vnde poſteà euenit,vt nobis cōtradicere cupientes, ea demonſtrare aggreſſi fueritis, quæ neutiquàm ad rem attinere viderentur. Initio nanq; concluſiones quatuor oſtendere promiſiſtis.Primò, Ex Filioq;, particulam,non additionem, verùm declarationem, ac ſymboli dilucidationem eſſe. Secundò, Romanam Eccleſiam facultatem habere declarationes eiuſmodi faciendi. Tertiò,particulam ipſam ex Eccleſiæ doctorum ſententia veram eſſe. Poſtremò, cognita huiuſmodi veritate, Chriſticolas omnes ipſam ſuſcipere,prorſuſq; conſectari debere. Porrò autem longa oratione de duabus primis partibus per vos habita, de alijs duabus ſeſſione preterita verba facere promiſiſtis.Rurſus ad ſecundam redeuntes partem, de ea dixiſtis plurimùm, quinimmò veſtra tota ferè oratio in ipſa verſata fuerat, vt ſcilicet probaretis,Romanæ Eccleſię licere obſcura declarare,ac eiuſmodi declarationem diuino ſymbolo addere, quæ cùm modeſtiſſimè ageretis,à nemine noſtrum interpellati fuiſtis. Ad extremum autem protuliſtis, & ſi valdè conueniens eſſet, reliquas duas partes oſtēdere: nobis tamen volentes facere gratum, nolle quicquam de eis proferre, pro quo quidem veſtro in nos officio vobis magnas agimus gratias, licèt in eo non minùs vobiſipſis, q̃ nobis ſatisfeceritis, quòd de omnibus partibus latè diſſeruiſtis. Nos autem non omnē veſtram orationem forſan ad rem pertinere, breuibus amicéque vobis demonſtrare promittimus,ab extrema parte ſermonis veſtri ſumentes exordiū, de qua profectò plurimum dixiſtis, tametſi pauloantè de ea nihil proferre promittebatis. Porrò etiam ipſi concedimus veritatem, commune bonum

atque

atque omnibus mortalibus conducibile eſſe, ità vt qui mentis ſit compos, contra ipſam quicquam agere proferreve minimè debeat, ſed modis omnibus eam inueſtigare, ac inuentam ſectari, præque oculis ſemper habere. Nõ ergò nos laborare oportet, vt quę omnibus ſunt notiſſima, ea tractemus ac demõſtremus. Veritas enim ſimplex exiſtit, ac non multis indiget argumentis. parte igitur ipſa poſtpoſita, ad primam ſimul & tertiam veniamus. De quibus profectò multa dixiſtis, etſi de tertia parte (vt pauloantè dictum eſt) nil velle dicere videbamini. Sed neque de ipſis nunc agere nobis opus eſſe videtur: verùm cùm ipſius dogmatis veritatem, de qua præcipuè agimus, velimus inquirere, an ſanctus ſpiritus ex filioque procedat, tunc de eiſdẽ duabus partibus diffuſiùs diſſeremus. Reliquum igitur eſt, vt ad ſecundam tantùmmodò partem in præſentia reſpõdeamus, an Romanæ Eccleſiæ liceat declarare, ac eiuſmodi declarationes in ſymbolo celebrare. Nequaquã enim poſſe fieri credimus, ſimul de omnibus his partibus diſputare, ac ſimul in omnibus conuenire: verùm ab vna in aliã venire, ac ſic de omnibus, agere, neceſſe nobis videtur. Oportet autem ab ea parte incipere, quæ prior cæteris ſecundum naturam exiſtit. Nam niſi probare poteritis, Romanã eccleſiam addendi facultatem habere, quid obſecro vobis proderit demõſtraſſe, ſanctũ ſpiritum ex filioque procedere, veram declarationem eſſe? nil prorſus, propterea quãlibet id clariſſimè oſtendatis, ipſi tamen vobis reſpondebimus, tametſi verum ſit, ſymbolo tamen apponi nefas eſſe, quandò etiàm multa alia vera ſunt, quorum nullam factam ad ſymbolum fuiſſe videmus acceſſionem. Tota igitur noſtra controuerſia, in ſecunda parte conſiſtit propterea de ipſa noſtrã orationem præcipuè habebimus: in primis leuiter perſtringentes, quæ fuerant à vobis prolata, vt his quę perperàm dicta fuerint, in aliud tempus dilatis, de eis tãtùm in pręſentia diſſeramus, quæ nobis videantur ad propoſitum pertinere. Dignum autem admiratione non fuerit, ſi ad veſtram prolixam orationem longa vtamur reſponſione, in hoc præſertim initio: nam in poſterum erit neceſſe breuibus agamus, interrogando mutuoque reſpondendo, quouſque ad concluſionem aliquam peruenerimus. Pro viribus tamen in præſentia quoque breuitati ſtudebimus. Sat eſſet profectò (vt pauloantè dictum eſt) de ſecunda tantùm quæſtione diſſerere, de qua præcipuè agitur. verùm vt noſtra oratio vberior habeatur, omiſſis ſuperfluis, de prima etiam nonnulla perſtringemus, quæ non aliena à propoſito videantur. Magno igitur vos affecti deſiderio, particulam Ex Filioq; demonſtrare diuini ſymboli declarationẽ eſſe, quod quidem ſermonis veſtri primum caput fuiſſe diximus, quodam ſyllogiſmo fuiſtis vſi: de cuius ſecunda propoſitione, argumentisque veſtris eam (vt creditis) confirmantibus, nobis in præſentia diſputandum nõ eſt. Rationibus verò, quas ad primam eiuſdem ſyllogiſmi propoſitionem probandam attuliſtis, quòd ad rem ſpectare videntur, breuibus reſpondebimus. Quam quidem propoſitionem imprimis quodam ſyllogiſmo confirmaſſe putatis, deinde cæterorum generalium Conciliorum exemplo, quippe quæ nonnulla obſcura ſymboli verba explanauerant ac declarauerant: poſtremò, ex quodã patris Epheſij ſermone. Ad ſyllogiſmum igitur ipſum veniamus, cui dum reſpondeo, rogo attendite. Omnis additio è rebus, dicitis, extraneis fit, declaratio verò ab intimis: ex quibus nullam declarationem, additionem eſſe infertis. Quæ quidem prima propoſitio ſimpliciter concedatur, licèt eam, quo ad noſtrã materiam ſpectet, inficiari verè poſſimus. Secundam verò communiter veram eſſe negamus: fieri nanq; poteſt, vt aliqua declaratio ab intrinſecis ac intimis fiat: omnis autem minimè. Immò declaratio forſan quæque, præſertim hæc de qua agimus, quæ theologica eſt, ad extraneum quadam ratione refertur, ac ab ipſo dependet, quod primæ maiorisque propoſitionis rationem habet, ità vt maior ipſa veſtri ſyllogiſmi propoſitio ab illa contineatur, ac ab ea ſecundum locũ obtineat, quæq; potiùs contineri, quàm continere credatur. Exempli cauſa, ſanctum ſpiritum ex patre procedere cõmuniter proferre ſolemus: quæ quidem oratio ex verbis intrinſecas res ſignificantibus conſtat. volẽtes autem eũdem probare ſpiritum ex filioque procedere, hanc orationem extraneam ſumitis, patris omnia, filij eſſe: ex qua deinde hanc infertis cõcluſionem, ſpiritũ ipſum ex filioque procedere: quam, declarationem appellare ſoletis. Cuius quidem cõcluſionis ſecunda propoſitio extrinſecùs à ſua priori depẽdet: quæ (vt pauloantè protulimus) in extraneo vim habere videtur. Non igitur verum communiter eſt, quamuis declarationem ex verbis res intimas ſignificantibus, ſemper fieri. Nam etſi nonnulla pars declarationis ab intrinſecis fit, maiori tamen ex parte ab intrinſecis conſtituitur: quod ab axiomate, hoc eſt, pronunciato, vel (vt dialectici dicunt) dignitate, aut ſaltem ab aliqua extranea dictione dependet. Qui ergo ſanctum ſpiritum ex filioque procedere dicit, is ſymbolum forſan declarat, eidem nihilominùs quicquam dubio procul videtur apponere. Talis igitur declaratio, additio eſt. Pręterea verbum, Ex Filioq; augmẽto vel rei auctæ diuerſa ratione ſimile eſt. Nam augmentatio (vt Ariſtoteles inquit) ita fit ab extraneo, vt id ſimile eſſe oporteat. Nam vt veſtro vtar exemplo, tametſi nutrimentum extraneum ſit, id tamẽ ſimile eſſe neceſſe eſt,

Quoduis

Quoduis enim, quod alitur, à ſuo ſimili nutritur. Ergò cùm additio duas habeat in ſeſe rationes, alteram quidem vt ab extrinſecis, alteram verò vt ex ſimilibus fiat: additio, Ex Filioq́;, vtranq; rationem babere videtur. Intrinieca nanque ſimilisq́; iuxta vos eſt, ꝙ rem eandem ſignificat. Extrinſeca verò atq; diſſimilis, tum ꝙ dicto extranea atque diſſimilis eſt: tum etiam ꝙ extrinſecùs & dignitare qoadam probatur, ac ab ipſa (vt eſt ſupradictũ) depēdet. Cùm igitur, Ex Filioq́;, additio ſit, & additiones fieri, cōſtet vetitum eſſe: ſequitur, particulam ipſam, prohibitam eſſe, quãuis forſan declaratio ſit. Sed de ſyllogiſmo hactenùs. Porrò autem reliquis argumentis, quibus eandem ipſam primã propoſitionem confirmaſtis, perpetua oratione reſponderemus, niſi eiſdem ipſis ad ſecundã partem probandam vſi fueritis. Ne igitur eadem bis repetamus, ad eam nunc veniamus, ſimulq́; veſtras ipſas ratiooes ſoluamus. Quã quidem ſecundam partem, ſcilicet fas eſſe, ſymbolo declarationes appooere, quatuor rationibus probaſſe videmini. Primò, cuoctarum ſynodorum exemplo, quæ ooſtram fidem declarauerãt, quibuſdam deindè pronunciationibus à ſymbolo differentibus. Tertiò, principiorum ſciētiarum exemplo, quæ quidem principia videntur in ſeſe ea omnia poteſtate includere, quæ in eiſdem tractantur ſcientijs. Poſtremò, ꝙ quoniam vna eademq́; dignitate ſemper Eccleſiã fulgere neceſſe eſt, idcirco eandem facultatem eccleſiã ipſam ſemper habere oporteat. Hæc vos. Ipſi autem credimus, patres ampliſſimi, nunquàm licuiſſe, neq; fore vt liceat, vt diuerſum dogma intrinſecis veriſque rationibus declaretur. Quæ verò à noſtræ fidei principijs cōtinentur, ea ſolùm lucidiora reddere, nobis fas eſſe. Nam maioribus noſtris oon ſolùm declarandi, verumetiam declaratiooes ſuas dinino ſymbolo addendi, ſumma facultas fuiſſe creditur. Quæ deiode vetita fuerant, ne cui ſymbolo quicquam addere liceret: declarãdi tameo poteſtas in Dei Eccleſia permanſerat, ſemperq́; manebit. Nã duo illa prima generalia Concilia, maxima dignitate facultateq́ue prædita fueraot: Poſteà verò, quoniam nonnulli impij ſymbolum ſæpè mutuando, peruerſaque dogmata non ſine maxima Chriſticolarum pernicie ingerendo, ea facultate abutebantur: idcircò tertia ſynodus videns facultatem eiuſmodi perniciei potius, quàm commodo mortalibus eſſe foreque, ita ſymbolũ obſignauit, vt nemo ei quicquam addere poſſet, ꝙ ex eo oullum prorſus incommodum Chriſtianis accideret. Quonã, obſecro, pacto id ipſis contingere poterit, cùm eadem ipſa profiteãtur, quæ diui patres docuerãt? Aut quis Chriſtianus, qui compos mentis fuerit, ipſorum patrum decreta imperfectionis incuſauerit? Cootrà ex facultate mutãdi ſymboli, pernicies magna profectò conſequeretur, data quandoq; mutandorum verborum occaſione. An autem tertia ſynodus interdixerit, literis multis, præſertim B. Cyrilli ad Acacium Melitinen. præſulē ſcriptis, apparet. Sancta (inquit) ſynodus Epheſi celebrata, neceſſariò prouidit, vt alia fidei expoſitio Dei eccleſijs neutiquàm ingereretur: præter eã, quam beatiſſimi patres noſtri ſancto afflati ſpiritu definierant. S. Cyrill⁹. In quibus quidem literis multa ootatu digna videntur. Sed tria tantùm (ſi lubet) perpendamus. Primum, tertiam ſynodũ primam inhibuiſſe, quod verbum, Prouidit, ſignificat. Deinde verbum, Neceſſario. Poſtremum, aliam fidei expoſitionem fuiſſet vetitam. Præterea memoria dignum eſt, ab vniuerſali Eccleſia interdictum fuiſſe, quod bæc verba ſignificant, vt Dei eccleſijs non ingereretur. Quæ omnia, patres ampliſſimi, conſideremus oportet, præſertim quod ex primo ſequi videtur. Conſtat enim, tertiã ſynodum primùm quippiam vetuiſſe, duas verò priores iãpridem interdixiſſe, oe quis contraria dogmata proderet. Ergo ſequitur, ſynodum ipſam aliud ab eo, quod iam vetitum fuerat, probibuiſſe. Quod ipſi credimus eſſe, ne verborum mutatio vel additio ſymbolo fieret. Quod quidem decretum ab vniuerſali eccleſia (vt ſuprà dictum eſt) factum fuerat: quippe quę, nō quid hic vel ille profiteretur, ſed ne, quod communiter io eccleſijs celebraretur, & in quo baptizaremur, mutaretur, curauit. Et nō ſolùm alijs, verumetiam ſibijpſi interdixit. Quod planè patet ex eo, ꝙ verbum, Deiparam, diuino ſymbolo noluerit addere. Nam etſi in ipſo iocluderetur, ac valde neceſſarium eſſet, vt eidem apponeretur, tamē poſterioribus exēplo ſe voluit eſſe, ſuum decretum re ipſa confirmando: quanuis (vt prædictum eſt) propter impij Neſtorij dogmata, magna neceſſitas vrgeret, vt ſymbolo oomē illud apponeretur, cùm præſertim ab eo potentia contineretur. Nam hæc, filium eſſe conſubſtantialem patri, ac ipſum da cęlis deſcendiſſe, & incarnatum de ſpiritu ſancto ex Maria Virgine fuiſſe, Deum ipſum ex ſancta Virgine natũ eſſe ſignificãt. Ergo nomē hoc, Dei Genitrix, etſi ſymboli declaratio eſſe poterat, haud tñ additum fuerat. Sed quiſpiam forſan diceret, id ideo additum nō fuiſſe, ꝙ à ſymbolo clarè contineretur. At alia quoque complura fuerant, quæ quanuis à ſymbolo non tã clarè contineremur, ea tamen poſteaquàm declarata fuerant, ſynodi ſymbolo neutiquam addiderunt. Nam neque filij Dei cum aſſumpta natura ooſtra ſecundũ hypoſtaſin vnionem, de qua tertium generale Concilium, neque Dominum ooſtrum Ieſum Chriſtum duas poſt ipſam vnionem oaturas inconfuſas ſeruaſſe, de quo quartũ: neque duas voluntates operationeſque duas habuiſſe, de quo ſextum tractauerat, diuino ſymbolo addidêre,

Summa tertium Conciliorum Generaliũ.

didēre, quanuis ea omnia diuinæ ſcripturæ pluribus in locis non clarè ſcripta fuerint. Neque igitur, quæ non à ſymbolo manifeſte continentur, eidem addita fuiſſe videntur, neque quæ clariora eſſent, tertia ſynodus ipſi ſymbolo appoſuerat. Nulla ergo ratione quicquam licet apponere ſymbolo, quod quidem cætera poſt tertium Concilia generalia ſumma cum veneratione ſeruauerunt. Si qua tamen vobis ambiguitas in ſeptimi Concilij libro videtur eſſe, eam ſuo loco diffuſiùs declarabimus, & ipſum Cōcilium cætera fuiſſe ſequutū probabimus. Quod tantùm abſuit vt ſymbolo quicquam apponeret, vt cùm cętera Cōcilia declarationes ſuas, cum his quæ declarabant, conuenienter ſolerent conſcribere, eaque ſimul cum declarationibus memoriæ tradere, ipſi ſoli conuenientius viſum fuerit, intacta priminus ſcriptura, ſuas eiuſmodi declarationes literis ſeparatim mandare. Licèt nonnulli doctores, præſertim hi, quibus ante tertium Concilium declarandi facultas fuerat, quadam adducti neceſſitate, diuerſa ratione ſuis declarationibus vſi fuerint, cùm præſertim nondum fuerit interdictū. Hoc autem Pauli dictū,

Gal. 1. b

Si quis vobis aliud præterq̃ quod tradidi vobis, euāgelizatus fuerit, anathema ſit, neq; contra Maiores noſtros, neque prorſus in nos facere videtur, quandoquidem Paulus aliam fidem tradi vetuerat, maiores verò noſtri fidem diuerſam nequaquam docuerant. Qui quidem Pauli ſermo in omnes, qui declarandi facultatem habent, vel in poſterum habere crediderint, verus eſt. Propoſitū autē noſtrum partim ſimile, partim diſſimile videtur eſſe, pro ea interdicendi neceſſitate, quam tum fuiſſe probauimus. Quòd autem dicitis, beatū Gregoriū ſanctorum primi generalis Concilij patrum fidei, nil voluiſſe vel potuiſſe præferre, nō nil tamē de ſancto ſpiritu declaraſſe, quod ſibi dictū obſcurè fuiſſe videretur, vobis reſpondemus, eum non aliā fidem expoſuiſſe, quanuis declarandi facultatem haberet, ꝙ in ea ſynodo eſſet, quā conſtat ante prohibitionem fuiſſe. His igitur authoritatibus, quæ ante tertiam ſynodū proditæ fuerant, nequaquam poteſtis inniti. Si qua verò ſynodus poſt ipſam, ſymbolo dictionem vel ſyllabam aliquam addiderat, id obſecro nobis oſtendite. Quod ſi profectò nobis probabitis, abſque vlla controuerſia in veſtram ſententiam ibimus. Sed id certè nunquàm probare poteritis. Cuncta enim ipſarum ſynodorum acta, meridiana luce ſunt clariora: poſteriorumque patrum ſententiæ, actis ipſis quammaximè conſonæ videntur: quippe qui quanuis abſtruſa quamplurima dicta neceſſariò declarauerint, nil tamen prorſus diuino ſymbolo appoſuerāt, ſed rectā rationem inuenerāt, qua quæ opus eſſent, benè conficerent, ſimulq; maiorū ſuorum religionem intacto ſacro ſymbolo, ſed verba tantùm eis ambigua exponentes, ſumma cum veneratione ſeruarent. Ex quo quidem nullum vnquam Chriſtianis incōmodum accidere poterit, quod ipſi valdè timere videmini. Vna igitur ac eadē ratione maiores noſtri fidem dilucidātes, magno Chriſtianis commodo fuerunt, & ſymbolum nō tangētes, maiorum ſuorum terminos minimè tranſgreſſi videntur eſſe. Quod autem idem magnus in theologia Gregorius literis mandauit, nullam ſyllabarum dictionúmve rationem habere, id planè nihil ad propoſitum pertinet. Ipſe enim de dictionibus illis loquutus eſt, quæ rem vnā ſignificent, quęq; de vno eodemq; ſubiecto prædicentur quē admodùm ſunt hypoſtaſes, pſonę, proprietates, de quibus is loquebatur; quæ quidem rem vnā ita ſignificant, vt bis duo, ſunt quatuor: necnon vt veſtis, pallium & indumentum: quod à noſtro propoſito alienum eſſe videtur. Alia eſt enim patris perſona, alia verò filij: ita vt ſpiritū ex patre procedere, aut ex patre filioq;, diuerſa prorſus ſignificent: vt ſuo loco diffuſiùs diſputabimus, cùm interrogando mutuoque reſpondendo, breuibus agemus. Nunc ad aliud argumentum veſtrum veniemus, quod ex ſymbolo diuerſis Chriſtianorum linguis, idem tamen ſignificantibus prolato, ſumitis: aſſerētes, nobis de dictionibus illis curæ nō eſſe debere, quæ rē vnam ſignificent. De quo quidem argumento, etſi paulò antè, cùm de prima parte ageremus, mentionem aliquam fecimus, nunc tamen plenius dicimus illud, ſanctum ſpiritum ex patre filioque procedere, non ſolùm dictiones diuerſas eſſe, verumetiam res diuerſas ſignificare. Nam vnaquæque oratio vnum habet ſignificatum. Spiritum autē ex patre procedere, oratio vna eſt: ex patre verò, filioque, duæ: quæ licèt vna tantùm dicatur coniunctione, duas tamen orationes negatiuè contrarias continet: alteram, quidē veſtra noſtraq; ſententia falſam, alteram verò (vt noſtra fert opinio) veram. Vocibus ergo diuerſis eandem vel diuerſas res ſignificare, non eſt idem. Si nanque nos Græco, vos autem Latino ſermone protulerimus, bona dies, ob id profectò nequaquam diſſentiremus: rem enim vnam ſignificaremus: proptereaq; cōiuncti eſſemus, quemadmodùm ante additionem huiuſmodi fuimus. Nunc verò nō ſolùm à vobis Romanis diſſeramus neceſſe eſt, verumetiam ab ipſis noſtris hominibus longè diſſentiremus, ſi tale peccatum committerent. Sed ponamus orationem ipſam rem vnā ſignificare, haud tamen propterea non interdicto tenemini, quo quidem omnis additio vetita eſt. Præterea cuiuſuis ſcientiæ, dicitis, principia, ea omnia continent, quæ in ipſis ſcientijs tractantur. Et quoniā fides noſtra, ſciētia theologica eſt, eius idcirco principijs dogma veſtru verū eſſe probare poteſtis: Quod quidē

D. Greg. Theol.

nobis

nobis ſi probaueritis, gratias vobis agemus, ipſum tamen propterea fidei noſtræ principijs forſan nequaquam addiderim, cùm inconueniens ſit quicquam principijs addere, noſtris præſertim, propter tertij Concilij interdictum. Principium enim, & ea, quæ poſt principium ſunt, in multis, immò forſan in omnibus, inter ſe differunt: quandoquidem illud commune eſt, hæc verò particularia: necnon ex illo ſolent fieri demonſtrationes, hæc autem demonſtrantur: Illud denique prima ſyllogiſmi propoſitio eſt, hæc verò concluſiones. Quonam igitur pacto commune fiet particulare? vel demonſtrationis principium, concluſio demonſtratumque fiet? Neceſſe eſt igitur poſteriora à principijs ſuis contineantur, non autem ipſis addantur, præſertim ſi, quod interdictum, vt in re, de qua agimus, interceſſerit: tunc enim nulla prorſus fieri poſſet additio. Vndè euenit, vt tametſi complura vera ſint in theologia, eius tamẽ principijs ea nequaquam addita fuerint. Cuncta nanq; diuina dogmata ex ſacræ ſcripturæ fonte hauriuntur, quæ fidei noſtræ principium ac magnum fundamentum exiſtit: cui quidem nil hucuſque prorſus eſt additum, neque vnquàm à nobis dum liberi erimus, neque ab alijs Chriſtianis, vt credimus, addetur. Siquidem igitur diuinum ſymbolũ in Dei eccleſia principium eſſe cenſemus, nil ei prorſus addendum eſt. Ipſam autẽ Eccleſiã, vnã eandemq; ſemper eſſe, ac vna eademq; facultate præditam eſſe debere concedimus: ita tamen, vt ſanctorum patrum decreta ſeruet, ipſaq; ꝓ diuinis vocibus reputet. Synodi nanque diuerſæ, rationibus diuerſis adductæ, varijs tẽporibus celebratæ fuere: quę quidẽ ad vnum eundemq; finem, hoc eſt, ad hominum ſalutem tendentes, diuerſas res pro temporum conditione tractârunt, ac de diſſimilibus rebus leges diſſimiles promulgârunt. Leges igitur ipſas poſteriores ſynodi ſeruare, quæque ab illis neceſſariò definita fuerãt, neutiquã præterire debẽt. Sic enim magis vnã ac eandem facultatem Eccleſia ſemper habebit: ſin minùs, ipſa ſeipſam deſtrueret, ſponteque ſua corrueret. Quod quidem igitur à Maioribus noſtris prohibitum fuerit, id poſteriores cauere debent. Contrà, quia illi non interdixerant, ne cui liceret expoſitiones ſuas extra primitiuam ſcripturam reponere, idcirco ſacrã ſcripturam ita nos exponere poſſumus, quemadmodum ipſam Agathon, Cyrillus, Sophronius, multiq; alij explanauerant: quippe qui, quæ ſibi clariora reddere licebat, priuatis ea commentarijs explicauerant. Porrò autem nobis curandum non eſt, quid quiſq; eorum dixerit aut ſcripſerit, cùm præſertim ipſorum ſenſus perfectus fuiſſe credatur. Cuiuis ergo communia dogmata ſeruanti, licet ſuam, vt ſentit, fidem exponere: de cõmuni autẽ dogmate, diuinóve ſymbolo ferre legem, fas eſſe nemini credimus. Qua quidem ratione B. Agathon multique præſules, ac alij minore dignitate prędití doctores, populos fidem docuerunt, quod minimè nobis videtur obſtare. Sed hęc hactenùs. Quemadmodùm autem vos, patres ampliſſimi, de eiſdem rebus bis diſſeruiſtis, & ſi de ipſis ab initio luculentam orationem habueritis: ita nos etiã de quibus multa modò fecimus verba, ea paucis repetere volumus, tum quòd in ſuperiore ſermone noſtro potentia concluduntur, tum etiam quòd tempus anguſtum eſt. Tota veſtra oratio, Patres ampliſſimi, in decem vel plures partes diſtribui poteſt: quas ipſi repetentes, ac ea prætereuntes ſilentio, quæ ad propoſitum nequaquã ſpectare videtur, tantùm decem ipſis partibus quam breuiſſimè reſpondebimus. Initiò admirati fuiſtis, ꝙ ſymbolũ Nicœnum recitauerimus. Ipſi verò vobis iterum reſpondemus, id ideo recitatum à nobis fuiſſe, vt vobis oſtenderemus, pro duarũ illarum primarum ſynodorum amplitudine, in tertia ſynodo in primis citatum, ac ipſarum duarum ſynodorũ ſymbola pro vno tantum ſuſcepta fuiſſe, ipſamque tertiam ſynodum ſimul interdixiſſe, ne cui liceret in poſterum ei quicquam apponere.

IVL. Car. ¶ Creditisue, primæ ſecundæque ſynodi ſymbola, in tertia recitata fuiſſe?

MAR. ¶ Secũdum ſymbolum lectum fuiſſe non diximus, ſed ipſum à primo potentia contineri, vt fortiſſimis argumentis ſuprà probauimus.

BESS. ¶ Deinde prohibitionẽ ad fidem tantùm, non autem ad dictiones vel ſyllabas referri debere dixiſtis: ad quod quidem, omnium ſynodorum decretis ac definitionibus innitentes, oratione longa reſpõdere poſſemus, in quibus planè decretis, de ſymbolo ac interdicto particularis mentio fit. Verùm res ipſa nobis ipſarum ſynodorum ſenſum clariſſimè patefacit, quippe quæ, quanuìs ſæpiſſimè aliqua cogerentur neceſſitate, nil tamen prorſus diuino ſymbolo voluerant addere. Sed hactenùs de ſecunda parte. Nam in tertia de ſcientiarum principijs mentionem feciſtis, quibus etiam ipſi reſpondemus, id duplici ratione verum nõ eſſe, quod ex ipſis principijs oſtendere volebatis. Altera quidem, quòd omnibus principijs à natura cõceſſum eſt, vt quatenùs alicuius ſciẽtiæ principia ſunt, in eadem fieri concluſiones non poſſint. Altera verò, ꝙ vſu euenit, vt ipſis theologiæ principijs, in quibus verſatur, nullus poſt tertiam ſynodũ doctor quicquã addiderit: quanuìs ea, quę declarauerant, ab eiſdem continerentur principijs.

AND. Bene eſſet, Patres ampliſſimi, vt noſtras orationes ſcriptas haberetis. Sic enim ſeruato earũ ordine, meliùs ipſis reſpõderetis.

BESS. Nos ordinem veſtrarum orationum ſeruare putamus, ea tamen diſponendarũ orationis

tionis partium facultate, qua vos in diſſerendo vſi fuiſtis.

ANDR. Id ſanè fieri poteſt: at tertium vel quartũ nominare locum, longè aliter quàm à nobis prolatum fuerat, non licet.

BES. Nullum equidem orationis veſtrę locum priuatim citaui, ſed tertiò vel qoartò ſimpliciter protuli.

AND. Sic eſto.

BES. Vndè ergò digreſſi fuimus, redeamus. Concluſiones non paucas à ſanctis patribus ex fidei noſtræ principijs demonſtratas fuiſſe, dicebamus: quas illi principijs ipſis, aut ſacræ ſcripturæ noluerant addere. Nam illud, CONSVBSTANTIALEM PATRI, AC IN SPIRITVM SANCTVM DOMINVM ET VIVIFICANTEM, multaq; alia, quæ quãuis paruæ ſint dictiones, atq; a ſacra ſcriptura contentæ, principijs tamen neqoaquàm appoſitæ fuerant. Aut igitur hæc etiam ſcripturæ ſacræ ſunt apponenda, aut ſymbolo prorſus addendum. Quod quidem ipſorum ſanctorum patrum ſententia, eadem præditum eſt authoritate, qua ſacra fulget ſcriptura. Omnium autem ſynodorum acta poſt tertiam, ad ipſam tertiam, vt rectam normam, referri debere, non imus inficias: non ita tamen, quemadmodùm dicitis, vt ipſius acta, cæterarum ſint expoſitiones. Nanq; quo pacto fieri poſſet, vt poſteriora prioribus explanentur, cum eius oppoſitum verum ſit? Siquidem igitur poſteriores doctores, præſertim B. Cyrillus, qui Romani pontificis vicarius tertiæ ſynodo præfuit, necnon poſt ipſum B. Agathon, eius ſynodi acta poſteritati clariora reddiderant, ſequitur, vt ij, eorundẽ actorum expoſitores meritò appellandi ſint. Quid enim ipſorũ literis clarius? Scitu prætereà dignum eſt, vt non ſolùm poſteriorum Doctorum verba, ad eiuſdem tertiæ ſynodi dicta, verumetiam eorundem ſenſum ad ipſius intelligẽtiam referri oporteat, ità vt qua mente ipſa ſynodus interdixerat, eadem etiã cæteræ prohibuiſſe putentur. Mens autem ipſi fuerat, ſyllabarum etiam acceſſionẽ vetare, vt is B. Cyrillus ſuis literis declarauit. Neceſſariò (inquit) ſynodos interdictum hoc fecerat, ergo cæteras etiam ſynodos ad eundem finem adſpicientes interdixiſſe credendum, vt re ipſa demonſtraſſe videntur: quippe quæ quicquam addere ſymbolo noluiſſent, ac ſimul interdixiſſent, ne cui liceret, cùm non ſine magna Chriſtianorum pernicie fieri poſſet, alia cõponere ſymbola. Quòd autem creditis, hoc ſancti Cyrilli dictum, NON TOLERABIMVS VT AB ALIQVO FIDES MVTETVR, & reliqua, nequaquam ſignificare, ne cui liceret ſymbolo quicquam apponere, ſeſſione ſequenti vobis reſpondebimus, in qua etiam perorabimus: ad illud enim noſtra feſtinat oratio, vt breuibus interrogationibus ac reſponſionibus agere incipiamus. Mihi autem eſt, vt conoẽnimus, cũ vno ex his ampliſſimis patribus diſſerendũ. Sed hæc hactenùs. Ad ſequentem verò ſeſſionem, fauente Deo, accingamur. Tum ſancta ſynodus iuſſit, vt ad diem ſeqoentis martis ſeſſio prorogaretur, quo decreto, ſeſſio dimiſſa fuit.

Die Martis 4. Nouembris, nona ſeſſio Ferrariæ.

Beſſ. MAiori ex parte, præſtantiſſimi patres, orationi veſtræ pro viribus reſpondiſſe credimus. Ob temporis autem breuitatem, nonnulla penitùs prætermiſimus, nonnulla verò paucis tetigimus, quibus nunc breui reſpondere intendimus. Quę quidem ſunt hæc, ſi benè memoria tenemus. Primũ, fidem mutare, vt B. Cyrillus inquit, aliud quiddam ſignificare, quàm quippiam declarare. Alterum, interdictum poſt decreta factum fuiſſe. Tertium, beatum Agathonem eas dictiones prohibuiſſe, quæ res à fide diuerſas ſignificarent. Quartum, eundẽ ipſum diuinum hominem, dum ſuam fidem exponeret, ſymbolo quædam addidiſſe, quædam verò ab eodem abſtuliſſe. Quintum, minimè fuiſſe neceſſarium, vt verbum, DEIPARA, ipſi ſymbolo adderetur. Poſtremò, ſanctam Romanam eccleſiã ſanctorum vocibus motam, magnaq; neceſſitate coactam, additionem eiuſmodi ſuo iure feciſſe. Ad quæ quidem (quemadmodùm diximus) paucis reſpondebimus, ne tempus fruſtrà conteramus: quemadmodùm ſeſſionibus ſuperioribus nobis accidit, cùm pręſertim longas orationes habere, neq; conueniens ſit, neque (vt mihi videtur) ad propoſitum pertinens. Hoc enim pacto nunquàm ad concluſionem poterimus peruenire: breuibus igitur (vt lubet) agamus. Partem primam, patres ampliſſimi, falſam eſſe cẽſemus. Is enim Cyrillus inquit, Nequaquàm tolerabimus & reliqua: quod deinde re ipſà declaraſſe videtur, quippe qui nil prorſus apponens ſymbolo, eiuſdem verba non pauca explanauerit. De interdictis autem poſt definitiones editis, quæ quidem pars altera fuerat, is ipſe Cyrillus inquit: Neque quicquam definitionibus licet addere, ſi ſint declarationes, ꝙ ad declarationem nulla fieri debet acceſſio. Id igitur nobis non obſtat: nanq; tertiæ ſynodi patres oratione perpetua de ſingulis ſymboli partibus mentionem fecere. Sed hæc & alia ad propoſitũ pertinẽtia, ſuo loco forſan diffuſiùs perſcrutabimur. Nũc ad tertiam partem venismus, in qua beati Agathonis fuiſſe ſententiam dicebatis, vt fides verbis, nedum intelligentia ſeruari deberet, cùm ipſi firmiter teneamus, quoduis genus additionis ab ipſo fuiſſe vetitum, vt ex verbis eius percipitur. Summo ſtudio (inquit) incumbentes, vt nil protſus eorum, hoc eſt, decretorũ, minuatur aut mutetur, aut quicquã ipſis addatur, verùm omnia in verbis atq; intelligẽtia eadem permaneant.

S. Cyrill.

neant. Si quidem igitur ſanctus is iudicauerat, à verborum additione, ſenſuſq; maiorũ noſtrorum mutatione cauendum eſſe, patet quod nos ſentimus, id eius ſententiæ magis conuenire. Et ſi (quemadmodùm ſuprà diximus) nihil ad propoſitum attinet, ſi in exponenda ſua religione ſymbolo quicquam addiderit, vel ab eodẽ ademerit: propriam enim expoſitionem cuiuſq; nũquã Eccleſia vetuit, neq; vetabit, ne quiſque videlicet doctor, quid ſentiat de fide, proferre, literiſve mãdare valeat: communem verò doctrinam tradi, vel iam traditæ ſyllabam aliquam à quoquam mutari poſſe, prohibuit: proptereaque ſanctus ipſe doctor verbo, MVTATVR, vſus fuerat. Cuiuis igitur cõmunia dogmata colenti, ſua licet, vt nouit, exponere. Sed de tertia ſimul & quarta parte hactenùs. Porrò autem cur quintã protuleritis partẽ, ipſi non videmus, Si nanque verbũ DEIPARA, neceſſarium non fuiſſet, nullam prorſus de eo mẽtionem fieri, ac in actis ſynodi ſcribi oportuiſſet: ſin autem conueniens (vt creditur) ac dignum fuerat declaratione, cùm ſymbolo non fuerit additum, patet argumentum noſtrum verum eſſe. An autem Romana Eccleſia ſanctorũ vocibus mota fuerit, nécne, in poſterum Deo fauente conſiderabimus. An verò vrgente neceſſitate ſymbolo potuerit addere, credimus, ipſam quauis neceſſitate cogente id minimè facere debuiſſe. Nõ enim neceſſitas vos excuſat, cùm in decretis ipſis ſcriptum non ſit, vrgente neceſſitate id fieri poſſe. Sed de huiuſmodi neceſſitate ſuo loco forſan agemus. De poteſtate verò Romanæ Eccleſiæ plurimùm diceremus, niſi aliud ageremus. Non enim inſcij ſumus, q̃ ſit ipſius facultas ac prærogatiua. Sciatis tamen, velimus, addendi ſymbolo facultatem non ſolùm Romanæ, verumetiã vniuerſali Eccleſiæ, generalique ſynodo interdictam fuiſſe. Si quidem igitur Romana Eccleſia quauis facultate prædita ſit, vniuerſali tamen Eccleſia, quam generalis ſynodus præ ſe fert, inferior eſt: ſi eiuſcemodi facultatem ab vniuerſali Eccleſia tollimus, multò magis ipſam à Romana Eccleſia tollendam putamus: tollimus inquam, nõ noſtra authoritate, verùm maiorum noſtrorum decretis. Sed hæc hactenùs. Quæ quidem non idcirco protulimus, ꝙ nobis omnia viderentur ad propoſitum attinere, verùm vt veſtræ orationi omni ex parte reſponderemus. Si lubet ergò, ad rem ipſam paucis veniamus, quidq́ue maiores noſtri hac in re ſenſerint, exactè cõſideremus. Nos enim credimus, in vniuerſũ ipſos interdixiſſe, ità vt ne ſyllabam quidem vnam ſymbolo liceat addere, vt ex eorũdem actis (quemadmodùm ſæpiſſimè dictum eſt) clariſſimè cõſtat. Vt igitur breuibus agamus, ex vobis quærimus, an ſanctorum patrum interdictum ad ſymbolum, vel ad aliud referatur. Hæc Beſſarion vir præſtantiſſimus.

Vide infrà decretũ huius ſynodi de poteſtate ſedis Apoſtolicæ &c.

AND. Andreas autem Coloſſenſis præſul volẽs reſpondere, longum de ſpirituſſancti proceſſione ſermonem habuit. Cui cùm ad propoſitum Græcis ſpectare non videretur, aures præbere, nedum ipſum literis mandare, noluerant, quemadmodùm de multis alijs ſuperuacaneis verbis facere ſolebant. Sancta verò ſynodus iuſſit, vt ſeſſio ſolueretur, & ad diem proximi ſabbati conueniret.

Die ſabbati Octaua Nouembris, decima ſeſſio Ferrariæ.

IOAN. BEatiſſimi patris iuſſu, Patres ampliſſ. veſtris orationibus reſpondebimus, ab his tribus exordientes, quæ in proœmij ſpeciem protuliſtis. Non eſt nobis (dicitis) diſputandum, vt videamur viciſſe, verùm vt veritatẽ inueniamus, ac ipſam in lucem proferamus. Quam quidem veſtram opinionem probamus atque ſuſcipimus, ac vt veritatem ipſam aſſequamur, vehementer incumbimus, beati Hieronymi ſententiæ innitẽtes: [Nunquàm errat, inquit, q ſequitur veritatem, p̃ſertim fidei noſtræ, quæ mortales locorũ diſtãtia & lingua moribuſq; plurimùm inter ſe differentes, componit & congregat, vt ſimul conueniãt:] vt magnus etiã Dionyſius in de diuinis nominibus lib. teſtatur. [Hæc ratio (inquit) eſt ſimplex, & exiſtens exiſtẽtis veritas, circa quã, ſicut mundã & non erroneã totorum cognitionẽ, diuina fides eſt, q̃ eſt manẽs credentiũ collocatio, q̃ iſtos collocat in veritate,] & reliqua. Siqdẽ igitur eo deſiderio ſumus affecti, vt ſanctã Dei Eccleſiam coniungamus, in hoc vehementer debemus incumbere. Quod quidẽ vt aſſequamur, maxima cura & diligentia ſummoque ſtudio nobis opus eſſe videtur. Nobis deinde conuenire dixiſtis, vt quantùm ſubiecta materia patitur, humanitatem ſeruemus, vt omni ex parte mutua beneuolentia videamur eſſe affecti. Qua de re magna equidem afficior lætitia, ꝙ vnà cũ propheta dicere poſſum: Dediſti lætitiam in corde meo. Nam (vt beatus Paulus inquit) [ſeruum Domini nõ oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, docilem,] & reliqua. Poſtremò, id (quod valdè videre cupio) nunciaſtis, vt interrogationes reſpõſioneſq; noſtræ breues habeãtur: quod quidem non alienum à ratione videtur eſſe, ꝙ ſermo breuis faciliùs intelligitur, memoriæq; mandatur. Non tamen propterea breuitati ſtudendum eſt ita, vt noſtra oratio ſit obſcura. Rogo igitur vos patres ampliſſ. ne duo à me repugnantia ſimul contendatis, vt breui oratione, id quod fieri benè non poteſt, ad veſtram prolixam reſpondeam. Porrò autem vobis promitto, ſeruato veſtri ſermonis ordine, ad quãlibet eius partẽ quàm potero breuiſſimè reſpondere, partium concedendo, partim autem denegando, noſtræ tamen eiuſmodi denegationis congruas rationes

Pſalm. 4.

2. Tim. 2. d

tiones reddendo: partim etiam declarando, quædam uerò leuiter tangendo, ita vt ad omnes orationis veſtrę partes per capita reſpondendo, uobis ſatisfacere ſperem. Ad rem igitur ipſam, Ieſu Chriſto Domino noſtro fauente, veniamus. Initio, præſt. Patres, verum protuliſtis, ueſtras nobis aures benignè ſemper præſtitiſſe, nõ igitur ad hoc reſpondebimus. Deinde particulã, EX FILIOQVE, additionem extraneam eſſe, proptereaque non ſine ratione prohibitam. Præterea, quanuis huiuſmodi dogma verũ eſſet, id tamen diuino ſymbolo neutiquàm addi debuiſſe: cùm etiam multæ aliæ ſymboli declarationes factæ fuerint, quarũ nulla uidetur eidem apposita, propterea quia id fieri non liceret. Ampliùs, nonnullis rationibus probaſſe putatis, omne genus additionis fuiſſe uetitum: ex quo etiam ſequebatur, particulam ipſam fuiſſe prohibitam. Quę cùm ageretis, Coloſſenſis ſyllogiſmũ ſubtiliter repetentes, his quæ vobis ad propoſitum viderentur ſpectare, reſpondiſtis, de reliquis verò ſuo loco diſſerere promiſiſtis. Qui quidem ſyllogiſmus talis fuerat: Omnis additio ex rebus extraneis fit, declaratio verò tali modo non fit, ergo declaratio non eſt additio. Cuius profectò ſyllogiſmi veritatem, quoniam grauiſſimus ſubtiliſſimusque theologus Coloſſeñ. præſul optimè demonſtrauit, idcirco eo poſtpoſito, ad explicandum id ueniamus, de quo ſuprà diximus, uos vehementer ambigere, an videlicet illud, [ex filioque,] ſit additio vetita. Quam quidem particulam, ſanctorum authoritatibus innitentes, ac fortiſſimis argumentis adducti, cenſemus additionẽ non eſſe, nec vlla ratione prohibitam. Quòd autẽ ſimpliciter non ſit additio, patet, cùm ex nouo teſtamento, quod à veteri poteſtate continebatur: tum etiam ex noſtræ fidei articulorum declaratione, quæ uariis temporibus facta fuerat, de quo quidem in nouo teſtamento B. Auguſtinus in Fauſtum inquit: [Chriſtus non venit ſoluere legem, ſed adimplere: non ita, vt quę legi deerant, ipſa eidem adderentur, verùm ut fierent, quæ ſcripta erant, quemadmodùm ipſius Chriſti
Math. 5.b uerba teſtantur: Quippe qui non dixit, Iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege, donec addantur quæ deerant: ſed, donec omnia fiant.] Item in lib. de catechizandis rudibus inquit: [In teſtamento veteri eſt occultatio noui, in teſtamento nouo eſt manifeſtatio ueteris.] In q̃ſtionibus autẽ ueteris ac noui teſtamenti, [ſenſus enĩ legis ad ſalutem (inquit) hominis pertinet,] iuxta illud: Oculũ pro oculo & infrà, [Ego
Math. 5.f autem dico vobis, non reſiſtere malo. Vnde Ezechiel ait, quaſi ſit rota ĩ medio rotæ.]
Ezech. 1.d Quod dictum à Gregorio ſic exponitur: [Vetus teſtamentum in nouo.] qui etiã alio loco. [Quod lex (inquit) iubet, & prophetæ ſeruant & Euãgeliũ, id etiã Apoſtoli in vniuerſo p̃dicãt mundo.] Præterea ex huius dicti expoſitione, [Non veni ſoluere legem,]
apparet, euangeliũ legis veteris eſſe declarationem. Sequitur ergo, declarationem non Matt. 5.b
eſſe ſimpliciter ac propriè ſecundum ſenſum additionem. Si enim apud Auguſtinum tot noui teſtamẽti myſteria, idcirco ſecundum intelligentiam additiones non appellantur, quòd à veteri lege continerentur: nil mirum, ſi qua etiam ipſorum myſteriorum declaratio ac illuſtratio non ſit ſimpliciter, & quo ad eorundem ſignificata, verè additio, ſed potiùs implicatæ rei explicatio. Quod etiam patet (vt pauloantè dictum eſt) ex multa fidei articulorum declaratione. Propterea idem ipſe beatus Auguſtinus inquit: [Tempora prætereunt, non autem fides.] Eadẽ enim p̃teritorum, poſteriorumque patrũ fides exiſtit. Nã & p̃teriti patres, ac ipſorũ
poſteriores dicebãt: Benedictus, qui venit Matt. 21.b
in nomine Dñi. facta tamẽ fuit articulorum multiplicatio, necnon implicatorũ verborũ explicatio, ac infinita decreta. Vndè apparet, Patres am. p̃ noſtra fide & ſalute poſt Abrahæ tempora maiorem ambiguorum declarationẽ factã fuiſſe, quàm ipſius tẽporibus,
cui quidẽ fuerat ab angelo nunciatũ: [Benedicẽtur in ſemine tuo omnes gentes.] Eſaias Gen. 22.d
præterea hanc protulit declarationẽ: [Ecce Eſa. 7.c
virgo concipiet] ſed angelus multo quidem maiorem, qui virgini conceptionis ſuæ modum quærenti, reſpondit: [Spiritusſanctus ſuperueniet in te.] Eadẽ igitur ratione articulus de ſancto ſpiritu diuerſis temporibus
fuerat illuſtratus. Apoſtoli nanque ſic ipſum Luc. 1.d
celebrarunt, [Credo in ſpiritum ſanctũ.] Cõcilia verò generalia, QVI EX PATRE PROCEDIT, addiderant: nõ tamen propterea nouus ad oculos poſteritati proditus credebatur fuiſſe, verùm is, qui iam fuerat, magìs declaratus dilucidatusque redditus putabatur. Pari ratione, qui particulam, [ex filioque,] addiderant, non nouum articulum celebraſſe, ſed eundem ipſum clariorem reddi-
diſſe* putãrunt. Quod quidem additionis *putatur.
genus cenſemus nõ eſſe vetitũ. Apud nanq; Bonauenturam in Theologia clariſſimum, triplex genus additionis literis traditum eſt. Vnum, cùm id quod additur, ei, cui apponitur, oppoſitum eſt. Alterum, quod non oppoſitum, ſed tantùm diuerſum ab illo cui apponitur, fuerit. Tertium, cùm vtrunque congruum ſit. Quorum quidem primum genus hæreticum, ac prorſus alienum exiſtit à fide, vt ſi quis DEVM patrem protulerit genitum, filium verò ingenitum, ſanctum autem ſpiritum à nullo procedentem. Altero verò genere inepti homines vti ſolent. Nam ſummæ ineptitudinis eſt, inſolita verba & à ſacris literis aliena proferre, vt ſi quiſpiam Deum patrem appellauerit geometram, filium aſtronomum, ſanctum autem ſpiritum

arithmeticum, quæ licet à veritate non diſcrepeot, quandoquidē quæuis diuina perſona cuncta cognoſcit ac poteſt, tamen quoniam eiuſmodi ſermo, neque in ſacris literis, neque in ſanctorum ſcripturis legitur, ideo ineptis hominibus adſcribi ſolet. Tertium autem genus, quo Deum patrem omnipotentem, æternum, filium verò conſubſtantialem, ſanctū aūt ſpiritū, ſpiratū ꝓcedentemque dicimus eſſe, pium & catholicū eſt, noſtræque religionis doctrinam declarans; idcirco duo illa additionum genera, pœna grauiſſima prohibentur, iuxta illud Apo. 22. d Apocalypſis: [Si quis appoſuerit ad hæc, apponet illi Dominus plagas ſcriptas in libro iſto.] Genus uerò tertium tantùm abeſt ab interdicto, ut qui eo utantur, à ſeruatore noſtro præmiis afficiãtur ampliſſimis, ut Sententiarum magiſter in procemio ſuo teſtatur. Siquidem igitur additio, de qua agimus, non ex oppoſitis diuerſiſve conſtat, ſequitur ipſam non eſse uetitam, cùm præſertim illa, [ex filioque,] particula, valdè cōueniens ac congrua ſit. Apoſtoli nanq; ſancti cùm ſanctum ſpiritum celebrarent, non ipſum ex patre procedere proferebāt: quod cùm ab ipſo Apoſtolorum ſymbolo poteſtate contineretur, eiq; quammaximè cōueniret, ſancti poſteriores patres ad euertendos impios hæreticorū errores, id ipſi ſymbolo appoſuerunt, ac ipſum ſpiritum ex patre procedere declarauerunt. Quod cùm adhuc modo quodam ambiguum eſse videretur, idcirco, ex filioque, particulam alij poſteriores patres addidere, ipſumque ſymbolum clariſſimū reddidere, proferentes, ſanctum ſpiritum [ex patre filioque procedere. [Sed dum in hac materia plurimùm inſiſto, demonſtrans particulam ipſam, conſonam ueramq; ſymboli declaratione eſse, vobis forſan uideor extra propoſitum agere. Cùm igitur nobis libuerit, prolixiùs ac ſubtiliùs hanc quæſtionem tractabimus, ita uolenti ueritatem agnoſcere palàm fiet, declarationem eiuſmodi nequaquàm fuiſse prohibitam. Nūc aūt ad illā ueniamus partem, quæ caput quæſtionis noſtræ uidetur eſse, & de qua uehementer ambigitis, an ne ſyllabā quidem ſymbolo liceat addere. Nam quatuor illa repetere nolumus, quæ uos breuiſſimè protuliſtis, quandoquidem nobis videtur magis operæprecium eſſe, ipſam cōtrouerſiæ noſtræ radicem diſcutere, pro qua quatuor ipſa dixiſtis. Nam primo interdicti cauſam declaraſtis. Deinde vno uſi fuiſtis argumento. Tertiò quandam beati Cyrilli ſententiam uſurpaſtis. Poſtremò, a conuenientibus innixa loco, rationem hanc protuliſtis, valdè conueniens ac dignum memoria fuiſſe, facultatem ipſam addendi ſymbolo, vtpotè non modò Chriſtianis inutilem, verū etiam pernicioſam, ab Eccleſia prorſus abſtuliſſe. Nam maiores noſtri naſcentis fidei noſtræ temporibus ſummam (ut dicitis) facultatem habebant, ut quæ à ſacra ſcriptura obſcurè continerentur, ea declararent, ac ſymbolo uel alij ſcripturæ, excepta ſolummodò ſacra, apponerent, & ipſis arbitratu ſuo uterentur: quæ deinde facultas à poſterioribꝰ ex parte fuit diminuta, ita ut poſſent tm̄ ambigua declarare, dilucidioraq; reddere, diuino tamen ſymbolo nil addere poſſe. Quod ipſi (pace ueſtra dixerimus) falſum credimus eſſe, primis illis patribus abſq; generali Concilio licuiſſe cōi ſymbolo quicquam addere. Nam S. Thomas teſtatur, nūquàm ſymbolum extra ſynodū declaratum fuiſſe, de eo ſymbolo loquens, quod vulgò in eccleſia celebratur. Hoc igitur iacto fundamento, quatuor illa capita leuiter pſtringamus, quibus ueſtrum propoſitum probare conati fuiſtis. Primùm enī dixiſtis, maiores noſtros vſque ad ſecundam ſynodū addendi ſymbolo poteſtatē habuiſſe: ſed cum ipſa facultate nonnulli nō ſine ſua pernicie abuti inceperint, ſymbolū, transformantes, ac impia dogmata docentes & p̄dicātes, tertium idcirco generale concilium uidens facultatem ipſam dāno magno potiùs, quàm commodo, Chriſticolis fore, ei penitus abſtuliſſe. Nos autem ad hoc reſpōdemus, falſum eſſe, cuiuis ante tertium conciliū licuiſſe ſymbolo quicquam apponere, niſi ea fortaſſis licentia, quā quidam hætici ſibi vendicaſſent, quam quidem ſolam ab ipſo concilio, uerbis his, ne cui liceret ſymbolo quippiam addere, circūſcriptam interdictāque credimus eſſe. Deinde protuliſtis, addēdi facultate ablata, nullū Chriſtianis incōmodū accidere poſſe, ac nullū cōpotem mentis, ob decretū eiuſcemodi meritò dicere poſſe religionē nr̄am imperfectam eſſe: cōtrà, fieri facilè poſſe, vt pro eadē facultate cuiuis cōceſſa, catholica eccleſia aliquo afficiatur incōmodo. Ipſi vero (pace veſtra dixerimus) argm̄ hoc claudicare cenſemus, vt ſuo loco probabimus. Immò & cæteris duabus poſtpoſitis partibus, ad fundamētū ipſum veniamus, quo quidē euerſo, cętera facilè ruēt. Omiſſis ergo corticibus, medullam ipſam tangamus. Quod quidem ſperamus conſequi, ſi legiſlatoris uerba nō nimis curantes, mentē eius accuratè conſiderabimus. Id autem fuerat tertium gn̄ale concilium, quod id tantùm vetuiſſe putatur, qđ fidem cōtrariam pareret, vt Bonauentura teſtatur: qui prima partum, inquit, interdicti ſententia nequaquàm ad alios attinet, niſi ad fidei noſtræ oppugnatores, & eos, qui ſymboli dictiones mutando, uel ei quicquam addēdo, eccleſiam ſtudent euertere. Addendi verò facultate nunquàm eccleſiæ fuerat interdictum, neq; interdicetur in poſterum, dummodò legitimè imperio, præſenteque principe, qui facultatem vniuerſalis eccleſiæ habeat, ad euertendos hæreticorum errores,

con-

conueniat. Quis obſecro, tum vocaret in cõtrouerſiam, an eccleſia, cogente neceſſitate, ne Chriſtifideles, circa diuina myſteria in aliquam hæreſim caderẽt, partem aliquam ſymboli fidei congruam declarare poſſit, nécne? Nemo profectò. Qua igitur ratione illud, CONFITEOR VNVM BAPTISMA, ipſi ſymbolo fuerat additum, eadem etiam ratione, id eſt, pro animarum ſalute, EX FILIOQVE particulam, noſtri maiores addiderant. Et quemadmodùm illud, ET INCARNATVS EST DE SPIRITV SANCTO EX MARIA VIRGINE, addidere: ita etiam, ipſam Dei genitricem fuiſſe, ipſis, ſi voluiſſent, ſymbolo licebat apponere. Verùm facultatẽ eiuſmodi nõ vnã tantùm perſonam vel particularẽ eccleſiã, habere concedimus. Interdictũ igitur illud tantùm ad priuatos hoĩes, ac contra fidẽ loquentes, refert. Proptereà (inquit ipſe Bonauentura) patres illi non ſic interdixerant, vt viam eccleſiæ in futurum præcluderent, quo minus ei liceret eadem vti facultate, ſi Dei benignitate melius ꝓuiderit. Et infrà: Eorũ (inquit) ſnĩa fugienda eſt, qui credũt patres illos opiniones huius fuiſſe. Vt aũt credatis, patres amp. nos benè cũ illis ſentire, nonnulla ſynodorũ acta, præſertim tertiæ, necnon quaſdam patrum ſanctorũ literas tẽpeſtatibus illis ſcriptas, afferemus. Quæ dum facimus, rogamus vos, diligenter attendite. Frequenti tertia ſynodo, patres ampliſſimi, conuocatus Neſtorius, accedere recuſauit: tunc ipſa Nicęnum ſymbolum (vt moris erat) recitauit, vt quæ verba fidei cõuenirent, probarentur, diſſona verò eijcerẽtur. Vndè patet, ſynodum ipſam voluiſſe, non fidem maiorem ſuorum religioni congruam prohibendam eſſe, verùm verba diſcrepantia, & ab ipſa fide diuerſa, quemadmodùm hæc eiuſdem ſynodi uerba ſignificare videntur, NEMINI LICEAT ALIAM A NICAENA FIDEM PROFERRE. Nicęna autem ſymbolo recitato, Cyrilli literæ ad ipſum Neſtorium ſcriptæ, in mediũ ꝓlatæ fuere, qbus idẽ Cyrillus q̃dã ipſius ſymboli verba repetens, demõſtrabat, Chriſtũ Deum & hoĩem vna tãtùm hypoſtaſi ex Maria Virgine Genitum, ipſamq́ue veram Dei genitricem, eſſe, dicẽſ ſe ſacræ innitendo ſcripturæ ita ſentire. Quibus quidẽ literis recitatis, q̃ ita incipiebãt, [Non vereor me vere fidei Nicęniſve ſymboli ꝑuaricatorẽ eſſe,] Cyrillus ipſe ſynodũ interrogauit, an q̃ de ſymbolo Nicęno literis mandauerit, vera eſſent. Cui ſynodus ipſa reſpondit: [Nil vani aut ſuperuacanei, verùm cuncta congruè Cyrillus edidit: quęque Nicęna ſynodus paucis decreuerat, is ſuis literis explanauit ac illuſtrauit.] Quæ qdẽ literæ plurimũ luminis ꝓbẽt, ita vt edicta Nicęna ex his clariſſimè poſſint intelligi. Synodus igit̃ ipſa profeſſa fuit, Cyrilli literas eadẽ ipſa ſignificare, q̃ à ſymbolo Nicęno cõtinerentur. Poſt hæc literæ quoque Neſtorij ad Cyrillũ ſcriptæ, ꝓlectæ fuerunt, quibus ſacrã vſurpando ſcripturã, Mariam Virginẽ non Dei genitricẽ eſſe, ſignificabat. His igitur literis Neſtorij recitatis, iterũ Cyrillus ſynodum ipſam interrogauit, quid de ipſis ſentiret, an Nicęnorũ patrum religioni cõuenirent. Synodus autẽ ſic rñdit: [Nequaquàm conſonæ ſunt, ſed uerã fidẽ oppugnant, q̃ñ quidẽ Cyrilli & Nicęnorum patrũ fidei quàm maximè cõtrariæ ſunt. Idcirco vera fides. Neſtorium anathemate notat, quippe qui impia dogmata nefariáq; cõionem poſteritati conatur tradere.] Quibus patet, Patres ampliſ. quanam mẽte tertia ſynodus interdixerit, ne cui liceret eã fidẽ ꝓferre, quæ contra Nicęnam hoc eſt, à vera fide aliena, eſſet: ita vt interdictum eiuſmodi, veræ fidei diſcrepantiam & contrarietatem, non autem declarationem ipſi fidei conſonantem, ſignificet atq; vetet. Quod quidem Cyrillus ipſe teſtatur, qui Nicęnũ ſymbolũ candidius reddidit. Teſtes ſunt & ipſius tertij cõcilij literæ ad Imperatores ꝓ fide ſcriptæ, quibus acta recolendo ſua, inter cætera memoratu digna declarat, Cyrilli ſe literas, ſanctorum patrum dogmati conſonantes, ac nulla ex parte ab Apoſtolorũ & ipſorum patrum fide alienas cõperiſſe, Neſtorij verò dogmata eiuſdem fidei contraria depræhẽdiſſe. Poſteà Cęleſtini literæ, quas ad ipſum Neſtorium ſcripſerat, recitatæ fuere, quæ ſic incipiebant, [Quibuſdam diebus citra,] & infrà: [Quis vnquã,] inquit, [non fuerit anathemate dignus, q ſymbolo quicquã addiderit, aut ademerit, cum fides nobis ab Apoſtolis tradita, neq; additione, neq; imminutione indigeat? Veſtris em̃ in libris legimus eũ, quam maxima pœna affici debere, qui uel quicquã abſtulerit.] & reliqua. Scitu ꝑterea dignũ eſt, ante ſynodũ Epheſinam addendi quippiam Apoſtolorũ ſymbolo, vel ab ipſo facultatem auferendi, graui pœna uetitam fuiſſe, vt in extrema earundẽ literarum parte legere eſt. Eidem tamẽ ſymbolo appoſita multa fuere, atque ab eo ablata. Interdictum igitur illud, cui nos mirum in modum innitimini, contra nos minimè facere uidetur. Ampliùs, Cęleſtinus Neſtorium repræhenderat, quòd à ſymbolo uerbum, DEIPARAM, auferendum cẽſuerit. Qui quidem Cęleſtinus Apoſtolorũ ſymbolũ intelligebat, quorum omnium vnica ratio fuit: ꝙ neque Nicęna, neque prima Conſtantinopolitana, neque cæteræ ſynodi contra rationem fideiq; ueritatem ſymbolo quicquã addiderant, aut ab eo deduxerãt, Neſtorius autem contrà. Ergo tum quiſque uel addere, uel auferre meritò uetatur, cùm contra rationem ac ueram religionem id faciat: vndè tota noſtra controuerſia facilè ſoluitur. Nam Romana eccleſia, non vt

S. Cyril.

Conſtantinopolitanum ſymbolum & fidem ipſam euerteret, EX FILIOQVE, particulam addidit. Verùm vt noſtri maiores idcirco Nicænum Conſtantinopolitanumque ſymbolum idem eſſe, idemque ſignificare decreuerant, quòd altero audito, ſtatim alterum intelligebatur, licèt in verbis differrent: ita etiam Romana eccleſia profitetur, vtrunque ſymbolum noſtrum rem eandem ſignificare, ſibique propterea licuiſſe ipſum declarare, quòd ea particula nequaquàm aliena videretur à fide, cùm ipſi valdè conueniat, ac ad eundem ſenſum pertineat, necnon ipſius identitatem ſignificet, & declaret, licèt in voce differant. Prætereà, vt alia multa memoria digna, hæc etiam ipſo Cæleſtino literis tradita fuerant. [Catholica] (inquit) [eccleſia contradicit, quo minùs ab Apoſtolorum ſymbolo auferatur, beatam Mariam Dei genitricem fuiſſe, quod noſtram ſalutẽ annunciat, ac ab ipſo ſymbolo potentia cõtinetur.] Patet igitur, neutiquàm licuiſſe, ab Apoſtolorum ſymbolo quicquam dimouere: tamẽ illud, DESCENDIT AD INFEROS, ablatum eſſe videmus, licèt Chriſtum ad inferos deſcendiſſe, verũ ſit, atq; à maioribus noſtris cõceſſum. Quoniam autem Neſtorius (vt ſuprà dictũ eſt) contendebat, virginem Deum non genuiſſe: idcirco Cæleſtinus ipſe literis eiſdem mandauerat, vt niſi decem dierum ſpatio Neſtorius à tali ſe reuocauerit hæreſi, eccleſiæque catholicæ dogma prædicauerit, non ignoraret ſe ab eadem eccleſia excludendum eſſe. Sunt & aliæ rationes, patres ampliſſimi, ad propoſitum attinentes. Verùm noſtra feſtinat oratio ad probandum, quod ſuprà diximus, argumentum veſtrum claudicare. Vndè multùm forſan vagauit oratio, haud tamen extra propoſitum. Sed hactenus in præſentia. Quibus dictis, ſynodus ſancta decreuit, vt ſeſſio ipſa ſolueretur, & ad diem ſequentem martis congregaretur.

¶ Die XI. Nouembris, ſeſſio XI. Ferrariæ.

IVL. Car. VTraque ex parte, patres ampliſſimi, copiosè, ſcitè ac ſubtiliter dictum eſt, veſtras tamen orationes forſan nõ niſi ſummi theologi, viriq; doctiſſimi percipere poterant. Idcirco eam equidem orationem ad propoſitum pertinentem habebo, quam docti pariter & mediocriter eruditi ſine ambiguitate intelligent, quòque (ni fallor) controuerſiam noſtram ad exitũ perducemus. Attendite igitur, obſecro. Nanque poſthac per capita breuibusq; nos agere oportebit. Si ſic ergo fieri vobis videtur, rem ipſam aggrediar: ſin minus, voluntati veſtræ acquieſcam.

IMPERA. ¶Dicat cardinalis. ¶Attingam quidem

IVL. Car. patres ampliſſimi, quæſtionis noſtræ radicẽ. Nam tota noſtra controuerſia in Epheſinæ ſynodi interdicto conſiſtit, in his videlicet verbis: [Nemini liceat proferre, conſcribere, componere,] & reliquis. Quæ quidem verba nos credimus hoc ſolùm ſignificare, vt fas ſit nulli, Nicænorum patrum fidei cõtrarium proferre. Vos autem longè aliter ſentire videmini, vt non ſolùm ad aliam, oppoſitamque fidem, verumetiam ad quãuis declarationem, ac cuiuſuis generis additionem, interdictum ipſum debeat referri, propterea nullam prorſus ſymboli dilucidationem fieri debuiſſe. Dicere autem ſolent legiſperiti, fieri non poſſe, vt quiſquam benè legem intelligat, niſi totam perſpexerit. Neceſſe eſt igitur, ea quoque diligenter conſideremus, quæ interdictum ipſum præceſſerant. Legitur in actis tertiæ ſynodi quoſdam Anaſtaſium & Photium Neſtorianos hæreticos, neſcio quem Iacobum ad ſuã hæreſim mortalibus prædicandam miſiſſe: qui quidem aliud fidei ſymbolum, vel (vt quidam Chariſius in ipſa ſynodo præſens dicebat) impietatis ſymbolum prædicans, ac eundem ipſum Chariſium impietatis incuſans, quamplurimos Chriſtianos deceperat. Propterea Chariſius, vt ſe orthodoxon, id eſt, rectè ſe de fide ſentientẽ probaret, in primis ſymbolum ſuum, deinde Neſtorianũ in eadẽ ſynodo recitauit, quod quidẽ Chariſij ſymbolum, neque Nicænum, neq; Conſtantinopolitanum fuiſſe conſtabat. Poſtremo vehementer conqueſtus, quòd à Neſtorianis communione ſibi fuerat interdictũ, Credo (inquit) in vnum DEVM, & reliqua. Quod autem nonnulli profitentur, ipſe inficior, CHRISTVM videlicet quandoque non fuiſſe. Potuerat tamen in ſuo ſymbolo, ſpiritum eſſe conſubſtãtialem patri & filio, quod in neutro duorum illorum ſymbolorum ſcriptum fuerat. Quibus quidem Chariſij & Neſtorianorũ ſymbolis recitatis, ſancta ſynodus ipſa decreuit, ne cui liceret fidem aliam proferre aut docere, ſimulque confictum illud Neſtorianorum ſymbolum, nulla prorſus de ipſis Chariſij ſymbolo mentione facta, damnauit. Siquidem igitur mentis eiuſdẽ Concilij fuiſſet, quamcunque aliam à Nicæna profeſſionem vetare, ita vt non aliud niſi tantùm Nicænum ſymbolum, verbis eiſdem celebraretur, dubio procul Chariſij etiam expoſitionem ac ſymbolũ antiquaſſet, reprobaſſetque: Sed quoniam verum ac pium fuerat, idcirco ſynodus ipſum noluit antiquare. Quæ omnia profectò nobis argumento maximo ſunt, decretum illud, ad fidem religionis Nicænorum patrum oppoſitã, referri debere, ita vt ipſius decreti vis, ex his (vt mihi videtur) clariſſimè pateat. Ampliùs, eadem ipſa ſynodus, P. amp. quæ, ne cui quicquam liceret proferre, aut literis mãdare, prohibuerat, ſimul quoque decreuit, vt nulla alia, præter Nicænorum patrum fidem,

Ex actis Synodi Epheſinæ 1.

fidem, teneretur. Siquidem igitur à me requiſiti, an Deũ, æternũ eſſe credatis, mihi reſpondebitis, ita: quæro, an ſub anathemate fueritis, ꝙ verba illa à ſymbolo Nicęno minimè continentur. Infinita ſunt vera, patres amp. quæ credimus & profitemur, ab ipſo tamen ſymbolo nõ contenta. Sed hæc hactenùs. Porrò autem certis perſonis (vt dicitis) licere ambigua, declarare, catholicæ verò eccleſiæ minimè, longè mihi alienum à ratione, ac ipſi interdicto cõtrarium eſſe videtur. Nam in eius principio legitur, ne cui liceret, & reliqua. In fide verò epiſcopis & clericis, ac ſecularibus in vniuerſum interdicitur. De quibus ſecularibus ideo facta mẽtio fuit, quòd Græcis mos fuerat, vt non ipſi clerici ſymbolum in eccleſijs cantarẽt. Patet igitur interdictum ipſum neminẽ excludere, omnesq; ferè Chriſtianos anathemate notatos eſſe, ſi ſynodus ipſa quoduis expoſitionis genus (vt creditis) ꝓhibuerat. Ampliùs notatu dignum eſt, Agathonis literas quas (vt ſupra dictũ eſt) ad ſynodũ miſerat, nõ ab ipſo ſolo, ſed ab Occidentali eccleſia ſcriptas fuiſſe. Ipſe nanq; literis eiſdẽ teſtatur, eas * vnà cũ centum ac 25. Occidentalis eccleſiæ præſulibus conſcripſiſſe, ſubſignaſſeq́ue. Præterea præſtantiſſimus Nicęnus, volẽs ad id reſpondere, qđ Coloſſenſis pręſul attulerat, vrgente videlicet neceſſitate Romanã eccleſiam declaraſſe, nullam neceſſitatẽ protulit interdicto fuiſſe exceptam, neq; vllam prorſus mẽtionẽ de ea factam. Quam quidem reſponſionem in vos retorquentes dicimus, quoniam in prohibitione illa nullius perſonæ ratio haberi videtur: idcirco ipſam vna ratione de cunctis hominibus debere intelligi, ita vt nulla ratione cuiquam ſymbolum exponere liceat: qđ tamen conſtat à multis expoſitum fuiſſe. Ampliùs, eadẽ ipſa tertia ſynodus nullam de Conſtantinopolitano ſymbolo mentionem feciſſe videtur. Aut igitur, quia tantùm Nicęnũ ſymbolum à poſterioribus in eccleſia celebrari voluerat, & ſic ipſi delinquimus, qui potiùs illud quàm Nicęnum celebrare ſolemus: aut eius quoque ſymboli fuerat recordata, ſed tanquàm alterius ſymboli contrarium, ob idq́ue non dignum celebritate ipſum poſtpoſuerat, quod quidem nequaquam credẽdum eſt: aut vtrunque pro vno eodemq́ue putauerat, quòd eandem veritatem & fidem vtrunq; ſignificabat, quamuis multis in verbis differrent. Siquidem igitur verum eſt, Conſtantinopolitanum (vt dicitis) ſymbolum à Nicęno potentia contineri: ac altero intellecto, ſtatim alterũ ſubintelligi; ac ideo illud nequaquàm fuiſſe vetitum, quòd eandem veritatem declarabat, magis ſane conuenit, vt credamus interdictum ipſum ad fidem diuerſam, & à veritate diſſonam referri debere. Item luce clarius eſt, cuncta ſynodorum decreta ſancti ſpiritus gratia fieri,

* ſe vnà

ac ipſum pariter in omnibus eſſe. Cùm autẽ ſextum etiam generale concilium edixiſſet, ne cui fas eſſet ſanctiones eius euertere, ac aliã ſapere fidem, & reliqua: palàm eſt, idẽ concilium, vel ſpiritum ſanctum pro eo, interpretatum fuiſſe, declaraſſeq́ue quonam modo decretum tertiæ ſynodi deberet intelligi, ne cui liceret aliã fidem proferre, hoc eſt, quæ veram religionem euerteret: ideoq; nequaquàm prohibuit, quo minùs ad veritatis intelligentiam expoſitiones fieri deberent. Præterea cùm de quibuſdam alicuius legis verbis dubitamus, ipſius legiſlatoris ſenſum inſpicere, accurateq; debemus perpendere, qui quidẽ vel ex eiuſdẽ legis exordio, vel verbis aliis conſequentibus haberi ſolet. Porrò tertiæ ſynodi prooemium hoc conſtat fuiſſe, cùm patres conuenißent, ſymbolum perlegerant, vt ſermones extraneos cum eo conferrent, quiq́ue ipſi ſymbolo cõſonarent, eos ſuſciperent, oppoſitos autem reijcerent. Mens igitur ipſius legiſlatoris, hoc eſt, Epheſinæ ſynodi, quę non ad verba, ſed ad ſcripturæ ſacræ ſignificationem inſpiciebat, nulla alia fuerat, quàm vt fidem aliam, vel expoſitionem fidem veram deſtruentem, vetaret: vt ex Cyrilli literis apparet, qui Nicęno ſymbolo recitato, protulit: Nos patrum confeſſionem, ac ipſorum intelligentiam ſectantes, veram fidem exponimus. Septima quoque ſynodus, Veram, inquit, rationem diligentiſſimè ſequentes: & infrà, Veram fidem quæ non facit errare ſpectantes, Nicęnę fidei, nihil addimus, & reliqua. Ipſa nihilominùs ſynodus decretũ pro imaginibus addidit. Apparet igitur legiſlatorem ipſum voluiſſe, vt veritas ſemper ꝑdicaretur, ac nulla ratione taceretur. Vnum poſtremò mihi venit in mẽtem, qđ controuerſiæ noſtræ ſimilimum eſſe vr̃. Sed anteaquàm veniam ad ipſum, vnum aliud in medium proferam, quo quidẽ faciliùs primũ illud intelligemus. Attẽdite igitur, obſecro: Chalcedonenſe concilium ita protulit, Leo pontifex à quibuſdam grauiter incuſatur ſymbolum aliud feciſſe, ac aliter fidem expoſuiſſe quàm per Nicęnos patres liceret. Ne autem in poſterum quiſquam talem in eum afferat accuſationem, ac ipſum repræhendat ſynodus hæc in eos, qui contra veritatem inſurgerẽt, reſpondet atque declarat, Leonem ipſum in exponenda, declarandaq; fide nil contra prohibitionẽ cõmiſiſſe: quãdoquidem naſcentibus nouis erroribus, noua diuerſaque medicamina ſanctis à patribus exhiberi debẽt. Nã etſi fides à patribus prodita ſatisfaciat, quia tñ plurimi verã eius ſignificationẽ conantur euertere, idcirco conuenit fidẽ ipſam exponere, magiſq́ue declarare. Nã ſi, prout eſt, pariter ab omnibus coleretur, nulla re alia opus eſſet, niſi tãtùm Nicęnorum patrũ fidem excolere. Sed cùm à recta via quãplurimi deerrent, ac per

anfractus, id eſt, per viam falſitatis ac erroris vadā, ideò nobis neceſſe eſt, veritatis viā oſtendere &c. Plura etiā id genus alia, Patres amp. ſynodus ipſa protulerat, quæ ad propoſitum attinent. Verùm ad id noſtra feſtinat oratio, quod pauloantè poſtremum mihi dicendum eſſe promiſi. Quidam enim Flauianus (vt noſtis in Conſtantinopolitana ſynodo Eutychen condemnauit: deinde ſynodo Epheſi ſecundò conuocata, quā poſteà conſtat reprobatā fuiſſe, ꝙ quidā Dioſcorus legatus ei tyrannicè præfuit, is Eutyches ibi præſens, magno affectus deſiderio excuſandi ſe atq; vlciſcendi, Nicęnum ſymbolum de verbo ad verbum profeſſus fuit, ac ita protulit: Hæc eſt patrum fides, in qua viuere moriq; volo. Quam quidem prima ſynodus Epheſina probauerat, ſimulque decreuerat, vt aliā nemo proferre, vel ei quicquam apponere, vel ab eadem auferre poſſet. Eā itaq; fidē, dicebat ipſe, profiteor, Flauianū autem peccare denuncio, quippe qui profiteretur Chriſtū ex duabus ac in duabus ſimul naturis eſſe, quod à Nicęno ſymbolo neutiquā continet. Veritatē igitur ipſam, quo minùs declararet, ac Nicęno ſymbolo adderetur, Eutyches ꝓhibere volebat, ita vt verborum etiam additionem non admittere videretur. Quidam autem Euſebius exclamauit, Mentiris Eutyches, dicens, nam hoc quod dicis, nulla lex ꝓhibet. Dioſcorus verò reſpōdit: Cur ita dicis Euſebi, cùm hic duo Epheſinę ſynodi volumina habeamus, in quibꝰ legitur nemini licere, Nicæno ſymbolo quicquā addere? Tacebat autem ipſa ſynodus, Euſebiique ſententiam tacitè videbatur ſuſcipere. At tyrannus Dioſcorus Euſebium ipſum ac Flauianum, vt Epheſinæ legis præuaricatores, damnare, ac * eorum epiſcopatibus priuare contendit, dicens ſynodum Epheſinam decreuiſſe, vt qui fidem aliam proferret, vel adderet, vel auferret, ſi præſul fuerit, epiſcopatu priuaretur. Patres autem ipſius concilij, & ſi præſente Dioſcoro, voluntati eius acquieſcere viderētur, poſteà tamen abſoluto Flauiano & Euſebio à Chalcedonenſi concilio, magno gaudio affecti fuere. Porrò autem Dioſcoro præſente, protulerant, Flauianum & Euſebium meritò condemnari debere, ac ipſos pontificali dignitate indignos eſſe, vtpotè qui contra Epheſinum interdictum auſi fuerint ſymbolo quicquam apponere, quod Nicęna ſynodus prodidit, Epheſina verò probauit, atq; ſuſcepit, ſimulque prohibuit, ne cui liceret ipſi quippiam addere, vel ab eodem auferre, decernens, vt ſi quiſquam præſul tale cōmiſerit facinus, epiſcopatu priuaretur. Cùm autem hæc in Chalcedonenſi ſynodo recitata fuerint, decretum ab ipſa ſynodo eſt, Dioſcorū anathemate notatum eſſe, vtpotè qui cōtra Flauianum ac Euſebium malè iudicauerit, ac eos iniquè dānauerit, propterea que ſententiam eius antiquandam eſſe, quòd Flauianus nil prorſus cōtra Nicęnam vel Epheſinam ſynodum commiſerit. Nam etſi Chriſtum duas habere naturas in Nicęno ſymbolo neutiquā legitur, ab ipſo tamen ſymbolo potentia continetur. Vndè nō ſequitur, addentem quippiam, aut declarantem, condemnari debere, dummodò vera, catholicæq; fidei conſona proferat. Videtur mihi. P. amp. exemplum melius proferri nō poſſe, quod ad propoſitum attineat, quàm quod de Flauiano protulimus, ita vt eo facilè adducar, vt credā interdictū illud, ne cui liceret, & reliqua, ad eos tm̄ referri, qui fidē aliam à vera tenerent, quiq; ſcripturā ſacrā aut Nicęnum ſymbolū immutarēt. Quibus equidē argumentis puto cōtrouerſiā noſtrā ſolutam eſſe: ſin minùs, vellē à vobis doceri, cur ita credendū nō ſit. Si quidē igit̄ Romana Eccleſia profitetur, neq; ad ſacram ſcripturam, neq; ad Nicęnū ſymbolū, neque ad alicuius ſynodi defenſionē, falſam aliquam acceſſionem fieri poſſe, ita vt in hoc vobiſcū conueniat, operæ precium eſt, huiuſcemodi quęſtione poſtpoſita, nos ad eā venire, vtrū ſanctus ſpūs ex filioq; ꝓcedat, necne. Nā ſi nobis ꝓbabitis ipſum ex filio nequaquam procedere, tū additionē ſymbolo factam eſſe fatebimur, ipſamq; Romanę Eccleſię minimè facere licuiſſe: ſin minùs, tūc vos oportebit concedere, fas ipſi fuiſſe, ſymbolū dilucidaſſe clariusq; reddidiſſe: quo quidē pacto pax inter nos facillimè fieret. Hæc beatiſſimi patris dominiq; noſtri, necnon ſereniſſimi Imperatoris, ac horū omnium præſtantiſſimorū patrū iuſſu, pro viribus dixi.

BESS. Quanquàm orationes vtraque ex parte habitæ, tua præſertim ampliſſime cardinalis, mihiq; quàm maximè colende, luculentiſſima fuerit, ac ad propoſitū pertinens, rē eīn ipſam, dictu mirabile, tetigiſti, nihilque eorū q̃ opus eſſent, ꝑtexiſti: mutua tamē beneuolentia nunc, ſi cōmodè fieri poſſet, vobis reſpōderemus, ac probaremus, plura eorum, quæ protuliſtis, pro noſtra cauſa facere. Verùm opportunū eſſe videtur, vt ſeſſio dimittatur. Nam non niſi veſtris orationibus priùs memoria diligentiſſimè repetitis, vobis benè reſpondere poterimus. Si libet ergo, Dei benignitate ſurgamus. Quod quidem ſanctæ ſynodo placuit, iubenti, vt ad proximum ſabbatum ſeſſio prorogaretur.

¶Die ſabbati decimaquinta Nouembris, ſeſſio duodecima Ferrariæ.

MAR. NON altercandi, neque ſermonum noſtrorum viciſſim refellēdorum cauſa, patres ampliſ. huc frequentes conuenimus. Sic enim hi ſolent agere, qui potiùs oſtentationis & iactantiæ, quàm inquirendæ veritatis gratia contendunt. Verùm vt de quibus ambigeremus, ea diligentiſſimè ac cū ſumma pace, mutuaque beneuolentia ſimul ita tractaremus & conſideraremus, vt pari ſtudio

dio

dio concluſionem veram conſequeremur: breui ergo, & non luculẽta oratione, ſed his ſolùm innixi, quæ vos concedere videbamini, primùm præſtantiſſimo cardinali, deinde reuerendo Ioanni benignitate Dei reſpõdebimus. Cuius quidem cardinalis oratio, vt ad propoſitum ſpectans, ac non inepta, ita etiam plana, clara & elegans fuerat. Propterea que ipſi hunc honorem habebimus, vt nil eorum, quæ per capita dixerat, indiſcuſſum prætereamus. Nam ſi omni eius orationis parti reſpondere velimus, ſermoni profectò noſtro non hodiè modus dabitur. Porrò autem ipſum obſecro, vt ſi fortè fuerit à me requiſitus, mihi ſtatim reſpondeat, ac velit vel mecum ſentire, vel mihi paucis cõtradicere. Nam ego cum eo, non autem in ipſum, eius argumenta perpendere velim: quippe qui, cùm veritas patefiet, (noui equidem ipſius naturam & ingenium) maiorem capiet voluptatem, quàm ſi eius argumenta ſuſciperentur. Vnde ſanè poterit euenire, vt ſi vir ipſe ſapientiſſimus pro veritate fuerit redargutus, maiori me beneuolentia proſequatur, iuxta illius ſapientis ſententiam:

Prou. 9. b Argue ſapientem, & diliget te. Porrò ei quoque ſuo iure conceditur, me interpellare: nam æquo animo feram, ſi ab eo fuero requiſitus, cuiuſuis dicti mei reddere rationẽ, necnon ſi me corripiet & corriget, cùm ſibi videbitur quicquam me falſi protuliſſe. Nã ſi non cõtradicentibus vobis quicquã protulero, id verum eſſe, nullaque demonſtratione in poſterum indigere cenſebimus: quã quidam conditionem poſthac ſeruare debemus. Primùm autem eiuſdem præſtantiſſimi cardinalis argumentum hoc fuerat: Quidam Chariſius libello, quem cõtra Neſtorianos tertiæ ſynodo dederat, ſuæ fidei declarationem mandauit, multum quidem diuerſam ab ea, quæ à Nicęnis patribus tradita fuerat, quæ tamen Chariſij expoſitio ab ipſa ſynodo antiquata non fuit. Ergo nõ omnem fidem in vniuerſum, verùm tantùm contrariam, vetitam fuiſſe credendum eſt. Ita dixiſti, an non?

IVL. Cardi. ¶Oratio tua, pater reuerende, me magno gaudio affecit, de cuius exordio nil equidem proferam: ſed beati Petri doctrinã ſequens, ad omnem tuam petitionem libentiſſimè pro viribus reſpondebo. Velim autem aliquem ex his doctiſſimis viris interroges, qui tibi meliùs reſponderet. Verùm ſi mecum agere mauis, tibi libenter obtemperabo. Et quia (vt ſæpius dictum eſt) ad inquirendum veritatem huc conuenimus, non equidem erubeſcam, ſi quiſquam veſtrũ errores meos notauerit, ac correxerit: quinimmò pro tali eius erga me bñficio, Deo optimo maximo gratias habebo. Hac ubi tamen conditione, reuerende pater, tecum agam, vt ſi non benè tuis argumentis reſpondero, patres hi tibi ſatisfaciant: & ſi falſi quicquam protulero, ſoli mihi aſcribatur. Mihi præterea per placet, te mihi libenti animo reſponſurum, quotiès fueris à me requiſitus. Porrò autem mihi videtur nunc opus nõ eſſe, vt ex me quicquã requiras, quando planè clareq; dixerã, ac oratio mea literis tradita eſt. Verùm ſi tibi fuerit gratum, tuis petitionibus reſpondebo. Sed priùs velim mihi proferas, an ſatis dixerim. Nam ſi tibi videt̃, ſatis me non feciſſe, dicam ampliùs.

MAR. ¶Non alia indigemus reſponſione, præſtãtiſſime pater, niſi vt proferas, vtrum orationem tuam benè memoriterq́ue perceperim, nécne: id quod profectò breuibus facere poteris.

IMP. ¶Ampliſſimo cardinali patres hi moleſti videntur eſſe. Siquidem igitur vobis placet, alij pro eo reſpondeant. Sin minùs, fiat vt lubet.

MAR. ¶Velimus patres ampliſſimi, quemadmodum ipſi paucis interrogabimus, ita vos etiam breuibus reſpondeatis.

IVL. Cardinalis. ¶Nil aliud equidem ex te, pater reuerende, requiro, quàm vt intelligam, an tibi placeat, omiſſis interrogationibus, lecta tantũ oratione mea, contra eam argumentari. Nã ſi hoc nõ lubet, tibi libenter obtemperabo. Quæ autem de Chariſio ſeſſione proxima protuli, breuibus repetam. Chariſius catholicam ſuæ fidei declarationem literis traditam, tertiæ ſynodo dedit: deinde Neſtorianum ſymbolum recitatum, ipſa ſynodus reprobauit, Chariſij verò declarationem minimè. Quam item dubio procul antiquaſſet, ſi is Chariſius declarandi facultatem nõ habuiſſet, vtpotè quæ cum ſymbolo Nicęno in verbis paucis conueniret. Ita memini me dixiſſe, niſi aliter tibi videtur.

MAR. ¶Fateor, ampliſſime pater, expoſitionem Chariſij ſecundum ſenſum fuiſſe catholicã, ſecundùm autem verba minimè. Multùm enim fuerat à Nicęni ſymboli verbis diuerſa. Propterea credendum eſt, expoſitionem ipſam non vt catholicam, verùm tanquàm à fide catholica dependentem, Chariſio priuatim ac ſigillatim ab ipſa ſynodo probatã fuiſſe: itáne res ſe habet, an non?

IVL. Cardin. ¶Tibi quidem pater reuerende, concedo, ipſam Chariſij declarationem ſecũdum intelligentiam fuiſſe catholicam, vel à fide catholica (vt aſſeris) dependentem, licèt in verbis à ſymbolo Nicęno plurimùm differret. Eam autem ipſe catholicam fidẽ appello, quæ vera ſit. Sed quoniam in hoc conuenimus, ipſius videlicet Chariſij declarationem catholicæ fidei congruam fuiſſe, necnõ ab ipſa dependentem, idcircò vlteriùs ex te quæro, vtrùm eiuſmodi declaratio ab eadem ſynodo ſuſcepta fuerit, nécne.

MAR. ¶Vt propriam & particularem, Chariſij expoſitionem ſuſceptam fuiſſe concedimus: non autem, vt ea in vniuerſum celebraretur.

¶Immò

IVL. Cardin. ¶ Immò quoniam vera declaratio fuerat, idcirco eam ſynodus ipſa ſuſcepit.

MAR. Satis de interrogationibus, amp. patres, & ad argumentum ipſum veniamus. Chariſius tribus de cauſis Neſtorianos in ſynodo incuſauerat. Prima, quòd hi ſuum hæreticũ ſymbolum, veluti communem ac veram doctrinam, hæreticos ad veram religionem reuertentes docebant. Quod quidem facinus ad Nicęnæ ſynodi ac eius ſymboli iniuriam committebant. Altera, quòd falſa multa impiaq́ue dogmata prędicabant, ob idq́ue fidẽ ipſorum Chariſius infidelitatẽ potiùs, quã fidem, appellandam cẽſebat. Poſtrema, quia videbat ſeipſum ab his tanquam hæreticum odio haberi ac perſequi, fidemq́; ſuam impiam reputari, propterea operęprecium eſſe ſibi putauit, quid de fide ſentiret, exponere, vt oſtenderet ſeſe cum Nicęnis patribus idẽ ſapere. Qui quidem benè feciſſe videtur, vt ab hęreticis prouocatus, in eorum impia dogmata inueheretur, cùm præſertim non fuerit interdictum, ne cuius liceret ſuam fidem exponere, ac vt viſum ſibi fuerit declarare, non ita tamen, ut cõmuniter à cunctis Chriſtianis celebraretur: uerùm, ut quid quiſque de fide ſentiret, oſtenderet. Cuius igitur (ut prædictum eſt) ſuam fidem licebat exponere, præſertim Chariſio, cùm interdictum illud nõdum fuerit editum. Ideoque plurimi Eccleſiarum antiſtites varijs tẽporibus ſuã declarãtes fidẽ diuerſis vocabulis vſi fuere.

Quemadmodùm, vt tu pater ampliſſ. protuliſti, beatus Agathon fecit. Qui cùm fidem ſuam vnà cum ſuis præſulibus expoſuiſſent, eam ad ſextam ſynodum miſit. Beatus item Sophronius ante ipſum Agathonẽ ad Hieroſolymitanum patriarchatum promotus, quid de fide ſentiret, ad Conſtantinopolitanum antiſtitem ſcripſerat: cuius deinde literæ in eadem ſexta ſynodo recitatæ fuere. Vndè vſu venit, vt omnes communiter præſules ſuæ profeſſionis expoſitionem literis tradentes, quas ſynodicas appellare ſolebant eas, inter ſe darent. Vt nunc vſque patriarchæ tres faciunt, qui ad patriarchatum promoti, ſtatim ſuis literis Conſtantinopolitanum certiorem reddere ſolent, quid quiſque ipſorum de noſtra religione ſentiat, ita vt, quod ab illis fidei naſcentis temporibus cœperat, nunc vſque vigeat. Ipſius ergo Chariſij expoſitio non fuit à ſynodo antiquata, quòd non ita literis mandata fuerit, vt à poſteriorib⁹ pro ſymbolo in vniuerſum celebraretur, verùm (vt ſæpiſſimè dictum eſt) vt ex ipſa pia fides Chariſii patefieret: quod quidem declarandi genus nequaquam vetitum fuiſſe concedimus, niſi aliter ipſi creditis. Cur autem non ita ſit, ex vobis ſcire deſidero. Huic igitur quæſtioni (ſi lubet) reſpondeas.

IVL. Cardinalis. ¶ Tribus de cauſis inquis reuerende pater, ab ipſa ſynodo Neſtorianorum ſymbolum, non autem Chariſij, antiquatũ fuiſſe. Prima, quòd ipſum inſtar Nicęni ſymboli celebrandum ediderint. Altera, quòd in eo multa falſa dogmata ſcripta fuerint. Tertia, quòd ipſum Chariſiũ odio non mediocri proſequerentur, quòd ab eorum dogmate, vehementiſſimè abhorreret. At ego priuſquam vobis reſpondeam, nonnulla in medium proferam, quæ literis mãdata fuêre. Cùm quidam homines (inquit ipſa ſynodus) conſpiraſſent vt ſpreto Nicęno ſymbolo, vulgũ deciperent, falſum ſymbolum tradidere & reliqua. Non ergo alia de cauſa ſynodus Neſtorianum ſymbolum antiquaſſe videt, niſi quòd nefanda dogmata in eo continebantur. Siquidem igitur pium fuiſſet, ipſum ſynodus ſuſcepiſſet. Prima igitur cauſa, quam proferiis, cur ſymbolum illud reprobatum fuerit, falſa videtur. Alteram verò rationem cõcedimus: ſed tertia inconueniens nobis apparet, ita vt primã & tertiam, falſam eſſe putemus: Adduci em̃ ad credendum non poſſum, Neſtorianum ſymbolum ex eo reprobatum fuiſſe, quòd Neſtoriani Chariſium inſectabantur, acſi ſcilicet id ſynodus valdè curaſſe: ſed potiùs putare debemus, ſynodum ipſam plurimùm curaſſe, ne falſa dogmata in verò ſymbolo ſcriberentur. Hîc autem, pater reuerende, dixiſti, ſynodum ipſam nunquam prohibuiſſe, ne cui liceret priuatas expoſitiones literis dare, dummodò à vera fide aliena nõ ſint, quemadmodum Agathon, Sophroniuſq́ue fecere, qui quid de fide ſentirent, impunè literis tradidere. Ipſe verò quæro ex te, an is Agathon & Sophronius in explananda fide ſua, quicquam in interdictum ipſum commiſerint.

Minimè. Non enim addiderant ſymbolo, Et quoniam de religione ſua priuatim conſcripſerint, idcircò interdicto Epheſino nõ ſubiacent. Diximus enim ſuprà, neminem vetitum eſſe ne fidem explicet ſuam: quandoquidem tantùm fuerat interdictũ, vt nemo propriam expoſitionem pro ſymbolo celebrari velit, aut ſymbolo quippiã addat. MAR.

Gaudio te credere, reuerende pater, Agathonẽ & Sophronium ac Chariſium in ſua fide dilucidanda interdictum ipſum neutiquàm fuiſſe præuaricatos: nunc ad id, quod ea me quæſiuiſti, libenter reſpondeo, Chariſium ſuum ſymbolum, quod verum ac catholicæ fidei congruum fuiſſe creditur, non ita tradidiſſe poſteritati, vt id eccleſia communiter celebraret, (Non enim ad cũ ſpectabat, populum docere, aut cõmunis fidei normam prodere) verùm vt ſuum tantùm dogma manifeſtaret. Mihi autem ſatis eſt, fuiſſe probatum, Chariſium ipſum nil in interdictum illud commiſiſſe. Vnde ſequitur, neque catholicæ eccleſiæ, neque rectori eius, docendi populi facultatem habenti, ab vniuerſali eccleſia fuiſſe vetitum, ne ſibi liceat ſymbolo quippiam addere. IVL. Car.

Ex tua

MAR. Ex tua oratione, pater amp. id tantùm habetur, idcirco Chariſium condemnatum à ſynodo non fuiſſe, quòd nil dignum pęna cómiſerit: nequaquàm tamen ex eo conſequi, Epheſinum concilium mutandi ſymboli facultatem volentibus permiſiſſe, quòd Chariſij ſymbolum neutiquàm antiquauerat. Tuum igitur argumentum deſtructum eſſe videtur. Verùm autem Eccleſia catholica ea ſit prædita facultate, vt commune ſymbolum immutare, transformareq́ue valeat, néc ne, in poſterum ſuo loco (fauente Deo) conſiderabimus. Nunc autem ex te ſcire velim, an quod Chariſio facere non licuerit, id Neſtorianis, ſi de fide benè ſenſiſſent, facere licuiſſet. Nam paulò ſuprà mihi viſus es protuliſſe, ſi hi fuiſſent catholici, ipſis etiam fas fuiſſe, Niceno poſtpoſito ſymbolo, aliud eius loco in baptiſmata tradere.

IVL. Cardinalis. Duo mihi dixiſſe videbis, pater reuerende, quorum primum prætermittendum nó eſt, immutandi ſymboli facultatem Epheſino interdicto cuiuis hominum fuiſſe vetitá eodem tamen interdicto nequaquàm fuiſſe prohibitum, ne cui liceret profeſſionem ſuá literis tradere.

MAR. Dummodò vera ſit, communeq́ue ſymbolum non tranſmutat.

IVL. Car. ¶ Sufficit nobis, probamus eſſe ſynodum Epheſinam nequaquàm interdixiſſe, ne cui ſuam fidem verbis a ſymbolo diuerſis declarare liceret. Sed anteà quàm ad reſpondendú his veniamus, hæc ipſius ſynodi verba accuratiùs perpendamus. Nemini fidem (inquit) aliam proferre aut conſcribere liceat, & reliqua. Quæ quidé ita videris exponere, vt verbis aliis quiſquam ſymbolum explanare nó valeat, etiam ſi laicus, nédú ſi clericus, fuerit. Vndè profectò maxima dictorum tuorum inter ſe repugnantia ſequitur. Nam ex vna parte concedis, quemuis ſuam fidem quibuſuis verbis exponere poſſe: ex alia verò videtur interdictum illud ad laicos vſque protendi. Quòd ideo tibi quidem incómodum accidit, quòd ipſa verba ponis ad aliam ſimpliciter fidem referri. Quæ ſi credideris (vt ego expoſui) fidem tantùm religionis noſtrę cótrariam ſignificare, nullum prorſus incommodum incurriſses. Præterea non ita ſynodus iuſſit, liceat nemini vel publicè, vel priuatim, vel ſimul, vel diſiunctim addere, ſeu proferre: vt verú ſimpliciter ac in vniuerſum interdixit, & vt nemini liceat, & reliqua. Patet etiam ex eiuſdem ſynodi proœmio, interdictum, illud non niſi ad oppoſitam fidé referri. Cùm patres (inquit) conueniſsent, ſymbolum Nicęnum perlegerunt, vt ſermones extraneos cum eo cóferrent, quiq́ue ipſi ſymbolo conſonarent, eos ſuſciperent, oppoſitos verò reiicerent. Decretum igitur ſynodi verbis his reſpondere debet, vt verba, quę fidei noſtræ conuenirent, ea tantum ſuſciperentur, cótraria verò reiicerentur. Per aliá ergo fidem, tantùm cótrariam pugnantemq́ue ipſa ſynodus intellexerat. De his ergo me, velim interroges, an ipſa poſſim oſtédere. Verú ne videar tuis quæſtionibus reſpódere nolle, ipſis modò libentiſſimè reſpondebó. Chariſium (inquis) idcirco fuiſſe laude affectum à ſynodo, quòd non habens facultaté aliud ſymbolum cóponendi, nequaquàm aliud cópoſuerat. Qua quidé ratione meum argumentum credis fuiſſe deſtructú, dicens Neſtorianos propterea fuiſſe damnatos, quòd aliud ſymbolum celebrandum ediderint. Nam ſi verum ipſum quoq; fuiſſet, hi nunquam à ſynodo fuiſſent damnati. Cui equidem ſententiæ acquieſco, vt ſi Neſtorianum ſymbolum fuiſſet catholicú, ipſum etiam inſtar Chariſij, Agathonis, atq; Sophronij ſymbolorum, ſuſceptum fuiſset, Sed quoniam cótraria dogmata continebat, ideo fuit antiquatum.

MAR. Neſtorianum ſymbolum, pater amp. longè alia ratione fuerat editum, quàm Chariſij, Agathonis, atque Sophronij ſymbola. Illud nanq; his, qui ab hæreſi ad fidé reuertebantur, pro Nicęno ſymbolo tanquàm cóis doctrina, traditum fuerat: hæc verò non ita, vt per ipſa baptiſma celebraretur, poſteritati fuere prodita. Vndè non ſequitur, vt vna omnium eademq; ratio ſit. Nam illud, etiá ſi catholicum fuiſset, meritò tamen ſynodus adhuc ipſum antiquaſset: hæc auté cum nó pro ſymbolis cómuniter celebrádis, verùm vt expoſitiones atque ſentétiæ propriæ, ſcripturæ relictæ fuerint, idcirco reprobata nó ſunt. Patet igitur falſum eſse, quod profiteris, Neſtorianos (ſcilicet) immutandi ſymboli facultaté habuiſse, ſi rectè de fide ſenſiſent, necnon Chariſium, ac cæteros Nicęnum ſymbolum neutiquàm tetigiſse.

IVL. Car. Sanè mihi videris, R.P. oppoſitum veritatis proferre. Nam ipſe Chariſius in ſuę fidei expoſitione vel ſymbolo, Nicęnú ſimul & Conſtantinopolitanum mutauerat, dicés: Et in Spiritum ſanctum paracletum, ſpiritú veritatis, cóſubſtantialem patri & filio: q̃ quidé verba in ipſis ſymbolis nó leguntur. Porrò quoniá in tuis ſermonis exordio ꝓtuliſti, argumentum illud conceſsum nobis putatum iri, cui non fuiſset reſponſum: ideo non ſimul omnibus, verùm ſingulis repetitis, ad omnia reſpondebo. Dico igitur, idq; profiteor, quòd nulla inter Neſtorianorum atq; Chariſij, ac Sophronij, Theraſijq́; ſymbola differentia fuiſset, ſi Neſtorianum veritatem in ſe contineret. Tu autem pater reuerende, non deberes legem ipſam exponere aliter quàm poſset intelligi. Ná (vt ſæpiſſimè dictum eſt) idcirco ſynodus Neſtorianum ſymbolum antiquauerat, quòd in ſe multa dogmata nefanda concluderet. Hanc ergo perpende ſententiá. Nam equidem interdictum fuiſse puto, ne cui homini priuato liceret, eccleſiæ catholicæ celebrandum

qoip-

quippiam tradere, quod aliā (hoc eſt, oppoſitam) fidem ſignificaret. Ne autem eidē Eccleſiæ ab homine priuato verom ſymboluto ita traderetur, vt ipſo cuncti Chriſticolę vterentur, non ipſo codē interdicto, verùm alia ratione, fuiſſe vetitum cenſeo. Quando quidem minimè conueoiret, vt Eccleſia mortalibus obediret, qui nullā ab ea facultatē haberēt, cùm pſertim oībus in reb⁹ diuinis, particulares Eccleſiæ cōmunem ſectari debeāt.

MAR. Eadem ipſa mihi videris reperere, atq; in eiſdem amp. P. verſari, ſcilicet catholicā Ecceleſiam ea facultate præditā eſſe, vt ſymbolum immutare, ac ipſum particularibus Eccleſijs celebrandum tradere valeat. Ad hoc autem nondum clariùs reſpondiſti, vtrùm ſi Neſtoriani benè de fide ſenſiſſent, ſuū ſymbolom iure ſuo prodere potuiſſeot, necne. Huic ergo quæſtioni (ſi lubet) apertiùs reſpondeas, vt tandem ipſam concludamus.

IVL. CAR. Satis mihi vide ad propoſitū reſpōdiſſe.

MAR. Ex requiro pater amp. vtrū Neſtorianis licuerit ſuum ſymbolum ita tradere celebrādum, vt homines ipſo in ſacro baptiſmate vterentur, an non? Nam Chariſij ac cęterorū fidei expoſitiones, non ſanè fuerant ſymbola, neqoe ſymbola nuncupata, neq; denique pro ſymbolis à ſynodo ita ſuſcepta, vt per ipſa baptiſma fieret.

IVL. Cardinalis. Fateor equidē nemini licere propriū ſymbolum ita proferre, vt cōmuniter in Eccleſia celebretur. Neſtorianos autem ipſo potuiſſe ſymbolū verū exponere, ac ipſo vti, idemque proferre ac ſapere, nō eo inficias. Sic autem protuli, etiā ſi ſymbolū ipſorū, Nicęnū ſymbolū oppugnaret, me falſum dixiſſe cōfiteor. Teneo tamē memoria me tantummodò ꝓtuliſſe, fas ipſis fuiſſe ſymbolū verū ꝓferre.

MAR. Neſtoriani ſuum ſymbolum cōmuniter celebrandom tradiderāt, volentes, vt qui ad fidem reuerterentur ab hæreſi, Nicęno poſtpoſito ſymbolo, illo tantùm baptizarentur. Num igitur ipſis id agere licuiſſet, ſi ſymbolom ipſum fuiſſet catholicum?

IVL. CAR. Etſi prolixè clareque mihi videor reſpondiſſe, tamen vt tibi pro viribus ſatisfaciam, repeto, Neſtorianos proculdubiò potuiſſe ſymbolom ſuum proferre, dummodò verū fuiſſet: eodem tamen cōmoniter in Eccleſijs vti, nequaquàm ipſis licuiſſe.

MAR. Id eſt, pater amp. quod equidem volebam concludere, non alia videlicet de cauſa Neſtorianos fuiſſe damnatos, qoàm quòd ſuum ſymbolum pro cōmuni doctrina Nicęni ſymboli loco celebrandom tradiderint: quod tamen quoniam videbantur ſoo iure facere potuiſſe, ꝙ nondum interdictum illud editum fuerat, idcirco ſynodus Epheſina legem (vt ſuprà dictum eſt) promulgauit, vt in futurū neque Neſtoriani, neq; quiſquam cæterorum mortalium facultatem, vel (vt meliùs dicā) licentiam ipſam haberet. Quam quidem conſtat plurimorum falſorum dogmatum cauſam fuiſſe, ita vt auſim dicere, vt ſynodus ipſa nunqoàm interdictum eiuſmodi edidiſſet, ſi Neſtoriani licentiam ipſam non habuiſſent, qua quidem nefanda dogmata ſeminarent. Sed prudentiſſima ſynodos incommoda futura proſpiciens, in vniuerſum prohibuit, ne cui liceret, aliam à Nicęnorum patrum fide docere, non inſcia (vt ſæpenomerò dictū eſt) immutandi ſymboli licentiam, falſorum dogmatum cauſam fuiſſe, foreque. Pater etiam ex ipſius ſynodi ſomma facultate, qua prædita fuerat, ſuæ mentis fuiſſe, vt aliam fidei expoſitionem ac ſymbolum nemo auderet componere. Quam quidem concluſiooem tuis ex dictis, vt quoddam conſequens, vel (vt ita dixerim) corollarium expreſſimus, niſi aliter tibi videtur, quod velim ex te cognoſcere. Tibine magis, R. P. an Epheſinæ diffinitioni credendum eſt? IVL. CAR.

MAR. Nos ſanè ſynodo tribuimus plurimùm, cumque quicquam vocamus in dubium, decretis ac expoſitoribus eius magis concedimus, qoàm nobiſipſis indulgeamus. Porrò autem B. Cyrillos ad Ioannem & Acacium Melitineñ. ſcribens, definitionem ipſam explanat, lucidioremque reddit. Eiuſdē ergo Cyrilli expoſitionem diligenter conſideremus, ac ipſum in omnibus imitemur: qoo quidem melior interpres inueniri poterit nemo, niſi tu * ita ſentias. fo. *ita nō

IVL. CAR. Idcirco eqoidem ex te P. R. quæſiui, cui nos magis oporteat credere, quòd ipſa tertia ſynodus decreti ſui reddidit rationem, dicēs quoniam Neſtorianom ſymbolum peruerſa contrariaque dogmata continebat.

MAR. Nequaquam res ſic ſeſe habuit, vt cauſa illa ſymbolum ipſum fuerit antiquatum.

IVL. CAR. Sancta tertia ſynodus P. amp. Neſtorii expoſitionem, hoc eſt, dogmata nefanda damnauit: qood item ex verbis Chariſii apparet, q cùm incuſaret Neſtorianos, ita ꝓtulit: [Hi Nicęno ſymbolo ſpreto, infidelitatis ſymbolum protulerūt.] Prætereà Cyrilli Neſtoriano ſymbolo ac literis in ſynodo recitatis, eam interrogauit, an ipſi vera viderentur ea quæ in his ſcripta eſſent. Quam quidem ſynodum reſpondiſſe conſtat, ea omnia falſa eſſe, ipſaque proptereà ſtatim reprobauit. Quòd autem Cyrillo R. P. idcirco magis credendum exiſtimes, quòd ſummi pontificis vicarius & legatus in eadem ſynodo fuerat, tibi ipſe aſſentior. Cuius qoidem literæ non ſolùm meam ſententiam nō impugnant, verumetiam ipſam mirum in modum confirmare videntor: quarum ſenſum ſi benè perpenderis, ſatìs tibi fuerit exploratum, ipſom per aliam fidem cootrariam tantùm intellexiſſe. Cuius quidem rei ex eo quoque potes capere rationem. nam is Cyrillus, literis ad Ioannem Antiochenum miſſis, quibos cuidam epiſtolæ Neſtorii reſpondebat multa reliquerat, quæ in Nicæno ſymbolo non expreſſè leguntur. Quæ quidem tamen, quandoquidem

doquidem

doquidem à veritate non fuerant aliena, idcirco dixiſſe creditur, NIL ADDIMVS NEQVE AVFERIMVS. Ergo quo minùs ex literis nequaquàm percipere poſſimus, hoc eſſe puto, vt cùm ſymboli vera ſeruatur intelligentia, tum neque additio, neq; ablatio fieri cenſeatur. Literæ autem ipſius Cyrilli ad Acaciũ ſcriptæ, nõ ſolùm nõ cõtra nos ſunt, ſed etiã à nobis eſſe videntur: qñquidẽ ex his patet, quonã modu intelligi debeat illud, addere nõ licere: ita vt quicq̃ exponit atq; declarat, nõ noui quicquã apponere, verùm idem ipſum dilucidare, clariusq; reddere ceſeat.

MAR. Num Cyrillus non prohibuerat, ne verbis extraneis declarationes eiuſmodi fierent?

IVL. Car. Qui expoſitionem eiuſcemodi fecerit, is nil ſanè noui protulerit, neq; propterea cenſeretur diuinum ſymbolũ immutaſſe, verùm quæ clara fuiſſent, illuſtriora magisq; perceptibilia reddidiſſe. Quod aliud argumẽtum hoc, obſecro, fortius poterit excogitari? Quod cùm proximè, loquente Nicæno præſule, quærens inuenire nequaquam potuerim, id deinde mihi, ne me falſum eſſe putaretis, diligenter inueſtiganti occurrit: quo proculdubiò noſtra controuerſia ſoluitur. Nam Cyrillus ipſe literis ad quendam Neſtorii auditorem ſcriptis, quę quidem ſic incipiebant, [Res quidem:] declarationẽ hanc, de qua agimus, additionem non eſſe demonſtrat. Quibus quidem literis in ſynodo recitatis, Cyrillus ipſam interrogauit.

MAR. De quib⁹ (obſecro) Cyrilli literis mẽtionẽ facis?

IVL. Car. De his, quas contra Neſtorium ſcripſerat, Synodum (inquam) Cyrillus interrogauit, an Nicænæ ſynodo conſonantes eſſent. Frequens autem ſynodus reſpondit, eas quammaximè congruas eſſe, quòd his veritas magis pateat, quodq; à ſymbolo Nicæno paucis ac obſcurè contineretur, id prolixius atq; clarius redditum ſit. Vndè ſynodus ipſa concluſit, Cyrillum ipſum eadem cum ſynodo Nicæna ſentire, ac eundem nil prorſus innouaſſe. Si quidẽ igitur Cyrilli verba fidẽ aliã, hoc eſt, Nicæni ſymboli contrariam, ſignificaſſent, is proculdubiò legis tranſgreſſor præuaricatorque fuiſſet. Sed quoniã authoritati Cyrilli vehementer innitimur, idcirco expoſitionem eius in medium proferamus, quam de ſymbolo fecerat, qua quidem cognoſcere poſſimus, quid illa ſynodus cum interdicto ſuo voluerit. Sancta[ſynod⁹ (inquit) Epheſi (Deo annuẽte) celebrata, ſanctam in Neſtorium ac eos, qui vana cum ipſo ſentirent, vel in futurum ſenſerint, & in eos qui vanitates eiuſmodi proferre aut literis mandare fuerint auſi, ſententiam promulgauit, pariterq; damnauit.] Ex literis his ampl. P. clariſſimè patet, cur Neſtorius ac eius ſecta condemnata fuerit: & illud, fidem aliam, contrariã fidẽ ſignificare, quemadmodùm Neſtorij fides fuerat: & ideo Neſtorianum ſymbolum antiquatum fuiſſe, quòd talia dogmata contineret, qualia Neſtorius ipſe videbatur ſentire. Quam quidem ſententiam, licèt tuæ contraria ſit, tu tamen vir prudentia & ſapientia præditus, ex literis ipſis percipies, ſi eas diligenter inſpexeris: ex quibus quidem tibi fieret notum, Epheſinam ſynodum nil aliud, quàm fidem fidei veræ contrariam, vetuiſſe. Rogo igitur te atq; obſecro, pater reuerẽde, ne tot ac tantos authores ſermonibus ita friuolis, vt vel à pueris poſſint refelli, detineas. Verùm ſi vobis etiam, quẽadmodùm nobis videtur conducere, omiſſa huiuſmodi controuerſia, ad principem illam veniamus, de qua quidem longam orationem, non tamen alienã à ratione, ſperamus habere: ſin autem in hac eadem quæſtione adhuc malitis perſiſtere, per mẽſem, nedum per diem, tibi paratus ſum reſpondere; quamuis animi dolore afficiat, quòd tempus vanè conteritur.

MAR. Sermones noſtros neque inutiles, neque de paruis rebus habitos, neque deniq; tales, vt vel à pueris (vt dicis pater amp.) poſſint diſſolui, verùm valdè cõuenientes, ac ad propoſitũ pertinentes fuiſſe putamus; quandoquidẽ diuorum patrũ ſentẽtias expoſuimus, credentes, tametſi veſtrum eiuſmodi dogma verum fortitan fuerit, ipſum tamen diuino ſymbolo nequaquàm addendum eſſe. Conuenientiùs ergo, maioriq; veneratione dignũ, ac ipſius rei naturã conſequens eſſe videtur, vt omiſſa illa, de qua velles agere quæſtione, hanc priùs cõcludamus. Scias igitur velim, nos veritatis huius inueſtigationem nolle priùs relinquere, quam cõmuni ſententia ad concluſionem aliquã peruenerimus: quãdoquidẽ (vt ſuprà dictum eſt) nos aſſerimus, & ita ſentimus (prout oſtẽdere facilè poſſumus) dogma illud (de quo ſuo loco conſiderabimus) quãuis fuerit cognitũ verum eſſe, alibi tñ quàm in ſymbolo ſcribendum eſſe, quẽadmodùm concilia generalia feciſſe conſtat. Ab ipſo igitur ſymbolo dimouendũ eſſe cenſemus, vt cunctorum Chriſtianorum coniunctio fiat, qui ex ea cauſa iam diu diſſidet.

IVL. Cardinalis. Rebus omnibus pater reuerende, quibus humanum genus fruatur, tempus expetibilius eſt. Proptereaq; ſereniſſimus Imperator ſæpiſſimè protulit, id conterendum fruſtrà non eſſe. Quandoquidem ergo ſermonibus & ſcripturis ſatis de hac re egimus, vos que, qui ſapiẽtes ac magno ingenio præditi eſtis, iam agnouiſſe cenſemini, rei huiuſmodi veritatem & rationem non ampliùs in dubium vocari debere, idcirco ad aliam controuerſiã veniamus. Cur autem eiuſmodi quæſtionem in mediũ, pater reuerende, protuleris, handquaquã intelligo: niſi forſan id feceris, quod oratores egregii faciũt, quippe qui, cùm aliquam cauſam volũt agere, à facilioribus incipere ſoleant. Qua quidẽ ratione tu quoq; forſan adductus, ac nõ inſcius te magno certamine certaturum eſſe, priùs armatura leui nobiſcum agere voluiſti. At quoniã huiuſce

cauſæ

cauſæ veritatem perdiu inueſtigauimus, ita vt in pſentia luce clariùs pateat, tametſi ſemper vobis fuerit nota, veruntamen vt vobis fieret exploratum, quonam pacto Latini homines ea reſpondere ſcirent, ideo de nobis periculum facere voluiſtis) idcirco vos rogo, vt tandem ad maiorem illam quæſtionē veniamos. Nā ſi nobis (vt ſuprà diximus) demonſtrabitis, ſanctum ſpiritum ex filio nequaquā procedere, vobis ilico concedemus, id nulla ratione à Romana Eccleſia apponi ſymbolo potuiſſe. Sin autem illud non poteritis aſſequi, ſed eius oppoſitū vobis probabitur, nullā ampliùs inter nos controuerſiam fore cenſeo. Porrò autem per me nunquàm ſtabit, quo minùs quæſtionem illam, quoad vobis libuerit, proſequamur: dummodò diſputationis huiuſmodi auditores non tædeat. Nam equidem ad omnes quas propoſueris queſtiones, libentiſſimè reſpōdebo: ſed magis forſitan expediret, vt ſtatis diebus de principe illa quæſtione verba facturi cōueniremus. Interea vero extraordinariè congregati, hanc etiam quæſtionē tractaremus, niſi tu pater reuerende, mâlis in hac eadē materia verſando, ex me quicquā aliud quærere, qua in re tibi libentiſſimè reſpondebo: quandoquidem tecum veluti cū patre meo magna cū * declaratione diſſero. Sed antequàm de aliqua re me interroges, ad id quod ſæpenumerò repetiſti, interdictum videlicet nullum ante tertiam ſynodū fuiſſe, reſpondebo. De quo equidem longè aliter ſentio: ideo non abs re eſſet, vt vos, patres amp. hanc etiā ambiguitatem audiretis, de qua in ſermone, quem literis tradidi, nullam prorſus fecerā mentionē. Argumentū, cui mirū in modū inniti videmini, cur ſymbolo quicquam addi nō liceat, ex Cyrilli literis ſumitis, cuius tñ verba ſi iuxta mentē eius accuratiùs perpēderitis, nō de verborū additione, verùm de alia fide Cyrillū ipſum intellexiſſe videbitis. Porrò licèt concedamus vobis, eū noluiſſe ſymbolo quippiam apponi poſſe, id tñ nobis nequaquam videtur obſtare: quandoquidem ſcripturæ ſacræ fuerat innixus, in qua legitur ita: [Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui,] vtpotè qui non ex ſeſe, verùm Dei patris ſpiritu afflacti, loquerentur. Quoniā ergo non ſancti patres, verùm ſanctus ſpiritus loquebatur, ideo Cyrillo videbatur, nil addendū aut auferendū eſſe. Quæ quidē verba longè ante Chriſti aduentum, nedū ante tertiam ſynodū, fuerant prolata. Propterea B. Cęleſtinus hæc literis tradidit, [Quis vnquàm nō dignus anathemate fuerit iudicatus, qui fidei catholicæ quicquam addiderit, vel ab eadem ademerit?] Credere autē non debemus, literis Apoſtolicis quippiam additū, vel ab ipſis ablatū fuiſſe, quandoquidē noſtris ex legibus graui pęna mulctantur, qui literas eiuſmodi transformauerint. Quas quidē literas Cœleſtini, ante tertiam ſynodum fuiſſe conſtat, quibus tñ ipſe prohibuit, ne fidei catholicæ quippiā adderetur, vel ab ipſa auferretur. Duos igitur teſtes cōtra tuā ſententiā attuli: ſed quoniā in ore duorū vel triū ſtat omne verbū, idcirco tertiū quoq; producā. Septima nanq; ſynodus inquit: [Eccleſiæ catholicæ traditiones neq; diminutionē, neq; vllam acceſſionem ſuſcipere poſſunt. Magna igit. afficiendi ſunt pœna, qui quicquā abſtulerint, vel addiderint: ac execrandus eſt ille, qui negligit veritatē agnoſcere, ac antiquos patrū ſuorū terminos tranſgreditur.] Synodus ipſa eiſdem ſacræ ſcripturæ verbis innitens, inquit: Qui terminos antiquos, & reliqua: quod quidem his ſolet accidere, qui veritatē nō curant cognoſcere. Vnde ſequitur, eū terminorū eſſe tranſgreſſorē, qui fidē à ſuis patribus traditā, neutiq̄ amplexat. Ergo qui eā declarat, ſuorū patrum fines nequaq̄ egreditur, neq; quicquā ei vel addit, vel aufert, quādoquidē apud Cyrillū interdictū illud, tantùm in eos qui cōtra maiorū ſuorū decreta loquerētur, editū fuerat, ꝙ ſanctus Spiritus veritatis eſt ſpiritus: & qui eā profitetur, ipſam ēt excolere creditur, ac intra terminos eſt. Contrà, qui vanus & mēdax eſt, is proculdubiò ſancti Spiritus fines tranſgreditur, & patrū fidei quippiā addere, vel ab eadē auferre putatur. Igitur ex ſacra ſcriptura clariſſimè patet, vt qui veritatē agnoſcere nolit, is addere quicquā vel auferre credatur. Porrò, qm̄ ſæpiſſimè protuliſtis, prohibitionem ipſam à tertia ſynodo vel per eā à ſancto Spirito ꝓmulgatā fuiſſe, idcirco reuerende pater, ex te quæro, vtrùm nobis credendū ſit, Nicęnā ſynodū maiorū ſuorū terminos tranſgreſſam fuiſſe, an nō. Planè ſi credimus mutationem verborū, nedū intelligentiæ, fuiſſe prohibitā, neceſſe eſt vt credamus, Nicęnā quoq; ſynodū anathemate deuinctā eſſe, vtpotè quæ nonnulla verba (quemadmodū ſuperiùs dictum eſt) ab Apoſtolorum ſymbolo abſtulerit: necnon ſecundam ſynodū anathemate ſubiacere, q̄ poſt illā teſtamenti veteris prohibitionem, Nicæno ſymbolo verba multa addiderit. Sed qm̄ patres ij veritatē protulerant, idcirco eadem, nō autem aliena vel cōtraria, cū maioribus ſuis ſenſiſſe creduntur. Falſum eſt ergo ꝓferre poſteriores ſynodos vetitas fuiſſe, nè ſymbolo quicquam addere poſſent. Ampliùs in hoc Græco volumine, quod nobis Conſtantinopoli miſſum fuit, Nicænum & Cōſtantinopolitanū ſymbolū (prout vulgò celebratur) deſcripta ſunt: in alio verò libro, qui quingentorum annorū & vltra credit. eſſe, abſq; DE CAELIS, AC SECVNDVM SCRIPTVRAS, Conſtantinopolitanū ſymbolū legitur, licèt in alio libro, qui Lōgobardorum literis ſcriptus eſſe videtur, ſymbolum idem cū eiſdem verbis legatur. Volumen aūt veſtrū, in quo quarti

generalis

* delectatione

Deut. 19. a
Matt. 18. b

generalis concilij acta ſcripta ſunt, non niſi trecentorum annorum creditur eſſe. Vt igitur pater Epheſie, neutiquã in nos innehemini, licèt DEVM DE DEO, in noſtro volumine ſcriptũ ſit, cùm in veſtro nõ extet: ita quoq; nos icuſare nõ deberetis, quòd verbũ

MAR. vnũ addidimus ſymbolo. Ad omnia quę paulo ante dixiſti P. amp. reſpondendi tẽpus non eſt, quandoquidem longa indigent reſponſione. Quædã enim ex nobis quæſiuiſti, ſimulq; cõtendiſti, vt ea vobis concederemus: quod planè noſtræ non eſſet exiſtimationis,

locus obſcurus. quando poſſumus ad omnia reſpondere ac veritatem ipſam attingere. De his igitur, ac de hoc veſtro volumine ſuo loco dicemus. Quòd autem Romanam Eccleſiam ſummũque pontificem adſpiciens protuliſti, catholicam Eccleſiam ac eius principem commune ſymbolum reformare poſſe, idcirco totiès hæc à te repetita, præterire non poſſumus indiſcuſſa. De hac igitur quæſtione ſequenti ſeſſione, ſi vobis videbitur, diſputabimus, argumentaque plurima & fortiſſima pro noſtra cauſa afferemus. Sed quoniam vehemẽter ambigimus, ne ſermones huiuſmodi aures veſtras offendant: ideo, ſi vobis videbitur protuli.

IVL. Cardinalis. Inter alia capita, P. amp. in quibus Græci Latiniq; differunt, id eſt, quod de Romanæ Eccleſiæ facultate in dubium Græci vocant quoniam tamen nũc agimus, an ſanctus ſpiritus ex filioq; procedat, qui quidẽ fidei articulus eſt, idcirco nõ cõuenit has quęſtiones cõfundere. Proptereaq; te in oratione, quam ſcripturæ traditam vobis dedi, me de facultate Romanæ Eccleſiæ tunc nil eſſe dicturũ protuli, putans fuiſſe cõueniens, vt in aliud tẽpus differatur. Suo igitur loco P. R. in eiuſcemodi cõtrouerſia, vt decet liberũ hominem, quicqd volueris, in mediũ proferes, in quo ſanctiſſ. domino noſtro pontifici maximo nulla profectò fiet iniuria: quippe qui non alia de cauſa præſens eſt, niſi vt veritas illuſtretur. Cuius quidem ſummi pontificis, Eccleſiæq; Romanæ facultas, tũ ex Euangelio, tum etiã ex ſanctis Concilijs generalibus benignitate Dei pater clariſſimè. Si quidem igitur quæſtio, vtrum liceat addere ſymbolo, nécne, ab illa quæſtione longè aliena uidetur eſſe, ſanè non conuenit ambas has contemplationes ſimul (vt ſuprà dixi) confundere. Rogo igitur vos, atque obſecro, vt ad quęſtionem de ſancti ſpiritus proceſſione veniamus, quandoquidem ſi hac in re conuenerimus, mihi equidem perſuadeo fore facile, vt in cæteris quoque conueniamos. His dictis, ſeſſio fuit dimiſſa, & ad alium diem dilata. Elapſis verò nonnullis diebus, ſummus pontifex iuſſit, vt ad diem vigeſimumſeptimum menſis eiuſdem iterum conueniret.

Die Iouis vigeſimaſeptima Nouembris, Seſſio decimatertia Ferrariæ.

FRequenti ſynodo ducis Burgũdiæ oratores in ſeſſionẽ hanc introducti fuere, ex quibus quatuor præſules, & vnus diaconus, & duo equites fuerunt, qui ſalutato de more ſummo pontifice, Imperatore verò nequaquam, (nam patriarcha valetudine aduerſa detentus non aderat) conſedere, ſummoq́ue pontifici literas dedere. Quibus quidem Latinè recitatis, & à Græcis non intellectis, ſeſſio fuit dimiſſa. At Imperator ægrè tulit vehementiſſimè, quod non fuerit ſalutatus, aſſerens ſe magna iniuria fuiſſe affectum: & niſi ſequenti ſeſſione ab oratoribus ipſis pro ſua dignitate ſalutaretur, ſe nunquàm ampliùs in ſeſſionem venturum, quinimmò fore, vt ſynodus dimitteretur. Patriarcha verò tametſi plurimum ægrotaret, tamen per nũcios egit, ut ſummi pontificis nuncij Imperatorem rogarent, vt à ſynodi celebratione nequaquàm deſiſteret, promittentes ei, ut ab oratoribus ipſis ſeſſione ſequenti imperatorio more ſalutaretur. Quapropter ipſo conſentiente, ſummus pontifex iuſſit, ut ad diẽ quartam menſis Decembris ſeſſio conuocaretur.

Die Iouis quarta menſis Decembris, ſeſſio decimaquarta Ferrariæ.

HAc frequenti ſeſſione, abſente tamen patriarcha, Imperatorem ipſi legati ſalutauere, non ita ut ipſum deceret. Id tamen æquo animo tulit, ac iuſſit, ut diſſertores electi negocium proſequerentur. Epheſius autem uolens cardinali reſpõdere, dixit ſe uelle breuibus, ac per Sic & Nõ, diſputare, quãdoquidem Latini uidebantur ei prolixis orationibus uti, ut eloquentiſſimi uiderentur. Deinde de Chariſio protulit, exemplum illud ad Latinos nõ pertinere. Quibus & alijs ab Epheſio dictis, Iulianus cardinalis uir ſummo ingenio memoriaq; profunda præditus, ita prolixè reſpondit, ut dicendo dies ipſum defecerit: & ſeſſio fuit dimiſſa, decreto, ut triduo pòſt conueniens.

Die Lunæ decimaoctaua menſis Decẽbris, ſeſſio 15. Ferrariæ.

EPheſius Imperatoris iuſſu longam orationem habuit, uolens oſtendere, ne ſyllabam quidem addere ſymbolo licere. Quæ quidem oratio ita vagata eſt, vt omnes ſibi facilè ſuaderent, ei neminem reſponſurum eſſe. At Iulianus eloquẽtiſſimus, qui loquente Epheſio, ne uerbum quidem protulerat, orationẽ eius ordine ſummo memoriterque repetit, ac in duas de triginta partes diſtribuit, uolens partim philoſophando, partim ſacram ſcripturam citando, ac dialecticis argomentorum locis utẽdo probare, Latinos minimè peccauiſſe, quãuis addiderint ſymbolo. Contrà Epheſius magno affectus deſiderio, quæſtionem eiuſmodi ad extremum

tandem perducere, ac clariùs demonſtrare, nullam verborum acceſſionē ad ſymbolum fieri licuiſſe, Iuliani ſermonem in octo partes diuiſit. Et in prima quidē probauit, Charalij ſymbolum haudquaquàm fuiſſe commune, in altera verò de Neſtorij ſymbolo mentionem nullam fieri debuiſſe: nā in tertia pœnarum vim in interdicto cōtentarum oſtendit, in quarta verò pœnas ipſas ſingulariter, non autem communiter in delinquentes editas fuiſſe demonſtrauit. Nam in tribus ſequentibus partibus Cyrilli literas & Agathonis expoſuit, ac probauit, quidnam ipſi docuerint. In extrema denique parte additionem ipſam abſque ſynodo nequaquam fieri potuiſſe docuit, in hunc poſtremò modum perorauit:

MAR. Symbolum illud, præſtantiſſimi patres, quod vt optimum depoſitum à patribus noſtris in noſtra Imperatrice ciuitate ſuſcepiſtis, à vobis tale repetimus, quale vobis fuerat traditum. Nonne quisq; depoſitum ſibi creditū reddere tenetur? Patrium igitur depoſitum nobis (vt dictū eſt) reſtituite. Quod quia perfectum eſt, idcirco diminutione vel additione non indiget. Qui quidem patres noſtri eos reprobauere proculdubiò, qui cōtra ſymbolū ipſum quicquam innouaſſent: alios verò pęna grauiſſima affecere, qui aliud ſymbolum feciſſent. Quòd ſi unius ſolę dictionis additio parum refert, ac parua de ea ratio debet haberi: ablata igitur, parum uel nihil prorſus nocebit, immo certè plurimū prodeſſet: nam ea ratione cūcti Chriſticolæ dubio procul coniungerentur. Contrà magnum ac indignum facinus eſſet, ſi talis additio toleretur, ob idq; magna ratio de hac re debet haberi. Nō igitur ipſi peccamus, qui rem hanc plurimi facimus. Ampliùs, ſi talis additio imprudēter fuerat facta, nunc quoq; prudentiùs nobis conſuleretur, ſi ipſam auferetis: ſic enim amicos uobis coniunctiſſimos faceretis, qui veſtrā mutuam amicitiam magnifacerēt & excolerent. Vos igitur, ô patres & fratres ac reuerendi dñi noſtri, vt ſæpenumerò fecimus, ita etiam nunc per uiſcera Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui nos peccatores ac perditos mortales dilexit, & animam ſuam pro nobis dedit, rogamus, ac obſecramus, ut pacem optimā & ſummam inter nos, ſanctosq; patres noſtros coniunctionem faciamus, qua quidem tum fuimus coniuncti, cùm idem omnes volebamus ac ſentiebamus, & nullum inter nos diſſidiū erat. Coniungamur obſecro tanquā fratres. Veneremur maiores noſtros, definitionibus ac decretis ipſorum honorem plurimum habeamus, eorundem minas & pœnas uereamur. Ipſorum denique traditiones ſeruemus, cuſtodiam*, excolamus, vt vno corde ac ore, patris & filij ſanctiq; ſpiritus nomen digniſſimum celebremus, glorificemus nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen.

IVL. Car. Iulianus autem cardinalis ampliſſimus, à diſputatione nolens deſiſtere, ſentētiam ſuā vehementiſſimè defendens, poſt multa protulit, pro ſingulis decem argumentis, quæ ſibi fuiſſent propoſita, ſe decem millia redditurum. Deficiēte autem die, ſeſſio fuit dimiſſa. Tum Græci tam præſules, quàm cæteri omnes tædio affecti, de ſuo in patriam reditu, infecta re, cogitare cœperunt, dicentes: In vanum tempus conterimus, quandoquidem nec à Latinis nos, nec à nobis ipſi ſuaderi poſſent. At Imperator magnanimus animos ipſorum cunctando reſtituit. Porrò volentibus Græcis diſputationi facere modum, Latini mirum in modum incumbebant, vt in ſeſſionibus de ipſo dogmate ageretur, aſſerentes de quæſtione prima iam ſatis dictū fuiſſe, ac ſe nolle ampliùs quęrere, cur illud, EX FILIOQVE, ſymbolo fuerit additum. Nam cùm fieri non poſſit, vt quod iam factum probatumq; fuerit, priùs tollat, quàm oſtendatur à Græcis impium eſſe: operępretium eſſe dicebāt, vt in poſterū de ipſo dogmate agerent: quod quidem ſi impium eſſe conſtaret, ilico tolleretur: ſin autem receptū eſſet, minimè ſe eſſe incuſandos. Hęc Iulianus doctiſſimus. Contrà uerò dicebat Epheſius: Tollatur à ſymbolo, proprioque termino circumſcribatur, quemadmodùm de multis verbis conſtat factum fuiſſe. At Iulianus vehementiùs inſtās, dicebat: Inquiratur (pater) veritas, inquiratur, & ſi verbum illud impium eſſe dignoſceretur, neque in ſymbolo ſtabit, neq; in alio loco (vt dicis) circunſcribetur: impia enim nulla ratione pferri debent, pia verò quouis in loco nedum in ſymbolo, ſtare poſſunt. Interea Imperator ęgrotauit, ſimulq; Patriarcha aduerſa valetudine iam pridèm domi tenebat. Poſt autem dies 16. vix potuit Imperatoris domū lectica uenire quo biduo pòſt Gręci quoque præſules conuenere. Ad quos Imperator fuit ita loquutus:

IMP. Noſtra relicta patria, patres optimi, pro Eccleſiarum coniunctione non ſine magno periculo huc frequentes conuenimus: & vos quidem antiſtites pro veſtrarum Eccleſiarū ſecuritate, Laici verò tum pro veſtra pia religione, tum etiam pro poſteris veſtris ſoliciti eſtis, ob idq; onus hoc libēter ſubijſtis. Ego autem ſolùm, vt à Deo gratiam conſequar, id quod etiam ad vos pertinet, vehemēter laboro, quippe qui filios vel hæredes non habens, nec dignitate maiore affici cupiens, pro generis noſtri ſalute plura quàm cæteri (vt videtis) onera ſuſtineo. Operępretiū igitur eſt multis de cauſis, præſertim vt cum Latinis coniuncti, noſtram in patriam, magno affecti honore, potiùs quàm dedecore, hinc diſiuncti proficiſcamur: operæpretium (inquam) eſt, vt ſummo ſtudio in vnionem Eccleſiarum incumbamus.

¶ Quo quidem ſermone audito, Græci

quanam

quanam ratione de dogmate ipſo agendum eſſet, inter ipſos locuti ſunt. Tandem viſum eſt ipſis, vt duodecim præſules ex ſuis ſeligerent, qui cum totidem Latinis de ſancti ſpiritus proceſſione priuatim diſſererēt: quodq; benignitate Dei ab ipſis probatum eſſet, id omnes ſuſciperent. Nolebant enim cū Latinis oratione perpetua publicè contendere.

Dū autem hæc agerētur, à ſummo pontifice Græcis fuit nunciatum, ob peſtem ſynodum eſſe Florentiam transferendam. Quod etſi quammaximè Græcorum conuentum turbaſſet, poſt multas tamen altercationes, quas quidem ſilentio præterij, quòd ad rem neutiquàm pertinerent, videntes Imperatori ac patriarchæ non nimiū diſplicere ſynodum ipſam transferri, ſummi pontificis voluntati his conditionibus acquieuerunt, vt ſummus pontifex menſium octo ſubſidium Conſtantinopolim mitteret: ipſis autē Græcis, & quinque menſium victum & cōmeatum Florentiam vſque tribueret, ac pro his omnibus (vt vulgò dicitur) bancum ibidèm aſſignaret, necnon vltra Florentiam nequaquàm proficiſcerētur, verū ibidèm ſynodus quatuor menſium ſpatio terminaretur, ac Græcis omnibus eſset facultas illinc, cùm ſibi viſum fuerit, diſcedendi. Quibus quidē conditionibus à ſummo pontifice pro eius pietate accepiſtis, in cathedrali eccleſia extrema ſeſſio Ferrariæ celebrata fuit. In qua quidem nil aliud factū eſt; niſi vt ſummo pontificis decretum de transferenda Florentiam ſynodo recitatū fuerit. Non autem conſtat, in quo die talis ſeſſio celebrata fuerit, cùm tantùm reperiatur, die vndecima menſis Ianuarij Græcos pecunias pro eorum cōmeatu, necnon nouendecim millia ducatorum pro Cōſtantinopolitano ſubſidio à ſummo pontifice accepiſse, die verò 16. ſummū pontificem Ferraria diſceſsiſse.

¶Seſſio 16. vltima Ferrariæ.

Decretū Summi Pōtificis de ſynodo trāsferenda.

FRequenti ſeſſione, patriarcha tantùm ob valetudinē eius abſente, Neapolitanus antiſtes Miſsam ſolenniter celebrauit. Qua quidē finita, litanijsq; decantatis, Gradenſis præſul Latinè, Mitylenen. aūt Græcè, conſentiente Imperatore, ſummi pontificis decretum omnibus cardinalibus & pſulibus pōtificaliter (vt moris eſt) indutis, ex ſuggeſtu recitauit. Cuius tenor hic fuit:

Eugenius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Generale cōciliū Ferrariæ cōuocatū fuerat. Quod quidē etſi noſtræ ſententiæ fuerit ibidèm cōtinere, terminareq;, tū ferueſcēte peſte, præſertim in hyeme, ex quo credēdum eſset in vere quoq; futurā eſse illod iuxta leges noſtras Ferraria Florentiā transferre volumus. Quæ quidē ciuitas libera & pacifica & aere ſaluberrimo eſt.

Poſt autem dies paucos ſummos pontifex unà cum cardinalibus præſulibusque Latinis, primus Florentiam proficiſcitur, qui cū equo inſidens egrederetur, Nicolaus Ferrariæ marchio, equi ſummi pontificis lora tenens, pedeſter vnà cum ſuo filio Ferraria exiuit. Poſtridiè autem patriarcha cum antiſtitibus Græcis ſecutus fuit. Cui Florentiam appropinquanti, cardinales duo ac triginta præſules obuiàm venere, honoreque magno in ciuitatem ipſam introduxere. Triduo verò pòſt Imperator etiam venit, qui à Florentinis pompa magna honorificentiſſimeque, vt Imperatorem deceret, ſuſceptus fuit. Nā Florentię rectores & domini, nobiliſſimo ac honorato quoque comitē ſe præbēte, pedeſtres ipſum ad portam ciuitatis in cōſpectu cardinaliū & pręſulum omnium exceperunt, ac domum deduxerunt. Tempus autem carniſpriui erat, in quo multa variaque ſpectacula prope domum eius Florentina reſpublica honorificentiſſimè celebrauit. Primo verò quadrageſimæ die Græci præſules ipſius Imperatoris iuſſu in domo eius congregati, ac interrogati, quidnam vellent agere, dixerunt ſe ad celebrādas ſeſſiones paratos eſse, tametſi magìs expediret, vt per ſelectos doctores priuatim, ne tumultus fieret, ageretur. Quod cùm ſummus pontifex intellexiſset, iuſsit vt ad diem vigeſimum ſextum Februarij menſis in ſuo palatio ſeſsio fieret, vbi frequenti ſeſſione ac ordine de more ſeruato, Iulianus cardinalis primus omnium ſermonem hunc habuit:

¶Anno Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo trigeſimonono, die Iouis vigeſimaſexta menſis Februarij ſeſſio prima, (ordine verò decimaſeptuma) Florentiæ celebrata fuit.

QVoniam Imperator mitiſſime ac vos ampliſsimi & pietiſsimi patres, de numero ſum illorum, qui ad diſſerendum vobiſcum electi fuerāt, idcirco mihi beatiſſ. ac ſummus pontifex iuſſit, vt hæc vobis pauca verba faciā. Breui ergo ac nuda vtar oratione, quandoquidem diuina res, de qua agit. opere magis quàm verbis indigere videtur. IVL. Car. Quamplurimi profectò ſermones vtraq; ex parte ſunt habiti, in quibus tēporis multùm contriuimus: nunc autem res in cardine eſt. nam ſereniſ. Imperator ſanctiſſimo domino noſtro nuperrimè nūciauit, operæprecium ſibi videri, vt paucis ac priuatim agamus, Ergo in Domini noſtri Ieſu Chriſti nomine rē ipſam aggrediamur. Porrò autem quoniam cùm de transferenda ſynodo Ferrariæ tractaremus, ſereniſſimus Imperator, necnon ſanctiſ. patriarcha magno affecti deſiderio uidebantur eſſe, vt inter nos coniunctio fieret, quod planè ſummo pontifici perplacebat: (valdè enim intereſt ſua, vt huiuſmodi controuerſia ad finem celerrimè perducatur: quod quidem fieri commodè non poſ-

ſet,niſi ſeſſiones ſæpiſſimè celebrentur) idcirco ſanctiſſimus ipſe pontifex vellet, (ſi lubet) vt vel ſingulis quibuſcunque diebus,vel ſaltem ſingula quaque hebdomada ſeſſiones ipſas frequentes celebremus, & quæuis ſeſſio nó minùs tribus horis continuis habeatur, etiam ſi sereniſſimus Imperator ac patriarcha ſanctiſſimus abſentes à ſeſſionibus ob valetudinem fuerint.

IMP. ¶Magis ampliſ.pater expediret,vt anteaquam ad diſſerendum conueniremus, aliquot ex noſtris ac veſtris doctoribus ſeligeremus,qui priuatim agerent,ac noſtræ coniunctionis modum inuenirent.Et ſi nil proficeréт,tum communiter in ſeſſionibus diſputaremus,quemadmodùm probi viri aliqua de re contendentes facere ſolét, qui cóſultis priùs amicis communibus,ſi ſuas controuerſias componere nequeant, ad iudices deueniunt. Non aliter igitur nobis faciendum eſſe putamus. Cui quidem ſententiæ ſummus pontifex acquieſcere videbatur, vt modus cõiunctionis priuatim inoeniretur. Iulianus autem cardinalis ita reſpondit:

IVL. Cardinalis. ¶Cùm patres ampliſſimi ſereniſ.Imperator primus ſententiam hîc & Ferrariæ dixerit,vt priuatim rem ageremus, idcirco ſummus pontifex adductus ſpe ſereniſſimum ipſum Imperatorem vnionis eiuſmodi modum poſſe faciliùs excogitare, credit ipſi q̄ maximè conuenire, vt is modũ ipſum inueniat, nobis patefaciat, vt ipſi quoque de eo paulíſper conſideremus.Credo equidem aſſequutum fuiſſe id,quod vobis promiſeram, me, qoemadmodùm beatiſſimus pater noſter iuſſerat mihi,breui ac nuda oratione dixiſſe.

IMP. ¶Qood iam præſtãtiſſimo cardinali,ſi me non interpellaſſet,dicere volebam, id modò proferam, dein eius orationi reſpondebo. Ipſi quidem plurimùm diſſeruimus, plurimæque orationes vltrò citroque ſunt habitæ,quæ ad quæſtionẽ de additione ipſa ſpectare viderentur, & quanuìs alia plura fortioraque argumenta proferre potuiſſemus, cùm tamen cardinalis ipſe multiq; probatiſſimi præſules conuenientius eſſe dixiſsét, quod ſanctiſſimus pater à me priuatim contenderat,vt omiſſa illa quæſtione, ad aliam veniremus,tũ etiã quòd ipſi breuitati vehementiſſimè ſtudemus, idcirco nunc volumus ad aliam queſtionem venire,ita tamen vt cùm ad primam regredi voluerimus, nobis liceat. Quod quidẽ vobis p̃dicimus, ne vnquã forſan diceretis, ab illa cauſa nos ꝓrſus cecidiſſe. Fateor aũt me primum omniũ protuliſſe, priuatim priùs nobis agendum eſse: verùm nil nunc nobis venit in mẽtem, quod ad componendam pacem proponeremus. Nobis ergo pater ampliſ.gratiſſimum faceretis,ſi quicquam in medium afferretis, quod ad concordiam huiuſmodi pertineret. Videmur enim videre, vos aliquid tale dicturos eſſe. Dicãt igitur alij quicquid velint,nos etenim hæc dixiſſe voluimus. Cardinales autem antiſtitesque Latini ad ſummum pontificem acceſſere,ſimulque collocuti fuere, deinde Iolianus cardinalis ita reſpondit:

IVL. Cardinalis. ¶Sereniſſime Imperator, ſanctiſsimi Domini noſtri iuſſu,ac horum pręſtantiſsimorum patrum conſilio elegantiſſimæ tuæ orationi paucis reſpondebo, quã profectò benè percepimus.Nam ſatis dictũ fuiſse dixiſti, an liceret ſymbolo quicquam apponere. Prætereà licèt argumenta veſtra fortiſsima, & à ratione minimè aliena fuerint,vos tamen multo plura fortioraque afferre potuiſſe, niſi ego à vobis ſæpiſsimè contendiſſem, vt eiuſmodi quæſtione poſtpoſita,ad alteram, an ſanctus ſpiritus ex filioque procedat, veniremus, quẽadmodùm etiam patri beatiſsimo conueniens eſse videbatur. Vt igitur nobis gratiſsimum faceres,nobis concedere videbare, vt hac de re diſſereremus, hac tamen cõditione,ut nobis cùm viſum fuerit, liceret ad quæſtionẽ primam redire,quandoquidem ab ipſa nequaquàm penitùs diſceſsiſtis. Ad quæ pater ampliſ.breuiter à me repetita, breuiſsimè q̄ potero,reſpondebimus. Porrò autem ipſi videre non poſsumus,quidnam veſtris in cordibus habeatis,quasque alias rationes afferre potuiſsetis: quandoquidem nobis videtur, quæſtionem iſtã ita explicaſse, vt ampliùs ambigendum de ea non ſit, id quod uos etiam tenetis, ut credimus. Fieri enim non poteſt, ut uos qui ſummo ingenio,maximaque rerum ſcientia præditi eſtis, argumenta noſtra firmiſsima & inuicta eſse, nequaquàm intellexeritis. Sed neque non inſcij eſtis, uos ſemper facultatem reſpondendi noſtris rationibus habuiſse, ità ut ſi quicquam aliud in nos afferre potuiſsetis id ꝓculdubiò tanto decurſo tempore, ex quo ueſtra refellimus argumenta, potuiſsetis. Siqoidem igitur rationes noſtras ſilentio præterijſtis, credimus vos ipſas refellere neutiquàm potuiſse, neque alias rationes ad quæſtionem ipſam ſpectantes (ut dicitis) habuiſse. Quid enim nobis fuit impedimento, quo minùs nobis reſponderetis, niſi quòd argumenta noſtra vobis firmiſsima uiſa fuerint? Propterea que beatiſs. pater noſter dicebat ualdè conducere, ut ad alteram quæſtionem ueniremus, cui cùm uideretur noſtrã cauſam ita illuſtratam fuiſse, ut nulla prorſus alia indigeret conſideratione,idcirco ferebat ægrè, uidere tempus incaſsum produci,quandoquidem diſputationes de rebus tantùm ambiguis debent fieri. Hac igitur de cauſa, pater ampliſsime, patrum horum ſententia ex uobis ipſe contendi,ut ad aliam cõtrouerſiam ueniremus, uidentes clariſsimè quæſtionem primã Apoſtolorum authoritate, ſynodorum decretis, ſanctorum doctorum ſententia perfe-

ctiſsimè

ctiſſimè ſolutam fuiſſe. Si quidem igitur, nè beatiſſimi quidem patris rogatu ab ipſa cauſa decedere voluiſtis, priuſquàm multæ fierent diſputationes: idcirco nequaquam conuenit, ut ſine concluſione, infectaq; re ad aliam veniamus. Sed melius eſſe videtur, vt ſi quid argumentorum adhuc uobis reliquum ſit, id etiam in medium afferatis: quandoquidem omnia pater beatiſſimus, necnon hi præſtantiſſimi patres attenti auſcultabũt, ſpe adducti, ea quoque benignitate Dei facilè poſſe diſſoluere. Quòd autem tibi, ſereniſſime Imperator, in mentem non venit, neque prorſus excogitaſti, quonam pacto conueniremus, ob idque dicis conducere, vt ipſi modum ipſum inueniamus, ac in medium proferamus: reſpondeo, iam ſatis de hoc dictum eſſe, cùm ipſe diceres tibi fore commodius, ut priuatim ageremus, contradixerim, quòd magis expediret per ſeſſiones ac publicè agere. Si autem hæc noſtra ſententia tibi non placet, putanti priuatam collocutionem magis expedire, idque ueſtri pontifices volunt: ſanè nõ alienum eſſet à ratione, ſi primi quoque noſtræ coniunctionis modum in medium afferretis, quemadmodum ipſi proculdubiò faceremus, ſi ſententiam illam primi dixiſſemus.

IMP. ¶Ad ea, quæ de omittẽda prima quæſtione, ac altera capiẽda dixeram, uos minimè reſponſuros putabam: quando quidem iam inter nos conuenit, vt ad aliã ueniremus. Miror aũt vehemẽter, cur nos quæſtionẽ illam prorſus reliquiſſe credatis, cùm nõdũ ipſam (vt noſtis) terminauerimus. Nanq; ſi nobis id contigiſſet, ſatis iam dictũ eſſe protuliſſemus, & nulla alia opus eſſe diſputatione. Ad alterã igitur quæſtionẽ, vt inter nos conuenit veniamus, hac tamẽ (vt dixi) cõditione, vt ad primam cum viſum fuerit, liceat nobis reuerti, à quo quidẽ nunquã ipſi diſceſſimus, neq; prorſus diſcedendũ putamus. Sed neq; unquã conueniens eſſe protuli, vt ipſi ſoli noſtræ coniunctionis modũ inueſtigemus, ac nulla neceſſitate coacti, ſoli in eam rem incumbamus, ſed vobiſcũ ſimul de ea conſiderandũ putaui. Siquidem igitur quicquã aliqs in præſentia teneat, quod ad propoſitũ ſpectat, id in mediũ proferat. Si minùs, poſteaq̃ quiſq; priuatim, ac per ſeſe de hac re meliùs cogitauerit, in ſeſſione ſuã ſententiã dicat, quo quidẽ modo ſperandum nobis eſſet, noſtræ controuerſiæ finem, ut mihi uidetur, faciliùs poſſe facere, ita tamen, vt, ſi hac non ſucceſſerit, per ſeſſiones agere poſſimus.

IVL. Car. ¶Ne de me, ſereniſſime Imperator, in poſterum admirere, nonnulla paucis repetam. Non equidem protuli quæſtionẽ illam communi ſententia terminatã fuiſſe, ſed inconueniens eſſe, ad eandẽ reuerti, de qua conſtat ſatis dictum fuiſſe, ac uos ad argumenta noſtra fortiſſima Ferrariæ reſpondere minimè potuiſſe. Dixi quoque, ut ueſtri proferrent, vt lubet: nam ipſi benignitate Dei ad reſpõdendum parati fuimus. Magis enim conducere videbatur de quæſtione illa diſſerere, quouſq; communi ſententia finiretur, quàm poſteaquàm de altera cœperimus diſputare, omiſſa ipſa, ad primã redire. Ad te autẽ, ſereniſſime ac prudentiſſime Imperator, præcipuè ſpectare videtur, quemadmodũ iuſſu ſanctiſſimi patris ac horũ ampliſſimorũ patrũ ſuperiùs protuli, ut diligenti conſideratione cõiunctionis eiuſmodi modũ, quodq; magis expediens ſit, ſolus excogites, quemadmodũ etiã, ut priuatim agere deberemus, ſolus ipſe propoſuiſti. Porrò q̃m in extremũ expoſtulaſti, ut ipſi etiã hanc ipſam rem penſitemus ac examinemus, q̃ tu, quidnã agendum eſſet, nondũ excogitaſti: idcirco patri beatiſſ. cunctiſq; nobis uidetur operæpretium eſſe, ut hoc negociũ in ſeſſionẽ ſequentem differatur, vt tunc accincti meliuſq; parati conueniatis, & quid agendum ſit proferatis: Quod quidem iure ueſtro debetis facere. Nanque uolentibus nobis per ſeſſiones ac publicè diſputare, te autem ſereniſſ. Imperatore contendente, priuatim nobiſcum agere, ad te ſpectare videtur, vnionis etiam modum excogitare.

IMP. ¶Si ad totam tuam orationem reſpondere vellemus, noſtra profectò diſputatio fieret infinita. Vt igitur dictioni noſtræ modum faciamus, id quod ſæpiſſimè diximus, paucis repetamus, neceſſe uidelicet eſſe, ut, quod inter nos conuenit, ad quæſtionem alteram veniamus, hac tamen conditione, ut ad primam, ſi uobis placuerit, redire ualeamus. Interea verò ſi uobis ita uidetur, ut unionis modum communiter inquiramus, nobis etiam placet.

IVL. Car. ¶Vos de tali modo uideritis: ipſi uerò ad ea, q̃ opus fuerint, reſpondebimus.

¶Quibus peractis, ſeſſio fuit dimiſſa. Græcis autem, qua ratione cõiunctionis eiuſmodi uiam inuenirent, non mediocre negocium videbatur. Domum igitur patriarchæ frequentes conuenerũt, ut quidnam ſequenti ſeſſione de vnione proferrent in medium, inter eos conſulerent. Cùm aũt quid agerent aut proferrent, neſcirent, Imperatorem rogârunt, ut à ſummo pontifice impetraret, ut his, quos ex ſuis ſeligerẽt, cũ totidem Latinis priuatim agerẽt, ea ratione adducti, fore ut modum ipſum benignitate Dei excogitarent. Cui quidem ſententiæ Imperator acquieſcẽs, voluit, ut ſtatim diſputatores ipſos ſeligerent, qui cum Latinis diſputarent. Selectis autem trium patriarcharũ vicarijs, videlicet Antonio Heracleñ. Gregorio confeſſore, Marco Epheſio, Iſidoro Rhutheno, Doſitheo Monembaſieñ. Beſſariõe Niceno, ac Dorotheo Mitylenẽ. hiſq; ſummo põtificis nunciatis, ipſe ſe velle reſpondit, ut per ſeſſiones ac per electos (vt moris eſſet) ageretur, quandoquidem coniunctionis modum (vt Græci promiſerant)

neutiquam inuenere. Conuocata igitur ſeſ-
ſione,abſentibus ob valetudinem Imperato-
re ac patriarcha,Ioannes ille in philoſophia
& dialectica præclariſſimus , pro Latinis ita
dixit.

¶DIE LVNÆ SECVNDA mensis Martij, ſeſſio xviij. Florentiæ.

IOAN. BEatiſſimi patris iuſſu,patres amp.
de ſancti ſpiritus proceſſione ver
ba facturus ſum,quæ quidem plu
rimùm ad fidē ſpectare vidētur,
& de quibus (vt in primo de Trinitate capi-
te Auguſtinus inquit) maxima cum venera-
tione loqui debemus.Rogo igitur vos atque
obſecro,me attentè audiatis. Velim autem,
ſi quid ambigui aut alieni à ratione impru-
dēs protulero, in primis ab eodem ipſo pa-
tre ſanctiſſimo, qui beatiſſimi Petri ſedem
tenens, piam religionem excolit atque de-
fendit, deinde à vobis in theologia clariſſi-
mis,corrigi ac emēdari.Porrò autem nō de-
bemus de verbis diſſerere,atque in ipſis ver-
ſari,ſed veram dictorum intelligentiam ac
veritatem ipſam exactè perpendere: ſpe ad-
Ioan.16.c ducti,vt quemadmodùm Dei filius nobis ve-
ritatem promiſerat;ita etiam is, à quo meus
mortalium illuſtratur,ſua benignitate faciet,
vt veritatem ipſam percipiamus, ac rebus
in omnibus proficiamus.De⁹ enim ipſe,qui
voluit,in hoc generali concilio de ſancti ſpi-
ritus proceſſione agamus, nobis per eun-
dem ſanctum ſpiritū dubio procul præſta-
bit,vt mutua inter nos beneuolentia , & ſer-
uato eccleſiarū decore, quæſtionis eiuſmo-
di veritas demonſtretur & declaretur, ita vt
tali veritate ſine controuerſia cognita, quē-
admodùm vnus eſt Dominus ac vna fides,vt
Ephe.4.a Paulus inquit,ita nos multi vnum in fide ac
in Chriſto ſimus. In primis autē nobis me-
moria repetendum eſt id, quod ſereniſſimi
Imperatoris arbitratu inter nos Ferrarię cō-
uenit,ne longas orationes habeamus,verùm
per argumenta & authoritates paucis aga-
mus,ſpe adducti, ea ratione concluſionem
aliquam faciliùs aſſequi poſſe. Cui quidem
ſentētiæ cùm omnes acquieuerītis,ſanctiſſi-
mus dominus noſter,vt ipſi ſereniſſimo Im-
peratori & vobis faceret gratum, ipſam ſu-
ſcepit,operæprecium eſſe putans, eiuſmodi
diſputandi ratione in poſterum vti. Quo-
niam autem beatus Auguſtinus in primo
libro de ciuitate Dei, Quis, inquit, diſce-
ptandi finis erit, & loquendi modus, ſi re-
ſpondendum eſse reſpōdentibus exiſtime-
mus? idcirco,patres amp.conueniens eſset,
vt ſanctorum patrum ſcripturis atque ſen-
tentijs,quas ſancta complectitur Eccleſia,
inniteremur, ac ipſis veluti decretis ac legi-
bus vteremur:ita vt nemini noſtrûm liceret
eas inficiari, quemadmodùm à maioribus
noſtris nobis traditū eſt, præſertim ab Aga-
thone ſummo pontifice, qui ad Conſtātino- S. Agatho
politanum Imperatorem & ſextam ſyno- Papa.
dum ita ſcripſit: Quorundam ſanctorum
patrum authoritates, quas ſancta & Apoſto-
lica Eccleſia ſuſceperat,ipſas cū libris, lega-
tis noſtris dedimus, vt ipſis ſolis innitentes,
ſereniſſimorum ac Chriſtianiſſ.Imperatorū
auxilio,quę opus eſsent cūficerent. Chal-
cedonenſe quoq; concilium in ſermone ad
Martianū Imperatorē ſcripto,qui ſic īcipie-
bat, Id tuā Imperatoriā maieſtatē deceret, S. Leo
plurimùm: (ſermo enim erat de Leonis epi- Papa.
ſtola ad Flauianum ſcripta) Nō oportet,ī-
quit,de Romanæ Eccleſiæ p̄ſidentibus ad-
mirari,ac epiſtolā illam impietatis accuſare,
priuſquàm inueniatis, eam cum ſacris ſcri-
pturis neutiquā cōuenire, ac à patrū ſenten-
tia alienā eſse. Et infrà. Vt nullā ampli⁹
excuſationem afferre valeant, qui homini
Apoſtolico detrahūt, ac ipſum iniuria affi-
ciunt, & reliqua. Ex his ergo, patres amp.
q̄ pauca ex multis excerpſim⁹,quod ſuprà di-
xi, probatum eſt, nos ſanctorum patrū ſen-
tentijs inniti debere:quo quidem anticipa-
to & poſito,ad rem veniamus. Porrò quo-
niā in quauis quæſtione nomen rei, de quā
agitur,prænoſci debet, ac noſtra quæſtio eſt
de ſancti ſpūs proceſſione, idcirco quæren-
dum in primis ex vobis eſt, quidnā p̄ceſſio
ſignificet:& an in diuinis perſonis, prout in
rebus humanis,intelligi debeat. Iuxta nan-
que diuini Dionyſij doctrinā in de diuinis
nominibus libro,Deū ipſum à rebus creatis
appellare ſolemus: verbū autē proceſſio, in
ſacra ſcriptura nō ſolùm de ſpiritu, verum-
etiā de filio dicitur, hac ambobus adſcribi-
tur: quēadmodùm Ioannes Euangeliſta te-
ſtatur,de filio dicēs:Exiui à patre: de ſancto Ioan. 16. b
autem ſpiritu,Qui * ex patre procedit. Hęc Ioan. 15. d
volui,dixiſse,nō inſcius,opus eſse vt hęc no-
bis ſint nota,& in omnibus ſeſsionibus mē-
tionem de his faciamus.

¶Omiſſis ſuperuacaneis,Patres amp.quæ MAR.
reuerēdus hic pater in ſui ſermonis exordio
protulit, quādoquidem in his non differi-
mus, ad eius interrogationem ſolummodò
reſpōdebo. Verbum proceſsio,aliter quidē
in rebus humanis,aliter verò in diuinis p̄ſo-
nis ſignificat. Et quāuis duabus diuinis per-
ſonis cōueniat, iuxta tamen ſcripturam ſa-
cram ac oēs ſanctos doctores,& exactam ra-
tionē theologiæ,ſancti ſpiritus proceſsionē
præcipuè creditur ſignificare: cuius qui-
dem ſancti ſpiritus eſsentialis proceſsio, à
filij proceſsione eodem ipſo verbo differre
videtur, ubi idque proceſsio filij, generatio
nūcupatur:ſpiritus verò, præcipuè magisq;
propriè proceſſio nominatur. Multa nāque
nomina ſunt,quæ res alias propriè, alias ve-
rò communiter ſignificant. Propterea non
eſt admiratione dignum,ſi verbum proceſ-
ſio,apud ſcripturam ſacrā filio etiam aſcri-
batur.

Digitized by Google

Ioã. 16. d baturn. Exiui autem à patre, nó idem eſt cum verbo, ꝓcedere, ſed aliud ſignificare uidetur. Ideoque ſpiritus ſancti proceſſio, ineffabilis & carens nomine, à theologis nominatur: quòd filij proceſſionem, hoc eſt, generatiooem, minùs obſcurè quàm ſpiritus proceſſionem percipimus. Propterea beatus Ioannes Damaſceous de ſpiritus proceſſione ita ſcriptum reliquit: Alia ratio eſſentiæ huius eſt ineffabilis quidem, ac innominabilis, alia inquam à filij generatione.

Hactenùs ad tuam interrogatiooem.

IOAN. ¶Ex tua reſpõſione P. reueren. capita tria collegimus. Primom, proceſſionem filio ſpirituique communem eſſe, quatenùs ex patre procedant: alterum, proceſſionem ipſam magis propriè ad ſpiritum, quàm ad filium pertinere, ob idque verbi proceſſionem, id eſt, generationẽ magis q̃ ſpũs proceſſionem, nobis ootã eſſe: poſtremũ, eandẽ ipſam proceſſionem, eſſentialem & ſubſtantialem eſſe. Nunc de tertio capite ex te quæro: Cùm in diuiois perſonis nil aliud ſit, oiſi eſſentia & proprietas atque relatio, quidnam hæc uerba ſignificent: Proceſſio eſt eſſentia io diuina perſooa, num eſſentiam ſignificat vel proprietatẽ ab altera accipere? Proceſſio nanq; videtur eſſe via ab vno in aliud, & eſſentialis exiſtit, quæ quidẽ à patre accipitur. Et quoniam ipſi credimus accipere eſſeotiam, & ex filio eſſe, idem ſignificare, idcirco uelim ex te ſcire, an uos etiam ita ſentiatis.

MAR. ¶Eam intelligo proceſſionem eſſe, qoa ſanctus ſpiritus à patre accipit eſſe, ac illud totum, qoo eſt quoque, propriè ſanctus ſpiritus nuncupatur.

IOAN. ¶Magno equidem gaudio afficior, quòd hanc ex te cõcluſionem habuerim, ſanctum ſpiritum ex patre accipere eſſe, ac, ex ipſo procedere, idem ſigoificare. Nam ſi ſanctus ſpiritus à quo eſſe accipit, ex eodem quoq; procedit: accipit autem eſſe ex filioque, ergo ex filioque oeceſſariò procedit, iuxta præcipuam ac propriam proceſſionis ſignificantiam, quam ipſi paulò antè conceſſiſſe videmini. Poſſumus autem quàm plurimis teſtibus demooſtrare, ſanctum ſpiritum à filio eſſe accipere.

MAR. ¶Vndè obſecro id habetis? Nos enim hoc oon concedimus.

IOAN. ¶Videor oidere, P. amp. quod quæro, facile poſſe concludere. Nam ſanctum ſpiritũ ex filio eſſe, ac ab ipſo eſſe accipere, ex ſanctis Epiphanij dictis oſtenditur: quippe qoi in

for. *Ancorato S. Ambroſ. ſermone * angyroto nuncupato, à Græco in Latioũ ab Ambroſio uerſo, loquens de deo patre, inquit. Ita Filiũ dico eum, q ex ipſo eſt: ſanctum autem ſpiritum, qui ex utroque eſt. Si quidẽ igitur ſanctus ſpũs apud Epiphaniom ex vtroque eſt, ſequitur ipſum ex

S. Epiph. vtroque habere eſſe. Amplius idem Epipha-

Mat. 11. d nius in eodem ſermone inquit. Quẽadmodùm nemo nouit patrem niſi filius, nec filiũ niſi pater: itẽ dicere audeo, nec ſanctum ſpiritum niſi pater & filius, à quo accipit, & ꝓcedit, neque patrẽ & filium oiſi ſpiritus ſanctus, qoi verè glorificat, docens omnia, qui quidẽ eſt à patre & filio. Ex his igitur Epiphanij dictis apparet, ex patre & filio ſpũm accipere eſſe, & ex patre filioque accipere, idẽ ſignificare: vndè ſeqnimur, ſanctũ ſpũm à patre & filio accipere eſſe.

¶Id non probaſti, P. reuerende, quod nobis fuiſti pollicitus, ſcilicet ſanctum ſpiritũ à filio accipere eſſe, quandoquidem nullam ſanctorum authoritatem ad oſtendendum illud attuliſti, neque ſancti Epiphanij uerba videntur illod concludere. Non enim ſequit neceſſariũ, ſi ſanctus ſpiritus ex patre filioq; eſt, ut ab ipſis etiam habeat eſſe, quandoquidem quicquam ex alio eſſe, multis modis accipit, ita vt minimè neceſſe ſit, vt omne quod ex alio ſit, ab ipſo etiam eſſe habeat. Epiphanij ergo dictum, noo ſolùm non ad tuã ſententiam pertinere, verumetiã tibi plurimùm obſtare videtur. Non enim inquit, ſanctus ſpirit⁹ a filio eſſe accipit: uerùm ſimpliciter, accipit. Quam quidem ſententiam ex hoc euãgelio habuit, De meo accipiet, & annũciabit vobis. Porrò aũt ſi ſanctus Epiphani⁹ ſenſiſſet, ut uos ipſum interpretamini, ita ꝑfectò dixiſſet: Nemo nooit patrẽ & filium, niſi ſpiritus ſanctus à qoibus procedit, & à quibus accipit: quo quidem locutionis modo verbum PROCEDIT, ad illud ACCIPIT retuliſſet: ſed cùm duo illa uerba pronomine ſimul ac præpoſitiooe ſeiunxerit, dicens, à quo ꝓcedit, & à quo accipit, dubio procul ſenſiſſe videtur, uerba ipſa res diuerſas ſignificare: illud quidem eſſentiam ſancti ſpiritus, quam ex patre creditur habere, hoc autem eiuſdem ſancti ſpiritus cum patre filioque conuenientiam atque coniunctionem, qua ſpiritus ipſe diſcipulis ea enũciat, quæ quidem ipſos à filio ediſcere oportet. Quam mihi ſentẽtiam à Cyrillo atque Ioanne Chryſoſtomo ſumpſi. Nam hic illud, DE MEO ACCIPIET, declarãs: De mea, inquit, iotelligẽtia, qua dictis meis cõueniẽtia nunciabit. Ille autem in Theſauris inquit. Nõ enim filius ſuam patriſque differeotiam declarare volens, dixit: De meo accipiet, & annunciabit vobis: verùm quòd ſanctus ſpiritus uerbis eius vteretur, qui quidem quoniã eiuſdem naturæ ac ſubſtantiæ cum filio eſt, idcirco æquè ac ipſe filius operatur ac loquitur. Si quidem igitur illud, De meo accipiet, & annunciabit vobis, iuxta ſanctos ipſos, tãtùm ad verba filij refertur: ſequitur ex eo, nos minimè credere debere, ſanctum ſpiritum à filio accipere eſſe.

MAR. (margin, beside "¶Id non probaſti")

Ioan. 16. b (margin, beside "De meo accipiet")

IOAN. ¶Orationem tuam P. R. benè percepimus, qua quidem probare volebas, longè me aliter Epiphanij dictum expoſuiſſe, quàm ipſe ſenſiſſet: ego autem in eadem opinione perſiſtens, eodem ipſo dicto probabo, ſanctum ſpiritum à pa-

tre

tre & filio accipere eſſe. Fieri enim non poteſt, neque mente concipi, vt vna res ab alia ſit, niſi ab eadem accipiat eſſe, qualecunque fuerit illud eſſe. Quoniam autem res create, apud Dionyſium in De diuinis nominibus, libro, à Deo ſunt, vt ipſi quoque fatemur, quæro ex te, vtrùm intelligendum ſit ita, vt à Deo eſſe accipiant, nècne.

MAR. ¶ Ita prorſus, ſed communiter verum nõ eſt, vt cùm quicquam ab alio eſſe dicatur, neceſſe ſit intelligere, ab eodem etiam accipiat eſſe.

IOAN. ¶ Credisne res creatas à Deo habere eſſe?

MAR. ¶ Credo equidem, Ideo enim creatæ res nuncupantur, quòd earum Deus cauſa eſt.

IOAN. Quoniam autem res creatæ, à Deo differenter accipiunt eſſe idcirco etiam differenter à Dei ſubſtantia appellantur. Verùm Epiphanius ſimpliciter inquit, Spiritus à filio eſt: qood quidem verbum EST, quia infert eſſe: quid aliud, obſecro, poteſt ex eo inferri? Si quidem igitur credendum non eſt, eſſe ſpiritus, ab eſſe filij differre: neceſſe eſt vt credamus, ſanctum ſpiritum illud idem eſſe habere à filio. quod à patre habere creditur, vt verbum Epiphanij, EST, manifeſtè ſignificat.

MAR. ¶ Legatur (ſi lubet) idem Epiphanij dictum, tametſi patres ampliſſ. authoritas hæc corrupta videtur eſſe, vobis nihilominùs eadem ipſa ſatisfacere poſſumus, dicentes verbum EST, ſcriptum in ea non eſſe. Sanctum enim ſpiritum (inquit) qui ex vtroque, abſque verbo, EST.

IOAN. ¶ Ita dicere audeo, (inquit Epiphanius) nec ſanctum ſpiritum nouit aliquis niſi pater & filius, à quo procedit, & à quo accipit. Verbum ergo, PROCEDIT, ad patrem refertur; illud autem, ACCIPIT, ad filium. Deinde declarans, quidnam illa duo verba ſignificent, inquit: Neque patrem & filium, niſi ſpiritus ſanctus, qui verè glorificat, docens omnia, qui quidem eſt à patre & filio. Infert igitur Epiphanius, ſanctum ſpiritum à filio eſſe. Porrò autẽ in diuinis, EST & ESSE, ſunt idem: ac ESSE, ſignificatur per EST: vndè planè ſequitur, ſpiritum à filio habere eſſe, quemadmodùm à patre. Nanque ſi ſanctus Epiphanius non ita ſenſiſſet, profectò dixiſſet: ſanctus ſpiritus rerum creatarum inſtar, à patre & filio habet eſſe. Præterea in eodem ſermonem inquit: Sanctus ſpiritus ingenitus, non factus, non frater, non auus, à patris filijq́ue ſubſtantia. Credere ergo neceſſe eſt, ſanctum ſpiritum à filio habere eſse.

MAR. ¶ Dicere mihi videris, P.R. quoniam ſanctus ſpiritus ex patre filioq́ue ſimpliciter dicitur, idcirco etiam ipſum ex eiſdem habere eſse: ergo neceſse eſt ita ſentias, vt ſpiritus ex patre, hoc eſt, ex hypoſtaſi vel perſona patris ſit, ſimiliter etiam ex filio, id eſt, ex perſona filij: vndè euenit, vt ſanctus ſpũs ex duabus perſonis ſit, niſi tu aliter ſentias.

IOAN. ¶ Sanctum ſpiritum nos dicentes ex patre procedere, patrem ipſum percipimus, ac ipſum conſideramus, quatenùs vna diuina perſona eſt: non ſecùs, ex filio proferentes, ex ipſius perſona procedere, mente concipimus. cùm autem ex vtroque ſpiritum ipſum procedere dicimus, proceſſionem eiuſmodi ab vno ſolo principio fieri credimus, quandoquidem ex patre filioq́ue communiter fit. *Proceſſio à Patre, & filio vt ab vno principio.*

MAR. ¶ Si, cùm ſpiritus ſanctus ex patre procedere dicitur, patris perſonam intelligis, ſimiliter filij perſonam cùm ex filio: cùm autem ex vtroque dicatur, quid aliud (obſecro) poteris intelligere, quàm ex vtriuſque perſona? Ponamus autem id verum ac neceſsarium eſse, vt cùm ſpiritus ex patre procedere dicatur, ex eius perſona intelligatur, vt videamus (ſi lubet) an idem quoque de filio, ac de vtroque credendum ſit: cùm ſpiritum ex filio dicimus, aut ex patre & filio, ex filij, vel patris ſimul & filij perſonis nos oporteat credere, an alio modo.

IOAN. ¶ Cùm ex patre, dicimus, ex ipſius perſona intelligimus: ſimiliter etiam cùm ex filio, quandoquidem patris & filij eadem ſubſtantia creditur eſse. Emittere autem, ita patris & filij eſt, vt ab vno principio ſpiritus ſanctus credatur procedere.

MAR. ¶ Meliùs (obſecro) perpendamus, vtrùm ſi ſanctus ſpiritus ex patre filioq́ue credatur procedere, ex ipſorum perſonis neceſsè ſit intelligere, necne.

IOAN. ¶ Non opus eſt in præſentia diſputare, an ſanctus ſpiritus ex patre, aut ex filio, aut ex vtroque procedat: ſed nobis priùs diligenter conſiderandum eſt, an ſi, cùm aliquid ab aliquo eſse dicatur, neceſse ſit intelligere, idem eius quoque ſubſtantiam habere.

MAR. ¶ Dediſti nobis, P. reuerende, ſanctũ ſpiritum ex perſona patris procedere, quandoquidem ex patre dicitur eſse. Porrò quid ex hoc ſequatur, accuratè conſideremus. Magnus Baſilius in Eunomium, de ſancti ſpiritus proceſſione loquens, inquit: *S.Baſil.* Generat Deus, non vt homo, generat autem verè: & natum ex ſe ſpiritum emitti per os, non quale eſt hominum: quandoquidem Dei os, non eſt corporeum: ex ipſo autem ſpiritus, & non aliundè. Siquidem igitur ſpiritum ex ipſo, id eſt, ex patre dicentes eſse, ex eius perſona intelligamus neceſse eſt, Baſilius autem inquit ex ipſo eſse, & non aliundè, ſequitur, ſanctum ſpiritum ex ſola Patris perſona eſse.

IOAN. ¶ Magnus Baſilius in tertio contra Eunomium libro, ſcriptum reliquit, ſanctum ſpiritum ex filio eſse, quod quidem eſt huius oppoſitum, quod modò protuliſti, ſpiritum non eſse aliundè. Illud autem, emitti ſpiritum per os, & reliqua, ſimilitudine quadam ab eo dictum fuiſse concedimus. Apud enim ſacram ſcripturam, verbum Dei os dicitur, & verbo Dñi cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius. *Pſal. 32.* Talis ergo loquẽdi modus, in ſcriptura ſacra videtur, ad quam nos ſemper debemus adſpicere, nõ ꝙ illa in Deo corporea ſint. Verba ergo ſcripturæ ſacræ, nec

non

non ipſius Baſilij, ad propoſitum facere uidenur. Tum Coloſſenſis antiſtes, Baſilij ac Epiphanij dictũ recitauit.

MAR. ¶His in poſterum reſpondebimus, nonc aũt ad propoſitum, redenntes, quęro ex te pater reuerende, quidnã illud Baſilij ſignificet, Generat pater: & paulò infrà, Ex ipſo ſpiritus, & non aliundè: vtrùm eius pſona ſit generãs, an ipſi⁹ ſubſtantia: & vtrùm ex perſona ſua, an ex ſua ſubſtãtia ſpũm ſanctũ emittat. Rogo te, pater reuerende, ut bis q̃ſtionibus reſpondeas.

IOAN. ¶Nondum pater reuerende, ad propoſitum reſpondiſti. In hoc eñ erat controuerſia noſtra, vtrùm dicẽtes ſpiritum à filio eſſe, vt Epiphanius inq̃t, neceſſe ſit intelligere eundem ſpiritum à filio habere eſſe, nécne Huic ergo quæſtioni priùs reſpondeas, deinde nos ad veſtras libentiſſimè reſpondebimus. Nanq; ſeipſum magnus Baſilius expoſuerat, dicens: Spũs à filio habet & accipit, de quibus ſuo loco diffuſiùs dicemus. Quonam igitur modo Epiphanij dictum intelligi debeat, nobis (rogo) declares, deinde ad alia veniemus.

MAR. ¶Tametſi, P. reuerende, ſanctum ſpiritum à filio habere eſſe, ſancti Epiphanij authoritate valdè fuiſti conat⁹ oſtendere, patet tamẽ te nihil probaſſe. Nõ enim Epiphanius ipſe protulit ſanctum ſpiritum à filio habere eſſe, verùm ſimpliciter ac ſine verbo, ESSE, ab vtroque, hoc eſt, à patre & filio, ut ipſe aſſeris: propterea quęſiui ex te, an cùm ſpũm ex patre ꝓcedere dicimus, ex ei⁹ perſona neceſſe nobis ſit intelligere: Tu uerò affirmans ita credi debere, ſanctum Epiphaniũ fuiſti teſtatus. Poſteà mutata oratione ad magnum Baſilium venimus, ubi equidem ex te quęſiui, an illud, Ex ipſo, ex perſona patris deberet intelligi, ut ex ſimilibus ſimilia fierent clariora. Ideirco, ut quæſtionẽ huiuſmodi cõcludamus, quæ ſupradiximus repetentes, iterum quærimus, an dicẽtes ſpiritum ex patre procedere, patris perſonam intelligant. Huic ergo quæſtioni priùs reſpondeas, deinde uerò, ſi aliam contrariam authoritatem in medium adferre poteris, aliàs de ea conſiderabimus.

IOAN. ¶Ita credimus, quemadmodum ſuprà diximus, illud, EX IPSO, perſonã patris ſignificare.

MAR. ¶Magnus autẽ Baſilius dixit, ſanctum ſpiritum ex ipſo, hoc eſt, ex patre, uel (vt dicitis) ex perſona patris: deinde addidit, non autẽ aliundè, id eſt, non ex alia perſona, niſi ex perſona patris, procedere: ergo ſequitur, ſanctũ ſpiritum ex ſolo patre eſſe.

IOAN. ¶Magnus Baſilius, reuerende P. in Eunomium profitentem, ſanctum ſpiritum creaturam eſſe, ideo dixit ex ipſo, & non aliundè, ut declararet ipſum ſpiritum ex patris eſſe ſubſtantia & natura, non autem aliundè, hoc eſt, non alterius eſſe ſubſtaotiæ uel naturæ. Nunc ergo ad Epiphanium redeamus, teſtantem ſanctum ſpiritum a filio eſſe: & quæro ex te, an accipere à patre, & ex patre eſſe, idem ſignificẽt. Fieri autem non poteſt, ut non idẽ ſignificent. Porrò ſpiritũ ex patre filioque accipere eſſe, duabus authoritatibus pauloantè probauimus: quarum prima Epiphanij fuerat: proferentis ſanctum ſpiritum ingenitum, non factum, non fratrem, non auum, a patris filiique ſubſtantia. A patre autem eſſe, & patris eſſentiam accipere, idem ſunt, ut paulò ſuprà probauimus: altera uerò Magni Baſilij, aſſerentis clariſſimè, ſanctum ſpiritum accipere eſſe a filio.

MAR. ¶Sumis, ut a nobis cõceſſum, P. reueren. ſanctum ſpiritum accipere eſſe à filio, quod quidem neq; Epiphanius dixerat, neq; ipſi conceſſimus, nec a uobis oſtenſum eſt, immò Magni Baſilij authoritate oppoſitũ huius probauimus, ad quem iterum (ſi lubet) veniamus: Nanque cuius contrarium paulò antè dixiſti, id modò ſentire videris. Magnus (inquis) Baſilius inuectus in Eunomiũ, aſſerentem ſanctum ſpiritum creaturã eſſe, ſcriptũ reliquit, ipſum ex patre, hoc eſt, ex ſubſtantia naturaque patris, non autẽ aliundè, hoc eſt, nõ alia ex ſubſtantia & natura, creaturarum inſtar, eſſe: itáne, P. R. ſentis, an ut ſuperiùs protuliſti?

BES. ¶Illud EX IPSO, paternã perſonam ſignificare, paulò antè, P. R. dicebas: modò autẽ protuliſti, per idem EX IPSO, patris eſſentiã & naturam debere nos intelligere.

IOAN. ¶Eſſe & eſſentia patris, idem ſunt: idcirco P. R. qui ex patre dicit, patris etiam eſſentiam intelligere debet. Præpoſitio autem ex, proceſſionem à principio cõſubſtantiali ſignificat: ſpũs verò non ex ſeipſo, ſed ex alio eſt. Et cùm dicim⁹ ſpiritũ à filio eſſe, ab alio eſſe ſentimus: ſiquidem igitur non ex ſeipſo ſpiritus eſt, ſed ex alio, à quonam ſit, perpendamus. Quod quidem Magnus Baſilius explanat atq; declarat, cuius ſententiam debemus ſuſcipere. Spiritus (inquit) ex ipſo eſt. Epiphanius autẽ ſcriptũ reliquit, ſpiritũ ex patris filijque ſubſtantia eſſe, Siquidem igitur ſpiritus à patre & filio habet eſſe, neceſſe eſt vt ab ipſis accipiat. Quam quidẽ ſententiam hi ſancti doctores ex hoc euangelico dicto, De meo accipiet, habuere. ſed hæc accuratiùs in futurum conſiderabimus. Ioan. 16. b

MAR. ¶Vt illud Magni Baſilij dictum magis dilucidetur, quæro ex te, P. R. an diuina ſubſtantia & perſona ſint idem, ac uerbo ex patre, patriſq; ſimul ſubſtantiã ſignificent, vel ſecundum doctores inter ſe differant.

IOAN. ¶Diuina ſubſtantia & perſona, P. R. re quidem ſunt idem, ſecundum autem modũ intellectionis noſtræ differre videntur: Nam perſona ex ſubſtantia proprietatibuſq; conſiſtit, quæ tametſi ratione ac ſecundum noſtram intelligentiam (vt ſuprà dictũ eſt) differant, ipſa tamen ſubſtantia cum perſonis communicat, proprietates uerò nequaquã communicabiles ſunt. Quod quidem ex re-

lationis

lationis vi creditur euenire, quemadmodùm etiam doctores veſtri, p̄ſertim ſanctus Gregorius theologus in Epiphaniæ ſermone tenet. Nam ſi proprietas cũmunicabilis eſſet, proprietas nõ eſſet proprietas. Vt igitur perſonæ differant inter ſe, neceſſe eſt ut hypoſtaticæ perſonalesq́; proprietates incommunicabiles ſint. Propterea doctores inquiunt, nil niſi principij habitudo eſt. In qua quidẽ hæc duo cõſiderantur, à quo aliquid, & ad quod aliquid, ob idq́ue pater & filius ſunt, quòd pater principium eſt, filins autem ex principio, in quo quidem nequaquam commuoicant, cùm cæteris in rebus inter ſe dubio procul communicent, ut Epiphanius de tali principij vel principali habitudine, qua ſubſtant perſonæ, ſenſiſſe creditur, cui quidem non aliud, qnàm à quo aliquid, & ad quod aliquid conuenit. Siqoidem igitur diuina omnia, ꝓprietatibus perſonarum exceptis, inter ſe cõmunicabilia ſunt: ſequit̃, cùm quippiam ex aliquo credimus eſſe, neceſſe eſſe intelligamus, ipſum ab eodẽ etiam accipere eſſe. Patet igitur id, de quo ambigere videbamini. Reliquum autem eſt, ut ipſi quoque Baſilij dictum exponatis: quod, vos obſecro, faciatis.

MAR. ¶Quemadmodùm diuina ſubſtantia & perſona differant inter ſe, non opus eſt in p̄ſentia dicere, cùm præſertim in hoc minimè forſan diſſetamus. Cõſtat enim, ipſas differre ſimpliciter, vt cõmune differt à proprio, vt magnus Baſilius ad ſuum fratrem Gregoriũ ſcribit, & quemadmodùm (vt vtar exemplo vulgari) humana ſubſtãtia à perſona ſua differre uidetur, vt vos quoq; ſentire cenſeo. Sed ad dictum Baſilij redeamꝰ: Generat (inquit) Deus, non vt homo, generat autem verè: & natum ex ipſo ſpiritum, emittit per os. Velim, mihi declares P. R. qnid hæc uerba ſignificent, vtrùm pater ex ſua ſubſtantia, an ex ſua perſona generet.

IOAN. ¶Dixi equidem, pater reuerende, filium ex patre, ac ex patris ſubſtantia generari, idẽ ſignificare: ita tamen, vt perſona ſit producens & generans: principiũ autem, quo ipſa perſona generet, ſi id, quod ſolum cõmunicabile eſt. Pater ergo generatiuũ principiũ eſt, & ſuppoſitum quoddã ſignificat: diuina verò ſubſtãtia, quæ cum patre realiter idem ſunt, non quidem generat, ſed eſt principiũ, qno generatio, fit, quandoquidem ſuppoſitum nullum ſignificat. Porrò autem actiones, iuxta omnem philoſophorum ſcholam, ſuppoſitorum eſſe videntur, vt in hominum genere fieri videmus. Quanuis enim hic homo (hoc eſt, perſona vel ſuppoſitum) generet, eius tamen ſubſtantia, generationis eiuſmodi principinm eſt, quandoquidem actiones ſuppoſimrum (vt diximus) ſunt: quæ quidẽ ſubſtãtia vel eſſentia in homine, cum ſit humanitas, humanæ generationis principium exiſtit, quo generat homo. Vndè euenit, vt homo cum filio non cõmunicet, quòd filius quatenùs filius eſt, neutiquàm generat, verùm ipſa natura cum filio in eadem ſpecie cõmunicare videtur. Natura igitur humana, cõmunicabilis eſt: perſooa uerò uel homo hic, operatur. Non aliter profectò de diuinis perſonis intelligere poſſumus. Nam patris p̄ſona, ſuppoſitum eſt atque generans: diuina verò natura, generatiuũ principium, quo pater filium generat: qui quidem pater ſuam perſonam filio nequaquam communicat, cum tantùm eius ſubſtantia & natura (vt ſuprà dictum eſt) communicabilis ſit. Quæ cũ vna numero ſit, idcirco non ea ratione communis dicitur eſſe, qua eſt humanitas, ſed rõnem tantùm habet cõmunis, quatenùs communicabilis eſt, quæ quidem cauſa eſt, cur alius à patre, vt à principio naſci credatur, quòd à diuina patris ſubſtantia naſcitur, in vnaquaque tamen perſona: identitate reali mancote. Sola nanque relatio, quam principalẽ habitudinẽ ſuperiùs nominauimꝰ, apud oẽs tam Græcos q̃ Latinos doctores, diuina proceſſione perſonas multiplicat: cui etiam duo illa, à quo, & ad quod, de quibus eſt ſuprà dictum, conueniunt. Siquidem igitur relationes huiuſmodi p̄ſonas mnltiplicaot, ita vt nõ ulla alia ratione, quàm vi relationis, pater à filio, ac una perſona ab alia differant, quem quidẽ io modum, ſpũs etiam ab alio eſt: neceſſe eſt, iuxta omnes ſupradictos doctores, ſic intelligere, ut idcirco perſona hæc id eſt ſpiritꝰ, dicatur accipere atq; eſſe, ꝙ ab alio eſt. Propterea Magnꝰ Baſilius ac Epiphanius aſſerũt, ſanctum ſpiritum accipere eſſe à filio, ac procedere, idem eſſe. Conſtat igitur principalis ratio, Pater reuerende, cur ab alio ſpiritꝰ eſſe dicatur. Nũc ad aliud Magni Baſilij dictũ veniamus, quod vos in medium protuliſtis. Cui cùm vehemẽter inniti uideamini, idcirco totum perlegamus, vt ipſum ſecundũ Latinorũ doctrinam, ac ipſius Baſilij mentem, interpretemur ac exponamus: quippe qui, vt ſanctum ſpũm ex patre, non aũt aliundè, hoc eſt, non ex alia ſubſtantia, demõſtraret eſſe, in Eunomium ſcribit ita:
[Sed tu tanq̃ infidelis blaſphemas, q̃ cũ ſpi- S.Baſil.
rituſſancti proceſſio ex Deo generatio nuncnpata non fuerit, idcirco nec oris Dei ſpiritũ eſſe credis, ſed opus manuum Dei, ita ut humanis vtens exẽplis, diuina dogmata, q̃ ſe ipſis cõſtant, & ab alio non dependent, euertas, cùm ſacram ſcripturã venerationes atq; religione audire, ac eius dicta ſumma pietate deberes ſuſcipere. Generat Deus non ut homo, generat autẽ verè: ac gentium ex ſe, enunciat verbum non humanũ, emittit autem verbum ex ſe verè. Emittit ſpiritum per os, non humanitùs: quandoquidem Dei os, humanum non eſt: ex ipſo autem ſpiritus, & non aliundè.] Cùm pater amp. ſpiritũ eſſe creatam hæretici profiterentur, idcirco Ma- S.Baſil.
gnus Baſilius ipſum ex Dei ſubſtantia, non

autem

autem aliundè, protulit eſſe. Deinde ſubiungit: [Operatur Deus nō humanis manibus, operatur autem, non ex ſe res creatas producens, ſed agēdo, eas facit ſubſiſtere: quemadmodùm etiam homo ſuis manibus operando, opus ex ſe nō producit. Non dimoueas diuinorum rationes. Spiritus nec filius eſt, nec creatura. Non de filio quæras, curnā ſpiritus non dicatur: neque de ſpiritu, curnam filius non ſit, non denique ſpūm creaturam eſſe blaſphemes. Filius Dei fructus, ſanctus ex ſancto, æternus ex ęterno, ſancti ſpirit⁹ dator, ad ſubſtantiam formationemq; creaturę.] Ex his patet, præſtantiſſ. patres, illud, non aliundè, non alia ex ſubſtantia, ſignificare, ſanctumq; ſpiritum, ſanctum fructum ex ſancto, ac æternum ex æterno eſſe. Vndè ſequitur, ſi ſancti ſpiritus dator eſt filius, neceſſe eſſe, vt etiam ex filio idem ſpiritus ſit. Propterea ſanctus Athanaſius in tertio libro in Arianos, de filio ſcribens, inquit: [Ipſe ſpūm dat, & quęcūque ſpiritus habet à verbo hēt.] Luce igitur clarius eſt, ſanctū ſpiritum à filio habere eſſe. Si enim quæcunque ſpiritus habet, à filio eſſe dicuntur: ſequitur, vt eſſe quoq; à filio habeat, vt Athanaſius inquit, ipſe ſpūm dat, ac ſpirit⁹ dator exiſtit. Siquidem igitur ex his patet, ſanctum ſpūm ex filio eſſe, palàm ſequit, ut ex filioq; procedat, de quo tota noſtra q̄ſtio eſt. Non equidem auderem vos, patres amp. tot tantoſque doctores aſpicere, niſi eſſe ita, firmiter crederem.

¶Hæc cùm Ioannes dixiſſet, Coloſſenſis præſul ſancti Epiphanij expoſitionem ſuper hoc euangelico dicto, Ioan. 16. b [Ille me glorificabit, qa de meo accipiet, & annūciabit vobis] recitauit.

MAR. ¶Inſpicite diligenter, patres amp. Epiphanij authoritatem, in qua uerbum, eſt quod hic pater reuerendus pronunciat, dicens, ſpiritus ex patre ac filio eſt, ſcriptū non eſſe videtur. Iuxta ergo ſanctorum patrum theologiā, intelligere poſſumus ac debemus, ſpiritum ex patre procedere, hoc eſt, eſſentiā p̄ris habere: filio aūt dari, ac ab his ſuſcipi, q credunt in ipſum. Qua q̄dē expoſitione nobis dictū illud non obſtat, neq; quicquā ex ipſo in nos poſſetis concludere.

IOAN. ¶Vſu uenit, pater amp. vt doctores, nominibus poſitis, quandoque uerbum omittant, cū neceſſariū ſubintelligatur, ut in hoc dicto, à quo aliqd, & ad quod aliquid, feciſſe uidentur, vbi uerbum, eſt, non expreſſerunt. Quemadmodùm etiam Epiphanius ipſe in eodem ſermone paulò ſuprà inquit; [Filiū dico, qui ex ipſo eſt: ſanctum autem ſpiritū, qui ex vtroq;.] In qua quidem oratione uerbum, eſt, dubio procul ſubintelligitur. Verbum igitur, eſt, in hac quoque oratione, ſpiritus à patre & filio, ſubintelligi debet, quod etiam hac ratione probabo: In ipſis duabus orationibus, uel (vt dialecticè loquar) propoſitionibus verbum, EST, neceſſariò ſubintelligitur. Nam propoſitiones eiuſmodi proprietatem à principio inferunt. Et quēadmodùm non eſt proceſſio reſpectu termini à quo, ita & in propoſitionibus ipſis. Et quoniam habitudo terminum à quo, infert: ideo terminū etiam ad quem, neceſſe eſt inferat. Modus autem proceſſionis ſancti Spiritus eſt, vt ſubiectum per ipſam proceſſionem accipiat eſſe.

MAR. ¶Tametſi vobis, præſtantiſſimi patres, forſan concederemus, vt in hac, quā tractamus, theologia verbum, EST, ſubintelligat, quāuis expreſſum non ſit, (poteſt enim hic locus aliter etiā, vt ſuprà diximus, explanari) non eſt tamen neceſſe, vt illud EX PATRE vel EX PATRE FILIOQ;, paternam perſonā, aut perſonas duas ſignificet: quandoquidē ex ipſo ſermone nō aliquam diſiunctionē vel differentiā, qua filius ex patre, vel ſanctus Spiritus ex patre filioq; habeat eſſe, intelligere poſſumus: verùm potiùs coniunctionem, qua patri filius, ac ſpiritus patri & filio conſubſtantialis exiſtit, (vt à doctoribus traditum eſt) ſpiritum ſanctum ex patre filioq;, id eſt, ex ipſorū ſubſtantia eſſe: quandoquidem eiuſdē naturæ cum patre filioq; piè creditur eſſe, proptereaq; ſanct⁹ Cyrillus inquit: [Sāctus ſpiritus ex patris filijq; ſubſtantia eſt.] Sed redeamus vndè ſumus digreſſi, ac Magni Baſilij authoritatem indiſcuſſam tranſeamus, quā benè nondum explicaſti, neq; ad ipſam dilucidè reſpondiſti. Ex ipſo, inquit, hoc eſt, ex patre, ſpiritus eſt, & non aliundè. Si quidem igitur illud EX PATRE, ex patris perſona, vt inquis, ſignificat: neceſſe eſt, illud quoque, non aliundè, non ex alia perſona, ſignificet. Sin autē utrūque ad ſubſtātiam debeat referri, ita vt illud EX PATRE, ex ſubſtantia patris: non autem aliundè, non alia ex ſubſtantia, ſignificet: quandoquidē ipſa ſubſtantia perſonis tribus communis eſt, ac ſanctus ſpiritus patri & filio conſubſtantialis ac connaturalis exiſtit: ſequitur, vt tam illud, EX PATRE PROCEDERE, (quod paſſim legitur in ſcriptura ſacra) quàm illud Epiphanij, EX VTROQVE ad patris filijq; ſubſtantiam referri debeat. Non igitur eſt credendum, quod ipſe modò dicebas, vt in diuinis, quod eſt ſubſtantia dicitur eſſe, idem ſit ex perſonis. Ideo ergo ſanctus Spiritus ex patre filioque dicitur eſſe, quòd ipſis conſubſtantialis (vt eſt ſuprà dictum) exiſtit.

IOAN. ¶Ex tua oratione, pater reuerende, duas habui cōcluſiones: vt tametſi nobis concederetis verbum, eſt, ſubintelligi, minimè tamen ex eo conſequatur, ut eſſe ſpiritus, ex perſona ſit: cuius tamen oppoſitū, reuerēde pater, innitēs Magni Baſilij authoritati, paulò antè dixiſti. Qui quidem Magn⁹ Baſilius, ſi ſic ſenſiſſet, ut à uobis exponitur, ſibi ipſi nequaq̄ conſtaret, ſed valdè contrarius eſſet, ac duo ſimul oppoſita literis mandaſſet: quandoquidem modò in-

quit,

Digitized by Google

quit, ex patre, & non aliundè: modò autem, ſpiritum ſanctum ex filio eſſe. Propoſitam igitur ipſius Baſilij authoritatem, in primis diligenter debemus perpendere: id deinde, quod ex ipſa conſequi videatur. His dictis, ſeſſio miſsa fuit, ſancta ſynodo decernente, vt ad diem Iouis proximam conueniret.

DIE IOVIS V. MENSIS MARtij ſeſſio 19. Florentiæ.

IOAN. SVperiore ſeſſione, patres ampliſſimi, Magni Baſilij authoritatem, quam in mediũ protuliſtis, proferentibus vobis illud, NON ALIVNDE, non alia ex perſona, ſignificare: nobis autem, non alia, quàm ex diuina ſubſtantia, implicatam & indiſcuſsam reliquimus. Porrò autem Magnus ipſe Baſilius in Eunomium ſcribens ſanctum ſpiritum ex filio habere eſse, ſi per illud NON ALIVNDè, non ex alia perſona, vt dicitis, intellexiſſet, duo ſimul contraria literis proculdubiò mandaxiſset: quod de tanto doctore abſurdum eſse aſserere, quandoquidem tales doctores maximum noſtrum fidei fundamentum exiſtunt. Cuius Magni Baſilij vetuſtiſſimum librum vnà cum duabus expoſitionibus vidimus, ac unum eius dictum ad propoſitum valdè pertinens fideliter in Latinum conuerti curauimus. * Talem ergo ac tantum teſtem, & antiquiſſimum doctorem, coram ijs doctiſſimis patribus Latinè priùs, vel (ſi vobis magis expedit) Græcè recitetur: [Præterquàm quod,] inquit, [ſpiritus nõ appellatur filius, quonam pacto humana exẽpla,] & reliqua? Ex quibus patet, Magnum Baſilium crediſiſse, ſanctum ſpiritũ ex filio habere eſse. In ſequenti verò capite, quod incipit ita: [Niſi quis dicat ſpiritum ex Deo,] eandem ipſam infert cõcluſionem, quod quidem caput, quoniam rationi plurimùm conſonat, ac ad propoſitum pertinet, idcirco puto te illud accuratè vidiſse, totum igitur recitetur.

for. *Talis ergo ac tantus teſtis, & antiquiſſimus doctor, corã

MAR. ¶Hæc, pater reuerẽde, ad propoſitum minimè ſpectant, quandoquidem verba confundis, cùm vnumquodq; ſeparatim proferre deberes. Quod cùm in exponendo Epiphanio nequaquàm feceris, eius ſententiam confudiſti, obſcuramq́ue reddidiſti. Quæ igitur protuliſti, ex repetentes, accuratiùs contemplemur. Illud (inquis) Baſilij, EX IPSO, ET NON ALIVNDè, nõ quidẽ ex patris perſona, & nõ ex alia, verùm ex patris, ac non ex alterius ſubſtantia & natura, ſignificaret: ita vt ipſum, NON ALIVNDè, ad nõ aliam ſubſtantiam referri debeat, quòd ſanctus ſpiritus eſset creatura, vt Eunomius aſserebat. Quam quidem nos expoſitionem ſuſcipientes, illud etiam, ſpiritum ex patre vel filio, vel ex vtroque, non ex patris vel filij, vel ex amborum perſonis, verùm ex ipſorum ſubſtantia eſse, ſignificare ſentimus: ita vt illa verba ſignificent, ſanctum ſpiritũ patri & filio cõſubſtantialẽ eſſe, nõ autem ex alia natura, vt creatura. Quam quidem expoſitionem theologi ratiocinantes benè demonſtraſſe videntur, cùm ſi (quẽadmodùm ipſi creditis) illa verba voluiſſent, exponere, non tam profectò vehementer in demonſtrando elaboraſſent.

IOAN. ¶Videor mihi, P. Reuer. duas ex ſermone tuo habuiſſe concluſiones: alteram, minimè me ex Baſilij mente dicere debuiſſe, ſanctũ ſpiritum ex patre ac filio eſſe, cùm id ex dictis eius neutiquam poſſit haberi: alteram verò, Baſilium ipſum huius fuiſſe ſententiæ, vt ſanctus ſpiritus non niſi ex patris filijq́ue ſubſtantia ſit, ita vt ex ipſa ſubſtantia ſanctus ſpiritus intelligatur produci.

MAR. ¶Item velim nonnihil, P. reuerẽd. proferre, deinde te reſpondere. Magno nanque Baſilio, intendenti hæreticorum euertere dogma, credentium, ſpiritumſanctum non ex patris filijq; ſubſtantia eſſe, nõ opus erat probare, à quonam ſanctus ſpiritus haberet eſſe, cùm etiam ipſi crederent Deum ſpũs cauſam eſſe, quandoquidem mortales omnes à Deo cuncta fatentur eſſe, neque ſpiritus idem ex cuiuſnam ſit perſona: quoniam ex Euangelio patet, ipſum ex patre procedere. Verùm Magnus ipſe Baſilius, ad oſtendendum ſanctum ſpiritum ita eſse ex Dei ſubſtantia, quemadmodum etiam filius, protulit ipſum ex patre, non autem aliundè, eſse.

IOAN. ¶Volebat (inquis) primùm, P. Reue Magnus Baſilius aduerſus hæreticos demonſtrare, ſanctum ſpiritum patri filioq́ue conſubſtantialem eſse: deinde non erat ipſi neceſse probare, an pater vel filius cauſa ſancti ſpiritus ſit: in extremum autem protuliſti, eundem ipſum Magnum Baſilium oſtendiſſe, ſanctum ſpiritum ex patris, & nõ ex alia, ſubſtantia eſset ego autem primam partem affirmans, in qua quidem conuenimus, ſecundæ nequaquàm aſsentior: quandoquidem eius, quod ipſa ſeſſione dixiſti, contraria videtur eſse. Tũc enim illud, NON ALIVNDE, pro NON ALIA EX PERSONA, fuiſse poſitũ aſserebas: nũc autẽ ALIVNDE, ad Dei ſubſtantiam & naturam debere referri, immemor ipſius Baſilij in eodem loco dicti, SPIRITVM EMITTIT PER OS. Idcirco q̃ro ex te, pater reuerende, vtrùm hæc verba ſignificẽt ſpiritumſanctum ex patre, an ex filio mitti. Nanque quodcũque dederis, ſancti ſpiritus cauſam proculdubiò aſſignabis. Sanctum autem ſpiritum ex patris ſubſtantia eſse, id quod in parte tertia protuliſti, ipſi etiam profitemur: quandoquidem patris filijque ſubſtãtia, vna eademque numero eſt: ſanctus verò ſpiritus, creatura phantaſmáve minimè creditur eſse, ita vt ex patre, non autem ex filio ſit. Ergo quemadmodùm ſpiritus à Deo accipit quicquid ſit Dei, hoc eſt, ſubſtãtiam eius: ita quoq; neceſse eſt, à filio accipiat, quicquid filij ſit, id eſt, ſubſtantiam eius.

eius. Omiſſa igitur prima parte, in qua (vt dictum eſt) conuenimus, quidnam de duabus alijs ſentias, obſecro, nobis declares.

MAR. ¶Tuam equidem expoſitionem, reuerende pater, vt noſtræ ſententiæ conſonam, eadem ſeſſione ſuſcipiens, te coram tot ampliſſimis patribus in contraria incidiſſe probaui. nanq; requiſitus, an illud Ex Patre, ex patris perſona, ſignificaret, ita eſſe dixiſti. Deinde Magnum Baſilium attuli, aſſerentē ſpiritum ex patre, ac non aliundè eſſe, teq́ue ipſi ſententiæ innitentem fateri coegi, hæc etiam verba ad patris ſolam perſonam referri, ita vt in exponendis ipſis duobus dictis tibi conſtare viderere. Poſteà verò, mutata oratione, ipſam ſecundam Baſilij authoritate ita expoſuiſti, vt illud Ex Patrs, Non Avtem Alivnue, ex patris ſubſtantia, non autem ex alia, ſignificaret: quam quidē expoſitionem ſuſcipiētes, neutiquàm ſimul pugnantia, vt aſſeritis, protulimus. Verùm quidnam ex ipſa ſequeretur, patefecimus. Nanque clariſſimè ſequebatur, vt illud etiā Epiphanij, Sanctvm Avtsm Spiritvm, Qvi Ex Vtroqvs, non neceſſariò ad patris filijq́; perſonas, verùm ad ipſorum ſubſtantiam & naturam referri: quādoquidem Sanctus ſpiritus patri & filio cōſubſtantialis creditur eſſe, quemadmodum etiam ipſi ob vnitatem, & (vt ita dicam) identitatem noſtræ ſubſtantiæ nō ex eiſdem perſonis, verùm ex vna ſubſtantia conſiſtere dicimur, vt apud ſacram ſcripturam, Iudas de

Gen. 37. f Ioſeph loquens, inquit: [Caro enim & frater noſter eſt.] Patet autem, fratres non eandem perſonam habere, verùm eiuſdem eſſe ſubſtantiæ ac naturæ.

IOAN. ¶Quæ ſeſſione proxima protuli, pater reuerēde, quanam videlicet ratione ſpiritus ex patris ſubſtantia & perſona ſit, hi præſtantiſſimi patres optimè percepiſſe videntur: quibus etiam exploratum eſt, Sanctum ſpiritum non ex alia perſona eſſe. Ad ꝓpoſitū ergo veniamus, ſic enim forſan nos Spiritusſanctus coniunget. Porrò licet tibi ex noſtris expoſitionibus eam ſuſcipere, quæ tibi magis placuerit. Nanq; quancunq; nobis dederis, ipſam ſine controuerſia defendemus: quandoquidem extrema tua oratio vera fuit. Ergo ponatur id, quod tibi magis placere videt, vt illud, Non Alivnde, non alia ex ſubſtantia, ſignificet: in quo quidem quoniam Dei benignitate conuenimus, idcirco ad tertiam partem veniamus.

MAR. ¶Cùm altera de parte ageremus, ipſum, Non Alivnux, non alia quàm ex patris ſubſtantia, ſignificare volebas. Eſt ne ita?

IOAN. ¶Ita prorſus.

MAR. ¶Præterea ſi quidem (inquis) Sanctus ſpiritus ex patris ſubſtantia dicitur eſſe, neceſſe eſt, credere ipſum ex filij quoque ſubſtantia eſſe: quandoquidem patris filijq́ue ſubſtantia, vna eademq́ue numero eſt, ita vt videaris profiteri, patris filijq́ue ſubſtantiam, Sancti ſpiritus cauſam eſſe.

IOAN. ¶Non ita dico. Hæc igitur repetamus.

MAR. ¶Quando ſpiritum ex patre dicimus eſſe, patris filijq́ue ſubſtantiam debemus percipere, ex qua ſanctus ipſe ſpiritus eſſe habeat. Itáne credis?

IOAN. ¶Non ita planè ſentimus.

MAR. Quando ſpiritum ex patris filijq́; ſubſtantia eſſe audimus, eiuſdem ſpiritus cauſam neceſſariò intelligimus. An non ita vobis videtur?

IOAN. ¶Profetentes P. R. Sanctum ſpiritum ex patris filijq́ue ſubſtantia eſſe, ipſum ex cauſa eſſe neceſſariò intelligimus, q̄ quidem doctores noſtri principium appellare ſolent. Porrò autem quoniam Baſilius loquens de Sancti ſpiritus cauſa, inquit: Spiritus ex ore eſt: idcirco quæſiui ex te, vtrùm ex patris, an ex ore filij intellexerit, quandoquidem quod proferimus, id etiam nos ſentire oportet. Ex euangelio autem latè patet, Spiritum ſanctum ex patre, hoc eſt, ex eius ſubſtantia procedere. Siquidem igitur ex patre procedit, ex ipſo etiam accipit, vt ſuprà probatum eſt. Et quemadmodum ſpiritus à patre ſubſtantiam accipit, quod eſt idem à filio eſſe, ita etiam à filio accipit, cùm patris filijq́ue ſubſtantia vna ſit. Exemplum autem de Ioſeph, ad propoſitum ſpectat minimè.

MAR. ¶Magnum Baſilium, ac Euangelium ſimul miſſum in præſentia faciamus: tu verò pater reuerende, clariùs luculentiuſq́ue mihi reſpondeas, an profitentes Sanctum ſpiritū ex patris filijq́ue ſubſtantia eſſe, ex ipſorum quoque perſonis eundem ſpiritum eſſe, credere debeamus.

IOAN. ¶Quod quæris, pater reuerende, id eſt quod ſeſſione proxima demonſtraui, videlicet iuxta omnem philoſophorum ſcholam, actiones eſſe ſuppoſitorū. Nónne ita tibi videtur?

MAR. ¶An ita ſit, pater reuerende, nolo in præſentia reſpondere: tu autem mihi, velim, reſpondeas: deinde verò libenti animo tibi ad omnia reſpondebitur.

IOAN. ¶Iacob in hoc mundo, pater reuerende, ſuppoſitum vnum eſt. Superiùs autem diximus, diuinam ſubſtantiam non generare, neque ſpirare: quandoquidem eiuſmodi generatio atque ſpiratio ad perſonas ſolummodò: vndè ſequitur, vt patris perſona, non autem ſubſtantia, generationis ſpirationiſq́ue cauſa ſit. Porrò autem quoniam ipſa patris perſona in generando filio ſubſtantiam ei communicat, idcircò iuxta doctores filius ex patris, Spiritus autem ex patris filijq́ue ſubſtantia dicitur eſſe, vt perſonarum ſeruetur diſiunctio: in quibus oppugnantia relatiua non eſt, qua ſunt vnum re cum ſubſtantia. Quanam igitur ratione Spiritus ex patris filijq́ue ſubſtantia eſſe habeat, ex his patet.

MAR. ¶Tua equidem verba, pater reuerende, componere, rimariq́ue nequeo, vtpotè quæ mihi videantur plurimùm inter ſe oppugnantia. Nam quandoque profers Spiritum ex patris filijq́ue ſubſtantia eſſe, quæ

vna eademq́ue numero creditur eſſe: quan-
doq; verò,mutata ſententia, dicis ſubſtãtiam
ipſam per ſe apud doctores, perſonarum nõ
AND. eſſe cauſam. ¶ Benè ſciteque pater hic re-
uerendus loquutus eſt,tuque pater præſtan-
tiſſime acutiſſimè reſpondiſti. At in generũ
æquiuocatione ac ambiguitate verſari vide-
mini.Nam in communi tum Græcorũ, tum
Latinorum doctorum theologia multùm
differt, ſimpliciter proferre diuinã ſubſtan-
tiam,vel patris filijq; ſubſtãtiam:haud qua-
quam tamen ex eo putare debetis, vt re diſ-
ferant,quandoquidem ſola ratione ac intel-
ligentia differre creduntur. Doctores igitur
ipſi diuinam ſubſtantiam ſimpliciter profe-
rentes,patris & filij ſanctiq́ue ſpiritus com-
mune quoddam intelligunt: ſubſtantiam
vero patris dicentes, patris perſonam mente
MAR. concipiunt. ¶ Id,pater reuerende, quan-
doque,non autem ſemper ac neceſſariò con-
IMP. tingere creditur.. ¶ Duobus ſimul præſer-
tim inter ſe contradicentibus, noſtri docto-
IOAN. res reſpondere non poſſunt. ¶ Vt exem-
plum Iacob,pater reuerende, fiat clarius, li-
cèt mihi de eo ſatis dixiſſe videar, verba ta-
men nonnulla ad idem ſpectantia proferã.
Nam Iacob humanum ſuppoſitum eſt,cuius
quidem ſubſtantia & natura, hoc eſt, huma-
nitas,communicabilis eſt, non tamen gene-
rãs,ſed qua Ioſeph à Iacob generatur,quæq;
Ioſeph ipſi communicatur. Quanam igitur
ratione oratio hæc intelligi debeat, Ioſeph
eſt à natura Iacob,ex his patet. Ioſeph enim
à Iacob ſuppoſito, per ipſius Iacob naturam
vt per principium,quod quidem communi-
cabile eſt,generatur, quandoquidem actio-
nes ſunt ſuppoſitorum, vt ſæpenumerò di-
ctum eſt.Fieri autem non poteſt,vt ipſius Ia-
cob ſubſtantia,à Ioſeph ſubſtantia diſiuncta
non ſit.Exempli tamen cauſa eadem eſſe po-
natur.Porrò autem quoniam diuina genera-
tio,infinita & imperceptibilis eſt, idcirco di-
cimus patrem perſona ſubſiſtere,quæ qnidẽ
eſt ſuppoſitum generans: generatio autem
actio eſt, quæ ſuppoſito ſolùm cognoſcitur:
patris verò ſubſtantia principium eſt, per
quod generat pater,quodque per generatio-
nem filio tradit atque communicat, & ab eo
ſuſcipitur & communicatur, quemadmo-
dùm Iacob humanitati & naturæ contigit,
quam Ioſeph à generante ſuppoſito ſuſcepit.
Verùm diuina ſubſtantia omnium ſubſtan-
tiarum excellentiſſima eſt,quæ cùm ſit vna
eademq́ue numero in patre ſimul & filio ac
Sancto ſpiritu, ita vt in nullo alio differant,
niſi quòd pater eſt pater, & filius eſt filius:
ſapientiam quoque Dei, necnon benignita-
tem & potentiam eius,communicabilem eſ-
ſe credimus, quandoquidem idem ſunt.
Quoniam autem diuina ſubſtantia nomen
abſtractum exiſtit, idcirco generatio ei non
poteſt aſcribi.Nanq; cùm vna numero ſit,ſi
quidem generare poſſet, proculdubiò in-
diuinis eſſet diſiunctio: quandoquidem non
ſe ipſam,verùm quicquam aliud generaret,
propterea communi doctorum ſententia di-
uina ſubſtantia nequaquàm generat. Vndè
ſequitur verum eſſe, id quod ſæpiſſimè pro-
tuli,vt cùm ſpiritum ex patris ſubſtantia eſſe
audiamus, neceſſe ſit, ex ſuppoſito intelliga-
mus,ſimiliter etiam cùm ex filio. Vt veritatẽ
igitur aſſequamur, ad illud dictũ Baſilij re-
deamus, quandoquidem nil aliud agimus,
niſi vt veritatem inueſtigemus. ¶ Ex ſer- MAR.
mone tuo, P. reuer.vt puto, concluditur,pa-
tris filijq́ue ſubſtantiam,quę vna eademq́ue
numero eſt, Sancti ſpiritus principium eſſe,
(quo ſanè nomine videris vti ſæpiſſimè) ꝗ
pater & filius ſua communi ſubſtantia & na-
tura,Spiritum ſanctũ producunt. Siquidem
igitur ex patris ac filij ſubſtantia,vt ex cauſa,
ſpiritũ eſſe credis,num etiã neceſſe eſt, vt in-
telligamus patris filijq; ſubſtantiã,principiũ
& cauſam eſſe? ¶Principium equidem bi- IOAN.
partitus fui. Credis ne modo quodam, MAR.
patris filijq; ſubſtantiam principium & cau-
ſam eſſe? ¶Quid ni? ¶Ergo ſequit', ſub- IOAN. MAR.
ſtantiam Sancti ſpiritus, ex communi patri
filioq; principio,cauſatam eſſe. ¶Ex com- IOAN.
muni quidem principio, à patre filioq; Spi-
ritui ſancto. ¶Si quidem communẽ patri MAR.
filioque ſubſtantiam,Sancti Spiritus cauſam
vel principium quo, dicis eſſe: quid obſtat,
obſecro,cur Sancti ſpiritus ſubſtantia cauſa-
ta nõ ſit? ¶Nõ planè ſeqꝰ. ¶Cur obſecro? IOAN. MAR.
¶Cur? quia id quod fit in humanis, tan- IOAN
tùm ab agente ſuppoſito fit, ita vt falſum ſit
proferre hoc humanum ſuppoſitum ab hu-
mana natura productum eſſe, quandoqnidẽ
apud noſtros theologos humanitas abſtra-
ctum nomen eſt,ac ſuppoſitũ nullum ſignifi-
cat. Iacob ergo vel homo, ſuppoſitum hoc
quod ſubſtat, ſignificans, humanitate ſua
ſuppoſitũ aliud producit. Itáne etiã de di- MAR.
uinis poſſumus proferre? Quid ni? IOAN.

Ex eo tamen nõ ſequitur P. reuer. vt ſan- MAR.
ctus ſpiritus ex ſubſtantia ſit,& ſpiretur, vel
ex patris ſubſtantia generetur, vel ex ſubſtan
tia filij ſpiretur,vel procedat. Memini me IOAN.
P. reuer. dixiſſe, ſanctis patribus in generali-
bus ſynodis morem fuiſſe, vt anteà quàm
quicquam de fide ſancirent, maiorum ſuo-
rum ſententias viderent, ac ipſis ſummope-
rè inniterentur: quem quidem vſum me ſer-
uare volentem,ac dicta ſanctorum in mediũ
proferre incipientem, interpellaſtis,ac Ma-
gnum Baſilium attuliſtis,de quo ſatis, quan-
doquidem orationes noſtras omnes hi P. vi-
dentur intellexiſſe: ad alias ergo ſanctorum
ſententias veniamus.

At nondũ quicquam ex illis concluſimus. MAR.
Vt equidem tibi P. reuerende gratum fa- IOAN.
cerem, animo libenti conceſſi, vt tot verba
in hac materia haberentur. Non eſt igitur
alienum à ratione, vt ipſe quoq; concedas,
vt alias patrum ſanctorum ſententias videa-
mus.

Digitized by Google

mus.nam ſic ad concluſiooem faciliùs perueniemus.

MAR. De his paulopòſt. Nanq; nondum videmus, P.R. quænam concluſio tuis ex verbis haberi poſſit. In humano genere ſuppoſitũ hoc(inquis)ab alio ſuppoſito, id eſt, hic homo per naturam communẽ ab alio fit: & falſum eſſet proferri,hominem ab humanitate fieri:ſiquidẽ igitur ita quoq; de diuinis perſonis credendum̃ eſt,vt falſum ſit dicere, diuinam perſonam à communi diuina ſubſtãtia eſſe,quandoquidem ipſa ſubſtantia, ſuppoſitum per ſe ſubſiſtens nequaquàm ſignificat,à quo aliud ſuppoſitũ fieri dicatur: ſequitur, nos nollá cauſam intelligere poſſe, quando ſpiritũ ex patre filioq; dicimus eſſe, quandoquidem diuinæ ſubſtantiæ non eſt (vt inquis)generare aut producere,quemadmodùm de natura humana dici ſolet.

IOAN. Volo equidem tibi R.P.oſtendere, dicentibus quicqoam ab aliquo eſſe, neceſſe eſſe, intelligere illud ex pſona eſſe. Magnus nanq; S. Baſil. Baſilius io 3.cõtra Euoomium libro inquit: [Cur enim neceſſe eſt, ſi dignitate ac ordine tertius eſt ſpiritus,natura quoqoe ipſum tertium eſſe?Dignitate nanq; ipſum ſecundum à filio,cùm ab ipſo eſſe habeat, & ab ipſo accipiat,& annunciet nobis, & omnino ab illa cauſa dependeat,pietatis ratio tradit.]Siquidem igitur ad Baſilium, cui doctores omnes plurimùm tribuunt, ſpiritus à filio habet eſſe,ac ab ipſo eſt vt à cauſa,nobiſq; ſuprà cõceſſum fuerat,ACCIPERA,ac ESSE, idẽ iuxta doctores ſignificare: neceſſariò ſequitur, vt idem ſpiritus à filio quoq; procedat. Porrò quantæ authoritatis ac exiſtimationis in Sancti ſpiritus materia Baſilius fuerit,Chalcedooen̄. ſynodus ad Martianum ſcribens, teſtatur:[Hic magnus (inquit) Baſilios miniſter gratiæ.] Et iofrà, [Hic doctrinam de Sancto ſpiritu illoſtrauit.] Siquidem igitur Sancti patres tantum in Sancti ſpiritus materia Baſilio tribuêre, ipſe verò in ea clariſſimè ſcripſit,neceſſe mihi videt̃, vt ipſi, totaq; Eccleſia,patres ipſos ſeqnentes,eundem magnum Baſiliũ ſuſcipiamus ac amplexemor, eiuſq; ſcriptis acquieſcamus: cuius quidem vetuſtiſſimus liber hic eſt, qnem (ſi lubet) legatis.

MAR. Hoc magni Baſilij dictum, P.R. ſuo loco conſiderabimus. Nunc aotẽ concludamus, quidoã ex illo tuo ſermone ſequatur.

IOAN. Quinimmò R.P. huic authoritati primò reſpondeas, quæ quidem ſola controuerſiá noſtrá diſſoluet.

MAR. Communẽ patri filioq; ſubſtantiam P.R. quæ vna eademq; numero creditur eſſe, Sancti ſpiritus cauſam & principium eſſe dicis, qoo planè ſpiritus ex patre procedit: vodè ſequitur manifeſtè, ſubſtantiam Sancti ſpiritus cauſatã eſſe, ac doas ſubſtantias inter ſe,ſecundum cauſam & cauſatom oppoſitas, in ſacratiſſima Trioitate exiſtere, quod quidem à Chriſtiana theologia longè alienũ,& à nullo vnqoàm doctore memoriæ proditum eſt: qoippe qui diuinam ſubſtantiam neq; generare,neq; producere, neq; patrem vel filium per communem ſibi ſubſtantiam,vt vos dicitis,verùm per ſubſtãtiam vel hypoſtaticam proprietatem, generare vel producere ꝓfitentur. Hoc igitur inconueniens ex tuis verbis ſequi videtur, quę (ſi lubet) diligentiùs contemplemur, vel his in aliud tempus dilatis, onnc ad Baſilium veniamus.

IOAN. Quoniam non me benè videris intellexiſſe,R.P. idcirco quæ pauloantè protuli, ea clariora reddam. ergo diligenter attende. Subſtantia duobus modis à doctoribus ſolet intelligi: vno quidem,pro rei ratione,quæ diffinitionem, quod quid eſſe rei ſignificantem, vel alio nomioe,entitatem atq; naturã rei ſignificat: altero verò modo ſubſtantia pro ſoppoſito capitur, quemadmodùm Ariſtoteles in 5. Metaphyſicę libro, iuxta omnium doctorum expoſitionem, dicere videtur: quod quidem ſuppoſitum, in prędicamentali ſubſtantię linea, ſpeciebus atq; generibus apud Porphyrium ſubſtat, vt Socrates atqoe Plato: quæ alio quoq; nomine, hypoſtaſis vel exiſtẽtia, vel res naturæ ſolet appellari. In genere autem humano eadẽ ſubſtantia perſonam ſigoificat, quandoquidem perſona dicitur eſſe natura rationis capax, incommonicabilis exiſtentia, ita vt in rationali ſpecie ſubſtantia pro ſuppoſito accepta, exiſtentiam atq; perſonam apud omnes illos doctores ſignificet, qui in Arium ac Macedonium conſcripſerunt, quorum ille filiũ creaturam, non autem ex patris ſubſtantia, hic verò ſpiritum neq; ex patris, neque ex filij ſubſtantia dicebat eſſe. Pater ergo, cùm ſit rationalis naturæ ſubſtantia, ſuppoſitum vel exiſtentia vel perſona dubio procul appellari debet. Porrò, quoniam generare ſic verè conuenit perſooæ patris, quemadmodùm eſt, verum proferre, ſubſtantiam hanc huic ſubſtantiæ conuenire: ſequitur, vt ipſa ſubſtantia eadem ſit patri ac paternitati, nullaque ratiooe commonicabilis. Vndè eoenit, vt quoniam proprietates incommunicabiles ſunt, idcirco doctores noſtri SVASTANTIA non pro patris perſona, ſed pro natura patris vtantur, quemadmodùm in hominis diffinitione ſubſtantia capitur, ita vt io hac oratione, Spiritus ex patris ſubſtantia eſt, ſubſtantiam, id eſt, entitatem ipſam inſitam patri, doctores intelligant. Subſtantia ergo cùm vna ratione ſuppoſitum, vel (vt ſuprà dictum eſt) in diuinis hypoſtaſim, vel perſonam ſignificet, cùm Spiritus ex patris ſubſtantia dicitur eſſe: ſubſtantia planè talis nunquàm à doctoribus noſtris pro ſuppoſito vel exiſtentia ſuppoſiti accipitur, quandoqoidem ea ratione incommunicabilis eſt. Verùm altera capitur ratione, quemadmodum diffinitio ſubſtantiã rei ſignificat, quæ natura vel entitas (vt ſuprà dictũ eſt) appellatur. Cùm ergo doctores noſtri pronũciaot,

Perſona quid.

Sanctum ſpiritum ex patris filijq́; ſubſtantia eſſe, per ſubſtantiam ipſam non exiſtentiam patris, verùm naturam eius intelligunt, quæ quidem eſt in patre, ac in ſeipſa, quemadmodum & pater. Patris verò nomen ſubſtantiã habitudinemq́; ſignificat, per quã hæc exiſtentia vel hoc ſuppoſitum, ab alio differat. Hæc ergò communis ſubſtantia, quam in patre protulimus eſſe, cauſa eſt & principium, quod per generationẽ communicatur. Porrò pater generat, filiumq́; producit, ſubſtantia tamen hęc filio nequaquàm communicatur, in quo quidem ſolẽt homines ſæpiſſimè decipi. Cùm enim dicimus patris ſubſtantiam filio communicari, non id aſſerimus verum eſſe, quatenùs pater filium generet, quandoquidem filius etiam generaret. Proptereaq́; dicere ſolemus, nec ipſum Esse cõmunicari, quia filius quoq; neceſſariò (vt paulò antè dictum eſt) generaret. Hæc autem ſubſtantia (vt ita dixerim) abſolutè ſimpliciterq́; cõſiderata, quæ generãdi poteſtas eſt, principiũ eſt quo vel per quod, quod quidem à patre filio communicatur & traditur, non tamen ſecundum abſolutam eius conſiderationem. In generatione autem filij, omnia patris cõmunicantur: quandoquidem principiũ eſſe communicabile, filiationi ſe non opponit. Pater ergo cùm generet, per eandem ipſam ſubſtantiam, quæ principium eſt quo vel per quod, id etiam cum filio communicat, vt is etiam Sancti ſpiritus principium ſit, quãdoquidem Spiritusſancti principium in patre eſſe, habitudini proprietatíve filij nequaq̃ opponitur: proptereà tamen non ſequitur, vt hæc ſubſtantia ſecundum ſuum eſſe commune ac abſolutum, principiũ ſit per quod. Secundum igitur eiuſmodi conſiderationẽ, potentia producens vocatur, filioq́ue communicatur, qua quidem ratione non ſequitur, vt eadẽ ſubſtantia, cauſa ſit atq; cauſata. Hanc nobis doctrinam, pater reuerende, doctores omnes tradiderant, orationes has exponentes, Filius eſt ex ſubſtantia patris, & Sanctus ſpiritus ex patris filijq́; ſubſtantia. Quam quidem doctrinam ſi etiàm ipſi ſequemini, profectò nunquàm errabitis. Sed hactenùs. Seſſione verò ſequenti, de his diffuſiùs dicam, tu autem (ſi lubet) reſpondeas.

JVL. Car. Quæſtionem tuam pater Epheſie, prouincialis pater ſcitè diſſoluiſſe videtur.

MAR. Nos iuxta primæ ſynodi theologiam ac eius ſymbolum reuer. P. illud Ex Patre, id eſt, ex patris ſubſtãtia natum, nil aliud ſignificare putamus, quàm Ex Patris Persona, hoc eſt, ex patris ſubſtãtia, eiuſq́; proprietatibus. Nónne tibi quoq; videtur ita, vt perſona ſubſtantia nominetur? an quicq̃ aliud, p̃ter hoc?

JOAN, Nónne dixi P. R. duo eſſe ſubſtantiarum genera: alterũ, quatenùs tribus perſonis natura cõis exiſtit: alterũ verò, cùm vnà cũ exiſtentibus proprietatibus conſideratur, qua quidem ratione hypoſtaſis & perſona nuncupatur? Illud ergo quod in Niceno ſymbolo celebratur, Ex Patre, id eſt, ex patris ſubſtãtia natũ: neceſſe eſt Ex Hypostasi Patris ſignificet: quod aliud quoq; genus ſubſtantiæ, præter illa duo, videtur eſſe, doctores tñ ſubſtantiæ nomine, duobus tantũ modis vtuntur. Nam primũ illud, quod ſuprà protuli, non aliter à Latinis q̃ pro hypoſtaſi capitur, ita vt meritò nemo nos poſſit accuſare, tria ſubſtãtiæ genera profiteri: quãdoquidem filium eſſe conſubſtantialem patri, id quod prima Nicæna ſynodus declarauerat, ipſamq́; ſubſtantiam, per quam filius patri conſubſtantialis exiſtit, tribus perſonis cõmunem eſſe: ac illud Ex Patris Svbstantia, principium quo vel per quod, non aũt Generans ſignificare, firmiter tenemus.

MAR. Subſtantia, per quam (inquis) Pater & Filius eſt, tribus perſonis cõmunis exiſtit: num ergo verũ eſt dicere, Sanctum ſpiritum ex trium perſonarum ſubſtantia hypoſtaticè procedere? quandoquidem pauloantè viſus es protuliſſe, Sanctum ſpiritum ex communi patri filioq́; ſubſtantia dependere.

IOAN. Num, cùm Ex Patre profertis, præpoſitio Ex, differentiam vel diſiunctionem inter ſubſtantias aliquam apud vos ſignificat?

MAR. Ita profectò.

IOAN. Realémne, an ſecundum rationem?

MAR. Perſonarum diſiunctio, pater reuerende ſecundum noſtram intelligẽtiam conſideratur, non autem inter ſe, verùm hypoſtaſis quæq; realiter.

BES. Tametſi P. reuer. ſecundum noſtram intelligentiam inter ſe diuinæ perſonæ differunt, ſuis tamen proprietatibus re ſubſtant.

IOAN. Hîc quæro ex te, P. reueren. an proprietates cum perſona ſint idem.

BES. Secundum quidem rem & ſubiectum idem eſſe creduntur, ratione verò differre.

IOAN. In patre quidem, P. reuer. paternitas eſt ac ſubſtantia, tribus diuinis perſonis communis: patris verò perſona, non niſi ratione ab ipſa paternitate ſubſtantiaq́; differt, cùm ab alijs duabus perſonis re quoque differat. Siquidem igitur in patre paternitas ac ſubſtantia eſt, quanam (obſecro) ratione pater generat? Et vtrum ſuppoſitum eſt? paternitáſne, an ſubſtantia? an vtranque?

MAR. Subſtantia eſt, P. R. id quod patri communicatur, per ipſam tamen nequaquàm filio pater communicatur, verùm per ſuã proprietatem, quæ quidem paternitas eſt, ad filiumq́ue refertur, atque principium eſt, nõ tamen tribus perſonis commune.

IOAN. Immò ſubſtantia eſt, P. R. id quod filio communicatur, quandoquidem in patris perſona (vt pauloantè dictũ eſt) nil aliud quàm ſubſtantia & paternitas eſt. Ergo ſuppoſitum, nõ vt proprietas, cõmunicabile eſt. Nam cùm ſuppoſitum & ſubſtantia vnum ſint, neceſſe eſt vt non alia ratione, quàm per ipſam cõmunem ſubſtantiam, pater ipſe cõmunicabilis ſit.

MAR: Quòd P. R. protuli, ita debet intelligi, vt cõmunis ſubſtantia per quam pater cum

filio

Digitized by Google

filio communicatur, quæq; vna eademq́ue numero creditur eſſe, in Patrem, & Filium ac Sanctum ſpiritum ſecundum noſtram intelligentiam diſtribuatur. Proptereaq; diſiunctim proferre ſolemus patris ſubſtantiam, filij ſubſtantiam, Sancti ſpiritus ſubſtantiã, intelligentes propriam vnius cuiuſuis hypoſtaſim. Quid autem ex his concludere velles, quàm citò proſeras.

IOAN. Ex tuo ſermone P.R. contrarium eius, quod ſuperiùs protuliſti, concluditur. Cùm nanq; ſubſtãtia in tribus perſonis exiſtit, ex tua planè ſententia ſequeretur, vt patris ſubſtantia, quæ filio ſanctoq; ſpiritui communicabilis eſt, ratione tantùm, non autem re, communicet: quod in noſtra religione quàm maximũ inconueniens eſſe videtur, quandoquidem ipſam tribus diuinis perſonis re ipſa communicari, nobis eſt profitendum. Nam ſi ſingula quæq; perſona dependet à cauſa, ſequeretur vt perſonæ ratione ſolummodò differat: quod impium eſſet credere.

MAR. Nõ equidem protuli, P. R. diuinas perſonas ratione tantum differre, ſed quoniam vnaquęq; perſona vnà cum ſubſtantia intelligitur, idcirco ſeparantes hæc, ſubſtantiam ipſam mente cõcipimus. Quo quidem modo hypoſtaſim filij ex patris hypoſtaſi demonſtramus, ac diuinas perſonas percipimus, nequaquàm ſanè credentes, ipſa ratione tantùm differre.

IOAN. Id neque nos profitemur.

MAR. Quæro ergo ex te, P.R. quanam ratione patris & filij ſanctiq; ſpiritus ſubſtantiam intelligas.

IOAN. Nónne dixi vobis, patres amp. quemadmodũ doctores noſtri ratione triplici ſubſtantiã diuinam intelligant, videlicet pro ſubſtantia & entitate ac exiſtentia? Quanuis autẽ tres ſunt hypoſtaſes & perſonæ re inuicẽ differentes, eas tamẽ vnicum Deum & opificem vniuerſi credimus eſſe, perſonam verò ex diuina ſubſtantia proprietateq; conſtare, ita vt perſona nil aliud niſi ſubſtantia & proprietas ſit: quę quidem ſubſtantia & proprietas, licèt vnum re ipſa ſint, & per ſuas proprietates re inter ſe differant, quandoquidem ad aliquid ſunt, ipſas tamen ſecundum ſubſtantiam Deum vnum eſſe fatemur.

IVL. Car. Iam quatuor horarũ ſpatium elapſum eſt, ſit igitur in præſentia ſatìs. Tum ſynodus ſancta decreuit, vt poſtridiè conuenirent.

DIE SABBATI VII. MENSIS Martij, ſeſſio 20. Florentiæ.

MAR. Vt quęſtionem propoſitam, patres amp. tandem concluderemus, eã accuratius contemplari volebamus: ſed quoniam cuiuſdam Magni Baſilij dicti bis aut ter meminiſtis, ipſi plurimùm innitentes, acſi ad veſtrã ſententiam pertineret, idcirco quæſtione illa in aliud tempus dilata, ad ipſum Baſilium veniamus, qui (ſi lubet) iterũ recitetur.

S. Baſil. [Cur enim (inquit) neceſſe eſt, ſi dignitate ac ordine tertius eſt ſpiritus, natura quoque ipſum tertium eſſe? Dignitate nanq; ipſum ſecundũ à filio, cùm ab ipſo eſſe habeat, & ab ipſo accipiat, & annunciet nobis, & omnino ab illa depẽdeat cauſa, pietatis ratio tradit.] Hic locus, patres amp. mendoſus ac corruptus eſſe videtur. Quinque enim vel ſex tantùm libri Cõſtantinopoli extant, quos in hoc loco mẽdoſos credimus eſſe, cùm qui ſani ſint, plùs quàm mille habeantur: quibus ipſi propter eorum vetuſtatẽ & copiam magis credimus, cùm præſertim ad ipſius doctoris mentem, vt ex conſequentibus eiuſdem verbis apparet, hi noſtri libri facere videãtur. Quemadmodum igitur diuinum ſymbolum additionem paſſum conſtat fuiſſe, ita quoq; credendum eſt, libros hos in hoc loco ab aliquo, qui dogma veſtrum ſectaretur, corruptos fuiſſe. Quod vobis quoq; patebit, ſi noſtrum vetuſtiſſimum librum diligentiùs inſpexeritis, verba ſequentia cum antecedentibus conferentes, ac omnia ſimul ad ſenſum Baſilij applicantes: in quo quidem noſtro libro, non ita, vt in veſtro, legere eſt.

IOAN. Duo mihi, P.R. dixiſſe videris, te ſermone perpetuo quæſtionem illam, de qua nuper multa fecimus verba, libentiſſimè concludere voluiſſe. Verùm vt nobis facias gratum, te ipſam in aliud tempus trãſferentẽ, ad magnum Baſilium à nobis iam requiſitum venire velle: id quod profectò nobis gratiſſimum eſt: quandoquidẽ operæpreciũ eſt, ac plurimùm conuenit, vt à patrum ſanctorum teſtimonio, noſtræ diſputationis ſumamus exordium: quorũ authoritas apud nos non mediocris eſſe debet, ac ipſos vt noſtros duces ſectari, ac in omnibus imitari debemus. Deinde dixiſti, noſtrum hunc librum in hoc loco corruptum eſſe, quemadmodùm etiam accidit ſymbolo: cui certam additionem factam fuiſſe videmus. Ad q̃ tibi P. R. reſpondeo, ita clarè ac copioſè in illa materia hinc inde fuiſſe dictum, vt mihi ipſi ſuadeam nil planius, apertius, fortiusq; noſtris argumentis fieri potuiſſe: nil deniq; fuiſſe omiſſum, quod ad ipſam quæſtionem ſpectaret. Verùm ſi adhuc ambigis, putans non ſatìs dictum fuiſſe, hac (de qua modò agimus) quæſtione in extremum priùs adducta, ad illam (ſi tibi videbitur) reuertemur. Nam de hoc Baſilij libro, quem in hoc loco mendoſum & corruptũ eſſe dixiſti, reſpondemus ipſum à Nicolao Secundino Cretenſi viro optimo doctiſſimoq́ue nuper huc Conſtantinopoli allatum fuiſſe. Qui quidem liber conſtat ex membrana, & ſexcentorum annorum videtur eſſe, cùm diſſidium & controuerſia noſtra nondum fuerat orta. Prætereà locus & litera hæc talibus punctis & lineis diſpoſita eſt, vt nulla prorſus ex ordine talis corruptionis ſuſpicio poſſit haberi. Hic igitur liber corruptus non eſt, præſertim à Romanis, à quibus nunquàm antehàc viſus fuerat: quandoquidem non obliteratio, nõ macula, non deniq; diuerſa manus in hoc libro

depræhenditur. Prætereà ex vetuſtiſſimarum veſtrarum ſynodorum actis apparet, corrumpendorum librorum vitium & malignitatem (pace veſtra dixerim) apud vos à noſtræ * regionis boſtibus ortam fuiſſe, vt Cyrillus literis ad Ioannem Antiochenum antiſtitem miſſis, quæ ſic incipiunt, Gaudeāt cęli: quaſq; Chalcedoneñ. ſynodus ſuſcepit, teſtatur. [Si quis, inquit, legiſlatorum verba vera euerut, mea quoque dicta, vt ſibi placet, tranſmutat &c. Tua ergo pietas nō miretur, quandoquidem (vt optimè nouit) generis cuiuſuis hæretici ex à Deo ſpirata ſcriptura, erroris ſui cauſam capientes, quæ per Sanctū ſpiritum benè prolata ſunt, malignitate ſua corrumpunt,] & reliqua. In quibus quidem literis Athanaſij dedit exemplum, oſtendēs eius epiſtolam, ad Epictetum datam, corruptam fuiſſe. Prętereà Cyrillus idem ad Acacium ſcripſit, cuius quidem literæ fuerunt inſcriptæ, Mutua locutio: [Si quæ literis (inquit) mandaueram, ſic à nonnullis in mediū proferuntur, vt credant me eorum, quæ in Epheſina ſynodo celebrauimus, pœnituiſſe, id etiam derideatur: Dei nanque benignitate ſanę mentis ſumus, ac à recta ratione neutiquā aberrauimus.] Ex quibus meridiana luce clariùs apparet, ſanctum Cyrillum in Epheſina ſynodo, ac ſemper aliâs vnius ſententiæ fuiſſe. Prætereà in eiſdem literis de quodam Meſenenſi præſule facit mentionē, à quo quidem interrogatus, an ipſe quoque ſentiret idem quod Athanaſius ad Epictetū ſcripſerat, reſpondit, ſi ſanas & non mendoſas Athanaſij literas haberes, ipſis equidem acquieſcerem, ac eadem cum Athanaſio ſentirem. Viſis deinde ipſius Athanaſij literis, quas Cyrillus ſanas habebat, ſatis apparuit, omnes alias eiuſdem exempli literas, quę toto ferè in Oriente fuerant, mendoſas fuiſſe: idcircò Meſenus ipſe pontifex veras ipſas Athanaſij literas ſtatim exſcripſit, ac ad Ioānem Antiochenum antiſtitem miſit. Ergo rationi cōgruum eſt, & ita credimus hunc Baſilij librum fuiſſe, antequàm de Spirituſſancti proceſſione quæſtio inter nos oriretur. Qua deinde exorta, (quamuis ab ipſo ferè religionis noſtræ principio hæc controuerſia fuerit) authores noſtri ſchiſmatis, in corrumpendum hunc locum incubuiſſe: verùm Spiritusſancti benignitate librum hunc Cōſtantinopoli fuiſſe ſeruatum, ne ab impijs ipſis corrumperetur: qua quidem ratione adducimur, vt credamus hanc Magni Baſilij authoritatem nequaquàm mendoſam eſſe. Siquidem igitur ad veritatem inueſtigandam, ac pro cōmuni bono mutua beneuolentia huc frequentes conuenimus, operæprecium eſt, vt libros noſtros, qui vetuſtiores fuerint, conferamus, (de re profectò non mediocri agitur) vt ex ſequentium ad præcedentia connexu, quidnam ipſe Baſilius ſenſerit, faciliùs cognoſcamus. Sed pro euitando odio hactenùs.

for.* religionis Cyrilli.

Nonnullos libros, P. amp. cum hac additione Conſtantinopoli extare, paulò antè protulimus: nil mirum igitur, ſi vnus ex ipſis huc fuerit allatus. Quos quidem libros ipſi ſimplicitate noſtra vtentes, ac veritate confiſi, extare ſinimus: quamuis eos facilimè, q perpauci fuerint, delere prorſus potuiſſemus: ex quibus hunc veſtrum librum ab aliquo, qui in illa regione vobiſcum ſentiret, ex ſcriptum fuiſſe credimus. Quod quidem admiratione dignum non eſt, cùm hîc etiam quamplurimi veſtri ſint homines, qui maiorum noſtrorum ſequentes veſtigia, piū dogma noſtrorum ſectentur: nō autem imus inficias, codices multos in terris noſtris ab hæreticis, qui vana dogmata in Dei Eccleſia introducere voluiſſent, ſæpiſſimè corruptos fuiſſe: idcirco authoritatibus, quas modò citaſti, æquo animo aſſentimur. Verùm ea vos non ignorare exiſtimo, quæ Zoſimi ſummi pontificis tempore acta fuerāt. Qui cùm ad Carthaginenſe Concilium ſcripſiſſet, Nicænæq; ſynodi decretum miſiſſet, Romanum pontificem œcumenicum appellandū, Concilium illud reſpondit, ſe priùs velle ipſius ſynodi acta, quæ vel Alexandriæ apud Cyrillum, vel Conſtantinopoli apud Proclum eſſent, diligenter inſpicere: quandoquidem apud acta ipſius Nicæni Concilij decretum eiuſmodi non extabat: quibus deinde Nicæni Concilij geſtis ab Alexandria miſſis, diligenter inſpectis, ipſoque decreto nequaquam inuento, idem Carthaginenſe Concilium Zoſimo reſpondit, ſe tale nomen ipſi nolle tribuere, quod à generali ſynodo decretum minimè fuerit. Nonne vides, P. R. ſummum pontificem, decretum falſum, & non in ſynodo promulgatum, ad tantum Concilium pro re tam magna miſiſſe? Non igitur tam vehementer debetis mirari, ſi quidam etiam ex noſtris hominibus vel nouum dogma volentes defendere, vel q ita ſibi temerè viſum fuerat, aliquos libros corruperint. Cùm igitur noſtrorum librorum vetuſtas & copia, tum etiam id ipſum, quòd nos huiuſmodi libros mendoſos extare permiſimus, cùm ipſos (vt ſuprà dictum eſt) facilè delere potuiſſemus, nobis victoriam dat, ac nos corrumpendorum voluminum authores non eſſe demonſtrat: veritati nanque confiſi, ac multis alijs ipſius Magni Baſilij authoritatibus innixi, additionem ipſam verbis Baſilij factam paruifecimus. Non ergo nobis proprium eſt, vt inquis, libros corrumpere, ſed Baſilij ſententia in noſtro libro legatur. [Qui verò (inquit) illi ſancti ſint, & in quibus ſermonibus doctrinam fecerunt, non poteſt dicere: Fuerítne vnquam homo ſic audax, qui diuinorum dogmatum innouationes induceret? Cur enim neceſſe eſt, ſi dignitate ac ordine tertius eſt ſpiritus, natura quoq; ipſum tertium eſſe? dignitate nanq; ipſum ſecundum à filio MAR.

à filio, pietatis ratio forſan tradit. [Magnus Baſilius, præſtantiſſ. patres Eunomiũ accuſans, quòd temerè dogma nouum inſtrueret, diſputationis cauſa concedit, ſanctumſpiritum ordine ac dignitate tertium à filio eſſe: deinde concludit, non tamen propterea neceſſe eſſe, ſpiritum natura quoque tertium eſſe: dignitate nanq; ipſum ſecundum à filio pietatis ratio forſan tradit. Sic in noſtro quã vetuſtiſſimo libro ſcriptum eſt, vt videtis, & ſic præcedentibus conſequentia conſonant. Non enim Baſilius ſuſcipit ſpiritumſanctũ ordine ac dignitate tertium eſſe, neq; id aliquos doctores literis mandaſſe fatetur: quinimmo etiam ſi ſic ſit, negat tamẽ prorſus ex eo cõſequi, ſpiritum natura quoque tertium eſſe. Cur igitur magnus ipſe Baſilius rationẽ hanc reddidiſſet, dignitate ipſum ſecundum à filio, cùm ab ipſo eſſe habeat, & ab ipſo accipiat, & annunciet nobis, & omnino ab illa dependeat cauſa? Et cur eas cauſas reddidiſſet, quas anteà nõ ſuſceperat? Additio igitur ipſa neq; pręcedenti ſermoni cõuenit, neq; magni Baſilij menti conſonat. Contrà vt in noſtro ſcriptum eſt libro, ſequentia prioribus conuenientiùs connectuntur. Nam verbum illud FORSAN, Baſilius protulit, quòd ipſam orationem diſputationis cauſa (vt ſuprà dictum eſt) concedebat: propterea inferiùs inquit, quorſum hæc oratio? quòd non omnino, ſi quid ordine ac dignitate ſecundum aut tertium eſt, id & naturam tertiã habet. Nam quemadmodùm angelorum alius princeps, alius ſubditus, & tamẽ omnes Angeli natura ſunt, & in dignitate quædam diuerſitas, in natura verò communitas eſt, & reliqua. ſic in noſtro libro legere eſt: immò etiam in veſtro quadã cum hæſitatione ſcriptum eſſe videtur, Si dignitate (inquit) ac ordine tertius eſt ſpiritus: cur igitur magnus Baſilius illud ſubiũxiſſet, cùm ab ipſo eſſe habeat: ſi diſputationis cauſa (vt ſæpenumerò dictum eſt) ſanctumſpiritũ tertiũ eſſe, ſecundum verò à filio dederit, id putans alienum à ſanctorum eſſe doctrina? Porrò autem, vt meliùs intelligatis ipſum Baſilium non huius fuiſſe ſententię, ſanctumſpiritum ex filio procedere, ac ab ipſo eſſe habere, idem ipſe

S. Baſil. Baſilius afferatur, qui quidem ſuis literis ad fratrem ſuum Gregorium de ſubſtantię hypoſtaſiſq; differentia ſcriptis, quidnam de ſanctiſpiritus proceſſione ſenſerit, luce clariùs explicauit: [Sanctus] (inquit) [ſpiritus, à quo cuncta bona in mundũ emanãt, quiq; filio adaptatur, & ſimul cum ipſo percipitur, à cauſa verò paterna habet eſſe dependẽs, & procedit, id notionis per proprietatis hypoſtaſim habet, vt poſt filium & cum ipſo noſcatur, ac ex patre ſubſtet: filius autẽ, qui ex patre procedẽtem ſpiritũ, per ipſum & cum ipſo cognoſcit, ac ſolus vnigenitus ex ingenito lumine reſplendet, nullam ſecundum propriam notionem, communionem habet cum patre, aut cum ſanctoſpiritu, verùm ſupradictis ſignis cognoſcitur.] His verbis P. amp. magnus Baſilius ſentire videtur, ſanctũ ſpiritũ ex ſolo patre habere eſſe. Sanctus (inquit) ſpiritus filio adaptatur, hoc eſt, poſt filiũ ordinatur atq; diſponitur. Cuius deinde cauſam volens reddere, non ſanè dixit, ꝙ ex ipſo procedit, vel ꝙ ex ipſo eſſe habet, vt in authoritate, cui vos innitimini, habetur: verùm ſubiunxit, ꝙ ſimul cum ipſo percipitur, videlicet à patre. Poſteà ſermonem figura diſtinguẽs, inquit: A cauſa verò paterna habet eſſe dependens, vndè quoque procedit. Vidésne P.R. quẽadmodùm patri, veluti cauſæ, magnus Baſilius tribuit, vt ſanctuſſpiritus ex ipſo dependeat? Non autẽ credere debemus, eundẽ Baſiliũ ſibijpſi contradixiſſe. Orationis nanq; partitio nõ patitur, vt idem filio quoque tribuatur, quandoquidem hoc notionis eius dedit ſignũ, vt ſimul cum ipſo percipiatur. Deindè ſubiungit: Filius autem, qui ex patre procedẽtem ſpiritũ per ipſum, & cum ipſo cognoſcit. Non autẽ dicit, mittit, ſed cognoſcit ſpiritũ ex patre procedentem, hoc eſt, ſecum ipſum manifeſtat. Poſtremò dicens, ac ſolus vnigenitus ex ingenito patre reſplendet, nullam ſecundum propriã notionem communionem habet cum patre, & reliqua, declarat filium nullã habere communionem cum patre, vt ſanctum ſpiritum mittat: quandoquidem id patri ſoli adſcribitur, quemadmodùm & filio ſoli tribuitur, vt his ſolis ſignis noſcatur, ꝙ ſolus vnigenitus ex ingenito lumine reſplendet, quodque per ipſum & cum ipſo ſpiritumſanctum cognoſcat. Siquidem igitur filius his, non autẽ alijs, ſignis cognoſcitur: palàm ſequitur, vt in mittendo ſpiritu, cum patre nequaquam communicet, verùm ipſi patri proprium ſit, vt ſanctumſpiritum mittat.

IOAN. Longam orationem habuiſti, P. R. cùm breuis forſan fieri potuiſſet. Volẽtibus enim veritatem attingere, quæ quidem vel parua indiget illuſtratione, non niſi ſanctorũ ſententijs ac authoritatibus opus eſt. Ad duo ergo, quæ contra Magni Baſilij authoritatẽ ex noſtri codicis lectione dixiſti, paucis reſpondebo. Credendum eſt, inquis, aliquem eorum, qui quondam nobiſcum ſentirent, locum hunc corrupiſſe. Quod quidẽ falſum eſſe depræhendimus, quòd cùm hic liber exſcriberetur, nulla prorſus inter Græcos & Latinos cõtrouerſia fuerit. Nũquã autẽ affirmarẽ, patres qui ſunt, aut qui fuerãt, tale facinus cõmiſiſſe: quandoquidẽ firmiter credimus, à primis noſtri diſſidij authoribus, veſtros libros fuiſſe corruptos, ſiue Græci, ſiue Latini fuerint illi, quippe qui dogma veſtrũ ſequentes, non ipſum defendere potuiſſent, niſi veros Baſilij libros corrupiſſent, quos cõtra ſe facere viderent. Nũc venio ad Zoſimum ſummũ pontificẽ, in quẽ nullõ vnquã teſtem fide dignũ poſſetis producere, cum equi-

equidem cõtra vos binas Cyrilli literas protulerim, ex quibus vnas Chalcedoneñ. ſynodus ſuſcepit. Aut ergo tales teſtes contra tantum pontificem debebas producere, aut in ipſum ſine teſtibus neutiquàm inuehi: quandoquidem minimè conuenit ex te criminatalia contra eum proferre, ſed vetuſtiſſimas ac humaniſſimas Iulij Liberijq; ſummorum pontificũ literas, P.R. benè memoria tenere deberes, quas Iulianus præſtantiſſimus ſanctæ Sabinæ Cardinalis vobis oſtẽdit, quibus patet, B. Athanaſium (cùm ab Antiocheno Cõcilio damnatus fuerit, ac eundem Concilium ipſum vehementer perſequeretur) ad Felicem, Marcum, Iulium, Liberiumq;, qui ſequentibus temporibus Romani põtifices fuere, ſcripſiſſe, ac eoſdem *obſecratũ fuiſſe, vt acta Nicęnæ ſynodi, quæ perfecta & non mendoſa Romę in bibliotheca extarent, ad ipſum mitterent: quandoquidẽ omnia, quæ in Oriẽtali eccleſia extarẽt, ab Arianis corrupta fuerant. Cui quidem Athanaſio, ſummi pontifices ipſi reſpõdẽre, ſe acta illa, quæ Græcè Latineq; ſcripta, ipſorumq;met Nicęnorũ patrũ manibus ſubſcripta, & eorundem ſigillis obſignata à ſummis põtificibus ſumma veneratione ſeruarentur, nolle mittere: ſe tamen ipſi Athanaſio nonnullos exſcriptos canones damros, qui ad rem eius facere uiderentur. Deindè cùm Athanaſius ab ipſo Antiocheno cõcilio ad Romanã ſedem prouocaſſet, hæreticis eiſdem obijcientibus, id non iure fieri potuiſſe, Liberius ipſe ad Athanaſium, Nicenum decretum de prouocando ad Romanam Eccleſiam exſcriptum miſit: quo deinde is Athanaſius acerrimè ſe contra hæreticos defendit. Iulius autẽ ipſius Antiocheni Concilij anthores literis acriter repræhendit, quòd abſque ſedis Apoſtolicæ authoritate conuocare ſynodũ auſi fuerint, oſtendens illis ex Nicęnæ ſynodi decreto, nullam vnquàm ſynodũ ſine Romani pontificis authoritate celebrandã eſſe. Cur ergo P.R. Zoſimum accuſas immeritò, ipſum ad Carthaginenſe Conciliũ, falſum Nicenę ſynodi canonẽ miſiſſe, cùm illud idem Conciliũ, quos ex oriẽte canones acceperat, omnes corruptos ac falſos eſſe cognouerit? vt multis ſanctorum authoritatibus, quorum vetuſtiſſimos libros habemus, patet. Nil mirum autem, P. R. ſi in exponendis magni Baſilij verbis in multa incommoda incurriſti: quandoquidem (vt philoſophi dicunt) paruus error in principio, magnus in extremum efficitur, quod quidem accidiſſe tibi videtur, quod malè Baſilium ipſum expoſuiſti. Ad veritatem igitur cognoſcendam operæpreciũ eſt, tantùm de duobus diſſerere, quæ modò viſus es protuliſſe, an pater ſolus ſancti ſpiritus cauſa ſit, tametſi ſpiritus filio adaptari dicatur: & an ſpiritus eundem ordinem & naturam ad filium non habeat, quem quidem filios ad patrem habere creditur. Porrò autem vt hæc diſſoluamus, neceſſe mihi videtur, vt ex te quæram, quænam differentia ſit, inter aliquid alicui adaptari, & aliquid ab aliquo eſſe habere vel dependere: quandoquidem nobis videtur, vt quod ab aliquo perfectibile eſt, idem poſt illud diſponatur: quodque huiuſmodi eſt, idem ab aliqua cauſa dependeat, non tamen propterea profitemur diuinas perſonas perfectibiles eſſe: id nanq; noſtri doctores minimè dixere. Filium autem credimus principium ex principio, ac Deũ de Deo eſſe, quandoquidem pater principiũ eſt. Magnum etiam ipſum Baſilium non ſolum in hoc, verumetiam multis alijs in locis oſtendiſſe, ſanctum ſpiritum eodem ad filiũ ordine ſe habere, quo filius ad patrẽ diſponitur, ac ſe habet. Qualis autem eiuſmodi diſpoſitio ac ordo ſit, velim ad mentem Baſilij exponas.

Margin: Athanaſi° condemnatus.

Margin: for. *obſecraſſe, vt

MAR. Nullam equidem de Zoſimo mentionem feciſſem, P. R. niſi meum de eo ſermonem verum eſſe, poſſem oſtendere. Sed quoniam noſtros libros ad hanc rem pertinentes Cõſtantinopoli reliquimus, nõ inſcij, vnum ex illis apud vos eſſe, ex quo vobis ipſius Zoſimi acta nota credimus eſſe, idcirco de his hactenùs.

IOAN. Quem librum inquis?

MAR. De omnium Conciliorum actis.

IOAN. Apud nos, P.R. nullum librum inuenies, quo quidẽ pateat, Zoſimum ipſum ad Carthaginenſe Concilium pro ſe falſum ſcripſiſſe. Sed Miſſa hæc faciamus, quãdoquidẽ alia indigent conſideratione.

MAR. Placet nobis ad aliud venire, quandoquidem in præſentia de Zoſimo non opus eſt diſputare.

IOAN. Igitur ad exponendum Baſilium, ſi lubet, redeas.

MAR. Magn⁹ ipſe Baſilius, P. amp. illud, FILIO SPIRITVS ADAPTATVR, expoñẽs, inquit: Qui poſt filium & cum ipſo percipitur. Quę nanq; connumerantur, nõ poſſunt vno verbo proferri atq; diſponi: verùm neceſſe eſt, vt alterum poſt alterũ proferatur ac numeretur. Siquidem igitur ſpiritus adaptari filio dicitur, fieri profectò non poteſt, vt aliter intelligatur, quàm quòd poſt filium diſponatur, non ita tamen, vt ab eo tãquàm à cauſa eſſe habeat, ac dependeat. Propterea Baſilius ipſe ſubiunxit, qui poſt filiũ & cum ipſo percipit. Tu autẽ P.R. Vndè habes, vt quod alicui adaptetur, ac poſt ipſum diſponatur, id etiam ſit neceſſe, vt ab eodem eſſe habeat, & dependeat? Nobis ſanè non alia opus eſt expoſitione, quandoquidem is Baſilius ſeipſum expoſuiſſe videtur, qui verbi adaptatur, cauſam ilico reddit, dicens, quòd ſimul cum ipſo percipitur.

IOAN. Siquidem igitur P.R. illud, filio ſpiritus adaptatur, à te ſic exponitur, vt ſpiritus ad filiũ diſponatur ac ordinetur, quæro ex te, an ipſa diſpoſitio, ſanctique ſpiritus ad filium

lium ordo, ſit cauſa extrinſeca, an principium à quo.

MAR. ¶ Non equidem protoli, ſpiritum ad filium, verùm poſt filiũ, diſponi. Neceſſe eſt enim, vt in diuinis ordo numerandi ſeruetur: ita vt filius poſt patrē, ſpiritus verò poſt filium numeretur.

IOAN. ¶ Talem igitur enumerationis ordinem, tantùm vocalem eſſe putas, ita vt re ipſa nullus in diuinis ſit ordo?

MAR. ¶ Neceſſe eſt, P. R., vt diuinæ perſonæ quoquo modo diſpoſitæ ſint. Nam enumerari nō poſſent, niſi quidam inter ipſas ordo ſeruaretur, qui quidem modo quodam realis eſt, vt idem Magnus Baſilius demonſtrat: dum dicit, [ſolus vnigenitus ex ingenito lumine reſplendet,] vbi filij ad patrem diſpoſitionem ac ordinem oſtendit. Vndè ſanè neceſſariò euenit, vt ſanctusſpiritus tertius in ordine numeretur, ne ad filium ordinatus, vel filio (vt ſuprà dictum eſt) adaptatus, ad patrem verò immediatè relatus, ipſe quoque filius eſſe videretur. Quoniam igitur ſanctusſpiritus poſt patrem cum filio continuò numeratur, idcircò tertius à patre diſponitur atque collocatur, quod quidem ſolum diſpoſitionis & ordinis genus in diuinis creditur eſſe, cùm aliud apud theologos nequaquàm inueniatur.

IOAN. ¶ Ex Magni Baſilij ſententia, P. R. profiteris inter filium ac ſanctumſpiritum ordinem eſſe naturæ. Vtrùm igitur inter patrem & filium idem eſt ordo, an aliud diſpoſitionis ordiniſve genus inter ipſos exiſtit? quandoquidem mihi ſentire videris, illud ADAPTARI, atque DISPONI, cauſam non ſignificare. Porrò quoniam inter patrem & filium ordo naturæ re ipſa dicitur eſſe, certá ſignificans dependentiam, idcirco neceſſe eſt ſentiamus, filium à patre, vt à cauſa, re dependere. Vndè euenit, vt quoniam inter filium & ſanctum ſpiritum idem ordo naturæ creditur eſſe, ideo neceſſe ſit, filium ſanctiſpiritus cauſam eſſe, quēadmodùm Magnus Baſilius in eodem contra Eunomium lib. teſtatur: vbi probat ſpiritum eiuſdem eſſe naturę cum patre & filio, quanuis ordine ac dignitate ſecundus à filio ſit, [quēadmodùm (inquit) filius ordine quidem à patre ſecundus eſt, quoniam ab illo: & dignitate, quoniam origo & cauſa exiſtendi pater ipſi eſt: & quoniam per ipſum acceſſus & adductio ad Deum patrē, natura verò nullo modo ſecundus, quòd in vtroq; vna Deitas eſt, ita etiam ſanctusſpiritus, etſi dignitate ac ordine ſecundus à filio eſt, non tamen veriſimiliter alienæ ipſum eſſe naturæ, indè cōſequitur.] Quibus verbis probatum eſt ſanctumſpiritum eundem ordinem ad filium habere, quem filius ad patrem habere creditur. Quod Angelorū exemplo idem Baſilius oſtendit continuò. [Angeli omnes (inquit) vt appellationis vnius, ſic eiuſdam ſunt naturæ inter ſe: attamen alij ipſorum gentibus præpoſiti ſunt, alij verò fidelium ſingulos conſequuntur. Quanto autem gens vni viro præponenda eſt, tanto maiorem neceſſe eſt angeli, qui gentis principatum habeat, eſſe dignitatem, dignitate eorum, quibus ſingulorum tutela commiſſa eſt. Et infrà: Quorſum hæc oratio? quòd non omnino, inquit, ſi quod ordine ac dignitate ſecundum aut tertium eſt, id & naturam alteram habet. Nam quemadmodùm Angelorum alius princeps, alius ſubditus, & tamen omnes Angeli natura ſunt, & in dignitate quædam diuerſitas, in natura verò communitas eſt, etenim ſtella ſtellæ præſtat in gloria, & natura ſtellarum omnium vna: & manſiones (1. Cor. 15. f) multæ apud patrem, id eſt, dignitatum diuerſitates, glorificatorum verò vna natura: ſic (Ioan. 14. a) profectò & ſpiritusſanctus dignitate quidē & ordine ſecundus eſt. Accepimus enim ipſum tertium à patre & filio numeratum, cùm ipſe Dñs in traditione ſalutaris baptiſmatis, ordinem tradiderit, his verbis: Euntes: (Matt. 28.) baptizate in nomine patris & filij & ſpiritusſancti: in natura autem, tertium à filio ac patre deiectum ſpiritum, nullibi audiuimus.] Hęc Magnus Baſilius. Qui quidem nil aliud in ipſo tertio in Eunomium libro cōcludere voluit, quàm ſanctumſpiritum eiuſdem eſſe naturæ cum patre ac filio, quanuis in ordine ac dignitate tertius ſit, quod quidem Angelorum exemplo, multiſque rationibus clarè probaſſe videtur.

MAR. ¶ Inter patrem & filium, P. amp. quatenùs ex patre filius habet eſſe, ac ad ipſum immediatè refertur, naturalis eſt ordo. Quę quidem ſola cauſa eſt, cur ſanctusſpiritus neceſſariò tertius numeretur: ob idque Magnus Baſilius de patre filioque loquēdo, verbo adaptatur, vel diſponitur, nequaquàm vtitur, neque filium patri adaptari, vel poſt ipſum diſponi dicit: Verùm ipſum ſecundum eſſe à patre, quòd ab ipſo eſſe habeat: ſanctum autem ſpiritum filio dicit adaptari, hoc eſt, poſt ipſum (vt dictum eſt ſuprà) diſponi: quod quidem ideo euenit, vt ſanctus ſpiritus tertius collocetur, quòd filius neceſſariò pręcognoſcitur, quoniam ad patrem immediatè refertur. Quòd ſi Magnus Baſilius credidiſſet, eundem ordinem inter filium ac ſanctumſpiritum eſſe, quem inter patrem & filium eſſe nouerat, ita vt ſi ea ratione ſpiritum ſecundum à filio, qua filium ſecūdū à patre percepiſſet, nequaquā profectò Eunomiū inſequutus fuiſſet, neq; ipſum dixiſſet ſanctorum doctrinam falsò citaſſe, cùm diceret ſanctumſpiritum ordine ac dignitate tertium eſſe. Ex quo quidem patet, ipſum Baſilium non ſuſcipere ſanctum ſpiritum dignitate ſecundū à filio eſſe, verùm illud ex hypotheſi diſputationiſque gratia (vt ſuprà dictum eſt) dare.

IOAN. ¶ In ambiguo verſamur, P. amp. ꝓpterea diſtinc-

Digitized by Google

diffinitionibus vti debemus. Nam inter filium ſanctumq; ſpiritum ordo naturæ dicitur eſſe, ac illud verbum, diſponitur, ordinem naturæ ſignificat. Idcirco nos diligenter debemus diſpicere, qnonam pacto ordinem ipſum naturæ percipiamus: quandoquidem ex veſtro libro probauimus, ſanctũ ſpiritum eundem ordinem ad filium babere, quo quidem filius à patre diſponitur. Sed vt nos ſereniſſimus Imperator meliùs intelligat, hanc rem altiùs repetam. Nam omnes sheologi philoſophos imitantes, diffinitionibus in earum propria ſignificatione vtuntur. Quòd ſi qua ambiguitas eſſet in eis, omnis ipſorum Doctorum ſcientia rueret. Propterea veſter Ariſtoteles (quem equidem inuitus teſtor) in v. Metaphyſicæ lib. in capiulo de natura, quotnam modis natura poſſit intelligi, demonſtrans: Natura verò, inquit, dicitur vno quidem modo naſcentium generatio: altero verò, ex quo generatur primò qnod naſcitur, qui quidem ſecundus modus ordioem generationis ſignificat, vt ea quæ generantur, ab ipſa ſubſtantia fiãt: quo ſanè generationis ſignificato, Baſilius, Athanaſius, Anguſtinus, ac omnes alij doctores, tam Græci quã Latini fuerunt vſi, tenentes generationis ordinẽ vnius perſonæ ab alia, ordinem eſſe naturæ: ita vt neque Baſilius, neq; cæteri doctores in ambiguo fuerint verſati, credentes proceſſionis ordinem nil aliud eſſe, quàm vnius perſonæ ab alia proceſſionem, quemadmodum Ariſtoteles naturam altero modo (vt ſuprà dictum eſt) diffiniuit. Siquidem igitur ordo naturæ Sancti ſpiritus ad filium eſt, neceſſe eſt, vt Sãctusſpirims à filio eſſe habeat, id qnod Baſilins ſen ſiſſe videtur: qua quidẽ in re, tota noſtra controuerſia eſt.

MAR. Anteaquàm de tali ordine, R.P. agamus, illa Baſilij ſententia nobis diligentiſſimè conſideranda eſt. Dic ergo mihi; credisoe Magnum Baſilium huius fuiſſe ſententiæ, Sanctumſpiritum ordine ac dignitate tertium eſſe nec ne?

IOAN. Ita prorſus, quemadmodùm filius ſecundus à patre dicitur.

MAR. At idem etiam Eunomius aſſerebat.

IOAN. Cùm hanc ſententiam Eunomius, R.P. ex ſacra pagina ſuſcepiſſet, ex ea concludere volebat, Sanctumſpiritum natura quoq; tertium eſſe. Non igitur Eunomium Magnus Baſilius repræhendebat, quòd illius eſſet ſententiæ, cùm dubio procul in ea conuenirent: verùm quòd ex ipſa volebat inferre, Sanctumſpiritum natura quoque tertiũ eſſe: id quod (vt dicit Baſilius) nequaquàm indè conſequitur.

MAR. Veritatem igitur Ennomins aſſerebat, Sanctumſpiritum ordine dignitateque tertium eſſe?

IOAN. C. r non?

MAR. Siquidem igitur ea in re cum Baſilio ſentiebat, quænam eius ſententia fuerit, accuratè diſpiciamus. Nònne in veſtro prædicto libro ſcriptum eſt ita: Eunomius ſanctorum ſimulat conſeruare doctrinam, & tacet eos qui ipſam tradiderant?

IOAN. Simulat (inquit) ſanctorum ſeruare doctrinam, qui quidem (vt dicit Baſilius) credebant Sanctumſpiritum ordine ac dignitate tertium eſſe. Ex quo Eunomius inferebat, eundem ſpiritum natura quoque tertium eſſe. A ſanctis enim (ait) didiciſſe, ordine ac dignitate tertium eſſe ſpiritum: à ſe autem ipſo credidiſſe, natura quoque tertium eſſe.

MAR. Nõ ita, P.R. Baſilius dicit, ſed Eunomius ſimulat ſanctorum doctrinam ſeruare, qui Sanctumſpiritum ordine ac dignitate tertiũ eſſe dicebant. Qui verò illi ſancti ſint, & quibus ſermonibus doctrinam fecerint, non poteſt dicere.

IOAN. Illnd verbum, SIMVLAT, P.R. ad Eunomij concluſionem refertur, quam ex ſanctorum doctrina diſſimulabat inferre. Nam ſancti dicentes, Sanctumſpiritum ordine ac dignitate tertium eſſe, nequaquàm credebãt ipſum quoque tertium eſſe, quod tamen ex ipſorum poſitione Eunomius ſimulabat inferri poſſe. Quæ quidem Eunomij verba, quoniam clara ſunt, idcirco nulla indigent expoſitione. Nam ſi Baſilio viſum fuiſſet, falſum eſſe, Sanctumſpiritum ordine ac dignitate tertium eſſe: huic etiam ſententiæ clarè contradixiſset, quemadmodùm argumentis fortiſſimis ac Angelorum exemplo, Spiritum natura tertium eſse oppugnauit.

MAR. Si ſanctorum ac Magni Baſilij, reuerend. P. hæc fuiſset opinio, Sanctumſpiritum ordine ac dignitate tertium eſſe, nequaquàm profectò protuliſſet, Eunomius ſimulat ſanctorum doctrinam ſeruare: ſed potiùs clarè teſtatus fuiſſet, in hoc Eunomium benè ſenſiſſe. Porro quoniam is Magnus Baſilius noo credebat ſententiã illam veram, & aliquorum ſanctorum eſſe, idcirco dixit, ſimulat ſanctorum doctrinam ſeruare. Et paulò infrà Eunomium repræhendit, quòd quinã illi doctores fuerint, non expreſſerit. Et paulo inferiù: [Fueritne vnquàm homo ſic audax, inqoit, qui diuinorum dogmatum innouationes induceret?] Authorem nouorum dogmatum, ac audacem, P.ampl. Baſilius Eunomium nominat, quòd ea proferebat, quæ nemo vnquàm ſanctorum dixerit, quandoquidem Baſilio non conſtabat, quinam ſancti huius ſententiæ fuerint, ſanctum ſpiritum ordine ac dignitate tertium eſſe. Tuæ igitur partes ſunt, P.reueren. probare ſanctos aliquos hanc ſententiam habuiſſe: nam ipſi credimus demonſtraſse, Magnum Baſilium in ea opinione cum Eunomio neutiquam conuenire, ſed potiùs ipſam oppugnaſse. Num in veſtro quoque libro non ita legitur?

Quo-

JOAN. Qunniam inficiaris, P. reueren. Magnum Baſilium credidiſſe Sanctum ſpiritum ordine ac dignitate tertium eſſe, idcirco de hnc accuratiùs contemplemur, ac Athanaſium authnrem digniſſimum videamus, cuius fidem Cyrillus profitebatur excolere. Qui quidem Athanaſius in dialogn, quem in ſynodo Nicęna in Arium habuit, ac quibuſdā ſuis literis ita dicit: [Si quidē ſpiritus es patris filijq; ſubſtantia non eſt, cur filius cùm ſanctū baptiſma ſuis diſcipulis traderet, de
Mat. 28 b en fecit mentinnem, dicens: Euntes ergo, docete nmnes gentes, baptizantes ens in nomine patris & filij & Spirituſſancti?] Prętereà, quoniam in ſacro ſymbolo de tribus perſonis mentin fit, idcirco Athanaſius ipſe ad Serapionem ſcribens, ſpiritum ex patris filijq; ſubſtātia dicit eſſe. [Spiritus] (inqnit)
Ioā. 16. b [à filio accipit iuxta Domini vocē, De meo accipiet, & annunciabit vnbis. De filio autē,
Ioan. 5. g In nomine patris veni. De paracleto verò,
Ioan. 14. d Spirituſſanctus, quē mittet pater in meo nomine. Si quidem igitur (inquit Athanaſius) talem ordinem & naturam ſpiritus habet ad filium, qualem filius ad patrem, qunnā pacto is, qui ſpiritum creaturam eſſe credit, idem qnoque de filio non neceſſariò crederet?] Athanaſij ergo ſententia clara eſt, qualem ordinem filius habet ad patrē, talē ſpiritum habere ad filium: ita vt ex prima eius anthoritate appareat, ſpiritum perſonam tertiam eſſe: ac ex altera, ſpiritus ad filium ordo: ex vtraq; verò, ſpiritū à filin accipere. Qunnam autem ordine ſpiritus à filio eſſe accipiat, veſtrum eſt declarare, quandoquidem non oportet magno Athanaſio obijcere. Sed de his in præſentia ſatis. Sequenti verò ſeſſione ex ipſo magno Baſilio eandem ſententiam luce clariùs demonſtrabimus. Quibus dictis, ſeſſin fuit dimiſſa, & ad diem martis prorogata.

Die martis 10. menſis Martij ſeſſio 21. Flnrentiæ.

MAR. SEſſione proxima, P. amp. Magni Baſilij ſentētiā accuratè cōſiderātes, ac ipſius librorū diſcrepātiā inſpiciētes, ex vobis quæſiuimus, an Baſilins ipſe crediderit ſanctū ſpiritū ordine ac dignitate tertiū eſſe. Quod q-dē affirmantibns vobis, ſtatim aliam propoſuimus quæſtionē, in dubiumq; vocauimus, vtrùm opinin Eunomij ex doctrina ſanctorū fuerit, nécne. Qnod cùm etiā nobis dederitis, Magnū Baſiliū contra vos manifeſtè citauimus. [Sāctorū, inquit, ſimulat conſeruare doctrinā,] nō aūt, inquit, cōſeruat. Deindè repręhendens Eunnmiū, dicit: [Qui verò il-
S. Baſil. li ſancti ſint, & in quibus ſermonibus doctrinam fecerunt, nō poteſt dicere. Fueritne vnquam homn ſic audax, qui diuinotum dogmatū innonatinnes induceret?] Quanuis igitur filius ordine ac dignitate ſecūdus à patre eſt, quòd ab ipſo eſt: non tamen * & Magni Baſilij dictis concluditur, ſanctnm etiā ſpiritum ordine dignitateque ſecundum à filin eſſe, ac ab ipſn veluti à cauſa eſſe habere, quandoquidem ipſe Baſilius hanc ſententiam nequaquā ſuſcepiſſe videtur. Vos ergo verborum diſcrepantiam benè conſiderantes, depræhendentesque * ntham acceſſionem ad ſermonem Baſilij fuiſſe factam, quippe qui cum Eunomio neutiquàm ſentiens, Sanctumſpiritum ſecundum à filio eſſe, cur ſit ſecundus, nullam reddiderit cauſam: verborum, inquam, diſcrepātiam benè conſiderantes, nmiſſo Baſilio, ad magnum Athanaſium cnnfugiſtis, ad nſtendendum Sanctumſpiritum nrdine dignitateq; tertiū eſſe. Cuius quidem Athanaſij duas authoritates citaſtis, quarum prima fuerat hęc: [Sāctusſpiritus ordine tertius,] abſque verbo, EST: altera verò, [Sanctumſpiritum eūdem ordinem & naturam ad filiū habere, qualē filius ad patrem habere creditur.] Quibus verbis probaſſe potatis, Sanctumſpiritū dignitate quoq; tertium eſſe. Nns autem, præſtantiſſimi patres, profitemur Sanctumſpiritum in Trinitate tertium eſſe, vt ſeruator noſter baptiſma tradens pronunciauit: dignitate verò tertium eſſe, nequaquàm aſſerimus, de vobis mirum in modum admirantes, qui quod à ſanctis doctoribus ne ſcriptum quidem fuerit, id vt datum ac à nobis cōceſſum ſumitis, quemadmodùm aliâs feciſtis ſępiſſimè. Nā huic nrationi, SPIRITVS A PATRE ET FILIO, à qua quidē verbum, EST, abeſt, ipſum appnnitis: huic verò, ſpiritus à filin accipit, accipere eſſe, additis, ita vt quæ adhuc vocātur in dubium, & ſub iudice ſunt, ea pro claris atque prnbatis, ſumatis: qnod quidem demnnſtrandi genus deterrimum & inutiliſſimum eſſe cōſtat, qund-que principij petitio à dialecticis nuncupatur.

*for. *ex

*nouam, vel adulteriuam.

Nunc venio ad alteram Athanaſij authnritatem, in qua nobis accuratè cnnſiderandum eſt, cur & ad quos homines ſermnnē ipſum Athanaſius magnus habnerit. Eum enim oportet, vt Cyrillus in tertia ſynodn protulit, qui ſermonibus in diuinis verſatur, perſonarum & temporum ac nmnium cauſarum rationem habere, & cur quæque verba prolata fuerint, quo quidem pacto quiſque cuiuſqne verbi, Sācti ſpiritus bnnitate, rationem congruam facilè reddere poterit. Nam glorinſiſſimns Athanaſius in acerrimns ſancti ſpiritus inimicos, qui filium eiuſdem dignitatis atq; ſubſtantiæ cum patre profitentes eſſe, Sanctumſpiritum minorem eis, ac pnſt ipſns dicerent, quòd ipſum inter creaturas connnmerarent, ad nſtendendū ipſum qnoque conſubſtantialem, eiuſdemque dignitatis cū patre ac filin eſſe, eo quo cæteri doctores argumento fortiſſimo fuit vſus, ſanctum videlicet ſpiritum eiuſdem ordinis & voluntatis ac nperationis cum patre &

filin

Digitized by Google

filio eſſe, quemadmodùm ad Serapionem
epiſcopum ſcribens; Filius quidem, inquit,
Ioan.3.b à patre mittitur: [ſic enim Deus dilexit mũ-
dum, vt filium ſuum vnigenitum daret. Fi-
Ioan.16.a lius autem mittit ſpiritum: ſi enim (inquit)
ego abiero, mittam eum ad vos.] Et filius
Ioan.17.a quidem patrem clarificat, [Ego] (inquit) [te
clarificaui.] Spiritus autem clarificat fi-
Ioan.16.b lium. [Ille enim] (inquit) [me clarificabit.]
Ioan.8.c Ampliùs, filius quidem dicit, [quæ audiui à
patre, hæc loquor in mundo.] Spiritus verò
Ioan.16.b ex filio accipit: [De meo] (inquit) [accipiet,
Ioan.5.g & aonunciabit vobis.] Et filius in patris no-
Ioan.14.d mine venit. De ſpiritu autem dicit, [quem
mittet pater in oomine meo.] Siquidem
igitur talem ordinem & naturam ſpiritus
habet ad filium, qualẽ filius ad patrẽ: quonã
pacto is, qui ſpiritũ dicit creaturã eſſe, idem
quoq; de filio nõ neceſſariò credet? Quibus
verbis, P. amp. doctor ipſe nõ perſonarũ di-
ſtinctionem, neque vndè exiſtendi cauſam
haberet, ſed earundem potiùs vnitatem &
coniunctionem ac cõſubſtantialitatem pro-
baſſe videtur, ex eo quòd analogia propor-
tioneque quadam eiuſdem ſuot voluntatis
ac operationis. Non enim inquit filium à
patte habere eſſe, ſpiritũ autem à filio: neqoe
patrem geoerare filium, ſpiritũ verò à filio
mitti. Nanque ſi ſic Athanaſius protuliſſet,
talis profectò ſermo ad veſtram ſenteotiam
faceret. Verùm bonitatem patris ex operi-
bus filij; & bonitatem eius ex operibus
Sanctiſpiritus, proporoone quadam (vt ſu-
prà dictum eſt) demonſtraoit. Ex eo enim,
quòd filius à patre, & ſpiritus à filio mitti-
tur, patris bonitas (vt inquit Gregorius)
compræhenditur, ita vt ipſa miſſio ſit boni-
tas patris, & Sanctiſpiritus miſſio, bonitas
filij ſit putaoda. Illud autem, filius quidem
patrem, filium verò ſpiritus glorificat, ope-
rationum proportionem, & voluntatis eo-
rum identitatem ſignificat. Etenim quoniã
filius iamdiu cognito patre, mundo appa-
ruit, deindè verò Sanctuſſpiritus palàm ſe
fecit: idcircò ne ἀντίθεοι, hoc eſt, aduerſus
Ioan.8.c Deum eſſe videreotur, filius quidem patrem,
ſpiritus autem filium clarificare dicitur, &
quæ tacuerat, filiꝰ diſcipulis reuelauit. [Quę
Ioan.16.b audiui à patre, hæc] (inquit) [loquor in mũ-
do.] Spiritus verò à filio accipit, quẽadmo-
dùm ſcripturæ relictum eſt, [De meo acci-
piet, & annuociabit vobis.] Ex quibos qui-
dem verbis credere debemus, Sanctumſpi-
ritum à filio ſermonem accipere, ac ipſum
Ioan.5.g diſcipulis nuociare. Spiritus ergo non acci-
Ioan.14.d pit eſſe à filio, vt tu P.R. ſeotire videris. De-
iode filius de ſe loquens inquit: [In patris
nomine veni.] De ſpiritu verò dicit, [Quem
mittet pater in meo nomine,] vt voluntatis
idenotatem, & operationum ſuarum analo-
giam (vt ſæpè ſæpiùs dictum eſt) declararet.
Propterea q; magnus Athanaſius illud pro-
tulit, talem ordinem & oaturam ſpiritum
ad filium habere, qualem filius ad patrem:
hoc eſt, ita ſpiritus cum filio diſponitur, &
ei conſubſtantialis exiſtit, quemadmodùm
filius patri. [Quonam igitur] (inquit) [pa-
cto is, qui ſpiritum creaturam dicit, idẽ quo-
que de filio noo neceſſariò credet?] ſtante
videlicet ipſorum voluotatis ſubſtantiæque
vnitate, necnoo eorundem operationũ ana-
logia. Sic magnus Athanaſius, P. amp. de-
bet exponi, quippe qui non perſonarum di-
ſtinctiooem, verùm ipſarum cõiunctionem
ac earundem ſubſtantiæ vnitatem (vt ſuprà
diximus) oſtendere voluit. Hæc igitur Atha-
naſij authoritas, P. R. longè aliter, quàm
ſperares, expoſita eſt: atque ita, vt ad dogma
veſtrum nequaquàm facere videatur. An
autem de Sanctiſpiritus proceſſiooe, ita vt
ipſi creditis, ſenſerit, & an filius Sanctiſpiri-
tus cauſa ſit, nécne, alia eiuſdem Athanaſij
authoritate poſſet intelligi, quippe qui in
ſermone de filij ac ſpiritus æterna eſſentia,
diuinarum perſonarum diſiunctionem edo-
cens, ſolum patrem, diuinitatis fontem ac
ingenitum nominauit, acſi ſolum ipſum
dixiſſet genitorem ac mittentem eſſe: non
igitur ſentiebat filiũ, Sanctiſpiritus cauſam
eſſe, ſi diuinitatis fontem, patrem ſolum eſſe
credebat. [Diſiungimur] (ioquit) [& ab ijs,
qui Iudæos ſecuti, cùm Deum de Deo oe-
gant, Chriſtianorum fidem euertentes, vnũ
Deum vt Iudæi profitentur, non quòd ſo-
lus ingenitus & ſolus fons diuinitatis eſt pa-
ter, idcirco Deum ipſum pronunciant, ſed
quòd non genitor filij & abſque fructu viui
verbi.] Si quidem igitur ſolus fons diuini-
tatis, ac ſolus ingenitus, pater eſt: ſequitur,
vt ſolus filij genitor, ac ſolus ſpiritum mit-
tens exiſtat. Noo igitur apud Athanaſium
filius Sanctiſpiritus cauſa eſt, & ab ipſo ſpi-
ritus eſſe habet. Hæc nunc ad tuam oratio-
nem. ¶ Hæc via, P.R. qua quidem ad ve- IOAN.
ritatem illuſtrandam progrederis, tenebras
potiùs obducit, quàm (quod omnes ſum-
moperè cupimus) lucem afferat. Nec id ſa-
nè principio noſtræ diſputationis inter oos
conuenit, vt tam longis orationibus vtere-
mur. Verùm vt breuibus vltrò citroque ha-
bitis argumeotis atque reſponſionibus, pau-
cis rem ipſam coocluderemus: te tamen lõ-
gam habentem oratiooem, verbaque duo
per horam exponentem, hi præſtantiſſimi
patres audieodo iam feſſi ſunt, & vt mihi vi-
detur, nil aliud de tuo ſermone intellexe-
runt, quàm id, in quo me valdè repræhen-
diſti, quòd verbum, EST, Athanaſij verbis
addiderim, vt ſæpenumerò facere ſoleo.
nam alteram ipſius Athanaſij authoritatẽ,
ſaoctum videlicet ſpiritum, talem ordinem
& naturam ad filium habere, qualem is ad
patrem habere creditur, malè explanaſti:
qui autem ſermonem aliquem exponit ma-
lè, is nunquàm benè reſpondere poteſt: de-
inde ad materiam de temporali perſonarũ

pro

proceſſione, veniſti, in qua neceſſariò concludere poſſumus, ſpiritumſanctum ex filio etiam ab æterno procedere, ex eo q ab eodẽ temporaliter procedere, creditur. In qua quidem materia tibi paucis reſpondebo, quamuis de ea nullam modò mentionem facere debebas, quandoquidem ad propoſitum neutiquam ſpectare videtur. Sed anteaquàm aliud proferam, ex te P. R. ſcire velim, an ita protuleris, cùm filius patrẽ dicitur audire, verba eius audit, quandoquidem auditus ad verba refertur, & ita dictum

Ioã.16.b euangelij, De meo accipiet & annunciabit vobis, vt inquis, debet intelligi: ex quo quidem, ſanctum ſpiritum à filio habere eſſe, minimè ſequitur. itáne ſentis, an non?

MAR. Quid ni? nam & magn' Athanaſius euangelium ipſum ſic exponit.

IOAN. Ex hoc P. R. ſecundum veſtros & noſtros ſanctos doctores, Deo fauente, probabimus, ſanctumſpiritum à filio æternum eſſe ſuſcipere. Sed anteaquàm ad demonſtrandum hoc veniamus, orationi tuæ breuibus reſpondebo. Nam ſeſſione proxima ex me quæſiuiſti, an ex Magni Baſilij ſententia ſentirem, ſanctum ſpiritũ ordine dignitateq; tertium eſſe: deinde me, hanc eius fuiſſe ſententiã, aſſerentem interrogaſti, an alii quoq; ſancti doctores fuerint idem ſentientes: me verò reſpondente, multos ſanctos huius fuiſſe ſententiæ, continuò ad oſtendendum oppoſitum, Magni Baſilij authoritatem expoſuiſti, quemadmodùm etiam modò feciſti, ita dicens in ſumma: Eunomius ſanctorum ſimulabat conſeruare doctrinam, ſanctum ſpiritum ordine ac dignitate tertium eſſe: qui verò illi ſancti ſint, & in quib' ſermonibus doctrinam fecerunt, non poteſt dicere: idcirco Magnus Baſilius, utporè qui non ſentiret aliquos ſanctos eiuſce fuiſſe ſententiæ, inquit: Fuerítne vnquã homo ſic audax, & reliqua? Credis igitur ex mente Baſilij, neminem ſanctum eius opinionis fuiſſe, quòd Eunomius ipſos citare neſciuerit. Hanc expoſitionem tuam, P. R. uolui repetiſſe, ut hi P. amp. ſolutionem eius, quam afferam, faciliùs intelligant. Nos Magni Baſilij librum habemus, quem non mẽdoſum, ſed fide dignum eſſe putamus cuius quidem rei ex eo facimus coniecturam, quòd cum Niſſyleneñ. præſulis vetuſtiſſimo libro, quemadmodùm ij teſtari poſſunt, qui vtrunq; diligenter perlegerant, in omnibus conuenit: qui quidẽ liber, ſi lubet, in mediũ afferatur.

MAR. Hi libri eadem manu exſcripti videntur eſſe.

IOAN. Tria vobis P. amp. demonſtrare volo. Primum, alia Baſilij authoritate ſanctumſpiritum à filio accipere eſſe: alterum, quãto dedecori Baſilio Magno futurum fuiſſet, ſi * ſcriptutæ reliquiſſet, ita ut in ueſtro legitur libro, & quemadmodùm talem tantumq; virum, ac in Dei Eccleſia, ut Chalcedoneñ. ſynodus teſtatur, maximæ authoritatis, exponitis: ultimò, ex præcedentibus ac conſequentibus verbis eius oſtendã, ipſum non aliter ſenſiſſe, quàm in noſtro libro ſcriptum videtur. In explicandis autem his tribus capitibus, P. amp. non ero multus, neq; mea vagabitur oratio, ſpe adductus, ſancti ſpiritus (de quo agitur) bonitate, vos non mediocrem per nos ab ipſo gratiam conſecuturos, quo quidẽ Magnus Baſilius plenus, non potuiſſet in tanta materia, de qua agimus, diuerſis in locis diuerſa conſcribere: quandoquidem ſancti doctores in his, quæ ad fidem ſpectarent, ſibijpſis conſtare, nullibiq; contraria ſcripſiſſe creduntur. Nuper ergo cùm eſſem in ampliſſimi ſanctæ Sabinæ cardinalis domo, Ambroſio eius fratre præſente, egregio literarum Græcarum interprete, Leonardus Aretinus literatũ Græcarum profeſſor eruditiſſimus, ac huius ciuitatis illuſtriſſimus Scriba, vel (ut vulgò dicitur (cancellarius, vetuſtiſſimum quoddam volumen Græcũ nobis attulit, in quo quidem quærentibus nobis quandam epiſtolam, fortè fortuna ſermo quidam Baſilij de ſanctoſpiritu occurrit: quem ego ſperans tum videre * miraculum,) credebam etenim, id quod fuerat, Magnum Baſilium ſanctiſpiritus plenum, in ipſo ſermone claram aliquam & manifeſtam ſententiam reliquiſſe) eiuſdem ampliſſimi cardinalis iuſſu perlegi: quo quidem perlecto, maximas ipſi ſanctoſpiritui gratias egimus, quòd nobis euenit ex ſententia, vt quod à Chriſtianis in hac materia celebrari debeat, id ex eodem ipſo ſermone cognouimus. [Vnum quidem patrem, inquit, vnum filium, vnum ſpiritumſanctum, iuxta diuinam traditionem, profitendum nobis eſt: non autem duos patres, neq; duos filios, quandoquidem ſpiritus, neque filius eſt, neq; nuncupatur: non enim à ſpiritu accipimus aliqua, quemadmodùm à filio ſpiritus: ſed eo ad nos veniente, noſque ſanctificante, diuinitatis hæreditatem ſuſcipimus, necnon hæreditatis æternæ præmium, ac æternorum bonorum primitias. Hæc ſunt, quæ nos à ſpiritu accipimus, quæque nobis creata fuere, atque à ſanctoſpiritu cauſata.] Siquidem igitur P. amp. iuxta Baſilium, non ita nos à ſpiritu accipimus, quemadmodùm à filio ſpiritus, nõ autem à ſpiritu creaturas accipimus, ſequitur, vt quod is à filio accipit, diuinum ſit: quandoquidem quæque res, vel diuina vel creata creditur eſſe. Quæ autem ſint illa, quæ nos à ſpiritu ſuſcipimus, Baſilius ipſe declarat, videlicet diuinitatis hæreditatem, ac hæreditatis æternæ præmium. Scriptum eſt enim, Ego dixi, dij eſtis. Nam facti filij cohæredes, dij poſſumus appellari, & hæreditatis æternæ ac æternorum bonorum participes efficimur. Qua quidem ratione Baſilius ipſe ſententiam improborum euertit,

Margin notes: *ſcriptum (beside "ſet, ſi * ſcriptutæ reliquiſſet"); S. Baſil. (beside "[Vnum"); Pſal. 81. (beside "eſt enim, Ego dixi, dij eſtis").

quòd illud eſſe, quod ſpiritus accipit, creatorum bonorum cauſa eſt. Nunc venio ad ſecundū, & luce clariùs demonſtrabo, Magno Baſilio non mediocti dedecori fore, ſi ſic intelligatur, quemadmodùm à patre Epheſio exponitur: quod quidem, utranq; noſtram expoſitionem diligentiſſimè conferentibus, palàm fiet. Id igitur (vt lubet) agamus. Nam in noſtro libro ſcriptum eſt ita: [Cur enim neceſſe eſt, ſi ordine ac dignitate tertius eſt ſpiritus, natura quoq; ipſum tertium eſſe?] in veſtro autem ita: [Cur enim neceſſe eſt, ſi ordine ac dignitate ſecundus eſt ſanctuſſpiritus, natura quoq; ipſum ſecundum eſſe?] In noſtro ergo libro tertius, in veſtro autem ſecundus, ſanctuſſpiritus ponitur.

Immò in noſtro quoq; lib. tertius legitur.

MAR. IOAN. Deinde in noſtro hæc verba ſequuntur: [Dignitate nāque ipſum ſecundum à filio, cùm ab ipſo eſſe habeat, & ab ipſo accipiat, & annunciet nobis, & omnino ab illa cauſa dependeat, pietatis ratio tradit: natura verò tertia vti, nec à diuinis ſcripturis docti ſumus, nec à dictis poteſt conſequenter ratiocinari.] In veſtro autem libro legitur ita: Dignitate nanque ipſum ſecundum à filio, tradit forſan ratio pietatis: vbi verbū FORSAN, ambiguam reddit orationem, & magnum illum Baſiliū dubitaſſe demonſtrat. Deinde in veſtro libro ſic legitur: Natura verò tertia vti, nec à diuinis ſcripturis docti ſumus, nec à dictis poteſt conſequenter ratiocinari. vbi nonnulla verba deeſſe videntur. Deinde Baſilius prædictorum reddit rationem, vt in vtroq; libro legere eſt. nam inquit: [Quemadmodùm filius ordine quidem à patre ſecundus eſt, quoniam ab illo: & dignitate, quoniam origo atq; cauſa exiſtendi pater ipſi eſt, & quoniam per ipſum acceſſus & adductio ad Deum patrem: natura verò, nullo modo ſecundus, quoniam in vtroque vna eſt Deitas.] Poſteà in noſtro libro hæc verba ſequuntur, quæ in veſtro neutiquàm extant: [Ita videlicet ſanctuſſpiritus & ſi dignitate & ordine ſecundus à filio eſt, nō tamen veriſimiliter alienę ipſum eſſe naturæ indè conſequitur.] In his ergo quæ de filio Baſilius loquitur, benè conuenimus: vbi verò de ſpiritu mentionē facit liber veſter deficere, ac mendoſus eſſe videtur. Quis enim ambigit, *an verbū illud

for.* quin * quòd FORSAN, non ſit Baſilij, ac cōtra tanti viri exiſtimationem poſitum? Nam id ſemper potiùs eſse debet, ex quo quippiam demonſtratur? quādoquidem (vt dialectici dicunt) ex ambiguis & abſtruſis nil prorſus poteſt dilucidari, cùm à notioribus ad minùs nota procedere, natura nobis inſitum ſit, qui quidem demonſtrandi modus à ſapientibus approbatur. Nam Eunomius ita ratiocinabatur: Quoniam ſpiritus dignitate tertius eſt, vt ex ſcripturis ſacris habetur: idcirco ſequitur, ipſum natura quoque tertium eſſe. Cuius quidem argumenti illationem & conſequentiam Baſilius volens euertere, pluribus exemplis ſcripturæ ſacræ demonſtrat, dicens angelorum alios primos, alios ſecundos, alios ordine dignitateque tertios eſſe: non tamen ex eo conſequi, natura quoque tertios eſse. Siquidem igitur ipſe Baſilius verbo FORSAN, ſuiſset vſus, argumētum eius in Eunomium, quod clarum eſse debebat, valdè fuiſset ambiguum. At inconueniens eſſe videtur, tali tantoq; viro tantam inurere notam, de quo Chalcedonē. ſynodus teſtatur, ipſum exactiſſimam accuratiſſimamque tradidiſse doctrinam. Porrò quàm exactiſſimam de ſancto ſpiritu nobis ſcientiam tradidiſset: ſi verbo FORSAN, vſus fuiſset? Illud ergo FORSAN quod Magni Baſilij ſenſum corrumpit, ex libris eius deleri penitùs debet. Præterea in Magnus Baſilius in eodem ſermone clariſſimè dicit, ſanctum ſpiritum à filio accipere. Quod autem accipit, id profectò non creaturam, vt nos, verùm (vt ſupra dictum eſt) diuinum eſse neceſse eſt. Etenim quidnam aliud, obſecro, ſanctuſſpiritus in ipſa Trinitate à filio accipit, quandoquidem, quod accepit, vel accipit, vel in futurum accipiet, id æternaliter habet. Et filij auditus à patre, ac eius notio, idem ſunt. Et diuinorum intelligentia, & eſse ipſorum, idem eſse creduntur. Necnon illud, à patre audire, nil aliud apud Latinos & Græcos eſt, (vt probabo) quam ex patre ſubſtantiam capere. Quod ergo ſpiritus a filio accipit, id notio & eſse diuinaque ſubſtantia eſt. Cur igitur eſt cenſendum, Magnum Baſilium in ſermone de ſancto ſpiritu, quem in eius celeberrimo die habuit, abſque aliqua hęſitatione dixiſse, ſpiritum à filio accipere: alio verò loco, eundem ipſum Baſilium de eodem ſpiritu, quo plenus fuiſse creditur, illud FORSAN, tam in cōſtanti ſentētia protuliſse? Veræ nanque ſententiæ ab hominibus ſanctis, ſacris literis traditæ fuerant: quibus innitens Baſilius, in Eunomium vehementer inuehebatur. Sed venio ad tertium illud, quod ab initio vobis probare promiſeram, vt ex præcedentium & conſequentium verborum Baſilij nexu cognoſcatis, cuiuſnam ſententiæ fuerit. Nam clariſſimè patet, verbis his, Forſan pietatis ratio tradit: orationem hanc, quæ ſubſequitur, Ita videlicet & ſanctuſſpiritus etſi dignitate & ordine ſecundus à filio eſt, non tamen veriſimiliter alienæ ipſum eſse naturæ, indè conſequitur, oppoſitam eſse: quandoquidem ſimpliciter ac ſine ambiguitate à Baſilio fuerat prolata, etſi quidam fallaces homines ex eius ſententia inferebant, ſpiritumſanctum natura quoq; tertium eſse. Ex his igitur Baſilij verbis, Non enim a ſpiritu accipimus aliqua, quemadmodùm a filio ſpiri-

ſpiritus, cùm nil aliud præter diuinā naturam poſſit accipere. necnō ex alia eioſdem Baſilij authoritate palàm fit, verbum illud FORSAN, ipſius Baſilij neutiquàm eſſe, quādoquidē ſibijpſi cōſtare oō videretᶜ, qnod ei magnn dedecori eſſet. ſiquidem igitur accipere eſſe, ac procedere, idem ſignifieât, & ſpiritus à filio accipit, vt probatū eſt, ſpiritus ergo ex filioq; procedit. Sed vt magni Baſilij ſententia fiat clarior, verba eius io tertio cōtra Eunomium libro altius repetam: Vix tandē (inqoit) blaſphemijs in vnigenitū ſaturatus ad ſpiritum ſanctū trāſiit, totiq; ſuæ conſentanea voluntati de ipſo etiam diſſerit, ſie ſcribens: [Cùm vero hæc nobis de vnigenito ſofficiant, reliquū eſt vt de paracleto quoque dicamus: nec opiniones inexquiſitas mulmrum ſeqoemur, ſed ſanctorum in omnibus doctrinam conſeruabimus: à quibus cùm dignitate ac ordine tertium ipſum didicerimus, tertium quoq; natura eſſe credidimus.] Hæc Eunomius arrogans & ſuperbus, qui (vt Baſilius conſequenter dicit) [quòd non putat oportere in ſimplici & ſyncera fide multorum permanere, ſed artificiolis quibuſdam cauillatorijs rationibus ad id, quod ſibi videtur, veritatem rorſos commutare, ſatis verbis ſuis oſtendit. Cūm enim cootemnat opinionem multorum, qui Spiritum ſanctom glorificant, ſanctorum ſimolat conſeruare doctrinam, & tacet eos qui ſibi ipſam tradiderunt. Nam ex eorum ſcripturis cognoſceremus, ao hæc illatio & (vt ita dixerim) conſequentia, ex ipſorum ſententia fuerit, ſi ordine ac dignitate tertius eſt, ſpiritus, ipſum oatura quoque tertium eſſe.] Magnus ergo Baſilios in Eunomiom inuehitur, quòd ipſorum ſanctorum libros non citaſſet, ex quorum ſenteotia ioferebat ſanctū ſpiritum natura quoque tertiom eſſe, quorū quidem ſanctorum authoritatem Baſilius approbabat, ſanctumſpiritum (vt ſoprà dicitur) tertium eſſe: verùm ipſam Eonomij conſequentiam reprobabat, ſpiritum natura quoque tertium eſſe. Proptereaque paulo inferiùs Angelorum exemplum dat, dicens, alium principem, alium ſubditum, omnes tamen vnius eſſe naturæ. Deinde de ſpiritu inquit: [Sic profectò & Spiritusſanctus dignitate quidem & ordine ſecundus eſt. Accepimus enim ipſum tertium à patre & filio numeratum, cùm ipſe Dominus io traditione ſalutaris baptiſmatis, ordinem tradiderit his
Mat. 28. e verbis: Euntes baptizate in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. in natura autē tertia à filio ac patre deiectum ſpiritum, nullibì audiuimos.] Poſteà ſuam ſeotentiam argumēto confirmat, dicens: [Cùm enim duę res dicantur, deitas & creatura, dominatus ac ſeruitus, ſanctificans & quæ ſanctificatur, qua in parte ſpiritum ordioabimus? io his, quæ ſanctificatur? at ipſemet ſanctificatio eſt.]

Et infrà: [Non ergo ipſum priocipalem natura ſpiritū, fas eſt nobis conſeruom dicere, nec creaturis connumerare eum, qui in diuina & beata Trinitate cōnumeratur.] Vndè patet, P.A. ſanctumſpiritum nō creaturis, ſed ipſi diuinitati connumerandum eſſe: quandoquidem qoæq; res, vel diuina vel creatura creditur eſſe. In qua quidem diuinitate, magnus Baſilius Spiritumſanctū ordine ac dignitate tertium eſſe crediderat, quippe qui paoloantè protulerat, filium à patre ſecuodū ordine quidē, quoniam ab illo: dignitate verò, quoniam origo & cauſa eſſendi, pater eſt: ſanctum autem ſpiritum, à filio ſecundum: hic verò extra creaturas, ipſum connumerat, quæ quidem (inquit) à communicatione, quam cum illo habent, qui natura ſanctus eſt, ſanctificationem habent: ſpiritus autem natura ſanctitas eſt, illis verò participatiooe ineſt. Siquidem igitur ſanctus ſpiritus tertius eſt, nec eſſe eſt filium, cauſam & principium eius eſſe per diuinæ naturæ participationem. Quandoquidem (vt quàm ſæpiſſimè protuli) inter diuinas perſonas ordo, ab vno in aliud eſſe creditor, quo quidem vna perſona ex alia ſubſtantiam & eſſe ac ordinem accipit. Vndè euenit, vt quoniam nobis conceſſum eſt, ACCIPERE & ESSE idem ſignificare: ſpiritus, qui à filio habet eſſe, ab ipſo quoque procedat. Alias quoque Baſilij authoritates, P.A. poſſem afferre, ad oſtendendum, ſanctum ſpiritum à filio eſſe atque procedere, necnon ad eaſdem duas eiuſdem Baſilij authoritates luce clarius explanandas: verùm maius operæpreciom mihi videtur, vt ad Athanaſium veniamus: quem quidem S. Athanaſ. ſi benè, P.R. expoſuiſſes, intellexiſſes meliùs ipſum, qui in Apologia ſua in Ariom dicit: [Si ſanctusſpiritos ex patris filijque ſubſtantia non eſt, cur Dei filius in ſymbolo ſanctificationis ipſum connumeraſſet, dicens: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes Mat. 28. c
eos in nomine Patris & Filij & Spiritusſancti.] Igitur ex Athanaſio patet, ſi ſanctusſpiritus ex patris filijque ſubſtantia oon eſſet, nolla prorſus ratione in ſanctificaoonis ſymbolo connumeraretur. Porrò, vos Græci domini, noſtis, quod à vobis ſymbolom dicitur, id à Latinis compoſitionem vel ſignum noncupari, iuxta beatum Clementem, qui poſt S. Petrum ad B. Iacobom ſcribens, inquit: Apoſtoli congregati ſymbolum fecere, qood quidnam ſignificet, exponens dicit: qood quidem ideò compoſitio ac ſignum dicitur, qoòd ij quandam compoſitionem conſecerant, ex qua quod creditur, demonſtratur. Proptereà, patres optimi, ſanctificatioois ſymbolom ab Athanaſio nominatur, quòd baptiſmatis charactere ac ſigno, Chriſtianus à non Chriſticola differre creditur. Ergo pauloantè nobis probaoi clariſſimè, ita ſanctumſpiritum ex filij ſubſtantia habere eſſe, quemadmodùm filius ex

Digitized by Google

patris. Nuoc autẽ Athanaſius inquit, Si ſanctus ſpiritus à filio non haberet eſſe, cũ ipſo oon connumeraret. Porrò aũt, P. R. quoniá ſeſſione proxima reſpondens mihi dixiſti, me hincinde ſumere authoritatea nentiquá ad rem pertinentes, quemadmodùm in beati Epiphanij authoritatib⁹ feceră, quib⁹ quidem ab re verbũ EST, apponebam, idcirco ad Epiphanium ipſum venire volo. Et quoniam cõplures interpretes docti ac io philoſophia præclari, præſertim ſereniſſimus Imperator hic adſunt: ideò nõ alijs teſtibus opus eſt ad probandum, an verbum EST, in ipſis Epiphanij dictis ſubintelligi debeat. quod non equidem primus, verùm Ambroſius appoſuerat, dicẽs ita: [Filiũ Epiphani⁹ dicit, qui ex ipſo: ſanctum autẽ ſpiritũ, qui ex vtroq;.] quæ quidẽ Epiphanij authoritas prima fuerat. De qua iterum ex vobis quæro, an hæ duæ ꝑpoſitiones Ex, verbũ EST, neceſſariò includant? Nam ipſe multis in Ambroſij expoſitionibus talem modum loquendi cõperio, vt mos eſt Græcis, qui cum verbũ neceſſario intelligitur, illud nõ exprimuot: quemadmodùm etiam Baſilius fecerat, qui dicens ſpiritum ordine dignitateque tertium, verbum omiſerat, quod neceſſariò intelligitur. Altera verò Epiphanij authoritas fuit hæc: [Neq; filium nouit quis, niſi ſpiritusſanctùs, qui verè clarificat & docet omnia, qui ex patre filioq;:] vbi verbum EST, deeſt, ipſum tamẽ ſubintelligitur. Rogo igitur te, P.R. ne in poſterum oratione morali, vel verbis quandoq; mores ſignificátibus, vti velis, quandoquidem ex ipſis nil firmi poterimus aſſequi. Et ne me in eo ampliùs reprehendas, quòd quæ verba neceſſario ſubintelligantur, ea exprimo. Ad ſecúndam aũt Athanaſij authoritatem breuibus reſpondeo, ea ea nobis credendũ, ſi diligenter ipſam perpenderimus, ſanctum ſpiritum ordine ac dignitate tertium eſſe. [Talẽ (inquit) ordinem & naturá ſanctus ſpiritus habet ad filiũ, qualẽ filius ad patrẽ.] Quoná igitur pacto, qui ſpiritũ dicit creaturá eſse, idem quoque de filio non neceſsario crederet? Hoc eſt, ob ipſorum ordinis ſimilitudinem. Ordine nanque naturæ, iuxta philoſophos & theologos, vt aliàs demonſtraui quippiam ex aliquo generatur, ac ex vna perſona producitur altera. Porrò autẽ noo debemus in theologia rerum diffinitiooibus aliter vti, quàm ipſæ ſignificent, ꝗ́que à doctorihus accipi ſoleát. Siquidem igitur ordo naturæ, proceſſionis eſt ordo, per quam voa res ab alia naturam accipit, quæ quidem natura, principium eſt quo vel per quod, vt Damaſcenus etiam inquit, ſequitur, generationem eſse ordinem naturæ, non velut geoerantis, verùm quo generans generat, quod quidem principium communicabile eſt.

MAR. Ne mutes dictiones, Pater Reuerende. Aliud enim eſt dicere, ordioem & naturam: aliud verò, ordinis naturam.

IOAN. Ordo ſecundum naturam, R.P. & ordo naturæ, idẽ ſignificant, quemadmodùm de perſona, ea qua fit aliud, dici poteſt, ſi relationẽ principij habeat, quod quidem ſecundum naturam cõmunicatur. Vndè ſequitur, ſanctum ſpiritum ordine ac natura ſecuodũ poſt filium eſse, & ab eodem eſse accipere, ac conſequenter ab ipſo procedere. Sed hæc hactenùs. Nam de temporanea ſancti ſpirit⁹ proceſſione ſuo loco dicemus, quandoquidẽ alterius eſt conſiderationis.

IMP. Operæprecium eſse noſtis, P.A. vt breuibus diſputetis: vos autem tam longam habuiſtis orationem, vt anteà dies defecturus videatur, quàm noſtri reſpondere ſufficiát. Quibus dictis, ſeſſio miſsa fuit, & ad diem ſabbati dilata.

Die ſabbati 14. menſis Martij, ſeſſio 22. Florentiæ.

MAR. SI ad omnes orationis tuæ partes oratione perpetua reſpondere velim, hic dies mihi P. R. ad dicendum nequaꝗ̃ ſufficeret. Quoniam igitur ſermones ꝓlixi, nobis inutiles ſæpiſſimè viſi fuerunt: idcirco ſingulam quanq; orationis tuæ partem memoria (vt potero) repetendo, ad ipſas ſigillatim paucis reſpondebo, te interrogando, ac ex te ratiooes quærendo, & tibi cùm fuerit opus, reddendo. Quoniam autem Pater R. dixiſti, nos primá Athanaſij authoritatem noo beoè intellexiſse, quandoquidẽ ipſam malè expoſnimus, ideo noſtræ reſponſionis exordium ab ea ſumemus.

IOAN. Vt diſputatio noſtra, P.R. iuxta prioris noſtri ſermonis ordinem habeatur, à Magno Baſilio debes incipere, deinde ad Athanaſium venire.

MAR. Quoniam ſeſſione proxima, P.R. magni Athanaſij authoritas recitata & expoſita fuit à te, idcirco mihi videtur, vt eandẽ priùs explanemus, clarioréque reddamus, poſteà verò ad magnum Baſiliom veniamus.

IOAN. Vt ordine bono P.R. hac in re procedamus, ageodum eſt oobis, vt dixi: ſio minùs, inter nos confuſio poterit exoriri. Nam in ſuperiore ſeſſione primò ex me quæſiuiſti, an crederem magnum Baſilium huius fuiſse ſententiæ, ac vnà cum ſanctis ſuis maioribus ſenſiſse, ſanctũ ſpiritum ordine dignitateque tertiom eſse, deinde verbis eius à te explanatis, continuò ad Athanaſiom veniſti. Ego verò, vt eodem ordine tibi reſponderem, eandem Baſilij authoritatem priùs expoſui, ac eius aliá ſimul attuli, & ex præcedentium cum cõſequentibus eiuſdem Baſilij verborum nexu, mentem ipſius dilucidaui, necnon ex tua expoſitione magnum ipſum Baſilium incõueniens ſequi, demonſtraui: in extremũ aũt, ad magnũ Athanaſiũ veni. Ne igitur orationes noſtræ confundantur, idem nobis ordo ſeruandus eſt cùm præſertim beatiſſimus dominus noſter

ſter

ſter sereniſſimo Imperatori, ac nobis omnibus id contendentibus benignè conceſſerit, vt ſingulia argumentis atq; orationis partibus reſpondẽtes, eouſq; diſputationẽ noſtrã trahamus, quouſq; controuerſiæ noſtræ modũ inueniamus. Ad primã igitur magni Baſilii authoritatẽ, priùs reſpondere debes.

MAR. Volebam equidem R. P. eodem ordine quo proximè ſum loquutus, adhuc in præſentia tecum agere, ac in primis oſtendere magni Athanaſij authoritatem ad noſtram magis ſententiam, quàm ad veſtram, facere. Verùm quando tibi videtur, ut tui ſermonis ordinem ſequar, in hoc etiam morem gerã tibi, & à Baſilij authoritate incipiam. Primò, tribus argumentis probare conatus es, librum veſtrum mendoſum non eſſe, quẽ ipſi dubio procul corruptum eſſe putamus. Quorum quidem argumentorum primum fuit, quòd idem Baſilius alio etiam in loco teſtatur, ſanctum ſpiritum à filio eſſe habere: alterum, quòd contra eius eſſet exiſtimationem, (qui doctor egregius, admirationeq; valdè dignus exiſtit) is de diuinis dogmatibus hæſitãs, verbo FORSAN, vſus fuiſſet, ac non ſine ambiguitate ſuam ſententiam literis mandaſſet. Poſtremò, ex nexu verborũ ipſius Baſilij iudicatis, veſtrum librum incorruptum, noſtrum autem mendoſum eſſe, ſanctumq; ſpiritum ordine dignitateq; tertium eſſe. Sed anteaquã vobis reſpondeamus, hęc Baſilij authoritas recitetur. [Vnum (inquit) patrem, vnum filiũ, unũ ſpiritum ſanctum eſſe, iuxta diuinam traditionem, profitendum nobis eſt, non autem duos patres, neq; duos filios: quandoquidẽ ſanctus ſpiritus filius non eſt, neq; nominatur.] Et reliqua. In quibus uerbis, P. Am. non legitur, neque ex ipſis neceſſariò poteſt inferri, ſanctum ſpiritum à filio eſſe accipere, nã illud, [Nõ enim à ſpiritu accipimus aliqua, quẽadmodùm à filio ſpiritus:] ſic debet exponi, nos non à ſpiritu accipimus aliqua, quemadmodùm a filio accipimus ſpiritum. Nam ſpiritus apud Græcos neutri generis eſt. Et illud, quemadmodùm à filio ſpiritus, quod vos pro nominatiuo caſu accipitis, nos accuſatiuũ credimus eſſe: quæ quidem expoſitio, noſtræ ſententiæ ac uerbis ipſius Baſilij, necnon eiuſdem menti quàm maximè conuenire videtur, vt ſtatim monſtrabimus. nam ſancti ſpiritus inimici, hac disiunctа oratione vtentes, contra Chriſtifideles ſic argumentari ſolebant: Si ſpiritus ex patre genitus eſt, eccè duo filij: ſin autem ex filio, eccè duo patres, hoc eſt, pater & filius. Aduerſus quos hæreticos magnus Baſilius inquit: Vnum patrẽ, vnum filium, vnũ ſpiritum ſanctũ, iuxta diuinam traditionẽ profitendũ nobis eſt. Nam ſanctus ſpiritus quãuis ex patre procedat, non tamen filius eſt, neq; ex ipſo, vt filius, natus. propterea inqt: Non aũt duos patres, neq; duos filios, quandoquidem ſanctus ſpiritus filius nõ eſt, neque nominatur. Porrò aũt patet, nos à filio ſpiritum ſanctum accipere, id eſt, adoptionis ſpiritum. nam filii ſecundum ſui naturã proprium eſt, nos per ſpiritum adoptare, ut Paulus ad Galatas ſcribit: [Quoniam autem Gala.4.a
eſtis filij Dei, miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra, clamãtem, Abba pater.] Siquidem igitur ſpiritum adoptionis à filio accipientes, à patre dicimur adoptari, à ſpiritu verò nil aliud præter ſpiritũ ipſum accipimus, quẽadmodùm à filio ſpiritũ ipſum, qui ab ipſo alio eſt: ſequitur, ſanctũ ſpiritũ non eſt filium, propterea nec à ſacris literis filius nominatur. Hoc ergo ſenſu magnus Baſilius protulit, ſpiritum non eſſe filium, quòd à ſpiritu non accipimus aliqua, ab ipſo videlicet aliena, & per ſeſe ſubſiſtentia, quẽadmodùm filij ſpiritum accipimus, alium ab ipſo ſecundum eius perſonã, ſed ipſum ſpiritum ad nos veniẽtẽ, & nos ſanctificantem, ac nobis ſua charismata donaq; largientem ſuſcipimus, vt Apoſtolus inquit: [Hæc 1.Cor.12.
autem omnia operatur vnus atq; idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult.] b
Ipſe verò vndè habeas pater reuerende, ſpiritum à filio eſſe accipere, non uideo, cùm ex his quæ longa oratione recitauimus, Baſilij uerbis neutiquàm inferri videatur.

IOAN. Quanuis longam orationem, reuerende pater, in exponendo Baſilio habuiſti, rem tamen ipſam neutiquàm tetigiſti, præterquàm quòd in fine ex me quæſiuiſti, vndè illam expoſitionem habuerim. Ego autem tibi reſpondeo, uerba hæc, unum patrem, vnum filium, & reliqua, non abſolutè, ſed definitè ac determinatè prolata fuiſſe. Propterea, paulo inferiùs inquit: Non enim à ſpiritu accipimus aliqua, quemadmodùm à filio ſpiritus, quæ quidem comparatio eſt.

MAR. At non ita nobis uidetur.

IOAN. Vt ſi quis (uerbi gratia) dixerit, nemo de ſereniſſimi Imperatoris ſubditis, ab eo quicquam accipiet, quemadmodùm eorum aliquis, quos in conſilium ſummus pontifex adhibet, ab ipſo accipiet. In qua quidem oratione, QVEMADMODVM non poteſt intelligi, ut illud, eorũ aliquis quos in conſilium adhibet, ſit caſus accuſatiui: ita quoq; neceſſe eſt, ut illud, à FILIO SPIRITVS, nominatiui ſit caſus.

MAR. Res ita, ut dicis, Pater reuerende, ſe haberet, ſi ſic ſcriptum eſſet, quemadmodùm à filio ſpiritus accipit. Verùm cùm ſpiritus (vt ſæpe ſæpiùs dictum eſt) accuſatiui ſit caſus, ea, quam ipſe dicis comparationem, à mente Baſilij aliena uidetur eſſe, quemadmodùm ipſum exponis, nos ſcilicet à ſpiritu non accipere aliqua, quemadmodùm à filio ſpiritus. Nam ipſo volens oſtendere ſpiritum non eſſe filium, verbis his vſus fuit. Quæ quidem ſi ad mentem ipſius Baſilij conferas, nos ipſum

meliùs explanare cognoſces. Ideircò magnus Baſilius inquit, ſanctus ſpiritus nō eſt filius, neq; nominatur, quòd ipſum à filio non accipimus, qui ab eo perſonaliter differt, à ſpiritu autem non accipimus aliqua, quæ ab ipſo differrent, quemadmodùm is ſpiritus alius à filio eſt. Deinde ſequitur, ſed ipſum ſpiritum ad nos veniente, ac nos ſanctificantem, & nobis ſua chariſmata largientem, videlicet communionem diuinitatis, filijq; cohæreditatem, & reliqua id genus dona ſuſcipimus. Sic ergo magnus Baſilius debet exponi. Nam expoſitio hæc, eius ſententiæ melius conuenit.

IOAN. Non accipimus (inquis) à ſpiritu aliqua, quæ ab ipſo differant.

MAR. Non ea differre intelligo, quemadmodùm ſpiritus à filio alius exiſtit.

IOAN. Velim equidem huic veſtræ ſententiæ obijcere, vtporè ſacræ ſcripturæ, ac ipſi veritati contrariæ.

MAR. Cur obſecro, cùm is doctor id ſentiat?

IOAN. Quæro ex te P.R. an ſancti ſpiritus dona, ſint ab eis donis diuerſa, quæ nobis tribuit?

MAR. Non ea ratione ſunt alia, vt per ſeſe proprijsque perſonis ſubſiſtant, quemadmodùm filius ac ſanctus ſpiritus per ſeſe ſubſiſtere creditur.

IOAN. Non equidem quæro, an ſancti ſpiritus dona, eo modo ſint eadem vel diuerſa.

MAR. BES. Sunt ſanè diuerſa, non tamen per ſeſe ſubſiſtentia. ¶Quamuis ſpiritus dona ſuſcipiamus, ea tamen per ſe non ſubſiſtunt.

IOAN. At paulò antè proferebatis, ipſa diuerſa eſſe à ſpiritu, quemadmodùm ipſe diuerſus à filio creditur eſſe.

MAR. Eandem ipſam ſententiam illa Baſilij authoritate confirmare poſſumus.

IOAN. Quæro ex te, R.P. vtrùm ſpiritus à filio datus, creator ſit, an creatura. Nam quæuis res, creator creditur eſſe vel creatura. Porrò autem ipſi credimus ſanctum ſpiritum creatorē eſſe, opera verò eius creata. vtrùm (inquam) is ſanctus ſpiritus, quem DEVS per Ieſum Chriſtum in nos infundit abundè, ſit creatura necne. Obmutuit pater Epheſius. Iterum peto, P. R. an ſancti ſpiritus gratiæ, vnà cum ipſo ac eius perſona, Chriſticolis largiantur necne: & an ſint eædem cum his, quæ ab hominibus ſuſcipiuntur. Videns autem Imperator Epheſium reſpondere nolle, ac timens, ne ſermo ad aliam quæſtionem tranſiret, Græcique cogerentur de creatore ac creatura diſſerere, iuſſit ne ampliùs de quæſtione huiuſmodi verba facerent. Latinis autem eadem repetentibus, ita reſpondit:

IMP. Hæc ad propoſitum. P. amp. nequaquàm ſpectare videntur, neque ab huiuſcemodi quæſtione noſtrum dependet negocium: de quo ſolo, non autem alia de re, quæ forſan cauſa futuræ nobis controuerſiæ fuerit, inter nos agere conuenit.

IOAN. At operæprecium eſſet, sereniſſime Imperator, vt hæc etiam quæſtio diſſolueretur.

MAR. Illa Baſilij authoritas, P. A. longè aliter à nobis, quàm à vobis exponitur. Siquidem igitur ex ambiguis ac obſcuris, nil neceſſariò poteſt concludi, ſequitur nos nihil ex ipſis oſtendere poſſe. Quamuis autem authoritas ipſa ſic etiam poſſet exponi, quemadmodùm vobis videtur, à ſpiritu non accipimus aliqua, quemadmodùm à filio ſpiritus accipit, licèt talis expoſitio prioribus verbis Baſilij nequaquàm conueniat, quia tamen ex eo non infertur, filium ſpiritus cauſam eſſe, ideircò ipſa omiſſa, ad aliam veniamus.

IOAN. ¶Ex beati Cyrilli literis, P. A. quæ ſic incipiunt, Seruatore noſtro clarè loquente, docemur, nos non ſolùm accuratè verba perpendere, verumetiam doctoris mentem diligenter inſpicere debere. Siquidem igitur authoritates ſanctorum in medium proferentes, ipſarum ſeorſum exactè non explicare, diſpicereq; vellemus, contra ſanè Cyrilli canonem ageremus. At ipſi qui profitemur ipſam Cyrilli ſententiam & legem ſeruare, illam Baſilij authoritatem meridiana luce clariorem eſſe tenemus, de qua tantum hi meritò poſſunt ambigere, qui eam exponunt malè, vt vobis credimus contigiſſe. Qui cùm ipſam non benè intelligatis, in multa incidiſtis incommoda, ac facitis eandem ipſam authoritatem, oppoſita ſimul includere, proferentes, quemadmodùm à ſpiritu accipimus aliqua, ita etiã à filio ſpiritus, quod contra omnes doctores videtur eſſe: quandoquidem ſpiritum accipientes à filio, ſpiritus etiam dona ſuſcipimus, necnon eadem dona ſuſcipientes ſpiritum etiam ipſum vnà cum eius donis accipimus. Quemadmodùm Paulus Apoſtolus inquit: Charitas autem Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctũ, qui datus eſt nobis. Siquidem igitur accipientes à filio ſpiritum, ſpiritus etiam dona (vt eſt ſuprà dictum) accipimus, & ipſa dona ſuſcipientes, ſpiritum etiam ipſum ſuſcipimus. Et magnus Baſilius inquit: A ſpiritu non accipimus aliqua, quemadmodùm à filio ſpiritus: vbi profectò, quia quandam accipiendi diuerſitatem is doctor intellexiſſe videtur, neceſſe eſt, ut ſpiritus nominatiui, non autem accuſatiui, ſit caſus. Latinorum itaq; patrũ expoſitio, vera & clara eſt, vt nō accipiamus a ſpiritu aliqua, quemadmodùm a filio ſpiritus accipit. nam ipſa dona (vt ipſi etiam paulò antè dixiſtis) a ſpiritu ſunt ſeiuncta, & quod ſpiritus à filio accipit, diuinum idemque cum ipſo ſpiritu credimr eſſe, quandoquidem creatura non eſt: ſua verò dona, quæ nobis largitur, proculdubiò creaturæ ſunt. Neceſſe eſt ergo, hanc magni Baſilij authoritatem exponi ſic & intelligi. Rom.5.a

MAR. Nos non inficiamur, P. A. hanc veſtram expo-

expoſitionem poſſe ſtare ac veram eſſe, cùm omnes in hoc conueniamus, fieri non poſſe, vt abſque ſpiritu nos eius dona acceperimus, quandoquidem ſingula eorum cum eodem ſpiritu ſuſcipimus, quòd totus ſpiritus in ſuis ſingulis donis exiſtit. Quæ quidem verba tametſi vera ſint, adhuc tamen expoſitio noſtra, vera poteſt eſſe: quandoquidem à ſpiritu non aliqua per ſeſe ſubſiſtentia ſuſcipimus, quemadmodùm à filio ſpiritum accipimus. Quæ quidem expoſitio præcedentibus Baſilij verbis conſona magis videtur. Quæ omnia, P. A. quanuis veriſimilia ſint, nequaquam tamen ex ipſis conſequitur, ſanctum Spiritum à filio eſſe accipere, ſed nos ab ipſo ſpiritu creaturas ſuſcipere. Hæc ergo P.R. meliùs demonſtrato, de quibus inter nos controuerſia eſt.

IMP. Vt tibi pater Epheſius moré gereret, huic quæſtioni P.R. reſpondit. Verùm in poſterũ ne verbum quidem de ea faciet, quandoquidem non tot de cauſis huc conuenimus.

IOAN. Hæc expoſitio, P.A. vera eſt, vt ſpiritus nominatiui ſit caſus. Nam hæc oratio, à filio ſpiritum accipimus, nos ſpiritum vnà cum eius donis accipere ſignificat, vt ait Apoſto-

Rom. 5. b lus: Dilectio Dei poſita eſt in cordibus noſtris, hoc eſt, ideo, quòd filius dat nobis ſpiritum, Accipere igitur à filio ſpiritum, nil aliud ſignificare videtur, quàm (vt pauloantè dictum eſt) ſpiritum cum eius donis accipere: quę quidem donorum acceptio nil aliud eſt, quàm, quod idem Baſilius in eodem loco declarat, videlicet diuinitatis communicatio, & bonorum participatio, ac pignus hæreditatis æternæ, quæ omnia (vt Baſilius inquit) à ſpiritu accipimus. Quæ igitur à ſpiritu accipere credimus, his eadẽ donis ipſis eſſe videntur, quæ nobis filius elargitur per ſpiritum. At magnus Baſilius, non enim (inquit) à ſpiritu accipimus aliqua, quemadmodùm à filio ſpiritus: quæ quidem, ſi SPIRITVS, caſus eſſet accuſatiui, eſſent eadem. Verùm maxima differentia debet eſſe inter ea, quæ ſpiritus à filio accipit, quæque ipſi à ſpiritu accipimus: quandoquidem principium in Theologia nouiſſimum eſt, id quod ipſe Baſilius in eodem loco citat, duo tantùm genera rerum exiſtere, id eſt, creatorem & creaturam: porrò dona, quæ ſpiritus nobis largitur creaturæ ſunt & ſeiuncta: ſpiritus verò ſanctus, creator. Vndè ſequitur, ſi non à ſpiritu accipimus aliqua, quemadmodùm à filio ſpiritus, vt id, quod ſpiritus à filio accipit, diuinitas ſit. Tua igitur expoſitio nulla ratione menti Baſilij conuenit. Hæc Ioannes. Nolente autem Epheſin quicquam de hoc ampliùs proferre, Imperator ſic dixit:

IMP. De propoſita quæſtione, neceſſe eſt, in pręſentia diſputeus, de hac verò forſan aliâs.

IOAN. Equidem te, sereniſſime Imperator, ſapiẽtiſſimum ac ingenioſiſſimum eſſe puto, mihiq; perſuadeo, te veritatem huiuſce rei cognoſcere, ac ipſum Baſilium aliter exponi non poſſe. Siquidem igitur tibi lubet, vt finem his ponamus, ſatis tibi libentiſſimè faciemus.

IVL. Cardinalis. Si qua dubitatio eſt, Pater reuerende, viderint auditores.

IMP. Ita quoque nobis videtur.

IVL. Car. Dominus Prouincialis, Patres ampliſſimi, Baſilij authoritatem quàm optimè declarauit, ita vt aliter exponi nõ poſſit, vt vobis omnibus exploratũ eſt: idcirco (ſi vobis placet) ad alia veniamus.

IMP. De hac quæſtione ſuo loco conſiderabimus.

IOAN. Quoniam de his ſatis eſt dictum, ideo ſi beatiſſimo ſummo Pontifici & sereniſſimo Imperatori videtur, orationem noſtram ad alia transferemus.

MAR. Quoniam authoritas ipſa videtur ambigua, & vtraque ex parte variè intellecta. idcircò ad alterũ orationis tuæ caput, ſi lubet, veniamus.

IOAN. ¶ Nos autẽ profitemur ipſam ſatis ſuperque expoſuiſſe, ac dilucidaſſe.

MAR. Fieri non poteſt, Patres amp. vt ſpiritum in loco tertio diſponamus & numeremus. nam in diuinis perſonis non ſunt, primum, ſecundum, tertium: neque vnum, duo, tria, verùm vnum & vnum & vnum, & vna ſubſtantia. Siquidem igitur generare producereq; non naturalia & propria, ſed hypoſtatica ſunt: ſequitur, ſi ſanctus Spiritus ex patre filioque producitur, vt ex duabus perſonis pducatur, quæ duæ cauſæ ac duo principia eſſent.

IOAN. Nequaquàm, pater reuerende, nequaquã. Non enim duo principia, duáſve cauſas in diuinis, verùm vnicum tantùm principium & cauſam profitemur. Nam pater vt pater, ad filium refertur: filij enim eſt pater. Similiter filius vt filius, ad patrem: patris nanque filius eſt, quo quidem non exiſtente, pater eſſe non poterit: quandoquidem relatiua ſunt. At ſanctus ſpiritus neque ad patrem, neque ad filium, quatenus pater & filius ſunt, per ſe poteſt referri. Eſtne ita, an non?

MAR. Quid ni?

IOAN. Porrò ſpiritus vt ſpiritus, ad ſpirantem refertur. Spirantes verò ſunt, pater ſimul & filius, cum ſine vlla controuerſia ſpiritus patris filijque dicatur eſſe: qui quidem vna eademque ſpiratione, facultateq; productiua, Spiritum ſanctum ſpirant atque producũt. Quæ quidem potentia facultaſque productiua, cum vna eademq; numero ſit, patris præcipuè creditur eſſe, à quo etiam filius accipit ipſam. Qua ratione P. ampl. dicere ſolemus patrem & filium, vnicum ſpiritus ſancti principium & cauſam eſſe.

MAR. Fierine poteſt, pater reuerende, vt * duæ perſonæ vna ſit cauſa? Nimirum perſonæ cõiungi non poſſunt, alioquin verum eſſet Sabellij dogma.

* duarum, perſonarum.

IOAN. Si me patienter & ęquo animo auſcultaueris,

ueris, me P. reuerende facilè intelliges. Nam vnicam caoſam, vnicúmve principium, patrem in diuinis eſſe profitemur, filij quidẽ per generationem, ſpiritos autem per proceſſionem. Portò, quoniam pater in generando filio ſine tempore ſpiritum ſimul ꝓducit, idcirco filius ex patre accipit eſſe, ac ſimul ſpiritum ſanctum producere, non ex ſeſe, ſed ab illo, à quo etiam habet eſſe. Qua quidem ratiooe (vt ſuprà diximus) pater pręcipuè ſimpliciterque ſancti ſpiritns cauſa eſt. Non igitut in diuinis duo principia ſunt, propterea quia quæcunque filius habet, ad patrem referuntur.

MAR. De his hactenùs. Nunc ad ſecundam partem veniamus. Liber (inquis) veſter incorruptus eſt, noſtri verò ex eo mendoſi creduntur eſſe, quòd non cõuenit credere magnum Baſilium in ſancti Spiritus Theologia dubitaſſe, ac verbo FORSAN, vſum fuiſſe, dicentem, Forſan pietana ratio tradit. Ipſi autem tibi reſpondemus, hanc magnam Baſilij ſententiam non fuiſſe, neque aliquos ſanctos id literis mandaſſe, quod Eunomius ꝓferebat, ſanctum videlicet ſpiritum ordine dignitateque tertium eſſe, vt ex ipſius Baſilij verbis apparet: [Sanctorum, ioquit, ſimulat conſeruate doctrinam.] Et infrà: [Qui verò illi ſancti ſint, & in quibus ſermonibus doctrinam fecerunt, non poteſt dicete: Fueritne vnquam homo ſic audax, qui diuinorum dogmatum innouationes induceret?] nullos profectò ſanctus Euoomius poterat citare, qui talem ſententiam habuiſſent. Nam magnum Athanaſium oequaquam ſanctum eſſe credebat, & ante ipſum neminem ſanctõ Doctorem fuiſse conſtat, qui illam ſententiam habuiſſet. Neque igitur Euoomius oſtendere poterat, eam fuiſse ſanctorum doctrioam, neque ipſam Baſilius ſuſcepiſſe videtur. Porrò qnooiam Eunomios ſcripturæ ſacræ potuiſset inniti, in qua Seruator noſter inquit: Mat. 28. e [Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti:] ex quibus verbis quiſquã forſan credere poſset, ſanctum ſpiritum ordioe ac dignitate tertium eſse, idcirco Magnus Baſilius id diſputatioois cauſa ſuſcipiens, ac ex hypotheſi ſumens, inquit, ſanctũ Spiritum dignitate ſecundum eſse à filio, forſan pietatis ratio tradit: pietatis quidem rationem appellans eam, quam ex ſancto Euãgelio habemus, ita vt hoc modo Magnum Baſilium exponentes, credere debeamus ipſum io hoc hæſitaſſe, ao ratione pietatis, hoc eſt, ex ſacra ſcriptora haberetur, ſanctum ſpiritum dignitate quoqne tertium eſse: propterea ioquit, cur enio neceſse eſt, & ſi dignitate & ordioe tertius eſt, natura quoque ipſum tertium eſse? ita & illud FORSAN, ad id debeat referri, quod ex ſacra Scriptura non clarè patet, ſanctum videlicet ſpiritum dignitate tertium eſse. Ne autem quiſquam crederet, ſanctum Spiritum ex eo dignitate tertiũ eſse, quòd ordine tertius eſt, ideo Magnus idem Baſilius (vt in noſtro libro benè ſcriptum eſt) poſt Angelorum exemplum inquit: [Sic profectò & Spiritusſanctus dignitate quidem & ordine ſecundus eſt, vt aiunt: accepimus enim ipſum tertium à patre & filio numeratum,] & reliqoa. Cui ſoli Euangelicæ authoritati, patres ampliſſimi, Eunomius innitebatur, quandoquidem ſanctorum aliam non habebat, qua ſuam ſentẽtiam tueretur. Quod quidem Euangelicum dictum Baſilius (vt ſæpenumerò dictum eſt) dans Eunomio eo modo interpretandum, verbo FORSAN vſus fuit, acſi ſic dicete voluiſset: Eunomius Euangelio forſan innititur, quod forſan dicit ſanctum ſpiritum dignitate tertium eſse: non tamen indè conſequitur, ipſum natura quoque tertium eſse. Qui quidem Baſilius, cum vocaret in dubium, an ſanctusſpiritus dignitate tertius ſit, idcirco in eodem ipſo ſermone ſic inquit: Non tamen alienæ ipſum eſse naturæ indè conſequitur, quanquàm coocedendum non ſit. Quæ quidem particula, QVANQVAM CONCEDENDVM NON SIT, in veſtro libro nequaquam habetur. Non igitur Magno Baſilio dedecori vel turpitudini creditur eſſe, ſi in eo ſermone, quem non affirmaos, ſed ex hypotheſi ſumens, verbo FORSAN, protulerit. Sic ergo Baſilium, noſtris libris, qui quamplurimi ſunt, acquieſcẽtes, exponimus ac intelligimus.

Vt ueritas libri noſtri, ac ſimul veſtrorum falſitas appareat, P. ampliſ. fieriq; non poſse, vt aliqua ratione ex veſtris huinſmodi libris veritas habeatur, tres omnes Baſilij in Eunomium libros, ſecũdum Ambroſij expoſitionem, diligẽter examinaui: ex quo quidẽ benè cognoui, in quibúsnã differamus. Quæ dum explico, attendite, obſecro. In ooſtro quidem lib. ſcriptum eſt ita: [Dignitate nãque ipſum ſecundum à filio, cum ab ipſo eſse habeat, & ab ipſo accipiat, & annũciet nobis, & omnino ab illa cauſa dependeat, pietatis ratio tradit: natura verò tertia vti.] & reliqua. In veſtro autem ita: [Dignitate naoque ipſum ſecundum eſse à filio, forſan pietatis ratio tradit, natura verò tertia vti,] & cętera, vbi multorum verborum defectus patet clariſſimè. Præterea Baſilius uolens probare, ſpiritum ita ſeſe habere ad filium, quemadmodum filius ad patrem, his uerbis vtitur: [Nam quemadmodum filius, ordine quidẽ à patre ſecundus eſt, quoniã ab illo: & dignitate, quoniam origo atq; cauſa eſsendi pater ipſi eſt, & quoniam per ipſum acceſsus & deductio ad Deũ patrem: natura verò nullo modo ſecundus, quoniam in vtroqoe vna eſt deitas: ita videlicet & ſanctusſpiritus, etſi dignitate & ordioe ſecundus à filio eſt, nõ tamẽ uerisimiliter alienæ ipſum eſse naturæ indè conſequitur.] Hæc in ooſtro volumine. IOAN.

lumine. In quibus quidem verbis nulla eſt ambiguitas vel conditio, ſed ſimplex ac mera comparatio vel ſimilitudo. Vos tamen his verbis hoc additis, QVANQVAM CONCEDENDVM NON EST: & facitis, vt argumentum & ratio tanti viri, ſit ambigua & cõditionalis. Sed eſt alia quoq; magna noſtrorum codicum diſſonantia. Nã magnus ipſe Baſilius, poſt angelorum ac ſiderum exemplum, * eandem veram, ſimplicem, ac ſine ambiguitate aliquáve cõditione, certam concluſionem infert, ſanctum ſpiritũ dignitate & ordine tertium eſſe, quã quidem pietatis ratione, cui inniti maximè videtur, demonſtrat. [Accepim⁹ enim (inquit) tertium à patre & filio numeratũ, cùm ipſe Dñs in traditione ſalutaris baptiſmatis ordinẽ tradiderit his verbis: Euntes, docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti.] Quæ ſanè verba Baſili⁹ pietatis vocat rationem. Quibus verbis opinionem ſuam (vt dictũ eſt ſuprà) fulciens, ſanctum ſpiritum dignitate & ordine tertiũ eſſe oſtendit, quæ omnia ſequentium cum præcedentibus ne au valdè cõſonant. Nã angelorum exemplum pro vero ac abſoluto ſuſcipiens, ſic ea eo argumentatur. [Quẽadmodum angelorũ alius princeps, alius ſubtus, & tamen oẽs angeli natura ſunt, & in dignitate quædã diuerſitas, in natura verò cõmunitas eſt, ſic ꝑfectò & ſpiritus ſanctus, &c.] In quo quidẽ argumẽto, quod in prima propoſitione videtur, accipere, id ſimplex, abſolutũ, definitũ, ac ſine aliqua conditione aut hæſitatione videtur eſſe: ergo neceſſe eſt, vt id quod ea eo conſequitur, certum & nõ ambiguum ſit, quemadmodùm ex noſtri codicis lectione habetur. At in veſtro verbum hoc, VT AIVNT, additũ eſt, ita vt magnus Baſilius non ex certa ſcientia, verùm dubitanter eam ſententiam habuiſſe videat. Videre videor, P.A. verba Baſilij, vt in veſtro noſtroque codice ſcripta ſunt, memoriter repetiſſe. Verùm, ſi qua in parte defecerim, eam tu reuerende pater explana, quandoquidem mihi videtur, non alijs in Baſilij verbis nos differre. Vt autem veritas magis pateat, ne in exponendis ipſis patienter conſtãterque perſiſtamus. Nam in ipſis vertitur cardo, cùm eiſdem, iactis pro fundamentis, magnus Baſilius in Eunomiũ diſputat, quæ quidem verba ſi eſſet ambigua, nil prorſus oſtendere poſſent. Quæro igitur ea te, reuerende pater, id quod ſeſſione proxima ex me petijſti, vtrùm ex hac Baſilij authoritate ſentias, magnum Baſilium crediſſe aliquos ſanctos fuiſſe, qui crediſſent, literiſque mandaſſent, ſanctum ſpiritum ordine dignitateque tertium eſſe, nécne?

fortè * tandem

Matt. 28. c

MAR. Equidem pater reuerẽde, neque Baſilium id ſenſiſſe, neq; ipſum crediſſe, hanc fuiſſe ſanctorum ſententiam, neq; denique aſſenſum fuiſſe Eunomio, proferenti ſententiam ipſam à ſanctis, ſibi fuiſſe traditam, cenſeo, vt ex ipſius Baſilij verbis apparet.

IOAN. Vt magnum Baſilium, pater reuerende, hoc ſacrum concilium intelligat optimè, ab initio tertij in Eunomiũ libri, vſque ad eam partem, CVR ENIM NECESSE EST: nia verba Baſilii repetens, ipſum explanabo, quandoquidem ipſe non pauca prætermiſiſti. [Vix tandẽ (inquit) blaſphemiis in vnigenitũ ſaturatus, ad ſpiritum ſanctũ tranſit, totique ſuæ conſentanea voluntati de ipſo etiã dixerit:] id eſt, cùm nil à ſanctis habuiſſet. Deinde verba Eunomii repetit. [Cùm verò (inquit) hæc nobis de vnigenito ſufficiant, reliquum eſt, vt de paracleto quoq; dicamus. Nec opiniones nõ exquiſitas multorum ſequemur, ſed ſanctorũ in omnibus doctrinam conſeruabimus, à quibus cùm dignitate ac ordine tertium ipſum didicerimus, tertium quoque natura eſſe credidimus.] Hæc Eunomius. In quo quidem ſermone magnus Baſilius tria verba in primis notare videtur. Primum illud, nec opiniones non exquiſitas multorum ſequemur. Secundum illud, ſed ſanctorũ in omnibus doctrinam cõſeruabimus. Poſtremũ illud, à quibus cùm dignitate ac ordine, & reliqua. Quibus omnibus eodem ordine contradicit, ita dicens: Quod igitur non putat oportere in ſimplici ac ſyncera fide multorum permanere, ſed artificioſis quibuſdam ac cauillatorijs rationibus ad id, quod ſibi videtur, veritatem rurſus commutare. Eunomium igitur reprehendit, quòd multorum fidem deſpicere videbatur, qua ſpiritum ſanctum glorificarent. Ex quibus quidem verbis apparet, Eunomium benè nouiſſe, quinam hi fuerint, qui eam de ſpiritu ſancto opinionem habuerint: quos tamen Eunomius nihili faciens, [ſanctorum ſimulat conſeruare doctrinam, & tacet eos,] (inquit Baſilius) [quemadmodùm in ſermonibus ſuis de filio fecerat.] Et infrà: [Qui verò illi ſancti ſint, & in quibus ſermonibus.] Et paulò infrà: [Cur enim neceſſe eſt,] & reliqua. Quæro igitur ea te, reuerende pater, an ipſe magnus Baſili⁹ multorũ illorum ſententiam nouerit, quos Eunomius ſectari noluerat? & an artificioſa & cauillatoria Eunomii ſciuerit argumenta, quibus veritatem euertere cupiebat? Credo equidem, Patres ampliſſimi, Baſilio hæc omnia explorata fuiſſe, necnon quinã hi ſancti fuerint, quos Eunomius proferre non poterat.

MAR. Eunomius, pater reuerende, multorum opinionem de ſancto ſpiritu eam eſſe intelligebat, quam multitudo Chriſtianorum ex traditione baptiſmatis ſalutaris conceperat: Ex eo enim quòd ſanctus ſpiritus cum patre & filio diſponitur atque numeratur, piè quoque Chriſtiani crediderant, ſpiritum ſanctum eiuſdem eſſe naturæ.

IOAN. Benè igit̃ Athanaſius, ac cęteri ſentiebãt? Ipſi

Ipſi etiam credebant cum pluribus.

MAR. IOAN. Eunomij autem artificioſos ac ſophiſticos ſermones, quos putas fuiſſe?

MAR. Quia multorum ſpernebat opinionem, quodq; ſanctorum doctrinā ſimulabat ſeruare, quos nequaquam proferre, nominareq; potuiſſet, (nullos enim tales fuiſſe credendum) quod deniq; ſanctum ſpiritum ordine dignitateque tertium eſſe concedeos, ipſum natura quoque tertium eſſe, artificioſe cauillatorieque ratiocinabatur. Quam quidem concluſionem Baſilius volens euertere, dat non tamen concedit Eunomio, ſpiritum ordine dignitateque tertium eſſe, probans, non tamen ex eo neceſſe eſſe, vt natura quoque tertius ſit. Patet ergo, Eunomij rationes artificioſas fuiſſe, quibus concludere oſtendereque nitebatur, id quod ex ipſis neceſſario non potuiſſet inferre.

IOAN. Eunomius, P.A. ſanctum ſpiritum ordine ac dignitate tertium eſſe, à ſanctis accepiſſe profitebatur, ratus, ex eo ſimpliciter ac ſine cōtrouerſia cōcludere poſſe, ipſum natura tertium eſse. Neceſse enim fuerat ei ad cōcluſionē ipſam probandā, argumento ſaltē ſophiſtico, apparēterq; vero vti, quod quidem fuiſse creditur, iam quod à ſanctis accepiſse dicebat. Idcirco Baſilius inquit, [Sanctorum ſimulat cōſeruare doctrinā:] nō aūt dicit, artificioſas & cauillatorias rationes accepit. Patet igitur, Eunomium ex præcedenti vero, concluſionem ſuā oſtendere voluiſse, ac ipſam verā eſse putaſse. Quod quidem Eunomij argumentū ſi benè percepetitis, dubio procul vobis patebit, ipſum concluſionē eam inferre voluiſse. Cum ſanctis autem illis, qui ſanctum ſpiritum ordine ac dignitate tertium eſse proferrent, ipſe Baſilius ſentiebat, quorum ſententia Eunomio nequaquā opitulabatur, vt ex ea concluſionem ſuam poſſet inferre, ſanctum videlicet ſpiritum natura quoq; tertium eſſe. Quandoquidem ſancti, tametſi noti fuerint, quoniam tamen eorum ſententia ad Eunomij rem neutiquam facere videretur, idcirco is Eunomius ipſos (vt inquit Baſilius) nominare non audebat, quos multos eſſe dicens, opiniones eorum nō exquiſitas appellabat, qui ſancti ſanctum ſpiritū ordine ac dignitate tertium eſſe profitebantur, quos tamen Eunomius paruifaciebat, & nulli alij ſancti fuerant, quos verè poſſet citare. Propterea Baſilius inquit: [Qui verò illi ſancti ſint, & in quibus ſermonibus doctrinam fecerunt, non poteſt dicere.] Quibus quidem Baſilij verbis, pater Epheſie, falsò videris adduci, vt credas ipſum Baſilium neutiquā credidiſſe, ſanctum ſpiritū ordine ac dignitate tertium eſſe, nec illos vnquam ſanctos huiuſmodi ſententiam habuiſse, cùm ſiqui fuiſſent, eos (inquis) Eunomius citauiſſet. At ipſi dicim⁹, nōnullos ſanctos noſtros ante ipſum fuiſſe, qui cùm eius opinionis fuerint, ſpiritus ſancti quoque proceſſionem credebant: Eunomium autem Arianorum ſecta inuolutum, cum ipſis ſanctis ſentire noluiſse. Nunc redeo ad proximum meum ſermonem, ad quem etiam reſpondiſti. In quo quidem Eunomii verba repetii, vt vos, patres ampliſſimi, rem noſtram meliùs intelligeretis. Magnum dicebā Baſilium volentem Eunomio contradicere, ſuam primò cōcluſionem ſimpliciter poſuiſse, ac ipſam deinde (vt ex noſtri codicis lectione videtur) duabus rationibus demōſtraſse: altera, quòd quemadmodùm filius ſe habet ad patrem, ita etiam ſpiritus ad filium: altera verò, angelorum exemplo, quippe qui verus ratiocinandi modus exiſtit, vt ex propoſitionibus, veris ſimplicibus ac abſolutis, veræ, ſimplices & abſolutæ, concluſiones inferantur: quandoquidem canon certus ac non fallax in dialectica eſt, vt ex propoſitionibus veris, falſum inferri non poſſit. Cùm igitur vera & non ambigua magnus Baſili⁹ propoſuerit, concluſionē etiam veram neceſſariò intulit. Differt autem nihil, ſiue illa fuerint argumenta, ſiue authoritates: ſacra nanq; ſcriptura & authoritates ſanctorum, verorum argumentorum vim habent. Ex veſtri verò libri lectione duo non parua incommoda ſequi videntur. nam ex propoſitionibus veris falſa concluſio ſequitur, & ex ambigua Baſilij propoſitione, vera, non autem ambigua, concluſio habetur. Quod dubio procul fieri non poteſt: nam neceſſaria concluſio, ex dubia propoſitione nequaquàm conſequitur. Diſpice igitur obſecro, pater reuerende, quibus in tenebris verſere, in hac iſta tua perſiſtens ſententia. Nam ex his duabus rationibus patet, librum veſtrum in hac parte mendoſum & corruptum eſse.

MAR. Non equidem arbitror, patres ampliſſimi, neceſſarium eſse, vt ex ſimplici ac abſoluta oratione concluſio ſimplex & abſoluta ſemper ſequatur: quinimmò fieri poſse exiſtimo, vt quippiam verū ſimpliciter ſit, id tamen quod ex eo infertur, non verum ſimpliciter, ſed ex hypotheſi ac alicuius poſitione verum exiſtat. Quemadmodùm magnus Baſilius ratiocinari videtur, qui angelorum exemplis, quæ vera ſimpliciter ſunt, non neceſſarium eſse, diuerſam ipſos naturam habere, demonſtrat, & ſi alius quidem princeps, alius verò ſubditus (vt inquit Baſilius) ſit: quippe qui poſitis angelorum exēplis, datoque ſanctum ſpiritum ordine ac dignitate tertium eſſe, quod Eunomius ab Euangelio habere profitebatur, non tamen neceſſarium eſse demonſtrat, ſpiritum natura quoque tertium eſse. Non igitur verum eſt, vt ex ſimpliciter abſoluteque veris, id, quod concluditur, tale ſit.

IOAN. Vt me meliùs intelligas, reuerende pater, hoc exemplum do tibi: Homo currit,

ergo

ergo mouetur. In quo quidem argumento neceſſe eſt intelligere, non ſolùm hominem ſimpliciter currere, verùm etiam ex conditione, vt ſi homo currit, moueatur.

MAR. Non ita ſe habet. His dictis ſeſſio fuit dimiſſa, ſancta iubente ſynodo, vt die Martis frequens iterum conueniret.

DIE MARTIS XVII. MENSIS Martij, ſeſſio 23. Florentiæ.

MAR. Noſtra quidem religio, patres ampliſſimi, non ab hominibus, neque per homines initium habuit, confirmataque fuit, verùm ab ipſo Domino Ieſu Chriſto, quem diſcipulis ſuis clarè & apertè locutum fuiſſe credimus: idcirco verbis ambiguis & obſcuris poſtpoſitis, (licet ea etiam accuratè cõſiderata, à nobis magìs, quàm contra nos faciant) eò noſtram transferamus orationem, vndè rerum omnium canonem nos habere oportet. Porrò autem credendum eſt, magnum Baſilium nec contra Chriſtum Dominum & eius diſcipulos, nec ipſorum poſteriores, nec ſibijpſi diſſona ſcripſiſſe, memoriæq; prodidiſſe, vt pluribus eiuſdem Baſilij verbis vobis probauimus, ac DEI benignitate, à quo dicendi facultatem habemus, ꝓbabimus. Age igitur laudemus diſcipulum à præceptore, ac ſeruum à domino, & eundem ipſum Baſilium in ſuis ſermonibus, non à Domino diſcrepaſſe, verùm ipſum ſecutum fuiſſe, probemus. In primis quidem Deus & verbum, ac primus Theologus & theologorum omnium doctor, cùm extremo ſermone diſcipulis ſuis illa theologiæ ſecreta proderet, dixit: [Cùm autem venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre, ſpiritum veritatis, qui à patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me.] In quo quidem ſermone, cùm de tribus perſonis mẽtio fit, tribus etiã verbis vtitur, ſingulis videlicet ad perſonam ſingulam referẽdis. Nam ſpiritu ſancto protulit illud: Cùm autem venerit paracletus: de ſeipſo patreque, Quem ego mittam vobis à patre: de ſolo autem patre, Qui à patre procedit. Inſpice igitur, obſecro, P. reuerẽde, quàm exactiſſimam theologiam nobis tradiderit. Per illud enim, Cùm venerit, maximã ſpiritus libertatem ac facultatem oſtendit: per illud verò, Quem ego mittam vobis à patre, ſuam & patris beneuolentiam erga ſpiritus ſancti præſentiam, apparitionemque demonſtrauit: per illud autem, Qui à patre procedit, patrem ſpiritus cauſam eſſe patefecit. Pro quarum duabus primis partibus Gregorius theologus in ſermone de ſancto ſpiritu, quem in feſto Pentecoſtes habuit, inquit: [Venientem quidem vt liberum, miſſum verò non vt ἀντίθεον, hoc eſt, contra Deum.] Quoniam enim pater iam diu præcognitus fuerat, ac deinde filius, poſtremò verò ſpiritus ſanctus apparuit: ne quiſquam impius crederet, ipſum alterius exiſtentem naturæ ac voluntatis, aduerſus Deum veniſſe, idcirco à patre & filio mitti dicitur, ita vt illa miſſio, ipſorum beneuolentiam (vt eſt ſuprà dictum) ſignificet. Item in alio de ſancto ſpiritu ſermone theologus idem inquit: [Mittitur quidem œconomicè, venit autem ſua ſpõte:] ſancti ſpiritus apparitionem, ob generis humani commodum, œconomiam appellans. Ergo quemadmodum verbũ mittere, ad patrem ſimul & filium refertur: venire verò, ad ſpiritum: (ſolus enim ſpiritus venit, minimeque neceſſe eſt intelligere, perſonam aliam cum ipſo veniſſe vel venire) ita quoque credendum eſt, verbum PROCEDERE, ad patrem ita referri, vt ex ipſo ſolo, nõ autẽ ex filio, proceſſio fieri intelligatur. Cur etenim de ſancto ſpiritu loquens Dominus, eum ex ſe & patre mitti protulit? de proceſſione verò faciens mentionem, non à nobis dixit, vel ex me patreque procedere, verùm, qui à patre procedit? Quoniam igitur ſpiritus ſancti proceſſio, patris propria eſt: idcirco neceſſe non eſt, vt filius in ea intelligatur, cuius quidem rei teſtis eſt ſępè nominatus Gregorius, qui de diuinarum perſonarum proprietatibus loquens, inquit: [Propterea noſtris in terminis ſtantes, ingenitum & genitum, & quòd ex patre procedit, proferimus, vt ipſe Deus & verbum dicit.] Siquidem igitur ſancti ſpiritus proprium eſt, non quidẽ ſimpliciter, ſed ex patre procedere: propriũ verò cum eo, cuius eſt proprium, neceſſariò conuertibile eſt, ac eidem æquale: neceſſe eſt, has enunciationes ueras eſſe: Quod ſanctus ſpiritus eſt, id ex patre ꝓcedit: & quod ex patre procedit, id ſanctus ſpiritus eſt: ita vt ſi quid aliud eſſet, quod ex alio quoque procederet, id ſpiritus ſanctus non ſit: quod palàm eſt ſecundum veram rationem conuerſionis. Fieri ergo non poteſt, cùm ſanctus ſpiritus ex patræ procedere dicitur, vt ex filioque ſubintelligatur procedere, quam quidem firmiſſimam rationem, ex noſtri ſeruatoris uerbis, necnon ex noſtro theologo habuimus. Nunc ad ipſius noſtri ſeruatoris diſcipulum, & arcanorum eius participem, & cœleſtem hominem, ac vas electionis Paulum veniamus: quidque ipſe de ſancto ſpiritu ac eius eſſentia ſcripſerit ad Corinthios, accuratè cõſideremus. [Nos autẽ] (inquit) non ſpiritum mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex * Deo.] Ne autem quiſpiam crederet Paulum ex filio quoque ſubintellexiſſe, per beati Ioãnis Theologi doctrinam inſpiciat, eandem ipſam Pauli Theologiam dilucidantem, ea videlicet ex parte, qua, ſemper Virgine DEI genitrice Maria fauente, magno ac admiratione digno Gregorio arcana Theologiæ aperuit, vt beatus Gregorius Nyſſenus in eius uita teſtatur. Qui quidem ſanctus Ioannes inquit: [Vnus ſpiritus ſanctus ex DEO eſſentiam habens, ac per filium manifeſtatus hominibus,] & reliqua.

Vndè

Ioan. 15. d

D. Grego. Theol.

1. Cor. 2. c

for. * Deo eſt.

Vndè clarum eſse videtur, fieri non poſse, verbū, Ex Filioqve, ſubintelligi: nā huic orationi, Ex Deo Essentiam Habens, nō illud ſtatim ſubiunxiſſet, Ac Per Filivm Manifestatvs Hominibvs: qua quidē particula demōſtrauit, ſoli patri propriū eſse, vt ex ipſo ſanctus ſpiritus eſse habeat: filio autem, vt per ipſum mortalibus appareat. Audientes ergo ſpiritum ex Deo eſse, non eſt neceſse, quinimmò fieri nō poteſt, vt Ex Filioqve ſubintelligant: quandoquidē hæ duæ orationes, ſanctum ſpiritū ex Deo eſsentiam habere, ac per filium manifeſtari, diuerſa ſignificant. Hoc enim filio illud verò patri, dubio procul aſcribitur. Quæ omnia ex literis ſacris habentur. Porrò autem Dionyſius Pauli diſcipulus, ac eiuſdem ſecretorum & myſteriorum particeps, quidnam in hoc ſentiat, videamus: quippe qui in capitulo, quod inſcribitur, Quæ ſit vnitio & diſcretio in diuinis, inqt: [Eſt autem diſcretio in ſuperſubſtātialibus theologijs, non quam dixi tantùm, quòd ſecundum ipſam vnitionem immixtè & incōfusè collocatur vnaquæque principalium perſonarum, ſed quòd ea, quæ ſunt ſuperſubſtantialis deiformitatis, non conuertuntur ad ſe inuicèm. Solus autem fons ſuperſubſtantialis deitatis eſt pater.] Siquidem igitur ſolus fons ſuper ſubſtantialis deitatis eſt pater, qua quidem ratione à filio & ſpiritu ſeiungitur: (loquimur autem de perfecta diuinarum perſonarum diſtinctione) ſequitur, vt neque filius neque ſpiritus cum patre, quatenùs fons eſt, communicet: alioquin in perſonis ipſis confuſio, non autem ſeiunctio eſset. [Propterea (inquit) neq; cōiuncta deſtruere, neque ſubiuncta confundere licet.] Fontis autem ratio nullo pacto refertur ad filium, ob idque ſancti ſpiritus cauſa filius eſse non poteſt: nam à ſuperſubſtantiali diuinitatis fonte ſpiritus ſanct⁹ ſcaturit. Siquidem igitur ſol⁹ pater diuinitatis fons eſt, quo quidem à filio ſanctoq; ſpiritu ſegregatur, ſequitur, vt ſolus etiam mittens ſpiritum ſit. Vndè ſequitur, vt ueſtrum dogma ex talis tantiq; doctoris ſententia, non ſolùm nequaq̄ probetur, verùm etiā clariſſimè refellatur ac reprobetur. Quam quidē ſententiā magnus etiam Athanaſius in ſermone, qui de æterna filij ſanctique ſpiritus eſsentia inſcribitur, ita teſtat: [Disiungimur (inquit) ab ijs, qui Iudæos ſecuti, cùm Deū de Deo negant, ut Chriſtianorū fidem euertant, Deum unū vt Iudæi profitentur: non quòd ſolus ingenitus ac ſolus diuinitatis *eſt pater, verùm ꝙ ſine filio, ac ſine fructu uiuentis uerbi exiſtit.] Vbi doctor etiā ipſe, patrem ſolum ingenitum, ac ſolū fontē diuinitatis teſtatur. Vt aūt fieri nō poteſt, ut eſse ingenitū, alicui perſonarum communicet: ita etiā fieri non poteſt, ut fons diuinitatis cum filio cōmunicetur. Vndè ſequitur, ut filius non ſit fons, neque cōſequenter ſancti ſpiritus cauſa. Eccè P. A. quā clarè ſancti doctores in hac veritate conuenıant. Sed vniuerſalium quoque conciliorum ſententias, eandem ipſam veritatē teſtantes, in medium proferam. Nam primū Nicęnum ad hęſitātem quendam philoſophum pro Leontio Cæſareeñ. præſule ſcripſit ita: [ſuſcipe vnā patris diuinitatē, filium ineffabiliter generantis, necnon filij ex eo geniti, ſanctique ſpiritus, qui ex ipſo patre procedit, quique filij propriùs eſt, ſecundum Paulum Apoſtolum, qui, ſi quis ſpiritum, inquit, Chriſti nō habet, is nō eſt eius.] Quæ quidē uerba P. A. perpendenda ſunt, ac ipſius ſacræ ſynodi mens accuratè cōſideranda, quæ de ſpiritus ſancti theologia loquens, uidelicet vndè procedat & diuinitatis cauſam habeat, Ex Patre protulit: ne quis forſan putaret, ꝓceſſionem ad filium debere referti, de quo paulò antè fecerat mentionem.

*Margin notes: S. Dionyſ. — S. Athanaſ. — *fons eſt — Rom. 8. c*

IOAN. Statutum ordinē mihi, pater reuerende, præterire uideris: quandoquidem inter nos cōuenit, ut de parte in partem, & de argumento in argumentum progrediamur.

MAR. Non equidem ordinem ſtatutum, P. reuerende, peruerto, dum ſtudeo fortiſſimis argumentis oſtendere, noſtrum magni Baſilij librum non eſſe mendoſum, neq; Baſilium ipſum ſibijpſi contradixiſse.

IOAN. Superiori ſeſſione, patres ampliſſimi, beatiſſimi patris noſtri, necnon Imperatoris ſereniſſimi iuſſu conuenimus, vt de parte in partem, ac de argumento in argumentum ꝓgrederemur: idcirco à Magni Baſilij ſermone, quem pro Pentecoſtes celebritate literis mandauit, proximæ noſtrę orationis exordium ſumpſimus, in qua tametſi forſan multus viſus fuerim, nunquam tamen à propoſito ſermo noſter defluxit, ſed in veritatem inueſtigandam vehementer incubuit, quam deinde aſſecutus, ſtatim ad alteram ipſius Baſilij authoritatem in tertio contra Eunomium libro veni: in qua quidem exponenda, longa etiam vſus fui oratione, nihilominùs à propoſito nunquam ſermonem meum diuerti. Volenti nanque mihi eam ſentētiā patefacere, neceſſe fuit, ipſam clarè exponere, fideliterque interpretari, nūquam tamen (vt ſuprà dixi) an eius verbis diſceſſi, qua in re mihi uideor aſſecutus fuiſſe, vt ex præcedentium verborum Baſilij expoſitione, ſequentia reddita fuerint clariora. Poſt hæc argumenta duo validiſſima protuli, quibus mihi uideor probaſse, verbum illud Forsan, neutiquā ſtare poſse, in qua quidem diſputatione pro magnitudine rei breuior eſse non potuit. Siquidem igitur reuer. P. ordinem eundem ſeruare voluiſſes, profectò contra meam eiuſmodi expoſitionem & argumenta primò dixiſses. At puto cōtigiſse, vt argumenta mea ita tibi valida viſa fuerint, vt ipſa nō potēs deſtruere,

æ, ad aliam materiam veneris: quod mihi profectò vehementer placeret, ſi etiam tu idem affirmares. Porrò ſi ea fugere declinareque cupiebas, ſaltē ad Athanaſij authoritatem venire debebas, quam poſt Baſilium attuli, quæ quidem non minùs, ac ipſius Baſilij authoritas, ad rem noſtram ſpectare videtur, P.R. poſtpoſitis his, ac nullo (vt dictum eſt) ordine ſeruato, alias de ſancti ſpiritus proceſſione quęris authoritates, perindè ac illæ, de quibus agimus, in ſancto Euangelio fundatæ non ſint. Num illa Baſilij ſententia ex his

Ioan. 16.b Euangelij verbis, [De meo accipiet, & annunciabit vobis,] non dependet? num in ratione pietatis ac veritatis, quam in traditione baptiſmatis ſeruator noſter protulerat, bene fundata non exiſtit? Immò ſi diligenter P. R. proſpexeris, quod in XV.

Ioan. 15.b Ioannis Euangeliorum capite dicitur, [qui à patre procedit,] id in ſubſequenti capite, quonam pacto intelligi debeat, ab eodem Ioanne expoſitum clarè reperies, vbi dicit:

Ioan. 16.b [Omnia quæcunque habet pater, mea ſunt: propterea dixi, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.] Siquidem igitur & authoritates ipſæ, quas citaui, & argumēta noſtra ex ſacra ſcriptura ſunt, magnum profectò inconueniens eſſet, & huic ſacro Cōcilio nō mediocri dedecori, ſi poſtpoſitis ipſis, ac nulla per vos ad argumenta noſtra reſponſione habita, ad eas veniremus authoritates, quas modò protuliſti. At longè aliter mihi mens eſt. Nam ſis in dicendo multus, vt lubet: quandoquidem non ego, ſed ſereniſſimus Imperator tibi legem imponere poteſt: ego tamen diſputationis normam & ordinem ſemper ſeruabo, ita vt nunquam huic tuæ orationi reſpondeam, niſi tu P.R. ſeruato noſtræ diſputationis ordine, (vt ſuprà dictum eſt) nobis priùs reſponderis. Quod quidem agendum eſt tibi, ſi nolis tempus vanè conterere. A te igitur vehementer contendo, vt ad argumenta noſtra reſpondeas, ex quibus magni Baſilij mentem dubio procul percipies, niſi aliter ſanctiſſimus dominus noſter tulerit. Sed tertiæ ſynodi authoritatem, quam etiam S. Cyrillus citauit, quāque memini aliâs ad propoſitum protuliſſe, iterum repetam. [Sanctorum (inquit) patrū profeſſionem rebus in omnibus conſectantes, quam in ipſis, ſpiritu ſancto loquente, habuerant, necnon mentem ipſorum diligenter inueſtigantes, veritatem proferimus.] Qui quidem canon, P. A. nobis debet ſeruari, ac ita ſanctorum authoritates citare debemus, vt conſtanter ac diligenter ipſarum veritatem inueſtigemus.

MAR. Diſputationis ordinem, P. A. vt inter nos conuenit, dubio procul ſeruauimus. Porrò, quoniam in exponendis nonnullis magni Baſilij verbis proximam ſuperioremque ſeſſione (vt noſtis) fruſtrà contriuimus, ideo ne in ipſis verbis ſemper verſando, ac dicendo & reſpondendo, diſputatio noſtra fiat infinita, matus operæprecium nobis eſt viſum, non obſcuris, ambiguis, & mendoſis libris, verùm ſancta ſcriptura, & ſanctorum ſententijs ab omnibus Chriſtianis conceſſis atque receptis, noſtram cauſam agere. Nam eadem ſemper repetentes, nil vnquam profecerimus, cùm præſertim illud verbū FORSAN, non noſtris libris additū fuiſſe clariſſimè probauerimus. Ne autem (vt paulò antè dictum eſt) in eis continuò verſaremur, alias authoritates, quàm maximè Baſilio cōſonantes, in medium proferre voluimus, vt etiam ex ipſis appareat, noſtros libros non eſſe mendoſos: quibus deinde repetitis, dialecticè ac ſuo loco, fauente Deo, reſpondere poterimus.

IMP. Si patris Epheſij perorationem, præſt. P. audire expectauiſſetis, veſtris etiam argumentis reſpondiſſet: ſed quoniam vos ſemper dicere vultis, nobis verò nunquàm opportunitas datur dicendi, idcirco pater Epheſius data occaſione, rationes ſuas nunc intendit afferre.

MAR. Ergo redeamus vndè ſumus digreſſi. Primam ſanctam generalem ſynodum, P. A. dicebamus, pro Leontio Cæſareē. antiſtite ad

Nic. Syn. quendam hæſitantem philoſophum ita ſcripſiſſe: [Suſcipe vnam patris diuinitatem, & reliqua.] Vbi ſcitu dignum eſt, ſanctū ipſum concilium illud EX PATRE protuliſſe, ne quiſquam crederet, verbum EX IPSO, ad filium quoque referri: quandoquidem de eo quoque fecerat mentionem, ac ſi ſic protuliſſet, non ex filio, ſed ex patre ſpiritum ſanctum procedere. Quam etiā ob cauſam illud quoq; ſubiunxerat, QVIQVE FILII PROPRIVS EST: perinde ac ſi dixiſſe, tametſi ſpiritus ex filio non procedat, non tñ eſt alienus ab ipſo, qñquidem conſubſtantiales exiſtūt. Ad quā quidē intelligentiam Paulus dixiſſe creditur, [ſi quis ſpiritū Chriſti nō habet, is Rom. 8.b non eſt eius,] vt B. etiam Cyrillus Theodorito reſpōdens, à quo quidē incuſabatur, ſe credere ſpiritum ſanctum ex filioq; procedere, D. Cyrill. inquit: [Quamuis S. ſpiritus ex Deo & patre procedat, non tamen alienus à filio eſt.] Sed de his aliâs, ſi dabitur opportunitas, accuratius cōſiderabimus. Quibus quidē cum ſan- D. Baſil. ctis patribus ac ſancta ſynodo magnus etiam Baſilius cōuenit, quippe qui 18. ca. ad Amphilochium inquit: [Spiritus Chriſti dicitur, vt eius ꝓprius ſecundū naturā, hoc eſt, vt conſubſtantialis:] quem ſi Baſilius credidiſſet ex filio accipere eſſe, nō ipſum, vt eius ꝓprium ſecundum naturam, verùm vt procedentem, & ex ipſo habentem eſſe, ac annunciantem, dixiſſet, quæ ſanè verba magis conſequi viderentur. Qui etiam magnus Baſilius in ſermone contra Sabellium & Eunomiū inquit: [Eūdē ſpūm cū patre, nō aūt ipſum patrē eſſe noui: necnō ipſum cū filio accipi, nō autē filiū nuncupatū: & proprietatē eius ad patrē

intelligo,quandoquidē ex patre procedit:ad filium verò,qñquidē illud audio, ſi quis ſpi-
Rom. 8.b ritū Chriſti nō habet,is nō eſt eius.] Inſpicite,obſecro,P.A.hæc verba,q̄ eius ac aliorum ſanctorū patrū dictis cōſona ſint. Ad patrē, inquit, quandoquidē ex patre ꝓcedit: ad fi-
Ibidèm. lium verò,quoniam Apoſt.dicit: Si quis ſpiritum Chriſti non habet,is nō eſt eius,i.ſimpliciter, quia ſecūdū eius naturam proprius eſt,(vt paulò ſuprà dictū fuit)non autē quia ex ipſo procedit. Quid clarius, quid dilucidius hac tanti viri ſententia poterit eſſe? Diſpicite, obſecro, P.A. pro canone ſola veritate vtentes,an ei fuiſſet conueniens talia verba memoriæ tradere, ſi S.ſpiritum credidiſſet ex filioque procedere. Hæc ex prima ſancta generali ſynodo habemus: quibus profectò conſona magnos idem Baſilius ſenſiſſe videt᷑, quæ q̄dē ſynodus in ſuo ſymbolo ſeruatoris verbis innitēs, quibus in baptiſmatis traditione fuerat vſus, S.ſpiritū ita cū patre filioq́; diſpoſuit,vt poſt patris filijq́; theologiā,ſermonem ſuū ad illū tranſtulerit. Cuius deinde ſpiritusſancti theologiā altera generalis ſynodus exponere, quaq́; ratione contra S. ſpiritus inimicos cum patre filioq́; diſponeretur, dilucidare volēs, protulit.[Et in
1.Syn.Cōſtātinopoli 2. gen. Sp.ſanctum Dñm & viuificantē,qui ex patre procedit, qui cū patre & filio ſimul adorat᷑, & cōglorificatur.] Vbi ſanctorum illorū intelligentia nobis diligentiſſimè perpendenda eſt, vtpotè qui primam illam S. ſpiritus theologiam,necnō eiuſdē cū patre filioq́; diſpoſitionē declarauerint, ac eiuſdem diuerſam erga patrem & filiū proprietatē docuerint,ac ſi ſic dixiſſent: Et in ſpiritumſanctū, qui ita cū patre filioq́; diſponitur, vt ab illo ꝓcedere, ſimul verò cū filio adorari ac conglorificari credatur, qñquidem conſubſtantialis einſdēq́; dignitatis cū eis exiſtit. Nam ſi ſancta ſynodus ipſa, S.ſpiritum credidiſſet ex patre filioq́; procedere: cur,cùm de vtroque ſimul fecerat mentionem, nō ita protuliſſet,Qui ex patre filioq́; procedit,quiq́; cū ipſis ſimul adoratur & cōglorificat᷑ Nam cū quippiam ad duo refert᷑, p̄ſertim ſi ab eis vt à cauſis depēdeat, id ita in oratione ſolemus diſponere, ut vtranq; cauſam primo proferamus, deinde communi ambobus utamur verbo,quemadmodū hęc duo verba, SIMVL ADORATVR ET CONGLORIFICATVR, cauſam vtranq; ſignificant. Siquidem igitur S. ſynodus ad declarandā S.ſpiritus cauſam, nullā de filio mentionē fecerat,volēs aūt cōſubſtantialitatē eius oſtendere, filij quoque meminerat: ſequitur, ipſam ſynodū nō credidiſſe,ſpiritum ſanctū ex filioq́; procedere, qñquidē filiū neutiq̄ tacuiſſet, cū idcirco ea protolerit oīa, vt Nicęnum ſymbolū clarius redderet. An aūt talis Nicęni ſymboli declaratio abſolutiſſima ſit, nō autem (vt dicitis) imperfecta, ita vt ſynodus illa cauſam vnam tacuerit, ex eo facere poſſumus cōiecturam, quòd nulli poſteriori ſynodo declarationem ipſam magis illuſtrare,vel illud Ex filioque, ſymbolo apponere viſum fuerit, ſed potiùs poſteriores ſynodi prohibuerint, ne cui liceret ipſi ſymbolo quippiā addere, acſi veſtrū hoc dogma tūc vobis futurum eſſe, diuinaſſent. Cuius quidem ſecundæ ſynodi defenſor,& acerrimus propugnator,necnon eiuſdem ſymboli, quo nos ytimur (vt fertur) compoſitor & conſcriptor magnus Gregorius, qui poſteà ob eius theologiam, in qua pręclariſſimus fuerat, Theologus fuit cognominatus,in ſermone, qui inſcribitur, de nauigatione ex Ægypto,dicit:[Omnia,quæ pater babet,ſunt etiā filij,excepta cauſalitate.] Vbi patrem à filio cauſalitate ſeiūgit, quemadmodùm Dionyſius * fonte. Siquidem igi- * origine.
tur filius in hoc differt à patre, quòd non eſt cauſa: luce clariùs ſequitur, vt neq; mittens, neque ſpiritusſancti cauſa ſit.Hęc ille clariſſ. 3.Syn. Gener.
doctor palàm ꝓfeſſus fuit. Sed tertia quoq; ſynodus eandem ipſam ſententiā habuit, ac re ipſa firmauit: quippe quę Neſtoriano ſymbolo recitato, per quendā Chatiſium ſacerdotem allato, in quo quidem continebatur, ſpiritumſanctū nō eſſe filium, neq; per filiū eſſentiā habere, theologiam ipſam ſuſceperit, inueniens eam ſanctis patribus conuenire,ac ſacræ ſcripturę conſonā eſſe,ita vt neq; opinionem ipſam antiquauerit, neq; Neſtorium pro eo damnauerit, tametſi Neſtorianum ſymbolum ſimpliciter reprobauerit, decernens ita: [Si qui ſymbolum illud crediderint vel docuerint, quod Chariſius in medium protulit ac recitauit,in quo de vnigeniti filij Dei incarnatione,hoc eſt, de turpibus & obſcœnis Neſtorianis dogmatibus, mentio fit, huius ſanctæ & œcumenicæ ſynodi ſententiæ ſubiaceant.] vbi patet,P.Am. ſynodum ipſam Neſtorianum de Dei filii, incarnatione dogma,non autem Neſtorij de ſpiritusſancto theologiā, dānaſſe. Vndè fieri poteſt facilior coniectura, tunc temporis cōmunem opinionem fuiſſe, ſpiritūſanctū ex filio nequaq̄ procedere, quam quidem ſententiā prima Nicæna ſynodus habuit, ipſam deinde tertia ſuſcepit & approbauit. Porrò antē Cyrillus cōtra Neſtorium pro S. Spiritus proceſſione literis mirum in modum inuehens,nonnullis aliquā dedit anſam, vt ab eis incuſaretur,quòd ſanctum ſpiritum crederet à filio eſſentiam habere. Vndè euenit,
vt Theodoritus contra Cyrillum innectus, Theodor.
ex Orientalium patrum ſententia ſcripſerit ita: [Siquidem ſanctum ſpiritū idcirco proprium filii nouerant, quòd vnios naturæ ſont,ac ex patre procedit: id etiam ipſi profitemor, ac vt piam vocem ſuſcipimus. Sin aotem, quòd ex filio vel per filium procedit, illum tanquam blaſphemum impiumq́; refellimus, credentes Domino, qui dixit ſpiritum veritatis, qui ex patre procedit Ioan.15.d
necnon Apoſtolo proferenti,vos autem non 1.Cor.2.c

ſpiritum

ſpiritum mundi accepiſtis, ſed ſpiritum qui
ex Deo & patre.] Cui deinde inuectiuæ Cy-
rillus, literis ad quendam Euoptium antiſti-
tem ſcriptis, reſpoodit, dicens ſe à Theodo-
rito incuſari, ſibique pro ipſius Theodoriti
odio in ſe, ac eiuſdem erga Neſtorium beoe-
D. Cyrill. uolentia, plurimùm detrahi. [Decretum (in-
quit) accepi, quo de tua pietate certus ſum
factus, qood quidem dicitur factum eſſe
contra eos, qui Theodoritum Cyri, quem
πολύχρον appellari dicebat, anathemate no-
tant. Quod cum accepiſſem, Deo gratias egi,
Pſal. 129. ac pſalmum illum decantaui: Dñe, libera ani
mam meam à labijs iniquis & à lingua do-
loſa: qñ quidem mihi videor vbique detrahi,
ac multis de cauſis incuſari, eius præſertim
opinionis, pro qua me blaſphemũ appellat.]
Cyrillus ergo non eius ſententiæ fuerat, de
qua Theodoritus ipſum incuſabat, verùm
ipſam tenebat opinionem, cui quoq; Theo-
doritus aſsentiebat, dicens ipſam vt piam vo
cem ſuſcipere, ſanctum videlicet ſpiritum fi-
lij proprium eſse, i. eius cõnaturalem, ex pa-
tre verò procedentem, quemadmodùm Cy-
rillus ipſe accuſationi ſuæ reſpondens, affir-
mat. [Quãuis (inquit) ſpiritus ſanctus ex pa-
tre, procedat, non tñ alienus à filio eſt, vtpo-
tè qui patris habeat omnia.] Vndè patet, P.
amp. Cyrillum ipſum ea in parte cum Theo-
dorito conuenire, quã ipſe Theodoritus di-
cebat, vt piam vocem ſuſcipere. Facta deinde
Cyrilli cum patribus Orientalibus pace, Cy-
rillus ipſe ad Ioannem Antiochenum præſu-
lem eadem de re ſcripſit, vbi etiã de ſpiritus
ſancti proceſſione, necnon de ſymbolo ooo
D. Cyrill. mutando mentionem fecit, dicens: [Nequaq̃
tolerabimus, vt definita pſcriptaq; fides, aor
Nicenum ſymbolũ ab aliquo immutet, nullã
nobis vel alijs mortalibus facultatem con-
cedẽtes, vt aliquam eius dictionem mutare,
vel vnam ſyllabam præterire valeant. Huius
Pro. 22.d enim ſententiæ recordamur, Ne tranſgre-
diaris terminos antiqnos, quos poſuerunt
patres tui, vtpotè qui non ex ſeſe, verum Dei
patris ſpiritu * affecti, loquerentur, qui ex eo
* afflati procedit, non autẽ alienus à filio ſecundum
ſubſtantiæ rationẽ exiſtit.] Ex quibus etiam
patet, in quonam Cyrillus cum Theodorito
for. * eius conueniret: nam orationẽ* tuam bipartitam
aut *ſuam fuiſſe videtur. In prima nanque protulit par-
te, qui ex patre procedit: in altera verò, non
autẽ alienus à filio ſecundum ſubſtantiæ ra-
tionem exiſtit, quemadmodùm etiam Theo-
doritus ipſe (vt eſt ſuprà dictum) profiteba-
tur, quas deinde Cyrilli literas Thodoritus
vnà cum Orientalibus patribus ſuſcepit, ac
tandẽ agnoſcens Cyrilli de ſanctoſpũ Theo-
logiã, opinioni ſuæ ſcripturæq; ſacræ conſo-
nã eſſe, ad eundẽ Ioannem ſcripſit ita: [Quę
modò nobis Cyrillus ſcripſit, euangelica ho
oeſtate fulta ſunt. Deum enim perfectum
& hominẽ, Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum
appellat, ſanctum autẽ ſpiritum oon ex filio,
vel per filium eſſentiã habere, verùm ex patre
procedere, dicẽs ipſum filij proprium eſſe.]
Qua quidẽ veritate perſpecta, quã Cyrillus
ipſe ſuis literis tradidit, balbutientium lin-
guarum medicum, ac diſſonantium vocũ ad
harmoniã moderatorem laudauimus. Vide-
te, obſecro, P. amp. quibus in rebus Theo-
doritus cum Orientalibus patribus conue-
niebat, aſſerens ſpiritumſanctum haud ex fi-
lio vel per filium eſſentiam habere, verùm ex
patre procedere, ac filij proprium, i. conſub-
ſtantialem exiſtere. An aũt ij patres ſic ſenſe-
rint, Cyrillis ipſe teſtatur, qui eadẽ de re ad
eũdem ipſum Ioaonẽ ſcripſit ita: [Veſtris vo
cibus intellectis, cognitoque, vos vnũ Dñm,
vnam fidẽ, vnum deniq; baptiſma credere,
Deum oĩum ſeruatorem glorificauimus, ma
gno gaudio affecti, q̃ à Deo ſpiratis literis,
necnon ſanctorum patrum decretis, noſtra
ſimul & veſtra Eccleſia conſonam fidem ha-
beat.] In ſua verò expoſitiooe ſuper Lucã, ſic
inquit, [Qnẽadmodùm digitus, à manu non
ſeparatus exiſtens, ab ipſa dependet, ac ei in-
hæret natura: ita quoque ſpiritusſanctus fi-
lio conſubſtantialiter cõiungi credit, quan-
uis ex Deo patre procedat.] Acſi ſic dicere
voluiſse: Spũs quãuis ex filio non procedat,
nec ab ipſo eſsentiam habeat, ſed ex patre,
vnius tñ naturæ ſunt, & cum ipſo in eadem
natura diſponitur. Quibus quidẽ fortiſſimis
argumentis, patres præſt. probatum eſt, nos
neque à ſacra ſcriptura, neq; à ſanctorum pa
trum & doctorum noſtrorum traditionibus
aliena ſentire, neq; vllum noſtrorũ dogma-
tum nobis diuinitùs traditorũ mutaſse, vel
coinquinaſse, neque quicquã eis addidiſse
vel ab ipſis abſtuliſse. Quapropter rogamus
vos, pro mutua noſtra beneuolentia velitis
nobiſcum, necnon cum ſanctis patribus con
uenire, non permittentes, vt hoc dogma ve-
ſtrum ab Eccleſijs ſuſcipiatur, cùm ea, quæ
celebramus, ſatisfaciant, vt omnes eadem
credentes ac profitentes, vnanimes & con-
cordes, patrem & filium ac ſanctum ſpiritũ
glorificemus, cui cõuenit oĩs honor & glo- SVM.
ria in ſecula ſeculorum, Amen. ¶ Conue- PON.
niẽs eſt, vt ad extremã quoq; ꝓuincialis ora-
tionẽ reſpondeas: qñ quidem, quicquid tibi
libuit, protuliſti. ¶ Illud Baſilij, FORSAN, MAR.
quod in noſtro libro ſcriptũ eſt, pater ſan-
ctiſs. abſque aliqua ipſius Baſilij oota, modo
quo demonſtrauimus, cõueniens eſse vides,
veſtris friuolis argumentis nequaq̃ acquie-
ſcentes, quibus noſtrum librum mendoſum,
veſtrum autem iocorruptum ac verum eſ-
ſe, conati fuiſtis oſtẽdere: ad quæ quidẽ argu
menta, ſi ſemper eadẽ repetentes, reſponde-
re vellemus, oratio noſtra (vt ſuprà diximus)
infinita fieret. Omiſſis igitur his, nil ampliùs
habemus, nec volumus proferre, quàm quod
ſæpiſſimè diximus, librum noſtrum nõ eſse
mẽdoſum, quẽadmodũ vetuſtas eius, & ma-
gna ſimiliũ librorũ copia, necnoo ſequentiũ

verbotum cum præcedentibus nexus (vt eſt ſupradiɫum) teſtatur. Et de bis hactenùs.

IOAN. Quoniam pater Epheſiæ, extremum meũ ſermnnem nnn benè memnria tenere videris, idcirco vt ſereniſſimo Imperatnri, qui tibi iuſſit, vt meis nmnibus aigumentis reſpnndeas, ſatisfacere valeas, pattem iantùm vnam ipſarum repetam, ſimulq; tuã reſponſionem ea tantũ in parte, quæ aliqua iodiger cõſideratione, diſſoluam: quin etiam ſi corã Imperatore mitiſſimo onbis prnmiſeris veritati, quam tibi probauern, acquieſcere, quæcũq; modò in mediũ protuliſti, matnri ſtudio euertam. Nam initio dixiſti, nos nmiſſis iſtiuſmodi libris, qui nobis ambigui videntur eſſe, ad fundamentũ (hnc eſt, ad ſcripturam ſacrã) venire debere. Mihi aũt, P.R, eiuſmodi diſſerendi modus inutilis eſſe videtur, ac à doctoribus imprnbatus, qui mentem authoris inſpicientes, ac cooſequentia cum præcedentibus verbis eius cnnferentes, verũ à falſn ſolent diſcernere: quos quidem doctores & ſapientes, ipſi etiam in hnc negocio imitari debemus plurimùm. In primis igitur hnc tibi repetam argumentum: dixi equidẽ, ſtaote illn FORSAN, quod eſt verbũ ambiguum, dun maxima ſequi incõmoda: primũ, vt ex illo angelnrum exempln, q̃ vera neceſſariaq; propoſitin eſt, neceſſitatẽ ex ſacra ſcriptura ſumens, ambigua cooclusio ſequeretur: quod quidem magnum inconueniens eſſet. Hoc enim Magnus Baſilius vtitur argumento: Si aogelnrũ alij ſecundi, alij verò ordine dignitateq́ue tertij ſunt, eos tñ natura quoque tertins eſſe non eſt neceſſe: idem etiam de diuiois perſonis, i. de ſancto ſpiritu, (de eo nanque loquitur) affirmamus. Ex quo quidem exempln ſimpliciter, ac ſine hypotehſi ſumptn, cnnclusionẽ verã & ſine aliqua dubitatinne infert, ſanctum videlicet ſpiritum, & ſi nrdine dignitate tertius ſit, natura tamẽ tertium non eſſe. Ad quam illationem & conſequentiã veram eſſe prnbãdam, hoc tibi exẽpln ſeſſinne prnxima vſus ſum: Si bomo currit, ergn mnuet. Sed aliud etiam exemplũ magis ad prnpoſitũ ſpectans afferam, qun B. Auguſt. xv. lib. de Triñ. Magnum Baſilium imitatus, vſus fuit, diccos: A quo autem habet filius vt ſit Deus, ab illo habet vtiq;, vt de illo procedat ſpiritus ſanctus. Quod quidem argumentum hypotheticũ eſt, in quo nil prorſus ponitur eſſe, neq; quicquam ex en conſequitur vel concludit, niſi alia propoſitio ex ſacra ſcriptura ſumatur, q̃ dubio procul ſubintelligitur, hoc eſt, filium habere à patre, quæcunque pater habeat. Ex qua profectò propoſitione ab euangelin ſumpta, oeceſſariò hęc infertur concluſin, filium ex patre habere, vt etiam ex ſe ſpiritum mittat. Quo quidem argumentãdi genere (vt paulò antè dictum eſt) Auguſtinus vtitur, ita vt argumentũ, quod hypotheticum fuerat, euangelica propoſitiooe ſumpta, nnn ampliùs hypotheticum, ſed neceſſarium factum ſit. Qunmndò Baſilius etiam ratiocinatur: Ita ſe habent (inquit) diuinæ perſonæ, ſicut angeli. Siquidẽ quãuis alij ſecundi, alij aũt nrdine ac dignitate tertij ſint, nõ tñ neceſſe ſit, vt natura qunque tertij exiſtant: quod argumentum hypotheticum eſſe videtur. Deinde verò pnnens angelos ita neceſſariò ſe habere, ſine vlla conditinne, concludit, idem quoque de diuinis perſnnis credendũ eſſe: alioquin indoctiſſimus nẽum Baſilius Magnus fuiſſet, ſi ex præcedentibus concludere vnluiſſet id, quod ex ſacra ſcriptura neceſſariò pateat: Vt ergo de angelis, ita quoque de ſpiritu ſancto credendum eſt.

Nnn equidem protuli, P.R. neque huius ſententiæ ſum, libros noſtros ambiguos eſſe, verùm ne in hnc ſemper verſaremur, id contendentibus vobis cnnceſſi, tametſi certus ſim libros veſtros mendnſns eſſe, nec ad Baſilij meotem ſpectantes, ex eo faciens conjecturam, q̃ huic noſtro libro mille alij ſunt ſimilimi, qui Cnnſtantinnpoli extant: quod equidem prnbare recipin tibi, ſi cæteris in controuerſijs ooſtris conueoerimus. Porrò vltimæ veſtræ orationi reſpnnden, nil mirũ eſſe, ſi Magnus ille Baſilius ex aliquo ꝓ vero dato, licèt ambiguum fuerit, quicquã prnbauerit, vt nnſipſi Ferrariæ fecimus, proferentes, tametſi veſtrum dogma forſan ſit verum, haud tamẽ neceſſe eſſe, ipſum apponere ſymboln. Sic ergo Baſilius ratincinabatur: Pnſito, nõ tamẽ conceſſo, (huic enim npinioni, vt multis argumentis probauimus, contra dixit) ſanctũ ſpiritũ ordine ac dignitate teetium eſſe. minimè tamẽ neceſſe eſt, ipſum natura quoq; tertium eſſe: q̃ quidem figura ἀντιπερίστασιν ab nratnribus appellatur. angelorum (inquit) alius prioceps, alius ſubditus, & tñ omnes angeli natura ſunt, & ſtella ſtellæ præſtat in glnria, & natura ſtellarum 1.Cor.15.f
omoium vna, & manſiones multæ apud pa- Ioan.14.a
trem, i. dignitatum diuerſitates, glorificatorũ verò natura vna. Noo igitur ex propoſitionibus veris, ambiguam (vt inquis) infert concluſinnẽ, ſed ex ambiguo, ſumpto tamen pro vern, neceſſariũ quoddã concludit. Miror autẽ, P.R. te virum doctiſſimum latuiſſe, ons ex nnnnullis ex hypotheſi ꝓ veris ſumptis veritatem neceſſariò demõſtrare poſſe.

IOAN. Quamplurima, pater Ephesie, nnn autem ad propoſitum pertinentia, mihi prntuliſſe videris. Nam ſeſſione proxima neceſſarium & admirabilem quæſtionem io mediũ protulimus: tu verò, infecta re, ad alias quæſtiunculas veniſti. Aut igitur ad prnpoſitum redeamus, & quæſtionem illam ad exitum perducamus, quemadmodùm Imperator mitiſſimus iuſſit, vt vna priùs habita concluſione, ad aliam veniamus. Aut nnbis da manus, faſſus nil ampliùs in hac cauſa habere quod proferas. Quod quidem ſi feceris, gratias tibi magoas habebimus. Vt ergo magis veri-

tas

Digitized by Google

taſ eluceſcat, ad propoſitum redeas. Nam prolixam orationem, quam modò corā tot ampliſſimiſ auditoribus habuiſti, (ſpiritu ſancto fauente) facilè diſſoluere poſſum, necnon ſimul oſtendere, authoritates, quas attuliſti, magis ad noſtram, q̃ ad veſtram rē facere. ſed velim, vt ipſe priùs reſpondeas

MAR. ad propoſitum. ¶Non equidem cuncta, quæ dicta ſunt, benè memoria teneo. Satis tamen mihi dictum eſſe videtur.

IOAN. Ea tibi, P.R. libentiſſimè repetam, quorū non recordaris. Noſtra quidem oratio ad Magnum Baſilium fluxit, qui contra Eunomium 3. libro demonſtrauit, vt quemadmodùm inter angelos & ſtellas ac manſiones in domo patris, ordo quidam dignitatis abſq; tamen ipſorum naturæ diſcretione creditur eſſe, ita etiam in diuinis perſonis ſit.

1.Cor.15.f Ioan.14.a

MAR. Ergo ex rebus creatis, ac rerum creatarū exemplis, res diuina oſtendere vis?

IOAN. Quid ni? Exempla nanque creata res increatas declarant, quandoquidem incomprehenſibiles ſunt, ita vt vix intelligi poſſint, & non niſi rebus humanis, ac aliarum rerum exemplis figurantur.

MAR. At magnus Baſilius non ita ſenſiſſe videtur. Cur enim (inquit) neceſſe eſt, ſi dignitate ac ordine tertius eſt ſpiritus, ipſum natura quoque tertium eſſe? id eſt, poſito, non tamen conceſſo, ſanctum ſpiritum dignitate ac ordine tertium eſſe, non tamen ex eo ſequitur, ipſum natura quoq; tertium eſſe, vt ipſi quoq; Ferrariæ dicebamus, poſito, dogma veſtrum verum ac pium eſſe, nō tamen licere, ipſum ſymbolo addi. Magnus ergo Baſilius neutiquam profitetur ſanctū ſpiritum ex filio eſſe habere, vel ordine ac dignitate tertium eſſe, quandoquidem ex his Eunomius inferebat ſpiritum ſanctum natura quoque tertium eſſe.

IOAN. Credi non potaſt, Pater ampliſſime, magnum illum doctorē contra dialecticis artem ſcriptitaſſe. Nónne hoc argumentum à dialecticis eſt acceptum: Quicunq; currit, mouetur, ergo mouetur, ſi currit? quo quidem argumentandi modo Baſilius (vt ſuprà dictum eſt) vtitur. Porrò quoniam, pater Epheſie, ampliſſimos hos auditores magna theologiam docere voluiſti, idcirco, ne fortè ignores, quidnam ipſi de conſubſtantiali Trinitate ſentiamus, de hoc tibi pauca dicam. Nos quidem, qui Apoſtolicam ſedem ſectamur, patrem vnicam filij ſanctiq; Spiritus cauſam profitemur eſſe, quę planè noſtra fides atque religio, ab illo primo Apoſtolorum præconio huc uſq; meridiana luce clarior eſt, & ſermo Domini ad Apoſtolorū principem habitus non præterijt, nec vllo vnq̃ tēpore præteribit, nec portæ inferi aduerſus noſtrā ipſam fidē præualebunt. Vndè meritò euenit, vt cæteræ Chriſtianorum Eccleſiæ huic Romanæ, vt maximo fundamento baſiq; fulciantur, q̃nquidem pia eſt, ac hæreticorū linguam, ne malū loquatur, comprimit, credens firmiſſimè nō duas cauſas vel principia, verùm principiū vel cauſam vnicā in diuinis perſonis eſſe, ac ſimul anathemate notans eos, q duas cauſas, duóve principia in ipſis perſonis diuinis eſſe crediderint. Quibus ita peractis, ſeſſio fuit dimiſſa, & hic ſermo Græcis perplacuit, ita vt non mediocri gaudio fuerint affecti, q Latini patrē vnicam eſſe filij ſanctiq; Spiritus cauſam, non aūt duas, fuerint profeſſi. Paucos verò poſt dies, antiſtites Græci patriarchæ domū frequētantes cōuenerunt, vbi ſereniſſimus Imperator orationē hāc habuit:

IMP. Non equidem patres ſancti noſtræ profectionis ad Italiā ſolus author fui, neq; primus ego, ſed Imperator pater meus negociū hoc priùs fuit aggreſſus: quippe, qui cum eſſet in Iſthmo *Eudomono, Ioannem huiuſce rei cauſa ad Italiam miſerit. Cuius quidē mei patris Imperatoris ingeniū, prudentiā & conſilium noſtris, vtpotē qui nō ſolùm in philoſophia præclarus, verum etiā in exponendis Eccleſiæ dogmatibus ſubtiliſſimus fuerit, apud quē ille etiā Euthymius patriarcha & magnus Theologus, ac omni virtute præditus fuit. Qui duo tanti, taleſque viri, nō ſolùm primi rē hanc excogitārunt, verūetiam, vt ipſa conficeretur, vehementer conati fuere. At temporū anguſtijs impediti, totum negociū cōficiendum mihi reliquerunt, quod dubio procul meliùs ipſe tractaui. Nam vt hæc ſynodus ſancta celebraretur, nō imprudentibus vobis, ac magno ſumptu meo, triremes ad exorandum ſummū Pontificem ad Italiā miſi. Quo deinde vos, meo ſanctiq; patriarchæ iuſſu, frequentes æquo animo cōueniſtis, nil tñ poſt longū tempus profecimus. Recordamini, patres, recordamini, quanto in impiorū diſcrimine noſtrā domum dereliquerimus, cui quidem ſi quid acciderit incommodi, proh dolor videre videor, maiorē fore noſtri perſequutionem & calamitatē, illa quæ Diocletiani & Maximiani temporibus facta fuerit, quā cōſtat acerrimam fuiſſe. Operæprecium igitur eſt, vt omiſſa diſputatione ac cōtentione, pacis remediū excogitemus, quod equidē exiſtimo per vos ſtare Doctor nanq; Ioannes in ſynodo palàm protulit, Latinos firmiter credere, Deum patrē, vnicam filij ſanctiq; Spiritus cauſam eſſe, duo verò principia, duaſve cauſas in cōſubſtantiali Trinitate profitentes execrari, quā Latinorū ſententiā literis traditā habui, vt his diligenter p̃ſpectis, noſtræ coniunctionis modū inueniatis. [Hæc Imperator. Græcis aūt, quidnam agendum eſſet, inter ſe cōſulentibus, de ſancti Maximi literis ad Mariniū presbyterū Cyprium ſcriptis, mentio facta fuit in hac forma: [Ex ſynodalib9 p̃ſentis ſanctiſſimi ſummis pōtificis actib9, duo tātùm ex tot capitibus hi, q erāt in Baſilea, ſuſceperant, in quotū altero habetur

betur, ſanctum Spiritum ex filioque procedere, in altero verò, Chriſtum Dñm abſque originali peccato, hominem natum fuiſſe. Et ad primum illud caput probandum, Romanorum patrum ſententias, necnon Cyrilli ſuper Ioannem expoſitionem attulerát, non ad demõſtrandum filium ſpiritus cauſam, quandoquidem ipſi quoque patrem ſolum filij ſanctique ſpiritus cauſam eſſe cognouerant, illius quidem ſecundum generationem, huius autem ſecundum proceſſionem: verùm vt per eum quoque ſpiritũ ſanctum procedere declararent, ac ea ratione conſubſtantialitatem & immutabilitatem ipſorum oſtenderét. [Quibus literis lectis, ac Latinorum ſcriptutis poſtpoſitis, animũ ſuum ad cõtemplandas ipſas Græci conuerterunt, oẽs vnanimes, proferendum fore, vt cum Latinis cõiungerẽtur, ſi literæ ipſæ ab eis quoque ſuſciperentur. Tum Imperator, toto Græcorum cõuentu ipſoq; patriarcha volente, nũcios ad ſummũ põtificem miſit, vt ipſum interrogarent, an is quoq; cũ Latinorũ conuentu ſancti Maximi literas ſuſcipere, ac ipſis acquieſcere vellet. Cui põtifex ſummus reſpondit, Græcos ſeſſione proxima plurimum dixiſſe, nobisque promiſiſſe, altera ſeſſione ſe ſuas aures pſtaturos. Aliter ergò fieri nõ poſſe, niſi prius ſeſſione vocata, Latini reſpõdeãt. Quę cùm Imperator audiſſet, iuſſit ut iterũ ſeſſio haberet. Qua quidẽ cõuocata, abſente Marco Epheſio & Heraclieñ. antiſtitibus, Ioan. fuit ita loquutus.]

¶Die Sabbati 21. menſis Martij, ſeſſio 24. Florentiæ.

IOAN. VElim, P. amp. patrẽ Epheſium hìc adeſſe, ut ſuorum argumentorum diſſolutionẽ audiat. At quoniam (vt creditur) victus abeſt, ideò ad vos meã orationẽ habebo. Ergo vos, obſecro, me attentè audiatis.

IMP. ¶Nil in præſentia dicturi ſumus, quandoquidẽ non ad diſputandum, verùm vt vobis gratũ faceremus, & ne ſeſſiones negligere uideremur, conuenimus. proptereaq; pater Epheſius nobiſcum noluit conuenire. Vobis ergo neutiquam reſpondebitur.

IOAN. Ex duabus propoſitis quæſtionibus, P. amp. neutram ad cõcluſionẽ perduximus, tametſi Magni Baſilij authoritates clariſſimæ ſint, quibus patet, Spiritum ſanctum à filio, quemadmodum etiam à patre, habere eſſe: necnon ipſi profeſſi fuerimus, patrem vnicam filij ſanctiq; Spiritus cauſam eſſe, ita tñ, vt filius ſanctum ipſum ſpiritũ à patre pcipuè mittat. Quibus quidẽ Baſilii authoritatibus quoniam pater Epheſius reſpõdere noluerit, idcirco poſtpoſitis his, eius tantùm extremo ſermoni reſpondebo ab ipſo ſeruatore noſtro Ieſu Chriſto ſumens exordium; quemadmodum is pater Epheſius fecit. Nam ſeruator noſter inquit: Cùm
Ioan 15. d venerit paracletus, quem ego mittã uobis à patre, ſpiritum ueritatis, qui à patre procedit: ubi uerbum MITTAM, quid aliud, obſecro, ſignificat, q̃ quod ex aliquo mittit? qui verò quippiam mittit, is ſuũ mittere videtur, & id quod mittitur, ex ipſo dicitur eſſe, ut ſi pfectus puinciæ quicquã fecerit, is non ex ſe, uerùm Imperatoris iuſſu id feciſſe videtur. Ita etiam filius, qui cùm in generatione à conſubſtãtiali patre ſpiritum ſanctum accepiſſet, eandem & paternam facultatem ac naturam habens, eũdem ſpiritum mittere creditur, non tñ, ut pater, præcipuè: qñquidem pater ipſe, radix & fons diuinitatis exiſtit, qui cùm ſumma ſubſtantia, nedum indiuiſibilis ſit, à ſubſtantia & hypoſtaſi indiſtinctè percipitur, propterea quia nõ re, ſed ſola ratione, paterna hypoſtaſis à ſubſtantia ſua ſeiungitur: pater igitur ſubſtantialis hypoſtaſis eſt, filiumq; ſubſtantialiter generat, & ipſe ſubſtantialis hypoſtaſis generatur, ita tñ, vt duæ hypoſtaſes vnus Deus ac vnica ſit natura, cum qua ſanctus Spiritus ſimul & indiſtinctè cognoſcitur. Qui cùm neq; pater, neq; filius, neque relatiuorum aliquid ſit, tñ ut ſpiritus, ad ſpirantem refertur. Porrò quoniam apud ſacram ſcripturam ſpiritus patris ac filij eſt, ſequitur, ut ambo ſimul ſpiritũ ſpirent. Præterea filius ſecundum diuinitatem ad patrẽ reſpiciens, dixit: Ego & pater vnum ſumus: &, Ioan. 10. f
Ego in patre, & pater in me eſt: &, Qui uidit Ioan. 14. f
me, uidit & patrem meum. Duabus igitur perſonis vnica poteſtas ſpirãs & mittẽs exiſtit, q̃ q̃uis vnica miſſio & cauſa ſit, à patre tñ (ut dictũ eſt ſuprà) pcipuè creditur eſſe, à quo filius eandem ipſam facultatem habens, vnà cum patre principium vnicum eſt, non tñ perſonarum confuſione. Pater enĩ, pater ac ingenitus eſt: filius uerò, filius atq; genitus, ita ut inter eos, ſecundum cãm & cauſatum ordo quidã exiſtat: ſanctus autem Spiritus ad patrẽ filiũq; diſponitur, ne quædam indiſpoſitio uel confuſio ĩ diuinis perſonis exiſtat. Siquidẽ igitur, cùm pater filiũ generet, cum ipſo ſubſtantiã ſuam communicat, quatenùs ei cõmunicabilis ſit, & filius ſic acceptã, Spiritui ſancto cõmunicat, quatenùs ipſi quoq; communicari poſſit, vnica ſemper ipſa ſubſtantia exiſtẽte, qua quidem ille generetur, hic verò procedat: ſequitur, patrem vnicum principium & cauſam eſſe, ſanctumque ſpiritum ex utroque procedere. Præterea dictum à ſanctis patribus eſt, ſanctum ſpiritum per filium natura procedere: vnde ſequitur, Spiritum ipſum ex patre filioque procedere, quãdoquidem PER præpoſitio, vt EX præpoſitio, hac in re ſignificare uidetur, ut Leonis, Gregorij Papæ, Ambroſij, Hieronymi, Auguſtini, ac aliorum multorum doctorum authoritatibus clariſſimè patet. Quas cùm Ioannes in mediũ protuliſſet, & perlegiſſet, ſeſſio fuit dimiſſa decreto ipſius ſynodi, vt ad diem Martis proximum conueniret.

Digitized by Google

Die Martis 24.menſis Martij, ſeſſio
25.Florentiæ.

IOAN. NEſcio equidem, Pa. amp. cur pater
Epheſius in ſeſſionem venire noluerit, quem profectò vellem adeſſe, vt noſtrã
ad argumenta ſua reſponſionem audiret.
Porrò quoniam abeſt, vos obſecro, me, dum
Orientalium ſanctorum ſententias affero,
attentè (vt hucuſq; feciſtis) audiatis. Ma-
D.Baſil. gnos ille Baſilius inquit [Quemadmodùm
filius ordine quidem à patre ſecundus eſt,
pater enim in baptiſmatis traditione pri-
Mat.vlt.d mus diſponitur, dicente Domino: Baptizã-
tes in nomine patris, & filij, & Spiritus ſan-
cti, necnon filius dignitate ſecundus eſt, vt-
potè qui ſit ex patre, non autem pater ex fi-
lio, licèt in natura æquales eſſe credantur,
Ioã. 10. f ego enim & pater (inquit Dominus) vnum
ſumus, ita quoque Spiritus ſanctus ordine
quidem ſecũdus à filio, in eadem baptiſma-
tis traditione diſponitur, item etiam digni-
tate, nam Spiritus filij dicitur, quandoq; à
Galat 4.a filio mittitur. Scriptum eſt enim, Miſit Deus
Spiritum filij ſui in corda noſtra. Non autẽ
filius ſancti ſpiritus dicitur, natura verò pa-
tri & filio æqualis exiſtit. Quorũ enim vna
eſt operatio, ipſorũ etiã vna eſt natura.] Hęc
D.Epiph. Baſilius. Sed magnus etiam Epiphanius in
medium veniat. [Siquidẽ (inquit) creditur
Christus ex Deo, eſſe vt Deus de Deo, ſic
* creden- etiã ſanctus ſpiritus ex ambobus eſſe * cre-
dus dendũ eſt. Quemadmodũ enim nemo nouit
Matt. 11. patrẽ niſi filius, ita dicere audeo, nemo filiũ,
niſi ſpiritus, qui ex ambobus procedit.] Ma-
D. Cyrill. gnus autẽ Cyrillus inquit: [Spiritus ex filio
ita profluit, quemadmodũ etiam ex patre.]
D. Dydi. Didymus verò ſapientiſſimus & magnus
D.Athan. Athanaſius, ita dicunt: [Siquidẽ ſpiritus ex
patre procedit, & de meo accipiet, & annũ-
ciabit vobis, ſequitur, vt ex patre filioq; ſit.]
Has & plures alias ſanctorũ ſentẽtias Ioan-
nes in mediũ protulit, præſertim binas Cy-
rilli literas, quarum alteræ incipiunt, [Gau-
deant cęli,] alterę verò, [Dño ſeruatore nřo
Ieſu Christo.] necnõ quaſdã Nicęnæ ſynodi
authoritates, clariſſimè demonſtrantes ſan-
ctum ſpiritũ ex filioq; procedere. Rhutenus
RHVT autem præſul pro Græcis dixit ita: ¶Qui
ſolus vel in ſtadio currit, vel aliud ſubdit cer
tamẽ, victor dubiò procul euadit. Nõ aliter,
P.R. qui nemine cõtradicente ſermocinatur
& diſputat, facilimè vincit, vt tibi euenit.
Qui cùm plurima theologia fueris vſus, ac
ſubtiliſſimã orationẽ habueris, ſi tibi nõ re-
ſponderimus, viciſſe videbere. Sed qm̃ iam
aduesperaſcit, ſequenti ſeſſione tibi nõ mi-
nùs ſubtiliter, clareq́ue reſpondebitur.

IMP. Hos libros nobis mutuò date, vt horum
ſanctorum dictis diligenter conſideratis,
vobis bene reſpondere poſſimus.

IVL.Car- Quæcunq; diximus ſereniſſime Impera-
dinalis. tor, à noſtris ſcribis literis tradita ſunt. Aut
igitur ab eis exſcripta inter vos contemple-
mini, aut ſi vobis cõmodius fuerit, ad diui
Franciſci templũ, prope quod habitas, nos
ſelecti priuatim conueniamus, vt ibi noſtris
omnibus ſcripturis & libris collatis, veriùs
ac clariùs rñdere valeatis. Cui quidem ſen-
tentiæ oẽs acquieuere, ſeſſioq; dimiſſa fuit.

Poſtridiè autem in illo templo viſis hinc
indè ſcripturis & libris, concordiam & pa-
cem benignitate Dei facilè fieri poſſe Græ-
ci cognouerant.

Summus deinde pontifex patriarchæ ro- PAPA.
gatu ſeſſiones æquo animo diſtulit, vt inter
ſe Græci priuatim conſulerent.

Facto autem in patriarchę domo Gręco- RHVT.
rum conuentu, Rhutenus verba plurima fe-
cit, operæprecium eſſe demonſtrans, æquo
animo cum Latinis coniungi, paceq; inita
domum redire, potiùs quàm infecta re, ac
abſq; ratione turpiter à ſynodo diſcedere.

Tum Beſſarion Rhuteni ſermonem ex- BES.
cipiens, ſubtiliſſimè ac magna dicendi arte
ſententiam eius confirmauit.

Contrà Doſitheus Monembaſieñ: Num, DOSIT.
inquit, dogma noſtrum debemus prodere?
Malo equidem mortem obire, quàm cùm
Latinis ſentire.

Cui Rhutenus: Nec ipſi, inquit, Latini RHVT.
fieri voluimus. Verùm ſi pater ſpiritũ ex filio
procedere, quemadmodùm Græci docto-
res ac Latini ſimul teſtantur, cur non eſt
pium, vt ſanctos noſtros ſequentes, cũ Ro-
mana Eccleſia coniungamur?

Tum Heraclieñ. Nũ, inquit, occidentales HERAC.
doctores ſanctis noſtris doctoribus, ac ſyno-
dorũ patribus plures ſunt? qui quidem ſan-
cti noſtri, Spiritũ ſanctũ ex patre, nõ autem
ex filio procedere, literis mandauerunt.

Quem ſermonẽ Epheſius excipiens, pro- EPHE.
lixam habuit orationem, in peroratione aũt
protulit Latinos hæreticos, nedum ſchiſma-
ticos, eſſe, idq; Orientalem Eccleſiam tole-
raſſe, quòd genus ipſorum maius ac fortius
eſſet, proptereaq; Græcos tot annos ab eis
diſiunctos eſſe, quòd hæretici ſunt. Dice-
bat igitur, ſe cum Latinis neutiquam debe-
re coniungi, priùs quàm additionem illam
à ſymbolo prorſus auferant.

Tum Beſſarion, Proferentes igitur, in- BES.
quit, ſanctum ſpiritum ex filioq; procede-
re, hæretici ſunt?

Epheſio verò, Quid ni, reſpondente: EPHE.

Beſſarion exclamauit, dicens: Deus miſe- BES.
reatur, ergo ſancti, qui hanc ſententiam tra-
didere, hæretici fuerant? Muta fiant labia Pſal.30.
doloſa, quę loquuntur aduerſus iuſtum ini-
quitatem. Nonne clarè vidiſtis, Occidenta-
les ac Orientales doctores ſanctos in hoc
neutiquam diſcrepare? quandoquidem idẽ
ſanctus Spiritus omnibus ſanctis æqualiter
fuerat loquutus. Conferamus ipſorum ſcri-
pta, vt maximam eorundem cõuenientiam
clariùs videamus.

Epheſio

EPHE.

Epheſio deinde proferenti, Quis nouit an libri eorum mendoſi ſint reſpondit:

BES.

Quis, obſecro, tam temerè dicere audebit, tot Latinorum ſermones, tot euangeliorum expoſitiones, abſolutam deniq; de ſpiritu ſancto theologiam, ſimul omnem mēdoſam & corruptam eſſe? quam quidem ſi veluti mendoſam è libris velimus tollere, tātùm papyrus alba in tot uoluminibus remanebit. Tum Græcorum conuentus in duas partes diuiſus fuit. nam altera pacem cum Latinis vehementer deſiderabat, altera verò diſſidij authoribus fauens, ab ea mirū in modum abhorrebat. Cui quoque parti, Græcorum nobilium & laicorum plurimi vehementer fauebant. ſingulis tamē diebus frequentes abſque Latinis conueniebant, vt quidnam agerent, Latiniſve reſponderent, inter ſe conſulerent.

Patriarca

Feria verò quarta maioris hebdomadæ, iterum congregati, à patriarcha fuerunt interrogati, an aliud dicere uellent.

Herac.

Reſpondente autem Heracliensi, ſe diuinorum agendorum cauſa conueniſſe.

Mityl.

Mitylenen̄. præſul dixit: Quinimmò, domine, aut ſanctos ipſos ipſi ſequentes cum Latinis pacem conficiamus, aut infecta re, diſcedamus. Sed ſcire uelim, an magnum Maximum velitis ſuſcipere. Quibus omnibus annuentibus, protulit magni Maximi fuiſſe ſententiam, ſanctum ſpiritum ſubſtātialiter quidē ex patre, ineffabiliter verò per filium procedere.

S. Maximus

I eſſa.

Tū Beſſariō ipſam Maximi ſnīam quàm plurimis ſanctorū authoritatibus, p̄ſertim Magni Tharaſij, longa illuſtrauitoratione.

Patriarcha

Patriarcha uerò illas ipſas ſanctorū ſententias exſcribi iuſſit, ut accuratiùs viſis, cōuentu ſequenti communi omnium ſententia, concluſio fieret. Póſtridiè autem Rhruteoum & Nicęnum, necnon duos cruceſignatos, & magnum bibliothecarium, ac magnum Eccleſiaſten, nuncios ad ſummum pontificem Græci miſerunt, qui ei nunciarent, ſe nolle ampliùs cum Latinis diſſerere: quandoquidem diſputatio nil aliud præter contentionem maximam parit, necnon ipſi Latini in reſpondendo nunquàm deficiunt, ita ut infinita fieret diſputatio, ſi cum ipſis vellēt contendere. In infinito verò uerſari, magnum incommodum eſſe: idcirco ſe modum alium coniunctionis vehementer deſiderare, quam quidem uellent à Latinis cognoſcere, quandoquidē Græci * pro viribus dixiſſe, necnon paterno dogmati ſuo à ſeptem ſynodis tradito, acquieſcere dicunt.

Nuncij Græcorū.

for. * ſe pro

PAPA.

Quibus quidem nunciis pontifex ſummus reſpondit, putare ſe Gręcos non inſcios eſſe, quonam ſtudio, quo labore, quanto denique ſumptu, hoc in negocium incubuerit, & adhuc incumbat, eos tamen ſemper negligentes fuiſſe, quodq́ue peius eſſe uidetur, ad diſputandum nobiſcum, vt inter nos cōuenit, ipſis curæ non eſſe: idcirco ſe uelle, ut sereniſ. Imp. fraterq́ue ſuus patriarcha, totaq́ue orientalis eccleſia, vnam ex his quatuor conditionibus eligant, vt vel Latinorum ex literis ſacris demonſtrationibus habitis acquieſcant, ita vt profiteantur in poſterum, Spiritum ex patre filioq́ue procedere: quod quanuis luce clariùs demonſtratum ſit, ſe * tum velle, ſi adhuc Græci dubitant, magis patefacere, vt ipſis meliùs ſatisfiat: vel hi, ſi quas alias authoritates habeat, quibus poſſint inniti, eas in medium proferant: vel ſi fortioribus argumentis probare poſſunt, dogma ſuum magìs pium eſſe, in certamen deſcendant: vel denique ſeſſione vocata, ſoleniq́ue Miſſa celebrata, quiſque Græcorū ſimul & Latinorū iuratus, liberis ſuffragijs ſuā ſnīam dicat, ita vt, q̄ ſnīa pluribus conſtaret ſuffragijs, ea ſuſcipiatur: nā iuſiurādū inter Chriſtianos non mediocriter valet.

for. * tamen

GRAECI

Quæ cùm Græcorum conuentui allata per nuncios ipſos fuiſſent, omnes obmutuerunt, cùm quid ad tam iuſtas conditiones reſpondere poſſent, nō haberent. Nam ſanctorum plurimos eſſe dicebant, qui ſanctū ſpiritum ex filioq; procedere teſtētur: alios autem ſe citare non poſſe, qui contrarium literis mandauerint, minimeq́ue credendū eſſe, ſanctos inter ſe contraria protuliſſe, & aliis argumentis ſe probare non poſſe, ſuū dogma magìs pium eſſe: quandoquidem tametſi pium eſſe credatur, quod à maioribus ſuis traditum fuerit, non minùs tamē pium Latinorū dogma videri, vtpotè quod multorum ſanctorum patrum ſententia cōprobatum fuerit. In ſacratiſſimi vero Chriſti corpore ac ſanguine iuſiurandum quanuis ſit fugiēdum, quòd nulla vnquàm alia ſynodus eo fuerit vſa ipſum tamē honeſtè ſe fugere neutiquàm poſſe. Hæc inter ſe Græci.

* for. * Tū dixit: MITI.

* Cùm Mitylen̄. antiſtes ad eos * dixerit: Quid inter uos, P. R. contenditis, ac valdè ambigitis? An non videtis (tametſi noſtrum dogma pium) Latinorum tamen additionem pro maiori ſymboli declaratione inuentam, piam & à ſanctis patribus traditam eſſe? & quemadmodùm diuinū ſymbolum ex ſcriptura ſacra depromptū fuiſſe, ita etiam illud, Ex FILIOQVE, ex eadem ipſa ſacra ſcriptura à Latinis expreſſum eſſe, ita vt vtrunque dogma pijſſimum ſit, quandoquidem vnam fidem, vnam religionem, vnum Deum in tribus perſonis, & nos, & ipſi firmiter colimus. Non ampliùs ergo, pater ampliſ. tempus perperàm contendemus, verùm cum Dei eccleſia, duce veritate iungamur, non plura inueſtigemus, hoc tandem reſponſum perbeato ſummo pontifici demus.

IMP.

Cui quidem præſuli cùm nemo cōtradixiſſet. Imperator reſpondit, Hoc non eſſe quod quæritur, ſed quidnam ad illa quatuor ſummi pontificis quæſita reſpondendum ſit,

Digitized by Google

ſit, id nobis diligenter perueſtigandum.

GREGO. Protoſyn. Cui Gregor. ſic reſpondit: Quid, obſecro sereniſſime Imperator, ſummo pontifici reſpondere poſſumus? Dicere nanque hęc eſſe falſa, illa verò mendoſa, & hęc nos ignorare, illa verò prorſus inficiari, nobis indignum

IMP. videtur. Tum Imperator rogatu Græcorum omnium, eoſdem nuncios ad ſummum pontificem remiſit, vt ei reſponderet, Græcis videri quatuor illa quæſita tantùm ab vno depẽdere, vel ad vnum ſolum ſpectare, ſcilicet, vt diſputationibus agatur, quandoquidem vt ambigua dilucidentur, & ſcripturæ exponantur, vt denique iuſiurandum fiat, iudicio opus eſt, quod abſque diſputatione fieri benè non poſſet, à qua Græcos mirum in modum abhorrere, quandoquidem ex ea nil commodi conſequi ſperant. Nam ipſi maiorum ſuorum authoritati acquieſcentes, ſymbolo à ſanctis patribus ac à ſeptem œcumenicis ſynodis tradito, nulla vnquam ratione quicquam apponerent: contrà, multorum ſanctorum authoritatibus Latinos clariſſimè demonſtraſſe, additionem illam veram eſſe, fieriq; non poſſe, vt à ſymbolo dimoueretur, etiamſi Græci vehementiſſimè cupiant. Operæpretium igitur eſſe, vt contentione ſanctorum authoritatibus, diſputatione, denique iureiurando poſtpoſito, beatiſſimus pater, vtraque parte in ſuo dogmate permanente, coniunctionis modũ excogitet: ſin minùs, infecta re, Græcos à ſyno-

Sum. Pō. do diſceſſuros. Quibus ſummo põtifici nũciatis, reſpondit ſe nonnullos cardinales ad Græcorum conuentum miſſurum, vt eis coram Imperatore reſpondeant.

BESSA. Intereà Beſſarion luculentiſſimã orationem pro pace in conuentu Græcorum habuit, ac literis ipſam mandauit, quam in extremo huius libri interpreti mihi diſponere viſum fuit, quoniam ab eodẽ ipſo Beſſarione poſt nonnullos annos Latinitate donata fuerit. Triduo autẽ pòſt cardinales tres, necnon antiſtites decem, ac nonnulli monachi præclari theologi, ſummi pontificis iuſſu, ad Græcorũ cõuentum domi patriarchæ, præſente Imperatore celebratũ, conuenere, vbi Iulianus ille facundiſſimus cardinalis hanc

IVL. Car. habuit orationem: Non inſcius ſum, P. amp. huc mecum præclaros doctores veniſſe, qui ſanctiſſimi domini noſtri mandata meliùs quàm ego referre poſſent. Veruntamen quoniam ego ſuperioribus etiã ſeſſionibus ſuerim locutus, idcirco præſtantiſſimorum horum patrum cõſenſu, nũc etiam pro viribus pauca proferã, hac tamen conditione, vt ipſi, quæ imprudens omiſero, ſuppleant. Notum eſt vobis, P. amp. nos Ferrariæ conueniſſe, vt in qualibet hebdomada duas ad minùs ſeſſiones celebraremus, quandoquidem viſum eſt nobis operæpretium eſſe, vt noſtra dogmata diſputationibus clara lucidaque redderentur. Cur autem hanc noſtram conditionem ſeruare noluitis, ipſi penitùs ignoramus, cùm non ſine magno veſtro noſtroque ſumptu huc, vt veritatem inueſtigemus, conuenerimus: quam quidem non alia via, quàm diſputando, poterimus conſequi. Porrò quatuordecim menſium ſpatio ideo nihil profecimus, quòd in eo longiſſimo tempore, non niſi vigintiquinque ſeſſiones celebrauimus, cùm non minùs quatuor quolibet menſe celebrare commodiſſimè potuiſſemus. Vndè patet, negligentia veſtra nos multum temporis contriuiſſe, de quo quidẽ vehementer dolemus animo. Quapropter rogamus vos, præſtantiſſ. P. velitis ad ſeſſiones venire quandoquidem hac ſola via facilè coniungi poterimus: quinimmo fieri non poteſt, vt ſine diſputatione negocium noſtrum confici poſſit. Satis ſuperque præ-

IMP. ſtantiſſ. P. dixiſſe videmur. Non enim inter nos conuenit, vt in infinitum diſputemus. Reliquum igitur eſt, vt noſtræ coniunctionis modum inueſtigemus. Nam vt æger, cùm præualet ægritudo, non autem poſteaquàm conualuerit, vti ſolet diæta: (non enim ſemper prodeſt abſtinere à cibo) ita etiam nobis diſputatio quondam profuit, nunc verò neutiquam conuenit. Verùm nos aliũ modum, quo pacem poſſimus conficere, excogitare oportet.

IVL. Car. At nondum nobis ſereniſſime Imp. ſatiſfactum fuiſſe videtur, quandoquidem à diſputatione priùs deſiſtere nõ debemus, quàm nobis veritas pateat, cùm præſertim ipſi multorum ſanctorum attulerimus authoritates, quibus dogma noſtrum pium eſſe probauimus, ac eum non eſſe Chriſtianum, qui ſpiritumſanctum non crederet ex filioque procedere. Vos autem cum neque nobiſcum ſentire velitis, neque argumenta noſtra refellatis, ſed à diſputatione vehementer abhorrere videamini, tantummodò proferentes, ſatis iam dictum eſſe, quod ſanè nobis inconueniens eſſe videtur. Vos igitur oportet oſtẽdere, vel nos non benè ſentire, vel ſine aliqua excuſatione ad ſententiam noſtram venire, ac nobiſcum coniungi, vel ad diſputationis certamen deſcendere, quouſque veritatem ipſam aſſequamur. Nam exemplum tuum ſereniſſ. Imp. à nobis potius eſſe videtur, quandoquidem vt ægroti ſolent vti diæta, ita nos etiam ob ſchiſma noſtrum, quod magnam ægritudinem eſſe duco, eouſque diſputare debemus, quouſque pacem ineamus: præſertim cùm fieri non poſſit, vt alia coniunctionis via inueniatur. Pace verò coniunctioneque noſtra (fauente Deo) confecta, vt ægroti diæta, ita nos diſputatione nequaquam egebimus.

IMP. Dico equidẽ, P. amp. nos amplius vobiſcũ diſputare nolle, quandoquidem verbis abundatis, ac vſu dialectices vobis venit, vt nunquã ſuaderi velitis, verũ ſemper diſſerere, ad extremum autẽ vehementiſſimè perorare, ſtatimque

Digitized by Google

timq́, conſurgere,ac ſeſſionem dimittere, vt animos auditorũ ad veſtram orationẽ flectatis. Omiſſo igitur multiloquio, viam qua Dei benignitate cõiungi poſſimus, excogitemus.

IVL. Car. Ipſi profectò ſereniſſ. Imp. non multi prolixive fuimus, ſed dialectici nõ obmuteſcere, nec in ſermone deficere ſolent, quandoquidem argumentis rationibusq́; ſemper abũdãt. Qui autem propoſitam quæſtionẽ veris rationibus ſuſtinere nõ potens, tacet, diſputationẽq́; fugit, is dare manus deberet, atq́; à cauſa palàm diſcedere, vt pater Epheſius feciſſe debuerat, quippe qui non habẽs quid ampliùs diceret, victus diſceſſit, nolens ampliùs diſputare, ac ſe victum ingenuè fateri, cui vos quoq́; aſſentiri videmini. At non ita conuenimus, verùm vt eouſq́; diſſereremus, quouſq́; quæſtionem noſtram ad verã concluſionẽ perduceremus. Cui quidem ſermoni ſereniſſ. Imp. acquieſcere nolens, ac à diſputatione vehementer abhorrens, iuſſit vt vtraque ex parte decem viri ſeligerẽtur, qui tantùm octiès conoenirent, & viã cõiunctionis inueſtigarent: qoa non inuenta, ſynodo dimiſſa diſcederent. Poſtridiè verò ad ſummom pontificem iuit, ac ei ſuam ſententiam dixit: qoam cum ſummus põtifex approbaſſet, Latini cardinales duos, & duos antiſtites,

GRÆCI. ac duos doctiſſimos monachos, ac duos alios clericos, Græci autem decẽ præſules elegere, qoi cum ſimul cõueniſſent, Græci priùs à Latinis quæſiuerunt, an ſancti Maximi literas ſuſcipere vellent, quibus clariſſimè patet, filium ſpiritus ſancti non eſſe cauſam.

LATINI. Quibus Latini reſponderunt, ſe minimè credere, filiũ principẽ ſancti ſpiritus cauſam eſſe, ſed patrem vnicã filij ſanctique ſpiritus caoſam profiteri, illios ſecũdum generationem, huius verò ſecundum proceſſionem. Vt autẽ pateat, vnam eandemq́; ſubſtantiam ipſorum eſſe, ſanctum ſpiritum per filiũ ꝓcedere, Latinos dicere, qui etiã indiuiſibilitatem eorũ ſubſtantiæ ab hypoſtaſibus, profitentur: nam filius ſubſtantialiter patris filius eſt, ſanctus verò ſpiritus ſubſtantialiter patris & filij. Dicebant ergo Latini: Si ſpiritus ſobſtantialiter patris & filij eſt, ſubſtantia verò ab hypoſtaſi ſeiungi non poteſt, neceſſe eſſe, vt ſanctos ſpiritus ex filij etiam hypoſtaſi procedat. Authoritates autem quas Maximus citare videtur, ab Ambroſij, Hieronymi, Auguſtini, ac aliorum ſanctorum doctorum Occidentalium authoritatibus neutiquàm eſſe diuerſas, quorum quidem volumina plena ſunt, ſanctum ſpiritum ex patre filioque procedere. Quibus omnibus intellectis, conuentos ipſe dimiſſus fuit. Poſtridiè autem ijdem patres conuenere, Græciq́; ſancti Tharaſij patriarchæ Conſtantinopolitani authoritates attulere, tenẽtis ſanctum ſpiritum ex patre per filiũ procedere, cupiẽtes eo modo ſymbolum celebrantes, cum Latinis coniungi. At illi præpoſitionẽ Per, longè meliùs quàm Græci, expoſuere. Contendentibus enim Græcis, Per & ex præpoſitiones diuerſa ſignificare, Latini ſubtiliter reſpondebant dicẽtes: Si quidẽ dioerſa ſignificant, neceſſe eſſe, vt in diuinis duæ ſint operationes: altera quidem patris, quę per ex: altera verò filij, quæ per prępoſitionem per, ſignificetur, quod q̃ maximũ incõueniens eſt. Nolebãt ergo Latini ꝑpoſitionẽ per, ſuſcipere, ne ꝓpter ambiguitatẽ vocabuli, quiſquam impius crederet, præpoſitionẽ per, organum quoddam ſignificare, inſtar ſcilicet aquæductus, cùm ipſi profiterẽtur ſanctũ ſpiritũ ex patre filioq́;, vt ab vno ſolũ principio vnica operatione procedere. Quibus dictis, diſceſſerunt. Et quanuìs Græci nollent ampliùs conuenire, (quid enim dicerẽt, nõ habebãt) tamẽ à Latinis coacti, ter * itẽ conuenerunt. Et factum fuit poſt multa, vt Latini contendentibus Græcis, ſententiã ſuam literis mandauerint in hac forma:

LATINI Qooniam Græci ſuſpicantur nos duo principia, duasve cauſas in ſancta conſubſtantialiq́; Trinitate profiteri, idcirco hanc habentes ſententiã vel talia profitentes, anathemate notamus: quandoquidem ipſi credimus, patris & filij operationem poteſtatemque mittendi, vnicam ſpiritus ſancti cauſam eſſe, ita vt filius nõ ſit diuerſum à patre principium, ex quo quidem ſpiritus ſanctus procedat, ac eſſe habeat. Nã patrem vnicam cauſam, & radicem, ac fontẽ diuinitatis profitemur eſſe: non ita tamẽ, vt patris & filij ex eo confundamus perſonas, ꝙ operationem ipſorũ vnã eſſe credimus, (id enim eſſet impium credere) verũ duas patris filijq́; perſonas exiſtere, vnam aũt operationem, ac eorundem vnicam poteſtatẽ mittendi: vnũ deniq́; eſſe, quod ex ipſorũ ſubſtantia & hypoſtaſi mittitur, profitemur. Idcirco autem diuinum ſymbolum, declaratum ac dilucidatum à maioribus noſtris fuiſſe dicimos, ne quiſquam ambigens, an filius ſpiritus ſancti cauſa ſit, in aliquam incideret hæreſim. Nam credẽtes ſanctum ſpiritum ex filio nequaquàm procedere, neceſſe eſt vt intelligãt, ſpiritum ex ſolo patre procedere, ac cõſequenter non eſſe filiũ. Qui autem proferunt ſpiritum ex ſola patris perſona procedere, hi proculdubiò ſubſtantiam ab hypoſtaſi ſeparãt, & partitionem imaginãtur diuinę ſubſtantiæ, qđ à ratione fideq́; valdè alienum, piè creditur eſse.

GRÆCI. Quibus quidem literis à Græcis perlectis, eas vario ſenſu intellexerunt. Nam alij dicebant, Latinos, filium ſpiritus ſancti cauſam eſse, clariſſimè credere, & cum Græcis neutiquàm conuenire: alij verò, Latinos ipſos duo principia, duasve cauſas Trinitati aſcribere: alij denique, q ingenioſiores haberentur, mirum in modum contendebant, vt ipſæ literæ diligentiùs inſpicerentur. Latini autem, audita tanta Grçcorum inter ſe controuerſia, alias ad eos literas miſerunt in hoc tenore:

LATINI. Qoniam

Græci

Digitized by Google

Græci nos calumniantur, ac nobis obijciunt, duo principia vel duas cauſas in ſancta & cõſubſtantiali Trinitate ponere, idcirco profeſſionem noſtram his literis mandamus: Credimus in vnum Deũ patrem, & in vnũ filiũ vnigenitum & ex patre natum, & in vnũ ſpiritum ſanctum, ex patre quidem habentem eſsentiã, quemadmodùm etiã filius: verùm ex filioq; procedentem, quandoquidem patrem vnicã filij ſanctiq; ſpiritus cauſam profitemur, illius quidem per generationem, huius verò per proceſſionem. Porrò autem, ac identitatem coniunctionemq́ue diuinę ſubſtantię diſtribuere, ac ipſam eandem ſubſtantiam re, non autem ſola ratione, ab hypoſtaſibus & perſonis differre, credere videamur: necnon ne quiſpiam credendo ſanctum ſpiritum ex ſolo patre procedere, tres in partes vnicam illam diuinã ſubſtantiam diuidi mẽte concipiat, idcirco verbũ, EX FILIOQVS, neceſsarium in ſymbolo duximus eſſe, profitentes ſanctum ſpiritum ex patre filioq;, tanquàm ab vnico principio, procedere. Quas quidem literas cùm Græci biduum diligentiſſimè contemplati fuiſsent, nolentes vlla ratione cõcedere filium ſancti ſpiritus cauſam eſse, vix ipſi quoq; ſententiã ſuam literis hac forma traditam ad Latinos requiſiti miſere.

GRÆCI

Cùm Latini profiteãtur, patrem vnicam filii ſanctiq; ſpiritus cauſam eſse, ac à nobis contendant, vt noſtram ſententiã, quidq́; in hac re ſentiamus, noſtris literis declaremus, idcirco patrem filij ſanctiq; ſpiritus fontem & radicem, filium verò & ſanctum ſpiritum, ſecundum primam œcumenicam ſynodum, & magnum Baſilium & Cyrillũ, diuina germina profitemur eſse, necnõ ſpiritum à filio ſcaturire, hauriri, prodi, emitti, ac profundi.

Quas quidem literas ad Latinos hac conditione Gręci miſerunt, vt ipſas cùm voluiſſent, exponere poſſent. At Latini literis ipſis

LATINI

nequaquàm acquieuere, proferentes ſe verborum ipſorum expoſitionem vehementer deſiderare: quãdoquidem verbum SCATVRIRE, in actis ipſi° primę ſynodi, HAVRIRI verò & PROFVNDI, in nõnullorũ ſanctorũ cõmẽtarijs legitur. quid autẽ talia verba ſignificent, (vt paulò antè dictũ eſt) ſe ſcire cupere: quia vulgò ferebãtur eiuſmodi verba, ſecundã ac temporalem miſſione ſignificare: ſe autem credere, ſanctos patres de vna tantùm ſancti ſpiritus miſſione literis mandaſſe, ac ipſam ſpiritus à filio effuſionem, ſecundam non eſſe. Et quamuis tẽporalis etiã ſancti ſpiritus miſſio ad homines ſit, ſe tamẽ primam illam inueſtigare, qua quidem filius ſancti Spiritus cauſa creditur eſſe. Namqua ratione ſanct° & hypoſtaticus ſpiritus à filio ſcaturiret, niſi ab ipſo haberet eſſe? vel quonam modo apud Cyrillum, ab eodem filio, vt à Deo patre proflueret, ſi non ab ipſo dependeret? Dicebant ergo Latini ſe cum Gręcis in hoc ſentire; verùm vt omnis ambiguitas tolleretur, & ne quiſquã in poſterum opinetur, miſſionẽ ipſam, de qua agitur, in ſimpliciſſima diuinitate ſecundam eſſe, idcirco declarationem, quam ſuprà dixerãt, à Gręcis ipſis deſiderare.

GRÆCI

Quæ cùm Græci audiuiſſent, magno animi dolore affecti, quòd ea ratione modum rei facere non poſſent, proferebant magnum ſe facinus contra trium legatorum patriarcharum, videlicet Heracleeñ. Epheſij, & Monẽbaſieñ. necnon ex alijs antiſtitibus Anchialeñ. ac ex clericis magni bibliothecarij, ac * Protecdici ſententiam commiſiſſe, ꝙ literas ipſas ad Latinos ſcripſiſſent, ſeque nil aliud poſſe facere, quandoquidem Latini ſanctorum authoritatibus acquieſcere nolunt, ideoq́; operæprecium eſſe ad patriã, infecta re, remeare.

locus obſcurus for. * Doſithei

IMP.

Quæ cùm ſereniſſ. Imper. intellexiſſet, eorum ſecordiam exprobrauit, ob quam ſibi videbatur ipſis malè actum fuiſſe, ac ſtatìm ad ſummum pontificem iuit, ipſiq́; ſignificauit, quæ inter ſuos antiſtites proferrentur.

PAPA

Cui pontifex ſummus ita reſpondit: Nos, Imperator fili, ſæpè ſæpiùs à vobis contendimus, vt diſputando veritatem inueſtigaremus: deinde inquirentibus vobis, quidnam de ſumma Trinitate ſentiremus, bis ad vos ſcripſimus. Quod cùm vobis nequaquã placuerit, quaſdam nobis ſanctorum authoritates miſiſtis: quę quoniam nobis ambiguę viderentur, vos enixè rogauimus, vt ipſas clariores redderetis. Vobis autem id facere recuſantibus, quid ampliùs poterimus facere?

IMP.

Non equidem, pater beatiſſime, Græcorũ conuentui dominor, neque vellem ipſum tyrannicè cogere, vt vobiſcum pacem componat. Qui cùm clariſſimas ſuæ profeſſionis literas ad vos libenti animo miſerit, neſcio cur alia opus ſit expoſitione. Nã SCATVRIRE, PROFVNDI, HAVRIRI, & reliqua illa vocabula, filiũ cauſam eſſe ſignificant, tametſi noſter cõuentus, ne tumultus ob ignorantiã vulgi fieret, ea clariùs explicare nõ audeat. Siquidẽ igitur vobis credentibus filium ſancti ſpiritus cauſam eſſe, non ſolùm non contradicimus, verumetiam cum verbis illis cõiungi volumus: quidnam aliud, obſecro, à nobis deſideratis?

IVL. Cardinalis.

Quoniam Imperator ſereniſſime, conuentus veſter videtur credere, verba SCATVRIRA, HAVRIRI, atq; PROFVNDI, ſecundã quandam & tẽporalem miſſionem ſignificare, idcirco vehementer deſideramus, vt veſtram ſententiã literis veſtris clariùs exponatis: quãdoquidem ipſi ſentimus Cyrillum his verbis oſtendere voluiſſe, ſpiritum ſanctum ex patre filioque eſſentialiter eſſe, necnõ ex filio, ſicut ex patre, procedere.

IMP.

Quæ omnia ſereniſſ. Imp. conuentui ſuo retulit.

GRÆCI

Qui equidem ea grauiter ferens, poſt aliquot dies eoſdem illos nuncios ad ſummũ pontificem remiſit, eum obſecraturos, vt huius rei tandem faceret finem.

PAPA

Qui ſummus pontifex ſtatim eoſdem ipſos tres cardinales ad conuentum Græcorum miſit, ipſum rogaturos,

gſturos, vt ſuas exponere literas, præſertim quonam modo illam præpoſitionem P E R, intelligeret, cùm apud Latinos quatuor res videatur ſignificare, videlicet inſtrumentum vt ſerrsm, & materiam vt domum, & tranſitum, vt aqnæductum, ac naturaliter ſubſtantialiterq́; quemadmodùm Spiritus ſanctus per filium mitti creditur. Quæ cùm Græcis nunciata fuerũt,

IMP. Imperator cardinalibus ipſius reſpõdit, ſuos antiſtites aliud nolle cõſcribere uel proferre, ſe tamen maximo deſiderio affici, necnon paratos eſſe cum Latinis coniungi: ſin minùs propediem à ſynodo diſceſſuros. Hæc & alia verba ſimilia Imperator proxima qnoqne die cardinalibns ipſis eandem expoſitionem enixè petentibus protulit. Deinde verò ad ſummum pontificem accerſitus inir. Cui ſnmmus pontifex

PAPA ita dixit: Cùm tunm ad coniungendas Eccleſias magnum ſtudium, Imperator fili, viderẽ, magno equidẽ gaudio afficiebat, ita vt æquo animo labores ac non mediocres ſnmptus ſerrem: nunc autem contrà videns morutu hominum in tali tantaque te ſecordiã & pigritiam, animi dolore afficior, ac ſimul vehemẽter admiror, vndenam hæc tam ſubita, tantaq́; rerum mutatio ſit, cùm mihi profectò videantur abſqne conſona ratione ab Eccleſiarum coniunctione mirum in modum abhorrere, ita vt videar operam & oleum (vt vulgò dicitur) perdere. Porrò autem ſcire velim, quod vnquàm fuerit opus, in quo vobis non ſatisfecerimns? vel quid à vobis contenderimus, quod fieri non poſſit? Aut igitur noſtram piam profeſſionem ſuſcipite, ac excolite: aut veſtras literas, quas nuper ad nos miſiſtis, nobis reddite clariores, quo quidem pacto facilimè coniungemur. an qnicquam prohibet, qno neutrum horum poſſit fieri?

IMP. Iuſta petis, P. ſanct. vt noſtras literas exponamus, clarioresq́; reddamus. Verùm nõnulli pręſules noſtri, Latinorum petitionem credentes congrusm rationi non eſſe, nolnnt ei acquieſcere: difficileque eis videtur, dogma maiorum ſuorum tã ſubitò dimittere, cùm ſemper crediderint, Latinorum ſuiſſe ſententiam, Spiritum ſanctum duas ſubſtantiales cauſas habere, proptereaq́; noluerint illud, EX FILIOQVE ſuſcipiẽtes, vobiſcum pacẽ componere. Nobis ergo neceſſe eſt, vt patrias leges motesq́; ſeruemus. Ego vero qui conuentni noſtro (vt pauloantè dixi) nõ impero, ipſum tyrannicè cogere nolo, vt quicquam præter eius voluntatem dicat vel agat, ita vt in hoc quod à me, pater beatiſſime, petis, minimè tibi ſatisfacere vsleam.

PAPA Veſter ergo connentus veniat, vt mihi reſpõdeat, vt mihi & tibi Imperatori plnrimũ

IMP. conuenit. [Tum iuſſu Imperatoris, abſente tamen ipſo ac patrisrcha, Gręci omnes antiſtites ad ſummum pontificem venere. Quem cum cardinalibus nouem ac pluribus præſulibus offendẽte. Vbi conſidentibus omnibus, is ſummus pontifex orationem hanc habuit:] Nequaqnàm, frattes prudentiſſimi Orientalis Eccleſiæ conſiliarij, terrenarum

PAPA. & caducarum rerum, aut noſtri cõmodi cauſa, verùm ſpiritu ſancto afflati, vt Dei Eccleſias coniungamus, nõ ſine magno labore diuinũ hoc opus libenter aggreſſi ſumus. Qua quidem in re quãtum laboris ſuſceperimus, ac indiès ſuſcipiamus, vobis notiſſimum eſſe putamus. Quod profectò ęquo animo ferebamns, dum crederemus, vos etiam in hanc rem vehementer incumbere, videntes mnlta vos terra mariq́; paſſos, ad cõiungẽdas ipſas Dei Eccleſias feſtinantes huc cõueniſſe. Nũc autem taciti nobiſcum conſiderantes, voſipſos negligẽtes & hac in re pigros factos eſſe, vehemẽter miramur, ac veſtri plurimùm miſeremur, etiam non inſcij vos & patria, & neceſſarijs, ac veſtris commodis carere, necnon Eccleſias veſtras non mediocriter pati, magno animi dolore afficimur, pręſertim benè ꝓſpicientes, ſi noſtras Eccleſias, ob negligentiam & contumaciam veſtram neutiquã coniunxerimus, quanta mala futura ſint. Vt autem (fratres) dogma noſtrũ pium eſſe demouſtraretur, frequẽtes fieri ſeſſiones, ac inter nos diſputationes ab initio ſtudio ſummo curauimus. At vos ita rem ſemper voluiſtis differre, vt dum eſſemus Ferrariæ, nõ amplius q̃ ſedecim ſeſſiones fuerint celebratæ. Quod quidem licèt ægrè ferremus, tamen ad ſanctã pacem proſpiciẽtes, rebus in omnibus, quas à nobis petijſtis, vobis libentiſſimè ſatisfecimns. Communi deinde ſententia ſynodum huc tranſtulimus, vbi ſanè nunquàm deſtitimus, quin ex mutuis conditionibus, quas Ferrariæ accepimns, vos ad diſputandũ hortaremur, ac huius rei cauſa, quãdoq; increparemus. Nã ibi conuenimus, vt tres ſingula quaq; hebdomada ſeſſiones celebraremus, etiam ſi ſummus pontifex, vel Imperator, vel patriarcha, vel quiſquam ex electis diſputatoribus detentus valetudine, à ſeſſione abeſſet: & ſi feſtũ, aliúdue impedimẽtum contingeret, proxima die ſeſſio haberetur, vt nulla ratione vlla vnquam ſeſſio poſſet impediri. At vos vix nouẽ alijs ſeſſionibus hic Florentiæ celebratis, vt priuati conuentus fierent contendiſtis, ſperantes eo modo noſtræ coniunctionis viam inuenire. Qua etiam in re tametſi vobis indulſerimus, nihil tamẽ ob ſecordiam veſtram profecimus, quandoquidem contendentibus vobis cognoſcere, qdnã de ſpiritus ſancti proceſſione ſentiremus binas literas ſcripſimus, qnod forſan ꝓ Romanæ Eccleſiæ dignitate fieri non debebat. Quanto enim honore ac obſeruantia Orientalis Eccleſia Romanam ſemper fuerit proſecuta, vos ſcire credimus. Deinde nobis quoque volentibus intelligere, qnidnam ipſi de eadẽ ꝓceſſione ſentiretis, literas nobis mnltùm ambiguas & obſcura ſcripſiſtis. Poſtremò, plurimùm requiſiti atque rogati, vt eas

expone-

Digitized by Google

exponeretis,clarioreſque redderetis, nobis ſatisfacere noluiſtis,ita vt ipſas intelligere nõ poſſimus. Quid igitur faciamus, neſcimus. Videmur autem videre, non ſine omnium noſtrum incõmodo & dedecore, nos (quod abſit) ſemper disiunctos fore, quod quidem quo animo creditis Occidentales principes audituros eſſe? ac nos quanto animi dolore afficiendos? Vos verò quãta mœſtitia veſtrã ad patriam redituros: Cõtrà, piè coniunctis Eccleſijs,& principes ipſi nobiſcũ vehementiſſimè gaudebunt,& oẽs vobis auxilio erũt, ita vt non ſolùm Chriſtiani, qui ſub Imperij veſtri ditione ſunt, verumetiam illi, qui ſub impio tyranno & Chriſti nominis hoſte degunt,animo leuentur. Rogamus itaque vos fratres,per Domini noſtri Ieſu Chriſti præceptum,ne velitis Dei Eccleſias disiunctas ſemper manere, verùm ipſis cõiunctis Deum ſimul glorificemus: quandoquidem Eccleſiarum coniunctio animabus noſtris ſaluti, nobis verò non mediocri fuerit honori, ac eam dubio procul corporei ac incorporei acerrimi noſtri hoſtes, nobiſcum angelis gaudentibus,vehementer timebunt,ita vt nõ minùs in cęlo quàm in terra non mediocre gaudiũ ſit futurum.

RHV. Oratio tua,pater ſanctiſſime, vera nobis videtur eſſe: ſed quoniam magnæ res magna indigent cõſideratione,idcirco in hoc longiſſimo tempore,in primis ſereniſſimus Imperator conſilio & prudentia,deinde nos tum publicis,tum priuatis diſputationibus,diligentiſſimaq; perueſtigatione, in Eccleſiarum cõiunctionem mirum in modum incubuimus,ita vt totos hos quatuor annos, ex quo negocium hoc tractare cępimus,plurimùm laborauerimus.nil mirum autem eſt, ſi pro magnitudine rei nihil ferè confecerimus: quãdoquidem (vt pauloantè diximus) longa opus eſt contẽplatione.

GRAECI [Quibus dictis,Græci ad patriarchã venere,ac ei omnia retulere. Ipſe verò,ſic cõtendentibus pluribus,Rhutenum & Nicęnum & Lacedęmonieñ.ac Mityleneñ.antiſtites ad Imperatorẽ miſit,vt ei nunciarent, cõuentum Græcorũ, patriarcha duce,cum Latinis coniungi velle: ideoq; rogarent ipſum vt pacem conficeret: ſin minùs,inuito eo,antiſtites ſuos eam confecturos. Quæ cùm Imperator audiſſet, timens,ne ſui homines in ipſum conſpirarẽt, cogitare cępit, quonã pacto pacem cum Latinis iniret. Die verò ſequenti in Græcorum conuentu domi patriarchę facto, hęc habuit verba:]

Imp. Non alia de cauſa,pontifices optimi, ad hanc venimus regionem, niſi vt Eccleſias coniungamus,& non pro alia re tot labores pertulimus,quàm noſtrę Eccleſię dignitatis ac amplitudinis cauſa. Sed eccè iam menſis 15.agitur,ex quo patria & commodis noſtris priuati,in Italia ſumus,& nihil profecimus. Porrò mihi videtur disiunctio ac noſtrum à Latinis diſſidium,pernicioſiſſimum eſſe: cõiunctio verò atque pia concordia,nobis valdè conducere poſſe. Ideo duo nobis oppoſita,vtpotè mala damniferaq;,fugienda ſunt: alterum,ne ſine ratione cum Latinis iungamur: alterum autem,nè impiè ab eiſdem diſſideamus. Ergo diligenter debetis conſiderare,quidnam nobis magìs conducere poſſit, ac in primis, quantum calamitatis talis diſcordia nobis afferre poſſet. Mementote ergo,patres optimi, vt patrię noſtrę Cõſtantinopolitanæ auxilio ſitis,quæ quidem ſola Chriſtianorũ refugium, ſpes ac ſeruatrix in Oriente relicta eſt. Conſulite, obſecro, incolumitati ac ſaluti eius: dicite ſententias neq; animabus,neq; corporibus pernicioſas: Pia quidem & non abſque ratione Eccleſiarum coniunctio,nobis valdè cõducet: earundem verò disiunctio,contrà: ſed animarũ noſtrarum ſalute omnia debent metiri. Cauendum igitur,ne,ſi talis coniunctio pia eſt, eam ſine ratione fugiatis, ita vt tanto taliq; careamus bono, quandoquidem Eccleſiarum disiunctio horribilis eſt & dicitur. Si quis autem impedit,quo minùs pia Eccleſiarum pax fieri poſſit,is cum Iuda damnetur.

GRAECI Tum antiſtites omnes vna voce clamãrunt: Si quis Eccleſiarum coniunctionem non deſiderat, ſit anathema.

RHV. Credo equidem,fratres, vos non ignorare diſſidium & controuerſiam noſtram cum Latinis,multorum malorum cauſam fuiſſe. Occidentalium ergo ac Orientalium ſanctorum doctorum ſententias accuratè conſideremus: quippe qui videntur inter ſe quã maximè conuenire, quandoquidem nobis credendum eſt, ipſos à Spirituſancto æqualiter afflatos fuiſſe: ipſis ergo debemus æqualiter credere,niſi aliter vobis videtur.

BESSA: [Annuentibus autem his omnibus pontificibus,Nicęnus prolixiorem habuit orationem,dicens:] Si creditis,P.amp.ſanctos eſſe concordes,cur etiam cum ipſis non creditis Sanctum ſpiritum ex patre filioque procedere? Deinde multas attulit authoritates, præſertim Cyrilli ſuper Ioannem, & ex eius theſauris, & ex Epiphanij angyroto: quorum aliæ teſtabantur Sanctum ſpiritum ex patre filioque procedere, alię ex vtroque, aliæ ipſum ſpiritum à filio habere eſſe, aliæ verò ab eodem profundi & mitti.

MITY. Quibus quidem Orientalium doctorum ſententijs intellectis, Mityleneñ. etiam præſul ſanctos Occidentales doctores citauit, proferentes patrem & filium vnicam Sancti ſpiritus cauſam eſſe, patrem tamen præcipuam eſſe cauſam, licet ſpiritus ex conſubſtantiali quoque filio ſit, ac ex vtroque procedat.

GRAECI [Quibus omnibus ſanctorum ſententijs viſis,pontifices ipſi dixerunt, ſe nunquàm aliàs ipſas intellexiſſe,nunc autem eas æquo animo ſuſcipere.]

IMP. [Tum Imperator dixit illis:] Si ergo talibus ſentẽtijs acquieſcitis, veſtras ſententias dicite.

GRAECI [Hi verò põtifices ac patriarcha ſimul

ctorum ſcripta diligẽter auſcultauimus, quorum alia Sanctum ſpiritum ex patre filioque, alia verò ex patre per filium procedere teſtátur: quæ quidem omnia tametſi ſignificant idem, nos tamen illud Ex FILIOQVE, poſtponentes, Sanctum ſpiritum ex patre per filium ab æterno ſubſtantialiterque, vt ab vnico principio vel vnica cauſa procedere profitemur, quandoquidem præpoſitio per, in Sanctiſpiritus proceſſione cauſam ſignificat.

IMP. ¶ Hanc equidem ſanctam generalem ſynodũ nequaquàm cęteris inferiorẽ eſſe cenſeo, quarum quædam etiamſi pro multitudine patrum, aliç Gregorij & Cyrilli, aliç verò aliorum clariſſimorum doctorum authoritate fuerint illuſtres, hanc tamen non minùs ipſis piam & ſanctam exiſtimo, neque ipſam minori proſequor veneratione, quòd in ea diuinior & difficilior quæſtio tractatur, & viri, qui tantam rem agunt, ſancti venerationeque plurima digni ſunt, præſertim pontifex ſummus, ac patriarcha noſter ſanctiſſimus. Cùm igitur hæc ſynodus talis ac tanta ſit, ego Dei gratia Imperator, eius futuræ ſententiæ acquieſcere, quodque decretũ ipſa vel maior numerus patrum ediderit, more maiorum meorũ, ac pro viribus ſacri Imperij abſque aliqua excuſatione defendere promitto, tum cauſis antedictis, tum etiam quòd mihiipſi ſuadeo, vbi de diuinis dogmatibus in œcumenica ſynodo agitur, ſanctam Dei Eccleſiam communi patrum ſententia nequaquàm errare poſſe. Fieri namque poteſt, vt vnus, duo, tres vel plures homines per ſeſe meditantes, ac rem aliquam contemplãtes aberrent: communem autem Eccleſiam, de

Matt. 16. d qua Dominus dixit: [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eã,] errare non poſſe cenſeo. Alioquin & ſeruatoris noſtri verba vana eſſent, & noſtra religio peſſundaretur. Quæ quia maxima incõmoda eſſent, credẽdum potiùs fieri non poſſe, vt Eccleſia Dei decipiatur. Neceſſe eſt ergo (vt pauloantè dictum eſt) Imperatoriam maieſtatem Eccleſiæ decreta defendere. Sed velim, nè à Latinis cogamur, vt ſacro ſymbolo noſtro quicquam apponamus, vel cæremoniarum aliquid in Eccleſia noſtra mutemus.

RHV. ¶ Sanctorum Occidentalium ſcripta nobis ſuſcipiẽda cenſeo, ſanctumque Spiritum ex filio habere eſſe, necnon patrem & filium vnicam ſpiritus cauſam eſſe, credo & profiteor, ac coram Deo & vobis palàm dico.

BESSA. ¶ Pòſt autem Beſſarion eandem ſententiã dixit. Verumenimuerò rem altius repetens, plurimis ac fortiſſimis argumentis oſtendit, eum Chriſtianum ſeruari non poſſe, qui ſanctum ſpiritum ex patre filioque procedere, crederet minimè.

MITY. ¶ Ego ab ineunte ætate literis & ſermone cũ Latinis certabam acerrimè, ipſis ſemper cõtradicendo, quòd mihi duas in ſacratiſſima Trinitate cauſas ponere viderentur, dicentes filium ſanctique Spiritus cauſam eſſe. Nunc autem in ſynodo, dogmate ipſorũ accuratè dilucidato, eos longè aliter & non à ratione aliena ſentire cognoui: quãdoquidem profitentur patrem, vt pater eſt, filij patrẽ eſſe: ac filium, quatenùs filius eſt, patris filiũ eſſe, cùm relatiua & adaliquid ſint: ſanctũ autẽ Spiritũ per ſeſe neque ad patrẽ, neq; ad filium referri, quatenùs pater & filius ſunt, quòd ſpiritus per ſe relatiuũ nõ eſt: ratione verò, qua ſpiritus eſt, ad ſpirãtem referri: neminemque proferre debere, patrem & filiũ ſpirantes nõ eſſe, cùm paſſim legatur ſpiritũ patris & filij eſſe, ac in Euãgelio ſcriptũ ſit, [Ego in patre, & pater in me Ioan. 14. eſt.] Et, [Qui videt me, videt & patrẽ meũ:] Ergo pater & filius vnica ſpirandi, mittẽdi ve facultate (vt benè Latini dicũt) ſanctũ Spiritũ ſpirãt. Quę cùm à ſanctis doctoribus memoriæ tradita diligẽter vidiſsẽ, omnes valdè conſonos & concordes eſſe percepi, quamuis Occidẽtales magìs quàm Oriẽtales expreſsè clareq; literis ea tradiderint. Nam Oriẽtales his verbis, PROFVNDI, EMITTI, SCATVRIRE, HAVRIRI, ac alijs id gen9 vocabulis vſi fuerũt, ſanctumque Spiritũ per filium procedere protulerũt: Occidẽtales verò ſanctũ Spiritũ ex patre filioq;, tanquàm ab vnico principio ꝓcedere, literis clariſſimè mãdauere. Quorum item ego volens ſequi veſtigia, Sanctum ſpiritum ex patre filioque, vt ab vnico principio, nõ autem à duabus cauſis procedere, profiteor: quandoquidem non patrem, vnam: filium, alteram Spiritusſancti cauſam eſſe: ſed patrem vnicam filij ac ſpiritus cauſam ab ipſis Latinis ꝑdidici, patrẽq; ſimul & filium vnicum ipſius ſpiritus principiũ eſſe, ita vt cùm Sãctum ſpiritũ ex patre filioque procedere celebretur, tanquã ab vnico principio intelligi debeat: quod ita eſſe corã Deo & hominibus credo & profiteor.

Græci. ¶ Tum nonnulli alij patres eandem ſententiam dixere.

¶ Poſt autem aliquot dies facto iterum in Patriarchæ domo conuentu, Imperator hæc verba fecit.

IMP. ¶ Proximis diebus, pontifices opt. multorum ex vobis ſententias intellexi, & coram vobis & Patriarcha meam dixi, & iam mihi notiſſimum eſt, maiorem digntoremq; partem veſtrum cum Latinis ſentire, credereque proculdubiò præpoſitiones PER & EX, idem ſignificare, necnon Occidentaliũ doctorum authoritates ſuſcipiendas, quibus patet clariſſimè, ſanctum Spiritum ex patre filioque procedere. Operæpretium igitur eſt, vt qui proximo conuentu non dixit ſuam ſententiam, eam in præſentia dicat, vt hoc tandem negocium concludamus. Reſpondentibus autem omnibus valdè conueniens eſſe, vt patriarcha primus ſuam ſententiam dicat, ita is protulit.

Patriarcha Conſtantin.

¶ Ego noſtrum paternum dogma non derelinquam, neque mutabo, ſed in eo quouſque vixero, permanebo. Sed quoniam Latini non temerè, nec ex ſententia propria, verùm ſanctorum anthoritatibus adducti, ſanctum Spiritum ex patre filioque procedere credunt, idcirco eis aſſentior, & cum ipſis coniungor, ac præpoſitionem PER, filiũ Spiritus ſancti cauſam ſignificare concedo.

Græci.

¶ Tum patres frequentes, præſertim Cyziceñ. & Trapezundeñ. ac Monembaſieñ. & Heracleeñ. qui anteà vehementiſſimè repugnabant, eandem ſententiam dixerunt, excepto ſolo Epheſio, qui in eadem permanſit perfidia, ſanctum Spiritum ex filioq; nequaquàm procedere. Conuentus ergo Græcorum, in hanc ſententiam iuit, ſanctum Spiritum ex patre filióque, vt ab vno principio ac vnica ſubſtantia, vnica ſpiratione, proceſſioneque procedere: per filium verò, tanquam à conſubſtantiali eiuſdemque naturę. Poſtridiè autem Græci iterum congregati, eandem ipſam ſententiam dixerunt, ac tribus literis tradiderunt, quarum vnas ſummo pontifici, alteras Imperatori, tertias verò Patriarchæ dedere. Quas cùm ſummus pontifex vidiſſet, magno gaudio affectus, cõuocatis extraordinariè tam Græcis quam Latinis pontificibus omnibus, Imperatore tantùm & patriarcha abſentibus, literas ipſas Græco Latinoque ſermone recitari iuſſit. Quibus quidem perlectis, omnes amplexati, ac inter ſe obosculati fuere. Tum ſummus pontifex, Creteñ. archiepiſcopum, & Coroneñ. epiſcopum, ac (neſcio quem) Thomam doctorem ad imperatorem miſit, vt ei pacem eiuſmodi non mediocri omnium gaudio confectam eſſe, nunciarent.

¶ Sequenti verò die Græci à ſummo pontifice requiſiti, vt de ſuis præſulibus quoſdã ad eum mitterẽt, Rhutenum & Beſſarionem & Trapezundeñ. ac Mitylen eñ. ad ipſum miſerũt. quibus ita loquutus fuit:

PAPA.

Nos ſpiritus ſancti gratia coniuncti ſumus, ac in pręcipua quæſtione, de qua vehementer ambigebamus, ita conuenimus, vt nil ampliùs de ea dicere debeamus. Porrò autem operæprecium eſt, vt & de purgatorio igne, & de ſummi põtificis principatu, & de azymo & fermentato pane, de diuina denique panis tranſmutatione agamus, vt omni ex parte coniunctio noſtra ſit abſoluta, ita vt nulla inter nos controuerſia in poſterum relinquatur.

Græci.

¶ Cui ſummo Pontifici ſtatim hi pręſules reſponderũt: Nos, pater ſanctiſſime, nullam ad hæc reſpondendi facultatem habemus, tamen ex nobis ipſis proferimus iuſtorum animas perfectam laureolam in cęlo iam cõſequutas eſſe, ac impiorum perpetuas pęnas luere, medias verò in Purgatorio eſſe: quod quidem ſiue ignis, ſiue obſcuritas, ſiue turbo, ſiue id genus aliud ſit, non referre. Summum verò pontificem priuilegia ſua meritò habere debere, quæ ante noſtrum diſſidium habuiſſet. Nam de pane, ſiue azymus, ſiue fermentatus fuerit, Græci non curant, dummodò ex tritico conſtet, & ſacerdos, qui Chriſti ſacratiſſimum corpus conficit, legitimis ſit ſacris initiatus, & vbi Miſſa celebratur, ſacer locus ſit. De panis autem tranſmutatione Latinis quærentibus, cur Gręci poſt hęc Dominica verba, Accipite & manducate: ac infrà, Bibite ex hoc omnes, quibus profectò verbis ſacramentum cõfici creditur: hac etiã vtuntur oratione: Et fac panem quidem hũc, honorabile corpus Chriſti tui: quod autem in calice iſto eſt, honorabilem ſanguinem Chriſti tui, ea ſancto tuo ſpiritu tranſmutante: Reſponderunt, ſe firmiter credere, verbis illis Dominicis ſacramentum fieri, ſed quẽadmodùm Latini, confecto ſacramento, hac ſolẽt vti oratione: Iube hæc perferri per manus ſancti Angeli tui in ſublime altare tuum, ita quoque Græcos illa verba proferre ſolere, vt ſanctiſſimum Chriſti corpus & ſanguis, peccatorum noſtrorum remiſſioni ac noſtris animabus ſaluti fiat.

¶ Quibus quidem quatuor quæſtionibus diſſolutis, ſummus pontifex petijt, vt de diuina panis tranſmutatione, quæ quidẽ quarta quæſtio fuit, in ſynodo ageretur. PAPA

¶ At Græci dixerunt, ſe ſine totius Orientalis Eccleſiæ anthoritate quæſtionem aliam tractare non poſſe, cùm pro illa tantùm de Spiritusſancti proceſſione ſynodus conuocata fuerit, ſe tamen velle Imperatori referre. Græci.

¶ Dum autem hæc agerentur, inclinante iam die, increbuit, patriarchã noſtrum mortem ſubitam obijſſe. Accurrimus, ac ipſum mortuum vidimus. Et nobis cauſam tam ſubitæ mortis quęrentibus, eius famuli reſponderunt, ipſum poſtquàm cœnaſſet, in penetrale domus ſcribendi cauſa (vt ſui moris erat) intraſſe: dum verò ſcriberet, tremore ac animi languore affectũ, ſtatim occubuiſſe. Cupientes autem ipſi videre, quidnam tum literis mandaret, has literas iamiam ſcriptas offendimus. Mors ſubita patriarchæ.

¶ Ioſeph miſeratione diuina Cõſtantinopolis & nouę Romę archiepiſcopus, ac œcumenicus Patriarcha. Literę patriarchæ.

¶ Quoniam ad extremum vitę meę perueni, idcirco pro meo munere dilectis filijs benignitate Dei meam ſentẽtiam his literis palam facio. Nam quę Domini Ieſu Chriſti catholica & Apoſtolica Eccleſia Romę veteris ſentiat ac celebret, omnia me quoque ſentire, credereque profiteor, ac ipſis plurimùm acquieſco. Beatiſſimum autem patrum patrem, ac ſummum pontificem, Romęque veteris Papam, Domini noſtri Ieſu Chriſti vicarium eſſe concedere, atque animarum Purgatorium eſſe non inficior.

Eugenij 4. & ſucceſſorum eius primatus haud paruum teſtimonium.

Datum Florentiæ die octaua menſis Iunij, milleſimo quadringenteſimo trigeſimonono.

¶ Mane

Digitized by Google

¶Mane autem magna cardinalium & põtificum Florentinorumque pompa, ipſum in ſanctæ Mariç nouæ templo, ſepulchro cõdidimus.

¶Poſtridiè verò ſummus pontifex, conuocatis ad ſe Rhuteno & Niçeno ac Mitylenẽ. ſic fuit loquutus:

PAPA

¶Magno animi dolore afficimur, tum ob veſtri patriarchæ mortem, tum etiam ipſius noſtræ coniunctionis cauſa, de qua ipſe benè ſentire, ac in eam vehementer incumbere (id quod ipſi planè non agitis) videbatur. Operæprecium autem eſt, quandoquidem præcipuam illam, & ad fidem quàm maximè pertinentem quæſtionem, concluſimus, vt de his etiam alijs quçſtiunculis per ſeſſiones agamus, vt noſtra coniunctio firma, ſtabilis, & abſque aliqua controuerſia in poſterum ſit, videlicet de azymo & fermentato pane, de Purgatorio, de ſummi pontificis poteſtate, necnon de diuina panis tranſmutatione, an denique Græci particulam ipſam, Ex Filioque, ſymbolo debeant addere.

Græci

¶Quæ cùm ipſi pontifices intellexiſſent, ad quatuor ipſas primas quæſtiunculas, vt pridiè, reſponderunt: ad vltimam verò dixerunt ita:]Nos, pater ſanctiſſime, illud Ex Filioque, verum eſſe concedimus, ac ipſum in Occidentali eccleſia celebrandum permittimus, quandoquidem nobis conſtitit, vrgente neceſſitate ad declarandum diuinum ſymbolum à vobis additum fuiſſe, cùm non diuerſam fidem ſignificet, necnon vtraque ſymbola vnum eſſe: ipſam tamen particulam ſymbolo noſtro apponere nolumus, ſed hac conditione vobiſcum coniungimur.

¶Hæc Græci, nolentes tamen conſentiẽte Imperatore, vt de alia quæſtione præter illam de Spirituſſancti proceſſione, in vnionis literis vlla mentio fieret: contendente verò ſummo põtifice, vt etiam de reliquis ageretur, excepta illa de panis tranſmutatione, vt perfectiſſima fieret vnio: cùm præſertim Ferrariæ de Purgatorio benè fuerit dictum: poſt plurimam inter Latinos & Græcos contentionem Imperator iuſſit Latinis, vt dicerent, quidnam de ſummi pontificis poteſtate, necnon de azymo & fermẽtato pane ſentirent, Tum ſummi pontificis iuſſu Ioannes ille, ac (neſcio quis) frater Ambroſius in Grçcorum cõuentu multa de quçſtionibus ipſis verba fecerunt. Poſt autem aliquot dies frequenti Græcorum conuentu, in domo Imperatoris Latinis abſentibus facto, poſt plurimam inter Græcos diſputationem lectis Græcorum doctorum de ſummi pontificis poteſtate ſententijs, definitum fuit, non ſolùm Romanam Eccleſiam de Spirituſſancti proceſſione piè ſentire, verumetiam ipſi neceſſitate vrgente, iure ſuo particulam illam; ex filioque, ſymbolo apponere licuiſſe: necnon Romanum põtificem primatum in vniuerſum orbem tenere, beatique Petri principis Apoſtolorum ſucceſſorem ac verũ vicarium, & totius Eccleſiæ caput, ac omnium Chriſtianorum patrẽ & doctorẽ eſſe: ipſiq; ad paſcendam, regendam, & gubernandam vniuerſam Eccleſiam, plenam à Domino noſtro Ieſu Chriſto poteſtatem fuiſſe traditam. Præterea Purgatorium eſſe: & ſiue in azymo, ſiue in fermentato pane ſacramẽtum fieret, minimè referre. Quæ cùm Latinis mirũ in modum placuiſſent, ſex præſtantiſſimi viri vtraque ex parte ſelecti fuere: qui conſultis cæteris patribus, ſanctæ coniunctionis literas componerent atque conſcriberent.

Romani pontificis poteſtas.

Sententia de purgatorio, & de azymo & fermẽtato.

Dum autẽ hæc agerẽtur, sereniſſimus Imperator Heracleẽ. & Epheſium, & Rhutenum ac Niçenum ad ſe conuocari iuſſit, eo ſcilicet animo, vt Epheſium hortaretur, vt is etiam in cæterorum patrum ſententiam iret, & cum Latinis coniungeretur. At ille ne verbum quidem voluit audire. Duodecim autem illi ſelecti, in componendis literis ipſis in hoc diſcordes fuerunt. Nam Græci volebant, vt vel de ſummi põtificis nomine nulla prorſus in eis mentio fieret: vel hæc verba in eiſdem literis ſcriberentur, conſentiente ad infraſcripta Imperatore, necnon patriarcharum loca tenentibus, & cæteris Orientalem Eccleſiam repræſentantibus. Quibus quidem Grçcis ſummus pontifex in hoc etiã humaniſſimè ſatisfecit, vt de Imperatore ac patriarchis, vt vellent, fieret mentio. Demum duodecim illi doctores concordes literas conſcripſerunt, quas cùm ſummus pontifex & imperator accuratè vidiſſent, iuſſerunt, vt Græcis & Latinis literis in vno eodemque folio deſcriberentur, ita vt à parte dextera Latinè cùm Occidentalium patrum ſubſcriptionibus, ac ſummi pontificis ſigillo, ab altera verò parte Græcè cum Græcorum item ſubſcriptionibus, necnon ipſius Imperatoris ſigillo ſcriptæ eſſent. Quibus quidem omnibus ritè diligenterque peractis, communi partium ambarum conſenſu, ſummus pontifex Imperatore præſente, omnibusque tam Græcis quàm Latinis præſulibus veſtibus ſacris indutis, in templo ſanctæ Mariæ liberatæ, die Lunæ ſexta menſis Iulij Miſſã ſolenniter celebrauit. Qua quidem celebrata, ipſæ eædem literæ à Iuliano Cæſarino ſanctæ Sabinæ Cardinali Latinè, à Beſſarione verò Græcè, Dei gratia lectę, promulgatęque fuere in hac forma.

¶ *Sanctæ vnionis literæ.*

EVgenius epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, ad perpetuã rei memoriam, conſentiente ad infraſcripta chariſſimo filio noſtro Ioanne Palçologo Romeorum Imperatore illuſtri, & loca tenentibus venerabilium fratrum noſtrorum patriarcharum, & cçteris Orientalem Eccleſiam reprçſentantibus.

Lætentur cçli & exultet terra: ſublatus eſt enim de medio paries, qui Occidentalem

Orientalemque diuidebat Eccleſiam, & pax atque concordia redijt, illo angulari lapide Chriſto, qui fecit vtraque vnum, vinculo fortiſſimo charitatis & pacis, vnumque iungente parietem, & perpetuæ vnitatis fœdere copulante ac continente, poſtque longam mœroris nebulam & diſſidij diuturni atram ingratamque caliginem, ſerenum omnibus vnionis optatæ iubar illuxit. Gaudeat & mater Eccleſia, quæ filios ſuos hactenùs inuicé diſſidentes, iam videt in vnitatem pacemque rediſſe: & quæ anteà in eorum ſeparatione amariſſimè flebat, ex ipſorũ modò mira concordia cum ineffabili gaudio omnipotenti Deo gratias referat. Cuncti gratulentur fideles vbique per orbem, & qui Chriſtiano cẽſentur nomine, matri catholicæ Eccleſię collætentur. Eccè enim Occidentales Orientaleſque patres, poſt longiſſimum diſſenſionis atque diſcordię tempus, ſe maris ac terrę periculis exponẽtes, omnibuſque ſuperatis laboribus, ad hoc ſacrum œcumenicum Concilium deſiderio ſacratiſſimæ vnionis & antiquæ charitatis reintegrandæ gratia, lęti alacreſque conuenerunt, & intentione ſua nequaquàm fruſtrati ſunt. Poſt lõgam enim laborioſamque indaginẽ, tandem Spiritusſancti clementia, ipſam optatiſſimam ſanctiſſimamque vnionẽ conſecuti ſunt. Quis igitur dignas omnipotentis Dei beneficijs gratias referre ſufficiat? Quis autem diuinæ miſerationis diuitias non obſtupeſcat? cuiúsve ferreum pectus tanta ſupernę pietatis magnitudo nõ molliat? Sunt iſta prorſus diuina opera, non humanæ fragilitatis inuẽta, atq; ideo eximia cum veneratione ſuſcipienda, & diuinis laudibus proſequenda. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio Chriſte fons miſericordiarum, qui tantum boni ſponſæ tuę catholicæ Eccleſiæ contuliſti, atque in generatione noſtra tuę pietatis miracula demõſtraſti, vt enarrarẽt omnes mirabilia tua. Magnũ ſiquidem diuinumque munus nobis Deus largitus eſt, oculiſque noſtris vidimus, quod ante nos multi, cùm valdè cupierint, adſpicere nequiuerint. Cõuenientes enim Latini & Græci in hac ſacroſancta œcumenica ſynodo, magno ſtudio inuicèm vſi ſunt, vt inter alia, etiã articulus ille de diuina Spiritusſãcti proceſſione ſumma cum diligẽtia & aſſidua inquiſitione diſcuteret. Prolatis verò teſtimonijs ex diuinis ſcripturis, plurimiſq; authoritatibus ſanctorum doctorum Oriẽtaliũ & Occidentalium, aliquibus quidem ex patre & filio, quibuſdã verò ex patre per filium procedere dicẽtibus Spiritumſanctum & ad eandem intelligentiam adſpicientibus omnibus ſub diuerſis vocabulis, Græci quidem aſſeruerunt, quòd id, quod dicunt Spiritumſanctum ex patre procedere, non hac mente proferrent, vt excludãt filiũ, ſed quia eis videbatur (vt aiunt) Latinos aſſerere Spiritumſanctum ex patre filioque procedere, tãquàm ex duobus principijs & duabus ſpirationibus, ideo abſtinuerunt à dicendo quòd Spiritusſanctus ex patre procedat & filio. Latini verò affirmauerunt, non ſe hac mẽte dicere Spiritumſanctum ex filioque procedere, vt excludant patrem, quin ſit fons ac principiũ totius Deitatis, filij ſcilicet & Spiritusſancti, aut quòd id, quod Spiritusſanctus procedit ex filio, filius à patre nõ habeat, ſiue quòd duo ponant eſſe principia, ſeu duas ſpirationes, ſed vt vnum tantùm aſſerant eſſe principium, vnicamq; ſpirationem Spiritusſancti, prout hactenùs aſſeruerũt: & cùm ex his omnibus vnus & idem eliciatur veritatis ſenſus, tãdem in infraſcriptam ſanctam Deo amabilem eodem ſenſu, eademq; mente vnionem, vnanimiter concordàrunt & conſenſerunt. In nomine igitur ſanctæ Trinitatis, patris & filij & ſpiritus ſancti, hoc ſacro vniuerſali approbante Florentino Cõcilio diffinimus, vt hæc fidei veritas ab omnibus Chriſtianis credatur & ſuſcipiatur, ſicq; omnes profiteantur, quia Spiritusſanctus ex patre & filio æternaliter eſt, & eſſentiam ſuã, ſuumque eſſe ſubſiſtens habet ex patre ſimul & filio, & ex vtroque æternaliter tanquàm ab vno principio & vnica ſpiratione procedit, declarantes quòd id, quòd ſancti doctores & patres dicunt, ex patre per filiũ procedere Spiritumſanctum, ad hanc intelligentiam tendit, vt per hoc ſignificetur, filium quoque eſſe ſecundum Græcos quidẽ cauſam, ſecundum Latinos verò principium ſubſiſtentiæ ſpiritusſancti, ſicut & patrem. Et quoniam omnia, quæ patris ſunt, ipſe pater vnigenito filio ſuo gignendo dedit, præter eſſe patrem, hoc ipſum quòd Spiritusſãctus procedit ex filio, ipſe filius à patre æternaliter habet, à quo æternaliter etiam genitus eſt. Diffinimus inſupèr explicationem verborũ illorũ FILIOQVE, veritatis declarandæ gratia, & imminente tunc neceſſitate, licitè ac rationabiliter ſymbolo fuiſſe appoſitum. Item, in azymo ſiue fermentato pane triticeo, corpus Chriſti veraciter confici, ſacerdoteſque in altero ipſum Domini corpus conficere debere, vnumquenque ſcilicet iuxta ſuæ eccleſiæ ſiue Occidentalis ſiue Orientalis conſuetudinem. Item, ſi verè pœnitẽtes in Dei charitate deceſſerint, antequàm dignis pœnitentiæ fructibus de commiſſis ſatisfecerint & omiſſis, eorum animas pœnis purgatorijs poſt mortem purgari, & vtà pęnis huiuſmodi releuentur, prodeſſe eis fidelium viuorum ſuffragia, Miſſarũ ſcilicet ſacrificia, orationes & eleemoſynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro alijs fidelibus fieri conſueuerunt, ſecundum Eccleſiæ inſtituta: illorumq; animas, qui poſt baptiſma ſuſceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quæ poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis corporibus, vel eiſdẽ exutæ corporibus, (prout ſuperiùs

Decreta Synodi Florẽtinę.

Materia de azymo & fermẽtato pane.

De Purgatorio.

periùs

Digitized by Google

periùs dictum eſt) ſunt purgatæ, in cœlum mox recipi, & intueri clarè ipſum Deum trinum & vnum, ſicuti eſt, meritorum tamen diuerſitate alium alio perfectiùs: illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali decedunt, mox in infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendas. Item, diffinimus ſanctam Apoſtolicam ſedem & Romanum pontificem, in vniuerſum orbem tenere primatum, & ipſum pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe beati Petri principis Apoſtolorum, & verum Chriſti vicarium, totiuſque Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum patrem ac doctorem exiſtere, & ipſi in beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem Eccleſiã à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, quemadmodum etiam in geſtis œcumenicorum Conciliorum, & in ſacris canonibus continetur. Renouantes inſupèr ordinem traditum in canonibus, cæterorum venerabilium patriarcharum, vt patriarcha Conſtantinopolitanus ſecundus ſit poſt ſanctiſſimum Romanum pontificem, tertius verò Alexandrinus, quartus autem Antiochenos, & quintus Hieroſolymitanus, ſaluis videlicet priuilegijs omnibus & iuribus eorum. Datum Florentiæ in ſeſſiooe publica ſynodali, ſolẽniter in eccleſia maiori celebrata, anno incarnationis Dominicæ 1539. pridie Nonas Iulij, pontificatus noſtri anno 9.

De prima tu ſummi pont.

¶ SVBSCRIPTIONES IMPERATORIS ac Orientalium patrum, qui in ſynodo aderant.

Ego Ioannes Palæologus, fidelis in Chriſto rex & Imperator Romæorum, ſubſcripſi.

Ego Antonius humilis metropolita Heracleeñ, & * conſiliarius Edeſſenorum, totius Thraciæ & Macedoniæ pontifex, & Philothei ſanctiſſimi patriarchæ, & ſedis Apoſtolicæ Alexandrinæ locum tenens, ſubſcripſi.

* præſidẽs Ypertinarũ, & primus toti' Macedoniæ

Ego Gregorius * Protoſingelus confeſſor ſpiritualis, ac ſedis Apoſtolicæ Alexandriæ & eius domini Patriarchæ locum tenens, ſubſcripſi.

* Protoſyncellus

Ego Iſidorus metropolita * Syriæ & totius Rhoſi, ac domini Dorothei Patriarchæ Antiocheni, & eius ſedis Apoſtolicæ locum tenens, ſubſcripſi.

* Gebieñ. ac totius Ruſſiæ

Ego Doſitheus homilis metropolita Mopſoeſtiæ, & * Ioachini ſanctiſſimi Patriarchæ Hieroſolymitani, ac eius Apoſtolicæ ſedis locum tenens, ſubſcripſi.

* Ioachimi

Ego Metrophanes humilis metropolita Cyzici, ac locum tenens Ancyrenſis, ſubſcripſi.

Ego Dorotheus homilis metropolita Trapezundeñ. ac locum tenens Cæſareenſis antiſtitis, ſubſcripſi.

Ego Beſſarion diuina miſeratione Archiepiſcopus Nicænus, ac locum tenens Sardenſis præſulis, ſubſcripſi.

Ego Macarius humilis metropolita Nicomediæ, ſubſcripſi.

Ego Ignatius humilis metropolita Toronæ, ac locum tenens * Nicomedieñ. antiſtitis, me ſubſcripſi.

* Nemeeñ

Ego Dorotheus humilis metropolita Mityleneñ. ac locum tenens Sidenſis pontificis, me ſubſcripſi.

Ego Damianus humilis metropolita Moldoblachienſis, ac locum tenens Sebaſtienſis præſulis, ſubſcripſi.

Ego Ioſeph humilis metropolita Amaſienſis, ſubſcripſi.

Ego * Nathanael humilis metropolita * Coloſſenſis ac inſularum Cycladum, ſubſcripſi.

* Bathanoel
* Rhodi

Ego Caliſtus humilis metropolita Driſtẽſis, ſubſcripſi.

Ego Gennadios humilis metropolita Gãnenſis, ſubſcripſi.

Ego Mathæus humilis metropolita Melitenenſis, ſubſcripſi.

Ego Doſitheus humilis metropolita Dramenſis, ſubſcripſi.

Ego Sophronius humilis metropolita Anchialenſis, ſubſcripſi.

Ego Beſſarion Archiepiſcopus Nicenus, mandato ac nomine Emmanuelis diaconi ac magni * ſachelarij, Chryſocuchi vulgò nuncupati, qui eadem nobiſcum ſenſit, ſubſcripſi.

* ſacellarij

Ego Theodorus Zanthopulus, diaconus & magnus * ſacriſta, ſubſcripſi.

* ſceuophylax

Ego Michael Balſamorum Archidiaconus, & magnus bibliothecarios, ſubſcripſi.

Ego Silueſter Syropulus, diaconus * Eccleſiarches, ac iuris ſeruator, ſubſcripſi.

* magnus eccleſiarch' & Diceophylax

Ego Gregorius ꝓtecdicus diaconos Cappadocus, ſubſcripſi.

Ego Conſtantinus Archipresbyter, ac locum tenens Moldoblachienſis præſulis, ſobſcripſi.

* Ego Eccleſiarches venerandæ manſionis, & ſanctæ Baſilicæ Magnæ lauræ montis Sancti, ac ipſius manſionis locum tenens, ſubſcripſi.

* Moyſes

Ego Athanaſius olim abbas * Circunſpectæ, ſubſcripſi.

* monaſterij Circũſpecti,

Ego Gerontius abbas ſanctæ manſionis Omnipotentis, ſubſcripſi.

Ego Germanos olim abbas ſancti Blaſij, ſubſcripſi.

Ego Pachumius confeſſor ac abbas ſancti Pauli, ſubſcripſi.

¶ Subſcriptiones Latinorum patrum.

Ego Aotonius Epiſcopus Oſtieñ. Cardinalis Bononieñ. ſupradictas diffinirioоes veras & Catholicas eſſe affirmo, & illis me ſubſcripſi

Ego

Ego Berranda Epiſcopus Portueñ. Card. Placentinus, me ſubſcripſi.
Ego Nicolaus tituli ſanctæ Crucis presbyter Cardina. me ſubſcripſi.
Ego Franciſcus tituli ſancti Clementis presbyter Card. me ſubſcripſi.
* Angelotus Ego * Verigloriotus tituli ſancti Marci presbyter Card. me ſubſcripſi.
Ego Iulianus tituli ſanctę Sabinæ presbyter Card. me ſubſcripſi.
Ego Proſper ſancti Georgij ad velum aureum diaconus Card. me ſubſcripſi.
Ego Dominicus ſanctæ Mariæ in via lata diaconus Card. me ſubſcripſi.
* Blaſius Ego * Baſilius Patriarcha Hieroſolymitanus, me ſubſcripſi.
Ego Marcus Patriarcha Gradeñ. me ſubſcripſi.
Ego Ioannes Epiſcopus Morineñ. illuſtriſſimi domini Ducis Burgundiæ & Brabantiæ orator, me ſubſcripſi.
Ego Ioannes Epiſcopus Niuerneñ. eiuſdem domini ducis orator, me ſubſcripſi.
Ego Bartholomæus Spalateñ. me ſubſcripſi.
Ego Fantinus Archiepiſcopus Creteñ. me ſubſcripſi.
Ego Iulianus Archiepiſcopus Piſanus, me ſubſcripſi.
Ego Andreas Archiepiſcopus Coloſſeñ. me ſubſcripſi.
Ego Nicolaus Archiepiſcopus Capuanus, me ſubſcripſi.
Ego Ludouicus Archiepiſcopus Florentinus, me ſubſcripſi.
Ego Latinus de Vrſinis, Archiepiſcopus Troianus, me ſubſcripſi.
* Coſtan* Ego Benedictus Archiepiſcopus * Conſanus, me ſubſcripſi.
Ego Iacobus Epiſcopus Adrieñ. me ſubſcripſi.
Ego Petrus Epiſcopus Paduanus, me ſubſcripſi.
Ego Daniel Epiſcopus Concordienſis, me ſubſcripſi.
Ego Antonius Portugalenſis Epiſcopus, me ſubſcripſi.
Ego Bartholomæus Epiſcopus Valueoſis, me ſubſcripſi.
Ego Thomas Epiſcopus Fareoſis, me ſubſcripſi.
Ego Chriſtophorus Epiſcopus Ariminẽſis, me ſubſcripſi.
Ego * Amicus Epiſcopus Aquilenſis, me ſubſcripſi.
Ego Petrus Epiſcopus Digoienſis, me ſubſcripſi.
Ego Ioannes Epiſcopus Ferrarieñ. me ſubſcripſi.
Ego Valentinus Epiſcopus Ortanus, me ſubſcripſi.
Ego Ioãnes Epiſcopus Atbenſis, me ſubſcripſi.

Ego Bernotius Epiſcopus * Eſculanus, me ſubſcripſi. * Præſulanus
Ego Carolus Senenſis Epiſcopus, me ſubſcripſi.
Ego Andreas Epiſcopus Megarenſis, me ſubſcripſi.
Ego Carolus Epiſcopus olim Mutioenſis, me ſubſcripſi.
Ego Nicolaus Epiſcopus Tyburtinus, me ſubſcripſi.
Ego * Antonios Epiſcopus Graſſeñ. me ſubſcripſi. * Arthoſ*
Ego Angelus Epiſcopus Bareñ. me ſubſcripſi.
Ego Petrus Epiſcopus Anſareñ. me ſubſcripſi.
Ego Mathæus Epiſcopus Zapatenſis, me ſubſcripſi.
Ego Angelus de Graſſis Epiſcopus Arianeñ, me ſubſcripſi.
Ego Petrus Epiſcopus Meſſanus, me ſubſcripſi.
Ego Petrus Epiſcopus Caoalliceñ. me ſubſcripſi.
Ego Antonius Epiſcopus Cæſenateñ. me ſubſcripſi.
Ego Donatus Epiſcopus Piſtorieñ. me ſubſcripſi.
Ego Scipio Epiſcopus Mutiueñ. me ſubſcripſi.
Ego Chriſtophorus Epiſcopus Cortoneñ. me ſubſcripſi.
Ego Andreas Epiſcopus Conſeraneñ. me ſubſcripſi.
Ego Alexius Epiſcopus Cluſinus, me ſubſcripſi.
Ego Garſias Epiſcopus Todeñ. me ſubſcripſi.
Ego Gregorius Epiſcopus Granatenſis, me ſubſcripſi.
Ego Americus Epiſcopus Mootis regalis, me ſubſcripſi.
Ego Baptiſta electus & confirmatus Teatinus, me ſubſcripſi.
Ego Nicolaus Tricaricenſis, me ſubſcripſi.
Ego Ioannes electus, & confirmatus Aganenſis, me ſubſcripſi.
Ego Guilielmus electus & confirmatus Leonenſis, me ſubſcripſi.
Ego Andreas Epiſcopus * Roſſenſis, me ſubſcripſi. * Roſſumenſis
Ego Matthæus Epiſcopus Cortonienſis, me ſubſcripſi.
Ego Iulianus electus & confirmatus Citaridenſis, me ſubſcripſi.
Ego Ioannes Epiſcopus Canapenſis, me ſubſcripſi.
Ego Thadæus Epiſcopus * Acceſtiateñ. me ſubſcripſi. * Acceſnateñ.
Ego Petrus Archidiaconus Trecenſis, ambaſiator Illoſtriſſimi Ducis Burgundiæ & Brabantiæ, me ſubſcripſi.

Ego

Ego Zanonus Epiſcopus Baiocenſis, me ſubſcripſi.

Ego Laurẽtius Epiſcopus Acherontinus, me ſubſcripſi.

Ego Ludouicus Epiſcopus Teruiſinus, me ſubſcripſi.

Ego Ioannes de Mella electus & confirmatus Legionenſis, me ſubſcripſi.

Ego Guilielmus electus & confirmatus Andegauenſis, me ſubſcripſi.

Ego Ambroſius generalis ordinis Camaldulenſium, me ſubſcripſi.

Ego frater Guilielmus generalis Minorum, me ſubſcripſi.

Ego Girardus frater generalis Auguſtinẽſium, me ſubſcripſi.

Ego Placidus generalis Vallis Vmbroſæ, me ſubſcripſi.

Ego Comerius abbas Florentinus, me ſubſcripſi.

Ego Ioannes de Vrſinis abbas * Forſenſis, me ſubſcripſi. * Farienſis

Ego Antonius abbas ſancti Capraſij, me ſubſcripſi.

Ego Franciſcus abbas ſancti Leonardi, me ſubſcripſi.

Ego Fredericus abbas de Borto, me ſubſcripſi.

Ego Georgius abbas Deſerenſis, me ſubſcripſi.

Ego Antonius abbas de Alphyllo, me ſubſcripſi.

Ego Bartholomæus abbas Campaſilonis, me ſubſcripſi.

Ego Sepulchrus abbas vrbis, me ſubſcripſi.

Ego Angelus abbas de * Seyto, me ſubſcripſi. * Sexto

Ego Paſchaſius abbas ſancti ſepulchri, me ſubſcripſi.

Ego Benedictus abbas de Coner, me ſubſcripſi.

Ego Iacobus abbas ſancti Salmi, me ſubſcripſi.

Ego Aloyſius abbas ſancti Pauli, me ſubſcripſi.

Ego Ioannes abbas de Tyro, me ſubſcripſi.

Ego Daniel abbas de Tarralino, me ſubſcripſi.

Ego Benedictus abbas ſancti Pancratij, me ſubſcripſi.

Ego Franciſcus abbas Sanctæ Mariæ de * Pariano, me ſubſcripſi. * Panciano

Ego Ioannes * Gratianus abbas de * Rupolis, me ſubſcripſi. * Ginauãt.

Ego Angelus abbas S. Mariæ de Piſtorio, me ſubſcripſi.

Ego Nicolaus abbas ſancti Modeſti Recẽn. me ſubſcripſi.

Ego Iacobus ſancti * Saluacis de Frame abbas, me ſubſcripſi. * Saluatoris de Feuzor

Ego Bertacius abbas Montis plani Piſtorieñ. * me ſubſcripſi. * diœceſis,

Ego Petrus abbas S. Felicis de Florentia, me ſubſcripſi.

Ego Nicolaus abbas S. Mariæ de Diciano. me ſubſcripſi.

Ego Bartholomæus abbas de Vibona, me ſubſcripſi.

Ego Laurentius abbas * de Culoros, me ſubſcripſi. * de Culres

Ego Fredericus abbas S. Pantaleonis, me ſubſcripſi.

Ego Lucas abbas Stuant. in Alpibus, me ſubſcripſi.

Ego Lucas abbas Facundus, me ſubſcripſi.

Ego Iacobus abbas monaſterij S. Petri de Maſſa, me ſubſcripſi.

Ego Franciſcus abbas ſanctorum martyrum Cordubieñ. me ſubſcripſi.

Ego Guilielmus abbas S. Saluatoris Burdegaleñ. me ſubſcripſi.

Ego Georgius abbas S. Petri de Eugubio, me ſubſcripſi.

Ego Antonius abbas ſanctorum Saluatoris & Vigilij de Stum, me ſubſcripſi.

Ego Gabriel abbas ſancti Iacobi de Pontada, me ſubſcripſi.

Ego Bernardus abbas S. Mariæ de Marona, me ſubſcripſi.

Ego Hieronymus abbas Sanctæ Gundæ, me ſubſcripſi.

Ego Dionyſius abbas S. Mariæ de Sandiſagieñ. me ſubſcripſi.

Ego Maphæus abbas ſancti * Firmidæ de Verona, me ſubſcripſi.

Ego Timotheus abbas ſancti Andreæ de Mantua, me ſubſcripſi.

¶ Nemo autem mirari debet, cur plures patrum ſubſcriptiones non ſint. nam vltima ſeſſione celebrata, multi priuſquàm huiuſmodi ſubſcriptio fieret, diſceſſerunt: cùm præſertim mos in Concilijs minimè fuerit, vt iu prioratus ordine conſtituti, vel fratres magiſtri, vel iuriſperiti, in decretis ipſorum Conciliorum ſubſcriberent.

¶ Quibus quidem literis Græcè Latineq; (vt ſuprà dictum eſt) recitatis, genu ſimul & dexteram ſummi pontificis, necnon Græci cum Latinis inter ſe, ſumma lætitia oſculati ſunt.

Poſt autem dies aliquot pontifex ſummus, conuocatis Græcis, ab eis quæſiuit, cur partem ſacratiſſimi panis in calice cum ſacratiſſimo ſanguine miſceant. Et in magna exodo, quando videlicet panis in patena, & vinum in calice de vno in aliud altare vidente populo fertur à ſacerdote, capita ſua reuerenter inclinent, cùm panis ipſe vinumque nondum ſint conſecrati: Et aquam feruentem, non autem frigidam, in calicem fundant: Et cur ante conſecrationem his

verbis

Ioan. 19.f verbis vtantur, Vnus autem de militibus lancea latus eius aperuit, & ſtatim ſanguis & aqua exiuit. Et paulopòſt, Eccè ſtella venit, & ſtetit ſuper pueri caput. Et cur preſbyteri, non autem pontifices, ſacro chriſmate vtantur, cùm ſoli pontifices eo vti deberent. Et mortuos vngant oleo. Et neque pontifices, neque presbyteri celebraturi,
Matt. 26.c peccata ſua confiteri ſoleant. Et poſt hæc
Mar. 14.c Dominica verba, Accipite & manducate,
Luc. 22 b hoc eſt enim corpus meum, & reliqua, quibus proculdubiò ſacratiſſimi CHRISTI corpus & ſanguis conficitur, his quoque verbis vtantur: Et fac quidem panem hunc, honorabile corpus CHRISTI tui: quod autem in calice iſto eſt, honorabilem ſanguinem CHRISTI tui, ea ſancto tuo ſpiritu tranſmutante: Amen, Amen, Amen.

Matt. 19.a Et cur matrimonia ſeparent, cùm Domi-
Mar. 10.a nus noſter præceperit, eos diſiungendos non eſſe, quos DEVS coniunxerit. Cur denique ſuum Patriarcham ibidèm non eligant, ſed abſque eo diſcedere patiantur. Quas quidem quæſtiunculas præſul Mitylenen. diſſoluiſſe facilè viſus eſt, vltimis duabus exceptis, in quibus cum ſummo pontifici neutiquam ſatisfecerit, ſummus pontifex Imperatorem rogauit, vt doctiores de pontificibus ſuis ad ipſum mitteret, quippe qui duas ipſas ambiguitates meliùs explicare ſcirent. Imperator autem nolens de talibus quæſtionibus agere, indoctiores ad ſummum pontificem miſit, à quibus cùm eadem ipſe ſummus pontifex repetiſſet, hi reſponderunt ſe nullam habere ad ea reſpondendi facultatem, Imperatori tamen ipſa omnia relaturos. Porrò autem ad diem decimumquartum mẽſis eiuſdem, pontifex ſummus Græcis præſulibus
PAPA. ad ſe conuocatis, hæc verba fecit.] Cùm fratres Dei gratia coniuncti ſimus, eademque gratia caput ego veſtrorum membrorum exiſtam, proptereaque conueniat, vt quæ ad noſtram piam religionem atque Eccleſiam pertineant, ea vobis patefaciam, ac vos ad ipſa ſeruanda exhorter: idcirco vos, & fratres noſtros, & eccleſiarum rectores ſcire velim, quemadmodùm à Romana Eccleſia mirum in modum accuſemini, quòd matrimonia ſeparetis, quodque præſul Epheſius rationem non reddat, cur noſtræ communi ſententię neutiquam acquieſcens, à nobis diſiungatur, atque diſſideat. ac ſi ſapientiſſimus omnium eſſet. Nam de Patriarcha veſtro videtur nobis magìs operæprecium eſſe, vt hìc à vobis, præſentibus nobis de more veſtro eligatur, quandoquidem Eccleſia veſtra Patriarcha indiget, ex qua quidem electione non aurum, non argentum, non denique rem aliam lucrari cupimus, cùm ipſi parati ſimus, vt vobis pecunias (ſi opus fuerit) liberaliter erogemus, ac Patriarcham quem ſuffeceritis, confirmemus: & quem ipſi noſtri diſſidij tempore elegerimus, altero per vos ſuffecto, ſtatim deponamus, ita vt in poſterum vnicus patriarcha Conſtantinopolitanus omnia ſua priuilegia tenens exiſtat, quandoquidem ECCLESIAM veſtram multis bonis afficere volumus. Hic veſter Imperator adeſt, & œcumenica ſynodus eſt, cui ſummus pontifex præeſt, hic Orientales dignioresque præſules adſunt, ex quibus Patriarcham veſtrum ſine vllo impedimento (vt par eſt) poteſtis eligere. Nam inconueniens ac indecens eſt, vt hinc abſque capite diſcedatis: fieriq́ue iure non poteſt, vt niſi Patriarcham veſtrum hìc eligeretis, electum à nobis in poſterum deponamus. Hæc
ſummus pontifex. [Græci autem reſpon- Græci.
derunt, ſe non ſine legitima cauſa matrimonia ſeparare, ac preſulem Epheſium cauſam ſuam dicturum eſſe. Patriarcham verò noſtrum extra Conſtantinopolim noſtro iure neutiquam eligi poſſe, cùm Græcis ſemper mos fuerit, in ſua eccleſia Patriarcham ſufficere, ſimulq́ue conſecrare, quarum quidem cæremoniarum & conſuetudinis Imperator noſter non inſcius, nequaquam nobis permittet, vt hìc electionem huiuſmo-
di faciamus. Quæ cùm ſummus pontifex PAPA.
ægrè audiuiſſet, ſe verbis humaniſſimis excuſauit, & ipſos dimiſit. Die autem vigeſimoprimo ſelecti omnes Imperatoris in domo congregati, quinque vnionis eiuſmodi literas patrum omnium ſubſcriptionibus, ſummique pontificis ac Imperatoris ſigillis munitas, Græcè Latineque exſcripſere, quarum vnas Latinis, alteras Græcis, tres verò alias trium Patriarcharum legatis dedere. Quo quidem pacto finis octaui Generalis Concilij factus eſt. Dum autem hæc gerebantur, Armeniorum Patriarchæ legati, viri ſanè virtute plurima præditi, ad ſynodum ipſam venerunt, & ſummum pontificem venerati fuerunt, necnon Imperatorem ſalutauerunt, dicentes ſe ſuamque Eccleſiam cum Catholica coniungi, ac ipſum ſynodi decretum piè ſeruare velle, qui quidem benigniſſimè ſuſcepti vehementiſſimeq́ue laudati, ac magno honore affecti, vnà cum Græcis Florentia diſceſſerunt.

¶ Finis Generalis octauæ ſynodi Florentinæ.

¶ MAGNI

¶ MAGNI BASILII CONTRA EVNOMIVM,

De Spiritusſancto liber Tertius, interprete Georgio Trapezuntio Cretenſi.

VIX tandem blaſphemijs in vnigenitum ſaturatus, ad Spiritum ſanctum tranſijt, totúque ſuæ conſentaneæ volontati de ipſo etiam dixit, ſic ſcribens: Cùm verò hæc nobis de vnigenito ſufficiant, reliquum

Eunomi*

eſt, vt de paracleto quoq; dicamus: nec opiniones non exquiſitas multorum ſequemur, ſed ſanctorum in omnibos doctrinam conſeruabimus, à qoibus cùm dignitate ac ordine tertium ipſum didicerimus; tertium

Baſilius

quoque natura eſſe credidimus. Qoòd igitur non putat, oportere in ſimplici ac ſyncera fide multorū permanere, ſed artificioſis quibuſdam ac cauillatorijs rationibus ad id, quod ſibi videtur, veritatem rurſus commutare, ſatis verbis ſuis oſtendit. cùm enim contemnat opinionem multorum, qua Spiritū ſanctum glorificant, ſanctorum ſimulat conſeruare doctrinam, & tacet eos, qui ſibi ipſam tradiderunt, nunc etiam ea ipſa faciens, quæ, cùm de vnigenito haberet orationem, facere demonſtratus eſt. Deinde ait, à ſanctis didiciſſe, ordine ac dignitate tertium eſſe ſpiritum, à ſe autē ipſo crediſſe, natura quoq; tertiū eſſe: qui verò illi ſancti ſint, & in quibus ſermonibus doctrinam fecerunt, nō poteſt dicere Fuitne vnquàm homo ſic audax, qoi diuinorum dogmatum innouationes induceret? Cur enim neceſſe eſt, ſi dignitate ac

Spiritus ſanctus à filio eſſe haber, ſecundum D. Baſil.

ordine tertius eſt Spiritus, natura qooq; ipſum tertium eſſe? dignitate nanq; ipſum ſecondum à filio, cū ab ipſo eſſe habeat, & ab ipſo accipiat, & annunciet nobis, & omnino ab illa cauſa dependeat, pietatis ratio tradit: natura verò tertia vti, nec à diuinis ſcripturis docti ſumus, nec à dictis poſſibile eſt conſequenter ratiocinari. Nam qoemadmodùm filius ordine quidem à patre ſecundos eſt, quoniam ab illo: & dignitate, quoniam origo atq; cauſa eſſendi, pater ipſi eſt, & quoniam per ipſum acceſſus & adductio ad Deū patrem, natura verò nullo modo ſecundus, quoniam in vtroq; vna eſt Deitas: ita videlicet & Spiritusſanctus, etſi dignitate & ordine ſecundus à filio eſt, non tamen veriſimiliter alienæ ipſum eſſe naturæ, indè cōſequetur. Quod indè patet: angeli omnes vt appel-

De Angelis, ſingulis gentibus, & ſingulis hominibus attributis.

lationis vnius, ſic eiuſdem etiam ſunt naturę inter ſe: attamen alij ipſorum gentibus præpoſiti ſunt, alij verò fidelium ſingulos conſequuntur: quanto autem gens vni viro præponenda eſt, tanto iamorem neceſſe eſt angeli, qui gentis principatum habeat, eſſe dignitatem dignitate eorum, quibus ſingulorum tutela commiſſa eſt. Quòd verò ſingulis fidelium adeſt Angelus, vt pædagogus qoidam & paſtor ad vitam dirigendam, nemo contradicet, qoi verborum Domini recordatur, dicentis: Ne contemnatis vnum ex his puſillis. Dico enim vobis, quoniam Angeli corū in cęlis ſemper vident faciem patris mei, qui in cœlis eſt. Matt 18.b

Et Pſalmiſta dicit: Immittet angelos in circuitu timentium eum. &c, Angelus, qui eruit me à iuuentute mea. & quæcunq; talia. Pſal. 33.

Quòd verò rurſus ſunt quidam Angeli vniuerſarum gentium prępoſiti, Moſes nos per canticum docuit: Quando diuidebat altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos populorū iuxta numerum Angelorum ſuorum. Deu. 32.b

Et ſapiens Daniel in viſione Angeli audiuit eum dicentem, ꝙ princeps regni Perſarum reſtitit mihi 21. diebus, & eccè Michael vnus de principibus primis, venit in adiutoriū meū, & ego remanſi ibi iuxta regem Perſarum. Et poſt pauca idem dicit: Et princeps Græcorū veniebat. Verùmetiam princeps exercitus, Imperator copiarum Domini dicitur, qui Ieſu Naue in Iordane manifeſtatus eſt. Et rurſus legiones quædam Angelorum dicuntur, Domino diſcipulis dicente: An putas, quia non poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi pluſquàm duodecim legiones Angelorum? Princeps igitur exercitus Angelorum, qui in legionibus ordinati ſunt, palàm, quòd aliorū princeps eſt. quorſum hæc oratio? ꝙ non omnino ſi quid ordine ac dignitate ſecundum aut tertium eſt, id & naturam alteram habet. nam quemadmodùm Aogelorū alius princeps, alius ſubditus, & tamen omnes Angeli natura ſunt, & in dignitate quędam diuerſitas, in natura verò communitas eſt: (etenim ſtella ſtellæ præſtat in gloria, & natura ſtellarum omnium vna: & manſiones multę apud patrem, id eſt, dignitatum diuerſitates t glorificatorum verò natura vna) ſic profectò & Spiritusſanctus dignitate quidem * & ordine ſecundus eſt. Accepimus enim ipſum tertium à patre & filio numeratum, cùm ipſe Dominus in traditione ſalutaris baptiſmi ordinem tradiderit his verbis: Euntes, baptizate in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti. In natura autem tertium à filio ac patre deiectum ſpiritum, nullibi audiuimos. Cùm enim duæ rēs dicantur Deitas & creatura, dominatus ac ſeruitus, ſanctificans & quæ ſanctificatur: quæ natura virtutem poſſidet, & quę per electionem operatur, qua in parte Spiritum ordinabimus? In his quæ ſanctificantur? at ipſemet ſanctificatio eſt. Sed in his quæ magnis rebos geſtis virtutem adepta ſunt? At bonus natura eſt. Sed in ſeruientibus? at alij ſunt * adminiſtrantes ſpiritus, qui ad miniſterium mittuntur. Non ergo ipſom principalem natura ſpiritum, fas eſt nobis conſeruum dicere, nec creaturis connumerare eum, qui in diuina & beata Trinitate

Dan. 10.b

Ioſue 5. d

Matt. 26.a

1 Cor. 15.f

Ioan. 14.a

* ordinis tertius

Matt. 28.c

* adminiſtratorij

nitate

nitate connumeratur: Principatus enim & poteſtates, & omnis creatura talis, * cùm ex attentione ac diligentia ſanctificatæ ſint, nō iure natura ſanctæ dicerentur. Appetentes enim bonum, ſecundum amoris, quem ad Deum habent, proportionem, ſanctitatis menſura participant. Et ſicuti ferrum, quod in medio igni iacet, ferri naturam non amiſit, vehementi tamen ignis actione ignitum, cùm vniuerſam ignis naturam in ſemetipſum acceperit, & colore & calore & actione ad ignem tranſit: ſic ſanctæ virtutes ex communicatione, quam cum illo habent, qui natura ſanctus eſt, per totam ſuam ſubſiſtentiam receptam, iam quaſi innatam ſanctificationem habent. Diuerſitas verò ipſis, à Spirituſancto hæc eſt, quòd ſpiritus natura ſanctitas eſt, illis verò participatione ineſt ſanctificatio. Quibus autem constructum & aliundè bonum præbetur, hæc naturæ ſunt tranſmotabilis. Nec enim aliter Lucifer decidiſſet, qui manè * oritur: nec in terra contritus eſſet, ſi rei peioris natura non eſſet ſuſceptibilis. Quomodo igitur piū creaturis ſpiritum coordinare, qui tam magno interuallo à creaturis diſſeparatus eſt? Creatura enim nata eſt in virtutis & diuinæ dilectionis præmium ſanctificationem habere, quoniam natura vtitur libera, vt ad vtrumlibet poſſit inclinari, ad electionem ſcilicet boni & peioris: ſpiritus autem ſanctus, fons eſt ſanctificationis: & vt natura ſanctus eſt pater, & natura ſanctus eſt filius, ſic natura Sanctus ſpiritus quoq; veritatis. Quapropter præcipua quoq; appropriata ſancti appellatione dignus eſt. Quòd ſi ſanctitas ei natura eſt, ſicuti patri etiam & filio, quo pacto tertiæ atque alienæ naturæ eſt? Propter hæc (vt arbitror) & apud Eſaiam Seraphim tertiò ſanctus exclamare conſcripta ſunt, quoniam in tribus hypoſtaſibus naturalis ſanctitas perſpicitur. Non eſt autem hoc nomen ſolùm ſanctitatis, cum patre ac filio ſibi commune, ſed ipſa etiam ſpiritus appellatio. Spiritus nanque eſt Deus, & adorantes eum, in ſpiritu & veritate adorare oportet. Et propheta inquit: Spiritus ante faciem noſtram Chriſtus Dominus, cui diximus, in vmbra alarum tuarum viuemus. Et Apoſtolus appellationem ſpiritus in Dominum refert, cùm dicit: Dominus autem ſpiritus eſt. Ex his omnibus patet, non naturæ alienationem, ſed coniunctionem ad patrem & filium, per communicationem nominum oſtendi. Bonus, Deus & dicitur & eſt: bonus & Spirituſſanctus, non adſtructam habens bonitatem, ſed natura ſibi ionatam. Vel omnium abſurdiſſimum eſſet, natura ſanctum dicere, quod bonitatem natura non habeat, ſed poſteriùs natam, & deforis ſibi allatam. In quo autem dixit Dominus, quòd ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, & ipſe paracletus noſter eſſe oſtenditur.

Marginal notes (left): * quæ ad obtemperandū & diligenter quæ com miſſa ſūt curandū, ſanctifica tæ ſunt. — Eſa.14.c * oriebat. — Eſa.6.a — Ioan.14.c — Ioan.4.c — Thre.4.d — 1.Cor.3.d

Quare paracleti quoque appellatio, non parùm ad demonſtrationem maieſtatis Spiritusſancti confert: Ac nomina quidem talia, magnitudinem naturæ oſtendentia, operationes verò Spiritusſancti quales? Verbo (inquit) Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Vt ergo Deus verbum, creator cœlorum eſt: ſic Spirituſſanctus firmam ac ſtabilem virtutem cœleſtibus præbet poteſtatibus. Et rurſus Iob: Spiritus Domini qui fecit me, non de creatione, (vt arbitror) ſed de humanæ virtutis perfectione, dicens. Eſaias verò cùm ex perſona Domini loquitur, id eſt, ſecundum humanitatem eius. Dominus (inquit) miſit me & ſpiritus eius. Et Pſalmiſta rurſus, per vniuerſa pertranſire ſpiritus virtutem probans: Quò ibo (inquit) à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Beneficentiæ verò ab ipſo ad nos peruenientes, quales & quantæ ſunt? Sicut ipſe Dominus dedit poteſtatem ſuſcipientibus eum, filios Dei fieri, ſic & Spirituſſanctus ſpiritus adoptionis eſt. Et ſicut magiſter verus Dominus noſter, ſecundum quod dicitur: Vos autem nolite vocare magiſtrum veſtrum in terra, vnus enim magiſter veſter eſt Chriſtus: ſic & Spirituſſanctus omnes docet, qui in nomine Domini crediderint, vt ab ipſo Domino teſtimoniū perhibetur, dicente: Paracletus autem Spirituſſanctus, quem mittet pater meus, ille vos docebit omnia. Et quemadmodùm diuidere operationes dignis ſuſceptione operationum pater dicitur, & diuidere miniſtrationes filius in dignitatibus miniſterij, ſic & Spirituſſanctus diuidere gratias dignis eas ſuſcipere perhibetur. Diuiſiones enim gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus: & diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus: & diuiſiones operationum ſunt, & idem Deus eſt, qui operatur omnia in omnibus. Vide quomodo hîc quoq; Spiritusſancti operatio, operationi patris ac filij coordinata eſt. Deinde ex eo etiam quod ſequitur, magis diuinitas naturæ Sanctiſpiritus aperitur. Quod enim ait, Hæc autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidēs ſingulis prout vult, nihil aliud quàm authoris & Domini poteſtatem ipſi atteſtatur. Quapropter in nouo teſtamento prophetæ clamant: Hæc dicit Spirituſſanctus. Inueſtigatio autem profunditatum Dei, vndè ſpiritui adeſt? Sicut (inquit) nemo ſcit hominū ea, quæ hominis ſunt, niſi ſpiritus hominis, q eſt in eo: ſic & ea, q̄ ſunt Dei, nullus cognouit niſi ſpiritus Dei. Nam quemadmodùm nullus alienus ac peregrinus intrinſecas poteſt animæ cogitationes inſpicere, eodem modo, ſi quis cum Deo cōiter eius ſecreta perſpicit, non alienus nec peregrinus ab eo, profunditates iudiciorū ipſius inueſtigare poteſt. Præterea & vita nobis à Deo per Chriſtum in Sanctoſpiritu præbet. Viuificat enim Deus, vt ait

Marginal notes (right): Ioan.14.b — Pſalm.32. — Eſa.48.d — Pſal.138. — Ioan.1.b — Mat.23.a — Ioan.14.d — 1.Cor.12.a — Ibidem. — Act.21.b — 1.Cor.2.c

1.Tim.6.c vt ait Paulus: Præcipio tibi coram Deo qui
viuificat omnia. Vitam autem præſtat Chri-
Ioan. 10.c ſtus: Oues enim (inquit) meæ vocem meam
audiunt, & ego vitam æternam do illis. Vi-
uificamur autem & per ſpiritum, vt inquit
Rom.8. Paulus: Qui excitauit Chriſtum è mortuis,
viuificabit etiam mortalia corpora veſtra ꝓ-
pter inhabitantem Spiritumſanctum in vo-
bis. Verùm hic, qui audet omnia, qui pericu-
lum, quod impendet audentibus verbum
aliquod blaſphemum in ſpiritũſanctũ emit-
tere, non expaueſcit, expertem ipſum Deita-
Eunomi⁹ tis cẽſet, ſic de eo ſcribens: Tertius & natura
& ordine, patris imperio, operatione verò fi-
lij factus, tertio loco honoratus, vt primus &
maior omnib⁹, & ſolus talis vnigeniti factu-
ra, Deitate ac creatiua potentia carens. Qui
Baſilius hoc dicit, nec Deitatem ĩ nobis eſſe crediſſ-
1. Ioã. 3.d ſe videtur, cùm de Deo Ioannes dicat: Ex hoc
ſcimus, quòd in nobis eſt, ex ſpiritu quẽ de-
1. Cor. 3.c dit nobis. Et Apoſtolus: Neſcitis, quòd tem-
plum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vo-
Ephe. 2.d bis? Et rurſus: In quo omnis ædificatio con-
ſtructa creſcit in templum ſanctum in Do-
mino, in quo & vos coædificamini in habi-
taculum D E I in ſpiritu ſancto. Si ergo in no-
bis D E V S habitare dicitur per ſpiritũ, quo-
modo nõ eſt aperta impietas, expertem Dei-
Pſal. 81. tatis ipſum ſpiritum dicere? Et ſi deos nomi-
namus eos, qui per virtutem perfecti ſunt, ꝑ-
fectio autem eſt per ſpiritum, quomodò qui
alios efficit deos, derelictus ipſe à Deitate eſt?
Nõ eſt igitur pium, vt in hominibus, ſic & in
ſpiritu per participationem & honorem, ac
non natura eſſe Deitatem putare. Qui enim
gratia diuinus efficitur, mutabilis eſt naturę,
nonnunquàm per negligentiam ex bonitate
Matt. 28. excidentis. Id autem baptiſmi ſalutaris tradi-
tioni apertè repugnat. Euntes, inquit, bapti-
zate in nomine patris & filij & ſpiritusſan-
cti. Baptiſmus enim eſt ſigillũ fidei, fides ve-
De adultis rò Deitatis cõfeſſio. Nã credere prius opor-
intelligen- tet, ac poſteà baptiſmate deſignari. Babptiſ-
dum mus verò noſter eſt ſecundum traditionem
Domini in nomine Patris & Filij & Spiri-
tusſancti, nulla creatura, nullo ſeruiente, cum
patre ac filio connumerato, vt Deitas in Tri-
nitate cõpleatur. Quod autẽ extra hanc eſt,
totũ conſeruum eſt, etiã ſi maximè dignitatũ
exceſſibus alia alijs in honorem præponan-
tur. Nec mihi rurſus hæc dicta incutias: Si
creatura nõ eſt, ergo genitura vel ingenitus;
ſed non ingenitus, vnus enim abſque princi-
pio De⁹ eſt ingenitus: nec genitura: reſtat er-
go, creaturam ac facturam ipſum nominari.
Verùm ego, ſi cuncta putarẽ noſtra cognitio-
ne poſſe cõpræhendi, verere fortè ignorãtiã
confiteri: ſed quoniam infinita, non ex his
ſolùm, quæ in futuro ſeculo præparata ſunt,
nec eorũ quę nũc in cęlis ſunt, abdita eſſe, ve-
rum etiam eorũ quæ corpori noſtro inſunt
non eſſe veram ac abſque contradictione
comprehenſionem, haud ſum neſcius: vt pu-
tà de viſu, vtrùm imagines rerum viſibilium
ſuſcipientes, ſic obiecta comprehendamus;
& quomodo maximorum montium, atque
inexpleti ac infiniti maris, & ad hęc cœli ip-
ſius imago, breui mẽſura pupillæ noſtræ cõ-
tineatur: an à nobis aliquid emittatur, quo
viſibilibus appropinquante, ſic ſenſum de
ipſis capiamus: & quid id ſit, & quantum, vt
terræ ac mari ſufficiat explicatum; & ſpatiũ,
quod inter terram ac cœlum eſt, pertranſeat,
& ad ipſum cœlum perueniat, tanta cele-
ritate motum, vt æquali tempore circũadia-
cens corpus & ſtellæ, quæ in cœlo ſunt, co-
gnoſcantur. & quid oportet reliqua dicere?
ipſas mentis motiones, vtrùm creare vel ge-
nerare nata ſit anima, quis cum certitudi-
ne dicat? Cùm igitur hæc ita ſe habeant, cur
mirum de ſpiritu quoque ſancto abſque ru-
bore nos ignorantiam confiteri? Reddere
tamen oportet ei glorificationem, quæ ſine
contradictione per teſtimonium ſibi debe-
tur. Quòd enim ſuper creaturam eſt, ſatis
nobis, ea, quæ per ſcripturam tradita ſunt,
demonſtrant. Verùm quia impoſſibile eſt,
ſanctificans cum ſanctificatis, docens cum
doctis, reuelans & quę reuelatione indigẽt,
eiuſdem eſſe naturæ: ac nullus ſic omnino
imprudens eſt, vt audeat alium, præter Deũ
omnium, ingenitum appellare: nec ta-
men etiam filium, cùm vnus ſit vnigenitus,
quid ipſum dicere oportet? ſpiritum ſanctũ
ſpũm Dei, ſpũm veritatis, miſſum à Deo, per
filium præbitum, non ſeruum, ſed ſanctum,
bonum, principalem, viuificantem, ſpiritum
adoptionis, ſpiritum omnia ſcientem quæ
Dei ſunt. Sic enim etiam in Trinitate vnita-
tis ratio conſeruabitur, cùm vnum patrem
profiteamur, & vnum filium & vnum ſpiri-
tum ſanctum. Afferunt verò demonſtratio-
nes, quòd creatura dictus ſit ſpiritusſanctus,
vnam ex propheta dicente: Qui formans eſt Amos.4.d
tonitruum, & creans ſpiritum: alteram ex Ioan.1.a
euãgelio, quòd omnia per ipſum facta ſunt.
Nos autem propheticum dictum, nõ in ſpi-
ritumſanctum, ſed in communem hunc fla-
tum, aeris ſcilicet ſpiritum, credimus fieri.
Quod indè patet. Nõ enim dixit, Qui crea-
uit ſpiritum, ſed, creans ſpiritum. Nam ſicut
tonitruum non in ſubſiſtentia quadam cor-
porali ſemel creatum eſt, ſed ſemper per vo-
luntatem D E I ad timorem hominum pro-
ductum, fieri & diſſolui natum eſt: ſic & ſpi-
ritus nunc quidem fit, cùm aer tanquàm flu-
uius fluat: rurſus verò ceſſat, cùm quod
prius mouebatur, quieſcit, ſecundũ volunta-
tem eius qui omnia ad ſalutem & conſtru-
ctionẽ totius diſpenſat, vt per omnem crea-
turam & tonitruis & ventis, ac reliquis ope-
ribus D E I creator annuncietur. Quapro- Amos.4.d
pter poſteaquàm dixit, qui formans eſt to-
nitruum, & creans ſpiritum, inquit, & an-
nuncians hominibus C H R I S T V M eius.
Sicut enim cœli enarrant gloriã Dei ijs, qui Pſal.18.

poſſunt ex ipſis de creatoris arte cogitare,ſic & ſoni tonitruum,& ſpirituum motus, creatorem prædicant ſuum.Et fortè hæc prophetia eſt humanitatem Domini ducens,cùm vox è cælo facta, tonitruum his, qui audierunt,viſa eſt: quã Deus & pater idcirco emiſit,vt per ipſam Chriſtum hominibus annũciaret. Spiritus aũt moti,qui mare cõturbà- Matt. 8. e rũt,deinde ceſſarunt iuſſu Domini, liquidò etiã ipſi hominibus Chriſtum Dei annunciârũt. At verò,omnia per ipſum facta ſunt,nequaquàm creatum eſſe ſpiritumſanctum nobis oſtendit,quaſi omnibus ſpũs cõnumeret. Nam ſi vnus eſt ſpirituſſanctus,& ſolus: quomodò qui vnicę naturæ eſt, vnà cũ omnibus concipi poteſt? Et nemo putet contemptum eſſe ſubſiſtentiæ,ſi quis neget, ꝙ ſpũs creatura ſit. Nam piæ mẽtis eſt,quę à ſcripturis ſanctis reticentur, non ea temerè de ſpirituſancto dicere: credere autem, peritiam & verã compræhenſionem, in futuris ſeculis nobis futuram, cùm pertranſierimus hũc per ſpe- ſor*viſiõs culum & ęnigma veritatis viſum,&* viſiõis, quę ad faciem eſt, dignabimur,in Chriſto Ieſu Domino noſtro, quo cum patri gloria & ſpirituſancto nunc & in ſecula.

FINIS.

¶Beſſarionis patriarchæ Conſtantinopolitani,epiſcopi Tuſculani, ſanctæ Romanæ Eccleſię cardinalis,tunc archiepiſcopi Nicęni,oratio in ſynodo Florẽtia ad Græcos duntaxat habita,poſt plurimas publicasq; cũ Latinis habitas diſputationes, cùm patriarcha & Imperator Græcorũ vota ſeorſum à Latinis peterent: quæ inſcribitur Dogmatica,vel de coniunctione, quam idem ipſe Beſſarion è Græca in Latinam poſteà conuertit.

SAcram Eccleſiarũ Dei pacem atque cõcordiam nemo eſt, viri præſtantiſſimi, qui non maximi ęſtimet,& loco ſummæ felicitatis eſſe ducat. Ob eam quippe Saluatoris noſtri oratio ad patrem porrigitur, qui cùm pro diſcipulis, & ijs,qui nomine eius vocati ſunt, precaretur: Ioã. 17. b Fac(inquit) pater,vt vnum ſint,quemadmodùm & nos vnum ſumus. Per hanc diuinus amor,quod ſignũ diſcipulorum Chriſti eſt, in nos influit: tolluntúrque à nobis inimicitiæ ac diſſenſiones mutuæ, quæ ab hominibus,præſertim Chriſtianis, alieniſſimæ eſſe debẽt: tolluntur & deriſiones & opprobria, quibus à Chriſti crucis hoſtibus cõtinuè afficimur,qui nos irrident,contemnũt,ac pro nihilo habent,vt Chriſtianos quidem nominatos,& eundem habentes Dominũ, veruntamen ita inter nos diuiſos & dogmatibus fidei diſſidẽtes,vt alij alios pro inimicis atq; hoſtibus habeamus. His igitur rationibus alijsque permoti, pacem quidem amamus omnes atque optamus,& concordiam atque vnitatem Chriſtianorum maximi omnes facimus. Quo autem modo à Deo preclarum bonum conſequi poſſimus,& quæ ratio habenda ſit ad ſanctiſſimum opus perficiendum, hîc diuerſis opinionibus ſumus, varijsq́ue inter nos ſententijs diſcrepamus. Quapropter de hoc à nobis in præſentia cõſiderandum, & quãtum ingenioli noſtri vires ſufficient,diſſerendum exiſtimauimus.

¶ De cauſis ſchiſmatis, & quòd tametſi ante generale cõcilium aliqua nobis de noſtra à Latinis diuiſione excuſatio erat,nũc tamen iam celebrato concilio œcumenico, non poſſumus abſq; ſcelere diuidi ab eis, niſi eos a veritate deuiare ꝓbauimus.

CAPVT PRIMVM.

FVit aliquando tempus,quo immaculata DEI ſponſa Eccleſia ſancta,ſumma concordia,trãquilliſſima pace,& intemerata veritate fruebatur,cùm ſcilicet ſimplicitatẽ ac puritatẽ euangelicæ doctrinæ maximi omnes faciebamus,ſolis ſacris eloquijs contẽti, his inhęrẽtes,his acquieſcẽtes, in vnũ ab his collecti ouile,ſub vno paſtore omnes agẽtes, eandẽ vnius audientes vocẽ: & aut nihil prę Ioã. 10. d ter ea quę nobis tradita erãt,cogitãtes, nulla vrgente neceſſitate: aut neceſſitate coacti, & hæreſibus vndique ſcatentibus, vnum in locum vniuerſa Eccleſia congregata, ambiguitates reſcindentes, & declarationes neceſſarias facientes. Poſtquàm autem hæreſi quadam,vt Latinos ſępenumerò dicentes audiuimus,in Occidentali regione vigente, Romanorũ pręſul pontifex maximus ſua vnius authoritate fretus, aduocata ſynodo generali, particulam illam communi ſymbolo fidei,nõ cum communi conſenſu aſſcripſit,in multas partes (heu rem miſeram atque acerbam) Chriſti ſacratiſſimum corpus diuiſum eſt: membraq́ue eius, hoc eſt,Chriſtiani homines, aduerſus ſe inuicem arma ceperunt, minimè intelligentes,ſe ſibijpſis hoſtes eſſe, & contra ſeipſos armati, dum ſe à fratribus diuidunt, haud intelligentes quidem, cùm multi ſint inter nos doctrina ac ſapientia pręſtantes,quos latère minimè poteſt,quantæ iacturæ cauſa, hæc diſſenſio extiterit, ſed (neſcio quomodò) diuiſi inuicem atq; alienati,& præſertim nos à Latinis. Oportere maiores noſtri dixerunt, qui ea tempeſtate fuere,qua oriri hæc diſſenſio cœpit,in rebus fidei dum nulla neceſſitas vrgeat, his acquieſcere,quæ nobis ſacris literis tradita ſunt, in quibus omnis fidei veritas aut planè explicata eſt,aut latẽs erui haud difficulter poteſt. Quotiès verò neceſſitas ingruat,& ſi aliqua oritur hæreſis, quod imbecillitate humani ingenij ſæpenumerò inter mortales euenit,debere Eccleſiam DEI, vnum in locum congregatam,de rebus dubijs iudicare: ac ſecundum præcepta diuinæ legis & ſanctorum Patrum, quos iam,vt ſacrarum literarum

rarũ doctores approbauit, cõmuni omniũ conſenſu ſententiam ferre, & per hunc modum fidem Chriſtianã augere, obuiàm eundo hæreſibus, procul ab Eccleſia Dei eas fugando. Vbique tamen aſſeuerant ijdem maiores noſtri, communiter hæc agi debere: & quæ commonia ſunt, communi conſenſu oportere terminari. Per hunc modum ſynodus prima genera lis conſubſtantialitatem patris & filij prædicauit, Ario de inæqualitate ipſorum (neſcio quas) nugas & deliramenta proferente. Per hunc modum ſecunda ſpiritus diuinitatem confeſſa eſt, Macedonio illum creaturis annumerante. Per hunc modum ſubinde vnaquæque ſynodus, quæ poſita in accipiti fuerunt, pronunciauit, inſtante duntaxa neceſſitate. Neque enim licere (inquiunt) pace ac tranquillitate fidei vigente, nouas mouere quæſtiones: neque ortis hæreſibus aut tacere, aut ſolum vel cum paucis de his, quæ credi communiter ab omnibus debent, tractare, ſed communi quidem conſenſu hoc fieri oportere, fieri verò duntaxat neceſſitate vrgente. Et quemadmodùm generali concilio congregato, opus eſſe aiunt, ſummo ſtudio ac cogitatione omnia diſcutere: &, quod ratio tandem obnuerit, accipere omnes atque amplecti: ita, ſi ante commune iudicium de aliqua re quiſpiam dubitauerit, mota quæſtione, & ab aliquibus determinata, iure id facere, meritoque ab his diuidi, qui abſque communi conſenſu auſi ſunt de rebus communibus iudiciũ ferre: quando quidem ipſe communibus rebus & communiter traditis aſſentiatur, illi verò ali quid dicant, quod antequàm communiter diſcutiatur, non parùm in ſe habeat dubitationis. Quas ob res

for. * ſe haud.

noſtrum plerique aſſerunt, *haud ſine iniuria à Latinorum conſortio abhorrere: quòd non ſit ferẽdum, vniri nos eis, antequàm iudicio vniuerſalis Eccleſiæ, quod recens per eos introductum fuit, ſubijciatur: atque his quidem duplici accuſatione ſuccenſendum exiſtimant. Primò, quòd ignaris & nequaquám aſſentientibus nobis, quicquĩ in communé Eccleſiam introduxerint: tum, quòd pati nollẽt generalem ſynodum & antiquis illis ſimilem conuocari. Hæc nos quoque illis ſæpenumerò corã obiecimus, palamq; in eos inuecti ſum⁹. Quibus quid illi reſpõderint, quas excuſationes in medium adduxerint, quibus rationibus obiecta purgauerint, lautiſſimè omnes intelleximus. Itaque non eſt in præſentia repetendi locus, præſertim cùm noſtra omnis quæſtio minimè in hoc verſetur, vtrum per ſe ſoli, an nobiſcum vnà, particulã illã addiderint: &, licueritne addere, necne, ſed vtrùm verũ falſúmve ſit, quod additum eſt, hoc in primis conſiderandum à nobis eſſe vniuerſi iudicauimus. Verùm demus in præſentia, non rectè illos feciſſe, quòd ſine totius Eccleſiæ cõgregatione de rebus grauibus ad fidem Chriſtianam pertinẽtibus tractarint, quouſque quidẽ in hac ſententia permanſere, ne aliquod dogma in generali ſynodo propoſitum diſcuteretur, fortaſſis haud iniuria ſuccẽſere illis videbamur, & noſtræ aduerſus illos accuſationes, iure optimo defendi poterant. Nunc autem cùm huiuſmodi culpa vacent, ſponteque in generalem ſynodum conuenerint, ac omnia ſe facturos affirmârint quę ratio perſuaſerit, & ipſi ſe omni accuſatione prorſus immunes reddiderint: & nos oportet non mediocre ſtudium cogitationemq; adhibere, vt quæ agenda à nobis ſint, cautè prudenterque agamus: ne, quod ante hunc diem obijcere Latinis conſueuimus, in nos recidat, denique ea accuſatione iudicemur, cuius illos olim reos agebamus. Nam ſi (vt dicere ipſi conſueuimus) nondum aduocata ſynodo generali accuſandi erãt Latini, quòd ſuo duntaxat iudicio de re adeò graui credi diſſent: quid ni nos quoque, cùm id, quòd quærebamus, factum ſit omneſque in vnum conuenerimus magnum ingredi certamen, ingenſque ſubire periculum neceſſe eſt, vt abſque culpa hinc abire poſſimus? Siquidẽ illi quoque iam rationem reddiderunt eorum, quæ & dicunt & ſentiunt: paſſim etiam ſingulis quibuſque petentibus rationes de his, quæ Eccleſia credit, afferre: & nos ad aliqua quidem ex his, quæ dixerunt, quoad fieri potuit, obuiàm iuimus: ad plura verò, opportunioraque, & illorum opinionem maximè confirmantia, nihil omnino loquuti ſumus, neque fortaſſis dignum aliquod, quod loqui poſſimus, habemus. Hic igitur recto iudicio & exactiſſima cogitatione op⁹ eſt. Neque enim ſatis erit dicere, nolle vnionem: neque hunc generalis concilij finem eſſe, exiſtimandum eſt: ſed diligenter conſiderandum, quæ dicta à Latinis ſint, quæ nos propoſuerimus: ſcrutandumq; ue, quibus in rebus illi veritati conſentanea dicant, quibus in rebus aberrent: quid nobis dicẽdum ſit, quid illis audiendum: poſtremò, quomodò vniri poſſimus fratribus, quorum diſiunctio meritò deploranda eſt & illis & nobis, ne voluntatem abſque ratione ſequentes, aut cum iactura noſtra ab illis diuidamur, aut non ſine noſtro detrimento illis vniamur. Neque enim his, qui ſimpliciter & ſine vlla ratione diſcedendum eſſe aiunt à Latinis, tanquàm longè à veritate aberrantibus, aſſentiendum arbitror: neque his etiam obtemperandum, qui nulla ſuadente ratione, incumbendum dicunt eſſe vnioni. Enimuerò aſſiduo ſtudio, diligentiq; inueſtigatione veritatis, & exactiſſimo iudicio doctores ſacros tanq̃ duces ſequi oportet: & per hãc viam, vtpotè quæ ſola tuta ſit, atq; omni periculo libera, finem iam diu optatum attingere. Hæc mea eſt de huiuſmodi rebus ſententia: hoc ego, viri clariſſimi, ſentio. Quomodò autem

bare. Hoc enim doctoris, hoc eſt Chriſtiani
officium, Septima item generalis ſynodus,
per os ſancti Tharaſij in prima ei⁹ actione,
in nullos ſanctos patres (inquit) inuenimus
diſcordes: ſed cùm omnes eiuſdē ſententiæ
ſint, idem quoque prædicant & docent. Et
* eadē rurſus in eadem actione: Vbique ete-
nim patres concordes inuicem ſunt, contra-
rietas verò nulla in eis eſt. Verùm contraria
eos dicere putant, qui œconomias & intētio-
nem eorum ignorant. Vide, quòd etiam ſe-
ptimi concilij patres eadē hæc de re ſentiūt,
& cōcordes ſibijpſis & inuicèm eſſe ſanctos
doctores dicentes, eandem etiam rationem
aſſignāt, quam B. Ioannes. Idem enim ſpiri-
tus (aiunt) in omnibus loquutus eſt: quem ſi-
bijpſi non conſentaneum eſſe, neq; cogitare
fas eſt. Et longum quidem eſſet enumerare,
quēadmodùm omnes doctores in tota ſan-
cta ſcriptura hoc ſibi proponunt, apparentes
in ea contrarietates concordare, concludere
verò manifeſtè per pdicta, fidei noſtræ prin-
cipes & doctores, quorum doctrinis & illu-
minati & edocti ſumus: neceſſe eſſe eadem &
conſentanea non ſolùm ſibijpſis, ſed nō mi-
nùs inuicèm dicere: tanquàm in idē cōcur-
reret hoc non eſſe, & totam fidem euerti: &
qui non concederet hoc, nihil ab infidelibus
differret. His igitur ita præſuppoſitis, habe-
m⁹ quidē ſanctos doctores eos, qui ex Oriē-
te nobis veritatis fidei lumen illuxerunt,
Athanaſium, Baſiliū, Gregorius ambos, Cy-
rillum, Maximum, Tharaſium, cæteramque
cohortem eorum. Habemus item eos, qui ab
Occidente extinxerūt errorum flammas ſa-
na ſua clariſſimaq; doctrina, Hilarium, Am-
broſium, Auguſtinum, Hieronymum, Da-
maſum, Gregorium, Leonem: qui rugitu ſuo
hæreticos omnes deterruerūt, & cæterorum
ſanctorum chorum, omnes cōmunes docto-
res, & patres, & fidei principes, qui multa q-
dem in hac vita pro veritate paſſi fuerunt, p
eaq; mortui ſunt. Veruntamen viuunt, non
ſolùm apud Deum in libro vitæ deſcripti, ve-
rumetiam apud nos per ea, quæ reliquerunt
nobis opera & doctrinas ſuas, quę pro regu-
lis fidei haberi debēt à nobis, atque ferè atq;
ſancta ſcriptura veneratæ & creditæ. Facie-
mus igitur officium noſtrum, & quod à filijs
gratis debetur, patribus omnibus quidē au-
res ęquas præbentes, omnibus verò propriū
animum ſubijcientes, & ſemina eorum acce-
ptantes. Ad eundem enim finem nos ducent
omnes, & eandem nobis fidem prædicabūt,
atque confirmabunt, cùm ipſi primò idem
inter ſe dicant, tāquam vno & eodem ſpiritu
loquuti. Quod hoc modo conſiderandū eſt.
¶ Quod quamuis nulla omnino ſit in docto-
rum dictis contradictio, ſi tamen aliquid ta-
le ſaltem apparenter eſſet, nos oporteret co-
nari ea concordare, tanquam ſummè neceſ-
ſarium fidei noſtræ: & hoc adſtruitur per
exempla.

CAP. 3.

EX patre, dicūt Orientales ſancti docto-
res, ſanctum procedere ſpiritum, & ex
patre per filium. Ex patre & filio, Occiden-
tales eundem procedere aiunt. Idem etiam
nonnulli Orientalium aſſeuerant. Quid igi-
tur dicemus? Cōtrarium hoc eſſe illi? Abſit.
Neque enim contraria, neque contradicto-
ria inuicèm ſunt, ex patre pcedere, & ex pa-
tre & filio. Atqui etiam ſi contradictoriè ſer-
mo proferretur, ita vt alios ex patre, non ex
filio, alios ex patre & filio dixiſſe: nec tunc
auderem dicere ſanctos inuicèm contradi-
cere, ſed potiùs meipſum accuſarem, tanquā
non percipientem illorum intellectum, ſe-
cundum quod à Tharaſio dictum eſt in ſe-
ptima ſynodo, quod ſcilicet eis contrarian-
tur, qui ignorant œconomias & intentionē
eorum quàm illis contradictionem aut con-
trarietatem imputarem. Multa habeo huius
rei in ipſa canonica * ſcripta exempla. Pater * ſcriptura Ioā. 14. d
meus (inquit) maior me eſt. Et rurſus: Ego &
pater vnum ſumus. Hæc quæ maior poſſit Ioan. 10. f
videri contradictio? Attamen contradicunt
veritati, qui hoc contradictionem putant. Actor. 26. c
Stephanus, cùm eſſet plenus ſpiritu ſancto,
intendens in cælum, vidit gloriam Dei, & Ie-
ſum ſtantem à dextris Dei, Luca in actibus
teſte. At Paulus vnà cum Dauid, eum ad dex- Hebr. 1. a Pſal. 109.
terā maieſtatis in excelſis ſedere ait. Sede-
re autem, & non ſedere, (ſtare enim, non ſe-
dere eſt) manifeſta contradictio eſt. Eundem Actor. 6. c
item Stephanum beatus introducit Lucas,
Dei & patris vidiſſe gloriā & eius vnigeni-
tum filium. At ſanctus Ioannes euangeliſta, Ioan. 1. e
Deum nemo vidit vnquam, ab ipſa veritate 1. Ioan. 4. b
edoctus, aſſeuerat. Videre autem, & non vi-
dere Deum, neſcio, ſi cui non eſſe contradi-
ctoria videantur. Vnus euangeliſtarum ſex- Ioan. 19. c
ta hora Dominum crucifixū fuiſſe ait, alter
clamat, Erat autem hora tertia, & crucifixe- Marc. 15. e
runt eum. Sexta verò, patet quòd * eſt tertia. * vi detur deeſſe, non
Tertia verò, & non tertia, manifeſta contra-
dictio eſt. DEVM patrem cauſam eſſe filii
& ſpiritus ſancti, palàm prædicant & docēt
omnes Orientales patres & doctores. at bea-
tus Cyrillus in eis, quæ ad Hermiam ſcribit,
vnà cum Occidentalibus patribus non ad-
mittit quidem hoc nomen cauſæ in diuinis
perſonis. Eundem autem dicere cauſam, &
non cauſam, & præſertim ad idem, null⁹ eſt
qui non concedat contradictoriè dictum
fuiſſe. Et quis facilè recenſere poſſet, quot
ſunt, quæ cùm contradictoria videantur, piè
tamē à doctoribus intellecta ſunt, & ad vnū
& eundem ſenſum ab eis referuntur? Quod
& nos imitati, etiam ſi de propoſita quæſtio-
ne accidiſſet, contraria contradictoriaque
dixiſſe ſanctos doctores, nobiſipſis po-
tiùs ignorantiæ culpam imputare debemus,
quàm illos credere diſcordare: & eos co-
nari reconciliare inter ſe, & quoad poſſit,

per omnia concordes oſtendere. Nunc verò dicunt quidem nihil contrarium, conſentaneas autem ſibijpſis & inuicèm aiunt. Et hoc expertentia percipiemus, ſi modo debito eis & eorum doctrina vtamur. Modus autẽ qualis ſit, audite: & attẽdite, quàm verus quamq; iuſtus ſit.

Quòd ad intelligentiam illorum doctorum, qui obſcuriùs loquuti ſunt, vtendũ eſt illis patribus, qui apertiùs & clariùs loquuntur.

CAP. 4.

OMnis fides & probatio habet quidem aliud, quod demonſtrare proponit: habet verò aliud, per quod probat, quod ſibi proponit. Neq; poteſt idẽ eſſe quod probat, & quod probatur. Ipſum quidem ſeipſum, aut ipſum aliquid per ſeipſum probare, impoſſibile eſt: ſed cùm ex aliquibus cõceſſis & omnibus notis, ad aliquod quæſitum procedere oporteat: per ea, quæ manifeſta ſunt, ad incognita & quæſita eundum eſt: & per notoria probandum, quæ nobis ignotiora ſunt. Hoc verò ita eſt verum, & ab omnibus conceſſum, vt nõ indigeat pluribus verbis. Et in propoſito igitur, cùm proponãtur nobis authoritates Doctorum Orientalium, proponantur verò etiam Occidentalium, ſitq; neceſſarium, ſi Chriſtianiſmum velimus nobis ſeruare, cõſentanea omnia omnibus eſse ꝓbare: ſi æquè clara & aperta nobis eorum dicta ſint, neque aliquod dubium ineſt in eis, nõ eſt opus diſcuſſione ampliùs, inuento qđ quæritur. Quòd ſi quid in eis dubij inſit, & aliqua nõ ita apertè dicta, indigent declaratione maiori, regula prædicta vtendum eſt: aliter enim impoſſibile eſt attingere finem q̃ſitum, & cõtrapoſitis vtriſq;, à clarioribus ad ea, quæ nõ ita clara ſunt, cõparatis, per clariora etiam intellectum eorum inueſtigare, quæ obſcuriùs dicta ſunt: & hoc modo vna harmonia ex ambabus partibus compoſita, in concordem & conſonantem glorificationem Dei accedere. Et meo quidem iudicio, tum Orientales tum Occidẽtales patres clarè manifeſteq; loquuti ſunt, & veritatem fidei nobis tradiderũt. Et facilè quis poſset alterius partis authoritatibus vſus, per eas dũtaxat propoſitam quæſtionem concludere. Et hoc paulopòſt (ſi Deus concedet) probabimus. Concedatur tamen, non ita clarè, nec ita expreſse Oriẽtales loquutos fuiſse de ſpiritus ſancti ex filio proceſſione, quemadmodùm Occidentales: quid igitur faciẽdum eſt? Nempe nil aliud, niſi cùm Occidentales patres apertiſſimè hanc prædicauerint fidem, Orientales quoq; putandum hoc idem dicere: nec oppugnare illis, qui idem de fide ſenſerũt. Qui enim in illis, idẽ & in his loquutus eſt ſpiritus: & quæ per illos ſubobſcurè, eadem per hos apertè docuit, ob eam, quam ille ſciuit, cauſam, & propter neceſſariam tũc fortaſſis diſpenſationem. At nobis probandum eſt, etiam abſque comparatione ad Occidentales patres, ipſos per ſeipſos Orientales doctores idem cum Occidentalibus de proceſſione ſpiritus ſancti concludentes, & idem, quod illi, ſentientes

Proponit hanc concluſionem, ex dictis Orientalium doctorum duntaxat, probare dupliciter: videlicet per præpoſitionẽ Per, & per Ex, & primò de vi ipſius præpoſitionis Per, diſputat, probans eam cauſam mediantem ſignificare.

CAP. 5.

PRæpoſitionem igitur Per, in omnibus, in quibus accipitur, cauſam ſignificare, nunquamque dici, niſi aliquam mediantem ſuboſtendat cauſam, nemo eſt qui ignoret. Semper enim & in omnibus, quibus hoc ab hoc, per hoc eſse aut fieri dicitur, illud Per, quod tanquã communicans aut cooperans primo agenti, accipimr. Quemadmodùm ſi fabrum per ſerram fabricari dicamus, ſerrã quoque cooperari fabro ad ſecandum, intelligimus: & modo ei conuenienti, hoc eſt, inſtrumentaliter ipſam etiã ſecare, nec ſuperuacaneam eam accipi. Per locum etiam, aut per tẽpus aliquid fuiſse vel tranſiuiſse dicere, nil aliud dicere eſt, niſi locum etiam & tẽpus, aliquam cauſam illorum, quæ tranſiuerint, vel facta fuerint, eſse. Et locus enim, motus cauſa eſt; ſiquidem omnia motus, in magnitudine & diſtantia eſt: tempus quoq; maximè confert motui. Omnis enim motus, in tempore: abſq; verò motu, nil omnino corporalium & ſenſibiliũ fieret. Sine quo autem nõ fieret aliquid, hoc ſui cauſam habet. In ſyllogiſmis quoque dicere per medium extrema coniungi: patet, quòd per medium tanquam per cauſam. ſecundum motum aut diſcurſum intellectus accidit. Cuiꝰ ratio eſt, vt vniuerſaliter de hac præpoſitione tractemus. In omnibus loquutionibus, in quibus dicitur aliquis per aliquem operari, hæc præpoſitio Per, deſignat in cauſali aliquã cauſam ſeu principiũ illius actus: ſed cùm actio ſit media inter faciens & factum, quandoq; illud cauſale, cui adiungitur hæc præpoſitio Per, eſt cauſa actionis, ſecundum quod exit ab agente: & tunc eſt cauſa agenti quòd agat, ſiue ſit cauſa finalis, ſiue formalis, ſiue effectiua, ſiue motiua. In materiali nanque cauſa non eſt in vſu accipi: ſed pro ea, Ex. Nõ enim per ligna & lapides, ſed ex his & his domum eſſe compoſitam dicimus. Cùm igitur propter lucri cupiditatẽ dicimus artificem operari, finalem ſignificamus cauſam: formalẽ verò, cùm dicimus, quòd operatur per artem ſuã: motiuam verò, ſi dicatur, quòd operatur per imperium alterius. Quandoque verò dictio cauſalis, cui adiungitur hæc præpoſitio Per, eſt cauſa actionis, ſecundũ quod terminatur ad factũ, vt cùm dicimus, artifex operatur per martellum. Non enim ſignificatur, quòd martellus ſit cauſa artifici quòd

agat,

agat,ſed quòd ſit cauſa artificiato,vt ab artifice procedat,& quòd hoc ipſum habeat ab artifice. Quæ cùm ita ſe habeant: conſiderandum,quid velit,ſanctos dicere, ex patre per filium procedere ſpiritum ſanctum. Nempe hîc etiam dicemus cauſam quandam ſignificare præpoſitionem per, at primarum quidem triũ nullum. Nec enim filius patri cauſa eſt,vt ex eo ſpiritus ſanct⁹ procedat,quod vniuerſaliter primæ tres cauſæ poſſunt: ſed econuersò eſt. Nec enim filius cauſa formalis,aut finalis, aut effectiua eſt ſpiritus ſancti: cùm effectiua quidẽ cauſa ad creaturã referatur, nec cõueniat ſpiritui: ipſa verò tota beata Trinitas & bonitas eius, creaturarum finalis cauſa ſit, non autem vna perſona alterius: formalis autem,ipſa diuina eſſentia, ſecundum quam filius & ſpiritus ſanctus procedunt: quæ tribus eadem eſt. Reliquum igitur eſt,vt reliquo & quarto modo in re propoſita accipiamus & illum, quo ad fieri poteſt. Hic enim,inquãtùm terminatur in effectum,cùm ſit actionis cauſa, conuenit huic quæſtioni,cùm dicimus ex patre per filium procedere ſpiritum: inquantùm verò tanquam inſtrumentum intelligatur,valdè diſſimile habet ſignificatũ. Nõ enim vt per inſtrumentum,vel per locum,vel per tempus, aut aliquam cauſam imperfectã,dicimus ſpiritum ſanctum per filium procedere: longè etenim hæc ab illa eius ſumma perfectione, & ſumma ad patrẽ æqualitate & vnitate abſunt. Nec enim alia potentia numero producit ſpiritum,quàm pater & filius, vt tanquã ſecunda vel inſtrumentalis cauſa accipiatur, ſed cùm eadẽ & vna in patre & filio productiua potentia ſit, æqualiter ex vtroq; procedere dicitur. Nã & ſerra,& homo eſſet quẽadmodùm ipſe faber & idẽ homo: ſicuti pater & filius,idem Deus eſt: ſecaret vtiq; etiã illa, prout ipſe faber: & quod diceretur per ſerram,nullam imperfectionem de ſerra notaret. Nec mirum,ſi in diuinis vtamur imbecillibus & imperfectis verbis & nominibus, cùm aliter non poſſumus. Diuinas enim res per nomina & intentiones quidem cõſuetas nobis,manifeſtare conamur. Aliter enim impoſſibile eſt nobis ſenſu viuentibus, de illis loqui. Quod verò prolationi verborum accidit,etiã ſignificatus rebus velle imputare, cauendũ ne ſit nefas: multæ enim hoc modo certę́q; fidei veritates euaneſcerẽt. Etenim vniuerſum quoq; ex patre per filiũ, creatũ eſſe dicimus. Nullus tamẽ eſt ita audax, vt inſtrumentalem & nõ eandem cum patre cauſam diceret filium, quippe qui eadem vnaq; potentia & actione cum patre mundum creauerit. Simili igitur modo etiã de ſpiritus per filium productione,inſtrumẽtalem quidem cauſam etiã ſolùm cogitare, blaſphemia eſt: cauſam autem,& hanc nõ imperfectam,hoc verò neceſſarium eſt. Imperfectionẽ etenim huius præpoſitionis PER,longè repellendã; quantum autem perfectionis & pietatis habet,hoc verò acceptandum. Ait enim in octauo ad Amphilochium beatus Baſilius: Patrẽ creare per filium,nec imperfectã patris creationem,nec imbecillem filij actionem ſignificat,ſed vnitatem voluntatis eorum manifeſtat: quare hęc VOX, PER FILIVM, nõ mouit effectiuã cauſam,ſed principaliorẽ cauſam nos refert. Palàm itaq; patet, ꝓpoſitionẽ PAR,cauſam ſignificare. Nõ enim imbecillem (ait) oſtẽdit filii actionem, ſed cauſam cum ordine. Ad principalem enim (inquit) cauſam nos refert. Sẽper etenim cũ aliquid ex aliquo per aliquem eſſe dicitur,ordo quidam ad illum ex quo,illius per quem, ſignificatur. Ex quo quidem,tanquàm principali cauſa: per quem verò,tanquam inſtrumentali accepta vel concauſa, quæ præſupponit ſibi illum,qui dicitur ex quo: hunc autem ordinem neceſſe,etiam inter patrem & filium eſſe. Ex patre etenim omnia,quæ patris ſunt, accipit filius & habet: poſtq; patrẽ & ſimul cum eo, ſubitò & immediatè intelligitur filius. Cùm enim filium dicimus, ſubitò in patrem,cuius filius eſt,mente reducimur,& cũ patrem dicimus, filium ſtatim intelligimus. Hæc autem maximè prępoſitio PAR, poteſt ad principalem cauſam (teſte B. Baſilio) nos reducere. Per filium enim dicentes ſpiritum ſanctum procedere,patrẽ, ex quo filius hoc habet,concipimus: & quod ad alium refert, quæ ſua ſunt. Item Chryſoſtomus etiam illud euangelij exponens, Omnia per ipſum facta ſunt: Si enim hîc (ait) per eũ,dictũ eſt, nulla alia de cauſa dictum eſt,niſi ne aliquis ſuſpicetur filium ingenitum eſſe. Quare ſecundum hunc etiam doctorem, præpoſitio PER, ad natiuitatẽ ex patre nos remittit: & vt intelligamus illinc ei potẽtiã datam, cùm vniuerſi creandi, tum ſpiritus ſancti producendi: & plùs alijs poteſt ſcilicet præpoſitio PER,ordinem filii ad patrẽ ſignificare, quę maximè neceſſaria eſt in Trinitate. Quẽadmodùm enim ſumma in eis potentiæ æqualitas eſt, immò potiùs ſumma idẽtitas, ita nihil minùs etiã ſummus eſt ordo, quẽ ipſa PER maximè poteſt (vt probatum eſt) ſignificare. Et de his quidem ſatis.

Ioan. 1.

Patres Greci dicẽtes Patrẽ per filiũ producere ſpiritũ Sãctũ quid innuant.

Authoritates ſanctorum doctorum,qui hac præpoſitione PER, vtuntur: & probatio quòd cauſam ſignificat.

CAPVT 6.

Dicendum autem,quinam patres Orientales,& quibus in locis, de proceſſione ſpiritus ſancti vſi ſunt ipſa PER,in filio. Primùm itaq; diuinus Athanaſius in ſermone, qui inſcribitur Redargutio ſimultatis Melitij & Euſebij. [Erat autẽ impoſſibile,inquit, ſpiritum inter Trinitatẽ cum gloria numerari,ſi non eſſet emanatus ex Deo per filiũ, ſed per modum creaturæ ex Deo factus, vt autumant.] Animaduertẽdum igitur,quòd de perſona ſpiritus eſt hîc ratio, qui vnus in

D. Athan.

Trini-

Trinitate eſt: ſed non, vt aliqui dicerent, de quadã non ſubſiſtente gratia; quodq́; ipſum ſpiritum, qui Trinitatẽ complet, eſſe ait ex Deo per filium. Eſſe etenim, exiſtere ſignificat clarè, & ipſum ſubſiſtere, & maxime eſſe emanatiuè. Et affirmare, ex Deo per filium eum eſſe emanatiuè, nil aliud eſt dicere, niſi ex Deo per filiũ ſubſiſtere eum & exiſtere. Dicens verò, ex Deo per filium, nõ ex patre per filium: vanã arguit aliquorum rationẽ, qui dicunt ideo eum dixiſſe per filium, quia patrẽ nominauit, quod relatiuũ eſt nomen, & ideo requirit filiũ. Haberet enim hoc aliquam rationem, & ſi non ſufficientem, ſi EX

D. Baſil. PATER PER FILIVM dixiſſet. Nunc verò nõ hoc dicit, ſed EX DEO PER FILIVM. Deinde Baſilius, cũ quæreret, quare ſpiritus nõ dicatur filij filius: Nõ ideo, inquit, quia non eſt ex Deo per filium: ſed vt Trinitas non in multitudinem infinitam incidat, filios ex filijs, vt in hominibus fit, credita propagare. Primò itaq; ex ipſamet quęſtione, cùm quęrat, cur ſpiritus ſanctus non dicatur filius filij: manifeſtè apparet, non fuiſſe beatum Baſilium huius opinionis, nihil videlicet filiũ cõferre, ad eſſe ſpiritus. Non enim talẽ quęſtionẽ mouiſſet: quẽadmodùm nullus quæreret, quare ſpiritus non ſit pater patris, vel genitor filij. Deinde ex ipſa ſolutione quæſtionis apparet, ꝙ putabat filiũ cauſam ſpiritus: & hoc per præpoſitionem PER, ſignificare. Cùm enim liceret ei dicere, ꝙ ideo non eſt filius filij, quia nec ex eo, nec per eum eſt, nec eũ habet ſuiipſius cauſam, (quænã eſſet ſolutio cõuenientior?) hoc quidẽ nõ dixit, ſed aliam reddit rationem: Eſt enim, inquit, ex Deo per filium, & hoc negandum nõ eſt. Quòd ſi hoc cogat, & filium eum filij & eſſe & dici: diceretur (inquit) etiam hoc, niſi hoc inconueniens ſequeretur, ꝙ Trinitas multitudo infinita putaretur. Quòd ſi hoc abſurdum nõ timeretur, diceretur etiam filius filij. At ſi filius filij diceretur, nullus dubitaret, ꝙ filium etiã haberet ſui cauſam. Igitur etiam cùm dicatur per filium eſſe, filium habet cauſam, ipſe etiã eſſe ait. Quod verbum potiſſimùm exiſtentiam & ſubſiſtentiam ſignificat, & eſſe ex Deo per filiũ, prout ſacer Athanaſius dixit: Nec igitur de gratijs non ſubſiſtentibus eſt ei propoſitum dicere, nec propter relationem per filium dictũ eſt, nec præpoſitio PER, idẽ poteſt, quod prępoſitio CVM. Quæ enim ratio eſt, ideo aliquos ſuſpicari filium eum filij poſſe dici & eſſe, quia ex Deo cũ filio eſt? Cùm igitur nullum de his tribus refugijs ad quę ſe omnes ſolent referre, his ſanctorũ doctorum teſtimonijs relinquatur, neq; conuenit palàm patet, cauſam hîc ſignificare hãc prępoſitionem PER. Idẽ ex alia eiuſdem authoritate probatur, dicentis: [Ideo quòd ex Deo quidẽ ſpiritus ſit, palàm prædicauit Apoſtolus, dicens: Spiritũ, qui ex Deo eſt, accepimus. Et quòd per filiũ manifeſtatus ſit, apertè oſtenditur, cùm illũ filij ſpiritum, quẽadmodùm etiam Dei nominauerit: Ideo eñ dicitur filij ſpiritus,] inquit, [quia per eum manifeſtatus eſt.] Cũcti etiam patres Occidentalis cõmoni ſentẽtia, ideo dicunt filij ſpiritum & eſſe & dici, quia ex eo procedit. Idem igitur Occidentales doctores ſignificãt, cùm dicunt ex filio ſpiritũ procedere, quod S. Baſilius, cũ dicit, per filiũ eũ manifeſtari. At dicere, ex filio eum procedere, nil aliud ſignificat, niſi ꝙ filius etiã ſit cauſa ſpiritus. Igitur & per filiũ dicere eum manifeſtari, palam ſignificat, filium cauſam eſſe ſpiritus ſancti. Quòd ſi hoc, quod dicimus per filiũ eum manifeſtari, dicat aliquis ſignificare, ad ſenſibilem hunc mundũ eius manifeſtationem & temporalẽ miſſionem, non rectè dicet. Si enim ideo ſpiritus eſt filij ſpiritus, nec æternaliter nec natura, ſed accidentaliter & tẽporaliter illum habet, ex quo ſcilicet mundo illũ manifeſtauit: quod impium eſt etiã cogitare. Effectus enim vt præſupponat cauſam, neceſſe eſt. Quòd aũt per filiũ ſpiritus manifeſtetur, hoc eſt cauſa, vt ſpiritus ſit ſpiritus filij. Si igitur effectus, videlicet ꝙ ſpiritus ſit ſpirit⁹ filij, æternaliter etiã eſt multo magis vt cauſa, videlicet ꝙ ꝑ eum manifeſtatus fuerit, æterna & naturalis ſit neceſſe eſt. Aeternaliter aũt per eum manifeſtari, quid aliud, niſi ꝙ æternaliter ab eo procedit, ſignificat? Illud etiam quod additur, QVEMADMODVM ET DEI, noſtrã expoſitionem corroborat. [Ita enim (ait) dicitur ſpiritus, filij, quẽadmodùm & Dei.] At Dei dicitur ſpiritus, tanquã ex eo procedens. Igit etiam filij dicitur ſpiritus, tanq̃ ex eo procedens, ſiue per eum manifeſtatus. Idem enim ambo ſignificare probatum eſt. Hic autem potiſſimùm apparet, nullo modo ꝓpoſitionẽ PER, debere accipi pro CVM. Quòd enĩ ſit filij ſpiritus, ſignum eſt, inquit, quòd per eũ manifeſtatus ſit. Si igitur, PER EVM MANIFESTARI, idẽ atq; CVM EO MANIFESTARI, ſignificaret, cùm nil minùs cũ filio ſpiritus, q̃ cum ſpiritu filius, manifeſtatus ſit: oporteret vt etiã filius ſpiritus diceretur, in ſignum ꝙ cum ſpiritu filius manifeſtatus ſit. At hoc non dicitur, igitur nec cum ſpiritu filius manifeſtatus eſt. Sed hoc mendaciũ & impiũ eſt dicere: manifeſtatus eſt etenim cum ſpiritu, nõ tamẽ per ſpiritum. Quo fit, vt aliud ſit, ꝑ eũ manifeſtari: & aliud, quod cum eo manifeſtetur. Sed dicet aliquis: Ideo filius nõ dicitur ſpiritus, ne pater eius videatur eſſe ſpiritus ſanctus. Filius eñ, cùm nomen ſit relatiuum, refertur ad patrẽ. Quare, ſi non timeretur hoc inconueniẽs, filius etiã ſpiritus diceretur, eo quòd cùm ſpiritu, & ſimul cũ ſpiritu, progrediatur ex patre. At, ô vir optime, ſpiritus quoq; relatiuum nomẽ eſt, & ad ſpirantem refertur: & cuius dicitur ſpiritus, ab illo etiam ſpiratur. Quòd enim perſonalia nomina Trinitatis, relatiua ſint,

*æternalis

nullus

nullus ignorat. Perſonale verò nomen ſpiritus eſſe, quod ſanctus ſpiritus dicatur, nemo inficiatur, quẽadmodùm patris pater, & filij filius. Et neceſſariò relatiuum, quemadmodum & illa: ſiquidem eſſentia non ſunt, nec aliud ſit in diuinis pręter eſſentiam & relationes. Quemadmodùm igitur filium, cùm ſit nomen relatiuum, & referatur ad patrem, veremur filium ſpiritus dicere, ne ſpirit' pater eius putaretur: ita & ſpiritus, cùm ſit nomen relatiuum, & neceſſariò ad ſpirantem referatur, ab eo etiam ſpiratur, cuius dicitur ſpiritus eſſe. Vt verò nulla cuiquam excuſatio relinquatur, & clariùs appareat præpoſitio PER, ſignificans cauſam, ſanct' Maximus in medium adeat, qui exponens quid velit

Zach. 4. a illud Zachariæ prophetæ, Aurea lampas & quod ſupra eam, ſic dicit [Spiritus enim ſanctus, quemadmodùm natura ſecundũ eſſen-

S. Maximus. tiam Dei & patris eſt, ita & filij ſecundum eſſentiam eſt, tanquam ex patre eſſentialiter per filiũ ineffabiliter natũ procedens.] Filij enim eſt (inquit) eſſentialiter ſpiritus, nõ aduentitius & deforis, nec temporaliter illum accipientis: ſed ab æterno eſſentialiter illum habentis, quemadmodùm & pater. Cuius ratio eſt, quòd ex patre per eum eſſentialiter procedit. Et attende, quòd vnius & eiuſdem rei rationem reddentes, tam beatus Baſilius quàm ſanctus Maximus, videlicet cur ſpiritus dicitur ſpiritus filij, eandem vterq; reddit. Quia enim ex patre per eũ procedit, ideo ſpiritum eius eſſe & dici aſſeuerant. Et quod ſanctus Maximus PER EVM PROCEDERE inquit, illud beatus Baſilius PER EVM MANIFESTARI dixit: ſignificans, idem poſſe manifeſtari atq; procedere. Quòd ſi per eũ ꝓcedere, per eum eſſe, & exiſtentiã habere, ſignificat: igitur & per eum manifeſtari, per eum eſſe, & exiſtentiam habere, ſignificat. Et præpoſitio per, cauſam hîc neceſſariò ſignificat, nec vllo modo aliter capi poteſt. At

Gregor. Nyſſ. Nyſſenus etiam Gregorius idem pleriſq; in locis ait, non ſolùm cùm Trinitatem cauſa & cauſato diſtingui aſſeuerat, ſed etiam in primo ſuorum contra Eunomium librorum, de diſtinctione diuinarum perſonarũ tractans: [Spiritus (inquit) patri coniunctus, ſecundum quod vterq; increatus: eſt rurſus ab eo diſtinguitur, eo ꝙ non eſt pater, prout

*filio ille eſt: * filij verò, & ſecundum quod vterq; increatus eſt, & ſecundum quod vterque ex primo principio ſuam ſubſiſtentiam habet, coniunctus, diſtinguitur ab eo ſua proprietate, quæ eſt, quòd nec vt vnigenitus ex patre productus eſt, & quòd per ipſum filium ſit manifeſtatus. Et cùm creatura per filium ſit producta, ne quis putet aliquid commune eſſe ſpiritui & creaturæ, propterea quòd dicitur per filiũ manifeſtatus, immutabilitate & immobilitate à creatura diſtinguit.] Hîc cũ manifeſtè de diuina vnione & diſtinctione ſanctus doctor loqueretur, proponit ſibi ſpiritumſanctum quem ad patrem cõparans

& filium, *inuenit quę cõmunia eis & vnientia, quę verò propria & diſtinguentia ſunt. *innuit

patri itaque (inquit) coniunctus, ſecundum quod vterq; increatus eſt: ac ſi diceret, per abſoluta & eſſentialia, quæ per nomẽ increati ſignificantur: rurſus ab eo diſtinguitur, eo quòd non eſt pater vt ille eſt. Cùm filio verò commune habens, quòd vterq; increatus: & omnia eis abſoluta communia ſint, cùm vna eademq; vtriuſque eſſentia ſit, item quòd vterq; Deum & patrem ſui principiũ habet, tamen ab eo his duobus diſtinguitur. Primo, quòd non per generationem vt filius, ſed per proceſſionem videlicet ex patre ſuja ac ſi diceret, per diuerſum ſubſiſtẽtiæ modum. Secundò, quòd per ipſum filium manifeſtatus ſit. Si igitur. PER EVM, idẽ ſignificaret ac, CVM EO, prout aliqui ſomniant: mirum eſſet profectò, ſi ideo ſpiritus diſtinguatur à filio, quia cũ eo manifeſtatur. vnitur enim hoc modo, nõ diſtinguitur; & coniungitur, non diuiditur. Nec etiam de diuiſione chariſmatum hic loquitur ſanctus doctor, quinimmò de diuinarum perſonarum diſtinctione. Nec quiſquã habet dicere, ſpiritus per filiom in mundo manifeſtationem, per hæc verba ſignificari. primò nanq; cum de diſtinctione perſonarum hic ſermo haberetur, quonam modo temporalem hanc manifeſtationẽ æternæ rei cauſam poneret? æternaliter enim filius & ſpiritusſanct' perſonalibus diſtinguunť proprietatibus. Neq; dici poteſt ꝙ antequàm manifeſtaretur mũdo ſpiritus, nõ erãt ab inuicèm perſonaliter diſtincti. Hoc enim abſurdiſſimũ etiam cogitare eſt. Deinde cùm opera in creaturàm, cõmunia Trinitati ſint, non magìs per filiũ, quàm per ſeipſum ſpiritus ſanctus manifeſtatus eſt: quinimmò ipſum etiam filiũ, ſpiritus glorificauit & manifeſtauit, & nõ minùs patrem eundem etiam filius. Quare cum hac ratione à ſeipſo etiam ſpiritus diſtinguetur, cùm ſeipſo manifeſtauit: itẽ & à patre: filius quoque & à ſeipſo, & à patre, ob eandem rationem. Sed nec de his vnquam hoc dictũ eſt, neque de re nobis propoſita, idem dicere conuenit. Quod autem palàm arguit, has rationes vana refugia eſſe, illud eſt, & ꝙ ſpiritũ ſanctũ volens à creatura diuinus iſte doctor diſtinguere, cùm iam attribuiſſet ſpiritui, per filium manifeſtari: creaturæ, per filiũ creatã fuiſſe. timens, ne quis propter hoc, quòd ſpiritus & creatura per filiũ eſſe dicantur, eiuſdem etiam eſſentiæ ſpiritum cum creatura putaret: mutabili & immutabili hęc ab inuicèm diſtinguit, quòd ſpiritus quidem per filium manifeſtetur, creatura verò per filium ſubſiſtat: hoc commune & idem vtriſq; putans, diſtinctionis verò alium reperiens modum, videlicet ꝙ ille quidẽ immutabilis, illa verò mutabilis ſit. At ſi, cùm dicitur, ſpiritũ per filium manifeſtari, non ſignificaretur,

quòd

quòd filius, ſubſiſtentiæ ſpiritus eſſet cauſa, quemadmodùm cùm dicitur, mundum per filium eſſe factum, (hoc enim manifeſtè filium ſignificat cauſam eſſe) facilis eſſet ſpiritus à creatura diſtinctio: Licuiſſet enim dicere, quòd etſi vterq; ſit per filium, creatura tamē eſt ex eo tanquàm cauſatum, ſpiritus verò non tanquàm cauſatum. Nūc autem hoc non dixit. Quod enim ſciebat nō eſſe verum, dicere non erat ſuum: ſed alium diſtinctionis modum inuenit, qui ei verus viſus eſt, & qui ſolus inueniri poteſt. Igitur præpoſitio PER, idem poteſt, cùm dicitur, quod ſpiritus per filium manifeſtatur: quod cùm dicimus, creaturam per filium eſſe factam. Sed creaturæ cauſam dicimus & credim* filiū, & hoc ſignificat prępoſitio PER. *ipſum Igitur etiam de ſpiritu * ipſa PER, ſignificat filiū cauſam eſſe. Præterea patet, ꝙ quia hæretici per filium fuiſſe factum ſpiritum ſanctum blaſphemabant, eo quòd Euangeliſta Ioan. 1. a dicit, Omnia ꝑ ipſum facta ſunt: malè & impiè ſpiritum etiam ſanctum inter omnia cōnumerantes: ideo ſancti doctores eos oppugnantes, & contra eorum impietatem his vſi verbis, de ſpiritu ſancto per filium eum procedere, & per filium eſſe & manifeſtari dixerūt. Sed hæretici per filium ſanctū fuiſſe ſpiritum ſanctum dicentes, duo hæc concludebant. Primò, ꝙ ſpiritum creaturam putabant. Secundò, ꝙ filius cauſa eius eſſet. & *ipſum hoc * ipſam PER, ſignificare. Igitur ſi vtrūq; falſum eſſet, vtrunque doctores oppugnaſſent, quemadmodùm & illum à creaturis eximūt: quàre nec vnquàm reperies eos vſos de ſpiritu hoc vocabulo, FACTVS EST, tanq̄ creaturę appropriato: ita nec ꝑpoſitione PER, vſi fuiſſent vnquàm: ſi, cùm hæretici eā putarent cauſam ſignificare, ipſis nō ſolùm falſum, verùm impium hoc viſum eſſet. ita per omnia veritas ipſa ſibijpſi concordat, & manifeſtè cauſam ſignificat PER, cū de aliqoibus accipiatur. Hoc idem ex eiuſdē doctoris ad Ablabium oratione probatur. Etenim cùm illic etiam de diuinarum perſonarum diſtinctione tractaret, poſtquàm vniuerſaliter cauſa & cauſato ab inuicèm eas diſtinxit, deinde filium à ſpiritu etiam præpoſitione PER, diſtinguit. [Ille quidem eſt (inquies) immediatè à primo, fili* videlicet à patre: hic verò (de ſpiritu dicens) per eum, qui immediatè à patre eſt, hoc eſt, per filium & eo diſtinguitur (inquit) ſpiritus à filio, quia per ipſum eſt.] Quaſi diceret, q̄d cùm ambo à primo ſint, non ſufficienter diſtinguerentur, niſi alter per alterū eſſet. Vt manifeſtè PER, diſtinctionē hinc ſignificaret, & diſtinctionem quæ ab æterno eſt, quæque ſecundum cauſam & cauſatum eſt, cùm anteà dixerit, cauſa & cauſato tantùm ab inuicèm diuinas perſonas diſtingui. Quod enim infert, aliam differentiam de filio & ſpiritu ſancto intelligi, non rectè quis putaret aliā ſecundum ſpeciem. contradiceret nanque ſibijpſi, ſi cùm anteà cauſa & cauſato tātùm dixerit perſonas diuinas diſtingui, deinde alium modum diſtinctionis ſpecie differentem tradidiſſet. Aliam aigitur differentiam ſecūdum numerum accipientes, & rectè cū ſancto doctore ſentiemus, & præpoſitionem PER, cum cauſa intelligemus, ita vt nulli ratio relinquatur vel pro CVM, eā accipere, (CVM enim non diſtinguit) vel mundo per filium manifeſtationem ſpiritus, eam ſignificare putare. Hæc enim non eſt ab æterno. Quòd ſi verbum hoc MANIFESTARI, aliquos ſcādalizat, verbū PROCEDERE, tantū ſpiritus ſubſiſtentię putātes debere attribui, MANIFESTARI verò ad temporalē ꝓceſſionē, & chariſmatum dationem, & ad mundi manifeſtationem trahentes: eorundem etiam erit, filium mondo dari, vel temporaliter mitti dicere, cùm eum audiant à patre manifeſtari, quod ab omnibus communiter doctoribus dicitur Beatus etenim Cyrillus S. Cyrillus. ad Valerianū epiſcopum: [Cùm enim quēadmodùm pater, (ait,) ita & qui ex eo manifeſtatur, vnigenitus filius natura ſanctus ſit.] Et rurſus idem: [Proprius eſt filij ſpiritus ſanctus, inquit, non ſolùm inquantùm verbum eſt ex patre manifeſtatum, ſed etiā inquantùm intelligitur homo ſecundum nos factus.] Quòd ſi in his, MANIFESTARI, eſſe & æternā ſubſiſtentiā, & generationē filij ſignificat, quare non idem & de ſpiritu ſancto ſignificaret? Quòd autem & nolētes cogeret concedere idē ſignificare, illud eſt, & quòd etiam de ſpiritu, & eius æterna proceſſione hoc idem dicitur, dicente B. Baſi- D Baſilius. lio de ſpiritu ſancto: [Nil aduentitium in ſe habet, ſed æternaliter omnia habet tanquàm ſpiritus Dei, & ex eo manifeſtat*:] ita omnis occaſio tollitur malignari cupiētibus. Illud etenim, quod prædictus Gregorius Niſſenus in reuelatione Neocæſareenſis Gregorij, qui miraculis coruſcauit, de ſpiritu dicit, quòd per filium manifeſtatus ſit, addens, videlicet hominibus, nil contra nos facit: ſiquidem hoc, quòd per filium manifeſtatus ſit, ſignificat quidem vtrunque etiam quod per filium ſit hominibus notificatus temporaliter, & quòd per filium ęternaliter ꝓducatur: ſint verò vtraq; vera, in proprijs locis accepta. Omitto nanque dicere in præſenti, quòd per filium temporaliter hominibus manifeſtari, præſupponit neceſſariò per filium æternaliter procedere: nec per eum temporaliter manifeſtaretur, niſi per eum æternaliter procederet. Alter etiam Grego- D. Grego. Theol. rius, Nazianzenus videlicet, qui à Theologia per excellentiam Theologus cognominatus eſt, quærens, cur & ſpiritus non nominetur filius, & an ei aliquid deficiat, vt filius ſit: non ei quicquam deficere, ait diuinitati nanq; deficit nil. Manifeſtationis autem vel relationis ad inuicèm diuerſitas, diuerſa

quoque

quoque eis attribuit nomina. His verbis, MANIFESTATIONIS verbũ, æternã ꝓceſſionem ſignificare probans, prout etiam ex verbis Nyſſeni Gregorij apparuit, & eandem filij & ſpiritusſancti ab inuicèm diſtinctionem tradens, quam & Nyſſenus Gregorius. quemadmodùm enim ille, eo q̃ nec vt vnigenitus ex patre productus eſt, & q̃ per ipſum filius ſit manifeſtatos, Spiritum à filio diſtinguit: ita & Nazianzenus tum manifeſtationis, tũ relationis adinuicèm diuerſitate, diſtinctionem eorum ponit. Quod ille dixit, non vt vnigenitum eſſe productũ, hic manifeſtationis diuerſitatem, hoc eſt, diuerſum ſubſiſtentiæ modum: Quod verò Nyſſenus per filium (ait) manifeſtari, Nazianzenus diuerſitatem relationis adinuicèm nominauit. Relationem verò adinuicèm filij & ſpiritusſancti, neſcio an aliã q̃ſquam reperiat, præter eam, quæ ſecundum cauſam & cauſatum ſit, ſecundum quam, filius quidem ad ſpiritum vt cauſa ſe habeat: Spiritus verò econuerſò ad filium, vt cauſatum ad cauſam, & ideo diuerſimodè. Aut oſtendat mihi quiſpiam aliam inter filium & ſpiritumſanctum relationem, ſecundum quam alter ad alterum referitur. Sed profectò nunquàm reperiet. Etenim ſi quis nobis illam opponet, q̃ ſpiritus dicatur ſpiritus filij, primò quidem iſta relatio & ſecundum ipſum Nyſſenum Gregoriũ, & alios omnes doctores non conuertitur. Nec enim filius dicitur etiã ſpiritus, nec huic ad filium ſpiritus relationi, aliqua alia filij ad ſpiritũ correſpondet relatio, nec eadem, neque diuerſa ſecundum actionem & paſſionem. Deinde q̃ dicatur filij ſpiritus, nihil aliud ſignificat, niſi quòd per filium manifeſtatus ſit, ſecundum Magnum Baſiliũ, ſiue quòd per filium procedat ſecundum Maximum, ſiue q̃ ex filio procedat ſecundum Occidentales doctores. Hæc enim quatuor (vt probatum eſt) æquiualent, videlicet filij ſpiritum dici, per filium manifeſtari, per filium procedi, & ex filio procedi. Hæc autem relationem adinuicèm cauſæ & cauſati ſignificant. Quam Nazianzenus Gregorius audacter aſſeuerat, & diuinitatis perſonarum filij & ſpiritus diſtinctiuam eſſe, & cauſam, vt diuerſa nomina habeat, & vnus filius, alter ſpiritus dicatur. Hæc autem & ipſa ratio atteſtatur: Diuina enim & ſancta Trinitas non magis vnũ, quàm tria eſt: illud eſſentia, hoc pſonis ſiue proprietatibus. vniuntur etenim vnà cum diſtinctione, & diſtinguuntur vnà cum vnitate, vt beatus Dionyſius ait: Et quia in quibuſcunque pluribus, in quibus eſt aliquid commune, eſt etiam aliquid diſtinctiuum, in hac etiam diuinarum perſonarum Trinitate, quæ ſibi in vnitate eſſentiæ conueniunt, quærendum eſt illud, quod eas diſtinguit. & cùm id non ſit eſſentia (in hac enim ſummè conueniunt) in diuinis autem præter eſſentiam, & relationes, atq; diuerſum ꝓceſſuum modum, quem Latini originẽ nominant, nil aliud intelligere ſit: relinquitur, ut uel origo, uel relatio, uel utrunq; diuinas ꝑſonas diſtinguat. Cùm uerò relatio & origo & ſi ſecundum modum intelligendi differunt, (ſiquidem origo ſignificatur per modum actus, ut generatio: relatio uerò p modum formæ, ut paternitas) re tñ non differunt, ideo utroq; quidem modo diſtinguũtur diuinæ perſonæ, priùs tamen & principaliter ſecundum modum intelligendi per relationes, per quas etiam conſtituuntur diuinæ perſonæ: conſequenter autem per diuerſum proceſſuum modum, ſiue per originem. Non enim generare & genitum eſſe, quod originis eſt, conſtituit principaliter perſonam: ſed paternitas & filiatio, ſiue patrem & filium eſſe, quod relationis eſt. Sed quia relatio & origo idem ſunt re, & relatio conſequitur originem, ideo utroque quidem modo diſtinguuntur diuinæ perſonæ, ſed principaliùs relatione ſiue proprietatibus. Quare non immeritò Theologi & doctores noſtri filium à ſpiritu diſtinguentes, dupliciter eos diſtinguunt, ab imperfectiori modo ad perfectiorẽ procedentes diſtinctionẽ: quæ per diuerſum proceſſuum modum fit, diuerſum manifeſtationis modum nominantes: illam uerò quæ fit per relationes, Nyſſenus quidẽ Gregorius per filium manifeſtari, Nazianzenus uerò diuerſitatem relationum adinuicèm appellans. Patet ergo, q̃ hæc relationum diuerſitas, relationis diſtinctio eſt, & relatiuè filius ad ſpiritum, & ad filiũ ſpiritus refertur. Et cùm filius, prout filius, non refertur ad ſpiritum, (nõ enim dicitur filius ſpiritus) reſtat ut referatur ad ſpiritum tanq̃ ſpirans, cùm ſpiritus etiã referatur ad filiũ tanq̃ ſpiritus. Spiritus enim ſpiranti, & paſſiua ſpiratio actiuę ſpirationi correſpondet. Spiritus uerò & ſpiritus filij, multis in locis ſacræ ſcripturę dicitur, & ſpiratio eius. [Hic enim ſpiritus,] ſacer Athanaſius ait, [ſpiratio eſt filij.] Cùm igitᷣ ad filiũ ſpiritus, & tanquàm ſpiratio, & tanq̃ ſpiritus referatur, filius quoq; tanquàm ſpirans referetur ad ſpiritum. At cùm longum ſit omnes allegare doctores, qui per filium, ex patre ſpiritum ſpirati dixerũt, ſufficiat vnũ & vltimum in medium adducere, & quidnam de hac ille ſentiat, conſiderare. Ioannes igitur Damaſcenus de patre loquens, [ipſe quidem eſt (ait) intellectus verbi abyſſus, verbi genitor, & per verbum manifeſtatiui ſpiritus ſpirator.] Et rurſus: [Spiritus verò ſanctus, manifeſtatiua occultæ diuinitatis potentia patris, ex patre per filium procedẽs eſt.] Certè ſuperuacaneum eſt, velle, quæ apertè dicta ſunt, declarare. Procedẽs enim eſt, (inquit) quod palàm ipſum eſſe & ſubſiſtentiam ſpiritus ſignificat, magis quàm aliquod aliud nomen, præſertim ſecundum

Spiritum filij dici. Per filiũ manifeſtari. Per filiũ ꝓcedere. Et ex filio procedere æquiualẽt.

Rom. 5. b

S. Io Damaſcen^9.

noſtros,

Digitized by Google

noſtros, qui hoc nomen ſolum ſubſiſtentiæ ſpiritus approprіani. Cùm igitur per filium eum procedere dicat, per filium eum ſubſiſtentiam habere ſignificar: & per hoc excludit Theodoriti errorem, negantis per filium ſubſiſtere ſpiritum ſanctum, ita vt nullũ nobis indè relinqnatur ſubſidium: ſi Theodoritio hæc coram generali Epheſino Concilio dicente, ſacrum Concilium tacuerit, qui putamus pro nobis hnc facere, quaſi Conciliũ tacendo verbis Theodoriti conſenſerit. Nã cùm Theodoritus vtrunq; negaſſet, nec ex filio, nec per filium ſubſiſtere ſpiritum ſanctum aſſerens, ex dictis tamen horum ſanctorum, & ſi non ambo, alterum ſaltem, videlicet ꝙ p filium ſubſiſtat, palam probatum eſt, cùm omnes doctores, & non minùs, qui poſt Theodoritum fuerunt, ex patre per filium procedere ſpiritumſanctum, clara voce pradicerent. Tum Ioannes Damaſcenus & Maximus, viri vtì doctiſſimi, ita etiã ſanctiſſimi, tota item generalis ſeptima ſynodus per ſanctum Tharaſium patriarchã Cõſtantinopolitanum, credere dicentem in ſpiritum ſanctum, qui ex patre per filium procedit, Deus quoq; ipſe eſſe cognoſcitur. Alij verò ex Deo per filium eſſe, videlicet ſpiritum ex Deo per verbum, & ex patre per filinm procedere, quæ omnia idẽ atq; ſpirari ſignificant, & eſſe, & ſubſiſtentiam habere. Ex qnibus patet, ꝙ Theodoritus errat, quo ad alteram partem ad minus, eam videlicet, qua negat ſpiritnm ſubſiſtere per filium. Patre tamen Concilij tacnerunt, eo etiam hanc patrem negante, ita vt eorum ſilentium oon debeat nobis teſtimonio eſſe, quod nec ex filio, nec per filium ſpiritus habeat ſubſiſtentiam. Quòd enim per filium ſubſiſtat, teſtãtur, qui eum per filium procedere dixerunt. Siquidem procedere, etiam ſecundum noſtros, ipſum ſubſiſtere ſignificat. Cùm tamen longo poſt Theodoritum tempore fuerint, & audiuerint quidem eum hæc dicentem, ſciuerint autem ſacram ſyoodum ad hæc tacuiſſet, attamen non iudicârunt eum eſſe ſequendũ. Theodorito enim & quod ex filio, & quòd per filium ſubſiſtat ſpiritus, negante, beatus Ioannes Damaſcenus, quòd ex filio, ipſe quoque negat: qua verò ratione, paulo pòſt explicabimus. Quòd autem per filium procedat, i. ſubſiſtat, hoc vt verũ ponit. Quod ſi quis illud nobis opponat, Solus pater eſt cauſa, Ioanne Damaſceno authore: item ꝙ Maximus in epiſtola ad Marinum de Romanis ait, ꝙ ſcilicet non pooant filium cauſam ſpiritus eſſe, quæ ad hæc Latini dicunt, ego non dicam, ꝙ ſcilicet nec illud Damaſceni omnibus in eius libris inueniatur, quodq; epiſtola Maximi nõ eſt eius, cùm nec vbique, nec in antiquioribus codicib᷒, nec ioter opera eius inueniatur, quodq; nonnulli noſtrorum etiam eam non eſſe ſuã putant: hæc (nuquam) non dicam, ſed concedam hæc illorum eſſe doctorum & verba & ſententias. Dixiſſe tamen eos hæc ego dicam, ne quis principalem cauſam ſpiritus putet filium, quaſi non à patre cœperit, vel per eum ſpiritus ſanctus procedat. Cõmunis enim linguæ Græcorum vſus, cùm per præpoſitionem Ex, principalem ſignificat cauſam, & Damaſcenum coegit, nõ ex filio, ſed per filium dicere procedere ſpiritũſanctum: & Maximum, quod à Romanis dicitur ex filio procedere, idem ſignificare ſentire, acſi dicerent per filiũ procedere. Quanquàm enim (ait) ex filio ſpiritum ſanctum prodire Romani aſſerant, præpoſitio autem Ex, principalem ſignificet cauſam, nõ tamen ideo qnia dicunt vt talem cauſam ſignificent filium eſſe. Damaſcenus etiam, Ex filio quidem ſpiritus (inquit) minimè eſt, per filium autem conceditur. Solus nanque pater eſt cauſa talis, videlicet qualem ipſa Ex, ſignificat. Quare talem quidem cauſam negant filium eſſe: præpoſitionem autem Per, attribuunt filio, per quam ſimul eum cum patre cauſam ſiue principium ſpiritusſancti eſſe *ſignificatur. Qnia enim (inquit Maximus) per eũ prodit ſpiritusſanctus, (id eſt, vt alibì dicit idem doctor, quia per eum procedit) ideo à Romanis ex filio ꝓdire dicitur: & Damaſcenus, Ex patre per filium procedit, quæ omnia apertè filium etiam ſignificant cauſam ſiue principiũ eſſe, & tale principium, qualis eſt pater, cùm nil imperfectũ apud filium ſit, quanquàm nõ principalem, nec propriam: ob hoc enim cauentes, negant filium cauſam eſſe. Et quia omnia, quæcũq; filius habet, à patre habet, & ad eum omnia referuntur: quemadmodùm & ſanctus Baſilius in octauo ad Amphilochium capitulo ait, ideo inquit Dominus ad patrem: Mea [omnia tua ſunt, quia] ad eũ principiũ creaturarum referatur. Et Nazianzenus in ſermone ad Aegyptios: [Deus, inquit, tribus in maximis conſiſtit: cauſa, creatore, & perficiente: patre videlicet filio, & ſpirituſancto.] Hęc autem dicebat, non quia omnino negabat, filium & ſpiritumſanctum eſſe principium ſiue cauſam creaturarum, (hoc enim impiũ eſt dicere) ſed quia patrem ſolùm ſimpliciter & principaliter cauſam eſſe ſciebat, & ab eo filium & ſpiritum ſanctum habere, quicquid habent. Quæ ergo reſponſio ſuffeciſſet contra quoſcunq;, qui ex his verbis doctoris, non filium, nec ſpiritum, ſed patrẽ ponentis cauſam creaturarum, malignè arguere volentes, totaliter negarent filium & ſpiritum ſanctum cauſam eſſe creaturarum: ipſa eadem illis ſufficiet, qui filium non eſſe cauſam ſpiritus ponunt. Eadem enim ratione & Damaſcenus, cùm diceret ſpiritum nõ eſſe ex filio, addidit: Solus enim pater cauſa eſt. Et Maximus dicens de Romanis, quòd ex filio aſſererent ſpiritum prodire: Non tamen eum cauſam ponunt, ait, cùm ſcirent

quid-

Theodoritus aliquando male ſenſit de ſpiritu ſancto.

Cur Damaſcenus negarit non ex filio procedere ſpiritum ſanctũ, ſed filium.

Locus dubius.

* ſignificant.

Ioã. 17.b

Digitized by Google

quidem qualem cauſam ſignificet Ex: talem autē filium eſſe, minimè concederent: quippe qui omnia, quæ habet, à patre accipit, qui ſolus prima & principalis cauſa eſt, qualem ipſa Ex ſignificat, cùm ipſe quidem à ſeipſo omnia habeat, filius verò a patre. Et ideo nō prima nec principalis cauſa eſt, eſt tamē cauſa, ſiue principium ſpiritus vnum & idem cum patre, nec quiſquā hoc omnino negare poterit, per eum, audiens doctores dicentes, Spiritum ſanctum procedere. Si enim per filium procedere, prodire, & eſſe, ipſi quoq; aduerſatij, non valentes apertè veritati contradicere, concedunt idem ſignificare, acſi diceretur per filium habere ſubſiſtētiam: hoc autem dicentes doctores, nec manifeſtationem ſpiritus ad hunc ſenſibilem mundum ſignificant, nec de gratijs & donis ſpiritus, ſed de ipſa hypoſtaſi ſpiritus & eius æterna manatione & exiſtentia loquuntur: nec iſta præpoſitio Per, idē quod præpoſitio Cvm (vt probauimus) ſignificat, ad quæ refugere ſolent aduerſarij: quid aliud relinquitur, niſi vt Per, ſignificet cauſam ſiue principium? Cùm enim per filium dicant doctores Spiritum ſanctum eſſe, & exiſtentiam habere, cumque ipſa Per, non poſſit pro Cvm intelligi: ſuam vim exprimit vtique, & cauſam ſignificat, cùm iam probatum ſit, cauſam ſemper ſignificare, in quibus accipitur. Quòd autem ipſa Per, nullum trium prædictorum hic ſignificat, & ex epiſtola Maximi ad Marinum prædicta, & ex ipſo Damaſceno palàm probatur, qui ipſam Ex, mutant in Per, & de ipſa pſona ſpiritus & eius æterna exiſtentia loquuntur. Quantùm igitur conueniunt Ex & Cvm, tantùm Per & Cvm, conuenire poſſunt, quod & per Theodoritum maximè probatur. Cùm enim ille diceret, ſpiritum nō habere exiſtentiam per filiū, cum filióne intelligebat? Ergo palàm mentiebatur, nec decet nos niti Concilij ſilentio. Etenim ſpiritus cum filio ſimul eſt, & ex patre ſimul emanant. An æquiuocā hanc dictionem Per, ille putans, vt aliquando

*ipſum idem quod Cvm, aliquando ſe * ipſam Per ſignificaret, per filium negat ſpiritum eſſe? At oportuiſſet vel ipſum, vel Conciliū hanc æquiuocationem diſtinguere, & docere, de quo ſignificato diceret, prout omnes ſolent doctores: ſed nec idem Per, cum filio, ille putabat poſſe intelligi, cùm diceretur, per filium: & per filium negans ſpiritum habere exiſtentiam, cauſam ſignificare, hanc præpoſitionem putabat. Palàm itaq; his omnibus

*ipſum patet, ſe * ipſam in productis authoritatibus Per, ſignificare, & quod ſuum eſt, per ſe cauſamq; manifeſtè ſignificare, & hanc Theodoritum negare, hanc cęteros ſanctos doctores audacter profiteri. Sed ne rurſus ad illa conſueta refugia te recipias, ideo dicens per filium prodire ſpiritum, dictum fuiſſe, vt cōiunctio, connexio, & identitas ſubſtantiæ eorum ſignificetur. Primò namq; hîc prodire, pro procedere capitur. Ipſe enim idē Maximus, qui in epiſtola ad Marinū, Prodire ait: in expoſitione ad Zachariam, Procedere inquit. idem Damaſcenus, idem ſeptima ſynodus ait: procedere verò, ſubſiſtentiam habere ſignificat: & per filium procedere, per filium ſubſiſtentiam habere proculdubiò ſignificat. hoc autem eſſe non poterit, niſi & filius ſubſiſtentiæ ſpiritus principium ſit. Deinde, non quia nos dicimus ſpiritum prodire per filiū, ideò aut eſt, aut manifeſtatur ſubſtantiæ identitas, (non enim per nos, neque per noſtrum dicendi modū, diuina eſſentia diuinis vnitur, aut identificatur perſonis) ſed quia eſt eſſentiæ identitas, ideo prodire dicitur, & prodit per filium ſpiritus. Hoc autem Latini etiam dicunt. Quia enim eadem eſt eſſentia patri & filio, aiunt: & omnia patris filius etiā habet, præterquam quòd non ſit pater: ideo etiam hoc eum habere aſſeuerant, quòd ex eo, vel per eum ſpiritus procedat. Hoc idem quoque

S. Cyrill. beatus Cyrillus in quinto ad Hermiam probat, dicens [Cuiuſnam proprium eſſe ſpiritū dicimus? Vtrùm ſolius Dei & patris? an etiā filij, an & diſiunctim vtriuſque & ſimul amborum, tanquam vnum ex patre per filium propter identitatem eſſentiæ?] Ad quæ reſpondet Hermias: [Ita mihi videtur.] At doctor ad eum: [Rectè quidē. Propter identitatem eſſentiæ (inquit) patris & filii, amborum ſpiritus eſt, & ex patre procedit per filium.] Quod quid aliud vult, niſi quòd propter identitatem eſſentiæ filii & patris, & per filium ſpiritus procedit, & eius ſpiritus eſt, quemadmodùm & patris? Hoc autem Latini etiam concedunt. Præterea identitas eſſentiæ patris cum filio & ſpiritu, ac filii cū patre, & ſpiritu, tum pręcipuè probatur, cùm ad inuicèm vt principium, & id quod à principio, ſe habeat. Inquantùm enim tales, & maximè inuicèm communicarent, & maximè ad inuicèm diſtinguerentur. Qui modus cùm intelligi ſimul poſſit, meritò in diuinis omnibus aliis diſtinguendi vel vniendi modis præponitur. Quēadmodùm enim in illis rebus diuinis, & vnà cum vnitate diſtinctio, & cum diſtinctione ſumma vnitas eſt: ita neceſſe eſt, nos etiam talem vnionis modum illic intelligere, qui non minùs etiā diſtinctionem contineat, & talem diſtinctionem, & quæ vnionem in ſe habeat: talis verò ſola principii, & eius quod à principio, relatio eſt. Quare ſi quos audiamus doctores dicentes, propter conſubſtantialitatem dictum fuiſſe, per filium ſpiritum procedere: propter principii, & eius quod à principio, relationem eos dixiſſe putemus, per filium dici procedere Spiritum ſanctum, & ob nullam aliam rationem, cùm iſtam conſubſtantialitatem potiſſimùm principii, & eius quod à principio, relatio probet. Cuius

vnà cum alijs Magnus quoque Baſilius te- S. Baſil°. ſtis eſt, in epiſtola ad Caoonicam hęc dicens. [Cùm enim pater lumen ſine principio eſt, filius quoque lumen, ſed natum, lumen tamen vterque: meritò conſubſtantialem eum dicent, vt naturæ identitatem ſignificent. Nõ enim, quæ germana ſunt, conſubſtantialia dicuntur, vt quidam putant: ſed cùm cauſa, & quod à cauſa ſubſiſtentiam habet, eiuſdem oaturæ ſint, tunc cõſubſtantialia dicuntur.] Rurſus idem in ſermone contra Sabellium & Arianos, de patre dicens & filio: [Non enim eos (inquit) germanos dicimus, ſed patrem profitemur & filium; identitas autem eſſentię in eis eſt, quia filius ex patre.] Si igitur propter conſubſtantialitatem dictua eſt per filium ſpiritus, cauſa verò & cauſatum, cùm eiuſdem naturę ſint, conſubſtantialia ſunt, vt ait Baſilius: manifeſtè patet, propter relationem cauſæ & cauſati, ſiue principij & eius quod à principio eſt, per filium procedere ſpiritum dictum fuiſſe.

¶ Authoritates doctorum, in quibus Spiritus ſanctus ex filio, & ex ambobus dicitur eſſe, prodire, & profluere: quodque non gratia ſpiritus non ſubſiſtens, ſed ipſa perſona ſpiritus dicitur prodire, profluere, emauare &c. à filio. CAPVT VII.

Sed iam per ipſa ſola manifeſtiſſimè probatum eſt, Oriẽtales doctores, filium principium ſpiritus eſſe, palàm profiteri. Probãdum autem, nonnullos eorum præpoſitione quoque Ex, nun minùs vſos fuiſſe de filio in ſubſiſtentia ſpiritus. Illos itaque, quorum teſtimonia calumniam patiuntur, tanquam non eorum, vel non ita per eos edita, ſanctum videlicet Athanaſium, Baſilium. Gregorium Nyſſenum, omittendos duxi, nec illorum authoritatibus vtendum, qui pleriſq; in locis ipſam PER, probant æquiualere ipſi Ex, in Theologia: hi verò quaſi omnes aut maior pars ſanctorum doctorum eſt. Cyrillum autem duntaxat & Epiphanium producendum duxi, qui cæteris apertiùs & magis vbique operum ſuorum, præpoſitione Ex, vſi ſunt: quorum quanta qualiſque authoritas in Eccleſia Dei ſit, certaminaque eorum contra infideles & hæreſes, nemo eſt quem lateat. Producam verò non omnia eorum teſtimonia, (nec enim facile eſt) ſed aliqua pauca, fugiens verborum prolixita- S. Cyrill°. rem. Beatus itaque Cyrillus in expoſitione Iohe. 2. g prophetæ Iohelis, ſupra illam authoritatem, Effundam à ſpiritu meo, ſic ait. [Inquantùm etenim Deus ex Deo ſecundum naturam filius eſt, cùm natus ſit ex Deo & patre, proprius eius & in eo & ex eo ſpiritus eſt, quemadmodùm & de ipſo DEO & patre intelligitur:] & ex eo eſt, inquit, & ita ex eo, quemadmodum de ipſo Deo & patre intelligitur, omne dubium quærentibus cauſam tollens. Idem rurſus in ſermone ad Theodoſium Imperatorem: [Bapti- Idem. zantem, inquit, Ieſum in igne & Spiritu ſancto, non alienum baptizantis effudiſſe ſpiritum ſeruiliter & inſtrumentaliter, ſed tanquam Deum ſecundum naturam cum authoritate ſumma, qui ex eo & proprius eius eſt.] Et iterum in Theſauris: [Legem igitur cùm Idem. ferat Chriſtus, ita condit eam, tanquam in eo & ex eo ſit ſpiritus eius.] Et rurſus: [Nul- Idem. lam igitur naturæ differentiam Filij & Spiritusſancti Paulus nouit, ſed tanquam ex eo & in eo naturaliter ſit, Dominico nomine eum vocat.] Et animaduerte, quòd ideo di- 2. Cor. 3 d cit Paulum appellaſſe ſpiritum Dominum, quod filii nomen eſt, quia ex filio eſt. Cauſarum enim nomina, cauſatis ſolemus imponere. Item in expoſitione noni anathematiſmi. [Homo factus, inquit, vnigenitus Dei Idem. filius, non minùs permanſit Deus, omnia habens quæcunq; & pater, præterquàm quòd non ſit pater, & proprium habens, qui ex eo, & in eo inſitus eſt Spiritus ſanctus.] Quòd ſi quis rurſus opponat, quæ à Theodorito in hunc anathematiſmum dicta ſunt, primò quidem ſciat, quæcunque Theodoritus cõtra Cyrillum ſcripſit, omnia reprobata, & anathemati tradita ab omnibus ſequentibus ſanctis Concilijs fuiſſe, ita vt non deceat ex maledictis & iam reprobatis arguere. Deindè ſatìs iam de hoc per nos dictum eſt, quando etſi non in vtroque, in altero tamen eum mentitum fuiſſe probauimus, cùm ipſe quidem, quòd per filium ſpiritus habeat ſubſiſtentiam, negaret; nos autem teſtimonijs doctorum probauerimus verum eſſe, ita vt non debeamus ſilentio ſacri Concilij niti, & indè arguere, quòd Theodoritus ſcripſiſſet Spiritum ſanctum nec ex filio, nec per filium ſubſiſtentiam habere, & Concilium his auditis tacuerit, nec eum redarguerit, ideo tacuit, quia eum vera dixiſſe ſciebat. Eccè etenim probatum quidem eſt, Spiritum ſanctum per filium ſubſiſtentiam habere. Synodus verò non ſolùm de altero, videlicet quòd nõ ex filio habeat ſubſiſtentiam, tacuit, ſed etiam de altera parte, hoc eſt, quòd nec per filium procedat, quod tamen palàm falſum eſt. Quemadmodùm enim hoc ſilentio præterierit, cùm tamen falſum ſit, ita etiam reliquum, videlicet quòd nec ex filio ſubſiſtentiam habeat, cùm ipſum quoque falſum ſit. Hæc igitur & in ſuperioribus diximus, & nunc illius noni anathematiſmi, contra quem Theodoritus ſcribens illa dixit, ipſius Cyrilli expoſitionem induximus, ſe ipſum & ſuam mentem exponentis, & contra maledicta Theodoriti replicantia. Non decet igitur, omiſſo illo, alium quærere verborum Cyrilli expoſitorem, & præſertim acerrimum eius hoſtem. Quare antè Cyrillus ſpiritum dixerat proprium filii, in nono anathematiſmo, quod

Theo-

Digitized by Google

Theodoritus carpſit, ipſe exponens, quia dicit, [ex eo eſt,] conueniens in hoc Occidentalibus patribus. Et illi enim ſpiritum dicunt filij, & proprium filij, tanquàm ex eo procedentem. Prætereà ex reſponſione Cyrilli ad Theodoritum, idem probare poſſumus, ſi quis ſine contentione audiat. [Procedit quidem (inquit) Spiritus ſanctus ex Deo patre ſecundum verba ſaluatoris, non tamen eſt alienus à filio: omnia nanque cum patre habet.] Et hoc ipſemet docuit, dicens
Ioan.16.b de Spiritu ſancto: [Omnia quæcunq; habet pater, mea ſunt: ideo dixi vobis, Ex meo accipiet, & annunciabit vobis. Nam etſi à patre (inquit) procedere Spiritum ſanctum ſaluator dixit, non minùs tamen eſt etiam filij. Eſt autem filij, quemadmodùm & patris.] Superiùs nanque dixit: [Erat nanque & eſt ſpiritus eius, ſicuti & patris: & non magìs patris, minùs filij, ſed ſimiliter amborum.] Hoc verò nil aliud eſt, niſi quemadmodùm eſt ſpiritus patris, tanquam ex eo procedens, ita ſcilicet etiam filij eſt, tãquam ex eo & per eum procedens. Et hoc ſignificat cùm in teſtimonium huius rei accipiat, quòd filius omnia habeat quæ & pater, & addat, quòd hoc de ſpiritu dixerat Dominus. Poſtremò idem probat per illam authoritatem, quòd ex eo, id eſt, filio accipiat ſpiritus. Hoc enim & ſanctus Epiphanius, (vt paulò pòſt oſtendetur) pro eo quòd ex eo procedat, accipit.
S. Cyrill⁹. Ipſe quoque beatus Cyrillus in expoſitione ſuper Ioannem, ipſam authoritatem exponens, ſic inquit. [Accipere enim ſpiritum dicimus ex patre & filio ea, quæ illorum ſunt, non tanquam aliquando quidem non habentem inſitam in eis ſapientiam & potentiam. Cùm autem intelligatur habere tunc vix habentem, ſemper etenim ſapiens & potens eſt ſpiritus: immò verò ipſa ſapientia & potentia eſt, non participatione, ſed naturaliter.] Si igitur id quo ſpiritus ex filio accipit, ſapientia & potentia eſt, hæc verò non aliquando quidem habet, aliquando verò non: ſemper nanq; talis eſt, natura, non participatione, ſemperq́ue à filio accipit, quæ cùm non habeat participatione, natura eius ſunt: quod hinc colligitur, quis ignorat? Et meritò hæc beatus dicit Cyrillus, qui in pleriſque alijs locis manifeſtè ex filio, ſicuti ex patre, procedere dicit Spiritum ſanctum. In epiſtola nanque ad Neſtorium: [Et ſi eſt, inquit, ſpiritus in propria hypoſtaſi, prout ſpiritus eſt, non filius, non eſt tamen ab eo alienus, profluit autem ex eo, ſicuti & ex Deo & patre.] Ne quis autem hoc verbum PROFLVERE, de ſecunda & temporali proceſſione putet hìc fuiſſe dictum: primò quidem ſciat, quòd non eſt hìc ſermo de diſtributione donorum & chariſmatum ſpiritus, ſed de ipſa eius hypoſtaſi: Deinde hoc PROFLVERE, ſemper reperies apud hunc doctorem pro PROCEDERE, accipi. Etenim tum in expoſitione ſymboli, [profluit quidem, inquit, hoc eſt, procedit:] tum in ſexto ad Hermiam, & ſpiritum quidem veritatis eum nominat, profluere autem ex ipſo aſſerit patre: tum etiam pleriſque alijs in locis idem dicit. Illud quoque quod dicit, [ſicuti ex Deo & patre,] non ſuperfluit. Nil enim ille superuacaneum, ſed omnia cũ magno pondere dicit. & ita vult, ſpiritum eſſe filij, prout eſt patris: & ita profluere, prodire, & emanare à filio, prout à patre, & nullo modo aliter. Ideo in ſermone ad Theodoſium Imperatorem, de hoc loquens, & volens probare ita eſſe filij ſpiritum, prout patris: & ita ex filio nobis emanare eum, prout ex patre: [Non ex menſura (inquit ſecun- Ioan.3.d
dum Ioannem) dat ſpiritum filius, ſed ipſe eum ex ſeipſo emittit, quemadmodùm & ipſe pater. Quare beatus Paulus, omni in hoc differentia poſtpoſita, nunc quidem Deo & patri illum attribuit, nunc rurſus filio.] Infert deinde Pauli verba, quibus æquè filij eſ- Rom.8.b
ſe ſpiritus, ſicuti & patris, probatur. Nulla 2.Cor.3.d Galat.4.a
enim differentia eſt, filij ſpiritum, vel patris Phil.s.c
dici. omnem enim in hoc differentiam Paulus poſtponit. At patris dicitur ſpiritus, tanquàm ex eo procedens: ergo eodem modo filij quoque dicitur ſpiritus. Prætereà in ſuperioribus ſatis diſſeruimus, quomodò dicitur ſpiritus filij ſecundum doctores. ſecundum enim Baſilium, tanquàm per filiũ manifeſtatus: ſecundum Maximum, tanq̃ ex filio procedens: ſecundum patres Occidentales, tanquàm ex filio procedens. Nec igitur Cyrillus alia ratione dixiſſet, ſpiritum filij eſſe & filij proprium, q̃ alij idem cum eo ſapientes doctores dixerunt, tanq̃ ex filio ſcilicet, ſiue per filium, procedentem. Nil enim intereſt, EX FILIO, vel PER FILIVM dicere. Etenim ipſe quoq; nunc ponit Ex, nũc eam mutat in PER, tanquàm ambæ verè dici poſſint. Vndè in eis, quæ ad Palladium in forma dialogi ſcribit: [Mutabilis verò minimè, inquit, eſt ſpiritus. Nam ſi mutabilitati ſubiaceret, ipſi diuinæ naturæ iſte defectus aſcriberetur. Siquidem Dei & patris, necnon & filij eſt, qui eſſentialiter ex vtroque, ſcilicet ex patre per filiũ, profluit ſpiritus.] Item in quinto ad Hermiam, reddens cauſam, cur ſpiritus, filij dicat ſpiritus. [Cuiuſnam, inquit, proprium dicimus eſſe Spiritũ ſanctũ? Vtrùm ſolius Dei & patris? An etiã filij? An & diſiunctim vtriuſq; & ſimul amborum, tanquàm vnum ex patre per filium propter identitatẽ eſſentiæ?] Proprium itaq; filij ipſe quoque ſpiritum dicit, quia per filium eſt. Per filium autem eſt propter identitatem eſſentiæ, patris videlicet & filij. At propter eandem ipſam, omnia etiàm patris ſunt filij, præterquàm quòd non ſit pater. Ita ſibiipſi per omnia conſona dicit ſanctus hic doctor. Vnum etenim & eundem ſpiritũ ex patre per filium eſſe, vna & eadem ſpi-

ratione ſiue proceſſione: & ideo illum eorum proprium ait aſſe, quia ex patre per filiũ eſt, hoc autem propter identitatem eſſentiæ. Vt antem clariùs omnis eorum arguatur calumnia, qui contra ſanam doctoris ſententiam, autumant eum ex filio dixiſſe dona ſpiritus mitti, non ipſam eius hypoſtaſim ſiue perſonam, ipſe rurſus adſit, hanc falſam eorum arguens opinionem, & ſeipſum exponens, quidnam ſit, quod ait, per filium ſiue ex filio profluere, prodire, emanare, ſcaturire: & ſimpliciter quòd in ſanctificationem in hunc mundum ab eo mittitur. Ait etenim in ſeptimo ad Hermiam. [Inhabitaotem enim ſibi & inſitum quis haberet eum, qui natura & vere Deus eſt, (de filio dicens) eùm ſpiritum accipiat, qui non alienus & eſſentia diſiunctus ab eo eſt, ſed qui ex eo, & in eo, & eius proprius eſt, & æquè atquè ille. Dominus eſt?] Et poſt pauca: [Miſit autem nobis è cęlo paracletum, per quem & in quo nobiſcum eſt, & in nobis inhabitat: non alienum in nobis affluens, ſed qui eſſentiæ ſuæ & patris ſui proprius eſt ſpiritus.] Quòd autem hæc de ſubſtantia ſpiritus, nõ chariſmatibus non ſubſiſtentibus, ait, omnibus patet. Idem rurſus in eodem: [Qui verò nobis diuinam inſculpſit imaginem, & ſimilitudinem cuiuſdam ſigili, ſupremam nobis pulchritudinẽ imponit, nónne ſpiritus eſt? (Ita ioquit Hermias:) Nõ tamen vt Deus, verùm vt diuinæ gratiæ miniſter.] Et Cyrillus: [Nõ igitur ipſe ſpiritus nobis, ſed eius per eum gratia nobis imprimitur.] Hermias: [Ita videtur.] Cyrillus: [Ergo neceſſarium eſſet, imaginem gratiæ, non Dei, vocatum fuiſſe hominem.] Poſt hæc conſequenter per omnia probans, quòd hypoſtaſis ſiue perſona ſpiritus, ipſe ſcilicet vnus in Trinitate, Deus erat, qui diuinam nobis in prima hominis plaſmatione impreſſit imaginem, nõ gratia non ſubſiſtens: ſecundam item plaſmatis reparationem, per ſalutarem diſcipulis inſufflationem factam, per eundem Spiritum ſanctum factam fuiſſe ponit. Dicebat etenim: Quo, anteaq̃ eſſet, modo factus fuerit homo, per ſanctum videlicet ſpiritum hypoſtaticũ Deum, eodem rurſus, deperdita ſanctificatione, eum reparari. [Si enim (inquit) gratia ſpiritus ab eius ſubſtantia diſiuncta eſſet, cur beatus quidem Moſes, homine ad eſſe producto, non dixerat: *Sufflauit creator omniũ* gratiam per ſpiritum vitę? Chriſtus verò nobis: Accipite gratiam per * myſterium ſpiritus? Sed illic quidem dictum eſt, ſpiritus vitæ (vita etenim, veræ diuinitatis natura eſt) hic verò per ſaluatorem Spiritus ſanctus, ipſum proculdubiò ſpiritum credentium animabus emittentẽ.] Hæc aperta ſunt rei propoſitæ teſtimonia. Aperiùs tamen in ſequẽtibus dirimit illam opinionem, qua quidam putant, non ſubſiſtentem nobis gratiam mitti, & per eam nos ſanctificari. Ait etenim:

Idem. — Idem. — Idem. — Gen 2. b — Ioan. 20. — fo. * miniſterium

[Tẽpla verò Dei, necnon dij, & vocamur & ſumus. Qua de cauſa quæras ab aduerſarijs: ſi gratia participamus nuda & non ſubſiſtẽte? At nõ ita ſe veritas habet. Templa nanq; exiſtentis & ſubſiſtentis ſpiritus ſumus.] Sed ex eis quidem, quæ ad Hermiã ſcribit, cùm multa ſunt, (quæ qui volet, illinc ſibi eliget) hæc ſola ſufficiant, cùm apertè probẽt illud, quod nobis propoſitũ erat. Ex plurimis autẽ, quæ in expoſitione ſuper Ioannem idem doctor elegãtiſſimè dixit: illud nos adducemus ſolùm, quod ſuper illã authoritatem dicit: Qui non ex ſanguinibus, &c. Ait enim: [Si Deus ex Deo ſecundũ naturam eſt ſpiritus: quo & per fidẽ in Chriſto participamus, dij nos etiam efficimur, tanquã iam in nobiſipſis habentes Deum, ſecundum illud: Inhabitabo & inambulabo in eis. Quo nãq; modo tẽpla DEI eſſemus, niſi ſpiritus natura Deus eſſet?] Sed beatiſſimus quidẽ Cyrillus hæc & his ſimilia dicit. audiendũ autẽ etiã alios, quid de eadem re dicant. Magnus itaq; Baſilius conſona prædicto doctori dicens, tum ſpiritum homini à principio ſufflatum, tum à ſaluatore diſcipulis datum, ipſam hypoſtaſim ſpiritus fuiſſe aſſerat contra Eunomiũ, in capitulo cui titulus, Quòd ſpiritus diuina natura eſt: [Spiritus nanque, inquiens, viuẽti verbo ad creandum adiunctus, viuens potentia diuina natura, ineffabilis ex ore ineffabili manifeſtata, ineffabiliter per ſufflationem ad hominem miſſa, & ſecundum corporalem à Chriſto monſtratam figuram rurſus ab eo per ſufflationem reddita: conuenire nanque decet creationi nouam reparationem. Conuenientiam autem figurauit, ſufflans, qui non eſt alius præter illum, quia à principio ſufflauit, ſed idem, per quẽ Deus ſufflauit, tum quidem cum anima, nunc verò in animam.] Ita hic quoque doctor ipſum eundem ſpiritum ait emiſiſſe diſcipulis Ieſum, qui ipſi & patri tanquam creator cõnumeratus & coniunctus eſt. Hoc autem patet, quòd ipſa hypoſtaſis ſpiritus eſt. Igitur ipſa hypoſtaſis ſpiritus & primã plaſmationem hominis per illam diuinam ſufflationem creauit, & diſcipulis poſteà data eſt, & per eos credentibus. Et hæc eſt, quæ à patre per filium, & ex filio profluit & emanat, quemadmodùm etiam Nicæna prima ſynodus in quodam loco de ſpiritu dicit [Quòd procedit quidam à patre, proprius autem filij eſt, & ex eo emanat.] Ipſum enim eundem, qui ex patre procedit, ex filio emanare aiunt ij patres. Et * quod dico, patres, ipſe ſaluator dicta iſtorum omnium approbans, illum eundem pollicetur ſe diſcipulis miſſurum, qui à patre procedit, & non eſſe alium, qui à patre procedit, aliũ quem ipſe mittet.

Idem. — 1. Cor. 3. & 6. b — Pſal. 81. — Ioan. 1. b — 2. Cor. 6. d — for. * quid dico fratres?

[Cùm venerit (inquit) paracletus, quem ego mittam vobis, ſpiritus veritatis, qui à patre procedit.] Hoc enim ipſi quoq; Grammatici hoc modo conſtruerent:

Ioan. 15 d.

Cùm

Cùm venerit ſpiritus, qui à patre procedit, quem ego mittam vobis: vt manifeſtum ſit, ipſum, id eſt, filium miſſurum, quod & à patre procedit. Si igitur perſona ſpiritus à patre procedit, eadem etiam à filio mittitur. Quòd ſi gratiam filius non ſubſiſtentem mittit à patre etiam nō perſona, ſed gratia procedit. Sed hoc cùm ſtultum, tam impium eſt dicere. Cùm enim de vno & eodem ſubiecto, videlicet ſpiritus, duo quædam prædicantur, procedere ſcilicet & mitti, eodem modo accipiendum ſubiectum de vtroque prædicato. Si igitur hypoſtaſim ſpiritus procedere intelligimus, eandem etiam mitti intelligere debemus. aliter enim dicere abſque ratione, nullam probationem adducendo, & procedere quidem, hypoſtaſi ſpiritus attribuere: mitti verò, gratiæ non ſubſiſtenti, hoc ridiculum, irrationabile, & voluntariū eſt, & quod nullus concedet. Mittitur igitur ex filio ipſa ſpiritus hypoſtaſis, quæ & à patre procedit, quemadmodùm ab ipſis Euāgelij verbis, & à doctoribus probatum eſt. Quare ſi mitti, ſi emanare, ſi prodire, ſi profluere, ſi ſcatutire, ſi oriri ſpiritum à filio audiamus, diuinam eius hypoſtaſim intelligere neceſſe eſt: diuinam autem ſpiritus hypoſtaſim ex filio profluere, vel emanare, & reliqua, quonam alio modo poſſibile eſt, niſi filius cauſa ſiue principium ipſius ſubſiſtentiæ ſpiritus ſit? Sed ea, quæ Cyrillus de proceſſione ipſius perſonæ Spiritusſancti ex patre & filio dicit, hæc & his ſimilia ſunt.

S.Epiphanius. Cæterùm audiamus ſanctum Epiphanium, in eius angyroto ſermone ita dicentem: [Spiritus ſanctus ex patre & filio, tertius nominatione.] & rurſus: [Vterque habitat in iuſto homine, Chriſtus & ſpirit⁹ eius. Quòd ſi Chriſtus ex patre creditur Deus ex Deo,

Ioan.16.b ſpiritus quoq; ex ipſo, vel ex vtroq;, quemadmodùm ait CHRISTVS, qui ex patre procedit, & hic ex meo accipiet.] Et pater, quòd hic doctor non de diſtributione charismatum, de diuinis autem perſonis & ſubſiſtentia eorum loquitur. in teſtimonium verò & probationem, quòd ſpiritus ex filio quoque procedit, illam authoritatem adducit: Ex meo accipiet, docens, vt cùm audiamus in Euangelijs Dominum dicentem de ſpiritu, quòd ex eo accipiet, ita intelligamus, ac ſi diceret, ex eo procedere Spiritum ſanctum. Idem in eiſdem: [Sed dicet quiſpiam, Ergo duos filios eſſe dicimus? Et quo modo eſt vnigenitus? At quiſnam es tu, qui contradicis Deo? Si enim filium nominat, qui ex patre eſt, ſpiritum verò ſanctum, qui ex vtroque,] & cætera. Et iterum: [Spiritus ſanctus, ſpiritus veritatis eſt, tertium lumē à patre & filio.] Et rurſus: [Quemadmodùm enim nemo nouit patrē niſi filius, nec

Matt.11.d filium niſi pater: ita dicere audeo, nec ſpiritum niſi pater & filius, à quo procedit, & à quo accipit. (ſed aduerte, quòd in ſuperioribus accipere pro procedere poſuit) neque filium & patrem, niſi Spiritusſanctus, qui verè glorificat, qui omnia docet, qui ex patre & filio.] Quid his apertiùs, quid clariùs dici poteſt? Nónne palàm iſti doctores filiū quoque cauſam ſiue principiū ſpiritus ponunt? Nónne docent ex eo quoq; ipſum procedere? Quid igitur? Claudemúſne aures noſtras his authoritatibus, & teſtimonijs ſanctorum tam multis, tam apertis, tam diuinis, tam cōſonis inuicem & veritati, & obſtinato corde contra hæc contendemus? At hoc non ſapiētum, non bonorum hominum proprium eſt, & eorum, qui diſpenſatores verbi & myſteriorum Chriſti & eſſe, & videri velint.

Quòd etiam Occidentales doctores idem apertè dicunt, quod Orientales, prout ex eorum authoritatibus nobis per Latinos datis, clarè apparet intuētibus. Cap. VIII.

EGo quidem paucis, quoad potui, multis omiſſis, quod pollicitus ſum, perfeciſſe puto. Probaui nanq; ſufficienter, nullo doctorum Occidentalium vſus, ipſos ſcilicet patres noſtros & doctores Orientales, filiū quoq; cauſam ſiue principium eſſe ſpiritus, ſenſiſſe, & per omnia inuicem conuenientes & concordes, & partim ex patre per filium, partim ex patre & filio procedere Spiritumſanctum, & ſapere & docere. Veſtrum autem eſt, vt eis doctoribus, & quidem rectis, Latinis & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ vniamini, cùm eadē, quæ & patres & doctores noſtri, crediderint. Neque putetis aut ipſos, aut patres eorum & noſtros, Occidentales videlicet ſanctos, contraria Orientalibus patribus dixiſſe. Minimè, minimè ita eſt. Et appoſuiſſem vobis authoritates & teſtimonia etiam illorum ad perſuadendum vobis, & eorum cum Orientalibus concordiam probandam, niſi vos omnes ſcirem & ſciuiſſe, & audiuiſſe eas, cùm Latini produxerint. Ad hęc cùm oratio noſtra prolixior fuerit, non ſunt alia addenda. Præterea licebit cuiq;, cùm voluerit, eas & videre & legere, cùm ſint apud nos à Latinis datæ. Hoc autem ſolùm ad veſtram reducendum memoriam putaui, quòd omnes patres Occidentales, Hilarius, Hieronymus, Damaſus, Auguſtinus, Ambroſius, magnus Leo, Gregorius, & cæteri multi, quàm clarè, quàm apertè vna mente, vna voce vbique operum ſuorum, non vno aut duobus membris & articulis, ſed pluribus verbis prolixis ſermonibus & probationibus ex patre & filio procedere Spiritumſanctum affirmant, & ita ex filio, ſicut ex patre, & principium ſpiritus filiū eſſe, ſicut ipſe pater, & vnum & idē eius principium eſſe patrem & filium ſimul, non duo principia: quæ omnia mente voluentes, & Orientalium doctorum dictis comparantes, qui ex patre per filium, & ex patre & filio

Digitized by Google

procedere dicunt Spiritumſanctum, item ex filio & ex vtroq; eſſe, neceſſariò eos concordes inuicem reperiemus, & eadem de eodē ſentieotes in omnibus. Et ſuperiores enim ratiooes, quas de concordia & quidem oeceſſaria doctnrum adduximus, cogunt nos credere eos cōſentientes inuicèm, & eadem de hac diuina proceſſione Spiritusſancti ſentientes, quemadmodùm etiam de alijs dogmatibus fidei. Et nunc ipſi Orientales per ſeipſos eadem cum Occidentalibus dicere ſatis probati ſunt, vt nemo negare poſſit ampliùs eorum ſummam concordiam. Atqui etſi nullo modo patres Orientales attribuerent filio, eſſe principium ſpiritus, cùm tamē nullibì aliquis oeget expreſsè proceſſinnem ſpiritus ex filio, nemo * eſſe, qui auderet eos dicere Occidentalibus patribus dixiſſe contraria. Nunc verò cùm non ſolùm oon negent, ſed apertiſſimè etiam dicaot, per filium & ex filio procedere ſpiritum, audebimúsne dicere, non eos conuenire & concordare cū Occidentalibus? At nemo oos commendabit, immò verò nemo eſt, quin oos audaciæ, temeritatis, ſtultitiæ accuſet. Scire autem hoc etiam debetis, quòd aut oullo modo acceptanda ſunt, quæ reperiuntur opera ſanctorum doctorum Occidētalium: aut ſi hæc acceptabimus, vt faciendum eſt, oportet etiā, quæ de hnc articulo dicunt, & acceptare & credere. Tam enim multis in locis operum eorum, immò verò in omnibus ſparſa ſuot: tantaque & talis eſt contionatio & ſequentia præcedentium ad ea quæ ſequuntor, vt non poſſit aliquis de his aliquid ſuſpicari. Si quis enim hanc concluſionem, & rationes eam probantes, ex operibus eorum adimat, nil ampliùs reſtat, oec ſenſum aliqoem reddont, quæ remanent: ita conoexa, ita conglutinata & contuocta cætera omnia cum hoc dogmate ſuot.

f. *eſt qui

Epilogatio & repetitio prædictorum, & ſolutio friuolæ reſponſionis, qua quidam ad authoritates Occidentalium reſpondent, & exhortatio ad vnionem. Cap. IX.

SEd de dogmate quidem, quæ breuiter dicenda erant, dicta ſunt, nec quicqnam vlteriùs addendum eſt. Rogo autem, poſco, peto, & ſupplex oro vos omoes, patres optimi, ſacer conuentus, animarum paſtores, duces cæcorum, eruditores inſipientium, vt his omnibus conſideratis, & benè penſatis, illam feratis ſententiā, quæ tantæ rei coouenit, quæq; perpetuam vnbis famam, gloriam & ſalutem pariat. Repetatis enim memoria primò, quòd noo erit nobis decætero excuſatio eadem, quæ priùs, cur à talibus fratribus diuidamur, & hoſtes velimus eſſe Latinis tam multis, tam ſapientibus, tam doctis omni virtute præditis, nō ſolùm illa quę animum ornat, ſed etiam ea quæ ad corpus & temporales res attinet: quodque quemadmodùm ante generale Concilium cnogregatum facilior noſtra excuſatio erat, ita poſt hoc grauis noſtra excuſatio erit, ſi ooo habuerimus dicere cauſam tali diuiſione dignam. Deinde noo fugiant vos, quæ de oeceſſaria doctorum coocordia dicta ſunt, nec aliter nos dicere poſſe, dum Chriſtiani eſſe, & principia fidei ſaluare velimus: quodque patres Occidentales apertiſſimè, ex Patre & Filio Spiritumſanctum procedere, aſſeuerant, & filium eſſe eius principium, prout patet: Orientales quoque hoc idem dicere, partim ex patre per filium, partim ex patre & filio, & ex vtroque procedere, & ex filio eſſe ipſum dicentes, cumque hæc dicant, Occidentalibus conuenire, & eadem oon ſolùm ſententia, verumetiam verbis dicere, tanquam vno & eodem ſpiritu eos illuminante locuti. Demum, quam ſolam oobis ad ea quæ Latini dicunt, relictam reſponſiooem video, cùm ipſi qooque nullam eſſe iudicaueritis, immò verò rem puerilem & omnino ridiculam, conſulamus nobiſipſis, quæ vtilia ſunt, & vniri Latinis cooemur, ſi ea quæ placita ſunt Deo, facere velimus. Aut enim oon acceptandi ſnot ſancti doctores, nec dictis enrum acquieſcendum: aut acceptandi quidem, & acquieſcendum dictis eorum, non tamen omnibus, cùm ipſi quoque tanquam homines, in quibuſdam errare potuerint: aut quod reliquum & tertium eſt, nec in aliquem inciderunt errorem, & cunctis eorum verbis acquieſcendum. Hæc tum, quę Latini produxerunt, tanquam illorum ſanctorum teſtimooia, non ex eorū mente procedunt, nec eorum ſeotentię ſunt, ſed Latinnrum horū fictiooes, additiones, & appoſitiones, manu mēteq; aliena libris ſanctnrum inſcripta. At primorum duorum neutrum certè ſcio, oec vos approbatis, niſi quis omnia fidei noſtræ fuodamenta, Eccleſiæ myſteria, omnem veritatem euertere velit: reliquum verò & tertium, manifeſta ſtultitia, apertiſſima ignauia eſt, ſi tot libros, tot eorum opera doctorum, tot eorum labores, tot volumioa, præſertim antiquiſſima manu, nonnulla enrum conſcripta, & per totum orbem terrarum ſparſa & multiplicata, per ipſum item ſequentium ad præcedētia coonexum & conuenientiam, ipſam veritatem luce clariùs oſtendentia, temerario auſu corrupta, mutata, & ſuperaddita eſſe dicemus, maximè cùm videmus ipſos quoq; ooſtros etiā antiquiores, & qui in ipſis principijs huius acerrimi diſſidij fuerunt, faciētes quidē mentionem authoritatū doctorū Occidentalium, nil tamen contra eas habentes, quod dicerēt ratione dignum. Quo fit, vt oullo modo quis eas putare debeat corruptas fuiſſe, ſiquidē in ipſo etiam cōtentionis principio eodē modo inſcriptum libris erat

poiſſi-

Digitized by Google

potiſſimùm, cùm nec extent apud nos alia
eorum doctorum antiqoa volumina lingua
Lanna ſcripta, ad quæ, facta comparatione,
poſſemus depræhendere eorum corruptio-
nem. Quæ omnia cùm animaduertamus &
mente repetamus, non eligamos quæ peiora
ſunt, nec cõtra noſipſos ſentẽtiam feramus,
nolimos nec noſipſos, nec nationem noſtrã
prodere, primò quidẽ auertentes à veritate,
& oculos, ne videant lumẽ, claudẽtes: deio-
de ꝓſimet ꝓpria ſpõte cõtra noſipſos omne
genus malorum accumulãtes, & multiplici-
ter totã noſtram nationẽ offendentes. Quis
enim ignorat, quę etiam temporalia mala ex
hac diuiſione nos ſecutura ſunt? q̃ infortu-
oia? qoodq; cõmunẽ hoſtẽ & inimicum no-
bis Turcarũ principẽ robuſtiorẽ contra oos
ipſos efficiemus? tn periculoq; ſunt, vt om-
ninò ferè pereãt, quicũq; ritũ noſtrũ ſequũ-
tur Chriſtiani, nomẽq; Chriſti illic totaliter
deleatur. Et enumeraſsẽ, & deploraſſem oẽs
particulariùs, quę futurę ſunt nationi noſtrę
calamitates, quę cunctis noſtris hominibus,
qui in inſulis, qui vbiq; terrarũ, qui Orien-
tem, qui Septentrionẽ, qui Occidentẽ inha-
bitãt, nobiſcũq; io ritu cõueniunt, noo dico
ſolũ, quę ad corporalia, reſq; temporales at-
tinent, (oõ enim taoti eſſent extimandæ) ve-
rumetiam quę ad animã & integritatẽ fidei
pertinent, cũ oẽs ſimpliciter, aut maior eorũ
pars, partim ſpõtè, partim vi, periclitentꝰ ab-
errare à fide, relioquere Deũ, & erroribꝰ in-
fidelium conſentire. Narraſſem hæc (inquã)
omnia, niſi vos alloquerer, qui omoia meliùs
me noſtis. Quis enim oeſcit, ꝙ ſolũ nobis re-
lictũ refugiũ erat Latinorũ amicitia & vnio
cũ eis futura, hac re ſperantibus & noſipſos
tueri poſſe, & hoſtes deuincere, quodq; hoc
ſolũ hoſtẽ deterrebat, & eius cootra nos fu-
rorẽ refrenabat? qua re ſi nunc priuabimur,
quò fugiemus? q nã noſtræ calamitatis finis
erit? quis malorũ exitus? Et ſi errare quidem
Latinos, & à veritate auertere dep̃hendiſſe-
mos, nec ipſe ꝓfectò vobis cõſuluiſſem, eis
ita ſe habentibus vniri, tẽporaliũ amiſſione
deterritos, & maioris p̃ſentia, q̃ futura, cor-
porũ, quã animarũ liberatiooẽ facere horta-
tus fuiſſem: immò verò & ipſe oĩa quæcũque
acerba potiùs ſuſtinuiſſem, & vobis, vt paſſi
fuiſſetis, cooſuloiſſem, q̃ cum eis vniri oõ re-
ctè ſapientibos. Nunc verò timendum eſt, &
quidẽ vehemẽter, ne corporis quoq; exitiũ
vnà cũ animi interitu etiã eligamus: ſi qui-
dem quę vera, quę pia ſunt, & nil erroneum
Latinis ſapientibus, quemadmodùm patres
eorum & noſtri, Occidentales videlicet do-
ctores, ac Orientalibus cõmunibus patribus
eadem & cõſentanea dicẽtibus, nos proprio
noſtro malo abſq; vlla ratione ab eis dioidi
vellem. Quòd enim ipſi Occidẽtales patres
ſequũtur, vòs quoqoe dicetis. Quòd autẽ illi
eadẽ cum Oriẽtalibus ſapiant, hac io oratio-
ne breuiter & ſufficienter probatũ eſt, ita vt
omnibus manifeſtũ ſit, Latinos omnes tum
Occidentales, tum Orientales patres ſequi:
communes vtriſq; doctores & patres ſunt.
Qua igitur ratione à talibus viris diſſidebi-
mus? Quam excuſationẽ afferre poterimus,
cur eis cõuenire nolimus? Quæ nobis relin-
quetur apud Deum reſponſio, quare à fra-
tribus diuiſi fuerimus, quos vt vniret, & ad
vnum ouile redigeret, ipſe deſcendit de cœ-
lis, incarnatus, & crucifixus eſt? Quæ noſtra
defenſio erit apud poſteros noſtros? immò
verò apod p̃ſentes homines noſtros? Neſcio
enim, an aliqua noſtra poſteritas erit de tam
magna, tam graui calamitate, tot periculis,
quę eis inferimos. Noo patiamur hęc, patres
optimi. Non habeamus hanc ſentẽtiam, noo
ita malè nobis conſulamus & noſtris. Noli-
mus lupi pro paſtoribus illis fieri, qui ad nos
reſpiciunt: Non eos prodamus hoſtibus, in
animarum & corporum ſimul interitũ. Ego
enim (& ſint mihi hęc verba io perpetuũ te-
ſtimonium toti nationi, cunctiſq; Chriſtia-
nis) nunquã huius ſententiæ ero, oec voquã
prodã corpora, animas, fidem ciuitates, pa-
trum ſepulchra, libertatem, & omnia ſimul,
quæ omnia inuento ſecutura ſchiſma, & no-
ſtrã à Latinis abſq; aliqua ratione diuiſionẽ.
Quænã digna caoſa eſt, ob quam tot & tam
horrenda eligamus pericula? Oro autem &
rogo, vt etiam vos vel omnes, vel maior pats
veſtrum, eadẽ quæ ego, de his rebus ſentiat,
& benè cõmoni vtilitati cooſulat. Quod ſi
oolueritis, ego quidem ſummum Deum, &
vos omoes præſentes, & cunctos poſteros
ooſtros teſtor, qoòd ſine paſſione & fraude,
quæ vera, quæ iuſta, quæ vtilia, quę conducẽ-
tia nobis & ooſtræ ſaluti mihi viſa ſunt, à
principio vſq; ad huoc diem nõ ceſſaui di-
cere, noo omiſi conſulere, nec timore deter-
ritus (ne q̃s me Latinis affectũ putet) tacui,
nec propriam ſecuritatem cõmuni vtilitati
præpoſui: ſed me & mea omnia Deo cõmẽ-
dans, & eius diuinæ voluntati ſubijciẽs, qui
totam mibi vitam ab ineunte ætate meliùs,
quàm optaſſem, direxit atque rexit, cõmun-
ne booom mihi, vt finem, propoſui: & ad
hoc ſolùm reſpiciens, & feci & dixi, quæcũ-
que vel feci vel dixi, ſimul & fidei veritatem,
quoad potui, & corporalem ſalutem
vt ooſtri adipiſcantur, conatus. Vos verò,
cùm libera ſit vobis voluntas, quodcunque
agendum videatur, id agatis. Viocant autem
nutu diuino etiam apud vos, quę meliora &
ſaniora ſunt. Quòd ſi (quod abſit) peior
ſeotentia ſuperabit, hoc tamen omne genus Beſſarionis excuſatio.
humanum, omnis ætas, omnis ordo atq; cõ-
ditio ſciat, (proteſtandum enim rurſus eſt)
ꝙ innoceos ego ſum ab hoc malo, hoc acer-
bo ſchiſmate: nec huius vnq̃ ſentẽtię fui, nec
ſum, præter omnẽ rationẽ à Latinis diuidi.
Nec eoim mihi perſuadeo, non rectè & verè
de fide eos ſapere, & eadẽ, quæ ſanctos do-
ctores, tum Orientales, tũ Occidentales, non

Digitized by Google

credere eos. Nec ignoro, quæ hinc nos & noſtram rempub. ſequentur pericula, quæ calamitates, quæ excidia. Sed præuidi, prædixi, & ne fiāt, quoad potui, prouidi. Quod ſi proficere non potui, non *mei dicentis, ſed audientium culpa eſt. for.* mea

Beſſarionis eiuſdem declaratio aliquorum, quæ in dicta oratione dogmatica continentur, quæ Græcis notiſſima, Latinis ignota ſunt.

NOtandum primò, quòd ſancti doctores Orientales etiam in diuinis vtuntur nomine CAVSAE & CAVSATI, largo modo. Non quidē, vt limitationē & depēdentiam importat, ſed prout productionē & emanationē à principio, eius ꝙ eſt à principio, ſignificat: & ideo me etiā ad Græcos loquētem, his nominibus vſum fuiſſe. Cęterū, quia ad quaſdā oppoſitiones Gręcorum reſpondeo breuiter, tamen non declaratis primò eorū oppoſitionibus, ſed ad tacitā quæſtionem reſpondens, eo quia ad Græcos loquebar, quibus illa nota erant: ſciendum, ꝙ cùm doctores dicāt Spiritumſanctum ex patre per filiū procedere, vel profluere, & cætera ſimilia: & ex hoc appareat, filium quoq; ſpiritus principium eſſe, quod contra vos facit: his quatuor euaſionibus hanc veritatem euadere conantur. Primò nanque, cùm rariſſimè dicant doctores, Spiritumſanctum ex patre per filium procedere, ſæpiſſimè verò mitti, profluere, prodire, emanare, ſcaturire, oriri, & huiuſmodi: fecerunt ſibi hanc voluntariam diſtinctionem, quòd videlicet verbum PROCEDERE, dūtaxat ſignificaret hypoſtaticam & perſonalem Spiritusſancti emanationem: cætera verò vocabula, chariſmatum & donorum eiuſdem in nos diſtributionem, & temporalem in mundum eius miſſionem, quam etiam per filium fieri concedunt. Secundò dicunt, quòd ideo dicitur ex patre per filium, non quia filius eſt principium Spiritusſancti, ſed quia pater & filius ſunt nomina relatiua: (alterum verò relatiuorum non poteſt dici, quin intelligatur alterum) ideo dicendo EX PATRE, necesse eſt, etiam filium nominare, propter vim ipſius relationis. Tertiò, conſubſtantialitatem patris & filij cauſam eſſe aiunt, vt ex patre per filiū ſpiritus eſſe dicatur. Cùm enim eiuſdem ſubſtātiæ ſint pater & filius, neceſſariò, cùm dicitur, ex patre: oportet, quòd dicatur etiam, ex filio. Quartò, quia nōnunquàm, rariſſimè tamen & apud poetas, quibus ob anguſtiam metri licet metaphoricè & abuſiuè vocabulis vti, præpoſitionē PER, aliquandò repererunt idē ſignificare, quod præpoſitio CVM: dicunt, Spiritumſanctum ideo dici ex patre per filium procedere, quia ex patre cum filio ſimul procedit: & his modis omnes illas authoritates exponunt, ſine peruertunt. Hæc nos ex ipſamet authoritatum ſententia, & rationibus veriſſimis confutauimus, probantes hæc non poſſe conſiſtere, nec opinionibus & verbis ſanctorum doctorum conuenire, prout ex ipſis verbis clariùs videtur. Præterea ſciendum eſt, quòd in tertio œcumenico Concilio ſanctus Cyrillus contra Neſtorium, & eius hæreſim inter alia multa, quæ ſapientiſſimè ſcripſit, duodecim etiam capitula edidit contra hæreticos Neſtorij articulos, quæ anathematiſmos appellauit, eo quòd in eis errores illius anathematizat, quorum in nouo contra Neſtorij errorem, qui blaſphemabat filium Dei purum hominem eſſe, Spiritusſancti gratia per participationem ſanctificatū, idem ſanctus Cyrillus Spiritumſanctū, ſpiritum filij & proprium filij eſſe dicit. Poſt hæc quidam Theodoritus Cyri Epiſcopus, vir quidem literatiſſimus, humanæ tamen fragilitati ſubiectus, ſuperueniens in ſynodum ſerò cum Patriarcha Antiocheno Ioanne, cùm reperiſſent iam Neſtorium condemnatum, & pro demeritis ſuis ſede Patriarchali Conſtantinopolitana priuatum, indignati, quòd eis non expectatis concluſum fuerit, defenſionem Neſtorij ſuſceperunt. Theodoritus igitur, tanquam vir doctiſſimus, cōtra duodecim anathematiſmos Cyrilli alia duodecim capitula edidit, quorum in nono, vbi ſanctus Cyrillus Spiritum ſanctum, filij & proprium filij dicit eſſe, his verbis ait: Quòd ſi Cyrillus Spiritum ſanctum proprium filij dicit, tanquam conſubſtantialem ei, hoc verum acceptamus: quòd ſi tanquam ex filio, vel per filium eſſe, & exiſtentiam habentem, hoc vt blaſphemiam eijcimus. Ad hæc totum ęcumenicum Concilium tertium tacuit, nec increpauit Theodoritum tanquam malè dicentem. Cyrillus tamen ad ea reſpondit, omniaque ſua capitula alijs duodecim nouis capitulis ita denuò exponit, vt ſententia eius etſi non nimis apertis verbis, clarè tamē pro nobis eſſe appareat. Hoc maximè Græcos oblectat, in hoc potiſſimùm confidunt, hoc pro maximo & inſolubili argumento putant, quòd Theodorito negante ſpiritum ex filio, vel per filium, habere eſſe & ſubſiſtentiam, concilium totum tacuerit, nec eum mendacij & erroris redargnerit, Cyrillus quoque non ita apertè (vt putant) reſponderit, cùm tamen ſciant Theodoritum propterea condemnatum, & ab Eccleſia multis annis eiectum fuiſſe. Ad hæc igitur tanquam notiſſima Græcis, non ea latiùs explicando, vt in oratione videtur, reſpondetur. Sed nemo de Theodorito viro doctiſſimo doleat. ſuū enim recognouit errorē, & in quarto Chalcedonenſi generali Concilio (superuixit nanque ad illud vſque tempus) palàm eum confeſſus, à ſancta ſynodo, tanquam honorabile membrum Eccleſiæ, ſuſceptus & reſtitutus fuit. Reſtitut* etiam eſt ideo Theodoritus a Leone I. pontifice maximo.

FINIS.

DECRE-

DECRETVM EVGENII PAPÆ QVARTI.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Pſal. 80. Exultate Deo adiutori noſtro, iubilate Deo Iacob, omnes qui vbique nomine cenſemini Chriſtiano. Eccè enim iterùm recordatus Dominus miſericordiæ ſuæ, alium diſſidij lapidem nongentis & ampliùs inueteratum annis, de Eccleſia ſua auferre dignatus eſt: & qui facit cócordiam in ſublimibus, & per quem in terra pax eſt hominibus bonæ voluntatis, optatiſſimam Armenorum vnionem ſua ineffabili miſeratione conceſſit benedictus Devs &
2.Cor.1.a pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Intuens nanque piiſſimus Dominus Eccleſiam ſuam, modò ab his qui foris ſunt, modò ab his qui intrà, nó paruis agitari turbinibus, vt inter ipſas reſpirare anguſtias, & ad reſiſtendum fortior aſſurgere valeat, multis eam quotidiè modis conſolari & roborari dignatur. Nam & pridèm magnã illam Græcorum vnionem, multas longè lateque continentium nationes & linguas, hodiè verò hanc ipſam Armenici populi, qui per Septentrionem & Orientem in magna copia diffuſus eſt, in eodem fidei & charitatis vinculo cum ſede Apoſtolica ſtabiliuit. Hæc profectò tã magna & mira ſunt diuinæ pietatis beneficia, vt non ſolùm pro vtroque, ſed ne quidem pro altero ſatis dignas ſuæ maieſtati referre gratias poſſit intellectus humanus. Quis non vehementer admiretur, vno eodemque tam breui tempore, duo ſic præclara, & tot ſeculis deſiderata opera, in hoc ſacro Concilio fuiſſe tam feliciter có-
Pſal. 117 ſummata? verè à Domino factum eſt illud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Quomodò enim hominum prudentia vel induſtria, niſi gratia Dei & cœpiſſet & perfeciſſet, has tantas & tales res explere potuiſſet? Laudemus iugiter & toto corde benedicamus Do-
Pſal. 135. minũ, qui fecit mirabilia magna ſolus, ipſiq; pſallamus ſpiritu, pſallamus & mente, oreq; & opere, quantùm ſinit humana fragilitas. Pro tantiſque muneribus gratias agamus, orantes & obſecrantes, vt quemadmodùm ipſi Græci atque Armeni vnum cum Eccleſia Romana effecti ſunt, ita fiant & ceteræ nationes, præſertim Chriſti charactere inſignitæ, & totus denique populus Chriſtianus, omnibus odijs belliſque extinctis, mutua inuicèm pace & fraterna charitate quieſcat & gaudeat. Ipſos autem Armenos magnis laudum præconijs dignos eſſe, meritò cenſemus. Vt primùm enim à nobis ad ſynodum accerſiti ſunt, tanquàm Eccleſiaſticæ auidi vnitatis, ſpectabiles, deuotos, & doctos oratores ſuos cum ſufficienti mandato, de ſuſcipiendo videlicet quicquid Spiritusſanctus hanc ſanctam ſynodum illuſtrauerit, ex remotiſſimis regionibus per multos labores, mariſq; pericula ad nos & hoc ſacrum Concilium deſtinârunt. Nos verò tota mente, vt noſtrũ paſtorale decebat officium, cupientes tam ſanctum perficere opus, ſæpè cum ipſis oratoribus de hac ſancta vnione cõtulimus: & ne vel parua* hinc ſanctæ rei dilatio fieret, deputauimus de omni ſtatu huius ſacri Concilij viros, iuris diuini & humani doctiſſimos, qui cùm omni cura, ſtudioq; & diligentia, rem iſtam cum iſtis pertrâctarunt oratoribus, ab eis accuratè inquirentes eorum fidẽ tam circa diuinæ vnitatem eſſentiæ & diuinarum perſonarum Trinitatem, quàm Domini noſtri Iesv Chriſti humanitatem, & ſeptem Eccleſiæ Sacramenta, & alia ad fidem Orthodoxam & ritus vniuerſalis Eccleſiæ pertinentia. Multis itaque adhibitis diſputationibus, collocutionibus, & tractatibus, poſtque non mediocrem teſtimoniorum inſpectionem, quæ ex ſanctis Eccleſiæ patribus & doctoribus deducta ſunt, & earũ, de quibus agebatur, rerum diſcuſſionem, tandem expedire iudicauimus, ne vlla in futurum de fidei veritate apud ipſos Armenos hæſitatio eſſe valeat, atque idem per omnia ſapiant cũ ſede Apoſtolica, vnioque ipſa ſtabilis & perpetua ſine vllo ſcrupulo perſeueret, vt ſub quodam breui compendio orthodoxæ fidei veritatem, quam ſuper præmiſſis Romana profitetur Eccleſia, per hoc decretum, ſacro hoc approbante Florentino Concilio, ipſis oratoribus ad hoc etiam conſentientibus, traderemus.

In primis ergo damus eis ſanctum ſymbolum, à centum quinquaginta Epiſcopis in œcumenico Conſtantinopolitano Concilio editum, cum illa additione, Filioqve, ipſi ſymbolo declarandæ veritatis gratia, & vrgente neceſſitate, licitè & rationabiliter appoſita, cuius talis eſt tenor: Credo in vnum Devm, &c. hoc autem ſanctum ſymbolum, ſicut apud Latinos mos eſt, ita decernimus per omnes Armenorũ Eccleſias intra Miſſarum ſolênia, ſingulis ſaltem Dominicis diebus & maioribus feſtiuitatibus, decantari vel legi.

Secũdò tradimus eis diffinitionem quarti vniuerſalis Concilij Chalcedonenſis, in quinto poſtea & ſexto vniuerſalibus Concilijs renouatam de duabus naturis in vna Chriſti perſona, cuius tenor talis eſt: Sufficeret quidem ſapiens hoc & ſalutare diuinæ gratiæ ſymbolum ad plenam cognitionem ac confirmationem pietatis. De patre enim & filio & Spiritu ſancto perfectionem docet, & Domini humanitatem fideliter accipientibus repræſentat. Sed quoniam hi qui conantur reprobare prædicationem veritatis per proprias hæreſes, nouas voces genuerunt,

runt,& hi quidem præſumentes corrumpe-
re myſterium diſpenſationis Domini, quæ
propter nos facta eſt: alij verò introducen-
tes confuſionem permixtionemq́ue, & ſtultè
cõfingentes vnam eſſe oaturam carois &
Deitatis,& portentosè dicentes paſſibilem
vnigeniti diuinam naturam: ob hoc volens
claudere illis omnem machioationem con-
tra veritatem,præſens nunc ſancta & magna
atque voiuerſalis ſynodus, prædicationem
hanc docens ab initio immobilem, decre-
uit ante omnia fidem trecentorum decem
& octo ſanctorum patrum manere irrecu-
ſabilem:& poſteriore tempore propter illos
quidem qui pugnant aduerſus Spiritumſan-
ctum, corroborat doctrinam de ſubſtantia
ſpiritus traditam, à patribus centum quin-
quaginta apud Conſtantinopolim congre-
gatis, quam illi omnibus notam fecerunt:
non quaſi inferentes, quòd aliquid minus
eſſet in præcedentibus, ſed eorum intelle-
ctum de Spirituſancto ſcripturarum teſti-
monijs declarantes,aduerſus eos qui domi-
nationem eius reſpuere tentauerunt.

Propter illos autem qui moliuntur cor-
rumpere diſpeoſationis myſterium, & im-
pudenter delirant, dicentes purum homi-
nem eſſe illum, qui ex ſaocta Maria virgine
natus eſt, ſuſcepit epiſtolas ſynodicas beati
Cyrilli quondam præſulis Eccleſiæ Alexan-
drinæ ad neſtorium & ad Orientales, con-
gruas exiſtentes ad conuincendas Neſtorij
veſanias,& ad interpretationem eorum qui
ſalotaris ſymboli mẽtem pio zelo ooſſe de-
ſiderant. Quibus etiam conſequentiſſimè
epiſtolam coaptauit magnę & ſenioris vrbis
Romę pręſulis beatiſſimi ac ſanctiſſimi Leo-
nis Papæ,quæ ſcripta eſt ad ſanctæ memo-
riæ Archiepiſcopum Flauianum, ad peri-
mendam Eutychis malam intelligentiam,
vtpotè congruentem illius magni Petri con-
feſſioni, & exiſtentem nobis quandam co-
lumnam communem aduerſus praua dog-
mata, & ad confirmationem rectorum dog-
matum. His nanque qui in duos filios di-
ſpenſationis Diuinæ myſterium diſcerpere
nituntur,obſiſtit:& illos qui paſſibilem Dei-
tatem vnigeniti auſi ſunt dicere, à ſacro cœ-
tu expellit:& his qui io duabus naturis Chri-
ſti temperamentum aut confuſiooem ex-
quirunt,reſiſtit:& eos qui dicunt, ſerui for-
mam quam ex nobis aſſumpſit,cæleſtem eſſe
aut alterius alicuius ſubſtantiæ, vt demen-
tes abigit: & qui doas quidem ante vnitio-
nem naturas Domini fabulantur, vnam ve-
rò poſt vnitionem confiogunt, anathema-
tizat.Sequentes igitur ſanctos patres, vnum
eundemque confiteri filiom Dominum no-
ſtrum Ieſum Chriſtum conſonanter omnes
docemus, eundem perfectum in Deitate,
eundem perfectum in humanitate, DEVM
verè & hominem verè, eundem ex anima
ratiooali & corpore, conſubſtantialem patri
ſecundum Deitatem, & conſubſtantialem
nobis eundem ſecundum humanitatem, per
omnia nobis ſimilem abſque peccato, ante
ſecula quidem de patre genitum ſecuodum
Deitatem,in nouiſſimis autem diebus eun-
dem propter nos & propter ſalutem oostram
ex Maria virgine Dei genitrice ſecundum
humanitatem,vnum eundemq́ue Chriſtum
verum filium Dominum vnigeonitũ in dua-
bus naturis inconfusè, immutabiliter, indi-
uisè,inſeparabiliter agnoſcendum,nuſquam
ſublata differentia oaturarum propter vni-
tionem,magisq́; ſalua proprietate vtriuſque
naturæ,& in vnam perſooam atque ſubſi-
ſtentiam concurrentem, noo in duas perſo-
nas partium ſiue diuiſum, ſed vnum & eun-
dem filium vnigenitum Deum verum Do-
minum IESVM Chriſtum, ſicut antè pro-
phetæ de eo,& ipſe oos Ieſus Chriſtus eru-
diuit,& ſanctorum patrum oobis tradidit
ſymbolum.

Tertiò, diffinitionem de duabus voluo-
tatibus,duabusq́ue Chriſti operationibus in
prædicto ſexto Cõcilio promulgatum,cuius
tenor talis eſt: Sufficeret quidem, & reli-
qua,quæ in ipſa diffinitione Concilij Chal-
cedooeñ.ſuperiùs enarrata, ſequuntur vſq;
ad finem, poſt quem ſequitur in huoc mo-
dum: Et duas naturales voluntates in eo, &
duas naturales operationes indiuisè, incon-
uertibiliter,inſeparabiliter,incõfusè, ſecun-
dum ſanctorum patrum doctrioam adęquè
prædicamus, & duas naturales voluntates
noo contrarias,iuxta quod impij aſſeruerũt
hæretici,ſed ſequentem humanam eios vo-
luntatem, & non reſiſtentem vel reluctan-
tem,ſed potiùs & ſubiectam diuinæ eius at-
que omnipotenti voluntati. Oportebat
enim carnis voluotatem moueri, ſubijci ve-
rò voluntati Diuinæ, iuxta ſapientiſſimum
Athanaſium.Sicut enim eius caro, Dei ver-
bi dicitur & eſt: ita & naturalis carnis eius
voluntas,propria DEI verbi dicitur & eſt,
ſicut ipſe ait: Quia deſceodi de cœlo, noo vt Ioan. 6. d
faciam voluntatem meam, ſed eios qui mi-
ſit me,patris: ſuam propriam dicens volun-
tatem,quæ erat carnis eius. Nam & caro pro-
pria eius facta eſt.quemadmodùm enim ſan-
ctiſſima atque immaculata animata eius ca-
ro,deificata eſt,non eſt perempta,ſed io pro-
prio * ſui ſtatu & ratione permanſit: ita & *ſuo
humana eius voluntas deificata eſt, non eſt
perempta:ſaluata eſt autem magìs, ſecũdum
Deiloquum Gregorium dicentẽ: Nam velle
illius * qui in ſaluatore iotelligitur, non eſt * quod
contrarium Deo: deificatum eſt totum duas
enim oaturales operationes indiuisè, incon-
uertibiliter,inconfusè,inſeparabiliter in eo-
dem Domioo Ieſu Chriſto vero Deo * mo-
dò glorificamus,hoc eſt, diuinam operatio-
nem & humanam operationem ſecundum
diuinorum prædicatorem Leonem apertiſ-
ſimè aſſerentem: Agit enim vtraque forma
cum

cum alterius communione quod proprium eſt, verbo ſcilicet operante quod verbi eſt, & carne exequente quod carnis: nec enim in quoquã vnam dabimus naturalem operationem Dei & creaturæ, vt neque quod creatum eſt, in diuinam educamus eſſentiã: neq; quod eximium eſt diuinæ naturæ, ad competentem creaturis locum deijciamus. Vnius enim & eiuſdem tam miracula, quamq; paſſiones cognoſcimus, ſecũdum aliud & aliud eorum ex quibus eſt naturis, & in quibus habet eſſe, ſicut admirabilis inquit Cyrillus. Vndique igitur inconfuſum atque indiuiſum conſeruantes vnum ſanctæ Trinitatis, breui voce cuncta proferimus: & poſt incarnationem, Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum verum Deum eſſe credentes, aſſerimus duas eius eſſe naturas, in vna eius radiante ſubſiſtentia, in qua tam miracula quamque paſſiones per omnem ſui diſpenſationem conuerſatus, non per phantaſiam, ſed veraciter hæc demonſtrauit, ob naturalem differentiam in eadem vna ſubſiſtentia cognoſcendam, dum vtraque natura cum alterius communione indiuiſè & inconfusè propria vellet atque operaretur: iuxta quam rationem, & duas naturales volontates & operationes confitemur, ad ſalutem humanam conuenienter in eo concurrentes.

Quartò, quoniam hactenùs ipſi Armeni præter has tres, Nicęnam, Conſtantinopolitanam & Epheſinam primam, ſynodos, nullas alias vniuerſales poſteà celebratas, nec ipſum beatiſſimum huius ſanctæ ſedis antiſtitem Leonem, cuius authoritate ipſa Chalcedonenſis ſynodos extitit congregata, ſuſceperunt, aſſerentes eiſdem fuiſſe ſuggeſtũ, tam ſynodum ipſam Chalcedoneñ. quàm memoratum Leonem, ſecũdum damnatam Neſtorij hæreſim diffinitionem feciſſe: inſtruximus eos & declarauimus, huiuſmodi falſam fuiſſe ſuggeſtionem, ipſamq; ſynodũ Chalcedonenſem & beatiſſimum Leonem ſanctè & rectè veritatem de duabus in vna perſona Chriſti naturis ſuperiùs deſcriptam definiuiſſe, contra impia Neſtorij & Eutychis dogmata: iniunximusq;, vt ipſum beatiſſimum Leonem, qui veræ fidei columna fuit, & omni ſanctitate & doctrina refertus, tanquam ſanctum & in Catalogo ſanctorum meritò deſcriptum, decæterò reputent & venerentur, atque non ſolùm dictas tres ſynodos, ſed & omnes alias vniuerſales authoritate Romani pontificis legitimè celebratas, ſicut & ceteri fideles reuerenter ſuſcipiant.

Quintò, Eccleſiaſticorum ſacramentorum veritatem, pro ipſorum Armenorum tam præſentium quàm futurorum faciliori doctrina, ſub hac breuiſſima redigimus formula:
7. Eccleſię Sacramẽta. Nouæ legis ſeptem ſunt Sacramenta, videlicet, Baptiſmus, Confirmatio, Eocharistia, Pœnitentia, extrema Vnctio, Ordo, & Matrimonium. Quæ multùm à ſacramentis differunt antiquæ legis. Illa enim non cauſabant gratiam, ſed eam ſolùm per paſſionem Chriſti dandã eſſe figurabant: hæc verò noſtra & continent gratiam, & ipſam dignè ſuſcipientibus conferunt. Horum quinque prima, ad ſpiritualem vniuſcuiuſq; hominis in ſeipſo perfectionem: duo vltima, ad totius Eccleſiæ regimen multiplicationemque ordinata ſunt. Per baptiſmum enim ſpiritualiter renaſcimur, per confirmationem augemor in gratia, & roboramur in fide, renati autem & roborati, nutrimur diuina euchariſtiæ alimonia. Quòd ſi per peccatum ęgritudinem incurrimus animæ, per pœnitentiam ſpiritualiter ſanamur, ſpiritualiter etiã & corporaliter (prout animæ expedit) per extremã vnctionem: per ordinem verò Eccleſia gubernatur & multiplicatur ſpiritualiter, per matrimoniũ corporaliter augetur. Hæc omnia ſacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquã materia, verbis tanquam forma, & perſona miniſtri conferentis ſacramentum cum intentione faciendi, quod facit Eccleſia: quorum ſi aliquod deſit, non perficitur ſacramentum. Inter hæc ſacramenta, tria ſunt, baptiſmus, confirmatio & ordo, quæ characterem, id eſt, ſpirituale quoddam ſignum, à cæteris diſtinctiuum imprimunt in anima indelebile. Vndè in eadem perſona non reiterantur. Reliqua verò quatuor characterem non imprimunt, & reiterationem admittunt.

Primum omnium ſacramentorum locùm Baptiſm⁹.
tenet ſanctum baptiſma, quod vitæ ſpiritualis ianua eſt. per ipſum enim membra Chriſti, ac de corpore efficimur Eccleſiæ. Et cùm per primum hominem mors introierit in vniuerſos, niſi ex aqua & ſpiritu renaſcimur, non poſſumus (inquit veritas) in re- Ioan. 3.
gnum cœlorum introire. Materia huius ſacramenti, eſt aqua vera & naturalis: nec refert, frigida ſit an calida. Forma autem eſt, Ego te baptizo in nomine patris & filij & Spiritusſancti. Non tamen negamus, quin & per illa verba, Baptizetur talis ſeruus Chriſti in nomine patris & filij & Spiritusſancti: Vel, Baptizatur manibus meis talis, in nomine patris & filij & Spiritusſancti, verum perficiatur baptiſma: quoniam cùm principalis cauſa, ex qua baptiſmus virtutem habet, ſit ſancta Trinitas, inſtrumẽtalis autem ſit miniſter, qui tradit exterius ſacramentum, ſi exprimitur actus, qui per ipſum exercetur miniſtrum, cum ſanctæ Trinitatis inuocatione perficitur ſacramentũ. Miniſter huius ſacramenti eſt ſacerdos, cui ex officio competit baptizare. In cauſa autem neceſſitatis non ſolùm ſacerdos vel diaconus, ſed etiam laicus vel mulier, immò etiam paganus & hæreticus, baptizare poteſt, dummodò formam ſeruet Eccleſiæ, & facere intendat quod facit Eccleſia. Huius ſacramenti effectus,

eſt

eſt remiſſio omnis culpæ originalis & actualis, omnis quoque pœnæ, quæ pro ipſa culpa debetur. Propterea baptizatis nulla pro peccatis præteritis iniungenda eſt ſatisfactio. ſed morientes, antequàm culpam aliquã committant, ſtatim ad regnum cœlorum & Dei viſionem perueniunt.

Confirmatio. Secundum ſacramentum eſt confirmatio, cuius materia eſt, chriſma confectũ ex oleo, quod nitorem ſignificat conſcientiæ, & balſamo, qui odorem ſignificat bonæ famæ, per Epiſcopum Benedicto. Forma autem eſt, Signo te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine patris & filij & Spiritusſancti. Ordinarius miniſter eſt Epiſcopus. Et cùm cæteras vnctiones ſimplex ſacerdos valeat exhibere, hanc non niſi Epiſcopus debet conferre: quia de ſolis Apoſtolis legitur, quorum vicem tenent Epiſcopi, quòd per manus impoſitionem Spiritum ſanctum

Acto. 8. dabant, quemadmodùm Actuum Apoſtolorum lectio manifeſtat. Cùm enim audiſſent (inquit) Apoſtoli, qui erant Hieroſolymis, quia recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cùm veniſſent, orauerunt pro eis, vt acciperent Spiritum ſanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat, ſed baptizati tantùm erant in nomine Domini Ieſu. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritumſanctum. Loco autem illius manus impoſitionis datur in Eccleſia confirmatio. Legitur tamen, aliquando per Apoſtolicæ ſedis diſpenſationem ex rationabili & vrgente admodùm cauſa, ſimplicem ſacerdotem chriſmate per Epiſcopum confecto hoc adminiſtraſſe confirmationis ſacramentum. Effectus autem huius ſacramenti eſt, quia in eo datur Spiritus ſanctus ad robor, ſicut datus eſt Apoſtolis in die pentecoſtes, vt videlicet Chriſtianus audacter Chriſti confiteatur nomen. Ideoque in fronte, vbi verecundiæ ſedes eſt, confirmandus inungitur, ne Chriſti nomen confiteri erubeſcat, & præcipuè crucem eius, qui Iudæis eſt ſcandalum, gentibus autem ſtultitia, ſe-

1.Cor. 1.d cundum Apoſtolum, propter quod ſigno crucis ſignatur.

Euchariſtia. Tertium eſt Euchariſtiæ Sacramentum, cuius materia eſt panis triticeus, & vinum de vite, cui ante conſecrationem aqua modiciſſima admiſceri debet. Aqua autem ideo admiſcetur, quoniam iuxta teſtimonia ſanctorum patrum & doctorum Eccleſiæ pridèm in diſputatione exhibita, creditur, ipſum Dominum in vino aqua permixto hoc in-

In prima dec. epiſt. & de conſecr. diſ. 1. In ſacramentorũ. ſtituiſſe ſacramentũ. Deinde, quia hoc conuenit Dominicæ paſſionis repræſentationi. Inquit enim beatus Alexander Papa quintus à beato Petro: In ſacramentorum oblationibus, quæ intra Miſſarum ſolennia Domino offeruntur, panis tantùm & vinum aqua permixtum, in ſacrificium offerantur. Non enim debet in calicem Domini aut vinum ſolum, aut aqua ſola offerri, ſed vtrunque permixtum: quia vtrunque, id eſt, ſanguis & aqua, ex latere Chriſti profluxiſſe legitur. Tum etiam, quòd conuenit ad ſignificandum huius ſacramenti effectum, qui eſt vnio populi Chriſtiani ad CHRISTVM. Aqua enim populum ſignificat, ſecundum illud Apocalypſis: Aquæ multæ populi mol- Apoc.17.d
ti. Et Iulius Papa ſecundus poſt beatum Sylueſtrum, ait: Calix Dominicus iuxta canonum præceptum, vino & aqua permixtus debet offerri: quia videmus in aqua populum intelligi, in vino verò oſtendi ſanguinem Chriſti. (De conſe. diſt. 2. Cũ omne crimen.) Ergo cùm in calice vinum & aqua miſcetur, Chriſto populus adunatur, & fidelium plebs ei in quem credit, copulatur & iungitur. Cùm ergo tam ſancta Romana Eccleſia à beatiſſimis Apoſtolis Petro & Paulo edocta, quàm reliquæ omnes Latinorum, Græcorumque Eccleſiæ, in quibus omnis ſanctitatis & doctrinæ lumina claruerunt, ab initio naſcentis Eccleſiæ ſic ſeruauerint, & modò ſeruent, inconueniens admodùm videtur, vt alia quæuis regio ab hac vniuerſali & rationabili diſcrepet obſeruantia. Decernimus igitur, vt etiam ipſi Armeni ſe cum vniuerſo orbe Chriſtiano conforment, eorumque ſacerdotes in calicis oblatione paululum aquæ (prout dictum eſt) admiſceant vino. Forma huius ſacramẽti ſunt verba Saluatoris, quibus hoc conficit ſacramentum. Sacerdos enim in perſona Chriſti loquens, hoc conficit ſacramentum. Nam ipſorum verborum virtute, ſubſtantia panis in corpus CHRISTI, & ſubſtantia vini in ſanguinem conuertuntur: ita tamen, quòd totus Chriſtus continetur ſub ſpecie panis, & totus ſub ſpecie vini, ſub qualibet quoque parte hoſtiæ conſecratæ & vini conſecrati, ſeparatione facta, totus eſt Chriſtus. Huius ſacramenti effectus, quem in anima operatur dignè ſumentis, eſt adunatio hominis ad Chriſtum. Et quia per gratiam homo Chriſto incorporatur, & membris eius vnitur: conſequens eſt, quòd per hoc ſacramentum in ſumentibus dignè gratia augeatur: omnemque effectum, quem materialis cibus & potus, quoàd vitam agunt corporalem, ſuſtentando, augendo, reparando & delectando, ſacramentum hoc quo ad vitam operatur ſpiritualem, in quo (vt inquit Vr- Vrbanus 4. in Bulla inſtitutionis feſti corporis Chriſti.
banus Papa) gratam ſaluatoris noſtri recenſemus memoriam, à malo retrahimur, confortamur in bono, & ad virtutum & gratiarum proficimus incrementum.

Quartum ſacramentum, eſt Pœnitentia, Pœnitentia.
cuius quaſi materia ſunt actus pœnitentis, qui in tres diſtinguuntur partes. Quarum prima eſt cordis contritio, ad quam pertinet, vt doleat de peccato commiſſo cum propoſito non peccandi de cætero. Secunda eſt oris confeſſio, ad quam pertinent, vt peccator

tor

tor omnia peccata, quorum memoriam habet, ſuo ſacerdoti confiteatur integraliter. Tertia eſt ſatisfactio pro peccatis ſecũdum arbitrium ſacerdotis, quæ quidem præcipuè fit per orationem, ieiunium & eleemoſynã. Forma huius ſacramenti ſunt verba abſolutionis, quæ ſacerdos profert, cùm dicit: Egó te abſoluo &c. Miniſter huius ſacramenti eſt ſacerdos, habens authoritatem abſoluendi vel ordinariam, vel ex commiſſione ſuperioris. Effectus huius ſacramenti, eſt abſolutio à peccatis.

Extrema vnctio

Quintum ſacramentum eſt extrema vnctio, cuius materia eſt oleum oliuæ per Epiſcopum benedictum. Hoc ſacramentum niſi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet: qui in his locis vngendus eſt: in oculis propter viſum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter guſtum vel loqutionem in manibus propter tactum, in pedibus ꝓpter greſſum in renibus propter delectationem ibidèm vigentem. Forma huius ſacramenti eſt hæc: Per iſtam vnctionẽ & ſuam pijſſimam miſericordiam indulgeat tibi DOMINVS, quicquid per viſum &c. deliquiſti, videtur deeſſe. Et ſimiliter in alijs mẽbris. Miniſter huius ſacramẽti eſt ſacerdos: Effectus verò eſt mẽtis ſanatio, & inquantùm aũt expedit, ipſius ẽt corporis. De hoc ſacramẽto inquit

Iacob 5.e

beatus Iacobus Apoſtolus: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, vt orent ſuper eum, vnguentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus: & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei.

Ordo.

Sextum ſacramentum eſt, Ordinis, cuius materia eſt illud, per cuius traditionem confert ordo, ſicut presbyteratus traditur per calicis cum vino, & patenæ cum pane porrectionem. Diaconatus verò per libri Euangeliorũ dationem, ſubdiaconatus verò per calicis vacui cum patena vacua ſuperpoſita traditionem: & ſimiliter de alijs per rerum ad miniſteria ſua pertinentium aſſignationem. Forma ſacerdotij talis eſt: Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium in Eccleſia pro viuis & mortuis, In nomine Patris & filij & Spiritusſancti. & ſic de aliorum ordinũ formis, prout in pontificali Romano latè continetur. Ordinarius miniſter huius ſacramẽti, eſt Epiſcopus. Effectus, augmentum gratię, vt quis ſit idoneus miniſter.

Matrimonium.

Septimum eſt ſacramentum Matrimonij quod eſt ſignum coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ, ſecundum Apoſtolum dicentem: Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem

Ephe.5.d

dico in Chriſto & in Eccleſia. Cauſa efficiẽs matrimonij, regulariter eſt mutuus conſenſus, per verba de præſenti expreſſus. Aſſignatur autem triplex bonum matrimonij. Primum eſt proles ſuſcipienda & educanda ad cultum Dei. Secũdum eſt fides, quam vnus coniugum alteri ſeruare debet. Tertium indiuiſibilitas matrimonij, propter hoc qđ ſignificat indiuiſibilem coniunctionẽ Chriſti & Eccleſię, Quamuis autem ex cauſa fornicationis liceat tori ſeparationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas eſt, cùm matrimonij vinculum legitimè contracti perpetuum ſit.

Sextò, compendioſam illam fidei regulam, per beatiſſimum Athanaſium editam, ipſis præbemus oratoribus, cuius tenor talis eſt: Quicunque vult ſaluus eſſe &c.

Septimò, decretum vnionis cum Gręcis conſummatę pridem in hoc ſacro œcumenico Florentino Concilio promulgatum, cuius tenor talis eſt: Engenius &c. Lętentur cęli &c.

Octauò, cùm inter alia ſit etiam cum ipſis Armenis diſputatum, quibus diebus feſtiuitates Annunciationis beatę Marię Virginis, Natiuitatis beati Ioannis Baptiſtę, & conſeqoenter Natiuitatis & Circuncíſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac pręſentationis eiuſdem in templo, ſeu Purificationis beatę virginis Marię celebrari debeant, ſanisq́ue dilucidè veritas patefacta fuerit, tam ſanctorum patrum teſtimonijs, quàm conſuetudine Eccleſię Romanę, & omnium aliarum vniuerſaliter apud Latinos & Græcos: ne igitur in tantis celebritatibus diſpar ſit Chriſtianorum ritus, vndè perturbandę charitatis occaſio poſſit oriri, decernimus tanquam veritati & rationi conſentaneum, & iuxta totius reliqui orbis obſeruantiam, vt ipſi etiam Armeni feſtum Annunciationis beatæ Mariæ, die uiceſimaquinta Martij Natiuitatis beati Ioannis Baptiſtæ uiceſimaquarta Iunij; Natiuitatis uero ſecũdum carnem Saluatoris noſtri, uigeſimaquinta Decembris; Circunciſionis, eiuſdem, primo Ianuarij; Epiphaniæ ſexto eiuſdem Ianuarij, Præſentationis Domini in templo, ſeu Purificationis Dei genitricis, ſecunda Februarij debeant ſolenniter celebrare. His omnibus explicatis, prędicti Armenorum oratores nomine ſuo & ſui Patriarchæ & omnium Armenorum, hoc ſaluberrimum ſynodale decretum cum omnibus ſuis capitulis, declarationibus, diffinitionibus, traditionibꝰ, pręceptis & ſtatutis, omnemq́ue doctrinam in ipſa deſcriptam, necnon quicquid tenet & docet ſancta ſedes Apoſtolica & Romana Eccleſia, cum omni deuotione & obedientia acceptant, ſuſcipiunt, & amplectuntur. Illos quoq; doctores & ſanctos patres, quos Eccleſia Romana approbat, ipſi reuerenter ſuſcipiunt: quaſcunq; uerò perſonas & quicquid ipſa Romana Eccleſia damnat & reprobat, ipſi pro reprobatis & damnatis habent, profitentes, tanquam ueri obedientiæ filij, nomine quo ſuprà, ipſius ſedis Apoſtolicæ ordinationibus & iuſſionibus fideliter obtemperare. Datum Florentiæ in publica

Armeni redeũt ad Eccleſiæ vnionem.

blica ſeſſione ſynodali ſolenniter in Eccleſiam maiori celebrata Anno Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo nono, decimo Calenda Decembris, pontificatus noſtri Anno nouo.

FINIS.

LITERA DOMINI ARCHIEpiſcopi Hieroſolimitani ad papam Eugenium quartum.

SAnctiſſimo ac beatiſſimo domino noſtro Eugenio papæ, beatitudinis veſtrę filius Eſaias epiſcop⁹ Hieroſolymitanus. Beatiſſime in Chriſto pater & ſanctiſſime domine, poſt debitam, deuotam ac humilem recommendationem, ad deuota pedum oſcula beatorum, Breuio duo ſanctitatis veſtrę humiliter ſuſcepit circa materiam ſanctiſſimæ vnionis Armeniorum generis cum Romana Eccleſia cõmuni omnium matre, cuius throno beatitudo veſtra, annuente Domino, dedicata eſt. Quibus reuerenter reſpondeo, quòd ſicut anno præterito contuli cum venerabili viro Chriſtophoro Gataono ſecretario & nuncio ſanctitatis veſtrę, nihil mihi dulcius eſſe poſſet, quàm diebus meis * tam ſingularem Deoq́ue gratiſſimam intueri poſſe, cùm ad ſalutem animarum, communeq́ue bonum noſtrum pertineat. Et ita etiam nunc præfato Chriſtophoro in materia prædicta idẽ dixi, ſicut ipſe pedibus ſanctitatis veſtrę diffuſiùs narrare poterit. Verùm vt ipſe ſcit, literas beatitudinis veſtræ directas reuerendiſſimo patri Catholico patriarchæ noſtro per ſufficientem nuncium miſi, eaſq́; de Latino in Armenicum transferre feci, vt ipſi reuerendiſſimo patriarchæ clariùs, quæ anteà eidem ſcripſeram, innoteſcere poſſint. Spero enim fauente Domino & omnibus ſanctis eius, quòd celerem reſponſionem ſuſcipiam, cum optima eius diſpoſitione ad Dei tam ſingulare opus. Cùm verò cognoſcam bonitate, clementia & munere S.V. erga genus noſtrum, rem ipſam, quæ tanto tẽpore ſilentio deducta eſt, facilè ad optatum finem deduci poſſe: venit nunc huius Imperatoris * ordine ipſe Chriſtophorus ad conſpectum beatitudinis veſtræ, cui nonnulla S.V. ſignificanda impoſui. Verùm (vt exiſtimo) citò rediturus eſt pro apparatu vnionis ſanctiſſimæ, quæ cum hoc Imperatore nouiter per eum, veſtræ beatitudinis nomine, concluſa eſt. Cùm enim reddierit, poterit verſus reuerendiſſimum patriarcham noſtrum, ſicut ordo datus eſt, accedere. Et ego ſecum vnum ex presbyteris meis mittã, cum quo poterit omnia diligenter circa vnionis noſtræ materiam tractare atque perficere, ſecundum quod à beatitudine veſtra habuerit in mandatis. Noſq́; omnes ſemper & benè diſpoſiti erimus, vt tam vtiliſſimum Dei opus finem ſortiri valeat. Sanctitati veſtræ me & meos humiliter commendo. Ex Conſtantinopoli die prima Nouembris, milleſimo quadringenteſimo, trigeſimo quarto.

*rem, videtur deeſſe.

for. *ordinatione

REFORMATIONES CLERI DIOECESIS LEODIENSIS

Per R. P. D. Ioannem Epiſcopum Leodienſem factæ &c. Et per Capitulum maius Leodienſe ſigillatæ &c.

A.D. 1451.

VNiuerſis præſentia ſtatuta viſuris ſeu audituris, Ioannes Dei gratia Epiſcop⁹ Leodienſis, ſalutem in Domino ſynceram. Quanuis bonæ memoriæ Adulphus epiſcopus Leodiẽſis prædeceſſor noſter, ad extirpandum officiariorum curiæ noſtræ, necnon curialium venerabilium virorum, præpoſiti, capituli, *archiepiſcoporum noſtrorũ Leodien. ipſas curias ſequentium abuſus & exceſſus, quædam vtilia ſtatuta condiderit, quædam ſcilicet anno Domini milleſimo trecenteſimo trigeſimoſeptimo, menſis Septembris die vigeſimaoctaua, quædam autem anno eodem, ſed menſis Octobris die ſeptima: Alia quædam anno à Natiuitate eiuſdẽ Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimotertio, menſis Iulij die nona: & illa mandauerit ſub certis pœnis in eiſdem adiectis inuiolabiliter obſeruari: Illa tamen vſquequaque obſeruata non ſunt, vndè grauamina ſunt addita noſtris ſubditis grauiora. Ideò eorundem ſubditorum incommodis obuiate volentes, illa ſtatuta & alia ſynodalia per prædeceſſores noſtros edita, ac per nos nouiter cum aliquibus additionib⁹ innouata, Saluis tamen infraſcriptis ſtatutis, de dicti noſtri capituli conſilio & conſenſu, innouamus & de nouo confirmamus, præcipientes, anthoritate noſtra diſtrictiùs & in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub pœnis in illis expreſſis diligentiùs ab omnibus obſeruari. Quædam autem conſideratione venerabilium maioris & ſecundariarum Eccleſiarum noſtrarũ Leodienſium, capitulorum ac cleri noſtrarum ciuitatis & diœceſis Leodienſis de memorati noſtri Capituli maioris conſilio & conſenſu, ſtatuentes.

Legẽdum apparet, *archidiaconorum

In

In primis ſiquidem ſtatuimus, quòd licentia teſtandi alicuius presbytero ſeu beneficiato per literas ſub ſigillo officialitatis curiæ Leodienſis conceſſa, non expiret per ceſſum vel deceſſum illius Epiſcopi, cuius tempore conceſſa fuit, ſed perpetuò ſit firma & valida.

Item ſi contingit ſigilliferum vel officialem foraneum apponere manus ad bona mobilia alicuius presbyteri vel alterius beneficiati, ab inteſtato ſeu abſque licentia teſtandi defuncti, conficiatur de illis bonis ſtatim & fideliter Inuentarium, & quod exequijs & debitis ſolutis ſupercreuerit, cedat diſpoſitioni noſtræ conuerteñ. prout nobis viſum fuerit expedire.

Item quòd decætero pro abſentia infra feſtũ S. Aegidij petenda nõ recipiatur vltra quàm viceſimus denarius valoris annui beneficiorũ, deductis realibus oneribus. Et vt de beneficij, de quo abſentia petetur, vero valore notitia, rectore petẽte, certiùs habeatur: volumus notitiã eandem iuramento rectorũ & virorũ fidedignorũ corã illo à quo petetur abſentia, vel certo commiſſario io loco beneficij ad hoc dando, & nullatenùs dari denegando, docere poſſe & debere. Prouiſo in hoc, quod dicto ſemel officiali vel ſigillifero Leodienſi modo præmiſſo, ſeu archidiacono ſuove vicario, non arctetur talis docens, abſque legitima cauſa valorem eundem ſecundariò deducere vel docere. Sed vterq; prælatorũ prædictorum ſit contentus documento coram altero huiuſmodi augmentẽtur vel diminuantur. Quodque pro Placet, cuiuſcunque beneficij curat quantùcunq; valoris, vltra vnum ſcutum vetus: Beneficij verò non curati, vltra quatuor groſſos veteres, quales ſubſcribuntur, decętero non recipiantur quouis modo. Volumus tamen & mandamus, pro Placet ipſorum beneficiorum, minus recipi ſecundum fructuum tenuitatem.

Item in abſentia pro Placet etiam coniunctim pro regiſtrationibus tam per ſigilli ſerum noſtrum, q̃ archidiaconos Eccleſiæ noſtræ Leodieñ. non recipiantur amodò vltra q̃ duo groſſi antiqui, quorum duodecim valebunt florenum Rhenenſem & vnum dimidium ſtuferum bonũ. Quales etiam groſſos ſolui volumus in abſentia & regiſtrationibus, & quòd nihil quo ad abſentes capiatur ſeu recipiatur abuſiuè.

Item, quia diaconi ſeu vicedecani & capitula ſecundariarum Eccleſiarum noſtrarũ Leodieñ. hactenùs plura onera, vexationes & labores nobiſcũ & cũ venerabili capitolo nſo Leodieñ. ꝓ libertate Eccleſiaſtica ſeruãda & pro reſiſtentia iniuriarũ, oppreſſionũ & grauaminũ, quæ (prohdolor) clero noſtro tam infra ciuitatẽ q̃ extra, diuerſimodè & pluriès retroactis tẽporibus obuenerunt, & indiès obueniũt, ſubire habuerunt & habẽt, dum talia vel ſimilia occurrunt: idcirco ipſis dñis decanis ſeu vicedecanis & capitulis ſecundariarũ Eccleſiarum noſtrarũ Leodieñ. præctatarum, gratioſè indulgentes, ordinamus & ſtatuimus, vt inanteà nullus ſigillifer noſter ꝓ tẽpore, aut aliquis archidiaconorũ ſiue vicarius eorundem, decanus ſeu vicedecanus Chriſtianitatum ſeu cõciliorum quorumcunq;, aut alius prælatus quicunq; noſtrarum ciuitatis & diœceſis Leodieñ. alicui canonico prębendato noſtrarum Eccleſiarũ ſecũdariarũ Leodieñ. prętactarũ, & reſidenti in eiſdẽ ſeu aliqua ipſarũ, & extra eaſdem beneficiũ vel officium, ſeu bñficia vel officia nſæ diœceſis, curatum vel non curatum, aut curata vel non curata obtinenti, licentiam abeſſendi, fructuſq; ad nos vel noſtram diſpoſitionẽ, & ad pręlatos prædictos ſeu aliquem ipſorum ratione abſentiæ huiuſmodi ſpectantes, leuandi & habendi ac faciendi illi vel illis laudabiliter in diuinis deſeruire deneget. Sed concedere debeat vnicuiq; canonico reſidenti, vt pręfertur, petenti & cõpetentem taxam iuxta artic. ſiue punctum prætactum, de 20. denario ſingulis annis infra & ante feſtum B. Lamberti martyris offerenti: hortantes oẽs & ſingulos decanos ſeu vicedecanos, & cap. oĩm & ſingularum Eccleſiarum noſtrarum collegiatarum, extra ciuitatẽ Leodieñ. & infra diœceſim noſtrã cõſiſtentiũ, vt ipſi & eorũ ſinguli ſe fauorabiliter in p̃miſſis cũ canonicis reſidẽtes in aliqua ſecundariarũ Eccleſ. noſtrarũ p̃tactarũ ſe cõformẽt. Et abſentiã nulli ipſorũ prælatorũ & canonicorũ reſidentium illã petenti denegent: ſcituri, ꝙ ſi facere recuſauerint, quod abſit, nõ gaudebunt neq; fruentur noſtris p̃ſentibus ordinationibus ſiue ſtatutis.

Itẽ inhibemus, ne decętero fruct⁹ bñficiorum in qb⁹ rectores eorũ pſonaliter reſidẽt, ſub ficto colore, quaſi ipſi ſint abſentes, aliquateuùs arreſtent. Nec etiã eorũ rectorib⁹ qui abſentes ſunt cũ licentia ſuorũ p̃latorũ, huiuſmodi licentiã dare debeñ. dũ bñficia huiuſmodi aliàs laudabiliter officient, prout debent. Quodq; ſi forſan ſcienter vel ignoranter ſecùs cõtigerit attẽtari, comperta veritate, ſummariè index ſine aliqua difficultate arreſtum tollat. Et ſi forſan contra talem rectorem vel eius procuratorem aut alium habentem cauſam ab eo, occaſione huiuſmodi arreſti quomodolibet ſuerit pro contumacia vel aliàs proceſſum ad excommunicationẽ, ſuſpenſionem vel interdictum, abſolutio ſine difficultate impendatur. Et pro reuocatione arreſti atq; abſolutione huiuſmodi, & pro ſigno ſiue pro ſigillo nihil recipiatur. Sed lr̃æ ſuper huiuſmodi reuocatione ſeu abſolutione cõfectę, gratis p notarios ad alia deputatos ſignent, & p eos ad quos ſpectet ſigillare, gratis ſigillẽtur. Et inſup ſi cõtingat collectorẽ fructuũ vel bñficiorũ abſentis vel procuratorẽ negociorũ curię pro-

pter iniuſtum arreſtum vel ioiuſtam ceoſuram huiuſmodi coodẽnari in expenſis, præcipimus illas ſtatim ſolui, vel io iudicio depooi ad opus illius, cui eædem expenſæ ſic adiudicatæ fuerint.

Item ſtatuimus, vt nullus collector fructuum beneficiorum, quorum rectores ſine licentia ſunt abſentes, admittatur ad exercẽdum huiuſmodi officiũ in iudicio vel extra, niſi priùs iurauerit, ꝙ non ꝓcurabit aliquos fructus aliquorũ beneficiorũ, in quibus rectores eorũ perſonaliter reſidẽt, ſub ficto colore prædicto aliquatenus arreſtari: niſi pri° illo rectore debitè in propria perſona vel in loco beneficij vocato, iudex ad arreſtationẽ huiuſmodi ex aliqua rationabili cauſa, quam in huiuſmodi decreto exprimi volumus, iudicialiter decreuerit, procedendũ. Et etiã niſi idẽ collector iurauerit, ꝙ beneficijs curatis & nõ curatis, quorum fructus colligere ſibi cõmiſsũ eſt, ſeu cõmittet, debitè & laudabiliter faciat deſeruiri. Et ꝙ ſoluet iura eorum, & onera etiam realia ſupportabit. Et quòd ſi bona eorundem propter ſuum defectũ diminuantur, ipſe damnum plenariè reſarciet abſque fraude.

Item ſtatuimus, ꝙ ſi licẽtia abeſſendi præcedat arreſtationem antedictã, collector fructuum prædictorũ pro arreſtatione, ſeu pro literis nihil percipiet. Si verò licentia huiuſmodi arreſtationem ſubſequatur, tunc per boc volumus arreſtum eſſe ſublatũ. Et collector ſi præſeos ſit, vel ſubcollector duos dũtaxat groſſos percipiet: alioquin ſi abſens fuerit, ad opus eius, ſigillifero vel vicario archidiaconi, qui arreſtum poſuit, pro arreſtatione ſeu pro literis nihil percipiet, dummodò tãtundem expoſuit, & arreſtũ oon fuerit præmaturè poſitum, in promptio ſolui præcipimus. Sed ſi propter loci diſtantiam plus meruerit, boc ſit in arbitrio iudicis.

Locus obſcurus.

Item de ſynodo celebraoda & de exceſſibus ſyoodalibus ac examinatioue & inſtitutione procuratorum fiſcaliũ, oecnoo de ſalario & ſcripturis ſententiariorum, articulatorum, copiatorum, notariorum, procuratorum quorumcunque, fiſcalium & non fiſcalium, curias noſtras & aliorum prælatorum frequentantium, necooo de his qui cedere volunt bonis propter paupertatem, ſeruetur & fiat, prout in ſtatutis ſynodalibus aut curiæ Leodieñ. necoon modificationibus tempore bonæ memoriæ dñi Adulphi quõdam epiſcopi Leodiẽſis factis, atq; prout io pace Tongreñ. & aliundè ordinatum eſt & prouiſum, ſaluo ꝙ articolator non debeat contra vnam perſonã ſuper diuerſis exceſſibus facere diuerſos, ſiue plures proceſſua, oiſi iudex ex ſpeciali cauſa decreuerit hoc eſſe faciendum. Et ſter coutentus pro reſponſionibus & iurameoto ad articulos, ſi in eiſdem ſit vnicus duntaxat exceſſus, ſalario, prout illis prouiſum eſt in ſtatutis & alijs prętactis. Et ſi fuerint plures exceſſus in eiſdẽ articulis, ſit conteutus recipere & habere, prout iudex iuxta quantitatem ſcripturarũ reſponſionum ad eoſdem decreuerit recipiendum fore vel ſoluendum.

Item ſi citatus ex officio ad curiam noſtrã Leodieoſem vel alicuius archidiaconorum, reſpõſurus ſuper exceſſu quocunqoe, fuerit propter ſuam contumaciam excommunicatus, ſtatuimos vt huiuſmodi cõtumax decæterò vltra ſummam ſeu valorem ſex groſſorũ Turouenſium: Si verò presbyter, 12. groſsorum, pro ſua contumacia non plectetur. Si verò quis ad cuiuſcũque ioſtantiam per annum & ampliùs excõmunicationis ſententiã animo ſuſtinuerit indurato, Arbitrio iudicis plectetur. Et eo mediante, cuilibet tali ſua abſolutio gratis ſignetur, & pro duobus groſſis, prout de illis prouiſum eſt, ſigilletur. Et idem volumos obſeruari per qooſcũque iudices noſtræ diœceſis, etiam authoritate Apoſtolica ſungeutes.

Item ſtatuimus, quòd pro ſeutentia diffinitiua ſeu interlocutoria, negocio finem imponente, ſigoanda & ſigillanda non recipiatur vltra vigeſimum denarium cõdemnationis vel abſolutionis. Pro interlocutoria autem ſignanda & ſigillanda, quæ vim non habet diffinitiuæ ſenteotiæ, nõ recipiantur vltra duo groſſi.

Item circa procuratores oegociorum ſtatuimus, qoòd decæterò noo ſint in curia noſtri officialis, oiſi quindecim procuratores negociorum curiæ eiuſdem, pręter collectores. Et quòd io qualibet curiarum præpoſiti & archidiaconorum, nõ ſit niſi vous. Et ſint illi probi, diſcreti & fideles, Latinum coogruè loqui ſcientes, nou presbyteri, Tabellioues publici, notariatus officium in aliqua curiarum prædictarum exercentes, infames, homicidæ, publici adulteri, manifeſti vſutarij vel laici. & collectores fructuũ beneficiorum vacaotium vel abſentium, ſiot presbyteri aut bonæ fidei homines.

Item ſtatuimus, quòd nullus eorum ſit ſigillifer, archidiacoous vel notarius illius curiæ, cuius ipſe eſt oegociorum procurator ordinatus, ſed ſint in ſioguliſ curijs ſingula officia diſtincta. Et ſit vnuſquiſque contentus ſuo officio.

Item cùm io literis abſentiæ ab aliquo beneficio per officialem noſtrũ & archidiaconos coocedeodæ exprimitur perſona illi deſeruitura, cum clauſula, vnà cum alio vel alijs beneficijs, Nolumus quòd talis deſeruitor pro licentia huiuſmodi quicquam ſoluat, ex quo in hoc caſu eſt ei licentia ad hoc conceſsa.

Item ſtatuimus ꝙ nullus decæterò citetur ad curiam Leodieñ. ſeu archidiaconorum, ſuper ſuis exceſſibus reſponſurus, niſi cum citatorio mittantur etiam articuli continentes exceſsus huiuſmodi, vel ſaltẽ, niſi in ipſo

cita-

Digitized by Google

citatorio exceſſus ſint taliter expreſſi, ꝙ citatus poſſit plenè inſtrui, ſuper quibus ipſe in iudicio conuenitur.

Item inhibem⁹, ne citatus aliquis authoritate ordinaria, vel noſtri conſeruatoris Apoſtolici, ad ciuitatē Leodieñ. pro ſua cauſa agenda, vel defendenda, ac legitimè proſequenda veniens, vel indè recedens, aut in ea domicilium fouens, & iuri ſtare paratus, decætero recipiatur, vel incarceretur, aut in carcere detineatur, niſi crimen in iure confeſſus, aut in crimine compræhenſus fuerit ſeu de eo conuictus. Et ſi contingat aliquem talem vel quemcunq; alium, in crimine non depræhenſum, non conuictum detineri, illi dentur articuli celeriter & expeditè: quod niſi factū fuerit, volumus & mandamus incōtinenti ſub cautione, quam iudex decreuerit, emitti. Et ꝓhibemus ne aliqs in diœceſi Leodieñ. beneficiatus, & in ſuo beneficio reſidens, pro quocunq; crimine ſibi impoſito capiatur, vel etiam fructus ſui beneficij arreſtentur, niſi (vt pręmittitur) conuictus, aut ſaltem deſupèr priùs debitè citatus fuerit, ac comparere & iuri ſtare nō curauerit, vel de eius fuga veriſimiliter timeatur, aut crimen huiuſmodi executionem in perſonam requireret.

Item quòd decætero executiones literarum monitoriarum, quę impetrantur ſuper contumacia iudicato vel recognito, teneantur iudici qui illas cōceſſit, modū & formā, atq; diem & horam ſuæ executionis vnà cū ſpeciali deſignatione perſonarum, in quas huiuſmodi literas ſunt executi, reſcribere in fine earundem literarum vel per transfixam, ſuamq; reſcriptionē ſigillo proprio & noto, quo vti conſueuerunt, communire.

Item iuri communi & prædeceſſorū noſtrorum ſtatutis & ordinationibus innitentes, diſtrictè prohibemus, ne pro reſignatione beneficiorum admittenda, & pro inſtitutione & admiſſione ad beneficia, quicquam recipiatur, etiam quocunque colore quæſito. Nihilominùs tamen pro ſcriptura, ſigno & ſigillo trium proclamationum, ante inſtitutionem ſeu admiſſionem fieri conſuetorum, ſex groſſi. Et pro inſtitutione ſeu admiſſione, ſcriptura, ſigno & ſigillo, duodecim groſſi. Et pro audiētia vnus groſſus, recipi poterunt, & nō vltra: Per quæ tamen non intendimus tollere ius quæſitū per antiquitatē tēporis, archidiaconis & prælatis alijs, habentibus compoſitionem de octaua parte fructuū beneficij vel officij, ad quod quis admittitur, ſecundū tamen verum valorē dicti beneficij vel officij tempore admiſſionis huiuſmodi: neque infringere conſuetudinem laudabilē archidiaconorum & prælatorū, minus pro præmiſſis aut aliquo præmiſſorum recipere conſuetorū. Quam præcipimus in ſuo ſtatu irrefragabiliter obſeruari.

Item circa viſitationes, quas archidiaconi faciunt per ſe vel ſuos vicarios, ſtatuimus ꝙ ipſi viſitatores in his taliter ſe habeāt, quòd nihil cōtra canonicas ſanctiones, ſiue ſynodales conſtitutiones aliquatenùs faciant, ſeu fieri etiam permittant: ſed his duntaxat, quæ eis licita ſunt, ſint contenti: nihil penitùs curialitatis, ſeu procurationis nomine, à prouiſionibus menſæ ſancti ſpiritus, aut fabricæ, altariſticis appendicijs non ſeparatis, ſeu filiabus Eccleſiarum capellis, aut etiā hoſpitalibus, recipiendo. Et quod vt meliùs obſeruetur, volumus viſitatores Apoſtolica forſitan authoritate committendos, ad hoc per eorum adſtringi iuramenta, in capitulo noſtro Leodieñ. præſtanda. Et ſi ſecùs in aliquo fieri contigerit, volumus hoc nobis, aut dicto capitulo noſtro maiori fideliter & quantocyus nunciari, vt quod reparandum fuerit, debitè reparetur. Et vltertiùs, ꝙ deinceps viſitationes per procuratores nequaquàm admittātur vel fiant, etiā authoritate Apoſtolica, niſi mandata ſiue literæ Apoſtolicæ debite obtinendæ priùs per nos Epiſcopum præfatum & noſtrū venerabile capitulum, aut ſaltē per ipſum noſtrum capitulum, viſæ, examinatæ & admiſſæ fuerint ſufficienter & deliberatè.

Item ſi cōtingat reum de exceſſu aliquo, propter quem fuerit ex officio vel ad inſtantiam partis tractus in cauſam, componere ante litis conteſtationem, vel poſtquàm antequàm in cauſa ſit iuratum, nullus notarius in cauſa huiuſmodi ſiue procurator aliquid ab eodem reo, ſuoque procuratore exigere præſumat ratione alicuius iuramenti, quod nondum in ipſa cauſa præſtitum eſt, videlicet vt non recipiat noarius aliquid pro iuramento calumniæ vel alio iuramēto, quod non fuit in cauſa præſtitum. Nec ſuper articulatis aduerſus eum, pœnitentiam recipere vel componere volentem ad iurandum compellat. Si tamen aliqua de articulatis aduerſus eum, pœnitentiam petens vel compoſitionem, negauerit: intentionis noſtræ eſt, quòd reſpondeat medio iuramento calumniæ ante pœnitentiam iniungēdam vel compoſitionem fiendam.

Item quia nimìs indiſcretè quàm plures literas quæ dicuntur ſtatutorum, & potiſſimè per quas mādatur ceſſari à diuinis, percepimus à curia noſtra Leodieñ. emanaſſe: ſtatuimus, quòd dæcaterò literæ quæ dicuntur ſtatutorum, & potiſſimè per quas mandatur ceſſari à diuinis, dictentur per aliquē ſeu aliquos noſtræ curiæ prædictæ, expertū ſeu expertos, practicum ſeu practicos, & ſigneto Officialitatis per noſtrum officialem, ſi rationabiles & iure vel ſtatuto benè fundatæ ſint, in ipſarū capite muniantur, priuſquàm ſigillentur.

Item ſtatuimus, quòd ſi canonicè intrāti & pacificè poſſidenti per biennium authoritate

Digitized by Google

ritate Apoſtolica legati vel ordinaria beneficium eccleſiaſticum quodcunque, litem in futurum ſuper eodem beneficio moueri cótingat, fructus eiuſdem beneficij nullatenùs ex eo capite, quòd beneficium eſt litigioſum, vel quòd occaſione beneficij lis moueatur, illi ſubtrahantur vel arreſtentur. Sed eo caſu ipſe illos percipiet cũ ea integritate, qua eos perciperet, ſi ſuper huiuſmodi beneficio vel eius occaſione lis mota nõ eſſet, niſi ſubtractionem vel arreſtationẽ huiuſmodi, mediante iudicis competentis iudiciali decreto, ex aliqua rationabili cauſa fieri contingat. Volumus autem quòd tali poſſeſſori, cui ſuper beneficio lis eſt mota, non denegetur abſentia, ſi ex legitima cauſa ſe voluerit abſentare.

Item ſtatuimus, vt nullus decęterò fiat officialis noſtri, ſeu alicuius archidiaconorum prædictorum officialis foraneus, niſi ſit presbyter vel clericus vitæ laudabilis & honeſtę conuerſationis, qui officiũ huiuſmodi exerceat laudabiliter & honeſtè. Et in quolibet Concilio nõ ſit niſi vnus officialis foraneus, & vnus archidiaconus foraneus Concilijs Geldrenſibus propter ſui latitudinem. necnon Tongrenſibus, Traiectẽ. & ſancti Trudonis, proter idiomatum diuerſitatem duntaxat exceptis.

Item quia cognouimus quoſdam clericos ſeu officiales foraneos, aliquando ſuper matrimonijs ſeu ſponſalibus contractis partes contra huiuſmodi matrimonium ſeu ſponſalia opponentes concordaſſe & aliquando compoſitionem cum illis inijſſe, & pecunias ea de cauſa recepiſſe: vt decæterò periculis animarum obuietur, inhibemus omnibus noſtris ſubditis, ne ſuper oppoſitionibus factis contra matrimonium ſeu ſponſalia contractum ſeu contracta, concordiam aliquam faciant ſeu tractent, componi ve ſeu concordari ſiue tractari procuren. Ne etiam aliquis huiuſmodi compoſitionibus, concordijs, tractatibus intereſſe præſumat. Sed ſuper huiuſmodi matrimonijs, ſponſalibus & oppoſitionibus expectetur ſententia iudicis competentis.

Item inhibemus, ne litem in aliqua curiarum prædictarum habẽdam in ciuitate Leodienſi ad cauſam ipſam procuratorem legitimè conſtitutum vel ſubſtitutum, aliquis citare ſeu citari facere p̃ſumat ad aliquẽ actum ſeu ad aliquos actus dictæ cauſæ, niſi de ſpeciali & expreſſo mandato iudicis ex aliqua rationabili cauſa hoc proceſſerit.

Item etiam inhibemus, ne in aliqua cauſa Notarius aliquis reſponſiones faciendas
for.* ac *ad propoſitiones ſiue teſtes producendos audiat, recipiat vel examinet extra curiam noſtram, niſi iudex cauſæ illi pręſenti vel abſenti notario hoc expreſsè commiſerit.

Item prohibemus, quòd nequaquam vni presbytero committatur deſeruitura duarum Eccleſiarum parochialium non condependentium abſq; euidenti neceſſitate. Et ſi contingat ex tali neceſſitate vni presbytero deſeruituram talium duarum Eccleſiarum parochialium cõmitti, nolumus tamen, quod talis presbyter bis celebret in die abſque noſtra licẽtia ſpeciali, cùm id in iure prohibeatur. Habentes autem plura beneficia, & illis ſimul deſeruientes, propterea non vexentur, nec quicquam ab eis exigatur vel recipiatur, dummodò oneri ipſorum poſſint ſatisfacere, & ſatisfaciant cum effectu.

Item quòd curato reſidenti in cura ſua, & obtento Placet coadiutoris, ſi medio tempore deceſſerit, teſtamento per eum condito de licentia noſtra illud non experiet per mortem dicti curati: ſed durabit vſque feſtum beati Ioannis Baptiſtæ, mortem prædictam immediatè ſubſequens.

Item ſimiliter de curato abſente, de noſtra & aliorum prælatorum licentia, & teſtamento per eũ de eadem noſtra licentia condito, Placet pro deſeruitore ſuo obtentum, per mortem eiuſdem abſentis curati non expiret, ſed durabit, vt ſuprà.

Item volumos, ſtatuimus & ordinamus, q̧ nemini petenti licentiam, fructus ſui altaris competentes non habenti, ponendi & conuertendi in augmentum huiuſmodi ſui beneficij vel altaris, per noſtrum officialem & ſigilliferum aut archidiaconos ſeu vicarios ſuos prędictos denegetur. Prouiſo, quòd fructus leuans in augmentũ conuertens, ipſi altari faciat debitè in diuinis deſeruiri. Et poſt lapſum temporis ſibi ad hoc indulti computum indè reddere teneatur. Et Placet deſeruitoris, ſibi in hac parte gratis concedatur.

Item ſi contingat deinceps aliquẽ presbyterũ curatũ vel alium quemcunq; beneficiatum propter executionem mandatorũ eccleſiaſticorũ minas & metũ ſuſtinere, propter quas non audet in beneficio aut loco reſidere, volumus & mandamus tali presbytero licentiam abeſſendi ab huiuſmodi ſuo beneficio gratis cõcedi, metu ipſo durante. Et nihilominùs p iudicẽ, à quo mandata emanauerunt, ſibi de expenſis neceſſarijs, honeſtate ſeruata, pro eodem tẽpore debitè prouideri.

Itẽ inhibemus, ne decęterò aliquis ſit iudex & ſigillifer noſter, ſeu vicarius & componẽs in eadẽ curia ſimul & ſemel. Quodq; nullus coniungatus ſit officialis aut ſigillifer noſter, vicariúſve alicuius archidiaconũ, aut iudex alicuius curiarum prædictarum.

Item inhibemus, ne decani Chriſtianitatum ſub colore viſitationis ficto vel illius remiſſione, recipiant de ſuis quartis capellis pecunias annuas, niſi perſonaliter viſitauerint & cum effectu. Et tunc ſtent contenti quarta parte illius, quod archidiaconis pro
*integræ Eccleſiæ viſitatione debetur. Et *integra
idem volumus obſeruari in ſolutione obſonij & cathedratici ipſarum quartarũ Capellarum,

Digitized by Google

pellarum, dictis decanis facienda. Et nihilominùs reſideāt ipſi decani quilibet in ſuo Concilio, niſi fuerit officialis, ſigillifer, aut Protonotarius noſter, aut locum tenens alterius eorundem. Saluiſque priuilegijs Apoſtolicis, vel niſi cum eis per nos, aut noſtros ſuperiores fuerit diſpenſatum.

Item ſtatuimus, vt ijdem decani rurales in ſolutione abſentiarū & Placet, de ſuis quartis capellis, ac etiam in proclamatione & admiſſione ad eaſdem, & octaua parte fructuum ſint contenti, & illis vtantur ſicut ſigillifer & archidiaconi.

Itē prohibemus, ne ſigillifer noſter Leodienſis, aut aliquis alius, pro deliberatione ſacri chriſmatis, olei ſacri, aut olei infirmorū in ciuitate noſtra Leodien. decanis Chriſtianitatum noſtrę diœceſis in hebdomada pœnitentiali deliberari ſolitorum, neque ipſi decani pro miniſtratione huiuſmodi ſacramentorum confratribus ſuorum Conciliorū facienda quicquam recipiant vel exigant, contra vel pręter tenorem ſtatutorum ſynodalium, ſed abſque extorſione alicuius pecuniæ, ſiue ſub colore expenſarum, aut aliâs quocunque, illa expeditè deliberent, cùm ad hoc ex debito ſuorū officiorum obligentur.

Item prohibemus, ne huiuſmodi ſacramenta detineantur per noſtrum ſigilliferum, aut quemcunque alium, neque etiam eorum deliberatio denegetur alicui propter deportationem, aut executionem quorumcunque mandatorum Eccleſiaſticorum, abſque decreto noſtri officialis ſpeciali.

Item quanq̄ archidiaconi & decani Chriſtianitatum, audientiam & cognitionē cauſarum coram eis intentarum cōmittere valeant, tamē vt ipſi ſuperioris iuriſdictionem & authoritatem non defraudent, inhibemus ne deciſionem & diffinitiuam ſentētiam ipſarum committere præſumant quoquo modo. Et ſimiliter inhibemus officiali curiæ noſtræ Leodienſis, ne cauſas per viā appellationis ad eum deuolutas, aliquatenùs cōmittere præſumat. Et ne cauſas alias per viā ſimplicis querelæ coram eo intentatas, vltra ſemel committere præſumat decidendas.

Item in factis præſentationum ad ſacros ordines ſtatuimus & ordinamus, quòd pro pręſentatione ad quemlibet ſacrum ordinē, non recipiantur vltrà, niſi ſex groſſi, quales præſcribuntur in quarto puncto, ſiue articulo, ab initio cōputando, pro ſcriptura, ſigno & ſigillo in vniuerſo.

Item ſtatuimus quòd decętero curatus reſcribens ſuis temporibus decanis, ſeu vicedecanis alterius conciliorum noſtræ diœceſis, prout moris eſt, debet ſemel dūtaxat in anno, & nō ampliùs, reſcribere nomina & cognomina beneficiorum curatorum & non curatorum, ac officiorum infra parochiam ſuam conſiſtentium, vnà cum annuo valore beneficiorum vel officiorum huiuſmodi iuxta communem extimationem, vel prout meliùs ſciuerit, ac nominibus ac cognominibus rectorum eorundem reſidentium atque abſentium ab eiſdem, & deſeruitorum eorundem, & excommunicatorum per annum & ampliùs. Et item ſic reſcribens, non debet ex officio citari ſuper vlteriori reſcriptione facienda.

Item ſtatuimus & ordinamus, quòd nullus presbyter ſuper incontinentijs citetur, niſi mulier nominata in citatorio, cum qua dicitur incontinens, ſit primò ad ſanctam Synodū prouocata. volumus tamen, quòd in euētum in quē ſynodus in loco domicilij eiuſdem mulieris non fuerit celebrata, vel talis mulier per dolum, fraudem, ſiue timorem ſcabinorū ſynodaliū ſit neglecta, & in ſynodo nō prouocata, & de hoc procurator fiſcalis inquirere voluerit, hoc licitè facere poterit.

Item quia parum eſt, ſtatuta condere, niſi debitis pœnis vallentur, ſtatuimus & ordinamus, quòd omnes officiales, ſigilliferi, notarij, procuratores negociorum dictarum curiarū & clerici foranei qui nūc ſunt vel erūt, hæc ſtatuta pro poſſe ſuo & bona fide quantū in eis erit, obſeruēt. Si quis autē officialis, ſigillifer, aut notarius, aut clericus foraneus officialis noſtri vel archidiaconorum pręd͠ictorū, aut procurator quicūque ſciēter dicta ſtatuta, vel eorū aliqua pręſumpſerit violare, volumus & ordinamus, quòd talis ſuſpēdat ab exercitio officij ad ſex menſes & vltra, prout ſuo iudici in ea parte videbitur expedire. Et aliàs arbitrio iudicis eiuſdē puniatur, prout hoc meruerit proteruitas delinquētis.

Itē præcipimus omnibus iudicibus, ſigilliferis, officialibus, Aduocatis, procuratoribus negociorum dictarum curiarū, clericis foraneis officialis noſtri & archidiaconorū, necnon decanis conciliorum prædictorum, aut eorum vicegerentibus ſub pœna excommunicationis, quòd quilibet ipſorum, infra menſem poſt præſentium publicationē, copiam ſtatutorum ipſorū habeat, ne ſuper illis ignorantiam aliquam valeat allegare. Et q̄ ipſi decani, vel eorum vicegerētes rectoribus Eccleſiarum ſui concilij ea publicent, & ipſi rectores eorum copiam recipiant quantociùs poterūt. Et ſi aliquos violatores ſeu tranſgreſſores eorundem ſtatutorum, vel aliquos falſarios vel abuſores literarū Apoſtolicarum vel delegatorum iudicum, ſeu curię officialis noſtri capituli vel archidiaconorū prædictorum, vel ſuper hoc diffamatū ſciuerint, inuenerint, vel perceperint, illorum nomina vel exceſſus officiali noſtro, prout ſtatuta ſynodalia præcipiunt, denuncient vel reſcribant. Verùm quoniam omnia præmiſſa per nos ordinata & ſtatuta ſunt duntaxat propter abuſus repellendos, & in melius reformandos, non intendimus per ea iuriſdictionibus noſtris per nos & per noſtros officiales curiæ noſtræ iuratos, aut archidia-

conorũ Eccleſiæ noſtræ Leodieñ.& aliorũ prælatorũ in aliquo derogare, Saluis ſemper ordinationibus & ſtatutis noſtris ſupraſcriptis, in ſuo robore permanſuris. In quorum omniũ teſtimoniũ, ſigillũ noſtrum vnà cum ſigillo dicti noſtri capituli appoſuimus.

Et nos capitulũ Leodieñ. prædictum, in ſignum conſilij & conſenſus noſtri ſuper & in præmiſſis datorum, & vt ſtatuta & alia p̃miſſa robur obtineant perpetuæ firmitatis, ſigillum noſtrum vnà cum ſigillo dicti reuerẽdi patris domini noſtri epiſcopi Leodieñ. prædicti, his literis ſeu ſtatutis duximus apponendum. Datum Anno à Natiuitate Domini 1446. Menſis Iunij die 4.

Et ſunt prædictæ reformationes confirmatæ per S.D.N. Nicolaum Papã 5. Anno icarnationis Dñicę 1451. 17. Calend. Nouẽb. Pontificatus ſui Anno 5.

PII PAPÆ II. BVLLA RETRACTATIONVM OMNIVM,

Dudum per eum in minoribus adhuc agentem, pro Concilio Baſileeñ. & contra Eugenium ſummum Pontificem ſcriptorum.

PIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorũ Dei, dilectis filijs, Rectori & Vniuerſitati ſcholę Colonieñſis, ſalutem & Apoſtolicã benedictionem. In minoribus agentes nõdùm ſacris ordinibus initiati, cùm Baſileæ inter eos verſaremur, qui ſe generale concilium facere, & vniuerſalem Eccleſiã repræſentare aiebant, Dialogorum quendã libellum ad vos ſcripſimus, in quo de authoritate concilij generalis, ac de geſtis Baſileẽſium, & Eugenij Papæ cõtradictione, ea probauimus vel damnauimus, quæ probãda vel damnanda cenſuimus: quantũ capiebamus, tantum defendimus, aut oppugnauimus: nihil mentiti ſumus, nihil ad gratiam, nihil ad odium retulimus. exiſtimauimus bene agere, & recta incedere via: nec mentis noſtræ aliud erat obiectũ, quàm publica vtilitas, & amor veri. Sed quis non errat mortalis? Sapientẽ inquiunt philoſophi nunquàm errare, verũ eſt. At quis ſapiens, niſi bonus? quis

Luc. 18.

bonus, niſi ſolus Deus? Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum, inquit propheta regius.

Pſal. 13.

Declinauimus & nos ab vtero matris, errauimus in inuio, & non in via, ambulauimus in tenebris, & procul à vera luce receſſimus: nec nobis tantùm errauimus, alios quoq; in præcipitiũ traximus, & cęcis ducatũ præbẽtes cæci, cũ illis in foueã recidimus. forſitan & aliquos ex vobis ſcripta noſtra decepere, & deuia deduxerunt: quorum ſanguinem ſi de manibus noſtris requiſierit Dominus, non habemus quod reſpondere poſſimus, niſi nos, vt homines, peccauiſſe, qui arbitrantes rectum iter oſtẽdere, obliquũ mõſtrauimus. in miſericordia tãtùm Dei ſpes noſtra ſita eſt, quæ ſuper omnia opera eius elucet.

Pſal. 144.

Sed haudquaquàm ſatis fuerit diuinã miſericordiã implorare, & dicere, Parce Domine, parce peccatis noſtris, niſi pro virib⁹ vulnera, quæ infliximus, veritate curare annitamur: & ſicut eſt in fabulis, Sagitta, quæ vulnerauit, afferat opẽ: ſiue vt canit Eccleſia, Medelã inde ferat, hoſtis vnde læſerat. Mortẽ quidã priùs ſibi conſciuerint, quàm videri velint aliq̃n malè ſenſiſſe: & nõnulli ne vel ad horã videãtur erraſſe, ſemper errãt, & dũ vel minimã tolerare honoris iacturã nequeũt, totũ abijciunt, & perpetua notantur infamia, & in peſſimas prolabuntur hæreſes: qui ne appareant inconſtantes, pertinaces efficiuntur. ſuperbiſſimi hoc agunt, qui videri dij, non homines, volunt, quales Conſtantiæ combuſti ſunt noſtra ætate in magno conuentu Hieronymus & Ioannes hæreſiarchæ. Nos homines ſumus, & vt homines errauimus: neque imus inficias, multa, quæ diximus, ſcripſimus, egimus, damnari poſſe, verùm nõ vt Arius, Eutyches, Macedonius, aut Neſtorius, & alia blaſphemorum turba. ex animo damnatam viam elegimus. ſeducti peccauimus, vt Paulus, & ignoranter perſecuti fuimus Eccleſiã Dei, & Romanam primamq́ue ſedem. propter quod proſtrati ante oculos diuinæ pietatis, ſupplices oramus: Delicta iuuentutis

Pſal. 24.

meæ & ignorantias ne memineris, &c. Pudet erroris, pœnitet malè feciſſe, & malè dictorum ſcriptorumq́ue vehementer pœnitet: plus ſcripto, quàm facto nocuimus. Sed quid agamus? ſcriptũ & ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum. Non ſunt in poteſtate noſtra ſcripta, quæ multas inciderũt in manus, & vulgò legũtur. vtinam latuiſſent, quæ ſunt edita. nam ſi futuro in ſeculo mãſerint, & aut in malignas mentes inciderint, aut incautas, fortaſſe ſcãdalum parient. Quà

hæc ſcripſit, inquiens, in beati tandem Petri cathedra ſedit, & Chriſti ſaluatoris vicariatum geſſit: ita ſcripſit Aeneas, qui poſtea ſummum Pontificatum adeptus, Pius II. appellatus eſt, nec inuenitur mutaſſe propoſitum. qui eum elegerunt, & in ſummo Apoſtolatus vertice collocarunt, ab ijs ſcripta eius approbata videntur. Verendum eſt, ne talia noſtris aliquandò ſucceſſoribus obijciantur, & quæ fuerunt Aeneæ, dicantur Pij, atq; ab ea ſede authoritatem vendicent, aduerſus quam ignoranter latrauerunt. Cogimur igitur, dilecti filij, B. Auguſtinum imitari, qui, cùm aliqua in ſuis voluminibus erronea inſeruiſſet, retractationes edidit. Humilis & probatiſſimi vir ingenii, qui ſuas ineptias verecundè confiteri ac corrigere, q̃ impudenter defendere maluit. Idem & nos faciemus: cõfitebimur ingenuè ignorantias noſtras, ne per ea, q̃ ſcripſimus iuuenes, error irrepat, qui poſſit in futurũ Apoſtolicã ſanctam ſedẽ oppugnare. nam ſi quem decuit vnq̃ Romani primiq; throni eminentiam & gloriã defendere ac extollere, nos illi ſumus, quos ſine vllis meritis pius & miſericors Deus ſola diſpẽſatione ſua ad B. Petri ſolium, & dilectiſſimi filii ſui Dñi noſtri Ieſu Chriſti vicariatum euocauit. Quibus ex rebus dilectiones veſtras hortamur, & in Domino commonemus, ne prioribus illis ſcriptis inhæreatis, aut fidem vllam præſtetis, quæ ſupremam Apoſtolicæ ſedis authoritatem quouis pacto elidunt, aut aliquid adſtruũt, quod ſacroſancta Romana nõ amplectitur Eccleſia. Suadete omnibus, vt id ſolium præ cęteris venerentur, in quo ſaluator Dominus ſuos vicarios collocauit, & quod beati Apoſtoli Petrus & Paulus ſuo ſanguine dicauerunt. nec putetis diuinam prouidentiam, quæ cuncta gubernat, & nihil negligit eorum, quæ creauit, inordinatã reliquiſſe militantem Eccleſiam: quæ cùm ſit ſponſa Chriſti, profectò à Deo eſt, & ordinem habet, dicente Apoſtolo, quæ ſunt, à Deo ordinata eſſe. Requirit autem ordo, vt inferiora à ſuperioribus gubernentur, & ad vnum tandem perueniatur, tanquàm principem & moderatorem cunctorum, quæ infra ſe ſunt. Sicut grues vnam ſequuntur, & in apibus vnus rex: ita & in Eccleſia militanti, quæ inſtar triumphantis habet, vnus eſt omniũ moderator & arbiter, Ieſu Chriſti vicarius: à quo, tanquàm capite, omnis in ſubiecta membra poteſtas & authoritas deriuatur, quæ à Chriſto Domino Deo noſtro ſine medio in ipſum influit. Nec p̃fectò in alium, tanquàm ſui exercitus ducem, ſupremam authoritatem Chriſtus principaliter deriuaſſet, quàm in ſuum vicarium, qui primus fuit Petrus, cui commiſſam nouimus Dominici gregis curam: nec duos pluréſue Petros euangeliſtæ cõmemorant, nec duos aut plures inſtituit Dominus, qui ſuum locum tanquàm capita tenerent æqualia: ſed vnum conſtituit, vt verticem ac ducem, & paſtorem vniuerſi gregis, Simonem Petrũ, dicens, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claũes regni cęlorum & quodcunq; ligaueris ſuper terrã, erit ligatum & in cęlo: & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cęlo. Et paſce oues meas. Quę nulli alteri ſeorſum dicta leguntur, niſi Petro, vt in Petro vnitas & ſumma contineretur authoritas: nec alius à petra dictus eſt Petrus, niſi Simon, vt intelligeremus vnicum eſſe verę & ſolidę petrę, id eſt Chriſti, (vt Paulus exponit) locum tenentem, Simonem Petrum, qui ſolus pro Domino in periculo conſtituto exemit gladium. Petrus igitur, & ſucceſſores eius Romani Pontifices primatum in Eccleſia tenuerunt, & nos hodie quãuis indigni, ſola Domini voluntate digni tenemus. & quicunq; Romanæ ſecundum canonicas ſanctiones præficitur Eccleſię, quamprimùm electus eſt in ſacro collegio, ſupremam à Deo poteſtatem ſine medio conſequitur, & per ordinem in omnem diffundit Eccleſiam, cuius peccata diuino iudicio punienda relinquuntur. Si quid aduerſus hanc doctrinam inueneritis aut in dialogis, aut in epiſtolis noſtris, quę plures à nobis ſunt editę, aut in alijs opuſculis noſtris, (multa enim ſcripſimus adhuc iuuenes) reſpuite atq; contemnite. ſequimini quę nunc dicimus, & ſeni magis quàm iuueni credite, neo priuatũ hominem pluris facite, quàm Pontificem. Aeneam reijcite, Pium recipite: Illud gentile nomẽ parentes indidere naſcenti: hoc Chriſtianum in Apoſtolatu ſuſcepimus. Dicent fortaſſe aliqui cum Pontificatu hanc nobis opinionem aduenitſſe, & cùm dignitate mutatam eſſe ſententiam. Haud ita eſt, longè aliter actum. Audite filij conuerſationem noſtram: breuis narratio erit, quę vobis, quantùm ad rem attinet, veritatem aperiet, & obiectioni faciet ſatis. Anno ſalutis primo & trigeſimo ſupra milleſimum quadringenteſimum cum Dominico *Capranica, quem Martinus Quintus in ſecreto conſiſtorio Cardinalẽ creauerat, Eugenius IIII. ſpreuerat, Baſileam petiuimus, ibiq; Conciliũ inchoatum inueniamus, verum ab Eugenio reuocatum, quamuis congregati noluerant obedire, aſſerentes iam inceptum conciliũ ſine conſenſu patrum, qui conueniſſent, haud quàquam potuiſſe diſſolui. Iulianus aderat ſancti Angeli Cardinalis, natione Romanus, moribus & doctrina conſpicuus. Is cùm cęteris pręſtaret, audita Eugenij reuocatione, pręſidentiam dimiſit, tanquàm ſummo Pontifici vellet obedire: ſed cùm augeſceret in dies (Eugenio vel inuito) concilium, & multi ex diuerſis regionibus Epiſcopi, & regum legati aduentarent, Cardinales quoque ex Romana curia

Rom. 13. — Matt. 16. — Ioan. 21. — 1. Co. 10.

ria profugi in dies nonnulli concurrerent,
præſidentiam reſumpſit, & authoritatē cō-
cilij mirum in modum extollens, eminen-
tiam primæ ſedis ſupprimere cœpit. Venien-
tes Eugenij legatos, & poteſtatem Romano-
rum præſulū magnificantes apparenter con
futauit: & cùm eſſet facundiſſimus, facilè p-
ſuaſit auditoribus quæ cupiebat. Cardina-
les ex vrbe profecti, Eugenio infenſi, vitam
eius moresq; carpebant: accedebant in ho-
tas cateruatim noui curiales. qui (vt eſt oīs
multitudo maledica, & inimica principi)
Eugenij nomen modis omnibus lacerabāt.
*Nos, qui ex patria iuuenes, non ex vrbe illuc
migraueramus, & noua tum primùm auis
ex Senenſi gymnaſio euolaueramus, rudes
& inexperti vera eſſe arbitrabamur quæcū-
que dicebātur. nec putabamus mētiri alios,
qui neſciremus ipſi mentiri: atq; vt eſt inna
tum homini, tetra & horrēda crimina odio
habebamua. nec Eugenium diligere pote-
ramus, quem tot tantique teſtes indignum
Pontificio dicerent. Aderāt legati Pariſien-
ſis ſcholę, cuius eſt fama percelebris: affue-
runt & aliquando veſtri & aliorum ſtudio-
rum Germanicæ nationis oratores: & vno
cuncti ore concilij generalis authoritatem
ad cęlum efferebant: de poteſtate Romani
Pontificis pauci erant, qui loqui pręſume-
rent: omnes, qui publicè loquebantur, pru-
rientes auribus multitudini applaudebant.
Acceſſit & ipſius Eugenij conſenſus, qui
diſſolutionem concilij à ſe factam reuoca-
uit, & progeſſum eius approbauit, cùm re-
conciliata ſynodus Eugenio videretur, &
pax Eccleſiæ data. Præterita enim omnia p
ſuas literas concilij patres Eugenio ſeſe re-
miſſuros, & pedes eius tanquàm beati Petri
exoſculaturos promiſerant, ſi reuocata diſ-
ſolutione, cōcilio curſum permitteret, atq;
illi cohæreret. Nouę interceſſere diſcordiæ,
tum alijs de rebus, tū potiſſimè ſuper tranſ-
latione concilij Græcorum cauſa in aliū lo-
cum. Eugenius in Italia non ſine ratione cō-
cilium petebat: popularitas ſynodalis tranſi
re montes horrebat, & in Auinione, aut in
Sabaudia locum deſiderabat. Aduenerunt per
id temporis duo viri ex Italia Baſileenſe con
cilium, Nicolaus Panormitanus Archiepiſ-
copus, & Ludouicus Pontanus Apoſtolicæ
ſedis notarius, Alphonſi Magi regis orato-
res, qui, velut duo orbis ſidera, ceu Ponti-
ficij iuris, & totius ciuilis ſapientię duo prę
cipua lumina & clariſſima, cenſebantur. Hi
dictis ſcriptiſque concilij geſta probabant,
Eugenij facta damnabant: nec erat qui aut
vellet, aut auderet dicta eorū refellere. Quid
ageremus? audire potuimus, nō diſcere? [Ru
de nimìs ingeniū eſt, quod per ſingulos di-
es audita & inculcata nō capit.] Quales ma
giſtri ſunt, tales diſcipuli euadere ſolēt. Pau-
cos inuenias Ariſtoteles, qui Platonica no-
Luc. 6. runt deſtruere dogmata. Non eſt diſcipulus
ſupra magiſtrum, inquit Dominus: nec nos
magiſtrum, potuimus ſuperare. Iulianus no
bis, & Nicolaus, & Ludouicus, & alij cōplu-
res fuere magiſtri: ſchola, Baſileenſis cōuen-
tus, in quo rarò aliquis Eugenij cauſam de-
fendit. Aduerſus concilij dignitatem moti-
re aliquid, crimen hæreſis fuit. Vna omniū
vox concilium Eugenio præferrebat: de ſe-
dis Apoſtolicę pręcellentia, aut ſilentiū, aut
contemptus: Concilium, concilium cuncta
ſonabant. Didicimus ergo quę audiuimus,
& poſt aliquot annos exiſtimantes nos ali-
quid eſſe, diximus, vt eſt apud Satyricum,
Semper ego auditor tantùm? nūquamne reponā? Iuuenalis
Puduit ſemper diſcipulum agere, ſubtraxi-
mus ferulæ manum, cœpimus loqui, & ma-
giſtri perſonā induimus. ſcripſimus epiſto-
las & opuſcula. hoc omnibus paſſim datur:
docti & indocti ſcribūt: & quę ſcripſit ipſe
nemo contemnit, niſì editionis feruorem
tempus extinxerit: Nobis placebant ſcripta
noſtra more poetarum, qui poemata ſua tan
quam filios amant. Nec Baſileę quenquam
inueniebamus, qui ea damnaret: probant
enim ſimilia ſimiles: applaudebamus nobis
ipſis, & in editionibus noſtris gloriabamur.
& quanquàm poſtea Eugenius concilium
in Italiam tranſtulerit. & cum Gręcis Ferra-
riæ, ac demum Florentię conuenerit: quan-
quàm Iulianus ſancti Angeli, & Ioannes ſan
cti Petri Cardinales, quibus plurimum cre-
debamus, ad Eugeniū deſeciſſent: quāq; pau-
ciſſimi in fide Baſileen. remāſiſſent: noluim⁹
rō credere, exiſtimātes cunctos, qui abibat,
metu recedere, ne bona tēporalia pderent, &
cùm nihil haberemus, quod nobis auferri
poſſet, pſeuerandū putauimus, ne pārtē, quę
verior nobis apparebat, relinquentes, detri-
mentum animę faceremus. Manſimus igit
Baſileę, quoàd Eugenio, vt credidimus, iu-
ſto iudicio depoſito Amadeus Sabaudien. Nota teſti
ſuffectus eſt, & Felix quintus appellat⁹: quē moniū de
non vt idolum, quod erat, ſed tanquam verū Amadeo.
Chriſti vicariū venerati ſuim⁹, nihil ad hęc
ſiniſtri putantes interceſſiſſe. At cum Fride-
ricus Romanorum rex Aquiſgrani corona-
tus, domum repetens, Baſilea *tranſitum fe- *iter
ciſſet: rogatuſque Felicē illic pſentem acce-
dere, nullo pacto pſuaderi potuiſſet, vt ho-
norem ei tanquā Rom. Pontifici, exhiberet,
aut publicè cum eo verba miſceret: tum pri
mùm conſiderauimus poſſibile eſſe, q par-
tem erroneā ſequeremur, qñ rex, Imperator
Romanorum futurus, in tanto negocio du-
bius eſſet, & ad Eugenium inclinaret magis
mnlùm & ſępè ioter nos ipſos cogitaui-
mus, quis eſſet modus inueniendi verum.
nunquàm enim volentes errauimus. Roga-
ti in familiā Friderici trāſire, nō renuimus.
erat tunc ille cum tota ferè Germania neu-
tralis. Concilium Baſileę dicebant eſſe Ger-
mani, & idolū eius reſpuebāt, Eugeniū Chri
ſti vicariū appellabant, & conciliū ab eo cō-

ſileen-

Digitized by Google

lebratum recuſabant : nec Eugenio, nec Baſileenſib' plenè obediebant. Placuit ad neutrales tranſire, vt verũ apud eos liberiùs audiremus, & ſi recedendũ eſſet ab vno extremorum, per aliquod mediũ tranſiremus ad alterum, & eorũ iudicium ſpectaremus, qui nõ eſſent affecti caolæ. Manſim' in aula Friderici pluribus annis, illic varias audiuimus opiniones. Neutralitatẽ idcirco Teutones induerant, vt concordia faciliùs inueniretur, non ex conſilio Solonis, [qui tumultuãte ciuitate extorrẽ fecit eum, q̃ ſine parte remanſit.] Multa inter neutrales didicim', q̃ nos antea latebant : Eugeniũ falsò de multis accuſatum inuenimus: Cardinales, qui Baſileam venerant, ob priuatas inimicitias bono & ſancto viro notam inurere voluiſſe : qui tñ cuncti poſtea ad eum redierũt, & veniã errati petierunt. Fortè per id tẽpus Iulianus ſancti Angeli Cardinalis, cuius ſuprà meminimus, ex Vngaria, q̃ ſibi decreta contra Turcas fuerat ꝓuincia, [Flanianum] venit, (quæ hodiè Vienna dicitur) p̃cipuũ Auſtriæ columen ſæpe cum eo ſermonẽ pro veteri conſuetudine miſcuimus, ſæpe de rebus Baſileẽſibus diſputauimus. tuebamur antiquam ſententiam : ille nouam defendebat. extollebamus generalis concilij authoritatẽ : ille Apoſtolicæ ſedis poteſtatẽ magnoperè collaudabat. dicebamus concilium Baſileenſe iure perſeueraſſe, quanuis Eugenius p̃ſidentes reuocaſſet, & hoc eius ſanctum accuſabamus: ille diſſolutũ ſeu tranſlatum ritè cõciliũ affirmabat, & Baſileenſium opera multis modis deteſtabatur, Baſileęq; nõ ſynodũ Eccleſiæ, ſed Satanæ, & miniſtrorũ eius ſynagogã remanſiſſe dicebat. [Diutina fuit inter nos cõcertatio,] verùm modeſta & charitate plena: ad extremũ cùm ſuis ſcriptis, dictisq; Cardinalẽ vinceremus, premeremusq; vehemẽter, ſubridẽs ille, Tu, inquit, Aenea tabellis obſignatis agis mecũ : & quoniam aliqñ ſenſimus vt dicis, idcircò & hodiè idẽ putas debere ſentire, & addictos priori ſententiæ cenſes. [verùm propterea nos ſumus liberi, quia mutare ſententiam vſq; ad mortẽ poſſumus.] cur enim nõ liceat omni tempore, relicto falſo, verum amplecti? Fateor me dixiſſe & ſcripſiſſe, quæ refers, verùm à vero remotũ erraſſe: at tu, qui, vt ais, me doctore Baſileenſibus credere adductus es, errantem olim ſectatus es, cur modò non ſequeris recta monẽtem? Præſumpſi de meipſo, dũ eſſem Baſileæ, nimis, quanuis deceptus decepi & credẽs prodeſſe, nocui. in medio Eccleſiæ docẽs quæ nõ didici, cæcus errauit, & in tenebris ambulaui. reliqui tandem eccleſiã malignantium, & cum impijs ſedere recuſaui. reuelauit Dominus oculos meos, & conſideraui mirabilia de lege ſua : cognoui priorem errorem, & quãtum à vero procul abijſſent Baſileenſes, planè intellexi. adij Romanam curiam, & Eugenio, cui fuiſſem rebellis, ſubmiſi ceruicem: à quo miſericordiã conſecutus, ad vnionem Græcorum nauaui operam, & illis Romanæ Eccleſiæ reconciliatis, aduerſus impios Turcas legationem accepi. caſtigans caſtigauit me Dominus, & morti non tradidit me, ſed humiliatum exaltauit : quia cognito in errore non perſeueraui, ſed mox in viam redij, & ex magiſtro factus diſcipulus, ex magno paruus, expurgato veteri fermento, nouum hominem indui, & veræ matris lacte nutritus, ad fontem veri perueni, quem ſancti doctores oſtendunt Græci & Latini, quorum vna vox eſt, ſaluari non poſſe, qui ſanctę Romanæ Eccleſiæ non tenet vnitatem, omnesque illas virtutes mancas eſſe ei, qui ſummo Põt. obedire recuſat : quanuis in ſacco & cinere iacens, dies & noctes ieiunet, & oret, & in cęteris videatur legem implere: quia melior 1 Reg. 15.
eſt obedientia, quàm victimæ. & omnis ani- Rom. 13.
ma poteſtatibus ſublimioribus ſubiecta eſt, & Romanum præſulem in Eccleſiæ vertice conſtitutum eſſe conſtat, à quo nullam ex omnibus Chriſti exemptam nouimus. Ego ad ouile redij, qui diu erraueram extra caulas, & paſtoris Eugenij vocem audiui : tu ſi ſapias, idem facies. hæſerunt pectori noſtro verba * viri, quæ ſæpe ad nos reperijt nõ ſi- *vitæ
ne charitate ardenti, & amore ſingulari. Intereà ex diuerſis regionibus homines doctiſſimi Cæſarem adierunt, quibuſcum placidos de eiſdem rebus miſcuimus ſermones ſemper ad verũ intenti, cuius eſt natura hominis auida. Multum profuit nobis Ioannes Carauaialis Apoſtolici palatij auditor, natione Hiſpanus, qui Iuliano defuncto, in titulo Cardinalatus ac legatione ſucceſſit: quocum ſæpè de concilio Baſileẽſium amicè diſputauimus. Nemo doctus ad Imperatorem venit, quẽ de his rebus in colloquium non adduceremus. Cumq; Cæſar ad vnionem Eccleſiæ procurandam in Nurimberga ſuæ nationis conuentum inſtituiſſet, decreuiſſetq; ſummum Pontificem adhortari, vt Conſtantiæ nouum Conciliũ indiceret, legatumq; mitteret, ac Baſileenſes pariter induceret, vt eò ſe transferrent, vt pax Eccleſiæ redderetur : primi Baſileenſes recuſauere. Quod audiens Thomas Aſſelbachius ex Germanis inſignia theologus, Nunc, inquit, ſcio Baſileenſes ſpiritum ſanctum non habere ductorem, quando tam æquam Imperatoris legem effugiunt. idem multi alij dixere viri doctiſſimi, & opinione ſanctitatis illuſtres. Quibus conſideratis, caligo tandẽ ab oculis noſtris cecidit, quæ velut aranearũ tela, verum cernere impediebat. Recognouimus errorem noſtrũ, venimus Romam, Baſileeñ. dogma reiecimus, Eugenio pontifici maximo caput ſubmiſimus, & reconciliati Eccleſiæ Romanæ doctrinã eius imbuimus, & illud Hieronymi diximus, Ego nullũ, primũ niſi Chriſtũ ſequẽs, beatitudi-

ni

nì tuæ,i.cathedræ Petri communione conſocior. Super illam ſundatam Eccleſiam ſcio quicunque extra hanc domum agnum Dominicum comederit,proſanus eſt; ſi quis in Arca Noæ non fuerit,peribit regnante diluuio. Eramusque adhuc penè laici, quando ad Eugenij obedientiam rediuimus. Ex Baſilea clericali tantùm charactere inſigniti receſſimus, nec vnquam ſacros imbuimus ordines,niſi poſt veritatem cognitam, Baſileeñ. cæcitate relicta. In Auſtria minores ordines, ac ſubdiaconatum, & diaconatum recepimus: in Vrbe ad presbyteratum peruenim⁹. Hæc eſt conuerſatio noſtra: per hos gradus è tenebris ad lucem migrauimus, ad quam rem non parum luminis nobis attulit Thomas * Saracenus theologicæ ſapientiæ celebratus, ac acutiſſimus interpres, qui poſtea in ſummo collocatus Apoſtolatu, Nicolai quinti nomen accepit. His authoribus vnam Eccleſiam catholicam & apoſtolicam eſſe didicimus matrem omnium fidelium, extra quam non inuenitur ſalus, ſponſam Chriſti immaculatam, in qua omnes, qui militant, finem ſibi proponunt vitam æternam. Idcirco enim in Eccleſia militanti laborant homines, & cum dæmonibus tanquam hoſtibus pugnant, vt pacem tandem aſſequantur, & cum Ieſu magiſtro ac legifero ſuo in cæleſti Ieruſalē triumphare, ac regnare poſſint. Hîc finis Chriſtiano proponitur, huc omnes Eccleſiæ militantis conatus, omnes leges, omnes regulę tendunt. & quoniā Eccleſia quidam exercitus eſt Deo militās, terribilis vt caſtrorum acies ordinata dicitur: vni proculdubio Imperatori ſubiecta, ad cuius nutum cuncta referūtur. Cumq; pius ac max. & opt. Deus in ſuo ſanguine fundauerit Eccleſiam, eamque voluerit ad finem vſque ſeculi perdurare: quis non dixerit in ea id regimen inſtitutum eſſe, quod optimū cenſeretur? At verò inter genera gubernationū communis philoſophorum ſententia eſt, p̄ſtare monarchiam: & Romani, quorum toto micuit orbe dignitas, quanuìs eiectis regibus duos annuos conſules elegerunt, & modo tribunos addidere, modò alios magiſtratus inuenere: in aduerſis tamen caſibus, belliſque grauioribus ad vnum aliquem recurrerunt, virtute & authoritate pręſtātem, quem Dictatorem appellauerunt, cuius dicto non liceret aduerſari. & quanquàm Dictaturam ab initio temporaneam inſtituerunt, in Iulio tamen & ſucceſſoribus eius perpetua effecta eſt. Nec vnquam Romana res admirabilior aut celſior fuit, quàm ſub Auguſto Cęſare, quādo iā clauſis Iani portis totus ferè orbis ſua vnius hominis gubernatione quieuit. Quo tempore natus mundi Saluator monarchicum regimen cęteris pręuliſſe videtur gubernationibus. Idem probat totius ferè orbis conſuetudo, cuius maximā partem gubernant reges, ſiue Chriſtianos intueamur, ſiue Barbaros. & quanuis ciuitates aliquot reperiantur, quæ cùm maximè ſeruiant, liberas ſeſe vocitant, ſine rege viuentes, non poſſunt tamen effugere, quin vnum præferant alijs, eiq; tanquam capiti pro tempore obediant. Quid plura? cæleſtis aula nos admonet. quid illa pulchrius? quid ordinatius? quid maius aut durabilius? quid melius aut beatius? quanuìs in ea & Angelorum diuerſi ſint ordines, & ſanctorum ſpirituum innumerabiles chori, vnus eſt tamen omnium rex æternus Deus, qui cōdidit vniuerſa, & nihil negligit eorum, quæ condidit. cuius filius vnigenitus Chriſtus Ieſus cùm pro noſtra ſalute veniſſet in hunc mundum; ſeruili accepta forma, Eccleſiam, de qua loquimur, in cruce patiens, ſuo ſanguine acquiſiuit, & in ea vſque in diem aſcenſionis corporaliter pręſedit, & tanquam dux verus & imperator, cuncta in finem ſuum direxit. At cùm aſcendiſſet in cęlum, eum indubitanter ſui gregis paſtorem reliquit, cui dixerat, Paſce oues meas, &, Tibi dabo claues regni cælorum. Neque enim dixit, & non fecit, qui ſolus eſt verax. Grex Chriſti, Eccleſia eſt. Paſtor primus ipſe Chriſtus fuit, & paſtor bonus, qui poſuit animam ſuam pro ouibus ſuis. Secundus paſtor Petrus extitit, ab ipſo Domino inſtitutus, atque omni poteſtate donatus, quę ad bene regendum commiſſas oues neceſſaria ducitur. alioqui Chriſtus, qui ſapientia patris eſt, & omnino ſapienter egit, Eccleſię ſuæ haud ſufficiēter prouidiſſet, quod eſt nefarium aſſerere. & quanuìs plures per orbem eccleſię inſtitutę fuerint, & plures epiſcopi, id eſt, plures greges, & ouilia plura, & paſtores plures: omnes tamen ſub vno paſtore, & in vno grege, atque ouili continebantur, ſicut & hodie continentur: quia vnus eſt Chriſti thalamus, vna ſponſa, vnum ouile, & vnus paſtor, & omnium epiſcoporum vnus epiſcopus Romanus pręſul, beati Petri ſucceſſor, & Ieſu Chriſti vicarius. Petrus enim in Antiochia primùm ſedit, deinde Romam venit. vnde cùm perſecutionem fugiens, vellet abire, à Domino prohibit⁹ eſt, & hîc glorioſo martyrio vitam finiuit, ſucceſſore Clemente* ſubſtituto, atq; ita in hanc vſq; diem ſeruatum eſt, vt qui Romæ ſederit antiſtes ritè inſtitutus per legitimum electionis tramitem, tanquam Aaron vocatus à Domino, hunc omnes Chriſtianę plebes, omnes populi, omnes reges, omnes clerici, omnes epiſcopi tāquam Ieſu Chriſti vicarium & beati Petri ſucceſſorem, vniuerſalis Eccleſię caput ac rectorem & ducē venerati ſint. Inter quos plurimi pro Chriſti nomine * aſperrimos p̄peſſi cruciatus, & morte mulctati, coronam martyrij ſuſceperunt: plurimi cōfeſſores egregij, vita, moribus, & doctrina fulgentes, quanuìs ſine ſanguinis effuſione, non tamen ſine periculis & labore, ac voluntate

parata

Marginal notes: * Sarzan⁹, legit Platina (beside "Thomas * Saracenus"); Cant. 6. (beside "Eccleſia quidam exercitus"); Ioan. 21. Matt. 16. (beside "At cùm aſcendiſſet in cęlum"); Ioann. 10. (beside "Paſtor primus ipſe Chriſtus"); * inſtituto (beside "Clemente* ſubſtituto"); * acerrimos (beside "* aſperrimos").

parata pro conſeruanda ſacri euangelij authoritate moriendi, ad cœleſtem gloriã peruenere: vt Gregorij, Damaſi, Leones, Innocentij, Bonifacij, Benedicti, & alia nomina, inter quæ tertius claruit Eugenius, ex monaſterio ſancti Anaſtaſij ad ſummum ſacerdotium euocatus, ad quem diuus Bernardus monachorum pater, non minùs doctrinæ fulgore, quàm vitæ ſanctimonia illuſtris, inter multa, huiuſmodi verba conſcripſit: Indagemus, inquit, adhuc diligentiùs quid ſis, quam geras videlicet perſonam pro tempore in Eccleſia Dei. Tu es ſacerdos magnus, tu ſummus Pontifex, tu princeps epiſcoporum, tu hæres Apoſtolorũ, tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, authoritate Moyſes, iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus. Tu es, cui claues traditæ, cui oues creditæ ſunt. Sunt & alii quidẽ cœli ianitores, & gregum paſtores, ſed tu tanto glorioſius, quanto & differentius vtrunque præ illis nomen hæreditaſti. Habent illi aſſignatos ſibi greges, ſinguli ſingulos: tibi vniuerſi crediti vni ſumus. Nec modò ouium, ſed & paſtorum tu vnus omniũ paſtor. Hæc Bernardus ad Eugenium III. ſcribit, cui ſupremam & omnimodã in Eccleſia poteſtatem cõcedit. Quod ille de tertio teſtatur Eugenio, hoc nos de quarto, & omnibus aliis Romanis Pontificibus profitemur, quia dignitatis eſt authoritas. Liquet igitur, vnum in Eccleſia caput eſſe, & vnum principem: quia pax populi ex vno rectore dependet, & pluralitas principũ diſcordiam parit. Chriſtus Eccleſiæ ſuæ in Ioan. 14.
vltimo teſtamento pacem reliquit, & pacem multis verbis cõmendauit, dedit ergo & regimen pacis amicum, id eſt, monarchicum, ſub beato Petro, & ſucceſſoribus eius adminiſtrari cuncta præcipiens, clauibus illi cõmiſſis, & cura gregis demãdata. Hæc nos de Romani Pontificis authoritate & poteſtate ſentimus, cui & congregare generalia concilia, & diſſoluere datum eſt: qui etſi filius eſt propter regenerationẽ, propter dignitatem tamen pater habetur: & * ſicuti filiationis * ſicut propter regenerationis causã.
cauſa venerari debet Eccleſiam, tanquã matrem: ita & prælationis cauſa * præfertur ei, vt paſtor gregi, princeps populo, rector familiæ. * præeſt
Cum his & generalis Concilii authoritatem & poteſtatem complectimur, quemadmodùm & æuo noſtro Cõſtantię, dum ibi fuit Synodus vniuerſalis, declaratum definitumque eſt. Veneramur enim Conſtantieñ. concilium, & cũcta, quæ præceſſerunt, à Romanis Pontificibus noſtris * præceſſoribus approbata, inter quæ nullum inuenimus vnquam fuiſſe ratum, quod ſtãte Romano indubitato præſule, abſque ipſius authoritate cõuenerit: quia non eſt corpus Eccleſiæ ſine capite, & omnis ex capite defluit in mẽbra poteſtas. * prædeceſſoribus.
Hæc noſtra ſententia eſt, filii, hæc credimus & profitemur: hæc iam ſenes, & in Apoſtolatus apice conſtituti, pro veritate aſſerimus: ſi quæ vel vobis, vel aliis conſcripſimus aliquando, quæ huic doctrinæ repugnent, illa, tanquã erronea, & iuuenilis animi parùm penſata iudicia, reuocamus atque omnino reſpuimus. Datũ Romæ apud ſanctum Petrum, VI. Kaleñ. Maias, milleſimo quadringenteſimo ſexageſimotertio.

Pij Papæ II. Bullæ retractationũ omniũ, dudum per eum, in minoribus adhuc agentem pro concilio Baſileeñ. & contra Eugenium IIII. ſummum Pont. ſcriptorum.

F I N I S.

Candi-

Digitized by Google

Candido Lectori, F. Laurentius Surius.

HOC loco adſcribenda putauimus, quæ Sixtus IIII. Pontifex maximus de Conceptione ſacratiſſimæ Virginis Mariæ promulgauit & ſanxit, quemadmodum in Extrauagantibus lib. 3. tit. De reliquijs & veneratione ſanctorum leguntur, propterea quòd Synodus Tridentina Sixti huius ſententiam ſecuta eſt. Verba ſynodi eius hæc ſunt Seſſione 5. Declarat tamen hæc ipſa S. Synodus, non eſſe ſuæ intentionis, compræhendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, beatam & immaculatam Virginem Mariam Dei genitricem, ſed obſeruandas eſſe conſtitutiones felicis recordationis Sixti Papæ IIII. ſub pœnis in eis conſtitutionibus contentis, quas innouat. Hæc Synodus. Ipſius igitur Sixti Pontificis, nè longiùs ea Lector petere cogaris, verba ſubijcimus & primò quidẽ de feſti Conceptionis celebratione, deinde de pœnis in eos cõſtitutis, qui Conceptionẽ ipſam oppugnant.

SIXTI IIII. PONTIFICIS MAXIMI

Decretum de Feſto Conceptionis immaculatæ Virginis Mariæ.

CVM præexcelſa meritorum, inſignia, quibus regina cœlorũ, virgo Dei genitrix glorioſa, ſedibus prælata æthereis, ſideribus quaſi ſtella matutina perrutilans, deuotæ conſiderationis iodagine perſcrutamur, & iofra pectoris arcana reuoluimus, qoòd ipſa, vtpotè via miſericordiæ, mater gratiæ, & pietatis amica, humani generis cooſolatrix, pro ſalute fideliom, qui delictorum onere grauantur, ſedula oratrix & peruigil ad regẽ qoem geoüit, intercedit: dignum, quin potiùs debitum repotamus, vniuerſos Chriſtifideles, vt omnipotenti Deo, (cuius prouidentia eioſdẽ Virginis humilitatem ab æterno reſpicieos, pro coocilíãda ſuo authori humana oatura, lapſu primi homiois æternæ morti obnoxia, eam ſui vnigeoiti habitaculum ſaocti Spiritus præparatione conſtituit, ex qua caroem noſtræ mortalitatis pro redemptione populi ſui aſſumeret, & ioimaculata Virgo oihilo minùs poſt partũ remanerẽt:) de ipſios immaculatę Virginis mira conceptione gratias & laudes referant, & inſtituta propterea io Eccleſia Dei Miſſas & alia diuina officia dicant, & illis interſint, iodulgentijs & peccatorũ remiſſiooibus inuitare, vt exinde fiant eiuſdẽ Virginis meritis & ioterceſſione diuioę gratiæ aptiores. Hac igitur cõſideratiooe inducti, eiuſdem omoipotẽtis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius authoritate coofiſi, authoritate Apoſtolica hac io perpetuum valitura cõſtitutiooe ſtatuimus & ordinamos, ꝙ omnes & ſinguli Chriſtifideles vtriuſque ſexus, qui Miſſam & officiũ Cooceptionis eiuſdem Virginis glorioſæ, iuxta piam, deuotam & laudabilem ordinatiooem dilecti filij magiſtri Leonardi de Nogarolis clerici Veronenſis, notarij noſtri: & quæ deſuper à nobis emanaoit, Miſſæ & officij huiuſmodi inſtitutiooẽ, in die feſtiuitatis Cõceptionem eiuſdem Virginis Mariæ & per octauas eius deuotè celebrauerint & dixerint, aut illis Horis canooicis interſuerint: quoties id fecerint, eandem prorſus iodulgentiam & peccatorum remiſſionem conſequantur, quam iuxta felicis recordationis Vrbani IIII. in Concilio Vienoenſi * approbatæ, ac Martini V. & aliorum Romaoorum pontificum prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones conſequuntur illi, qui Miſſam & horas Canonicas in feſto Corporis & ſanguinis Domini noſtri IESV Chriſti à primis Veſperis & per illius octauas iuxta Romanæ Eccleſiæ conſtitutionem celebrãt, dicunt, aut Miſſę, officio & horis huiuſmodi ioterſunt, pręſeotibus perpetuis tẽporibus valituris. Datom Romę apod S. Petrum, anno incarnatioois Dominicæ 1476. 3. Calend. Martij, Pootificatus ooſtri anno 6. for. * approbatam

EIVSDEM SIXTI DECRETVM alíud de eadem Conceptiooe Virgiois Matris.

GRAVE nimis gerimus & moleſtũ, cùm ſiniſtra nobis de quibuſdam eccleſiaſticis perſonis referuotur. Sed in eorum, qui ad euangelizaodum verbum Dei ſunt depotati, exceſſibus prędicando commiſſis, eo grauiùs prouocamor, quo illi periculoſiùs remanent incorrecti: cùm facilè deleri neqoeant, qui multorum cordibus ſic publicè prędicãdo diffuſiùs & dãoabiliùs imprimuntur errores. Sanè cùm ſancta Romana Eccleſia de intemeratę ſemperque Virginis Marię cõceptione publicè feſtũ ſolenniter celebret, & ſpeciale ac proprium ſuper hoc officium ordinaoerit, nõnulli, vt accepimus, diuerſorum ordioũ prędicatores, in ſuis ſermonibus ad populum publicè per diuerſas ciuitates & terras affirmare hactenùs non erubueruot, & quotidiè prędi-

prædicare non ceſſant, omnes illos, qui tenent aut aſſerunt eandem glorioſam & immaculatam Dei genitricem abſque originalis peccati macula fuiſſe conceptam, mortaliter peccare, vel eſſe hæreticos: eiuſdem immaculatæ conceptionis officium celebrãtes, audientesq́ue ſermones illorũ, qui eam ſine huiuſmodi macula cõceptam eſſe affirmãt, peccare grauiter: ſed & præſatis prædicationibus non contenti, confectos ſuper his ſuis aſſertionibus libros in publicum ediderunt, ex quorũ aſſertionibus & prædicationibus non leuia ſcandala in mentibus fidelium exorta ſunt, & maiora meritò exoriri formidantur indiès. Nos igitur huiuſmodi temerarijs auſibus ac peruerſis aſſertionibus ac ſcandaloſis, quæ exinde in Dei Eccleſia exoriri poſſunt, quantum nobis ex alto cõceditur, obuiare volentes, motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtãtiam, ſed de noſtra mera deliberatione & certa ſcientia, huiuſmodi aſſertiones, prædicatorum eorundem, & aliorum quorumlibet, qui affirmare præſumerẽt, eos qui crederent aut tenerent eandem Dei genitricem ab originalis peccati macula in ſua conceptione præſeruatam fuiſſe, propterea alicuius hæreſis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare: aut huiuſmodi officium cõceptionis celebrantes, ſeu huiuſmodi ſermones audientes, alicuius peccati reatum incurrere, vtpotè falſas & erroneas, & à veritate penitùs alienas, editosq́ue deſupèr libros prædictos id continentes, quo ad hoc, authoritate Apoſtolica tenore præſentium reprobamus & damnamus: ac motu, ſcientia, & authoritate prædictis ſtatuimus & ordinamus, ꝙ prædicatores verbi Dei, & quicunque alij, cuiuſcũque ſtatus, gradus aut ordinis ac cõditionis fuerint, qui decæterò auſu temerario prçſumpſerint in eorum ſermonibus ad populũ, ſeu aliàs quomodolibet affirmare, huiuſmodi ſic per nos improbatas & damnatas aſſertiones veras eſſe, aut dictos libros pro veris legere, tenere vel habere, poſtquàm de præſentibus ſcientiam habuerint: excõmunicationis ſententiam eoipſo incurrant, à qua ab alio quàm à Romano pontifice (niſi in mortis articulo) nequeant abſolutionis beneficium obtinere. Item motu, ſciẽtia & authoritate ſimilibus, ſimili pœnæ ac cenſuræ ſubijcientes eos, qui auſi fuerint aſſerere, contrariam opinionem tenẽtes, videlicet glorioſam virginem Mariam cũ originali peccato fuiſſe conceptã, hæreſis crimen vel peccatũ incurrere mortale, cùm nondũ ſit à Romana Eccleſia & Apoſtolica ſede deciſum: non obſtantibus conſtitutionibus & & ordinationibus Apoſtolicis cõtrarijs quibuſcunque, quibus communiter vel diuiſim à ſede Apoſtolica indultum exiſtat, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam ac expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Et ne de præmiſſis aliquando valeant ignorantiam allegare, volumus, quòd locorum ordinarij requiſiti, præſentes literas in eccleſijs, conſiſtentibus in eorum ciuitatibus & ſuarũ diœceſum locis inſignibus, dum maior ibi multitudo populi ad diuina conuenerit, ſermonibus ad populũ mandent & faciant publicari. Præterea quia difficile foret præſentes literas ad ſingula loca, in quibus expediens fuerit, deſerre: etiam volumus, & dicta authoritate decernimus, quòd earundem literarum tranſumpto, manu publici notarij confecto, & authẽtico alicuius prælati eccleſiaſtici ſigillo munito, vbique ſtetur, prout ſtaretur eiſdem originalibus literis, ſi forent exhibitæ vel oſtenſę. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam noſtræ reprobationis, damnationis, ſtatuti, ordinationis, voluntatis & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attẽtare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1483. pridiè nonas Septemb. pontificatus noſtri anno 13.

FINIS TOMI QVARTI
Conciliorum Generalium.

Digitized by Google

Regiſtrum.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh.

Omnes ſunt Terniones, præter H h h h, quæ eſt Quaternio.

VENETIIS,

Apud Dominicum Nicolinum.

M D LXXXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google